Del collegio de la compª de ihs de granada

R.4998 B

# ANDREÆ TIRAQVELLI REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS,

## DE VTROQVE RETRACTV municipali, & conuentionali, COMMENTARII DVO,

*Quarta hac, eadémque poſtrema editione, ab auctore ipſo diligentiſsimè recogniti & locupletati: quæ autem recens ab eodem adiecta fuêre, his notis incluſimus { }.*

*IN VIRTVTE*



*ET FORTVNA.*

*LVGDVNI,*

APVD GVLIELMVM ROVILLIVM, SVB SCVTO VENETO.

*M. D. LXXXI.*

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Del collegio de la comp.a de Ihs de granada
R.4995 B

ANDREÆ

# TIRAQVELLI

## REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS,

*DE*

## VTROQVE RETRACTV

municipali, & conuentionali,

*COMMENTARII DVO,*

*Quarta hac, eadémque poſtrema editione, ab auctore ipſo diligentiſsimè recogniti & locupletati: quæ autem recens ab eodem adiecta fuêre, his notis incluſimus* { }.



IN VIRTVTE ET FORTVNA.

*LVGDVNI,*

APVD GVLIELMVM ROVILLIVM, SVB SCVTO VENETO.

*M. D. LXXXI.*

CVM PRIVILEGIO REGIS.




IO. VICTORII IN EFFIGIEM ANDREÆ TIRAQVELLI, REGII IN CVRIA Pariſienſi Senatoris, Hexaſtichon.

*Iam nihil eſt, venerande ſenex, quòd pulla ſororum*
*Stamina, vel Stygias quòd verearis aquas.*
*Subtrahet hæc vultus morti pictura: perennem*
*Ingenio vitam tot tua ſcripta dabunt.*
*Ergo vbi fatalem Lacheſis tibi neuerit horam,*
*Magna tamen fugiet pars Acheronta tui.*

---

Extraict du Priuilege du Roy.

Par grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne fois ou pluſieurs, ce preſent liure intitulé Andreæ Tiraquelli, Regij Conſiliarij, Commentarij duo de vtroque Retractu, municipali & conuentionali, Reueu, corrigé & augmenté par ledit Tiraqueau: & eſt faict deffenſe de par ledit Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & perſonnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne diſtribuer, en ſes pays, terres & ſeigneuries, ledict liure ainſi reueu, corrigé & augmenté, ſi ce n'eſt par le conſentement dudit Rouille: & ce iuſques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que ſera paracheué d'imprimer ledit liure, ſur peine d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ilz auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege, ledit Seigneur veut & entent, que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement ou à la fin dudit liure, ſerue pour toute notification, comme ſi la ſignification eſtoit faicte ſur l'original. Car tel eſt ſon plaiſir, comme plus à plain eſt contenu & declaré par leſdictes lettres de priuilege ſur ce données à Moulins le xx. de Feurier, mil cinq cens ſoixante ſix. Et de ſon regne le ſixieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil,

Signé, De *VABRES.*

Et ſcellé du grand ſeau en cire iaune à ſimple queue.

# ANDREAS TIRAQVELLVS REGIVS IN CVRIA PARISIENSI SENATOR, LECTORI S.

PRODEVNT tibi denuò, Lector amiciſsime, noſtri de Retractu vtroque Commentarij, quarta iam fœtura renati, ſed hactenus nunquam aut fidelius excuſi, aut diligentius repurgati. Nam etiam ſi in ſuperiori editione nihil eorum fuerit prætermiſſum, quæ à Typographi induſtria poterant expectari: vitari tamen non potuit, quin multa eius diligentiam effugerint, quæ caſtigationem accuratiorem deſiderarent, ídque potiſsimum in acceſsionibus ſuperiori illi editioni adiectis, quæ ab amanuẽſi noſtro raptim, vt fit, deſcriptæ, plurimum operis illis typographicis negotij exhibuerunt. Quare cùm nouam operis huius editionem adornaret Gulielmus Rouillius, ſingularis induſtriæ Bibliopola, & pro amicitiæ noſtræ iure meam in tanto incommodo opem efflagitaret: non potui ei, in re præſertim æquiſsima, noſtræ'que exiſtimationi, & tuis commodis coniuncta, officium meum pernegare. Opus itaque vniuerſum denuò ad examen reuocauimus, & quicquid in eo mendarum, aut iam olim reſederat, aut nuper irrepſerat, tam accuratè repurgauimus, vt liquidò affirmare non dubitemus, nunquàm hoc opus aut felicius tractatum, aut diligentius emendatum, in lucem prodiiſſe.

Vale.

# ANDREAS TIRAQVELLVS

## SANCTISSIMO GRAVISSIMOQVE

### ORDINI SENATVS PARISIENSIS.

*CVM iuri dicendo Fontenaij apud Pictones à Rege præfectus, nullas frequentiores lites iudicio fieri, quàm de Retractibus, quos vocant, viderem, aliquid, quod operæpretium eſſet, facturus mihi viſus ſum, ſi rem variam, atque maximè obſcuram explanarem, meámque de re multorum diſputationibus variè diſtracta, ac diſſenſionis plena, ſententiam explicarem: tum vt magna in obſcuritate verſantibus lumen aliquod præferrem, ac efficerem, vt quid iuſtum, æquúmque ſit, clariùs viderent: tum vt hic noſter labor his, qui ius reſpondendi munus ſuſtinent, laborem leuaret. Curauimus enim quantum à nobis effici potuit, vt omnia, quæ ad hanc iuris partem pertinent, in hoc* σύνταγμα *coniiceremus. Quod vt vobis dicarem, duæ potiſsimum cauſæ fuerunt: vna, quòd editum ſub id tempus eſt, quo me in veſtrum collegium à Principe cooptatum obuiis (quod dicitur) vlnis excepiſtis, vt memor illius ſtudij, quod ſingulare erga me ſemper habuiſtis, viderer. Altera hæc eſt, quòd qui Iureconſultorum ſcripta interpretanda ſumpſiſſent, quicquid in eo genere commentati eſſent, ad eos mittant, qui iuris, atque adeò iuſtitiæ Antiſtites eſſent, quales vos eſſe iudico. Nam cùm iam anteà vos Iuris ciuilis, atque Pontificij intelligentia, atque omni genere eruditionis præſtantes intelligerem: nihil tamen hoc quidem, præut quæ, ex quo in veſtram Curiam adſcitus ſum, coràm ipſe vidi.* ἢ γὰρ τοῦ τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν εὐνομίαν, ἢ μᾶλλον τοῦ ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν δίκην *viſus ſum mihi in veſtro conſeſſu videre. vſque adeò enim graues, ſanctos, ſeueros, incorruptos, inadulabiles vos præſtatis. Accipite igitur quem vobis dicamus, hunc noſtrum laborem, & eius autorem, qua cœpiſtis voluntate, ſemper complectimini. Valete.*

καὶ εὐτυχοῦντες διατελεῖτε.

ANDREAS

## Andreas Tiraquellus Lectoribus.

Commentarios in ius Pictonum moribus conſtitutum, & à vobis frequenter efflagitatos, & à me ſæpe promiſſos, exhibeo vobis: non tamen totos, ſed eam tantùm partem, quæ ad retractus, quos vocant, pertinet. Ea enim cùm quotidie à vobis appellaretur, neque vos nunc blanditiis ſcripta noſtra elicere, nunc cõuicio extorquere ſtudentes, reiicere poſſem (permagni enim ad decus, laudémque patriæ, ea edi intereſſe, idemtidem occlamabatis, & ne quid mihi relinqueretur, quod cauſari ipſe poſſem, in ea Galliæ vrbe nunc me agere addebatis, in qua typographi artifices totum illud opus elegantiſsimè exprimant) deſideriis veſtris obſecutus ſum: vt in hoc veluti appoſito ferculo, fame veſtra abuſi conquieſceretis aliquandiu, minúſque moleſtè exigeretis, quod vobis apponi ſummæ meæ occupationes non ſinunt. Nam dum à me in manus ſumitur, vt lautius meliúſque fiat, ecce interuentorum turba non modò è manibus calamum aufert, ſed etiam ipſam animi intẽtionem laxat, quam vix poſtea reſumere poſſum. Ego tamen quod mihi temporis à forenſi labore dabitur, in eo collocabo, vt opere meo integro frui poſsitis. Quod intra paucos dies quidem certè à me præſtaretur, ſi res tanta, occupata opera, & impedito animo abſolui poſſet. Neque eorũ delicias atque deſidiam quaſi iudicium reſpicerem, qui ex ipſo tantùm verſuum numero magnam redundantiam in his commentariis ineſſe coniiciunt. Nam ſi horum iudicio ſtandum eſt, non ſolùm breuiter ſcribere, ſed non omnino ſcribere ſatius eſt. De hoc commentationis genere ab his tantùm iudicium fieri volo, qui vt Iuris ciuilis atque Pontificij ſtudio multùm operę dederunt, ita certum & ſyncerum iudicium futurum eſt. Etenim cùm vel manifeſtiſsimi edicti (vt ait Vlpianus) non negligendam interpretationem facilè illi intelligant, obſcuris, atque ambiguis interpretum adhibendas eſſe explanationes vtique pronuntiant: tantum abeſt, vt meam diligentiam reprehendant, qui quæ ab his qui nobis iura deſcripſerunt, anguſtè conſtricta ſunt, dilatauerim. Nec verò illa parua mihi ad res planius explicandas cauſa fuit, quòd hæc mea ἐξήγησις alio ἐξηγητῇ amplius non egeat. Nam ſiue authorum multitudinem, ſiue τὴν ἀξιοπιστίαν conſideres, quibus quaſi locupletibus teſtibus ſententiam meam confirmandam putaui, nihil eorum more à me ſcriptum inuenias, qui vt litigioſi diſputatores, omnem in eo cogitationem ponunt, vt captioſa quadam probabilitate animos percutiant legentium. Ex quo enim animum ad iuris interpretationem conuerti, ſtudui diligenter, non tam veri aliquam ſpeciem, atque ſimilitudinem, quàm quod omnibus liqueret, legentibus exhibere. Quam ſcribendi rationẽ ſi tenuiſſent quidam iuris enarratores, maior ex eorum commentariis fructus caperetur. Eſt quiddam porrò, quod me textuum, vt vocant, atque interpretum frequentia crebrum effecit. In ea enim re lautos illos conuiuatores imitandos mihi propoſui, qui vt omnium palato, atque ſtomacho ſeruiant, dubia quædam cõuiuia apparant, menſáſque cõquiſitiſsimis cibis extruunt, vnde quiſque, quæ palatum optima iudicarit, facilè ſumat. Nam cùm multa in eandem ſententiam è Iuriſconſultorum libris, quaſi promptuario quodam, protulimus, nihil aliud efficere adnixi ſumus, quàm vt quemadmodum in conuiuiorum ratione, quamuis à pleriſque cibis ſinguli temperent, vniuerſitatem tamen ſic commendet varietas, vt vel languentem famem moliri, atque intendere queat, & ſecundum ſuam quiſque naturam appoſitas epulas ingenuè agnoſcat. Atque hæc ego ſic accipi volo, non tanquam aſſequutum eſſe me credam, ſed tanquam aſſequi laborauerim, fortaſſe non fruſtra, ſi modò vobis æquis vtar, vt ingratos admodum cõuiuas eos exiſtimem, qui cùm prolixè accepti fuerint, conuiuatoris tamen luxuriam, atque lautitias accuſent: digni certè homines, qui prandiũ in allio & pane apud σμικρόλογον aliquem Euclionem cõſumant. Sed non minor eſt eorum inhumanitas aut potius ſtupiditas, qui multa ἀπροσδιόνυσα eſſe in his cõmentariis clamant. Non vident enim, in hoc ſcribẽdi genere alia ex aliis exiſtere, & tanquam ſermonem è ſermone ſeri, vt nihil accerſitum, atque attractum dici poſsit. Multis verſibus (ſi parua magnis conferre licet) Homerus, multis Virgilius, hic Aeneæ, Achillis ille arma deſcribit: breuis tamen vterque eſt, qui facit, quod inſtituit. Aratus etiam minutiſsima ſidera conſectatur: modum tamen ſeruat, non enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt. Hæc autem præfari viſum eſt, vt hîc nulla eſſe redundantia, ſed ſeruatus modus eſſe intelligatur. Valete.

# N. CLERICVS ANDREAE TIRAQVELLO C. R. LVTETIAE PARISIORVM COLLEGAE SVO.

*CVM pro ea ſumma amicitiæ neceſsitudine, quam inter nos cōſtituit & literarum ſocietas, & muneris coniunctio, opus magnum quod tibi eſt in manibus de Retractibus, legendum mihi dediſſes, non alienum meo officio putaui, te per literas hortari, ne tantos labores tuos domi latere diutius, iaceréque patiaris. Quod ſi minus efficere ſuadendo poſſemus (quoniam ſiue iudicio, ſiue timiditate quadam ingenua ab edendo refugis) at certè viſum eſt gratia contendere, & rogando, ſi quid noſtra cauſa vis, vt quæ de ea parte iuris ciuilis frugifera & fructuoſa, locóque feraci & vbere, commentatus es, in lucem edi primo quoque tempore permitteres. Neque ob id tantùm, quòd intemperantis eſſe dicant, ſcribere quod occultari velit: ſed magis adeò quòd confidam eam rem fore tibi & ſempiternæ gloriæ, & iis, qui ciuili ſcientiæ ſeſe dediderunt, vtilitati maximæ. Etſi enim hæc ætas præſtantiſsima tulit ingenia, quorum monumentis Iuriſprudentia noſtra non mediocriter illuſtrata eſt: perpauci tamen extiterunt, qui & forum ſequuti, & ſcribendi ratione delectati, vſum ipſum forenſem, cauſarúmque tractationem, cum vetere Iuriſprudentia coniunxerint, ſine qua nemo, mea quidem ſententia, veram ſolidámque Iuriſprudentiam aſſequi facilè poterit. Quis enim ignorat, vſus foríque inſcitia quantos noſtris ſcriptoribus errores obiecerit? quantas tenebras rebus nonnunquam clariſsimis effuderit? quàm inanibus turbulentisq; diſsidiis, Ius noſtrum ciuile vndique complerit? Itaque cùm in te & ſummam iuris intelligentiam animaduertam, & vſus forenſis tantum, quantum in eo eſſe poteſt, annos qui triginta plus minus clariſsimæ prouinciæ iuri dicundo præfuit, deinde propter dignitatem in noſtrum ordinem cooptatus fuit, exiſtimare equidem non poſſum, quin illæ ipſæ elucubrationes tuæ populo noſtro gratiſsimæ optatiſsimæq; futuræ ſint: præſertim cùm ea doceas, quæ es expertus, quibusq; nō interfuiſti ſolùm, ſed & præfuiſti. In quo equidem haud ſcio virtutémne tuam magis probem, an diligentiam mirer, qui in tanta occupatione vitæ, procuratione muneris publici, familiæq; vt numeroſæ, ita & felicis, ſemper legas aliquid aut ſcribas, in hisq; curis grauiſsimis quotidie temporis aliquid tibi ad hæc ſtudia recolenda ſumas. Cæterùm non habeo neceſſe verbis librum tuum ornare, quem ſatis & nominis authoritas & vtilitatis magnitudo cōmendet. Tantùm dicam, ſi cæteri Iuriſconſulti tuo exemplo ſe ad ſcribendum conuertant, quos habemus plurimos ciuilis ſcientiæ cognitione exteris hominibus pares, vſu verò ipſius exercitationeq; longè ſuperiores: fore propediem, vt huius generis laudem omnibus nationibus eripiant & perferant in Galliam, remq; publicam noſtrā, ſicut hactenus reliquas arteis, quæ quidem erant expetendæ, ſtudio atque induſtria ſua noſtri homines tranſtulerunt.*

Andreas Tiraquellus Nicolao Clerico collegæ ſuo.

CVM mihi conſcius eſſem, quàm magnis occupationibus diſtrictus hos commentarios conſcripſiſſem, certum erat mihi tantiſper eos tenere, dum plus otij nactus, quæ informata tantùm mihi videbantur, expolirem: niſi tibi tota hæc commentatio ſic probata eſſet, vt poſt iudicium tuum viri grauiſsimi eruditiſsimi, ac ſuper iſta veriſsimi, eam edere in publicum non dubitem. Neque enim liberiùs ad edendum ſpatium mihi expectandum eſt, cui ex quo in ſummam illam curiam adſcriptus ſum, vix vnus adhuc dies ab interuentoribus vacuus fuerit, vt iis, quibus meorum ſtudiorum fructus paulò acerbiores fortaſſe videbuntur, ob eam cauſam multò æquioribus vti debeam. Vt igitur te conſiliario atque autore è meis manibus liber hic emiſſus eſt, ita tuo præſidio in hominum conſpectum perducendus eſt. Vale, & me (quod facis) ſemper ama.

MICHAELIS

# MICHAELIS HOSPITALIS REGII IN CVRIA PARISIENSI SENATORIS.

* * *

*AVſim quinetiam in genere hoc componere noſtros*
*Antiquis, dubiámque rei ſuſpendere palmam:*
*Non his poſt Romæ excidium quicunque fuerunt,*
*Et quos iam longo præcedimus interuallo:*
*Sed priſcis legum noſtrarum autoribus illis:*
*Sulpitios dico, Labeones, atque Sabinos,*
*Atque alios horum ſimiles. Queis omnibus vnus*
*Par erit, aut non inferior, me iudice, certè*
*Deliciæ noſtræ Tiraquellus, vir bonus, (vno*
*Vt verbo abſoluam) prorſuſque ſimillimus illi,*
*Quem veteres quondam dixerunt iuris aſylum,*
*Pictos ille ſuos magna cum laude regebat,*
*Cùm ſubitò Regis mandatu accerſitur inde.*
*Nunc in iudicibus centum ſedet. Anteà multò*
*Maiores meritus, & mox habiturus honores.*
*Pluribus hic monumenta ſuorum æterna laborum,*
*Scripta voluminibus, veram teſtantia laudem,*
*Et quibus ad viuum expreſſa eſt illius imago,*
*Prodidit. At nullo mage delectabere, Lector.*
*Quàm quo poſteriùs complectitur omne libello*
*Ius adgnatitium, & dominorum in rebus emendis,*
*Mancipióque datis reuocandis in ſua iura.*
*Vicit in his ſe: aliis alios ſuperauerat anté.*
*Sic ſemper meliora exiſtunt vltima quæque.*
*Vt duraturos fructus ſolet arbor adulta*
*Ferre diu: ſic quæ ſenibus ſunt edita nobis,*
*Et multò prudentibus vſu, credere par eſt,*
*Et ſi floridiora minùs, ſolidiſsima certé.*
*Hunc ergo lege: proficies (mihi crede) legendo.*

ADRIANVS

## ADRIANVS DVDRACIVS ANDREÆ TIRAQVELLO COLLEGÆ SVO.

*Quotidie addiſcentem aliquid, ſed plura docentem,*
*Agnoſco fieri te, Tiraquelle, ſenem:*
*Extremum hoc teſtatur opus, quod tarda ſenectus*
*Ingenij dotes addidit, haud minuit.*

MICHAELIS TIRAQVELLI Fontenaij apud Pictones Præfecti, auctoris filij, ad Lectorem.

*Eſt ſuſpecta fides natorum in laude parentum:*
*At pro mille liber teſtibus vnus erit.*

RODOLPHI GALERII, ipſius auctoris generi.

*Si ſocer eſt inſtar ( ceu tradunt iura ) parentis,*
*Non minùs eſt generi reiicienda fides.*
*Sed quid opus laudes eſt hîc numerare ſuperbas?*
*Proſtat opus: nec eas mens cupit artificis.*

ROBERTI RIVALDERII, alterius generi.

*At ſatius multò, quàm dicere pauca, tacere.*
*Et multa vt dicam, dicere pauca ferar.*

FRANCISCI TIRAQVELLI, eiuſdem auctoris filij, ad cæteros fratres.

*Ardua virtutis pater eſſe cacumina cernens,*
*Primus iit, nobis triuit & ille viam.*
*Ergo alacres pro ſe ſectemur quiſque parentem:*
*Et quam conſtrauit, cura ſit ire via.*

ANDREAS TIRAQVELLVS, Maturino Tiraquello fratri.

*Ingenij, frater, noſtri monumenta parentis*
*Cenſeo germani fratris habenda loco.*

MATVRINVS ANDREÆ fratri.

*Quin frater, patris hæc ſoboles veriſſima noſtri eſt:*
*In nobis partem vendicat ipſa parens.*

DVORVM LECTORVM Dialogus.

*Hîc nihil eſt, Lector, quod iure reprehendere poſſis.*
*Imò eſt. Quid? Legum copia tanta. Bene eſt.*
*Si quod laudari debet, reprehenditur, an non*
*Eſt ſatias potior, quàm maleſuada fames?*

TITV



# TITVLI PRIMI HVIVS VOLVMINIS,

## De Retraict lignagier.

### *PRAEFATIO.*

*Retractus ubi locum habeat.*

1 NVLLVS omnino locus eſt in noſtris conſuetudinibus qui latius pateat, quíque frequentius in negotiis forenſibus occurrat: nec hîc quidem tantùm, ſed & in tota Gallia, adeóque vniuerſa penè Italia, & aliis quoque regionibus. Nam ex omnium ferè gẽtium inſtitutis & moribus id obſeruatur, vt conſanguineus (ita vbique voco propinquum genere) venditoris intra certum aliquod tẽpus, & frequentius quidem vnius anni, admittatur ad redimendum, retrahendúmque prædium venditum, aut aliud quippiam immobile, reſtituto venditionis pretio.

*In Gallia.*

De Gallia teſtatur Io. Fab. vnus omniũ qui hactenus leges interpretati ſunt, conſuetudinum Gallicarum ſcientiſsimus, in l.1.col.6. in paruis, verſi. in tertio caſu. C.de ſumma tri. & in l.dudum. C.de contrah.emp. vbi dicit hãc eſſe generalem regni Franciæ conſuetudinem, & in l.2.col.item 2. C.de reſcin.ven. & in §. ex non ſcripto.col.6.verſi.circa quartum. Inſtit.de iure nat.gent.& ciui. & in §.vlt.col. quoque vlt. Inſtit.de duob.reis. & in §.j. Inſtit.de emp.& ven. vbi & hanc dicit generalem eſſe cõſuetudinem in regno Franciæ: & alibi ſæpe. & Lud.Bolog.conſi.xxv. in ampliſsimo: & ex multis conſtabit, quæ ſcribam ſuper hoc tit.

*Dominio Ducali. Mediolani. Binaſchi. Venetiis. Ferrariæ. Paduæ.*

Dominio Ducali, ſiue id ſit Mediolani, ſiue Venetiarum, ſiue Ferrariæ, ſiue aliud, teſtimonium præbet Alexan.conſi.xxiiij. inſpecto proceſſu, lib.4. Priuatim autem Mediolano, Iaſ.conſi.cxciiij. ſuperuacuò videtur, in princ.lib.2. vbi & idem aſſerit de ciuitate Binaſchi. Venetiis autem Paul.Caſt.conſi.cccxlix. conſuetudo Venetorum, lib.2. Ferrariæ, Saly.in l.ad officium, ante finem, C.commu.diuid. Paduæ Paul.Caſtr. conſi.ccclj. præfata reformatio, iuncto caſu illius conſi.lib.2. & conſi.cccc xxx. circa primum, eod.lib.2. & inter conſi. illius, Ioan.Bapt.Roſel.conſi.ccxlix. ſtatutũ Paduæ, in prin.lib.2. Aluar.in c.porrò, col.vlt.tit.qualit.feud.ali.pot. Cæpol. cauſarum ciuilium conſil.xliij. clariſsimè, in prin. & iterum conſi.ſeq. in quęſtione, etiam in prin. {Maria.Soci.iunior conſi.iiij. cùm prædium, in caſus poſitione. & ſæpe in eod.conſi.lib.2.}

*Florentiæ. Alexandriæ. Bergomi. Lucæ.*

Florentiæ teſtis eſt Ange.in l.imperator.ff.de pac. & Iaſ.in l.ij.col.iiij.verſicu.iuxta ſuprà dictum, C.de iure emph. Alexandriæ, Raph.Fulg.inter conſi.Franc.Curt.ſenioris conſi.xxxiiij. tenor conſuetudinis, poſt princip. Bergomi, Alber.in d.l.dudum, C.de contrah.emp. & in l.ſi filiusfamiliâs, §.cùm fundũ, verſi. item facit ad alium, ff.de verb.obli. vbi Pergamum corruptè appellat. Lucæ, Phil.Deci.conſi. ccxxij. viſo puncto, in princ. & conſil.cclxxv. le ij. (is enim numerus eſt duplicatus) incip. in cauſſa quæ Lucæ agitatur. {Maria.Socin.conſi.xxij. cauetur ſtatuto, etiam in caſus poſitione. & ſequitur eod.conſi.lib.1. & conſi.j. magnificus, etiam in caſus poſitione. & alibi ſæpe in eo. conſi.lib.2.}

*Bononiæ. Rauennæ. Triuiſij.*

Bononiæ, Iac.Butr.in d.l.dudum, dum ibi dicit, habemus ſtatutum contra hanc l. is enim Bononienſis erat. Rauennæ, Cæpol.cauſſ.ciuil.conſil.xlvij. in cauſa vertente, col.j. Triuiſij, idem eiuſdem operis conſi.lxij. in Dei nomine, &c. in quæſtione de qua, col.j. vbi declarat ſtatutum eius ciuitatis admittentis prolem ad huiuſmodi retractum, an ſcilicet omnes conſanguinei, nedum deſcendentes, atque etiam fœminæ admittantur. Sed & de eadem ciuitate refert Paul.Caſt.d.conſi.cccxlix.lib.2. & Soci.conſi.xlv. ſupponitur in facto, lib.3. {Et in caſtro nouo de Carfagnano, vt patet ex Maria.Socin.iuniore conſil.xx. pro ſtatuto caſtri noui, in caſus poſitione.lib.1.}

*In Italia. Hiſpania.*

& in vniuerſum de multis Italiæ partibus. Saly.in d.l.dudum, col.ij.verſi.quæro poſt hanc. & Hippo.Marſil.ſing.liiij. in multis partibus. Et in Hiſpania eſt

lex ſimilis in lib.5.ordinationum ( quas vocant ) regiarum, tit.vij.l.vj.& ſeq.cuius meminit Ferd.Loaz.in repet.l.filiusfamilias.§.Diui, col.xl.nu.227.ff.de leg.ij.& dicit Paul.Caſtr.in d. l.dudum,quòd propè vbique ſunt huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines.

*Vbique gentium.*

2 *Retractus quàm diuerſæ appellationes. Ius protomiſeos. Πρωτομίξεος. Πρωτιμήσεος.*

¶SVNT QVE HVIVS iuris diuerſæ appellationes. Nam Feder.in ſua conſtitu. quam de eo nuncupatim edidit,cuius initium eſt,ſancimus amodò,aut,vt alij legunt, omnimodo,id vocat ius protomiſeos,nomine,vt opinor,corrupto:& fortè ſcribendum eſt, protomixeos, πρωτομίξεος à πρῶτος,id eſt,primus,& μίξις.i.miſtio,coitus,coniunctio:quòd ex eo iure veluti miſceantur & coeant,vel in idem dominiũ,ſi vicinus aut conſors redimat, vel in eandem familiam ſiue conſanguinitatem,ſi conſanguineus, quæ anteà ſeparata ab his fuerant. In ea autem cõſtitutione inter cætera ſtatuitur,quis illorum primus admittatur, & cæteris præferatur. Hincq;,niſi me coniectura fallat,πρωτομίξεος nomen. Niſi malis legere προτιμήσεως, id eſt,prælationis,à προτιμάω, id eſt,præfero.nam & ſic legendũ putat vir omnibus modis laudatiſsimus Carol.Molend.in conſuet.Parienſes tit.j.§.xlij.col.vlti. Siue etiam πρωτομύστος, à πρῶτος,& μύσις præcluſio:quòd ſcilicet eo iure cõſanguineus,conſors,vicinus aliis emptoribus veluti viam præcludant. Primum autẽ & poſtremum propiùs accedunt ad vulgarem illum titulum:ſed medium illud rem ipſam ſignificantius exprimere videtur. Et vt verius quoq; videatur,facit autoritas hominis Græci non indocti Conſtantini Harmenopuli Nomophylacis Theſſalonicenſis in Epitome Iuris ciuilis, cui hunc tit.præfixit πρόχειρον νόμων. Is enim lib.3.eius operis hunc tit.inter alios præfixit,περὶ προτιμήσεως.Cui hæc verba ſubiecit: Διαπράσεως γινομένης,τῷ μὲν ἐξωτικοῦ ὁ δανειστής,ἢ ὁ συγγενής,προτιμᾶται εἰς τὸ ἀγοράσαι. τῷ δὲ συγγενοῦς ὁ δανειστής:ἐκ τῶν δανειστῶν ὁ τὸ πλέον χρεωστούμενος. Id eſt,Venditione facta,extraneo creditor aut propinquus præfertur in emptione:propinquo autem creditor:ex creditoribus autem,cui plus debetur.Quæ propè ad verbũ ſumpta ſunt ex l.j.ff.de priui.cre.Ea eſt huiuſcemodi:Cùm bona veneunt debitoris,in cõparatione extranei,& eius qui creditor cognatúſve ſit,potior habetur creditor cognatúsve:magis tamẽ creditor,quàm cognatus:& inter creditores potior is eſt,cui maior pecunia debetur.Et ea quidẽ l.ſolet à noſtris allegari ad fundamentum noſtri retractus : de quo nos ampliſsimè dicemus infrà in hac præfat.nu.41.huc item pertinet,& multis ſeq.At Io.Oldendor.vir certè doctiſsimus,in lib.de iure & æquitate legit in ea Feder.conſtit.protheniſeos, idq; non ſemel,vt caſus videri poſsit,ſed iterũ atque iterum,vt de induſtria factum cenſeatur.Qua tamen ratione ita legit,prorſus ignoro.

*Πρωτομύστεος.*

*Protheniſeos.*

3 *Ius congrui.*

¶Porrò in eam conſtitutionem πρωτομίξεος commentaria ediderunt Bald. & Matth.Afflict. qui & ipſe poſt And.Barul.in l.prædia,C.de loca.præd.ciuil.lib.11. id ius vocat ius congrui. Cui appellationi conuenit , quod ſcribitur in re non admodum diſsimili in l.congruit,C. cod.tit.cuius hæc verba ſunt:Congruit æquitati,vt veteres poſſeſſores fundorum publicorum,nouis conductoribus præferantur. Sunt enim,& qui & eam l. pro noſtra conſuetudine afferunt,tanquam ſcilicet non diſsimiliter hîc congruat,vt conſanguineus extraneo præferatur. Et ego perſanctè deierare auſim,eam iuris congrui appellationẽ illinc eſſe depromptam.Statutum autẽ Paduanum vocat Præſentionem:vt videre licet apud Pau.Caſt.in omnibus propè conſil.ſuprà ex eo citatis,& Cæpol.conſil.etiam ſuprà allegato , & alio, ſi non idem ſit, cuius meminit Alex.conſi.lxij.in cauſa,col.j.lib.7. Quæ appellatio proximè conuenit cum noſtra conſuetudine , quæ & eam Oblationem vocat. Ea autem hinc manauit, quòd conſanguineus tenetur offerre pretium emptori.

*Ius præſentationis.*

4 *Retractus ius recompræ appellatus.*

¶Statutum Lucanũ vocat id ius Recompræ,vt tradit Phil.Dec.d.conſi.ccxxij.col.ij.verſi.ſed is nullo modo.At Pet.Anch.conſi.ccclxx.ante omnia.in fi.& Flor.à S.Petro,conſi.ſeq.quòd dicta domina,in prin.non recompram vocant,ſed recomperam & recomperationẽ:quod tamen idem eſt,niſi quòd in priori voce detracta eſt e litera per ſyncopen,vt ſępe fieri aſſolet. Eſt autem ea vox vulgaris Italorum,quæ ſignificat veluti recuperationẽ, quòd ſcilicet conſanguineus rem venditam recuperat.Niſi malis dictũ à comparando,quaſi dicas recõparare, id eſt redimere.Nam plerunque comparare emere ſignificat,vt colligitur ex l.j.& ibi gloſ.in verbo,cõparauit.Bart.in ij.oppoſi.& Bal.col.j.verſi. item nota quòd verbũ,C.de rer.permut. ex quibus Bal.ipſe dicit,hoc verbum vulgò accipi pro verbo vendendi,atque etiã ex l.à Diuo,§.ſi poſt addictum,& §.vlt.ff.de re iudi.& l.ij.ff.de litig. & l.nec quaſi,ff.de rei vindic.& l. liberis.§.ſi quis ſciens,ff.de lib.cauſ.& l.ſemper,§.negotiatio,ibi,pecunia cõparatis nauibus,ff. de iure immu.& l.ij.§.ad frumenti comparationem,ff.de admi.re.ad ciuit.per.& l.procuratoris,§.planè,ff.de tribu.actio.& l.iij.§.j.ff.de in rem verſ. & l.quidã,eo.tit.& l.ſi procuratorem, §.ſi tutores,& §.ſi liber.ff.mand.& l.ſi mandauero,§.fugitiuus,eo.ti.& l.ex facto,in prin.ff.de hæred.inſti.& l.is qui ſuis,§.nihil,ff.de manu.& l.ſi à creditore,in verb.cõparaſti,iuncto verbo,venditor,C.de obli.& act.& l.ea conditione,C.de reſcin.vend.& l.ſicut,C.de act.empt.& alibi ſæpe.Et ita quoque maximi auctores vſi ſunt.{Cato Cenſorius in Re ruſtic.cap.1.Prædium cùm cõparare cogitabis,ſic in animo habeto , vti ne cupidè emas.} Teren.in Eunuch.

*Comparo verbum quid ſignificet.*

*Imò ſi ſcias,quod donum huic dono contrà comparet,*
*Tum magis id dicas.—*

Quo loco Donatus, comparet,interpretatur,emat.Liuius lib.2.ab Vrb.cond.Annonę imprimis cura habita,& ad frumen-



frumentum comparandum miſsi in Volſcos.Suetonius in Iulio Cæſare, cap.47.Gemmas, toreumata,ſigna,tabulas operis antiqui,ſemper animosè comparaſſe. {Hincque comparator pro emptore,l.j.C.de cap.& diſtrah.pign.trib.cauſ.lib.10.} Vt hinc intelligas,Rufinum fuiſſe ab Hieronymo in tertia aduerſus illum Apologia,iniuria repręhenſum,quòd comparatum codicem pro empto poſuerit:quaſi,vt ille ſubdit , comparatio æqualium tantùm ſit,emptio pretij annumeratio. Scio autem id verbum comparandi,& de aliis modis acquirendi,quàm per emptionem dici:vt probatur in l.ſi quid earum,& ibi glo.& Bart.ff.de lega.iij.de quo per glo.& Bart.in d.l.j.C.de rer.permut.eundem Bart.in l.j.ff.de contrah.empt.Alex.conſi.lxxxv. animaduerſis,col.vlti.lib.4.Barb.in rub.ext.de emp.& vend.col.vlt.verſic. vtrùm autem verbum.Corn.conſi.lxxiij.quamuis videatur,col.iij.verſi.quod verbum,lib.4.vbi tamen dicit,in vſu vulgari,id verbum accipi pro verbo emendi.& Fabia.in tract.de emp.& ven.in ij.q.prin. col.ij.verſi.ſecundò fallit. Ex quo & Terentius in Andria:

*—Atque ex incommodis*
*Alterius ſua vt comparent commoda.*

Et ibi quoque Donatus exponit,comparent,id eſt,acquirant. Firmianus autem in tractatu gabellarum,in tertia parte viij.partis princ.quæſt.j.dicit,quòd compra, eſt vulgare Italorum, quo ſignificatur veluti acquiſitio.

5 ¶Sed & conſuetudo noſtra,& vniuerſa propè Gallia,retractũ vocat à retrahendo: quòd ſcilicet cõſanguineus ad ſe,atque ita ad familiam & cognationem,à qua res receſſerat, eandem retrahit. Quod verbum frequens eſt apud receptiſsimos autores, è quibus ſatis erit vnum, qui inſtar eſt omnium,citaſſe. Is eſt Virgil.lib.5.Aeneidos:

*Retractus à retrahendo dictus. Retraho,verbum.*

*Nate dea,quò fata trahunt,retrahuntq;,ſequamur.*

In noſtris autem legibus ſæpiſsimè reperitur,vt in l.j.non ſemel,C.de natur.lib. quo in loco Bal.alludens ad noſtram conſuetudinem, allegat c.conſtitutus,extr.de in integr.reſtit.vbi fit mentio huius noſtræ conſuetudinis. Sed & reperitur in l.j.C.de tabul.lib.10.& in l.cùm procuratores,C.de metal.lib.11.& in l.j.C.de fund.rei priua.eod.lib.11.& in l.j.C.de diuerſ.offic.& appar.iudic.lib.12.Sed & in ff.quoque,nequis dubitet, comperitur:vt in l.in fraudem,§.à debitore,ff.de iure fiſci, & in l.Imperatores.§.item reſcripſerunt agros,ff.de admin.rer.ad ciuit. pertin.vbi ſcribitur,curatorem ciuitatis debere retrahere agros Reipublicæ.

6 ¶Et hinc verbum retractandi,in eadem propè ſignificatione retrahendi ſiue reuocandi, in l. Pomponius,§.ex facto,ff.de acquir.poſſeſsi.& in l.ſi dolo.ff.de dolo malo,& in l.non ſolùm, §.item ait,ff.de procurat.in l.quod autem,§.ſi vxor,ff.de donatio.inter vir.& vxo.& in l.quo enim,§.vltim.ff.de ſolut.& in l.ſi cum militaribus,C.de reſtitut.milit. & in l.vlti.§.ipſum autem,C.de bon.quæ lib.& l.ij.C.ne fiſc.rem quam vend.lib.10.& apud Virgil.ſtatim initio lib. 12.Aeneidos:

*Retracto, pro retraho, ſiue reuoco vſurpatum.*

*—Nihil eſt,quòd dicta retractent.*

Quanquàm pro iterum tractare,vt tradit Sextus Pompeius,ſiue iterum excutere,examinare accipitur,& quidem frequẽtiſsimè:vt in l.j.& ij.ff.ne de ſtatu def.& in l.ij.§.j.& ij.& iterum in l.vlt.ff.de collu.dete.& in l.aut priuatim,§.j.ff.ad S.C.Turp.& in l.in omnibus,§.j.ff.de diuerſi.& temp.præſcr.& in l.eius qui,in prin.ff.de iure fiſci, & in l.in bonæ fidei,C.de vſur.& in l.præcepit,C.de can.larg.eo.lib.10.Et apud Plinium lib.epiſt.vj.ad Vrſum, Finitamq; cauſam retractauit. Et alibi ſæpe, vt apud Budæum,Galliæ ſidus fulgentiſsimum, videre licet. Paulus autem noſter ſine compoſitione id, iterum tractare , appellauit,in d.l.in fraudem,§. quoties,ff.de iure fiſci.{Seruius autem(ne illud prętermittamus)in lib.7.Aeneid.Virgilij ſcribit,retractare eſſe repetere quod omiſeras,in id referens illud ipſius Virgilij,

*Item pro iterum tracto.*

*—Deſuetáque bello*
*Agmina in arma vocat ſubitò,ferrumq; retractat.}*

7 ¶ID AVTEM ius retractus etiam ex legibus Moſaicis,omnium primis,fuiſſe obſeruatum liquidò conſtat,ex 25.c.Leuit.cùm ſcribitur,Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſsiunculam,& voluerit propinquus eius, poteſt redimere. Et apertè quoque declaratur Ruth 4. cap.vbi ita ſcribitur:Partem agri patris noſtri Elimelech vendidit Noemi,quę reuerſa eſt de regione Moabitide:quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis ſedentibus & maioribus natu de populo meo. Si vis poſsidere agrum iure propinquitatis , eme & poſside. Et Hieremiæ 32.cap.vbi hæc quoque verba adſcribuntur:Eme tibi agrum meum, qui eſt in Anathot.tibi enim competit ex propinquitate,vt emas. Quem locum enarrans D. Hieronymus,Non erat,ait,licitum poſſeſsionem de tribu tranſire ad tribum,nec de familia ad aliam familiam. Id quod etiam è noſtris citat Lucas Pen.qui & alia quædam in id affert, in l.j.col. ij.in verbo, debiti,C.de impo.lucra.deſcript.lib.10. Et hac quidem ratione iubetur Numeri cap.36.eodemq; vlti.vt omnes viri ducant vxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant,vt hæreditas permaneat in familiis.

*Retractus legibus Moſis obſeruatus.*

8 ¶Et horum quidem ſacrorum Bibliorum locorum autoritate adducti quidam cõtendunt, hanc noſtram retractus conſuetudinem eſſe iuris diuini,exiſtimantes omnia,quę legibus illis Moſaicis ſtatuta ſunt, ius diuinum conſtituere. Sed illi admodum falluntur. Quod ne

*Retractum nõ eſſe iuris diuini.*

*Præcepta Moſis trifariam diuiſa.*

neſcias(nam id ad totum hunc tractatum multùm habet momenti & ponderis)animaduertendum eſt,placita,pręcepta ac dogmata veteris teſtamenti trifariam diſcriminari:Alia enim moralia,alia cæremonialia,alia denique iudicialia:quæ omnia nominatim, ſpeciatimq; tanguntur Deuter.cap.5.his verbis,Loquar tibi omnia mandata mea,& cæremonias , atque iudicia,&c.Et cap.ſeq.cùm ſcribitur,Hæc ſunt præcepta,cęremoniæ,atque iudicia,&c.Et cap.8. Caue ne negligas mandata eius,atque iudicia, & cæremonias. Et 3.Reg.2.vt cuſtodias cæremonias eius,& præcepta eius, & iudicia. Et 2.Paralip.33. vbi dicitur , Si cuſtodierint facere quæ præcepi eis,cunctamq; legem,& cæremonias,atque iudicia , quæ mandaui per manum Moſi.Et Eſdræ 2.lib.cap.1. Et non cuſtodiuimus mandatum tuum, & cæremonias, & iudicia,quæ præcepiſti Moyſi. Iudicialia autem,(vt interim cætera omittamus) quæ & nonnulli legalia non inſcitè appellant, ( cuiuſmodi eſt illud de redimendo agro vendito à propinquo & tribuli) non apud nos habent vim legis,quæ obligare poſsit , niſi quatenus in nouo Chriſti teſtamẽto approbata reperiuntur,vt ex Theologis quoque ſcholaſticis (nam & hos aliquando,vt omnibus ſatisfaciam,haud grauatè appello) voluit Alexan. Hales,cæterorum huius monetæ Antiſtes , in ij.parte ſummæ,q.iij. membro j. iterumq; in iij.parte.q.lix.membro j.& eius diſcipulus Diuus Thomas Aquinas , in j.ij.q.ciiij.artic.iij. rurſumq; in ſecunda ſecundæ,q.lxxxvij.art.j.& in quotlib.2.art.viij. & alter eiuſdem diſcipulus,ſanctimonia quoque inſignis,Bonauentura in iiij.ſent.diſt.iij.art.ij.q.ij.in qua etiam diſt.copioſius hæc attigit cæterorum ſubtiliſsimus,aut ſi mauis tenebricoſiſsimus ex nomine Scotus, in vlti.quæſt.ad fin.& idem Bonauen.in eodem iiij.ſent.diſt.xxxvij.art.ij.quæſt.j.& Richar. in eodem lib.diſt. xvj.Anto.Flor.in prima parte ſummæ,tit.xiiij.c.6.in prin.col.iij.verſi.iij.differunt. Ange.Cla. in verbo decima,verſi.ij.& è recentioribus Gabriel Biel, in iij.ſent.diſt.xxxvij.q.j.art.ij.concl. v.ad fin.& rurſum in iiij.diſtin.j.q.iiij.arti.iiij.dubio item 4. & Marſilius ille Ficinus,qui iure optimo columẽ Theologiæ ſimul & Philoſophiæ noſtri ſeculi appellari poteſt,in eo libro, quo de religione Chriſtiana tam verè ac piè,quàm eleganter,diſſerit cap.34. vbi & præcepta Moſis multis modis diſtinguit,aſſerens ea eſſe præcipua,quæ in Decalogo continentur: data enim primùm nullo medio fuiſſe à Deo in tabulis lapideis populo vniuerſo:deinde tanquam perpetua in arca teſtamenti in ſancta ſanctorum incluſa. Cætera verò minutiora eſſe, ac data per Moſen,& ab eo chartis inſcripta,atque extra ſancta ſanctorum poſita. Inter hæc autem alia ſimpliciter moralia eſſe,quæ quoniam naturæ legem imitantur, ſempiterna ſunt fermè,ſicut præcipua. Alia ad iudicia pertinẽt:quæ in æquitatis arbitrio poſita,prout rerum vſus exigit,variantur. Alia verò ad cæremonias : quæ ſunt parui momenti. Et hæc quidem ſcitiſsimè probat autoritate ipſius veteris teſtamenti. Sed & idem quoque tradidit , & inuictiſsimis rationibus comprobauit Paul.Ricius in lib.de Chriſtiana veritate, tract.ij.parte iij. cap.item 3.& ex antiquioribus (hos enim prætermittere piaculũ eſſet) Origines in Exodum Homilia 10.& in Numeros Homilia 11.Hieronymus in epiſto.ad Auguſti.cuius initium eſt, Tres ſimul.epiſt.ipſe Auguſt.lib.aduerſus Manichæum ſexto ferè per totum eum librum.& iterum lib.19.cap.18. & ad Bonifacium contra duas Pelagianorum Epiſtolas , lib.3.cap.4. & Ambroſius in epiſt.Pauli ad Coloſſ.cap.2.& in epiſt.lxxij.ad Irenen.& horum primus Tertullianus in lib.aduerſus Iudæos.

*Iudicialia ſeu legalia Moſis non obligare.*

9 ¶Et è noſtris(ne eorũ autoritate defici videamur)idem voluit Imol.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,col.iij.ad fin.& ibi quoque Rom.col.x.ff.de verb.oblig.& idem Imol.in l.iij.col. vlti.& ibi etiam Fran.Aret.col.iij.verſ.prima ratio,ff.de teſta.ipſe Imo.in c.vlti.col.iij.de conſuet.& conſi.omnium primo,in caſu præmiſſo,in fin.Card.Flor.loquens de lege Moſis qua maſculi præferebantur fœminis in ſucceſsionibus,conſi.ij.circa ſtatutum,ad fi.Mart.Laud.in tract.primogenituræ,col.pen.verſi.rurſus quæritur nunquid.Bellamera conſi.xxviij.in facto mihi tradito,col.ij.verſic.ad partem contrariam Alex.conſi.xiij.attentis his,col.iij.verſic.præterea pręcepta,lib.7.Fran.Aret.in l.vlt.col.pen.verſi.iij.quod non valet.C.de pact.Barb.conſi. xxxix.clementiſsimi Dei,col.j.lib.2.Iaſ.in l.qui ſe partis,col.v.verſicu.& nota quòd inter Iudæos,C.vnde libe.Philip.Dec.in c.conſuluit,in ij.not.extr.de appel.Zaſius conſtit.j.illuſtres, num.61.lib.2. Et huc quidem pertinent not.à gloſ.& Archid.in §.his itaque reſpondetur,per text.lib.6.di.Panor.& aliis in c.1.extr.de homicid.& idem Pano.in d.c.vlt.col.ij.verſ. in glo.ij. extr.de conſuet.& in cap.2.col.iij.extr.de probation.

10 ¶Et ne de hac re dubites,quãtùm ad iudicialia ſiue legalia pertinet, de quibus hîc ſpecialiter loquimur:id quod diximus, poſſum multis Chriſti Domini noſtri teſtimoniis probare:ſed vnum tantùm aut alterũ breuitatis gratia nũc afferam.Nam quod ſcriptũ eſt in lege Moſaica,Oculum pro oculo,dentem pro dente,Deuter.19.& Exod.21.damnat Chriſtus Matth.5.c. quodque de libello repudij traditur Deutero.23.id Chriſtus quoque reprobat , abrogatque Matth.eo.c.5.atque iterum xix.& Marc.10.& Luc.16. Suntq; plurimi in ea ſententia,quòd ea lex repudij non excuſaret à peccato,& in iis glo.in c.In lege,xxiiij.quæſt.iiij.Archid.in c.qui peccat,iiſdem quæſt.& cauſa.Hoſti.in c.gaudemus,col.iij.in verbo,qui autem, extr.de diuor. Bald.aut quiſquis eſt,inter conſi.illius,conſi.ccccxxviij.inquiſitio prædicta,col.ij.lib.5.& magna Theologorum cohors,in iiij.ſenten.diſt.xxxiij. & latè diximus in noſtris Legibus connubiali

*Aliquot præcepta Moſis à Chriſto damnata.*



nubialibus. Ex quibus planè intelligis,placita legalia Moſis non fuiſſe Iuris diuini. Nam ſi talia fuiſſent,perpetua quoque & immutabilia permanſiſſent, nec crimini aut peccato feneſtram aperuiſſent. Quantùm enim ad primum pertinet, ſcriptum eſt Pſalmo octogeſimooctauo,Neque prophanabo teſtamentum meum , & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Et Eſaiæ cap.40.Verbum Domini manet in æternum. Et alibi, Cœlum & terra tranſibunt,verba mea non tranſibunt.Matth.24.Marci.13. Lucæ 21. Et rurſum alibi:Facilius eſt cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere,Lucæ 16. Quantùm autem ad ſecundum,conſtat viam Domini impollutam eſſe,Pſalmo 17.& legem ipſius immaculatam,Pſal.18. Vt non immeritò damnata ſit hæreſis Cerinthi, Hebionis,& Nazareorum, aſſerentium legem Moſis in omnibus eſſe obſeruandam,ſicut & nouam, teſtimonio Philaſtri,& Auguſtini in libro de hæreſibus. Nam & Gerſon,non contemnendus Theologus,in tractatu de contractibus,parte j.conſideratione x.dicit fore hæreticum,ſi quis credat iudicialia Moſis præcepta nos obligare.

11 ¶Igitur ſatis ex iis quæ diximus conſtat,iudiciales Moſis leges,non eſſe diuinas:niſi & ea ratione,qua leges Canonicas eſſe diuinas,tametſi humanæ ſunt,quidam aſſerunt:vt per Hoſt. Ioan.And.& Panor.in c.1.extrà,de iura.cal.& alios citatos à Barb.in c.filius,in iiij.not.extrà, de teſta. Et id ſatis probat text.in c.nimis,extrà,de iureiur.& in c.2.de priuil.lib.6. Sed & leges quoque ſeculares diuinas diuinituſq; latas & promulgatas pronuntiat,l.vlt. & ibi glo.in verbo,diuino,C.de præſcrip.long.temp.& §.quia igitur imperium, in auth.de inſtru.caut.& fide. Scribit enim Ioan.Andr.in c.vlti.ne cleric.vel monach. legem ciuilem eſſe partem legis diuinæ & Theologicæ,& ſequitur Bal.id quoque trahens ad leges feudales,in proœmio feudorum,col.iij.verſicu.apparet igitur,vbi & alios in id citat. Nam & Demoſthenes in oratione prima aduerſus Ariſtogitonem πᾶς (ait) ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν, καὶ δῶρον θεῶν,id eſt,omnis lex eſt inuentio quædam,& donum Deorum. Quod & à noſtro Iuriſconſulto relatum eſt in l.ij.ff.de legib.& Galeno in eo lib.cui titulus eſt,vtrùm partus in vtero ſit animal:& Aphthonio declamatore in libro præexercitamentorum , paulò ante finem. Nam & Eccleſiaſt. cap.1. tradit omnem artem & ſcientiã eſſe à Deo:quod & de Medicina priuatim tradit idem cap.eiuſdem operis,38.& de agricultura,cap.7.

*Pontificias leges,cùm humanæ ſint , diuinas ab aliquibus dici.*

*Ciuiles item.*

*Feudales itẽ.*

*Lex donum Dei.*

12 ¶Illud autem certum eſt,omnes legiſlatores ſuarum legum inuentionem in Deos retuliſſe, quò illis maiorem autoritatem,maieſtatemq; & obſeruantiam conciliarent : Moſen ſcilicet, de cuius legibus nũc priuatim loquimur,ad Deum Opt.Max.quem Diodorus Siculus lib. 2.Bibliotheces vocat Abiaum. Nam illud ſæpe,cũ ſuas leges ederet,proclamabat, Hæc dicit Dominus.Minoem Cretenſium legiſlatorem,ad Iouem : Lycurgum Lacedæmoniorum,ad Apollinem:Draconem,& Solonem Athenienſium,ad Mineruam : Triſmegiſtum, ſiue Minam,vt aliis placuit,Agyptiorum,ad Mercurium:Numam Romanorum,ad Aegeriam: Zamolxim Getarum atque Scytharum,ad Veſtam:Zoroaſtrem,qui & Zarodes dictus eſt, Bactrianorum & Perſarum,ad Oromaſin : Charondam Carthaginienſium,ad Saturnum:Zaleucum,{aut,vt alij vocant,Seleucum,Locrenſium,ad Mineruam:Zatraſtem Arianorum,ad ſimulatum quoppiam numen:Philolaum Thebanorum,Andronodorum Chalcidenſium, qui in Thracia ſunt, Protagoram Thuriorum,ad neſcio quos alios Deos. Quæ omnia tradita ſunt à Platone lib.1.de legibus,in princip.Dionyſio Halicarnaſſeo,lib.2.antiquitat. Romanorum,Diodoro Siculo,d.lib.2.Bibliotheces:vbi huius rei addit rationem,quòd ipſi putabant rem mirandam ac diuinam maximeq; mortalibus vtilem leges eſſe:ſiue vt citius populi,ob rei excellentiam,Deorum metu, legibus obtemperarent. Et præterea Cicerone lib. de Diuinatione primo,Valerio Maximio lib.1.cap.3.quod de ſimulata religione eſt, Plutarcho in Numa Pompilio,Galeno in illo libro nuper à nobis citato,in ſumma lib.3.{ Polyæno lib.8.ſtratagematum. vbi de Numa loquitur.} Lactantio lib.1.cap.22. & ex recentioribus Marſilio Ficino in argumento in Minoem Platonis,& aliis paſsim ſcriptoribus. Vt interim prætermittam Mahumethem illum Arabum legiſlatorem infandiſsimum ad Gabrielem leges ſuas retuliſſe. Plato autem in dicto lib.1.de legibus , in vniuerſum tradit Deum legum condendarum autorem eſſe:vt hac ratione (vt tandem hoc caput claudam) poſsimus leges omnes diuinas vocare. Verùm nos aliter Ius diuinum intelligimus.

*Legiſlatores ſuas leges ad deos retuliſſe.*

*Moſes.*
*Minos.*
*Lycurgus.*
*Draco.*
*Solon.*
*Triſmegiſtus.*
*Numa.*
*Zamolxis.*
*Zoroaſtres.*
*Charondas.*
*Zaleucus.*
*Zatraſtes.*
*Philolaus.*
*Andronodorus.*
*Protagoras.*

*Mahumethes.*

13 ¶SED VT REDEAMVS, hæc noſtra conſuetudo approbatur in c.conſtitutus,de in integ. reſtit.& vt pleriſque placere video,in c.1.§.ſed etiam res,vbi id not.Doctor.titu.per quos fiat inue.& in cap.1.§.item j.& ibi quoque Docto.tit.qualit. olim pot.feud.alie. Vt iam non dubitandum ſit,an valeat,ſicuti nec dubitant Petr.Cyn.Alberi.Bald.Saly.& Paul.Caſtr.in d.l. dudum,C.de contrah.empt.Hoſti.Ioan.Andr.& Panor.in d.c.conſtitutus.Bald.Sal.& Paul. Caſt.in l.j.C.com.diuid.Bal.in rub.C.res inter alios act.verſi.& not.quòd ex conſuetudine. & conſi.cclxxvj.ad euidentiam præmittendum eſt,lib.5.Lucas Pen.in l.vlt.col.j.verſicu.facit hæc lex,C.de prædi.curia.lib.10.& in l.j.col.j.in verbo debui, C.de impo.lucra.deſcript.eod. lib.10.Ioan.Plat.in l.ij.in j.not.C.de præd.nauic.lib.11.& in l.j.col.j. per illum text.C.non lic. hab.metrop.lib.11.Alexand.conſi.lij.viſo themate,in princip.lib.1.& conſil.xxvij.quod eſt ſimili exordio,in princip.lib.6.& conſi.clxxiij.viſo & diligenter,colum.j. eodem lib.6.Philip.

*Retractus conſuetudo iure Pontificio approbata.*

Deci.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio eſt,valet ſtatutum, poſt princip.& conſil.ccxxij.viſo puncto,etiam poſt princ.& conſi.ccc.viſa petitione,etiam in princ.Ludo.Bolo.conſil.xxv.in ampliſsimo,in iiij.dubio.Lud.Gozad.in repet.d.l.qui ſe patris,col.xxxiiij.verſi.infero & ſextò,C.vnde lib.Paul.Pariſien.conſi.lxxxij.pro veritate,poſt princ.lib.3.& conſi.ſeq.pro reſolutione,col.j.eod.lib.& vbique Docto.noſtri,loquentes in caſibus huiuſce conſuetudinis,multas quæſtiones diffiniunt, nullum omnino dubium de viribus illius facientes:quorum loca iam multa ſuprà,in princ.deſignauimus,& poſthac plurima notabimus.

*Valet ſtatutũ prohibens uendere extraneo.*

*An tale ſtatutum compræhendat eccleſiam & clericos.*

14 ¶Nam & (quod plus eſt) valet ſtatutum, omnino prohibens vendere extraneo,aut forenſi: (vt noſtri non rectè,ſi credimus Vallæ in Pogium,appellant ) ſecundum Bart.Angel.Imol. Alex.Iaſ.in vtraque lect.ſuper iij.quæſt.Bart.& cæteros recentiores,in l.filiusfamilias,§.Diui, ff.de leg.j.Ioan.And.Pet.Anch.Domi.& Philip.Fran.in c.vlti.de immu.eccl.lib.6.Bar.Bal.& Saly.in d.l.dudum.Bar.& Bal.in l.vlt.illum col.etiam vlti.hunc iij.verſi.extr.gl.C.de ſacroſ. eccle.Bart.in l.in quorum.ff.de pig.& in l.ſi quis ita,§.ea lege,ff.de verb.obli.& in l.multum, ff.eo.tit.& in l.ſi in emptione,§.omnium,per illum tex.& ibi etiam volunt Bal.Saly.& Alex. ff.de contrah.empt.& in l.j.col.ix.verſi.circa primum ſic dico,C.de ſum.trin.& in l.vlt.C.de exact.trib.lib.10.& in d.l.ij.& ibi quoque Io.Plat.C.de præd.nauic.lib.11.Bal.in l.ij.in fin.ff.de iuriſd.om.iudi.& in l.ea lege.& ibi Ang.& alij,C.de cond.ob cau. idem Bald.in l.vlt.§.vlt.C. com.de leg.& in l.j.§.j.C.de com.ſer.manum.& in c.ſi clientulus, col.ij.tit.de ali.feud.& in c. quæ in eccleſiarũ,col.ij.extr.de conſtit.& in c.clerici,ext.de iudi.& conſi.cccxlix.ſtatuto Placentiæ,col.ij.lib.1.& conſi.cccx.ad euidentiam,poſt princ.lib.3.& conſi.cccxiiij.quædam ſunt locutiones , eod.lib.3.& conſil.clxxiiij.præſupponendum eſt,lib.5.Signo.conſ.xxj.ſtatuto ciuitatis Mediolani.Ange.conſ.xlvij.quidam Franciſcus de Florentia,col.vlt.Alber.in ij.parte ſtatutorum,q.ij.ex prædictis,col.iij.verſi.ſed exorta,& ſeq.vbi dicit id communiter teneri & ſeruari.Panor.in c.relatum,le j.de teſta.Card.Flor.conſi.cxliiij.ſuper themate,col.j.& ij.Paul. Caſt.conſi.lxxxix.poſſet quis dicere,poſt prin.lib.2.Raph.Fulg.conſi.cij.præſuppoſito ſtatuto.Ioan.Plat.in d.l.j.col.j.verſi.ſimiliter valet,C.non lice.habit.lib.11.Alex.conſi.ciij.viſis ſcriptis,col.ij.verſic.nam conſtat,& ſeq.lib.2.Corn.conſi.lxxviij.quanquàm videatur, col.j.lib.1. & conſi.clij.licet in hac,col.j.eod.lib.1.Barb.in repet.rub.de non ali.reb.eccleſ.in j.q.& conſi. xliij.præclarè ſcribitur,col.x.verſi.venio nunc ad aliã,lib.1.Philip.Fran. in ſua diſp.petitorij, in iiij.dubio.Fran.Cur.Senior conſi.xxvij.magnificus vir,col.v.verſi. capio ſecundum.Fab. in tract.de empt.& vendi.in xxj.q.iij.q.princ.Feli.in cap.1.col.j.de Iudæis.Philip.Deci.conſil. cccccclxj.in caſu de quo,col.j. Ex quibus multi etiam dicunt, id ſtatutum compræhendere Eccleſiam,& clericos,vt ſcilicet nec eis,nec in eos liceat alienare. Quin Bald.in d. c. quæ in Eccleſiarũ,vbi ſuprà.& prætereà in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ,col.j.verſi.idem videtur dicendum,extr.de conſtit.eius eſt ſententiæ,vt valeat ſtatutum expreſsim prohibẽs,ne liceat alienare in clericum,ſi principaliter non ſit factum in odium ipſius. De quo & nos aliquid dicemus infrà,in §.j.in verbo,*l'achepteur*,num.3.4.& ſequen.

*Valet ſtatutũ iubens potius uendere uicino aut proximo, quàm alteri.*

*Valet item pactum in eam rem.*

*Caſus aliquot quibus uni magis quàm alteri uendere aut locare debemus.*

*Caſus quibus etiam uendere cogimur.*

15 ¶Imò,& quod etiam plus eſt,valet ſtatutum iubens vendere potius conſorti,aut vicino aut proximo,quàm alteri eodem pretio:vt placuit Bart.in l.ij.verſic.item not.arg.C.de debit.ciuit.lib.11.Petr.Anch.conſi.clx.præſupponitur:& iterum conſi.ccclxx.ante omnia videndum eſt.Floria.conſi.ſeq.quòd dicta domina.Paul.Caſtr.conſil.cxciiij.viſo ſtatuto, lib.1.& conſil. ccxxj.in hoc paſſu.eo.lib.1.Alex.d.conſi.lij.poſt prin.lib.1.& d.conſi.xxvij.in prin.lib.6.Soci. conſi.cclxxij.non proſequendo,col.iij.verſi.confirmatur quòd ſi contra,lib.2. vbi intelligit, modò ſit factum à non recognoſcente ſuperiorem.Philip.Deci.ſi is eſt,conſi.ccccccxix.licet in caſu,col.ij.verſi.primum ſtatutum.& conſi.ccccccxlvij.requiſitus,col.j.Pantha.Cal.in rep. l.ij.in fi.C.de reſcin.vend.Barpto.Chaſſen.(neque enim illum grauatim cito , tametſi de me peſſimè meritum) conſi.xxij.conſuetudine cauetur,col.ij.verſi.item iſtud ius. Nam ſi valet pactum eiuſdem tenoris,vt certè valet, ſecundum Bal.in l.j.poſt princ.C.commu.diuid.per l.qui Romæ,§.cohæredes,ff.de verb.oblig. vbi & hoc volunt Imol.Raph.Co.& Alex.atque etiam Iaſ.qui id dicit no.in l.nemo,quæ eſt pen.ff.de pact.& conſi.ccxj.præſens conſultatio, col.iij.verſi.ſed præmiſsis,lib.2.conſequens eſt,vt & ſtatutum valeat:per l.vlt.& ibi Bart.Bal. Sal.& alios,C.de fideiuſ.cum ſi.Et hinc quoq; Alex.conſi.cxxvj.viſis his.de quibus in prin. lib.5.aſſerit valere ſtatutum Ferrariæ,quo prohibetur locator alteri vendere,priùs quàm requiſiuerit conductorẽ,an velit emere.Suntq; certi caſus in Iure noſtro,quibus cùm vendere aut locare volumus,debemus magis vni cupiã,quàm aliis, vendere aut locare iuſto pretio: vt in l.j.& ibi gl.vlt.Bar.& Io.de Plat.C.de metal.& met.lib.11.& in d.l.j.& ibi quoque Ioan. Plat.C.non lice.habi.eo.lib.11.& in l.congruit,& in l.prædia.C.de loca.præd.ciuil.eo.lib.11.& in l.vlt.& ibi item Plat.C.de agri.& mancip.eo quoq; lib.11.& in §.ſi verò aliquãdo, in auth. de collato. Imò & vendere ſimpliciter in quibuſdam caſibus,velimus,nolimus,cogimur:ex quibus multos collegit glo.in l.Iulianus,§.idem Celſus,ff.de actio.empt.& in l.nec emere,& ibi quoque Guli.Cu.Alberi.& Iaſ.C.de iure debit.& gloſ.in l.inuitum,C.de contrah.empt, Bald.& Ang.in l.ſi pendentes,§.ſi quid cloacarum,ff.de vſufr.& Feli.in c.1.in vlt.not.extr.de Iudæis,& Ant.Burg.in c.1.col.v.verſi.ex oppoſi.domini,& multis ſeq.extr.de empt.& vendi.





*Retractus conſuetudo an ualeat.*

*Contractu reprobato, an pretiũ reſtitui debeat.*

*Vaſallus feudum alienatũ reuocans, an reſtituat pretium.*

*Emptor malæ fidei an pretiũ recuperet.*

16 ¶Valet igitur noſtra conſuetudo , vt ad eam redeamus·&ſi nonnulli contendant eam eſſe damnatam,per d.l.dudum,C.de contrah.empt.In quo, vt aliis placuit, admodùm decipiuntur:nam ea l.conſtitutionem reprobat,qua ſolis proximis & conſortibus vendere licebat,non etiam aliis:quòd (vt ibi dicitur) iniquum eſt,vt homines ſuo arbitrio vendẽda non diſtrahant,ſed de rebus ſuis aliquid cogantur facere inuiti. Ideò ſubdit ea.l.hæc verba; ſuperiore lege caſſata,vnuſquiſque ſuo arbitratu quærere vel probare poſsit emptorem. In hac autem conſuetudine (inquiunt) nihil tale eſt,quale in ea reprehenditur:cùm neminem cogat vendere proximo,ſed liberum relinquat,quibuſcunque voluerimus,vendere. Id autem concedit , vt rem arbitratu venditoris iam alienatam poſsit proximus reſtituto pretio redimere : & ita quidem approbato contractu : eo enim reprobato,non cogeretur pretium reſtituere.l.iubemus nulli,§.ſanè,ibi,& pretia quidem,& iterum §.prædia,C.de ſacroſ.eccleſ. & l.ij.C.ne rei domi.vbi ita ſcribitur in fi.ita vt nec pretium quidem iniquis cõparatoribus repoſcere liceat.quę quidem l.reperitur in Decretis Cano.in §.vniuerſos,xvj.quæſt.iij.& l.j. in fi.C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.& l.j.in fi.& ibi Ioan.Plat.in iiij.not. C.de præd.curia. ſine decre.non alien.lib.10.& l.quemadmodum,& ibi gloſſ.in verb.& emptor,C.de agric.& cenſ.lib.xj.& §.quia verò Leonis,l.ij.verſ.ſi quis igitur,in Auth.de non ali.Nam & hinc videmus,quòd feudum alienari prohibitũ,ſi tamen alienatur,poteſt agnatus recuperare nullo reſtituto pretio.cap.j.§.Titius,tit.ſi de feud.fue.contro.inter do.& agna.& voluit Philip. Dec.conſi.ccviij.ad clariorem,col.iij.verſi.ſed tamẽ prædictis non obſt.& conſil.ccccclxxvj. in cauſa quæ Mantuæ. Imò nec id recuperat malæfidei emptor à venditore,per tex.à contrario ſenſu,in c.j.vbi id no.glo.in verbo,in bonæfidei,in princ.& Cardi.Alex.col.ij.in vlt. no.tit.de prohi.feud.ali.per Fed.cum ſi.adductis à Barb.conſ.xiiij.clementiſsimi,col.ij.verſi. & ex iſtis,lib.iij.Verùm hæc ratio (tametſi hìc à nonnullis adducitur) non admodum tuta eſt,propter ea quæ traduntur à Bal.in l.vlt.§.emptor,C.commu.de leg.& conſ.cccxxxvij.in primis videndum eſt,col.ij.verſi.ſed quæritur,li.1.Fran.Cre.ſing.xcv.ſtatuto cauetur.& latè Feli.poſt alios in c.cùm cauſam,col.vj.verſic.ad illud mirabile,extrà,de re iudic. & Fabia.in tract de empt.& vend.in viij.q.prin.col.1.verſi.ſecundò quæro.& quæ dicemus infrà,eo.tit. §.xij.in glo.1.num.10.incip.& hæc quidem,& ſeq.

*Lex aut conſuetudo ſemel dãnata an iterum introduci poßit.*

17 ¶At illi afferunt prætereà hanc rationem. Nam poſito (inquiunt) quòd ea lex,dudum, reprehenderet ſimilem legem huic noſtræ conſuetudini (quod, vt diximus, non admittunt) tamen non impediret,quin alia noua lex,aut cõſuetudo , poſteà fieri poſſet,& introduci in contrarium:vt voluit glo.in Clem.ſtatutum,quæ eſt pen.in verbo,conſuetudine , de elect. Pet.Cy.Bal.& Saly.loquentes in caſu noſtræ conſuetudinis,in d.l.dudum.Bar.in l.j.col.vj. verſi.tertiò quæro,C.de ſum.Trini.Bal.in l.vlt.col.ij.verſi.item quæro,an iſta lex.& in l.vlt. C.de pact.pign.vbi ſing.dicit illam glo.& in c.1.col.vlt.tit.de iis qui feud.da.poſſ.& in addi. Spe.tit.de inſtru.edi.§.cõpendioſè,verſi.ſed nunquid de cõſuetudine.Alberi.in prima parte ſtatutorum,q.vij.ſed quid ſi ſtatutum.Pet.Anch.in repet.c.j.char.xxxix.in paruis.verſ. quid ergo ſi conſuetudo,extrà de conſti.& in c.j.eod.tit.lib.vj.& in c.conſtitutus, in tertia oppo. extrà de in integ.reſti.vbi & ipſe loquitur in caſu d.l.dudum. & rurſum in c.cùm ab omni, de vita & hone.cleri.& conſi.lj.conſuetudo quæ habet,in fin.vbi & illam gloſſ.dicit ſing.& conſi.ccxviij.iuxta ordinem,paulò poſt medium.Imo.Pau.Caſt.& Franc.Aret.in l.ſi mihi, & tibi,§.in leg.ff.de leg.1.Panor.in c.vlt.col.item vlt.poſt Ant.ibi char.xij.extrà, de conſuet. & idem Panor.diſtinguens in cap.ij.col.iiij.verſi.ſecundo membro , de probat.& conſi.vij. tria circa primum,col.pen.lib.2.vbi & eam glo.dicit ſing.Stepha.Bertrand.conſi.ccclxj.viſo conſultationis themate,nume.6.lib.j.& conſil.ccxlij.exiſtimo,num.3.libro 2. Nam cùm lex damnat conſuetudinem futuram,id nuncupatim,exprimit:vt patet in l.iij.§. Diuus Adrianus.ff.de ſepulc.viola.

18 ¶Sed & hæc ratio parum quoque tuta eſt,quando multi,& hi quidem maiori numero, tenent contrariũ:vt ſcilicet damnata conſuetudine præterita,cenſeatur quoq; futura damnata.Hi ſunt inter cæteros glo.Imo.& Domi.qui hoc latè diſputat.in d.ca.j.de conſti. libro 6. glo.in c.1.in fi.de cler.non reſi.eod.lib.vj.& in cle.ij.gl.pen.de reb.eccle.non alie.Inno.in ca. ex parte , in glo.magna,de conſue.Pet.in l.ij.& ibi etiam Cyn.loquens in caſu d.l.dudum, in 5.q.prin.& Bald.in 2.oppo.ſibi omnes contrarij.C.quæ ſit long.conſue.Io.And.vt à quibuſdam citatur,in cap.certificari,& ibi etiam Anton.col.iij.de ſepult.& idem Ioan.Andr.in addit.Spec.in d.§.compendioſè,vbi ſuprà.& iterum in tit.de dote poſt diuor.§. j.verſi.illud quoque.Pau.Leaz.in clem.1.ſuper verbo,eligatur.in fi.de elect.& in d.clem.ſtatutum , & ibi quoque Lapp.Abb.& Imo.colum.pen.eod.tit.& in clem.ſi vna,& ibi quoque Ioan.Lign.& Card.Flor.in fi.de reb.eccle.non alien.Dyn.Bart.Bal.Ang.Raph.Corn.Alex. & Iaſ.in d.l.ſi mihi, & tibi,§.in legatis,ff.de leg.1.Bal.in repe.l.de quibus,col.ij.ff.de legib.& in c.1.tit.quali. olim feud.ali.pot.& in c.j.poſt princ.tit.de capi.Corra.diſtinguens an conſuetudo ſublata contineret ius cõmune,nécne.Ang.non obſcurè conſi.ccxcij.viſis omnibus.col.j.Pet. Peru. in tractatu de Canonica portione,ad fi.in quæſt.v.vbi etiam diſtinguit , an conſuetudo reprobetur,an verò ſimpliciter tollatur.Anto.in cap.vlt.poſt med.verſi.quis ſit effectus, & ibi

quoque Imo.col.vij.& Pan.qui diſtinguit col.vlt.extrà de conſue.Pet.Anch.poſt Pau.Leaz. in cle.j.de exceſ.Præl.Imol.in d.c.cùm ab omni,col.5.de vi. & hone.cler.& in cle.dudum.§.nos etenim,in viij.quæſtio.de ſepul.& in l.iij.& ibi quoque Fran.Are.ff.de teſta.Pau.Caſt.in l.ſi ſtipulatus fuero,§.j.ff.de verb.oblig.Ioan.Anna.in c.iij.ne Prælat.vic.ſuas.Rom.& Alex. in l.ſi non ſpeciali,C.de teſta.Alex.conſi.cxciiij.ex themate præmiſſo,col.pen.verſic. & hoc etiam,lib.ij.& conſi.cxcvij.viſo teſtamento dicti Franciſci,col.iij.verſi.præterea non obſt.eo. lib.2.& conſi.cxxxiiij.æterni numinis,col.8.verſi.ſecundò adducit,lib.vj.Ang.Aretin.in §.ex non ſcripto,inſtit.de iur.natur.gen.& ciui.Carol.Ruin.qui etiã loquitur in caſu d.l.dudum, conſi.cix.verſi.videtur,col.iij.num.13.& ſeq.lib.iiij.vbi & hanc dicit eſſe communem opin.& conſi.xxxij:Viſo proceſſu,poſt princ.lib.5.

*Reprobatio legis ſeu conſuetudinis, ſi expreſſa eſt, futuram reprobat.*

19 ¶Et hæc quidem ſententia omnino vera eſt,cùm eſt expreſſa reprobatio legis vel cõſuetudinis,cuiuſmodi eſt in d.l.dudum.ita enim reprobatur & futura, ſi credimus Bar.in l.vlt.in prin.per illum text.ff.de lega.ij.Bal.vt à quibuſdam citatur,in l.humanũ,C.de legib.ſed non reperi in meo codice.& idem Bal.in l.vlt.C.de pact.pign.Fran.Aret.in d.l.iij. de teſta.& in d. cap.ij.de probatio.& Iaſ.in d.l.j.in vtraque lect.C.de Sum.Trinit. Et id quidem indubitatè, quando lex,vel conſuetudo præterita damnatur, tanquã irrationabilis & iniqua:quia tunc ſatis reprobatur futura,durante huiuſmodi iniquitate,ſiue(vt ſic dicam)irrationabilitate:vt dicunt Bal.& Saly.in d.l.dudum.Bal.in Auth.omnes peregrini,col.ij.verſ.no.quòd quando princeps,C.com.de ſuc.& in d.l.vlt.C.de pact.pign.& cõſi.ccxxxij.fratres Prædicatores, lib. 1.Domi.conſi.xxxij.ſuper j.dubio,col.ij.verſicu.nec obſt.ſi dicatur.& Franc.Aret.in d.l.iij.de teſta.& Philip.Franc.in d.c.j.col.vlt.de conſtit.lib.6.& ita ferè omnes,qui de hac re loquuntur, intelligunt. Si igitur hæc conſuetudo eſt iniqua & irrationabilis (de quo poſteà dicemus) certè ea l.dudum,reprobando legem & conſuetudinem præteritam,& futurã quoque reprobaſſe videtur. De quo & tu vide latè per Ioan.Lup.in repe.c.per veſtras.charta lxxxix. col.ij.verſi.quintò cùm dicit,de donat.inter vir.& vxo.

20 ¶At,qui tenent aliam partẽ,ſtatim illud contrà obiiciunt, quòd ea l.expreſsim excipit, niſi cõſuetudo aliud inducat.Id enim velle poſtrema eius l.verba,quę ſunt huiuſmodi, Niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit.Nam & hæc verba Bal.ibi intelligit de ſpeciali conſtitutione loci,vel ſtatuto municipali:per tex.de hac conſuetudine loquentẽ, in c.conſtitutus,de in integ.reſti.vbi etiam Hoſt.& Io.And.trahunt d.verba ad caſum d.cap.& ſimiliter ipſe Bal.in l.j.in j.not.C.com.diuid.& Bar.ſubobſcurè poſt Oldr.in l.filiusfamiliâs, §.diui,col.iij.verſi.quæro an per ſtatutum, ff.de leg.j.dum eam l.allegat ad probandũ valere ſtatutum,ne liceat alienare in non ſubditum.& Ro.conſi.xxij.ita de iure dicendum, col.iij. verſi.ſecundò probatur.& Fab.in tract.de empt.& vendi.in xx.q.iij.q.princip.

*Retractus conſuetudo ſitne cõtra,an præter ius commune.*

21 ¶Ex quibus multis placuit,hanc noſtram conſuetudinem,non eſſe contra ius cõmune,ſed tantùm præter ipſum ius:præſertim cùm non prohibeat cuilibet vendere, vt iam diximus. Nam id ipſum magna autoritate affirmant Cy.Ioan.Fab.Sal.& Pau.Caſtr.in d.l.dudum,& ibi latè Ioan.Igne.in repet.col.j.& ſeq.& alibi ſæpe in eadem repeti. Hoſt.& Ioan. And.in d.c.conſtitutus,ille col.iij.in verbo,conſuetudinem.hic,col.vlt.& ibi quoque Pet.Anch. in iij.oppo.& Lud.Bol.d.conſi.xxv.in ampliſsimo,col.iiij.verſicu.circa tertium. Idque video omnibus propè in hac noſtra Gallia hactenus placuiſſe:reclamãtibus tamen plurimis,quos infrà aduocabimus in hac eadem glo.num.59.quamobrem ſunt,& ſequent.nec id quidem fortè immeritò,vt conſtabit ex iis,quæ poſtea ſubiiciemus.

22 ¶Sed vt eam rem intelligas,operæpretium mihi viſum eſt integram illam l.dudum,ob oculos veluti ponere:*Dudum proximis conſortibusq́ conceſſum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, neque homines ſuo arbitrio vendenda diſtraherent. Sed quia grauis eſt iniuria, quæ inani honeſtatis colore velatur,vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti. Superiore lege caſſata,vnuſquiſque ſuo arbitrio quærere vel probare poſsit emptorem: niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit.* Hactenus ea l.Primùm igitur,quò ſpectant illa priora verba, vt extraneos ab emptione remouerent,niſi eò,quò & noſtra conſuetudo ſpectat? vt ſcilicet extraneus,qui iam emit, ab ea emptione remoueatur à proximis,reſtituto ei pretio: & ita ipſis proximis in ipſius inuiti locum ſubrogatis.Sed ſi conceſſerimus, & ea verba poſſe intelligi de remotione non iam factæ emptionis,ſed futuræ: tanquam ſcilicet, non liceret ex ea l.antiqua vendere extraneo, ſed tantùm proximis:vt ſic noſtra conſuetudo quæ id non prohibet,vt dictum eſt ſuprà,non ſit ſimilis legi ibi damnatæ:quætamen differentia eſt,niſi verborum, non licere extraneo emere, aut ſi emerit,poſſe rem ab eo auocari atque retrahi per alium?At lex non verbis,ſed rebus imponitur,l.ij.in fi.C.commu.de lega.& c.quanto,extrà de priuileg.& cap. commiſſa,de elect.lib.6.

23 ¶Nam vt concedamus illa verba,de rebus ſuis facere aliquid cogãtur inuiti, non poſſe referri ad primum venditorem,quia ſcilicet non cogatur à noſtra cõſuetudine vendere proximo magis quàm extraneo:tamen haud dubiè pertinent ad emptorem, qui iam dominus iuſto titulo effectus cogitur inuitus vendere conſanguineo pretium offerenti, quæ eſt grauis iniuria inani honeſtatis colore velata,vt dicunt verba l.noſtræ,& vt dicit l.quamuis, in fi.



in fi.prin.ff.de pig.act.ſatis inhumanum eſt,quem inuitum rem ſuam vẽdere.Et facit,quod ſcribit Bal.conſi.ccccxxxix.viſis conſiliis,in prin.lib.1.& conſi.eiuſdem numeri,ſuper primo puncto,col.vlt.verſi.primò iſtud ſtatutum, lib.4.Nec dici poteſt,quin reſcindatur iſta venditio,quantùm ad emptorem ipſum pertinet,cùm tamen aliâs venditio reſcindi non poſsit inuito emptore,etiam reſcripto principis.l.de contractu,C.de reſcin.vend. Nec ſi duplum quidem pretium offeratur.l.non eſt,cod.tit.Quid autem refert, quantùm ad præiudicium emptoris, venditórne, an alius eius conſanguineus venditionem reſcindat ad ſeque rem venditam retrahat inuito ipſo emptore?

*Venditionem omnino reſcindi non poſſe.*

24 ¶Imò verò illa verba & cætera omnia dicta l.dudum,non ſolùm ad emptorẽ, ſed ad venditorem quoque pertinent: qui cùm fortè velit & cupiat extraneum quempiam quærere emptorem, & rem apud eum manere,potius quàm apud fratrem proprium, non iniuſtis rationibus adductus,cùm, vt ſcribit Homerus in fine lib.8. Odyſſeæ,

ἤ τίς πȣ καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
ἐσθλὸς, ἐπεὶ ȣ̓ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων
γίνεται ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ,

Quibus ſignificatur, amicum non eſſe fratri poſtponendum. Cùm igitur (vt repetam) venditurus cupiat eum amicum emptorem quærere,remque eam apud eum perpetuò manere, vel eius amicitiæ vel etiam alterius cauſæ gratia:ſi tamen ei vendiderit,cõſanguineus eum ab emptione remouet:quod potiſsimùm damnat princi.eius l.Nec is cenſetur emptor eſſe,qui emptor non durat,ſed illico rem emptam conſanguineo pretium offerenti cedere cogitur:vt in ſimili etiam dicitur in l.non videtur,ff.de acqui.poſ.non videtur poſſeſsionem adeptus is, qui ita nactus eſt,vt eam retinere non poſsit.& alibi dicitur,verſum non dici, quod verſum non durat,l.ſi pro parte,§.verſum autem,ff.de in rem verſo.& ibi concord.in glo.Quibus adde optimum tex. in l.qui cõcubinam,§.ſi hæres,ff.de leg.iij.vbi hæres non videtur tibi dediſſe,quod ita dedit, vt habere non poſsis, quia ab alio euincitur. Et ſic hìc non videtur venditor ſuo emptori vendidiſſe,à quo res vendita euincitur per huiuſmodi retractum.

*Amicus fratri non poſtponẽdus.*

*Eſſe non uidetur,quod non durat.*

25 ¶Ideoque cùm ipſe venditor non poſsit ita vendere, vt res maneat apud ſuum emptorem, quem ſibi quæſiuerat atque delegerat, non videtur ſuo arbitratu quæſiuiſſe ſiue elegiſſe emptorem, cùm ius vſque ac effectus ſuæ electionis per huiuſmodi retractum euertatur. ar.l.ſi optio, quæ eſt 3.ff.qui & à quibus manu.lib.non fiant.quam & in id annotat Bald. in dicta l.dudum.in iij.nota.nam & aliquid videtur amittere,qui voti ſui compos non eſt effectus, id eſt,qui animum voluntatemque ſuam non explet,vt cupit.gloſ.vt à quibuſdam citatur,in §.j.in verb.incommodo,Inſti.de hæred.quali.& diffe. & eſt etiam bona gloſſ.in l. Paulus, la j.poſt prin.ff.de ſolu.& facit l.vltim.ff.de vſu & habita. vbi vſurariæ rei ſpeciem proprietarius nullo modo cõmutare poteſt. Deteriorem enim cauſam vſurarij facere non poteſt:facit autem deteriorem,etiam in meliorem ſtatum re commutata:quia vt dicit Bart. de ea l. loquens, in l.ij.col.iij. verſi.ſecundò oppo.poſt Pet.ibi.ff.ſolut.matr. ſatis videtur ei nocere,ex eo quod fit contra voluntatem ſuam. Id quod etiam ex eodem text.not. Alb.in l.in creditore,ff.de euict.Et facit quod ex eo ipſo tradit ipſe Barto.in l.Pomponius, col.vij. verſ.præterea qui vendit,ff.de nego.geſt.Eſt autem ſimilis tex.in l.hactenus, in fi.cum l.ſeq. quæ incipit,quamuis,ff.de vſufr.quem Bal.in ſua marg.in verb.lucrũ,verſ.iij. in id no.quòd quis ſatis damnificatur ex eo,quod fit contra eius voluntatem.& in id quoque allegat glo. 1.in l.ſoluendo,ff.de neg.geſt.voluit (ni fallor) allegare gloſ.in verb.eum.& facit etiam text. in §.præterea,Inſt.de actio.& quod dicit Bar.in l.ſi filius qui patri,col.vlt.verſi.& eſt tertius. ff.de vulg.& pupi.ſubſti.quòd vbicunque quid fit nobis inuitis,etſi ex eo lucrũ ſentiamus, tamen dicimur damnum pati:per §.præterea,Inſti.de act.& ſequitur Soc.in rub.ff.ſol. matr. nu.69.Sicuti è contrario ſatis lucrari dicitur,qui voluntatem adimplet,eiq; obſequitur: vt dicit glo.vlt.in l.pen.& ibi Bar.Bal.& Ang.qui dicunt not.ff.de condi. cau.dat.& Iac.Aret.& Bal.in l.j.C.de fur.& idem Bal.in l.idem Iulianus,§.ſcio ex facto,ff.de lega.j.& in marga.quo loco nuper citauimus.vbi eam glo.dicit ſing.& Pet.Ancha.in c.vlt.in prin.de conſue. lib.vj. vbi etiam eſt bona glo.in verb.meliores,& in c.ſi duo,col.j.in iiij.not.de procu.eod.libr.6.& Corn.conſi.lj.licet in hac,col.iij.verſi.ſolẽt enim,li.2.& conſi.clxxxvij.videtur in hac,col.iij. verſi.eſt ergo ſenſus,li.iij.vbi & ex hoc nuncupatim dicit,quòd ſatis lucratur,qui in eo ſuæ voluntati ſatisfacit,quòd contractus à ſe initus ſortitur effectum, nec reſcinditur.& conſi. viij.licet,col.j.lib.4.Et bene facit text.quem ea glo.citat in l.ſi pignore,§.1.ff.de fur.ibi,ſpecies enim lucri eſt,& l.Sabinus,& l.ſi venditor,in fi.princ.ibi,quia ea melior intelligitur, ff.de in diem addi.& l.j.ff.qui ſatiſd.cog.in illis verb.ſatisfacere dicimus ei, cuius deſiderium adimplemus,& l.ſi rem,§.ſatisfactum,ff.de pigno.actio.

*Amittere quis uidetur, cùm ex uoto non aſſequitur.*

*Satis lucratur, qui ſuæ uoluntati obſequitur.*

26 ¶Ob hanc autem ſolam affectionem, quam nobis natura ingenuit, vt contractus à nobis factus ſortiatur effectum,ne quis eam leuiorem exiſtimet,quàm vt conſiderari debeat,ſunt multi in ea ſententia,vt venditor & donator,etiamſi non teneantur de euictione,tamẽ non ſint teſtes idonei in cauſa emptoris.Inter quos ſunt Pet.Cyn.& Ioan.Fab.in l.omnibus, C. de teſtibus.Alb.poſt Iac.Ra.in l.ſi tibi decem,§.pactum, ff.de pact.Anto.Imol.& Panormit. in cap.

*Venditor an ſit teſtis in cauſa emptoris. Item an donator in cauſa donatarij.*

*Item an proxeneta.*

in cap.inſuper,extrà de teſtib.Bald.in l.& ſi ad te,C.de fal.Guid.Pap.conſi lxxiiij.ſequuntur rationes,col.pen.Stepha.Bert.conſi.clxxviij.viſo proceſſu,col.pen.lib.2. Quod & de proxeneta,dicit glo.in §.quoniam verò legem,in verbo,prohibitione,in Authen.de teſti. Cyn.in d.l.omnibus, Alber.vbi ſuprà,Ang.in l.debet,ff.de Aedil.edict.Anto.conſi.xxiiij.verſi.quæſtio hæc dubia,col.pen.Petr.Anch.conſi.ccccxxxj.viſis diligenter,col.ij. verſic. quarto etiam, Imol.conſi.cxxxiiij.in cauſa præmiſſa,Rapha.Fulg.conſi.ij.emphyteuta, col.2.Panormit.in d.cap.inſuper.& in c.licet Hely.col.3.verſic. item ſi proxeneta,extrà de ſimoni.Alexand.qui alios multos affert,conſi.xiij.ex his quæ in themate,col.v.verſi.item per dictam,li.1.& conſi. cxxviij.ponderatis,col.1.lib.2.& conſi.cl.in cauſa & lite,col.2.verſic.tertia ratione,li.5.& cōſi. ccxiij.ponderatis,col.6.verſi.item Ioan.lib.6.& conſi.cxxvij.viſo proceſſu,ad fi.libr.6.Barba. conſi.liiij.illud.col.4.verſi.præmitto etiam,libr.2.Guid.Pap.& Stephan.Bertrand.vbi ſuprà, & iterum ipſe Bertrandus conſi.ccxxv.dixeram,libr.3.vbi doctè & ſcienter declarat ( vt id obiter dicam) quomodo proxeneta hìc accipiendus ſit. Quæ omnia id quod diximus,ſatis probant, venditorem ſcilicet non ſuo arbitratu delegiſſe emptorem, qui ab emptione inuito vtroque remouetur.

*Rem minoris uendi ob retractum.*

27 ¶Prætereà,& in hoc quoque noſtra conſuetudo venditori incommodat, quòd res ipſius minoris venditur,ob id quod retrahi poſsit à conſanguineo. Nam ſi cum res venditur cum pacto reuenditionis,ob id minoris æſtimatur & diſtrahitur,quòd retrahi poteſt à vēditore, ex ſententia Panormit.in c.ad noſtram, col.2.& ibi quoque Barba.extrà de empt.& vendit. cum aliis multis concor.à me congeſtis infrà tit.procedente,in rub.num.18.quartum quòd in ea:quantò magis hìc illud obtinet,cùm non vni tantùm id ius competit,id eſt venditori, qui ſæpiſsimè non ſatis pecuniarum habet ad retrahendum, (vix enim quis ad ſuarum rerum venditionem procedit, niſi pecuniarum inops) ſed id ius omnibus ipſius venditoris familiæ,& generis competit : ex quibus ſemper aliquis eſt qui cupiat, & poſsit retrahere. Eſt enim familia tanquam ciuitas quæpiam,vt autoritate Ariſtot.dicit Bald.noſter conſi.50. in primis videndum eſt, col.2.lib.4. Ex quo facile conuincitur,hunc retractum municipalem oneroſiorem eſſe, quàm illum conuentionalem. Quò autem plus eſt oneris in re vendita,eò minoris æſtimatur & venditur. Ange.in l.pretia rerum, poſt princip.& ibi quoque Alexand.col.1.ff.ad legem Falcid.Ang.Aretin.in §.ſi quis agens,colum.iiij.verſi.addas etiam, Inſtit.de action.& eſt optimus text.quem ipſi allegant,in l.eum qui,§.vlt.ibi,qui leuioribus emat conditionibus,ff.de in diem addict.

*Familia, tanquam ciuitas.*

*Vendere uili pretio an quis cogatur, & an emere iniuſto.*

28 ¶Et ex hoc ſequitur & aliud admodum graue,vt ſcilicet cogamur quodammodo vendere rem noſtram viliori pretio. Vix enim è milibus vnus rem ſuam, præſertim immobilem vendit, niſi neceſsitate quadā adactus. Vendere autem non poteſt æquo iuſtoque pretio,& quod habiturus eſſet,citra id onus retractus,cùm ob id ipſum minoris æſtimetur, vt dictū eſt.Ex quo fit,quod diximus,vt ſcilicet minore quàm iuſto pretio ei vēdere neceſſe ſit,quod leges noſtræ non admittunt:etiam ſi quis cogatur vendere,præterquàm in caſu neceſsitatis publicæ,vt per Bar.in l.1.§.cura,per eum tex.ff.de offic.præfe.vrb.& in l.annonam,etiam per illū tex.ff.de extraord.cri.cum concor.adductis ab Alex.conſi.cxc.maturè,col.1.verſi.& ideò, lib.2.& eſt quoque optimus tex.quem illi non allegant,in l.ſi quis ſepulchrū,in prin.verſic. Præſes,ff.de relig.& ſump.fun.& in l.vlt.in prin.ff.ad leg.Iul.de anno.& ibi concor. in gloſ. Ex quo etiam fit,vt ſi teſtator damnauerit hæredem aliquid vendere, iuſto pretio vendere damnatus hæres cenſeatur.l.ſi fideiuſſor,§.1.& ibi Bart.& alij.ff.de leg.1.& gloſ.in l.ſi hæres, in verbo ex teſtamento.ff.de act.empt.Sicuti è diuerſo ſi damnauerit hæredem emere,etiam cenſetur damnatus iuſto pretio emere.l.alienus,ff.ad leg.Falcid.quam in hoc dicit not.Fab. à mont.S.Seb.in tract.empt.& vend.in 5.q.princ.col.8.verſi.circa quintum.

*Exceptio legis dudū, quomodo intelligenda.*

29 ¶Cæterùm, quod illi intelligunt illam exceptionem,niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit,de noſtra conſuetudine retractus, mihi admodum ineptum atque ridiculum videtur. Quis enim vnquàm fando audiuit,legem quampiam aliquid tanquam iniurioſum tollere ac reprobare,niſi alia lege aut conſuetudine id introductū fuerit?Ideò gloſſ.Iaco.But.Cyn.& alij præter Bald.ibi aliter ea verba intelligunt, nempe de quibuſdam aliis legibus,quas ipſi citant. Nec etiam ea verba,quaſdam perſonas,ad noſtram conſuetudinem referri poſſunt, quæ non certas aliquas perſonas tantùm compræhendit,ſed omnes in vniuerſum. Ex ea enim nulli licet extraneo vendere,quin vendentis cōſanguineo liceat ab eo retrahere. Sciendum eſt autem,illam huius l.exceptionem non fuiſſe Imperatorum, qui eam l.ediderunt, (quippe in Codice Theodoſiano non inſeritur ) ſed fuiſſe additam veriſimile eſt ab iis,quibus Iuſtinianus, ſui Codicis conficiendi curam demandauit, cùm viderent aliis quibuſdam ſpecialibus legibus id certis perſonis eſſe prohibitum, ne ſcilicet quis putaret illis legibus per eam l.eſſe derogatum. Porrò ſimilis exceptio, & iiſdem propè verbis,ponitur in l.1.ff.quod iuſſu,dū ſcribitur,Niſi certa lex aliud prohibeat.vbi vt Accur. ipſe eam quoque exceptionem intelligit de alia quapiam lege, & non de conſuetudine. Et hæc quidem quantum ad d.l.dudum,pertinent.

30 ¶Nam ſunt & alij text.qui videntur probare hanc cōſuetudinē eſſe contra ius cōmune,videlicet

delicet



*Leges, quæ retractum eſſe cōtra ius probare uidetur.*

delicet d.l.j.C.commu.diui.cuius hæc verba ſunt:Frater tuus, ſi ſolam portionem, prædij ad ſe pertinentem diſtraxit,vēditionem reuocari non oportet.& l.portionem,C.de comm. rer.alien.cuius etiam verba ſubiecimus.Portionē quidem tuam militantis,frater tuus alienare non potuit.Eius autem partem pretio ſoluto tibi reſtitui poſtulare,nec militari grauitati cōuenit. Vides enim in vtroque loco fratrem(qua neceſsitudine nulla poſt parentes & filios maior eſt aut coniunctior ) eundemque ſocium in eadem re (eſt enim vtrobique vtrinque vinculum ) & præterea in poſteriore loco militem, cui aliàs contra iuris regulas priuilegia multa conceſſa ſunt,non admittendum ad retrahendam portionem fratris,ab eo alteri venditam,reſtituto pretio, ſed eius rei quam à Principe poſtulabat, quodam veluti conuicio repulſam paſſum fuiſſe:quòd ſcilicet id poſtulare non conueniret grauitati militari. Quæ verba in hoc expendit Bal.ibi,vt militibus non liceat illicita poſtulare.

31 ¶Quibus legibus difficile eſt reſpondere,niſi dicas illud certè non eſſe de iure cōmuni, vt propinquus poſsit rem venditam reſtituto pretio redimere, cùm nulla lege concedatur. Ideoque illi fratres id temerè poſtulabant. Sed non tamen illis legibus prohibetur fieri aut ſtatui,quemadmodum factum eſſet,ſi ita cautum fuiſſet : Prohibemus ne de cætero poſsit propinquus rem à propinquo venditam oblato pretio retrahere, aut aliis ſimilibus verbis. Multum enim intereſt,vtrùm lex loquatur prohibitiuè,vt in illis verbis,quæ poſtremo loco adſcripſimus,an verò non permiſsiuè,ſicut in d.ll.In primo enim lex reſiſtit:ideò quod contra factum eſt, dicitur eſſe contra legem. In ſecundo tantùm lex non aſsiſtit : & quod contrà factum eſt,id non contra legem,ſed præter legem factū dicitur:vt colligitur ex glo. in l.non dubium,in verbo,pro infectis,in iij.oppo.& ibi doct.C.de legib.& Albe.in l.generaliter,nu.4.ff.de verb.oblig.& in l.pacta,quæ contrà,C.de pact.& Ioan.Fab. in §.alteri,col. ij.verſi.item oppo.Inſt.de inut.ſtip.Bar.in l.cùm lex,col.vlt.& ibi quoque Ang.ff.de fideiuſ. & in l.j.colum. iij.ff.de noua.Ant.in repet.c.cùm contingat,ad fi.& ibi Imo.in viij.membro, extrà de iureiur.Corne.conſi.cciij.viſo dicto puncto,col.iij.verſi.& licet ibi dicat,lib.3. cum ſimil.At multis placuit,ſimpliciter id tantùm præter legem factum aut conſtitutū eſſe,cùm aliquid ſtatuitur, quod nondum conſtitutum erat.Contra autem legem dici,cùm aliquid ſtatuitur contra id,quod ante ſtatutum erat.Arch.in §.item illud,in verb.cōtra Dei. xxviij. q.j.& in c.ſi cui.in princ.& ibi quoque Io.And.de elect.lib.6.& Alex.conſi.ccvij. ponderatis verbis,col.6.verſi.non obſtat quintò,lib 6.

*Quid contra uel præter legem factum eſſ dicatur.*

*Lex ex Codice Gregoriano contra retractum.*

32 ¶Nec tamen omiſerim,in Codice Gregoriano ſub titu.de pater.poteſta. eſſe legem in hæc verba : Si in poteſtate patris fuiſti, cùm hæreditas Baſſæ tibi obuēnit,eamque iuſſu patris creuiſti,iure poteſtatis ei eam quæſiſti.Ideò quod ab eo iure alienatū eſt,nulla ratione oblato pretio tibi reſtitui deſideras. Ibi enim erat filius, quo nullus omnino coniunctior eſt: eiúſque gratia res ipſa patri quæſita fuerat:quod habet aliquid fauoris & momenti, vt ipſe filius debeat ac poſsit facilius rem ad ſe retrahere.argum.eorum, quæ not.gloſ.Bart. & alij, in l.ſi ita ſtipulatio facta fuerit,ff.de verb.obligat.cum multis ſimil.à me adductis in noſtris Legibus connubialibus in gloſſ.iij.in ij.quæſt.prin.ad fin. & latius in repet.l.ſi vnquam, in verbo,donatione largitus,num.156.intellige tertiò,ad fin.& multis ſequentib.Et tamen non admittebatur filius ad retrahendam eam rem, reſtituto pretio. At verum eſt, cùm l.abrogatam fuiſſe in eo,quòd id totum patri acquirebatur,& ei licebat alienare:vt patet ex l.j. & ij.C.de bo.mater.& l.cùm oportet,C.de bo.quæ lib. Sed id tantùm volui afferre, vt oſtendam ex antiquis quoque legibus non fuiſſe ius etiam filio retrahendi venditionem factam à patre, de re quoque quæ per ipſum filium patri quæſita fuerat, reſtituto pretio. tantùm abeſt hæc conſuetudo à priſcis Romanorum legibus.

*Retractus cōſuetudo nonnullis uiſa irrationabilis.*

33 ¶Quid referam multa,quę aduerſus hanc noſtram conſuetudinem adducit Matthę.Afflic. in tractatu protomixeos, in principio, cùm ea mihi admodum frigida,& aliena viſa ſint, & ea quidem ipſa idem Matthæ. ampliſsimè confutauerit, vt illic omnibus videre promptum eſt. Sed interim tamen ſilentio prætereunda non eſt gloſ.à nemine quem viderim, ſi non me fallit memoria, in hoc allegata.in c.mala,viij.diſtinct.quæ aſſerit hanc cōſuetudinem eſſe irrationabilem, dum ſcribit, quòd conſuetudo minùs rationabilis inducit ius.id quod probat ex d.c.conſtitutus,de in integ.reſti.quod huius vnius conſuetudinis mentionem facit.Cui glo.fortè quis non immeritò accederet,iis ſcilicet rationibus,quas nuper diximus,quòd venditor non habet arbitriū,cui vult vendendi,& ſuam venditionem ſtatam, firmam,ratam,irretractabilem faciendi:ex eoque grauatur,quòd rem ſuam minoris vendit: & emptor cogitur inuitus alteri reuendere.Niſi hæc ita tollas,quòd cōſuetudo noſtra non eſt ſine ratione,ſed eam habet non contemnendā,vt ſcilicet res redeat in eam familiā à qua exierat,vt poſteà dicemus in §.xxvj.huius tit.quam rationē Moſes ipſe cōſiderauit,vt patet ex iis quæ diximus ſuprà,nu.7.id autem ius:nec eam leges noſtræ cōtempſerunt, vt videre licet ex l.cùm pater,§.libertis,& l.peto,§.frater,ff.de lega.j.& not.per gloſ.& Doct.in l.filiuſfamiliâs.§.Diui,ff.de lega.j.& dicemus ſæpe poſteà,maximè autem num.39.ſed & Iaſon : & iterum nume.50.nec illud quoque. Ob eamque ipſam cauſam alia quædam ſpecialia à legibus ſtatuta ſunt,ſicuti mox oſtendemus,vt non abs re dixerit gloſſa,in c.j.§.ſed etiam res,

tit.per

titu.per quos ſi.inueſtitu. leges eſſe fauorabiles volētibus emere prædia maiorum ſuorum.

*Minor hic reſtituitur quòd res maiorum fuerit, aliàs non reſtituendus.*

*Intereſſe nomen.*

34 ¶Nam primo loco habemus textum,quem ea glo.citat,in l.ſi emptionē,ff.de mino.vbi minor reſtituitur aduerſus adiectionem ab alio factam in ea re,quæ maiorum eius fuiſſet,aliter non reſtituēdus. Quo in loco Accurſius,nota,inquit,intereſſe mirabile.Bal.autē ibi dicit,quòd propter huiuſmodi intereſſe(ſic enim poſt eos loquendū eſt,cùm & Paulus quoque Iuriſconſultus elegantiſsimus ſic locutus ſit in l.debitor.in prin.ff.de leg.ij. vt interim omittā Caium & ipſum eloquētiſsimū in l.quod ſæpe,in fi.ff.de cōtrah.empt.quādo Alciatus id verbum intereſſe illic fuiſſe à librariis additum contendit,aut verius coniicit:de quo tamen videre poteris apud Ioannem Coraſium Miſcel.li.j.c.xx)Notat igitur Bal.quòd ob illud intereſſe fingitur minor enormiter lędi:aliàs enim(ait)non reſtitueretur.l.ſcio.ff.de in integ.reſti.& eum ſequitur Alex.conſi.lxvij.videtur ſtātibus,col.j.lib.v.& Pantal.qui & illū text.ad hoc dicit not.in repe.l.ij.nu.72.verſi.quartò habemus.C.de reſcin.vendi. & Philip. Dec.conſi.403.verſi.quamuis,col.vj.primò quia domus.Illum autē tex.& gl.annotat Albe. in l.vlt.§.in computatione,col.ij.C.de iure delib.Ang.conſi.ccxliij.multi conſortes, & eum text.dicit ſing.Barb.in repet.c.Raynaldus, col.cxliij.extrà de teſt.& conſi.xiij.clementiſsimi Dei patris,col.ij.lib.j.ad id quod diximus, minorē enormiter læſum cenſeri ex alienatione domus, quæ fuit maiorū ipſius.Sed & ipſum dicit ſing.Iaſon in l.1.col.vj.ff.de verb.obli.& D.Ioan.Igne.in rep.d.l.dudum,col.viij.& Anto.Burg.in c.j.col.v.verſi.quintò addo caſum, extr.de empt.& vend.vbi & illum dicit eſſe perpetuo menti tenendum.& D.Bene.qui & illum dicit ſing.in repet.c.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens,l.j.nu.33. de teſt.Ludouic.Goſad.conſi.xliiij.non eſt dubium,col.ij.num.7.vbi illum dicit not.

*Noſtra intereſt,rem maiorum comparare.*

35 ¶Sed & illius tex.autoritate dicit glo.in l.j.§.& Reipublicæ,ad fi.ff.ſol.mat.& rurſus in l.& ſi æquo,ff.de leg.j.quòd noſtra admodum intereſt,rem quæ maiorum fuit, emere.Ideoque ſi teſtator iuſſerit nobis eam rem vendi iuſto pretio:valet legatum,tanquam non inutile per tex.ibi,quem ita glo.poſterior intelligit.Et hinc occaſione ſumpta,Iaſon ibi dicit,illum tex. in d.l.ſi in emptionem,no.vti etiam facit in l.j.col. xiij.verſicu.ſecunda differentia, ff.de leg. j.vbi plus dicit per eundem, intereſſe pupilli etiam redimere fundum , qui fuit maiorum, pluris quàm valeat. Quin & per eum dicit alia glo.in l.nam quod,§.j.in verbo , pupillum. ff.ad S.C.Treb.quòd in caſu illius §.reſtituitur,ſi res fuerit maiorum ipſius,quamuis aliàs non reſtitueretur,vt ibi ſcribitur. Sed & alia gl.vlt.in l.in lege Falcidia hoc eſſe,ad fi.ff.ad legem Falcid.dicit per illum text.rem à nobis pluris æſtimari, quòd ea maiorum fuerit.

36 ¶Et vt gloſ.relinquamus,per illum tex.quoque pet.Anch.conſi.clxxj.caſus talis eſt,quidam dominus col.iij.verſi.item quia dicta bona,reſpondit in caſu illius conſi.in his quæ fuerant maiorum noſtrorū,nos eſſe cæteris ſingulari quadā in eas affectione præferēdos.Pau.autem Caſt.conſi.ccclxxxviij.plus quatuor modis,circa mediū lib.j.autoritate item illius text.ſcribit,quòd inſcribitur intereſſe affectionis reſpectu rei. Et idem in l.qui poſt,C.de leg.vnum quoque ex illo text.dicit memorabile.Nam teſtator pignorando rem legatā,non intelligitur legatum reuocare,vt alienādo reuocare cenſetur,d.l.qui poſt.niſi teſtator ipſe tanti pignoraſſet quanti valeret,aut etiā pluris:vt voluerunt Cyn.Fulg.ipſe Pau.& alij recentiores ibi & Bart.in l.rem legatam,in fin.ff.de adimen.legat.ea ſcilicet ratione, quòd hoc caſu non eſt magis veriſimile,quòd velit aut ſperet redimere eam rem tanti pignoratam quàm ſi ipſam penitus alienaſſet,per l.qui habebat.& ibi gloſſ.Nicol.Neapol.& Bar.ff.de legat.iij.& l.legata,§.j.& ibi quoque gloſſ.& Bar.ff.de ſupel.lega.Alber.Bald. Rom. Alexan.& recentiores in l.ſciendum.§.poſſeſſor.ff.qui ſatiſd.cog.vbi ex hoc dicunt,fundum ita pignoratum cenſeri eſſe proprium creditoribus,& eum releuare ab onere ſatiſdandi , ac ſi illum emiſſet.Iacob. Rapha.Imol.Alex.Franc.Aret.& recentiores in l.j.§.qui ſeruum,ff.de acqui.poſſeſ. Et facit, quod ſcibit Bar.in l.in quorum,ff.de pigno.Bald.poſt Guil.Cum.in l.manumiſsiones,& ibi quoque Iaſ.ff.de iuſt.& iur.& idem Bald.in l.voluntas,col.vlt.verſi quæro nunquid ille,C. de fideicom.& in l.vlt.C.de reb.alien.& in l.j.circa medium,C.de theſaur.lib.x.& in cap.j.§. aut ſi libellario,col.ij.verſ.& nota quòd videtur.& rurſum in verbo,vt tranſactum permittat,tit.quib.mod.feud.amit,& in c.j.in princip.col.ij. verſicu.quæro quid è contrario , & ibi quoque Mart.Laud.col.ij.verſi.ad fin.gloſſ.& Iac.Aluar.col.quoque ij.verſi.limitat.titul.de prohib.feud.alie.per Fed.& idem Bal.conſ.ccxviij.præſuppoſito ſtatuto,in j.art.li.j.vbi dicit not.d.l.habebat, ad id quòd huiuſmodi pignorationi proximum eſt rem habere pro derelicta.Pau.Caſt.in l.ij.C.de reb.alie.non alie.Alex.qui d.l.qui habebat, dicit ad hoc not.cōſi. clxix.inſpecto,in fi.lib.vj.& Barb.in rub.de reb.eccle.non alien.col.xij.nume.71.& ſeqent.& Stephan.Bert.conſi.omnium primo,viſo proceſſu,col.v.nu.45.& ſeq.li.j.cum iis quæ dicemus infrà eod.tit.gloſſ.xiiij.in verbo, *Ou equipolent à vente*,num.pen.quid verò de re.Si quis igitur ( vt ad dictum Pauli Caſtren.in d.l.qui poſt , redeamus) pignorauerit rem quæ fuit maiorum , etiam tanti,quanti valet,aut pluris:tamen quia non eſt veriſimile , eum rem illam derelicturum,& non redempturum,per d.l. ſi in emptionem , & ita ceſſat dicta ratio: certè per huiuſmodi pignorationem non cenſebitur legatum reuocatum. Et eum ſequuntur Alexand.Cornel.& Iaſ.in d.l.qui poſt.ille in fi.alter poſt princ.hic col.ij.& Ioan.Lup.in repet

*Legatū reuocatur,ſi res tanti pignoratur,quanti ualet.*

*Niſi ea res fuerit maiorum.*



repet.rub.de dona.inter vir.& vxor.charta xliij.vbi id dicit not.& Franc.Rip.in l. filiusfamilias,§.Diui.col.j.verſi.ſecundò veſtitur,ff.de leg.j.& in l.j.col.iij.num.12.de pigno.Sed id fortè non procederet,ſi res extraneo legata fuerit,ceſſante ſcilicet iam ea affectione.

37 ¶Huic ſimile eſt aliud dictum non minus notandū Cæpolæ in tractatu de ſimulatione contractuum,in xv.præſumptione,quòd ſi quis vendat fundum,qui fuit maiorum ipſius, cùm alios multos haberet,cum pacto de reuendēdo: id quidem quod fuit maiorum,auget ſuſpicionem ſimulationis:& quòd ſit potius contractus pignoris,quàm venditionis, quia veriſimilius eam venditor retrahet propter affectionem,per d.l.ſi in emptionem.& ſi hunc animū non habuiſſet,potius alias res,quas habebat,vendidiſſet.arg.l.lex quę tutores,C.de admi.tut. de qua poſteà dicemus,& l.magis puto,§.ne paſsim,ff.de reb.eor.& per alia iura,quæ ibi allegat.Sed & idem Cæpol.in eo ipſo opere,in ij.præſumptione,col.v.in paruis,dicit,quòd ſæpe ducimur ad pluris minoríſve emendum & vendendū ea quæ fuerunt maiorum: per eadem propè iura. Idque dicit eſſe vice alicuius neceſsitatis,ſiue coactionis, ob quā emptio & venditio non caret ſcrupulo aut ſuſpicione læſionis,ſiue deceptionis reſpectu læſionis.

*Affectio non modica ad res maiorum.*

38 ¶Et vt ad alios Docto.pergamus,per tex.in d.l.ſi non emptionem,Barb.conſi.xviij. præclarè ſcriptum eſt,col.ij.lib.2.reſpondit,procuratorem etiam habentem mandatū repudiandi, non poſſe repudiare res,quæ fuerunt maiorum ipſius mandantis: quia non præſumitur id in generali mandato intellexiſſe.Et Soc conſi.ccl.in cauſa Bononienſi,col.ij.verſ.prætereà poſito. lib.2.ex illo item text. dicit quòd ſolet prohiberi alienatio immobilium propter conſanguineos.Et Guid.Pap.conſi.xcvij.caſus ſub nominibus,in vlt.dubio,eiuſdem tex.autoritate ſuffultus tradit,quòd ſi teſtator portionem bonorum reliquerit ordinibus mendicantium, eaq́; poſtea vendantur ad commodum ipſorum ordinum,filij teſtatoris de æquitate debent præferri aliis extraneis emere volentibus:ſi tamen tantum offerant,quantum ab aliis reperitur.

*Mandatum repudiandi non trahitur ad res maiorum.*

39 ¶Sed & Iaſon in d.l.filiusfamilias,§.Diui,col.xxxix.in ij.no.in vtraque lect.ff.de leg.j.ex eod. tex.ſæpius citato,ſcribit,quòd cùm nuda prohibitio teſtatoris de non alienando,quę ſcilicet eſt ſine cauſa rationibili,nō valeat,per tex. ibi certè hæc eſt rationabilis cauſa ſi id prohibuerit,quoniam res eſt maiorum ipſius,& ſequitur Ioan.Crot.ibi col.iij.etiam in ij.not.& Ferd. Loaz.col.xxvij.verſic.ex iſtis poteſt attentari. Et ante eos,licet non allegent , Cyn.in l.ea lege,col.iiij.verſic.& vt hæc omnia,C.de cond.ob cauſ.& Paul.Caſtr.in eo ipſo §.Diui,col.j.& in l.quoties ab omnibus,C.de fideicom.& in l.Titio centum,in prin. circa med.ff.de condit. & demonſt.Super quo vide,quæ dicam infrà num.40.nec illud quoque. Quin ſunt,qui dicunt,ſatis eſſe,vt res prohibita alienari,ſit maiorum,etiamſi id nō exprimatur,vt valeat prohibitio.arg.eius quod voluit gl.in d.l.quoties ab omnibus.Ita enim voluere Bal.Raph.Fulg. Paul.Caſt.Corn.& Iaſ.ibi.Alex.Iaſ.Ferdi.Loaz.qui ſuper hoc diſtingunt in d.§.Diui,ille ſtatim poſt princ.Iaſ.in d.ij.not.in vtraque lectu.poſtremus,col.xxvj.verſicu.ſextò & vltimò,& multis ſeq.& ibi quoque Crot.vbi ſuprà,& Philip.Deci.conſil.xxiij. cuius titu.incipit, an & quando ex præſcriptione,col.iij.verſic.& concluſio prædicta:vbi ex hoc dicit expreſsim , induci fideicommiſſum ex prohibitione alienationis huiuſmodi rerum. Et facit,quod ſcribit Bald.in l.ij.ante fin.C.de vſucap.pro empt.& in l.ij.ad fin.C.qui non poſſ.ad lib.peruen.& in l.contra voluntatem.C.de teſtam.manum.

*Cauſa prohibitionis alienationis , quòd res ſit maiorum, iuſta eſt. Satis eſt rem maiorum eſſe cùm prohibetur alienari,licet non exprimatur.*

40 ¶Denique ex illa l.ſi in emptionem,ipſe Iaſ.conſi.xlj.in duabus,col.iij.verſi.tertiò principaliter,lib.3.illud reſpondit,quod cùm alteri ſtipulari nemo poſsit,niſi interſit ſtipulantis,l.ſtipulatio iſta,§.alteri,& §.ſi ſtipuler,ff.de verb.oblig.ideo ſi quis ſtipuletur caſtrum,quod eſt maiorum ſuorum,vendi alteri ſuæ familiæ,valet huiuſmodi ſtipulatio,cùm ſtipulantis interſit, vt illud caſtrum maneat in ſua ipſius familia, ex qua exiit. Reſpondetq́; ad id quod poſſet dici in contrarium,ſcilicet neceſſe eſſe, vt interſit noſtra pecuniariter, ( vt ipſe, & noſtri loquuntur non malè,poſt Caium Iuriſconſul.eloquentiſsimum in l.ſi lib.ff.ad exhi. & Vlpia. in l.ſi ambo,§.j.ff.de compen.& in l.vlt.ff.de priua.delict.) vt alteri ſtipulari poſsimus:nec ſatis eſſe,vt interſit ratione affectionis,vel conſanguinitatis, ex ſententia gloſſ.Bart.& aliorum in l.fideiuſſores,ff.de pact.vti apud illum videre poteris.

*Stipulari poſſumus caſtrū, quod maiorum eſt,uendi alteri noſtræ familiæ.*

*Pecuniariter, Latinum.*

41 ¶Huc item pertinet alius tex.in l.j.ff.de priu.cred.vbi cùm debitoris bona væneunt, & creditores æquale pretium offerunt,præfertur creditor cognatus aliis extraneis. Et ita illum text. intelligunt Iacob.Aret.& Bar.ibi Cyn.& Bal.in l.Imperator,ff.de pact.& eum ſin.dicunt Dy. & Albe.ibi & idem Alber.in rub.eiuſdem tit.poſt prin.vbi idem tex.eſt ſing.Ex eoq́; no.Bart. ſuper eodem in fin,quòd quando res reddi debet in cauſam emphyt.quia eſt finita emphyteuſis vſque ad tertiam generationem,& veniunt extranei,qui rem ſibi dari poſtulant , præferuntur cognati in quarto gradu. Et ſi domini id non faciunt, poteſt ab eis ad ſuperiorem appellari. De quo per eundem in l.ſi mihi & Titio,col.vlt.& ibi latè Alex.col.pen.& Franc. Aret.col.iiij.verſic.conſequenter quærit,ff.de verb.obli.& eundem Bart.in l.j.§.permittitur.& ibi Ange.ff.de aqua quoti.& æſtiua.vbi etiam eſt tex.quod facilius hæredes aliquid impetrāt etiam id quod ad eos non tranſit,quàm extranei. Quem tex.vnicum dicit Bald.in c.quæ in Eccleſiarum,col.iij.in princ.extrà de conſtit. Sed redeundo ad illud dictum Bart.vt ſcilicet debeant præferri cognati extraneis,idem voluit Bal.in c.in præſentia,col.iiij.in fin.cum prin.

*Cognatus creditor præfertur in uenditione bonorū debitoris.*

*Finita emphyteuſi, an præferantur cognati.*



BIBLIO... UNIVERSITARIA GRANADA

ſequen.verſic.cùm autem finita.extrà de prob.vbi id dicit ſing.& in c.1.poſt med.& ibi Mart. Laud.& Card.Alex.titu.quemadmodum feud.ad fil.pert. vbi etiam dicunt, quòd filia debet præferri cognatis. Et idem Bald. in c.1.in fin.tit.qual.feud.ali.pot.& in rub.extrà de appellat. col.ij.verſicu.ſed an feudatarius.vbi licèt hoc caſu neget poſſe appellari, fatetur tamen poſſe officio iudicis prouideri.& conſi.ccclv.præmittendum eſt,col.ij.verſic. item ſi rationes,lib.1. vbi in id dicit text.aureum in d.§.permittitur.Et Ang.conſi.clxxxiiij.ex forma,col.vlt.Anto. in cap.1.col.v.extrà de loc.Pet.Anchar.conſil.cxxxiiij.plenè & ſubtiliter,verſi.quo ad ſecundum,& conſi.clxxj.caſus talis eſt,quidam dominus,col.v.& conſi.clxxiij.dom.Laza.col.vlti. Imol.in cap.2.col.iiij.verſi.ſi autem quærimus,extrà de feud. & idem Imol.conſil.xxvij.viſo quodam inſtrumento,col.j.in fin.& conſil.xxxviij. in caſu præmiſſo ponderandum eſt,col. ij.verſic.ſed de æquitate.& conſi.lxviij.in caſu præmiſſo videretur.col.ij.verſi.pro hoc etiam Cardin.Flor.in c.pen.extrà de poſtul.Prælat.Panor.in c.bonæ,le ij.col.antepen.verſi.& in fi. gloſ.& ibi quoque Petr.Anchar.& Card.Flor.& latè Corſet.in addit. ipſius Panor.eod.titu. Pau.Caſt.conſi.xxxij.proprietarius,lib.1.& conſi.clix.punctus iſtius quæſtionis,col.vlt.lib.2. & conſil.ccccxvij.ſuper primo quæſito,eodem lib.2.Raph.Fulg.conſi.iiij.ad id de quo quæritur,col.ij.& conſi.ccxviij.Petrus quondam,col.ij.& conſi.ccxx. nobiles de Fortiate,col.vlt. Raph.Co.conſi.clxvj.viſa copia,paulò ante fin.Rom.in l.ij.in princ.ff.ſolu.matr.& in l.Prætor,§.vlti.ff.de oper.nou.nunt.& in repet.rubr.ff.de arbit.col.xv.verſic.xj.quia emphyteuſis, & conſi.xxij.propoſitæ,in vlti.dub. vbi id multis ſimil.confirmat Mart.Laud. in c.1.in fin.& ibi quoque Card.Alex.etiam in fin.tit.qual.olim pot.feud.alien.Ioan.Ana.conſi.lxxxiiij. videndum eſt de virtute,col.ij.verſi.tertiò negari.Alex.conſi.lxxx. viſo & opportunè animaduerſo,in ij.dubio,lib.1.vbi loquitur in feudo Eccle.& conſi.xciij.viſis & ponderatis, in fi.lib. 2.quod & duplicatur conſi.xxij.lib.6. & idem Alex.conſil.x.ponderatis,col.vlt.lib.3.& conſi. lxxxiij.in cauſa,col.ij.verſi.nec dicatur,lib.7.& conſi.clxj.viſis narratis, col.j.eod.lib.7.Nico. Mil.in ſuo repert.in verbo,emphyteuſi finita.Barb.conſi.xxij.ſcripſit Propheta, col.pe.verſi. & ex iſtis,lib.1.Fran.Curt.Senior,latiſſimè conſi.xlviij.ſuper controuerſia,per totū,& conſi. l.memoriæ,col.viij.verſic.ſecundo memoria.Alter Fran.Curt. Iunior,in tract.feud.in ij.parte,chart.eiuſdem vj.in xv.q.princ.Socin.conſi.xcix.in cauſa eximij,col.pen.lib.1. Iaſon in l.ij. col.vj.verſ.ex hac deciſione.C.de iure emph.& in l.iij.col.iiij.in iij.not.eo.tit.& conſi.ccxxvij. pro enucleanda,col.vj.verſicu.iiij.pro eadem parte,lib.2.& conſil.xxiiij.in cauſa feudali, col. pen.verſi.poſtremò non obſtat,lib.3.Philip.Dec.conſi.lij.placet mihi,col.ij.verſi. & iſtam rationem,& conſi.lxxviij.licet in caſu,per totū,& latiſſimè conſi.cxxxj. reuocatur in dubium, etiam per totum,& conſil.cccxxviij.in caſu propoſito,colum.j.verſi.quibus tamen obſtat,& conſi.ſeq.pro defenſione,col.vlt.Caro.Ruin.conſi.v.videtur,col.vlt.num.8.lib.1.& conſi.xlv. habita,col.iij.nu.8.eod.lib.1.& conſi.clj.quia præponitur,col.v.nu.16.& ſeq.eod.lib.1.& conſil. clxj.præmittendum,col.pen.num.35.& ſeq.eod.lib.1.& conſi.xlvij. circa dubia,col.vlt.num.6. lib.3.Matth.Afflict.(in c.j.§.etſi clientulus,col.ij.verſi.item ſi concedatur,tit.de alien.feud.) in deciſ.Neap.deci.ccxxxviij.dicit conſuetudo.col.j.& in conſtit.Siciliæ incip.vt de ſucceſſ.col. xvj.verſicu.xvij.not.& in conſtit.incip.conſtitutionem diuæ memoriæ, col.xiij.in xij.quæſt. Hippo.Marſi.ſing.ccccxix.licèt in re ſua.Ni.Euer.in locis legalibus, in loco à feudo ad emphyteuſim,col.ij.verſic.iiij.iſtud facit Ludo.Goza.conſi.lxxj.in cauſa domini, col.j.& conſil. lxxxvj.videtur,col.iiij.num.23. & omnium, & nouiſſimè,ita optimè,Franc.Rip.in d.l.j.ff.de priuil.cred.& in tract.de peſte,char.xlviij.num.234.

42 ¶Et hæc quidem eſt communis opin.vt multi ex illis affirmant,quanquàm Imo.ſubdubius tamen contrariū videtur voluiſſe, ſibi ita contrarius in d.l.ſi mihi & Titio,ad fin.ff.de verb. oblig.& in d.c.pen.de poſtul.Prælat. vbi tamen dicit opi.Bart.eſſe rationi & æquitati conſonam.Et Fulg.ſecum quoque pugnans,conſi.ccxxij.nobiles quidam.col.vlt.& Rom.ſibi item contrarius,ſed ſuæ parti magis (vt opinor) quàm iuri obſecundans,conſi.lxx.viſis themate, col.ij.verſi.tertiò iſtam ſententiam, & Barba.ſibi quoque contrarius,in d.c.1.col.pen.extrà de loca.vbi hanc dicit in Iure veriorem eſſe,licet altera ſit æquior & communior. & rurſum in d.c.2.col.ij.verſi.& pondera iſtum.extrà de feud.Matth.Afflict.ſibi quoque aduerſarius, deci. Neapo.cccxcij.Rex Ferdinandus,num.20.Scioq; nonnullos ex iis,quos ſuprà citauimus,ita tenere,vt in hoc caſu non ſit locus appellationi,vt Bart.autumat, ſed alteri remedio, quod iam diximus ex Bald. Alios illud tantùm habere locum in iis, qui primo gradu vltimum emphyteutam attingant. Alios rurſus in iis tantùm, qui ſunt hæredes illius vltimi, non in aliis.Alios item in deſcendentibus tantùm.Alios quoque tum demum,ſi dominus velit alijs extraneis concedere,non etiam,ſi ſibi retinere velit. De quo vltra prædictos vide latè Caro. Ruin.conſi.clij.præſupponitur,per to.lib.1.Alios,ſi nondum dominus aliis conceſſerit,& ſic re integra. Alios,ſi finita ſit emphyteuſis per generationem,vt in principio diximus:ſecus ſi culpa emphyteutæ. Alios in emphyteuſi,vel feudo priuati,non etiam Eccleſiæ. Alios aliter, vt apud illos, præſertim recentiores, videre licet. Nam nobis hîc ſatis eſt id vnum dixiſſe, quod ad rem noſtram attinet,& eius quod relictum eſt, Lectores admonuiſſe, locaq; deſignaſſe,ex quibus ipſi,quod in ſuam rem eſſe videbitur,poſſint depromere.

¶Verùm



43 ¶Verùm antequam ad alia tranſeamus,non præmittendum ducimus, quod autoritate illius tex.in d.l.j.ff.de priuil.cred.reſpondit idem Barto.in hac ſpecie facti interrogatus. conſi.xix. cuius initium eſt.viſo teſtamento Andrentij,ad fin.duobus in locis,quòd ſi teſtator iuſſerit rem ſuam quampiam vendi ab hæredibus,pretiumq; ex ea venditione redactum reſtitui fratribus iſtius teſtatoris, debent ipſi fratres præferri in ea venditione aliis extraneis : ſi modò æquale pretium offerant. Ideoq; iudicem petentibus fratribus poſſe præcipere hæredibus, ne inſciis fratribus ipſis procedant ad venditionem,eoſq; cæteris ad eam venditionem præferant,iuxta l.Diuus,ff.de petit.hæred.& alia iura ibi allegata. *Fratres teſtatoris præferuntur in emptione rei, iuſſu eius venditæ.*

44 ¶Concinit & huic noſtræ conſuetudini tex.in d.l.Imperator,ff.de pact. vbi ex ij.lectu.gloſſ. quam approbant Bart.Ang.Saly.Fulg.Paul.Caſt.& Iaſ.ibi,ſi ſit omnium rerum paritas, ſcilicet debiti,dignitatis,& numeri perſonarum, præferuntur ſuffragia conſanguineorum extraneis,cùm quæritur de remittenda quota parte hæredi. Et in hāc rem dicit ſing.illum tex. Fran.Aret.in l.pro hærede,§.ſi ſepulchri,col.v.ff.de acqui.hære.& valde not.Alex.in l.maiorem,ff.eod.tit.vbi id declarat. Etiam ſi huic lect.reclamant Iac.But.Guli.Cu.Rayn.& Alber. in d.l.Imperator.& idem Guli.& Bal.in l.& ſuum,§.vlt.quem legunt cum d.l.maiorem,quæ confeſtim ſequitur eod.titu. Illius autem text.autoritate ſubnixus Bal.ibi poſt Cyn. tradit, quòd ſi inter executores teſtamenti nō conueniat de modo diſtribuendorum bonorum teſtatoris,nec aliter poſſint concordari,debet præferri eorum executorum ſententia, qui ſunt conſanguinei teſtatoris,ſi qui ſunt. Quod ſequitur & dicit ſing.Ro.ſing.cccccxxxv.executores teſtamenti.& ſequitur item Ioan.Lup.à Palat.Rub.in repet.c.per noſtras,§.xliij.colum. eiuſdem iij.verſic.quod autem,extrà de donat.inter vir.& vxor. Ex ea quoque l.ſecundùm aliam lect.tradit idem Bald.ibi,quòd ſi teſtator reliquit duos executores ad diſtribuenda ſua bona inter pauperes,& vnus eorum vult eligere pauperes coniunctos teſtatoris, alter extraneos:ille eſt huic præferendus. Sed & Angel.in ea ipſa l.ſcribit, quòd ſi hæreditas quæpiam diuiditur inter extraneos & conſanguineos, debet dari electio conſanguineis in his rebus, quas conuenientius eſt remanere in familia,quàm ad extraneos tranſire : puta in domibus, quæ ab antiquo ſunt illius familiæ. Quod dictum pro not.ſequitur Franc.Aret. conſi.clvij. viſis,col.ij.& id quoque per eundem tex.voluit Flor.in l.j.ad fin.ff.famil.erciſ. *Conſanguineorum ſuffragia cæteris præferuntur.* *Conſanguinei in diuiſione hæreditatis extraneis præferuntur.*

45 ¶Adſtipulatur & his alius text.in l.qui officij.ff.de contrahen.empt.& in l.milites prohibentur,ff.de re milit.quibus cauetur, quòd qui in prouincia militat, aut rempublicam adminiſtrat,prædia comparare in ea prouincia non poteſt : præterquàm ſi paterna diſtrahantur. Et ita quoque intelligit glo.in l.aufertur,§.quod à Præſide,ff.de iur.fiſc.& recentiores in l.principalibus,ff.ſi cert.pet. Et facit,quod per illum tex.voluit glo.cap.1.§.ſed etiam res,in verbo, proximiori,titu.per quos fiat inueſt. Ex quo potes intelligere,prohibitos emere ſiue acquirere,ea tamen poſſe emere & acquirere,quæ fuerunt maiorum. Id quod ita generaliter voluit per eos text.Fabia.in tracta.empt.& vendi.in xxxj.quæſt.iij.partis princ. De quo & nos latius dicemus infrà eod.titu.§.j.gloſ.ix.in verbo, *ou lignagier*, num.142.incip.quid autem ſi ſtatutum,& ſequent. *Miles ubi militat, non niſi paterna prædia comparare poteſt.*

46 ¶Adiuuāt hæc & alij text.& inter cæteros in l.lex quæ tutores,C.de admi.tut.vbi hæc verba nuncupatim adſcribuntur:Maxima habenda eſt eius domus ratio,in qua pater defecit, filij creuerunt:in qua maiorum imagines aut non videre fixas,aut videre reuulſas ſatis eſt lugubre. Quem text.multùm commendat Bal.conſi.lvij.item inſtituto,col.vlt.lib.2.eiuſq; autoritate ſuffultus,inibi conſuluit in pulchro caſu, vt illic omnibus videre in promptu eſt. Et in alio caſu idem Bald.conſi.cccxxviij.determinatio,lib.5. itemq; in alio, inter conſil.Angel. conſi.lxviij.repetito,conſi.cclxxxj.Martinus Ioan.de Florentia,col.iij. Ex quoque text.apertè probatur,domum réſque alias maiorum, nobis eſſe in maximo affectu ac pretio. Quod & comprobat text.in l.libertus qui ſoluendo,ff.de bon.liber.vbi noſtra intereſt adire hæreditatem,quæ non ſoluendo eſt:ob id tantùm,quòd in ea prędia ſunt aliqua,in quibus maiorum noſtrorum ſepulcra ſunt. Et in l.j.§.& aliàs videmus,ff.ſi quid in fraud.patro. vbi ita ſcribitur. Si dicat patronus rem quidem iuſto pretio veniſſe : veruntamen hoc intereſſe ſua, non eſſe venundatam:inque hoc eſſe fraudem,quòd venierit poſſeſſio, in quam habet patronus affectionem vel opportunitatis,vel vicinitatis,vel zeli,vel quòd illic educatus ſit, vel parentes ſepulti. Quos textus vnà cum text.in d.l.ſi in emptionem, ad id expendit gloſſ.in l.j.in verb.& Reipublicæ,ad fin.ff.ſolu.matri.quòd noſtra intereſt habere res, quæ fuerunt maiorum:vt ſuprà alio loco diximus. *Affectio quanta in rebus maiorum.*

47 ¶Sed & hanc affectionem mirè exprimit illud Tibulli lib.2.Eleg.4.

*Quinetiam ſedes iubeat ſi vendere auitas,*
*Ite ſub imperium,ſub titulumq; lares.*

Quaſi diceret,nihil eſſe,quod non faceret amicæ gratia,vel ſi ea iubeat, vt vendat lares domumque auorum:tanquam id rerum omnium ſit grauiſſimum. Cui etiam admodùm congruit tex.in l.in fundo,ff.de rei vend.in illis verbis,Finge pauperem, qui ſi reddere id cogatur,laribus ſepulchriſq; auitis carendum habeat. Quo in loco glo.dicit non eſſe veriſimile, quòd quis huiuſmodi lares auorum ob quiduis aliud alienaret. & eum quoque textum in

id annotat Alberi.ibi in ij.not. Atque illud Claudiani in Panegyrico Stiliconis 2.

*Denique non diues ſub te pro rure paterno,*
*Vel laribus pallet.—*

Et rurſus libro primo,ad Rufinum:

*—Laribus vellit,detrudit auitis*
*Finibus.—*

*Hiſtoria Naboth & Achab.*

48 ¶Nec hinc longè abeſt, quod ſcribitur 3.Reg.cap.21. Naboth regi Achab denegaſſe vineam, quæ erat iuxta palatium Regis,qui pro ea meliorem obtulerat. Nam id dicebat: Propitius ſit mihi Deus,ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.vt facilè hinc poſsis intelligere,res maiorum noſtrorum nos pluris æſtimare,quàm alias etiam multo meliores:eiuſq; affectionis gratia nos Regum vel potentiſsimorum autoritatem contemnere.Sed & vt prætereà intelligas hunc affectũ non improbum eſſe aut temerarium,lege inibi, quæ ipſe Achab paſſus eſt diuino iudicio,quòd ob id reſponſum ſuccenſus Naboth,eum interimi iuſsit,vineamq; eius vſurpauit. Is enim grauiſsimam cladem perpeſſus eſt. Cuius etiam hiſtoriæ fit mentio in Decretis Canonicis,cap.conuenior,xxiij.q.viij.c.Achab,de pœni.diſt.iij.Scribit Appianus Alexandrinus lib.1.inter præcipuas cauſas,cur legem Agrariam diuites recuſarunt apud Romanos,hanc fuiſſe,quòd impium ducerent monumenta maiorum ad alios tranſire. Lucianus in Eunucho quoſdam arguit, qui cùm ſe Philoſophos eſſe profiterentur, ac pecunias pro nihilo ducerent:tamen earum gratia perinde atque pro monumentis progenitorum inuicem decertarent.Sidonius Apollinaris lib.3.Epiſt.ad Hiſpacium,de Donidio quodam,qui prædiũ,quod maiorum fuerat,redimere cupiebat,his verbis loquitur: Neque ad hanc nundinationem ſtimulo cupiditatis,ſed reſpectu auitæ recordationis adducitur. Siquidem fundi ipſius integritas familię ſuæ dominum vſque ad obitum vitrici nuper vita decedentis aſpexit:nunc autem vir alieni non appetens,ſui parcus,poſſeſsionis antiquæ à ſe alienatæ non tam damno angitur,quàm pudore:quam vt redimere conetur,non auaritiæ ſtudio, ſed verecundiæ neceſsitate compellitur. Tribuere dignare votis ſuis,precibus meis,moribus tuis, vt ad ſoliditatem ruris ipſius te patrocinante perueniat,cui rem parentum,ſibiq; non ſolùm notam, verùm etiam inter lactantis infantiæ rudimenta reptatam ſicut recepiſſe parum fructuoſum,ſic non emeruiſſe,nimis videtur ignauum. Quibus & adde,quod ſcribit Fabia.in tract.empt.& vend.in viij.effectu.q.viij.prin.admittendos nos eſſe ad reuocandam venditionem,non ſolùm ratione doli,vel pacti,& ſimilium,ſed etiam affectionis, quam ad rem maiorum habemus,per quædam ex allegatis iuribus.

*Lex Agraria cur repudiata.*

*Prohibitio alienationis nõ tranſit ad hæredes hæredis, niſi de rebus maiorum.*

49 ¶Sed nec ab his abhorret,quod per d.l.lex quæ tutores, & d.l.ſi in emptionẽ, tradit Ro.ſub dubius tamen,in l.ſi quis filium,§.in omni,ff.de acqui.hære,quòd licet prohibitio alienandi facta à teſtatore hæredi,nomine ipſius hæredis nuncupatim appoſito,verbi gratia,Prohibeo Titio hæredi meo,ne illum fundum alienet,nõ extendatur ad hæredem hæredis,ex ſententia Rayn.Imol. & aliorum recentiorum in l.filiusfamilias,§.Diui,ff.de leg.j.cum concor.ibi adductis ab ipſis recentioribus. Fallit tamen, vt dicit Rom.vbi ſuprà,ſi teſtator prohibuerit alienationem rei maiorum ſuorum. nam tunc ex affectione teſtatoris præſumitur velle hãc prohibitionem tranſire ad hæredes hæredis: quamuis in ea nomen ipſius hæredis fuerit expreſsim appoſitum.Et ſequuntur Ioan.Crot.& Ferd.Loaz.in repet.d.§.Diui,ille col.xxxvij. verſi.ſecundò fallit:hic in x.q.Bar.quæ eſt in xxv.char. Quanquàm id non probat Alex.ibi, col.vij.eademq; antepen.verſi.quid autem ſi prohibitus:quia id (inquit) iure non probatur. Et hic locus facit, vt in mentem veniat alterius dicti eiuſdem Croti in eodem loco,colum. xxxiij.verſi.prima ſit concluſio,quòd licet dubiũ ſit,an prohibita venditione cenſeatur prohibita omnis alienatio,tamen ſi huiuſmodi prohibitio ſit eius rei,ad quam prohibens veriſimiliter affectionem habuerit,quia eſſet maiorum ipſius : haud dubiè trahitur dicta prohibitio ad omnem alienationem.per d.l.lex quæ tutores,& d.l.ſi emptionem.

*Prohibita rei maiorũ venditione,omnis alia cenſetur prohibita alienatio.*

*Nuda alienationis prohibitio non valet, niſi fauore familiæ facta ſit.*

50 ¶Nec illud quoque alienum eſt , quod & ex eodem loco depromitur , quòd licet nuda ac ſimplex, & ſine cauſa prohibitio teſtatoris de non alienando non valeat,per d.§.Diui,& ibi latè Doct.& l.Lucius Titius,in princ.& l.pater filium,§.Iulianus,ff.de leg.iij.cum ſi.tamen ſi teſtator eam cauſam adiecerit , ne res exeat extra familiam, ſiue quia vult rem manere in ea familia,valet ea prohibitio:vt voluit gl.in d.§.Diui,in verbo,cauſam. & ibi etiam Bart.col.j. verſi.& per hoc not.& gloſ.in l.quoties ab omnibus,in glo.j.& ibi Cyn.Salyc.Paul.Caſtr.& alij,C.de fideicommiſ.& Old.conſi.ccv.prima dubitatio,col.vlt.verſi.ad aliam quæſtionem, qua quæritur an legata,Cyn.in l.ea lege,col.iiij.verſicu.& vt hæc omnia,C.de cond.ob cauſ. Bald.qui eam poſteriorem gloſ.dicit multùm not.conſi.lvij.item inſtituo,lib.2.Roma.conſi. ccccluij.circa propoſitam,in ij.dubio.Pau.Caſt.conſi.cclxix.dubitatur,col.ij.verſic.item non obſt.lib.2.Soci.conſi.ccxxvij.præſens conſultatio,col.vj.verſi.ſecundò fortius,lib.2.Philipp. Deci.qui alios citat conſi.ccccclxxxj.in caſu de quo Peruſij.col.j.in duobus locis,& Stephan. Bert.conſi.xv.ex themate,num.21.lib.4. Et eſt de hac re optimus text.in d.l.filiusfamilias,§. cùm pater,& in l.peto,§.vlti.ff.de lega.ij.& in l.cùm pater,§.fidei,eo.tit.& in l.voluntas,C.de fideicom.Et bene facit,quod diximus ex Iaſ.& aliis ſuprà num.39.ſed & Iaſon.

¶Quin



*Alienatio prohibita poteſt fieri in coniunctos.*

51 ¶Quinetiam res prohibitæ à teſtatore alienari,etiã in caſu,quo valet ea prohibitio,poterunt alienari in coniunctos,ex ſententia Rom.conſil.cxcix.præſens ſtatuti particula, col.vlti.in ij. dubio. Quod tamen qualiter intelligatur , cognoſces ex Bald.in l.cùm hi,§.ſi pluribus,ff.de tranſ.Aliàs autem ſæpe videmus prohibitionem alienationis nõ trahi ad alienationem,quæ fieret in coniunctos prohibiti.Nam quamuis pupillus tutore etiam autore prohibeatur donare,etiam cauſa mortis.l.j.in prin.ff.de tutel.& ratio.diſtrah. poteſt tamen certo modo coniunctis quibuſdam perſonis , non ſolùm cauſa mortis,ſed etiam inter viuos,d.l.j.§.ſed nonnullos,vbi eſt tex.elegans & notandus.& iterum in §.prætereà , eiuſdem l. & l.cùm tutor ſecundùm,§.vlti.ff.de admin.tut.& no.glo.in l.non omni,C.eod.titu.

*Feudum poteſt alienari in proximiores.*

52 ¶Item feudum alienari inconſulto domino prohibitum , poteſt tamen , cùm antiquum eſt aut paternũ,liberè alienari in proximiores.c.1.§.ſed etiam res,& ibi glo.in verbo,proximiori, And.Iſer.Bal.Alua.Mart.Laud.& Card.Alex.tit.per quos fi.inue.& c.Titius, tit.ſi de feu.fue. contro.& c.1.§.& ſi clientulus,verſi.frater verò,& ibi gloſ.in verb.per libellum.Bal.col.j.in ix. not.& rurſum col.vlt.verſi.item ſciendum.Mart.Laud.etiam col.vlt.& alij,tit.de ali.feu.& c.1. & ibi etiam gl.in verbo,concederetur.Bal.col.pen.& alij Doct.tit.de ali.feud.pat.Iac.Bel.in c. 1.in vij.q.& ibi quoque Bal.col.ij.verſi.quæro an inter agnatos.& Io.Ray.in verſic.habitos,in ij.nota.tit.de prohib.feud.ali.per Fed.Bal.in c.1.§.hoc quoque,col.pen.verſic.ſeptima concluſio,tit.de ſucceſ.feud.& in c.quæ in Eccleſiarum.col.pen.verſic.& ſcias,quòd cognatus,& ibi Feli.col.xxxv.in vij.declaratione,extrà de conſtit.& idem Bal.in c.ſanè,col.vlt.verſi.alia concluſio,& ij.ſeq.extrà de renun.& conſi.xvj.facti euidentia,lib.1.& conſi.cccix.cùm eſſent plures,poſt princ.eo.lib.1.& conſil.ccc.tex.in c.1.in princ.lib.2.& conſi.cclxxxij.proponitur quòd nobilis vir,lib.5.Luc.Pen.in l.j.C.de fide inſtru.& iure haſt.fiſc.lib.10.Rom.d.conſi.cxcix.col. vlt.verſi.ſecundò hoc.idem Pau.Caſt.conſ.ccccxxxij.cùm ſtatutum principaliter,col.ij.verſi. ſecundò videtur obſtare,lib.1.& conſi.lxxxiiij.quæſtio ita vertitur,col.ij.lib.2. Aluar.in c.1.in xxiiij.concluſ.& ibi Card.Alex.col.v.tit.quæ fuit pri.cauſ.amit.benefi. idem Card.in c.j.§.ſed & res,col.j.verſic.quæro an vaſallus,tit.per quos fi.inueſt.Guid.Pap.conſi.lviij.ex narratione facti,poſt prin.Iaſ.conſi.lxiiij.circa primam,col.vlt.lib.3.vbi allegat alios concord.qui huc nihil pertinere videntur.Iaco.à S.Georg.in tract.feud.in verbo,& cum pacto de non alienãdo, col.viij.verſi.in iſta materia.Alber.Bru.conſi.xxxvj.circa præmiſſa.Matth.Afflict.in conſti.Siciliæ incip.conſtitutionem diuæ memoriæ,col.vj.verſic.item quæritur vtrùm. & iterum,col. viij.verſi.tertiò not. Suprà autem nuncupatim locuti ſumus de feudo antiquo aut paterno: nam nouum nec in proximiores quidem agnatos alienari poteſt, vt per Saly.in d.c.1.titu.de prohib.feu.alie.per Fede.& pleroſque ex iis,quos ſuprà citauimus.

*Ceſsio poteſt fieri in potentiorem cõſanguineum.*

53 ¶Prætereà quamuis prohibeatur,ne fiat ceſsio in potentiorem,l.ij. C.ne lic.pot.& l.pen.ff.de ali.mutand.iud.cauſ.fac.poteſt tamen nõ ſolùm in filium potentiorem fieri.quod haud dubiè poteſt,ſecundum Bal.Raph.& Iaſon in l.ſi ita quis,§.ea lege,ff.de verb.oblig. & latè diximus in repet.l.ſi vnquàm,in prin.num.18.incip.ſed vtcunque habeat:ſed & in alios quoque conſanguineos,& eos quidem potentiores,vt ſatis liquet ex eo, quod ſcribit Cy.in l.qui ſtipendia,ad fin.C.de procur. quòd valet ceſsio facta conſanguineo clerico à laico, licet clericus ſit, & dicatur potentior ratione ordinis. Et idem voluit idem Cyn.in l.per diuerſas,in vj.quæſt.& ibi quoque Bald.in xix.q.C.manda.{Matth.Afflict.in cap.1.§.etſi clientulus,col.v. verſicu.item regulariter ſi fiat ceſsio,tit.de alie.feud.} Quamuis huius dicti in feudo & emphyteuſi contrarium tenuerit Bald.ipſe in authen. quibuſcunque,verſi.extrà quæro quid de rebus,C.de ſacroſan.eccl.quem ſequitur Alex.conſ.ix.viſo themate ſuprà ſcripto,col.ij.verſ. & ideo,lib.3.& Iaſ.in d.§.ea lege,verſi.tamen adde.

*Ceſsio actionis valet,nullo expreſſo titulo, inter conſanguineos.*

*Alienationis prohibitio nõ comprehendit alienationem quæ fit inter coniunctos.*

54 ¶Sed vtcunque ſit de eo caſu, videmus quòd ceſsio actionis inter coniunctos valet ſine expreſsione alterius tituli:vt voluit Dyn.in l.patrem , & ibi quoque Alber.nu.3.ff.quæ in frau. cred.& Bal.in d.l.ij.col.j.verſi.tertiò præſumitur,& ibi quoque Sal.etiam col.ij.verſic.tertiò ſi titulus,C.ne lice.pot.& idem Bal.in c.literas,col.vlt.verſicu.quæritur vtrùm ratione,extrà de præſumpt. Et aliàs prohibitio alienationis non comprehendit filios inter ſe : vt ſcribit ipſe Bald.conſi.ccccxcviij.eodemq; antepen.ad fin.lib.1.per d.l.voluntas.C.de fideic.nam ( vt ille ſubdit) apparet teſtatorem ſenſiſſe,ne inter extraneos alienetur,non inter ſeipſos.l.ſi pater,§. quindecim,ff.de lega.ij. Quin generaliùs Oldr.conſi.xciiij.eleganter circa negotium, ferè per totum,multis oſtendit,prohibitionem legis vel hominis de non alienando, intelligi de alienatione,quæ fieret in extraneos,non etiã in eos qui ſunt eiuſdem generis. Et ſequitur Fran. Rip.lib.1.reſpon.c.1.defuncto,num.57.& iterum lib.2.cap.25.feudalibus conſtitutionibus,nu. 26.Quod not.ad id quod ſuprà diximus,num.45.adſtipulatur,in fin.

*Pleraque alia in fauorem cõſanguinitatis introducta.*

55 ¶Sunt & alia multa ſpecialia,fauore conſanguinitatis noſtris legibus ſtatuta, quæ quoniam paulò ſunt remotiora ab hoc noſtro propoſito, in quo tantùm tractamus de recuperatione rerum,quæ fuerunt noſtræ familiæ,ea prætermittenda duximus.Tamen ſi quis ea noſſe volet,videat text.& gloſſ.in l.ſi tutor,ff.de ſuſpect.tuto.vbi ea glo.not.ratione conſanguinitatis quædam fieri,quæ aliàs non fierent. & l.ſi paterfamilias.§.vltim.ff.de adopt.& l.j.ij. & iij.ff.in ius voc.vt eant.& ibi Bal.& Rom.qui & multa colligit , & l.ij.ff.de recep. & l.Imperator,ff.

de pact.& in l.ſi domus,§.qui confitetur,ff.de leg.j.& l.ſi verò,§.hæc autem,ff.de iis qui deie. vel effud.& l.ſi ſeruus plurium,§.vlti.& ibi glo.vlt.verſic.v.& Albe.num.9.10.11.ff.de lega.j. & l.ſi extraneo,ff.de vſufru.& l.Gaius,in fin.ff.ſolu.matri.& l.pen. & ibi Alberi.ff.de poſtul.& l. vel ſi,ff.de manumiſ.vind.vbi ita ſcribitur: Vel ſi ſanguine eum contingit: habetur enim ratio conſanguinitatis.& l.j.& ibi glo.ff.ad leg.Iul.repet.& l.dotem,§.j.& ibi Alb.ff.de caſtr.pec. & l.j.§.j.ff.vbi pup.edu.deb.& l.cùm alienam,C.de leg.gloſ.in l.ſi cui fundus,ff.de lega.j. & in l.Aurelius,§.Titius teſtamento,ff.de lib.leg.Alber.in l.voluntas,paulò antè fin.& prætereà in l.cùm acutiſsimi,C.de fideicom.& in l.competit,§.j.ff.quod vi aut clam. & Bald.in l.filiusfamilias,ad fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& in c.1.col.pen.verſic.item ſciendum,ibi,nam & aliâs ratione cognationis,tit.de ali.feud.Rom.in repet.l.de viro,§.ſi verò, in xvij.fal.ff.ſol. matr.Feli.in c.literas,col.pen.de præſum.& in c.cùm quidam,etiam col.pen.de iureiur.Phili. Deci.in l.fratres tui,in iij.not.C.de tranſ.Matth.Afflict.in tract.protomixeos,poſt prin.{ & in cap.1.§.etſi clientulus,col.ij.in v.notab.tit.de alien.feud.} Hippo.Marſil.in l.Diuus,col.j.& ſeq. ff.de parricid.& ſingu.ccx.iura ſanguinis.Pantha.Cal.in repet.l.ij.col.lxxj.verſic.prima eſt ratione coniunctionis , & multis ſeq.C.de reſcind.vend. quibus in locis videbis multa in hoc collecta. Et huc quoque adduci poſſunt, quæ in ſimili ſcribit Bart.in l.j.in fi.C.de metallar. & metal.lib.11.quem ſequitur Rom.in l.j.ff.ſolut.matri.& Iaſ.in l.nemo, verſi.limita not.ff.de pact.& quod item ſcribit idem Bart.poſt Iac.Bel.in §.j.col.j.verſic. ſecundò not.in authen.de reſtit.fideicom.& Bald.conſi.ccxcj,ad euidentiam,col.iiij.verſicu.& idem dico,lib.2. præſumi ſubſtitutum idoneum,ſi ſit ex eadem conſanguinitate : per d.l.j. quam dicit no.ff.in ius voc. vt eant.Et alia quædam ſimilia collecta à Ro.conſi.xxij.pro propoſitæ.in vlti.dubio.

56 ¶Ex his avtem, quæ tam latè ( & vereor, ne ſuperfluenter ) diximus tam pro noſtra conſuetudine,quàm aduerſus eandem,intelligi poteſt,vtrùm ea ſit fauorabilis , proindeque extendenda,an verò odioſa,& ſic reſtringenda,ſtricteq; interpretanda. Verùm noſtrorũ eſt, Doct.de hac re ſcribentium priuatim ſententias hîc ſubnectendas duximus. Nam primum, id eſt,fauorabilem largeq; interpretandam eſſe,cenſuit Alexan.conſi.cxcvij. in cauſa vertente inter Ser Sulimanum,col.j.lib.7. Nam ad cognoſcendum ( inquit ) ſitne ſtatutum odioſum,an fauorabile,debet inſpici,an principaliter ſtatuentes moti ſunt ob fauorem , an propter odium: vt primo caſu cenſeatur fauorabile,ſecundo odioſum.l.qui exceptionẽ,in prin. & ibi Bart.& Bal.ff.de cond.indeb.Bald.in l.j.colum.x.verſicu.ſed hîc quæro de effectu,C.de ſum.Trin.cum multis concordan.à me collectis infrà eod.titu.§.xxx.in glo.j.num.5.incip.& ex hoc. Sed hoc ſtatutum eſt editum principaliter in fauorem conſanguineorum,nullo omnino nec venditorum nec emptorum odio. Et quia etiam in dubio ſtatutum præſumitur eſſe fauorabile,ex ſententia Bald.in l.vlti.C.qui ad lib.peruen.non poſſunt. Et hanc quoque partem tenet Ludo.Bolo.qui tamen Alex.non meminit, conſil.xxv.in ampliſsimo,in tertio dubio,vt ſcilicet id ſtatutum ſit fauorabile,& latè interpretandum.& Lud.Gozad. in repet.l. qui ſe patris,col.xxxiiij.verſic.infero & ſextò,C.vnde liber.vbi ex hoc dicit, id ſtatutum eſſe generaliter intelligendum.& Anto.Rub.conſi.ix.viſo ſtatuto,poſt medium, qui dicit id ſtatutum non eſſe correctorium,ſed limitatoriũ,atque ex ſimilitudine rationis extendendum. & D.Boher.hoc eod.tit.§.iij.col.ij.dicit fauorabile,& ſecundum Ius commune.& nouiſsimè Io.Oldendorpius in tract.de Iure & æquitate,vbi dicit æquum & naturæ conſentaneum.& Paul.Pariſi.conſi.lxxxiij.pro reſolutione,col.j.num.4.& 6.& iterum col.v.nu.39.40.41.lib.3. vbi dicit,quòd licet id ſit exorbitans & limitatorium iuris commun. eſt tamen fauorabilius & extendendum ad caſum ſimilem.{Et ante hos omnes Aegid.Bellamer.in cap.conſtitutus, col.xij.verſi.quinta concluſio,& iterum verſ.prima pars patet,de reſtit.in integr.vbi dicit fauorabile, nec eſſe contra ius,vti & hoc poſtremum dicit col.vlt.verſi.in glo.conſuetudo.}

*Retractus ſitne fauorabilis & extendendus , an odioſus, & reſtringendus.*

*Qui fauorabilem dixerunt.*

57 ¶Pro quibus faciunt & aliæ duæ rationes non contemnendæ:quarum hæc prior eſt, quia ſi hoc ſtatutum eſſet odioſum , non reſtitueretur minor aduerſus tempus in eo præſtitutum, vt conſequeretur lucrum ex eo proueniens,iuxta l.auxilium,in prin.cùm ibi not.ff.de min. & voluit Bal.in l.cùm quidam,§.vlti.ff.de vſur.& dicemus latiùs infrà.§.vlt.in verbo,*mineurs*, num.10.incip.ſed illud tamen.Reſtituitur autem, vt expreſsim cauetur in d.c.conſtitutus,de in integ.reſtit. Ergo illud conſequens fit,non id eſſe odioſum.Sed quid de eo dixerim, vide infrà eod.tit.§.xxxv.glo.ij.in verbo,*mineurs*,num.11.& huius,iunctis præcedentibus.

*Minor non reſtituitur aduerſus lucrum odioſum.*

58 ¶Altera ratio hæc eſt.nam in d.l.dudum , iam toties ſuprà citata,ſcribitur,antiqua lege non licuiſſe,rem aliis,quàm proximis & conſortibus,vendere.Quod ſatis patet ex eo verbo,dudum,& illis quoque verbis,antiqua lege caſſata.Et id nuncupatim ex ea l.annotat Ioan.Oldendorpius,in eo libro,quem de Iure & æquitate edidit,in quo eam l.interpretatur.Ex quo & illud confeſtim ſequitur,hâc noſtram conſuetudinem eſſe fauorabilem eo nomine, quòd ad Ius & ſtatutum antiquum & priſtinum nos reuocet, & reducat:per not.in c.ab exordio. xxxv.diſt.& in l.ſi vnus,§.pactus ne peteret,ff.de pact.Bart.in l.omnes populi,col.xj. verſicu, iuxta prædicta,ff.de iuſti.& iure,cum aliis multis concord. collectis à Feli.in c.cùm acceſiſſent,col.j.in iij.not.extrà de conſtit.& Phil.Dec.in c.ad noſtram,col.iij.verſ.vltimò non obſt. de appel.& Lud.Gozad.conſi.j.Deus,col.ix.nu.35.& conſi.ix.in hac,col.vj.num.31.

*Sitne ſtatutum fauorabile, quod ius antiquum reuocat.*

¶Sed



59 ¶Sed quantùm ſit fidendum huic rationi,paulò penitiùs conſidera. Quid enim ſi lex quæpiam antiqua antiquata ſit & abrogata , quòd eſſet iniuſta ? verbi gratia , Ex lege antiqua à Moſe tradita Deuter. xxiiij.licebat vxorem ob id tantùm , quòd deformis videretur repudiare.Eam legem tanquam iniuſtam Chriſtus damnauit Matth.5.vt diximus ſuprà,in princip.nume.10.& ne de hac.Apud Romanos olim ex lege licuit diu , in ſacris homines occidere , & Diis immolare : ( nam Saturnum & Iouem Latialem humana hoſtia placabant, eorumque ſimulacrum humano ſanguine proluebant: vt etiam tradit Lactantius lib.1.cap. xxj.) donec Cn.Cornelio Lentulo & P.Licinio Craſſo Coſſ.Senatuſcõſulto cautum fuit, ne hominem immolare , aut humano ſanguine litare liceret. Quod inter cæteros ſcribit Plinius libro 30.cap.j. Similem quoque hominum immolationẽ apud Cyprios Diphilus Cypri Rex , qui Seleuci theologi temporibus fuit , ſuſtulit.Et apud Heliopolitanos Amaſis & ipſe Rex : vt in libro de antiquitate & pietate , teſtatus eſt Manethon , & eius autoritate Porphyrius libr.2.de abſtinentia ab eſu carnium , & Euſebius de Præparatione Euangelica, libr.4.cap.vij. Subditque Porphyrius ipſe paulò poſt, pleraſque huiuſcemodi hominum mactationes ſub Adriano Imperatore apud omnes ferè fuiſſe ſublatas: vt & ſcripſit is, qui myſteria Mythiæ optimè collegit. Quid igitur, ſi quis illas leges antiquas iterum reuocauerit, abolitis poſterioribus ? dicemúſne hæc ſtatuta fauorabilia ? Imò verò iniquiſsima, odioſiſsima,nefandiſsima,& quæ ſemel abrogata iterum ſanciri non poſſunt , nec debent, ex ſententia Bald.& Sal.loquentium in caſu d.l.dudum,in ea ipſa l.cum ſimi.à me adductis ſuprà nu.19.& hæc quidem.

*Litatum olim Diis humano ſanguine.*

*Quando primùm ea litatio prohibita.*

60 ¶Quamobrem ſunt multi & numero , & ætate , & autoritate ( pace aliorum dixerim) ſuperiores in contraria ſententia , vt ſcilicet id ſtatutum ſit odioſum : in quibus eſt Alberic. Odo.in diſputat.incipien.in aliqua prouincia , prout eum refert & ſequitur Ioan. Andr.in addit.Spe.tit.de empti,& vendit.§.nunc dicendum , l.ij.verſicu.ſed pone ſtatutum eſt , vbi dicunt , id ſtatutum odioſum eſſe , & reſtringendum. Angel.in dicta l.dudum, C.de contrahenda emptione, vbi id dicit iniquum eſſe, & in l.j.poſt princip.C.com.diuid.Luc.Pen. in l.vlt.colum.j.C.de prædi.curia.libr.10.dum dicit : Hæc lex facit contra aſperitatem iuris protomixeos. & ibi quoque Ioan.Plat.colum.ij.verſicu.& facit hæc lex,iunctis præcedentibus , vbi apertè ſentit , huiuſmodi ſtatutum , tanquam contra Ius commune, eſſe propriè intelligendum : nec ſi loquatur de venditione , ad permutationem eſſe trahendum. Petr. Ancha.qui item dicit odioſum,conſi.clx.præſuppoſita , col.j.non ſemel.Paul.Caſtr.conſil. lxxiiij.in cauſſa mota,col.pen.verſi.videndum eſt ergo,libr.2.vbi dicit huiuſmodi ſtatutum eſſe contra Ius commune:nec cùm loquitur de contractu,ſcilicet de venditione, extendendum eſſe ad diſtractum. De quo & nos poſteà dicemus in §.j.gloſ.j.in verbo, *a vendu*,num. 38.ſed & illud quæro. & Ioan.Bapt.Roſel. inter conſil. ipſius Paul.conſil.ccxlix. ſtatutum Paduæ , colum.j.iunctis his quæ dicit colum.ſequent.verſicu.non obſtant.quod ſecundò, eod.lib.2.vbi dicit eſſe contra Ius commune,& ſtricti iuris,eſſeq; ſtrictè intelligendũ Rom. qui idem dicit,conſi.ccccxxxix.hoc quod vicinus in princ.Cæp.conſi.cauſarum ciuilium, xliij.clariſsimè, col.ij.vbi etiam dicit ſtrictè interpretandum,cùm ſit contra ius commune. & iterum conſi.xlvj.circa dubia,col.iij.verſi.dicitis etiam.Alex.ſibi contrarius conſil.clxxiij. viſo diligenter,col.vlt.lib.vj.vbi aſſerit id ſtatutum eſſe graue,iniurioſum , & contra rationem. Corn.conſi.clxvj.quatuor.col.ij.verſi.his tamen minimè,libro 2.vbi dicit exorbitans, odioſum,& reſtringendũ.& conſi.xxix.in præſenti,col.j.& ij.verſi.nec obſtant adducta,li.3. vbi etiam dicit exhorbitans & reſtringẽdum.& conſi.lxxxix.viſo ſuprà dicto puncto,col.ij. verſic.his tamen non obſtantibus,eod.libr.3.vbi etiam dicit odioſum,& plurimùm reſtringendum.& conſi.clj.in hac conſultatione,col.j.verſi.& hoc de iure,& iterum verſi.ſimiliter ſtatutum,iuncto fin.ipſius conſi.eod.libr.3.vbi idem dicit de ſimili ſtatuto. Iaſ.conſi.cxciiij. ſuperuacuò,tum col.1.verſi.tertiò concurrit,tum col.2.verſi.ergo cùm iſtud,libr.2.& conſi. ccxxiiij.principale,col.ij.verſ.prædicta fortius,eo.lib.2.quibus locis aſſerit etiã eſſe odioſum, contra Ius commune,ſtrictè intelligendum,nec ad alios caſus trahendum.Phili.Dec.conſil. ccxxij.viſo puncto,col.j.& conſi.cclxxv.le ij. (nam ſunt duo conſi.eiuſdem numeri) incip. in cauſa quæ Lucæ agitatur,col.v.verſi.ſed tamen ſuprà dictis,iunctis præcedẽtibus, & cõſi. ccc.viſa petitione,col.ij.verſic.ſed maior eſſet. quibus etiam locis dicit eſſe contra Ius commune,& propriè ac ſtrictè eſſe intelligendum Stepha.Bert.conſi.vij.non vidi,col.1.libr.1.vbi idem dicit Math.Afflict.in tract. πρωτομίξεως , cum pluribus locis,tum in verbo, licet enim ſuprà diximus, col.iiij.verſic.vnde conclude.& rurſus col.vlt.verſic.vlti.nam in priori loco dicit, quòd eſt contra regulas Iuris communis , ideò non eſſe trahendum ad permutationem : in poſteriori autem dicit , quòd ſtatutum prohibens conſanguineos à Iure congrui in certis caſibus eſt fauorabile : quia ſic reditur ad diſpoſitionem dictæ l. dudum. Id quod etiam dicit Pau.Pariſien.conſi.lxxxj.in præſenti,col.1.lib.3.Sed & idem cõſi.ſeq.pro veritate, col.1.eod lib.3.dicit,quòd eſt exorbitans,à Iure cõmuni & ſtrictè,& propriè intelligendum. Et {Maria.Soc.Iunior,conſ.xx.in propoſito caſu,col.3.nu.8.& 9.lib.1.& conſi.j.pro reſolutione,col.3.verſ.& pro iſta concluſione.& rurſum cõſi.vij.verſ.vnde pro hoc aperitur,li.2.}

*Qui retractũ odioſum, & reſtringẽdum dixerunt.*

Arnar.Ferro.in conſuetudines Burdig.hoc tit.§.j.col.vlt.& §.ij.col.ij.& §.12.poſt prin.& §.16. verſic.ſed quòd nuper, & §.xxxj.col.j

*Qui retractũ eſſe contra Ius commune dixerunt.*

61 ¶A quibus ſtant & alij,qui præter eos,quos in id ſuprà allegauimus, ſimpliciter dicunt eſſe contra Ius commune,videlicet Goff.in d.c.conſtitutus,& ibi quoque {Aegid.Bellamer. ſibi in eo.c.cõtrarius,col.xiij.verſi.quinta ratio. } Pan.col.iij.in vij.not.de reſti.in integ.Iac.Butr. & Alb.in d.l.dudum,C.de contrahen.empt.& idem Albe.in l.intra vtile,§.j.ff.de minorib.& in j.parte ſtatutorum,quæſt.lxxxvij.item quæro , ſtatuto cauetur,in fin.Bald.in dicto tract. πρωτομίξεως, col.penult.verſi.reſtat ergo,in duobus locis.Manſuer.in tit.de retractu,§.j.Ro. conſi.cvij,circa id.in princip.Cæpol.conſi.cauſ.ciuil.xlvj.circa dubia , col.ij.Carol. Ruinus. conſi.lxxvj.circa caſum,col.vlt.verſi.præterea dato,lib.1.Dom.Ioan.Igne.in repe.d.l.dudum, qui tametſi in multis locis eiuſdem repetitionis videtur velle hunc retractũ non eſſe contra dictam l.dudum,tamen colum.ix.verſic.quæ ratio ceſſat, iterumque alibi, fatetur ex eo aliquid detrahi Iuri communi,ob id quòd ſi venditor ſit dominus,debet dominium transferri in emptorem.l.ex empto,in princip.ff.de actio.empt.Hîc autem quantumcunque venditor ſit dominus etiam irreuocabilis,non tamen transfert dominium irreuocabile in emptorem:cùm ab eo poſsit per conſanguineum reuocari.Et in hac quoque ſententia eſt Arn. Ferro. in conſuetud.Burdig.hoc tit.§.j.in prin. {& Math.Afflict.in cap.j.§.etſi clientulus,col. v.verſi.item ſi vendo,tit de alien.feud.}

*Odioſum eſſe & ſtrictum, quicquid contra ius commune eſt.*

62 ¶Ex hoc continuò ſequitur, quòd ſi id ſtatutum ſit contra Ius commune , certè eſt strictè interpretandum.l.quod verò,ff.de legi.& c.quæ à Iure,de regu.iur.libr.vj.& not. pleniſsimè in l.ſi verò,§.de viro,ff.ſolut.matr.& in Authen.quas actiones,C.de ſacro.Eccleſ.cum ſimil. Quicquid enim eſt contra Ius commune,idem ſimul ſtricti Iuris eſt, teſte Barto.in repet.l. Cæſar,col.viij.verſi.ſecundò quæro,C.de publ.& vect.& Bal.in l.non ſine,col.vlt.verſic. ſed in contrarium,C.de bo.quæ libe.& dicemus latius infrà eod.tit.§.xxxv.in gloſ.j. numero 2. Simulque odioſum eſt, vt placuit Panor.in c.quia , in iij.not.de priuil.& in cap.olim, ſuper gloſſ.j.extrà de verb.ſignific.& conſi.j.facti contingentia,col.2.verſi.item præiudicatur,lib.1. Corn.d.conſi.lxxxix.col.3.verſi.inſuper, libro 3.& conſi.cclxxj.de hac conſultatione,col.iiij. verſi.nec obſtat adducta,lib.4.in quibus locis hoc veluti axioma adſcribũt, Omnis receſſus à Iure communi eſt odioſus.citatque in id Pan.c.cùm dilectus,de conſuetu.& c.j.& ij.de fil. presbyt.vbi dicit odioſum eſſe,quod detrahit Iuri communi,& ad id quoque allegat l.cùm quidam,ff.de libe.& poſthum.ex qua etiam Bal.poſt Iaco.Aret.in l.non poſſunt, in 2.lect.ff. de legib.dicit odioſa omnia eſſe ſtricti Iuris.

63 ¶Et huc quoque ſpectat glo.ſuprà à nobis citata,in cap.mala,viij.diſt.aſſerens hanc conſuetudinem eſſe minus rationabilem:nam & hinc confeſtim ſequitur eam non eſſe extendendam, d.l.quòd verò,& l.quòd non ratione,ff.de legi. Et facit etiam,quod ſcribit Ang.conſi. cxcj.ſuper puncto,poſt princip.dum conſtanter affirmat,diſpoſitionem quandam teſtatoris huic ſtatuto non admodum abſimilem,eſſe odioſam , per d.l.dudum. Et hanc ſententiam confirmat noſtra conſuetudo,infrà eod.tit.§.xxxv.quæ expreſsè dicit hanc conſuetudinem eſſe ſtricti Iuris : vti etiam expreſsim dicit Alb.poſt.Alber.Odof.in l.ſtatuliberi à cæteris,§. quintus, circa medium,ff.de ſtatulibe.quod ſignificat ſtrictè & propriè intelligendam,eſſeq; contra Ius commune,adeoque contra æquitatem , vt dicemus in eod.§.xxxv.cùm declarabimus , quæ dicuntur eſſe ſtricti Iuris. Ideoque cùm conſuetudinem de hac re expreſſam habeamus,nihil eſt (quantùm ad nos attinet) quòd amplius hæſitare debeamus, modò nos primùm monuerimus Lectores,multos ex iis,quos ſuprà citauimus , numero ab hinc 2.& 3.non omnino loqui in terminis (vt cum noſtris loquar) noſtræ cõſuetudinis, ſed alterius ſtatuti prohibentis alienare inconſulto cõſanguineo,vicino,aut conſorte,quod noſtra non facit,ſed illis tantùm ius facit,cùm res extraneo vendita eſt,retrahẽdi:quod non admodum tamen diſtat ab illo,vt ſuprà docuimus:quia etiam ibi tenet alienatio , vt in noſtra conſuetudine,ſi vicinus conſanguineus,aut conſors non reuocauerint.

*Retractus an poßit eſſe diuerſis reſpectibus fauorabilis & odioſus.*

64 ¶Cæterùm remota ea noſtra cõſuetudine, quæ declarat expreſsim retractum eſſe ſtricti Iuris, poſſet videri,eum iudicandum eſſe fauorabilem ex parte conſanguineorũ,& ſic, quantùm ad eos,extendendum eſſe:at reſpectu emptorũ eſſe odioſum,ideóque, quod eos reſpicit,reſtringendum:vt in ſimili dicunt noſtri legum interpretes, ſtatuta repellentia fœminas ob maſculos,quantùm ad ipſas fœminas,eſſe odioſa,ſed fauorabilia eſſe quantùm ad mares: ideo ibi eſſe reſtringendum,hîc extendendum.Ita enim voluerunt Bal.Sal.Raph.Fulg.Pau. Caſtr.& bona pars Recentiorũ in l.ij.per glo.ibi in verbo liberos,ante fi.C.de in ius vocan. cum aliis multis congeſtis ab iiſdem Recentioribus , & latiùs à me tit. *des ſucceßions*, qui eſt omnium noſtrarum conſuetudinum xvij.§.xviij.qui eſt omnium ipſarum cõſuetudinum cc.illum enim ſub illo tit.collocaui.

65 ¶At id mihi nunquàm placuit,ſicuti nec Lancel.& Phili.Dec.in d.l.ij.neque enim idem ſtatutum poteſt eſſe partim fauorabile,partim odioſum:ſed eſt totum ſimpliciter vel fauorabile vel odioſum : quando vna eademque res non poteſt diuerſo iure cenſeri , l.eum qui ædes,ff.de vſuc.cum ſimil.Et quia etiam (vt multis placere video) & nuper diximus nu.36. ex his



ex his autem,& dicemus latius infrà §.xxx.nume.5.& ex hoc debet ſtatutum iudicari fauorabile , vel odioſum à principali cauſſa ſiue intentione ſtatuentium. Nec poteſt quippiam extendi in fauorem vnius, quod non vertatur in odium alterius,nec è cõtrario,vt liquidò omnibus apparet. Et ſi in aliqua diſpoſitione concurrunt fauor & odium,vt ſæpiſsimè fit, ea cenſetur ſimpliciter odioſa, ſi credimus Ioan.And.in c.vlt.ſuper glo.5.quæ eſt in verbo, ſimilibus,& ibi quoque Petr.Anch.Domi.& Philip.Franc.ſuper eadem gloſ.de verb.ſinific. lib.6.Bal.in l.j.col.j.verſi.item not.quòd priuilegium, ff.de conſti.princip.& Nic.Mil.in ſuo reper.in verbo,lex dicitur fauorabilis,& iterum in verbo,priuilegium ſi vno.

*Diſpoſitio in dubio an cenſeatur odioſa, an fauorabilis.*

66 ¶Verùm idem Bald.in l.ij.C.qui non poſ.ad liber.perue.tenet in dubio ſtatutum cenſeri fauorabile:per glo.ibi,vt etiam diximus d.num.56. {quod & ipſum tenet idem Bal.in l.ſi quis in conſcribendo,col.pen.verſicu.ſecundo caſu quando principaliter,C.de pact.argum.l.qui exceptionem,ff.de condictio.indebi.& ſequitur Roma.in d.l.pen.col.vlt. } Nam & aliàs vbi concurrunt fauor & odium, debet potius conſiderari ipſe fauor,ſi verum dicit Pan.in c.in literis,ad fi.extrà de reſti ſpolia.per not.in d.l.ij.C.de in ius vocan.& Petr.Anchara. conſil. xxxvij.contra Ioannem,poſt medium,per multa illic allegata.& iterum conſi.ccxv. ſcripſit Papa,col.ij.verſicu.in contrarium.

67 ¶Fateor tamen , quòd ſi fauor & odium ſeparationem poſsint recipere, vt in caſu d.l.ij.C. de in ius vocando,declarat gloſſ.ibi , & in aliis iiij. locis à Iaſone ibi recenſitis,& Stephan. Bertrand.conſil.ccclxviij.viſo conſultationis themate, colum.j.libr.1.& aliis quibuſdam caſibus ab Alciato etiam in dicta l.ij. adductis : illa prior ſententia poſſet procedere,vti etiam bene annotauit Franciſc.Aretin.& poſt eum Franciſ.Curt.Iunior in d.l.ij. Quibus addere potes , quæ à Iacob.Aretin.Bald.Franc.Aret.Alexand.& Iaſon.& aliis recentioribus ſcripta ſunt in l.ſi filius quæ pater,per illum text.ff.de vulga.& pupil.dum loquuntur de beneficio abſtinendi introducto in fauorem filiorum. Sed quantùm ad noſtram conſuetudinẽ pertinet,ſi ea eſt contra Ius commune (quod plerique volunt) etiamſi ea facta fuerit principaliter fauore conſanguineorum,nihil tamẽ dubitandum eſt, quin ſimpliciter tanquam contraria Iuri commui,ſit ſtrictè interpretanda,vt ſuprà diximus. Neque enim intentio contrahentium facere poteſt,vt quod ſuapte natura odioſum eſt, id cenſendum ſit fauorabile: & quod fauorabile eſt,ſit odioſum : neque enim huiuſmodi naturales qualitates immutari poſſunt à ſtatuentibus , quin velint nolint immotæ maneant , adhæreantque tenaciſsimè. Quid enim ſi aliquid fauore alterius faciam,quod fieri non debuit, ídne fauorabile cæteris cenſendum erit, & è diuerſo ? At illud libenter conceſſerim , in dubio opinioni agentium ſubſcribendum eſſe : in re autem certa,minimé.

*Cautelã, pro cautione Latinè dici.*

*Poßitne emptor uti cautela ad excludendum retractum.*

68 ¶Porro ex iis, quæ redundanter diximus , potes colligere , an liceat emptori vti aliqua cautione (cautelam noſtri appellant,nec id malè , quando Pomponius ea dictione vſus ſit in l.quamuis.in princ.ff.de pigno.actio.& Vlpianus in l.ſi defunctus,§.j.ff.de procur.& in l. ſi debitori, ff.de iudic.& Caius in l.ſi plures,in princ.ff.depoſi. vt omittam Iuſtinianum in l.ſancimus,in princip.C.de admini.tuto.& eadem ratione & origine cautela dicitur, qua & tutela, receptiſsima dictio. ) An igitur poſsit emptor vti cautela , vt conſanguineo aditum præcludat ad huiuſmodi retractum,ſimulatione ſcilicet contractuum,aut aliás? Nam ſi hæc conſuetudo ſit iniqua, iniurioſa,irrationabilis,odioſa, non nos obligat in foro conſciẽtiæ, ex ſententia Imo.& aliorum in c.plerique,extrà de immu.Eccle.Panor.in c.j. col.iij. verſic. ſed quæro an lex.& ibi Philip.Dec.col.vij.in j.lect.verſi.tertia concluſio, extrà de conſtitut. Math.Afflict.qui alios citat,in c.j.§.j.tit.de Ca.qui curi.vend.& in conſti.Siciliæ inci. honorem, col.iij.in iij.not.& è Theologis quoque voluit D.Tho.in ij.parte,q.xcvj.artic.vj.videturque permiſſum eam arte quadam eludere,irritamque facere , atque ita à ſe propellere & reiicere incõmodum illud,in quod emptor iniquè & contra rationem incurreret per text. not.in l.j.in princ.ibi,multas inuenientibus vias,C.de cad.tol.quem ad hoc expẽdit & commendat Steph.Fœdericus,vir raræ in legibus peritiæ, in libro de legũ interpretatione,parte 1.char.v.verſi.hanc tamen regulam,& iterum char.9.verſi.poteſt poni exemplum. Idque in ſimili Iuriſconſultus faciendum conſuluit in l.ſeruus dotalis,ff.ſol.mat.& in l.cùm pater,§. Titio,ff.de leg.ij.& in l.at qui natura,§.cùm me,ff.de neg.geſt.& in l.quæſitum,ff.de condi.& demon.& l.ſi vſusfructus,ff.de iure dot.

*Cõſuetudo iniqua non obligat in foro conſcientiæ.*

*Conſuetudinẽ iniquam arte eludi poſſe.*

*Vectigal illicitũ fraudare licitum.*

69 ¶Nam & dicimus licitum eſſe fraudare, intercipereque vectigal illicitum & iniuſtum.Bart. & Rom.in l.vectigalia,ff.de public.& vectiga.Bald.in l.cùm proponas, in fin.C. de nautico fœno.& in d.l.j.in prinip.col.j.& ibi quoque Corne.in iij.not.C.de cad.tol.& in l.veluti , in priore lectura,in fi.ff.de iuſt.& iur.& in l.ij.poſt Iac.Butr.ibi,C.de iur.aur.annul.& in cap.1. col.j.titu.quæ ſunt rega.Petr.Anch.in cap.poſſeſſor,col.xv.verſicu.iiij.quæritur,de regu.iur. lib.vj.& in c.quanquàm,in 4.q.de cenſib.eod.libr.vj.Panor.in procemio Decretalium , Rex pacificus,col.iij.verſi.& ex hoc habe.& in d.c.j.col.iij.verſi.dicit tamen,& ibi Fel. colum.xij. verſ.ex quibus verbis.& Phil.Dec.col.7.verſi.tertia cõcluſio,de conſti.idẽ Pan.in c.innouamus,circa mediũ,de cenſib.& conſi.xiij.vniuerſitas,col.vlt.libr.2.Guid.Pap conſi.cl.viſo ad plenum,col.j.cum aliis multis concor.adductis ab iis qui addi.fecerunt ad Pan. in d.ca.j.de conſtit.

conſti.& Firm.in tract.gabellarum,in ix.parte prin.in j.q. Et in ſimili quoque dicitur,licere cautim è carcere aufugere,in quem quis iniuria detruſus eſt:vt colligitur exgloſ.in clemen. paſtoralis, in verbo,per violentiam,& ibi Doct.de ſenten.& re iud.& Bart. in l.relegatur, in prin.ff.de pœnis,& in l.vis eius,per eum text.C.de probat.Alex.conſi.cxliiij.poſt redditum, col.ij.verſi.ad prædicta,lib.2.& Socin.in l.j.col.ij.num.13.ff.ne quis eum.& Iaſ.in l.admonendi,in lect.ordi.col.xviij.verſicu.tertiò limita.& iterum in repe.char.16.num.175.ff.de iureiur. & quod etiam in ſimili tradit Barto. Brix.in xxxvij.quæſt.dominicali, carceratus.vt tamen interim videas text.in l.in eos,quæ eſt pen.ff.de cuſtod.reor.

*Liceátne è carcere iniuſto aufugere.*

70 ¶Hæc enim facere non eſt fraudem facere,ſed potius fraudem,id eſt, damnum:qua in ſignificatione poſuit Martianus Iureconſultus in l.filiusfamiliàs,§.Diui,verſic.quòd ſi liberis,ff. de leg.j.& Pau.in l.j.in princ.ff.ad leg.Falc.& modeſtinus in l.inter eos,vlti.ff.ex quib.cauſ. maio.& Vlpia.in l.1.in prin.ff.ſi quid in fraud.patro.Eſt igitur (vt repetam) fraudem,id eſt, damnum iniurioſum & iniquum,magis à ſe depellere,quàm fraudem committere,id quod dolo non adſcribitur,ſed prudentiæ:vt dicitur in d.§.Titio:quem ad hoc notat Bald.conſi. cxlij.dominantibus,col.ij.libr.1. vbi & alia iura allegat.& Ange.in l.pen.quam omnium poſtremam legit,ff.de vſur. Id enim nihil aliud eſt , quàm ἥλῳ ἧλον, id eſt , clauo clauum , & παττάλῳ πάτταλον, id eſt, paxillo paxillum (vt eſt in veteribus prouerbiis) & κόπῳ κόπον, id eſt,labore laborem (altero Oribaſij libr. Euporiſt.in j.ca.vj.prouerbio) pellere.quod vel Ouidio iudice conceſſum eſt:is enim lib.2.de Arte amandi:

*Fraus pro damno.*

*Clauo clauum pellere.*
*Paxillum,paxillo.*
*Laborem labore.*

*Iudice me fraus eſt conceſſa,repellere fraudem.*

Et bene facit vltra iura ſuperius allegata,l.excuſatus,& l.ſequent.verſi.quid enim dicemus, iuncta glo. in verbo,alia,& iterum §.ſi patronus,ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſt.& l.ſi pupillus,poſt princ.ff.de acquir.hæred.& l.Papinianus.§.quarta, verſicu.cùm igitur,ff.de inoffic.teſtam. & l.iiij.§.ſi ab ignoto,& §.ſeq.ff.de manumiſſ.& l.quidam cùm filiusfamilias, ff.de hæred.inſtit. Et hanc rationem fraudandi illiciti vectigalis ſenſit Panor.in d.c.innouamus,& aliis multis locis ſuprà citatis.

71 ¶Et facit præterea text.not.in l.vlt.§.vlt.ff.de dol.mal.Ex quo not. Bal.ibi in 2.lect. eum qui per dolum ac mendacium,id quod ſuum erat,recuperauit,non teneri ad reſtitutionem. De quo etiam par Hoſtien.in c.olim cauſam,in verbo,duxeritis,de reſti.ſpol.& Archi.in.c.non ſanè,col.ij.verſi.qui verò.xiiij.q.v.& in c.dominus,xxiiij.q.ij.vbi etiam eſt bonus text. Diui Auguſtini in hæc verba,Cùm autem iuſtum bellum ſuſceperit,vtrùm apertè pugnet, an ex inſidiis,nihil ad iuſtitiam intereſt.Quæ ſententia Virgil.eſt lib.2.Aeneid.

*Qui rem ſuam dolo recuperat,eam reſtituere non tenetur.*

*—Dolus an virtus,quis in hoſte requirat?*

Quæ deprompta fuiſſe videtur ex Homero,lib.Odyſſeæ 1.

ὅππως κεν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι.
Κτείνῃς, ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδόν.—

Id eſt, ad verbum,

*Quemadmodum procos in domibus tuis*
*Occidas vel dolo,vel palàm.*

Quod & ipſum propemodum lib.2.eiuſdem operis repetit. Illamq́ Virgilij ſententiam ex noſtris aduocat Iaſon in l.ſi rem ; ff.de præſcrip.verb.& Philip.Deci.in l.ea eſt natura,ff.de regu.iur.gloſ.autem in d.c.dominus,allegat concord.quos ibi videre poteris. Et idem dicit de aduocato, vt ſi habeat iuſtam cauſam, poſsit decipere aduerſarium , arg.c.j.iij.quæſt.iiij. Ex quo & glo.in c.cupientes,in prin.in verbo malignantium,de elect.lib.vj.aſſeuerat, quòd qui habet ius in cauſa,poteſt malitias & cauillationes aduerſarij per alias repellere : nec id faciens videtur fraudem facere , ſed potius eam excludere: per d.§.Titio.& ibi omnes , ex quibus Philip.Franc.dicit,& hæc quoque procedere in foro conſcientiæ:atque etiam ſequitur Bal.in rubr.C.de fide inſtru.col.viij.verſi.incidenter etiam quæro, vbi tamen intelligit, modò falſitas abſit.& Petr.Anch.conſi.cxlv.domini,in fine.

*Aduocatus in iuſta cauſa poteſt aduerſariũ decipere.*

72 ¶Ex his quoque fit,vt etiam bonus quiſpiam dolus ſit,& dicatur ad differentiam doli mali, de quo Iuriſconſultus noſter,in l.j.ff.de do.ma.& Terentius in Eunucho:

*Dolus bonus & dolus malus.*

*—Iam tum erat ſuſpicio,*
*Dolo malo hæc fieri omnia.*

Et Tullius libr.3. Officiorum:Nondum enim Aquilius collega & familiaris meus pertulerat formulas , in quibus ipſis cùm ex eo quæreretur , quid eſſet dolus malus, reſpondebat: cùm aliud ſimulatum,aliud actum.& in Topicis:Dolus malus eſt, cùm aliud agitur,aliud ſimulatur. A quo accepiſſe videtur noſter Iuriſconſultus , quod ſcripſit in l.iuriſgentium, §.dolo,ff.de pact.dolum malum eſſe,cùm circunſcribendi alterius cauſa aliud agitur, aliud agi ſimulatur. Sed vt redeamus ad Tullium , Is & in 1.ad Atticum epiſtol. Agere (inquit) cœpit cum eius fratre Caninio Satrio de iis rebus,quas cum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. Et in orat.pro L.Flacco:Adductus eſt in iudicium Polemocrates de dolo malo. Et Liuius ; ab Vrbe condita lib.j.Vt illa palam prima poſtrema ex illis tabulis,ceráve recitata ſunt ſine dolo malo. Eſt ſtatim pòſt : Si prior defecit publico conſilio,dolo malo.

Et;



Et ; belli Macedonici, libro viij.Corycæorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. De bono autem dolo loquitur D. Paulus 2.ad Corint.12. Ego vos non grauaui:ſed cùm eſſem aſtutus,dolo vos decepi.Et facit etiam,quod tradit Bal.conſi.cccxcvj.quòd autẽ,col.2.verſi. ſed reſpondeo,lib.4.& Corne.conſi.lij.in hac conſultatione,col.iij.eademque vult.libr.2. & conſi.vj.in præſenti diſceptatione,col.penul.vnde ex prædictis,lib.3.& Barb.in l.j.§. ſi ſtipulanti,col.v.verſi.vnde contra,ff.de verb.oblig.

73 ¶Et vt propius ad noſtram conſuetudinem accedamus , ex iis quæ diximus , prodiit, quod à quibuſdam Docto. Peruſij reſponſum fuiſſe in cauſa alterius ſtatuti huic noſtræ conſuetudini non admodum diſsimili,tradit Corne.conſi.xxix.in præſenti conſultatione, col.ij.libro 3.Florentiæ enim ſtatutum eſt huiuſmodi, vt habens domum contiguam alteri domui venditæ , poſsit hanc retrahere reſtituto pretio. Contigit vt quidam vendiderit dimidiam partem domus,& alteram ſibi retinuerit, poſteaque incontinenti hanc eidem vendidit. Reſponderunt illi Peruſini Doctores , non eſſe locum ei ſtatuto , cum partem illam retentam vendidit ei , qui iam ex priori venditione habebat domum contiguam , alteram ſcilicet partem. Nam licet ita cenſeatur factum fuiſſe in fraudem , tamen licuit vti ea arte, tanquam præcautione quadam ac prouidentia,qua auerteret,vitaretque iniuſtum illud incommodũ,quod ob id ſtatutum ſibi inferri poterat. Et hoc conſi.ſequutus eſt Petr. Gerar. à Petra ſing.xxvj.tu habes,vbi & hanc non longè diſtantem rationem addit, quia is qui ita egit,non fecit hanc cautelam principaliter in fraudem alterius,ſed pro ſuo cõmodo : quod potuit facere,arg.l.ij.§.deniq;,ff.de aqua plu.arcend.& l.Proculus,ff.de damno infecto. Cui adde,quæ dicam infrà num.77.hæc tamen,& ſeq.

74 ¶Verùm Corne.eod.conſi.xxix.col.vlt.conſtantiſsimè negat licere hoc caſu fraudare conſanguineum commodo & beneficio huius ſtatuti,ſicuti nec legis.l.contra,& l.ſeq.ff.de legi. cum ſi.Nam & leges & ſtatuta (vt hoc illi addam) nos obligant etiam in foro , quod conſcientiæ appellant,vt not.glo.in c.quę in Eccleſiarum,in prin.& ibi Bald.etiam in princ.qui id negat alibi reperiri.extrà de conſti. Sed eſt ſimilis gloſſ.in c.ij. in verbo ſententiis,eod.tit. lib.vj.vbi & de hoc eſt bonus tex.in illis verbis,vt animarum periculis.Inno.Ant.Panor. & alij in c.quia plerique,de immu.eccle.idem Inno.in rub.de conſue.ad fi.vbi etiam loquitur de conſuetudine,& in c.dignum,de homicid.Io.And.in c.ij.de verb.ſig.lib.6.idem Io. And. & Io.Cald.in c.quanquam,de vſur.lib.6.ipſe Cald.in diſpu.incip.Bononienſi ſtatuto.And. Iſer.in c.1.ad fi.tit.de pace iura.fir.Fœd.Senen.conſi.xxj.nunquid hæres extraneus,in multis locis.Bal.in l.j.col.ij.C.de confeſ.in Auth.ingreſsi,col.v.verſ.circa primum pono,C.de ſacr. eccleſ.& in c.in omni,col.1.extra de teſtib.& in prooemio feudorum,col. iij.verſicu.apparet igitur,vbi loquitur de conſtit.feud.& conſi.cclxxxv.ſi quis iuris col.1.lib.3.& in diſpu.incip. ſtatuto cauetur quòd fœnerator , col.vj.Alb.in rubr.ff.de legib.col.ij.Petr.Anch.conſi. xiiij, videretur prima facie.Flo.in l.ex parte,§.ſeruo libertatem,ff.famil.erciſ.Panor.poſt Cald.in d.prooemio Decr.Rex pacificus,col.iij.verſi.ſecundò quæritur.& ibi quoque Imo.in fi.prin. & idem Pan.in d.c.j.col.iij.verſi.ſed quæro an lex,de conſti.& ibi latè Fel.qui adducit concor.col.xiiij.verſi.extra prædictos:vti etiam facit Philip.Dec.in j.lect.col.vij.verſi. ſucceſsiuè Ab.quærit.& Bernard.Land.in addit.ipſius Pan.in d.cap.j.& Iaſ. in l.nemo poteſt,in ij.lect. char.vlt.verſ.quartò moueor,ff.de leg.j.& in §.ſed iſtæ,num.126.Inſtit de act.& conſi.clxxx. commune,col.vlt.li.2.& conſi.cxcj.placet mihi,col.ij.verſi.nec huic,eod.lib.2.& Math.Affli. in conſtit.Siciliæ incip.violentias,col.iij.& Carol.Rui.conſi.iiij.proponitur in themate,col. iij.nu.11.lib.5.Quibus adde Soc.in l.moribus,col.ix.verſi.ex qua concluſione,ff.de vulga.& pup.Et è Theologis id quoque voluit Diuus Tho.in ij.parte ſum.q.xcvj.ar.vj.Idque etiam procedit,quantumcunque lex dura ſit.vt ſcribit Pan.in c.inquiſitioni.de ſentent.excom. vt illum allegat Franc.Rip.lib.2.interpretationum,in c.ſi quãdo,col.pen.de reſcrip.ſed Panor. loquitur de mandato Papæ.

*Leges & ſtatuta nos in foro conſcientiæ obligant.*

*Itẽ feudorum cõſtitutiones.*

75 ¶Ex quo dicit Bal.in rubr.extrà de conſuet.in fin.poſt Innoc.quòd is qui facit in fraudem conſuetudinis, peccat mortaliter. In fraudem autem legis aut ſtatuti,ſiue conſuetudinis fit (vt redeamus ad Corne.) etiam cùm quid fit verè , ſed eo tantùm animo , vt euitetur lex, quod aliàs non fieret.l.ſi libertus minorem.ff.de iur.patr.Nec obſtat d.l.ſeruus dotalis,quia ibi ea cautio fit ad euitandum damnum,& ad nullius præiudiciũ:nec ob eam fit fraus contra verba aut mentem legis , ſed vt conſulatur (quod ibi dicitur) mariti ſolicitudini & indemnitati.Et idem dici poteſt de cæteris iuribus in id allegatis.In caſu autem noſtro,ſtatutum vult conſanguineum habere facultatem conſequendi rem venditam reſtituto pretio: qua quidem non debemus illum adhibita fraude priuare, contra verba & mentem ſtatuti.

*Fraudantem cõſuetudinem peccare.*
*In fraudẽ legis, conſuetudinis, & ſtatuti,quis dicatur facere.*

76 ¶Ad id autem,quod dictum eſt de iniquitate & odio ſtatuti, dici poteſt ſatis eſſe vt aliquã habeat rationem aut etiam occaſionem,& (vt loquar cum Bal.in l.lege,C.de legi.hære.)aliquod motiuum,& ſtatuentium voluntatem & autoritatem,licet vt idem dicit,cõtineat iniquitatem. Et idem propemodum dicit ipſe Bal.in c.ex reſcripto,col.vlt.verſi.& nota, extrà de iureiur.No.(inquit) quòd ſtatutũ,quod habet in ſe rationẽ motiuam , non dicitur eſſe ſine ratione.Sed &,quod plus eſt,non poteſt lex infringi,etiã ſi non habeat rationẽ:vt dicit

*Voluntatẽ ſtatuentium pro ratione eſſe.*

idem

idem Bal.in l.non omnium,in prin.ff.de legi.per l.proſpexit,ff.qui & à quib.vbi hæc verba ſcribuntur,Quod quidem perquam durum eſt:ſed ita lex ſcripta eſt.Per quam etiam l.dicit Innoc.in c.irrefragabili,in fi.de offi.ordi.& omnes vbique,ſufficit ſic ſtatutũ eſſe.Et vt dicit ipſe Bald.in d.l.non omnium ſufficit quòd ſtatuentes putauerint eſſe bonum & iuſtum.& idem in l.1.§.initium,ff.de poſtu.ſufficit (ait) ita ſtatuentes fuiſſe arbitratos : nam id pro ratione eſt. Ad quod allegat Fœde.Senen.in ſua quadam diſput. Et eius rei eſt optimus text. in d.§.initium.in illis verbis,quia moderatam hanc ætatẽ Prætor ratus eſt,ad procedendum in publicum.& ibi gl.in verbo,ratus,dicit hanc eſſe mirabilem rationem. Et per eum etiam text.dicit ipſe Bal.in l.de quibus,col.x.verſi.& primò quò ad primum,ff.de legi. quòd ratio non eſt de ſubſtantia conſuetudinis:nam ea tenet rationẽ ex ſola autoritate conſtituẽtium. & ad hoc etiam allegat bonum text.in d.l.non omnium,ff.eo.tit.Subditq; etiam valere conſuetudinem contra omnem rationem,modò non ſit contra Ius diuinum. Sed & per illum text.idem Bald.conſi.clxvj.ſtatuto cauetur,lib.1.aſſerit ſufficere cauſam ſtatuti eſſe in mente ſtatuentiũ.& conſi.473.circa quæſtionem,col.ij.lib.5.dicit ad iuſtificationẽ(vt ipſe loquitur) ſtatuti ſufficere rudem quandã æquitatẽ.Sed & idẽ Bal.in c.1.in prin.col.ij.verſ.ibi prohibẽs, tit.de feud.cog.ſcribit non ſemper exigi,vt cõſuetudo ſit rationabilis,ſed ſatis eſt vt ſit tolerabilis & vſu approbata,& alleg.Inno.in rub.extrà de conſue.Et idem Bal.in rub. extrà de conſti.col.ij.verſi.cõſtitutio,dicit conſtitutionẽ eſſe rationabilẽ,eo ipſo quòd non reperitur prohibitio,licet eius ratio demonſtrari non poſsit. Idem quoque in l.1.col.iiij.verſi. item allegatio,C.ſi plur.vna ſent.quòd non eſt perquirenda ratio,vbi habemus ſtatutũ:per d.l.non omniũ,& d.l.proſpexit.Et tradit Ioan.Fab.in §.ex non ſcripto,col.iij.verſic. item requiritur quòd ſit rationabilis,Inſt.de iur.nat.gent.& ciui.quòd valet & tenet cõſuetudo vel ſtatutum irrationabile & durũ,ſi modò non ſit cõtra fidem,Ius naturale,vel diuinũ, nec inducat occaſionẽ pccandi,nec aliàs ſit contra bonos mores.Et propè ſimilia ſcribit Calca.cõſi.iij.Bar. poſt prin.Nec omittam quod ſcribit Bal.in l.gallus,§.ſi eius,col.ij.verſi.ſecũdò not.ff.de libe. & poſth.quòd cum habemus determinationem ſtatuti, non debemus vlterius rationẽ eius inueſtigare. Quod & poſt eum reaſſumit Iaſ.conſi.clxxxviij.ſpectabilis,paulò ante fi.li.2.& Phil.Dec.conſi.cccclxiij.duo dubia,col.vlt.Nã etiam ſcribitur in l.& ideo,ff.de legi.rationes eorum,quæ conſtituta ſunt,inquiri non oportere:alioqui multa ex iis quæ certa ſunt, ſubuerterentur. { Quibus adde quod ſcribit Pet.Anch.in cle.1.in prin.de elect.quòd ſi perfecta ratio legis vel ſtatuti reddi non poteſt,ſufficit dicere ita,ſcriptum eſt,per d.l.proſpexit.& ſequitur Fely.in c.ſi quando,col.viij.verſi.circa rationem legis,de reſcrip.Nam vt ſcribitur in c.in iſtis,iiij.diſt.poſtquam lex eſt audita,ſecundùm eam,non de ea eſt iudicandum}

*In ſtatuto præſumitur ratio.*

77 ¶Nec tamen ſtatutum noſtrum eſt omnino ſine ratione:ſed eam habet non contẽnendam, vt ſuprà plenè diximus. Et aliàs ſemper in ſtatuto præſumitur ratio,vt dicit Dyn.in c.vlti. de reg.iur.lib.vj.vti illum refert,& ſequitur Bal.conſi.ccxviij.ſtatuto ciuitatis Florẽtiæ,col.j. lib.2.& conſi.lxxxix.per egregium,lib.3.& conſ.cxcxix.in cauſa iſta,circa medium,eod.lib.3. & dicit idem Bal.in d.l.de quibus,col.x.verſi.item valet,ff.de legib.quòd conſuetudo in dubio præſumitur ex iuſta cauſa proceſsiſſe. Et idem in c.cùm veniſſent, extrà de eo qui mit. in poſ.dicit etiam conſuetudinem in dubio præſumi bonam & laudabilem. Et in ca.1.col.1. verſi.extrà quæro,de conſtit.quòd iuſtitia ſemper creditur ineſſe ſtatutis. Ex quibus etiam liquidò conſtat,nihil huc pertinere,quod diximus de fraudatione vectigalis illiciti, & fuga etiam carcerati. Et ex iis ſequitur non licere fraudare hanc conſuetudinem.

*In æſtimanda fraude, animus inſpicitur quicquid poſtea cõtingat.*

78 ¶Haec tamen intelligenda eſſe cenſeo,ſi quis id faceret eo animo,& conſilio principaliter vt eam circunueniret:ſecus ſi id non pricipaliter & directè ageret,vt retractum ipſum fraudaret,ſed vt ſibi proſpiceret,ne aliud fortè damnum indebitè pateretur:ſecundùm ea , quæ ſuprà diximus nume.72.& vt propius. Nam licet in conſequentiam conſanguineus ob id retractu arceretur , id vtique illicitum non cenſeretur , nec propterea diceretur factum in fraudẽ legis vel conſuetudinis,vt in ſimili dicitur,in l.non omne,ff.de ſtatuli. vbi ſcribitur, Non omne ab hæredis perſona interueniens impedimentũ ſtatulibero pro expleta conditione cedit:ſed id duntaxat,quod impediendæ libertatis cauſa factum eſt. Cuius autoritate Steph.Fœd.vir nondum ſatis laudatus in eo opere,de legum interpretatione,parte 1.char.5. verſi.ſecundò limita,tradit quòd cùm actus non deſtinatur directè ad finem ſiue effectum fraudandi legem,ſed ad alium,licet incidenter ad eum finem perueniatur,non cenſetur eſſe prohibitus nec factus in fraudem.& alios quoq; tex.allegat:ſed ille,quem ſupra citaui,viſus eſt omnium optimus.Sed & allegat,quod à Bar.poſt Guil.Cu.ſcriptum eſt in l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,per illum tex.ff.de leg.1.quòd ſi ſtatuto prohibitum eſt,ne quis emat frumẽtum vltra vſum proprium , & aliquis ſe manſurum in vrbe annum integrum credens emit frumentum neceſſarium ad illum annum,& poſteà mutauerit propoſitum,& ante annum recedat,non incidit in pœnam ſtatuti:quia non eo animo emit , vt ſtatutũ fraudaret.& idem voluerunt (vt hoc illi addam) Guil.Cu.Bal.& Alb.in l.1.§.vnde quærit Offilius , per illum text.ff.de excerc.act.ipſe Albe.in 1.parte ſtatut.q.lxxix.item quæro,ſtatuto cauetur,quòd de rebus.& iterum in 2.parte,quæſt. ccvj.prædicta etiam faciunt ad aliam.& Pau.Caſt.in l.ij.in prin.



prin.per gl.ibi.ff.ſi cer.pet.& Alex.conſi.j.viſo proceſſu,col.pen.verſ.ad hoc facit,lib.3.& Firmia.in tract.Gab.in ij.parte viij.partis prin.col.j.& Lud.Gozad.conſi.xc. in cauſa Mantuana, num.12. Et ſimile quippiam voluit Bal.in c.1.§.ſi quis de manſo.col.vlt.tit.de contro.inue.& Ioan.Plat.in l.vlt.col.vlt.per illum tex.C.de impo.lucra.deſcript.lib.10.Et facit præterea bonus text.in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,verſic.& nauis,ff.de verb.oblig.& in l.qui res ſuas,§. aream,ff.de ſolu.& in l.ſed Iulianus,§.proinde,ff.ad S.C.Syllan.cum aliis ſimil.adductis per Alex.in d.§.ſed ſi ſeparauit.Iaſ.in l.ſi quis nec cauſam,num.4.& ſeq.ff.ſi cert.pet.Philip.Dec. in l.filiusfamilias,num.item 4.eod.tit.& Matth.Affli.deci.Neap.lxxxij.Nardus, col.vlt.Hipp. Marſil.qui id dicit ſing.& valde notandum,ſingu.lxxxvj. ſtatutum fit. Quod ſanè intelligit Bar.in d.§.ſed ſi ſeparauit,modò conſtet de primo illo propoſito:aliàs enim præſumeretur, id fuiſſe ab initio propoſitum reuendendi:vt poſteà fecit.

79 ¶Et per hæc aliquando reſpondi non eſſe locum retractui in hac ſpecie. Titius fundum vendendum Mæuio obtulerat certo aliquo pretio:is fundus Mæuio confinis erat, atque ob id ei multùm acceptus gratusq; (vt etiam veriſimile erat,iuxta l.ſi cui fundus,ff.de legat.ij.& ea quæ ſuprà diximus,num.48.nec hinc longè abeſt.) Cùm tamen ille pecunias non haberet,dicit Titio,ſe alium fundum habere non adeò ſibi propinquum,ſed qui tantæ erat æſtimationis,quantæ alter ille fundus venditioni addictus,ſcireq; ſe hominem , qui tantum illi daret,ſi ei vendere vellet,vt qui ei ſæpe tantum antea obtulerat. Titius autem reſpondit,At tu ipſe illi homini vendas tuum prædium,& ego tibi meum vendam. Verùm Mæuius,non faciam id (inquit) nam fortè tui conſanguinei à me tuum retraherent, atque ſic tuo & meo prædio carerem:meum autem prædium non aliter venderem aut alienarem, quàm ſi certus eſſem,tuum penes me manſurum. Tandem in id conueniunt,vt huiuſmodi prædia permutarent,idque faciunt:mox Męuius adducit hominem,qui à Titio tanti emit prædium,quod à Mæuio habuerat, quanti ſuum addixerat: iſque emptor ſemper id prædium poſſedit,nec idipſum Mæuius recuperauit. Conſanguinei Titij volunt à Mæuio retrahere,dicuntq; eam permutationem in fraudem retractus factam,habendamq; pro venditione.Reſpondi(vt iam diximus ) non eſſe locũ retractui. Neque enim id egiſſe Mæuium,vt emeret,aut alium contractum faceret in fraudem ſtatuti·ſed primùm noluiſſe vendere ſuum prædium, & deinde ipſius pretium in emptionem iſtius cõuertere: quia ſic potuiſſet vtroque carere:cùm tamen ſuum non erat aliter alienaturus , niſi id de quo eſt quæſtio , fuiſſet apud ſe manſurum. Et quamuis ita faciens excluderet conſanguineum , id tamen non callido nec maligno animo feciſſe:quæ verba ſunt l.ſi ſeruum,§.ait Prætor.ff.de acqui.hære.aut vt aliter dicam,fraudandi conſilium & animum ſibi defuiſſe,ſed ſibi tantùm & ſuæ indemnitati prouidiſſe. Atque ita poſtquam in hanc curiam allectus ſum,audiui fuiſſe iudicatum in ea,pro domino Montoloneo,olim huius curiæ Præſide digniſsimo , & ſigillorum Regiorum cuſtode ſanctiſsimo,quem virum honoris cauſa nomino.

*Quæſtio not. & frequens in retractu.*

80 ¶Ad idque optimè facit d.l.atqui natura,§.ſed cùm me abſente,ff.de nego.geſt.qui tex.loquitur de eo qui alium ſubiecit,quòd huic ſpeciei eſt proximũ;& d.l.ſeruus dotalis,ff.ſol.matr. & d.l.cùm pater,§.Titio,ff.de leg.ij.vbi id dolo(quòd iam ſuprà diximus)nõ attribuitur,ſed prudentiæ:& d.l.ſi pupillus,poſt prin.ff.de acq.hær.cuius verba,quia huic loco mirè conueniunt,ſubiiciam.Ea ſunt huiuſmodi:Nec enim videtur voluiſſe fraudare edictũ,qui ſibi proſpicit,ne oneribus,&c.{quã ad hoc expendit glo.ibi,in verbo,nec enim videtur.quæ concor. affert.& Rom.etiam ibi, qui eum §.legit cum l.filius qui ſe,eo.tit.} & alia quoque à nobis citata ſuprà nu.67.porrò ex iis. Nec ſatis eſt euentum fraudis ita cecidiſſe,vt ſcilicet retractus non habeat locum,niſi conſilium adfuerit, vt etiam in ſimili dicitur in l.iiij.§.ſi quis autem, ff.de fideic.libert. Nam & aliàs vtrunque requiritur,& animus, & euentus.l.ait Prætor,§.j.ff. quæ in fraud.cred.& l.ſi ſeruus.ff.de acq.hær.& l.quia autẽ,§.ſi patronus,in fi.ff.ſi quis omiſ. cauſ.teſta.Et faciunt etiam not.per glo.in c.cùm Eccleſia Vulterana,in verbo iniuriam,extra de elect.& iura quæ ibi allegat:& glo.in c.vlt.verſi.item quid ſi Prælatus,extrà de præſcript.

*Fraus ex euentu ſolo non arguitur.*

81 ¶Idque veriſsimum eſſe arbitror,niſi aliis coniecturis , indiciis,præſumptionibus,fraus ipſa depræhenderetur,vt quia Mæuius poſt huiuſmodi contractum permutationis & venditionis diutius illum fundum à ſe permutatum poſſedit,non Titius,aut is,cui poſteà vendidit, iuxta no.à Bar.in l.poſt contractum,ff.de don.& in l.ſicut,§.ſuperuacuum,ff.quib.mod.pig. vel hyp.ſol.& conſi.lxv.Petr.Nicol. Vel etiam ſi Mæuius verè tradidit,& aliquandiu Titius aut ſuus emptor poſſedit,ſed non longo pòſt tempore Mæuius ipſum recuperauit,vt veriſimiliter præſumatur ita actum fuiſſe à principio:per l. ſi ventri,§.vlti.ff.de priuil.cred.& l.ſed Iulianus,§.ſed ſi filius,ff.ad S.C.Mace.& per Bart.in d.locis,in quibus & alias fraudis coniecturas & præſumptiones videbis , ne hîc diutius his commemorandis immorer, præſertim cùm Cæpo.huic rei proprium & peculiarem librum dicauit,cui titulus eſt, De ſimulatione contractuũ,qui omnibus locis proſtat. Sed tu tamen vide,quæ dicam infrà,§.j.gl.vij.in verbo,*Ou autres choſes cenſees pour immeubles,* num.73.incip.niſi tamen hæc conductio,& quinque ſeq.& iterum in gloſ.xiiij.in verbo, *Ou equipolent à vente,*nume.35.nec hîc tamen omiſerim,& aliis ſeq.vbi & nos nuncupatim de hac re loquimur.

*Fraus ex quibus depræhendatur.*

# DE RETRAICT LIGNAGIER.

## DE RETRACTV GENTILITIO, §. I.

### SI AVCVN, SI QVIS. GLO. I. §. PRIMVS.

SI AVCVN[a] a vendu[b] aucuns biens[c] immeubles, ſoyent fons[d] ou autres choſes cenſees pour immeubles, comme ſeruitutes[e] ou rentes[f] particulieres, ou generales, aſsiſes generalement ſur le vendeur,& ſur ſes biens,ou autres choſes cenſees pour immeubles[g]:le parent[h], ou lignagier[i] du vendeur,peult dedans l'an[k] & iour[l] de la vendition venir par deuers l'achepteur[m],&[n] luy declarer,comme il eſt venu à ſa notice,que ledict vendeur luy a baillé par contract de vente[o],ou equipollent à vente,leſdictes choſes:& les doit declarer, quoy que ſoit en general[p]: & doit declarer le lignage[q] dudict vendeur,& de luy,ou aumoins offrir declarer en temps & lieu:& requerir audict achepteur,qu'il le vueille receuoir au retraict de ladicte choſe vendue, & la luy bailler & delaiſſer:offrant ledict retrayant à payer[r] le priz, que la choſe aura coſté[s],dedans le temps de la couſtume,luy deument acertené dudict priz[t]: & luy doit faire offre d'or ou d'argent[v], en telle quantité qu'il voudra[x],offrant à parfaire dedans le temps de la couſtume,comme dict eſt.

*SI QVIS[a] vendiderit[b] bona quæpiam[c] immobilia, ſeu fundos[d], ſeu alias res,quæ cenſentur immobiles,vti ſunt ſeruitutes[e],aut annui reditus[f],ſpeciales aut generales, ſcilicet generaliter conſtituti ſuper venditore & eius bonis,aut quaſuis alias res habitas pro immobilibus[g],parens[h] (ſic enim more vulgi conſuetudo noſtra conſanguineum appellat) aut linearius[i] venditoris poteſt intra annum[k] & diem[l] à venditione adire[m] emptorem,[n] eiq; denuntiare ſeſe reſciuiſſe venditorem in eum res huiuſmodi titulo venditionis aut alio æquipollenti[o],quas quidem res deſignabit ſaltem generaliter[p], genúſque ſuum ac venditoris recenſebit[q],aut id ipſum congruo loco & tempore facere offerre, rogabitque emptorem,vt ſe ad rei venditæ retractum admittat, eámque ſibi tradat & dimittat, offerendo ſoluere[r] pretium quo res vendita conſtitit[s] intra tempus à conſuetudine præſtitutum, poſteaquàm plenè certior fuerit factus de pretio[t], debétque ei offerre auri aut argenti[u] eam quam voluerit quantitatem[x], offerendo reliquum ſoluere intra tempus à conſuetudine ſtatutum, vt dictum eſt.*

### SI AVCVN, SI QVIS, GLOS. I.

1 *Queſtio retractus.* ETIAMSI is ſit alterius prouinciæ,quæ fortè non vtitur hac conſuetudine, tamen ſi fundum Pictauiæ vendat, hæc conſuetudo in ea venditione locum habebit, cùm ea rem ipſam reſpiciat: vt expreſsè & in hoc caſu tenuit Ioan.Fab.in l.cunctos populos,colum.v.C.de ſumma Trin.vbi hanc rem latè tractat, & Matth.Afflict.qui illius non meminit, in tracta.protomixeos, tum in princip.colum.xv.verſicu.item pone quòd in terra:tum §. vltim.colum.penult. Et ex iis quæ vterque ſcribit, facilè poteris intelligere, & hoc quoque procedere, ſi conſanguineus, qui rem venditam vult retrahere, & emptor ſint etiam alterius prouinciæ, quæ hoc iure vtitur. Tu tamen hîc vide Corne.conſil.clj. in hac contatione,lib.3.

2 *Queſtio retractus.* ¶SED ECONTRARIO ſi Pictauenſis vendat fundum alterius prouinciæ, quæ hac conſuetudine non vtitur,non poterit conſanguineus illius hac noſtra vti,ea quam diximus ratione,quòd hæc conſuetudo rem ipſam reſpicit, & cùm quærimus de iure quopiam proficiſcente ex re aliqua,ſiue de libertate aut ſeruitute rei, ſiue de facultate cõpetente circa rem, debent ſeruari ſtatuta loci,in qua res ipſa ſita eſt.l.ſi ſine hærede,§.Lucius,ff.de admin.tut.&

l.an in



l.an in totum,C.de ædif.pri. & l.venditor,§.ſi conſtat,ff.com.prædio. & l.forma,ff.de cenſib. & voluit Cyn.in l.j.col.pen.verſi.ſecundò quæro,C.quæ ſit long.conſuetu.Bart.in l.j.in v.q. & ibi quoque alij,C.de ſumma Trinitate. Albe.in j.parte ſtatu.quæſt.xxxj. ſed ex quo ſuprà diximus.& Floria.in l.j.ff.de vſur.cum ſimi.

3 ¶Ideóque in ſtatuto huic noſtro ſimili conſuluerunt Valaſcus,Benedict.à Barzis, Thomas, Domi.Pet.ab Exio,& Maria.Socin.videlicet in ſtatuto Senarum,quo prohibetur,ne domus vendatur irrequiſito conſorte,poterit Senenſis vendere domum,quam habet Piſis, vbi non eſt tale ſtatutum,inſcio conſorte,per id quod diximus.Et ſequitur Barpto.Socin.ipſius Marian.filius conſi.lxxiiij.in præſenti conſultatione.colum.v.verſic. ſecundò reſpondetur,lib.1. & iterum conſi.cclxxj.quod eſt eiuſdem initij,colum.iij.verſic. his tamen non obſt.lib.2. Et idem quoque ſine illorum mentione conſuluit Iaſon conſil.cxciiij.ſuperuacuò videtur,colum.j.verſi.tertiò concurrit.lib.2.hac ratione motus,quòd ſtatuta quæ ſunt contra ius commune (cuiuſmodi id eſſe aſſerit) non extenduntur ad res alibi ſitas,ſecundum Bart.& alios in d.l.j.in vj.q.princ.C.de ſum.Trini.{Et nouiſsimè alter Maria.Socin.iunior.conſil.j.pro reſolutione.col.iiij.num.11.lib.2.} *Statutum re uendita inſpiciendum.*

4 ¶EX QVIBVS etiam potes intelligere,quòd ſi Pictauenſis vendat rem Pictauiæ extraneo cuipiam,qui ſcilicet ſit alterius prouinciæ,quæ hoc iure nõ vtitur, locus eſt retractui ex hac conſuetudine.Quanquàm contrarium poſſet videri voluiſſe Iaſon ipſe d.conſi.cxciiij.col.j. poſt princ.ea ratione adductus,quòd ſtatutum non ligat forenſes,vt appellat, id eſt (ſi melius loqui velimus) externos.l.vlti.ff.de iuriſd.omn.iudic.& cap.vt animarum,in fin.de conſtitut.lib.6.& not.in d.l.j.C.de ſum.Trini.& fide Catholica.Niſi dicas Iaſo.non hoc tantùm fundamento innixum fuiſſe,ſed aliis quæ ſunt in facto huic admodum diſsimili, vt ibi videre licet:alioqui erraret Iaſ.toto cœlo. *Queſtio retractus.*

5 ¶SED HIC QVAERO, quoniam nunc loquimur de perſona(vt cum noſtris loquar)vendentis,ſi hæres alterius cum beneficio inuentarij vendidit fundum, quem conſecutus eſt ex illius hæreditate, erítne locus retractui, præſertim ſi ipſe retractus tantùm habeat locum in rebus patrimonialibus,quę ſcilicet ex ſucceſsione nobis obuenerunt parentum,aut aliorum conſanguineorum? Vide Chaſſen.hoc diſputantem propè copioſius,quàm res ipſa ſatis per ſe clara exigat,conſil.xxij.conſuetudine cauetur,& iterum in ſua ſecũda editione.Commen. Conſuetud.Burgundiæ,hoc eod.titu.§.j.in verbo,*ſon heritage*,in princip. Sed & idem latè diſputauit Claudius Marletus inter conſilia ipſius Chaſſe.conſi.ſeq.deceſsit Catharina. Quibus adde Alex.conſi.xix.ſuper eo,colum.vltim.lib.5.& Franc.Curſ. Seniorem conſi.lxxxiij. Deus,colum.v.num.13. *Queſtio retractus.*

6 ¶QVID AVTEM ſi clericus vendiderit,an ſit locus retractui? Nam ob hanc conſuetudinem videtur in hoc grauari,quòd rem ſuam minoris vendit,vt patet ex iis quæ diximus ſuprà in præfat.num.27.incip.prætereà & in hoc quoque. Sed tu vide,quæ dicam infrà,eod.§. gloſ.xiij.quæ eſt in verbo,*l'achepteur*,num.11.incip.ex iis autem potes,& ſequen. ex quibus intelliges quid hîc dicendum ſit. *Queſtio retractus.*

### A VENDV, VENDIDERIT. GLO. II.

1 VENDITIONIS emptioniſq; verbum latiſsimè patet,vt quod omnem alienationem complecti videtur,l.ſtatuliberi,ad fin.ff.de ſtatuliber.& l.ſicut, §. venditionis,ff.quibus modis pignus,vel hypotheca ſoluitur.vbi gloſ.adducit concor. ſicut etiam faciunt Alexand.& recentiores in l.filiusfamilias,§.Diui,ff.de legat.j. Corne.conſi.clxvj.quatuor,poſt princ.lib.2.& Albertus Brunus,conſi.xliij.circa caſum, col. vltim. Verùm quia hæc noſtra conſuetudo paulò mox hoc in §. & alibi ſæpe loquitur de pretio,ea debet accipi de venditione propriè & ſtrictè ſumpta.l.vlti.& ibi gloſ.Bart.& Lucas Pen.colum.vj.C.de præd.cur.lib.10.& voluit gloſ.in l.cùm dotem,in verbo,quis enim,& ibi Bald.col.j.C.de iure dot.& Ioan.And.in addit.Specu.titu.de emptio.& vendi.§.nunc dicendum,le ij.verſicu.ſed pone ſtatutum: vbi nuncupatim loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis,& in tit.de ceſsi.act.col.iiij.in addit.incip. rigoroſum eſt:vbi tamen id declarat Guli.Cu. Bald.in lect.antiqua.Paul.Caſt.& Alex.qui id dicit ſing.in l.ij.in princ.ff.ſi cert.pet.idem Bar. qui dicit priorem illam glo.ſingu.in iiij.diſput.incip.publicanus, in fin.Bald.in l.ex conuentione,col.j.C.de pac.& in l.cum hi,§.ſi cui,in vtraque lect.& ibi etiam Albe.ff.de tranſact. & in l.ſi domus,§.vlti.ff.de leg.j.& in l.ſciendum,§.pollicentur,ff.de Aedil.edit. & in l.cùm manu,§.nemo,in princ.ff.de contrahen.empt.& in l.j.col.j.C. de rer.permu. & in l.qui ſe patris, col.antepen.verſi.hoc ſcias,C.vnde lib.& in l.Papinianus,in princ.ff.mand. & in l.ſi culpa,ff. de rei vend.& conſi.xcviij.Betonus,col.j.lib.1.& conſil.ccccxiiij.verba dicunt, col.ij.eod.lib.1. & conſi.cccclxj.inter Ioan.in fin.lib.etiam 1. & conſil.cclij.viſo quodam arbitramento, poſt medium,lib.2.& conſi.ccccxl.ſecundum ea,ante fin.lib.5.Albe.in l.hæc venditio,§.huiuſmodi,ff.de contrahen.empt.Petr.Anchar.conſi.lxxij.tantam familiaritatem,col.j. & ad fin.conſi. declarat quomodo id intelligatur.Lucas Pen.in l.j.col.j.C.de fund.patri.lib.11.Panorm.in c.1. *Venditio & emptio quid complectantur.* *Pretium propriam uenditionem demonſtrat.*

in j.not.extra de his quæ fi. à præla.& in c.2.col.vlt.de poſtul. & in c.vlti.colum.j.verſic.not. vlti.ex fin.& ibi Feli.col.antepen.verſic.fallit primò,extra de accuſ. Idem Panor.in c.pôtuit, col.iij.verſi.& adduco pro prima,extra de loc.Pau.Caſt.loquens in ſtatuto huic ſimili,conſi. cxciij.viſo ſtatuto,in princ.lib.1.Rom.conſi.lxxxvj.viſo quæſtionis themate, col.j.Alex.in l. ſi quis antè,col.iiij.verſic.in dubio,& ibi Iaſon in viij.not.vbi reſpondet ad eum text.qui videtur velle contrarium,ff.de acquir.poſſ.& idem Alex.conſi.lxiij. in cauſa & lite, col.j.lib.7. vbi loquitur in caſu ſtatuti huic noſtro ſimili. Corne.conſil.xxxviij. quoniam in præſenti, col.j.lib.2.& dicto conſi.clxvj.col.iiij.verſi.confirmantur præmiſſa,eo.lib.& conſi.lxxiij. quãuis videatur,col.j.verſi.cùm pretium,lib.4.Maria.conſi.xv.viſis prædictis.col.xj.verſicu.vnde ponderandum eſt.Firmia.in tract.gabellarum,quæſt.iij.verſic. & de hoc art.Fran.Aret.qui id dicit not.in l.ſciendum,col.vij.verſic. facit quod ponit,ff.de verb.oblig.Barb.in rub.extrà de empt.& vend.poſt princ.Iaſon in l.j.col.v.verſi.vnum tamen in propoſito,C.de iur.emphy. & in l.ij.in princ.ad fin.ff.ſi cert.pet. & in l.vlt.in j.not.ff.de cond.ob cau. & in d.l.filiusfamilias,§.Diui,in j.lect.col.pen.verſi.ſecundò limita,& in ij.lect.col.antepen.verſi.tertiò limita,& ibi Ioan.Crot.col.xxxiiij.verſi.tertia ſit concluſio.& Ferd.Loaz.qui eam gloſ.dicit ſing.char. 24.num.487.ff.de legat.j.& idem Iaſ.conſi.xlv.aggredior,col.ij.lib.1.Fabia.à monte S.Sab.qui alios allegat.in tract.de emp.& vend.in ij.q.prin.col.j.verſicu.hoc tamen fallit:& iterum in v. parte princ.col.v.verſi.circa ſecundum Anton.Burgos in rubr.extra de empt. & vend.Catel. Cotta.in memoriali incip.vendidit,& Hippo.Marſil.ſing.cv.vbicunque,vbi ad hoc ſingu.dicit gloſ.in d.l.cùm dotem.Steph.Bertr.conſi.clxxx.non puto , circa medium,lib.3.vbi & ſingularem dicit primam illam glo. Sed id quomodo ſit intelligendum,videbis infrà eod.tit.& §.glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,num.34.atqui ſi ea.

*Venditionis uerbum intelligitur propriè,in conſtitutione cõtraria iuri communi aut aliàs odioſa.*

2 ¶Præſertim autem id hîc procedit in caſu noſtræ conſuetudinis, cùm ea ſit contra ius commune,ex multorum ſententia,vt diximus ſuprà,in præfat.num.60.quamobrem ſunt multi, & ſequent. Quod ſi verum eſt,certè cùm de venditione loquatur,debet propriè accipi , nec ad alios caſus trahi , ſecundum illam gloſſ.in d.l.vlti.in verb.permittimus.C.de prædi.curia. vbi Lucas Pen.col.j.& Ioan.Plat.col.ij.hoc expreſsim trahunt ad caſum noſtræ conſuetudinis.Alber.qui & de ſtatuto retractus loquitur,in l.ſtatuliberi à cæteris, §. Quintus,circa medium,ff.de ſtatu.Bald.in l.voluntas.col.vlti.verſic. modò reſtat quærere,C.de fideicom.& in authen.& qui iurat,col.antepen.verſi.vlterius quæro ſi inter, in duobus locis,C.de bon.aut. iudi.poſſ.& in c.1.ad fin.titu.de alie.feu.& conſi.clxxj.iſtud ſtatutum,lib.4. & conſi.cccxxxvj. præmitto,poſt princ.lib.5.Corne.loquens de ſimili ſtatuto,d.conſi.clxvj.col.iij.verſic.ideò in materia,lib.2.Alex.conſi.lxxvj.viſis dubitationibus , colum.iij.verſicul.pro hoc bonos,lib.6. Crot.in d.§.Diui,col.xxxiiij.verſic.tertia ſit concluſio. Et generale eſt in omni materia ſtricta,& extraordinaria,vel odioſa,vt venditionis appellatio etiam ſit ſtrictè intelligenda,ſecundùm Bald.in d.l.voluntas,& in l.ij.C.de vſuca.pro empt. Panormit.in d.c.1.de his quæ fiunt à Præla.Corn.(qui hoc trahit ad omnia ſtatuta, vt ſcilicet in his debeat ſtrictè accipi.) dicto conſi.clxvj.colum.iij.verſicu.ideo in materia,lib.2.Felin.in d.c.vlt.col.pen.verſic.fallit tertiò, de accuſ. Appellatione autem venditionis propriè ac ſtrictè venit tantùm illa, quam intelligimus,venditio,non cæteri contractus , vt probat text.in d.l.ſtatuliberi , ad fin.cùm dicitur, complecti videtur.Nam verbum illud,videtur,ſignificat fictionem,& improprietatem.l.ſingularia,ff.ſi cert.peta.& not.per Barto.& alios in l. ſi is qui pro emptore,ff.de vſucap. Et hoc quoque probat text.in l.ſi quis fundum,ff.de contrahen.empt. & voluit Franc.Areti. conſil. cxxiiij.eximie domine,col.ij.Doct.vbique.

*Venditio ex communi uſu, de propria intelligitur.*

3 ¶Et quia etiam ex communi Franciæ vſu loquendi verbum emptionis & venditionis intelligitur tantùm de emptione & venditione propria,non de cæteris alienationibus : qui quidem communis vſus debet attendi,etiam contra proprium ſignificatum vocabuli.l.librorũ, §.quod tamen Caſsius,ff.de leg.iij.& l.Labeo,ff.de ſupel.leg.& cap.ex literis,extrà de ſponſa. cum ſimi.& voluerunt nuncupatim in his verbis emptionis & venditionis Alex.& Iaſ.in d. §.Diui,ille col.vj.verſi.fallit hæc concluſio,hic col.pen.verſi.tertiò no.limita,in j.lect.& iterũ in ij.lect.col.antepen.verſi.ſecundò limita,& ibi quoque Crot.col.xxxiiij.verſi. ſexta & vltima concluſio. Hunc autem vbique eſſe communem vſum loquendi in his verbis atteſtatur Panor.in d.c.1.de his quæ fiunt à Præla.vbi & ex eo dicit , quòd id verbum venditionis ibi accipitur pro ſpecie diſtincta ab aliis cõtractibus & videtur voluiſſe Bart.in l.ſi quid earum, in prin.ff.de leg.iij. Sed hæc omnia intellige ſecundum ea quæ poſteà declarabimus in eod. §.in verbis,*ou equipollent à vente*,vbi de hac re latius dicemus.

4 ¶Interim autem,ſi plenius ſcire vis, an quomodo , & quando venditio intelligatur de aliis contractibus ſiue alienationibus,& quibus,vide glo.in l.quemadmodum, in verbo,vendi,in prin.& ibi Bar.& Io.Plat.C.de agri.& cenſi.lib.11.Guli.Cu.Cy.Bal.& Alex.in addi.Bart.in d. l.ij.C.de vſuca. pro emp.Alb.in l.ſicut,§.venditionis,ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.& in l.j.C. com.vtriuſque iudi.& in prima par.ſtatut.quæſt.cx.ſtatuto Parmæ.Bar.in l.alio,col.iiij.verſi. ſequitur in his verbis,ff.de ali.& cib.lega.Bar.Imo.& recentiores,in d.§.Diui:præſertim verò Alex.col.vj.verſic.item inquantum Bart.hîc.& Iaſ.in j.lect.col.antepen.verſic.octauo quærit Bart.



Bart.& in ij.lect.col.xxij.verſi.eiuſdem initij,& Crot.col.xxxiij.verſi. quærit etiã Bar.an prohibita,& Ferd.Loaz.char.24.nu.483.& ſeq.Bal.in l.cùm hi,§.ſi cui,in ij.lect. & ibi etiam Alb. ff.de tranſac.& in l.poſt rem,col.v.verſi.in gl.quæ incipit, in vlt.lect.eo.tit.& in d.l.voluntas, col.vlt.& ibi quoque Alberi.C.de fideicom.& in d.auth.& qui iurat,col.antep.verſi.vlterius quæro,C.de bo.auto.iud.poſ.& in c.1.ad fin.titu.de contro.inue.inter domi.& emp.& in c.ſi clientibus,in fi.tit.de alie.feud.Paul.Caſt.conſil.cclxix.dubitatur,col.ij.verſi.& ſi dicatur,le j. Alex.d.conſi.lxxvj.viſis dubitationibus,col.iij.verſi.pro hoc bonus tex.lib.5.Firmia.in tract. gabellarum,in iij.parte viij.partis princ.in iij.quæſt.& multis ſeq.

*Quæſtio retractus habeátne locum in uenditione nulla.*

5 ¶SED HIC ſcire velim,vtrùm ſi vẽditio nulla ſit,erit nihilominus locus retractui. Quam quidem quæſtionem poſuit Bal.in tract.protomixeos,col.iij.verſi.quid ſi facta eſt:nec tamen eam ſoluit,ſed remittit ad Cyn.in l.vlt.§.ſed quia noſtra,C.com.de leg.vbi de hac re nõ loquitur,ſed de alia huic non admodum diſsimili,de qua dicemus infrà,num.42.& huc quoque. Verùm Paul.Caſt.conſi.lxxiiij.in cauſa mota,poſt princ.& iterum col.ij.verſicu.& idem dicendum eſt,lib.2.expreſsè,& in caſu noſtrę conſuetudinis tenet quòd ſi venditio ſit nulla, quia facta eſt à pupillo vel minore contra diſpoſitionem iuris communis , vel municipalis, ideoq; pro non facta habeatur , non habebit locum in huiuſmodi venditione ſtatutum admittens cõſanguineos ad retractum oblato pretio:cùm appellatione venditionis veniat tantùm valida.l.iiij.§.condemnatum,ff.de re iud.& l.non putauit,§.non quæuis,ff.de bonorum poſſeſsione contra tabulas.Et eiuſdem ſententiæ in eadem ſpecie fuit Cepolla,qui Pau.non meminit,loquens in venditione emphyteuſis facta ſine conſenſu domini , conſil.cauſ.ciuil. xliiij.in quæſt.de præſentatione.col.ij.verſic.de prima quæſtione,& ſeq. vſque ad finem propè conſilij.& id quidem illis ipſis rationibus,dicitq; id nullam habere dubitationem.Et prætereà reſpondet ad id,quod in contrarium dici poſſet, quòd emptor non poteſt excipere de iure venditoris vel domini,& ſic tertij,& ad alia quædam quæ inibi videre poteris. & idem quoque vult conſi.ſeq.etſi in aliis.

*Venditionis appellatio de ualida intelligitur.*

*Emphyteuta non cadit emphyteuſi ob uenditionem nullam.*

6 ¶Horum opinionem adiuuat,quod ſcribit Bal.in l.ij.col.ij.verſ.ex prædictis,C.de epiſc.aud. quòd ſi emphyteuta vendit inconſulto domino,non obſeruata ſtatuti ſolennitate, ideoque venditio ſit nulla,non cadit is emphyteuſi ob huiuſmodi venditionem : quia verbum vendendi à ſtatuto probatum non compręhendit venditionem nullam,per d.§.condemnatum. Quod dictum ſequitur Aluar.in c.1.ad fin. & ibi quoque Cardi.Alex.in princ.tit.quid iuris ſi vaſal.poſt ali.& Fran.Cre.qui id ſing.dicit,ſing.cxij.ſtatuto cauetur.& Fran.Aret. in l.continuus,§.cùm quis,col.iij.verſi.illud autem,ff.de verb.oblig.vbi id dicit not.& ſemper menti tenendum,& poſtea addit rationem , quia verbum venditionis in ſe eſt nomen iuris : vnde venditio nulla non eſt venditio.& ſequitur etiam Cardi.Alex.in c.1.col.j.titu.de prohib.feu. ali.per Fed.vbi hoc ſcienter intelligit,cùm ea venditio ob aliã cauſam eſt nulla, quàm quòd inconſulto domino facta ſit. Sed & ſequitur Fran.Curt.ſenior,conſi.viij. viſo inſtrumento, col.ij.in fin.Firmia.in tracta.gabellarum,in iij.parte viij.partis princ.q.xxxij.Guid.Pap. deciſ. Delphi.dxc.quidam vendidit,& conſi.cxcij.ex facti narratione in princ.ij.dubij.Feli. in c.ex tenore,col.iiij.ad fi.& ſeq.& ibi Philip.Deci.col.iij.de reſcrip.idem Fel. in c.cæterùm,col.pen. de iudic.Fab.in tract.de emp.& vend.in xxxv.q.iij.q.prin.Iaſ.in l.cauſas,col.vlti. ad fin.C.de tranſac.& in l.vbi pactum,col.pen.verſic.ſecundò ad idem,eo.tit.vbi id dicit ſing.& in l.vlti. col.antep.verſi.xxij.C.de iure emph.vbi etiam dicit ſing.& in l.j.§.j.in v.not.ff.quod quiſque iur.vbi dicit not.& in l.ſeruo legato,§.ſi ſeruum,in fi.ff.de leg.j.Iaco.à S.Georg.in tract.feud. in verbo,& cum pacto de non alienando,col.viij.verſicu.ſed pone quòd ſtatutum ſit.Franc. Purp.in l.ij.ad fin.ff.ſi cert.pet.Catel.Cot.qui & id ſingul.dicit memor.incip.actus nullus,& iterum alio incip.vidua dicitur.Ferd.Loaz.in repet.l.filiusfa.§.Diui,char.15.col.iij.verſi.& per iſta patet, ff.de leg.j.vbi item dicit ſingu.& in repe.rub.de iuſti.& iure,char.8.col.j.verſ.& per iſta dicebam.Hippo.Marſi.in l.vlti.col.iij.in fin.ff.de quæſtio.& conſi.xxxix. Dominus labia, col.vj.verſi.& ideo ſtat.& conſi.xliij.Spirituſſanctus,col.ij.& conſi.xlix.Domine Deus,col.ij. & conſi.lxxxj.ſalus omnium,col.v.verſi.capio modò,& conſi.cxvij.illumina,in fin.& conſi. cxx.ſplendore,col.j.& conſi.cxxxij.illumina,col.iiij.verſ.& facit quod voluit Alcia.in l.Paulus,ff.de verb.ſigni.& in l.vlt.in prin.C.de in ius voc.& idem propè voluit Bal. à nullo horum memoratus,conſi.ix.factum tale eſt anno Domini.col.pen.verſic.nunquid minor,lib.1. cùm dicit minorem,qui ſine decreto iudicis feudum alienauit,eo non priuari, cùm nulliter alienauerit. Et nos quoque diximus in tracta.de legibus connub.quem ſcripſimus in §. primum,ſupra titu.xv.in gloſſ.viij.eademq; penult.in xxiiij.q. vbi & alia multa ſimilia adduximus,quæ ibi videre poteris,ne hîc agam,quod ſemel actum eſt.

*Ex uenditione nulla laudimia non debentur. Item nec gabella ex contractu nullo.*

7 ¶Sed alia tantùm quædam huc proximè accedentia afferemus.Et primo quidem loco quod tradit Ioan.Fab.tum in d.l.vlt.col.ij.in verbo,in irritum,C.com.de leg.tum in l.j.C.quan.lic. ab emp.diſce.quòd ex venditione nulla ſiue inutili non debẽtur laudimia.cum aliis concor. à me adductis in tit.ſeq.§.vj.gloſ.ij.num.6.nunc tempus. Cui finitimum eſt,quod dicitur, ex contractu nullo non deberi gabellã,quæ à ſtatuto iubetur ſolui ex omni cõtractu. Ita enim voluit Bart.in d.l.vlt.§.ſinautem,& ibi quoque Bal.in §.ſed quia noſtra maieſtas,col.j.verſic.

quærit hic,& ibi etiam Paul.Caſt.col.ij.Corn.col.item ij.& Iaſ.col.vlt.C.com.de leg.& Bald. in l.nõ dubium,in ij.not.& ibi quoque Fulg.col.x.Iaſ.col.ij.C.de legib.idem Bal.& Saly.in l. ij.C.de eunuch.Ang.in l.Marcellus,§.res quæ,col.j.ff.ad S.C.Treb.Rom.{in l.hæres quandoque,col.ij,verſi.item & quia tempore.ff.de acqui.hære.&}conſi.lxxviij.licet communi.vbi in id ſing.dicit tex.in d.l.ij.de eunuch.Iaco.Aluar.& Card.Alex.in c.1.§.ſi quis fecerit, arg.illius tex.tit.quo temp.miles.Barb.in l.j.§.ſi quis ita,col.iij.verſi.item vbi contractus,ff.de verb.obl. & iterum in l.ſi quod aurum,col.pen.eo.tit.& conſil.xxxv.omnipotentem,col.iij.lib.4.Alex. conſi.ciiij.ſtatutum loquens,col.ij.verſi.facit in ſimili tex.lib.1.vbi etiam illum tex. dicit ſing. & conſi.xxxvj.viſo themate,col.ij.verſi.ſed præmiſsis,lib.4.Fran.Aret.conſil.cxxviij.eximiè, col.pen.verſic.nunc ad ſecundum.Firmia.in tracta.gabellarum,in iij.parte viij.partis princ.q. xv.Feli.in d.c.ex tenore,col.iij.verſi.regula non præſtat.de reſcrip.Iaſ.in l.poſsideri,§. Nerua, col.ij.verſic.hinc eſt quòd talis,ff.de acqui.poſſeſ.Philip.Dec.in l.edita,col.viij.verſic. & dum Bart.ſubiicit,C.de edend.Hippol.Marſi.in d.l.vlti.col.iij.ff.de quæſtio.& Franc.Rip.in d.l.iiij. §.condemnatum,colum.j.num.6.ff.de re iudic.

8 ¶{Et huc quoque pertinet,quòd ſtatutum puniens cedentem , non habet locum in cedente nulliter. Ita ſcribit Roma.in l.iij.§.ſi autem. in fin.ff.de ſenatuſc.Syllan. quòd ex ſtatuto puniente eum qui ceſſerit actionẽ nobili,aut bannito,pœna centum non punitur is, cuius ceſſio ob aliquem defectum nulla eſt,per l.non putant.§.non quæuis.ff.de bon.poſſ.contr.tabu. & l.filium.§.ſi quis contra.ff.de lega.præſtan.& quod ibi dicitur per Bart. & facit, inquit,in l. continuus.§.penul.ff.de verbo.oblig.licèt contrarium videbatur ex tex.in d.§. ſi autem.verſi. item ſi iure.vbi priuatur ille,qui teſtamentum etiam nullum aperuit.Sed ad eum tex.reſpondere poteris ex not.in d.l.continuus.}

*Contractus contra legem an valeat in odium contrahentis.*

9 ¶Quanquàm potuiſſet videri contrarium in contractibus factis contra legem : quia ij ſunt nulli,quantùm ad commodum & fauorem eorum , qui ſic contrahunt tantùm , non etiam quantùm ad damnum & odium eorum:vt poſt antiquiores ſcribit Bar.in d.l. non dubium, col.iij.verſi.oppo.quod ſecundùm hanc,& ibi ipſe Fulgo.col.x.C.de legib.de quo & aliquid per Iaſ.in d.l.vlt.§.ſed quia noſtra,col.vlt.C.com.de leg. & dicemus latius infrà eo.tit.§.xxvj. glo.ij.in verbo,*non eſtant du lignage*,num.7.tamen Geral.& ſequen. Verùm non obſtante huiuſmodi ratione,quæ Fulgo.ipſum & Iaſ.in ead.l.non dubium,vbi ſuprà,non fefellit,priori ſententiæ poſt eos adhæreo,hac ratione motus, quam & ipſi adducunt , quòd verba ſtatuti debent intelligi cum effectu.l.j.§.hæc verba,ff.quod quiſ.iur. & ſic de contractibus effectum ſortientibus. Nam vt etiam dicit Bald.in l.vlt.§.in computatione,col.vltim.C.de iur.delibe. ſtatutum debet intelligi de inſtrumentis efficacibus,& non de nullis,& effectum non habentibus.l.ſi quis aliquid,§.teſtamentum,ff.de pœnis,& l.ij.§.j.ff.quemadmo.teſta.ape. nam quod caret(ait)effectu,nomine etiam caret.l.cùm precibus,C.de proba. In quã ſententiam (vt hoc illi addas) verſus eſt vulgatior,quàm elegantior,

*Si re priueris,nec nomen habere mereris.*

quem citat gl.in c.admonere,xxxiij.q.ij.cum aliis multis concor.à me alibi copioſè cõgeſtis.

10 ¶Sed vt redeam ad quæſtionem noſtram principalem,in qua dicit Paul.Caſtr.ſtatutum hoc noſtrum non habere locũ in venditione nulla:vide an id ſatis tutum ſit.Quid enim ſi venditor,qui nullam dicere poteſt ob defectum ſolennitatis,nunquàm tamen dicat? eſt enim ei liberum ſtare,ſi velit,huic venditioni.l.cùm interdictæ,& ibi Bal.C.arbit.tut. & l.Iulianus,§. ſi quis colludente,& §.ſeq.ff.de acti.empt.& c.ſi qua de rebus,xij.q.ij. cum aliis multis ſimilibus,quæ videre poteris in noſtris Legibus connubialibus,in glo.vj.in ix.quæſt. Certè ita res vendita tranſibit in aliam familiam,cedetq; id lucro emptoris , quò ad excludendum retractum,in præiudicium conſanguineorum, quod in damnum ipſius cedere debuit. Sed tunc haud dubiè crederem intra annum eius temporis,quo ea venditio,in principio nulla,robur accepit,vel per expreſſam approbationem,vel per tacitam,ex lapſu ſcilicet temporis , ſecundùm l.vlt.C.ſi maior fac.ali.ratione hab.aut aliter,conſanguineum eſſe admittendum ad retractum:tanquam tunc primùm venditio cenſeatur fuiſſe facta,cùm anteà pro non facta haberetur.Super quo & tu vide quod in ſimili dicã infrà eo.§.in verbo,*ou lignagier*,quę eſt glo. ix.nu.249.at maius dubium, & ſeq.cùm tracto de re,quã dominus patitur ab alio præſcribi.

11 ¶Vix autem apud nos obtineri poſſet,vt conſanguineus, etiam ab initio non admitteretur: neque id quidem abs re,quando nihil interſit emptoris , cui reſtituitur pretium & ſumptus emptionis:ergo audiri non debet, huiuſmodi exceptionem nullitatis ſine intereſſe allegans. l.ille à quo,§.j.ff.ad S.C.Turp.cum concor.à me collectis infrà ead.gl.nu.51.prætereà quid ſi. Et ita etiã nuncupatim voluit Caro.Molen.in commen.conſuet.Pariſ.tit.j.§.xiij.glo.v.in verbo,*vendu*, in xj.q.vbi etiam tractat,an tunc venditor poterit huiuſmodi retractum impedire ob id quòd vẽditio ſit nulla,ibi eum omnino vide,& prætereà in §.eiuſdem tit.xxij.in iiij.q.

*Quæſtio retractus an habeat locũ in venditione ſimulata*

12 ¶QVID autem,ſi venditio ſimulata eſt?Et id quoque decidit Pau.Caſt.d.conſi.lxxiiij.lib.2. vt ſcilicet non ſit locus retractui,cùm per eam venditionem noluerit venditor alienare, nec dominium à ſe abdicare.l.nuda,ff.de contrah.empt.Ideo ſicut conſanguineus non potuiſſet priorẽ venditorem cõpellere ad ſibi vendendũ,ſi is alteri non vendidiſſet,l.nec emere,C.de iur.delib.



iur.delib.ita & ſi finxit ſe vendere,& non vendidit:quia talis venditio non eſt venditio, ſed perinde eſt ac ſi facta nõ fuiſſet.d.l.nuda,& per totũ tit.C.plus val.quod agi.Et hoc Pau.Ca. reſponſum nuncupatim ſecutus eſt Feli.in c.ex tenore,col.v.poſt prin.verſ.ad quod facit,de reſcrip.& Math.Afflict.deci.Neap.cccxxxix.fuit pronuntiatũ,vbi & hoc dicit tenuiſſe Neapodanũ in prima conſti.de iure congrui,in verbo,emit,& ita fuiſſe pronuntiatũ in concilio Neapolitano.& rurſus in tract.proto.in verbo,licet enim ſuprà diximus,col.antep.verſic.itẽ quæro de alia quæſtione,ibi in contrarium tamen determinatur & Philip. Deci.dum illum ſimpliciter alleg.conſi.695.viſa donatione,nu.20.& Do.Boer.hoc eod.tit.§.ij.col.iiij.

*De inſtrumẽti ſimulatione nulla.*

13 ¶Quibus adde,quod ſcribit idẽ Pau.in l.j.§.ſi rem depoſitã,ff.depoſ.emphyteutã aut vaſallũ ſimulanter vendentẽ non incidere in pęnã. Et quod idẽ tradit Bal.in l.vlt.§.in cõputatione, col.vl.C.de iure deli.inſtrumentũ ſimulatũ non eſſe inſtrumentũ.Ideoq; ſi ex ſtatuto nulla poſsit opponi exceptio aduerſus inſtrumentũ,poteſt tamẽ opponi,quod eſt ſimulatũ.quod & idẽ voluit ipſe Bald.in l.cùm precibus,poſt prin.C.de prob.& Barb.in c.ad noſtrã, col.ij. extra de emp.& vẽd.& cõſi.27.ſcripſit,col.antep.libr.1.in quibus locis ex hoc dicit ꝙ ſtatutũ loquẽs de inſtrumẽto,nõ habet locũ in inſtrumẽto ſimulato.& iterũ cõſ.xliij.præclarè ſcribitur,col.ix.eo.li.1.& conſi.lj.ſcripſit ſapiẽtiæ fons,col.xvij.verſi.& plus mihi videtur,eo.li.j. & conſ.liij. præclarè ſcripſit,col.14.verſi.modò præſupponitur,lib.2.& cõſi.lix.illud in medium,col.xj.verſi.modo illa,eo.lib.2.& conſ.lxx.quod eſt eiuſdẽ initij,col.viij.verſic.modò iſtud,li.3.& conſi.xxij.clementiſsimũ,col.v.verſ.capio nunc,lib.4.& cõſi.xxxv. omnipotentem,col.ij.ad fi.eod.lib.4.Alex.qui alios allegat,conſ.cj.ſuper quæſito,col.ij.verſ.opponitur, lib.4.Maria.ſenior conſ.lxv.omnipotens,&c.circa primam quæſt.col.vij.verſi.facit etiam ad prædicta. & Felin.in cap.ex parte,le ij.col.4.in 12.fal.extra de offic.delegat.

14 ¶Sed tu tamẽ ſuper eo quod diximus de exceptione ſimulationis,vide Bar.in l.j.§.parui refert,col.ij.verſ.ſed quid ſi oppono.ff.quod vi aut clam.& Bal.in l.j.col.vl.verſi.ſubſequenter quęro,& ibi Bal.col.2.verſ.quęro pone quòd ſtatutũ,C.plus vale.& eundẽ Bal.in l.ſi nõ ſortem,§.j.poſt prin.ff.de cõd.inde.& Ant.in c.cùm Ioãnes,& ibi imo.col.v.verſi.& quod dixi, & Fel.col.x.verſ.quartus caſus,& ſeq.extrà de fi.inſt.& eundẽ Imo.in l.vl.ff.à quibus appellare nõ licet,& in c.cùm cõtingat,in vj.membro,extra de iureiur.& Petr.Ancha.in rep.c.j.in 14.q.prin.verſ.iuxta hoc membrũ quærit,qui eſt in char.56.in paruis,extrà de conſt.Cepollam,cau.ccxc.ſtatuta quandoque,ſecundum antiquiorem computationem.& Ant. Cana.in tract.de executione teſtamentorum.q.xiij.& Dec.in ca.ex parte.le ij.in xij.fal. de offic.deleg.

15 ¶Sed et quod dictum eſt,inſtrumentum ſimulatum non eſſe inſtrumentum , adſtipulatur, quod tradit idem Bal.in l.fraus,ff.de legi.titulum ſimulatũ non eſſe titulum:nec ſimulatam traditionem transferre poſſeſsionem.l.emptor,ff.de aqua plu.arc.& d.l.cum ea,C.de trãſact. Et facit etiam,quod ſcribit ipſe Bal. in l.j.C.plus val.quod agi.quòd cõtractus ſimulatus dicitur tanquã corpus ſine anima.& idem Bal.in l.ab Anaſtaſio,in iiij.not.C.mand.quòd huiuſmodi cõtractus dicitur coloratus,depictus,extrinſecus apparens,intrinſecus nihil habẽs. & ipſe Bal.in l.ſi non virum,C.de don.inter vir.& vxor.quòd remota exceptione falſitatis. non remouetur exceptio ſimulationis.& Alb.in l.nuda,ff.de cõtrah.empt.vbi dicitur,quòd contractus ſimulatus nullus eſt ipſo iure,per multa iura,quæ allegat:& Sal. in l.ſi.donationis per illum tex.C.de contrahen.empt.quòd contractus ſimulatus non habet eſſentiam.& etiam Maria.ſenior in c.j.& in xxxvij.q.de ordi.cogni.& d.conſi.lxv.col.vij.verſi.ſed tamen quidquid,& Iaſ.in l.nemo,in j.lect.col.viij.verſi.iiij.quærit,& ſeq.ff.de leg.j.& conſ.clxx.nomine,col.v.verſi.ix.lib.2.& Phil.Dec.conſi.ccccclxxxvij.coram magnificis,col.j.verſi.quibus tamen.& bene facit l.ſimulatæ,ff.de rit.nupt.

*Contractus ſimulatus, tanquam corpus ſine anima.*

*Turpitudinẽ propriam allegare quãdo liceat.*

16 ¶At vnum eſt,quod obſtare videtur emptori. quomodo enim poterit allegare venditionẽ eſſe ſimulatã?cùm id faciens videatur allegare ſuam turpitudinẽ,cõtra l.cùm profitearis,C. de reuoc.don.& c.inter dilectos,extra de don.cum cõcor. Sed quod huic obiectioni reſpõdeatur facile eſt,nempe id minimè procedere cũ allegatur ſimulatio,vt voluit Bar.in l.filios. C.de reuoc.his quæ in frau.cred.& in l.iuſiurandũ quod ex cõuentione, § procurator,col. vlt.ff.de iureiu.& in l.poſt cõtractũ,col.iij.verſi.& ex hoc infertur,ff.de don.& cõſi.lxv.Petr, Nicole.col.ij.verſi.circa primũ.& Bal.in d.l.cùm profitearis,Pau.Caſtren.in l.contra legem, verſ.& ex hoc infertur,ff.de legi.{Ro.in l.ſi ſub ſpecie.col.8.verſ.circa ſecundũ.C.de poſtu.} Phil.Dec.conſ.xiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,vtrùm valeat aditio,ad fi.& d.conſi.587.corã magnificis,col.vlt.verſi.ij.reſpondetur.& ante hos omnes Io.And.cuius nullus eorum meminit,in addi.Spec.tit.de dona.§.j.verſi.item pone aliquis.Niſi ſi,vt id obiter dicã,ſimulatio in fraudẽ facta fuiſſe allegatur:neque enim audiretur:vt voluit Bar.in d.l.poſt contractũ, & d.conſi.lxv.& Pet.Aret.conſi.ccxxvj.ad corroborationem,col.j.Sed & ſi non allegaretur ſimulatio,tamen excipiendo & replicando poteſt quis ſuam turpitudinem allegare. Io.And. vbi ſuprà proximè,& Bar.in d.§.procurator,& Bald.in l.poſt mortem,ad fi.ff.de adop.& in l.ij.in fi.C.de condi.ob turp.cau.De quo tamen vide plenius infrà in gloſ.xviij.huius §.nu. 20.quantum autem,& 24.ſed & aliud eſt,& ſeq.& 72.aut etiam niſi dicas.

*Credaturne*

17 ¶An autem hoc caſu credatur contrahentibus,dicentibus contractũ venditionis eſſe ſimu-

*cõtrahentibus de contractus ſimulatione.*

latum,videbis latè per Pau.Caſtr.d.conſi.lxxiiij.col.ij.verſi.ſed dubium eſt,cum multis ſeq. Super quo etiam vide,quod ſcribit Signo.conſi.cclj.in quæſtionibus,col.iij.verſic.prætereà ex ipſa venditione,vbi tractat,an in præiudiciũ domini credatur contrahentibus dicentibus venditionem feudi eſſe ſimulatam.Et vide etiam , quæ dicemus infra eodem §.gloſſ.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente,* nu.46.ſed hoc in loco,& ſeq.dum tracto, an credatur venditori dicenti contractum ſpecie permutationis factum fuiſſe in fraudem conſanguineorum.

*Quæſt. An retractus habeat locum in alienatione fundi alieni bona fide empti.*

*Quid ſi uenditor nudã poſſeſsionem habet?*

18 ¶QVID item ſi aliquis vendidit fundum alienum antè à ſe,aut parentibus ſuis, bona fide emptum:an & tunc ſit locus retractui:ſtãte cõſuetudine, vt in acquæſtibus retractus habeat locum,vti apud nos eſt,infrà eo.tit.§.32.Putarim locum eſſe, cum tanquã ipſius venditoris diſtractus ſit,vt in ſimili dicitur in l.magis puto,§.ſi pupillus , qui eſt j.ff.de reb.eor.quòd ſi pupillus alienũ fundum bona fide emptũ poſsideat,hunc nec tutores ſine decreto,alienare poſſe,ſi quaſi pupillaris diſtractus eſt:nam etiam,vt dicit glo.ibi ille, ille eſt quaſi dominus: habet enim Publicianam.l.j.ff.de Public.Aliud autem eſt,(vt dicunt Iac.Are.Bar.& Bal.ibi.) ſi pupillus nudam poſſeſsionem haberet. Vnde etiam poſſet videri in hoc caſu,ſi venditor nudã tantùm poſſeſsionem rei venditæ habuiſſet,non eſſe locum retractui.Tu tamẽ cogita, & vide quid dicã in ſeq.quæſt.& tex.in l.ſi alienam,ff.ſol.mat.vbi ſi alienã rem ſciens mulier in dotẽ dederit,reddenda ei eſt,quaſi ſuam dediſſet:& fructus quoq; pro portione anni,quo diuortiũ factum eſt,atque ibi not.Sed & vide tex.in l.ex hoc,§.alienare,ff.de alie.iudi.muta. cauſ.fac.& in l.iure.§.j.ff.de iure dot. Illum autem text.in d.§.ſi.pupillus, not.dicit Franciſc. Aret.in l.continuus,§.cùm quis,col.iiij.verſ.vel dic,& melius,ff.de verb.oblig.

*Quæſt. Retractus an locũ habeat, cùm uenditur res aliena,ut aliena.*

19 ¶QVID verò cum quis vendit rem alienam quidem,ſed non tanquam ſuam,vt in præcedenti quæſtione:ea enim ſic vendi poteſt.l.rem alienam,ff.de contrah.empt.etiam ſi contrahentes alienam eſſe ſciant,modò furtum non cõmittatur:vt no.in l.ſi in emptione,§.item ſi emptor,eod.tit.& à Bart.in l.ſi is qui pro emptore,§.vlt.ff.de vſucap.ſed hoc non obeſt vero domino.d.l.rem alienam,& ibi glo.& l.alienam,& ibi Bal.C.de fur.cum ſi. Vtrùm igitur in vẽditione huius rei alienæ ſit locus retractui.Quod non videtur,quia hæc non eſt propria venditio,ſicuti nec donatio rei alienæ,propria donatio:vt voluit glo.in l.in ædibus,§.vlt.ff. de donat.per tex.ibi,& in §.ſic itaque, Inſtit.eod. Quam tu & hac ratione confirma , quòd vir & vxor ſibi non poſſunt donare rem ſuam,vt per totum tit.ff.de dona.inter vir.& vxo. rem autem alienam poſſunt.l.ſi vir vxori, & ibi not.ff.pro donat.Hincq; occaſione ſumpta Bal.in l.poſt mortem,col.vlt.C.de fideicommiſ.dicit primùm videri hanc donationem non indigere inſinuatione.Tandem diſtinguit,teneatúrne donans de euictione,an non teneatur: vt primo caſu ſemper indigeat inſinuatione:ſecundò æſtimandã eſſe nudam poſſeſsionem, & ſecundùm eam de inſinuatione ſtatuendum.l.ſi mulier,ff.quod met.cauſ. Conditionem enim vſucapiendi non eſſe æſtimandam,cùm procedat cum iniuria alterius,l.denique,ff.ex quibus cauſ.maio.Quod autem dicit glo.in d.l.in ædibus,§.vlti.hãc non eſſe propriam donationem,verum eſt quò ad dominium,non quò ad titulum. Et idem propè dicit ipſe Bal. in ſua Margar.in verbo,donatio,col.ij.verſ.donatio rei alienæ.

*Vẽditio ita fieri poteſt , ut non teneatur uendẽs de cuictione.*

20 ¶Et idem quoque videri poteſt dicendum de venditione rei alienæ. Nam ita poteſt fieri venditio,ne teneatur vendens de euictione,quo caſu vẽditor tenetur tantùm ad reſtitutionem pretij,l.emptorẽ,§.vlt.ff.de act.empt.quã ad hoc ſing.dicit Iaſ.in l.ſtipulatio iſta habere, col.pen.verſi.& aduerte,ff.de verb.obli.& latiùs dicemus infrà eod.tit.§.xij.in gloſ.j.nu.10.& hæc quidem,& ſeq.Ideoq; poſſet etiam videri,non eſſe tunc locum retractui,cùm nihil immobile tunc ſit ex venditoris familia diſceſſurum ob eam venditionem, vtpote cùm nihil ad aliud teneatur ipſe venditor,quàm ad pretium.Verùm Matth.Afflict.in tract.proto.col. xv.verſ.ſed iuxta hoc quæro,videtur eſſe in cõtraria ſentẽtia,dum quærit an ſit neceſſe venditorẽ eſſe dominũ rei,vt ſit locus iuri congrui. Et mox reſpõdet,nihil neceſſe eſſe,ſed ſufficere vt vẽditor poſsideat,quia res aliena vẽdi poteſt:& nihil aliud dicit. Tu igitur cogita. Et interim ſcito, ꝙ ſi quis vẽdit rem alienã,vt alienam,vt in caſu de quo loquimur,ſemper videtur res fuiſſe vendita nomine alieno,non ipſius vẽdentis.Bar. in l.in familiæ:per illum text.C. Famil.erciſc.& in l.ſi mater,col.vlti.C.de rei vẽd.& in l.ſi.fundũ per fideicõmiſſum, col.j.ff.de leg.1.Et bene facit text.in l.ab vno,& ibi Alex.C.de neg.geſt.& idem Alex.in l.j.§. nuntiatio,col.iij.verſ.item adde.& Philip.Deci.conſi.cclxxxj.viſo puncto,col.j.

*Quæſt. retractus.*

21 ¶RVRSVS quid è diuerſo ſi procurator meus vel tutor pupilli rem ſuam,quaſi meam,vel pupilli,alij vendiderit:erítne conſanguineis locus retractui,& quibus,vtrúmne ſcilicet conſanguineis ipſis procuratoris,ſiue tutoris,an verò mei,ſiue pupilli?Dic breuiter,nullã hanc eſſe venditionem:quia nemo errans rem ſuam amittit.l.ſi procurator,ff.de acquir.rer.domi. Et bene facit l.ſi conſenſum,§.1.ff.de contrah.empt.& no.per glo.in l.eius qui in prouincia, §.quas autem,in verbo,alienatas,& ibi Doct.ff.ſi certum pet.

*Quæſt. Retractus an habeat locũ in uẽditione conditionali.*

22 ¶SED & illud in dubiũ vocatur,Si venditio facta ſit ſub cõditione,vtrum cõſanguineus ſit admittẽdus ad retractũ ante impletã cõditionem? Quod negant in conditione caſuali,tanquã ſecus ſentiãt in poteſtatiua.Sebaſtianus Neapodanus,& Mat.Afflict.ille in tract.cõgrui, in verbo,emit,hic in conſtitutione protomixeos,in verbo,licet enim,col.pen.verſi. ſed an ſi ſit



ſit vẽdita.Et certè videtur in quacũq; vẽditione cõditionali non eſſe locũ retractui,quia interim nõ cenſetur perfecta vẽditio,l.hæc vẽditio,in prin.ff.de contrah.empt.& l.bouem.§.ſi ſub cõditione,ff.de Aedil.edict.& bene facit tex.in l.ei qui ita,ff.de cõdi.inſti.& quod ſcribit Ang.conſ.266. dictũ legatũ,in fi.cum ſi.Ideo nec interim quoq; ex ea agi poteſt, l.ſi pupilli, §.videamus,ff.de neg.geſt.& l.nã & poſteà,in prin.ff.de iureiur.& l.grege,§.ſi ſub cõditione, ff.de pig.& l.bouẽ.§.ſub cõditione,ff.de Aedil.edict.& l.promittẽdo,§.ſi à debitore,ff.de iure dot.& l.Fulcinius,§.ſi in diẽ,quib.ex cau.in poſ.ea.& l.ſi mater,§.eundẽ,verſ.& ideo ſi fortè, ff.de except.rei iud.& l.hoc iure,ff.de verb.obl.vbi licet cõditio ſit negatiua,& ita propè improbabilis:tamẽ niſi cõſtet eam extitiſſe,nõ cõpetit actio.& c.cùm Ioãnes,verſ.cùm igitur,& ibi Inn.in 1.no.extra de fide inſt.Et adeò vt nõnullis placuerit agi nõ poſſe,vt ſoluatur, vel aliud fiat,ſi conditio extiterit.De quo tu vide tex.in l.in lege Aquilia,& ibi gl.& Doct. ff.ad leg.Aquil.& Bar.Raph.& Frãc.Are.in l.lecta,ff.ſi cer.pet.Bal.in l.exceptionẽ,C.de prob.Pan. poſt alios,in c.cùm ſuper,col.j.verſ.op.contra,& col.ij.verſ.tertius intellectus,ext.text.de cõceſ.pręb.& Frã.Are.in l.cõtinuus,§.cũ ita,in 1.no.ff.de verb.obli.Et ꝙ in ſimili ſcilicet de debito in diem,latiſsimè tractatur à Cy.in l.j.C.vt act.ab hęr.Et ſi qñ ita debetur,id eſt,ſub cõditione,ſoluatur per errorẽ,pendẽte cõditione, repetitur l.ſub conditione.ff.de cond.indeb.

*ditione conditionali. Venditionem cõditionalem non cenſeri perfectam. Et ex ea agi non poſſe.*

*Ex uẽditione conditionali ius prælationis non competere. Nec laudimia. Nec commiſſum.*

23 ¶Ex quibus fit, vt nec in ea venditione vtatur dominus iure prælationis ( qui eſt retractus feudalis ad hunc proximè accedens,vt ex multis huius tit. capitulis ſatis conſtat. ) Id enim nuncupatim voluit Guid.Pap.dec.Delph.xlvij.ſed poſſet dici,& iterum deci.ccccxj.dominus directus,verſi.poteſt fieri cautela,& vtrobique allegat Bar.qui tamen de hoc nihil dicit, in l.quod ſæpe,§.ſi quis amico,ff.de contrah.empt.Nec item ex ea debentur laudimia(quod illi proximum eſt) vt voluit idem Guid.conſi.cxxvj.de anno domini,& in ſecundo dubio. Nec vt poſtea ſubdit in ſeq.dubio,cadit res in commiſſum ex huiuſmodi venditione conditionali:etiam ſi ea inconſulto domino facta fuerit. quod & idem voluit ipſe Guid.conſi. lviij.ex narratione,verſ.aut talis cõtractus.& Bal.quẽ non allegat in d.l.hæc vẽditio,in addi. verſ.dico ſi emphyteuta,& cõſi.ix.factũ tale eſt,anno domini,col.j.& ij.li.1.quod iterũ repetitur cõſi.88.lib.3. Nam cõſenſus (inquit) nullus eſt,donec cõditio exiſtat.l.non ſolùm,ff.de act.& obl.& l.ſub cõditione,& l.qui promiſit,ff.de cond.inde.& l.cedere diẽ,ff.de verb.ſig.& no.in l.ex placito,C.de rer.permu.& alia multa quæ allegat.& idem quoq; tenet Io.Blãchus in ſumma,tit.quib.mod.feu.amit.§.vaſallus,verſi.ſi peritus fuerit.& Io.Ray.in ca.imperialẽ, §.habito,col.xj.in paruis,tit.de prohib.feu.alie.per.Fed.cum aliis concord.adductis à Franc. Curt.ſeniore.cõſi.viij.viſo inſtrumẽto,col.ij.verſi.ij.moueor.Nec deniq; debetur gabella ex huiuſmodi cõtractibus aut legatis cõditionalibus, ex ſtatuto iubẽte eam ſolui ex legato vel cõtractu.Bar.in l.cũ Titio,ff.ad l.Fal.Bal.in l.in annalibus,C.de leg.vti eos allegat,& ſequitur Soc.in l.j.col.ij.verſ.ex quibus infertur,ff.de vul.& pup.ſed illi loquuntur de legato annuo.

*Item nec gabellam.*

*Emptorem cõditionalem nõ uſucapere. Multa de cõditionalibus actibus.*

24 ¶Et huc ſpectant alia multa,quæ ſcripſimus in repe.l.ſi.vnquã,in verbo,reuertatur.nu.277. deinde quia huiuſmodi.Sed quibus & tu addere potes,quod dicimus emptorẽ non vſucapere pendente cõditione.l.neceſſariò,in prin.ff.de peric.& cõmo.rei vend.& l.ij.§.ſi ſub conditione,ff.pro empt.cum ſimi.Et ex ſponſalibus cõditionalibus non induci iuſtitiã publicę honeſtatis.c.j.& ibi glo.de ſponſal.lib.6. Ex quo,& aliis quibſdam,tradit gloſ.quã ſequũtur Doct.in c.cùm plures,in gloſſ.vlti.de offic.deleg.eod.libr.vj.quòd ſi is qui delegatus eſt ſub conditione,ante eam impletam vſus eſt iuriſdictione,volentibus fortè aut non cõtradicentibus partibus , per hunc vſum non perpetuata eſt eius iuriſdictio. Et quod tradit Hoſt.in ſumma titu.de cond.appo.§.quæ conditio,col.ij.verſi.quid ſi cõtraho cum vna:quòd ſi ego contraham matrimonium cum vna ſub conditione,& poſteà cum altera purè, deinde extet conditio : ſecunda vxor eſt,non illa prior : & ſequitur Collect.in c.ſuper eo,in princ.extra eod.tit.vbi & adhuc allegat d.c.j.de ſponſ.lib.6.Et quod prætereà ſcribit Bal. in l. acceptam, col.vlt.in xxiiij.q.C.de vſur.quòd pendente cõditione non habet locũ ius offerendi,deponendi,cõſignandi,per text.quem dicit not.in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.ff.de verb.oblig. vbi ſoluiſſe non dicitur qui ante conditionẽ ſoluit.Et quod reſpondit Ang.conſil.clxxxix. anno ab eius incarnatione,liberationẽ generalem omnium obligationũ,non cõprehendere obligationes ſub conditione contractus:quod mulris probauit.Et Franciſc.Aretin.conſi.xj. procedendum eſt breuiter,col.j.contractum conditionalem , non eſſe propriè contractum. Nam (vt ei addam ) creditor cõditionalis non eſt propriè creditor,vt per Iac.But.Alb.Sal. Raph.Fulg.Ro.Alex.Fran.Are.& Iaſ.in l.j.ff.ſi cer.pet. Et vide Stepha. Bertr.conſi.lxxxviij. nu.8.lib.4.& Fran.Ripa.in lib.2.reſpon.c.xxix.nu.7. Et idem de debitore conditionali dicit ipſe Eran.Are.conſi.cviij.elegantiſsimè,col.ij.verſi.ſecundò principaliter,& ante eum Dy.in l.is cui,ff.de act.& obli.& Alb.in l.creditoris,ad fi.ff.de verbo.ſigni. Nam & qui tenetur ſub conditione, non cenſetur eſſe obligatus.l.ſi quis ſub conditione , ff.ſi quis omiſ.cau.teſt. & voluit Albe.poſt And.Piſa.in l.ſi ſeruus,§.j.col.vlt.ff.ſi quis cautio. vbi reprobat glo.vlt.ibi, quæ contrarium ſentit. Et debitum cõditionale non eſt debitum.l.in ſtipulatione, & l.plerunque,ff.de iure dotium,& Albe.in l.ij.§.j.nu.19.ff.ſi cer.peta.

*Legatum aut*

25 ¶Et quòd deniq; legatum aut fideicõmiſſum cõditionale non trãſmittitur ad hæredes ante impletam

*fideicōmiſſum conditionale non trāſmitti ad hæredes.*

impletam conditionem.l.j.§.ſinautem aliquid ſub cōditione,& ibi Bal.Raph.Fulg.& Corn. C.de cad.tol.& l.ſi ita legatū,§.j.ff.de leg.j.& l.hæres meus,in prin. & iterū l.ſi ita expreſſum, & ibi Bal.ff.de condi.& demon.& l.ſi cùm hæres,& l.ſeq.ff.quādo dies leg.ced.& l. ſi in perſonam,iuncta glo.in verbo,vtiliter,& ibi Bal.col.j.verſi.quæro vtrùm fideicōmiſſum,C. de fideicōmiſ.& l.in cauſæ,la ij.§.Pomponius,& ibi Bal.poſt Iac.ff.de mino.& l.hæredes mei,§. cum ita,& ibi glo.in verbo,ſuſcepiſſet.Alex.col.iij.& latè Soci.col.item iij.ſuper ea gloſ.ff.ad S.C.Trebel.& l.qui liberis,§.hæc verba,& l.ſed ſi plures,in princ.& l.qui plures.& l.Lucius, §.vlt.ff.de vulg.& pub.ſubſti.& l.toties,ff.de acq.hæred.& l.ſi ex pluribus,ff.de ſuis & legit.& voluerunt etiam Bart.& alij,in l.cum filiofamiliàs,& ibi Iaſ.col.iiij.verſic.v.not.ff.de legat.j. Signo.conſi.xxxv.caſus talis eſt,quidam Iac.col.ij.verſi.ad primam.Bal.in l.ſi pater,col.pen. in iiij.q.C.de inſtit.& ſubſtitu.Ang.conſi.cclxxxvij.pro clariori,col.ij.verſi.ſed cùm dies , & conſi.ccxciij.in facto.Rapha.Fulg.conſi.xiiij.in quęſtione,col.j.& conſi.ſeq.proponitur, col. quoque j.& conſi.xviij.Solumucia,col.j.& conſi.xxxviij.in propoſita,col.ij.& cōſi.l.quidam Ræmūdinus,col.ij.verſi.in quibus,& conſi.lxx.proponitur,col.ij.verſ.rurſum cōſtat.Rapha. Co.conſi.cxxj Geraldus,col.j.Rom.conſ.ccxlvij.primò,col.j.Fran.Aret.conſil.j.decreueram, col.ij.verſi.præmitto.Cepol.cauſarum ciui.conſi.liiij.quædam, poſt princip.lib.iiij.Barb.qui multos citat,conſi.lv.præclarè,col.ij.num.4.lib.2.Iaſ.conſi.lix.caſus ſic ſe habet, ad fin.libr.1. Philip.Dec.conſil.cccccliiij.quòd ſuprà,col.j.verſi.tertiò principaliter.Ant.Rub.conſi. xxxv. viſo teſtamento,col.ij.verſi.& ſi dicatur.

26 *Nec ad filios quidē & ſuos hæredes.*

¶Ac ne in filios quidē & ſuos hæredes , vt patet ex multis ſuprà alleg.& præterea in l.ſi cui legetur,§.j.& ibi Bal.& Flor.ff.de lega.j.& per glo.vlt.in l.j.& ibi Bart.Bal.Fulg.qui tamen id dicit eſſe contra mentem teſtatoris,& alij C.de his qui ante aper.tab.Cyn.Alb.& Bart.in l.is cui ſub conditione,contra gloſſ.& Petr.ibi, qui voluerant contrarium in legatis.ff.de acti.& obli.& Bal.in c.j.col.j.in fi.tit.qui ſuc.tene.cum aliis multis concor.traditis ab Alex.in l.cùm ex filio,col.j.ff.de vulg.& pub.ſubſti.& conſi.xvj.viſo teſtamento,col.j.libr.vj.& conſil. ccvj. ponderatis,col.j.eod lib.vj.& conſi.ccl.quò ad primum, in j.dubio,eod.libr.vj.& conſi.cclij. præclarè,col.j.eod.lib.6.& conſi.lxij.in cauſa,col.j.lib.7.& Soc.conſi.lxxvij.in præſenti , col.j. lib.1.& conſi.lxxiiij.omnipotentis,col.j.lib.4.& conſi.xciiij.pro clariori,col.iiij.verſicu.ſed in hoc,eod.lib4. Guid.Pap.conſi.ccxiiij.circa materiam,col.j.iterumq́ue,col.pen.Iaſ.in l.j.num. 92.ff.de leg.j.& conſi.lxxx.iſte caſus,lib.j.& Steph.Bertrand.conſi.xix.ex themate,in fi.lib.4. & conſil.xlij.viſo proceſſu,col.j.in fi.eod.lib.4.

27 *Contra priorē ſententiam. Venditio cōditionalis ſitne perfecta ante conditionem. Cōditione impleta contractus purus ab initio fuiſſe cenſetur.*

¶Verùm in diuerſam ſententiam & alia quædam nos poſſent trahere. Nam venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta , antequam conditio extiterit,vt dicit text.in d.l.neceſſariò, §.ſi ita res , ff.de peri.& com.rei vend. Et vſqueadeò quidem, vt non liceat alteri contrahentiū inuito altero ab ea diſcedere : vt dicit gloſſ.ibi,& in l.j.in princ.C.eod.titu.& in §.j.Inſtit.de emptio.& vendit.& Hoſtien.in ſum.eod.titul.§.ij.in fin.& Docto.vbique. Et quanquàm res pendeat quodammodo ex futuro (id enim negari non poteſt) tamē completa poſteà conditione,cenſetur contracta venditio in præteritum:vt dicit text.in d.l.neceſſariò,verſi.quòd ſi pendente conditione emptor. Nam conditione impleta perinde eſt , ac ſi contractus ab initio fuiſſet purus.l.vlt.§.j& ibi Ang.& Alex.qui adfert concord.ff.de vulg.& pup.Alb.in l. poſtquam,C.de hære.vel act.vend.Philip.Dec.qui & concord.adducit in l.pecuniam, col.j. in 2.not.ff.ſi cert.peta. De quo tamen vltimo dicto vide Bal.in repe.Paduana,l.edita,col.vlt. verſi.ego dico,C.de eden.& Iaſ.in l.vlt.§.1.col.1.ff.de vulgar.& pupil.& Lancel.Gal.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter,col.j.ff.de verb.oblig.

28 *Ad idem.*

¶Nec in noſtro hoc caſu quicquam intereſt emptoris,ſi interim admittat cōſanguineum ei offerentē pretium cum onere cōditionis & qualitatis ipſius venditionis : econtrario autem poſsit intereſſe cōſanguinei , vt nunc admittatur,cùm habeat promptas paratáſq; pecunias: quas fortè non habebit cedente conditione. Et in hanc ſententiam inclinare videntur ij qui tractant,an in huiuſmodi venditionibus conditionalibus tempus currat à tempore contractus,an verò cedentis conditionis:de quo nos latiſsimè dicemus infrà eod.tit. hoc §.gloſ.x. quæ eſt in verbo, *dedans l'an,* num.42.octauò quæro,& multis ſeq. Nam ſi pendente adhuc conditione non admitteretur conſanguineus,fruſtra quęreretur,an tēpus ei interim currat.

29 *Quid ſi contrahentes diſceſſerūt à uēditione cōditionali ante oblationē cōſanguinei.*

¶Et hanc quidem partem video paſsim apud nos obſeruari : quam ſi ſequendā arbitraris, (vix enim de iure communi obtineret : ) eam ita intelligas,niſi ſi, antequam cōſanguineus veniat ad retractum, emptor & venditor cōmuni conſenſu diſceſſerint ab huiuſmodi contractu conditionali. Nihil enim tunc videtur fuiſſe factū : quia emptio nulla fuit:niſi quantùm ad eum effectum , quòd alter contrahentium pœnitere non poſsit , vt ſuprà diximus. Et id nuncupatim,vt ſcilicet non ſit locus retractui, cùm partes ante cōditionem impletam diſcedunt à contractu , tenuit Ioan.Fab.in d.§.j.Inſtit.de empt.& vendi.ex quo potes intelligere eum eſſe in ea opinione,vt ante hunc diſceſſum conſanguineus audiri debeat. Quid autem, cum à pura venditione diſceditur,dicemus latè infrà tit.ſeq.§.vij.in gloſſ.j.in verbo, *ſeront preferez* , nu.18.ex hac autem noſtra,cum multis ſeq.

30 ¶Quòd ſi prior opinio magis nobis arrideat,vt ſcilicet non admittatur cōſanguineus ante

impletam



*Quid ſi proceſſum fuerit ad traditionē.*

impletam conditionem, eam etiam temperabis,niſi proceſſum fuerit ad traditionē rei:quia ex huiuſmodi venditione conditionali ſecuta traditione ante conditionem,transfertur dominium.l.dotis fructus,§.vlt.cùm l.ſed niſi hoc,quæ cōfeſtim ſequitur,ff.de iur.do. Ex quo dicit Bal.conſi.cccclxxviij.quidam Franciſcus condidit,col.ij.verſi.& modò ſic eſt,li.1.nulla conditio impedit principiū eſſentiæ contractus,ſi ventum eſt ad traditionem:ad quod prætereà allegat l.ſub cōditione,ff.de ſol.& l.j.§.j.ff.de vſuc.pro dot. Idq; dicit procedere, etiāſi ſimplex precariū interuenit·nam qualiſcunque traditio ſufficit, ſiue trāſferatur naturalis & ciuilis poſſeſsio,ſiue alterutra:etiamq; ſi ſit clādeſtina,modò fiat à domino,vt dicit ſing.illa l.ſi fundū,ff.de fun.dot.Sed & ad id quod ſuprà diximus,ponderat d.l.dotis fructus, §.vlti. Bar.in l.j.§.ſi vir,paulò ante fi.& ibi Alex.col.pe.verſ.iuxta proximè dicta,Franc.Are.col.pe. verſi.extra glo.& alij recentiores,ff.de acqui.poſ.Imo.in l.ſtatuliber,ff.ad l.Fal.& Paul.Caſt. conſi.cclxvij.in facto illorū poſt prin.lib.1.vbi declarat quomodo id intelligatur. Et Corn. conſi.l.videtur in hac,col.iiij.in literis,f,g,h,lib.1.& conſi.ccxiiij.licet in hoc,col.j.verſic.nam ex contractu,& iterum col.ij.verſi conſtat etiam,eod.lib.1.vbi & id declarat. & conſi.lxxiiij. præmitto,col.iij.verſi.nam tunc cēſetur,lib.4.& Steph.Bert.conſi.1.viſo proceſſu,col.xij.nu. 65.& ſeq.lib.1.& conſi.clxxxv.quamuis donatio,in princi.libr.3.

31 ¶Et ante hos glo.not.in l.ſeruitutes ipſo iure,in verbo,ſub conditione,poſt prin.ff.de ſerui. quæ per illum text.in d.l.ſed niſi hoc,trahit non ſolùm per traditionē,ſed & per ſimplicem patientiam:tranſire dominium ſeruitutis conſtitutæ ſub cōditione ante impletam cōditionem,& illam Ang.ibi col.vlt.dicit ſing.& mirandā.cui tamē dicit repugnare rationem literæ in §.interdum,Inſtit.de rerum diuiſ. Sed eam ſimpliciter ſequitur Pau.Caſt.ibi,col.j.qui & eam dicit ſing.& menti tenendam in id,quòd ſicut in re corporali vendita ſub conditione, ſi interim tradatur,ſtatim transfertur dominium,per d. l.dotis, in fi.ita in iure incorporali, ex patientia,quæ in huiuſmodi re pro traditione habetur l.quoties via,quæ eſt pen.eod.tit. etiam transfertur dominium ante impletam conditionem. & ſequitur etiam Franc.Aret.in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.pen.verſi.tertiò adde,& Soc.col.vlt.verſi.extra glo.ff.de acquir.poſſeſ.

32 ¶Et id confirmat , quia quod ſuprà diximus non cadere emphyteutam aut vaſallū ob rem venditam conditionaliter,intelligitur,niſi proceſſum ſit ad traditionem.Ita enim expreſsim voluit Bal.d.conſi.ix.lib.1.& iterum conſi.xcv.mortuo Gregorio,lib.3.& in c.j.§. hoc quoq;, col.pen.verſi.ſed hîc quæro vnum,tit.de ſucceſ.feu.Ad quod etiā facit,quod in ſimili tradit idem Bal.in c.1.§.vlt.verſi.ſed pone pater,tit.quæ fuit pri.cau.amit.benefi. & in l.j.col.vlti.in xvj.q.C.de his quæ pœ.no.& in c.Cumana,col.ij.verſi.& prædicta faciunt, extrà de elect.& Card.Alex.in cap.1.col.v.verſi.quæro quid ſi vaſallus vendat & trāſferat.tit.de prohib.feud. ali.per Fed.& Felin.qui id optimè declarat poſt alios,in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. col.xxxiij. verſi.quinta declaratio,extrà de conſti.Franc.Cur.ſenior d.conſi.viij.viſo inſtrumento,col. ij.Iaſon in l.non ſolùm,§.morte, col.pen.ff.de oper.no.nunti.& in l.vlti.col.pen.in xxiiij.q. C.de iure emphyteu.Philip.Dec.conſi.clx.in cauſa monaſterij,col.2.& Franc.Rip.in c.cùm M.Ferra.nu.80.verſi.ſublimita.de conſtit.

*Quid ſi traditio quoq; fuerit cōditionalis.*

33 ¶Sed quod dictum eſt,conſanguineum admitti ad retractum venditionis conditionalis , ſi ad traditionem proceſſum fuerit , quia ex ea transfertur dominium : intellige, ſi non etiam traditio ſit conditionalis:vti in dubio præſumitur,niſi aliter dictum ſit,ex ſententia Bart.in l.ſub conditione , ff.de ſolutio. nam tunc nec dominium nec poſſeſsio transferuntur. l.qui abſentis,§.j.ff.de acq.poſſ.& voluit Bal.d.conſi.cccclxxvij.col.ij.lib.1.ita intelligēs,quæ ex eo ſuprà diximus verſi.ab hinc tertio.Quamuis id non procedat in vēditione rei feudalis aut emphyteuticæ,de qua locuti ſumus in verſi.præcedenti. nam etiam ſi vaſallus aut emphyteuta vendat & tradat ſub conditione,cadit re ita vendita, vt dicit Bal.d.conſi.xcv.libr.3.allegato in d.verſic.præcedenti. Sed id fit ob ſpeciales quaſdam rationes quæ in eo caſu obtinent , licet non in cæteris.Et cum his finem facio huic quæſtioni. Sed tamen omnino vide text.in l.neceſſariò,in prin.ibi,quòd ſi pendente conditione res tradita ſit, & quæ dicam in d.verbo,*dedans l'an,*vbi ſuprà,quia huc admodum pertinent.

*Quæſt. An retractus habeat locum in uenditione facta ſub modo.*

34 ¶ET ex his quæ ſuprà diximus de venditione conditionali,idem dicendum cenſent Seba. Neapodanus,& Matth.Afflict.in locis allegatis in præced.q. in princip.in venditione etiam facta ſub modo,per not.in l.eas cauſas, ff.de condi.& demonſt.quia æquiparātur modus & conditio.l.j.C.de his quæ ſub mod.& l.inſulam,§.vlt.ff.loca.quæ iura in id citat Andr.Iſer. in c.j.tit.quæ fuit pri.cau.amit.bene. Ego verò etiamſi retractus non haberet locum in conditionali venditione,tamen aliud dicerem in modali,vt cùm noſtris loquar. Multum enim inter vtrunque intereſt quantùm ad perfectionem contractus , quæ maximè hîc inſpicitur. Nam contractus factus ſub modo,eſt purus reſpectu cōditionalis,vt probatur in l.libertus, §.hæc ſcriptura.ff.de manu.teſta. Ideoq; licet ex conditionali non detur actio, niſi primùm impleta conditione,vt diximus & probauimus ſuprà in princip.præced.q.ex modali tamen continuò naſcitur & datur præſtita cautione de modo implendo.l.liberto , §.Lucius , ff.de annu.leg.& l.ſi tibi legatum , ff.de leg.3.& l.quibus diebus,§.vlt.& ibi Bar.& l.ea,ff.de condi. & demonſt.& l.cùm teſtamento,ff.de fideicom.liber.

¶Ideoq;

*Modũ & conditionem longè differre.*

35 ¶Ideoque glo.Bar.Bal.& alij in d.l.j.C.de his quæ ſub mod.dicunt id quod in ea l.ſcribitur, modum pro conditione obſeruari, intelligi quò ad quædã tantùm. Nam & aliàs videmus ſententiam ſub conditione ferri non poſſe,nec debere,l.j.§.biduum,ff.quan.app.ſit,& not.in l.cùm iudex,C.de ſent.& interlo.om.iudic.Sub modo autem poſſe.l.cum eorum,C.eod.tit. igitur cùm modus non ſuſpendat,vti facit conditio : nec faciat, quin actus ſit purus, quid tandem cauſæ eſt,cur retractus locum non habeat,propterea quòd in nõnullis æquiparentur. Nam & videmus contractus conditionales puris etiam in quibuſdam comparari, vt etiam ſuprà diximus nu.27.verùm in diuerſam.

*Quæſtio Retractus an locum habeat, uenditione ita facta,ut dominiũ non tranſeat, niſi ſoluto pretio.*

36 ¶CAETERVM quæſtionis quoque eſt,ſi ita facta fuerit venditio, vt dominium nõ trãſeat in emptorem,niſi prius ſoluto integro pretio : an interim erit locus retractui? Quod non videtur,quia vt ſcriptum eſt in l.cùm manu,quæ eſt pen.§.nemo , qui eſt vlti.ff.de contrah. empt.nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe,de cuius dominio id agitur,ne ad emptorem tranſeat:ſed hoc aut locatio eſt,vel aliud genus contractus,ſcilicet, vt dicit glo.pignoris vel emphyteuſis.Et ibi Bal.in addi.in fi.quærit,an valeat hoc pactũ,de quo in noſtra quæſtione loquimur,nec tamen ſoluit,ſed ſe remittit ad id quod dicit in rubr.C.eod.titu.quo in loco primùm in ix.q.illud dicit,quòd ſi in venditione ponatur pactũ, quod à cõtractu remouet naturalẽ eius effectũ·puta ſi vendo rem,retento dominio vtili & directo,non tenet vẽditio: quia à quo remouetur naturalis effectus,remouetur & ſpecies,per d.§.nemo.Si verò vẽdatur vtile dominium,retento directo,tenet venditio , licet emphyteuta non ſit omnino dominus:per glo.in d.§.nemo.Sed paulò pòſt,videlicet in xiij.q.deſcendit ad ſpeciẽ,de qua hîc quærimus,ſcilicet cùm venditor tradit rem eo pacto,vt non tranſeat dominium,donec pretium integrè ſit ſolutum. Et videtur (inquit) non valere id pactum : quia iſta traditio non habet eum intellectum,quem ſapit contractus:per d.§.nemo. Subdit tamen iſtud pactũ eſſe naturale,per §.venditæ,Inſtit.de rerum diuiſio.Quin & ſi (ait) eſſet tranſlatum dominium, poſſet venditor ſibi reſeruare manus iniectionem in rem , ſi pretium non ſoluatur , vel ſi pacta non ſeruẽtur,arg.l.ſi Titius,ff.de ſer.expor.Subiungitq; hanc eſſe veritatẽ.Secundùm cuius ſententiam Matth.Afflict.deci.Neapol.cccxxxviij.nobilis Petrus Paulus , poſt multa concludit,in ea ſpecie,de qua priuatim loquimur,habere locum ius noſtrũ cõgrui.Ita enim, vt alibi diximus,appellant id ius retractus. Et ita quoque aſſerit fuiſſe concluſum in conſil. Neap.Idem verò Matth.in tract.proto.in prin.col.xv.verſi.ſed ponamus quòd quis vẽdidit, in ea fuit ſententia,vt ſi vẽditor tradidit rem venditã pretio non ſoluto,& fuit habita fides de pretio,locus eſt retractui : cùm ita tranſlatum ſit dominium,aliàs non:per not.per Cyn. in l.inciuile,C.de rei vendi.& in l.ſi non donationis.C.de contrahen.empt.

37 ¶Sed & rurſus idem Math.in eodẽ tractatu,in verbo,licet enim ſuprà diximus,col.vj.verſi. ſed quæro de quadam vtili q.tanquàm ſui oblitus,hanc eandem q.retractat, dicitque videri in hoc caſu locũ eſſe iuri congrui:quia licet text.in d.§.nemo,dicat, quòd ob dictũ pactum deſinat eſſe venditio,tranſeátque in alium contractum : tamen hoc intelligitur,quando id pactum poteſt transfundere cõtractum ipſum in alium vtilem contractum:quòd ſi per hoc pactum vitiatur cõtractus,nec fit transfuſio in alium,tunc pactum ipſum vitiatur,& manet contractus validus:vt pulchrè in alio ſimili caſu declarat Pau.Ca.in quodam conſi. (quod ipſe aliter non deſignat,ſed conſi.lxxv.notandum eſt quod præfatum,col.2.verſic.vel aliter li.2.)quòd ſi vir vxori donet omnia ſua bona præſentia & futura,cum iuramento,eo pacto ne ea donatio poſsit reuocari,huiuſmodi pactum non facit eam tranſire in donationẽ inter viuos & irreuocabilem:nam ſi id faceret,redderetur donatio nulla, vtpote quæ auferret liberam teſtandi facultatem. Ideo dicendum eſt potius iſtud pactum & iuramentum vitiari, & prædictam donationem remanere donationem cauſa mortis:per multa quæ illic allegat. Et ſic (inquit Matth.) cùm non poſsit ex hac ſpecie emergere aliquis contractus vtilis manente eo pacto,conſequens eſt,vt contractus ipſe maneat efficax,reiecto dicto pacto : & ſic in eo locum habeat ius congrui. Et facit (inquit) quod voluit Ang.conſi.ij.certum eſt , de venditione facta cum pacto, ne dominium traſeat in emptorem. Et quod idem ſcribit in l. iuriſgentium.§.ſed cum nulla,col.ij.poſt Pet..ibi,ff.de pact.quòd contrahentes non poſſunt facere,quòd ſtipulatio non ſit ſtipulatio.l.in bello,§.factæ,ff.de capt.& poſtli.reuer.ſed bene poſſunt facere,vt non habeat effectũ,niſi pacti nudi.l.j.de pact.& l.non omnis, ff.ſi cer.peta. Sic etiã,vt dicit Math.non poſſunt facere,vt emptio non ſit emptio,ſed eius effectũ poſſunt minuere.Subdit autem ipſe Matth.cõtra hæc facere ea,quæ ſuprà ex Bal.adduximus in d.q. xiij.rub.de contrah.empt. Sed his reſpondet,adducitq; Bal.in ſuam ſententiam,vt ſit locus in huiuſmodi venditione iuri cõgrui. Tandemq; illud dicit,quòd ſi cõtrarium diceremus, viam fraudibus aperiremus : nam qui vicinum iure congrui vellet excludere, emeret cum dicto pacto,& poſteà clanculũ ſolueret pretium.Et ita eum in hoc poſtremo loco refert & ſequitur Chaſ.in conſuet.Burg.hoc eod.tit.§.x.in verbo,*le vendeur & achepteur*,in principio.

38 ¶Quibus,quãtum ad illud de fraude,adde quod in ſimili tradit Bal.loquẽs de emphyteuſi à vaſallo conceſſa ad longum aut longiſsimum tempus,ea l.ne vtile dominium tranſeat in emphyteutam. Id enim videri factum in fraudem,per not.à Dy.in l.codicillis,quæ eſt pen.

§.inſtit



§.inſtituto.ff.de leg.ij. Ita enim voluit Bal.in c.Imperialem,in princ.col.ij.verſi.quæro nunquid vaſallus,& ibi quoque Mart.Laud.col.iij.verſi.ad fin.glo.tit.de prohib.feu.alie.per Fed. & ſequitur Alex.conſi.lxviij.viſis duobus,col.ij.verſic.nec prædictis obſtat,lib.1.quod conſil. reperitur conſi.clxv.lib.2.& rurſus idem Alex.conſi.cv.in cauſſa.col.ij.verſi.non obſtat quartum,lib.3.& Iaſ.conſi.xciiij.pro domino,col.vlt.lib.1. Et ſimile quippiam voluit ipſe Bald.in c.1.in prin.col.vlti.paulò ante fin.tit.qui feud.dar.poſ.Tu tamen ſuper priori illo dicto vide eundem Bald.Imo.& omnino Alex.in l.ſi domus,§.vlti.ff.de leg.ij. & ipſum.Bal.in c.quæ in eccleſiarum,col.iiij.verſi.quæro nunquid.extrà de conſtit.& Imo.conſi.lxviij.in caſu,col.vlt. cum aliis concord.adductis à Feli.in d.c.quæ in eccleſiarum,col.xxx.verſic.ſexta declaratio, & Card.Alex.in d.c.Imperialem,col.vlt.& Fran.Cur.Iuniorem in tract.feu.in iiij.parte prin. char.41.verſic.tertiò principaliter,col.ij.ibi,eſt verum.

39 ¶Nec tamen omiſerim,id quod dictũ eſt ſuprà,id pactum, vt non tranſeat dominiũ in emptorem,niſi ſoluto integro pretio,non vitiare contractũ,tenere pręter Bal.vbi ſuprà,nuncupatim Io.And.in addi.Spec.tit.de emp.& vend.§.j.col.iiij.in addit.inci.facilè ergo erit. & Pan. conſi.lxvj.viſo quodam inſtrumento, colu.j.lib.1.per multa illic allegata, vt videre omnibus promptum eſt & expoſitũ.& iterũ conſi.lxix.caſus in his terminis,col.vlt.li.2.Soc.conſ.179. circa præſentem,col.j.verſi.item licet quando,lib.4.Fabia.à Monte S.Sab.in tract.de empt.& vend.in vij.q.prin.col.vlt.Phil.Deci.conſ.cxix.cuius ſuperſcriptio incipit,licet inſtrumentũ, col.iij.verſ.tertiò ſtãte,& conſi.ccccxl.ſuperioribus diebus,in prin.Ideoq; nihil obeſſe video, quin & in ea locum habeat retractus cum eo onere & pacto:vt de venditione cõditionali ex quarundam ſententia diximus,& de venditione cũ pacto de reuendendo dicemus in tit.ſeq.

*Quæſtio retractus an habeat locum in uenditione pura, à qua partes ſponte diſcedunt.*

40 ¶SED & illud quæro,quid ſi poſtquàm venditio pura facta eſt, partes ſponte diſcedunt ab ea,reſtituto viciſsim fundo & pretio:an tũc habeat locum retractus. Et hæc quidem res duplex habet dubium:primùm,an ſit locus retractui prioris venditionis,vt ſcilicet poſsit conſanguineus prioris venditoris retrahere,non obſtante ea diſceſsione,quam rem late tractabimus tit.ſeq.in gl.vij.in verbo,*ſeront preferez*,nu.18.ex hac autem noſtra,& multis ſeq. Secundum,an & in huiuſmodi diſceſsione locũ habeat retractus,vt ſcilicet conſanguineus emptoris,qui fundum reſtituit,reſtituto ſibi viciſsim pretio poſsit retrahere, tãquam is emptor ita vendidiſſe videatur.Et certum eſt, quòd ſi id fieret vi pacti de reuendendo appoſiti in contractu,non eſſet locus retractui:vt videbimus in d.tit.ſeq. Sed hîc quærimus,cùm nullũ eius rei fuit pactum appoſitum in cõtractu:aut ſi quod appoſitum fuerit, tempus ipſius erat iam tranſactum,cùm partes à contractu diſcedunt.Qua in ſpecie Pau.Caſt.conſi.lxxiiij.in cauſa mota,col.vlt.verſi.videndum eſt,lib.2.reſpondit non eſſe locũ huic ſtatuto loquenti de venditione,& ſic de cõtractu,non de diſtractu.Ideo cùm ſit contra ius cõmune,ad hunc caſum nõ extenditur,iurib.vulg.quia caſus omiſſus habetur pro omiſſo. d.l.ſi extraneus,ff.de cõd. ob cauſ.Hæc ille.Cuius dicti veritas ex eo pendet,an ſtatutum loquens de contractu habeat locũ in diſtractu:de quo nos latè diximus in noſtris Legibus connub.in verb.*contracter*,in q. 1.& multò latiùs dicemus in ij.editione eius operis, & aliquid quoq; obiter & per trãſennam dicemus infr.tit.procedente,§.vj.in verbo,*les loyaulx couſtz*.nu.6.nũc tempus eſt,& multis ſeq.

41 ¶Nam quod ad hanc noſtram conſuetudinem pertinet,ego aliter cenſeo:quia cùm iſte emptor per venditionem puram ſine pacto reuendendi,aut aliter diſtrahendi factam, & traditione ſubnixam,aut ſi pactum appoſitum fuerit,per lapſum temporis ei pacto præſtituti,fuerit factus dominus irreuocabilis,non video quin iſte ſpontaneus vltroneuſq; ab eo contractu diſceſſus habeat vim alterius nouæq; venditionis. Et ita quidem, vt ex ea debeantur altera laudimia,alteraq; gabella,ex ſtatuto iubente ſolui gabellam ex contractu,vt videre licet apud Guli.Cu.Alb.Ang.& Pau.Caſt.in l.ab emptione,ff.de pact.Bal.in l.iij.§.contrarium,ff. de contr.act.tu.Ang.conſi.xciiij.cùm lis & quæſtio,col.penul.verſic. videndum igitur reſtat, cum aliis concor.adductis à Firmia.in tract.gabellarũ in v.parte prin.quæſt.v.& in viij.parte princip.iij.part.eiuſdem quæſt.xiiij.atque etiam à nobis infrà titu.ſeq.§.vj.glo.ij.in verbo, *les loyaulx couſtemens*, præſertim verò cùm noſtra conſuetudo loquatur non tantùm de venditione,ſed aliis contractibus æquipollentibus venditionibus.

42 ¶Sed hoc tamen ita intelligendum eſt,vt etiam cõſanguineus prioris venditoris, qui poſteà redemit,admittatur ad retractum prioris illius venditionis,& conſequenter poſterioris, qua ſcilicet à priore diſceſſum eſt:ſi tamen ſit adhuc intra tempus redimendi:iuxta ea quæ latiſsimè dicemus in d.ſeq.tit.§.in verbo,*ſeront preferez*. Et ſic is prioris venditoris conſanguineus præferetur cõſanguineo emptoris,cùm ius ſit illi quæſitũ ante ſecundam venditionem, quæ ex diſceſſu prioris manauit,quod ius competit nõ tantùm aduerſus ipſum emptorem priorem,ſed & alios quoſcunque,ad quos res ipſa peruenit,vt etiã dicemus d.tit.ſeq.§.iij.in prin.

*Quæſtio retractus an habeat locum re uendita nondum tradita.*

43 ¶QVID autem ſi quis vendidit ſimpliciter, ſed non tradidit,an ſit locus retractui ? Quod pleriſque indubitatũ poſſet videri, quia conſuetudo ſimpliciter loquitur de venditione:nec de traditione,aut alienatione ſiue dominij tranſlatione,quicquã dicit.Igitur ſatis eſt,ſi fuerit res vendita.§.j.Inſtit.de empt.& vend.vbi emptio & venditio cõtrahitur,ſimulatq; de pretio conuenerit, quamuis pretium nondum numeratum ſit,& ſic ante quàm dominiũ ſit tranſ-

latum.neque enim transfertur,niſi prius numerato pretio.l.quod vendidi,ff.eo.tit. & §.venditæ, Inſtit.de rer.diuiſ. Hincq; dicit Bart.in l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,ff.de leg.j.quòd iuſſus vendere à teſtatore,dicitur ſatisfeciſſe ex ſolo titulo venditionis, etiam ſi non tradidit arg.l. in numerationibus,ff.de ſolut.& ſequuntur Bal.Ang.& Pau.Caſt.in d.§.meminiſſe,cum cõcord.ibi adductis ab Alex.& Fran.Aret.conſi.vj.viſo inſtrumento,in j.dubio,& Socin.conſi. cxxxiij.profectò,col.ij.verſicu.ſed nunc ſubtilius,lib.1. quod repetitur conſil.clxxiiij.lib.2.& Phil.Deci.in l.ſingularia,col.vij.verſi.ſecundò ex prædicto,ff.ſi cert.peta. & conſil.ccccccxlv. præſuppoſita,col,ij.verſi.ſed maior.licet contrarium voluerit Bart. ſibi contrarius in l.vxorem,§.agri plagã,circa med.ff.de leg.iij. Et ſi quis ſub pœna promiſit vendere,& poſteà vendidit,& non tradidit,ſatis promiſsioni fecit,nec incidit in pœnam.Bal.in l.vlt.C. de pact.inter empt.& Fran.Aret.d.conſi.vj.col.ij.verſi.ſed dubium remanet.& iterum conſi.xxviij.diligenter,col.j.& Iaſ.conſi.xlj.in duabus:col.iij.verſi.nec obſtat ſi diceretur,lib.3.& Phil.Deci.in l.cùm fundus,§.ſeruũ tuum imprudens,in j.not.ff.ſi cer.pet.& conſi.cccccij.ex duobus,col.ij. verſi.ſecus eſt in eo.& conſi.ſeq.ſuperioribus,col.ij.verſi.ſed ratio iſta.Ludo.Gozad.in l.ij.C. de pact.inter emp.& vend.& conſi.xxxviij.in cauſa nobilium,col.iiij.num.10.

*Emphyteuta aut uaſallus, an cadant emphyteuſi, aut feudo,ex uenditione ſine traditione.*

44 ¶Et huc quoque pertinet tex.in l.alienatum,in prin.ff.de verb.ſigni.vbi ita ſcribitur:Alienatum non propriè dicitur,quod adhuc in dominio venditoris manet:venditum tamen certè dicetur.Ex quibus verbis apertè intelligis,id propriè eſſe venditum, quod etiã manet in dominio venditoris,quia res non fuit tradita.Et arg.illius tex.iuncta glo.j.Imo.in c.potuit,col. xxij.verſi.aduerte tamen.& ibi quoque Barb.col.iij.verſi.ſed quid ſi non tradidit,extrà de loca.& ipſe Barb.in c.2.col.iiij.verſi.limita etiam procedere,extrà de feud.& in repe.rub.de reb. eccle.non alie.col.x.verſi.nonò limita.& Guid.Pap.conſi.cxlvij.conſilium,col.antepen.verſi. ſed reſtat,adſeueranter tradunt,emphyteutam ob ſolam venditionem ſine traditione cadere emphyteuſi.Nam tex.ibi,& ſimiliter in l.vlt.C.de iur.emph.loquitur de venditione, non de alienatione.Et in eadem opi.fuit Pet.neſcio quis Doct.antiquus,quem refert Collect.in d.c. potuit.col.iiij.verſic.quid ſi emphyteuta:qui & ipſe ita de hoc loquitur, vt neſcias,ſitne eius ſententiæ,an contrariæ.Et facit etiam l.quidã in teſtamento, verſi.ſecundùm hoc igitur,ff.de fideic.lib.& quod tradit Cy.poſt Pet.in l.vlt.§.ſed quia noſtra maieſtas,C.com.de legat.cum quærit,vtrùm debeatur laudatiuũ ex venditione,quæ reſoluitur , & cuius dominiũ redit ad alium ex cauſſa antecedenti.& diſtinguit:vtrùm cõſuetudo laudimiorũ loquitur ſimpliciter de vẽditione:& tũc debetur ex ea etiã reſciſſa ob cauſſam præcedentẽ,quia ſufficit, quòd res ſemel vẽdita fuerit,etiãſi nõ duret.l.ſi quis,C.de inſt.& ſub.Secus,ſi loquatur de alienatione.

45 ¶Sed contra Petr.illum à Collect.relatum,Imol. & Barba.in illa ſpecie d.l.vlti.& d.c.potuit, tenet vniuerſa propè cohors ſcribentium , vt ſcilicet ex ſola venditione non cadat emphyteuta,niſi proceſſerit ad traditionem. Ij ſunt Spec.tit.de loca.§. nunc aliqua:verſic.xcv.Ioan. And.Paul.Liaz.& Anto.in d.c.potuit.Petr.Iaco.titu.de actio.in rem pro re emphy.quæ ceci. in commiſ.col.iiij.in paruis,verſi.item circa,Alberi.& Salyc.in d.l.vlti. vterque colum.vlti.& Ioan.Fab.col.j.& Iaſ.char.pen.verſic.xix.C.de iur.emphy.Bald.conſi.ix.factum tale eſt, anno Domini,col.ij.verſic.quæritur vtrùm,lib.1.quod repetitur conſi.clxxxviij.lib.3.& idem Bald. conſi.ccccxv.præmittendum eſt,circa medium,eod.lib.1.& conſi.clx. quæritur vtrùm ſi emphyteuta,verſi.conſidera,lib.3.Anto.conſi.xxxiiij.caſus,emphyteuta vendens,& conſ.xxxvij. Lougus quidam,in fin.Rom.in l.ſequitur,§.idem Labeo,ff.de vſucap.Pau.Caſt.in l.j.§.ſi rem depoſitam,ff.depoſi.Rapha.Co.conſi.xlj.ad primum quæſitum. Alter Raph.Fulgo.conſil.ij. Petrus tenetur,in j.dubio,& conſi.xj.emphyteuta,col.j.Alexan.in l.ſi à me,& iterum in l.ſtatuliber,colum.j.ff.ad legem Falcid.& conſ.clxxiij.viſo themate & ſcripturis,col.ij.verſi.quinimo,lib.2.quod repetitur conſi.xcj.lib.3.vbi id dicit ſingu.& idem Alex.conſi.lxxvj. in cauſſa & lite vertente,col.ij.num.5.lib.7.Franc.Aret.qui & id dicit ſing.in l.continuus, §. cùm quis, colum.ij.verſi.quantùm autem,ff.de verb.oblig.& Barb.ſibi in eodem cap.contrarius,videlicet in d.c.potuit,col.vij.verſi.in gloſ.potuit,extrà de loc.Franc.Curt.ſeni. qui hanc dicit eſſe communiorem opin.conſi.viij.viſo inſtrumento. paulò ante fin.Guido Pap. ſibi contrarius deci.Delph.cj.ſi quis rem,& deci.clxij.fuit etiam deciſum,ad finem, & conſil.cxxvj. de anno Domini,paulò ante fin.& conſi.cxlvij.conſiliũ pro R.in vj.dubio.& conſi.cxcij.ex facti narratione,col.ij.verſi.& præmiſſa dico,& in tract.de pœnit.iur.in x.quæſt.Iaſ.in l.filiusfamilias. §.Diui,in j.lect.col.vij.verſ.ſecundò contra differentiam,ff.de leg.j. Hippo.Marſi.ſing.ccccxij. plures ſunt.Alcia.in d.l.alienatum,ff.de verb.oblig.Stephan.Bertr.conſi.xlv.pridem de anno Domini,in j.dubio,lib.1.Fran.Rip.lib.2.reſpon.clerici.num.18.

46 ¶Mouetur Specul.huius ſententiæ antiſtes,& cæteri eius aſſeclæ hac ratione, quoniam vendere cum effectu accipi debet.l.j.§.hæc verba,ff.quod quiſque iur.& cap.relatum, de cleri.nõ reſid.& cap.hæc autem verba,de pœnit.diſt.j. Perfecta autem venditio non dicitur ante traditionem.§.venditæ,Inſtit.de rer.diuiſ.& cap.cùm Ioannes, ad princ.de fid.inſtr.& dicemus latius infrà eo.§.gloſ.x.in verbo,*dedans l'an*.in xx,quæſt.verſic.nam & contractus. Quæ ratio multùm accedit ad caſum noſtræ conſuetudinis,quæ(vt iam ſæpius diximus,& dicemus ſæpiſsimè) huc omnino reſpicit,vt res maneat in familia ſiue genere venditoris. Igitur ſi non fuerit



fuerit tranſlatum dominium,(vt non eſt,niſi res tradita fuerit,vt dictum eſt,& probat etiam text.in l.traditionibus,C.de pact.& l.ſi ager,ff.de rei vend.cum ſimil.) nihil eſt, quod locum faciat noſtræ conſuetudini,niſi ſi traditio facta fuerit:cùm ex ſola venditione nondum exierit res è dominio,& ſic è familia & genere venditoris. Et hanc rationem conſiderauit Ioan. Fab.in d.§.j.Inſtit.de emp.& vend.ad hunc noſtrũ caſum, vt ſcilicet nondum re tradita non competat conſanguineo ius retrahendi:præſertim ſi retrahentes ab ea diſceſſerint. Quod & voluit Chaſſ.in hoc eod.titu.§.j.in verbo,*vendu*,in princ.

47 ¶Idem autẽ,quod in emphyteuſi diximus & in feudo obtinere,vt ſcilicet non cadat in commiſſum ex ſola venditione ſine traditione,& ita rei dominio nondum tranſlato,ſatis probat tex.in c.1.§.callidis,ibi,vendunt & in alios transferunt,& ibi And.Iſer.& Bald.ſubobſcurè,& Mart.Laud.qui eum §.legit cum prin.col.ij.verſi.no. ſecundum,& Card.Alex.col.ij.eiuſdem c.1.in prin.& rurſum in d.§.callidis,col.j.tit.de prohi.feud.ali.per Fed.& voluit idem Bald.in d.c.1.in prin.verſi.ſed ſi ſpecialiter.& ipſe And.in cap.ſi inter,in prin. & ibi quoque Aluar.& Matth.Afflict.tit.de vaſal.qui contra conſtit.Loth.alie. & in c.1.& ibi item Aluar.col.vj.tit.de prohib.feud.alie.per Loth.& in c.1.& ibi etiam Aluar.col.ij.& Cardi.Alex.col.quoque ij.titu. quid iuris ſit.Petr.Iaco.in tit.de act.in rem pro re feud.contr.emp.col.iij.in paruis,verſi.item eſt notãdum.Bal.in c.1.§.aut ſi libellario.col.vlt.verſi.ſequitur in tex.aut pignori.& ibi etiam Aluar.Mart.Laud.qui eum §.legit cũ §.ſimiliter,col.vlt.vbi id dicit ſing.& ibi quoque Card. Alex.col.ij.tit.quib.mod.feud.amit.l.j.& idem Bal.in c.1.§.denique,col.ij.verſi.item not.quòd iſte text.& ibi Mart.Laud.col.vlti.Aluar.in xliij.concluſi.tit. quæ fuit pri.cau.amit.benefic.& idem Bald.in c.1.col.j.in iij.not.in fi.tit.de alie.feud.& conſi.ccccxxxij.magnifici,col.ij.verſic. quartus paſſus,lib.1.& conſi.ccxv.proponitur quod inueſtituræ,col.ij.verſi.item nec tranſtulit,lib.2.& conſi.cccxlix.qui litem habebat,in prin.eo.lib.2.& conſi.cclxxvj.ad euidentiam, in prin.lib.5.quod repetitur conſi.cccxv.eo.lib.& rurſus idem Bal.conſ.ccciij.quidam nobilis,in prin.eo.lib.5.Io.Ray.in c.1.§.habito,col.iij.verſ.quæro quid ſi vaſallus,tit.de prohi.feu.ali.per Fed.Pau.Caſt.in d.l.j.§.ſi rem depoſitam,ff.depoſi.Alex.conſi.xxx.quoniam omne datũ,col. v.verſi.pro hoc facit,lib.1.quod repetitũ eſt conſi.ij.lib.5.Corne.conſi.xj.in præſenti,col.xiiij. ſub litera,o,lib.3.Fran.Are.conſi.vj.viſo inſtrumento,col.iiij.verſi.& eſt aduertendũ.& conſi. xiiij.viſo & diligenter,col.iij.verſi.& eſt aduertendum.Card.Alex.in c.1.§.prætereà,col.j.titu. de capi.Cor.Guid.Pap.in d.deci.Delphi.clxij.ad fi.& in d.tract.de pœnitentia iuris, q.x.Iac.à S.Georg.in trac.feu.in verbo,cum pacto de non alienando,col.ij.verſi.item quod dixi.Barb. conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xiij.verſi.& vlterius præmitto,lib.1.Fran.Cur.Iunior etiam in tract.feud.in iiij.parte prin.col.eiuſdem partis xlvij.verſi.xx.quæro nunquid ad hoc vt vaſallus.Ferd.Loaz.in repe.d.§.Diui,char.15.nu.284.Corſe.in ſuis ſing.in verbo, alienatio,verſ. per alienationem.Hipp.Marſi.ſing.ccccxij.quia plures ſunt cauſæ.Bap.à S.Blaſio,in tract.differentiarum.verſi.cxix.vaſallus vendendo.Zaſius in epito.feud.parte ix.char.3.verſicu.tertiò fallit,iterumq; parte x.char.1.verſi.ſecundò fallit.Matth.Afflict.in conſti.Siciliæ incip.conſtitutionem diuæ memoriæ,col.xj.verſi.ſecunda concluſio.& Molend.vbi ſuprà num.2.

48 ¶Et huc quoque pertinet,quod in caſu d.l.j.§.ſi rem depoſitam,ff.depoſit.voluit gloſſ.ibi,& poſt eam Bart.& alij,quòd ei locus nõ eſt ex ſola venditione,niſi ad traditionem proceſſum ſit. Sed & Bald.conſil.cccxiiij.quædam ſunt,col.ij.lib.3. reſpondit in caſu ſtatuti prohibentis ſub pœna venditionem hæreditatis in extraneum,cum in ſtatutum nõ incidere,qui tantùm vendidit,nec tradidit. Ex quo & illud fit,vt ſi ſtante ſtatuto eodem, quis extraneo vendiderit,& poſteà ei facto ciui tradiderit,valet alienatio,inſpecto ſcilicet tempore traditionis,non venditionis:vt reſpõdit Paul.Caſt.conſi.cclxxxvj.videtur quòd dicta ſententia, quem refert, non deſignato tamen numero conſi.& ſequitur Ioan.Crot.in d.§.Diui,col.xxiij.verſi.quartò limitatur. Et vt redeamus ad Bal.is conſi.ccxliij.tempore,lib.4.tradit gabellas debitas pro emptione mercium non deberi,niſi ſint traditæ. Tunc enim (inquit) emptio perficitur,cùm res traditur. Ideo ſi quis emat in loco vel tempore gabellarum debitarum rem ſibi tradendãm in loco vel tempore, quo non debentur:ex huiuſmodi emptione nullo modo debentur:inſpecto ſcilicet loco aut tempore traditionis, non venditionis : niſi in principio actum ſit ita fieri in fraudem gabellarum. Et idem propè voluit ipſe Bald.conſi.ccliij.licet iſtæ allegationes,eo.lib.4.vbi id latè & ſcienter diſputat. De quo tamẽ vide eundem conſi.ſeq.quod eſt ccliiij.in quæſtione prædicta,& in l.j.C.de nund.& Firmia.in tract.gabellarum, in ij.parte viij.partis prin.q.xiiij. Et aliquid dicemus in verſi.ab hinc ij.

*Vendens & non tradens, non incidit in pœnã ſtatuti. Tempus traditionis inſpicitur,non uenditionis. Locus itẽ traditionis.*

49 ¶Et è diuerſo ſi contractus factus ſit in loco,vbi gabella non debetur,traditio autem in alio loco,vbi debetur:tunc inſpecto loco traditionis debetur:vt voluit ipſe Bal.in l.multum,col. vlti.verſi.pone ergo dicit.& ibi quoque Saly.in fi.C.ſi quis alteri,vel ſibi. Nam & aliàs contractum fuiſſe videtur non in eo loco,quo negotium geſtum eſt,ſed quo pecunia ſoluenda aut res tradenda eſt.l.iij.ff.de bon.auto.iud.poſ.& l.contraxiſſe,ff.de acti.& obli.glo. in l.hæres abſens,§.vlti.& ibi Bald.& Ang.ff.de iud.& in c.Romana,nec enim,in verbo,reſpondere. & ibi Domi.& Philip.Fran.de foro compet.lib.5.& voluit etiam Ioan.And.in c.in obſcuris, in fin.de reg.iur.lib.6.& Albe.in l.ſi fundus,ff.de euic. Sed vt propius accedamus ad caſum

noſtræ conſuetudinis,Matth. Afflict.in tract.Protomixeos,in prin.col.xv.verſic. item quæro pone quòd facta eſt,& verſi.ſeq.tradit retractum non habere locum nondũ re tradita, & ſoluto pretio,niſi de eo habita fuerit fides.

50 ¶Ego verò ſcio in Francia maiori ex parte id obſeruari,vt ex ſola venditione ſit locus retractui,etiamſi nondum res tradita fuerit,nec ſolutum pretium:idq; ni fallor,iure optimo:tum quia noſtra conſuetudo ſimpliciter loquitur de venditione,vt diximus in prin.huius q.Venditio autem ſolo conſenſu perficitur ante traditionem perfectione eſſentiæ : vt ſcientiſsimè probat Fran.Are.in l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,col.ij.verſi.ſuper ſecundo,ff.de leg.j. Ideóque Maſue.titu.de retractu,col.vlt.§.item pone emptor,verſi.quid de domino,dicit quòd dominus poteſt petere laudimia ex huiuſmodi venditione ante traditionem , etiam ſi lis ſit inter emptorem & venditorem ſuper traditione rei. Sufficit enim (ait) rem eſſe venditam.l.j.& ij. C.de reſcin.vend.Imò verò Steph.Bertr.conſi.cxcix.viſo caſu,lib.1.reſpondit hoc caſu deberi laudimia,etiamſi contrahentes ante traditionem diſceſſerint à contractu.

*Laudimia deberi ex uendi tione ſola , re etiam nondum tradita.*

51 ¶Tum quia licèt emptor non ſit dominus ante traditionem,tamen ei competit actio ad rem ſibi tradendam,& dominium in ſe transferendum , ſi venditor erat dominus.l.ex empto,in princ.ff.de actio.emp.& l.in conuentionalibus,in fin.ff.de verb.obliga.& ſic ad rem immobilem:cùm actio competẽs ad rem immobilem cenſeatur immobilis:vt latè dicemus infrà, eo.§.in gloſ.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,in princ. Nam & qui actionẽ habet ad rem,ipſam quoq; rem habere videtur,l.qui actionẽ,ff.de reg.iur.cum concor.ibi adductis. Et facit optimè ad hanc rationẽ tex.in ſimili,in l.ſicut,§. ſi debitor,ff.quib.mod.pig. vel hyp. ſol.vbi ſi permiſerit creditor rem pignoratam vendi,eamq; debitor vendiderit,nec tradiderit pignus,extinguitur,æquè ac ſi tradidiſſet:licet adhuc res ſit in bonis debitoris,quia is ex empto tenetur.Et licèt aliquo reſpectu minus ſit habere actionẽ,quàm rem ipſam.l.minus,eo.ti. tamen negari nõ poteſt,quin ea actio cẽſenda ſit immobilis:cùm res,ad quam cõpetit,ſit immobilis,vt diximus:& ita ſemper locus eſt noſtræ conſuetudini,vt latè dicemus in d.glo.vij.

*Qui actionem habet ad rem, eam ipſam habere uidetur.*

52 ¶Et hac eadem ratione Bal.in d.l.j.circa medium.C.de nund.tradit,quòd ſi tempore nundinarum factus fuit contractus,& non traditio, nõ ceſſat priuilegium illius l.conceſſum nundinis:cùm iam ex contractu adſtricti ſint contrahentes ad ipſum implendũ,licèt implementum fiat poſt nundinas.arg.l.iij.§.ſcio,ff.de minor. Sed & Bart.in l.multum,col.ij.& ibi Pau. Caſt.& Fran.Aret.poſt eum,ff.de verbo.oblig.dicunt quòd ſi ex ſtatuto extraneus acquirere non poſſit rem immobilem,nec eandem quoque ſtipulari poterit.quoniam, ( vt dicit idem Paul.Caſt.qui id ſequitur d.conſi.cclxxxvj.videtur quòd dicta col.ij.lib.2.)ex huiuſmodi ſtipulatione ſequeretur alienatio.& alleg.tex.in l.ſi ad reſoluendam, & ibi Barto.& Salyc.C.de prædi.minor.vbi qui non poteſt alienare rem immobilem , nec eandem quoque promittere poteſt:de quo & nos latius dicemus in tit.ſeq.in fin.quæſt.v.

*Qui acquirere non poteſt, nec ſtipulari poteſt.*
*Qui alienare non poteſt,nec promittere poteſt.*

53 ¶Præterea quid,ſi Diis placet, intereſt emptoris excipere aduerſus conſanguineum offerentem pretium,rem ſibi nõdum fuiſſe traditam. Illud autem receptũ eſt,& apud nos in primis obſeruatum,vt ſicuti nõ auditur agens ſine intereſſe.l.ſi patroni,§. qui fideicõmiſſariam,ibi, ſecundùm quæ,& ibi Ang.& Alex.ff.ad S.C.Treb.& l.ſed nec legatarios,cũ l.ſeq.ff.de cond. fur.& l.qui fundum,ff.loca.& l.ſin autem,§.ſi homo,ff.de rei vend. & l.ſi quis ex argentariis, §.ex hoc edicto,& ibi Alb.ff.de eden.& l.j.§.ſi reus, & ibi no.ff.de eo per quẽ fac.erit.Bart.in l. ſi vnus,§.ante omnia,in ij.no.ff.de pact.Pet.Anc.conſi.cxix.pluribus,poſt prin.& Doct. vbique.Quin & ſi deſinat ſua intereſſe,deſinit & actio competere.l.procuratorẽ,§.mãdati actio, ff.mand.& l.ſi ſeruus,ff.de cond.fur.& l.ex conuentione,& ibi Alex. & Phil.Deci.C.de pact. Bart.ſuper hoc tamen diſtinguens in l.qui autem,§.illud,ff.ſi quis cau.Ita nec excipiens quoque audiendus eſt ſine intereſſe.l.ille à quo,§.ſi de teſtamento, qui eſt j.& ibi etiam Alexã.in prin.ff.ad S.C.Trebel.& l.qui liberis,in fi.ff.de bon.poſſ.ſecund.tabul.Ang.in l.exitus,verſic. quinimo,& ibi Alex.col.ij.verſi.& ſubdit,ff.de acq.poſſ.idem Alex.& Phil.Deci.in d.l.ex conuentione,& ipſe Deci.conſi cccexviij.viſa,col.iij.verſi.in quarto:& Docto.item vbique. Et id quidem propemodum generale eſt,vt nemo audiatur ſine intereſſe.Nam de appellante probatur in l.j.ff.de appel.non recip.& in c.cùm inter R.extrà de elect. Et de opponente,in cap. veniens,le ij.verſi.cùm igitur de teſtib.& voluerunt Inno.& Io.And.in c.ſuper his,in verbo, excludatur,de accuſa.Petr.Anch.conſi.ccxcvij.efficacibus,col.iiij.verſi.eſt ergo videndum,& Paul.Caſt.in l.ij.col.j.verſi.alij verò caſus,C.de edict.Diui Adria.tol. Et de ſtipulatione in l. ſtipulatio iſta,§.alteri,ff.de verb.oblig. Et ita quidem,vt ſi primùm tempore ſcilicet ſtipulationis intereſſet,poſteà autem deſierit intereſſe,non cõmittatur ſtipulatio,neç agi poſſit.l.pater dotem,quæ eſt vlti.in prin.ff.rem rat.hab.quam dicit no.Ro.conſi.cxciij.negari,verſi.vlti. idem.De quo tamen vide pleniſsimè Alb.in l.iiij.§.Cato,col.xj.nu.35.& ſeq.ff.de verb.obli.

*Agens nõ auditur ſine intereſſe.*

*Nec excipiens quoque.*

*Nec appellãs. Nec opponẽs. Nec ſtipulans.*

54 ¶Tamen vt reuertamur ad caſum noſtrum,ſi contrahentes,re nondum tradita,& antequam conſanguineus venerit ad retractũ,diſcederent à venditione, quod nudo conſenſu poſſunt. l.ab emptione,ff.de pact.& l.j.C.quan.lice.ab emp.diſced.fortè poſteà non audiretur conſanguineus.Et id eſt quod voluit Io.Fab.in §.j.Inſti.de emp.& ven.& Matth.Affl.in trac.Proto. in verbo,ſcriptũ eſt,col.iiij.ver.ſeptimò no.in fi.Et in hàc rem eſt cõſuetudo expreſſa Turoniæ hoc

*Re nondũ tradita ſi diſſolua tur uẽditio,an admittatur cõ ſanguineus.*



niæ hoc eod.tit.*de retraictz*,§.iij.in fi.& apud Lodunenſes hoc,eo.tit.§.iij.Et in hac quæſtione vide omnino quæ dicam infrà eo.§.in gl.x.quæ eſt in verbo,*dedans l'an*,in xx.q.vbi tracto,an tempus retrahendi currat à tempore venditionis,an verò traditionis.& iterum,§.vlti.in gl.ij. in xiiij.q.& quæ ſcribam infrà tit.proced.§.j.in verbo,*à tel temps*,quæ eſt glo.ij.nu.63.cæterùm & hìc,& iterũ,§.vj.in verbo,*les loyaulx couſtemens*,cùm latiſsimè tracto,vtrùm ex venditione,à qua partes diſcedunt,debeantur laudimia.Et vide etiam Caro.Molend.hanc eandem noſtrã quæſtionem abundantiſsimè tractantem in conſuet.Pariſi.tit.j.§.xiij.num.4.& multis ſeq.

55 ¶Illud quoque quæri poteſt,ſi quis promiſit alteri vendere certo aliquo pretio,an ex huiuſmodi promiſsione cõpetit ius retrahendi. Quod videtur,tum ea quam diximus ratione in præced.quæſt. quòd ex hac promiſsione competit actio ad rem immobilem ( nam de ea ſemper intelligimus) vendendam : quæ actio immobilis eſſe cenſetur. Et quia etiam is ſatis vendere cenſetur,qui tractat vendere,& ita promittit de vendendo:vt dicit Bal.in c.in cauſſis,col.j.extrà de elect.Et qui prohibetur vendere,promittere quoque ſe venditurum prohibetur:vt dicit idem Bal.in l.vlt.per illum tex.C.ad leg.Falc.& Bart.& Sal.in l.ſi ad reſoluendam,C.de præd.min.vbi etiam eſt bonus tex.& dicemus latius tit.procedente,in fi.eiuſdem, titu.num.30.& hæc quidem,& diximus etiam alicubi ſuprà in hac eadem gloſ.

*Quæſtio an ex promiſsione uendendi competat retractus.*

56 ¶Tu tamen dic contrarium.Nam conſuetudo noſtra,vt hìc vides,in verbis quæ commentamur,per verbum vendendi loquitur,*ſi aucun a vendu:* aliud autem eſt vendere,aliud promittere de vendendo,ſecundùm Iac.But.& Ang.in l.j.per illum tex.C.de pact.pig.vbi ex eo dicunt,quòd ſi ex ſtatuto debetur gabella ob venditionem,non debetur ex promiſsione vendendi.cum multis aliis ſi. & concor.à me collectis infrà titu.ſeq.in fin.in v.q.vbi de hoc pleniſsimè omnium(ni fallor)tractabo. Quod autem dictum eſt de actione cõpetente ad venditionem , illud certum eſt, eum qui id promiſit,non poſſe cogi ad ipſam venditionem faciendam,ſed tantùm ad pecuniã numeratam condemnatur,ſicut euenit in omnibus faciendi obligationibus.l.ſi quis ab alio,§.j.ff.de re iud.cum ſi.& dicemus alibi plenius.

57 ¶Sed id velim intelligas,niſi is qui ita promiſit, poſtea rem ipſam ei cui promiſsi facta eſt, tradiderit,& viciſsim ab eo pretiũ acceperit.Nam id faciẽtes videntur venditionẽ ipſam perfeciſſe,& in actum venditionis cõſummatæ deduxiſſe:vt à Soc.cùm ea ſpecies ex facto contigiſſet,ſcienter reſponſum eſt,conſi.clxx.in præſenti conſultatione,lib.2.& ab eodem repetitũ in l. ſi ante,ff.ſolu.matr.quod & poſt eum latiſsimè diſſeruimus infrà d.tit.ſeq.in fi.in viij.q. vbi omnino vide.Nam illic eam Soci.ſententiã aduerſus Iaſ.multis rationibus defendimus.

*Quæſtio quid ſi poſt promiſſionem res tra dita fuerit.*

58 ¶Sed quid ſi quis non vendit rem ſuam,ſed venditioni ab alio factæ conſentit,an conſanguinei ipſius conſentientis admittantur ad retractũ. Quod non videtur,quia aliud eſt vendere,aliud vendenti cõſentire.l.aliud eſt vendere,ff.de reg.iur.cũ ſi.At tu tamẽ vide,quæ ſcripſimus in noſtris Legibus cõnubialibus,in verbo,*contracter*.in xij.q.& in repe.l.ſi vnquàm,in verbo,donatione largitus.in xxij.q.C.de reuo.dona.& ex ibi ſcriptis apertè intelliges cõſanguineos conſentientis alienationi rei ſuæ admittendos eſſe ad retractum:vt etiam concludemus infrà eo.§.glo.ix.in verbo,*ou lignagier*,nu.107.ſed vt ad cætera,& ſeq.ibi omnino vide.

*Quæſtio an retractus habeat locum in conſenſu uenditionis ab alio factæ.*

59 ¶Quid denique,ſi res ita fuerit vendita,vt ſi cõſanguineus velit retrahere, ea ſit inempta: an nihilò minus poterit conſanguineus retrahere.Matth.Afflic.in tract.Protomixeos,in verbo,ſcriptum eſt,col.v.verſic.ſed quid ſi res,quærit an tunc habeat locum ius congrui, quod competit vicino.Et primùm(inquit)videtur habere:quia huiuſmodi cõditio cenſetur appoſita in præiudiciũ vicini:& res inter alios acta tertio non præiudicat.& ſubdit facere bonum tex.in l.qui balneum,& l.qui potior,ff.qui pot.in pig.hab. Subiungit autem,contrariũ quoque videri:quia talis venditio pendet ex futuro euentu:nam ſi vicinus nõ petit ius congrui, tunc res eſt vendita:ſi petit,ipſo iure reſoluitur.Poteſt autem venditio fieri ſub conditione. §.penul.Inſti.de emp.& vend. Sed & poteſt fieri venditio ad arbitrium tertij.l.vlt.C.de contrah.emp. Et tandem dicit ſe hanc partem putare veriorem eſſe,per l.ſi hominem,ff.de vſuc.

*Quæſtio an retractus habeat locum in uenditione ita facta, ut res inempta ſit , ſi conſanguineus uelit retrahere.*

60 ¶Verùm id non eſt ſine ſcrupulo.cùm id pactũ videatur eſſe appoſitũ in fraudem cõſanguinei,ne ſcilicet retrahere poſsit:cùm tamen contrahentes facere nõ poſsint nec tacitè, nec expreſsè,quin retractus locũ habeat:vt etiam dicit ipſe Matth.in eod.tract.in verbo , licèt enim ſuprà diximus,col.antep.verſi.item quæro de alia quæſtione,vbi & ex hoc dicit,nõ impediri conſanguineum per pactũ reuendendi,etiã in venditione appoſitũ,quin admittatur ad retractum,& præferatur venditori,de quo & nos dicemus infrà tit.ſeq.§.j.gl.vj.in verbo,*ſeront preferez*,in prin.& ſeq.vbi & alios adducimus id ipſum tenentes,& alios quoque,qui contrà tenent,eo caſu venditorẽ præferri.Et ego certè putarim,quòd ſi verè & nõ fraudis cõſilio fuerit id pactum appoſitũ,quòd ſcilicet venditor malit rem ad ſe redire,quàm apud aliũ quemuis,ſi non maneat apud emptorem,fortè amiciſsimũ:non erit locus retractui:aliàs locus erit. Fraudis autem conſilium ex eo detegi,quòd cùm cõſanguineus peteret retractũ,& ita locus eſſet reſolutioni cõtractus,tamen nõ fuit à cõtrahentibus aliter re vera reſolutus,ſed diutius poſt cõditionem manſit res apud emptorẽ,vt prius erat.arg.l.ſicut,§.ſuperuacuũ,& ibi Bart. ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& dicemus in ſimili infrà eod.§.in glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,num.35.nec hìc tamen,& plenius in noſtro tractatu Conſtituti.in ix.limitat.

*Quæſtio retractus.*

61 ¶Quòd ſi exiſtente conditione reſolutionis, eam verè contrahentes faciunt:tunc fortè non erit locus retractui:ſed venditor rem ipſam ex hac reſolutione recuperans, præfertur conſanguineo volenti retrahere:vti etiam in caſu pacti reuendendi præfertur,ſecundùm opinionem,quam noſtra cõſuetudo & vniuerſa Gallia ſequitur:vt plenè dicemus in d.verbo,*ſeront preferez*.Nihilq; propemodum differre videtur hoc pactum,de quo tractamus,à pacto reuendendi,quantùm ad id,de quo quærimus,pertinet:niſi quòd in hoc reuendendi pacto , tacitè & ex natura ipſius,venditor præfertur conſanguineo:in alio autem, quodã modo expreſsè. Et huc pertinet quæſtio tractata ab Alberi.in l.is qui,§.ſi ab ignoto,ff.de manu. de eo qui ita donauit filio emancipato,vt ſi poſtea contingat filium ſcelus quodpiam perpetrare, ex quo bona eius publicentur,donatio pro non facta habeatur.

62 ¶Nec omiſerim tamen eundem Matth.Afflict.continuò poſt quæſtionem præcedentem,& hanc ſubiunxiſſe,Si cùm ex ſtatuto venditor non ſoluens gabellam non poſsit petere pretium,& venditor eam non ſoluiſſet, peteretq; emptor rem ſibi tradi ex emptione, & conſanguineus ex iure congrui:quid hîc ſtatuendum eſt?& dicit, quòd venditor tenetur ad tradendam emptori:nec tamen tenetur emptor ad pretium:vt voluit Bal.in l.mortis,quę eſt vlti.verſi.item inducitur,C.de peri.& com.rei vend. Et conſequenter ( inquit ) Afflict.habet locum ius cõgrui. Subditq;,quòd ſi res nondum fuerat tradita emptori,debet ſolui pretium venditori. Si tradita fuerit,reddi debet emptori:qui & ipſe debet reſtituere venditori.Neque id pretium eſt illud conuentum,quod ex ſtatuto venditor petere non poteſt:ſed aliud quod datur ob ius congrui:ad quod trahi non poteſt ſtatutũ,quod ſtricti iuris eſt. Et quod occaſione rei meæ ad te peruenit,meum eſt.l.hæc conditio,ff.de cond.& demon.& l.nam hoc natura.& l.indebiti,ff.de condi.inde. Hæc Afflict. qui dicit hanc opinionem inniti maxima æquitate. Cui tu adde,quæ in eodem illo caſu ſcribit Bart.in l.bona fides,ff.de act.emp.& Sal.in d.l.mortis,& Firmia.in tract.gabel.ix.parte princ.eademq; vlti.quæſt.xix.

## AVCVNS BIENS, BONA QVAEPIAM, GLO. III.

*Emphyteuſis an ueniat appellatione bonorum.*

1 BOnorvm appellatione venit emphyteuſis,ex ſententia Spec.tit.de loc.§.nunc aliqua,verſi.clvj.& Io.And.in addi.illius,in eo ipſo §.verſi.cix. & aliorum,quos tibi congeſsimus in repe.l.ſi vnquàm,in verbo,bona,nu.10.Quibus addes Iaco.Bel.in §.emphyteuſim,in auth.de non alie.reb.eccle. & Petr.Anc.in l.quod dicitur,col.vj.verſicu.circa ſecundum,& ibi Iaſ.col.viij.num.31.ff.de verb.oblig.& eundem Iaſon conſi.clij.ſuper feudo,col.iij.verſi.tertiò principaliter,lib.2.vbi id dicit ſing.& Phil.Deci.cõſi.ccclxxxix.viſa longa ſerie,in fin.& Carol.Rui.conſi.xxv.dubitabilis,col.iij.num.5.lib.1.

*Quæſtio retractus an habeat locum in uenditione rei emphyteuticæ.*

2 ¶Ex qvo potes intelligere & emphyteuſim contineri in hac conſuetudine,vt ſcilicet ſi res emphyteutica vendatur,in ea locum habeat retractus.Id quod etiam non obſcurè voluerunt Guli.Cu.Ray.Forl.Alber.Bald.& Ang.in l.Imperator,ff.de pactis : dum dicunt per illum text.dominum præferri conſanguineo in retractu rei emphyteuticæ , cum multis aliis concord.quos videbis infrà eo.tit.§.xxj.in prin. Sed & illud apertè, vt ſcilicet retractus in ea re locum habeat,voluit Alex.conſi.xxvij. viſo themate,col.ij.verſicu.quantùm autem ad ſecundum,lib.6. vbi etiam plus dicit,id ſcilicet ſtatutum habere locum in rebus emphyteuticis & libellariis , quas quis tenet à principe.& Seba. Neapodanus in prima conſuetudine de iure congrui,in verbo,alicuius,& Matth.Afflict.in tracta.Proto.colum.totius operis xj.verſi.item quæro an ius,vbi & id dicit obſeruari.& non obſcurè Cæpol.conſil. cauſarum ciuiliũ,xliiij.in quæſtione,colum.ij.& ſeq.conſil.

*An & in emphyteuſi eccleſiaſtica.*

3 ¶Et ita quidem id procedit,vt etiam admittatur conſanguineus ad retractum rei emphyteuticæ eccleſiaſticæ:vt poteſt videri clanculũ voluiſſe Bal.conſi.ccc.ſtatuto cauetur quòd liceat debitori.lib.1.quem ad eam ſententiam citat,ſequitur,& extollit Iaſ.conſil.ccxxiiij.principale dubium,col.vlti.verſic.octauò iſtud ſtatutum,lib.2.& expreſsè etiam voluit, nulla vtriuſque mentione facta Matth.Afflict.in tracta.Proto.col.xj.verſicu.item quæro an ius.Sed id tamen Bal.ipſe vbi ſuprà intelligit,niſi dominus directus rem ipſam emphyteuticam emerit,neque enim tunc ius eſſe conſanguineo redimendi , moueturq; ſubtili ( vt ipſemet dicit) ratione, quam ego in alio non abſimili caſu adſcribam, infrà in verbo , *ou autres choſes cenſees pour immeubles*,quæ eſt glo.vij.num.60.incip.ego verò vt tandem.de quo tamen vide,quæ & ipſe dicam infrà,eod.§.infrà,in verbo,*ou equipollent à vente*,quæ eſt glo.xiiij.nu.110.ſed & illud quærendum,& tribus ſeq.An autem & illud verum ſit,quod diximus de emphyteuſi eccleſiaſtica,dicemus latè infrà eod.§.in verbo,*l'achepteur*,quæ eſt glo.xiij.num.3.quòd ſi hoc ſtatutum, pleniùs num.8.ſed vnum non omiſerim,& ſeq.vbi omnino videre poteris.

*Quæſtio an retractus habeat locũ in feudis. Feuda non cõprehẽdi in generalibus diſpoſitionibus. Ideo nec in generali alienatione.*

4 ¶Sed maius dubium eſt,an feudum compræhendatur in huiuſmodi ſtatuto : cùm aliàs in generalibus feuda nõ contineantur:vt videre licet in c.generali,& ibi Doct.tit.ſi de feu.contro.ſit inter do.& agna.vaſ.& in c.1.ad fi.& ibi glo.& Cardi.Alex.col.ij.in j.not.tit.de capi.qui cur.vend.vbi in generali alienatione non continetur feudum,niſi nominatim dictum ſit.De quo etiam per Mart.Laud.& Card.Alex.in c.1. vtrunque in fin.tit.de inue.de re ali.fac.& latè per Alexan.conſi.xvj.viſo dicto themate,colum.ij.verſic.quò autem ad bona,lib.2. & conſil.

clxviij.



clxviij.requiſitus,col.ij.verſi.fortificatur prædicta,lib.2.quod repetitur conſ.xx.lib.5.& Lud.Gozad.conſi.xxvj.in cauſſa illuſtriſsimorum,col.ix.num.51.& Doctor.vbique. Vnde nec in generali donatione bonorum comprehenditur. Guid.Pap.conſi.ccxiiij.circa materiam, col.iiij.verſi.ſed in caſu,& iterum col.vj.verſi.ſed reſtat aliud,& conſi.ſeq.vertitur quæſtio,col.j.& conſi.ccxviij.indubitanter,col.pen.verſi.ad octauum. Nec in generali hypotheca. Guid.Pap.in omnibus propè locis ſuprà citatis. Nec in reſcriptis ſimpliciter impetratis veniunt bona feudalia,niſi de eis ſpecialis mentio facta ſit:vt no.voluit Bal.in c.cùm ordinem,col.ij.verſi.iſtud cap.eſt arg.& ibi etiã Philip.Deci.col.j.extrà de reſcrip.per text.ibi. Sed id melius probat text.in c.ex parte B.extra de fo.compe. Idque dicit ſing.Iaſ.d.conſi.ccxxiiij.in princ.& iterum conſi.lxx.ſuper vtraque,col.pen.verſic.confirmo & ſecundò,lib.3.& multũ extollit conſi.cclij.vera & iuridica,col.j.lib.4.

*Nec in generali donatione.*

*Nec in generali hypotheca.*

*Nec in ſtatuto de dote lucrãda.*

5 ¶Similiter ſtatutum de dote lucranda non habet locum in re feudali,cap.j.§.quamuis,& ibi Bal.Mart.Laud.qui ita dicit ſe publicè diſputaſſe,& Card.Alex.titu.de inueſt.de re ali.fac.& idem Bal.in c.j.& ibi Aluar.Mart.Laud.Cardi.Alex.tit.an marit.ſucc.vxo.in benefi.& in c.j.in prin.col.iij.verſi.quæro an conſuetudo,& ibi Card.Alex.col.vj.verſi.eiuſdem initij,tit.de prohib.feud.ali.per Fed.& ipſe Bal.in Auth. res quæ,col.ij.verſic.quæro ſi ex forma ſtatuti,C.com.de leg.Iac.Alua.in d.c.j.§.callidis,tit.de prohib.feu.ali.per Fed.& in c.j.in princ.& ibi quoque Marti.Laud.tit.de inueſt.quam Tit.accep.à Sem.& Fran.Arc.in l.ij.col.j.verſi.debes etiam ſcire,& ibi quoque Fran.Ripa.col.iiij.nu.19.ff.ſol.mat.& Iaſ.in l.j.col.vj.verſ.not.etiam quòd iſtud,C.de ſum.tri.vbi dicit ſing.ad hoc text.in d.§.quãuis.Alber.Brun.in tract. ſtatutorũ fœminas repellentiũ,in 23.q.8.art. Nec item diſpoſitio d.l.j.nec Auth.præterea,C.vnde vir & vxor,habet locũ in feudis:vt de primo eſt tex.in d.c.j.tit.an mari.ſuc.vxo.& ibi Doct.& Alex.in ea ipſe l.j.col.vlt.verſi.ſucceſsiuè,& ibi quoque Iaſ.col.ij.in vj.fal.Phil.Dec.qui id optimè declarat,col.iij.verſi.ſextò & vltimò.& Stepha.Bertr.conſi.lix.voluiſſem, in xiij.eodemque vltimo dubio,lib.2.& Benedict.in repe.c.Raynutius,in verbo , & vxorem nomine Adelaſiam,nu.801.verſi.quartò fallit,extrà de teſt.De ſecũdo eſt etiam text.in d.c.j.§.quãuis,tit.de inueſt.de re ali.fac.& voluit Ro.qui id dicit ſe conſuluiſſe contra multos , in d.Auth.præterea,& ibi quoque Alex.in fi.& Iaſ.col.iij.verſ.limita tamen.& Franc.Pep.in rep.in fi.& Mart.Laud.& Card.Alex.in c.j.§.donare,vterq; in fi.tit.qual.olim feud.ali.pot.Nec d.Auth.res quæ,C.com.de legat.habet locum in bonis feudalibus.d.§.donare,& ibi Bal.& alij, cum aliis multis cõcord. adductis à Iaſ.in d.Auth.col.viij.verſ.an autem res prohibita,& iterum col.xj.verſi.ſextò limita,& conſi.lxxxix.aggredior,col.iiij.verſi.ſecundò quia dicta,lib.1.Cui adde Guid.Pap.d.conſi.ccxiiij.col.v.& d.conſi.ccxviij.vbi ſup.

*Nec in diſpoſitione l.j. & authen. præterea.C. unde uir & uxor.*

*Nec in auth. res quæ.C.cõ. de legat.*

*Nec in generali obligatione bonorum.*

6 ¶Nec venit feudum in generali bonorũ obligatione.Spec.tit.de pig.in prin.verſi.vlti.Bal.in d.c.j.in prin.col.j.verſi.ſed nunquid ſi contrahat,& ibi etiam Mart.Laud.col.ij.verſicu.nota ſecundũ,& Card.Alex.col.ij.in verſi.eiuſdem initij,tit.de prohib.feu.ali.per Fed.Paul.Ca.in l.tutor.§.vlt.ff.de pig.act.Ro.in l.ſi cõſtante,in prin.ff.ſol.mat.vbi reprehendit Bar.qui aliud cenſiſſe videtur,ibi,in iij.q.j.partis.Alex.conſi.xvj.viſo dicto themate,col.vlti.verſi.quinimo dicit,lib.j.& conſi.clxviij.requiſitus,col.ij.verſi.fortificantur prædicta,libr.2.quod repetitur iterum conſi.xx.libr.5.& idem Alex.conſi.ij.ex narratis,in princ.libr.4.& conſi.cxxiij.ſuper primo,col.iij.eod.lib.4.& conſi.xlj.viſo themate & his,col.j.lib.vj.quod repetitur conſi.xcv.eod.lib.vj.Iaſ.conſi.vj.exhibentur,col.viij.verſic.nec obſtat ſi diceretur.& col.vlt.verſic.non obſt.tertium,lib.3.& Matth.Afflict.in conſti.conſtitutionem,col.pen.

*Nec in generali facultate legitimandi.*

7 ¶Nec in generali facultate legitimãdi cenſetur data poteſtas legitimãdi ad feuda,niſi id nuncupatim exprimatur:vt latè reſpõdit Sign.cõſi.ccxviij.quidã dominus Ioannellus , ferè per totum,& Alex.conſi.lx.viſa legitimatione,col.j.libr.2. Card.Alex.in c.per venerabilẽ,§.quòd autem,char.11.verſi.quæro ſextò principaliter,qui fil.ſunt legi.Soci.conſ.iij.in cauſa domini Guid.col.iij.verſi.ſecundò quòd dicta,lib.3.niſi (inquit) ex verbis colligi poſsit de volũtate principis.Guid.Pap.ſing.dccclvij.in generali.Iaſ.d.conſi.lxx.col.4.verſi.hoc tamẽ non obſt.lib.3.Phil.Dec.in l.j.col.ij.verſi.ad prædicta,ff.ſi cer.pet. { in lect.Piſa.} & conſil.lxxvj.licet in caſu,col.j.& iterum vlt.& conſi.ccclxxxix.viſa longa ſerie,col.ij.verſi.eodem modo videtur.& Fran.Ripa.in l.j.col.viij.nu.53.ff.de vulga.& pup. Tametſi id non placeat Lan.Gali.in l.ij.col.3.verſ.ex hac concluſione,ff.de verb.obli.Sed is ſolus eſt,licet alleget Soci.d.conſ.3.lib.3.vbi tenet priorem partem , vt iam diximus. Nec etiam ſimpliciter legitimati vt ſuccedant,intelliguntur legitimati ad feuda,niſi id nominatim ſit expreſſum.c.naturales , iuncta gloſ.quam omnes ibi & vbique ſequuntur titu.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.vaſ.& Hoſt.Io.Cald.Ant.& Card.Flo.in c.lator,extra,qui fil.ſunt legi.Petr.Ferra.tit.for.li.quo agitur ad reuo.feud.in verbo,nec ſuperſtitibus,col.ij.verſi.inde quæritur.Steph.Bertr.conſil.cxij. viſis quibuſdã,nu.25.lib.2.& Gali.in d.l.ij.col.ij.verſi.limita modò,de verb.obli.cum aliis multis concord.ab Antonio Rubeo congeſtis conſ.xxxiij.circa dubium.

*Nec in ſimplici legitimatione.*

*Nec in renuntiatione generali.*

8 ¶Nec in generali renũtiatione veniunt bona feudalia,vt tradit Bal.in Auth. in ſucceſsione, ante fi.C.de ſuis & legi.& in c.j.colum.iij.verſic.ſed quid ſi filius viuo patre,& ibi Iac.Alua.col.pen.verſi.itẽ addit.tit.an agna.vel filius.& Bal.qui & idem quoq; dicit de emphyteuticis,

conſ.437.quædã puella.col.vlt.lib.1.Et illud de bonis feudalibus ſequitur Mart.Laud.in d.c. in generali,titu.ſi de feud.fuer.controuerſ.Franc.Aretin.qui id dicit not. in l.qui ſuperſtitis, col.5.verſicu.& vtrùm in renuntiatione,ff.de acq.hære.& Soci.conſi.74.ſuper controuerſia, colum.2.verſic.quarta concluſio,lib.3.Cardi.Alexand.in cap.1.ad fin.tit.de eo qui fi.fecit ag. & Carol.Ruin.conſi.24.ſuper his,colum.1.num.4.libr.1 Philip.Deci.in d.l.1.ff.ſi cert.petat.& d.conſi.389.vbi ſup.& Iaſon in l.Gallus, §.quidam rectè,colum.pen.in priori lect.ff.de libe. & poſthum.vbi id dicit ſing.& conſil.96.dominus Bonioannes, in fin.libr.1.& conſi.207.in præſenti, in princip.lib.2.quibus locis dicit de hoc eſſe bonum text. in d.cap.1.tit.de eo qui fi.fe.ag.& conſi.7.pro reuerendiſsimo,colum.5.verſic.ſecundò facit,libr.3.& iterum d.conſi. 152.colum.2.verſ.item per generalem,lib.4.& Catel.Cotta.in memor.incip.feudum debet,& Matth.Afflict.in d.conſtitutione,conſtitutionem diuæ memoriæ,vbi ſuprà.Nec in generali mandato, vt tradit idem Matthæ.in conſtit.Siciliæ incip.ſi quando forte, col.2.in 2.notab. Nec in generali fideicommiſſo.Barto.poſt Dyn.in l.ſi patroni, in princip.ff.ad S.C.Trebel. Mart.Laud.in c.1.in fin.tit.de leg.Corra.

*Nec in generali mandato. Nec in generali fideicommiſſo.*

9 ¶Et id quidem generale eſſe in omni diſpoſitione generali,vt ſcilicet in ea nõ cõprehẽdantur bona ſiue iura feudalia,niſi de illis mẽtio ſpecialis & expreſſa facta ſit:cùm eorũ natura ab aliis bonis ſit ſeparata,non obſcurè ſentit Signo.d.conſil.ccxviij.& apertius Bal.poſt Iac. Are.conſ.ccvij.quæſtio eſt,ſpurius,col.j.in fi.lib.2.& Card.Alex.in c.1.ad fi.tit.de inueſt.de re alie.facta,& in d.c.generali.& Phil.Dec.conſi.cxxxix.cuius ſuperſcriptio incipit,an & quãdo fœmina.in fi.Vt tamen intelligas aliud eſſe in diſputatione vniuerſali,ex ſententia eiuſdem Dec.d.conſi.ccclxxxix.col.vlt.verſi.non obſt.quòd tacita,per multa,quæ illic allegat.

10 ¶Igitur vt ad caſum noſtrum longo veluti poſtliminio redeamus, cùm noſtra conſuetudo loquatur generaliter de bonis, nulla alia feudorum mentione facta : non videntur ea comprehendi:præſertim cùm etiam appellatione bonorum ſimpliciter feuda non continẽatur, ſi verum dicit Iaſ.in d.§.quidam rectè,vbi ſuprà,& iterum in poſteriore lect.eiuſdem §. col. vlt.per d.text.in d.c.in generali,& Matth.Afflict.deci.Neap.xiiij.Ioannellus,colum.vlt. & in conſtit.Siciliæ incip.apoſtatantes,col.ij.in 4.not.& in d.conſti.ſi quando fortè,col.ij.in 2.no. & in conſtit.ſi quis in poſterum,col.viij.in 5.not.& in conſtit.Comes & Baro,col.pen. & in conſti.cùm iuſticiæ,col.ij.in 5.no.& in conſti.hac edictali,col.pen.& Lud.Gozad.conſi.xxvj. vbi ſup.& Paul.Pariſi.conſi.xij.viſo themate,col.viij.nume.62.lib.1.

11 ¶Verùm Io.Fab.in §.j.poſt prin.Inſtit.de empt.& vend.apertè ſentit,ſtatutũ admittens conſanguineos ad retractũ,habere locum in feudis.Atque etiam Cæpol.cauſ.ciuil.conſi.xliiij.in quæſtione,col.ij.verſi.item illud ſtatutum,cùm in caſu,in quo illic cõſulit,aſſerit non locum eſſe retractui:propterea quòd vẽditio facta fuerat domino inconſulto,ideoque nullius erat momenti,ſecundũ ea,quæ diximus in gl.præcedẽti,nu.5.ſed hìc ſcire velim.Sed & in eadem eſt ſententia idem Cæpolla eiuſdem operis conſil.xlvij. in cauſa vertente inter dominum Iacobum, vt ſcilicet ſi ea venditio valeat,admittatur conſanguineus.Idem quoque ex facto conſultus reſpondit,multíſque rationibus confirmauit Iaſon conſi.ccxxiiij.videretur prima conſideratione,per totum libr.2.vbi loquitur de ſimili ſtatuto præferente vicinos, quod & expreſsim voluit,licèt ipſe Cæpol.non alleget Bal.in tract.proto.col.v.verſic.ſed vtrùm ius protomixeos,& Matt.Afflict.in eodẽ tract.col.xj.verſi.itẽ quæro an iſtud ius proto.per text. in c.j.§.ſed etiam res,titu.per quos fi.inueſt.& diximus ſup.in rub.nume.13.ſed vt redeamus.

12 ¶Et hoc quidem minimè dubium eſt, præſertim apud nos,quibus feuda ſunt inſtar bonorum hæreditariorum, & veluti patrimonialia, maximè quantum ad eorum alienationem pertinet,vt tradit Io Fab.morum atque conſuetudinum Gallicarum præ cæteris ſcriptoribus peritiſsimus, multis quidem in locis:ex quibus vnum tantùm ſubiiciam huic loco accommodatiſsimum,videlicet in §.vlt.Inſtit.de aſsig.lib.vbi ex hoc quoq; dicit,quòd in hoc regno feuda comprehenduntur in generali bonorum alienatione. Cætera autem illius & aliorum multorum in id ipſum loca videbis à me copioſè congeſta ſuprà titu.noſtrarum conſuetudinum ij.§.j,qui eſt omnium huius voluminis xiiij.in gloſſ.ij.nume.quoque 2.qui locus eſt eius rei proprius & peculiaris. Et ſi nihil aliud eſſet, quàm quòd apud nos liberè alienari poſſunt, tamen ex hoc ſolo in omnibus debent cenſeri patrimonialia, vt in ſimili voluit Petr.Ancha.conſi.cxxv.viſis & diligenter ruminatis,col.pen.verſicu.ex iſtis infero & planiùs Phil.Dec.conſi.586.in cauſſa quæ Mantuæ agitatur.col.ij.verſi. & attenta dicta conſuetudine. Nec tantùm apud nos hodie feuda ſunt hæreditaria, ſed & apud alios quoque, vt teſtis eſt Seb.Neapodanus in conſuetud.Neap.incip. & ſi teſtator,in verbo,diſpoſuit, & Matth.Afflict.deci.Neap.cxl.tene menti.

13 ¶An autem verum ſit, quod ſuprà ex Iaſ.& Afflict.diximus, bonorum appellatione feuda non contineri, ne illud diſsimulanter prætereamus,cognoſces ex iis quæ ſcripſimus in l.ſi vnquàm, in verbo, bona,numero 10. ſed vtrùm veniat. Quibus tamen tu præterea adde Iaſonem ipſum ſibi contrarium, in procem.feudo.colum.xiij.verſicu.quintò limita tamen ſing.& d.conſi.clij.ſuper feudo,col.iij.verſicu.iij.principaliter,libr.2.vbi id dicit ſingu.& in l. quod dicitur,col.viij.nu.31.ff.de verb.obli.& Phil.Dec.d.conſi.ccclxxxix.in fi.& Caro.Ruin. conſi.



conſi.xxv.dubitabilis,col.ij.nu.5.lib.1.& quod ſcribit glo.in c.j.verſi.noui,in verbo, ſuorum bonorum,in prin.tit.per quos fiat inueſti.feudum eſſe in bonis vaſalli,arg.l.bonorum, ff.de verbo.ſigni.& eam glo.ſequuntur Bald.Mar.Ludo.& Card.Alex.ibi,& ipſe Iaſon conſ.lvij. viſis literis,col.iij.verſi.ſextò facit,lib.3.& Phil.Dec.in l.quod euincitur,ff.de reg.iur.& idem voluit idem Bal.conſi.ccclij.materia feudorum,col.2.lib.1.

## FONS, FVNDOS. GLO. IIII.

1 FVNDVS quid ſit,& quid ab agro,prædio,loco,poſſeſsione diſtet, reperies in l. locus eſt,& l.quæſtio,& l.fundi, ff.de verb.ſignific. In quibus Laurentius Valla perſpicaciſsimi vir ingenij, ſed arrogantiſsimi,in vj.lib.elegantiarum, ca.xlj.ſibi viſus eſt non vnam obſeruaſſe antinomiam:prætereaq; contendit malè poſſeſſionem fuiſſe definitam,& intellectã à noſtro Iuriſconſulto,in d.l.quæſtio. Sed eius intempeſtatiuam impudentemq; audaciam alacriter retũdit Alcia.noſter tum in d.l.quæſtio, tum in lib.de quinque pedum præſcriptione, & in reſpõſione doctæ diſputationis Petri Caſtellani,quæ eum librum continenter ſequitur.At rurſus Vallam defendit Franciſcus Floridus Sabinus in lib.de Iur.ciuil.interpretibus,in quo quidem,non in hoc tantùm loco, ſed & in aliis multis ab Alcia.velut ex profeſſo diſſentit.Et de his nonnihil Ioan.Maria Cataneus in doctis illis commentariis epiſtolarum Plinij ſecundi.libr.v.in ea epiſtola, cuius initium eſt, video. Cæterùm Feſtus Põpeius,Fundus (ait) dicitur ager,qui planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Fundus quoque dicitur populus eſſe rei,quam alienat, hoc eſt, autor. De quo & aliquid videre licet apud Ciceronem in oratione pro Cornelio Balbo.Seruius autẽ fundum ab eo dici tradit,quòd ſit omnium rerum fundamentum.Nam & Plautus in Trinumo fundum vſurpauit pro fundamento cuiuſlibet rei.

*Ager. Prædium. Locus. Fundus. Poſſeßio.*

## SERVITVTES, SERVITVTES. GLO. V.

1 SERVITVTES per ſe conſideratas neque mobiles eſſe, neque immobiles, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituere,tradit Pan.in c.nulli, col.iij.verſicu.quid autem in ſeruitutibus,extrà de reb.eccle.non alien.exemplo eius, quod dicitur de actionibus:vt pleniſsimè tractabimus infrà,eod.§.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*, num.1.& multis ſequent. Et hanc Panor.ſententiam ſequitur Alexand. in addi.Barto.in l.mouentium,ff.de verbo.ſignifica.& conſi.lij.viſo themate & ſtatutis, col. vltim.verſic.tertiò moueor, libro primo, vbi ex hoc dicit, quòd ſtatutum prohibens alienationem rei immobilis irrequiſito conſorte, non habet locum in alienatione ſeruitutis. & Iaſon loquens in ſtatuto huic noſtro ſimili, ſcilicet quòd proximus poſsit retrahere rem immobilem oblato pretio, vt item non habeat locum in his ſeruitutibus, conſilio cxciiij. ſuperuacuò,circa medium,libro ſecundo.Nam illud generale eſt,vt quæ ſunt incorporalia, ea nec mobilia nec immobilia propriè dicantur:ſecundum Bal.in c.j.§.ſciendum,verſi.extrà quærit,tit.de feud.cog.& Lapus alleg.xcj.in primis videndum eſt ad fi.Alexan.dict.conſ.lij. col.vlt.verſi.& quòd ea quæ non ſunt.

*Seruitutes ſintne mobiles an immobiles. Retractus an habeat locum in venditione ſeruitutum.*

*Incorporalia nec mobilia eſſe nec immobilia.*

2 ¶Et hæc quidem vera ſunt, ſed vbi neceſſe eſt, vt reponantur inter alterutra, id eſt,mobilia aut immobilia,certè ea immobilibus annumerãtur:vt dicit Pan.in d.c.nulli,& Alex.in d. l.mouentium.Nam & Anto.& Imo.in d.c.nuli,ſimpliciter hæc veluti immobilia exiſtimãt, quia adhærent immobilibus:negantque alienari poſſe à Prælato eccleſiæ,ſicuti nec alia immobilia. quod & ſatis declarat tex.in cap.ij.eod.tit.libr.vj.quo prohibentur Prælati alienare bona immobilia eccleſiarum,ſiue iura ipſarum.Quo in loco glo.not.iura ſiue incorporalia poni inter immobilia,idemque ius ſtatui in vtriſque,vt ibi patet, atque etiam in l.vlt.C.de lon.tem.præſcript.vbi incorporalia vſucapiũtur vt immobilia.Sed & quòd ſeruitutes inter immobilia computentur,tenet Alexand.conſi.ccxj.ponderatis verbis ſtatuti,colum.ij. verſi. præterea negari non poteſt, lib.6. Nam hæ (inquit) adhærent rebus immobilibus : ideò & immobilia eſſe cenſentur.l.ſi aliena,§.hoc iure,ff.de vſucap.atque etiam Phili.Fran.qui eandem addit rationem,in d.c.ij.de reb.eccle.non alie.lib.6.Et eſt glo.apertiſsima in l.vnica, in verbo,intelliguntur,C.de vſucap.transfor.& facit text.in l.ſed ſi pecunia,quæ eſt iij.§. ſimili modo,ff.de reb.eorũ.vbi ſeruitus in fundo minoris imponi non poteſt:nec quæ ei debetur, remitti ſine decreto, tanquam ſcilicet ea ſit immobilis. Et facit etiam d.l.vnic.ibi, vel ſeruitutem, iunctis illis verbis præcedentibus,ſiue mobiles ſint,ſiue ſoli.

*Incorporalia an alienari poſſunt à Prælato.*

3 ¶Ex quibus etiam facilè intelliges & hæc procedere in iure ſiue ſeruitute paſcẽdi pecoris in fundo alieno,ea etiam,quam diximus,ratione:nam & id ius cohæret ipſi fundo, proindeq; reale eſt.l.pecoris,ff.de ſer.ruſt.præd.& §.inter ruſticorum.Inſt.eod.titu.de ſer.ruſti. præd.& not.ad aliud propoſitum Phi.Dec.conſi.ccccl xxxiij.pro reſolutione.col.iij.verſi.non obſtat dictum. Quicquid autem ſolo cohæret,id immobile eſſe cenſetur,ex ſententia Alexand. & Phil.Franc.vbi ſup.& ſæpius dicemus in gloſ.ſeq.

*Ius paſcendi pecoris cẽſeri immobile.*

4 ¶SED & Seruitia quæ vocamus, quæ ſcilicet quotannis, aut certis aliis temporibus ab aliquibus,nobis præſtari debent,inter immobilia quoque reponit Spec.tit. de reſt.ſpol.colum. penul

*Seruitia inter immobilia reponi.*

*Retractus in ſeruitiis.*

penul.ibi ſed adhuc contra prædictos,& ibi etiam Bal.in addi.illius, atque iterum idem ipſe Bald.in c.vlt.tit.de feud.cogni.Ideoque & in iis locum habet hic noſter retractus.Quod intellige de ſeruitiis quæ debentur ratione rei immobilis, quæ nos vulgò in Pictauia (*bians*) vocamus : de quibus ſæpiſsimè in noſtris conſuetudinibus fit mentio. Nam cùm hæc ſolo cohæreant, immobilia quoque,vt diximus,cenſeri debent.

## RENTES, ANNVI REDITVS, GLO. VI.

*Reditus unde dicti.*

1 REDITVS hos annuos vulgò vocamus,verbo quidem Latino,quod ex eo dictum eſt, quòd ſingulis annis reditus ipſe redeat : & vt non obſcurè oſtendit Valerius Martialis lib.5.{Epigr.36.} de Euclide,hoc carmine:

*Cum ſibi redire de patruelibus fundis*
*Ducenta, clamat coccinatus Euclides,&c.*

Quo etiam verbo vſus eſt Ouid.2.de Ponto:

*At reditus iam quiſque ſuos amat.—* Et lib.Amorum 1.
*Turpe tori reditu cenſus augere paternos.*

Ex quibus locis intelligis ſcribēdum eſſe reditus cum ſimplici d.Nam aliàs verſus non ſtaret.quanquàm alij & maxima quidem ex parte redditus ſcribunt, creduntque à reddendo dictos, vt quos reddat fundus,& hanc etymologiam huic verbo aſsignat è noſtris Corne. conſi.cclxxxix.videtur in hac, col.ij.verſ.& licèt in ſtricta.lib.1.Miror autem veniſſe in mentem Bar.in l.filio,ff.de liber.& poſth.reditum dici,quaſi retro datum.Sed vtrumcunque ſit, hoc verbo vtitur Plinius Senior libr.17.cap.viij.& Iunior libr.9.epiſtolarum ad Paulinum. & Aul.Gellius,lib.15.cap.j.& noſtri Iuriſconſulti vbique:vt in l.æquiſsimum,§.j.ff. de vſufr. & in l.ſi fundum per fideicōmiſſum.ff.de leg.j.& in l.codicillis,§.j.ff.de leg.ij. & in l.nomen, §.vni.& rurſum in l.prædiis,§.Titio,iterumq; l.cùm quis,in prin.ff.de leg.3.&in l.ſi reditus, ff.de fund.inſtru.& in l.pen.ff.de vſu & vſuf.leg.& in l.liberto,§.vltim.ff.de annu.leg.& in l. alumnæ,in princ.ff.de adi.lega.& in l.deducta.§.hæreditatem,ff.ad S.C.Trebel.& in l.nam ſi non ſit,§.j.ff.de dam infe.& in l.Titia,ff.de ſolu.& alibi ſæpe. Ex quibus etiā locis intelliges, hanc redituum appellationem latiùs patere,quàm vt has rentas,quas vocamus,id eſt,penſitationes generales aut ſpeciales ſignificet.vt etiam videre licet ex glo.in c.generali,in verbo, reditus,de elect.lib.6.& in cle.j.in verbo,fructuum,& ibi Card.Flor.in iiij.not.de reb.eccleſ. non alie.& Inno.in c.Paſtoralis,in verbo, reditus,& ibi quoque ali.extrà de donat.Alb.in l. Paulus,§.j.& iterum in l.in pecudum,ff.de vſuris,& in l.frugem,ff.de verb.ſigni.& Ang.in l. litibus,col.vlt.C.de agri.& cenſi.lib.11.& conſi.cccxij.prout patet,col.iij. & Pau. Caſt.conſil. conſi.cccliij. commodum,col.j.lib.item.j.& conſi.ccclxxiiij.ſuper iſtis duobus in prin.libr.2. Card.Flo.in cle.j.col.j.in ix.not.de exceſ.Præl.Raph.Co.conſi.clxij.viſa copia,col.j. & Soci. conſi.xxxvij.in cauſſa Antonij,col.iiij.verſi.decimò confirmatur,lib.4.

*Vectigalia quæ dicantur. Agri uectigales.*

2 ¶Nec interim tamen prætermittam,has rentas Vectigalia Latinè appellari:quo verbo in eo ſenſu vſus eſt Paulus in l.arbores,§.vltim.ff.de vſufr.Et hinc prædium, & ager,ſiue fundus vectigalis,qui ſcilicet his obnoxius eſt,ff.ſi ager vectigalis,& in l.item prædia,ff.fami.erciſ. & in l.communi,in prin.& iterum §.j.ff.com.diui.& in l.j.in prin.ff.quib.mod.vſufr.amit.& in l.ſciendum,§.j.ff.qui ſatiſd.cog.vbi declaratur quis ager vectigalis dicatur.& in l.ei qui, ff.de ſerui.& in l.qui ſcit,§.ſic & eius,ff.de vſur.& l.lex vectigali,ff.de pigno.& alibi ſæpe.Et apud Suetonium in Cęſare:Agrum Campanum ad ſubſidia reipublicę vectigalem relictū diuiſit extra ſortem. Scribit autem Iulius Front.in libro de limitibus agrorū,ſolitos veteres, quos agros de hoſtibus capiebant,alios veteranis in præmia aſsignare,in alios colonias deducere, quoſdam mancipibus in longum tempus locare, vt annuam aliquam mercedem principi darent,& hos vectigales dici.

*Retractus an habeat locū in uēditione redituum generalium. Reditus annui ſintne mobiles,an immobiles.*

3 ¶SED vt ad noſtram cōſuetudinem veniamus,Io.Fab.in §.vlt.col.vlt.verſi.ſed ego moueo, Inſti.de duob.reis, dicit ex conſuetudine multorum locorum Franciæ retractum habere locum in venditione huiuſmodi redituum generalium. Et huius etiam rei conſuetudo eſt expreſſa Niuernenſium hoc eod.titul.§.xviij. Illud autem, quantùm ad Ius commune pertinet,certum eſt,eos ex propria ſuaq; ipſorum natura nec mobiles eſſe, nec immobiles, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituere : vt tradit Panor.in c.nulli,col.3.verſi.quid autem,de reb.eccle.non alie.quem ſequitur Alex.in addi Bart.in l.mouentium,ff.de verb.ſig.& Maria. in tract.oblationum,in viij.libello,in vj.q.col.ij.verſi.ſed iuxta prædicta:vt quæ nec tāgi nec palpari poſſunt,nec loco circūſcribuntur:ſed ad eos tantùm cōpetit actio, quæ etiā propriè nec mobilis nec immobilis eſt,vt diximus in præcedenti glo.& dicemus poſteà effuſiſsimé.

4 ¶At vbi trahendi ſunt ad alterutrum eorum,certè immobilium naturam ſequuntur, vt illi ipſi affirmāt.Ex quo fit,vt pleriq; omnes dicant,annuos reditus inter immobilia cōputari: per l.ſi quis inquilinos,ff.de leg.j.& l.iubemus nulli,in prin.& ibi gl.in verbo,annonas.Bart. in fi.Bal.Pau.Caſt.& alij,C.de ſacr.eccle.& l.hac edictali,§.his illud.& ibi glo.Cy.& Bald. in vtraq; lect.C.de ſecun.nup.& l.quemadmodū,C.de agri.& cēſ.lib.xj.& §.j.verſi.ſi vult enim. & ibi Ang.& rurſum §.vlt.cum gloſ.& ibi item Ang.in Auth.de non ali.& §.quoniā autem: verſic.



verſi.ſi verò habet reditus,iuncta glo.in verbo,reditus,in Auth. vt hi qui obli.ſe hab.perhi. & c.j.& ibi Bald.col.ij.in verbo,annua, tit.de contro.inuc.inter vaſ.& Epi.& c.j.§.ſciendum, & ibi etiam Bal.poſt in prin.tit.de feud.cogni.& omniū expreſsiſsimè in cle.exiui, §.cumq; annui reditus,de verb.ſignific.hæc enim ſunt propria illius verba : Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur à iure.

*Fratres prædicatores reditū annuorū incapaces.*

5 ¶Et id præterea voluerunt Spec.Io.And.& Bal.in addi ipſius,tit.de reſtitu.ſpo.§.nunc dicamus,col.pen.ibi,ſed adhuc contra prædictos.Zenzel.in extra.Io.xx.incip.ad conditorem,in princ.in verbo,mobilium,Fed.Senen.conſi.xij.fratres Prædicatores, col.ij.vbi ex hoc dicit, fratres Prædicatores eſſe horū incapaces.Alb.in l.mouentiū,in fi.ff.de verb.ſig.Bart.in tract. minoritarum,lib.2.di.vj.c.j.Albe.in iij.parte ſtat.q.xiij.item quæro an publicatis,verſic.tertio caſu.Bal.in Auth.ingreſsi,col.viij.verſi.ex quibus præmiſsis,C.de ſac.eccle.& in l.j.in 2.not. C.de ſuffrag.& in l.etiam,col.iij.verſ.modo quæritur,C.de exec.rei iud.& in l.non ignorat. col.vlt.C.qui accuſ.poſſ.& in c.cum M.Ferra.col.iij.verſi.ibi præbendis, extrà de conſtit.& in c.ſtatuimus,extrà de tranſact.& in proœ.feud.col.vj.verſi.ſed hìc quęro quomodo,& ibi Card.Alex.col.quoque vj.vbi & ipſe Bal.adiicit rationem:quia omnes res, ex quibus percipiuntur fructus,inter immobilia cōputantur.ſed ex his fructus percipiūtur:quia id fructus eſt,quod ſingulis annis renaſcitur.gloſ.in l.diuortio,§.ſi vir,ff.ſol.matr.Et ſubdit idem Bal. nihil intereſſe, an annua præſtatio ſit circa eandem rem, an circa diuerſas : vt ſi vno anno præſtetur frumentum alio aliud.l.nec intereſt.ff.quan. di.lega.ced.& l.ſi fundus, §.quod in ſementem,ff.ſol.mat.Et rurſus idem Bald.in d.ca.j.in verbo,annua,tit.de cont.inter. Epiſ.& vaſ.& in c.j.in fi.tit.de pace te.& conſi.xxix.caſus,vir donauit,col.ij.lib.1.& conſi.ccxxviij.ad veritatem,ante fi.eo.lib.1.& conſi.ccccxxiiij.hæc verba,quòd quilibet,col.ij.lib.2.& conſ.ccx. quæritur de tali caſu,poſt prin.lib.3.& conſi.clxxxij.caſus talis eſt,Rex Cypri.col ij.verſic.in contrariū videtur.lib.5.Io.Fab.in l.ſi certis,col.iij.in paruis:verſi.item dic quòd reditu,C.de pact.Ange.in l.ſi conſtante,§.vlt. { & ibi quoque Roma.col.ij.verſi.quid autem de annuis.} ff.ſolut.matri.vbi ipſe Ange. expreſsè dicit ſub publicatione bonorum immobilium comprehendi annuos reditus.& conſilio cccxxviij.Anaſtaſius,col.v.verſic.v.propter importantiam.Domi.conſi.xl.Titius condidit teſtamentum,col.ij.verſ.in contrarium arguitur:quod conſi.iiſdem verbis reperio inter conſi.Fulg.conſ.ciiij.eodem initio.Panor.in diſputa.incip. Augerio,colum.antepenul.Imo.Roma.& Bar.in l.Stichum,§.j.ff.de verbo.oblig.Pet. Anch. in cap.ij.col.ij.verſicu.quid de annuo,de rebus eccleſ.non alien.libr.vj. vbi dicit ad hoc not. illum text.in d.§.cumque annui.Imol.in cap.nulli,col.vlt.verſi.vlt.tangit,extrà eod.tit. & in cle.j.in iiij.not.per text.ibi,eodem quoque tit.Card.Flor.conſi.lxvj.in dubio præmiſſo, poſt prin. Pau.Caſt.conſi.cxxx.præmittendum eſt,lib.2.Ro.conſi.clxxxviij.in hac cauſſa, in fi.& conſ.cccij.ego hunc contractum,ante fi.Alex.conſi.ciij.viſis ſcriptis,col.v.verſic.3.reſpōdeo, lib.2.& conſ.clxxix.in cauſa & lite vertente inter hæredes,colum.j.lib.vj.& conſi.xv.attentis ſuprà narratis, poſt medium,libr.7.Franc.Are.conſil.x.caſus talis eſt, quidam Titius,col.ij. verſi.his tamen non obſtantibus.Barb.conſ.xxij.Deum inuocent,col.ij.lib.3.& conſil.lxx.illud in medium referam,col.xiij.verſi.& ex ſuperius dictis,eo.lib.3.Phil.Fran.in c.ij.in princ. circa medium,de reb.eccleſ.non alie.libr.vj.Steph.Bert.conſi.cclxxxiij. etiamſi appellatione, col.j.lib.3.Matthæ.Afflict.qui ex hoc dicit,in his reditibus eſſe locum retractui,in tract.Proto.col.xj.verſi.item quæro quid ſi vendantur annui reditus.

*Reditus annuos excuſare à ſatiſdatione.*

6 ¶Et ex hoc præter ea,quæ diximus ſuprà,fit quod voluerūt Gul.Cu.Ray.& Cy.in l.ſciendum,in prin.& ibi quoque Bar.col.vlt.verſi.quæro quid ſi iſte,& Bald.col.vlti.Albe.col.iiij. Ange. {Roma.col.vlt.verſi.item pone quis.} & recentiores,ff.qui ſatiſd.cog.hos annuos reditus excuſare à ſatiſdatione,non ſecus atque poſſeſsionē immobilium. Quod etiā voluit Cy.ipſe in l.hac edictali,§.his illud,C.de ſec.nup. Fit item,quod tradit Bal.in d.l.iubemus nulli, poſt princip.minorem non poſſe cum autoritate curatoris alienare hos reditus ſine decreto iudicis. Quod & voluit ipſe Bald.conſi.cccccxviij.quod eſt poſtremum omnium, lib.5.Alexand.Barb.& Bertran.in conſil.ſup.alleg. Sicuti nec hos reditus annuos ciuitatum vendi poſſe ſine ſolennitate,quæ in venditione rerum immobilium requiritur,probat text. in l.vltim.& ibi Bart.& Ioan.Plat.C.de vendit.re.ciuit.lib.xj. Nec annuos quoque reditus eccleſiæ.d.l.iubemus nulli,& ibi omnes.C.de ſacr.eccle.Pet.Ancha.& Imo.in ca.nulli, extrà de reb.eccle.non alien.& in d.c.ij.& ibi etiam Domi.col.iij.verſi.de reditibus,eod.tit.lib.6.& Imo.in clem.j.col.j.eod.quoque tit.& in c.potuit,col.xxj.verſi.item etiam,videtur, de locat. Nec qui non poteſt vendere res immobililes,hos annuos reditus conſtituere poteſt.Bal. in c.ad audientiā,le ij.col.2.verſi.in gl.1.extrà de reſcrip. Fit etiam,quod ab eodē Bal.traditur in d.l.etiam,col.iij.C.de execu.rei iudic.executionem ſententiæ æquè fieri poſſe in debitorem annuæ penſionis,vt in debitorem rei immobilis.Quod ſing.& menti tenēdum dicunt & ſequuntur Alexan.& Iaſ.in l.à Diuo Pio,§.ſi quoque,ille col.ij.hic j.ff.de re iudi. Quòd item dicitur feudum,quod non niſi in bonis immobilibus cōſtitui poteſt,in his poſſe conſtitui.ita enim voluerunt Bald.& Card.Alexand.in procemio feudorum, quibus locis ſup. citauimus.& Mart.Laud.in §.1.col.2.verſi.quæro an in iuribus,tit.qui feud.dare poſſ. Card. Alex.

*Minorem ſine decreto non poſſe eos alienare.*

*Nec ciuitatē.*

*Nec eccleſiā.*

*Eos cōſtituere non poteſt qui res immobiles non poteſt alienare.*

*Executio in ānuos reditus fieri poteſt,ut in res immobiles.*

Alex.in c.ſciendum,col.j.tit.de feud cogni.& Fran.Cur.Iunior in tract.feud.in j.parte.q.vj.col.iij.verſi. circa verò quartum. Et quòd publicatis bonis immobilibus publicarentur & ij reditus,Ange.Roma.& Alex.in l.ſi conſtante,§.vlt.ff.ſolut.mat.Et quòd huiuſmodi reditus eodem tempore vſucapiuntur,vt cætera bona immobilia,Bal.in c.de quarta,col.j.verſi.item iſti reditus,extrà de præſcr. {Et quòd pro iis datur interdictũ, quod pro re immobili competit,vt notat in c.querelam. de elect.& alibi latius diximus.}

*Feudũ in annuis reditibus poteſt conſtitui.*

*An præcedentia procedant in reditibus modici temporis.*

7 ¶Sed hæc primò intelligẽda ſunt,cùm reditus ſunt perpetui,aut certè ad longum tempus: ſecus ſi ad modicum,ex ſententia Zenzel.in d.extrauag.Ioan.xxij.inci.ad cõditorem, col.j.in verbo,mobilium,& Bald.in d.l.hac edictali,§.his illud,col.j.in noua lect.C.de ſec.nup.& in d.c.cum M.Ferr.& ibi latè Barb.col.41.de conſti.& in c.querelam, col.vlt.verſi.reuoco in dubium,de elect.vbi allegat Fed.loco non deſignato,ſed nos ſtatim annotabimus, & idem Bal.in d.c.j.in fi.& ibi etiam Mart.Laud.col.ij.ad fi.& Card.Alex.col.pen.verſic.dicit tamen hic,tit.de pac.tenen.& in c.j.tit.de feud.gard.& in d.§.ſciendum,& ibi Card.Alex.col.ij.tit.de feu.cog.& in ca.j.col.vlt.tit.de contro.inter Epiſ.& vaſ.vbi loquitur de annuis reditibus perpetuis,vel quaſi.& Fed.Senen.d.conſi.xij.& iterum conſi.lxxxij.in quodam capitulo.Domi.in d.c.ij.in prin.col.vlt.& ibi etiam Philip.Franc.col.ij.de reb.eccle.non alie.libr.6.Card.Flo.in d.§.cumque annui reditus. {Roma.in d.l.ſi conſtante.§.vltim.col.ij.verſic.quid autem de annuis.ff.ſol.matr.vbi ad hoc allegat,d.c.querelam.de elect.& l.vlt.ff.quor.bo.& idem Rom.in d.l.ſciendum.vbi ſuprà.} Alex.& And.Alcia.in d.l.mouentium.& idem Alexand. in d.l.ſi conſtante,§.vlt.col.vlt.ff.ſol.mat.& in d.l.ſciendum,col.vlti.& ibi quoque Iaſon col.penult. verſic.ſecundò limita,ff.qui ſatiſd.cog.vbi ex hoc limitant,quod ſuprà diximus,annuos reditus excuſare à ſatiſdatione.Franc.Aret.d.conſi.x.vbi ſuprà Barb.in repet.rubr.de re eccleſ.non alien.col.xij.verſi.decimotertiò limita.& d.conſi.xxij.col.ij.& ſeq.libr.3. Matthæ. Afflict.id trahens ad retractum noſtrum,in d.Tract.Proto.vbi ſuprà.& Benedict.in repet.c.Raynutius,in verbo,cætera bona,nume.8.extrà de teſtament.Et bene facit,quod ſcribit Panor.in c.nimis,in iij.not.extrà de exceſ.Prælat.

8 ¶Id quod declarat Maria.Soci.in d.tract.oblationum:in vj.q.viij.libelli, ad fi.procedere niſi eadem eſſet ratio prohibitionis in reditibus annuis modici temporis vt longi:nam tũc & hi computantur inter immobilia:ex eo quod ſcribit Barto.in d.tract.minori.lib.2.diſt.6.c.1.& 2.vbi concludit d.§.cumq; annui reditus,habere locum,etiamſi eſſet aliquid diurnũ vel menſtruum, vel in aliud tempus conſtitutum : cùm hoc repugnare videatur ſtatui, & regulæ Franciſcanorum. Et quia etiam vbi eſt eadem ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio. l.illud.ff.ad leg.Aquil.cum ſi.dicitq; idem Maria.idẽ ſentire Bal.in d.Auth.ingreſsi.vbi ſuprà,in ratione ſui dicti. Mihi autem nec Barto.nec Bald.id voluiſſe videntur : quod apud eos videre licet. Fateor autem, quòd ſi in aliquo caſu eadem eſſet ratio in reditibus modici temporis, quæ in longi,idem de vtriſque eſſet iudicandum : ſed non proptereà ſequitur illos eſſe computandos inter immobilia,quando videmus multa,in quibus idem ius ſtatuitur de mobilibus & immobilibus.Ne tamẽ intelligas,annuos reditus,ob id quòd redimi poſsint intra aliquod tempus vel ſimpliciter,non cenſendos eſſe perpetuos,propter ea quæ dicemus infrà, eod.§.glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*, ad fin.num.119.ſecundò intellige,& ij.ſeq.

*Perpetuũ tempus quod dicatur.*

9 ¶Perpetuum autem tempus, ( vt in tranſcurſu dicam ) dicitur, quod eſt ad triginta annos.§.j.Inſtitu.de perp.& temp.actio.& gloſſ.in Authent.ſi quas ruinas,in verbo, dentur, C.de ſacroſ.eccle.& in §.perpetua,x.q.ij.Panor.in d.c.nulli, col.j.de reb.eccleſ.cum concord.quos alibi abundè afferam. Aliàs autem dicitur aliis multis modis,vt per glo Albe.& Bal.in l.j.ff.pro ſoc.& glo.in c.reperiuntur.j.q.j.& in d.§.perpetua,x.q.2.Bal.in l.vlt.in princip.j.lect.ff.de conſtitu.princip.& conſi.cccclxxij.tempore,lib.4.Petr.Anchar.conſi.ccccxxvij.diſcurrit,col.ij.& inter conſi.Ioan.Cald.tit.de verb.ſigni.conſi.xvij.perpetua.Luc.Pen.in l.quicunque,C.de fund.Reipu.lib.xj.Fulg.conſi.clvj.viſis themate,col.vlt.Corn.conſi.lix.diu poſt cõſilium,col.j.lib.ij.& latiſsimè Barb.in l.Stichum aut Pamphilum,§.ſtipulatio, col.ij.& iij.ff.de verb.oblig.& conſi.xliiij.ſapienter ſcripſit,colum.j.lib.2.& conſi.liij.præclarè.colum.penul.eodem libro 2.& conſi.xx.clementiſsimum Deum,colum.ij.lib.4.Alexand.in l.ij.in princ. colum.j.ff.ſolut.matrim.& conſi.lx.omiſſo multiloquio, colum.ij.verſicu.& per hoc apparet, libr.j.& conſi.lxxj.circa hæſitationem,lib.vj.Soc.conſi.lxxiiij.accuratiſsimè,colum.ij.verſi. quibus tamen non obſt.libro 3.& remiſsiuè per Feli.in cap.ne Dei,ante fin.de ſimo. Longum verò tempus dicitur decem annorum,gloſſ.in l.cùm de in rem verſo,ff.de vſur.& in l.ſi filius, C.de petitio.hæred.& vtrobique Doctor.cum multis etiam concord.à me collect.ſuprà titul.proximo,§.j.in glo.iiij.in fin.& voluit nuncupatim in hoc caſu reditus annui,Cardi. in d.§.cumque annui reditus,in fin.

*Longum tempus.*

*Reliquiæ præteritæ reditus annui,an inter mobilia connumerentur.*

10 ¶Secundo principaliter limita, quod dictum eſt, annuos reditus inter bona immobilia collocari,vt ſcilicet procedat pro tempore futuro:nam quantùm ad reliquias, quarum iam ceſsit dies(arreragia vulgus noſtratium appellat)& pro quibus exigendis iam cõpetit actio, hæ inter mobilia aſsignãtur,vt expreſsim voluit Andre.Alcia.in d.l.mouentium,ff.de verb.ſignific.& ante eum,licet non alleget,Bal.in c.j.col.vltim. verſicu.quid de penſionibus.& ibi quoque



quoque Aluar.in c.1.§.ſi verò pacis,col.ij.verſi. quid de penſionibus,{& Matthæ.Afflict. in §.ſi quis.in ij.not.col.ij.verſi.ſed iterum quæritur.} titu.de pac.tenen. & non obſcurè idem Bal.in c.quæ in eccleſiarum,col.iiij.verſi.ſed ſtatim quæritur,extrà de conſti.& Soc.conſi.c.incip.cum Baptiſtæ,col.ij.verſi.item ſi eſſemus,lib.1. & clanculùm etiã Fran.Rip.in repe.l.rem quæ nobis,num.16.ff.de acqui.poſſ.& apertiſsimè Car.Mol.in conſue.Pari.tit.j.§.j.glo.j.nu.36.in fi. Et ita quidem in practica obſeruamus,vt mobilibus cedãt. Et eſt expreſſa conſuetudo apud Aurelianos,cap.174. quo in loco commentarij magis muti ſunt,quàm piſces,atque etiam apud Borbonios,cap.281.Niuernios,tit.*quelles choſes ſont reputées meubles,* cap.7. Et vide tamen, quod in ſimili dicam infrà eo.tit.§.xxxij.glo.j.num.81.tamen prior,& ſeq.

*Conſuetudo de ea re.*

11 ¶Tertio limita poſt Bald.in d.§.ſciendum,titu.de feud.cog.vt procedat in præſtatione annua reali vel miſta,non etiam in mera perſonali,pro qua non competit petitorium, nec ideo poſſeſſoriũ:vt no.in l.vlti.ff.quor.bono.& à Cyn.in d.l.ſi certis,C.de pact. Et idem propè Guli.Cu.in d.l.ſciendum.& ibi quoque Bart.Alber.ipſe Bald.Alex.& Iaſ.ff.qui ſatiſd.cog.dum dicunt annuos iſtos reditus tum demum releuare à ſatiſdatione, tanquam immobilia,cùm debentur ſuper re immobili, quæ illis præſtandis eſt obligata : ſecus ſi ſimpliciter debentur actione perſonali.per l.vlt.§.vlti.ff.de contr.emp.iuncto §.ſi fundus, verſic.diuerſa, in d.l.ſciendum. Illam quoque diſtinctionem poſuit ipſe Bal.in addit.Specu.tit.de reſti.ſpol.§.nunc dicemus,col.pen.Franc.Aret.d.conſil.x.vbi ſuprà. & Barb.in l.ſed ſi ex ſtipulatu.col.xiiij.verſic.adde etiam inquantum Rom.dicit.ff.de verb.oblig.& Carol.Rui.conſi.lxxxij.circa primam,colum.ij.num.5.lib.2.

*Quid in reditu merè perſonali.*

12 ¶Sed aduerte,quoniã Cy.& doct.vbi ſuprà primo loco allegati,nõ tractant expreſsè, vtrùm annua præſtatio ſit inter immobilia,an mobilia annumeranda : ſed illud tantùm,an ratione ceſſationis huiuſmodi præſtationis poſsit intentari poſſeſſorium,aliis affirmantibus,aliis negantibus:nec tamen eorum ratio aut fundamentum in hoc eſt, quòd ſint mobiles, aut immobiles:ſed aliis ducuntur rationibus:vt videre licet apud eos,& Roffre.in ſumma C.vnde vi.verſi.circa prædicta,& verſi.quæritur circa interdictum,& iterum C. vti poſsi.in fi.& Spe.tit.de cenſib.in prin.& Io.And.& Panor.in c.peruenit, de cenſibus.Bal.in l.iubemus nulli,in prin.col.j.C.de ſacroſ.eccl.& in repet.l.ij.col.vj.verſi.ſciendum eſt autem,C.de ſeru.& aqu.& Cano.in c.querelam,de elect.& Signo.conſi.ccxxij.in q.num.4.Pet.Anch.conſi.ccclxxxvj.in lite,col.j.Domi.in c.nullus,ij.q.ij.& Panor.in c.ſicut,in j.not.extrà de re iudi.& conſi.xxiij.in cauſa quæ ad præſens,in j.dubio,lib.2.Roma.conſi.ccxj. in caſu propoſitæ conſultationis,in iij.dubio.Ange.Aret.in §.j.col.ij.Inſtit.de interdi.Feli.in c.conqueſtus,paulò ante fin.de foro compet.& Steph.Bertr.conſil.xxxviij.exiſtimo, col.j.lib.1. & conſi.cxx.rriſti.eo lib.1.Matthæſ.Afflict.deciſi.Neapo.cccxcv. pro deciſione.& Philip.Deci.conſil.cxxxvj. in cauſa reuerendi, col.j.& dicemus aliquid infrà,§.xxxij.nu.79.ſed id ſatis.Fran.Cur.Iunior.in tract.feud.in ſecunda parte.prin.char.totius operis v.col.iiij.verſic.& ideo videmus.

*Poſſeſſorium an poſsit intentari pro reditu annuo.*

13 ¶Illam autem Gul.Cu.& aliorum d.l.ſciendum,diſtinctionem nuncupatim refellit Maria.in d.tract.oblationum:quoniam pro locatione(inquit)competit actio merè perſonalis:vnde ſicut ſine debita ſolennitate nõ eſt licitum Prælato locare in perpetuum,vel ad longum tempus,cle.j.de reb.eccle.non ali.ita nec debet eſſe licitum hos annuos reditus etiam perſonales, cùm ſunt perpetui vel longi temporis,alienare. Et ſunt multi non cõtemnendæ autoritatis, qui ſimpliciter tenẽt,annuos reditus releuare à ſatiſdatione,nulla facta diſtinctione,ſint reales,an perſonales. Ita enim tenuit Cy.ipſe in d.l.hac edictali.§.his illud, C.de ſecund.nup.& Ang.in d.l.ſciendum,col.j.verſi.ſequitur in litera. Noſtra autem conſuetudo apertè declarat has annuas præſtationes etiam merè perſonales, veluti immobilia cenſeri, in eisq; noſtrum retractum habere locum,cùm dicit,*Rentes generales aſsiſes generalement ſur le vendeur.*

14 ¶Illud autem certum eſt,quòd ſi huiuſmodi reditus debentur à fiſco, aut aliàs ex publico, vt ſunt impræſtita,quæ vocãt,ſiue banchum,quod etiam appellant, Venetiarum, Genuæ,vel Lugduni, tunc licèt non debeantur ex rebus immobilibus, æquè tamen releuant à ſatiſdatione,ac alia bona immobilia:vt voluit Raph.Fulg.in d.l.ſciendum,& ibi poſt eum Alexan.col.vlti.& Iaſ.col.pen.verſi.tertiò limita,hac ratione moti,quòd fiſcus & reſpub.ſemper ſunt ſoluendo.l.ij.ff.de fund.dot.Et ita(inquit Alexand.) loquitur d.l.iubemus,in prin.cum gloſ. Sed huic ſententiæ reclamat Caro.Ruin.d.conſi.lxxxij.num.2.verſicu.nec obſtat,lib.2.Super hoc autem in vniuerſum,an ſcilicet & quando huiuſmodi reditus cõnumerantur inter immobilia,ſunt & aliæ huius regni conſuetudines:vt videre licet apud Pariſienſes,cap.conſuetudinum eius loci 57.& Meldenſes,cap.66.& ſeq.vbi etiam expreſsè dicitur,in his locum eſſe retractui.Senonenſes,cap.31.iuncto cap.34.vbi & idem dicitur.& iterum cap.10.Trecenſes, cap.66.& cap.148.vbi etiam tractatur de retractu.Vitriacenſes,cap.131.& Belquercenſes,cap.31.Aurelianenſes,cap.175.& 262.Engoliſmenſes cap.55.Bituricenſes,titu.*de retraict.*cap.1.Burgundiones,eodem titu.cap.8.

*Reditus annui à fiſco,repub.aut aliàs ex publico debiti,à ſatiſdatione excuſant.*

*Conſuetudines aliquot regni, quæ reditus annuos inter immobilia connumerant.*

15 ¶Sed dubitari poſſet,an emptiones horum redituum annuorum ſint licitæ,(intelligo de his generalibus,quos etiam vulgus *rentes generales* appellat, vti etiam facit noſtra conſuetudo:alij vocant *hypotecques,rentes à rachapt,rentes volantes,* quarum fit mentio in poſtremis

*Licitam eſſe horum redituum genera-*

*lium comparationem, modò fraus abſit.*

conſtitutionibus Lud.12.cap.71.Iaſon liuellos vocat in l.j.col.xiiij.verſicu.quartò quæro.in j. lect.& col.ix.verſi.quid autem, de pecunia,in ij.lect.C.de ſum.Trini.) Id quod ſæpius agitatum eſt,& diſputatum à Theologis,noſtriſq; ſcriptoribus,qui multa in vtranque partem ad duxerunt,quæ non eſt opus huc tranſcribere,quia iam nimiùm inculcata res eſt:& veluti in rem iudicatam tranſacta,licitas eſſe has emptiones,ſi modò fraus abſit & interueniat iuſtum pretium,ſicuti voluerunt Inno.Hoſt.Io.And.Anto.Cardi.Flor.Panor.Ioan.Ana.& alij in c. in ciuitate,de vſur.ipſe Ioan.And.in addi.Spec.in rub.eiuſdem tit. idem Panor.in c.conqueſtus,col.vlti.verſi.octauus caſus,eod.tit.& abundè in diſpu.incip.Augerio,in vlt.dubio.Old. conſil.ccvij.vniuerſis , vbi ita dicit fuiſſe determinatum in curia Romana.Bald.in l.j.col.vij. verſi.& hoc facit ad quæſtio.C.de iis quæ pœnæ not.& in cap.1.col.pen.verſi.extra quærò,de iureiur.& in c.1.ad fi.tit.ſi de feud.vaſal.ab ali.interp.& conſi.cliiij.inſtrumentum,lib.2.& latè conſi.cxxxiij.& quòd dictus,per totũ,lib.3.& conſi.cc.quæritur de tali caſu,eo.lib.3.& conſil. ccxcij.quia ex facto,lib.5.Albe.in l.iubemus nulli,§.vlti.col.iij.verſi.quid de tali contractu,C. de ſacroſ.eccl.& in ſuo vberrimo lexico,in verbo,vſura,le iij.verſic. quid de illis.Pet.Ancha. latè conſi.xxx.dubitari ſolet.& in ſua diſpu.incip.antiquis,in ſolu.quæſti.in iiij.caſu.Lauren. Rod.in c.conſuluit,in xj.q.& ſeq.de vſur.Ro.conſi.cccij.ego hunc cõtractum,& Rapha.Co. conſi.clxxxj.proponitur.Panor.in ſua diſpu.incip.Augerio , in iiij.eodemq; vlti.dubio.Paul. Caſtr.conſil.cclxxxix.præſens dubium,lib.2.Barba.conſi.lxvj.ſcribitur præclarè,col.iij.& ſeq. lib.2.Amb.Vigna.in tract.quem de vſuris ſcripſit ſuper cap.ſalubriter,in multis locis,eo.titu. Iaſ.in d.l.j.locis ſup.allegatis,C.de ſum.Trin.& Steph.Bertr.conſi.v. viſo proceſſu,nu.4.lib.3. & Fran.Ripa,lib.1.reſpon.c.19.recipiendo,& è Theologis ſcholaſticis ( ij enim ſoli,quantùm ego legerim,hæc tractarunt) Anton.Flor.in ij.parte ſummæ,tit.j.c.8.verſi.alius contractus,& ſeq.vſque ad verſi.pen.eiuſdem c.8.Bapt.Salu.in ſua ſumma,in verbo,vſura,le ij.in ij.q.Rich. in ij.quotlibet.q.xxiij.artic.iij.Ang.Cla.in eodem verbo,le j.verſi.xliiij.Ioan.Gerſon.in lib.de contractibus.Petr.Vber.in lib.cui titulum nuncupauit de cultu vineæ.c.2.iiij.partis.Conra.in tractat.de contract.q.lxxix.& iterum quæſt.lxxxiij.vbi latiſsimè omnium hanc rem diſputat. Et è Philoſophis,Phil.Melanchthon in Epitome moralis Philoſophiæ, vbi eam item ſcientiſsimè tractauit. Et ita declaratum eſt à ſummis Pontificibus non ſemel,cõuocato fratrum concilio,vt patet in extrauag.hodie,& extrauagan.ſeq.ſub tit.de empt.& vend.vbi id dicitur procedere,etiamſi appoſitum ſit pactum reuendendi.

*Redituum generalium comparationem ſuſpectam eſſe.*

16 ¶Verùm huiuſmodi emptiones ſunt nonnihil ſuſpectæ,ab iiſq; ſemper abſtinui,& amicis abſtinendum cenſui:vti etiam fecit Inno. in d.c.in ciuitate,& Steph.Bertr.conſil.clxx. ſi non ſine,lib.3.& iterum conſil.ccvj.quod eſt eiuſdem initij,eo.lib.3. Ideóque odioſæ ſunt noſtris ſanctionibus principalibus:vt patet ex illis ſecundis ordinationibus,quas vocant,Regis Ludouic.xij.eod.cap.71.quo cauetur , non niſi quinque poſtremorum annorum reliquias peti poſſe,ob id vt ibi nuncupatim dicitur , quòd huiuſmodi contractus ſunt odioſi, & reſtringendi. Quanquàm ſcio & hos paſsim approbari,modò ſit iuſtum pretiũ,nec aliud ſit quod eos vitiet,vt paulò pòſt dicemus.

*Iuſtum pretiũ horum redituum generalium quod eſſe dicatur.*

*Decem pro uno ſecundum quoſdam.*

17 ¶Quod autem ſit iuſtum pretium venditionis huiuſmodi annuarum penſitationum,intelliges ex d.extrauag.hodie,Paul.Eleaz.in c. ſalubriter,extrà de vſur. Bart.in l.in lege Falcidia, ff.ad legem Falcidi.Bald.in l.vlti.§.prætereà,col.ij.verſic.adhuc eſt dubium,C.de iur.do.& in cap.conſultationibus,col.ij.verſi.ſed nunquid valeat,extrà de offic.delega.Cæpol.conſi.cauſarum ciuilium xv.circa caſum , col.vlti.& ex Theologis Ioan.Capiſtrano. in tract.de vſur. char.4.verſicu.ſecunda quæſtio circa decem. qui in ea ſunt ſententia , vt decem pro vno ſit iuſtum pretium,& huic opin.adſtipulatur tex.in l.Papinianus,§.vnde ſi quis,ff.de inoffi.teſt. vti illum declarat Corne.conſi.cclxv.circa primum,col.ij.verſi.& maximè,lib.1. Et id video apud antiquos noſtros fuiſſe obſeruatum.

*Quindecim ſecundum alios.*

18 ¶Alij cenſent quindecim,per l.ſi quis argentum,§.ſinautem donator,verſi.in reditibus,C.de donat.Et hanc ſecuta eſt conſuetudo Montargienſium cæterorumq; Lorrienſium,in reditibus feudariis,tit.*des droictz & cens cenſuelz*, §.x.& ſeq.& ad hanc omnium proximè poſt quicunces accedunt ſemiſſes vſuræ,ita ex eo dictæ, quòd ſint dimidia centenſimæ. Hæc autem ita dicta eſt , quòd centeſimo menſe ſortem conficiat , vt iam ſatis Hermolaus Barbarus in Plinium, Socin.in l.iij.§.item ſi reipublicæ,ff.ad leg.Falcid.& Budæus in lib. de aſſe j. multis certiſq; argumentis docuerunt. Igitur ſemiſſes ducenteſimo menſe ſortem ipſam æquam; quæ ſi ad verum calculum reuoces, liquidò cõperies ſortem centum vnoquoque anno ſex vſurarum conficere:quod paulò minus eſt,quàm vnum pro quindecim. Has autem vſuras ſemiſſes omnibus hominum generibus conceſsit Iuſtinianus noſter in l.eos,C.de vſu.Nam & eas Plin.lib.14.c.4.ciuiles & modicas eſſe dicit. Vt hinc facilè cognoſcas, Accurſium noſtrum hìc hallucinatum fuiſſe, qui in l.j.in fi.C.de his quib.vt indig. interpretatur x.pro xx. in anno. Qui error ex alio eius & noſtratium errore manauit, qui arbitrabãtur centeſimam vſuram (cuius ſemis dimidia eſt,vt diximus) ſortem in anno æquare,& inter hos gloſſ.in §. hoc ius,in verbo,centeſimę,x.q.ij.dum non intelligerent olim vſuras menſtruas fuiſſe,id eſt ſingulis quibuſque menſibus penſitari præſtariq; ſolitas,quod tamen diſcere debuerant ex l. Publia,

*Semiſſes uſuræ quæ dicantur.*

*Semiſſes uſuræ permiſſæ.*

*Menſtruæ uſuræ.*



Publia,§.Lucius,ff.depoſi.& l.cùm ſtipulati ſumus,ff.de verb.oblig. vt omittam externorum teſtimonia,quorũ plurima affert Budæus vbi ſuprà, & Hieronymus Groſlotius adoleſcens ſupra vires ætatis doctus in commentario l.lecta,ff.ſi certum pet. Sed quibus addes Ariſtophanem ſtatim in principio Comœdiæ,cui titulus eſt Νεφέλαι,id eſt,Nebulæ:

ὀνειροπολεῖθ' ἵππους. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι,
ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας.
οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν. Et rurſus in eadem Fabula:
Socrat. τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέ σ'. Strepſiades. ὅτι,
εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
οὐκ ἂν ἀποδοίην τοὺς τόκους.

*Viginti pro uno iuſtum eſſe pretium ſecundum quoſdam.*

19 ¶Alij rurſus(vt redeamus ad principale inſtitutum)arbitrantur xx.pro vno iuſtum eſſe pretium,per glo.in l.perpetua,in verbo,iuſta,quæ eſt vlt.C.de ſacroſ.eccl.quæ dicit iuſtam penſionem eſſe eam,quæ xx.annis valorem rei conficit,per tex.in §. ſi verò alicuius eccleſiaſtici, in authen.de non alie.vbi & id not.Ang.atque etiam Rapha.Fulg.& Paul.Caſt.in d.l.perpetua.& Spec.titu.de loca.ix.nunc aliqua,verſicu.dicitur autem , qui eſt ſub vij.q.Roma.conſi. ccclxix.circa primum,col.ij.verſi.ſecundò ſi conſuetudo.& conſi.ccccxxiij.pro pleniori,poſt princ.Corne.d.conſi.cclxv.col.ij.verſic.in his enim rebus, lib.1.& conſi.clxxxj.viſis nonnullis,col.xxv.verſi.nam iuſta merces,lib.2.& conſi.ccj.quod eſt eiuſdem initij,col.v.verſi. inſuper dicti,lib.3.& conſi.cclxxxv.viſo proceſſu,col.iij.verſic.non refert,eo.lib.3. & Steph.Bertr. conſil.cccxviij.quamuis,num.2.lib.3.vbi id dicit ita communiter teneri. & Cepola in tractatu de ſimulatione contractuum,in iij.præſumptione , colum.j.Guido Pap.conſi.clxxx.circa proceſſum,col.j.verſi.ſecundò præmitto,& iterum verſ.& his.& Iaſ.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,col.ij.verſi.item adde,ff.de leg.j.& huic æſtimationi omnino conueniunt vſuræ quicunces,quæ vncia vna ſunt minores ſemiſsibus:& ita appellantur,quòd quina annua ſingulis centenis pariant.Sed nos de huiuſmodi æſtimationibus pleniſsimè dicemus infrà titu. *de notaires* , §.ij.vbi locus eſt eiuſce rei peculiaris. Sed interim illud tantum Lectores admonuerim ſanctiſsimum Senatum noſtrum Pariſienſem huiuſmodi venditiones ad decem aut maius pretium infra duodecim tolerare,nec reprobare contractus ita factos,ſed eos reducere ad quindecim. Si autem pretium ſit duodecim,non aliter reducere, quamuis ſit infra xv. Cenſuit enim Senatus huiuſmodi vſuram vnius pro duodecim eſſe temperatam, vti etiam cenſuit Ioan.And.in addi.Spec.tit.de vſur.in j.addit.

*Senatus Pariſienſis quid in hac redituum generaliũ emptione obſeruet.*

*Poßintne cogi creditores aßignationem bonorum redituum accipere.*

20 ¶NEC denique prætermiſerim in hac annuarum penſitationũ mentione id vnum, de quo ſæpius dubitari vidi,debitores earum poſſe cogere creditores, vt capiant aſsignationem ſiue (vt Galli noſtri vocant)aſsietam earum,id eſt,vt pro eis in ſolutum accipiant fundũ quempiam,per text.in l.ſi quis argentum,§.ſi verò,& ibi Bal.qui eum §.legit cum prin.huius l.col. vlti.verſi.ſi verò not.quòd ſi debitor.C.de dona. vbi tamen ipſe Bald. dicit nonnullos dicere,id ibi ſpeciale eſſe in caſu donationis huiuſmodi penſitationum fauore donantis: ſed ſecus in aliis caſibus. Et id tanquam ſing.reaſſumit Iaſon in l. non amplius,§.cùm bonorum, ff.de leg.j.vbi & id prætereà dicit not.tanquam quotidianum. Sed & pro honorabili laudat idem Iaſo.in l.ij.§.mutui datio,col.pen.verſi.xvij.fallit,ff.ſi cert.pet. Et id quoque ſing.dicit. Catel.Cotta.memor.incipi.ſolui non poteſt,poſt princ.& not.Pet.Gerar. à Petr.ſing.xxxiiij. manda memoriæ. Et facit etiam tex.in l.filiusfamilias.§.apud Marcellum, ante fin.ff.de leg.j. & quod ſcribit Ioan.And.in addit.Specu.titu.de inſtrumenti edit.§.dicto de impugnatione, verſic.nunc dicamus de inuentario,in addit.incip.de Trebellianica,ibi, ſed adhuc quæritur, & Collect.in c.paſtoralis,colum.iij.verſi.item quid ſi quis,extrà de donat. Et facit etiam tex. in authen.hoc niſi debitor,C.de ſolu.& quod not. à Corſe.& Aufre.in deciſi.Toloſ.quæſti. lxviij.item fuit quæſitum ſi creditor.

21 ¶Verùm Paul.Caſt.conſi.xlvij.vltra ea quæ ſuperius,col.vlti.in vlti.dubio,lib.2.tenet omnino non audiendum eſſe debitorem,qui petit aſsignari fundum creditori, cuius reditus ſufficiant ſoluendo debito annuo.Nam ille (inquit) tex.in d.§.apud Marcellum,& quod tradit Ioan.And.vbi ſuprà,loquuntur,quando alicui eſt relictum prædium,iſque iuſſus eſt præſtare onus quodpiam ex reditibus eius prædij.quo caſu non tenetur vltra quàm ex eo percipitur. Ideóque ſi velit id relinquere creditori,liberatur. Non ſic,quando quis tenetur in genere:ideoq; ſi non perciperetur ex vno prædio,teneretur ex aliis,l.quidam teſtamento,ff.de legat.j. propterea non debet audiri volens aſsignare vnum prædium , & ita omnino liberari: quia cùm ſit ipſius periculum,id in creditorem transferret:quod eſſe non debet in ſua poteſtate.arg.l.iij.§.j.ff.de iureiur. Hæc ille. Et idem voluit Maſuer.tit.de loca.& iure emphyteu.§. item ſciendum,per quædam iura quæ mihi nihil facere videntur,& hac etiam ratione,quòd aliud pro alio creditori inuito ſolui non poteſt. Quibus adde quod ſcribit Bald.in l.creditor,la ij.ff.ſi cert.pet,quòd ſi onus quodpiam reale eſt, & habens originem principaliter à re ipſa,debitor liberatur rem eam cedendo creditori.Sed vbi debetur à perſona ratione perſonæ,ſecus eſt:quia concernit totum patrimonium pręſens & futurum,per multa ibi ab eo allegata,quæ ſunt omnibus obuia. Et vide etiam, quæ de renuntiatione emphyteuſis & feudi

dicturus ſum infrà eod.tit.§.xxxiiij. Et adde ad id quod ſuprà dictum eſt, nonnullos dicere id quod ſcribitur in d.l.ſi quis argentum, §. ſi verò, eſſe ſpeciale fauore donantis, & id quidem tenere Barb.in rubr.extrà de donat.col.vlti.

## OV AVTRES CHOSES CENSEES POVR IMMEVBLES. AVT QVASVIS ALIAS RES HABITAS PRO IMMOBILIBVS. GLO. VII.

*Actiones cenſeantúrne mobiles, an immobiles.*

1 CVIVSMODI videri poſſunt actiones, quæ competunt ad res immobiles: nam & eæ cenſentur immobiles: vt econtrario quæ ad res mobiles competunt, mobiles: ex ſententia gloſ.& aliorum in l.j.C.ſi aduerſ.tranſact.& gl.in §.hæc ergo, in verbo, numeranda, in auth.de non alien.Dy.& Bart.in l.poteſt, ff.de auth.tu.Pet. à Bel.pert.in l.vlt.col.ij.verſic. item poteſt ſaluari, C.in quib.cau.in integ.reſtit.non eſt neceſſ. Zenz.in extra.Ioan.xxij.ad conditorem, in prin.in verbo, mobilium.Fed.Senen.conſ.xij.fratres prædicatores, col.vlti. Collect.in c.nulli, col.vlti.verſi.nunquid ergo nomina, de reb.eccl. non alien.Bar.& Ang.in l.ſi ſic legatum, §.vlt.cum l.ſeq.in fi.ff.de leg.j.Bal.in l.iubemus, la ij. in prin.C.de ſacro.eccl.& in l.ita demum.in fi.C.de colla.& in c.1.§.ſciendum, col.j.tit.de feu. cog.& conſi.ccxlvij.præmiſſo ſtatuto, col.ij.lib.1.& conſi.ccccLxxvij.recolo, col.ij.verſi.porrò, lib.5.Ang.in l.j.§.fuit quæſitũ, & ibi Ro.ff.ad Treb.& in §.aliud quoque, col.ij.verſic.ſed iuxta hoc quæro, in auth.de æqual.dot.Pano.conſi.lxiij.quædam domina, col.iiij.lib.2.{Roma.in l.nam quod.§.ſed etſi quis.quem legit ſub l.apud Iulianum, col.j.verſi.quid autem ſi verbo.ff. ad Sc.Treb.} Ioan.Plat.in l.ij.§.ad filiorum, circa med.C.quando & quib.quar.pars, lib.10. & in l.j.in prin.C.de impo.lucra.deſcrip.eod.lib.Alex.conſi.xvj.viſo titulo quæſtionis, col.vlti. verſi.fortificantur prædicta, lib.1.& conſi.xxxj.quod eſt eodem initio, col.ij.verſicu.ſed ita eſt, lib.1.quod reperitur conſil.cxj.lib.4. niſi quòd huius initium eſt, viſo themate quæſtionis.& rurſus idem Alex.conſi.cxxv.viſis & conſideratis, in fin.eod.lib.1.& conſi.xlix.viſo proceſſu, col.j.lib.3.& conſi.liiij.viſis & conſideratis, col.ij.verſ.ſecundo principali, eo.lib.3.& conſi.xcij. perſpectis diligenter, col.ij.verſi.& ſicut dixi, lib.6.& conſi.cxlj.viſo ſtatuto, col.vlti.lib.7.Maſuer.tit.de executi.§.item nomen ſeu actio.Barb.conſi.xxij.Deum innocent, col.iij.verſi.ita in propoſito, lib.3.Corn.conſi.ccxxxvj.diligenter, col.pen.verſi.nec etiam obſt.lib.4.Card.Alex. in d.c.1.in prin.col.pen.verſicu.ſed quid de nominibus, tit.de pace tenen.Philip.Deci.in l.qui actionem, poſt princ.ff.de reg.iur.Iac.à S.Georg.in tract.de Roydis ſiue operis, col.v.verſicu. tertiò pro hac parte.Steph.Bertr.conſi.lxxiiij.ponitur in facto, num.7.lib.2.& conſil.cv.quod eſt eiuſdem initij, nu.14.eod.lib.2.Anto.Rub.conſi.lxj.tota difficultas, col.j.Matthæ.Afflict.in conſti.Siciliæ incip.circa violentiarum, col.vltim. Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo Niuernenſium, titu.*quelles choſes ſont reputees meubles*, cap.7.

2 ¶Quæ ſententia multis comprobari poteſt.Primùm enim actiones competentes ad res mobiles vſucapiuntur triennio: ad res immobiles decem vel viginti annis.§.j.verſi.& ideo, Inſti. de vſucap.& tradit Bald.in l.non eſt, ante fi.C.qui.non obſt.long.temp.præſcr. Et facit l.corruptionem, & ibi glo.in verbo, excludere, C.de vſufruct. Et etiam de iure canonico, quod requirit quadraginta annos ad vſucapiendam rem immobilem eccleſiæ, idem tempus requiritur ad vſucapionẽ actionis, quæ pro ea competit, c.ad aures, de præſcript.Item actiones competentes minoribus ad rem immobilem ſine decreto alienari non poſſunt: ad rem mobilem poſſunt: vt not.per glo.& doct.in d.l.j.C.ſi aduer.tranſact.& Bart.conſi.l.Gilius Petri, col.j.& conſi.lxx.reuerendiſsime domine, col.ij.verſic.quartò præmitto, & in l.ſi ad reſoluendam.& ibi quoque Bald.per illum text.C.de præd.mi.Ang.in d.l.j.§.fuit quæſitum, circa medium, ff. ad ſenatuſcon.Trebel.Ioan.Plat.in l.vlt.C.de vend.re.ciui.lib.11.vbi & idem dicit de actionibus competentibus ciuitatibus pro rebus immobilibus.Alex.d.conſi.cxxv.viſis & conſideratis, col.ij.verſic.modò ſit ius agendi, lib.1.vbi hanc dicit eſſe communem doct.concluſionem vbique approbatam.& conſi.xxvij.attentis narratis, col.vlt.lib.3.& d.conſi.liiij.vbi ſuprà, & iterum col.iiij.verſi.ſed certè, eo.lib.3.& latè Corſe.qui ad hoc multa allegat, deci.Toloſa.quæſt. ccccitj.item fuit quæſitum, an tutor poſsit dare, & multi ex iis quos ſuprà citauimus. Idem de actionibus competentibus eccleſiæ tradit Bald.in authen.hoc ius, paulò ante fin.C.de ſacroſanct.eccle.Hinc & ſtatuta prohibentia alienationem immobilium, trahuntur ad actiones rerum immobilium.Corn.d.conſil.ccxxxvij.vbi ſuprà lib.4. Et generaliter eandem ſolennitatem requiri in alienatione actionis rei immobilis, quæ & in alienatione eiuſdem rei requiritur, reſpondit Alex.d.conſi.xxvij.ad fin.lib.3.

*Actiones minorum an ſine decreto poſſint alienari.*

*An & actiones ciuitatibus competentes.*

*Et quæ competunt eccleſiæ.*

*Actiones diuiduæ aut indiuiduæ ex re ad quam competunt.*

*Actio certa aut incerta ex re ipſa.*

3 ¶Sed & aliâs videmus, quòd aliis quoque reſpectibus eiuſmodi cenſentur actiones & obligationes, eiuſmodi ſunt res, ad quas competunt: videlicet diuiduæ, aut indiuiduæ, l.ij.§.& harũ; & ibi Iaſ.col.iij.in j.no.ff.de verb.oblig.& l.iiij.§.Cato, & ibi Dyn.Bart.col.ix.in v.q.Angel.& Recentiores, eod.tit.& l.ſtipulationes non diuiduntur, & ibi Bart.in ij.oppo.& iterum col.ix. in ij.quæſt.primæ partis.Paul.Caſt.Alex.in j.not.& Iaſ.in ij.not.eod.quoque tit.idem Bart.in l.ſi vt certo, §.ſi duobus, col.ij.ff.commod.& in l.Græce, §.illud, ff.de fideiuſſ. Similiter ſi id quod eſt in obligatione, certũ eſt, facit certam actionis cauſam: ſi incertum, incertam, l.vbi, ff. de verb.



de verb.obli.Et generaliter quod in actione eſt, eam modificat, vt noſtri loquuntur.l.ſi eum. §.vlti.ff.ſi quis cautio. Nam & qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.l.qui actionem, ff.de reg.iur.& ibi concord. Nec intereſſe videtur, habeat quis pecuniam in numerato, an verò in nominibus: & in vtroque idem ius ſtatuitur.l.j.§.exactio, C. de rei vxor.actio.& l.magis, §.non paſsim, ff.de reb.cor.& l.ij.§.mobiles, C.quando & quibus quarta pars, lib.10.{Et qui prohibetur rem alienare, prohibetur & actionem quam habeat ad eam cedere.vt voluit Dyn.in l.pupillus.ff.de autorit.tutor.&.in l.ait prætor, ff.de iur.delib.& Bald.conſil.cccxlix. qui litem habebat, circa medium.lib.2.} Et in vniuerſum actiones adſumunt naturam & qualitates rerum, pro quibus cõpetunt: vt in pulchro caſu reſpondit Cor. conſi.clxxxviij.circa hanc conſultationem, in fin.lib.2.

*Actionis natura & qualitas ex re.*

*Finis rem, qualis ſit, demonſtrat.*

4 ¶Ad hæc, ſi eſſent exactæ res mobiles, vel immobiles, ad quas actiones dãtur, eſſent omnino, vt erant ante exactionem.Ergo & ita ante exactionem cenſeri debent: nam finis demonſtrat, qualis res ſit cenſenda.l.ſed & ſi quid.§.j.ff.de vſufru.& c.fraternitatis, §.vlti.extra de frigid.& malef.Et voluit Specu.huc reſpiciens, nempe vt res ſit cenſenda mobilis vel immobilis ex fine, in tit.de fructib.& intereſ.§.ſcias igitur, verſi.ſed quid ſi debeo.& dicemus latiùs infrà in eadem glo.nu.44.incip.tum etiam quia finis. Denique ad hanc ſententiam citatur l. nepoti, ff.de fund.inſtruct.& l.qui filium, & l.quæſitum, §.vlt.ff.de leg.iij.& alia huiuſcemodi iura.

*Duæ limitationes ad ea quæ dicta ſunt.*

5 ¶Hanc autem opinionem duobus modis limitat Bald. in c.ſciendum, col.j.titu.de feud.cog. Primùm vt procedat, niſi in caſibus, in quibus inuenitur ſeparata iuris diſpoſitio ſuper actionibus, vt in caſu l.à Diuo Pio, §.in venditione, ff.de re iudi.Secundùm, vt procedat in diſpoſitione legis: nam in diſpoſitione hominis actiones perſonales nunquàm continentur appellatione mobilium vel immobilium, nec etiam chirographi, in quibus continentur nomina debitorum.l.Caius, in princ.ff.de legat.ij. Et hoc ſequitur Mart.Laud.in d.c.ſciendum, poſt princ.& ibi quoque Cardin.Alex.col.ij.

*Qui dicunt actiones inter bona immobilia reponendas.*

6 ¶AT SVNT QVI actiones diſcriminatim reponunt inter bona immobilia, videlicet gloſ. in l.vlt.C.in quib.cau.in integ.reſt.non eſt neceſ.ar.l.ait Prætor, §.j.de iure delib.& glo.in c.2. in verbo, iura, de reb.eccle.non alie.lib.6.dum no. ex eo text. iura atque omnia incorporalia poni inter immobilia: ibi enim idem ius in vtriſque ſtatuitur.& facit (inquit) l.vlt.C.de long. temp.præſcrip.vbi incorporalia preſcribuntur, vt immobilia.Sed & allegat d.l.iubemus, la ij. §.j.C.de ſacro.eccle.Et in hac quoque eſt ſententia Spec.tit.de reſt.ſpol.§.nunc dicamus, col. pen.ibi, ſed adhuc contra prædictos, & ibi Ioan.And.in addi.qui allegat d.glo.& rurſum ipſe Spec.tit.de ceſsi.actio.§.j.verſi.ſed nunquid minor, dum ſimpliciter negat minorem poſſe cũ autoritate tutoris ſine decreto ſua iura cedere.& Alber.in l.j.C.ſi aduerſ.tranſact.vbi & illud dicit, actiones eſſe immobiles ſuapte natura, ſed regulariter cenſeri ſecũdùm naturam rerum, pro quibus competunt. Et facit vltra prædicta, quia quod incorporale eſt, moueri non poteſt.l.ſeruus, §.incorporales, ff.de acquir.rer.do. Et hinc generaliter iura incorporalia immobilibus comparari tradit Sal.in l.ſi à creditore, in fin.C.de actio.& oblig.

*Qui contrà inter mobilia.*

7 ¶NEC DESVNT, qui è diametro contrarij, cenſeant nomina eſſe mobilia, aut mobilium loco haberi: vt glo.in d.l.mouentium, ff.de verb.ſignifi.dum primùm dicit, ea videri eſſe immobilia, cùm moueri non poſſunt: per d.§.incorporales.Et ſubdit poſſe dici, ea mobilia eſſe, arg.d.l.ij.§.mobiles, C.quando & quib.quar.pars.& nihil aliud dicit, tanquam videatur huic poſteriori opinioni inhærere, vt alibi proteſtatur in l.qui filium, ff.ad ſenatuſcon.Trebel. Et huic opinioni videtur prætereà adſtipulari tex.in d.§.exactio, iuncta gloſ.in verbo, incorporalibus, & ibi etiam Bald.& text.in d.l.poteſt, ff.de autor.tutor.& ibi gloſſ. quæ per eum text. ius facit minori alienandi actionem cum autoritate tutoris ſine decreto iudicis, cõtra quàm ſuprà diximus ex Spec. Et hanc opinionem ſecuta eſt conſuetudo Auernienſis, titu.xvj.qui eſt, *Des achaptz, lotz & ventes*, cap.10. Ideo & ex conſuetudine: eiuſdem generis eodem titu. *de retraict*, qui xxiij.eſt cap.23. retractus non habet locum in venditionibus nominum debitorum & actionum, non magis quàm mobilium: hæc enim omnia iungit.Secuta quoque eſt conſuetudo Borbonienſis, cap.281. & iterum cap.443.vbi ex hoc dicit in his non eſſe locum retractui.

*Conſuetudines.*

*Aliorum in ea re opin.*

8 ¶ALII RVRSVM in ea ſunt ſententia, vt ſit diſtinguendum, an aliquid debeatur reſpectu rei immobilis, vt tributum, decimæ, affictus (quem vocant) & tunc actiones in eas res competentes ſint connumerandæ inter bona immobilia. Sin verò pro nominibus & debitis cõpetant actiones perſonales, hæ mobilibus annumerentur, licet pro re immobili debeantur: per l.liberto, §.Lucius, ff.de an.leg.iuncta l.vlti.ff.de contrahend.empt.Et hos dicit fortè non malè dicere Alberi.in authen.hoc ius, colum.v.verſic.alij. diſtinguunt, C.de ſacroſanct.eccle. & reſpondet ad l.ſciendum, §.item qui, verſic.eum verò, ff.qui ſatiſd.cogan. qui videtur facere contra eam opi.vt ex hoc quoque intelligas eam illi placuiſſe.& id voluiſſe videtur idem Alber.in l.vlt.in princip.ff.de donat.dum poſt aliorum in hac re opin.tandem ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in d.authen.hoc ius.

*Aliorum item opin.*

9 ¶SED & multis placuit nomina & actiones neque mobiles eſſe, neque immobiles, ſed tertiã quandam & ſeparatam ſpeciem: & inter cæteros Spe.tit.de fructi.& intereſ.§.ſcias igitur, verſ.

*Actiones tertiam ſpeciem conſtituere.*

*Actiones non compræhendi in donatione, aut legato, aut confiſcatione bonorum mobilium & immobilium.*

ſed pone,Prælatus,ibi,ſecundò quæritur,& ibi Ioan.And.in addi.illius,in verſic. ſed quid ſi
debeo,qui confeſtim illum ſequitur.Bart.& Raph.Fulg.in l.quam Tuberonis,§.vlt.ff.de pe-
cu.ipſe Bar.in l.ſi conuenerit,la ij.in prin.ff.de pig.act.& in d.l.j.& ibi etiam Fulg.C.ſi aduer.
tranſact.vbi dicunt nomina non compræhendi in donatione rerum mobilium & immobi-
lium.idem Bart.qui & hoc idem dicit in hac ſpecie donationis,in l.Centurio,col.vij.verſicu.
vel quid ſit,ff.de vulg.& pup.& in l.vlt.verſi.quid ſi legatur,ff.de vſufruct.leg.vbi idem dicit
de legato bonorum mobilium & immobiliũ & conſi.lj.Bonauentura,ad fi.& conſ.ccxxxiiij.
Lena Mactarelli,col.ij.quod idem eſt cum præcedenti,niſi quòd habet aliud initium,& vtro
bique illud dicit de legato.& Oldra.conſi.ccxix.factum tale eſt, dominus Rex Franciæ.Alb.
Gand.in ſuo opere maleficiorum,tit.omnium poſtremo,col.antepen.verſi.item pone in ſta-
tuto:vbi dicit:quòd ſi omnia bona mobilia & immobilia homicidæ debeant publicari, non
compræhenduntur nomina debitorum.& Guid.Suz.qui idem dicit in ſua diſpu.incip.pone
quæſt.de facto ſtatutum eſt in ciuitate Pergami.Albe.qui idem quoque firmat,in d.l.mouen
tium,ff.de verb.ſignifi.in tertia parte ſtatutorum,q.xiij.item quæro an publicani.Pet.Iaco.in
ſua ſumma,tit.de act.ex teſtamẽto,col.vij.verſi.item omnia bona mea,cum multis ſeq. vbi id
latè diſputat.Lapus alleg.xcij.imprimis videndum eſt,ad fi.Bal.in l.j.in prin.C.de Præto.pig.
& in l.ſi arrogator.col.antepen.ff.de adopt.& in l.ſi conſtante,§.vlt.in fin.& ibi etiam Alex.ff.
ſol.mat.vbi & illud dicunt de publicatione bonorum mobilium & immobilium. Idem Bal.
in c.vigilanti,col.ij.verſi.nec obſt.dictũ,extrà de præſcri.& conſi.xlvj.quidam nomine Cola,
ad fin.lib.2.vbi ex hoc dicit quòd ſubſtitutio facta de bonis mobilibus & immobilibus,non
eſt vniuerſalis nec directa,& conſi.ccccxxiij.Andreas,lib.3.& conſi.cccclxxxv.qui legat,lib.4.
quibus conſi.illud dicit de donatione bonorum mobilium & immobilium.Ange.conſi.ccc-
xxviij.cõſultatio prædicta,vbi ex hoc dicit executores deputatos ad executionem bonorum
mobilium & immobilium, nihil iuris aut facultatis habere in nomina & actiones. Aluar. in
d.c.1.§.ſciendum,tit.de feud.cogni.Cardi.Flo.in cle.j.in prin.in x.& xj.q.& ibi quoque Imol.
col.pen.de reb.eccle.non alie.vbi ipſe Cardi.illud quoque dicit de publicatione,& donatio-
ne.& idem Card.conſi.lxvj.ſtatuto ciuitatis Tergeſti:vbi id dicit maximè procedere in ſtatu
tis.& latius conſi.lxxij.ſigillatim ad ſingula,col.j.Imol.in c.ex parte,quod eſt pen. circa med.
extrà de conſu.vbi & illud dicit de legato bonorum mobilium & immobilium. Panor.in c.
relatum,le ij.in j.not.de teſta.Pau.Caſt.conſi.ccxxvj.dico dictum Ser Franciſcum,circa med.
lib.1.Maria.in tract.obla.in libello viij.in vj.quæ.Bene.Capra,conſi.ix.punctus,quidam magi
ſter,col.ij.verſi.circa ſecundum,& conſi.xxviij.punctus fuit quidam Ser.col.vlt.& conſi.lxvj.
punctus quidam Bernardus,col.iij.& conſil.lxxviij. punctus,Bunarellus,col.iij. quibus locis
loquitur de legato bonorum mobilium & immobilium.& conſi.cxxxj.in nomine Domini.
cùm vt præſupponitur,in fi.Alex.in l.j.col.iij.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.& conſi.ix.viſis verbis
teſtamenti,col.vlti.lib.1.& conſi.xlv.habita,col.iiij.verſi.primò enim,eod.lib.1.& conſi.lij.viſo
themate,col.vlti.eod.lib.1.& conſi.xij.viſo themate,col.iij.verſi.nec dici poteſt,lib.2. & conſil.
cix.viſo themate quæſtionis,col.iij.lib.4.& conſi.lxviij.quia conſultationem hanc, in ſecun-
do dubio,lib.6.& conſi.clxxj.in cauſa & lite,col.iij.verſi.pro confirmatione , eod.lib.6.& latè
conſi.ccxliiij.ponderatis,eod.lib.6.Fran.Aret.in l.ea demum,C.de collat.& conſi.liiij.in cau-
ſa magiſtri Blaſij,col.vlti.Corne.latè conſil.ciiij.circa primum,colum.iij.lib.2. vbi ob id dicit
valere donationem omnium bonorum mobilium & immobilium , præſentium & futuro-
rum:cùm in ea contineantur actiones & nomina , & conſi.clxxiij.quod eſt eodem initio,ad
fin.lib.3.& conſil.vj.in hac conſultatione , column.lib.3. vbi & id dicit procedere in materia
quoque fauorabili.& conſi.liiij.in themate,colum.ij.verſicu.ex alio etiam,eod.lib.4.& conſi.
lxiiij.in caſu præſentis conſultationis,col.ij.verſi.& verbum,lib.4.& conſi.clxxxviij.quia pe-
titio,colum.ij.verſicu.& non clauduntur,eod.lib.4.& conſil.cccxvj.in conſultatione , in fin.
eod.lib.4.Barba.in cap.relatum,colum.j.de teſtament. vbi illud dicit de legato. Guido Papæ
deciſ.Delphi.ccxcj.appellatione bonorum:vbi etiam dicit ob id valere illam generalem do-
nationem, de qua nuper diximus. & deciſi.cccxlj. ſuper quæſtione,verſicul. ſed an publica-
tione:vbi illud dicit de publicatione.& deciſ.ccccxcix.teſtator quidam, vbi loquitur de lega-
to.& conſi.lij.factum tale eſt Ioanneta,colum.vltim.vbi idem dicit.& conſil.lx.ad dubia eli-
cita,in ſecundo dubio: vbi etiam dicit valere donationem illam generalem omnium bono-
rum mobilium & immobilium , præſentium & futurorum.& conſil.ccxv. vertitur quæſtio,
colum.ij.verſic.quia etiam.Socin.ſi is eſt,qui & illud dicit de donatione, in tractat.fal.regula
cviij.donatio omnium bonorum,in j.fallent.vbi dicit id not.voluiſſe Bald.conſil.incip. Na-
phydus,Ange.Aretin.in §.j.Inſtitut.de inutil.ſtipul.vbi ex hoc dicit in obligatione omnium
bonorum mobilium & immobilium non compræhendi nomina & actiones.Iaſ.in l.ſtipula
tio hoc modo concepta,ante fi.ff.de verb.obli.vbi etiam ex hoc dicit valere illam donationẽ
generalem,de qua ſuprà iam ſæpius diximus,atque ita ſe conſuluiſſe, & poſtea reperiſſe Bal.
idem quoq; conſuluiſſe,conſi.234.lib.2.de quo poſtea loquemur,nulla alia eiuſdem,nec alio
rum mentione facta,atque de hac re multùm gloriatur, tanquam admodum recõdita & ab-
ſtruſa,cùm vix aliam apud noſtros frequentiorẽ reperias.Et idem Iaſ.in d.l.à Diuo Pio,§.in
venditio

*Iaſonis gloria.*



venditione,col.ij.vbi etiam meminit ſui illius conſ.ff.de re iud.& ita verè conſuluit conſ.v.
ſtrenui,col.iiij.verſi.ſecundò pro iſta parte,lib.3.Philip.Deci.in eo caſu loquens,conſi. xxx.
cuius ſuperſcriptio incipit,donatio omnium bonorum,col.j.verſi.quartò Iacobus donauit,
iunctis his quæ latè dicit col.vlt.verſi.quartò non obſt.& conſi.ccxxxvij.in caſu, in j.dubio.
& conſi.cclxxxj.viſis his,col.ij.& conſi.ccclxxxvij.quæritur an dominus,col.jj.& conſil.414.
viſo eleganti,col.vlt.& conſi.cccclxj.præſens conſultatio,in j.dubio.Catel.Cota.qui id dicit
ſing.memor.incip.bonis publicatis,verſi.quid autem in donatione.& iterũ memor.nomina
debitorum. Steph.Bertr.cõſi.clix.ſi in pacto,poſt prin.lib.1.& conſi.lix.voluiſſem,nu.2.lib.2.
quibus etiam locis dicit valere donationem illam.& conſi.xj.etiamſi dum eſſet. num.6.lib.3.
& conſ.cvij.viſo conſultationis themate,nu.1.eo.lib.3.& conſi.clxij.Catharina,nu.2.eo. lib.3.
& conſi.ccxiij.ponitur in facto,nu.3.eod.lib.3.& conſi.lxxxv.viſo inſtrumento,ad fi.lib.4.&
conſi.clxviij.donatio in fi.eod.lib.4.& conſi.clxxv.non dubito,in princ.eod.libr.4.& conſi.
cxc.indultũ,nu.3.eod.lib.4.Alciat.in l.vlt.in glo.vlt.col.3.C.de Pactis.Bernard.Land.in addi.
Bart.conſi.50.Gilius Petri.Fran.Ripa.in l.j.nu.6.ff.de pigno.Et omnes vbique,præter vnum
Pau.Eleaz.in c.ij.de rebus ecleſ.non alie.lib.ſexto.

*Nomina & mobilia poni ut diuerſa.*

10 ¶Ad hanc ſententiam adfertur d.l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iud.& d.l.quam Tu-
beronis,§.vlt.ff.de pecu.& d.l.ij.verſi.ſed vbique,iuncto verſi.mobiles,& verſi.in exigendis,
C.quando & quib.quar.pars,libr.x.in quibus ſeparatim diuiſimque ſtatuitur de bonis mo-
bilibus & immobilibus,& nominibus. Et l.ad eum,in prin.ff.de donat.vbi nomina,& mo-
bilia ponuntur vt diuerſa,cum dicitur,Quidquid habes tam in nominibus, quàm in rebus
mouentibus,& l.omnes,in princip.& l.bene à Zenone,verſi.& nemo,C.de quad. præſcript.
vbi etiam actiones & iura ſeparatim nominantur à rebus mobilibus & immobilibus.Adfe-
runtur quoque à multis non admodum pertinenter hæc iura,videlicet l.cogi,§.ſed & miles,
ff.ad S.C.Trebel.& l.ſi mihi Mæuia,ff.de leg.3.& l.ſi cùm pupillus,ff.rem pupil.ſal. for.& l.j.
in fin.& l.iij.in prin.ff.pro ſoc.& l.ea quæ in nominibus,C.famil.erciſcun.{Sed & eſt bonus
text.à nullo,quẽ viderim,ponderatus in l.j.C.de præt.pigno.cùm dicitur,non ſolùm ſuper
rebus mobilibus & immobilibus,ſed etiam ſuper actionibus.}

*Quæ eadẽ dicũtur ſpecie.*

*Actionũ ſubſtantia.*

11 ¶Nec deſunt ſuæ huic ſentẽtiæ rationes.Illa enim dicũtur eſſe eadem ſpecie,quæ & ſuſtãtia
& natura,& eorundẽ effectuũ productione ſunt eadẽ,vt dicit Cy.in c.ſine poſſeſsione, col.
iij.verſi.duæ poſsidendi qualitates,de reg.iur.lib.6.Actiones autẽ à mobilibus & immobili-
bus in his omnibus differunt.Nam primùm horũ ſubſtãtia eſt viſibilis,corporea,palpabilis:
ideoq; & in loco,vt videre eſt,conſiſtunt.Actionũ autem & nominũ inuiſibilis,incorporea,
impalpabilis.§.j.Inſt.de reb.corp.& incorporalib.& l.ciuitates, ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nam
& ius quod incorporale eſt,manu apprehendi non poteſt,vt etiã dicit Quintilianus lib.5.c.
10.Ideoq; etiam nullo hæc loco circũſcribuntur.l.ſi fideicõmiſſum , §.tractatum,ff.de iud.l.
Caius,in princip.ff.de leg.2.& l.vxorẽ,§.legauerat,ff.de leg.3.& l.cùm de Lanionis,§.vlt.ff.de
fund.inſtr.& l.ſi mihi,§.j.ff.de leg.3.vbi probatur & id procedere in quantũcunque generali,
atque etiam vniuerſali diſpoſitione. Ex quo fit , vt ſi dono,quicquid Fontenai habeo,non
comprehenduntur nomina & actiones, etiam ſi inſtrumenta eorum eo loci ſint,aut ibi de-
beantur:ſecundũ Bal.in l.j in prin.ff.de ſtat.homi.cum multis concor.à me traditis in repet.
l.ſi vnquam,in verb.bona,nu.12.quid autem ſi quis donat.C.de reuoc.dona.

*Actiones non uerè poſſideri.*

*Iura traditionem non recipiunt.*

*Ceſsionẽ in iuribus pro traditione eſſe.*

12 ¶Hinc quoque fit,vt cùm mobilia & immobilia verè poſsideantur,l.3.in prin ff.de acq.poſ.
nomina tamẽ & cætera iura incorporalia verè non poſsidẽtur.l.ſequitur,§.ſi viã,ff.de vſuca.
& l.ſeruus,§.incorporales,& ibi no.ff.de acq.rer.admi.& c.cũ.eccleſia,in verbo,quaſi poſſeſ-
ſionẽ.de cau.poſ.& prop. Ideò nec illorum dominiũ transfertur,niſi facta traditione , & ſic
poſſeſsione apprehẽſa.l.traditionibus,C.de pact.& l.ſi ager,ff.de rei vend.In his autem cùm
traditionem non recipiant,vt dicitur in d.§.incorporales,ſufficit in id patiẽtia.l.ſi ego,§.j.ff.
de Publi.in rem act.Bar in l.quoties,per illum tex.ff.de ſeruit.& Bal.in l.per diuerſas,col.pe.
in 14.q.verſi.itẽ cùm ceſsio.C.man.cum ſi. Et ceſsio pro traditione habetur.vt not.gloſ.in l.
vlt.C.quãdo fiſc.vel priua.& l.vlt.in prin.in verbo,portionibus,ff.de dona.Bar.& Bal.in l.j.
vterq; col.3.C.de act.& obli.Bald.in l.ſi.ea lege,C.de vſur.Signo.conſ.lxxj.factũ ſic ſe habet,
dominus Epiſcopus,col.3.verſi.ſed incorporalia.Ange.conſi.clxxix.viſis prædictis,colum.5.
verſi.concludo igitur,& conſ.ccviij.viſo dicto puncto,ante medium,cum ſi.Nam omnium
vbique ea eſt ſententia,licet Bal.ſibi contrarius cõtrarium dixerit conſ.cclxxxv.caſus coram
R.col.ij.verſi.ſed & illud,lib.2.& Iaſ.conſi.cxj.aduertendũ eſt.col.ij.verſi.ſecundò principa-
liter,lib.4.vterque per text.& glo.in l.planè,ff.familiæ erciſcũd.vbi tamen glo.rectè intellecta
dicit contrarium. At ipſe Bal.in hoc diſtinguit in d.l.traditionibus,ad fi.C.de pact. & in l.j.
etiam ad fi.C.com.vtriuſque iudi.& Alex.conſi.clxxxiiij.in cauſa,col.ij.verſi.vltra prædicta,
lib.6.vt dicemus infrà eod.tit.§.vj.glo.j.nume.9.nec obſtat.

*Actiones directas oſsibus eſſe affixas.*

13 ¶Item ad alias rationes redeamus,mobilia triennio,immobilia lõgo tempore x. vel xx.ann.
vſucapiũtur.Actiones verò perſonales regulariter ſunt perpetuæ,l.ij.C.de cõſti.pec.& l.ſicut,
& l.omnes, C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.vt hinc clariſsimè intelligas eas actiones , aliter
atque bona mobilia & immobilia,cenſeri. Vt tamẽ illud poſtremò non omiſerim,rerũ mo-



BIBLIOTECA UNIV

bilium,& immobiliũ dominia à nobis prorſus ſeparari:nunquàm autem actiones directas, veluti oſsibus affixas,tãquam characterem impreſſum perſonæ.l.quis ergo caſus,in fi.& ibi glo.& Bar.ff.de pecu,& dicemus latius infrà eod.§.xxvj.in gloſ.j.verſi.xvj.actiones.

*Alia opin. an actiones ſint mobiles an immobiles.*

14 ¶In tam variis ac diuerſis ſentẽtiis Bal.iungens ſimul.primã opi.illã ac proximè præcedentem,in d.l.qua Tuberonis,§.vlt.ff.de pecu.& in c.j.in fi.prin.tit.de pac.tenẽ.dicit nomina debitorum,ſi ſubſtantiã reſpiciamus, neq; mobilia eſſe,neque immobilia:ſi ſimilitudinẽ,dicuntur mobilia,cum debetur aliquid mobile:immobilia,ſi immobile : nec aliud præterea dicit. Id quod nihil aliud eſt,quàm ſi dicas nomina non eſſe mobilia aut immobilia,ſed æquiparari ſiue adſimilari mobilibus,ſi mobilia debẽtur:immobilibus,ſi immobilia. Quod idẽ,penè voluit Alua.in d.c.j.§.ſi verò pacis,col.vlt.& Mart.Lau.in eo.c.j.col.ij.verſic.ſed quid de nominibus.& Card.Alex.etiam col.pe.verſi.eiuſdẽ initij.& Bar.& Fran.Are.in d.l.j.C.ſi aduer. tranſ.& Ang.in d.l.vlt.in fi.C.in quib.cau.in integ.reſt.non eſt neceſ.Alexan.conſi.xlix.viſo proceſſu,col.j.verſicu.& dato quòd ipſa actio,lib.3.& nonnulli ex iis,quos ſuprà citauimus.

*Alia item.*

12 ¶Alii aliter dicunt,vt videlicet actio reſpectu ſui ipſius nec mobilis ſit,nec immobilis,eſſentialiter:ſed iudicatur accipiturq; tanquam tertia quædã ac ſeparata ſpecies,ſi non neceſſe ſit,vt de ea iudicetur,tanquã de re mobili vel immobili. Quod ſi neceſſe ſit,vt vtri illorum accedat,quia conſtat de omnibus bonis actum fuiſſe,vt ſi ſtatutum dicat, quòd in omnibus bonis agnati & cognati ſint hæredes,ita vt agnatis deferantur immobilia, cognatis mobilia: vel ſi aliter expediat alterutris accedere, vt cùm quæritur an iura vel actiones competentes minoribus vel eccleſiæ poſsint alienari ſine decreto:& tũc de iis iudicamus,vt de re ad quã competunt,ſecundùm illam primam opinionẽ.Et ita declarant & diſtinguunt Iac.Aret.Bar. & Alcia.in d.l.mouentiũ,ff.de verb.ſign.Bar.in l.poteſt,ff.de aut.tut.& d.conſ.l.Gilius Petri, Bal.conſi.ccxlvij.præmiſſo ſtatuto,col.ij.lib.1.& d.cõſi.ccxlij.ſuper infraſcriptis dubiis.in vlt. dubio,lib.2.& d.conſi.ccccxxiij.Andreas,lib.3.Ang.in d.l.ſi conſtante,§.vlti.& ibi etiam Ro. {col.ij.verſi.tu autẽ dic,} ff.ſol.mat.idem Ang.in §.j.in Auth.de non ali.& d.conſi.328.col.iij. verſi.in contrariũ.& col.ſeq.verſi.non obſt.obiectio quinta.Imo.in d.c.nulli.col.vlt.veſ.vltimò tangit,& ibi quoq; Pan.col.iij.verſi.ſed eſt dubiũ,extrà de reb.eccle.non alie.idem Imo. Petr.Anch.Domi.& Phil.Franc.in d.c.ij.eod.tit.lib.6.Card.Flo.d.conſi.lxvj.& d.conſi.lxxij. col.iij.Pau.Caſt.in d.l.quam Tuberonis,§.vlt.ff.de pecul.& in d.l.j.C.ſi aduerſ.tranſact.Ro. conſ.Dix.circa propoſitã conſultationẽ,in 4.dubio,Alex.in d.l.à Diuo Pio,§.in vẽditione, in j.not.ff.de re iud.& latè conſi.cclxiiij.per totũ lib.6.Corn.conſi.ccxxix.licet claram,in fin. lib.4.Guid.Pap.d.conſi.lij.Socin.conſi.cj.viſo teſtamento Antonij,col.vlt.lib.j.quod iterum repetitur conſ.clxxv.lib.2.Card.Alex.in c.j.§.ſciendũ,col.ij.tit.de feu.cog.Aufrerius in deci. Tholoſ.q.cccxv.item fuit quæſitum teſtator legauit.Steph.Bertrand.conſi.ccxlv.ponitur in facto,col.ij.verſi.ex quo facto,lib.1.& d.conſi.cix.lib.4.

*Alia quoque.*

16 ¶Cæterum Iac.Bel.in d.§.j.in Auth.de non ali.fuit in ſing.opi.Nẽpe actionem reſpectu ſui eſſe immobilem.At ſi conſideratur reſpectu rei,ad quã cõpetit,intereſſe an tractemus de fauore,an de odio,an verò & de vtroq; miſtim.Primo & ſecũdo caſu cenſeri vel mobilẽ vel immobilem,prout fauor & odiũ ſuadebit,ita ſcilicet vt fauor obtineat,odiũ vincatur. Tertio caſu conſiderandũ eſſe,vtri magis attribuatur,fauori,an odio, vt ſecũdùm id iudicetur: per d.l.corruptionem,C.de vſufr.& l.ſicut,in prin.C.de ſerui.& l.vlt.ad fi.C.de præſcr. lon. temp.Et ita,vt vides,Iaco.ipſe ſemper,quò fauor illum ducit,ſequitur.Et illũ ſequitur nuncupatim Lucas Pen.in l.vlt.col.ij.C.de ven.re.ciuil.lib.xj.& Petr.Fer.tit.forma libelli in act. reali,in verbo,veris ac legitimis,col.antep.verſi.amplius quæritur an actio perſonalis.& videtur etiam ſequi Albe.in tertia parte ſtat.q.xiij.item quæro an publicatis bonis,& Sal.cum aliqua tamẽ diſtinctione,in d.l.iubemus.la ij.C.de ſac.eccle. Sed id eſſe falſum, ſatis apparet ex iis quæ ſuprà diximus de donatione & legato bonorum mobilium & immobilium.

*Actiones ad genus aut quãtitatem in genere ſemper eſſe tertiã ſpeciẽ.*

17 ¶Ideoque malo inhærere præcedenti diſtinctioni,quæ vt cõmunior eſt,ita & verior : ſed quã tribus aut quatuor modis non cõtemnẽdis intelliges.Primò vt procedat in actionibus, quæ cõpetunt ad certã ſpeciẽ.Nam ſi ad genus cõpetunt,vel etiam ad quantitatẽ in genere, ſemper faciũt tertiã & ſeparatã ſpeciem.Nam actio per ſe nec mobilis eſt,nec immobilis, vt pleriq; omnes fatẽtur:nec etiã genus aut pecunia in genere & in forma,in qua eſt in obligatione,mobilis eſt vel immobilis:genera enim ſunt in intellectu,nõ in ſenſu. Tãge enim,potes,genus humanũ,vel genus pecuniæ,vel ſeruorũ,vel moue illud,& certè non potes. Hæc propè Lapus d.alleg.xcij.imprimis videndum eſt,in fi.& ſequitur,dicitq; ſing.& à nullo alio Doct.tactũ,Ro.in d.l.ſi conſtãte,§.vlt.col.2.verſi.illas tamẽ,ff.ſol.mat.& d.cõſi.509.in quarto dubio.& Alex.in addi.Bar.in d.l.mouentiũ,ff.de verb.ſig.& d.conſi.lxviij.ad fin.libr.6. & Card.Alex.in d.c.1.§.ſciendũ,col.ij.tit.de feu.cog.& Soc.d.conſi.cj.col.vlt.libr.j.Alber.Bru.in tract.ſtatut.excludentiũ fœminas,in 8.art.q.xxvj.lib.j.ante fi.& Chaſſ.in cõmentariis conſuetud.Burgund.tit.*de droictz appartenans à gens mariez*, §.ij.in verbo,*tous meubles*, col.iij.verſi.ſed nunc. Sed & illam Lapi ſententiam ſequitur Barb.in cap.nulli,in fi.de reb.eccle.non alie.vbi contrà quàm à Rom.vbi ſuprà,dictum fuerat,dicit id fuiſſe dictum à Bart.in l.j.C.ſi aduer. tranſact. Sed aut is errat,aut codices Bar.qui circunferuntur,ſunt mendoſi.

¶Secvn



*Actiones ex cõmuni uſu loquendi eſſe mobiles uel immobiles.*

18 ¶Secvndo intellige, quæ dicta ſunt procedere,niſi ex communi vſu loquendi actiones contineantur ſub mobilibus vel immobilibus. Is enim communis vſus in ea re , vt ſemper aliàs,magis ſequendus eſt,quàm propria verborũ ſignificatio:vt expreſsim & in hac ſpecie reſpondit Oldrad.d.conſil.ccxix.& Ioan.Andr.ipſius diſcipulus , qui ferè id & penè totum conſi.repetit,nulla tamen magiſtri mentione facta,vt ſæpe aliàs,in addi.Spec.d.tit.de fructib. & intereſ.§.ſcias igitur,verſi.ſed quid ſi debeo:per multa iura ab vtroque allegata,vt per eos videre poteris. Et id ſequitur & dicit ſing.Feli.qui multa ſimilia aggregat in procemio Decretalium,col.iij.circa medium.

*Diuerſa ratio actiones diuerſas cenſeri facit.*

19 ¶Tertio intellige, vt actio quæ competit ad rem immobilem cenſeatur immobilis:quæ ad rem mobilem,mobilis.Niſi tamen ſit diuerſa ratio:verbi gratia,augmentum dotis poteſt fieri in rebus immobilibus,vt augmentum ipſum habeat idem priuilegiũ prælationis quod dos habet:non etiam in mobilibus,cùm maritus obnoxius eſt creditoribus,Authen.ſed iam neceſſe,C.de dona.ante nup.& §.aliud,in Auth.de æqual.doti.An igitur(inquit Ang.in poſteriori loco,col.j.verſi ſed iuxta hoc ) poterit dari in augmentum dotis actio ad rem mobilem,marito obnoxio creditoribus.Quod non videtur,cum cẽſeatur mobilis. Cõtrarium item videtur quia datio rei mobilis hoc caſu prohibetur propter fraudẽ quæ cogitari poteſt dum ſimularet vxor tradere,& vir accipere,quòd non traderetur , vt ibi dicitur:ſed huiuſmodi fraus fieri non poteſt,cùm datur nomen debitoris in augmentum:cùm clarè pateat id quod datur,ſicut cùm datur,res immobilis. Ideò ceſſat ratio prohibitionis. Tamen cõcludit,nec nomen quoque dari poſſe oſtendendo declarandoque & hîc quoq; fraudem excogitari poſſe.Ideò cùm ſit eadem ratio in nominibus & actionibus ad rem mobilem,vt in re mobili,idem ius ſtatuendum eſt. Ex quo non obſcurè ſentit,aliud fuiſſe ſtatuendum, ſi ea ratio ceſſaſſet. Ad quod etiam facit,quod in ſimili dicemus infrà,in eadem gloſ.nu.100.ſed illud procedit,vbi loquimur de mobilibus pretioſis.

*Actiones an cõprehendantur appellatione quoruncunque bonorum mobiliũ & immobiliũ.*

20 ¶Qvarto intellige,niſi diſpoſitio ita generaliter loquatur, de quibuſcunque bonis mobilibus & immobilibus:vt ſi ſtatutum prohibeat quæcunque bona,ſiue mobilia ſint,ſiue immobilia,in extraneos transferri,de actionibus quoque actum videatur.Nam illa dictio quibuſcunque,propter generalitatem etiam ad caſus improprios trahitur.Et ita voluit Alcia.in d.l.mouentium,ff.de verbo.ſigni. Nam in ſimili,vt hîc ſubiũgit,videmus, quòd quicunque hæres,etiam improprium hæredem comprehendit:vt tradit Roma.quem ille allegat, in l.id tempus,§.j.ff.de vſucap.& cùm de quibuſcunque contractibus loquimur, etiam de abuſiuis intelligitur:vt latè Hippo.Marſ.qui multa talia cõgerit,in l.vnius,§.cogniturum, colum.iiij. verſi.modò redeundo,cum multis ſeq.ff.de quæſt.Hæc propè Alcia.

*Multa de uniuerſali oratione.*

21 ¶Cui adde Soc.multa ſcribentẽ de huiuſcemodi vniuerſali dictone,conſ.ccxvij.viſo priuilegio,col.iij.lib.2.Et quod pulchrè tradit Bal.in l.j.in xxxiiij.q.ff.de rer.diui.& in c.imperialem,in prin.col.pe.verſi.ſed quid ſi cõceſſum,tit.de prohib.feu.ali.per Fed.quòd feudũ conceſſum mihi & ſucceſſoribus meis quibuſcũq;,trãſit ad extraneos hæredes & legatarios, qui impropriè ſunt hæredes,& alios qui aliàs non admitterẽtur.Et ſequũtur Pan.conſil.3. nitar in præſenti,in tertio dubio.lib.2.Ro.in l.etiam,in prin.& ibi etiam Alex.col.vlt.ff.ſol.mat.& ipſe Ro.ſubdubitans tamen,in d.l.id tempus,§.j.idẽ Alex.in l.quod dicitur,la ij.col.pe.verſi. & dum dicit,ff.de verbo.oblig.& in l.quædam,§.nihil intereſt,& ibi etiam Iaſ.vterque ſtatim poſt prin.ff.de eden.& idem Alex.in l.ſi patroni,in prin.col.pen.verſ.aliam limitationem,ff. ad ſenatuſconſ.Trebel.& in l.Gallus,§.etiam,col.ij.verſi.hoc tamen fallit,ff.de libe.& poſth. & conſi.vij.attentis,col.ij.nu.8.lib.6.& conſi.xcv.repetitus,col.ij.verſic.nec obſt.quòd dicta, lib.7.Corne.conſi.xvj.aperta fronte,col.iiij.verſi.& maximè,libr.1.Soci.in l.quidã relegatus, col.ij.verſi.quinta concluſio,ff.de reb.dub. {& inter conſi.Alber.Bru.conſ.x.viſa quæſtione, col.j.} Iaſ.in l.cùm filioſa.col.xv.verſi.ſucceſsiuè,inquantũ Bar.ff.de leg.j.vbi id dicit ſing.& in l.ij.§.Prætor ait,col.ij.verſi tertiò fallit,ff.qui ſatiſd.cog.& in l.quocũque,in prin.in 2.not. ff.de verb.obli.& in l.ij.col.lxix.in xiiij.q.C.de iure emphy.& in prælud.feu.col.xv.verſi.tertiò limita:vbi etiam tenet,quòd vi huius dictionis vniuerſalis,feudum tranſit ad fideicommiſſarium,& conſi.xvij.dominus Ioannes,col.ij.verſi.& ſi diceretur,lib.3. {quod conſi.repetitur inter conſi.Albert.Bru.conſi.ix.& ruſum ipſe Iaſ.} cõſi.lv.ſtatutum nouum,colum.ij. verſi.præterea & tertiò,eo.lib.3.& conſi.lxxxix.ſpectabilis,col.4.verſi.quintò bene facit,lib.3. & conſi.cxv.ſtatutũ nouum,col.viij.verſi.ſecundò adeſt,lib.4.& Lud.Gozad.conſi.vj.prima facie,col.vj.nu.43.& ſeq.& conſ.viij.in hac cauſa,col.v.& conſi.xiiij.prima,col.pen.num.22. & conſi.ciij.videtur,col.ij.verſi.tertiò faciunt.

22 ¶De quo etiam per Barb.in repe.l.cum acutiſsimi,col.lxvj.verſi.& ex iſtis ſequitur, C.de fideicom.& Soc.in l.ſi rem legatã,in fi.ff.de excep.& conſi.xix.pro deciſione,col.j.lib.1.& Fel. in c.quia G.col.vlt.extrà de iud.& in c.in præſentia,col.11.verſi.ſed inquantum,de proba.& Geor.Nat.in repe.c.quamuis:col.lxxiiij. verſi.& iſta faciunt, ſub nume.207.de pact.libr.6.& Philip.Deci.conſil.cccxcv.in cauſa magnifici, colum.vlt.& conſil.cccccxxix.Philip.colum.j. & conſi.cccccxcix.conſului,col.j.verſicu.ſed hîc non obſt.Stepha.Bertran.conſi.cclxiiij.viſo conſultationis themate,col.j.lib.2.& Matthæ.Afflict.in conſti.Siciliæ incip.Comes , colum.

den.

pe.in4.no.& deci.Neapo.386.in cauſa petitionis,col.ij.Catel.Cotta.memo.feudũ cõceſſum.& iterum memor.priuilegia, vbi ex hoc dicit,huiuſmodi dictionem,quicunque, multùm extendere diſpoſitionẽ,etiam vſque ad improprietatem.rurſumque memor.quibuſcunque.Fran.Cur.iunior,in tract.feudorum,in tertia parte,q.vlt.& conſi.j.col.j.& ſeq.Fran.Rip.in l.quæſitum,§.ſi quis cùm tutor,ff.de priui.cred.& in l.ex facto,§.ſi quis ita.num.16.ff. ad ſenatuſcon.Trebel.Alber.Bru.conſi.xxiiij.quòd nobilis,in fi.

23 ¶Ad quod etiam facit,quod ſcribit gloſ.in cle.j.in verbo,quibuſcunque, de iud.quam dicit ſing.Barb.conſi.xviij.clementiſsimum col.pen.lib.4.& conſi.xxj.eiuſdem initij, col.viij.eod.lib.4.& eam expendit idem Barb.conſ.xxxv.omnipotentem,col.antepen.eod.lib.4.& conſi.xlj.immortalem,col.ij.eod.lib.4.vbi & eam dicit ſing.& mirabilem.& conſil.xlviij.clemẽtiſſimum, col.iij.lib.4.Et alia glo.in clem.j.in verbo,quauis,quæ eſt ij.& ibi Imo.qui eam dicit ſing.de re iud.& in cle.ij.in eo.verbo,quæ eſt vlt.de reb.eccleſ.non alie. Ex quibus poſterioribus Iaſ.cõſi.xcvj.dominus Ioãnes,col.ij.verſ.quartò in dicta,lib.3.dicit huiuſmodi dictiones cõprehendere caſus non expreſſos etiã maiores.& rurſum cõſi.147.per decretũ, col.vlt.lib.4.vbi & alia quædam ſimilia allegat,& priorẽ quoque in id expendit Alex.d.conſil.xcv.col.j.verſi.præterea,lib.6.& Cæp.qui eam dicit no.conſi.cauſ.crimi.14.pro declaratione,col.iij.verſi.nec obſt.ſi dicatur,& Barb.conſi.xij.ſcribitur,col.viij.lib.1.vbi & ad id allegat gloſ.in cle.ne Romani,de elect.& rurſum cõſi.xxj.præclarè,col.v.nu.16.lib.2.& cõſi.23.ſapiẽtiſsimus, col.j.eo.lib.2.& conſi.xxvj.ſapienter,col.ij.eo.lib.vbi & alios allegat,& cõſi.lxxxvij.illud col.v.lib.3.& d.conſ.21.col.pen.lib.4.vbi item alios citat.& Maria.conſ.xv.viſis.prædictis, col.xij.verſicu.item videtur.& Lud.Gozad.cõſi.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,col.vij.nume.45. & conſi.ciij.videtur primò,col.ij.in prin.& alibi ſæpe in ſuis conſil.

24 ¶Facit prætereà glo.in l.vlt.in verbo,per quãcunque.C.qui legi.perſo.& gloſſ.in c.quamuis, in verbo,quaſlibet.& ibi Domi.in ij.no.de elelect.lib.6.& in cle.ne in agro.§.j.in verbo,quomodolibet,de ſtat.mona.& in cle.ij.verſi.ne igitur,in eod.verbo,de ſent.excõ.& quod tradit Zenz.in extrauag.Io.xxij.incip.ad onus,in verbo,quibuſcunque.Arch.Ioan.And.& Domi.in c.indemnitatibus,§.ſi qua verò,de elect.lib.6.Io.Andr.in c.ſtatutum,§.in nullo, in verbo, quomodolibet,de reſcrip.lib.6.& in c.1.§.pen.in eod.verbo,de cleri.ægrot.eod.lib.6.Bar.in l.generali,§.vxori,ff.de vſufr.leg.Bal.in l.vlt.col.j.C.ſine cenſi.vel relig.& in d.ca.in præſentia, col.iiij.verſi.no.quòd nomen,extrà de probat.Ange.conſi.cclxxxviij.viſo themate colum.3.verſi.hoc etiam adiuuatur, Sali.in l.2.col.2.C.de noxa.Domi.in c.decet,in prin.colum.3. de immu.eccle.lib.6.Alex.in l.& ſi ſeuerior,col.ij.C.ex quib.cauſ.infa.irrog.& conſil.cxvij. viſis ſup.narratis.col.2.lib.1.& conſi.cxviij.in caſu de quo quęritur,colum.2.lib.5.Cæpol.in tract.contractuum ſimulatorum in ſecundo caſu prin.Soci.conſil.iij.in cauſa domini,colum.vlt.lib.3.Iaſon conſi.lxiij.per reformationem,colum.3.verſ.imprimis moueor,lib.iij.Apud quos omnes videbis huiuſmodi dictiones ampliare diſpoſitionem.Quibus ſuccinit Tullius Epiſtola ad Brutum v. dum interpretatur legem Iulam de ſacerdotiis, quæ erat huiuſmodi, Qui petit,cuiuſuis ratio habebitur. Apertè (ait) indicat poſſe rationem haberi, etiam non præſentis. Ibi enim Cicero expendit vim illius dictionis cuiuſuis, vt etiam abſentes comprehendat.

*Ciceronis locus.*

25 ¶Sed quod propiùs ad illam Ro.& Alcia.ſentẽtiam accedit,D.Bened.in ſua copioſiſsima & laudatiſsima repe.c.Raynutius.in verbo cætera bona,nu.8.extrà de teſtamẽtis,ſcribit, quòd ſi quis donat omnia bona ſua mobilia & immobilia, comprehenduntur iura & actiones, propter illam dictionem,omnia:per text.in l.j.§.ſi ex fundo,ff.de hære.inſti.qui text. tamen, niſi multùm fallor,non admodum eò ſpectat.Subditque ipſe Bene.quod licet actiones non contineantur in loco,nec veniant appellatione bonorum in loco exiſtentium,vt etiã ſuprà diximus nume.11.tamen ſi quis ita donet bona ſua mobilia & immobilia,hîc & vbique exiſtentia,comprehenduntur actiones,propter illam dictionem,vbique.

*Appellatione bonorum ubique exiſtentiũ, an ueniãt actiones.*

26 ¶Sed hæc dicta Bene.non omnino ſunt ſine ſcrupulo:quia quantum ad primum,multi ex iis quos ſuprà citauimus nu.9.ſed & multis placuit.tenent contrariũ:nec dictio omnia, tam latè patet,quàm dictio,quæcunque : cùm illa tantùm generalis ſit,hæc vniuerſalis. Et fortè etiam non ſemper procederet : vt hæc dictio,quæcunque, actiones comprehenderet, cùm huiuſmodi dictiones quantũuis vniuerſales,& præciſæ,ſæpe reſtringantur:vt per gloſſ.in l.promittendo,in princip.in verbo,conditionis,in fin.ff.de iure dot.& in l.emancipati : & ibi etiam Bart.ff.de adopt.quæ interpretatur verbum,quocunque,ſcilicet idoneo,& gloſ.etiam, quæ id idem facit in l.ij.C.vbi de rati.agi opor.& in l.j.C.de fide inſtru.& in l.j.C.de ſacroſ.eccleſ.quæ etiam interpretatur dictionem,vnuſquiſque,habilis ad teſtandum.cum concord. ibi à recentioribus collectis,& ab Alex.Soc.& Iaſ.in d.l.ij.§.prætor ait,ff.qui ſatiſd.cog.Barb.conſi.j.præclarè,col.v.verſi.& licet ſtatutum,lib.2.& conſi.lvij.eiuſdem initij,col.8.verſi.cùm ergo Papa,eod.lib.2.& Soc.conſi.cclx.in cauſa Nanutenſis,col.x.verſic.ſed ad iſta,libr.2.vbi probat non ſemper procedere quod diximus,dictionẽ vniuerſalẽ includere maiora expreſſis. Nam hæ dictiones limitantur & reſtringuntur ſecundùm naturam actus,cui attribuuntur,vt pulchrè dicit Bal.loquens de dictione, quãdocunque,conſi.lxvij.quia ex facto,col.ij.verſi.

*Dictiones uniuerſales plerunque reſtringi.*



verſi.nec obſtat ſi dicatur,lib.3.quod extollit Catel.memor.quandocunque.

27 ¶Et idem voluit ipſe Bal.loquens de dictione,quibuſcunque,in c.j.§.donare,col.ij.verſi. ſed dubitari poteſt,& ibi etiam Mart.Laud.& Card.Alex.ad fi.tit.quali.olim feud.ali.pot.vbi ex hoc tenent contrarium eius,quod ſuprà ex eodem diximus de feudo conceſſo mihi & hæredibus quibuſcunque:vti etiam facit ipſe Bal.in l.cùm virum, col.vlt.C.de fideicommiſ.& Alexand.ſibi contrarius conſ.xxx.quoniam omne datum,col.iiij.verſ.octauò quia vaſallus, lib.j.Franc.Aret.& Soci.in d.l.Gallus,§.etiam Bar.ſibi item contrarius,in rub.de feud.col.ij.& conſil.lxiij.ſapienter,col.ix.verſi.& adduco,libr.1.& d.conſi.xxiij.ſapientiſsimus,colum.ij.verſi.quia reuera,lib.2.& Iacob.à S.Georgio.in tract.feud.in verbo, & quibuſcunque hæredibus,col.j.& Franc.Curt.Senior,conſi.lxxxiij.Deus pius,col.v.verſi.& ſi opponatur,Phili.Dec.ſibi contrarius,conſi.clxxxv.in cauſa iſtorum,col.3.verſi.2.reſpondetur,& Lud.Gozad.d.conſi.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,conſi.5.nu.35.Quibus & tu adde,quæ dicam infr.tit.procedente,§.1.gloſ.2.quæ eſt in verbo, *à tel temps*, num.9.eam autem ſententiam. Et quod tradit Signo.conſi.cx.teſtator,col.3.verſi.prætereà verò.

28 ¶Hincque (vt redeamus propius ad caſum noſtrum)Corne.conſi.xlix.in præſenti conſultatione,lib.3.reſpondit,in legato omnium & quorumcunque immobiliũ(nam hæc ibi expreſſim ponebantur) non contineri nomina & actiones,non obſtantibus illis verbis, per multa iura,quæ illic allegat,præſertim verò per l.quæſitum,§.Papinianus quoq;,ff.de fundo inſtr.quæ vtitur verbo,omnia.& l.vxore,§.legauerat,ff.de leg.3.quæ vtitur verbo,quod quid.& l.quæſitũ,§.1.eod.tit.quæ eadem dictione vtitur.& l.ſi mihi Mæuia,in prin.eo.quoque tit.quæ vtitur illis verbis,cæteríſque vniuerſis,& rurſum §.1.eiuſdem l.qui vtitur vno vniuerſali, & duobus generalibus,iis ſcilicet,nullo omnino excepto,cum omni inſtrumento, & repoſitis omnibus.Et adde etiam tex.in l.Caius,in prin.cùm dicitur,cum omnibus quæ ibi ſunt,ff.de leg.2. Quibus etiam motus Steph.Bert.conſi.lxxvij.difficultas,col.j.in fi.lib.2.reſpondit,per huiuſmodi verba generalia non contineri iura & actiones. Sed & Iaſon nuncupatim quoq; d.conſi.v.col.4.lib.3.reſpondit donationem quoruncunque bonorum mobilium & immobilium non cõprehendere nomina & actiones. Quanquàm in caſu illius ſtatuti prohibẽtis alienare quæcunque bona mobilia & immobilia in extraneos, non admodum dubitarem, quinetiam nomina compræhenderentur ex veriſimili mente ſtatuentium & ſubiecta materia,ob quam ſæpe recedimus à verborũ proprietate:vt latè docuimus in repe.l.ſi vnquam, in verbo reuertatur,nu.30.incipiente,fallit ſecundò & ſequenti.

29 ¶Sed illud obiter dicere voluimus,antequam vlteriùs progrediamur, multos ex noſtris in ea eſſe ſententia,vt interſit,vtrùm hæ dictiones vniuerſales proferãtur à lege,an ab homine. Nam ſi primum,eam recipiunt reſtrictionem de habilitate, vt noſtri loquuntur, & ita loquitur Iac.Are.& Bar.in l.1.§.nuntiatio.ff.de ope.no.nun. Secus ſi ab homine. Ea enim fuit ſententia Bal.l.vlt.col.j.C.ſine cenſ.vel reliq.& Alex.in d.l.ſi patroni,in prin.ff.ad Senatuſc.Treb.& idem videtur voluiſſe ipſe Alex.in l.j.col.5.verſicu.dicit etiam Ang.ff.de leg.j. dum reprehendit Ang.qui alicubi dixerat ea verba,in omnibus, & per omnia, prolata à ſtatuto recipere interpretationẽ,vt euitetur abſurdum.Nam vt dicit Alex.non eſt hominis ea verba reſtringere,ſed debet fieri per alias leges:& hoc,vt euitetur legum vel ſtatutorum correctio, & Carol.Rui.qui & illam differentiam apertiſsimè facit conſi.lix.verſ.in hac cauſa,colum.j.nu.24.lib.4. De quo & tu vide omnino Socin.in d.l.j.col.j.& ij.ff.de leg.j.

30 ¶Quantùm autem ad ſecũdum dictum Benedict.quo ſcilicet aſſeruit in donatione bonorũ mobilium & immobilium hîc & vbiq; ſitorum nomina & actiones comprehẽdi, id vtique magis mihi dubium eſt, quoniam in nullo omnino loco nomina contineantur, vt ſuprà dictum eſt,& probatum.Ideò & contrarium in illo ipſo caſu Benedi.tenuit Corne.d.conſi.ciiij.col.iij.lib.2.& Soc.d.conſi.cj.col.ij.verſi.ſed his non obſt.libr.j.& Iaſon etiam d. conſi.v.lib.3.& Phili.Dec.conſ.xxx.cuius ſuperſcriptio incipit,donatio omnium,col.j.verſic.quartò Iacob.& alij multi quos citauimus ſuprà nu.9.ſed & multis.Et ſatis probãt tex.nuper à me citati.Nam & Bald.conſi.lxxvij.verba Cyn.libr.v.tradit hunc ſemonem,hîc & vbique terrarum,intelligi de loco idoneo, per iura ibi allegata : vt intelligas eas,dictiones non ita generaliter intelligẽdas,vt putat Bened.Et facit tex.in l.ſi mihi,§.j.ff.de lega.3.de quo ſuprà diximus,nu.11.nec deſunt ſuæ.& glo.in l.qui loco certo,in verbo,quolibet,quæ eſt vlt.ff.de cõd.indeb.& in l.j.etiam glo.vlt.in fi.ff.de eo quod certo loco,quæ vtrobiq; intelligunt ea verba, (quolibet loco ) ſcilicet idoneo. Et earum autoritate Fran.Are.in l.j.col.antep.ff.ſi cert. pet. dicit dictionem hanc, (vbique) non ita præciſam eſſe,quin eãdem interpretationẽ recipiat. & idem propè dicit idem Aret.in l.j.colum.penul.verſi.dicamus ergo,ff.ſol.matr.

31 ¶SED vt tandem redeamus ad caſum noſtræ cõſuetudinis,ſi ea diſpoſuiſſet ſimpliciter, retractum habere locũ in bonis immobilibus,non cõprehendiſſet nomina & actiones, etiam ad rem immobilẽ cõpetentes:vt nuncupatim reſpõderunt duo proximæ tẽpeſtatis lumina, Iaſ.& Philip.Deci.ille conſi.cxciiij.ſuperuacuò videtur,col.j.verſi.ego vltra adducta, libr.2.hic conſi.ccc.viſa petitione,colum.ij.Quibus accedo,præſertim cùm hæc noſtra cõſuetudo frequentiori noſtrorũ calculo à iure communi abhorreat,vt diximus ſuprà,in rubr.nu.60.

*Si retractus ad bona immobilia ſimpliciter cõpetat,an & ad actiones ad rẽ immobilẽ cõpetat.*

quamobrem

quamobrem. Ideoque in ea nullo pacto comprehenderentur nomina ſub appellatione bonorum mobilium & immobilium,ex ſententia Lapi,d.alleg.xcij.in fi. {& Rom.in d.l. apud Iulianum.§. ſed etſi quis,col.j.verſic.circa quæ illud no.ff.ad S.C.Treb.vbi illud generaliter dicit, nunquam in cõſtitututionis municipalibus actiones & iura venire appellatione mobilium,vel immobilium.} At cùm noſtra conſuetudo vlterius procedat,dicatq; non ſolùm *biens immeubles*,ſed etiam *choſes cenſees pour immeubles*,nihil eſt quòd amplius dubitandum ſit, quin actiones ad rem immobilem competentes cõtineantur:licet enim non ſint immobiles, tamen haud dubiè immobilibus comparantur,vti ſuprà diximus.

*Quæſtio, An retractus competat in uẽditione facultatis redimendi.*

32 ¶EX QVO infertur ad vnum,quod quotidie in facto contingit,vt ſi quis vẽdat facultatem redimendi rem immobilem à ſe prius venditam ea lege, vt emptor teneretur reuendere,reſtituto ei pretio intra aliquod tempus,vel etiam perpetuò(nam ea facultas vendi poteſt, vt cauetur infrà eod.tit.§.xxvj.) certè eſt locus retractui huius facultatis ex hac noſtra conſuetudine. Nam cùm huiuſmodi facultas,& actio pro ea competens, ſecundum l.ij.C.de pact. inter emp.& venditorem,cenſeatur immobilis,vt quæ competat ad rem immobilem,ſecundùm ea quæ latè ſuprà diximus,& nũcupatim voluit & reſpondit Alex.conſi.xxvij.attentis narratis,ad finem lib.3.vbi & ob eam,quam diximus , rationem tradit in venditione huius facultatis adhibendas eſſe ſolennitates,quæ adhiberi debent in venditione rerum immobilium.quem ſequitur Hier.Cagno.in repe.d.l.ij.colum.ix.verſi.tertiò quæro,C.de pact. inter empto. Conſequens eſt & eam eſſe huic retractui obnoxiam. Et id quidem voluit Carol. Molend.in conſue.Pariſ.tit.j.§.xxiij.in viij.q. non ſemel. Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo apud Borbonios,cap.conſuetudinum eius loci ccccl xxxiij.

*Quæſt. An retractus cõpetat in uẽditione decimarũ, & aliorum ſimilium.*

33 ¶ITEM iura decimarum & aliarum portionũ,quas quis ex fundo alieno percipit ( terragia & complanctus vulgò noſtri appellant) hæc,inquam, iura inter immobilia quoque numerantur:quia immobilibus adhærent,& ſtabile ſubiectum habẽt,& in actu ſemper permanẽs. Hæc enim propè ſunt verba Bal.in c.j.col.ij.in verbo,annua,tit.de contro. inter vaſ.& Epiſ. & ſequitur Alex.conſi.ccxj.ponderatis verbis ſtatuti,col.ij.verſi.præterea negari non poteſt, lib.6.vbi & ad hoc dicit bene facere l.rerum miſtura,& l.eum qui ædem.ff.de vſuca.& quod habetur in l.ſi conuenerit,§.ſi nuda,& quod ibi ſcribunt Doct.ff.de pig.actio.Et facit quod ſtatim dicam infrà nu.huius glo.38.& ex hoc fit.

*An & in uenditione uectigaliũ & aliorum id genus.*

34 ¶ITEM ius portorij aut alterius vectigalis ( paſſagium & gabellas noſtrates appellant ) & cæterorum id genus,etiam immobilium iure cenſentur,vt ſcribit Bal.in c.j.§.ſciendum,poſt princ.tit.de feud.cog.per no.in c.j.tit.quæ ſunt rega.Et ſequitur Aluar.in d.§.ſciendũ.Matth. Afflict.qui & ob id dicit ius retractus in iis habere locum,in tract.proto.colum.x.verſi.item quæro quid ſi vẽdatur.& Zaſius in epitome feudorum,parte 4.& Paul.Pariſ. conſ.lxxxiiij. dico conſtitutionem,libr.3.vbi idem dicit de iuribus portoriorum & poſtæ , quam vocant. Quibus adde & ipſum Bal.in l.ſtipendia,C.de execu.rei iud.vbi dicit ius colligẽdi paſſagij, quod competit ratione rei,æquiparari bonis immobilibus,quia eis cohęret:per ea quæ not. Dy.in l.ergo,ff.de acquir.rer.domi.& idem voluit Franc.Are.conſi.cliiij.conſultatio propoſita,col.vlt.verſi.ſecundò præmittendum:vbi & ex hoc dicit, quòd huiuſmodi res præſcribuntur eo modo,quo res immobiles,ſecundùm Bart.in l.publicanus.§.in vectigalibus,ff.de publi.& vectig.& in l.iuſto.§.non mutat,ff.de vſuc.& Cano.poſt Inn.in c.de quarta,extrà de præſcrip.Et quòd huiuſmodi ius ſolo cohæreat,tenet etiam Bar.in l.locare,in fi.ff. de locat. Bal.in l.ſi ea lege,in fi.C.de vſur.& conſi.ccxliij.ius percipiendi,lib.5.& Iaſ.conſi.lxxxj.communitas,col.iiij.verſi.quartò facit,lib.3.

35 ¶Adde,inquam,quod Paul.Eleaz.in cle.j.de reb.eccle.non ali.exponens verba illius tex.qui prohibet conceſsionem iurium,redituum,& poſſeſsionum eccleſiæ ad vitam, interpretatur verbum , iurium , in huiuſmodi iuribus colligendi percipiendíque paſſagium & collectas. Et ex hoc infert ea iura comparari immobilibus : ſicuti & alibi quantùm ad vſucapionem, l.vlt.C.de præſcr.long.tempo.& quo ad alienationẽ,c.ij.de reb.eccleſ.non ali.lib.vj. vbi dicit not.hæc iura computari inter immobilia. Subdit tamen Pau.Eleaz.quòd.in d.cle.j.& etiam in d.cap.ij.colligitur contrarium,quia vtrobique ponuntur vt diuerſa.Stepha.quoque in ea. cle.j.dicit ea non comparari immobilibus quò ad omnia.l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iud.vbi ponũtur vt diuerſa,& inducit quod ſuprà de nominibus & actionibus diximus. & eos ſimpliciter retulit Card.Flor.in d.clemen.j.in princ.in ix.q. & ibi etiam Imol.col.vij. eademq; pen.verſi.ex prædictis. Quibus adde Collect.in cap.nulli,col.ij.verſic.ſed nunquid iura,eod.tit.de reb.eccle.non alienan.

36 ¶Ex quibus potes intelligere,hîc omnino dicendum eſſe id,quòd ſuprà diximus de ipſis actionibus in princ.huius gloſ.& multis ſeq.verſi.& quæ præterea in præcedentibus gloſſ.de ſeruitutibus & annuis reditibus:vt ſcilicet hæc iura,de quibus nunc loquimur,per ſe & ex propria eorum natura non ſint mobilia neque immobilia:ſed cùm neceſſe eſt,vt alterutrorum naturam adſumant,pro immobilibus ſint cenſenda,de híſque vt de immobilibus eſſe iudicandũ:vt in vniuerſum de cęteris iuribus tradit glo.in d.c.ij.in verbo,iura,& ibi Archi. Ideoque haud dubiè ſub hac noſtra conſuetudine comprehenduntur.

¶Idem



*Quæſt. an retractus habeat locum in uenditione fructuum pendentium.*

37 ¶Idem videri poteſt,ſi vendantur fructus pendentes: quia hi inter immobilia reponuntur à glo.in c.1.§.ſciendũ,in verbo,cohærentibus,tit.de feud.cogn.vbi ex hoc dicit, feudum poſſe in his conſtitui.Quam ſequuntur Marti.Alua.& Cardi.Alex.ibi. & Zaſius in epitome feud. parte iiij.col.j.vbi id dicit communiter teneri,de quo poſteà dicemus. Sed & inter immobilia collocantur à Spec.tit.de fruct.& intereſ.§.j.verſi.ſed pone Prælatus.{ Bald.in c.1.in princ. col.vlt.verſi.quæro quid de fructibus,& ibi Aluar.& Matthæ.Afflict. vterque in c.1.§. ſi verò pacis.ille col.ij.verſi.quæro quid ſit in ſupradictis.hic col.quoq; 2.in ij.not.tit.de pace tenen. Flor.in l.ſi fur.ff.de vſufr.} Nam huiuſmodi fructus pendentes ſunt pars fundi.l.fructus pendentes.ff.de rei vend.idque non ſolùm in rei vendica.ſed & in actione perſonali.l.vlti.§.fructus,ff.quę in fraud.cred.& plenè declarat.Bar.in l.ſi filiusfamilias,§.cùm fundum,in fi.& ibi Bal.Ang.Raph.Imo.Paul.Caſt.& Alex.ff.de verb.obli.Bald.& plenius Saly.in l.fructus,C.de acqui.emp.& Ang.conſi.cccxxxj.an in reſtitutione,col.j.Fran.Are. in l.cum filiofamilias,col. ix.& ibi quoque alij Recentiores,ff.de legat.j. Ideo & de his iudicandũ eſt, vt de fundo,cùm quæritur,an cedant mobilibus,an immobilibus:ſecundum Bald.in c.1.col.vlt.verſicu.quæro quid de fructibus,tit.de pace tenen. Propterea Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ incip.grandis, col.iij.in iiij.not. ſcribit quòd in confiſcatione bonorũ mobilium non veniunt fructus pendentes,cùm ſint pars ſoli.quod & idem voluit in conſtit.incip.ſi quando aliquam,in ix.not. & iterum ante fin.& reprobat glo.ibi contrarium tenentem. Et id ante eum videtur ſenſiſſe Bald.quem non allegat,in d.c.1.paulò ante fi.tit.de pace tenen.& ibi quoque Mart.Laud.col. ij.verſi.quæro cùm tex.dicat,& Cardi.Alex.col.pen.verſic.eiuſdem initij.

*Fructus pẽdentes an cenſendi ſint mobiles an immobiles.*

*Supplemẽtum legitimæ in fructibus pendentibus.*

38 ¶Adeò autem hi fructus cenſentur pars fundi,vt Ang.in d.l.fructus,ff.de rei vend.adſeuerarit poſſe de huiuſmodi fructibus fieri ſupplementum legitimæ filio,quamuis habere debeat ipſam legitimam de ſubſtantia bonorum patris,& non de fructibus.l.ſcimus,§.repletionem, & authen.nouiſsima,& vtrobique Doct.C.de inoffi.teſta. quod dictum dicit ſing.Iaſ.in d.l. cum filiofamil.col.vlti.ff.de leg.j. Sed & hoc voluit,licet Iaſ.non meminerit. idem Ang.in l. Centurio,colum.ij.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& ante eum Iaco.Butr.quem citat Ang. in poſteriore loco,in l.iubemus,C.ad Trebel.& eos ſequitur Socin.conſi.xciij.circa primum, col. viij.verſi.probatur etiam dicta opin.lib.1.

*Decimatores an prohibere poßint ne ipſis inſciis fructus colligantur.*

39 ¶Et ex hoc fit,vt qui habet partem in fructibus ratione decimæ,aut aliâs : habeat partem & in fundo , cùm fructus ſint pars fundi : ideò poteſt prohibere domino,ne fructus eo inſcio colligat:vt hac ipſa ratione voluit Spec.& poſt eum Ioan.And.& Bald.in addi.ipſius,titu.de deciſ.§.j.col.vlti.verſi.vltimò quæritur. Idem Ioan.And.poſt alios antiquiores à ſe relatos in cap.ex parte,le ij.& ibi quoque Collect.& Panor.extrà eod.tit.Lucas Pen.in l.ij.col.v. in verbo,aſpectu,C.quando & quib.quar.pars,lib.10.Cardi.Flor.conſi.cxlvj.notum ſit,poſt princ. Alex.in l.diuortio,§.vlti.col.vlt.verſi.iuxta hoc vnũ,ff.ſol.matr.Guid.Pap.qui ita dicit fuiſſe iudicatum in curia Delphi.quæſt.cclxxxiij.exactor decimarum.& conſi.xx.ex proceſſu,nu.1. verſi.ad primum.Aufre.in deciſ.Toloſ.quæſt.cix. item fuit quæſitum ſi intentio alicuius , & iterum quæſt.ccccxxxij.item fuit quæſitum nunquid ruſticus Iac.à S.Georg.qui hos non citat,ſed alios,qui id tamen non dicunt,in tract.de Roydis ſiue operis,colum.vlti.verſi.rurſus quæro homines mei.

*Idem iuris in parte quod in toto.*

40 ¶Quibus illud quoque conſequens fit,vt quemadmodum fundus ipſe res eſt immobilis,ita & fructus quoque pendentes,cuius pars ſunt,immobiles ſunt,eo argumento,idem iuris eſſe in parte,quod in toto.l.iuriſgentiũ,§.adeò,verſi.ſi igitur in totum,ff.de pact.& l.quæ de tota, in prin.& ibi glo.& Bart.ff.de rei vend.& l.pars,ff.pro derelict.& l.qui ſcit, in prin.ff.de vſur. & l.ſi ſeruus,ff.de acqui.hære.& c.paſtoralis,§.ſed cùm totum, extrà de offic.deleg.cum ſimi. Sicuti ergo in fundo integro locum habet retractus,ita & in parte ipſius , id eſt,in fructibus pendentibus habere debet,vt pars ſuo toto conueniat,cap.quæ contra,viij.diſt. Et ita tenuit expreſsim Matth.Afflict.in tracta.proto.col.x.verſi.tertiò not. & etiam nulla illius mentione facta,Chaſſe.in conſuetud.Burgundiæ hoc eod.titu.*de retraictz.*§.j.in verbo,*heritage*,colum.ij. verſi.ſed iuxta hoc quæro. Et Arn.Ferro.loquens de magnis arboribus nondum exciſis diuenditis in conſuet.Burdig.hoc quoque tit.§.xv.per l.Quintus,ff.de actio.empt. Et alibi loquens generaliter in fructibus pendentibus,videlicet cxxv.eiuſdem tit.in fin.

*Prohibitus rẽ alienare, nec fructus eius alienare poteſt nec in ea uſumfructum conſtituere.*
*Vſusfructus in feudo cõſtitui non poteſt. Nec in emphyteuſi.*

41 ¶Nam & aliâs videmus, quòd prohibitus alienare aliquam rem , non poteſt & eius fructus nondum perceptos,alienare. Quod hinc planum fit, quòd eius rei nõ poteſt conſtitui vſus vel vſusfruct.l.vlt.C.de reb.alie.non alien.& cap.non liceat,in prin.ibi,nec in vſufructu rura dare,xij.q.ij.& no.Bart.in l.codicillis,§.inſtituto,ff.de leg.ij.& Raph.Fulg.conſi.xciij. ad id de quo,col.ij.verſic. item loquitur.& facit auth.nouiſsima,C.de inoffi.teſta. Et de feudo voluit gloſ.vt ſolet à noſtris citari,in c.1.§.j.in verbo,alienationes,tit.de cap.Corra.Io.Blanch.in ſua ſumma,tit.quib.mod.feud.amit,verſic.nunquid poſsit vſumfructum.Iac.Ardiz. etiam in ſua ſumma,eo.tit.§.cum prædictũ ſit,verſi.nunquid poterit vſusfructus. And.Iſer.in c.Imperialem,in prin.& ibi quoque Iac.Alua.& Card.Alex.col.iiij.verſ.quæro an vaſal.& Ioan.Rayn. in §.habito,char.11.in paruis,verſi.quæro nunquid vaſallus poſsit in feudo,tit.de prohib.feu. ali.per Fede.Alex.qui eam gl.dicit communiter approbari,conſi.xviij.attentis narratis in the-

*Qui non niſi de parte poteſt diſponere, nec de fructib. quoque poteſt ultra eam partem.*

mate,col.j.lib.5.quod repetitur conſi.cxviij.lib.6.Iac.à S.Georg.in tract.feud.in verbo,ita etiã quod ipſi,col.pen.verſi.ſubſequenter quæro,Fran.Cur.iunior in eod.tract.in iiij.parte princ. col.xliiij.verſi.xv.quæro.{Matth.Affli.in d.c.1.§.ſi quis hominem col.ij.nu.12.tit.de pace ten.} Et idem de emphyteuſi tenuit Ro.ſing.dcxxij.ſcis,quòd emphyteuta. Franc.Cre.not.lxxxv. emphyteuta.Hiero.Tortus in l.iubemus,la ij.in prin.C.de ſacroſ.eccle. Sed nec aliter poteſt vaſallus vel emphyteuta vendere futuros fructus feudi vel emphyteuſis, ſecundùm Azo.in ſumma Inſtit.de vſufruct.§.j.in fi.De quibus tamen vide quæ dicam infrà,eadem glo.nu.46. & hinc videmus,& ſeq. Sed & ſi quis ex ſtatuto non poſsit vltra quartam partem bonorum relinquere extraneo,nec poteſt quoque de fructibus diſponere vltra eam partem:vt ex facto reſpondit Soci.d.conſ.cxiij.in iij.dubio,quod eſt in vij.col.verſi.circa tertiam dubitationem, & duabus col.ſeq.lib.1.vbi ad hoc multa allegat,quæ omnibus videre promptum eſt.

*Retractus nõ habet locũ in venditione uſusfructus. Fructus pendentes uenire in uenditionẽ. Atque etiam in dationem in ſolutum. Et in legatum fundi.*

42 ¶Tamen non poſſum accedere Matth.Afflict.Chaſſe. & Ferro.qui dicunt retractum habere locum in venditione horum fructuum pendentium:nam eorum fundamentum ex eo adſumitur,quod diximus,fructus pendentes eſſe partem fundi,quod ego planè fateor,cùm conſiderantur tanquã acceſſorij,ac veluti appendices ipſius fundi,vt ſcilicet vendito fundo fructus pendentes compræhendantur in venditione,cùm adhuc illi hæreant.l.Iulianus,§.ſi fructibus,ff.de acti.emp.& d.l.vlt.§.fructus,ff.de his quæ in frau.cred. Et idem in fundo dato in ſolutum reſpondit Fran.Aret.conſi.clx.longa eſt,col.vj.verſi.circa quintum.Et idem in conceſſo ad fictum,reſpondit etiam Ro.conſi.x.q. Et idem quoque in legato fundo, vt etiã fructus veniant,dicunt Iaco.Aret.& Bal.in l.ſi quis bonorum,ff.de leg.j. & ipſe Bald.in l.j.col.ij. verſi.quæro quid de fructibus,C.de vſuris & fructibus leg.cum concor.traditis à Corn.cõſi. cc.ad euidentiam dicendorum,col.iij.verſi.ex quo infertur,lib.4. & eſt bonus tex.in l.ſi pendentes,ff.de vſufruct.& in l.in lege Falcidia placuit,ff.ad leg.Falci. Idemq; in fideicommiſſo, reſpondit Iaſon conſi.cccxxxj.iſtæ duæ mulieres,col.pen.verſi.v.dum quæritur,lib.2.

*Et in fideicommiſſum. Qui feudũ amittit, fructus pendentes eiuſdem amittit. Et qui fundũ publicat,fruct. publicat. Qui fundũ tenetur uẽdere, fructus excipere non poteſt. In reſtitutione rei, ſiue per ſententiã, ſiue aliàs,& tranſlato eius dominio, fructus pendentes ipſius continentur.*

43 ¶Et idem in fundo conceſſo in feudum,voluerunt Dyn.Bart.Sal.Imol.Florian.Rapha.Co. Paul.Caſtr.Petr.Beſu.Angel.Aret.Alexan.Franc.Aret. & Iaſon in l.cùm in filiofamilias,ff.de legat.j.& Bald.in l.j.in xiiij.quæſt.ff.de rerum diuiſio.per d.§.fructus, & idem Bald.in d.cap.1. colum.vlti.verſic.adde quod dicit,& ibi quoque Cardi.Alex.col.ij.verſic. nota tex.ibi,titu.an agna.vel fili.per d.§.ſi fructibus.& Marti.Laud.& ipſe Cardi.in cap.1.§.vlti.in fin.titu.qui feudare poſſ.Petr.Anchar.& Imol.in c.per tuas,ad fin. extrà de donat.& Iacob.Aluar.in cap.1.§. his conſequenter,titu.hic fini.lex. Et qui feudum è diuerſo amittit, & fructus quoque pendentes amittit.Bald.in dicto cap.1.eadem colum.vlti.verſic.quærit Odo.an agn.vel fili.Et qui fundum publicat,& fructus pendentes publicat,Bald.in c.1.in prin.col.vlti.verſi.quæro quid de fructibus,titu.de pace tenen.Franc.Aret.conſil.x.caſus talis eſt,col.j.vbi id dicit valde not. Et qui fundum vendere certo pretio damnatus eſt, nullos fructus eius rei excipere poteſt: quia id pretium ad totam cauſam fundi pertinet.l.qui concubinam,§. ſi fundum,ff.de leg.iij. Et cùm res reſtitui debet,intelligitur cum fructibus pendentibus,Bald.in cap.1.verſicu. ſi qui ex parte,in verbo,ſuccedere,titu.de pace Conſtan. Et ſententia quæ rem adiudicat, cum iis quoque fructibus intelligitur:vt videre licet apud Matth.Afflict.deci.Neap.clxxxviij.ſi conuenitur,colum.j. Et ſi dominium fundi in alium transfertur ipſo iure, intelligitur cum fructibus pendentibus. Quod ex facto reſpondit Stepha.Bertrand.conſil.viij.etiamſi ſententia, colum.j.lib.1. Et qui ſacerdotio (quod vulgò beneficium vocant) renuntiat,& illius quoque fructibus pendentibus renuntiare cenſetur.Alber.in l.diuortio,in prin.colum.antepen.verſi. ex prædictis,ff.ſolut.matri. Et rei vendicatio,quæ datur ad fundum,competit etiam acceſſoriè ad fructus pendentes.& ita intelligitur d.l.fructus pendentes, quæ ob id ſita eſt ſub tit.de rei vendicat.& aliæ ſimiles. {Et in datione pignoris fundi comprænhenduntur fructus pendentes.l.quamuis.C.de euict.} Quæ omnia probant id,quod ſuprà diximus,fructus pendentes eſſe veluti appendices ipſius fundi,ſi cum fundo conſiderantur. Quanquam ne quis decipiatur, ſi quis fundum ſtipulatus ſit, non veniunt fructus pendentes:vt ex tex.in l.ſi filiusfamilias,§.j.ff.de verbor.obligat.de quo vide gloſ.& Docto.ibi, reddentes rationem differentiæ,& gloſſ.in l.videamus,la ij.§.actionem,ff.de vſur.& Alber.in l.vlti.§.non ſolùm,num.1.ff. quæ in fraudem credi.

*Fructus pẽdentes ſeparatim uenditi,pro ſeparatis habentur. Bonis mobilibus iuſsis diſtribui,fructus pendentes debent diſtribui. In fructibus pendentibus*

44 ¶At ſi per ſe diuiſimq; ac ſeparatim conſiderantur, vt quia ſine fundo venduntur, ſtatim à fundo ſeparandi:debent cenſeri,tanquam ſi iam eſſent ſeparati,tum arg.l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,& ibi no.ff.de leg.j.& l.pen.& ibi Bar.ff.de milit.teſta.cum multis ſi.à me collectis in Legibus connubialib.poſt l.poſtremã,in ea quæſtione,an ſponſa ſit in poteſtate ſponſi,vt vxor mariti,nu.4.ſed maturè.Qua ratione Pau.Caſt.conſi.cxxxij.videtur dicẽdum,quòd dictum frumentum,col.ij.verſi.breuiter ego puto,lib.1.reſpondit, teſtatore iubente omnia bona ſua mobilia diſtribui,fructus immobilium pendentes in hoc legatum venire,vt qui breui ſperãtur fieri mobiles,arg.d.l.pen.& eius quod voluit Bart.(vt ipſe allegat,ſed non eſt in meo codice) in l.vlt.ff.de requir.reis,quòd in fructibus pendentibus cadit ſequeſtrum,ac ſi eſſent ſeparati à ſolo,licet ſint pars ſoli,quia breui ſperantur ſeparari:& ita cenſentur res mobiles. In ea autem l.vlt.tex.eſt, fructus inter mouentia,id eſt mobilia,(vt interpretatur glo.) haberi,vt hi vendi





hi vendi debeant,pretiumq; eorum in depoſito eſſe. Nec illic declarat, an loquatur de fructibus adhuc pendentibus,an de iam collectis:quamuis de pendentibus intelligere videatur. Illud autem dictum Paul.ſequitur Philip.Deci.conſi.cccclxxij.teſtator legauit,col.j. Et idem voluit Iaſ.in l.ſi fideiuſſor,§.ſi ſatiſdatum,col.j.verſi.ij.not.ff.qui ſatiſd.cogan.vbi erranter allegat l.j.§.vlti.& ibi Bar.ff.de requir.reis. Porrò ipſe Bart.quem illi non citant, in l.diuortio, §.interdum,verſi.quæro,quidam ſoluto,ff.ſol.matr.dicit per gloſ.in verbo,reddet,quòd fructus proximè recolligendi habentur pro collectis,& ſequitur Iaſon ibi,col.vlti.vbi id declarat.& in l.admonendi,col.xj.verſi.decimò facit,quòd fructus,in lect.ff.de iureiur.& in d.§.ſed ſi ſeparauit,col.iij.verſi.quartò inquantum,ff.de leg.j.

*cadit ſequeſtrum.*

*Fructus ſtatim colligendi,pro collectis habẽtur.*

45 ¶Tum etiam,quia finis,ad quem quodlibet negotium tendit,potius inſpiciendus eſt, quàm quod præſens eſt.l.ſi idem.§.vlt.& ibi Pau.Caſtr.ff.de iuriſd.omn.iud.& l.ſi domum,ff.locat. & l.qui bona,§.qui inter,ff.de damn.infect.& l.adeò,§.illud,ff.de acqui.rer.domi. Nam finis ipſe declarat,qualis ſit res cenſenda,l.ſed & ſi quid,§.j.ff.de vſufruct.& c.fraternitatis,§.vltim. extrà de frigidis & malefi.& voluit per eos tex.Spec.ex hoc probans aliquid eſſe cenſendum mobile vel immobile ſecundùm finem,in tit.de fructibus & intereſſe.§.ſcias igitur, verſi.ſed quid ſi debeo.nam & iuſtum eſt à fine omnia denominari,ſecundùm Ariſtotelem, quem citat è noſtris Bal.conſi.cclxxij.ſuper eo quod quæritur,col.j.lib.1. & idem dicit ipſe Bal.in repetit.l.Aemilius,col.iiij.verſi.& ſcias quòd libellus,ff.de minorib.& Albe.in l.j.col.ij.verſic.& an ſit,ff.de orig.iur.per l.rem non nouam,C.de iudi.& alia iura.& Signo.conſi.xxiij.quæſtio diſputata,col.iij.ſub num.16.Et facit etiam l.ſi qui adulterij,C.de adulte.& l.repræhendenda, C.de inſtit.& ſubſti.& quod ſcribit ipſe Bal.conſi.ccl.in quæſtione domini Milani,col.j.lib.1. & Soc.in rub.ff.de verb.oblig.col.vlt.paulò ante finem:vbi dicit.quòd cuius naturæ eſt finis, eiuſdem ſunt & ea quæ tendunt ad eum finem,per l.oratio,ff.de ſponſal. At finis intentioq; eorum qui hos fructus emunt,eiſq; vti fruiq; volunt, ea eſt, vt ſtatim quàm maturi fuerint, eos ad eorũ vſum decerpant,& ita mobiles faciant:vt proinde furti teneantur:qui eos à fundo ſeparauerint animo contrectandi.d.l.ſi fur,ff.de vſufruct.& l.ſi cretæ, & l.ſi ſeruus communis,§.locaui,& l.inficiando,§.vlti.& l.fullo,§.j.ff.de furt.quamuis ea actio pro ſolis mobilibus detur.l.quare,ff.de vſucapio.& §.quòd autem.Inſtit.eod.titu. Ex quo illud planum fit, hos fructus pro mobilibus cenſeri.

*Finis inſpiciendus. Finis declarat, qualis ſit res.*

46 ¶Tum poſtremò,quia non neceſſariò concludit illud argumentum de toto ad partem;gl.in l.j.§.ſi ex dodrante,in verbo,argumentum,ff.de coll.bono.nec ſimpliciter quidem,ſed ſecundùm quid, vt voluit gloſ.in l.ſi quid earum,§.j.ff.de legat.iij. Et horum eſt bonus text.in l.ſi quis aliam,ff.de ſolu.& in l.tutor vrgentibus,§.j.ff.de mino.& in l.ſtatuliberos,l.j.§.j.ff.de ſtatulibe.Nunquàm verò procedit,cùm eſt diuerſa ratio totius & partis.l.cùm de indebit.verſi. ſed hoc ita,& ibi Sal.in iiij.not.ff.de probatio.& l.ſed ſi lege,§.adeò,& ibi glo.in verbo,dimidiam,ff.de petit.hæred.& l.Papinianus,§.ſed nec impuberis,ff.de inoffi.teſtam.& l.ex mille,ff. de euict.& tradit alia quoque gloſſ.in l.qui hominem,in princ.in verbo,Titio,de ſolut.& in clem.ij.in verbo,defenſor,de non alien.rebus eccleſ.Petrus à Bell.Pert.in repet.l.iuriſgentiũ, §.adeo,colum.ij.in ij.oppoſi.& ibi quoque Bart.etiam in ij.oppo.Alber.col.ij.verſic.item opponit.& etiam recentiores,ff.de pactis.Cyn.Sal. & alij,in l.cùm notiſsimi,§.in his,C.de præſcript.xxx.vel 40.anno.Alber.in l.ſi plures,paulò ante finem,ff.de accuſat.Cardi.Flor.Pano. Barb.& Felin.in cap.paſtoralis.§.item cùm totum,extra de offi.deleg.Corne.conſi.x.tranſeamus,col.iiij.verſi.nec obſtant,argument.lib.3.Franc.Areti.in l.v.in prin.col.ij.verſi.confirmatur iſta,ff.de verb.oblig.cum ſimil.collectis à Philip.Deci.in l.cuius effectus,ff.de reg.iuris.& Nicol.Euerard.in locis legalibus, in loco,de toto ad partem. Ex quo & aliâs videmus fructus pendentes non cenſeri partem fundi in nonnullis aliis caſibus, ſcilicet in æſtimatione fundi donati ad affectum inſinuationis : neque enim fructus ipſi augent æſtimationem. l. in ædibus,§.j.& iterum l.cùm de donatione,ff.de donationibus : quod non ob aliud eſt,quàm quòd in eo caſu eſt diuerſa quæpiam ratio. At hîc longè eſt diuerſa ratio vtriuſque, ſcilicet fundi,& fructuum:imò verò in fructibus ceſſat omnino ratio noſtræ conſuetudinis:quæ eſt vt bona maneant in familia:nam manere non poſſunt fructus ſtatim perituri,ſiue eos decerpas,ſiue intactos in fundo relinquas:cùm manere id tantùm dicatur,quod durat.l.vlti.§.vlti. in fine,ff.de liber.legat.& cap.quia in omnibus,in fi.de vſufruc.cum ſimilibus à me adductis in repet.l.ſi vnquàm,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.202.incip.denique tex.hic.

*Argumentum de toto ad partem,non neceſſariò concludit, nec ſimpliciter. Nunquàm verò,cùm eſt diuerſa ratio.*

47 ¶Et hinc videmus,quòd licet feudum vel emphyteuſis non poſsint alienari, vel obligari ſine conſenſu domini,per iura vulgata:nec item accipi in cauſam iudicati:vt per omnes contra gloſ.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,ff.de dam.infect. Poſſunt tamen eorum fructus vendi,vel donari ad modicum tempus,vel etiam quandiu vixerit vaſallus,ſecundum diuerſitatem opinionum. Poſſunt item in cauſam iudicati capi. Vt de primo,ſcilicet de alienatione, voluit And.Iſer.in c.Imperialem,in princ.& ibi Bald.col.iij.verſi. quæro nunquid ſi ex conſuetudine,vbi tamen diſtinguit.Aluar.& Mart.Laud.col.ij.verſi.nunquid vaſallus, & Cardi. Alex.colum.iiij.verſic.quæro an vaſallus poſsit,titu.de prohib.feud.alie.per Fede.vbi dicunt, quòd licet vaſallus non poſsit conſtituere vſumfructum in feud.l.arboribus,§.vlti.ff.de vſu-

*Fructus feudi & emphyteuſis an & quomodo uendi poſſunt.*

fructu.poteſt tamen vendere fructus totius illius temporis, quo feudum apud ſe futurum eſt:quia prohibitus vendere rem,non prohibetur vendere fructus illius.d.l.codicillis.§.inſtituto,ff.de leg.ij.& l.pater,in princ.ff.de legat.iij. Idem And.in cap.eadem,tit.de leg.Cor.& in cap.1.tit.an agn.& in conſtit.Siciliæ incip.conſtitutionem diuæ memoriæ,in fin.& ibi Matth. Afflict.col.vij.verſicu.item quæro vtrùm habens, Iaco.Ardi.in ſum.titu.quibus modis feud. amit.§.item quæritur an poſsit vendere ius percipiendi fructus. Alber. in l.monumenta, ad fin.C.de legat.Bald.in l.voluntas,col.ij.verſic.illud certum eſt,C.de fideicom.vbi dicit,quòd vaſallus poteſt vendere fructus ad modicum tempus:quia illud non eſt alienatio.& in l.vſufructu,col.vlti.verſic.illud eſt certum,& ibi Alexand.in princ.ff.ſolut.matrim.vbi idem dicit ipſe Bald.& in cap.donare,in princ.tit.quali.feud.ali.pot.nam non dicitur ( inquit) rem alienare,qui fructus alienat,arg.d.l.in ædibus,§.j.ff.de donat. & idem Bal.in cap.1.§.aut ſi libellario,col.vj.tit.quibus mod.feud.amit.l.j.per illos text.& l.peto.§.prædium,ff.de leg.ij.& l.communi diuidundo,§.cùm de vſufructu,ff.commu.diuidun. & rurſum in cap.1.paulò ante fin. ibi,quæro vaſallus,tit.de ſucceſ.feud.Ioan.Fab.in §.item Seruiana,colum.vij.verſicu.quid de ipſo feudo,& ibi Iaſon num.115.Inſtitu.de actio.& Ioannes Raynaudus,in §.habito,col.xj.in paruis,verſicu.quæro nunquid vaſallus,tit.de prohib.feud.alien.per Feder. Marti.Laud.in d. cap.1.colum.ij.verſicu. item not.quòd agnati, titu.an agna.vel fili.Alexand.conſi.lxviij.viſis duobus conſiliis,lib.1.repetito conſil.clxv.lib.2.colum.iij.verſicu. & per iſtud etiam. & dicto conſi.xviij.col.ij.verſicu.pro hoc etiam facit,lib.4.repetito conſil.cxviij.lib.6.Iacob. à Sancto Georg.in tracta.feud.in verbo,ita etiam quòd ipſi,col.penult.verſic. aduerte quia licèt.Iaſon in l.filiusfamilias,§.Diui,col.xj.verſicu.duodecimò limita,ff.de legat.j.in ij.lect.Matth.Afflict. in conſtit.Siciliæ,incip.ſi quis poſt litem,col.v.verſi.ſed iuxta hoc quæro, & Franc.Curt.iunior in tract.feud.in iiij.parte in princip.col.xliiij.verſic.decimoquintò quæro. Zaſius in epitome feud.parte x.char.11.verſi.tertia concluſio.

*Vſusfructus an in emphyteuſi cõſtitui poßit.*

48 ¶Et facit etiam eorum ſententia,qui contra quàm ex aliis ſuprà diximus,voluerunt emphyteutam poſſe conſtituere vſumfructum in re emphy.ſine conſenſu domini.Ita enim cenſuit Petr.Iaco.tit.de act.in rem pro re emphy.col.xiiij.in paruis,verſi. quæſtio ſed an emphyteuta.Bald.in l.j.§.idem in fundo,quem legit cum princ.eiuſdem l. per illum tex.ff.quibus mod. vſufruct.amit.Sal.in l.vlti.col.pen.verſi.nunc ſequitur,& ibi quoque Iaſon col.xxxiiij.verſic. nunquid autem emphyteuta,C.de iur.emphy.Alex.& Iaſ.in l.iij.§.ex contrario,ille col.xiiij. verſi.quærit Bart.quot poſſunt,& item col.pen.verſic.facit pro eo quòd heri dixi:hic colum. item xiiij.verſi.not.diligenter,ff.de acquir.poſſeſ.Alex.conſil.cxx. ſuper eo quod quæritur,in fin.lib.1.Catel.Cotta,qui id dicit ſing.memor.emphyteuta non poteſt.Stepha.Betrand.conſi. cxliij.pro faciliori,poſt princ.lib.4.Caro.Ruin.conſi.cl.in cauſa,col.vij.num.14.lib.3.Iaſ.conſ. cxxiij.viſo teſtamento,columm.ij.verſicu.confirmatur quia emphyteuta,lib.4. quo etiam in conſi.paulò antè,verſi.ſed præmiſsis,idem tenuit de feudo,per text. loquentem de ſeruitute, in cap.1.§.quid ergo,titu.de inue.de reb.alien.fac. Et reſpondet ad glo.in cap.1.§.j.titu.de cap. Corra.quæ vt dixi ſuprà num.40.dicit contrarium,vt ſcilicet ea intelligatur,non poſſe conſtitui vſumfructum in re feudali in præiudicium domini,ſed tamen in præiudicium vaſalli & hæredis ipſius poſſe:vt etiam dicit in d.§.ex contrario,vbi ſuprà.Sed & idem in eo ipſo §. ex contrario,reſpondet ad l.vlti.C.de rebus alien.non alie.qua omnino innituntur,qui alterius ſunt ſententiæ.

*Quid in feudo.*

*Fructus feudi & emphyteuſis an in cauſam iudicati capi poßint.*

49 ¶Quòd autem fructus huiuſmodi rerum capi poſsint in cauſam iudicati,voluit{Spec.in tit. de primo decret.§.reſtat.verſi.& idem in vaſallo.&tit.de execut.ſentent.§.ſequitur.verſi.quid ſi habet tantùm feudum.qui eſt ad fi.eius §.} Andre.Iſer.in d.conſtit. ſi quis poſt litem.& ibi quoque Matth.Afflict.vbi ſuprà.& Spec.tit.de exec.ſenten.§.ſequitur videre,paulò ante fin.& tit.de j.& ij.decre.§.reſtat,verſi.& idem in vaſallo.Iaco.Ard.tit.& rub.an pignus iudiciale contrahi poſsit.Barto.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,verſi.ſed quæro quid ſi agatur, & ibi Imo. col.ij.qui intelligit,in ſubſidium aliis rebus non extantibus,& alij, præſertim Alex.omnium latiſsimè,ff.de dam.infect.Ange.& ipſe Imo.& Rom.in l.eorum,eod.quoque tit.idem Ange. in l.pro hærede,§.ſi quid tamen,& ibi Paul.Caſt.Alex.& Franc.Aret.ff.de acquir.hære.Bal.in cap.contingit,col.antepen.verſic.quæro quid in aliis iuribus, extrà de dol.& contu.& in d.c. Imperialem,col.iij.verſi.quæro nunquid ſi ex conſuetudine,& ibi Aluar.col.pen.tit.de proh. feud.alie.per Feder.vbi tamen dubitat,quantùm ad feudum pertinet,& ibi etiam Rayn.in §. habito,char.9.in paruis,verſic.quæro an poſsit in re feudali. Idem Bald.in l.vſufructu,col.ij. verſi.item ex prędictis patet,ff.ſolu.matri.Aluar.in c.1.§.quid ergo,paulò ante fin.& ibi etiam Martin.Laud.col.ij.& Card.Alex.col.vlti.titu.de inue.de re ali.fac.& idem Aluar.in c.1.§.vlti. in xxxiiij.conclu.tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit.& in cap.ſi vaſallus de beneficio,col.iij.in iij. oppoſi.tit.ſi de feud.vaſal.fuer.cont.Alexan.conſi.cxxiiij.ſuper primo quæſito,col.iij.lib.4.& conſi.xj.viſo proceſſu,circa medium,lib.5.& Franc.Aret.conſi.xiiij.viſo & diligenter,col.vij. verſic.ſed quid opus.Carol.Ruin.conſi.lxxiij.j.col.pen.num.12.lib.5.Matth.Affli.deciſ. Neap. xxvj.fuit dubitatum.Iaſon.in l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,in viij.not.ff.de leg.j.& Franc.Rip.in l.j.col.iij.num.13. & iterum col.xvij.nume.37.ff.de pigno.& Ioan.Lup.in repet.rub.de donat. inter



inter vir.& vxor.§.xij.poſt medium. Et hæc eſt communis opi.licet Bald.nulla in re non ſibi contrarius,teneat contrarium,conſi.clxxxij.Petrus de Firmio,lib.3.Sal.in d.authen. ei qui. De quo etiam tu eundem Bald.videto conſi.cccvj.verba inueſtituræ,lib.1.& Matthæ.Afflict. in d.conſtitu.Siciliæ incip.ſi quis poſt litem,col.iiij.in vj.not.& Anto.Rub.conſi.clxiiij.circa primum,col.vlti.verſi.pro reſolutione,& Albe.Bru.conſi.xxxvij.dum quæritur.

50 ¶Et idem de cæteris rebus,quæ alienari non poſſunt,vt de præbenda,& aliis id genus,vt ſcilicet eorum fructus capi poſsint in cauſam iudicati,per l.commodis, & ibi Bart.qui id intelligit,ſi deſunt alia bona,& ibi item Imo.Alex.& alij,ff.de execu.rei iudic.& in cap.2.ibi,alioquin de reditibus eorum,& ibi glo.& Doct.extrà de fideiuſſ.gloſ.& Docto.in l.ſtipendia,C. de execu.rei iudi.Spec.dicto tit.de pri.& ij.decre.§.reſtat,verſi. quid ſi reus non habet niſi reditus.& in dicto titu.de execu.ſenten.§.ſequitur,ad fin.verſicu. quid ſi debitor habet.Bal.qui id intelligit,modò reſeruetur clerico aliquid,vnde poſsit viuere, in dicto cap.contingit,col. vj.verſicu.quid de reditibus, extrà de dol. & contu.Panor.in cap.repræhenſibilis,col.vlti.de appel.Domi.in cap.ſi propter,in j.not.de reſcrip.& quæ dicemus infrà,eod.tit.§.xxvj.in glo.j. nume.13.ex ſententia.

*Quid de aliis rebus quæ alienari non poſſunt.*

51 ¶Sed & facit,quòd licet decima pignorari aut vendi non poſsit,tamen poſſunt fructus eiuſdem,per cap.veſtra,quod eſt ij.extrà de loca.Spec.tit.de pig.§.j.col.vlt.verſic.quid de decima, vbi etiam dicit quòd in laicum transferri poſſunt:vt & dicit Alber.poſt Iac.Aret.in l.in ædibus,§.j.ff.de donat. idem Alber.in l.monumenta, C.de leg.Ioan.Faber in d.§.item Seruiana, col.vij.verſi.quid in decima,& ibi quoque Iaſon nu.110.Inſtit.de actio.& idem Fab.in §.item finitur,poſt prin.Inſti.de vſufruct.Bal.in d.l.vſufructu,col.vlti.& ibi Ale.in iij.not.ff.ſol.mat. & ipſe Bal.conſi.xliiij.ad euidentiam,in j.dubio,lib.3.& Panor.in cap.2.col.iiij.verſic.hinc eſt quòd fructus,extrà de iudi.& ante hos glo.in c.alienationes,in verbo,præbendam,& ibi Archid.col.vlti.xij.q.ij.& glo.not.in c.quamuis,in verbo conceſſerit,extra de deci.quæ dicit fructus decimæ poſſe concedi laico ad tempus vitæ ſuæ, per d.c.2.de loc.de qua per Panor.ibi, & in c.adhuc,ad fin.eod.tit.vbi eam dicit ſing.Sed eſt ſimilis in cap.vlti.in verbo, non licere, xvj.quæſt.j. Et eas ſequitur Iaſ.conſi.lxxiij.dubitatur an valida,col.v.verſic.quartò moueor, lib.3.& voluit etiam Rom.ſing.657.fructus eccleſiæ.Similiter licet vſusfructus cedi non poſſit,d.§.item finitur,poteſt tamen fructus illius,vt dicit gloſſ.& ibi, & eſt bon.text.in l.arboribus,§.j.ff.de vſufruc.& in l.ſi vſufructu,& l.cùm in fundo,§.quòd ſi mulier,ff.de iure doti.& dicemus infra eod.titu.§.xxvj.in glo.j.num.43.ſecundò vſusfructus.

*Fructus decimæ uendi poſſe etiam laico.*

52 ¶Hucq; poſſet videri referendum, quòd licet minor non poſsit alienare res immobiles ſine decreo,C.de præd.mi.per totum,& ff.de reb.eorum,etiam per totum:poteſt tamen earũ fructus liberè vendere,ſicut maior,glo.in l.j.C.ſi aduer.vſucap.quam ita pro ſing.referunt & ſequuntur Ang.& Imo.in l.j.ff.ad Treb.cum multis aliis concord.adductis ab Alex.conſi.xlix. maturè ponderatis,col.ij.verſi.fructus enim,lib.1.& conſil.xxxvij.conſideratis,col.ij.verſi.tertiò negari non poteſt,lib.4.& conſi.xcij.perſpectis,col.ij.lib.6.Phil.Deci.in auth.qui rem,col. ij.verſic.ij.intelligit,C.de ſacroſ.eccle.& Steph.Bertran.conſi.cccxxxiiij.licet fructus,lib.1.Sed hoc profectò nihil huc pertinet:quia de fructibus iam perceptis loquuntur,qui haud dubiè mobilibus annumerantur,ſecundum Spec.tit.de fruct.& intereſ.§.j.col.ij.verſi.ſed pone Prçlatus.& Philip.Dec.qui alios allegat,conſil.ccccIxxij.teſtator,col.j. Et ſanè fructus ſunt ex iis rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.l.procurator totorum,ff.de procu.Porrò generale eſt,fructus rerum prohibitarum alienari,poſſe tamen vendi pro toto tempore vitæ eius,qui prohibitus eſt:vt per Bart.in d.l.codicillis,§.inſtituto,ff.de leg.ij.& Iaſ.in d.§.Diui, vbi ſuprà.

*Minor poteſt alienare fructus rerũ immobilium.*

53 ¶Ex quibus (vt tandem concludamus,) apertiſsimè conſtat,fructus pendentes non eſſe cenſendos immobiles,quantùm ad alienationem pertinet.Ideoq; in venditione eorum non eſſe locum retractui.Fateor tamen,quòd ſi aliquis vendiderit fundum ſimpliciter,(quo caſu fructus pendentes cenſentur eſſe venditi cum fundo,vt diximus,) & conſanguineus velit retrahere,& fructus quoque pendentes retrahet,ſi illico retrahat:vel pro rata temporis,ſecundum noſtram conſuetudinem,infrà tit.procedente,§.v.Et ita procedit,quod diximus fructus pendentes eſſe partem fundi:neque enim ſeparata videtur venditio fundi & fructuum, ſed vnica tantùm.d.l.vlti.ff.quæ in frau.cred. Et ita quidem,vt ſi ex ſtatuto ſoluatur gabella ex frumento & vino vendito,ſiue ſimpliciter ex venditione fructuũ, non debeatur ex venditione fundi aut vineæ,in quibus frumentũ aut vuæ maturæ ſunt:cum eorũ non ſit facta ſimpliciter venditio,ſed acceſſoriè cedãt agri venditioni:vt voluerũt And.Piſa.Gul.Cu.Albe.& Bal. in l.non ſolum,ff.de in integ.reſti.& idem Alb.in ij.parte ſtatutorum,q.ccxxvj.pone ſtatuto,

*Concluſio quæſtionis, an retractus habeat locum in uenditione fructuum pendentium.*

54 ¶Et ſecundùm hanc noſtram opin.vt videlicet in venditione huiuſmodi fructuum pendentium non habet retractus locum,eſt expreſſa conſuetudo Cenomaniæ,cap.413. Bononiæ ca. 443.Andegauiæ,cap.402.Turoniæ,hoc eod.titu. *de retraictz*,§.xxxij. quorum poſtremorum locorum commentarij nihil aliud de ea re dicunt,quàm quòd contrarium videbatur,per d. l.fructus pendentes.Meldenſium autem conſuetudo,cap.69. & tribus ſeq. tractat quando & quomodo iſti fructus pendentes cenſeantur mobiles vel immobiles. Sicuti etiam Melodunenſium,cap.47.Monſtrolienſium,cap.91.Borbonienſium,ca.284. & Aurelianenſium,c.273.

*Conſuetudines Franciæ de retractu fructuum.*

Andegauenſium,cap.239.& ſequen.Belquercenſium,cap.42.Arteſienſium,cap.95.Carnutenſium,cap.61. Niuernenſium,titu. *quelles choſes ſont reputées meubles*, cap.2.3.& 4.vbi ſimpliciter dicitur hos fructus pendentes immobiles cenſeri: vti & Laudunenſium in Veromandia,tit. omnium j.§.ij.Prioribus autem concinit Bald:in cap.1.in princ.tit.de feud.cogni. qui intelligit glo.ibi volentem feudum poſſe conſtitui in huiuſmodi fructibus, vt diximus ſuprà, in princ.huius quæſt.nume.36.modò hi fructus ſint annui, aliàs ſecus. Quod autem priuatim pertinet ad venditionem magnarum arborum nondum exciſarum,de quibus ſuprà,ex Ferro.diximus,eſt aliud quod hanc rem magis ambiguam reddit, quòd ſcilicet non ſint annuæ exciſioni deſtinatæ neque aptæ:ideò in illo paulò amplius cogitandum eſt.

*An retractus habeat locum in uenditione uſusfructus rei immobilis.*

55 ¶ITEM ſi vſusfructus rei immobilis venditur,eſt locus noſtro retractui, ſi credendum eſt Matth.Afflict.in d.tract.protomixeos,col.totius operis x.verſic.item quæro quid ſi vendatur vſusfructus,atque etiam Chaſſe.hoc ipſo tit.*de retraictz*,§.j.in verbo,*ſon heritage*,col.ij.verſicu. quærit vlterius idem.& Ferro.in conſuet.Burdig.hoc quoq; tit.§.xxv.& Pau.Pariſ.conſi.84. dico,col.ij.nu.8.lib.3.Et mouentur,quia vſusfructus eſt pars fundi,& ideò immobilis eſt.Allegant priores l.iiij.ff.de vſufru.& alia quædam iura,quæ vel omnino non ſunt,vel id nõ dicunt,ſicuti nec d.l.iiij.ſed id tantùm,quòd vſusfructus in multis caſibus pars dominij eſt.

*An partẽ fundi ſtipuletur, qui uſumfructum ſtipulatur.*

*Vſufructuarius quadam ex parte dominus rei.*

56 ¶Scio tamẽ tex.qui dicit eum,qui vſumfructum fundi ſtipulatur,ſimilem ei eſſe, qui partem fundi ſtipulatur,in l.qui vſufructum,ff.de verb.oblig.& facit etiam tex.in l.ſi à reo,§.ſi reo,ff. de fideiuſſ.& in l.ſi ab emptore,ff.de euict.& in l.cum filius, §. ſi dominus,ff.de leg.ij. Sed id quomodo intelligitur,diſces ex glo.Bart.Ang.Imo.Alex.& Soci.in d.l.qui vſumfructum,gl. & aliis,præſertim Alciat.in l.rectè diximus,ff.de verb.ſignifi. Scio item vſufructuarium cenſeri quadam ex parte dominũ ipſius rei,l.ſi vſusfructus, ibi,ei quaſi domino,ff.de aqua plu. arc.& l.in venditione,in prin.ff.de bo.auto.iud.poſſ.& l.liber homo qui bona,in fi.prin.ff.de verb.oblig.quod vel hinc intelligi poteſt,quòd ſi quis in libello dixerit ſe dominum,& probauerit ſe tantùm eſſe vſufructuarium,obtinebit:vt per Alex. poſt alios in l.naturaliter,§.nihil commune,col.iij.verſi.& facit ad quæſtionem,& ibi quoque per cæteros recentiores,ff.de acqui.poſſ. Sed videbis ibi,quomodo & id intelligatur, atque etiam apud Guli.Cu.Barto.& Bal.in rub.C.de vſufruct.Nam ſunt & alij multi tex.quibus probatur vſufructuarium domini appellatione non contineri:vti l.j.§.qui ſeruum, qui eſt ij.ff.de S.C.Sylla.& l.qui falſus.§. vlti.in fi.ff.de iniur.& bene facit l.ij.§.ſed & vſufructuarius, iunctis præcedentibus,ff.de relig. & ſumpti.fune.& l.item apud Labeonem,§.ſi vſumfructum,ff.de iniur. Sed & tu de hoc priuatim vide Bart.& Ang.in d.l.in venditione,de bon.auto.iud.poſſ. & Alex.conſi.cxxix.puto de iure,circa medium,lib.2.quod & inculcatum eſt conſi.iiij.lib.5. & omnino Caro.Molend. acris ingenij & iudicij virum in conſuet.Pariſi.tit.j.§.j.glo.j.num.4.& 5.

*Vſumfructum inter immobilia computari.*

57 ¶Scio denique Bart.in l.iuſto,§. non mutat,ff.de vſuc.adſerere vſumfructum inter immobilia computari:per l.corruptionem,C.de vſufru.& idem tenuiſſe Alb.in l.mouentium,in fi.ff. de verb.ſigni.& Alex.qui neutrum citat,in addi.ipſius Bart.in l.iubemus nulli,in fin.prin.C. de ſacroſ.eccle.per tex.in ea ipſa l.§.vlti.Glo.autem in d.l.corruptionem,in verbo,excludere, dicit vſumfructum etiam rei mobilis ęquiparari rei immobili:per d.§.non mutat.& præterea l.vlt.in fi.C.de præſcri.long.temp.& l.ſicut.C.de ſerui.& aqua.& idem voluit ipſe Alber.in l. vlti.ad fi.ff.de requi.reis.Et ad hoc quoque facit,licet non allegent,text.in l.iij.§. nec vſusfructus,ff.de reb.eor.vbi nec vſusfructus pupilli alienari poteſt ſine decreto,quòd in rerum immobilium alienatione requiritur.Similiterq; dicit Imo.in cle.j.col.v.verſi.an autem rectores, de rebus eccleſ.non alie.quòd ſicuti res immobiles eccleſiæ ſine decreto alienari nõ poſſunt, ita nec ſuper illis vſusfructus conſtitui,cùm is ſit pars dominij, per d.l.iiij.ff.de vſufru.quod & nos plenius diximus ſuprà,nu.41.verſi.nam & aliàs. Et facit quod ſcribit Sal. poſt Petr.in d.l.vlti.col.vlt.in iiij.q.C.de long.temp.præſcript.Et tex.in l.vlt.C.de reb.ali.non alie.vbi prohibita alienatione cuiuſpiam rei,prohibetur & vſusfructus conſtitutus ſuper ea re.

*Vſumfructum non conſtitui ſuper rebus eccleſiæ.*

*Retractus an habeat locum in uenditione uſus uel habitationis.*

58 ¶Idem tamen Alex.conſi.lij.viſo themate,col.vlti.verſicu.tertiò moueor,& ſeq.lib.1.expreſsè tenuit,non eſſe locum retractui in venditione vſusfructus, vſus vel habitionis, cùm ea iura ſint incorporalia:ideoq; nec mobilia nec immobilia propriè,vt voluit Bal.in c.1.§.ſciendum, tit.de feud.cogni.cum aliis multis, quos citauimus ſup.in aliis multis quæſt.præcedentibus, atque etiam in duab.glo.etiam præcedentibus. Sed quibus potes addere Lucam Pen.in l.iij. eademq; vlti.col.ij.C.de vend.reb.ciuit.lib.10.vbi etiam expreſsim dicit,vſumfructũ nec rem mobilem eſſe,nec immobilem, ſed neutrum aliquid per ſe exiſtens,vt ſunt cætera iura.quod & idem dicit Corne.conſi.cxlvij.omiſſo,col.ij.verſi.his tamen non obſt.lib.4.

59 ¶Sed aduerte, Lector,quia Alex.d.conſi.lij. loquitur in caſu ſtatuti loquentis ſimpliciter de retractu rerum immobilium:quod,vt dicit,& alij multi,vt alibi plenè diximus, ſumendum ac intelligendum eſt propriè, ſcilicet de re quæ propriè eſt immobilis. Noſtra autem conſuetudo vlterius loquitur:nam poſtquam de immobilibus locuta eſt,adiicit & de rebus,quę pro immobilibus cenſentur:hæc enim ſunt verba quæ nunc commentamur, *ou autres choſes cenſees pour immeubles.* Ideò pleriſque videri poſſet,quòd ſi vſusfructus ſiue vſus & habitatio (nam hæc omnia placuit poſt Alexan.iungere)conſtituerentur ad aliquod longum tempus,

pro



pro certo quopiam pretio, conſanguineus poſſet id ius retrahere reſtituto illo pretio,inſtar eius quod ſuprà diximus de reditu annuo,in gloſ.præced.

60 ¶Ego verò (vt tandem meum interponã iudicium) in ea ſum ſententia,vt retrahi non poſſit:quando huiuſmodi vſusfructus vẽditur proprietario:quia tunc non amplius eſt in rerũ natura,ſed ſuppreſſus atque extinctus per conſolidationem.§.vlt.Inſtit.de vſufruct.qui text. (ne hoc omittam) vtitur hoc conſolidationis verbo,non ſine claro exemplo,quãdo Virgilius lib.1.Georg.& Plinius lib.1.epiſtol. ſimplici verbo ſolidandi vſi ſint. Sed & Cõſolidandi & conſolidationis verbo vſus eſt Vlpia.in l.idem Neratius,§.1.& in l.idem eſt,ff.de vſufr. accreſ.& Tryphonius in l.cùm in fundo,§.quòd ſi vxor,in fi.ff.de iure dot.& Tullius libr. epiſtolarum v.ad Ruffum,quanquam ſunt,qui ibi aliter legant. Sicuti etiam ( vt redeamus) de ſeruitute dicimus,quæ etiam per conſolidationem extinguitur.l.ſi tibi homo, §.vlti.ff.de leg.j.cum ſi. Ideò non poteſt reuiuiſcere,quod funditus ſublatum eſt:inſtitui autẽ de nouo rem peremptam poſsibile eſt,ſed non eadem res eſt.l.qui vſumfructum areæ,ff.de vſufruct. & l.qui res ſuas,§.aream,ff.de ſolut.& l.ſi nauis, ff.de rei vend.Ergo cum vſusfructus ſit per conſolidationem confuſus, lui à conſanguineo non poteſt, ſed quaſi re perempta emptor liberatur à ſtatuti neceſsitate.l.quòd te,ff.ſi cert.peta.Et his rationibus motus Bal.conſil.ccc. ſtatuto cauetur,in fi.lib.1.reſpondit,quòd ſtante hoc noſtro ſtatuto,quod concedit conſanguineo facultatem redimendi reſtituto eodem pretio,ſi dominus emphyteuſim emerit,non poterit conſanguineus venditoris eam redimere:de quo nos diximus ſupr.in verbo, *aucuns biens*, poſt prin.Sed tamen vide quid de hoc dicto Bal.dicam infrà eod.§.glo.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.111.hincque videmus.& duobus ſeq. illud autem quod de proprietario diximus,qui emit vſumfructum, nuncupatim voluit D.Ferron.in conſuetu.Burdiga. hoc tit.de retractu, §.xxv.verſi.ſed tamen.

*Si uſusfructus uenditur proprietario, an ſit locus retractui.*

*Conſolidationis uerbum.*

*Solidandi uerbum.*

61 ¶Si autẽ vſusfructus cõmoditas alteri quàm proprietario vẽderetur,ſecũdùm l.neceſſariò,§. vlt.ff.de peri.& cõ.rei vẽd.(nam ipſe vſusfructus extraneo vẽdi non poteſt.l.ſi vſusfructus, ff.de iur.dot.& diximus ſupr.in præced.q.& dicemus latiùs infrà §.xxvj.in gl.j.nu.43.ſecũdò vſusfructus)aut ſi dominus ſuper ſuũ ipſius fundũ alteri vſumfructũ pretio accepto cõſtituerit,vix quoq; crederẽ his caſibus eſſe locũ retractui.De quo eſt cõſuetudo expreſſa Pariſienſium,c.181.Melodunenſium,c.49.Turonenſiũ,tit.*de retraictz*,c.31.quo loco videbis quid de hac re dicant cõmentarij.Cenomanenſium,c.113.Andegauenſium,c.402. vbi etiam commentarij.Borbonienſium c.463. Et aliàs videmus, quòd licet poſſeſsio bonorum immobilium excuſet à ſatiſdatione,non tamen vſusfructus eorum,l.ſciendum,§.poſſeſſor, l.ij.ff.qui ſatiſd.cog.ſed hoc tamen aliis fit rationibus, vt ibi per Cyn.Angel.Alex.& Iaſ.quæ quidem huic loco non admodum conueniunt,& quidem licet feudum. Et omnino vide,quæ diximus in præcedenti quæſt.quia multùm huc quoque faciunt.

*Cõſuetudines de retractu uſusfructus.*

62 ¶Nec tantum dubij eſt,ſi vſufructuarius è diuerſo acquirit proprietatem,an ſit locus retractui,cùm id concedant omnes, quos ſtatim aduocabo, dum id tantùm pro dubio habent, vtrùm is vſufructuarius qui cogitũr rem cedere conſanguineo,perdat vſumfructum,qui ei competebat,antequam emeret proprietatem. Quod ſtatim prima fronte videtur:nam cùm ſemel ſit extinctus per cõſolidationem ſiue per confuſionem,vt dicit tex.in l.ſi fructuarius. ff.vſufruct.quemadmod.caue.non poteſt amplius reuiuiſcere.l.Mæuius.§.duorũ,ibi, neque reuocari actionem ſemel extinctam,ff.de legat.2.cum multis ſim. Sed quod ad hunc caſum ſpecialiter pertinet,eſt tex.in l.ſi tibi,ff.quib.mod.vſusfru.amit.ius omne vſusfructus amitti, ſi vſufructuarius proprietatem acquiſierit,nec,vt ibi intelligit Bal.in epitome,reuiuiſcit. Et text.omnium optimus,quem tamen nullus hoc in caſu allegat,in l.is cuius,ff.de leg.2.vbi ſi proprietarius ſerui inſtituit hæredem vſufructuarium,& eundem ſeruũ alteri legauit, non poterit ipſe vſufructuarius retinere vſumfructum.Et quòd hoc caſu,de quo loquimur,non recuperet vſumfructũ,expreſsim tenet Gulielmus Cuma.in l.ſi maritus, C.de inoffic.teſta. Et faciunt quæ ſuprà diximus in præcedenti dubio.

*Quæſtio ſi uſufructuarius acquirit proprietatem, an ſit locus retractui.*

*Et ſi locus ſit retractui an is perdet uſumfructum.*

63 ¶Faciunt item alia multa ad hanc ſententiam. Primò quòd vſufructuarius emendo à proprietario,videtur ei conſentire.l.cùm pater,§.libertis,& ibi Bart.in penul.quæſt.& Imo.ff.de leg.ij.& l.Titius,in prin.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& quod voluit Io.And.in c.qui tacet, col.ij.verſic.ſecundum principale,& in fin.de regu.iur.lib.6.cum concord.à me adductis in Legibus connubialibus,in glo.5.quæ eſt in verbo *expres*, in iij.limitatione.Ex quo ſequitur, quòd ius illud vſusfructus remiſiſſe videtur,l.ſi debitor,§.j.& l.ſicut,§.venditionis,ff.quibus mod.pign.vel hypo.ſol.Secundò, quia vſusfructus ad eum actum peruenit,à quo incipere non poteſt,cùm rei ſuæ nemo poſsit eſſe vſufructuarius.l.vti frui,in prin.ff.ſi vſusfruct.pet. ergo vitiatur.l.pluribus,§.& ſi placet,& l.exiſtimo.ff.de verbo.obligat.cum ſimi.Tertiò quia res ſemel liberata eſt ab eo onere vſusfructus:ergo nunquam in illud recidit.l.ſolita,quæ eſt vltim.C.de remiſ.pigno.& quod in ſimili dicitur in l.eius qui,§.j.ff.de iure fiſci.& quod diximus in noſtris Legibus connubialibus, in gloſſ.j.in iiij.eademque penult.quæſtio.in qua illud diſſero,an fœmina, quæ per matrimonium liberatur à patria poteſtate ex ſtatuto vel conſuetudine, recidat ſub eius poteſtatem ſoluto matrimonio. Et hanc opinionem tacitè

ſecuta fuiſſe videtur conſuetudo Borboniorum cap.ccccl xiij.

64 ¶Sed Iac.Aret.cuius opiniones,vt alicubi teſtatur Bart.ſemper de mente iuris veniunt,in d. l.ſi maritus,de inoffic.teſta.diſtinguit,vtrúmne vſufructuarius emptor proprietatis,ignorabat hanc retractus conſuetudinem,& non perdit vſumfructum emendo proprietatem : ſed eum à conſanguineo retrahente reuocabit : per d.l.ſi maritus , & l.ſi ignorans , ff.locat.& l. generali,C.de tabe.libr.10.An verò ſciebat,& tunc ſibi debet imputare:per l.propter veneni, §.neptis,ff.de S.C.Syllan.& l.hæredem,ff.de his quibus vt indign.Et hãc opinionem ſequitur Petr.à Bel.Pert.in d.l.ſi maritus, & Alber.Roſa.tum in d.§.neptis,tum quoque in prima parte ſtatutorum,quæſtione xcj.ſed pone,aliquis habebat.& quiſquis eſt in Margar.Bald.in verbo,alienatio,col.vlt.

65 ¶Verùm Cyn.Angel.& Pau.Caſtr.in d.l.ſi maritus,indiſtinctè tenuerunt,non amitti vſumfructum cum nihil emẽdo deliquerit per l.dominus,in prin.ff.de vſufruct. vbi eſt optimus, text.& quia etiam abſurdũ eſſet,vt conſanguineus plus retraheret ſiue conſequeretur,quàm venditor haberet ante venditionem. Et cum hic retractus fiat reſtituto pretio,fueritque ſolutum pretium proprietatis tãtùm,& non vſusfructus, certè etiam ſola debet & poteſt proprietas retrahi,& non vſusfructus,cuius reddi non poteſt pretium ſolutum , cùm ſolutum non ſit. Ideò non habent locũ verba noſtræ conſuetudinis,quæ loquuntur de pretij ſoluti reſtitutione : ergo nec ipſa conſuetudo.l.iiij.§.toties,ff.de dam.infect.cum multis ſimil.à me collectis in repe.l.ſi vnquam,in verbo libertis,nu.2. Nec debuit emptor propter huiuſmodi metum temere cõmodum ſuum relinquere.l.illud,ff.de pet.hære. Nec ob. (inquiunt ) d.l.ſi tibi,ff.quib.mod.vſusfr.amit.vbi reuocatur plena proprietas,& vſusfructus nullatenus reuiuiſcit : quoniam ab initio legatarius habebat proprietatem , cui ſolidatus eſt vſusfruct.qui poſteà non reuiuiſcit. Sed in hoc caſu conſanguineus reuocans venditionem nihil iuris in re habebat. Et hanc quoque partem ſecutus eſt Bal.in tractatu proto. col.iij.verſic.ſed pone vſufructuarius:niſi tamen (inquit) fuiſſet in dolo.& Matth.Afflict.in eodem tractat.col.xx. verſi.item quæro vſufructuarius.& Franc.Cre.ſing.lviij.teſtator legauit : vbi id dicit ſing.& Hiero.Cagno.qui & hoc trahit ad retractũ conuentionalem:quod multò plus habet,dubij, in l.ij.in xxvj.q.C.de pact.int.empt.& vendi.& Boerius in hoc eod.tit.§.iij.col.pen.verſic.ſed quæritur vnus. Et pro ea conſideratione pretij proprietatis tantùm ſoluti,bene facit text.in l.cùm in fundo,§.vxor,ff.de iur.dot.quem nullus tamen citat.

66 ¶At Bal.ipſe in d.l.ſi maritus,de inof.teſta.diſtinguit,vtrùm conſuetudo ſit reciſſoria,id eſt, diſponat reſcindendo venditionem : an verò traſlatoria iuris emptoris in agnatum reuocantem,quæ ſcilicet diſponat transferendo id ius ab vno in alterum. Et primo(inquit) caſu poteſt retineri vſusfructus : quia reſciſſa cauſſa reſcinditur effectus,per tex.ibi Secundo autem caſu retineri non poteſt : per l.cùm filius , §.dominus,in princip.ff.de legat.2.niſi fortè propter iuſtam ignorantiam : vt in d. §. neptis. Igitur , vt ipſe ſubiungit , in conſuetudine reciſſoria reſtituitur vſusfructus : in conſuetudine autem tranſlatoria diſtinguitur ſcientia ab ignorantia. Hæc ille,quem ſequitur Alber.Bru.in tractatu ſtatutorum,in verbo, vẽdere, col.ij.verſi.ſtatutum ſeu conſuetudo.

67 ¶Sal.in d.l.ſi maritus, poſteaquam retulit Bald.vt ſup.ſubdit ſibi videri in eo remanere dubium,quãdo ſcilicet ſtatutũ dicatur tranſlatorium iuris emptoris, vel non:& vtrùm totius, an partis tantùm,quæ ad eum peruenit ex venditione.Et ideò (ait) videtur ponderandum, an in eo apponantur illa verba,oblato pretio ſoluto , ſiue pro eodem pretio : & tunc de re vendita & appreciata tãtùm,non de pluri,fit reuocatio. Ideoq; vſusfructus deducitur,vt ſic ex quãtitate oneris iniuncti colligatur mens ſtatuti,& portio reſtituenda,ar.l.vtrùm,§.vlt.ff. de reb.dub.& l.quoties,ff.ad S.C.Trebel.Aut illa verba non apponuntur,ſed ſimpliciter dicitur agnatũ poſſe reuocare rem venditã,nulla pretij mentione facta:& tunc eſſet inſpiciendum,an id ſtatutũ eſſet in pœnam emptoris:verbi gratia,ſi ſtatutũ dicat,quòd nullus poſſit, emere rem immobilem,niſi prius requiſitis agnatis eius,qui vẽdere vult,& ipſis aliquo tempore expectatis:alioquin poſſit agnatus rem ipſam auocare:tũc enim, quia emptor deliquit aduerſus ſtatutũ,non requirens nec expectans conſanguineos,non poterit vſumfructũ deducere,per d.§.neptis,cum ſimi. Aut ſtatutum ita dicit,quòd poſſit agnatus auocare oblato pretio ſimpliciter,ſine hac adiectione,ſoluto,nec alterius verbi,ex quo poſſit cõſtare, quòd intelligat de pretio ſoluto : & tunc ſi ad pretium totius rei referatur , non deducetur vſusfructus,cùm appretiatus intelligatur. Si verò ea verba interpretentur de ſoluto, tunc deducetur:arg.d.l.vtrùm,& d.l.quoties. Et poſt hæc ſubdit Sal.iſtarum interpretationum videri æquiorem ſecundã,& veriorem:per not.in l.iij.in glo.in verbo,reddito,C.quod met.cau.in iſtis tamen plenius fore cogitandũ,cùm caſus occurreret. Ex quibus planè intelligis,Sal.hîc ancipitẽ eſſe. Cæterùm ipſe in l.dudũ,col.ij.verſi.quæro ſi vſusfructuarius.C.de cõtr.empt. eandem quæſtionem ponit,ſed omnino ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in d.l.ſi maritus.

68 ¶Denique Maſuer.& legum & conſuetudinum Franciæ peritiſsimus , in titu.de retractu,§. item ſi ille,fuit in alia prorſus ſententia : nempe hoc caſu remanſurum apud emptorem vſumfructum:niſi ſciret,cùm emit, rem apud ſe non permanſuram:quia tunc ius confuſum

non



nõ reſtituitur : per d.l.propter veneni,§.neptis, ff.de S.C.Sylla.ſed æſtimatio tamen reſtituetur:iuxta l.j.ff.de act.emp.Subiungitq; ſecus fortè eſſe de conſuetudine,& nihil præterea dicit:& ita quidem,vt neſcias ad quid referendum ſit,quod dicit de conſuetudine. Nouiſſimè verò Car.Molẽd.vir.acuti ſubtiliſque admodũ ingenij , alia multa ſuper hac reſcripſit in Conſi.Pariſi.tit.j.§.xiij.glo.v.in 6.q.quæ tu ibi videre poteris.

69 ¶Pro ea autem opi.quæ relinquit vſumfructum emptori,facit optimus text.à nullo eorum qui hanc rem tractarunt memoratus,in l.à liberto,ff.de bono.lib.cuius verba, quia huic rei maximè conueniunt,ſubnectenda cenſuimus. A liberto ſuo hærede inſtituto Seius vſumfructum fundi Mæuio legauit:libertus Mæuio hærede relicto deceſsit. Quæro cùm contra tabulas teſtamenti petierit Seij filius aduerſus Mæuium,vtrum deducto vſufructu pars debita fundi ei reſtituenda ſit, an ſolida : quia eorum bonorum acceperit poſſeſsionem, quæ liberti fuerint,cum moreretur filius. Reſpondi,vſumfructum in cauſſam priſtinã reſtituendum puto. Hæc in eo loco:vbi vides proprietatem ab eo acquiſitam fuiſſe,qui vſufructuarius erat,vtpote cui primùm vſusfructus relictus erat ab hærede teſtatoris:deinde proprietatem vſufructui annexã,cùm ille vſufructuarius fuerit inſtitutus hæres à proprietario.Tamẽ quãuis teſtamentum illius hæredis à filio domini bonorũ poſſeſsione contra tabulas fuerit expugnatũ atque reſciſſum,nihilo ſecius vſusfructus in cauſam priſtinam reſtituitur. Facit & tex.in l.legatũ eſt,§.vlt.ff.de leg.j.vbi fundus legatus talis dari debet,qualis relictus eſt.Ideo ſiue ipſe fundo hæredis ſeruitutem debuit,ſiue econuerſò,licet confuſione dominij ſeruitus extincta ſit,priſtinum ius ei reſtituendum eſt.Et ſimilis propè tex.in l.huiuſmodi, §.hæres, ff.eod.tit.& in l.Papinianus, ff.de ſeruit.Facit item text. in l.rei cuius,ff.com.præd.Et quod ſcribit Alb.in d.l.dominus,ff.de vſuf.ꝙ ſi reuocatio cõtractus habet cauſſam præcedẽtẽ veram vel præſumptã,reuocato iure proprietatis,nõ extinguitur vſusfructus,per d.l.ſi maritus.

70 ¶Et quod in ſimili dicimus,ꝙ licet rei ſuæ pignus ſiue hypotheca conſiſtere non poſsit,l.ſi rem alienã,la ij.ff.de pig.act.& l.neq; pignus,ff.de reg.iur.ſicuti nec vſusfructus, vt diximus: Tamen id intelligitur,cùm res eſt irreuocabiliter ſiue incõmutabiliter acquiſita:aliàs ſecus: nam tunc non videtur diſceſsiſſe à vinculo pignoris.l.ex ſextante,quæ eſt pen.§. Latinus,& ibi Pet.Iac.Ra.Cy.& Bar.ff.de excep.rei iudi.& l.debitor,& ibi quoq; Bar.Pau.Caſt.& Alex. ff.ad S.C.Trebel.& l.in rebus,& ibi Bal.col.pen.C.de iur.dot.& l.in bello, §.ſi quis ſeruũ,& ibi Bar.ff.de capti.& poſtli.reuer.& l.non quocunque,in princ.ff.de leg.j.& l.j.& ibi Iac.Aret. Cy.in iij.oppo.Bal.ad fi.& Io.Fab.C.ſi antiq.cred.& l.j.& ibi Cy. C.de his qui in prio.cred. loc.ſucced.& ar.l.debitor,ff.de ſepara.& l.ſi prior,ff.qui potio.in pig.hab.& voluit gl.not.in l.qui à debitore,eod.tit.& in l.eleganter.in prin.in verbo,finita,& ibi quoque Bar.in j.oppo. & Bal.ſuper glo.j.in prin.ff.de pigno.acti. {& in d.l.ſi rem alienam,& ibi Bar.ff.de pign.acti.} Bar.in l.ſi finita,§.Iulianus,col.pen.verſi.ſed circa hoc,ff.de dam.infect.Bal.in l.j.col.ij.verſi. quæro nunquid ſi teſtator,C.com.de lega.& conſi.cxxiij.quidam Alex.col.ij.libr.j. vbi eam priorem gloſ.dicit not.& ex hoc in pulchro caſu cõſuluit ibi.& conſi.clxvij.Titius vẽdidit, paulò ante fi.eod.lib.j.& conſi.clxxx.præſuppoſitis verbis,col.j.verſ.in contrarium videtur, eo.lib.j.Ang.conſi.ccviij.viſo dicto puncto,col.vlt.Pau.Caſt.in d.l.huiuſmodi,§.qui ſeruum in fi.& ibi Alex.col.j.ff.de leg.j. {Roma.in l.quòd ſi vir.quam legit cum l.dotalem.num.6.ff. ſolu.matr.} Franc.Aret.conſi.clx.longa eſt iſta,col.vij.verſicu.ſecundò hoc probatur Socin. conſi.clxx.in præſenti conſultatione,col.iiij.verſi.non obſt.ſecundum,lib.2.Philip.Dec.in d. l.neque pignus,in j.not.Matth.Afflict.deci.Neap.viij.quidam Philippus,nu.1.& deci.xvj.fuit in relationibus,nume.3.& 4.

*Pignus non perditur per acquiſitionẽ dominij reuocabilis.*

71 ¶Et idem dicimus de ſeruitute,videlicet quòd cùm quis acquirit dominium fundi ſeruiẽtis irreuocabiliter,confunditur ſeruitus,nec amplius reuiuiſcit.l.ſi communi,& ibi no.ff.de ſer. ruſtic.præd.At ſi reuocabiliter,non extinguitur,aut certè reſtituitur.l.legatarius,& ibi Imol. Franc.Aret.& Iaſ.in 5.not.ff.de leg.j.& Alex.conſi.lxix.circa primum,in fin.libr.5.& facit l.ſi ei,ff.com.præd.& l.Papinianus,ff.de ſeruitut. Idemque de actionibus cõfuſis per aditionem hæreditatis,vt reſtituantur amiſſa hæreditate,etiam culpa hæredis,modò dolus abſit : vt eſt text.in d.l.propter veneni,§.neptis,& ibi Bar.Bal.Ang.& alij,ff.de S.C.Sylla.& d.l.hæredem, & ibi quoque Bar.ff.de his quib.vt indig.& l.eum qui,§.vlt.ff.de inoff.teſt.& l.eum bonis,§. 1.ff.de acqui.hæred.cum aliis multis ſi.quæ videbis infrà, tit.ſeq.§.ij.gloſſ.j.num.10.tertiò acquiſitio,& multis ſeq.& iterum nu.42.igitur licet, & ſeq. Hic autem , vt ad caſum noſtrum redeamus,proprietas non eſt acquiſita irreuocabiliter emptori, cùm ab eo poſſit cõſanguineus retrahere. Non mirum igitur,ſi vſusfructus non extinguitur,ſed manet interim,ita vt ſi res auocetur per agnatum,non propterea perditur vſusfructus.

*Nec ſeruitus.*

*Nec actio confuſa amiſſa hæreditate.*

72 ¶Et ego quidem in hac ſum ſententia,niſi ſi quis emiſſet contra prohibitionẽ ſtatuti,vt ſup. diximus ex Sal.Aut niſi ipſe emptor verſatus ſit in dolo,vt etiã diximus,ex d.§.neptis , qui nuncupatim dolum exigit,vt hoc caſu non integretur actio ſemel cõfuſa:negatque culpam in id ſufficere. Præſertim verò , ſi ipſe vſufructuarius , cùm emit proprietatem,proteſtatus fuerit ſaluum ſibi fore ius vſusfructus , ſi res ab eo retrahatur : nam tunc haud dubiè non amittit ſuum vſumfructũ:per id quod in ſimili de pignore reſpõdit Bal.d.conſi. cxxiij.lib.1.

per

per text.in l.ſi debitor,§.ſi in venditione,qui eſt j.ff.quib.mod.pign.vel hypot.ſolut.& etiam eſt bonus text.in d.l.debitor, ff.ad Trebel.Et faciunt alia iura, quæ dicunt proteſtationem conſeruare ius proteſtantis,quæ ſunt propè infinita.

*Si conductor emat rem conductã,quæ retrahitur,an poſt retractũ duret conductio.*

73 ¶Ex quibus potes facilè intelligere,quid dicendum ſit in hac ſpecie, quam non ſemel vidimus ex facto agitari. Mæuius conducit fundũ à Titio ad quatuor annos,& fortè integram annorũ quatuor penſionẽ in ipſo cõtractu ſoluit.Poſteà & ipſe durante adhuc cõductione emit eundem fundũ à Titio locatore.Deinde conſanguineus Titij fundũ ex noſtra cõſuetudine trahit.An nihilominùs poſt retractũ Mæuius ſua cõductione integra potietur?Nam & conductio extincta fuit per emptionẽ eiuſdem rei,cùm rei ſuæ cõductio ( ſicuti nec vſufructus,quòd iam diximus) cõſiſtere non poſsit.d.l.neque pignus,ff.de reg.iur.& l.ei à quo: ff.de vſucapio.& l.qui rem,C.de loca.cum ſi.Igitur & hìc dicendum eſt,quod de vſufructu diximus,cùm vtriuſque eadem omnino ſit ratio, vt ſcilicet cõductio teneat poſt retractum.

*Quid ſi in fraudem locatio facta fuerat.*

74 ¶Niſi tamen hæc conductio facta fuiſſet in fraudem conſanguineorũ, vt vel deterrerentur, à retractu venditionis,quam contrahentes pręcogitauerant,propter huiuſmodi conductionem fortè factam ad longos annos,& paruo quodam pretio:vel ſi nihilo minùs retrahant, non ob id deterriti propter magnam rei affectionem,id interim lucri emptor faciat, vt fructibus fundi multis annis potiatur ſoluta parua pẽſione:per ea,quæ in ſimili dicemus infrà tit.procedente,§.iij.glo.j.nu.15.tamen ſi eam tribus ſeq.Nam & quæ diximus ſuprà de vſufr. ſeruitute.actionibus cõfuſis,& cæteris huiuſmodi, intelliguntur,modò fraus & dolus abſit, vt etiam diximus.

*Ex quibus hæc præſumatur.*

75 ¶Ex multis autẽ hìc fraus & dolus præſumitur:de quibus plenè per Bar.& recentiores in l. poſt contractũ,ff.de donatio.eundẽ Bar.conſi.lxv.Petrus Nicole.& Ang conſ.xlviij.ex dicto themate,in j.dubio & Raph.Co.conſi.clv.Antognolus, col.ij.& plenìſsimè per Cæpollã in tracta.de ſimulatione contractuũ.& Alcia.in l.ſi maior,C.de tranſac.& Chaſſe.hoc eod.titu. *de retraictz.*§.ix.in verbo,*ſi la fraude eſt trouuee*, & Matthæ.Afflict.in tract.Proto.in verbo,niſi quis, col.iij.verſi ſciendũ eſt,& multis ſeq.per 3.aut 4.col.Ex quibus tria tãtùm aut quatuor hìc ſpecialiter deſignare viſum eſt,quia priuatim ac peculiariter huc ſpectãt.Primùm igitur, ſi res vilius fuit conducta:per text.nuncupatim loquentẽ in conductione & locatione in l. quinetiã,ibi,minoris locata,ff.de calũ.& in c.donare,& ibi Bal.in verbo,in fraudẽ eſſe Mart. Laud.& Card.Alex.vterque col.j.& in vlt.no.tit.qual.olim feud.ali.pot.vt interim omittam vulgaria illa iura,in c.ad noſtrã,de empt.& vẽd.& c.illo vos,de pigno.cum ſimilibus,& quæ in id quoque ſcribit Barb.conſi.viij.illud afferam,col.vij.verſic.ſecundò interuenit vtilitas.

*An ſi vili pretio conductio facta ſit.*

*Si haud multò ante vẽditionem.*

76 ¶Præſumitur item,ſi breui quopiam tempere facta fuit locatio ante venditionem:quia tunc videtur fuiſſe cogitatum de venditione facienda,locationẽ autem prius in fraudem factam. l.ſi ventri,§.vlt.& ibi Bar.& Ang.ff.de priuil.credi.& l.dubiũ,ibi breui tempore reſciſſum eſt, C.de repud.& l.ſed Iulianus,§.ſed ſi filius,ff.ad S.C.Maced.& c.officij,& ibi glo.j.& Panor. col.j.in 3.not.de ele.& c.2.ibi,in proximo,de renunt.libr.6.prout eum text.expendit. Philip. Franc.ibi,in 4.not.tametſi non admodum mihi ad id facere videatur.

*Ex breuitate temporis fraudem,dolũ, ſimulationem præſumi.*

77 ¶Nam & aliàs ex breuitate tẽporis fraudem,dolum,& ſimulationẽ præſumimus:vt per glo. in c.definimus,xviij.q.ij.Cyn.poſt Iac.Aret.in l.ſi quis poſthac, col.ij.in ij.q. & ibi Bald.col. quoq; ij.verſi.ſi verò dubitetur,in ij.in præſumptione,& Ang.col.j.C.de bo.proſc. Gul.Cu. in l.j.poſt prin.ff.de rer.diui.Alb.& Bar.in l.poſt contractum, illum,col.iij.verſi.vel dic cõſiderandum,& iterum col.vlt.verſi.quærunt Iac.hunc,col.quoque iij.in v.præſumptione, ff. de dona.& eundem Albe.in l.j.§.j.ff.ſi quis teſta.lib.& in l.etiam.C.de dona.inter vir.& vxo. & in l.j.in fin.ff.de ſtat.homi.& ipſum Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis Prætori,colum.iij.verſi. octauò quæro.& ibi Iaſ.colum.vij.verſi.in octaua q.ff.de ope.no.nun.& eundem Bart.in l.ij. circa medium,& ibi Corne.C.de rep.hær.Bal.in l.ea quam,col.x.verſic.ſed ſubiungitur, C. de fideic.& in l.nam & nocere,in ij.lect.poſt medium,ff.de pact.& in l.per diuerſas, in vlt.q. C.manda.& in l.j.col.iij.verſi.& ille dicitur,C.de ſer.fu.& in l.non ideo minùs,col.vlt.verſi. quæro an aſſocians,C.de accuſ.& in l.legem,col.j.verſ.in contrariũ.C.de pact.& in l.j.col.4. verſ.quartò quæro,C.de inof.dona.& in l.ſolẽt,§.vlt.in 5.q.ff.de of.Procon.& in c. veritatis, verſ.ſed nunquid orta,extra de dolo & cõtu.& in addi.Spe.tit.de donati.§.j.verſi.item pone aliquis.& conſi.ccccxciij.multiloquiũ,col.ij.verſ.certè ego,lib.4.Sal.in Auth.ſed iam neceſſe, C.de dona.ante nup.Angel.in l.res vxoris,circa medium, C.de dona.inter vir.& vxor.& d. conſ.48.ex dicto thematis,poſt prin.& conſi.cxlj.ſuper primo puncto,circa medium.Raph. Co.conſi.xxxj.teſtator.in fi.& conſi.clxxiij.Galuanus,col.iij.verſi.amplius.& conſ.ccxix.arbitror,col.pe.verſ.ſecũda ratio.alter Raph.Fulg.cõſ.179.dubia,in fi.ſecũdi dubij.& conſ.198. in quæſtione.col.j.& Pet.Anch.conſ.99.egregiè,circa med.& cõſi.251.ex his.col.j.& cõſ.257. ſi prædicta,etiam circa mediũ,& conſi.430.fuiſſet,in fi.Imo.conſ.55.in caſu præmiſſo, col.j. Paul.Caſtren.& Cor.in l.ſi quis hæredem,C.de inſt.& ſubſti.& eundem Pau.conſi.388.plus quatuor,in fin.libr.1.Rom.conſi.68.viſis,col.j.verſicu.ex his.Ioan.Ana.conſil.23. licet prima facie,poſt prin.Alex.& Soci.in l.j.in fi.princ.ff.ſi ex noxa.cau.aga.& eundem.Alex.conſil.86. lætatus ſum.circa medium,lib.7.& conſ.clxxxiiij.viſo proceſſu,col.ij.verſi.prætereà quãdo,

eod.lib.



eod.lib.7.Barb.conſi.lvij.illud in medium,col.antep.lib.3. Fran.Are.in c.tertio loco, col.vlt. de probat.Guid.Pap.conſi.lxv.viſo themate,col.xiij.verſi.de volũtate.Soci.conſi.xc.in cauſa magnifici,col.4.verſicu.ex quo inferunt,lib.3.Franc.Cre.Cre.ſing.vj.tu ſcis quòd quicquid. Iaſon conſi.cxxxix.in præſenti,col.ij.verſi.nec obeſt.lib.4.& quiſquis is eſt inter conſ.ipſius, conſi.cxx.iuridicũ.col.ij.verſ.itẽ bene,eod.lib.4.nam ex prin.conſi.ſeq.ſatis liquet illud cõſi. non eſſe Iaſ.Steph.Bertr.conſi.ccxxxvj.multa,nu.21.in fi.lib.1.Phili.Deci.in l. certi cõdictio, §.ſi nummos,col.4.verſi.ſecunda concluſio,ff.ſi cert.pet.& in l.principalibus,colum.ij.verſi. quintò præſumitur,eo.tit.& conſi.525.viſis his,in fi.Fran.Rip.lib.3.reſponſo.ca.viij. Perona. num.5.Io.Lup.in.repe.Rub.de donati.inter vir.& vxo.§.xxx.col.vlt. Et diximus etiam ſup. in præfat.numero omnium poſtremo.& dicemus quoque infrà,in glo.14.huius §.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.37.ſed & ſimi.& ſeq.vbi etiam tracto,quantum temporis in id intelligi debeat. Et ex his intelligere potes, non abs re Tiberiũ Cæſarem quempiã è Quæſtura remouiſſe,quòd vxorem pridie ſortitione ductã,poſtridie repudiaſſet, veluti id in fraudem feciſſet:vti retulit Suetonius in ipſo Tiberio c 35.

*Tiberij iuſtũ iudicium.*

78 ¶Et id præſertim,cùm eodem tempore fit locatio & venditio,aut confeſtim fit vẽditio poſt locationem:nam tunc vterque contractus factus fuiſſe videtur,alter alterius contemplatione & reſpectu.l.j.§.quæ onerandæ.ff.qua.rer.actio.non dat. Et ita quidem, vt multis placeat cenſeri debere vnum & eundem cõtractum.l.cùm antiquitas,C.de teſta.& l.hæredes palam, §.vno contextu,ff.eod.titu.cum aliis in vtroque illo dicto multis concordan.à me latè congeſtis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.117.ſed & hoc tamen & ſequent. & dicemus etiam inferius in titu.ſequenti.§.j.gloſ.v.in verbo,in limine contractus,in princ. Ex quo & illud fit,vt conſanguineus vnum retrahens,alterum quoque retrahat, ſuccedátque in vtroque in locum emptoris.

*Si cùm tractatur de vẽtione, locationẽ prius faciunt. Cõſuetudines, an locatio teneat poſt retractum.*

79 ¶Sed & factum in fraudẽ videri poteſt,ſi cùm ipſi contrahentes cogitant tractantq; de venditione,hanc ipſam locationem & conductionem prius faciunt:etiamſi emptio & venditio non continuò pòſt ſequatur:vt in ſimili dicitur in l.ſed ſi maritus,§.ſed ſi cõſtante, ff.qui & à quib.& quæ latius dicemus infrà eod.§.in gloſſ.xiiij.quæ eſt in verbo,*ou equipollent à vente*, nu.19.ſimiliter permutatio,& multis ſeq.Sunt autẽ hac de re,vtrum videlicet poſt retractum teneat conductio,expreſſæ quædam cõſuetudines,vt apud Cenomanes,cap.ccccxxxiij. quo cautum eſt conſanguineum retrahentem non teneri ſtare conductioni factæ emptori ante venditionem : quin ea extinguitur propter præſumptionem fraudis. & ibi tamen nihil dicunt commentarij. Et ſimiliter apud Borbonios, cap.cccclxxvij. vbi tamen diſtinguitur ex tempore venditionis poſt locationem, vt ibi videre poteris. Et Dunenſes,c.lxxxiiij. Vtrùm autem conſanguineus, qui retraxit,teneatur ſtare locationi factæ ab emptore,dicam tit.ſeq. §.iij.gloſ.j.nume.12.ſed & illud,& ſeq.

*An poſt retractum maneat ſaluum vectigal antiquum emptori.*

80 ¶Sed & ex ſuprà dictis apertè intelligitur, quid ſtatuendum ſit in hac ſpecie. Titius cum haberet annuũ vectigal ſuper fundum quempiam,tandem eundem fundum emit, atque ita confuſum eſt huiuſmodi vectigal,cùm res ſua nemini ſeruiat,vt iam ſuprà ſæpius diximus. Vtrùm igitur ſi cõſanguineus fundum redimat,tenebitur ad id vectigal præſtandũ poſthac emptori.De qua re nuncupatim loquitur Chaſſ.in hoc eod.tit.*de retraictz*, §.viij.vbi & ipſe allegat noſtrorum ſententias in d.l.ſi maritus.C.de inof.teſta.Sed & eundem vide §.ſequen. col.pen.in addit.vbi tractat,an hoc caſu huiuſmodi vectigal erit loco pretij.

*Quæſtio, an retractus habeat locum in venditione hæreditatis.*

81 ¶Nvnc autem,vt ad alia tranſeamus,ad hãc noſtrã glo.pertinẽtia:quæro quid ſi quis hæreditatem ſiue ſucceſsionẽ ſibi obuentã aut quotam illius partem vẽdiderit:erítne locus retractui?Manſuer.in tit. *de retraict*,§.itẽ ſi hæres,ſcribit non eſſe locũ : quia hereditas cõplectitur mobilia & credita:& quia res ſingulares non cẽſentur eſſe vẽditæ:ideò nec pro eis debetur euictio,niſi nominatim conuênit.l.j.C.de euict. Cui adde ad confirmationẽ poſterioris rationis,quòd adeò ea procedit,vt emptor hęreditatis nõ poſsit ſingulas ipſius res vſucapere pro emptore:vt not.glo.ſing.in l.j.§.j.in verbo,vniuerſæ, ff.de vſucap.pro dot.nec ſi ab alio poſsidentur,vindicare.Bald.qui eam glo.dicit ſing.conſi.cclxxxv.caſus coram R.col.ij.lib.2.

*Immobilia ad ſe trahũt mobilia.*

82 ¶Ego autem contrà cenſeo,ſcilicet locum eſſe in hoc caſu retractui:tum quia hæreditas eſt ius incorporale,quod inter immobilia collocatur,vt ſuprà diximus,nu.6.at ſunt qui actiones:tum quia non ſolùm comprehẽdit mobilia,ſed immobilia illis multò digniora.l.ſciendum,in prin.ff.qui ſatiſd.cog.& l.j.C.de vſucap.trãsfor. Nam mobilium vilis & abiecta eſt poſſeſsio,l.ſi rem mobilem,& ibi glo.ff.de acq.poſ.Ideoque immobilia ad ſe trahunt mobilia, vt eodem iure in re eadem cenſeri debeant, non è diuerſo.l.eum qui, ff.de vſucap.& l. longe,ff.de diuer.& temp.præſcr.vbi ſi res mobilis & immobilis ſimul poſsidentur,mobilis non niſi tempore,quo immobilis vſucapitur.Et generale eſt,vt magis dignum trahat ad ſe minus.c.quod in dubiis,de conſe.eccle.vel al.& c.j.eod.tit.lib.6.& vtrobiq; concord.& quod voluit glo.in cap.de ieiunio,in verbo,celebrari.lxxvj.diſt.& Bal.in l.ij.in prin.C.com.de leg. Card.Flor.in cle.j.in 6.q.verſ.ſextò quia propter,de ſupple.negl.Præla.Ro.in l.ij.in prin.ff.de verb.obli.& conſi.ccccxliij.quò ad primum,col.vlt.verſic.vltimò quando in aliquo, vbi alia quædam iura allegat Alex.conſ.lxxxij.in cauſſa vertente,in fi.lib.1.cum ſi.Atque vt id quod

*Minus dignũ ad magis dignũ trahitur.*

potentius

potentius eſt,trahat ad ſe naturam minus potētis,cùm ſimul permiſcētur.c.ſi duo ex tribus & ibi Domi.in 3.not.de offi.deleg.lib.6.Ad quod etiam facit,quod not.Panor.in c.cùm non ſit,in 3.not.per illum text.extrà de deci.

83 ¶Ex quibus etiam fit,quòd cùm tutor non poſsit alienare bona immobilia pupilli ſine decreto,C.de præd.minor.per totum.& de reb.eo.ff.etiam per totum: certè etiam non poteſt ſine decreto repudiare hæreditatem,ſiue bonorum poſſeſsionem,pupillo delatam: quia eſt quædam alienatio vniuerſitatis, quæ apta eſt comprehendere mobilia & immobilia. Ideò æquiparatur alienationi immobilium, & requirit eandem ſolennitatem ex natura propriæ aptitudinis. Hæc enim propè ad verbum ſcribit Bald.in l.bonorum, in 3.q.C.qui admit.ad bono.poſ.quæ ſumpſit ex Bar.in l.tuto.ff.de bono.poſ.tit.generali.de quo etiam pleniſsimè per Corn.conſi.xj.in præſenti,lib.3.Sed & idem Corn.conſi.ccxxxvj.diligēter,col.pen.verſi. nec etiam obſt.iunctis præcedentibus,lib.4.tradit prohibitionem alienationis immobilium trahi ad alienationem hæreditatis,in qua ſunt bona immobilia.

*Hæreditas delata pupillo, nō poteſt ſine decreto repudiari.*

84 ¶Igitur & in hoc caſu hæreditas ratione illius aptitudinis,de qua per Bal.vbi ſuprà,habetur pro immobili,vt ſit locus retractui. Nam & aliàs videmus,quòd licet pro rebus mobilibus non competat interdictum vnde vi.l.j.§.hoc interdictum,le ij.verſi.illud vtique, ff.vnde vi. Tamen ſi mobilia cum immobilibus ſint cōiuncta,vel ex hæreditate,vel quia in domo ſiue fundo ſita ſunt pro illis quoque acceſsionis nomine competit.d.l.j.§.planè ſi quæ, & l.pen. eod.tit. Et licet item feudum in immobilibus tantùm conſtitui poſsit,non etiam in mobilibus:poteſt tamen in vtriſque ſimul:ex mēte Iac.Bel.& Bal.in c.j.§.ſciendū, & ibi expreſsius Mart.Laud.in fi.& Car.Alex.col.vlt.tit.de de feudi cog.arg.l.ſi quando, C.de bon.vac.lib.x. Et faciunt quæ à Bal.ipſo ſcripta ſunt in l.per diuerſas,in 4.q.C.mandat.

*An retractus habeat locum in venditione mobilium & immobilium ſimul.*

85 ¶Niſi quis diceret,eſſe locum retractui reſpectu bonorum immobiliū,non etiam mobilium, vt vtraque ſuo iure cenſeantur:vt fit in l.hæreditatis,in fi.& ibi glo.& Doct.C.de pet.hære. & in ſimili voluit Bal.in ipſo retractu,in tract.protomixeos,col.vlt verſicu.item pone quòd quis. Et in alio ſimli Ferro.poſt Gul.Cu.in conſuetud.Burdigal.de feudis.§.xxiiij.Sed huic ſententiæ obſtat quod tradit Iac.Are.in l.qui concubinā,ff.de leg.3.quòd ſi venditur fundus cum fructibus vno pretio,debentur laudimia totius illius pretij:quamuis ſi fructus ſuo ſeparatim pretio venditi fuiſſent,non deberētur laudimia ex pretio eorum,& ſequitur Guid. Pap.ſing.cccc xcij.ſi venditur fundus.

*Feudū conſtitui poteſt in mobilibus & immobilibus ſimul.*

86 ¶Si tamen id admittimus,vt vtraque ſuo iure cenſeantur, id certè intelligendum eſt volēte emptore:nam eo inuito fortè non cogeretur cōſanguineo cedere parti rei emptæ.vno pretio,vt dicemus inferius, §.xxiij.in gloſ.j.Porrò autem Aureliis conſuetudo eſt, quæ in hac ratione retractus dicit mobilia vendita cum immobilibus,ſequi naturam immobilium,cap. conſuetudinum eius loci, ccxcix. Et ſimiliter in Cenomania.cap.etiam cōſuetudinum eius regionis ccclxxj. Et præterea in Andegauia c.361. Atque apud Montargienſes , cæteróſque Lorriēſes hoc tit.*de retraict*, §.xxij.Apud Borbonios autem.c.472.hoc in caſu,videlicet cùm venduntur mobilia cum immobilibus , eſt in optione emptoris relinquere conſanguineo retrahēti ea quæ immobilia ſunt pro rata pretij, & ſibi retinere mobilia:aut totū relinquere recepto integro pretio. Pro qua quidem conſuetudine optimè faciunt, quæ dicam inferiùs, §.xj.glo.vij.in verbo *il y ſera receu* pro rata,nu.3.at in caſu,& iterū in §.xxiij.glo.ij.nu.9.& ego ſanè.vbi omnino videas.At ex conſuetudine Aruernorum.tit.*de retraict*, qui xxiij.eſt.c.item xxiij.in venditione ſucceſsionis vniuerſalis non habet locum retractus. Laudimia autem domino ſoluuntur pro rata immobilium,vt ſcribitur tit. *des achaptz,lotz & ventes*, cap.7.

*Cōſuetudines de retractu uēditionis mobilium cum immobilibus.*

87 ¶Ex ſupradictis autē ſatis intelligi poteſt,quòd ſi in hæreditate nulla ſint bona immobilia, ſed tātùm mobilia,non eſt locus retractui.Præſertim cùm tūc ceſſaret ratio retractus. Nā & aliàs videmus,quòd hęreditas in qua ſunt tātùm mobilia,inter mobila cōputatur.Ideóq; & eam poteſt minor ſine decreto iudicis diuidere aut alienare,ex ſententia glo.& Bart.in l.inter pupillos,ff.de auto.tut.quam ſequitur de iure digeſtorum.Fran.Are.cōſi.xxij.diligēter,col.j. licet ſecus dicat de iure Codicis,quo etiam res mobiles,quæ ſeruando ſeruari poſſunt,alienari prohibentur:per l.lex quæ tutores , C.de adminiſt.tut.Sed tamen non negat , quin res mobilis cenſeatur. Ex quo illud confeſtim conſequitur quod diximus,retractū non habere locum,vt qui in immobilibus tantùm obtineat.Et ex his facilè intelliges,an retractus habeat locum,cùm ſimul venduntur mobilia & immobilia,& an pro omnibus.

*Si in hæreditate ſunt tantùm bona mobilia, an ea uendita ſit locus retractui.*

88 ¶Sed quid de naue vendita? Ea enim ſpeciem quandā habet domus atque habitationis:vt videre licet,& probat text.in l.penul.§.vlt.ff.de his qui deiece.vel effud.iuncta l.j.ibi, in eum qui ibi habitauerit,eod.tit.Ex quo Alber.in d.§.vltim.vt à nonullis citatur, not.quòd l.plerique,ff.de in ius vocand.qua prohibitum eſt , quempiam de domo ſua in ius vocari.habet locum & in naue , vt ab ea non liceat dominum in ius vocare. Quod tamē non reperi in codice Alberici,qui circunfertur. At illud ibi ſcribit,quod non longè abeſt , quòd ſtatutum puniens aſſultum factum ad domū,habet locum & in aſſultu facto ad nauem. Sed & idem in 2.parte ſtatu.q.xxxv.item quæritur ſi ex ſtatuto,in fi.tradit,quòd ſi ex ſtatuto imponatur maior pœna percutienti aliquem in domo ſua,quàm foris , ſi quis in naue dominum percuſſerit

*Quæſt.an retractus habeat locum in naue uēdita.*



cuſſerit,æquè punietur,ac ſi in domo percuſsiſſet,per d.§.vlti. Quod multū eſt not.cùm loquatur in materia ſtatutaria & pœnali.& eum ſequitur Bart.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, colum.ij.ff.de verb.oblig.Et D.Igne.in l.j.§.domini, le iij.nu.66.ff.de S.C.Syllan.trahit verba illius S.C.loquentis de domo ad nauem:quamuis Ro.ibi reclamet.

89 ¶Et id confirmat text.in l.naue,ff.de euictio.vbi nauis & domus æquiparātur.& de vtroque idem ius ſtatuitur,& in l.in eadē,§.vlti.ff.ad l.Iul.de vi publi.vbi nihil intereſt, deiectus quis ſit domo agróve,an naui ſua,vt deiiciens teneatur l.Iulia de vi publica. & in l.ſi vniuerſa,in princ.ff.de acquir.poſſ.& in l.rerum miſtura,in princ.ff.de vſuca.& in l.ſi nauis,ff.de rei ven. vbi nauis æquiparatur tabernæ & arcæ. Et quod tradit Bal.in l.certi iuris,col.ij.in iiij.q.verſ. quid de conducente,C.locat.quòd nauis æquiparatur prædio vrbano,non ruſtico.Et ſequitur Cæp.in ſerui.vrba.præd.tit.xj.qui eſt de ſer.vrb.& ruſt.col.j.verſi. quid de naui.& Philip. Deci.in l.nemo de domo,de reg.iur.Alij autem potius ruſtico,quàm vrbano,adſimilant,ſcilicet Iaſ.& Fran.Rip.in rep.l.quò minùs,in xviij.q.eademq; vlti.Bar.ff.de flumi.quod & hinc non alienum eſt. Et huc quoque pertinet,quòd Alex.& Iaſ.in l.ſi domus,ille in fi.hic autem col.iij.verſi.ſecundò amplia,ff.de leg.j.tradunt diſtinctionem,quæ in eo text.fit in domo,habere locum & in naue ſimpliciter legata:per gl.in l. quod in rerum,§.vlt.in verbo,ſpecialiter, eod.tit.Et aliàs ſæpe domus & nauis eodem iure regulantur:vt per Bar.in l.ex diuerſo,col.j. ff.de rei vend.& Fran.Aret.conſi.clx.longa,colum.j.

*Nauis æquiparatūrne prædio ruſtico,an urbano.*

90 ¶Ego tamen in noſtro caſu retractus aliter cenſeo,eo arg.ductus,quòd cùm interdictū vnde vi,ad res tantùm immobiles pertineat,non etiam ad mobiles , l.j.§.illud vtique,ff.de vi & vi armat.hinc infertur paulò poſt,ſcilicet in §.ſi quis de naue,quòd ſi deiectus ſit quis de naue, non eſt illi interdicto locus,non magis quàm ſi de vehiculo eſſet deiectus.Et in id,vt ſcilicet nauis cenſeatur & ſit mobilis,cum tex.expendit Iaſ.conſi.clxx.nomine,col.ij.verſic.ſecundò facit,& iterum col.vj.verſic. non obſt.ſecundum,lib.2. Et hoc quoque confirmat alius text. optimus in l.vim facit,§.quod in naue,ff.quod vi aut clam:vbi ita ſcribitur , Quod in naue fit,vel in alia qualibet re vel ampliſsima,mobili tamen,non continetur hoc interdicto.Nam & alibi ſcribitur,illud interdictum ad ea tantùm opera pertinere , quæ in ſolo fiunt.l.j.§.hoc interdictum ad ea,& l.ſi alius,§.notauimus,eod.titu.

*Nauis res mobilis.*

91 ¶Et huc ſpectat,quod tradunt And.Piſ.Pet.Ray.& Albe.in l.ſciendū,ff.qui ſatiſda.cog.dum tractant,an nauis & cæteræ res mobiles, quæ multùm molis ac ponderis habent , excuſent à ſatiſdatione,vt res immobiles:& tenet Andr.eas excuſare,cæteri negant,quia non ſint immobiles.Ergo fatentur omnes has eſſe mobiles:ſed alij quodammodò immobilibus ob pondus & molem æquiparant. Et quod ſcribit Angel.in l.foramen,in fin.ff.de ſerui.vrb.præd. quòd licet domui ſeruitus imponi poſsit,non tamen naui,cùm ea ſit modicùm duratura,& ſequitur Cæpo.in tracta.de ſerui.ruſt.præd.tit.de naue,in prin.Proptereaq; Rom.in d.l.j.§.domini appellatione,l.iij.ff.de S.C.Sylla.non iis accedit,quæ diximus in priori parte ex Alberi.ſicut nec ei,quod & ibi diximus in caſu d.l.plerique,ff.de in ius vocan.vti nec Socin.& Iaſ.in d.l. plerique.ille col.vij.verſi.circa duodecimam quæſtionē,hic col.j.verſi.ſextò procedit.& Phil. Deci.in d.l.nemo de domo,nu.3.ff.de reg.iur.& Rip.in d.l.quò minùs,vbi ſuprà.Nam vt etiā dicit Barb.in repet.rub.de reb.eccle.non ali.col.vj.verſic.quinimo appellatione,dicit ſpeciale eſſe in caſu d.l.pen.§.vlti.ff.de his qui deiec. vt illic appellatione domus nauis comprætenditur. Ideoq; non obſcurè ſentit,quòd ſtante ſtatuto,ne extraneus poſsit acquirere rem immobilem,poterit acquirere nauem.Et aliàs ſæpe,vltra prædictos caſus:multùm intereſt inter domum,& nauem:vt videre licet in l.ſi quis res,§.aream,ff.de ſolut.& in l.inter ſtipulantem, §.ſacram,ff.de verb.oblig.quo in loco Bar.& Alex.col.vlti.& Iaſ.col.pen. nuncupatim dixerunt,nauem eſſe rem mobilem,domū immobilem:hincq; adſumunt differentiam , quæ illic fit inter vtranque.Et ita aliquando reſpōdi, cùm poſt mortem domini Ludouici à Trimollia,eius vidua mobilia ipſius ex conſuetudine contenderet:vt magis mirer D.Boer.deci.177. ligni appellatione,nu.6.tenuiſſe ex venditione huiuſmodi nauium deberi Laudimium , vti ex rerum immobilium venditione,motum quibuſdam ex iis,quæ citaui pro priori parte.

*Nauis an à ſatiſdatione excuſet.*

92 ¶Idemque eadem ratione potes dicere de molendinis,quæ inſtar nauium ſuper flumina meant ac veluti ambulant,cuiuſmodi multa ſunt in Ligeri flumine & in Pado, vt atteſtatur Bart.in l.quò minus,in xviij.q.ff.de flumi.& in Tiberi,vt tradit Pau.Caſtr.in l.fluminum,in prin.circa medium,ff.de dam.infect.Nam & hęc rebus mobilibus aggregantur:vt expreſsim dicit Franc.Rip.in d.l.quò minùs.nume.126. vbi ex hoc dicit ea contineri legato mobilium, poſſeq; alienari à tutore & Prælato ſine ſolennitate. Tametſi alia molendina, quæ tanquàm domus in terra aut in ripis fluminum fiunt,illiſq; adhærent,ſunt immobilia:vt ſatis ex ſe patet,& voluit Bal.in c.contingit,col.pen.verſi.quæro nunquid molæ, extrà de dolo & contu. vbi plus dicit,molas ipſius molendini non eſſe mobilia, ſicuti nec tegulas domus , quandiu illi ſunt applicitæ:quia vna contignatio eſt.l.eum qui ædes,ff.de vſucap. Idem autem in d.l. certi,col.ij.ſuper iiij.q.verſicu.quid in molendino,C.locat.tradit molendinum eſſe prædium ruſticum quem ſequitur Iaſ.in d.l.quò minùs,in xix.quæſt.in fi.Et Ripa ibi,in d.nu.126.prætorquàm quod ad molitorem pertinet.Contra tamen vrbanum dicit Fortu.Gartia,in l.item

*Quæſt.an retractus habeat locum in molendinis , quæ meant & remeāt,& aliis.*

*Molendinum an prædiũ ruſticum, an urbanum.*

quia,col.iiij.verſi.ex his inferri,ff.de pac. At Ange.in l.non ſolùm,ff.de peti.hære.ſcribit molendina in fluminibus poſita,& quæ deteriora quotidie fiunt, ſuntq; in continuo periculo, alienari poſſe à Prælato & tutore,quod dicit menti tenendum,& ſequitur Ripa vbi ſuprà,& Ant.Rub.qui id dicit ſing.nec habere contradicentem,conſi.cxxxviij.viſo & diligenter,col.j. Albe.autem in d.l.pen.§.vlti.ff.de iis qui deiec.vel effud.& in ij.parte ſtatut.quæſt.xxxv. item quęritur ſi ex ſtatuto,in fine,æquiparat molendinum domui,etiam in ſtatutis & pœnalibus. Ex hiſq; Franc.Curt.iunior in tract.feud.parte j.q.vj.col.iij.verſi.& ex hoc etiam,tenet quòd in molendinis,tanquam in rebus immobilibus poteſt feudum conſtitui.

*Feudum in molendinis cõſtituitur.*

93 ¶At Alberi.in l.quæſitum,§.cellarium,quem legit cum §.ſi aliqua parte,colligit ex eo text.& d.l.cum fundus,molendinum non eſſe partem fundi. Ideoq; computari inter mobilia.quod dicit notandum, & facere pro reſtitutione rerum dotalium : quia mobilia reſtituuntur poſt annum,immobilia verò ſtatim:& ſic ( inquit ) molendinum reſtitui debet poſt annum. Id quod putat eſſe verum,quando ipſum molendinum eſt ſolùm ad molendum ruſticæ familiæ deputatum,per d.l.cùm de lanionis,§.cùm de villico,verſicu.idem conſultus,& l.dolia,§. vlti.eo.tit.Aliâs autem eſſe partem fundi,per d.§.aſinam. Hæc ille.

*Conſuetudines de molendinis.*

94 ¶Cæterùm ex cõſuetudine expreſſa Turonum tit.*de choſes qui ſont reputées meubles ou heritages*, cap.1.& 2.molendina illa quæ in nauibus ſunt,mobilia ſunt,cætera autẽ immobilia, quo loco videbis,quæ in eam rem ab interpretibus ſcripta ſunt.Atque idẽ apud Lorrienſes in præfectura Montargij titu.*droictz de ſucceßions*.§.xxij.eodemq; vlti. Sed & ex conſuetudine Borboniorum,cap.282.huiuſmodi molendina naualia,atque etiam ea quæ vento molunt, cenſentur mobilia vt etiam Niuernorum,tit.*quelles choſes ſont reputées meubles*,cap.8.& Aurelianorum,cap.271.præter pedem & pilum horum molendinorum vento molentiũ.Vbi nec commentarij quicquam dicunt,quod huc pertineat. Similiter apud Arteſios,cap.98. quædam illic nominata huiuſmodi molendinorum immobilia ſunt, cætera mobilia. Et tu tamen interim vide Bald.conſi.cvij.an molendinum,lib.3.

95 ¶Porrò autem illud quod de molis molendino applicitis tradit Bal.in d.c.contingit, de dolo & contum.vbi ſuprà citauimus(ne & illud hîc omittam) ſequitur Iaſ.in repe.d.l.quò minus,in d.xix.quæſt.verſi.adde tamen,quòd molæ,ff.de flumi. Sed id intelligendum eſt:ne tu hîc fallaris,ſecundum ea quæ poſtea dicemus de columna domus,num.113.quæro igitur. Et vide omnino text.nuncupatim loquentem de molis, in d.l.quæſitum,§.cellarium, & in d.l. cum de lanionis,§.aſinam, & in l.cùm fundus,ff.de fund.inſtruct. quibus & illud probatur, quod ad hunc locum maximè pertinet,molas adfixas,partes eſſe ædificiorum:aliâs verò inſtrumento contineri,ſi ſint operi ruſtico deputatæ.

*Quæſt. an retractus habeat locum in uenditione machinarum bellicarum caſtri.*

96 ¶SED & in ea controuerſia dominæ viduæ Trimollienſis interrogatus fui,vtrùm munitiones caſtrorum,cuiuſmodi ſunt catapulta,baliſtæ,bombardæ,quas vocant, & cætera id genus bellica munimenta cenſerentur eſſe mobilia,vt ſic ad viduam pertinerent:an verò immobilia,vt contrà ad hæredes:quæ res quoque huc ſpectat,vt ſciamus,ſítne in his retractui locus. Et ſanè Bal.in c.ſi quis de manſo,col.ij.verſ.& illa ratio,tit.de contro.inueſt.vt apud eum legitur,ſiue vt in noſtris codicibus legitur, ſi de inue.feud.contr.fuer. dicit quòd conceſſo caſtro in feudum intelliguntur conceſſæ munitiones,quæ ſunt pro cuſtodia caſtri poſitæ perpetua patrisfamilias deſtinatione,quamuis non ſint affixæ, vt trabuchi,manganellæ,baliſtæ, & ſimilia,nihilq; aliud allegat. Et id ſequitur Card.Alex.ibi,& etiam Iaſ.qui id multùm ſin. dicit,in præludiis feudo.col.viij.verſi.& per hoc quod feudum,& Cat.Cotta memor. caſtro mihi conceſſo.vbi & id dicit memoria dignũ. Et pro ea deciſione,licet non allegent, eſt bonus tex.in l.fundi,§.Labeo,verſi.caſtella,ff.de actio.emp.& in l.cætera,§.hoc ſenatuſconſultũ, l.ij.ff.de leg.j.cum aliis ſi.vt videbis infrà tit.xxv.§.xj.in princ. Sed & ante Bal.Old.quem nec ipſe Bald.nec illi allegant,conſi.clxiij.quòd nomina debitorum,reſpondit legato caſtro cedere arma,quæ in caſtro erant ad defenſionem ipſius.& allegat alia quædam iura, ex quibus & illud intelliges id procedere,etiamſi aliquando ea aliò transferãtur.Et eſt idem conſi.iiſdem propè verbis inter conſi.Bal.conſi.cccclxxviij.vtrùm nomina debitorum,lib.3. vbi tamen eſt ſubſcriptio ipſius Bal.qui nullam Oldr.facit mentionem, quamuis is fuerit ætate multò ſuperior. Et id conſil.tanquam Old.referunt & ſequuntur Pet.Anch.Ant.& Barb.in c.cùm dilecti,extrà de dona.& Mart.Laud.in tract.de caſtellanis,verſi.quartò,legato caſtro.

*Machinæ bellicæ caſtri, ſintne inter mobilia,an immobilia connumerandæ.*

*Conſuetudines de munimẽtis.*

97 ¶Idem autem Bal.in l.vlt.in j.lect.col.ij.verſi.item ſi princeps,ff.de conſti.princ.dicit quòd ſi princeps concedit mihi quoddam fortalitium ( vt ipſe loquitur ) in quo ſunt multa munimenta,ea cedunt conceſsioni,nec diſtinguit ſíntne affixa,an non:quin allegat multa iura loquentia de rebus non affixis, vt hinc intelligas,eum etiam de his intelligere. Et idem voluit Petr.Anch.in d.c.cùm dilecti,in fin.extrà de dona.arg.l.Sciæ,§.tyranni,& ibi Bart.ff.de fund. inſtru.& Phil.Deci.conſi.516.quoniam cauſa iſta,col.vlt. Et hanc partem nuncupatim ſecuta eſt conſuetudo Monſtrolienſium,cap.12.& Borbonienſium,ca.286.quibus cauetur hæc cenſeri loco immobilium. Et ſimiliter Niuernenſium tit.*quelles choſes ſont reputées meubles*,cap.10.

98 ¶Contrarium tamen videtur voluiſſe tex.in l.Lucius,§.collegio,ff.de legat.iij.vbi legato fundo,vti optimus maximuſq; eſt,nõ cenſentur legatæ machinæ,nec vaſa vinaria, id eſt,cuppæ & dolia,



& dolia,quæ in cella defixa ſunt. Ex quo potes intelligere, hîc eſſe latens aliud quippiam, quod machinas à legato excludit,quàm quòd fundi non ſint:cùm & ea dolia,cùm affixa eſſent,fundi etiam eſſe cenſerentur.l.dolia,ff.de contrah.empt.& l.granaria, & l.penult.§.ſi dolia,ff.de acqui.emp.cum ſimil.Et tamen in illo tex.legato non cedunt,ſicuti nec ipſæ machinæ,niſi in eo ſit mendum, quod ſuſpicor:nam & aliâs pugnaret è diametro cum dictis iuribus.Ideò glo.& Bart.ſuper eo tex.veluti muſsitant. Et huic parti fauet, quod reſpondit Bal. conſi.ccxxxij.fœmina regulariter,lib.3.quòd licet fœmina non ſuccedat in caſtro feudali, per c.1.§.hoc notandum,titu.qui feud.dar.poſſunt,ſuccedit tamen in munimentis ipſius caſtri, ſi ei non adhæreant,per l.fundi nihil,ff.de actio.empt.

*Deciſio quæſtionis.*

99 ¶Ego autem,quantùm ad noſtrum retractum priuatim pertinet,in ea ſum ſententia,vt ſi caſtrum vendatur cum ſuis machinis bellicis,aut ſimpliciter, & nihilò minùs machinæ compræhendantur,ex ſententia Oldr.Bald.Petr.Anch.Ant.Marti.Laud.& Philip.Deci. hæc omnia venire in retractum,quem facit conſanguineus:nam retractus eum reponit transfertq; in locum emptoris,& cedunt machinæ caſtro,vt aliâs mobilia immobilibus, vt diximus ſuprà num.81.ego autem contrà,& ſeq. Si autem machinæ non veniant in eam venditionem ſimpliciter factam,ſecũdùm d.§.collegio, nihil eſt quod dubitemus nec eas venire in retractum. Sed & ſi huiuſmodi machinæ per ſe & ſine caſtro venduntur,ea & ſi antè fuiſſent immobilia,tamen cùm à venditore ſeparentur,ex ea venditione deſinunt eſſe caſtri,fiuntq; mobilia: vt colligitur ex glo.in d.l.fundi,in princ. Et vide,quod in ſimili diximus ſuprà de fructibus pendẽtibus num.huius glo.xliiij. at ſi per ſe,& dicemus de columna affixa ædibus,in eadem glo.nu.115.quæro igitur quid de columna.

*Quæſt. an retractus habeat locum in mobilibus pretioſis.*

100 ¶QVID verò de mobilibus pretioſis,an & in eis habeat locum retractus? Quod videtur ex glo.comparante huiuſmodi mobilia immobilibus, cùm agitur de prohibitione alienationis vt ſcilicet prohibita alienatione immobilium,aut ſimpliciter, aut ſine aliqua ſolennitate,cenſeatur & horũ mobilium pretioſorum prohibita.quæ quidem glo.eſt in c.tua, in verbo,tractatu,extrà de his quæ fi.à Præla.quam ſequuntur & commendãt Ant.& Panor.ibi.Et eſt ſi. gloſ.in c.1.in verbo,abſtinentes,quæ eſt glo.vlt.de cler.ægro.lib.6. & voluit etiam Io.And.& Barb.in c.2.extrà de dona.Anto.Card.Flor.Panor.& ipſe Barb.in c.ſeq.idem Pano.in c.contingit,col.ij.verſi.concluderem ſic,extrà de tranſact.& in c.nulli,col.ij.verſi.in glo.ij.extrà de reb.eccle.non alien.Domi.in c.1.col.iij.in fi.eod.tit.lib.6.& Philip.Fran.in c.2.col.j.in fin.eod. quoque tit.& lib.& Card.Alex.in c.ſine exceptione,col.iiij.verſi.ſeptimò fallit.xij.q.ij.Et huius rei eſt optimus tex.loquẽs de gemmis ac margaritis,& cæteris mobilibus pretioſis, quem omnes propè in id allegant,in l.lex quæ tutores,C.de admi.tut.

101 ¶Sed illud procedit in caſibus,de quibus loquuntur,quia in illis par eſt ratio,párque præiudicium.Verùm vbi eſt diuerſa ratio,mobilia pretioſa non habent vim & naturam immobilium,quod ex eo conſtat,quòd cùm poſsidens immobilia releuetur à ſatiſdatione,l.ſciendũ, in prin.ff.qui ſatiſd.cog.tamen qui mobilia pretioſa poſsidet,nõ releuatur:niſi talia ſint,quæ difficilè celari aut tranſportari poſsint : vt ſcilicet magis habenda ſit ratio eius difficultatis, quàm pretij:vt colligitur ex no.à Pet.Cu.Cy.Bar.Ang.Pau.Caſt.Alex.Soc.& Iaſ.in d.l.ſciendum.Nempe cùm ratio diuerſitatis inter mobilia & immobilia in eo caſu ea ſit,quòd minor ſit ſuſpicio fugæ in eo,qui immobilia poſsidet,quàm qui mobilia tantùm: quia illa haud facilè celari poſsint aut transferri,hæc contrà facilè. Ideò ſi quis immobilia quædam vilia tantùm poſsideat,non releuatur ab ea ſatiſdatione:vt per tex.in l.creditores,ff.de priuil.cred.voluit glo.j.in d.l.ſciendum,& ibi quoque Bar.Bal.Ang.Alex.& Iaſ.qui id multis ſimilibus cõfirmauit,& iterum gl.in l.ſi fideiuſſor,§.vlti.eo.tit.& Ang.in §.hinc nobis, col.j.verſicu.ſuper glo.j.in auth.de hære.& falcid. quia ſcilicet ea non tanti ſunt vt ob ea relinqueret fugæ conſilium. Sicuti è contrario ſi mobilia magna multaq; ſint,vt veriſimiliter nõ ſit ea relicturus, nec eadem facilè poſsit celare aut tranſportare,eximitur eo onere ſatiſdandi:nec ſolum pretium in hoc cõſideratur,niſi & illa difficultas adſit. De quo etiam per Pau.Caſt.conſi.xxxj. clarum,col.vlti.lib.1.& Guid.Pap.in tract.præſumptionum,col.vij.verſi.ſicuti non cadit.

102 ¶Ex quo planè conſtat rationem tantùm inſpici:cùm ſi eadem ratio ſit in mobilibus,quæ in immobilibus,non neceſſe eſt ſatiſdari:& ſi ratio ceſſet in ipſis immobilibus,ſatiſdari neceſſe eſt.Ratio autem noſtræ conſuetudinis non poteſt adaptari ad huiuſmodi mobilia,quãtumlibet pretioſa.Quinetiam contra id quod ſuprà diximus de prohibitione alienationis,habemus glo.in c.is cui,in verbo,immobilium,in prin.de elect.lib.6.quæ apertè declarat in prohibitione alienationis rerum immobilium non compræhendi mobilia pretioſa. Quo in loco Petr.Ancha.Domi.& Philip.Fran.not.ex ea,quòd prohibitus alienare immobilia, poteſt alienare bona mobilia pretioſa, niſi quando vniuerſaliter eſſet prohibita alienatio omnium rerum vel bonorum. De quo & tu vide Felin.in c.vlt.col.iij.verſi.quid autem de rebus,de accuſa.Ex quibus concludo,non eſſe locum retractui in huiuſmodi mobilibus pretioſis. Tametſi D.Ferro.aliud ſenſit in conſuetud.Burg.titu.de feudis,§.xx.pag.j.in fin.

*Quæſt.an habeat locum in*

103 ¶QVID de pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum. Nam licet ſimpliciter pecunia ſit res mobilis,vt per ſe patet,& voluerunt Cy.Bal.Albe.in l.ea demum,C.de collati.& Spec.tit.

*pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum*

*Pecunia res mobilis.*

de fructib.& intereſ.§.j.verſi.quid de libris.& Bald.conſi.ccccxvj.præmittendum eſt,col.ij.lib. 2.& apertè probat tex.in §.& quia parum,in authen.de nupti.vbi poſtquam diſpoſuit de rebus immobilibus,ſubiunxit hæc verba: Si verò vniuerſa conſtituta eſt fortè in pecuniis,aut in aliis mobilibus rebus:& ad hoc eum tex.no.Ang.ibi & eſt ſimilis text.in auth. hoc niſi,in prin.ibi,in pecunia vel alia re mobili,C.de ſolu. Vnde & pecunia legato mobiliũ cedit.Phil. Deci.conſi.ccclxxxj.viſis his quæ accuratè,col.j.verſi.tertia concluſio,& conſi.cccclxxij.teſtator legauit,col.j.vbi & ad hoc allegat optimũ text.in l.ſi chorus,§.j.ff.de leg.iij. Et facit quod ſcribitur à Bald.conſil.ccccxlix.punctus talis eſt in omnibus,col.ij.verſi.in contrarium,lib.4. & in cap.1.col.ij.in verbo,vel nummos,titu.ſi de feud.vaſal.ab alien.interpel. vbi dicit, quòd ideò in pecunia feudum conſtitui non poteſt,quia mobilis eſt.quod & ante eum dicit gloſſ. ibi,in verbo,in feudum,& alij quoque Doct.ibi.

104 *Pecunia res eſt quæ ſeruãdo ſeruari nõ poteſt.*

¶Sed & quòd non modò mobilis ſit, ſed huiuſmodi , quæ ſeruando ſeruari non poſsit,voluerunt Bart.in l.ſi ex legati cauſa,& ibi quoque Ro.Fran.Aret. & latè Barb.ff.de verb.oblig. per tex.in auth.vt hi qui obli.ſe haber.perhi.res mino.& in l.Ariſto,§.vlt.cum l.ſeq.ff.de iure delib.& in §.conſtituitur,Inſtit.de vſufr.& gl.in l.interdum, vbi & ipſe Bart.col.j.Sal.col.ij.& latè Iaſon col.iij.ff.de condi.indeb.reſpondentq; Ro.& Barb. vbi ſuprà ad l.lex quæ tutores, C.de admini.tuto.quæ videtur voluiſſe contrarium.Et voluit item ipſe Bar.in l.j.§.fuit quæſitum,col.j.per glo.ibi,& ibi quoque Alex.& cæteri Recentiores,ff.ad ſenatuſconſul.Trebel. & idem Bart.in l.poteſt pupillus,col.ij.verſi.quæro vtrùm ſi in obligatione,ff.de autor.tut.& in l.ſi quis pro eo.§.j.paulò poſt mediũ,ff.de fideiuſ.& in l.j.col.j.C.ſi aduer.tranſac. & conſi. lxx.reuerendiſsime domine,col.j.verſi.item præmitto.Ang.in d.§.& quia parum,in authent. de nupt.Pano.in c.nulli,col.iij.verſi.de pecunia,& ibi latè Barb.col.iij.verſi.quid de pecunia, extrà de rebus eccle.non alie.Petr.Anch.in c.2.col.j.ad fi.eo.tit.lib.6.& conſi.cxvj. ſecundùm ordinem,col.iij.verſi.ſecundò.Fran.Are.poſt Ro.in l.diuortio,§.interdum,col.iiij.verſi.addit dominus meus,ff.ſolu.matr.& ipſe Ro.ſing.ciij.tu habes quòd pecunia.Phil.Fran.in c.1.§.vlt. circa medium,de cler.ægro.lib.6.Corne.conſi.xxxviij.viſo libello,col.iij.verſi.inſuper fuerũt, lib.3.& conſi.xlix.in præſenti conſultatione,col.ij.verſi.hinc dicimus,eod.lib.3.& conſi.cv.viſis atteſtationibus,col.vlti.eo.lib.3.Alex.conſi.xcij.perſpectis diligenter,col.j.lib.6.& Barba.in l.ij.§.& harum,col.xv.verſi.addo ego quòd inquantum,ff.de verbo.oblig.Philip.Deci.conſil. ccccix.viſo conſi.col.ij.Steph.Bertran.conſil.c.viſis propoſitis,num.13.lib.1.& conſi.ccxvj.functus,num.2.lib.3. Et probatur in l.hoc ſenatuſconſultum,in princ. & §.j.& in l.quoniam pecuniæ,ff.de vſufruct.ea.re.quæ vſu conſu.& in l.Iulianus,ff.de peti.hæred.vbi eſt tex.apertiſſimus,& in l.nouiſsimè,C.de admit.tut. iuncta d.l.lex quæ tutores,eod.tit.& in c.vlti.ibi,pecuniam quæ vſu cõſumitur.vbi Card.Flor.& Imo.ad hoc no.extrà de pigno.Citantq; nonnulli in eam communem ſententiam Ariſtotelem lib.4.Ethicorum,ca.1.dicentem, vt ipſi dicunt,& habet antiqua tranſlatio,pecuniarum vſum conſumptionem eſſe.

*Ariſtotelis locus.*

Verùm non is fuit in eo loco ſenſus Ariſtotelis,ſed hic,vſum pecuniarum in ſumptibus & erogationibus conſiſtere,quod obiter dicere voluimus,vt intelligant Lectores,quantum noſtris credendum ſit in huiuſmodi autorum citationibus.

105 *Pecunia minoris ſine decreto alienari poteſt.*

¶Sed vt redeamus,cùm pecunia ſit mobilis,nec ſeruãdo ſeruari poſsit,vt eſt cõmunis ſententia:conſequens eſt,vt ea ſine decreto alienari poſsit à minore.gl.in d.l.j.§.fuit quæſitũ, prout eam expendit Bar.{& Rom.} & alij ibi.& idem Bar.in d.l.ſi ex legati cauſa,verſi. quid ergo ſi debet,& in d.l.poteſt pupillus,& Bal.qui propè vbique eam gl.dicit ſing. in l.ſi curatorẽ habens,col.ij.verſi.hìc adde vnũ,C.de in integr.reſti.mino.& in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu,in fi.ff.de verb.obli.& in l.quòd ſi fortè,quam legit cum l.ratum,§.vlt.in fi.ff.de ſol. & in l.j.circa prin. ff.de reb.eorum,vbi & eam peregrinã dicit.& in l.j.col.ij.& ibi etiam.Ange.col.item ij.ff.ſolu. matri.& in l.etiam,poſt medium,C.de fideicom.vbi etiam loquitur de Prælat.& in d.l.j.C.ſi aduer.tranſac.& in l.ſingularia,col.iiij.verſi.quintò eſt ſpeciale.& ibi Alex.col.vj.verſicu.item dicit eſſe,ff.ſi cert.& idem Bald.conſi.ccxlvij.præmiſſo ſtatuto,col.ij.lib.1.Sali.in l.tutores vel curatores,in ſecundo no.per illum tex.C.de admi.tut.Ang.in d.§.& quia parum,ante fin.vbi & illam glo.dicit not.& Panor.loquens etiam de Prælat.in d.c.nulli.Ro.d.ſing.ciij.Et Franc. Aret.in d.§.interdum.& Barb.qui eam glo.dicit ſing.in c.cùm conſtet,col.j.de pign. Et Fran. Curt.ſenior.conſi.lxxij.princeps,col.iiij.verſi.quinta concluſio. Et idem de pecunia eccleſiæ voluerunt Pan.Pet.Anch.& Barb.vbi ſuprà.& Alex.d.conſi.xcij.lib.7.{Et licet ea glo.à multis reputetur ſingularis,vt diximus,eſt tamen alia in l.interdum,ff.de condi.inſti.quam & in id rependit Rom.in d.§.fuit quęſitum,col.iij.verſi.circa primum.vbi & de hoc dicit eſſe tex. in l.Ariſto,§.vlt.cum l.ſeq.ff.de iur.deliber.& in §.conſtituitur.Inſtit.de vſufruct.

106 *Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata,ſitne mobilis an immobilis.*

¶Licet igitur pecunia,(vt id repetam,) ſit res mobilis & quæ ſeruando ſeruari non poſsit,& quæ ideo poſsit à minore & Prælato ſine ſolennitate alienari : tamen ſi ea deſtinata ſit emptioni prædiorum,ea vicem rei immobilis obtinet:vt dicit Raph.Co.in l.à Diuo Pio,§.vlti. per illum tex.ff.de re iudi.& in l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,ff.de leg.j. Ideò nec ea ſine decreto iudicis alienari poteſt,ſicuti nec alia immobilia minoris.per l.quid ergo,§.vſuras,verſi. quid ergo,& ibi Roma.vt ab omnibus citatur,ff.de contra. & vti.act.tut.& voluit idem Ro.in d.l. ſi ex



ſi ex legati cauſa,col.iiij.& ibi quoque poſt eum Fran.Aret.col.etiam iiij.verſi. addit etiã dominus meus.& Barb.col.xiij.verſi.adde etiam inquantum dicebat,ff.de verb.oblig.& rurſum idem Ro.in d.ſing.ciij.tu habes quòd pecunia:vbi & ad hoc dicit text.in d.§.vſuras. vnicũ & ſing.& à nemine,præterquã à ſe,annotatũ.& conſil.188.in hac cauſſa,col.vlt.in vlt.dubio,vbi & illum tex.dicit no.Fran.Cre.qui item illũ ſing.dicit ſing.lib.10.pecunia eſt.Barb.in d.l.ij.§. & harum,col.xvj.verſi.item fallit niſi pecunia,ff.de verb.oblig.& in d.c.nulli, col.pen.de reb. eccle.non alie.& in c.poſſeſsiones,col.ij.eo.quoque tit.& in c.2.col.pen.de ſolutio.& in addi. Bal.in d.l.etiam,C.de fideic.& conſi.xiiij.clementiſsimi,col.ij.verſi.& ſi quiſpiam,lib.2.vbi dicit ſing.tex.in d.§.vſuras.Firmia.in tract.gabellarũ,in ſecunda parte octauæ partis prin. col.j. verſi.& propterea Ioan.Lup.in repet.rub.de don.inter vir.& vxo.§.xxxviij.col.ij.verſi. & pecunia.Anto.Corſe.in ſing.in verbo,pecunia.Chaſſe.in conſuetud.Burgund.tit. *de droictz appartenans à gens mariez.*§.ij.in verbo,*tant meubles,* verſic.quid autem de pecunia:& iterum in §. eiuſdem tit.xxiiij.in verbo,*ſont aßignez ou promis.*& latiſsimè atque ſcientiſsimè Ferronus,qui feliciſsimè ornatum dicendi cum legum & ſtatutorum interpretatione copulauit,in cõmentariis conſuetud.Burdiga.tit.de dote,§.vj. & rurſum tit.de teſtam.§.xiij.Fran.Rip.in d.l.j.col. ij.nu.9.ff.ad ſenatuſc.Treb.vbi etiam dicit in id tex.ſing.in d.§.vſuras. Et bene facit,quod in caſu non admodùm diſsimili tradit Ioan.Gal.in ſuis Arreſtis,quæſt.lxvij.

107 ¶Et facit etiam text.in d.l.ſi chorus,§.j.iterumq; in l.ſi fundus,ff.de leg.iij.quarum autoritate Lucas Pen.in l.vlt.C.de mune.patri.lib.11.tradit pecuniam fœnori deſtinatam non contineri appellatione mobiliũ.Et hanc quoque partem non mediocriter fulcit, quod ab Albe.ſcriptũ eſt in ſecũda parte ſtatut.q.ccv.item quæro duas pulchras quæſtiones,quòd ex ſtatuto diſponente mulierẽ,quæ ſuperſtes eſt marito, ei ſuccedere in dimidia parte bonorum immobiliũ: ea habere debet dimidiam partem eius pecuniæ, quæ depoſita eſt ad cõparationem prædiorum:per l.& ſi non ſint,§.quid ergo,ff.de aur.& argen.leg.& l.granaria,ff.de act.emp. Et eum ſequi videtur Barb.in d.rub.de reb.eccle.non alie.col.iij.verſi.& inquantum,ſub nu.192.

108 ¶Verùm huius poſtremi dicti contrarium voluerunt Iaco.Raph.Cy.Ray.Bald.Ange. Imol. Floria.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.in d.l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,ff.de lega.j.nempe eam pecuniã non haberi pro immobili,nec dimidiam eius partem vxori cedere,ex illo Alberi.ſtatuto,per tex.ibi,& in l.cùm in fundo,§.ſi fundus,ibi,ſed non vt vice corporis,ff.de iure dot.Et in hác quoque ſententiam aduocat ipſe Franc.Aret.illum text.qui eſt fundamentum prioris partis, videlicet in d.l.quid ergo,verſi.quid ergo.nam ibi (inquit) illa pecunia ſolo iuſſu iudicis poteſt in aliam cauſſam conuerti.Sed & Alex.eo in loco illam Ro.ſententiam expreſsim reprobans,dicit eum tex.in d.l.quid ergo,non id probare,ad quod Roma.expendit.vti etiam facit idem Alex.in d.l.j.§.fuit quæſitum,col.j.verſic. quod ſing.limita.& ibi quoque Iaſ.ff.ad ſenatuſconſ.Trebel.& idem Alexan.in d.l.à Diuo Pio.§.vlti.ff.de re iudi.& Felin.in c.cùm adeò, col.iij.verſ.vnde dicunt,extrà de reſcrip.{& Maria.Soci.iunior conſi.cxx.circa prima difficultatem ferè per totum conſi.lib.1.} Sed & vltra ſuprà dictos,in eadẽ ſententia,vt ſcilicet pecunia deſtinata in emptionem prædiorum non veniat appellatione immobiliũ in materia ſtatuti vel conſuetudinis loquentis de re immobili,fuit Ludo.Bolo.conſil.xxxix.domina Dorothea,colum.vlti.licet (vt ipſe dicit) aliàs ſecus.

109 ¶Barb.autem in c.1.col.vlti.extrà de feud.dicit ſpeciale eſſe in pecunia pupilli & minoris , vt ſi ea ſit deſtinata in emptionem prædiorum,pro re immobili habeatur : per tex.in d.verſicu. quid ergo,quem ad hoc dicit ſing. Secus eſſe in aliorum pecunia.Ideoq; tenet contra Albe. vbi ſuprà. At Socin.conſi.ccxlix.materia,col.penul.verſi.circa quartam,lib.2. in ea eſt ſententia,vt ſi is qui deſtinauit huiuſmodi pecuniam ad emptionem prædiorum,poſsit nihilò minùs de ea diſponere,& conſequenter eam deſtinationem tollere , tunc eſſe materiam d.§.ſed ſi ſeparauit,atque ita procedere not.per Docto.ibi. At ſi is qui vult diſponere de huiuſmodi pecunia,non poſsit eam deſtinationem abolere,tunc debet iudicari,ac ſi eſſet res immobilis, cùm is tenebatur in rem immobilem conuertere:& ita intelligendum eſſe tex.in d.l. quid ergo,ff.de contra.& vti.act.tutel.& in dicta l.à Diuo Pio,§.vlti.de re iudic.Et ideo,inquit,ſi teſtator iuſſerit pecuniam conuerti in emptionem immobiliũ, non poterit hæres contra hanc diſpoſitionem venire,proindeq; ea pecunia cenſebitur immobilis,& ad hæc quoq; alia quædam allegat,quæ tu videre poteris.

110 ¶Aduerte,Lector,quia huius controuerſiæ cardo in eo vertitur, an deſtinatio habeatur pro re perfecta:de quo vltra Soci.vbi ſuprà latè tractat ipſe Alber.in ij.parte ſtatutorum,d.quæſt. ccv.Bart.& alij in d.§.ſed ſi ſeparauit.Alexan.conſi.xcviij. aliàs de facto conſultus,colum.iij. verſicu.& non obſt.quòd deſtinatio,lib.3.vbi id dicit eſſe brocardicum , vt noſtri appellant. & Franc.Aret.conſi.vj.viſo inſtrumento diuiſionis,in ij.dubio, & latiſsimè omnium Feli.in d.c.cùm adeò,colum.ij.verſi.de deſtinato,& ſequen. Ideoq; non amplius hìc immorandum ducimus,quia apud eos pleniſsimè videre poteris : & quia etiam hæc quæſtio, quantùm ad retractum pertinet,videtur eſſe propemodum inutilis : quia quomodo vendetur hæc pecunia ita deſtinata,niſi alia pecunia eiuſdem valoris & æſtimationis? quod omnino inutile eſſet,& ridiculum:vt dicit tex.in l.ſi fundus.in fin.ff.ad leg.Falcid. cùm ſcribitur, ſi 50. aurei le-

*Deſtinatio an habeatur pro re perfecta.*

*Pecunia affectionem non recipit.*

gati ſint,ſi 50.dediſſet:dicendum eſt inutile eſſe legatum , & magis ridiculum eſſe. Quod & in ſimili dicit glo.in l.cùm pater,§.pater qui filio,in verbo,hæreditatis, & ibi Bart.ff.de legat. ij.& Paul.Caſtren.loquens in caſu retractus,conſi.ccccxxx.circa primum quæſitum,colum.j. verſicu.præterea videretur,lib.2.

*Niſi ſit pecunia antiqua.*

111 ¶Niſi diceres,quòd fortè erat pecunia ex antiquo & pretioſiſsimo auro conflata,quæ alia pecunia non eiuſdem bonitatis,licet eiuſdem valoris ex edicto principis erat, diuēdita eſt:quia fortè hęc magis erat in vſu,vt videmus hodie noſtros Solares aureos magis in vſu eſſe,quàm vel Nobiles aut Angelos,aut Aureos antiquos,quos vocant:& ita ex hoc procedebat aliqua vtilitas.Quo caſu non procedit,quod ſuprà proximè diximus,vt voluit illa eadem gl.quam ſuprà citauimus,in d.§.pater qui filio,per tex.in l.peto,in prin.ff.de leg.ij.& Pau.Caſt.vbi ſuprà.Et pro hac conſideratione vtilitatis poſſet videri facere text.in §.quoniam autem,ibi,antiqua pecunia cadere,in authen.vt qui obli.ſe habe.perh.res mino. & in l.numiſmatum,ff.de vſufr.cuius hæc verba ſunt:Numiſmatum aureorum vel argenteorum veterum(quibus pro gemmis vti ſolēt) vſusfructus legari poteſt.Et quod voluit Bal.in l.quæ fideicōmiſſum,ff.de leg.ij.de eo qui recepit monetā nouā pro veteri.Ex quo & illud Plauti in procemiū Caſinæ:

*Qui vtuntur vino vetere,ſapientes puto,*
*Et qui libenter veteres ſpectant fabulas.*
*Antiqua enim opera & verba quum nobis placent,*
*Aequum placere eſt antè veteres fabulas.*
*Nam nunc nouæ quæ prodeunt comœdiæ,*
*Multò ſunt nequiores quàm numi noui.* {Et illud quoque Iuuenalis ſaty.1.
*Criminibus debent hortos,prætoria,menſas,*
*Argentum vetus.*}

*Promercale aurum.*

Et his adſtipulatur,quod tradit Suetonius in Cæſare,cap.54. eum promercale aurū per Italiam prouinciasq; diuendiſſe. Nam promercale dicitur, quod præter vſus vendentis venale exponitur:vt apud eundem de illuſtribus Grammaticis,vbi de Palæmone loquitur, Quanquàm ex ſchola quadragena ſextertia annua caperet,ac nō multò minus ex re familiari, cuius diligentiſsimus erat,& officinas promercalium veſtium exerceret. Et Columellam,lib.1. cap.8.de magiſtro pecorum loquentem:Néve (ait) negotietur ſibi , pecuniamq; domini aut animalibus aut aliis rebus promercalibus occupet. & Paulum Iuriſconſultum in l.quòd ſi eæ,ff.de impen.in rebus dotal.fac.quòd ſi eæ res in quibus impenſæ factæ ſunt, promercales fuerunt,&c. De cuius verbi ſignificatione vide per Ioannem Baptiſtam Pium,Annotationū poſteriorum cap.94.& Alciatum in lib.1.Prætermiſſorum in verbo promercalis.nam te,amice Lector,huius rei obiter admonitum voluimus.

112 ¶Sed quid hæc faciant,cæteri diiudicent:neque enim mihi admodum arrident,cùm certa ſit numorum æſtimatio,nec in eis cadat probabilis affectio:vt no.in l.numis,ff.de in lit.iuran.& in l.ſi ita,ff.de fideiuſ.& per glo.vlti.in l.ſed & ſi certos,ff.de leg.j. dum ea iura allegat Bart.& alios,in l.ſi pœnam,& iterum in l.liber homo,la ij.§.decem mihi,ff.de verb.oblig.& in l.j.col. viij.verſicu.quoddam eſt intereſſe,C.de ſenten.quæ pro eo quod inter.& in l.cùm fundus.§. ſeruum,col.iij.verſi.venio,ff.ſi cert.peta.Bald.conſil.ccccxciij.in primis,col.vlti.verſicu. non obſt.quod allegat lib.1.Alexan.conſi.xlij.viſo proceſſu,col.ij.verſicu.accedit quia etiam,lib.6. Nam & Paul.Caſtr.d.conſil.ccccxxx.lib.2. expreſsim in eo quod ſuprà diximus, diſtinguit, vtrùm id quod ab alio traditur,ſit totum pecuniariū, & tunc procedat, quod ſuprà dictum eſt,id eſſe inutile & ridiculum. An verò conſiſtat in ſpeciebus , & tunc ſatis ſit,vt vna ſit altera gratior,vt aliquam ſic vtilitatem conſequi videatur,per d.l.peto. Quòd autem de antiqua pecunia ſuprà diximus ex authen.vt hi qui oblig. nihil huc pertinet , quoniam ibi non aliud ſignificatur , quàm quòd ſatius eſt tutori ſiue curatori in tuto pecuniam minoris adſeruare,quàm vſurarum appetitione eandem pecuniam, quam ante habebat , id eſt, ſortem ipſam,vt traducit Haloander , amittere , vt ſæpe fit debitorum inopia. Alia autem quid ad hanc rem faciant,cæteri (quod iam diximus) videant.

*Quæſt. de pecunia redacta ex venditione rei immobilis.*

113 ¶Q V I D autem de ea pecunia , quæ redacta eſt ex venditione rei immobilis, an ea quoque immobilis cenſeri debeat?Maſuet.titu.de ſocieta.§.item nomina ſeu debita, dicit hanc pecuniam eiuſdem naturæ cenſeri,cuius res erat,ex cuius venditione confecta eſt,vt quæ ſit ſubrogata in locum illius,& id videntur voluiſſe Rapha.Fulg.Alex.Franc.Aret.in l.ea demum, C.de collati.Sed è diuerſo contrarium cenſuiſſe videntur Iaco.Raph.Cy.Alber.Bal.Corne. & Phil.Deci.ibi,dum omnes tractant eam quæſtionem,de qua dicemus infrà in fi.huius tit. in iij.quæſt.Et id nuncupatim,vt videlicet hæc pecunia ſit & mobilis,& inter mobilia computanda,tenuit Firmia.in ſuo vberrimo indice in verbo bona mobilia,verſi.iiij.allegans Bal. in d.l.ea demum,& ita haud dubiè obſeruamus. In vtranque autem partem faciunt , & alia multa,quæ dicemus infrà eod.tit.§.xxxij.num.10. ſed & illud poteſt quæri , & multis ſeq.ibi omnino vide,& in d.iij.quæſt.finis huius titu. quia quantum ad id, de quo nunc tractamus, non admodum vtile eſt,vt diximus in præced.quæſt.

114 ¶S E D quid de ea pecunia,quæ poſita eſt in banchis ( vt vulgò appellant ) campſorum, cuiuſmodi





*Quid de pecunia poſita in banchis,ut uocant.*

iuſmodi ſunt Lugduni , Genuæ,& Venetiis? Et has quidem inter immobilia reponit Bald. ille omnium noſtrorum ſcriptorum copioſiſsimus ſimul & ſubtiliſsimus , in c.cùm cauſſa. ad fi.extrà de re iudi.vbi & ex hoc dicit, quòd fratres mendicantes non poſſunt eam pecuniam,quam ex venditione rerum immobilium redegerunt,in huiuſmodi banchis ponere, quò ex ea caput ſiue ſortem,aut vt ipſe vocat, capitale faciant. Non video tamē quomodo retractus in hac pecunia poſsit habere locum,cùm non niſi ſimili pecunia redimi poſsit, vt diximus ſuprà nume.100.& ſeq. Niſi ſi fortè difficile eſſet pecunias in iſtis banchis ponere, ob idque vtile foret conſanguineo in eam vtilitatem ſuccedere.

*Quid de columna domui affixa, aut cæteris rebus poſitis ut perpetuò maneant.*

115 ¶Q V AE R O igitur quid de columna domui affixa,quæ quidē columna venditur,aut etiam de alia quauis re eius generis etiam affixa,aut non affixa, ſed quæ tamen poſita eſt,vt perpetuò maneat:an tunc erit locus retractui? quod videtur, quia quæ in ædibus ſunt cauſa perpetui vſus,eadem ædium fiunt,l.fundi,§.Labeo,ff.de act.emp.idq; etiamſi aliquando tollantur.in eadem l.§.item conſtat,& l.malum,§.vlt.ff.de verborū ſignificatione,vbi ita ſcribitur: Structuram loci alicuius ex tabulis factā,quę æſtate tollerentur,& hyeme ponerētur,ędium eſſe ait Labeo : quoniam perpetuo vſui parata eſſent:neque ad rem pertinere,quod interim ponerentur.Et facit lex debitor,ff.de pigno.& l.iij.§.j.ff.de trit.vino & oleo lega.Idque procedit,etiam ſi non ſint affixa:vt probatur in dicto §.Labeo,verſi.caſtella,& in l.cætera,§.hoc ſenatuſconſultum,le ij.ff.de legatis primo.Ex quo not.Iacob.Aret.Bal.Alexand.& Iaſ.in fi. quòd cùm venditur domus,ea quæ in ea ſunt poſita,vt perpetuò maneant, cedūt emptori, Quod Bal.ipſe dicit tenēdum menti,& ſequitur etiam idem Iaſ.in l.beneficium, col.ij.ff.de conſtitu.princip.Aliàs autem diſtinguitur,ſíntne affixa vel defoſſa,an non.l.dolia,ff.de contrahen.emp.& l.granaria,& l.pen.§.ſi dolia,ff.de act.emp.& l.Titius, ff.de acquir.rer.domi.& ibi concord.in glo.Sed quibus addere potes l.inſtrumenta fundi,verſ.cōſeruandi,ff.de fund. inſtr.cùm dicitur,conſeruandi cauſa ſunt dolia,licet defoſſa non ſint,& cuppæ.& l.quæſitū, §.ſpecularia,& l.cùm fundus,eod.tit.& l.librorum,§.chartis,ff.de leg.iij.Ex quibus potes intelligere,ea ædium eſſe,quæ ædibus ſunt affixa : cætera non eſſe, niſi ibi ſint cauſa perpetui vſus poſita. De quo laxius diximus tit.noſtrarū conſuetudinum xxv.§.xj. qui eſt omnium huius voluminis cccj.ibi enim eſt proprius ac peculiaris locus eius rei : iterumq; in noſtro tractatu Primigeniorum quæſtio.xlviij.num.6.

116 ¶Verùm Matth.Afflict.in tract.protomixeos,col.totius operis xiij.verſi.ſubſequēter quæro, poſt eū Chaſs.in cōſue.Burg.hoc eo.tit.*de retraict.*§.j.in verbo,*ſon heritaige*,col.pe.verſ.quæro vlterius,aliquis in ea fuit ſententia,vt in huiuſmodi rebus non ſit locus retractui,ſi ea ſeparata ſint ab ædibus:tunc enim licet prius,cùm ſcilicet ædibus erant affixa, eſſent immobilia, tamen ea fiunt ſaparatione mobilia:vt dicunt no.à glo.in d.l.fundi,ff.de act.emp.quæ tamen de hoc nihil mihi dicere videtur.& is erat Chaſſen.mos,vt quicquid ab aliis ſcriptum reperiret, eo confeſtim ſine delectu,non expurgatis mendis & erroribus, ſuos libros infarciret. Tamē eorū ſentētiæ haud grauatim accedo,per ea quæ ſuprà diximus de vēditione fructuū pendentium.& vide,quod tradit Bar.loquens de tigno.in l.binas,ff.de ſeruit.vrba.præd.

*Quid de piſcibus aſſeruatis in piſcina.*

117 ¶S O L E T etiam quæri,an piſces,qui ſunt in piſcina,ſtagno,viuario,lacu,ſint mobilibus, an immobilibus aſsignandi,& an cedant fundo vendito,nécne. De quo tu vide optimū tex.in l.funes,§.piſces,cum l.ſeq.& ibi Alex.in addi.Bar.ff.de act.emp.Guid.Pap.dec.xcj.cōſuetudo generalis,col.vlt.Bert.Capr.in c.j.§.ſciendū,tit.de feud.cogni.Claud.Seyſſel.in ſuo tract.feu. tit.quæ res in feud.dar.poſ.col.ij.verſi.ſed de quibuſdam dubitari poteſt.Boe.in conſuetud. Biturig.tit.de feud.§.v.& Zaſiū in epito.feud.parte 4.col.j.& nouiſsimè Chaſ.in illis cōſuet. Burg.tit.*des droictz & appartenances à gens mariés*,§.ij.in verbo,*tous meubles*, col.pen.verſi.& dic in hac materia.& Carol.Molen.in cōſuet.Pariſ.tit.j.§.j.gloſ.viiij.nu.17.18.19.& 20.Ex quibus etiam intelliges,quid dicendum ſit de columbis,quæ ſunt in columbario ſiue periſterotrophio,& cuniculis qui ſunt in garenis,quas vocamus.eadem enim horum eſt ratio.Et de columbis nuncupatim tractat idem Molend.in d.§.viij.nume.33.34.35. Sed & de piſcibus ſunt quædam priuatæ conſuetudines Franciæ de his nuncupatim ſtatuentes:vt apud Meldēſes, cap.cxxvij.Melodunenſes,cap.xlvij.Victriacenſes,cap.xxxvij.& iterum c. cxiij. Aurelianenſes,cap.lxxxj.& iterum,cap.xciij.quorum poſtremorum locorum commentarij muti ſunt, quantùm ad eam rem pertinet,magis quàm ἀκάνθιος τέττιξ. Borboniēſes,cap.cclxxxv.Bleſenſes,cap.100.& iterum,cap.229.Niuernenſes,tit.*quelles choſes ſont reputées meubles.* cap.v.Laudunenſes in Viromandia,tit.j.§.ij. Tu tamen præterea vide tex.in l.iij.§.item feras,ff.de acq. poſſeſ.qui huic rei præſtat aliquod argumentum.

*Cōſuetudines de huiuſmodi piſcibus.*

*Quid de domo exemptili.*

118 ¶S E D & quæri poteſt, quid dicendum ſit de domo exemptili , & quæ ſolo affixa non eſt, aut ſi affixa ſit, continuò eximi poteſt,& ſolet. De qua loquuntur Andr.Iſer.& Card.Alex. in cap.j.§.ſi vaſallus.tit.hîc finit lex.Et huiuſmodi ea fuit (vt à multis accepi)quam rex Angliæ extrui fecit noſtro tempore apud Guynas & Arderam,cùm ipſe,Réxq; noſter, in eum locum viſendi ſui gratia conueniſſent.Columella autem lib.8.rei ruſticæ,c.xj.iubet exēptile pauonibus ſtabulū fieri,id Græcis ἀφαίρετον & ἐξαιρέσιμον dicitur. Et id quidem decidi poteſt ex no.ab.Accurſ.in §.cùm in ſuo,in verbo,inædificatur,in prin.Inſti.de rer.diuiſ.iuncto

*Exēptile ſtabulum.*

text.quem ea gloſſ.allegat,ſcilicet in l.Titius,ff.de acqui.rer.domi.& ſimiliter ex text. in l.j.§. plane ſi quis de ligneis,iuncta gloſſ.in verbo,cohæreat,ff.de vi & vi arma.iuncto etiã §.illud vtique, eiuſdem l.j.vt interim memineris non continuò Diogenis dolium immobile fuiſſe cenſendum,quòd eo vice domus vteretur.

*Diogenis dolium.*

119 ¶CAETERVM quid de homine adſcriptitio,quid etiam de boue & aſino, & aliis ſimilibus etiam fundo inſtruendi illius gratia addictis. Et certè Bal.in l.j.col.vj.verſic.tertiò opp.C.de ſeru.fugi.dicit ſeruum aſcriptitium eſſe portionem fundi,& inter immobilia computari:per l.iubemus, C.de ſacroſ.eccleſ.& l.ſi quis inquilinus, ff.de legatis j. Licet enim naturaliter ſit corpus diſcretum à fundo, eſt tamen pars inſtrumentalis ipſius fundi. Nec tamẽ id (inquit) obtinet in boue aut aſino,qui licet ſint inſtrumenta fundi,tamen mobiles ſunt.l.j.& ij.C.de verb.ſig.Id enim in ſolo homine cõtingere,vt glebæ annexus cenſeatur immobilis.Hęc ille: quem ad verbum propè refert & ſequitur Matthæ.Afflict.in conſtitut.Siciliæ incip.errores, col.j.in ij.not.Sed & illud de homine probat text.in l.iij.ff.de diuer.& temp.præſcrip. cuius verba ſunt, Longæ poſſeſsionis præſcriptionem tam in prædiis quàm in mancipiis,quæ in prædiis morantur,quæ partes fundi ſunt,locum habere manifeſtũ eſt,& in §.emphyteuſim, ibi,aut mancipij ruſtici,in Auth.de non alienan.& in c.nulli,in illis verbis,ruſticum mancipiũ,extrà de reb.eccl.non alien.& ibi Pet.Anch.in j.not.& Pan.in ij.not. Et ideò cùm feudũ conſtitui non poſsit,niſi in immobilibus,c.j.§.j.tit.de feud.cogn.poteſt in huiuſmodi hominibus:vt voluerunt Mart.Laud.& Card.Alex.ibi col.j.

*Quid de homine adſcriptitio.*
*Quid in boue & aſino addictis fundo.*

120 ¶Quod tamẽ intellige,tãtiſper,dum hic homo adſcriptitius in gleba eſt,id eſt,glæbę inſiſtit, inſeruit,& adhæret:quòd ſi glebam deſeruerit,pro mobili cẽſendus eſt:ex eo quod poſt Iac. Ra.voluerunt Cy.& Alb.in l.j.ille in ij.q.in fi.alter.col.ij.verſ.item quærit, C.vti poſsi.quòd ſi adſcriptitius in gleba eſt,pro eo competit vtile interdictũ vti poſsidetis:quia interim pars fundi eſt,& cenſendus eſt tanquã immobilis.Sin à gleba receſsit,cõpetit vtile vtrobiq; quod pro mobili datur. Id quod etiã voluit Roſ.eod.tit.verſi.ſed an hoc interdictũ habet locum pro adſcriptitiis,& Io.Andr.in addi.Spec.tit.de cauſa poſ.& prop.col.ij.verſ.pro ruſticis,per l.pen.ff.pro ſocio,& l.arbor,ff.com.diuid.& d.l.iij.ff.de diuer.& temp.præſcrip.in illis verbis, quæ in prædiis morantur. Et facit quod alibi dictum eſt de fructibus, vt quandiu pendent inhærentque fundo,pars fundi eſſe cenſentur:ſeparati autem minimé.

121 ¶QVID verò de inſulis maris,fluminis,aut ſtagni ſemper fluctuãtibus,& quæ non vno in loco permanent,ſed huc & illuc,vt aura & venti impellunt,tanquã naues,meant ac remeãt, & (quod de nauibus ipſis dicit Cato rei ruſticæ c.j.) ambulant. Cuiuſmodi nos duas vidimus in ſtagno quopiã huius regionis.Diony.Halicarnaſſeus nõnullas memorat lib.1. Rerũ Rom.Plin.autẽ plurimas libr.2.natu.hiſt.c.97.& Seneca autoritate Theophraſti,libr.3.natu. quæſt.Et Hyginus qui Fabularũ c.53.ſcribit,inſulã Ortygiã mobilẽ fuiſſe.Et Labeo quoque Iuriſconſultus de his loquitur in l.pen.§.idem iuris,ff.de acq.rer.do. Et eæ quidem poſſent videri mobiles & immobiles eſſe,id eſt,mobiles eo nomine, quòd moueantur : immobiles, quòd non vbiuis moueantur,vt cæteræ res mobiles:neque enim eas extra mare, flumẽ aut ſtagnũ,in quo ſunt,vehere,deferre,tollere,auellere potes.Sicuti ergo mare,flumẽ, ſtagnum, inter immobilia numerantur, tametſi aqua eorum moueatur:ita & huiuſmodi inſulæ,quæ eis perpetuò inhærẽt,tametſi non eodẽ ſemper loco,debent etiam cenſeri immobilia : vt in ſimili dicit Ang.in §.hæc ergo,qui eſt ij.in Authen.de non alienam.& Alex.conſi.ccxj.ponderatis verbis,col.ij.verſi.præterea negari,lib.6.& Philip.Fran.in c.ij.in prin.col.ij.de reb. eccle.non alie.lib.6.cum ſi.vt patet ex multis quę ſuprà diximus.Et quia etiam ex huiuſmodi inſulis fructus quotannis percipimus,ac ſi omnino ſtabiles eſſent. Ideoq; & immobiles eſſe cenſentur:ex doctrina Bal.in procœmio feudorum,col.vj.verſi.ſed quæro quomodo.

*Quid de inſulis ambulantibus.*

212 ¶ILLVD denique quæri poteſt,quid de ædificio,cuius parietes ſunt ſine cæmẽto aut calce, aut alio genere ferruminis ( id maceria ſiue maceries dicitur,& vulgo ſiccus paries. ) Et id quidẽ ſoli naturã atque conditionẽ ſequitur:vt eſt tex.nuncupatim loquens de huiuſmodi maceria,in l.ſi precario,ff.com.præd.vbi Bal.no. (inquit) quòd ædificium ſequitur ſolũ,etiã ſi ſit murus ſine calce,quẽ vulgo appellamus murũ ſiccũ.Ideò ſi quis venderet fundũ,nõ ei liceret hinc tollere huiuſmodi murũ.Hæc ille.Pau.autẽ Caſt.in fin.poſtea quàm ex eo text. not.id ædificiũ cedere ſolo,ſubdit tamẽ cõtrarium potuiſſe videri,cùm id fundamentũ non habeat ſub terra,& ideò (inquit) bene notãdum ad declarationem legum de hac re loquentium,nec recolo alibi hoc vidiſſe.Sed illũ tex.dicit ad hoc valde notandũ Alex.in l.j.§.nunc videamus,in fi.ff.de no.ope.nunt.& illud dictũ Bal.ſequitur & idem quoque Alex.in addit. Bar.in l.j.§.ſi quis quod in publico,ff.ne quid in loc.Publi.Quod autem ad macerię ſignificationem,& ſpecies eiuſdem pertinet,vide Varronem libr.1.rei ruſticæ, cap.14.& Donatum in Adelphos Terentij,interpretantem illud, Atque hanc in horto maceriam iube dirui.

*Quid de maceria.*
*Maceria quid*

## LE PARENT, PARENS. GLO. VIII.

1 VERVM EST, quod grauiter pronuntiat Cato ille Vticenſis Apud Salluſtium in Catil. Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus. Et longo antè temporum interuallo ſcripſerat Plato in Cratylo , nomina vetera diuturnitate temporis

*Vera rerũ uocabula amiſſa.*



temporis diſtrahi,cõfundi,peruerti. Quod vel hîc,ſi aliàs vnquã ſatis cõſtat ꝙ illi qui propè verborũ proprietates intellexerunt,parẽtes aſcendẽtes tantùm vſq; ad tritauũ,ſuperiores autem maiores appellabãt.Sed poſtea obtinuit omnes in infinitũ aſcendentes vtriuſque ſexus, parẽtes dici.l.quique,§.parẽtes,ff.de in ius voc.& l.j.in prin.& l.iuriſcõſultus,§.parentes,ff.de gradi.aff.& l.appellatione parentis,ff.de verb.ſig.Verùm tandẽ parentes diximus omnes ſanguine ex quacunq; parte cõiunctos.& ita nos vulgò lingua vernacula ſermocinantes vſurpamus vti etiã adfirmat D.Hierony.in ſecunda cõtra Rufinũ Apologia.In quo etiã ſignificatu vſus eſt ipſe Hieronymus,in Tobiã ſi interpres eius eſt,c.ij.parentes & cognati eius irridebant vitã eius.& Lãpridius in vita Alexãdri Seueri,dum ſcribit Amicos & parẽtes Alexander, ſi malos reperit,aut puniuit:aut ſi vetus amicitia vel neceſsitudo non ſiuit puniri, dimiſit à ſe dicẽs,His charior eſt mihi reſpublica.Iulius quoq; Capitolinus de Marco Antonino refert,ꝙ adoptatus in aulicã domũ,omnibus parẽtibus ſuis tantã reuerentiã,quantam priuatus,exhibuit.& Trebellius Pollio in vita Probi:Quo tẽpore (ait) Velerianũ Flaccum adoleſcentẽ nobilem parentẽ è Quadorũ liberauit manu.Subditq; epiſtolã ipſius Valeriani eo quoq; verbo in eodẽ ſenſu vtẽtis,Suſcipe Probe pro republica,ſuſcipe coronã aureã pro parẽte,&c.Et Flauius Vopiſcus in Aureliano,Sãdarionẽ(ait)quẽ in pręſidio illic Aurelianus poſuerat cum ſexcẽtis ſagittariis occiderunt.Archileo quidẽ parẽti Zenobię parantes imperium.Et D.Ambr.in tranſlatione Aegeſippi lib.1.in oratione Herodis ad ciues,quæ eſt in c. 39.eius lib.Vnde(ait) curæ erit mihi,vt ſpõſores cõcordiæ adiungã liberis meis parẽtes amicóſq;.Et iterũ paulo pòſt,c.ſeq.Abducebat amicos regios parẽtéſq;,& præcipuè fratrẽ Regis. Et Iulius Firmicus Aſtrologus celebratiſsimus lib.Matheſeos 3.c.13.Mercurius,in quo loco cum Marte ab horoſcopo cõſtitutus pigros faciet,humiléſq; in omnibus actibus,& in omni fortuna,& qui cum parentibus vel affinibus aſsiduas inimicitias exerceant. Et ante hos Salluſtius,qui inter primos ſcriptores Latinos ab omnibus ponitur,in oratione Syllæ ad Bocchum:Parẽtes abundè habemus.ita enim nõnulli intelligũt,quanquàm ad aliũ ſenſum trahi poteſt. {Atq; ita inter cæteros intellexiſſe reperi Victoriũ virum doctiſsimũ lib.variar.lec.4. c.16.vbi & alium locum ipſius Salluſtij in Catilinã citat,libertatem,patriã, parentéſq; armis tegere:ſed hic locus non adeo vrget,vt prior. Eos autem libros variarũ lectionum primùm publicatos Florentię hoc anno 1553.vidimus,cum prima noſtra editio,in qua id quod diximus annotauimus,ſit anni 1543.} Poſsétq; eodẽ modo videri Tullius linguæ Latinæ parẽs, in hac quoque ſignificatione accepiſſe Philippi.5.Nullę excuſationes ſunt:meus amicus eſt: ſit patriæ prius,meus cognatus eſt:an poteſt cognatio propior eſſe,quàm patriæ,in qua etiã parentes continentur? Porrò Donatus interpretans illud Terentianum in Hecyra:Cùm te poſtputaſſe omnes res pro parente intelligo : Bene(ait) parente,quod nomen commune & cum patre eſt, & cum omnibus,quos hæc neceſsitudo coniungit. Hæc ille. {Sed & eandem vocẽ in illa ſignificatione vſurpaſſe videtur l.j.C.ſi per vim vel alio mod.in duobus locis.} Híncque etiam Parentela,pro cognatione ab ipſo Capitolino in Gordianis vſurpatur.

***Parentes qui dicantur.***
***Parentes pro conſanguineis quibuslibet.***
***Parentela.***

2 ¶Et vtrũque in Iure Canonico ſæpiſsimè reperimus,ſcilicet parentes pro cõſanguineis,parentelã pro cõſanguinitate:vt de primo in c.vlti.extrà qui cler.vel vouen.vbi primùm conſanguinei ſunt vocati,mox parentes appellãtur.& etiam,ni fallor,in c.2.de ſucceſſ.ab inteſt. & in c.1.& ibi glo.in verbo,cõſanguinei,& Archid.3.q.5. De ſecundo,in c.cauſam matrimonij,de offic.deleg.& in c.cùm in tua,& c.ſicut,de teſtib.& c.cùm in tua,de ſponſa.& mat.& c. fraternitatem,vbi Pan.in 2.not.dicit eſſe vulgare cuiuſdam loci,de ſepul.& c.porrò,in.2.locis,de diuor.& in cle.j.verſ.cæterùm,de iureiur.vbi gloſ.dicit text.alludere ad vulgarem ſermonem Italorum.& c.ſi verũ,in ij.locis.xxxj.q.2.& c.ſicut etiã,in ij.locis,& c.de conſanguinitate,xxxv.q.iij.& c.ad ſedem,ante fi.in tribus locis,& c.porrò,in ij.locis, & cap.parentelæ, xxxv.q.v.& in c.de parentela,in iij.locis.& c.ſeq.xxxv.q.vj.& ca.ſalubriter,xxxv.q.vij.Sed & in vſibus feudorum ita plerunque reperitur,vt in cap.1.tit.quemadmod.feud.ad fil.pert.vbi Bal.not.illum tex.ad ſtatutũ,quo cauetur,ne fœmina ſuccedat extãtibus parentibus maſculis,vt intelligatur de agnatis.& ibi quoque Aluar.no.illum textum,dicens poſt ipſum Bald. quòd loquitur ſecundum vulgare & groſſo modo.atque etiam Card.Alex.col.ij.qui Bald. ſequitur.& illum quoque tex.in id expendit Alexand.conſi.lxxxix.circa primum,col.vltim. verſi.non obſt.ſtatutum,lib.6.& eſt ſimilis tex.in c.ij.de conſuet.rec.feud.

3 ¶At in Iure ciuili nuſquã reperitur,niſi fortè in Auth.nã Ange.in §.œconomis,in Auth.de alien.& emphy.adſerit illic in eo ſenſu vſurpari:trahitque ad ſtatutum prohibẽs , ne parẽtes rebellium poſsint gerere magiſtratum.& ſequitur Barb.in repet.l.cùm acutiſsimi, colum.50. verſi.quid ſi teſtator dixerit,C.de fideic.& Iaſ.in l.ij.quem legit cum d.l.quiq;, §.Prætor ait, ff.de in ius vocan.& Alcia.in d.l.appellatione parentis.Quãquàm in d.§.œconomis,propriè accipitur.nam poſtquam parentes & liberos nominauit , mox addit & alios, qui genere vel affinitate ſunt coniuncti.Et hoc planè indicant Græca verba illius conſtitutionis,quæ ſunt huiuſmodi,καὶ τοῖς γονεῦσι τε παισὶ,&c.Verùm in hac impropria ſignificatione poſſet videri melius accipi in §.quia verò plurimas,verſi.ſi nolente.Et paulò infrà & aliis pleriſque locis, vt lice.mat.& aui.niſi Græcũ quoq; refragaretur.quod declarat in propria accipi.Sed an & quando

quando propriè vel impropriè ſit ea vox accipienda, vel in ſtatutis, vel aliis diſpoſitionibus, vide Barb. vbi ſup. Fran. Are. in l. cùm quidam, §. quod dicitur, col. j. verſic. ſed quæritur quid in verbo parentes, ff. de acq. hær. Corne. conſ. cxxxiij. quamuis videatur, lib. 2. & quæ in ſimili diximus ſuprà tit. xvij. §. iiij. qui eſt omnium huius vol. cc. in gloſſ. iij. in verbo, *ſon nepueu en droicte ligne*, vbi tracto de appellatione nepotis in illa vulgari ſignificatione, qua pro filio fratris accipimus. Vſquequo autem progrediatur vulgò ſignificatio parentelæ, & quos comprehendat, plenè videbis apud Soci. conſi. xxxvij. viſo teſtamento, per totum, lib. 3. & aliquid etiam per Alex. conſi. ccxxij. ponderatis verbis, col. ij. verſi. nec etiam dictæ, lib. 6.

*Baſtardi an poßint retrahere.*

4 ¶SED id vnum hoc in loco non prætermiſerim, quod priuatim ad noſtrũ hunc tractatum pertinet, Bar. in l. pronuntiato, §, familiæ, ff. de verb. ſigni. ſcripſiſſe hanc parentis & parentelæ appellationẽ naturæ eſſe non iuris: eaq; ſignificari comprehendiq; baſtardos, quos vocamus. Et ſequitur Fran. Are. in d. §. quod dicitur, col. ij. verſic. & aduerte quòd verbum parentela. & Philip. Deci. conſi. ccclxv. viſo conſi. col. ij. verſic. & vlterius. Et idem voluit Bald. conſi. cxlvj. præmiſsis verbis, col. j. in fin. lib. 2. Ex quo poſſet videri baſtardos & in hac conſuetudine loquente de parentibus comprehendi. vt ſcilicet admittantur ad retractum, cùm etiam nobis ſit cum illis conſanguinitas & cognatio. l. & nihil, ff. de ritu nuptiarum, vbi ſcribitur, nihil intereſſe ex iuſtis nuptiis cognatio deſcendat, an non. Præſertim cum in fauorabili diſpoſitione, cuiuſmodi hanc eſſe nonnulli contendunt; vt diximus ſuprà in præfat. num. 56. ex his autem, includantur etiam naturales, l. parentes, ff. de in ius voc. & l. Lunius, la ij. §. dante. ff. de leg. 2. cum ſimi. & voluit Bart. in l. quia ſemper, ff. de in ius voc. & Raph. Fulg. conſil. cix. item ſi qua quæſtio, col penul. verſicu. & in propoſita quæſtione: vbi ex hoc reſpondit naturales comprehendi ſub ſtatuto iubente cauſſas cõſanguineorum cõpromitti. Et ita in caſu noſtræ conſuetudinis tenuit Bago. in ſua diſputatione retractus. & poſt eum Boe. in conſuetudine Bitur. hoc eod tit. §. j. in fi. nihil tamen in hoc allegantes.

*Baſtardi an ueniant appellatione cõſanguineorum.*

5 ¶Et ſi huius rei cardo in hoc verteretur, an appellatione parentũ, patrum, matrum, liberorũ. filiorum, conſanguineorum, coniunctorum, proximorum, & aliorum id genus ſanguinis, generiſque, & familiæ nominũ veniant naturales, poſſem hîc in vtranque partem multa adducere, quæ vel iuſtum volumen poſſent conficere, ex ſcriptis ab omnibus noſtris legum interpretibus in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad ſenatuſc. Treb. & in l. generaliter, §. vlt. C. de inſti. & ſubſt. & in l. vlt. C. de verb. ſign. & in cap. in præſentia, extrà de probat. & in clem. j. de bapti. Cy. in l. quiſquis, in 4. q. C. ad leg. Iul. maieſt. Bar. conſi. ccxxix. cauetur ſtatuto. Bal. cõſi. ccccxlj. ad euidentiam præmittenda ſunt, lib. 3. & conſi. cccxviij. matrimonium in viij. dubio, lib. 4. Pet. Anch. conſi. clxxxvij. apud me. Raph. Fulg. conſi. clix. Seius, col. iij. Alex. cõſi. lx. viſa legitimatione, lib. 2. Barb. conſ. xxvij. ſcripſit doctiſsimus, col. xvij. & iterum xxj. lib. 1. & conſi. xlj. immortalem, col. vj. & ſeq. lib. 4. Vt tamen non prætermittam, quod priuatim in appellatione parentum tradidit Gul. Cu. in l. parentes, ff. de in ius voc. & poſt eum Albe. in ſecũda parte ſtatutorum, q. cxlij. quærit Gul. de Cu. quòd ſi loquimur de parentibus in iis quæ ſunt iuris naturalis tantùm, comprehenduntur ea appellatione naturales tantùm. Si in iis quæ ſpectant ad Ius ciuile, intelligitur de iuſtis naturalibus & legitimis.

6 ¶Sed non eſt opus in illum labyrinthum ingredi, cùm alia via hæc res, de qua tractamus, expediri poſsit. Nam duabus rationibus nothi iſti, id eſt, non legitimi, non admittuntur ad hunc retractum. Primùm, quia in iis ceſſat ratio retractus, quæ eſt (vt iam ſæpius diximus, & dicemus plenius infrà in §. xxvj.) vt res maneat in familia, & agnatione. At baſtardi (ſic enim ſæpius hæc verba merè quidem barbara, ſed vulgò recepta vſurpo, vt facilius ab omnibus intelligar, quando & Tullius, ſi credimus Boetio in cõmentariis Topicorũ eiuſdem Tullij, non tam propriis nominibus quàm notioribus nonnunquã vſus ſit: & Proculus noſter ſe verbis quibuſdã abuti dicat, vt faciliùs intelligeretur: in l. inſula, in fi. ff. de acq. re. do.) Baſtardi igitur (vt illud reſumã) non dicũtur eſſe de familia vel agnatione: vt per Bal. in l. pronũtiatio. §. familiæ, ff. de verb. ſig. Bal. conſi. clxviij. proponitur quòd quidã, col. ij. libr. 5. Paul. Caſtr. conſi. clxxviij. ſuper eo verò quod quæritur, poſt prin. libr. 1. cum aliis multis concord, à me congeſtis in tractatu nobilitatis. Sed nec cum illis cognatio eſt, aut cõiunctio ex parte patris, vt dicit Dy. in quodã ſuo conſi. inci. in Chriſti nomine amen. Diligẽter cõſiderato, in fine. quem ita refert & ſequitur Ang. conſi. ccccj. in quæſtione, in fi. per text. in l. ſi ſpurius, ff. vnde cognat. & in §. vlt. in Auth. quibus modis nat. effi. ſui. Secundũ, quia ius retractus per omnia ſequitur ius ſucceſsionis, ex noſtra conſuetudine. infrà eod. tit. §. xj. & xiij. At ex noſtra etiam conſuetudine, baſtardi non ſuccedunt nec patri nec matri. ſup. conſue. noſtrarum tit. xix. §. j qui eſt omniũ huius vol. ccxxviij. Nec de iure quoque cõmuni ab inteſtato ſuccedũt patri. l. humanitatis, C. de nat. liberis, cum ſi. Sed nec matri quidem, niſi ſecundùm diſtinctionem. l. ſi qua illuſtris, C. ad S.C. Orphi. Ideò nec eis ius retrahendi competit.

*Barbara uocabula interdũ uſurpanda.*

*Baſtardi non ſunt de familia & agnatione.*

*Baſtardi an & quomodo ſuccedant.*

*Ad retract. nec filios quidem legitimos baſtardorum admitti.*

6 ¶Et id quidem expreſsè tenuit Maſue. in tit. de retractu, §. pen. incip. item filij illius, vbi etiam plus dicit, quòd filij legitimi baſtardorũ non admittuntur ad retractum rerum venditarum à cõſanguineis ipſorũ baſtardorũ, quod haud dubiè verum eſt: per textũ (licèt non alleget) in l. vlt. & ibi Doct. C. de nat. lib. cum multis cõcord. à me collectis in tract. primigeniorum. q. xxxiiij.



q. xxxiiij. Et idem tenet per omnia Matth. Afflict. in tract. proto. col. xix. verſi. item quæro an cõſanguineis baſtardis, & verſi. ſed iuxta hoc quæro: vbi & idem quoque dicit de filiis legitimis baſtardorum & D. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 715. item quòd inter eos, & ſeq. extrà de teſta. vbi etiam dicit econtrariò patrem matrémque naturales filij baſtardi, & horum conſanguineos non admitti ad retractum rerum venditarum ab ipſo baſtardo. Et ante hos Ang. cuius nullus horum meminit, conſi. cxcj. ſuper puncto, col. iij. verſi. deſcendo igitur ad ſecũdum, ſcribit in prohibitione alienationis inconſultis conſanguineis, vt ſi ſecus fiat, ius ſit ipſis cõſanguineis rem alienatam, ad ſe reuocare, non vocari baſtardos, cum hi ſint omni beneficio indigni. Et hoc quoque in caſu noſtro tenuit Philip. Dec. conſi. 471. iuridicam, ea ratione, quòd ius cognationis reſidet tantùm in legitimis, ideò nec baſtardos comprehendi in hoc ſtatuto, nec legitimos quoq; ex eis. Et nouiſsimè Ferro. in conſuet. Burdigal. hoc eo. tit. §. vj. col. pe. & iterum §. x. verſi. præterea ſpurij.

*Si baſtardus uendit, an ipſius conſanguinei admittantur ad retractum.*

*Cũ baſtardus ſuccedit, poteſt retrahere.*

*Cõſuetudines de baſtardis.*

8 ¶Sed hæc velim intelligas, vt ſi baſtardus matri ſuccederet, vt de iure cõmuni nonnũquam ſuccedit, vt diximus, nec is conſuetudine prohiberetur ſuccedere: hoc certè caſu putarem & illi ius eſſe retrahendi rem à matre, aut eius conſanguineis venditam, per id quod etiam diximus id ius per omnia exæquari iuri ſuccedendi, iunctis his quæ affatim in ſimili diximus in rep. l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, nu. 51. & id puto verũ eſſe. Et id nuncupatim voluit quiſquis is eſt, qui add. ſcripſit in Benedict. in d. c. Raynutius, quo loco nuper citauimus, ſiue idem ſcriptor fuit, ſiue alius. & Ferro. in cõſuetu. Burdigal. hoc tit. vbi nuper quoque deſignauimus. Ex conſuetudine autẽ Pictonum, vt diximus, baſtardi nec matri quidem ſuccedunt: quòd & propè in vniuerſa Gallia obſeruatur, vt retulit Maſue. tit. de ſucc. verſic. item naturalis tantùm. Eſt autem Pariſienſis conſuetudo cap. clxxxvj. in hæc verba, *qui n'eſt habile à ſucceder, comme vng baſtard, ne peult venir à retraict lignagier.* Et eadem omnino eſt conſuetudo Borbonienſis, cap. 436. & Niuernenſis hoc eodem tit. cap. xxv.

*Filij legitimi baſtardorũ, an admittãtur ad retractum. Quid uerò è contrario.*

9 ¶Intellige & ſecũdò, vt licèt baſtardi nõ admittãtur ad retractũ rerum venditarũ à patre vel matre, cui non ſuccedunt, aut eorũ cõſanguineis: poſſunt tamẽ earũ, quæ vẽditæ ſunt à ſuis ipſorũ liberis legitimis, retractũ petere: & è diuerſo eorũ liberi rerum ab ipſo patre baſtardo venditarũ: & ipſi quoq; liberi, & alij ab illo baſtardo legitimè deſcendentes, inter ſe: vtpote qui ſibi quoque inuicem ſuccedunt. Ita enim & in retractu nuncupatim voluit Maſue. in d. §. pen. tit. de retractu. & Bene. in d. repet. c. Raynutius, in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiam, nu. 716. de teſt. Et in eam rem eſt expreſſa cõſuetudo Britonum hoc tit. §. xxvj. eodémq; vlt.

*Legitimati an poßint retrahere. Familiam per legitimatos conſeruari.*

10 ¶VERVM quæſtionis eſt, Vtrùm legitimatus, quẽ vocant, id eſt, reſtitutus natalibus, admittatur. De qua re poſſem & hîc multa adducere, quæ legitimatos ipſos vel admittunt, vel reiiciũt: quæ pleniſsimè videre poteris in d. noſtra rep. l. ſi vnquã, in verbo, ſuſceperit liberos, nu. 52. ſed in dubiũ vocatur, & multis ſeq. Ex quibus vnũ tantùm afferã, quod huic loco eſt appoſitiſsimũ, ſcilicet agnationẽ & familiam (in qua verſatur ratio huius retractus, vt nuper diximus) cõſeruari per legitimatos: vt nuncupatim voluit Ang. conſ. xvij. Comes Brãdiſius, col. pe. verſ. præterea cõcludendo. & Sal. in Auth. item ſine legitimis, col. j. C. de nat. lib. & in l. Imperialis, §. ſic itaque, C. de nup. Alex. conſi. ij. viſis codicillis, col. v. verſic. ad prædicta bene, lib. 1. Barb. conſi. lxviij. omnipotẽtem, col. iiij. verſi. tertiò facit, & col. ſeq. verſi. item maſculus, lib. 4. vbi & id dicit voluiſſe Dyn. in tit. de ſuc. ab inte. & Soc. conſi. lxiij. viſis teſtamento, col. antep. verſi. nec diſpoſitio, lib. 3. cum multis aliis concord. à me adductis in d. l. ſi vnquam, in d. verbo, ſuſceperit liberos, nu. 83. & ex hoc poſtremo, vbi & hoc quoque probauimus.

11 ¶Ideóque poſſet videri huiuſmodi legitimatos eſſe ad hũc retractum admittendos. Qua in re Matth. Afflict. in d. tract. proto. d. verſ. itẽ quæro an cõſanguineis baſtardis, cẽſet expreſsim eos audiendos eſſe ad retractum venientes. & ſequitur Arnal. Ferro. d. tit. *de retraict*, §. x. D. autem Bene. in repe. d. c. Raynutius, in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiã, nu. 187. incip. præterea non ſuccedit, extrà de teſta. in ea eſt ſententia, vt legitimatus, cùm patri tãtùm ſuccedat, non etiam cæteris conſanguineis, poſsit vi huius conſuetudinis retrahere vendita à patre, non item à cæteris conſanguineis. Sed ibi loquitur in legitimato per reſcriptum: nam in nu. 181. eiuſdem gloſ. ſcripſerat ſimpliciter legitimatum per matrimonium admitti ad retractum.

12 ¶At Phili. Dec. ampliſsimũ conſi. de hac quæſtione edidit, ſcilicet conſi. cclxxv. le ij. (nam is numerus typographorũ errore eſt duplicatus) cuius initiũ eſt, in cauſa quæ Lucæ agitatur, in 3. eodemq; vlt. dubio, in quo cõcludit id beneficiũ retrahẽdi rem, quod à ſtatuto agnatis cõceditur, non competere legitimatis: in quam rem multa allegat: ſed præcipuum eius fundamentum eſt, quòd id ſtatutum debet propriè & ſtrictè intelligi: legitimatos autem non propriè dici legitimos. Illum omnino vide, & quæ diximus in repe. l. ſi vnquam, vbi ſuprà, atq; etiam in noſtro tracta. Primigeniorũ, in 44. q. & ex dictis in eis locis intelliges, quid ſit dicendum hîc. Sed his addas, quod à Pau. Caſt. reſponſum eſt conſil. clxxviij. ſuper eo verò quod quæritur, col. ij. verſi. item confirmãtur prædicta libr. 1. ſtatutũ cõpellens cõſanguineos ad compromiſſum, intelligi de legitimis & naturalibus, non etiã de legitimatis: idque generale eſſe in ſtatutis, quod admodum confirmat ſententiam Decij. Et ex his quoq; intelliges, an ſi baſtardus legitimatus vẽdat, ſit locus retractui. De quo eſt expreſſa cõſuetudo Auxerrenſium

*Si baſtardus legitimatus uẽdat, an ſit locus retractui.*

renſium ſiue Altiſsiodorenſium,hoc eod.tit.§.xiij.qui eſt omnium xl.locum eſſe.

*Quæſtio, An fœmina, quæ ex ſtatuto nõ ſuccedit, poſſit retrahere. Fœmina, quæ non ſuccedit, pro extranea habetur.*

13 ¶E x i i s autem quę diximus,apertè datur intelligi,nec alios admitti qui nõ ſuccedũt:verbi gratia,ſi ex ſtatuto mulier nõ ſuccedit,ea quoq; non retrahet,vt expreſsè & in hac ſpecie voluit ipſe Bened.in d.c.Raynutius.in verbo,duas habẽs filias,col.ij.nu.4. Nam huiumodi filia(vt id etiam addas)tanquàm exhæredata non eſt ſua,ſed extranea.Bar.in l.j.§.ſciendum, ff.de ſuis & leg.Bal.in l.maximum,ad fi.C.de lib.præt.Ro.in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus,ff.ad Treb.Alex.qui id ſcienter declarat,conſi.cxxxj.tranſmiſſum eſt,lib.1.vti etiam facit Iaſ.conſi.cv.Ioanna,col.vlt.libr.4.& Doct.vbique. Quin & paria ſunt non extare omnino, & extare & non ſuccedere , l.ij.§.ſed ſi ſint ſui,& ibi Barto.ff.ad Tertul.& l.j.§.filium. & ibi quoque Bart.ff.de bon.poſſ.contra tab.& l.j.§.ſi pater.emancipatus,& §.ſi pater in poteſtate, & ibi item Bart.ff.de coniung.cum eman.libe.Gul.Cu.& Bald.in Authen.nouiſsima , C.de inof.teſta.& in l.maximum vitium,col.v.verſi.item quæro nunquid,C.de lib.præt.vbi & an hoc alia iura allegat.& idem Bal.in l.in ſubſtitutione, per illum text.ff.de vulg.& pup.Alex. conſi.cliiij.viſo tit.col.iiij.verſi.præterea confirmo.libr.7.

14 ¶Et id quidem poſſet videri verũ eſſe,vt ſcilicet mulier,quæ ex ſtatuto à ſucceſsione repellitur,à retractu quoq; repellatur:ſi omnino fœmina repellatur,etiã non extãtibus maſculis atque ſimpliciter & ſine dotatione,aliâs enim,ſi tantùm à maſculis repellitur,admittitur ad retractũ:ita tamen vt ſi maſculi veniant,ei præferantur,vt in ſucceſsionibus:vt in ſimili dicitur infr.eo.tit.§.xij. Et ſimiliter ſi non niſi dotata repellitur , admittetur ad retractũ quod cõſuetudine Lodunẽſi diſpoſitũ eſt,hoc eod.tit.c.5.Si etiã non dotata repellitur,non admittetur.illa enim facit partem cæteris,hæc non facit,ex cõmuniori opinione eorũ,quos ſtatim citabimus.& hîc omnino vide quæ ſcripſimus in d.l.ſi vnquam in verbo ſuſceperit liberos, nu.101.ſed illud hîc quæro,& multis ſeq.vbi latè diſſerui,an filia quæ non ſuccedit ex ſtatuto,reuocet donationem ex ea lege,ex quibus etiam intelliges,quid in hoc caſu dicendũ ſit.

*Fœmina quæ ex ſtatuto repellitur, an partem faciat cæteris.*

15 ¶Quibus tamen addes,quæ tractãtur à noſtris,Vtrum filia à ſtatuto excluſa,computetur in numero liberorum,vt cęteris partem faciat,an verò faciat eorum legitimam augere?De quo per Bar.Bal.Albe.Ang.Imol.& Pau.Caſt.in l.planè,la j.§.ſi duobus,ff.de leg.j.Bal.Albe.Ang. & Raph.Fulg.in l.Papinianus,§.vnde ſi quis,ff.de inof.teſt.Bal.in l.qui repudiantis,in addit. eod.tit.& in l.j.§.in primo.col.ij.verſ.oppo.dicitur hîc qui nõ admittitur,& multis ſeq.& ibi quoque Ang.C.de cad.tol.& eundem Bal.Alb.Imo.Raph.Co.& Pau.Caſt.in l. huiuſmodi. §.ſi Titio,le j.ff.de lega.j.& ipſum Bal.in l.j.in vj.q.ad fin.& ibi etiam Ro.in iiij.q. C.quando non pet.par.& in Auth.nouiſsima:in vj.quæſt.& ſeq.& ibi etiam Alb.Ang.Sal.Pau.Caſt.col. vlt.verſic.item quæritur.Fabia.Gioch.in repe.char.13.verſi.ſecundò quæritur, & alios recentiores,C.de inoffi.teſta.& eund.Bal.conſi.lxj.ſuper puncto de computatis,lib.j.& conſi.498. factum ſuper quo,col.ij.eod.lib.1.& conſi.clvj.clauſula codicillaris col.ij.circa med.libr.2.& conſi.ccccxc.ſtatuto cauetur quòd filiæ,lib.4.Alb.in l.ſi duo,ff.quib.ad libert.perue.non lic. Ang.in d.l.Papinianus,§.quoniam autem quarta,ad fin.& conſi.cv. ſtatuto cauetur quòd ſi aliquis,ad fin.& conſil.ccc.punctus talis eſt ſtatuto ciuitatis.& Rapha.Coma.conſil.xxxv.in nomine domini amen,ſtante ſtatuto.Pau.Caſt.latè conſi.lij.ſuper primo puncto quanta ſit, lib.1.& conſi.cclxxxvj.quoniam fundamentũ,per totum,eod.lib.1.Alex.qui alios citat,conſi. cxcvij.perſpectis verbis,col.pen.verſi.accedit etiam.lib.6.Fran Cur.ſenior,qui alios quoque allegat,conſi.v.Aſtulphus.Soci.conſi.lxxxiiij.viſa prædicta,colum.vlt.ad fin.lib.1.& conſi.cl. Dominus &c. & nos introducere,col.xj.verſic.poſtremò hæc concluſio, & alibi ſæpe in eo conſi.20.lib.1.& conſi.ccxlj.circa primã,col.xv.verſ.ad ſecundũ,lib.2.& conſ.cclxxxviij.circa primam quæſtionẽ,col.9.verſ.præterea hanc partẽ,& iterum col.xij.verſic.primũ probatur, ibi,hanc etiam partem,lib.2.& latiſsimè conſi.quod ponitur in lect. ipſius poſt tit.de excep. cuius initiũ eſt,ſuper præmiſsis,in iij.dubio:vti etiam facit Corne.conſ.cxcij.circa primum, propè per totum,lib.1.& conſi.ccciij.plura quæſita,col.ij.verſi.deueniendo , cum multis ſeq. eod.lib.j.& conſi.cxcix.in hac cõſultatione,lib.3.Iaſ.conſ.lxv.aſſumo,poſt prin.lib.j.& Guid. Pap.deciſ.Delphin.ccxcv.an filiusfamilias,& deci.cccccxcix.item etiã in dicto.& Ant.Rube. conſi.cxxij.præſupponitur. Et de hac quoque re loquuntur nonnullæ conſuetudines : vt apud Auernos,tit.xij.qui eſt *des ſucceſsions*,§.xxxij,& Borbonios.cccx.

*Cõſuetudo de ea re.*

*Quæſtio, An adoptiui admittantur ad retractum. Adoptiui in Francia non ſuccedunt.*

16 ¶S e d & ex iſtis apertè probatur adoptiuos filios,aut patres,aut alios nobis ſola adoptione coniunctos non admitti ad retractum : vt qui in hoc regno Franciæ non ſuccedunt , teſte Maſue.in tit.de proba.verſi.item ſi defunctus.& Benedict.in repet.c.Raynutius , in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.760.& diximus in repet.d.l.ſi vnquàm, in verbo ſuſceperit liberos,nu.22.nec hîc quidẽ:vbi & alia multa huc pertinentia videre poteris. {Adoptiui filij ſunt filij ficti,nec propriè filij adoptiui dicuntur filij,ſed fictè:idò non comprehẽduntur in ſtatutis loquentibus de filiis,vt dicit Bal.conſi.xxiiij.ſtatuto ciuitatis.lib.1.} Et quia etiam in eis ceſſat ratio conſuetudinis retractus,quæ eſt ne res exeat de genere. Qua ratione id quod diximus,retractum non habere locum inter adoptiuos,tenet expreſsè Io.Fab.in §.j.col.vlt. verſi.& hæc faciunt ad quæſtionem,Inſtit.de acqui.per arro.& idem Bened.vbi ſuprà,num. 760.& Ferro.in hoc tit.§.vj.col.pen.& iterum §.x.col.j.

¶Quibus



17 ¶Quibus & nos accedimus, cùm id ius ſit ſanguinis , quod ad alios quauis ratione tranſire non poteſt:vt latè dicemus infrà eod.tit.§.xxvj. Quamuis contrarium tenuerit Gerald.Bag. in ſua diſput.retractus,& illum ſimpliciter retulerit,tanquam ſecutus fuiſſe videatur,D.Boe. Præſes ornatiſsimus in conſuetu.Biturig.in hoc eo.tit.*de retraictz*,§.j.in fi. Hic autem pro ſua in nos cæteroſq; omnes humanitate mihi copiam fecit illius diſputationis Bagoilli , quam anxiè diu ac vbique perquiſiuerã,nuſquam tamen reperire potueram,ſed is confeſtim quàm ab eo poſtulaui per D.Franciſcum Caldenetum regium in eadem curia Burdigalæ Senatorem meritiſsimum,amicum noſtrum intimum,ad me humaniter miſit.

*Quæſt.an ſpiritualiter coniuncti admittantur ad retractum.*

18 ¶S e d vt ad inſtitutum redeam,idem quoque eadem ratione dices de coniunctis cognatione ſpirituali,quos vulgò patrinos,& matrinos,filiolos,compatres , & commatres vocamus. de quibus & nos multa diximus in d.repet.l.ſi vnquàm, in eodem verbo,ſuſceperit liberos, num.21.nec item ſpirituales,& multis ſeq.vbi latè videre poteris, quæ ad hanc noſtram ſententiam faciunt:ſed illud præcipuè, quòd ipſi ſibi inuicem non ſuccedunt:ex ſententia Ant. in c.tranſmiſſæ,qui filij ſunt legi.& Panor.in c.tanta,eo.tit.& aliorum multorum inibi à nobis citatorum. Et id in noſtro caſu retractus,vt ſcilicet iſti non admittantur ad eum,nuncupatim voluit Bened.in d.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,num.764. & Petrus Rebuf.in clxxvij.priuilegio ſcholaſticorum,pag.eiuſdem viij.

*Quæſt. an religioſi admittantur ad retractum. Monachi iura ſanguinis retinent. Atque etiam iura ſuitatis.*

19 ¶P r o b a t v r item ex ſuperioribus,monachos & alios religioſos,qui ex noſtra conſuetudine non ſuccedunt ſuprà tit.*de ſucceſsions*.qui eſt omnium tit.xvij.§.ix. qui eſt omnium huius volu.ccxix.non admitti ad retractum.quod & tradit Bene.in d.c.Raynutius, in d.verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,nu.220.& Chaſſe.in .vlti.editione conſuet.Burg. hoc eod.tit. §.j.in verbo,*le plus prochain*,in fi.& eſt in id expreſſa conſuetudo Niuernenſium hoc tit.§.xxv. Quòd ſi ſuccederent,vt de Iure communi ſuccedunt,l.Deo nobis,C.de Epiſc.& cle.cum ſi. poſſet videri & hos admittendos ad retractum præſertim cùm iura ſanguinis retineant , vt dicit Lapus alleg.cix.in quæſtione propoſita,& alleg.ſeq. & Panor.in c.2.ad fi.de poſtu.& in c.quia nos,de teſta. Adeoq; etiam iura ſuitatis.d.l.Deo nobis,§.hoc etiam,& ibi Bald.col.vlt. C.de Epiſc.& cle.& voluit etiam Bar.in authen.ſi qua mulier,col.ij.verſi.cùm autem minuatur,C.de ſacroſ.eccl.Bal.in l.cùm in adoptiuis,C.de adop.& in l.ſub conditione,& ibi Alex. ff.de libe.& poſthu.& in l.apud hoſtes,col.vlti.C.de ſuis & legi.& in l.nepotes.& ibi quoque Ang.ff.de his qui ſunt ſui iu.& in l.ſi proponas,col.j.in addi.ff.de inoffi.teſt.& conſi.clxxxiij. factum proponitur tale,col.ij.lib.5.& conſi.ccccxlviij.Sanctus Franciſcus,eo.lib.5.Petr.Anch. in c.de cætero,extrà de teſtib.Ro.ſing.xxxvij.vtrum nobilis.Pau.Caſt.conſi.ccxciij.Ego Paulus,col.vlt.lib.1.Ang.Aret.in §.emãcipati,col.iij.verſi.tertiò fallit,Inſtit.de hære.quæ ab inteſt. defer.& Iaſ.in l.qui ſe patris,col.iij.C. vnde lib.vbi allegat multos alios concord.& in l. Gallus,§.ſi eius,col.iij.ff.de libe.& poſthu.& in l.patre furioſo,col.pen.verſi.intellige tamen,ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& Philip.Deci.in auth.ingreſsi,col.ij.verſic.noto primò,C.de ſacroſan.eccle. Et hæc ſententia vera eſt,licèt ipſe Bal.vt aliâs ſæpe ſibi contrarius contrarium teneat.in l.ſi ex cauſa,§.Papinianus,ff.de mino.in vtraque lect. Niſi diceres in eo quoq; ceſſare rationem retractus , ne res exeat de genere:quia quod acquirit monachus, non acquirit generi,ſed monaſterio. Et de eo poſſumus dicere,quod de muliere leges dicunt,cum finem eſſe ſuæ familiæ.l.pronuntiatio,in fi.ff.de verb.ſignifi. Et id verius eſſe credimus.

*Quæſt.an eccleſia,ſiue monaſteriũ,quod quis ingreſſus eſt, poſsit retrahere. Monaſterium an ſit loco filij,& quomodo.*

20 ¶H i n c potes etiam colligere:vtrum etiam retrahere poſsit eccleſia ſiue monaſteriũ , quod quis ingreſſus eſt,& ita habetur loco filij,vt plerique exiſtimãt, innixi autoritate authen.niſi rogati,C.ad Treb.& §.ſed hæc præſenti,in auth.de ſanctiſ.Epiſ.& in c.in præſentia,de prob. Nam & ſi hoc verum eſſet,quod negat Bar.in d.auth.niſi rogati,& in auth. ſi qua mulier,C. de ſacro.eccl.& alij multi,quos tibi collegimus in d.l.ſi vnquàm,in verbo,ſuſceperit liberos, num.41.ſed & ſunt:Tamen quia id eſſet impropriè , & per quandam veluti ſimilitudinem, vt dicit Bal. in l.filium,col.j.ff.de his qui ſunt ſui iur. & in l.cùm acutiſsimi,col.j.C.de fideic. nec id quidem ſemper & indiſcriminatim,ſed ad hunc tantùm finem, vt excludatur ſubſtitutus ſub ea conditione,ſi quis deceſſerit ſine liberis,de qua re tantùm loquuntur illi tex.ex ſententia ipſius Bal.in d.l.filium,& in d.auth.ſi qua mulier,in iij.not.& Panor.in d.c.in præſentia,col.v.vbi etiam pleniſsimè recentiores. Et quia etiam ceſſat ratio retractus,cum monaſterium non ſit de genere aut familia venditoris, imò nec ſit in familiam ipſius reditura res à monaſterio redempta:nemini opinor dubium erit,non eſſe monaſterium admittendum.

*Quæſt. an ingreſſus monaſterium, ante profeſsionẽ poſſit retrahere. Nouitius gaudet priuilegio c.ſi quis ſuadente,uide infrà xxx.*

21 ¶S e d dubium eſt,vtrùm is qui ingreſſus eſt monaſterium profitendæ religionis cauſa,poſſit ante profeſsionem tacitam vel expreſſam retrahere,tanquam nondum religioſus,an verò non poſsit,tanquam religioſus,aut pro religioſo habitus.Et ſanè videtur hic quodammodo religioſus,licèt non omnino irreuocabiliter:& ita quidem , vt qui in eum manus violentas iniecerit,peræquè in canonem,ſi quis ſuadente,incurrat,ac ſi profeſſus eſſet.cap.religioſo,§.j. de ſent.excom.lib.6.ex quo gl.in c.beneficium,in verbo,conferendũ,col.j.verſi.ſed nunquid conſtituto,dicit eum fingi religioſum. Ideo glo.in clem.j.in verbo,religioſus,de elect. trahit eum tex.loquentem in religioſo,ad nouitium,per tex.ad hoc expreſſum in c.nullus,eod.tit. lib.6.Sed & perſona eccleſiaſtica eſſe cenſetur,cap.duo ſunt,xij.q.j. Ideóque neceſſe eſt eum

conueniri coram iudice eccleſiaſtico,non etiam ſeculari.Hoſt.in c.ſtatuimus,col.ij.in verbo, poſſe,extrà de regu.Archi.Io.And.Domi.& Philip.Franc.in d.c.religioſo.Io.And.in d.c.beneficium,& ibi quoque Domi.& Philip.Fran.& Fed.Senen.conſi.xxxij.quæſtio talis eſt,quidam de populo,col.pen.verſi.ſubſequenter quæritur,& iterum col.vlt.verſi.veruntamen.

*Nouitius coram iudice eccleſiaſtico conueniendus.*
*Nouitij morientis ante profeſſionem, bona monaſterio acquiruntur. Sed uide in nume.36.*

22 ¶Ex quo etiam fonte manat illud,quod à pleriſque magna autoritate traditum eſt,huius nouitij,qui intra annum moritur,ante ſcilicet profeſsionem,bona acquiri monaſterio,non hæredibus ſanguinis.nam id voluerunt Iac.Rauen.Pet.à Bel.Perti.& Raynerius Forli. in auth. ingreſsi,& ibi quoque Cy.col.j.in ij.q.qui id tamen dicit durum eſſe,C. de ſacroſ.eccle.Bart. qui id tamen relinquit Can.in authen.ſi qua mulier,in fin.C.eod.tit.per tex.in c.vlt.extrà de ſucceſ.ab inteſt.{Collect.in c.quanto.col.vlt.verſi.ſed quid ſi monachus. de offi.ord.} Anto. in c.in præſentia,col.xiij.verſi.quæro an ſi monachus,& ibi etiam Barb. & Decius de probat. Pet.Anch.in c.cùm cauſam,extrà de elect.& in c.2.col.j.in v.no. de teſtam. & conſi.lxix.circa donationem,col.iij.verſi.ſed iſtud eſt pulchrum. Nam vt ibi dicit, hic quantum ad poſſeſsionem verè tranſlatus eſt ad religionem,& quæ religioſis adhærent,religioſa ſunt, l.quæ religioſis,ff.de rei vend.& d.c.religioſo. & idem quoque voluit Barb.in cle.j.col.vij. in paruis, verſi.& ex iſtis,de elect.& Ioan.Lup.qui vnum Petr.Anch.in d.conſi.citat.ídque ſing.dicitur in repe.rub.de donat.inter vir.& vxo.§.xxxviij.qui eſt in char.17.col.j.

*Nouitij canonica portio debetur priori eccleſiæ.*
*Nouitius ordinatur ab Epiſcopo monaſterij.*

23 ¶Et hinc quoque fit,quod tradit Goff.Doctor antiquus in c.de his, & ibi poſt eũ Hoſti.col. vlt.verſi.quid ſi quis,& Io.And.ad fi.extrà de ſepult.canonicam huius nouitij portionẽ, qui deceſsit ante profeſsionem,non deberi priori eccleſiæ , cuius erat ante ingreſſum , cum eius deſierit eſſe parochianus per ipſum ingreſſum.& idem voluit ipſe Io.And.in c.relatum,ante fin.eo.tit.& Pet.Anc.in d.c.cùm cauſam,& d.conſi.lxix.& Barb.in d.cle.j.col.vij.verſi. & ideò vidi dubitari,de elect. Et quod non abſimiliter tradunt Lapus,Petr.Anch. & Philip.Fran.in c.cùm nullus,per tex.ibi iuncta gloſ.in verbo religioſi,de temp.appel.lib.6.huiuſmodi nouitios poſſe ordinari ab Epiſcopo.in cuius diœceſi eſt monaſterium,in quod ingreſsi ſunt,tanquam ex ſolo ingreſſu,ſine alia profeſsione cenſeantur eſſe diœceſani illius Epiſcopi.

*Nouitio beneficium nõ confertur,uide infrà xxxvij.*
*Nouitius non uocatur ad electionem eccleſiæ cuius erat Canonicus,uide etiam xxxix.*

24 ¶Et huc pertinent duo dicta illius glo.in c.beneficium,de regula.lib.6. Primum, non poſſe ſacerdotium conferri huic nouitio,per dictum c.religioſo , & alia quæ ibi allegat.& eam ſequuntur Lapus,Pet.Anch.& Domi.ibi.Alterum,hunc non eſſe neceſſe vocari ad electionem eccleſiæ,cuius erat Canonicus,per infinitas propè rationes,quas ſcientiſsimè adducit.& eam ſequuntur Ioan.Mon.Io.And.Pau.Eleaz.Ioan.Ligna.Lapus,Domini.& Pet.Anch.ibi,& idẽ Anch.in d.conſi.lxix. Et aliud ipſius glo.dictum in c.2.in verbo,ingredi, de procurato.lib.6. quòd nouitius non poteſt eſſe procurator non magis quàm profeſſus, per dictum c.religioſo,& cap.1.de regu.eodem libro:& ſequuntur Paul.Eleaz.Domi.& Philip.Franc.ibi.Quibus adde,quòd nec arbiter eſſe poteſt,ex ſententia ipſius Paul.Eleaz.in diſputa.incip.quæſt.de re actori adiudicata.& ſequitur Domi.in dicto cap.beneficium,in fin.& ibi quoque Phili.Fran. col.iij.verſicu.& an ipſe.{De quo latiſsimè Aegidius Bellamera in cap.1.colum.vij.verſic.tertiò quæritur.de arbitris.}

*Nouitius non poteſt eſſe procurator. Nec arbiter. Ex ſtatu & habitu præſenti quis iudicandus.*

25 ¶Et facit vltra prædicta,quia cùm hic nunc ſit in ſtatu & habitu monachali & religioſo, debet & nunc ſecundum eundem ſtatum & habitum iudicari.l.item apud Labeonem,§.ſi quis virgines,ff.de iniur.& c.ſi verò,le ij. de ſententia excommunicationis cum ſimilibus. nam & ſecundùm eum debet viuere,c.ſi cupis,xvj.q.j.vt citat Petr.Ancha.d.conſi.lxix. licèt non admodum mihi facere videatur. Sed eſt bonus text.in c.recolentes,extrà de ſtatu monachorũ, cum dicitur,vt qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam.Præſertim verò,cùm ea animi deſtinatione ingreſsi ſunt ( vt credi par eſt per cap.2.ibi, quod tamen non præſumitur,de regula.lib.6.) monaſterium,vt ibi perpetuò maneant: quæ deſtinatio pro actu cõpleto,& perfecto haberi debet, licèt fortè aliquo caſu aut impedimento interuerti poſsit.l.cùm quidam , & l.& ſi non ſint,§.infecti,verſicu. quid ergo,ff.de aur. & argen.lega.cum aliis multis concord.à me congeſtis in noſtris Legibus connubialibus, in ea quæſtione,an conſuetudo loquens in vxore,habeat locum in ſponſa. Id autem maximè debet procedere in hoc caſu,in quo aliâs fauore religionis debet ſufficere aliquid inceptũ eſſe, ſicut cùm quis pollicetur in opus reipublicæ.l.j.§.cœpiſſe,ff.de pollicit.

*Origo & principium inſpiciendum.*
*Animus ex ſequentibus æſtimandus.*

26 ¶Et hæc maxime procedunt,cùm hic nouitius non moritur, aut nõ exit à monaſterio intra annum probationis:ſed ipſum annum & profeſsionem perficit.Nam hic poſtremus animus & euentus retrotrahitur ad principium,vt ſic à primordio tituli poſterior formetur euẽtus. l.j.C.de impo.luc.deſcrip.lib.10.vbi glo.in verbo,primordiũ, dicit,ex origine cuiuſlibet cauſæ quid ſtatuendum ſit diſtingui,per multa iura illic allegata,quam in hoc dicit no.ipſe Pet. Anch.conſi.vij.in q.col.vlt.Et id cuius ſtatus pendet ex futuro,debet iudicari ſecundũ euentum.l.lex Cornelia,ff.de vulg.& pup.Ex ſequẽtibus enim colligitur,cuiuſmodi animus fuerit in præcedentibus.l.ſed Iulianus, §.perinde , ibi, intelligendum ab initio ſic acepiſſe,ff.ad Senatuſc.Macedon.& l.ſi vxori,§.vlti.& ibi not.ff.de legat.iij.cum aliis multis concord. à me collectis in repet.l.ſi.vnquàm,in verbo,donatione largitus,nu.257.& id quidem.

27 ¶Præterea quando diſpoſitio eſt concepta à principio ſub cõditione:quandoque autem pu-





rè etiam à principio,ſed reſoluenda ſub futura conditione , vel in diem. Et primo quidem caſu nullas quidem vires habet ante conditionem vel diem. l.cedere diem,ff.de verb.ſignifi. cum aliis multis ſimilibus adductis ſuprà in glo.ij.in verbo,*a vendu*,num.21.ſed & illud ſeq. Secundò autem,ſtatim operatur effectum puræ diſpoſitionis,ex doctrina gloſſ.in l.ij.ff.de in diem addict.cum multis quoque concord. à me collectis infrà titu.ſeq.§.ij.in glo.j.nu.74.ex quibus vides. Obligatio autem ingredientis monaſterium videtur à principio pura, ſed ſub conditione reſoluenda,videlicet ſi non placuerit intra annum vel ante profeſsionem:vt ſatis probatur ex cap.ſuper,extrà de regu.cùm dicitur ad priorem ſtatum redire.& rurſum ibi, in eadem veſte,in qua venerint,reuertantur,& in c.ſignificatum,ibi,pœnitens à religione receſſerit,eo.tit.& in c.ſtatuimus,ibi,ad priorem ſtatum redire.eo.quoque titu.& in c.1.ibi,ad ſeculum remeare,eod.titu.lib.6.& ſæpe aliàs. Et ita per ea iura voluit Petr.Ancha.d.conſi.xcvj.& ſequitur Phil.Deci.in auth.ingreſsi,col.j.C.de ſacroſ.eccl.& conſi.cccxxx. concluſio,col.vlti. Ex eoq; dicit ipſe Ancha.hos nouitios qui ingreſſum per profeſsionẽ expreſſam vel tacitam cõfirmauerint,cenſendos,quantũ ad contractus ab eis factos intra tempora probationis,fuiſſe religioſos:ideoq; & ſolennitates aliasq; conſtitutiones Iuris canonici attendẽdas eſſe in illis: quicquid ſit de iis qui moriuntur vel exeunt ante ea tempora.Sed & Phil.Deci.in illo priore loco dicit ita debere intelligi omnes effectus prouenientes ex ingreſſu monaſterij, ſcilicet legitimationem,bonorum dedicationem,voti liberationem , dignitatis eccleſiaſticæ & nobilitatis priuationem,vt ſcilicet purè ab initio teneant,ſed ſub conditione iſta reſoluantur.

*Obligatio ingredientis monaſterium,puràne ſit,an cõditionalis,uide in num.35.*

28 ¶Sed paululum aduerte lector. Nam hic nouitius interim, ſcilicet durante probatione,retinet omnia bona ſua,& beneficia, vt ſcribitur & not.in c.quòd à te,extrà de cle.coniug. & in d.cap.beneficium,de regu.lib.6.nec ea tantùm,in quibus habet ius in re, ſed & ea, in quibus ius ad rem ſolum habet,vt tradit glo.no.ibi,in verbo,conferendum,col.j.verſic. ſed quid dices,quam ſequuntur Archid.Ioan.Mon.Ioannes Andr.Domi.& Philip.Franc.ibi. Nec bona tantùm propria,ſed & clientelaria,id eſt,vt vulgò dicimus,feudalia.Neque enim ea nouitius perdit ante profeſsionem:vt voluerunt Mart.Laud.& Cardi.Alex.aduerſus And.Iſer.in cap. qui clericus,tit.ſi de feud.fuerit controuer. Neque enim hic religioſus eſt,aut cenſetur cum effectu:vt expreſsim dicit tex.in d.c.religioſo,§.j.de ſententia excommunicationis, eod.lib.6. quod idem eſt,ac ſi dicatur ſimpliciter non eſſe religioſus:nam effectus omnibus in rebus inſpiciendus eſt,l.j.§.hæc autem verba,in fi.ff.quod quiſque iuris.& l.ſi mater,C.de inſti.& ſubſtit.& verba quoque cum effectu accipienda ſunt.d.§.hæc autem verba,in prin.Ex quo ſequitur,vt quod effectu caret,& appellatione & nomine careat.l.iiij.§.condemnatum,ff.de re iud. & cap.ſi homo,& ibi glo.j.xxvij.q.j.cum ſimilibus. Vnde ſumptus videtur fuiſſe vulgaris ille verſus,quem ponit glo.in c.admonere,xxxv.q.ij.

*Nouitius retinet omnia bona & beneficia.*

*Si re priueris,nec nomen habere mereris.*

Et quòd non ſit verè religioſus,tenet Barto.in l.ij.C.ne ſacr.baptiſ.reit. Sicuti etiam nouitia non dicitur monialis.Bal.conſi.cxcix.omnia pacta,in fin.lib.5.

29 ¶Ex quibus & illud fit,vt quod religioſis denegatur,ſcilicet velle & nolle,ca. non dicatis,xij. q.j.cum ſimilibus,habeant iſti nouitij:vt probat tex.in d.c.beneficium,ibi,niſi ad id ipſius accedat aſſenſus,& ibi id nuncupatim no.Arch.Petr.Anch.Domi.& Philip.Fran. Atque etiam teſtamenti factio,quæ religioſis denegatur.auth.ingreſsi,C.de ſacroſan.eccl. & cap.2.extrà de teſta.& cap.nolo,xij.q.j.& c.quia ingredientibus.xix.q.j.& ita quidem denegatur, vt nec conſuetudine quidem aliud induci poſsit.Bal.in d.auth.ingreſsi,col.j.in ij.no.& Maria.Soci. qui id dicit not.conſi.xiij.præſens,col.j. Ea tamen his nouitiis conceditur,glo.in c.2.in verbo,indiciis,& ibi Archid.Io.And.Domi.& Phil.Fran.de reg.lib.6.Inno.Hoſt.Ioan.And.& Collec. in d.c.2.de teſta.& idem Hoſt.in ſumma,eo.tit.§.quis poſsit,verſi. idem puto.Ioan.Fab.in d. auth.ingreſsi,in princ.Domi.in d.c.beneficium,col.iij.verſi.pro iſta parte.

*Nouitiis uelle & nolle non tollitur.*
*Teſtamenti factionem nouitiis non denegari.*

30 ¶Sed & hac ratione quòd hic nouitius,non ſit religioſus, dicebant Innoc. & Abb.Antiq.in c.ſtatuimus,extrà de reg.eos qui hunc percuſſerint,nõ incidere in Canonem,ſi quis ſuadente.Quanquam Hoſt.ibi,col.ij.in verbo,poſſe,contrarium tenet:quia licet (inquit) non ſit religioſus cum effectu,negari tamen non poteſt,quin ſit ſub protectione & veluti tutela eccleſiæ.& ſequitur Ioan.And.ibi,circa medium, in verbo,intra annum. & hæc opinio approbatur in d.c.religioſo,vt diximus in principio huius quęſtio.Et bene facit quod traditum eſt à D.Rota,in clxvj.notab.quòd mulieres, in nouis. Sed id non adfert præiudicium huic ſententiæ,cùm fateantur,& hunc non eſſe religioſum cum effectu,ſed alia ratione mouentur.

*Qui nouitium percuſſerit,an ſit excommunicatus.*

31 ¶Sed & ex his fit,vt Abbas non poſsit abſoluere huiuſmodi nouitium , qui ante ingreſſum incurrerat in dictum Canonem,ſi quis ſuadente,quamuis profeſſum poſſet.Ita enim voluit Inno.in c.monachi,extrà de ſenten.excommu.ea ratione quòd hic nondum eſt perſona religioſa.& Ioan.And.in c.cùm illorum,col.ij.in verbo,enormis,eo.tit.& in d.c.religioſo,& ibi quoque Lap.Pet.Anch.Domi.& Phil.Franc.eodem quoque tit.lib.6.Specu.eodem item titu. §.j.col.vlt.verſi.quid ſi verbero.Hoſt.in ſumma eodem etiam tit.§.poſsit,in fi.& nemo(quod ſciam ) contradicit , præter Archid.in d.c.religioſo. Sed quid faciet ſolus aduerſus tot tantoſq; milites,quando ne Hercules quidem contra duos?vt eſt in vetere prouerbio.

*Abbas nõ abſoluit nouitiũ à canone , ſi quis ſuadente, in quem ante ingreſſum incurrat.*

*Nouitij nõ deſinunt eſſe de populo.*

32 ¶Nec ab his longè diſtat,quod à Ioanne illo Calde.viro ( vt dicit Bald.conſil.ccxxvj.igitur, lib.1.) magnæ virtutis & ſcientiæ,traditum eſt in tractatu de eccle.interdict.in ſecundo membro,q.xxvj.quòd huiuſmodi nouitij ante profeſsionem non deſinunt eſſe de populo, etiam in materia odioſa. Id quod conſtanter ſequitur Feli.ille,qui Recentiores omnes & copia, & iudicio facilè ſuperat,in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xxvj.verſi.& de prædictis, extrà de conſtitu.In quo illud ante omnia aduerte,quod dicunt procedere etiam in odioſis, ob id quòd ex communi ſententia in odioſis appellatione populi clerus non contineatur.per c.ſi ſententia,de ſenten.excom.lib.6.de quo per Pet.Anch.Inno.& Panor.in c.1.de præben.lib.6.& alios citatos à Recentioribus in d.c.eccleſia. Ex quo intelligis nec hũc nouitium appellatione cleri vllo modo contineri:nec in hoc de quo agimus,inſpiciendum eſſe, ſítne materia odioſa, an fauorabilis.quod multa,quæ dicta ſunt in priori ſententia,ſubuertit.

*Nouitium appellatione cleri non uenire.*

*Ante profeſſionẽ, an quis dicatur ingreſſus religionẽ.*

33 ¶Hanc quoque partem confirmat quod traditum eſt à quibuſdam , vouentem ingredi religionem,non liberari voto per ingreſſum,ſi ante profeſsionem exeat. Quod & è Theologis voluit Diuus Tho.Aqui.2.ij.q.clxxxix. De quo & tu vide Domi. poſt alios in cap. qui poſt votum,de regu.lib.6.vt non omittas Specu.titu.de ſtatu monacho.§.j.verſic.xvij.dum loquitur de eo qui ſe promiſit monachum facere. Quodq; ab aliis ſcriptum eſt, conditionem, ſi quis intrauerit religionem,non impleri per ſimplicem ingreſſum ſine profeſsione. Ita enim voluerunt Rapha.Fulgo.Pau.Caſt.Alex.& Corne. in l.ſi quis hæredem,C.de inſtitu.& ſubſtitu.à quibus non longè abeſt Bal.ibi,poſt medium,& voluit etiam Imo.in l.in ſubſtitione, ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.Feli.& Philip.Deci.in cap.in præſentia,vterque colum.xxv.verſi.in eadem gloſſ.ibi ita teneat , extrà de probat.cum aliis concordantiis ab vtroque ibi adductis. De quo tamen vide amplius per Iaſon. & Deci.in d. l.ſi quis hæredem , & eundem Deci.d. conſi.cccxxx.col.iij.verſicu.non obſtat quòd filia. Et tex.in cap.quamuis,iuncta gloſ.in verbo ingredi,& ibi Docto.de procu.lib.6.

34 ¶At illam tamen ſententiam hæc ratio defendit , quòd non dicitur quis ingredi religionem ante profeſsionem,Bar.in auth.ſi qua mulier,col.vlt.C.de ſacroſan.eccl.Raph.Fulg.& Alex. in d.l.ſi quis hæredem.& idem Alex.in d.l.in ſubſtitutione, col.vlti.ff.de vulg.& pup.ſubſtit. & Barb.in d.cle.j.col.vij.verſi.nota ſecundum,de elect.vbi id dicit ſing. & conſi.xxxviij.difficile,col.v.verſi.nec etiam obſtat,lib.3.Ideo nec quis dicitur monachus ante profeſsionem,gl. in d.c.1.in verbo,dedicanda,extrà de religio.domi.& Philip.Franc.in c.1.vterque in j.not.per illum tex.de reg.lib.6.& eſt optimus tex.in cap.ad Apoſtolicã,ibi, & verè monachus eſt cenſendus,iunctis præcedentibus,extrà eo.tit.& in c.ſi ſeruus ſciente,& ibi not.Domi.poſt principium,liiij.diſtinct.& in c.1.xvij.q.ij.cùm vetatur nouitius fieri monachus ante annum probationis. Ideoq; ibi ſatis probatur hunc nouitium interim percipere fructus ſacerdotij.quod & voluit Barth.Brix.quæſt.lxix.quidam clericus.

*Monachus an quis dicatur ante profeßionem.*

*Argu. à matrimonio carnali ad ſpirituale.*

35 ¶Porrò obligatio huius ingreſſus (quicquid de ea re diximus ſuprà,nu.27.præterea quãdo) conditionalis iam ſtatim ab initio eſſe videtur,ſi ſcilicet placuerit intra annum probationis: vt non obſcurè voluit glo.in c.ſtatuimus,in verbo,niſi euidenter,in duobus locis , extrà de regul.& apertiſsimè Roffr.Beneu.quæſt.Sab.iiij.Farulfus intrauit monaſterium,in j.par.verſ. item iſte voluit,Pet.Anc.ſibi in hoc contrarius,in d.c.beneficium,col.vlt.de reg.lib.6. & rurſum in c.acceſſorium,col.xiiij.verſi.vj.oppo.de reg.iur.eod.lib.1. Et id optima ratione probatur,argumentando ſcilicet à matrimonio carnali ad ſpirituale:vti argumentatur glo.in l.generali,ff.de ritu nup.& Docto.in cap.illud,extrà de præſumpt. Promiſsio enim & conſtitutio dotis habet tacitam conditionem , ſi matrimonium ſequatur.l.ſtipulationem , & l. dotis promiſsio,ff.de iure dot.cum ſimilibus à me latè congeſtis infrà,titu.ſeq.§.ij.num.53.ad octauum,& ſeq. Ergo & hîc debet intelligi conditio,ſi ſequatur profeſsio.

36 ¶Hacq; ratione & aliis multis tenet ipſe Petr.Anch.in d.c.beneficium, contra id quod ſuprà diximus,ex eodem & aliis,bona nouitij mortui ante profeſsionem acquiri monaſterio,imò (inquit) acquruntur hæredibus ſanguinis,idemq; dicit ſe in publica diſputatione Paduæ tenuiſſe:& idem quoq; alia diſputatione voluiſſe Guid.Fulg.In qua etiam ſententia fuit Imo. in d.c.in præſentia,& ibi quoque Panor.col.antepen.verſi.item eſt dubium,& Barb.ſibi contrarius ibi in addi.ipſius.& Petr.Pau.Pariſi.nu.186.& ſeq.& ipſe Imo.in c.2.& ibi item Barba. col.j.& ſequen.extrà de teſtamen.{Aegid.Bellamer.in d.c.quantò,col.penul.verſic.ſed quid ſi monachus.de offic.ord.} Raph.Fulg.in dicta authen.ſi qua mulier,col.vlt.& ibi quoque Iaſ. col.item vlti.C.de ſacroſanct.eccle.Philip.Fran.in d.c.beneficium,col.ij.verſi. & pro declaratione.& Benedict.Capr.conſil.cxlv. punctus quidam iuuenis,circa medium.& non obſcurè etiam videtur voluiſſe Ioan.Fab.in d.authen.ingreſsi,in princip.{ & ante hos Archid.in cap. cùm quis.de ſepul.lib.6.} Et bene facit , quod in ſimili traditur à Roffr.Beneu. vbi ſuprà, & Bartho.Brix.q.domi.xviij.quidam inuita vxore,de eo qui intrauit monaſterium inuita vxore,quæ poſtea illum reuocat,vt ei bona ſint reſtituenda.

37 ¶Sed & contra id, quod ſuprà in contraria parte diximus , nouitium Canonicum non eſſe vocandum ad impendentem electionem Prælati,tenuit ſimpliciter Archi.in d.c.beneficium. Quin omnes citati pro alia parte intelligunt illud procedere in electione , quæ iure collegij ad eum



ad eum pertinet,nõ quæ proprio ac ſingulari,vt in patrono. Vti etiam contra illud,quod & in priori parte dictum eſt,nouitio non poſſe conferri beneficium,tenet Philip.Franc.in d.c. beneficium,col.ij.hac ratione,quòd hîc conſentire poteſt,vt ibi ſcribitur,& ſuprà,quoque diximus. Poteſt item redire ad ſeculum.c.ſtatuimus,eo.tit.& ſuprà item dictum eſt. Imò verò (vt ſubdit) conſentiendo & beneficium acceptando videtur ipſe religioni renuntiare , ſicut & econuerſo,arg.c.1.extrà de reg.iur.& facit (inquit) quod not.in clem.gratiæ,de reſcrip.

38 ¶Quid igitur hîc dicendum eſt in caſu noſtro?Et certè negari nõ poteſt,& etiam omnes fatentur hunc eſſe in ſtatu dubio,& pendenti,præſertim quantùm ad ea iura , quæ illi ad rem competunt.per l.j.§.ſi pendeat,ff.ad S.C.Macedon.& ita inter cæteros voluerunt Archidia.& Ioan.And.in d.c.beneficium.& ſimpliciter Petr.Anch.ibi,per tex.in ſimili, in c.fraternitatis, de frig.& malefi.& in c.ſi fortè,de elect.lib.6.& idem Anchar.d.conſi.lxix.per d.l.lex Cornelia.ff.de vulg.& pup. Quibus & illud addes,aliàs in pendenti eſſe , an quid acquiri debeat.l. ſeruus,§.j.ibi,in pendenti eſt,cui proprietatem acquirat,ff.de acqui.rer.domi.& l.qui res ſuas, §.rem autem,ibi,& vtique,cuius fuerit,euentus declarat.ff.de ſoluti. cum aliis multis ſimilibus,quæ videbis infrà,in fine huius tit.in iij.q.verſicu.quibus adde. Sicuti etiam in pendenti eſt,vtrùm quid valeat,nécne:per id quod traditum eſt ab Alber.Bar.& Angel.in l.ſi ſic legatum,§.vlti.per tex.ibi,in verbo,proinde,ff.de legat.j.ceſsionem actionis quæ competit minori ad fundum vel pecuniam factam ab ipſo minore ſine decreto iudicis , pendêre ex euentu ſolutionis. Nam ſi debitor ſoluat fundum,non valebit:ſi pecuniam,valebit. De quo & nos latè quoque dicemus in d.fi.huius tit.nu.22.& hoc admodum.

*Nouitij ſtatus in pendenti.*

39 ¶Quod autem pendet,non eſt pro eo quaſi ſit : vt dicit tex.in l.is damnum,§.quod pendet, ff.de reg.iur. propterea hic nouitius nondum eſt monachus , aut etiam non monachus:ſed pendet ſtatus illius. Si igitur poſtea profeſsionem faciat,nõ valebit retractus interim factus: quia res acquireretur monaſterio,contra rationem & mentem conſuetudinis. Si redeat, valebit. Cautione igitur res hæc expedienda eſt , vt ſcilicet caueat hic nouitius retrahens rem ſe reſtituturum emptori,ſi profeſsionem faceret,vt in ſimili dicitur in l.cùm ſocij,ff.com.diuiden.& ſi.adductis infrà eo.§.glo.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,num.44.pro quibus,& ſeq. Sed quia ex noſtra conſuetudine,& ea quidem propè generali in hoc regno,bona ingredientis monaſterium non acquirantur monaſterio , ſed hæredibus ſanguinis, nihil video,quod impediat nouitium retrahere.nam vel ſibi acquirit,ſi redeat:vel proximioribus, ſi non redeat. Et ità res ſemper in familia manebit.

*Deciſio princ. quæſtionis.*

40 ¶Nec omiſerim tamen,quod ſcienter reſponſum eſt à Pau.Caſt.conſil.ccccxxxij.cùm ſtatutum,col.ij.verſi.tertiò principaliter,lib.1.profeſsionem nõ retrotrahi ad tempus probationis, quod dicit probari ex d.c.beneficium,de regu.lib.6.vbi beneficium nouitij alteri non poteſt conferri,nec valet ipſo Iure collatio,nec confirmatur ſi ſequatur profeſsio.Nam ſi profeſsio (inquit) retrotraheretur,huiuſmodi collatio pendêret à futuro euentu,& ſecuta profeſsione confirmaretur.l.proinde.ff.ſi cer.peta. Ideò autem non confirmatur,quia non retrotrahitur. l.ſi à Titio,ff.de rei vendica.& l.apud Celſum,§.ſi à Titio,ff.de doli mali,& metus excep.Ex hocq; dicit,donationem factam nouitio non aliter valere, quàm ſi obſeruata fuerit ſolennitas ſtatuti laicorum,quamuis religioſi & aliæ perſonæ non ſubſint huic ſtatuto , debet enim attendi ſtatus temporis donationis,qui certus eſt:non futurus,qui erat incertus,vt qui poterat nõ profiteri.l.ſtatuliberi à cæteris,in prin.ff.de ſtatuli.& l.ſi ex duobus,§.idem Marcellus, ff.de in diem addict.At tempore donationis nondum erat religioſus,ſed ſecularis,per d.c.religioſo,§.vlt.de ſent.excom.lib.6.Igitur iudicandum eſt de hac donatione ac ſi facta ſit ſeculari,non autem religioſo ſiue monaſterio.l.ſub conditione,ff.de aſsig.liber.& not.per Bart.in l.Iulianus verum debitorem,ad fi.ff.de condi.indeb.Hæc propemodum Paulus Caſtrenſis.

*Profeßionem non retrotrahi ad tempus probationis. Nouitium habere pro laico.*

41 ¶SED conſequenter quæro,quid de clerico ſeculari? an admittetur tanquam cõſanguineus venditoris?quod mihi indubitatum videtur:quando eius rei ſit text.expreſſus in c.conſtitutus,de in integ.reſti.vbi Petr.Ancha.in ſeptimo nota.& Panor.in quinto not.id annotant:inſertq; ipſe Panor.ex eo,clericos vti poſſe ſtatuto vel conſuetudine laicorum merè fauorabili,& generali. De quo etiam dicit eſſe bonum tex.in c.dilecti,de for.comp. Et idipſum quoque voluit idem Pano.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ,col.vlti.& ibi Felin.in vij. iterumq; in viij. quæſt.de conſti.& ipſe Panor.in c.ex literis,poſt princ.de vita & honeſt.cleri.Lapus alleg.c.1. in ciuitate Florentiæ,col.v.verſ.quod autem Bal.in l.j.col.vij.verſi.ſed hîc vlterius quæritur, C.de ſum.Trin.Anto.in c.quæ in eccleſiarum,de conſti.& in c.quod clericis,col.pen. de for. compet.Raph.Com.conſi.xlj.in nomine,&c.ad primum,in fi.Domi.in c.vlt.in prin.col.vlti. de offic.deleg.lib.6.Cardi.Floren.in c.perpendimus, in ij.q.ad fin.iterumq; in viij.q. extrà de ſenten.excom.Alex.conſi.ccxj.ponderatis his omnibus,col.penul.lib.2.& conſi.ſeq.viſa facti narratione,colum.j.Matthæ.Afflict.qui de hac noſtra conſuetudine loquitur in tract.protomixeos,col.xij.verſic.item quæro an ſi clericus. Philip.Deci.conſil.cxiiij. cuius ſuperſcriptio incipit,quando clerici,col.ij.verſic. ſed tamen his. & idem loquens quoque priuatim de hac noſtra conſuetudine,conſi.cclxxxij.viſo puncto,col.iij.verſi.vltimò quæritur:vbi etiã oſtendit id procedere,ſi ſtatutum nuncupatim loqueretur de clericis,ex multorum ſentẽtia,quos

*Quæſtio, An clericus ſecularis admittatur ad retractum.*

inibi citat,vt videre poteris:neque enim opus eſt hîc diutius immorari ,cum habeamus textum expreſſum:& quia etiam noſtra conſuetudo communis eſt laicorum & clericorum, vt dicemus poſteà latiùs in verbo,*l'achepteur*,poſt principiũ,vbi tractamus, an è contrario ſi clericus emerit,teneatur ex huiuſmodi conſuetudine rem cedere conſanguineo venditoris volentis retrahere. Si tamen ſcire vis alios multos in hac,quã diximus, generali ſententia concordãtes,vide in noſtro tractatu Primogeniorum q.xliiij.in qua abundè diſſeruimus,vtrum primogenitus clericus poſsit vti iure primogenituræ delato à ſtatuto.

*An ſtatutum poßit arcere clericos à retractu.*
*Valet ſtatutũ, ne clerici gaudeant beneficiis ſtatutorũ.*

42 ¶SED circa id dubium eſt, an ſtatutum de retractu poſsit excludere ipſos clericos à beneficio ipſius retractus,ſtatuẽdo ſcilicet expreſsè,ne eo vti poſsint.& id quidem verum eſt, quia valet ſtatutum,ne clerici gaudeant beneficiis ſtatutorum.Bald.in l.ſi quis curialis, per illum tex.in pen.not.C.de Epiſc.& cleri.vbi dicit,& Raph.Fulg.poſt eum,quòd licet ſtatutum laicorum non poſsit clericis auferre ius commune , tamen protectionem & beneficium ipſius ſtatuti auferre poteſt.& rurſum idem Bald.in l.de quibus,col.viij.verſi.ſextò quæritur an clerici,& ibi quoque Iaſon,col.ij.verſicu.ſed pulchrum dubium eſt,ff.de legi.vbi dicunt, quòd ſtatutum laicorum poteſt excipere,ſiue reiicere clericos à beneficiis ipſius ſtatutis : quia hoc non eſt contra eccleſiaſticam libertatem.qui enim impedit beneficium,non facit iniuriam,vt eſt bonus tex.(licet non allegent) in l.iniuriarum,§.ſi quis de honoribus,ff.de iniur. & idem Bald.poſt Iaco.Butrig.in authen.caſſa,col.j.verſi.tertiò quæro.& ibi quoque Saly. in quinta, iterumq; in x.quæſt.Fulg.& Paul.Caſtr.circa medum,C.de ſacroſanct.eccle.Idem Bal.conſi. cclxj.licet ſtatutum,lib.3.quod repetitur conſil.cclxx.eod.lib.Petr.Ancha.in repeti.c.1.in xj.q. princip.verſicu.in hac præallegata,quæ eſt in 33.char.col.vlt.in paruis,extrà de conſtit. Pano. in repet.cap.eccleſia ſancti Mart.colum.xiij.verſi.quintò quæritur. & ibi Philip.Deci.col.xix. verſicu.tertiò Abbas infert,de conſtit.Corne.conſi.lxj.licet videatur,col.ij.verſi.& huiuſmodi ſtatuta,lib.4.Alexan.in l.nolle,circa medium,ff.de acquiren.hæredi. & in l.filiusfamilias,§. Diui,colum.v.verſicu.item inquantum,ff.de legat.j. & conſil.ccx.ſtatutis, colum.iiij.verſicu. tamen alia ratione.& multis ſequent.lib.2.& conſi.cxj.videretur,colum.iij.verſi.ad prædicta, lib.7.vbi dicit hanc eſſe communem concluſionem Doctor. vbique , & conſil.cxv.viſa ſcriptura,colum.penult.verſicu.& ſi diceretur,eodem lib.7.Barbat.conſi.xij.ſcribitur apud Prophetam,col.vlti.lib.1.Socin.in l.ij.colum.iij.verſi.& iſta etiam,ff.de his quæ pœn.no. & conſi. xcvij.abundè,colum.vltim.verſicu.nec puto,lib.1.& conſil.cxxij.præſtantiſsime Doctor,col. vlti.verſicu.& ad illud,eod.lib.1.vbi declarat, quomodo id intelligatur.Deci.conſi.lxxxiij.in cauſa accuſationis,colum.penulti.verſicu.ſextò reſpondetur.& dicto conſil.cxiiij.colum.j. & dicto conſil.cclxxv.le ij.(nam vt iam ſæpius diximus,is numerus duplicatus eſt) incipien.in cauſa quæ Lucæ,col.iij.verſicu.capio ſecundum dubium:vbi expreſsim loquitur de caſu noſtri retractus,iterumq; in addi.eiuſdem conſil.colum.ij.verſic. ſecundum etiam principale.& Catel.Cot.memor.clerici ligantur,verſicu.& ideo in propoſito. & Franc.Ripa.lib.1.reſponſ. cap.4.mater,nume.3.

*An autem poſſit ſtatutum ſemel factum in fauorem clericorum reuocari.*

43 ¶Et id quidem minimè dubium eſt,ſi ſit eadem conſtitutione cautum,ne ſcilicet clerici gaudeant priuilegio eius conſtitutionis.Nam ſi primùm ſimpliciter facta fuiſſet cõſtitutio quæpiam in fauorem clericorum,dubium eſt non modicum,an poſtea reuocari poſſet, propter tex.in l.priuilegia,vbi per Bart.C.de ſacro.eccl.& in c.ad Apoſtolicam,de ſimo.& in c.nouit, vbi Inno.& alij,extrà de iudi.& in c.vlt.extrà de reb.eccle.non alie. & per Saly.in auth.caſſa, col.ij.verſ.quæro quintò,eo.tit.& Domi.in c.1.col.iiij.verſi.oppo.vltimò,de conſti.lib.6.Alex. latè d.conſi.ccx.ſtatutis,col.iiij.& v.lib.2.& Soc.conſi.ccxlj.circa primam difficultatem,col.ij. verſi.circa ij.& multis ſeq.lib.2.& latè Feli.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xxxix.verſi. duodecimò.& Alciat.in tract.præſumptionum regula iij.præſumptione xxxiij.num.4.

*Quæſtio , An ingratus admittatur ad retractum.*

44 ¶ET VT REDEAMVS ad eos, qui non ſuccedunt:quæri poteſt,an ingratus aduerſus patrem,poſsit retrahere rem ab eo venditam.Et idem quæri poteſt de alio conſanguineo venditoris.D.Bened.in d.repetitione,c.Raynutius,in verbo, in eodem teſtamento relinquens,le ij.nu.27.negat hunc filium admittendum,arg.ca.1.§.quæſitum,tit.de capi.qui curi.vendi.& c. 1.§.inſuper,tit.de prohibita feudi alienatione,per Federicum.vbi (vt ipſe dicit) ſi filius ipſius vaſalli dominum offenderit,deinde vaſallus feudũ extraneo vendiderit,iſte filius,qui ſi feudum habuiſſet,fuiſſet ob eam offenſam eo priuatus , ſi velit iure proximitatis oblato pretio illud retrahere,non admittetur,niſi dominus offenſam remiſiſſet. Verùm illi tex.hoc non dicunt,ſed illud,quòd filius vaſalli,qui dominum viuente patre offenderit,eo mortuo nõ ſuccedit in feudo.quod quantum hic facit,cæteri diiudicent. Sed ſi quid facit,vide Bald.in d.§. inſuper,& glo.in c.1.§.& quia vidimus,in verbo,frater,tit.de his qui feudum dare poſſunt.

*Quid de exhæredato.*

45 ¶Et ſanè ſi pater,qui rem vendidit,filium ob ingratitudinem iuſtè exhæredauit,fortaſſe dici poſſet,nec hunc qui poſteà vult retrahere,eſſe admittendum,cùm patri non ſuccedat, per ea quæ iam ſuprà diximus:licet aliàs filius etiam hæres patris admittatur ad retractum rei à patre mortuo venditæ:vt latè dicemus in gl.ſeq.nu.47.verùm quærimus. Quòd ſi non eſt exhæredatus,aut aliàs tanquã indignus ab hæreditate ipſius repulſus, quod aliquando fit citra ingratitudinem,vt videre licet ex titu.C.de his quibus vt indig. non video quìd illi opponi poſsit,



poſsit,ne admittatur:vt de eo diximus,qui non mala mente parentis eſt exhæredatus : nam nec is à iure patronatus repellitur.l.ſi patronus teſtamento,§.ſi quis non mala,ff.de bo.liber. & voluit Bar.in l.vt iuriſiurãdi,§.ſi liberi,col.vlt.ff.de ope.liber.& cõſi.lv.dominus Amatus, poſt mediũ,& conſi.lx.quæſtio iſta,in ij.dubio.nec etiam à feudo,vt tradit Iac.Ardi.titu.de ſucceſ.feudi,ſub rubricella,an filius ſuccedat in feudo,§.item quæritur ſi exhæredatus filius. & Odoff.in ſum.tit.qui feudum dare poſ.& tit.de ſucceſ.feud.in prin.And.Iſer.in c.j.eod tit. Mart.Laud.in c.j.§.& quia vidimus,col.ij.verſi.quartò circa eandẽ,& ibi quoque Iaco.Alua. col.pen.verſi.quæro ab extra.& Card.Alex.col.v.verſi.circa eandem regulam quæro, tit.qui feudum dare poſ.Iaco.à S.Georg.in tract.feud.in verbo,præſentes,col.ij.verſi.quæro ſubſequenter.& Franc.Curt.Iunior in eodem tract.iij.q.in princip.iij.partis.Præſertim ſi hic ipſo iure non eſt priuatus:ſecũdùm ea,quæ latè diximus in repet.l.ſi vnquã,in verbo,reuertatur, nu.288.incip.cccliiij.vigeſimumnonum,cùm quis,& ſequent.Et idem ſi non iuſtè ſit à patre exhęredatus,vt in ſimili dicitur in §.ſoluto,in Auth. de nupt.& de feudo tradit Ange.ibi.& P.Ferra.tit.for.libelli, quo agitur ad reuoc.feud.in verbo,nec ſuperſtitibus,col.iij.verſ.ſeptimò excluditur.& Pau.Pariſi.cõſi.j.viſa facti narratione,col.j.nu.7.lib.1.& omnes quos ſuprà proximè citauimus.Et hæc quidem omnino vera eſſe cenſemus,licet D.Ferronus in commentariis,quos eleganter ſimul & ſcienter edidit in conſuetud. Burdigal. ſimpliciter tenuit exhæredatos non arceri à retractu,hoc eod.tit.§.x.& iterum §.xvj. {An autem appellatione filiorũ veniãt exhæredati,vide Rom.in l.multi.quam legit cum l.filij.ff.de liber.& poſthu.& in l.cùm in teſtamento.§.qui tres.quam legit cum l.ſi.quis ita ſcripſerit.ff.de hæred.inſtitut.}

46 ¶Porrò exhæredatus ipſe à patre, poſſet venire ad retractũ rerum ab aliis ſuis cõſanguineis venditarum,tum per tex.in l.ſi ex patronis,§.Iulianus,ff.de bon.libe.tum quia patris exhæredatio eum non facit alienum à genere, id eſt, non facit,quin ſit eius generis & ſanguinis. Hæc enim iura à patre tolli non poſſunt.l.ius autẽ,ff.de pact.& l.eum,ff.de interd.& releg.& l.iura ſanguinis,ff.de reg.iur.& l.filiusfamilias,§.cum pater,ff.de leg.j.vbi filius exhæredatus poteſt reuocare rem prohibitã alienari extra familiã.& l.abdicatio , C.de patria poteſta.quæ priuatim loquitur de abdicatione,quæ ipſa exhæredatio eſt,aut vt nonnullis placet, aliquid maius exhæredatione,& eam tamen ſemper continens. De quo tu omnino vide Alci.in lib. Diſpunctionum ij.c.xxviij.Et facit etiam tex.in l.vel quæ,in principio,verſicu.exhæredatis, iuncta l.familiaria,quæ proximè illam præcedit,ff.de religio. & ſump.funer. Nam in poſteriori l.ſcribitur,familiaria ſepulchra dici,quæ quis ſibi familiæq; ſuæ cõſtituit.In priore autẽ traditur ad ius concedi exhæredatis , humanitatis gratia : niſi ſpecialiter teſtator iuſto odio commotus eos vetuerit. Ex quo intelliges exhæredatos non iis priuari , quæ ſunt familiæ. Facit item text.in l.ſi quis fuit hæres,eod.tit.vbi id ſcribitur,ſi quis fuit hæres,deinde ablata ſit ei hæreditas quaſi indigno,magis eſt,vt penes eum iura ſepulchrorum maneant.& l.pro hærede,§.ſi quid tamen,ff.de acq.hæred.

*Exhæredatus in feudis ſuccedit.*

47 ¶Nam & aliàs exhæredatus à patre,ſuccedit aliis conſanguineis, vt qui propter exhæredationem non deſinat eſſe conſanguineus.l.j.§.poſt ſuos,ff.de ſuis & legi.nec in tantùm in cæteris rebus,ſed & in feudo quoq;,vt nuncupatim voluerũt Iac.Ardi.& Iaco.Aluar.& Iacob. à S.Georgio,& Franc.Curt.Iunior in locis ſuprà in duobus ab hinc verſi.alleg.Et horũ eſt optima ratio.nam hæreditas,ſiue ius ſuccedendi omnino diſcretũ eſt à cognatione , adeoq; à filiatione.Bar.in l.is poteſt,col.ij.verſi.eſt & aliud,& ibi quoque Paul.Caſt.Franc.Aret.Iaſ. & alij recentiores.ff.de acq.hær.cum multis cõcor.à me traditis in repe.l.ſi vnquã, in verbo, donatione largitus,nu.259.nec id quidem,C.de reuo.dona.quãquàm gloſſ.à nemine,quem legimus (niſi me fallit memoria) memorata vtrunque confundit in l.j.§.j.in verbo, cognationis,ff.de iur.& fact.igno.dum illic interpretatur iura cognationis pro cognatione ipſa.

*Exhæredatus veniens ad retractũ ex perſona exhæredantis , an ad retractum admittatur.*

48 ¶Et hæc quidem vera ſunt in caſu noſtro,niſi ſi fortè hic exhæredatus à patre aliter admitti non poſſet , quàm ſi veniret ex perſona patris exhæredantis:verbi gratia,ſi alius proximior eum excluderet ceſſante repræſentatione patris:quia cùm tũc non poſsit venire ex perſona aut reprę ſentatione illius,qui eum exhæredauit,nihil video,quin à proximiore excludatur. & id quoque probatur ex d.l.ſi ex patronis,§.Iulia,verſi.quod ſi ab auo,ff.de ope.liber.Nec tamen interim omittemus,quod Io.Crot.in repe.l.filiusfamilias.§.Diui,col.pen. verſi.nonò quæritur,ff.de leg.j.tradit excellentes doct.Bononiæ,cum teſtator quiſpiam vetuiſſet hæredes quædam bona alienare,& ſi alienarent,eadem ad ſuos deſcendentes peruenire : & vnus filiorum eiuſdem teſtatoris vnum ex filiis ſuis ex iuſta cauſa exhæredaſſet,& alterum inſtituiſſet:reſpondiſſe,illum ita exhæredatum non admitti ad ea bona alienata,quibuſdã rationibus,quas illic affert Crotus,qui ſe dicit eorum cõſilio ſubſcripſiſſe, aliis tamẽ rationibus, quas & ibi ipſe adducit:nec vllam tamen facit mentionem eorum,quæ ſuprà diximus.

*Quæſtio , An admittatur ad retractum, qui atroces iniurias ven-*

49 ¶Nec item omiſerim ex conſtitutione protomixeos edita à Federico , conſanguineos qui atroces iniurias vel manus impias in venditorem intulerint, aut aliis modis inibi declaratis eum læſerint , non eſſe admittendos ad retractum rei ab eo venditæ. Hincque occaſione ſumpta Matth.Afflict.in commentariis eius conſti.in verbo,licet enim ſuprà diximus,col.j. & ij.multas quæſtiones adſcribit,& inter cæteras,vtrum id procedat,ſi patri venditoris hu-

*ditori intulerit.*

iuſmodi iniuriæ illatæ ſunt,qui viuens conqueſtus non fuit. Et è contrario , an & hæredes eius qui eas intulit,excludantur. Cui adde in vtroque, quæ nos ſcripſimus in repet.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nume.215.ad quod item,& duob.ſequent. Et quantum ad ſecundum membrum,vide quæ in ſimili ſcribit Bald.in c.1.§.hoc quoque, colum.iij.verſic. conſueuit quæri,& iterum col.vlt.verſi.tertio caſu,& ibi quoque alij,tit.de ſucceſ.feud.& in cap.1.tit.ſi vaſal.feud.priue.cui deferatur.

*Quid de eo, qui ſponte ſe hæreditate abſtinuit.*

50 ¶Illud autem planũ eſt,ſi filius ſponte ſua paterna hæreditate ſe abſtinuerit, non propterea amittit ius retractus in rebus etiam à patre vẽditis,argumento l.filij,in prin.ff.de iure patro. vbi filij hæreditate paterna abſtinentes,ius patronatus quod habent in libertis paternis,non amittunt. & id nuncupatim in ſpecie noſtri retractus voluit D. Ferronus in conſuetudines Burdigalenſes hoc eod.tit.de retractu,§.x.arg.d l.filij. Id quod admodum confirmat , quod ſuprà diximus de filio non mala mente exhæredato.

51 ¶Hactenvs diximus de conſanguineis,qui non ſuccedũt rerum venditoribus,aut aliis eiuſdem familiæ,& quibuſdam eius rei appendicibus.Cæteri autem quæ perſonas ipſorum conſanguineorum reſpiciunt,quæ & ipſa plurima ſunt in gloſſam proximè ſequentẽ reiicimus. Cuius rei te , Lector amantiſsime , admonere hîc ideo voluimus , ne cum ſuperiora omnia legeris,fortè aliquod dubium conquirens , quod ad ipſos conſanguineos pertineat, exiſtimes nil aliud ſupereſſe, abeáſque minimè contentus.

## OV LIGNAGIER, AVT LINEARIVS. GLO. IX.

*Linearius.*

1 Ita qvoqve vulgò conſanguineum vocamus, tanquàm linearium dicas,à linea , more Gallis peculiari,qui in huiuſcemodi vocibus,g,literã in lingua ſua vernacula addunt,vt linea,*ligne* : vinea,*vigne* : tinea,*tigne*:aranea,*araigne*:Britannia,*Bretaigne* :Auernia,*Auuergne*:Alemania, *Alemaigne*. Hæc autem pronũtiatio *lignagier* à linea fit,vt iam diximus,veluti qui ſit eiuſdem lineæ,id eſt progeniei,ſiue conſanguinitatis.Nam ea dictio (linea) vt propriè ſignificat filũ illud,quo fabri materiarij vtuntur ad ſignandam materiam , quoniam ex lino fiat : hincque trahitur ad omne filum ac funiculum,qui ex lino aut alia re ſimili fieri ſolet,vt in l.inter eos,ff.de acqui.rer.domi.Nam & lino pro funiculo vſus eſt {Cicero 3.in Catilinã inuectiua,Tabellas proferri iuſsimus,quæ à quoquam dicebantur datæ. Primum oſtendimus Cethego,ſignum cognouit : nos linum incidimus,legimus. Et Cornelius Celſus libr.7.cap.14. A quibuſdam tumor ad imum acu traiectatur,duo lina ducentes,deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſę partes aſtringuntur atque etiam lino in eodem ſignificatu vſus eſt} Vitruuius,lib.4.c.item 4.& lib.5. c.3. & lib.6.c.9.& lib.9.c.item 9.& Plinius lib.32.c.2. Et inde linea margaritarum, in l.lineam,ff. ad leg.Falc.& l.vlt.§.vlt.ff.de aur.& argen.lega.& l.ſi quis vxori,§.ſi linea,ff.de furtis. & hinc dicimus vti margaritis pertuſis in linea.l.ſi ſeruus,§.ſi cùm maritus: vbi Budæus , ff.ad leg. Aquil.Sed & à noſtris quoque iureconſultis trahitur ad cognationem gradus,ſeriémque ac ordinem & limites,vt in l.Stẽmata,ff.de gradi.affi.vbi ita ſcribitur:Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur:quarum altera ſuperior eſt,altera inferior. Ex ſuperiore verò & ſecundo gradu tranſuerſæ lineæ pendent &c.& in l.iuriſconſultus,§. ſed & ex lateribus,eod.tit.& l.ſi quis prioris,§.in illo,ibi,ex materna linea,C.de ſecundis nuptiis,& l. vacantia,C.de bon.vacant. lib.10.vbi dicitur,ſanguinis linea.& c.veniens,ibi , linea conſanguinitatis,extrà de ſponſal.& c.1.§.contra filios,de ſchima!lib.6. In qua etiam ſignificatione poſuit Statius lib.Syluarum 3.Syl.3.

*Linea.* *Linum.* *Linea margaritarum.*

*Non tibi clara quidem,ſenior placidiſſime,gentis*
*Linea,nec proauis demiſſum ſtemma, ſed ingens,&c.*

{Et Plinius lib.35.c.2.Stemmata verò lineis diſcernebant ad pictas imagines.}

2 ¶Scribit autem Io.And.in commentariis in arborem conſanguinitatis,lineam hac in re dici collectionem perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium gradus cõtinentem, numeróſque diſtinguentem.quod & poſt eum tradit Signo.conſ.xciij.factum ſic ſe habet,quidã nomine. & Bal.ſiue is ſit Sal.inter conſi.ipſius Bald.conſil.334.in quæſtione quæ vertitur in ciuitate Tergeſti,col.iij.verſi.ſecundò quotuplicitur,lib.3.quod conſi.repetitur inter conſi.Pet.Anc. conſi.xcv.eodem initio,& Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.liij.verſic.quid ſi teſtator dixit, quandiu de linea mea erunt.C.de fideicom.& Card.Alex.in arbore conſanguinitatis , col.j. verſi.linea verò eſt.& iterum col.5.verſic.in ea gloſſ.in linea.& Philip.Dec.conſi.ccclxv.viſo conſi.col.ij.verſ.& vlterius, {Matth.Afflict.in c.j.§.dummodo.in 3.no.ti.de nat.ſucceſ.feud.} & ante hos omnes Hoſt.in ſumma,tit.de conſang.& affin.§.quid de linea.

3 ¶Si autem alia quædam ſcire vis de linea,comperies apud multos ex illis quos citauimus,& prætereà Bal.conſi.cccxxj.teſtamẽto cauetur,lib.j.& conſ.cccxxxix.quæritur vtrùm de linea, lib.3.Pau.Caſt.in l.maritus,col.vlt.C.de procu.& conſi.cxj.viſis & ponderatis, col.vlt.libr.1. Raph.Co.conſi.ij.proponitur, col.j.Soc.conſi.xxxiij.circa præſentem.col.iiij.lib.3.Phil.Dec. in l.ij.in princ.C.de ſucceſ.edict.& conſi.ccclxxix.requiſitus, col.j.verſicu.ſed capio aliud.& iterũ verſi.non obſt.quod ſuprà,& multis ſeq.Quis autem dicatur de linea paterna & materna, videbis apud Bart.conſi.x.viſo ſtatuto communis Tuderti.

¶Hic



4 ¶Hic igitur noſtra conſuetudo,(vt id tandem repetam)eos vocat *lignagiers*, qui ſunt conſanguinei,id eſt,ſeſe ſanguine contingunt, ac veluti eiuſdem ſunt ſanguinis. Nam & hîc & vbique in hoc tractatu (ne quis erret) voco conſanguineos,non vt ius ciuile intelligit.id eſt fratres tantùm eodem patre genitos,l.j.§.conſanguineos,in prin.& §.j.ff.de ſuis & legi.& §.j. verſi.itaque,inſtit.de legi.ag.ſucceſ.& in Auth.de conſang.& vteri.fratri.in rub.& nigro poſt prin.Græci hos ὁμοπατρίυς vocant,vt vterinos ὁμομητρίυς. Et in hac ſignificatione conſanguineum accepiſſe videtur Virgilius,cum ſcribit lib.6.Aeneidos:

*Conſanguinei qui.*

*Tum conſanguineus leti ſopor.*

Nam ſecutus fuiſſe videtur Homerũ & Heſiodũ,qui vocant ὕπνον.id eſt,ſomnũ,κασίγνητον, id eſt fratrem mortis,ille quidem libro 14.Iliados,hic in Theogonia. Et ita quoque accepit Claudianus in epigrammate de piis fratribus:

*Sõnus frater mortis.*

*Nam conſanguineos eadem cùm forma figuret,*
*Hic propior matri ſit,tamen ille patri.*

Sed intelligo cõſanguineos ſecundũ Ius Pontificiũ,id eſt,qui quoquomodo ſunt ſanguine coniuncti vel ex patre,vel matre,& quocunque gradu & ſexu ſe attingant,vt in toto titulo præſertim verò in c.tua nos,& in c.non debet,extrà de conſang.& affin.& in c.poſtremò,& ibi gloſ.j.Io.And.& propè omnes, de appel.& omnium optimè in c.ad ſedem,35.q.5.de quo & per Arch.in c.1.3.q.5.& Io.And.in c.ſciant cuncti,de elect.lib.6.

5 ¶Et ita quoque intelligit cõmunis vſus loquendi,vt refert Alb.in l.ſi is qui.ad ſi.ff.de adop. & Bar.in §.cùm quidam.§.quod dicitur,le j.col.ij.verſi.ſciẽdum tamẽ eſt,& ibi quoque Bal. in j.opp.Imo.Raph.Co.Pau.Ca.col.iiij.Alex.col.vlt.quem omnino videas,& Fran.Are.in 2. not.ff.de acq.hære.Bal.in l.vlt.circa medium.C.de verb.ſig.Pet.Anc.in repe.c.j.in 14.q.princ. verſic.quæro vlterius de verbo, conſanguinei,qui eſt in charta 70.col.iiij.in paruis,extrà de conſtit.Rapha.Fulg.conſi.cxix.proponitur quòd Federicus,col.vlt.Pau.Caſt.conſi.ccccxxj. quòd iſta mater,col.j.lib.j.Alex.conſi.lxxxij.in cauſa vertente inter Petrum,col.j.verſic.item poteſt,lib.1.& conſi.ccxxix.ponderatis his,col.iij.verſi.nec ad prædicta obſt.lib.6.& cõſi.cliij. viſo themate,col.j.lib.7.Barb.in repet.l.cùm acutiſsimi,col.lij.verſi.quid ſi teſtator dicit,ſine conſanguineis,C.de fideicom.& Phili.Fran.in d.c.poſtremò,col.iij.& in d.c.ſciãt, poſt prin. de elect.lib.6.& in c.ſi pater,col.pen.verſi.vigeſimotertiò,de teſta.lib.6.

6 ¶Sed & ita accepiſſe videtur Plautus in Pœnulo,cùm dicit:Meis conſanguineis nolo te iniuſtè loqui. nec enim de fratribus ibi loquitur.Et Virgilius lib.7.Aeneidos:

*Plauti locus.* *Virgilij locus*

*Et conſanguineo toties data dextera Turno.*

Neque enim Turnus erat frater Amatę,de qua ibi loquitur,ſed filius Veniliæ ſororis ipſius Amatæ.Et iuriſconſultus quoque in d.l.cùm quidã,§.quod dicitur,de acq.hære.ſi credimus gl.ibi,in verbo,cõſanguineum.Vnde & à noſtris annotatum,id cõſanguinei nomen multis modis in iuribus noſtris accipi:vt per Corn.conſ.xxj.videtur prima facie,col.ij.lib.1.& cõſi. xiij.ad huius,col.5.verſ.quin inſuper,lib.2.& conſi.xl.in hac conſultatione,col.vlt.eod.lib.2. & conſ.clxvij.eiuſdem initij,lib.2.Nam & ſanguinis vocabulũ,vnde cõſanguinei dicti ſunt, generale eſt & ad agnatos,& ad cognatos,vt patet ex l.hac parte,quæ eſt ij.ff.vnde cogn.& l. vel ſi ſanguine, ff.de manu.vind.vbi ita ſcribitur,Vel ſi ſanguine cũ contingit,habetur enim ratio cognationis.& in l.vacantia:vbi id notat Io.Plat.C.de bonis vacantib.libr.10.& voluit etiam Signo.de conſanguineis loquens,conſi.cxcvj.cùm in terra,vbi & alia allegat. (nam & hinc maternum ſanguinẽ dicimus , vt in l.nullus.C.de decur.libr.10. {Et apud Tullium in oratione pro Sexto Roſcio Amerino:Sic ſe res habet,iudices:magnam vim,magnam neceſſitatem , magnam poſsidet religionem paternus maternúſque ſanguis. Virgil.autem.libr.6. Aeneid.dicit Aeneam ſatum ſanguine diuûm,quòd filius Veneris eſſet:

*Sanguinis vocabulum & ad agnatos et cognatos pertinere.*

*{—Sate ſanguine diuûm*
*Tros Anchiſiade.}*

Ouidius quoque libro primo Faſtorum;

*Hinc fuit Euander,qui,quanquam clarus vtroque,*
*Nobilior ſacræ ſanguine matris erat*

Porrò ſcio à Philoſophis & medicis diſputatũ,ſanguíſne maternus ad conceptionẽ aliquid conferat,vt videre licet apud Ariſtotelem,lib.de generatione animalium 1.c.19.Plutarchum de placitis Philoſophorum lib.5.c.item 5.Cenſorinum de die natali c.4.Galenum in lib.2.de ſemine.& iterum de vtilitate partium,lib.13.Nemeſium in lib.de natura hominis,c.24.Auic. lib.3.Fen.20.tract.1.c.3.Auerroem ij.Colliget,c.de iuuamẽtis teſticulorum.Albertũ Magnum de animalibus lib.9.tract.2.c.1.& multis ſeq.Petrum Aponenſem in Conciliatore differentia xxxvij.Nicolaum Florentinũ ſermonum lib.6.tract.j.c.xij.& Iacobũ Forliuienſem quæſtionum in libros τέχνης.c.37.& nouiſsimè Cælium Rhodig.lectionum antiquarum lib.3.c.42. & è noſtris aliquid tradit Fede.Senen.conſi.cccj.magiſter.

*Sanguis maternus an ad cõceptionẽ conferat.*

7 ¶Ex illa autem conſanguineorum appellatione in ea ſignificatione, quam diximus conſanguinitatis vocabulum productũ eſt,pro omni illa coniunctione ſiue neceſsitudine ſanguinis,& paterni ac materni:vt l.j.& l.cõſanguinitatis,C.de legi.hær.& l.j.poſt prin.C.de impo. lucra.deſcript.lib.10.& apud Virgiliũ lib.2.Aeneidos:

*Conſanguinitas & ad fœminas pertinet.*

*Illi*

*Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum, &c.* Et libr.5.eiuſdem operis:
*Et conſanguineo lacrymans commendat Aceſtæ.*

Et Liuium lib.7.ab vrbe condita: Cæritem populum miſericordia cõſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctũ fama ferebat. Quamuis & ſæpe etiã accipiatur propriè pro agnatione, & ea neceſsitudine, quæ eſt ex maribus tantùm: vt in l.ſi ſpurius, ff.vnde cognati: vt interim omittam noſtrates illos Arch.& Ioan.And.in c.j.in verbo, conſanguinitatis, de ſponſa.lib.6. qui ad hæc multa iura Pontificia afferunt.

*Propinqui qui dicantur.*

8 ¶Ex illo autem loco lib.2.Aeneid.Virgilij, cõſtat propinqui appellationẽ eodem pertinere. Nam & Tullius li.1.Offi.quo loco de gradibus humanę ſocietatis diſſerit eos generali nomine propinquos vocat, qui ſanguine iuncti ſunt. Et ne putes eum huius nominis ſignificationẽ ad propinquitatẽ vicinitatis referre: is ſtatim hęc verba ſubiũgit: At ſi lis in iudicio ſit, propinquũ potius & amicũ, quàm vicinũ, defenderis. Et Paulò antè dixerat: Sequũtur connubia, & affinitates, ex quibus etiã propinqui. Et in libro de Amicitia: Ita ciues potiores ſunt, quàm peregrini: & propinqui, quàm alieni: cùm his enim amicitiã natura ipſa peperit: ſed ea non ſatis habet firmitatis. Nanq; hoc præſtat amicitia propinquitati, q̃ ex propinquitate beneuolẽtia tolli poteſt, ex amicitia autẽ non poteſt. Sublata enim beneuolẽtia, amicitię nomẽ tollitur, propinquitatis manet. Et in eodem quoq; ſignificatu poſuit Salluſtius in bello Iugurthino: Fratre meo atque eodẽ propinquo ſuo interfecto. Et Valerius lib.4.c.4. Cõſilioq; vxoris ac propinquorum Scipionis conſtituta dote. {Horatius lib.2.Sermon.Satyr.3.

*—Et ad ſanos habeat tutela propinquos.}* Et Lucanus lib.2.
*Pignora nulla domus, nulli coïere propinqui.* Et Propertius libro ſecundo ad Cynthiam:
*Quinetiam falſos fingis tibi ſæpe propinquos:*
*Oſcula nec deſunt, qui tibi iure ferant.*

*Oſculorũ mos inter propinquos.*

Nam vt id intelligas, mos erat apud Romanos, vt mulieres & ij qui eas aliquo ſanguinis vinculo attingebant, ſeſe oſculo exciperent, & ſalutarent: vt tradit Plutarchus tum in vita Romuli, tum in libro de claris mulieribus, tum denique in Problematis Romanorum, c.6. & Plinius lib.14.c.13.& Gellius lib.10.c.23.

9 ¶Sed vt redeamus, in eadem ſignificatione accepit iuriſconſultus in l.Lucius, ff.de pet.hære. & in l.cùm pater, §.à te peto, qui eſt pen.ff.de leg.2.& in l.pater filiũ, in prin.& in l.Pãphilo, §.j.ff.de leg.iij.& in l.j.in prin.& iterũ in l.qui filium, ff.vbi pup.edu.deb.& in l.capitalium, §.omnia.ff.ne adul. Atque etiã Imperator in l.officiales, C.de Epiſco.& cle.& in l.cum ancillis. C.de inceſt.nup.& in l.j.C.vnde vir & vxo.& in l.vlt.C.de verb.ſig.& in l.vlt.C.de teſt.mil. Nam & Bal.conſi.cccxxxiiij.in quæſtione quæ vertitur, col.ij.verſic.& circa hoc, libr.3.ſcribit eos dici propinquos ſimpliciter & abſolutè loquendo, qui de Iure ciuili vocantur ad ſucceſsionem ab inteſtato. Quod etiam reponitur inter conſi.Pet.Anch.conſ.xcv.ſub nomine Bar.Sal.& illũ aduocat ſub ipſius Pet.Anch.nomine, nulla Bal.aut Sal.mentione facta. Barb. in repe.d.l.cum acutiſsimi, col.lij.verſ.quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine propinquis, C.de fideicom.& Steph.Bertr.conſi.xxx.pũctus, nu.1.lib.4.vbi & alios multos citat. Sed quia hæc appellatio propinquorum ad alia quoque pertinet, ideò ad tollendam eam dubitationem, demonſtrãdamque hanc, de qua loquimur, generis propinquitatem ſunt qui hanc generis actionem ponunt: vt apud ipſum Salluſtium in Iugurt.in oratione Micipſę ad filios: Obteſtorque te, vt hos, qui tibi genere propinqui beneficio meo fratres ſunt, charos habeas. Nam & eodem loco etiam coniunctos ſanguine dicit.

*Propinquitas.*

10 ¶Et inde quoque propinquitatis nomen pro eadem coniunctione ſanguinis deriuatum: vt in l.ij.ad fi.C.quãdo & quibus quar.pars.lib.10.cùm dicitur, Extraneum quinetiã hæredem, propinquitatis quidem iure diſcretum.& in l.j.verſic.ex his, C.de impo.lucran.deſcrip.eod. lib.10.& in c.quoties, extrà de teſtib. Et apud Tullium ipſum lib.5.de finibus: Si amicitiæ, ſi propinquitates. Et in libro de Amicitia: Adſciſcantque ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atque natura. Et in eo loco quem ſuprà citauimus, & Apud Cæſarem, libro 2.belli Gallici: Propterea quòd propinquitatibus affinitatibúſque cõiuncti, &c. Et Quintilianum lib.4.c.1. Perſonis applicãtur non pignora modò, ſed propinquitates, amicitiæ, interim regiones, &c. Et Valeriũ Maximum libr.2.c.item 2.vbi de Quinto Fuluio: Quid enim tam difficile factu, quàm cõmunioni nominis ac familiæ veteris propinquitatis ſerie cohærenti virgarũ cõtumelioſa verbera adhibere? & Suetonium in Othone, c.j. Pater L.Otho materno genere præclaro, multarumque & magnarum propinquitatum.

*Cognati pro coniunctis.*

11 ¶Sed & in eadem ſignificatione cognati nonnunquàm accipiuntur: vt in l.j.ff.de inof.teſt. & in l.cùm plures, §.cùm tutor, ff.de admi.tut.& in l.j.§.vltim.& iterum in dicta l.qui filium. ff.vbi pup.educ.deb.& in l.ſi quis filio, in princip.& iterum in §.eius qui, in fin.ff.de iniuſt. teſtamen.& in l.item Prætor, ff.de ſuis & legit.hære.& in l.in metallum.& in l.pater, in prin. ff.de legat.ij.& in l. capitalium, §.famoſos, ff.de pœnis, & in l.j.in prin.ff.de cada. punit.& in l ſi fortè, & in l.caſtrenſe, ff.de caſtren.pec.& in l.& qui, in prin.ff.de muner.& hono.& in l.hæc autem, §.j.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſ.eatur & in l.j.§.j.ff.ad legem Iul.repet.& in l.j.C.de mulie.quæ ſe prop.ſer.iunxe. Et ita quoque accipit Tullius in libr.de partitionibus orator.

Sitne



Sitne æquum amicos cognatis anteferre. Et in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: De amicorum cognatorumque ſententia Romam cõfugit. Et rurſus: Tot propinqui cognatiq; optimè conuenientes.& Salluſtius in bello Iugurthino: Coram amicis & cognatis huiuſcemodi verba fertur habuiſſe. Rursúmque: Vos mihi cognatorũ, vos affinium loco ducerem. Et in oratione Marij: Ad hoc, alij ſi deliquêre, vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium opes pręſidio adſunt.& Cato ille, aut quiſquis is fuit, non cõtemnendus autor: Cognatos cole. Nam & cognati dicuntur, quaſi vnà cõmunitérve nati, vel ab eodem orti ſiue progeniti.l.non facilè, §.j.ff.de grad.affin.

*Cognatio pro ſanguinis coniunctione.*

12 ¶Et hinc etiã cognatio illa, eadẽ ſanguinis coniunctio, vt ſubiungitur in ead.l.non facilè, §. cognationis, & in l.ſicut autem, ff.de legi.tut.& in l.nec ei.§.j.ff.de adop.& in rubro & nigro, Inſtit.de gradib.cog.& in l.vt vim, ff.de iuſt.& iur.vbi ſcribitur, quòd inter homines cognationẽ quandã natura conſtituit, ſed ibi ea ſignificatio latius patet, & in l.ſi verò, §.hęc autem, ff.de iis qui deiec. Et apud Tulliũ in Verrem oratione ſeptima: Nulla tibi Quinte cum iſto cognatio eſt.& Quintilianũ lib.4.c.1. Quare in primis exiſtimetur veniſſe ad agendũ ductus officio vel cognationis, vel amicitiæ. Cognatus enim & cognatio generalis eſt omnium appellatio, ſiue per fœminas, ſiue per mares attingãt: non item agnatus & agnatio.l.Iuriſcõſultus, §.j.& ij.ff.de grad.affi. Quanquàm hodie ad vnum redacti ſunt, vt alibi dicemus.

*Neceſſarij qui dicantur.*

13 ¶Neceſſarij item dicũtur in hoc eodẽ ſenſu, ſcilicet pro iis, qui ſe ſanguine cõtingũt, in l.aït Prætor.§.vltim.ff.de mino.& l.congrui, ff.de offic.præſid.& l.j.§.vlti.ff.de eo qui pro tut.& l. impuberibus, in princ.ff.de ſupect.tuto.& l.magis puto, §.in primis, ff.de reb.cor.& l.affectionis, ff.de donat.& l.iij.& {l.amplius.§.j.& iterũ} l.benignius.ff.de libe.cau.& l.non tantùm, & ibi glo.ff.de appel.& l.ſi.filiis, C.qui pet.tut.& l.quamuis adulterij, C.ad leg.Iul.de adult.& l. 1.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10. Et apud Tulliũ in oratione pro P.Quintio, nõ ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore atque improbo, ſed ab equite Romano, propinquo & neceſſario ſuo &c. Feſtus autem Pompeius autoritate Galli Arelij, neceſſarios eos dici tradit qui aut agnati, aut affines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter cæteros.

*Neceſsitudo.*

14 ¶Et hinc quoque neceſsitudo dicitur ea illa coniunctio, in l.vlt.& ibi glo.ff.de iuſt.& iur. & in l.in fideicõmiſsi, §.cùm Polidius, ibi, propinquorũ neceſsitudini, & ibi quoque gloſſ.ff.de vſur.& l.ſi tutor, ff.de ſuſpe.tuto.& l.hæc autem, §.j.ff.quib.ex cau.in poſ.eat.& l.officiales, ad fi.ibi, propinquorũ neceſsitudo, C.de epiſ.& cle.& l.j.C.vnde legi.{& in d.l.quãuis adulterij. C.de adulte.vbi quam primùm proximitatem vocauit, eãdem poſteà neceſsitudinẽ vocat.} Et apud Plinium Iuniorem libr.epiſtolarum 10. Neceſsitudines eius inter meas numero, & filiũ in primis. Quãquàm ea appellatio neceſſariorũ & neceſsitudinis, generalis eſt ad omnẽ amicitiam, affinitatem, familiaritatem, ſocietatem, hoſpitium pertinẽs: vt probatur in l.j.& ij. ff. in ius vocati vt eant.vbi etiam Gul.Bar.& alij declarant, quæ ſint neceſſarię perſonæ.& in l.Iulius, ff.de cond.& demon.& l.j.§.cõſequens, ff.de ſuſpect.tut.& l.capitaliũ, §.omnia, ff.de pœnis.& l.ſi filium, & ibi gloſ.C.de liber.cau.ne longè, nec ex externis ſcriptoribus exẽpla petamus, quæ plurima ſunt, & omnibus obuia. Ex quibus vnum citaſſe ſatis erit ex Tullio ad Seruiũ Sulpitium lib.epiſtolarũ famil.xiij. Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidẽ hoſpitiũ vetus: quã ego neceſsitudinem ſanctè colendã puto. Et paulò pòſt: Sed eo vehementius à te cõtendimus, vt Lyſonem in fidem neceſsitudinémq; tuã recipias. Porrò neceſsitatẽ quoque pro iure affinitatis ſiue cõſanguinitatis, vti & neceſsitudinem, nõnunquam à probatiſsimis ſcriptoribus poni probat Aulus Gellius autoritate Cæſaris, lib.noctiũ Atticarũ 13.c.3. {Sicuti & è diuerſo, neceſsitudinẽ pro neceſsitate apud Corneliũ Tacitum libr.4. Lepidus quartam partem accuſatoribus ſecundùm neceſsitudinem legis, cætera liberis conceſsit: vt interim omittam locum Sempronij Atellionis veteris ſcriptoris relati à Gellio, vbi ſuprà.}

*Neceſsitas pro iure affinitatis.*

*Proximi qui dicantur.*

15 ¶Proximi etiam hi vocãtur, qui nobis ſunt ſanguine quouis modo coniuncti.l.dudum, C.de contr.emp.quæ l.ad noſtrã cõſuetudinem pertinet.& in eo loco gl.exponit, proximis, id eſt cõſanguineis.& Bal.in fi.dicit, quòd proximus intelligitur per lineã ſanguinis. Et hinc occaſione ſumpta, quòd is text.loquitur de proximis & conſortibus, declarat, quid inter vtroſque intereſt. Et ſimilis text.loquens de proximis in eodem ſenſu, in d.l.quamuis adulterij, C.ad le.Iul.de adult.& in l.quicunque, C.qui admit.& in l.j.C.de mulier. quæ ſe prop. ſer.iunxer.& d.l.Diuus, ff.de of.Præſid. & de huius vocis ſignificatione in hunc ſenſum videbis apud Phil.Franc.in c.ſi pater, char.pe.verſic.xxvij.de teſta.lib.6.& Barba. in repe.l.cùm acutiſsimi, char.15.verſi.quid autem ſi teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine proximis, C.de fideicom.& Steph.Bert.conſi.xxx.pũctus, nu.3.lib.4. Et cùm ita accipitur vim atque ſiſignificationem poſitiui tenet, vt tradit Priſcianus, lib.3.cap.2. Apud Hebræos רעה πλησίον Græcè & Latinè proximus, propriè eum ſignificat, qui mihi qualibet ratione coniunctus fuerit, ſiue cognationis, ſiue arctioris cuiuſpiam amicitiæ: vti Ionadab ille, qui Amnoni filio Dauid cõſilium dedit de corrumpenda ſorore illius Thamar, רעה Abſalon dicitur fuiſſe, id eſt, amicus vel propinquus Amnonis. Erat filius fratris Dauid 2.Regum 13. Sic & Cuſai dicitur fuiſſe רעה id eſt, amicus Dauid. Siue ſodalitatis tantùm. Ita Iudicum 30. ſodales dati Schmitſchani מרעיו dicebantur, id eſt, proximi eius, Iudicum 14. capit. ſiue vicinitatis.

Ita

Ita iubebantur Hebræi egreſſuri ex Aegypto quilibet à proximo ſuo & quilibet à proxima ſua petere vaſa argentea, aurea & veſtem, Exod.c.iij.vbi & idem vocabulum ponitur.

*Proximitas.*

16 ¶A proximo item proximitas pro cõſanguinitate, in l.capitis, & l.ſi ſpurius, ff.vnde cog.& l.Seius, ff.ad S.C.Treb.& l.j.poſt prin.ff.de iur.& fact.igno.& l.j.& iterũ l.itẽ Prætor, ff.de ſuis & leg.hæred.& l.ſi bonorum, quę eſt ij.C.qui admit.vbi id Iaſon no.in primo no.& l.j.C.de bon.poſ.ſecund.tab.& l.j.iterumq; l.ad inteſtati, C.de legi.hære.{& d.l.quãuis adulterij.C.de adult.} & §.vlt.Inſt.de ſucceſ.cog.& in §.j.& ibi glo.in verbo, proximitatis, Inſt.de ſerui cog.& apud Quintil.lib.3.c.8.Quod accidit, etiam ſi de vna re quærantur aliqua:ſed eam plures petant, vel eodem iure, vel proximitatis, vel diuerſo:vt cùm hic teſtamento, ille proximitate nitatur. & è noſtris quoque declarat Oldr.conſil.cliij videretur quòd filius.Et nos quoque aliquid dicemus infrà §.xj.in glo.j.nu.1.2.& 3.Et quia etiam appellatio proximi ad alia quoque pertinet, ideoq; ad ſubmouendam dubitationem, oſtẽdendamque priuatim hãc generis proximitatem ei nonnunquam additur hæc generis adiectio, ita videlicet, proximus genere: vt apud Terẽtium tum in Adelphis, tum in Phormione. Quod & de propinquo ſuprà diximus. Ex proximo autẽ ita fit Proximitas, vt antiquis Maximitas à maximo, & optimitas ab optimo, vt Nonius Marcellus probat, primum autoritate Lucilij, alterum Plauti.

*Proximus genere.*

*Gentiles qui.*

17 ¶Gentiles quoque & ij dici poſſunt, ex illo Varronis loco, lib.1.rei ruſticæ, cap.2.Duo (inquit) in primis ſpectaſſe vidẽtur Italici homines, colẽdo poſséntne fructus pro impenſa ac labore reddere:& vtrum ſaluber locus eſſet, an non. Quorum ſi alterũ decollat, & nihilò minùs quis vult incolere, mente eſt captus, & ad agnatos & gentiles eſt deducẽdus.Id quod repetit, ſed ad Porcium Catonem referens Collu.lib.1.eiuſdẽ materiæ, c.4.Hinc ergo gẽtiles & agnati vocãtur, quos ſimpliciter proximos appellãt Marcus & Cõmodus Imperatores in d.l.Diuus, cùm reſcribũt, mente captos & furioſos ad ſecuritatẽ proximorũ pertinere. Quæ lex ſumpta fuiſſe videtur ex legibus Platonis, qui libr.xj.de legib.in hanc ſententiam ſcribit: Nemo furioſus palàm in vrbe:ſed furioſum propinqui domi quomodocũq; poſſũt, cuſtodiant:quod niſi fecerint, mulctentur.Nam & in ea l.Diuus, puniuntur propinqui, qui negligenter furioſos aſſeruauerint.Ea autẽ verba, quibus furioſi ad agnatos & gẽtiles deducũtur, ſumpta ſunt ex legibus xij.tabularũ, vt videre licet apud Tullium, ſi is eſt, lib.rhetoricorum primo ad Herenniũ, & iterũ, in lib.de inuentione, qui haud dubiè eius eſt.Nã in vtroq; loco ex iiſdem legibus illud citat, Si furioſus exiſtet, agnatorũ gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius poteſtas eſto.Cuius etiã loci legũ decẽuiraliũ mẽtio fit in l.ſæpe, ff.de verb.ſig.Quãquam & ea l.intelligi poteſt de alia l.xij.tab.& à Tullio in d.lib.1.ad Herenniũ, memorata, quæ ad hũc quoq; locum pertinet:Si paterfamiliàs inteſtatus moritur, familia pecuniaq; eius agnatorũ gẽtiliumq; eſto.Idẽ autẽ Tullius li.1.Tuſculanarũ quæſtionũ, Seruiũ Tulliũ Regẽ, gentilem ſuum vocat, ꝙ originẽ ex eo duxiſſet, ſi credimus Silio, Plutarcho in vita ipſius, Euſebio de tẽporibus, & Eutropio:de quo affatim in noſtra tractatione nobilitatis.Et idẽ Tullius in li.de vniuerſitate tradit homines Deorũ immortaliũ quaſi gentiles eſſe.Nã vt dicit Feſtus Põpeius autoritate Cincij, gẽtilis dicitur ex eodẽ genere natus, & is qui ſimili nomine appellatur.

*Ad cognatos & gentiles deduci.*

*Lex Platonis.*

*Lex xij.tabularum.*

*Gentilitas.*

18 ¶Hinc autem Gentilitas pro conſanguinitate, apud Plinium iuniorem, aut alium quiſquis is fuit, autorem certè probatiſsimũ in libro de viris illuſtribus:Gentilitas eius Mãlij cognomine iurauit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur. Et in Panegyrico:Videlicet quòd manifeſtum erat, quanto cum dolore laturi ſeu potius non laturi homines eſſent, deſtringi aliquid & abradi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum denique ſocietate meruiſſent. Et ante eum Tullius de Oratore libr.1. In ea cauſa fuit oratoribus de tota ſtirpe ac gentilitatis iure dicendum. Hinc autem gentilitiæ hæreditates dictæ Suetonio in Cæſare c.1.& gẽtilitia monumenta eidem in Nerone ca.xlix, vbi ſcribit reliquias ipſius Neronis gentili Domitiorum monumento conditas. Hæc autem leges noſtræ familiaria ſepulchra vocant in l.familiaria, ff.de relig.& ſumpti.fune.

Gentilitia funera, Plinio {lib.35.c.2.}
Gentilitia ſacra, Liuio {lib.5.decadis 5.}

Gentilitia ſacrificia, Ciceroni de Aruſpicũ reſponſis. {Et gentile ſtẽma. Suetonio in Nerone.c.37.} Quãquàm ſcio hęc vocabula gentiliũ & gẽtilitatis à doctiſsimis viris aliò quoq; referri:vt per Alc.in d.l.ſæpe, & libro παρέργων j.c.12.& ſeq.& Budæum frequẽter in annotationibus ff.& dicemus etiã pleniſsimè in eodem tract.nobilitatis ſtatim poſt prin. Theologi autem gentiles eos vocãt, qui Chriſto non credunt, vt videre licet apud Auguſt.Homil.28.

*Gentilitiæ hæreditates.*

*Gẽtilitia monumenta.*

*Familiaria ſepulchra.*

*Gentilitia ſacrificia.*

*Gentile ſtemma.*

*Tribules qui.*

19 ¶Quinetiam tribules hi à nonnullis appellantur, quòd ſcilicet ſint ex eadẽ tribu, id eſt, propinquitate, affinitate, conſanguinitate. Terentius in Adelphis:Sed quis illic eſt, quẽ procul video?Eſtné hic Hegio tribulis noſter?Tullius in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: Quaſi verò mihi difficile ſit, quãuis multos nominatim proferre(ne longius abeã) vel tribules vel vicinos meos, &c.Et in oratione in Vatiniũ, paulò ante fi.Tamen te omni honore indigniſsimũ iudicat, ſi te vicini, ſi affines, ſi tribules ita oderint, vt repulſam tuã triumphum ſuum finxerint.Et paulò infrà:Si cognati reſpuunt, tribules execrãtur, vicini metuũt, affines erubeſcũt.{Et in oratione pro Cneo Plãcio ſæpiſsimè, atque etiã in oratione de Aruſpicum reſponſis.



reſponſis.}Et lib.Epiſtol.fami.xiij.ad Seruium Sulpitium : Lucio Coſsinio amico & tribuli tuo valde familiariter vtor.Et eo.lib.ad Titium L.F.Rufum {epiſt.58.} Lucius Cuſtidius eſt tribulis, & municeps, & familiaris meus.Et ad Quintum fratrem lib.3.epiſt.1.Ego ex magnis caloribus in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus commendatis. Et ad Att.lib.1.epiſto.13. Tribulis enim tuus eſt:& Sextus pater eius numos vobis diuidere ſolebat.Liu.lib.2.ab vrbe condita : Vetus Claudia tribus, additis poſtea tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata.Et Martialis lib.9.de Partheniana toga:

*Nunc anus & tremulo vix accipienda tribuli,*
*Quam poßis niueam dicere iure tuo.* Et Horatius in epiſtolis:
*Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.*

*Contribules.*

Hieronymus cæteriq; omnes qui libros Bibliorum traduxerunt, contribules hos vocant:vt Leuit.25.cap.& 2.Machab.4.& Pau.1.ad Theſſal.2. Quanquàm ſunt, qui & aliò referunt ſignificationem horum vocabulorum.

*Affines qui.*

*Affinitas.*

20 ¶Affines denique licèt propriè dicantur viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur.l.non facilè, §. affines, ff.de gradi.affi. Ex quo illud Ciceronis lib.Officiorum 1. Sequuntur connubia, affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Et in 5.in Verrem actione, Vectius tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio.Et in oratione pro P.Quintio:Affinitas liberis iſtius viuis diuelli nullo modo poterit. Et illud item Valerij Maximi lib.8.cap.1.Attiliũ reum imminentis damnationis periculo Qu.Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt, quibus affirmauit, ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, dirupturum ſe fuiſſe affinitatem. Illudq; quod ſcribitur in l.affinitatis, C.com.de ſuc.Affinitatis iure nulla ſucceſsio permittur.Tamen nõnunquàm affines vocamus, conſanguinitate coniunctos:vt tradit Feſtus Pompeius.Et in hac ſignificatione accipi videtur, in l.vlt.ff.vbi pu.educ.deb.& in l.ius familiariũ, C.de rel.& ſump.fun.& quod minimè dubiũ eſt in l.ſi mulier, ff.de dona.inter vir.& vxo.Nam quem primùm cognatum appellauerat, eundem poſtea affinem vocat.Et affinitatẽ quoque pro cõſanguinitate accipimus, vti & haud dubiè accipitur in c.1.xxxv.q.iij.& in c.hęc ſalubriter, xxxv.q.viij, vti etiã annotarũt Arch.Io.And.& Dom.in c.1.de ſponſ.lib.6.& ita quoq; accipitur in l.ſi verò, §.hæc autẽ actio, ff.de iis qui deie.& apud Pliniũ lib.8.epiſtolarũ ad Rufinũ, ea epiſtola cuius caput eſt, Falſum eſt: In quo denique omnibus affinitatibus pro cuiuſque officio gratia oblata eſt.Nam ibi loquitur de filiis, fratribus, & fratrũ filiis.Et Suetoniũ in Iulio Cęſare c.1.Per Mamercũ Aemilium, & Aureliũ Cottam propinquos & affines ſuos veniã impetrauit.

*Quæſtio an ad retractum admittatur quilibet propinquus.*

*Vicini qui.*

21 ¶Ex eo autem quòd noſtra conſuetudo loquitur ſimpliciter de conſanguineo, planũ eſt quemcunque admitti etiam non proximiorem. Sicuti cùm de vicino etiam ſimpliciter loquimur, de omni vicino, etiam non proximiori intelligitur.l.non ſolùm, in prin.ff.de ope.nou.nun.Ex quo not.Albe.& Iaſ.quòd ſi ſtatuto cauetur, vt vicini teneantur reſarcire damnum, niſi capiant delinquentes:ij vicini intelliguntur, qui remoti ſunt:ſi modò vocem exclamantis audire poſsint.l.j.§.eodem autem tecto, ff.ad S.C.Syllan.vbi & id not.Bal.quod & latius tractat Bart.in l.ſi tertius, in prin.fi.de aqua plu.arc.vbi etiam loquitur de quodam ſtatuto Tudertino loquente item de vicinis. Et poſt eum Pet.Anc.in repe.c.1.in xiiij.q.prin.verſi.vlterius quia ſæpe, qui eſt in charta 72.in paruis, extrà de conſtitutio.

*Statutum iubens cõſanguineos adhiberi, an etiam de remotis intelligitur.*

22 ¶Sed & ipſe Iaſ.vbi ſuprà trahit illum tex.ad ſtatutum, quod mentionem facit de cõſanguineis vel coniunctis:vt intelligatur etiam de remotis:niſi ſtatutum adiiciat, proximis.Ideò (inquit) ſi ſtatutum iubet in cõtractibus mulierum vel minorum interuenire duos conſanguineos, videtur ſatis eſſe, vt conſanguinei etiam remoti adhibeantur:ſicuti etiam tenent Bar.& Bal.ſi penitius inſpexeris, in l.tranſactionem.C.de tranſac.& Ange.conſi.clx.domina Catharina, col.pen.verſi.item eſt attendendum, & iterum conſi.clxx.item ſtatuimus, & id dicũt obſeruari de conſuetudine Iac.Bu.& Sal.in l.vlt.C.de teſt.mil.& in l.j.C.vnde vir & vxor.quãuis ipſi de Iure communi contrarium teneant, & alij multi, quos allegat & ſequitur Iaſ.vbi ſuprà:quem videas in eo loco, & iterum in d.l.j.in fin.C.vnde vir & vxor.& in l.vlt.ad fi.C.de verb.ſignifi.& Alex.in d.l.vlt.etiam ad fi.C.de teſta.mil. Satis enim eſt nunc ea loca deſignaſſe. Sed & ad eum Iuriſconſulti tex.in d.l.non ſolùm proximè accedunt externorũ ſcriptorum ſententiæ, quas afferemus nu.26.ſed vt maturè. Sed hîc omnino vide, quæ dicemus infrà eo.tit.§.xj.glo.iiij.in verbo, *doit receuoir le premier lignagier:*num.3.tamen in ea ſum:vbi & id oſtendo, quod ſuprà diximus, conſanguineum etiam remotum admitti ad retractum, iuris eſſe, & id quoque noſtra conſuetudo nuncupatim declarat, d.§.xj.rurſumq; §.xiiij.

*Quæſt. Intra quem gradum admittatur cõſanguineus.*

23 ¶Sed & id intelligendum eſt, ſi modò is ſit intra decimum gradum:nam ſi ſit vltra eum gradum, non admittetur:vt nuncupatim in ſpecie noſtri retractus voluit & reſpondit Cæpolla cauſarum ciuiliũ conſi.xliij.clariſsime, col.j.& ſeq.motus hac ratione, quòd agnati & cognati vſque ad decimum tantùm gradum ſuccedunt, ſecundùm gloſ.in auth.in ſucceſsione, & ibi Bar.& Io.Fab.C.de ſuis & legi.& in l.certum, quæ eſt vlti.in glo.etiam vlt.& ibi Bald.col.iiij.verſi.quò ad ſecundam quæſtionem, & alij Doct.C.vnde leg.& in l.Iuriſconſultus, §.parẽtes, & ibi Albert.ff.de grad.affini.& in l.octaui, ff.vnde cog.& in l.vacantia.& ibi Ang.C.de bon.

vacan.& in §.vlti.& ibi Io.Fab.& alij,Inſti.de ſucceſ.cog.& in §.hactenus,in verbo,longè,Inſtit.de grad.cog.& in §.ſi verò neque fratres,in prin.in auth.de hæred.ab inteſta.veni. Azo,in ſumma,C.de legi.hæred.col.ij.verſi.vocantur agnati.Hoſti.in ſumma de conſang.& affi.§.vſque ad quotum gradum,verſi.vlt.Pet.& Cy.in l.cùm rem alienã,C.de lega.Bal.in c.1.col.vlti.& ibi quoque Mart.Laud.& Cardi.Alex.titu.de feud.march.vbi id tamen intelligunt in aliis ſucceſsionibus,quàm Comitum & Baronum:nam in his ſucceditur in infinitum,donec ſint agnati primi ſtipitis.& idem Bal.conſ.ccccl xix.ſtatuto cauetur quòd bona,in fi.lib.1.vbi dicit in hoc gradus computandos eſſe ſecundùm Ius ciuile.& conſi.cxxix. factum proponitur in terminis,in vlti.dubio,lib.2.& conſi.ccxciij.primò dicã de bonis,poſt medium,lib.2.& conſi.cccxxx.in hoc concordati,col.ij.lib.3.Ang.in l.ſciant,col.j.C.de legit.hære.Raph.Fulg.conſi.xlv.quoniam Franciſcus,col.ij.Matheſ.in tract.ſucceſsionum,in iij.art.prin.verſi.tertio loco, ibi,& vocantur omnes,& ibi Lud.Bolog.in addi.& idem Bolog.conſ.lxix.Corn.col.iij.Ang.Aret.in §.ſi plures.in fi.Inſtit.de leg.agn.ſucceſ.Petr.Ferra.tit.for.libel.pro hæred.ab inteſta.in verbo,nulliſq; ſuperſtitibus,col.ix.in paruis,verſi. viſo ſufficienter.Bened.Cap.conſi.omniũ circa quod,col.iiij.verſic.ad idem & quintò.& iterum conſi.cxxxvj.& ſi videatur,col.j. rurſumque,vlti.& Card.Alex.in c.1.§.& quia,col.antepen.verſi.cadit hîc pulcher,tit.qui feu.dar.poſ.Philip.Deci.qui etiam excipit Comitatus & Baronias, conſil.lxxxv. cuius ſuperſcriptio incipit,de gradibus,col.j.& ij.& Iaſon in l.exigendi,col.j.verſi.ſeptimò extende,C.de procur.Ludo.Gozad.conſi.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,col.v.verſi.quartò fortius.

*Decimus tantùm gradus admittitur ad legata & fideicommiſſa.*

24 ¶Ex quo fit,vt etiam in legato aut fideicommiſſo relicto propinquis ſiue conſanguineis,intelligitur de his tantùm,qui ſunt intra decimum gradũ,non de vlterioribus gradibus:vt pulchrè & no.reſpondit ipſe Deci.ex facto interrogatus conſi.cccxxj.in cauſſa quæ Alexandriæ agitatur,col.ij.verſi.circa primum.iterumq; conſi.cccxxiij.cùm ſit quòd nobilis,ante fi.per id quod voluit Bal.ſiue is ſit Sal.ſiue Pet.Anch.in d.conſ.à nobis ſuprà in prin.huius gl.citato, videlicet cccxxxiiij.lib.3.conſi.ipſius Bal.& xcv.conſi.Pet.Anc.quòd ſcilicet is tantùm admittitur ad huiuſmodi relictũ,qui vocatur ad ſucceſsionẽ de Iure ciuili.Et bene etiã facit, quod ſcribit Pau.Caſt.conſi.ccclxxxiij.notandum eſt ad euidentiam,in fi.lib.1.& Alci.in l.pronuntiatio,in verbo,neptes,iterumq; in verbo,agnatorum,ad fi.ff.de verb.ſigni.Et quod tradit gl. in c.poſtremo,in prin.& ibi omnes Doc.extrà de appel.vbi dicũt eos tantùm conſanguineos dici,qui ſunt intra gradum ſucceſsibilem. & multi ex illis loquũtur etiam de decimo gradu.

25 ¶Porrò illam Cæpollæ ſententiã requirentem conſanguineum eſſe intra decimum gradũ,vt admittatur ad retractum,ſicuti ad ſucceſsionem,fulcit,quòd noſtra conſuetudo vbique dicit ius retractus ſequi per omnia ius ſucceſsionis,vt infrà §.xj.& §.xiij.Et vide quid dicam inferius,in hoc eodem §.gl.xvj.in verbo,*declarer le lignagier*,nu.4.ſed & huius noſtræ.& iterũ d.§.xj.in gl.j.nu.9.ſed hãc tamen ſententiã.

*Conſuetudines de gradu retrahentium.*

Ex conſuetudine autẽ Senonum debet cõſanguineus volens retrahere,eſſe intra ſeptimũ gradum,vt ſcribitur in 40.c.conſuetudinũ eius gentis.Similiter & Borboniorũ,c.434.vbi præterea is gradus nũcupatim excluditur:vti & Niuernenſium hoc tit.§.j.vbi dicitur retractũ non habere locũ,niſi vſque ad ſextũ gradũ conſanguinitatis incluſiuè.At ex conſuetudine Britonum conſanguineus admittitur vſque ad nonũ gradum,vt ſcribitur tit.conſuetudinum eius gentis xv.qui eſt,*des promeſſes & retraict lignagier*,§.j.

26 ¶Sed vt maturè redeamus ad id,quod ſuprà diximus de vicino remotiori,& vt noſtri dicũt, nõ immediato,vtrùm ſtatutũ prohibẽs alienare irrequiſito vicino,intelligatur etiã de huiuſmodi vicino remotiori ſiue nõ immediato,vide Pet.Anc.conſi.clx.præſupponitur in themate,& latè Corn.qui tamẽ Pet.Anch.nõ meminit,cõſi.xxix.in præſenti cõſultatione,lib.1.

*Vicinus proximus.*

Cæterùm autẽ legimus apud autores primæ claſsis, vicinũ proximum:tanquã is quoq; vicinus dicatur,qui nõ ſit proximus.Nam Plautus in Mercatore,Tuus amicus,& ſodalis,ſimul vicinus proximus.Terentius in Hecyra:Deſpõdent ei natũ huius vicini proximi. Tullius lib.3. Offic.Quærit ex proximo vicino,num feriæ quædam piſcatorum eſſent.Et lib.2.Epiſtol. ad Atti.Caius Arrhius proximus eſt vicinus.& è noſtris Paul.in d.l.non ſolùm,in prin.ff.de oper.no.nunt.cùm dicitur,non ſolùm proximo vicino.& Vlpian.in l.j.§. quod ait,ff.de cloac. ibi.Et tam ad proximũ vicinũ,quàm aduerſus vlteriores.Quod optimè facit ad id quod ſuprà diximus,verſ.ab hinc v.Nam vt in his locis dicitur vicinus proximus,ita & alibi dicitur cognatus proximus.

*Cognatus proximus.*

Terẽ.in Adel.Hægio his eſt cognatus proximus.vbi Donatus interpres, Bene(ait)addidit,proximus:nã multi gradus ſunt propinquitatis in affinitate,& cognatione.

*Quæſt.an Banniti admittantur ad retractum.*

27 ¶CAETERVM quia in præcedenti gloſ.tractauimus de conſanguineis, qui non ſuccedunt, & quibuſdam quæſtionibus acceſſoriis: hîc de aliis multis eorum perſonam cõcernentibus, diſſerendum ducimus. Quæro igitur,an bannitus(quem vocamus)poterit vti beneficio huius conſuetudinis?Benedict.in repet.c.Raynu.in verbo,in eodem teſtamento relinquens,le j. num.142.expreſsè in hoc caſu negat hunc admittendum,ſi perpetuò eſt bannitus:per l.amiſſione,§.qui deficiunt,ff.de cap.diminu.ibi.not.per Bart.qui dicit & poſt eum Bald.& vterque poſt Iaco.Aret.in l.ex facto,§.ex facto,ff.ad Trebel.

*Banniti quæ beneficia amittunt.*

quòd banniti beneficia ciuitatis vel regni ſiue iuris municipalis amittunt, non autem iuris communis : niſi ſint banno Imperiali obnoxij. Quod & tradunt Cy.Bart.Bald.Sal.Ang.& alij in l.j.C.de hæredibus.inſtit. Bart.Bal.

& Imo.



& Imo.in l.eius qui,§.j.ff.de teſtament. idem Barto.in l.certa forma, per illum text.C.de iure fiſci,lib.10.Bald.in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,col.penult.ff.de liber.& poſthu. & conſi.xxv. ad edictum condemnatum,lib.4.Sali.in l.j.C.de hæreti.Pau.Caſt.conſi.lvj.ſuper primo quæſito,col.j.lib.1.Corne.conſi.lv.reperio,col.iij.verſi.& inſuper,lib.2.Fran.Cur. ſenior qui hanc dicit eſſe communem opi.conſi.lx.dux Philippus,col.x.& ſequen.Ludo.Bolog.conſi.lxx.in princip.vbi & alios multos allegat.

*Banniti quibus æquiparantur.*

28 ¶Quod certè ex eo dependet,an banniti noſtri temporis comparentur deportatis,an relegatis de quibus iura loquuntur. De qua re vltra illos vide Iac.Are.in tract. Bannitorum,cuius initium eſt,Titius filiusfamilias.Spec.tit.de inſtru.edi.§.compendioſè,verſ.quid de Bannito. Bar.in ſua diſput.incip.Lucanæ ciuitatis.Bal.conſi.cclxxxix.præmiſsis verbis,lib.1.Ang.in ſua diſputa.incip.duo adinuicem.Petr.Anchar.conſi.cclxxix.filio.Fulg.in l.iij.C.de Epſc.& cleri. Pau.Caſtren.Alex.& alios Recentiores,in d.§.ex facto.eundem Pau.conſi.ccxij.omiſſo.lib.2. Alex.conſi.xxvj.circa primum,col.j.& ij.& lib.1.& conſi.lxxv.viſis & diligenter, col.j.eo.lib.1. & conſil.cxvj.animaduerſis,lib.2.cum aliis multis adductis ab ipſo Alex.in d.locis. Quibus adde Iaſonem amplè declarantem, & quando banniti amittunt beneficia ſtatutorum,atque etiam iuris communis,conſi.clxvj.videretur,& duobus ſeq.lib.2.

*Banniti perdunt iura agnationis.*

29 ¶Sed & ex alio defendi poteſt ea Benedict.ſententia : quia bannitus perdit ius agnationis & filiationis, (non intelligas,vt perdat ipſam agnationem, aut filiationem : neque enim id fieri poteſt,vt ex ſe ſatis patet,& ex iis quæ diximus ſuprà in præcedenti gloſ.nu.38.porrò. Nam & ius earum ab ipſis ſeparatum eſt & diſcretum,vt latè docuimus in repetit.l. ſi vnquàm,in verbo,donatione largitus,nu.259.incip.nec id quidem.) Banniti igitur , vt repetam,perdunt ius agnationis & filiationis,vt conſtat ex not.per Bart.in l.ſi adulterium cum inceſtu,§.liberto,ff.ad legat.Iul.de adult.& in l.eos,ff.de recept.quibus locis dicit, quòd ſicut ciuitas perdit bannitum,ita & eum perdunt pater & cæteri agnati & cognati,per l.poſtliminium,§.filius,ff. de capti.& poſtli.reuer.vbi hæc verba ſcribuntur, Quia pater ſic illum amiſit,quemadmodũ patria.Et id quidem expreſsè , vt ſcilicet bannitus perdat ius agnationis & filiationis , tradit Alex.d.conſi.lxxv.col.iij.verſi.pro hoc facit,lib.1.Igitur ſi id ius amiſerit,ratione cuius retractus competit,conſequens eſt, & ipſum ius retractus amittere. Tu tamen cogita, an hæc in bannitis huius regni procederent:neque enim id auſim aſſerere.

*Quæſt.an venditor ipſe poſſit retrahere.*

30 ¶SED ET ILLVD hoc in loco in quæſtionem venit,an venditor ipſe ſit audiendus volens retrahere. Quod videtur,nam quod permiſſum eſt eius conſanguineis propter ipſum, multò magis eidem cenſetur conceſſum authen.multò magis,C.de Epiſc.& cler.cum ſimil. præſertim cùm in eo æquè ac in conſanguineo locum habeat ratio noſtræ conſuetudinis proſpicientis familiæ:ergo & idem ius ſeruandum eſt.l.illud,ff.ad leg.Aquil.& cap.inter corporalia,extrà de tranſlat.Prælat.cum ſimil. Imò & maior eſt ratio, cùm ſit ſibi ſuæque familiæ veluti propior,ac proximior,quàm alius nemo, vt tradit Ioan.And.in addi.Specu.tit.de coniuncta perſona.& Bald.conſil.cccxxxix.quæritur vtrùm de linea,in j.dubio, & Ouidius, ſi is eſt,in epiſtola Acontij ad Cydippen:

*Proximus ſibi quiſque eſt.*

*Hæc mihi ſe pepigit,pater hanc tibi primus ab illa:*
*Sed propior certè,quàm pater,ipſa ſibi eſt.*

*Genu ſura propius.*
*Tunica pallio propior.*

Et Terentius in Andria:Proximus (inquit) ſum egomet mihi. Et vt eſt in veteri prouerbio apud Ariſtot.lib.Moralium 9.cap.8.& Theocritum Idyllio 16.Charites nuncupato,& Athenæo lib.9. γόνυ κνήμης ἔγγυς, id eſt,genu ſura propius. Et apud Plautum in Trinummo,Tunica propior pallio eſt.

*Res alienari prohibita, an à venditore retractari poſſit.*

31 ¶Ideoq; in ſimili Paul.Caſt.in l.filiusfamilias.§.Diui,col.ij.ff.de legat.j.tradit quòd ſi teſtator prohibuerit rem quampiam alienari extra familiam, quoniam ea ſit maiorum:ea prohibitio valet,vt ibi dicitur:nec ſolùm alij eius familiæ,ſed & is qui alienauit poterit alienationem retractare,arg.l.quemadmodũ,C.de agricol.& cenſi.lib.11.& ſequuntur Ambro.Opizo.& Ferd. Loaz.in d.§.Diui,illi quidem col.v.hic col.vij.ad fin.ij.not. Et facit etiam tex.in l.ex hoc edicto,§.ſi quis,ff.de ali.iud.mut.cau.fac.vbi ita ſcribitur:Si quis alienauerit,deinde receperit,nõ tenetur hoc edicto. Qui venditori ſuo redhibet rem,non videtur iudicij mutandi cauſſa alienare. Cuius tex.arg.Alber.ibi nuncupatim in hoc noſtro caſu dicitur voluiſſe , quòd admittitur ipſe venditor ad retractum , & præfertur aliis conſanguineis. nam ita cum refert & ſequitur Franc.Ripa,in l.j.col.penul.verſicu.ſed pone quòd ipſe,ff.de priui.cred.Sed ibi illud non dicit,ſed aliud,de quo alibi diximus.

*Quid ſi neceſſitate adactus quis alienarit.*

32 ¶Idque maximè omnium debet habere locum, ſi venditor ipſe non ſua ſponte,ſed neceſſitate adactus,cui ne Dij quidem reſiſtunt,ſi credimus veteri prouerbio,vt nõ immeritò Tullius lib.2.Offic.iuſſerit parendum eſſe neceſsitati : & alibi dicemus latius. Si quis igitur coactus oppreſſuſq; neceſsitate fortè æris alieni , aut alia honeſta cauſſa ad alienationem proceſſerit,non ſecutus illud genus hominum horribile & pertimeſcendum,qui vt inquit Tullius in oratione pro Publio Sylla, tanto amore ſuas poſſeſsiones amplexi tenent , vt ab his membra diuelli citius ac diſtrahi poſſe diceres:quique ſibi cognationẽ cum prædiis eſſe exiſtimant ſuis:Si quis (inquam) vt fidem ſuam liberaret,ſuoſq; creditores non à ſe fortè,ſed à

ſuis maioribus factos dimitteret, domum ſuam vendat, non aliter venditurus, poſteaq; locupletior factus Dei beneficio ex improuiſo (vt dicitur) apparentis, intra tempus ſuæ familiæ conceſſum velit rem ad ſe atque ita ad ſuam ipſius familiam retrahere, quid eſt quod ei imputari poſsit aut debeat, vt non ſit audiendus, ſicut cæteri eiuſdem familiæ?

*Quem de euictione, & cætera.*

33 ¶Ego tamen cum multis cenſeo, eum omnino non admittendum. Nam cùm ipſe haud dubiè de euictione teneatur, etiam ſi id expreſsim pactum non ſit, niſi è diuerſo contrarium ſit conuentũ. l.non dubitatur, C.de euict.cum ſi.quæ afferemus infrà, eo.tit.§.xxix.gl.v.eademq; vlti.nu.4.eodemq; vlti.certè eundem repetentem rem, quam ipſe vendiderit, exceptione ſum moueri poſſe nemini dubium eſt: quamuis alio iure ius ipſum quęſierit. Improbè enim rem à ſe diſtractam euincere conatur. Hæc enim propè ſunt verba l.vendicantem, ff.de euict. Et cum ipſe teneatur emptorem aduerſus alios defendere, conſequens eſt, vt eum ipſe non debeat nec poſsit impugnare l.frater à fratre, ibi, porrò eum quem aduerſus extraneum defendi oportet, &c.ff.de condic.indeb.& l.altius, ff.ſi ſerui.vendi.vbi ita ſcribitur, Quia quod aliũ facientem prohibere debuit, id ipſe committere non debuit, & ibi glo.adducit concord.

*Venditor non tenetur de euictione ex retractu conſanguinei. Multi caſus in quibus uenditor non tenetur de euictione.*

34 ¶Sed hæ rationes, tametſi à nonnullis in hanc rem afferuntur, parum tutæ ſunt, quando hoc caſu, cùm conſanguineus ex hac conſuetudine retrahit, non tenetur venditor de euictione: quia cùm res non ideò euincitur, quòd non ſit venditoris, ſed iure ſpeciali, non tenetur venditor emptorem defendere, per not.in l.minor, in prin.ff.de euict. Et quia etiam id ius retrahendi contra emptorem competit ex Iuris municipalis permiſsione, & ex emptoris vtpote extranei perſona, nõ venditoris: propterea non tenetur venditor de euictione, arg.l.ſi per imprudentiam, & ibi no.& l.hoc iure, cum l.ſeq.& l.ſi ſeruum, & l.ſi fundum, & l.ſi mãcipium, ff.de euict. Quin & ſi ex perſona vtriuſque res euincitur, nõ debetur euictio.l.ſed & ſi, & ibi not.eo.tit. Prætereà emptor intelligere debebat ſe id dare oportere conſanguineo petenti & offerenti pretium: ideò ſibi imputandum, ſi nihilò minus emat.l.quod te, in fin.ff.ſi cert.peta. exemplo illius, qui fundum alienum ſciens comparauit. neque enim is de euictione agit, niſi expreſsè de euictione ſibi prouiderit.l.ſi fundum, C.de euictio.& dicemus plenius infrà, eo.titu.§.xij.in glo.j.nu.7.incipiente, ſed hoc de euictione.

35 ¶Nam & aliàs cùm res euincitur ex natura negotij ſiue rei, non debetur euictio, ſed ſibi debet imputare, qui ſic contraxit.glo.notab.in l.ſi familiæ, in gloſ.vlti.verſi.item quod ſi vni. & ibi Guid.Suz.Ricardus Malum.Cyn.Barto.qui eam gloſ.dicit ſingulariter Bal.Sali.& alij.C.famil.erciſc.& Bald.in cap.1.§.ruſus ſi fidelis, circa medi. & ibi quoque Mart.Laud. qui eam dicit valde ſingularem. Aluar.& Cardi.Alex.tit.quib.mod.feud.amit.idem Laud.in ca.1.col.j.verſic.pone duo, & ibi quoque Cardin.Alexand.col.item j.titu. ſi de feud.vaſal.ab aliqui.interpel.fuer.vbi illam gloſ.ſignandam eſſe dicunt. Alexan.conſi.xxj.viſo compromiſſo, col.iij.verſic.tertio principaliter, lib.5.Franc.Aret.conſi.iij.conſultatio, in prin. & per totum id conſilium Franc.Curt.ſenior conſi.xlix.memoriæ, col.xviij.nu.71.& conſi.ſeq.quod eſt eiuſdem initij, col.lxviij.num.383.& ſequen.Carol.Ruin.conſi.lxxij.primò videtur, col.iij.num.5.lib.5.Franc.Ripa, lib.1.reſpon.cap.1.defuncto, num.62.& ſeq.

*De eadem re.*

36 ¶Ad hæc cùm huiuſmodi euictio procedat ex ipſo cõtractu venditionis, & poſt ipſum contractum, & non ex cauſa ipſum antecedente, certè etiam hoc caſu non tenetur venditor de euictione l.iij.ff.eo.tit.ibi, hîc autem hæc actio poſtea eſſe cœpit, & l.Lucius, in princ.ibi, poſt contractam venditionem.eo.tit.& l.j.ibi, quæ ex præcedenti tempore cauſſam euictionis parant, C.de pericu.& com.rei vendi. Et expreſsè in hoc caſu, vt non teneatur venditor de huiuſmodi euictione, tenet {Aegid.Bellam.poſt alios à ſe allegatos in c.conſtitutus, col.iij.verſi.nec obſtat quòd iſte hæres.de in integ.reſtit.} Maſuer.tit.de retractu, §.item ſecũdum opinionem, & Matth.Affli.in tract.proto.in verbo, vt infrà triginta dies, in fine. Et eſt expreſſa conſuetudo apud Meldenſes, cap.96. Super eo tamen quod ſuprà dixi, niſi ſibi de euictione prouidiſſet, vide quid dicam infrà in eadem gloſ.nu.56.ſed id tamen: vbi videbis, an ſufficiat generaliter caueri de euictione. Quid autem ſi promiſſum ſit quomodocunque res euincatur, videbis etiam infrà in fi.huius tit.q.xxij.vbi etiam videbis, quid ſi venditor dicat emptori ex traneo, & ignoranti conſuetudinem retractus, rem non eſſe obnoxiam retractui.

*Interdum retractare poteſt qui de euictione tenetur.*

37 ¶Quin etſi fateremur venditorem hoc caſu teneri de euictione, nõ confeſtim neceſſariò ſequeretur eum repellendum à retractu. Nam plerunque poteſt quis actum retractare, etiamſi de euictione ipſius teneatur, vt in l.Seia, ff.de euict. vbi hæres iure proprio poteſt rem à ſuo prædeceſſore venditam reuocare: & nihilò minus tenetur de euictione, & etiam in l.ſi tibi, & l.vlti.C.eod.tit.de euict.cum ſimi.adductis ab Alex.in l.ſi mihi & tibi, in prin.ad fi.ff.de leg.j.& conſi.cix.viſo proceſſu, col.ij.verſicu.nec ad hoc obſt.lib.4.& Philip.Deci.conſi.clxxxv.in cauſa iſtorum nobilium, col.vlti.verſi.nec obſt.quòd iſte, & conſi.ccccxlv.in caſu, col.x.verſ.ſed reſponderi poteſt. Quibus adde Raph.Fulg.conſi.lxvij.paterfamil.col.iij. Sed id dictum ſit ex abundanti, nam illi caſus videntur eſſe extraordinarij, & regulares, nec ad alios trahendi, cùm regula ſit lippis & tonſoribus non ignota, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, quæ probatur in d.l.vendicantem, cum ſimi. Illud autem è diuerſo (ne id omittam) verum eſt, cum qui vendidit, licet non teneatur de euictione, non poſſe

tamen



tamen eiuſdem rei ex alia cauſſa quæſtionem mouere, l.& ſi is, ff.de diſtract.pign.

*Nemo retractat quod à ſe legitimè factũ eſt. Vendens ſe alienum facit. Facto renuntiamus.*

38 ¶Igitur (vt redeamus, ad id quod diximus, venditorem non admitti ad retractum) ſunt & aliæ rationes efficaciores, quàm quod ſuprà de euictione diximus. Nam primùm nemo retractare poteſt, quod à ſe legitimè factum eſt.l.poſt mortem, ff.de adopt.& l.cùm profitearis, C.de reuo.don.& l.creditoribus, C.de ſer.pig.dã.manu.& ibi plenè not.& l.j.C.de remiſ.pig.& c.veniens.extrà de fili.presbyt.& c.cùm ſuper.de conceſ.præben.& c.diuerſis, de cleri.coniug. Prætereà venditor, quantùm in ſe eſt, vendendo alienũ ſe fecit: vt in ſimili dicit Bal.conſ.ix.factũ tale eſt, anno Domini.col.iij.verſi.& ſi quæratur, lib.1.quod repetitur conſi.clxxxviij.lib.3.videturque renuntiaſſe beneficio conſuetudinis, quæ vult rem manere in familia, cùm ipſemet alienando extra familiam poſuerit: nam & tacitè & facto renuntiamus.c.inter monaſterium, & ibi gloſ.in verbo renuntiaſſe, extrà de ſenten.& re iudi.& ibi concordan.cum aliis multis à me traditis, infrà titu.omnium noſtrarum conſuetudinum xxiiij.§.ij. Si igitur huic iuri renuntiauit, non poteſt amplius eo vti, l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact.cum ſimil.

*Perſonarum extenſio non fit, ut caſuum. Verbis legis deficientibus, deficit ipſius diſpoſitio.*

39 ¶Item hæc conſuetudo id ius retrahendi ſolis cõſanguineis tribuit, non etiã venditori. Ergo in illis tantùm obtinet: in hoc autẽ, qui omiſſus fuit à conſuetudine, debet ius cõmune ſeruari.l.ſi verò, §.de viro, ff.ſol.mat. Nam & quod certis perſonis cõtra aut etiã pręter ius cõmune conceſſum eſt, id cæteris denegatũ cenſetur.l.aſſiduis à cõtrario ſenſu.C.qui pot.in pig.hab.& optimus tex.in l.vacatio, ff.de mun.& ho. Et aliàs vnius incluſio, eſt alterius excluſio.l.cùm Prætor, & ibi gl.ff.de iudi.cũ ſimil. Et ſi conſuetudo idem intellexiſſet de venditore, æquè de eo, ac de cõſanguineis ipſius expreſsiſſet.l.j.§.ſinautẽ ad deficientis, C.de cad.tol.& c.inter corporalia, poſt medium, de tranſla.Prælat.& c.ad audientiã, de deci.cum ſimil.à me congregatis in l.ſi vnquàm, in verbo, libertis, nu.3. Nec ex præſumpta & veriſimili mente diſponentium fit extenſio perſonarum, ſed tantùm caſuum.l.ſi quis ita, §.ſi quis cùm ignorat, ff.de teſta.tut. Raph.Co.{in l.commodiſsimè.ff.de lib.& poſthu.} Fran.Aret.& Iaſ.in l.Gallus, §. & quid ſi tantùm.ff.de lib.& poſth.cum multis ſi.& concor. à me quoque collectis in d.verbo, libertis, nu.23. Denique vbi verba legis aut ſtatuti deficiunt, deficit & ipſius diſpoſitio.l.iiij.§.toties, & ibi Bart.& Recentiores, ff.de dam.infect.& c.indemnitatibus, §.ſed cùm eas, de elect.lib.6.cum multis item ſimi.& concord.etiam à me adductis in d.l.ſi vnquàm.vbi ſuprà, num.2.

*Nemo ſibi cõſanguineus. Nullum ſimile idem. Vxor non eſt affinis uiro.*

40 ¶Nec dici poteſt venditorem ſui ipſius eſſe conſanguineum vel propinquum: id enim naturæ repugnat, vt vnus ipſe ſit & ipſius coniunctus, ſicut dicimus, id quod ſimile eſt, non idem ipſum eſſe, ex Ariſtotelis ſententia, quam citat & approbat gl.in l.quod Nerua, in verbo, dolum, in fin.ff.depoſi.& voluit gl.in l.iij.§.vlt.in verbo, à reo, ff.de duob.reis, & in l.j.in prin.in verbo, ſed ego quemadmodum, ff.quod iuſſu, & in c.capitulum, & ibi Imola, & Recentiores, extrà de reſcriptis, & in c.bona fides, in glo.magna, poſt princip.extrà de depoſit. & in §.tria, verſi.ſi quis verò iudex, ex glo.ij.poſt medium, iij.quæſtione ſeptima.Bal.in l.meminimus, in prin.C.de legitimis hæredibus. Quibus concinit illud Quintiliani aui in decla.cccxlv. Hoc ipſo (inquit) bene apparet aliud eſſe, quod ſimile eſt. Et videmus quòd mulier quæ ſuos cõſanguineos facit affines marito, non tamen affinis ei eſt: vt not.glo.in §.affinitatis.Inſti.de nuptiis, & Bal.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu ad hunc locum admodũ pertinenti, conſi.ccclxxv.conceſſa eſt, lib.4.vide tamen quæ dicam infrà eodem §.in verbo, *en telle quantité qu'il voudra*, quo eſt glo.xxj.num.7.quin & ſi hæc.

*Deciſio primæ quæſtionis.*

41 ¶Ideoq; vt tandem hanc rem concludamus, nõ ferendus eſt venditor volens retrahere rem à ſe venditã vi huius conſuetudinis, licet conſanguinei ipſius admittantur. Quod expreſsim & in hac ipſa ſpecie voluit, & ex facto interrogatus reſpondit Rom.conſi.cclj.clariſsimè: vbi & de hoc dicit eſſe caſum à cõtrario ſenſu, ſi quis rectè intueatur, in l.bona fides, ibi, alicuius legis beneficio pecuniã rei venditæ debere deſiiſſet.ff.de act.emp.& Flo.à S.Petro, inter cõſi.Pet.Anch.conſi.ccclxxj.quòd dicta domina, col.j.verſi.quartò, iſta domina, iunctis iis quę dicit in fi.& D.Io.Igne.qui hos nõ allegat, in rep.l.dudum, col.xxiiij.verſi.plus dicit Paul.C.de contrah.emp.& nouiſsimè D.Ferro.in conſuetud.Burdig.hoc tit.§.j.in fin.& iterũ §.xvj.verſ.ſed quod nuper.& idem quoque tenuit in ſtatuto præferente vicinum, Matth.Afflic.in tract.protomixeos, col.xxiij.verſi.item quærò pone quòd ego habeo. Et hoc credo veriſsimũ, licet quiſpiam in Marg.Bal.in verbo, alienatio, verſi.alienatio interim, dicat venditorẽ eſſe admittendum ante conſanguineos de æquitate, non etiam de ſtricto iure, & allegat Albe.in j. parte ſtatut.q.lxxix.qui tamen non loquitur de hoc caſu, ſed de illo, an ſi emptor admiſerit venditorem ad redimendum, poterint nihilò minus conſanguinei retrahere, de quo nos alibi dicemus in tit.ſeq.§.j.gl.vij.in verbo, *ſeront preferez*, num.18.ex hac autem, & ſequen.

*Quid ſi ſtatutum ſimpliciter prohiberet alienationem, præterquã in cõſanguineos.*

42 ¶Fateor tamen, quòd ſi ſtatutum noſtrum ſimpliciter prohiberet fieri alienationem in alios, quàm in conſanguineos, (quod fieri poteſt, vt diximus ſuprà, in rub.nu.14.nam & quod plus eſt, & ſeq.) ſi quis extraneo venderet, poſſet fortè venditor reſtituto pretio hanc alienationem à ſe factam contra prohibitionem ſtatuti, retractare, arg.l.j. & ibi Bal.C.de lib.cauſ.& l.ij.& ibi gl.& Doct.C.ſi aduerſ.rem iudi.& l.murilegi, C.de murileg.lib.11.& d.l.quemadmodum, C.de agri.& cenſi.eo.lib.11.& quod not.gl.Bar.& alij in d.l.poſt mortem, ff.de adop.Cano.in d.c.diuerſis, de cleri.coniu.& in c.ſi quis presbyterorum, extrà de reb.eccle.non aliẽ.&

alibi latius diximus. Et ita in his terminis loquitur Paul.Caſtr.& qui eum ſequuntur in d.l. filiusfamilias,§.diui,ff.de leg.j.quos ſuprà citauimus num.31. ideoq;,cùm ſcilicet prohibitum eſt alienari in extraneum,ideo alienans ipſe (vt dicunt) poteſt retractare alienationem.

43 ¶Sed aduerte,quia cõtrariũ eius quod tenuit Pau.Caſt.& aſſeclæ illius in illo caſu,vt ſcilicet non poſsit alienás eam alienationẽ à ſe factam reuocare,tenuit idem Pau.Caſt.conſi.ccccliij. de eo quod primo loco quęritur,vtrùm appellatione,in fi.lib.1.Et hoc quidem credo verius, per tex.in l.vnum ex familia,§.ſed ſi vno,& §.ſeq.ff.de leg.ij.& in l.cùm pater,§.libertũ,ff.eod. tit.Et per id quod ſuprà diximus,alienantẽ alienando,alienum ſe feciſſe,& quod tradit Bart. in l.non dubiũ,col.iij.verſi.opp.quòd ſecundũ, & ibi glo.Fulg.col.x.C.de legi.quòd contractus factus contra legem aut ſtatutũ,licet ſit aliàs nullus,nõ tamen quantùm ad eos qui con trahunt:de quo diximus ſuprà eo.§.in glo.ij.in verbo,*a vendu*,nu.8.incip.quanquã potuiſſet, & dicemus etiã infrà §.xxvj.in glo.ij.in verbo,*non eſtant dudict lignage*,nu.8.tamẽ Geral.& ſeq.

44 ¶Sed & in alio caſu poſſet ipſe venditor retrahere,videlicet ſi vendiderit cõſanguineo,qui poſteà rem ipſam alteri extraneo vendiderit:nam tunc poterit prior ille venditor, tanquam conſanguineus ſecundi venditoris,retrahere à ſecundo emptore : quia eo caſu non reuocat priorem illam venditionem à ſe factam,ſed poſteriorem.Ita voluit Floria.à S.Petro,d.conſi. ccclxxj.inter conſi.Pet.Anch.ad fi.illius,motus eo.arg.quòd conuentio facta ſuper vno contractu non trahitur ad alium,l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact. Idem quoque cenſuit Sebaſt. Neapodanus in commentariis conſtitutionis incip.ſi ex vno,in verbo,nolentibus, hac item ratione motus:quia ratio cur primus venditor non poſsit retrahere,ea eſt,quoniam ipſemet vendidit:quæ hîc ceſſat in ſecunda venditione,ex qua aliud ius nouum exoritur,& ſequitur Matth.Afflict.in d.trac.proto.col.xxiij.verſi.ſed iuxta hoc quæro,vbi id intelligit,quãdo emptor ſponte alteri vendidit,ſecus ſi conſanguineo primi venditoris ex neceſsitate huius conſuetudinis.Cui ego accedo:quia iſta ſecunda venditio facta eſt ex conſequentia prioris.Ideò ſicut prior venditor nõ poteſt priorem illam à ſe factam reuocare,ita nec poſteriorem illius conſectaneam,aut ſi maius conſectariam,arg.l.cùm principalis,ff.de regu.iur.cum ſimil.

45 *Quæſt.Si quis uendidit proximo,qui poſt ea extraneo uendidit, an prior uenditor poterit retrahere.*

¶Ad illam autem priorem ſentẽtiam, qua dictum eſt venditorem ipſum admittendum eſſe ad retractũ alterius venditionis factæ à ſuo emptore conſanguineo, qui alteri extraneo vendidit,optimè facit tex.à nullo eorum,qui eam tradiderunt,memoratus.in c.1.tit.de eo qui finem fecit agna.vbi is qui renuntiauit feudũ ſuo agnato,non excluditur,quin poſtea moriente eo ſine liberis,admittatur ad idem feudũ:niſi omnino,aut vt alij legũt,domino renũtiauerit.De quo per Doct.ibi,& Bal.in l.j.in 50.q.ff.de rer.diui.Car.Flo.conſil.cxxix.dubia principalia,in iij.dubio.Alex.conſi.xiij.perſpectis his,col.j.& ij.lib.5.& eundẽ,atque etiam Iaſ.in l.j. §.veteres,illum col.pen.verſi.optime facit,hunc col.x.verſi. ſecundò pro iſta,ff.de acqui.poſſ. quo etiam in loco tradũt poſt alios multos ab his citatos,quòd ſi quis renuntiauerit ſucceſſioni patris,non prohibetur ſuccedere fratri in illis ipſis bonis,quæ ex ſucceſsione patris obuenerunt,cum aliis concor.traditis à Phil.Deci.conſil.ccclxxix.requiſitus,col.j.& nos latiſsimè alibi dicemus. Et interim vide quid dicam infrà,in ead.gloſ.nu.124.incip.ſed in duobus, & ſeq.& iterum num.159.ſed his maturè. Quanquàm in contrarium non nihil facit quod à Bal.ſcriptum eſt in cap.1.§.vlt.col.quoque vlt.verſi.ſed pone conceſſum,& ibi quoque Alua. ad fi.Mart.Laud.col.iij.verſi.eodem modo,& Card.Alex.paulò ante fin.tit.de contro.inue.

46 *Quid ſi cõſanguineus, qui retraxit ab extraneo, alteri uendat.*

¶Ex quibus illud facilè intelligere potes, ipſum venditorem in alio nõ admodum diſſimili caſu poſſe rem à ſe venditam poſtea retrahere , videlicet ſi vendidit etiam extraneo, à quo conſanguineus ipſius retraxit, vi noſtræ conſuetudinis:poſteà autem idem conſanguineus alteri extraneo vendit,quo caſu etiam apud eos , quibus eſt ius retrahendi bona patrimonialia tantùm , licet huiuſmodi res ita retractas & poſtea extraneo venditas retrahere, vt dicemus infrà eod.tit.§.xxxij.nume.5.cæterùm,& ſeq. Ideoq; & ille primus venditor poterit hanc rem à ſuo conſanguineo,qui eam retraxerat , venditam retrahere,illis ipſis rationibus, quas in præcedenti caſu diximus. Nihil enim inter hunc caſum & illum intereſt, niſi quòd hîc primo loco res eſt vendita extraneo,à quo conſanguineus retraxit:ibi cõſanguineo, qui poſtea vendit extraneo,& quamuis hîc pluſculum eſſet dubij, ob id quòd ipſe venditor extra familiam ab initio vendidit,tamen quia vendendo familiam iure retractus non priuauit, ſi retracta ſit in eam familiam,& poſteà vendita , nihil eſt quod eum arceat à retractu huius poſterioris venditionis, vt diximus in eo præcedente caſu. Et ita quoque expreſsim in hoc caſu ſtatutum eſt apud Lorrienſes in præfectura Montargij hoc tit.§.iiij.

*Conſuetudo.*

47 *Vtrùm filius uenditoris poſſit retrahere.*

¶At multo maius dubium eſt,vtrùm filius venditoris poſsit retrahere poſt mortem patris, cuius hæres eſt,nam ante mortem fortè non eſt dubitandũ propter tex.in c.cõſtitutus, extrà de in integ.reſti.quem ad hoc expendit Henr.Boh.ibi,ſtatim in princ.quem (vt id obiter dicam) inſignem Doct.vocat Soci.conſi.ccxlviij.nunquid ex duobus,col.vlti.lib.2.& præclarũ, idem Soci.conſi.cclxvj.in cauſſa,col.xvj.verſi.poſtremò,eod.lib.2.{Et ita quoque latè tenuit Maria.Soc.iunior conſi.iiij.themate præpoſitæ conſultationis,colum.ij.verſi.& ſtante hoc,& multis ſeq.vbi ita dicit ſeruari Paduæ,vbi eſt ſimile ſtatutum.& rurſum col.antepen.verſicu. non obſt.modò ſecundum lib.2.} Et quia etiam noſtra conſuetudo , infrà §.xj.dicit proximiorem



miorem venditoris,& ſic eum qui illi poſt mortem debet ſuccedere, cæteris in retractu eſſe præferendum:vt hinc planè poſsis intelligere,nihil obeſſe cõſanguineo,quòd ſit ſucceſſurus venditori.Nam & videmus filium vaſalli qui alienauit feudum antiquũ , poſſe eam alienationem ſibi reuocare,in eoque præferri cæteris agnatis,ſi alienatio facta eſt iure vel conſuetudine permittente:vt no.And.Iſerr.Iaco.Aluar.& Card.Alex.& omnes præter vnum Petr. Cerue.in c.Titius,tit.ſi de feud.fuer.controuer.& in c.j.§.& ſi cliẽtulus,titu.de alien.feud.& in c.j.§.hoc quoque,tit.de ſucceſsio.feud.Bal.in c.j.§.vlt.ad fi.& ibi Marti.Laud.col.ij.verſi.ij. caſu,& Card.Alex.col.iiij.verſi.eiuſdem initij,tit.quæ fuit prin.cau.bene amit.idem Bal.cõſ. cclxxvj.ad euidentiam,in fin.libr.5. quod repetitur conſi.cccxv.eod.lib.5.Franc.Cur.Senior, conſi.lxxxiij.eodemque pen.capio primum in quo quæri videtur, col.j.& Iac.à.S.Georg.in tract.feud.in verbo,& cum pacto de non alenando,col.x.verſic.ſed quæro vtrùm filij.Iaſon conſi.lvj.magnificus,col.iij.verſi.ſed præmiſsis non obſt.lib.3.& Franc.Curt.Iunior in tract. feud.in iiij.parte princi.char.antepenul.verſi.quartò circa præmiſſa.

48 ¶Verùm quærimus de filio,qui iam ſucceſsit patri vẽditori mortuo. Ideoque non videtur audiẽdus ad retractandã venditionẽ,non magis quàm ipſe vẽditor:cùm hæres & defunctus cenſeãtur eſſe vna eademq; perſona,in Auth.de iureiur.à mori.præſti.poſt prin.ex quo non poteſt hæres venire cõtra factũ defuncti.l.cùm à matre,C.de rei vend.& l.ſi ab eo,C.de neg. geſt.& l.ſucceſſores,C.de ſol.& l.ſi vxor,C.de bo.aut.iud.poſsi.& l.ſi.fundũ,ibi, neq; ei ſucceſiſti,C.de reb.ali.non ali.& l.ſi Titio,ff.de pigno.& l.j.ff.de excep.rei vend.&in l.vẽditrici, C.de reb.alie.non alien.cuius hæc verba ſunt,ad hũc locum maximè pertinẽtia, Venditrici ſuccedenti perfectam rectè venditionem reſcindere,ac dominiũ reuocare non licet. Subditurque,nec ex propria quidem perſona eum id facere poſſe : quod & ſatis probat d.l.cum à matre.Ex qua etiam apertè intelligitur id procedere,etiam ſi hęres non teneatur de euictione:quia ibi emptor ſciebat rem à ſe emptã eſſe alterius,ideoque non tenebatur venditor de euictione,ex l.ſi fundum,C.de euict.& dicemus plenè infrà eo.tit.§.xij.glo.j.nu.7.ſed hoc de euictione.Et ita etiam voluit glo.in d.l.cùm à matre,& ibi quoque Io.Fab.Bal.& Pau.Caſt. &Rapha.Fulg.conſi.lxvij.paterfamiliàs,col.ij.verſi.his tamen non obſtant.& Lancel.Gal.in l.iiij.§.Cato,col.xviij.verſi.& ſic in hac,ff.de verb.oblig.Sed & id quoque procedit, etiam ſi hæres fecerit inuentarium , ex ſententia Andr.Iſer.in cap.j.titu.an agna.& Matthæ.Afflict. deciſio.Neapol.ccxl.in cauſſa Cubelli,col.vlt.& Rapha.Fulgo.d.conſi.lxvij.colum.ij.verſic. quod tamen ita:vbi tamen id declarat.

*Quid ſi pater uenditor mortuus eſt,& ei filius ſucceſſit,an & is poſſit retrahere.*

*Hæres nõ uenit contra factũ defuncti.*

*Nec ex propria quidem perſona.*

*Nec ſi ipſe nõ teneatur de euictione.*

*Nec ſi ipſe fecerit inuentarium.*

49 ¶Nam hæres non poteſt eſſe melioris cõditionis,quàm defunctus.l.in omnibus, §.non debeo,ff.de reg.iur.Ideoque dicitur in l.Polla,ff.de his qui.vt indig.quòd quæ à defuncto habente liberam adminiſtrandi ſui patrimonij poteſtatem facta ſunt,non poſſunt reuocari ab ipſius hærede etiam pupillo.Et ſcribitur in l.pen.C.de teſt.mil.ea quæ à patre geruntur,non decet pro diſciplina militari à filiis in irritum reuocari.& in l.ſi ab eo,C.de lib.cau.ſcribitur filios adeũdo hæreditatem patris voluntatẽ defuncti ſuo conſenſu confirmare. Et vt tradit Bar.in l.Lucius,circa medium,filius hæres patris cogitur habere ratum factum illius,per d.l. cùm à matre,& l.ex qua perſona,ff.de reg.iur. Hæres enim eſt eiuſdẽ poteſtatis ac iuris,cuius & defunctus fuit.l.hæredem,ff.de regu.iur. Et factum defuncti cenſetur factum hæredis , & econuerſo.Ange.conſi.clxxxv.Brunellus,per l.vxorem,§.agri plagam, ff.de lega.iij.ideò qui promittit de facto ſuo tantùm,& de facto hęredis promittere videtur.Bar.in l.ſi ſeruus,la ij. ff.de cond.fur.Bal.in l.vlt.C.de act.emp.cum aliis cõcord.adductis ab Alex.conſ.xviij.attẽtis narratis,col.vlt.libr.5.& à nobis infrà,tit.ſeq.§.j.glo.vj.in verbo,*ou ſes heritiers,* num.4.verùm contra hæc. Et faciunt etiam,quæ ſcripta ſunt à Pet.Anch.conſi.xxvj.in quæſtione, ad fi.& conſi.ccxliiij.quia quæſtio,col.j.vbi in hanc ſententiam multa collegit.& Philip.Deci.conſil. cccccxlvij.viſo puncto,col.j.verſi.his tamen non obſt.

*Hæres in omnibus eiuſdem eſt iuris,ac defunctus.*

50 ¶Inde autem fit,vt agnati hæredes vaſalli qui feudum alienauit, non poſsint reuocare alienationẽ ab eo factam:quam tamen aliâs reuocare poſſent,ſi hæredes non eſſent:vt declarat Iac.à S.Georg.vbi ſuprà,verſ.aduertite ad id:vbi & alios allegat.Cui adde alios quoq; multos,qui & idem de filiis dixerunt,videlicet Iac.Bel.in d.c.j.§.hoc quoque,& ibi Bald.col.vlti. Marti.Laud.col.iij.verſi.quæro an factum.Aluar.& Card.Alex.col.vlt.tit.de ſucceſ.feu.Pau. Caſt.conſ.ccvij.dico dictũ Bartholomæũ,in prin.lib.2.vbi & alios allegat.& iterũ conſ.ccxc. viſa ſuprà ſcripta facti narratione,col.vlt.verſi.ex prædictis patet, eo.lib.2.Matth.Afflict.qui alios quoque allegat,deci.Neap.cxij.inter dominã,circa mediũ.& Zaſium in epitome feud. par.ix.quæ eſt de feud.alienati.char.7.in paruis,verſi.quibus conſequens eſt. Et eſt optimus text.à nullo horum citatus,in l.filiusfamilias,§.cùm pater,ff.de legat.j.vbi ſi pater teſtamẽto prohibuerit rem alienari extra familiam,ſi filius eius alienauerit in extraneum,non poterũt filij hæredes ipſius alienantis reuocare. Et ita in noſtro caſu retractus, vt ſcilicet hæres non poſsit tanquam conſanguineus retrahere rem à ſuo prædeceſſore venditam,reſpondit Flor. à S.Petro inter conſi.Pet.Anch.conſi.ccclxxj.quòd dicta domina,col.j.verſi.quartò iſta domina,iuncto eo quod dicit in fi.conſi.dum reſpondet ad obiectum in priori loco.& Steph. Bertrand.conſi.vij.non vidi, lib.j.& obſcurè Pet.Anch.in d.c.cõſtitutus,col.vlt.in iiij.oppo.

*Hæres nõ reuocat feudum à defuncto alienatum.*

*Deciſio prin. quæſtionis. Dictio quondam, quã uim habet.*

51 ¶Contrarium tamen in eodem caſu retractus non obſcurè declarat text.in d.c.conſtitutus, nam ibi pater qui vendiderat,iam obierat,cùm filij eius beneficio noſtræ cõſuetudinis retrahere voluerunt:vt liquidò cõſtat ex illis verbis,quondam G.pater illorum.Ea enim dictio, quondam,denotat qualitatẽ,cui adiungitur aliâs fuiſſe,nunc autem amplius non eſſe l.eius qui in prouincia,in verbo,defuncti,& ibi Sal.& Ro.col.ij.ff.ſi cert.peta.& l.cui eorum,§.affinitatis,ff.de poſtul.vbi Sal.refert,quòd cùm aliquis potuiſſet in iudicio aliquid,tãquam eſſet ſui iuris,& hoc non probaſſet,is tamẽ obtinuit,ob id ꝙ in poſitione partis fuiſſet adſcriptũ, talis quondã filius.& ſequitur Card.Flor.in c.vlt.de teſtib.cogen. vbi Felin.adducit multos concord. vt ibi videre licet,ſed quibus addere potes Ioan.Andr.in c.cùm contra, in prin.& ibi poſt eum Barb.etiam in princ.de pigno.Iacob.Butr.in l.cùm aliquis,ff.de iure delib.Bald. conſi.ccccvij.in quæſtione quæ vertitur inter ſcholam,col.iij.verſic.tangitur & quartò,lib.1. & conſi.ſequent.quidam ciuis,col.ij.& conſi.clxiiij.à libello,col.j.lib.4.Sal.in l.inteſtata, per illum tex.C.de don.cauſ.mor.& Rapha.Co.conſi.xliij.in quæſt.Franciſci,circa medium, & conſ.lxxj.in nomine Domini amen,viſo proceſſu,col.j.Imo.cõſi.cx.in cauſſa quæ vertitur, ante fin.quibus locis dicunt hanc dictionem ſignificare eum cui apponitur,eſſe mortuum. & Alex.qui alios quoque citat,conſ.xiiij.viſis & conſideratis,col.iij.lib.6.Tametſi contrariũ tenuit Imol.ſibi contrarius in c.ex parte,in fi.extrà de fo.compe.quia hæc dictio (inquit)de futuro quoque tempore dicitur. {Rom.poſt alios in l.j.§.hoc autem,paulò ante medium.ff. de ope.no.nun.} & Cardin.Alex.in c.ex tenore,in primo no.qui filij ſunt legit.& Iaſ.in d.l. eius qui,in fi.prin. Quorum ſententiam probat illud Virgil.lib.6.Aeneidos:

*—Nec Romula quondam*
*Vllo ſe tantùm tellus iactabit alumno.*

Vbi & hoc annotat Seruius Maurus, aut vt alij vocant, Marius, atque illud Horatianum libro Sermonum 2.Saty.2.

*Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam.*

Illudque Porcij Latronis in Catilinam: Lucem namque neſcio quam de domo Cornelia quondam proditurã fore. Verùm id rarum eſt,nec in ea ſignificatione vnquàm intellectum fuit à conditoribus Decretalium:nec conueniret rationi recti ſermonis in illis verbis,quondam filius talis,quibus verbis loquitur d.c.conſtitutus, ſi de futuro tempore intelligeretur. quis enim vnquam fando audiuit,talis qui erit filius talis?

*Filius iuris præſumptione hæres patris.*

52 ¶Igitur vt redeamus,nõ immeritò dicebat Pet.Bieri.præceptor Hẽrici Bohe.eſſe text.de hac re,quam tractamus,in d.c.cõſtitutus,vti refert ipſe Bohe.ibi, qui tamẽ id negat ibi probari, quia non dicitur, quòd pater fuiſſet mortuus,nec quòd filius ei ſucceſsiſſet. Sed prima illa ratio non ſubſiſtit,vt diximus:quãtùm autem ad poſteriorẽ,fateor illic expreſsim non dici, quòd filius ſucceſsiſſet patri,ſed etiam contrariũ non dicitur:& eſt iuris præſumptio, quòd ei ſucceſsit:vt dicit glo.in §.j.verſ.vt autem,in verbo,parẽtes,in Auth.vt hi qui oblig.ſe hab. perh.res minor.quam ſequitur Bal.in l.apud hoſtes,col.vlt.C.de ſuis & legi.vbi & eam dicit ſing.& in c.j.col.j.tit.an agna.vel.fili.& Ro.& Alex.col.ij.in l.neceſſariis,ff.de acquir.hæred.& Alex.in l.ſi cùm dotem,§.tranſgrediamur,col.iij.verſi.in hoc articulo,ff.ſol.matr.Iaſon in l. non hoc,col.j.C.vnde legi.& Franc.Ripa.in l.quod te.nu.58.ff.ſi cert.peta.Super quo tamen vide gloſſam,Bar.& alios in d.l.neceſſariis,Barb.in c.ex præſentiũ,col.j.verſi.& põdera iſtum text.extrà de pigno.& in c.j.in princ.extra de ſolu. At illis concinit autoritas Diui Pauli ad Galatas iiij.Si filius eſt,& hæres quoq; eſt.Cuius meminit glo.in l.j.C.ſi mi.ab hære.ſe abſti. Nam & quod plus eſt,filius hæres eſt patris, etiãſi abſtineat expreſsè vel tacitè.l.j.§.qui ſunt in poteſtate,ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.& l.cùm quaſi,§.ſed & ſi ſuus,ff.de fideicom.liber.Verum eſt enim fuiſſe aliquando hæredem,& ſufficit aliquo mometo fuiſſe.l.vlt.ff.de condit.inſtit. & qui ſemel hæres fuit,nunquàm deſinit eſſe hæres,iuribus vulgaribus. de quo tamen vide D.Igne.in l.j.§.ſi.pater,nu.25.ff.de ſenatuſconſul.Sylla.

*Quid autem ſi abſtineat.*

53 ¶Ipſe tamen Boher.(vt ad eum redeamus) hanc eandem partẽ tenuit,vt filius hæres admittatur ad retractũ,non quidem per illum tex.vt diximus,ſed per l.debitor,§.vlt.ibi,quia non quaſi hæres,ff.ad Treb.Cuius etiam autoritate ita dicit vidiſſe ſe diſputãdo teneri Aurelius ab Alano quodam Doc.nepote Diui Yuonis.& in id alia quoque iura allegat, vt ibi videre potes. Subdit tamen quòd conſuetudo Franciæ obtinet contrarium. {Id quod & poſt eum retulit & ſecutus eſt Aegid.Bellam.ibi col.2.verſi.primò opp.dicitq; idẽ tenuiſſe Petrum de Quercu doct.Aurelianẽſem.} Sed & hãc eandẽ ſententiã,vt ſcilicet filius hæres admittatur, ſecuti ſunt Maſuer.in tit.de retractu,§.itẽ ſecũdùm opinionẽ.Nicolaus Euerar.in locis legal. in loco de tanquã,col.pen.vbi id dicit ſing.& D.Boer.hoc tit.*de retraict.*§.iij.ad fin.& iterum deci.xij.& prædicta faciũt,& nouiſsimè Io.Nicola.Arela.in cõmentar.l.generaliter,in ſecũda parte, nu.34.C.de ſecũd.nup.& Ferro.in conſuetudine Burdiga.hoc eod.tit.§.x.vbi & idem dicit in cæteris hæredibus. & iterum §.xvj. vbi eſt conſuetudo expreſſa eius generis in eam rem. Et facit vltra ſupra dicta,quòd aliâs hæres poteſt iure proprio,non hæreditario,reuocare rem venditam à defuncto,licet ipſe defunctus non potuiſſet.l.Seia.ff.de euict.& l.ſi tibi. & l.vltim.C.eod. Verum eſt quòd textus in d.l.Seia.& in d.l.vltim.dicunt, re euicta ab ipſo hærede



hærede iure proprio hæredem ipſum conueniri poſſe pro rei euictione: ſed id huic ſpeciei noſtræ nihil obeſt: quandoquidem nec venditor nec hæres ipſius tenentur de huiuſmodi euictione,quæ fit per retractum:vt latè diximus ſuprà,nu.34.verſ.ſed hæ rationes.

*Quid autem ſi pater promiſit non uenire contra uenditionem, & ſe pro emptione obligauit.*

54 ¶Nam & hanc opi.vt filius hæres poſsit retrahere temperat Maſuer.vbi ſuprà,niſi ipſe venditor expreſsim conueniſſet non venire aduerſus hanc venditionẽ,& ſe pro euictione obligaſſet:quia tunc (inquit) filium hæredem ipſius agentem ad retractum ſummouet exceptio euictionis:& nihil allegat. Sed pro eius ſententia facit, quod poſt Iaco.Bel. tradit Bal.in c.j. §.hoc quoque,col.vlt.tit.de ſucceſ.feud.quòd ſi pater agnatus vaſalli non ſolùm ſimpliciter conſenſit alienationi feudi factæ à vaſallo,ſed & ſe pro ea obligauit,non poteſt filius hæres ipſius eam reuocare,per l.quæ à patre,C.de reſti.mili.& c.j.tit.an agna.vel.fili.& eum ſequũtur Marti.Laud.Aluar.& Cardi.Alex.in d.§.hoc quoque,& Iac.à S. Geor.in tracta.feudo.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.x.verſi.ſed dubitatur nunquid, & Zaſius in epitome feud.parte ix.charta 4.verſic.hoc quoque quarto loco,& idem voluit ipſe Bald.conſi. lxxxix.dominus Thomas,in fi.lib.j.per l.conditionis incertum.C.de pactis.

*Cõſentiens nõ tenetur de euictione.*

55 ¶Cuius poſtremi dicti ratio eſt,(vt & id illis addas)quia qui ſimpliciter cõſentit,nõ tenetur de euictione,niſi expreſsim eam promittat,vel ſe obliget.l.exceptione,C.de euictio.& l.inter ſtipulantem,in prin.ff.de verb.oblig.prout eum text.allegat Iaſon in eadem propè materia loquens,in l.quoties ab omnibus,in ij.not.C.de fideicom.& facit etiam quod tradit Bal.in l. qui ſe patris,col.antep.verſi.tu verò conſidera,C.vnde lib.& poſt eum Iaſon, conſil.vij.pro reuerendiſsimo,col.ij.verſi.tertiò principaliter,lib.3.& Pe.Anch.conſi.lxxvj.per modũ conſilij,in 4.dubio:vbi & illud dicit,non teneri de euictione,qui ſimplicit conſentit vẽditioni. quod & ante hos tenuit Inn.in c.ſi quis,col.ij.verſi.item no.extrà,de reb.eccl.non ali.& Bal. in Margar.in verbo,euictio,verſ.3.Ex quo & illud fit,vt hæres ex propria perſona poſsit cõtrauenire,vt etiam reſpondit Raph.Fulg.conſi.lxvij.paterfamilias,col.iij.verſ.in eo autem.

*Quid item ſi uenditor promiſit rem fore tutam à retractu.*

56 ¶Sed id tamen,quod tradit Maſuer.non ſic generaliter crederẽ procedere,quando vendens non teneatur de euictione,quæ fit per retractum:vt diximus d.nu.34.ſed ita demum poſſet obtinere,ſi venditor expreſsim promiſiſſet rem tutam & ſecurã ſe præſtiturũ etiam aduerſus retractũ conſanguineorum. Neque enim cùm ex natura rei ea euincitur,ſufficit,vt locũ habeat euictio,generaliter de euictione ſtipulari, ſed opus eſt expreſsim in hunc caſum ſtipulari,vt voluerunt Gul.Suz.Ricard.Malumb.Cy.Bar.Bal.& Ang.ita intelligentes gl.ibi, in l.ſi familiæ, C.familiæ erciſ.per quædam iura ibi allegata ab iiſdem,& Marti. Laud.& Card. Alex.qui id dicunt in c.j.col.j.titu.ſi de feud vaſ.ab ali.interpel.fuer.quod intellige,vt dicam infra in fine huius tit.in xxij.q.Si igitur venditor in hunc caſum expreſsè promiſerit, tunc hæres ipſius etiam in ea promiſsione expreſsim non comprehenſus ſimiliter tenebitur vti, & ipſe promittens.l.ſi pactum,ff.de pact.cum multis ſi.à me collectis,ſuprà tit.omnium noſtrarum conſuetudinum ix.§.iij.in princip.vbi abundè probauimus,omnes obligationes & promiſsiones actiuè & paſsiuè tranſire ad hæredes etiam tacitos. Ideoque & hîc hæres exceptione illius promiſsionis patris ſummoueretur.l.Seia,ff.de euictio.

*Quid ſi promiſit eam tradere liberam.*

57 ¶Et idem videri poſſet,ſi venditor promiſiſſet tradere rem liberam vacuam & expeditã:per id quod in ſimili tradit Bal.conſ.cij.punctus ſuper quo,col.ij.verſicu.prętereà venditor.Sed hoc tamẽ non admitto,quia id debet intelligi ſecundũ ſtatuta ciuitatis,niſi expreſsim aliter cautum fuerit:per no.à Dy.Bar.& Ang.& aliis,in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebel.cum aliis multis concord.à me collectis in repet.l.ſi vnquàm,in verbo,ſuſceperit liberos,nu. 84. inci.ſed illud hîc quæro.Et quia etiam qui id promiſit:tacitè in id tenebatur.l.ex iis prædiis, & ibi Ang.C.de euict.& l.iij.§.j.& l.in venditione,ff.de act.empti.& cap.cùm Ioannes, & ibi glo.in verbo,vacuam.Imol.in j.not. & cæteri extrà de fid.inſtr.& voluit etiam glo.in l.cùm venderes,ff.de contrahen.emp.Cyn.poſt.Pet.in l.ſi pro fundo,in fi.C.de tranſact.Bald.in l. quoniam,C.de compẽſa.& conſi.clxvij.Titius vendidit,col.j.lib.1.& conſi.lxxxv. præmiſsis verbis,lib.5.repetito conſi.ccccl x.eod.lib.& Iaſon in repe.l.quò minus,in 7.q.Bar.col.eiuſdẽ q.ij.ff.de flumi.cum ſi. Ideo eius rei expreſsio nihil mutat conditionem iuris & cõſtitutionem.l.non rectè.C.de fideiuſſ. Nec hoc caſu ſufficit generalis promiſsio,niſi deſcẽdatur ad ſpeciem retractus,vt diximus in præcedenti verſic.

*Vẽditor ſemper tenetur rem tradere liberam.*

*Hæres poteſt uenire contra factum defuncti, quod in fraudem eius tendit.*

58 ¶Quid verò ſi quis dicat,non ſolùm hoc caſu,ſed & in illo præcedenti, filiũ aut alium hæredem venditoris non impediri,quò minus poſsit retrahere,cum hæres poſsit venire cõtra factum defuncti, quod ipſum tendit ad fraudandum eundem hæredem beneficio legis vel ſtatuti.l.ij.vbi Bar.Bal.& Pau.Caſt.C.ſi in fraudẽ patr.& voluit Cy.poſt.Petr.in l.j.col.j.in j. oppo.C.eod.tit.& Alb.in rub.eiuſdem tit.col.ij.verſi.circa,le ij.Bal.in l.j.col.iiij.verſic.quæro vtrùm iuramentum,& ibi Sal.in ix.q.C.de inof.dona.ipſe Bal.loquẽs de retractu feudi alienati à defuncto,conſ.ccxv.proponitur quòd inueſtiturę,col.ij.verſi.tertiò reſpõdetur,libr.2. Bart.qui id declarat,conſi.lxv.Petrus Nicole,col.j.verſi.ſi verò ex hoc.Aegid.Bellam.in cap. conſtitutus,col.3.verſicu.ſed ad illud de reſt.in integr. & Alex.qui alios citat, conſi.lvij.viſa breui.ad fi.lib.5.& Pran.Cur.Senior conſi.j.circa primum,in fin.& Iaſ.conſi.vij.pro reuerendiſsimo,col.vij.verſi.non obſt.ſi diceretur.libr.3.& conſi.lv.ſtatutum nouum, col.vj.verſi.& ad illud,

ad illud,eod.lib.3.& conſi.lxiiij.in cauſſa caducitatis,col.iij.verſi.nec obſtat ſi diceretur, eod. lib.3.& conſi.clxviij in cauſſa & lite,col.vlt.lib.4.Zaſius conſ.xviij.cum ſuperioribus,nu.22. lib.1. Eſt autem apud multos ſtatutum expreſſum, vt hæres venditoris poſsit retrahere : vt apud Meldenſes,c.xcvj.& Burdigalenſes,c.xix. Sed eſt contrarium ſtatutum apud Melodunenſes,c.54.& Cenomanenſes,c.377.niſi,vt ibi dicitur,hæres ante mortem venditoris ſemel vocaſſet emptorem in ius in cauſſa retractus. Et idem in Andegauia,c.367. Et in Borbonia, vbi non fit ea diſtinctio,c.485. Et apud Lodunenſes hoc eod tit.§.v.in fi.

*Cõſuetudines de retractu hæredis uenditoris.*

59 ¶S E D quid de filiofamiliàs,qui nulla adhuc bona habet, quia pater & mater adhuc viuũt, nec aliunde ſibi quicquam obuênit,& fortè adhuc eſt impubes & infans : ſed pater vẽditor, tanquam adminiſtrator illius,aut etiã ipſe filius,aut alius ipſius nomine vult retrahere rem à patre venditam,vt quotidie fieri videmus,num id poſsit? Chaſſ.in comment.conſuetudinum Burgundiæ hoc ipſo tit.*de retraictz*.§.j.in gloſſ.ij.in vlt.q.multa in ſimili propemodum quęſt.allegat,quæ vix intelligo.& cõcludit huiuſmodi filiũ,atq; etiam emancipatũ,non poſſe retrahere, & pro firmiſsimo omniũ fundamento citat text.loquentem tantùm de filiofamilias,in l.ſi venditor,§.ſed & ſi pupillus,ff.de in diem addict.quo dicit probari,filium non poſſe emere fundum à patre venditum. Sed is text.vt dicam quod ſentio,non id ita ſimpliciter dicit,ſed illud tãtùm,quòd pater non poteſt addicere filio ſuo,quẽ habet in poteſtate, fundum quem alij vendiderat ſub pacto addictionis in diem, ſicuti nec ſeruo proprio:quia his caſibus emptio nõ valet.quod quidẽ non aliud eſt,quàm quòd inter patrẽ & filiũfamiliàs,aut dominũ & ſeruum non conſtat venditio:vt de patre & filio eſt tex.in l.ij.ff.de cõtr. empt.quod longè diſtat à noſtro caſu : quia hîc filius non emit à patre:ſed ab alio, cui ipſe vendidit, vi conſuetudinis redimit:quod multùm differt,vt ex iis patet,quæ diximus ſuprà in præfat.nu.16.inci.valet igitur.Et ſi ea ratio haberet aliquid momenti ad caſum retractus, certè nihil pertineret ad filium emancipatum de quo etiam ipſe loquitur. Et quantùm ad filiumfamilias,is etiam maior,& ditiſsimus,nunquàm admitteretur ad retractũ rei vẽditæ à patre,cùm nec diuitiæ,nec ætas quantũlibet grandis,eximãt patria poteſtate. l.vlt.§.vbi autẽ in vnum,ibi,cuiuſcũq; ætatis fuerint,C.de bo.quæ lib.glo.in l.vlt.§.pupillus,ff.de verb.obli. quæ loquitur de ſexagenario,& in §.j.in verbo,patresfamiliâs.Inſt.de nup.

*Quæſtio, an filiusfamiliàs, cui nulla bona ſunt,poſsit retrahere rẽ à patre uẽditam,aut pater ipſius adminiſtrator.*

*Quid de emãcipato etiam inope.*

60 ¶At huius rei difficultas in hoc eſt,quòd iſte filius nulla bona habet,vt dixi,ex quibus pretium venditionis poſsit conficere:ſed pater qui ipſe per ſe & directè non poteſt redimere, vt ſuprà diximus,ſubicit nomen filij,vt indirectè,& mutuato alieno nomine,id faciat, cõtrà l. qui in ſeruitutem,ff.de bo.lib.vbi qui ſuo nomine poſſeſsionẽ bonorũ accipere non poteſt, nec liberorũ quoque nomine poteſt.& l.quæritur,eo.tit.vbi dicitur ad verbum, Ne qui ſuo nomine à bonorũ poſſeſsione ſummouentur,per alios (de filiis autem is locus nũcupatim loquitur) eam conſequantur.& ibi concord.in gloſſ.Et illius text.autoritate ſcribit glo.no. in l.Diui fratres,in prin.in verbo,fuiſſe,ff.de iur.pat.cùm tractat,an delictũ patris eiuſdemq; patroni noceat liberis:Si tale (inquit) ius ſit, ex quo patri poſsit acquiri,puta ſi vult liberto ſuccedere tãquam patronus:tunc patre viuente filius,qui adhuc in eius eſt poteſtate, repellitur:ſecus ſi pater deceſſerit,vel alio modo filius fuerit ſui iuris factus : per d.l.quæritur.& eam glo.ſequitur Bart.in l.j.in fi.ff.de interdict.& releg.& Alex.conſi.xxiij.opportunè,col.ij. verſi.quartò,libr.1. Et facit etiam,quod per eundẽ tex.ſcribit Bal.in c.j.§.hoc quoque,col.iij. verſi.accedit quæſtio,tit.de ſuc.feud. Et prætereà tex.in l.3.§.verbum poteſtatis,& in l.Sulpitius,ff.de do.inter vir.& vxo.vbi quemadmodũ vxor non poteſt donare marito,ita nec filio mariti in eius poteſtate cõſtituto:quia vt ita dicitur,patri quæritur.Et etiam videmus quòd pater autor fieri non poteſt,vt filio ſuo quid tradatur,cùm id faciens ſua autoritate ſibi acquirat.l.j.§.ſed ſi autor,ff.de auto.tut.Et facit item tex.in l.debitor,§.debitoris,ff.de pign.act. vbi filiusfamiliâs,nõ poteſt emere rem patris ex pecunia profectitia.& id ibi no.Bart.& Bal. Et tex.denique in l.Aemilius,§.id quod , ff.de mino.vbi filiisfamilias,poſt emancipationem minoribus non ſuccurritur,in id quod patri acquirunt.

*Qui quidquã facere non poteſt, nec filiorum nomine poteſt.*

61 ¶Et hæc quidem fortè procederent,ſi quæ filius in poteſtate cõſtitutus acquirit ex pecunia patris,omnino patri acquirentur,vt eſt de iure cõmuni.l.cùm oportet,in prin.C.de bo.quæ lib.& plenè traditur à Corn.conſ.ccxxxv.circa hanc, libr.1. Sed ex noſtra conſuetudine ſibi acquirit,non patri:nec ex iis quæ acquirit, quicquam pater habet , præterquam quòd facit fructus ſuos ad ætatem xx.aut xxv.annorum ipſius filij , etiamſi à patre bona proceſſerint: vt ſcribitur tit.huius vol.xxviij.§.pen.& vlt.qui ſunt totius vol.cccxx.& cccxxj.Eſtque ferè generale in vniuerſa Gallia,vt filiusfamilias,ſibi acquirat, non parentibus: quandoquidem poteſtas illa patria in hoc regno vel non habet locum,aut certè modicum:vt etiam affirmat glo.in §.ius autem,in verbo,Romanorum,Inſti.de patr.poteſt.& affatim diximus ſuprà tit. xvj.qui eſt,*des ſucceßions*. §.vij.qui eſt omnium huius vol.ccxj.in glo.j.Ideò ſi etiam pater ipſe de ſuo pecunias tribuat ad redimendum id,quod à ſe venditum eſt,cedit tamen commodo filij:cùm emptum ex pecunia alicuius,eius nõ ſit:ſed ipſius,cuius nomine emptio facta eſt, l.ſi ex ea,C.de rei vend.cum ſimi.

*Ex cõſuetudine Franciæ filijfamilias ſibi acquirunt.*

62 ¶Nam & id ex multorum ſententia procedit,etiam in noſtro caſu, videlicet in re quæſita à filio



filio ſuo ipſius nomine & periculo ex pecunia patris,vt ſcilicet ea filio quæratur,non patri. Ita enim nuncupatim voluit Ro.in Auth.ex teſtamento.& iterum in l.illud, C.de collat.& conſi.cccclxix.quò ad primum,col.ij.verſi.tertio caſu.& Pau.Ca.in d.l.cùm oportet,in prin. col.ij.verſ.ſed quid ſi filius,C.de bo.quæ lib.& Soc.conſ.lxj.circa primũ dubium,col.ij.verſi. ex qua concluſione,lib.4.& Ioan.Crot.in repet.l.frater à fratre,in xxx.q.ff.de cond.indeb.in quibus locis illi poſt antiquiores latiſsimè tractant,an & quando quæſitum à filio ex pecunia patris ipſi patri acquiritur. Sed quibus addere potes Bal.conſi.cclix.factum ſic ſe habet, quidã nomine Titius,lib.5.Ang.conſi.lxxxv.pater habens plures filios.& conſi.cxij.Vannucius,col.ij.Corn.conſ.clij.ad euidentiam,lib.3.& in ſubſcriptione conſi.ccxiij.incip.Phil.Dec. conſuluit,eod.lib.3.Soci.latiſsimè conſi.xcij.circa primum,col.ix.verſic.circa ſecundũ,vſque ad fi.conſi.lib.1.& conſi.clxij.conſiderata,col.j.& ſeq.propè vſque ad fi.conſi.libr.2.& conſi. cxcij.capio difficultatem,in 1.dubio,eod.lib.2.

*Quæſita à filio ex pecunia patris, an ipſi quærantur,an patri.*

63 ¶Et poteſt pater eam pecuniam,ex qua res vendita retrahitur , donare filio in ſua poteſtate conſtituto,ex patria noſtra cõſuetudine,ſuprà,tit.xiiij.qui eſt,*de donations*, §.iij.qui omnium eſt huius vol.clxxxiij.Et cùm ipſe emit nomine filij,cenſetur ei donare.l.filiæ cuius,C.fami. ercif.vbi etiam patet,rem ita emptam eſſe pręcipuam filio in iudicio familiæ ercif.& l.ij.C.ſi quis alte.vel ſibi.& voluit Bar.in vtroque loco & prætereà in l.quæ dotis,ff.ſol.mat. & in l.j. §.ſed nec caſtrẽſe, ff.de colla.bo.& in tract.de duob.fratrib.in iiij.q.primæ partis.Ang.in d.l. filiæ cuius, iterumq; in l.ſi donatione,& ibi quoque Raph.Fulg.Pau.Caſt.Ro.& Recentiores,C.de collat.& Corn.conſi.ccxxxv.circa hanc conſultationem,lib.1.

*Pater emẽs nomine filij cenſetur ei donare.*

64 ¶At dicet aliquis,pater poterit reuocare huiuſmodi donationem , atque ita res cedet ipſius cõmodo. Cui reſponderi poteſt,id admodum eſſe ambiguum,per ea quæ poſtea dicemus, verſi.abhinc ij.præſertim apud nos,qui expreſſam conſuetudinem habemus in d.§.320. qua pater etiam ea,quæ ab eo ad filium profecta ſunt,non poteſt impedire,vt ea loquitur:id eſt, (vt ſatis declarat)non poteſt facere,quin filius ipſe eis liberè & ſine patris impedimẽto,vtatur,fruatur, tanquam ſuis,poſt vigeſimum annum eiuſdem filij matrimonio mancipati,aut xxv.non mancipati. Et ſi id cõcedamus,vt ſcilicet poſsit reuocare,non proptereà patris erit ea res retracta ex ea pecunia donata:vt in ſimili dicimus , quòd ſi vxor emit pro ſe & proprio nomine ex pecunia viri verè vel præſumptiuè,tamen dominiũ ipſius rei ſibi quęritur: quãuis teneatur,quatenus locupletior facta eſt,l.j.& l.multum,in prin.& ibi Doct. C.ſi quis alter.vel ſibj.& l.& ſi de tua,C.de don.inter vir.& vxor.Bar.in l.& ſi inſtrumenta, in fin.per eum tex.& ibi quoq; Ang.C.de fid.inſt.& iur.haſtæ fiſ.lib.10.& Bal.conſ.lxvij.punctus talis eſt,domina Magdalena,col.j.verſi.ſecundo caſu,lib.4.Ang.conſi.cxlj.ſuper j.puncto,in prin. Et idem de fratre emente de pecunia communi,vt res ſit ipſius ſolius,l.qui aliena, C.ſi quis alte.vel ſibi,& l.ſi patruus,ſecundũ vnam lect.& ibi Bart.& Bald.C.com.vtriuſque iud.cum aliis multis concord.à me adductis tum alibi,tum infrà eod.tit.§.32.nu.17.nec denique.

*Vxor emens ſuo nomine ex pecunia uiri, ſibi acquirit.*

*Similiter & frater emens ex pecunia communi.*

65 ¶Verùm huic rationi non admodũ fidendum videri poſſet,propter ea quæ tradit Io.Plat.in d.l.& ſi inſtrumẽta,illud intelligens,quod ſuprà diximus de re empta nomine vxoris ex pecunia mariti, niſi ea res eſſet empta ex pecunia ab ipſo marito donata:tũc enim res ipſa marito acquiritur,poteſtq; is eam vẽdicare,vt econtrariò vxor rem à marito empta ex pecunia vxoris illi donata:per l.vxor.marito,ff.de dona.inter vir.& vxor.quem ſimpliciter ſequitur Io.Lup.in rep.rub.de don.inter vir.& vxo.§.lx.col.v.verſ.ſed in caſu.Sed ille tex.nũcupatim loquitur,cùm maritus aliâs non eſt ſoluendo,vt etiam dicit Bal.ibi,& gloſ.in l.ſi filij tui, in glo.j.in fi.C.eo.tit.Bar.in l.ſi vt proponis,in fi.& ibi quoque ipſe Bal.in 5.q.Ang.paulò ante fin.& Pau.Caſt.in fi.C.de rei vend.Ex quibus Ange.dicit,eum text.ita intellectum,eſſe ſing. Et id quidem Ange.in d.l.ſi filij tui,in fi.dicit generale eſſe in omnibus,qui rem quampiam emunt nomine alieno ex ſua tãtùm pecunia.Sed de hoc vltimo vide Bal.in d.l. ſi vt poponis,in 3.q.iterumq; in d.5.q.Verùm ex iis potes intelligere nihil hæc obeſſe noſtro caſui.

66 ¶Quanquàm & illud præterea dici poteſt,eam pecuniam,quam pater donat filio, non eſſe patris,nec ei acquiri:per id quod voluit glo.no.in d.l.frater à fratre,in glo.magna,ad fi.ff.de cond.indeb.quòd quãdo obligatio deſcendit immediatè à patre in filium,non reacquiritur ipſi patri,licèt ſecus ſit,quando aliunde prouenit. Quam glo.approbant omnes Doct.ibi.Et eam ad dominiũ & donationẽ à patre factã filio trahit Iaſon ibi,in lec.char.pen.verſ.aſſumo ſextam.& Ferdi.Loaz.in rep.l.filiusfamilias.§.Diui,char.15.nu.103.ff.de leg.j. Et pro hoc optimè facit quod dicimus in ſimili,quòd licet per ſeruum domino quæratur, ſi tamen vnus dominorum aliquid donet ſeruo cõmuni,nihil hinc ſibi quæritur,ſed aliis dominis tãtùm, ipſius donãtis ſociis.l.verùm,§.ſi ſeruo communi,& ibi gl.& Bal.ff.pro ſoci.& l.ſi Eros,ff.de opti.lega. Et quod in alio ſimili ſcribitur in l.ſicut,§.idem Papi.ff.quib.mod.vſusfr.amit.

*Pecunia, quã pater donat filio, an ſit patris.*

67 ¶Sed & hoc caſu attentari poteſt , patrem qui nomine filiifamilias facit iſtum retractum, atque in id confert pecunias,videri tacitè filium ſuum,quantum ad illum actum,emãcipare: per id quod in ſimili not.tradit Oldr.conſi.xxvj.pater cõſenſit filiæ,quòd ſi ſint duo fratres in poteſtate patris, vnus poteſt alteri donare bona profectitia cõſentiente ipſo patre.l.ſi permittente, C.ad S.C.Macedon.& l.tam his.ff.de don.cauſ.mort.nam conſentiendo ( inquit) videtur

*Pater tacitè emãcipat hoc caſu.*

videtur emancipare filiũ,quò ad eum actum.Et idem nulla ipſius mentione facta tenet eius diſcipulus Io.And.in addit.Spe.tit.de inſtru.edict.§.porrò.verſi.quid ſi filioſa.& Fran.Aret. qui id dicit ſing.& nouum,nutans tamen,in l.placet,col.ij.verſic.eſt & alius,ff.de acq.hæred. & Iaſ.in fi.l.j.§.hoc autem,ff.ad S.C.Treb.in vtraque lect.&in l.ſi is qui pro emptore,col.xl. nu.179.item adde,ff.de vſucap.

*Nullum doli aut fraudis præmium.*

68 ¶Denique ſi diceremus patrẽ poſſe reuocare hãc donationẽ,& ita ad ſe retrahere,quod ipſe nomine filij iure ſanguinis retraxit,cùm ipſe ſuo ipſius nomine retrahere non poſſet,fraus ipſius patris ſubiiciẽtis nomen filij,cederet illius lucro & cõmodo:quũ iniquũ ſit, ob ſuum facinus aliquid lucri facere,vt dicit l.ſi ab hoſtibus,§.j.ff.ſol.mat.& l.vl.in fi.C.de reb.cre.&l. itaque,in prin.ff.de fur.cùm dicitur,ſed nemo de improbitate ſua conſequitur actionẽ.& l.ſi remunerandi,§.Morus,ff.mãd.vbi ita ſcribitur, Nullã actionẽ eum propter ſuã calliditatem habere.& l.ita demum,ff.de arb.vbi dicitur,ne quis doli ſui præmiũ ferat,& l.verùm,§. tempus,ff.pro ſoc.vbi ſcribitur,æquũ non eſſe dolũ ſuum quẽquã releuare.& l.j.in prin.ibi, nec vel illis malitia ſua ſit lucroſa.& iterũ l.ne ex dolo,ibi,ne ex dolo ſuo lucrẽtur,ff.de do.mal. & l.ſed & ſi §.planè,in fi.ibi,ne & ſua calliditas proſit, ff.ad exhi.& l.pe.C.de leg.vbi dicitur, vt non accipiat fructũ ſuæ calliditatis.& l.dubiũ,C.de repu.vbi idem propè text.eſt.& l.ij.C. qui mili.non poſ.lib.12.& c.ſedes.& c.ex tenore,extrà de reſcrip.& cap.ex literis,quod eſt ij. extr.de dol.& contu.& c.ad noſtram,de empt.& vend.vbi ita ſcribitur, Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent.& c.paſtoralis,§.vlt.de off.dele.& c.ſtatuimus,eo.tit. lib.6.& c.dictum,& ibi gloſ.30.q.1.& bene facit l.ij.ff.de eo per quem fact.erit. & ibi concord. in glo.& l.ſiue hæreditaria,ff.de neg.geſt.& l.relegatorum,§.vlt.ff.de interdict.& releg.

69 ¶Et quanquàm pater faciat fructus ſuos acquæſtuum ſui filij vſque ad ætatem xx.aut xxv. annorũ ipſius,ſecundùm diſtinctionẽ noſtræ conſuetudinis, ſuprà à nobis citatæ:ſi harum rerum à ſe prius venditarũ & poſteà nomine filij retractarum,etiam fructus ſuos faciat , vt aliorum acquęſtuum,de quo poſteà dicemus , id certè non eſt conſiderabile,nec quicquam mutat ex noſtra ſententia:cùm id quod principale eſt, non ei quæratur.arg.d.l.j.ff.de autor. tut.nec quod principale eſt,vitiatur ob acceſſoriũ ſiue ſequelam vitioſam.l.Papinianus,§.ſed nec impuberis,ff.de inof.teſta.& l.pupillari,ff.de vul.& pup.ſubſt.& l.poſt legatũ,§.qui principale,ff.de his quib.vt indig.nec etiã vitiatur diſpoſitio facta in perſona expreſſa & capace, ex eo quod quæritur alteri non capaci.l.ſi ſponſus,§.ſi maritus,ff.de don.inter vir.& vxo.& l.ſi is qui,ff.de lib.leg.Quibus rationibus motus Signo.cõſ.cxiiij.thema ſic ſe habet,quidam habens filium,cõſuluit auum qui filium ſpurium hæredem inſtituere non poteſt, poſſe tamen nepotem ex eo legitimũ inſtituere,etiam ſi vſusfructus ipſi filio acquireretur. De qua re latiſsimè diximus in tractatu primogenituræ, quæſtio.xij. Et facit etiam , quod dicemus infrà eod.tit.§.xxvj.in glo.j.nu.30.quintò intellige.

*Principale nõ vitiatur propter ſequelam vitioſam.*

*Pater ali non debet de bonis quibus priuatus eſt.*

70 ¶Et hanc quidem partem,vt ſcilicet filiusfamilias, aut pater ipſius nomine poſsit retrahere rem à patre venditam , nuncupatim & in hac ipſa ſpecie tenuit Claudius Marletus vir ſanè legum peritiſsimus,quantum ex hoc vno ipſius conſi.coniicere potuimus, quod poſitũ eſt inter conſi.Chaſſe.conſi.xxiij.deceſsit Catharina,col.5.verſi.itẽ & quòd filius:vbi expreſsim repræhendit ipſum Chaſſe.contrarium tenentem, quo loco ſuprà citauimus:dicítque eum & hanc ſententiam aliquando fuiſſe ſecutum,ſed poſtea fauore cuiuſpiam amici cõtrarium conſuluiſſe : & cùm poſtea cõmentaria illa in Burgundionũ conſuetudines ederet, veritum fuiſſe veriorem partem ſequi. Sed & eam ſententiam nouiſsimè ſecutus eſt D. Ferronus Regius apud Burdigalã conſiliarius in cõmentariis conſuetudinum eius gentis hoc eod.tit. §.10.& D.Boer.eiuſdẽ curiæ Præſes illuſtriſsimus deciſi.xij.& prædicta faciũt. & latiùs deci. 138.an filiusfamilias,in quibus locis tradit ita fuiſſe iudicatũ ſæpius in curia Burdiga.& ante hos Maſuer.in hoc quoque eodem tit.de retractu,§.item filiusfamilias,vbi dicit haud dubiè huiuſmodi filium admitti ad hunc retractum , quò ad proprietatem,& fortè etiam quò ad vſumfructum,qui fortè hoc caſu patri non quæritur.ar.l.cum non ſolùm,§.j.verſicu.ſiue ex contrario,cum Auth.exceptis.& ſeq.C.de bon.quæ liber.

71 ¶Cui in hoc articulo,cùm ſcilicet dicit,vſumfructum hîc patri non quæri, {cõſentit Aegid. Bellam.idem expreſsè in hoc caſu volens,in c.conſtitutus,col.x.verſ.plus dicebam.de.reſtit. in integ.his quidẽ rationibus motus,quòd qui poteſt ſibi & aliis acquirere,ſi acquirit quod illis aliis quærere non poteſt , ſibi totum quærit.l.ſeruus meus.& l.homo liber.§.quicquid. ff.de acquir.rer.domi. Præterea quando quis per ſe ſibi non poteſt quærere propter factum ſuum,vt hic pater qui ipſe vendidit,nec etiam per eum poteſt qui ſuo iuri ſubiectus eſt , vt patet ex ſolutione l.non minùs,ff.de hære.inſtit.& l.ſi mihi.§.regulã.ff.de leg.j.& l.neque per ſe.C.de hære.inſtit.collatis illis quidem ad l.debitor.§.vlt.ff.de leg.2.& l.ſi maximè.ff. de ſer. legat.Nam & hinc videmus quòd ſeruus quærens rem quam alter dominorũ ipſe quærere non poteſt,alteri ſoli acquirit.l.item ſi ſeruus,in prin.ff.de ſtipu.ſeruo.

*Patri ſpurio non quæritur uſusfructus bonorum relictorum filiis eius ab auo eorum.*

72 ¶Quibus & tu addes text.in c.1.§.ſi verò violator, tit.de pace tenend.Ex quo no.Bal.col.iij. totius prin.& poſt eum Mart.Laud.Alua.& Car.Alex.quòd quãdo pater priuatur quibuſdã bonis,quæ quidẽ,vel eorũ portio,reſeruatur filiis,pater ex illis ali non debet.Quod & idem

voluit



voluit Bal.ad hoc not.illum tex.quem dicit not.in auth.bona damnatorum,col.ij.verſic.hîc quæro,dicit ſtatutum,C.de bon.dam.& Soci.conſil.cxxiiij.viſo ſtatuto inclytæ ciuitatis,col. iij.verſi.confirmatur iſta opin.lib.3. Sed & hoc propius fulciunt, qui in illa ſpecie de inſtitutione nepotis ex ſpurio,de qua nuper ex Signo.locuti ſumus, dicunt vſumfructum eo caſu patri non quæri,etiam ſi id dictum non fuerit. Inter quos eſt Bart.in l.Gallus,§.quod ſi is,in fi.& ibi etiam Ang.Imo.Fran.Aret.col.iij.& latè Alex.col.iij.Soci.col.ij.verſi.tertiò principaliter,ff.de lib.& poſthu.idem Barto.conſi.cxviij.Oducius,col.ij.Bald.conſi.ccclxxxviij.reſpondendo ad dubia,col.ij.lib.5.Sali.in l.vlti.col.vlt.C.de natu.libe.Paul.Caſt.conſi.cccclxvij.viſo dicto puncto,col.penul.verſi.ad aliqua,lib.2.Guid.Pap.conſi.xciiij.effectus,col.iij. verſi. prætereà cùm patri.Stepha.Bertran.conſi.xcvj.etiam ſi verum eſſet:col.j.verſi. & quod dixi,lib.3. cum aliis concord. adductis à Recentioribus in d.§.quid ſi is.& Alex.conſi.lxxxviij.omiſsis tribus,in vj.dubio,lib.7.Aut certè,ſi vt quibuſdam placuit,ponatur clauſula,ne vſusfructus patri quæratur,tunc haud dubiè valebit inſtitutio,vt per eundem Bart.in d.§.quid ſi is, col.j. & ibi quoque Soci.col.j.verſi.ſecundò in quæſtio.& Bald.conſi.cxlvj. titulus principis,col.ij. lib.1.& d.conſi.ccclxxxviij.col.ij.lib.5.& Alber.in l.adoptiuum,§.j.ad fin.ff.de in ius vocan.

*Pater executor,eligens filium pauperẽ, non habet uſumfructum.*

*Pater autoritatem præſtãs, an ſibi quærat uſumfructum.*

73 ¶Facit & quod ſcribit Bal.in l.tutor,§.quæ tutoribus,ff.de excuſ.tuto. poſt Pau.Liaz.& Ang. quempiam Aurelianum,quòd pater executor teſtamenti,poteſt eligere filium pauperem,ita tamen vt ſibi vſusfructus non quæratur.& id ſequitur Bened.Cap.conſi.liiij.punctus, quidã Ange.col.penul.Et quod à pleriſque traditur, quòd licet pater nõ poſsit autoritatem accommodare filio ad ſuum ipſius commodum,d.l.j.ff.de auto.tut.tamen poteſt filio quęrenti,aut etiam vni ex filiis donanti alteri,præſtare autoritatem.Sed hoc faciens nõ ſibi quærit vſumfructum. Ita enim voluit glo.in d.l.j.in princ.in verbo,non acquirit,in fi. & ibi quoque Dy. & Bart.tum verſic.quid ſi pater,tum item verſic.quærit glo.ff.de auto.tuto.Bald. in ſua margar.in verbo,parentes,col.j.verſi.pater conſentire poteſt.vbi in hoc dicit eam gloſ.ſing.Et ad hæc omnia facit optimè tex.in l.Imperator,ff.ad S.C.Trebel. & in l.Aemilius,§.j.ff.de mino. cum ſimil.Imò ſunt,qui hoc caſu conſtanter cenſent quæri vſumfructum patri:cùm in conſequentiam,& non principaliter quæratur:vt per Ioan.And.poſt Petr.Cer. in addi.Specu.tit. de inſtru.edi.§.porrò,colum.j.verſic.quod ſi filiusfamilias. De quo & tu vide Bal.in l.bonorum,col.vlti.verſi.& ex prædictis,C.qui admit.ad bono.poſſeſ.& conſil.ccxc.hæ quæſtiones, col.j.lib.3.& Barto.in l.impuberem,§.j.ff.de fal.

74 ¶Sed & huc ſpectat tex.in l.iij.§.denique,verſi ſed an hoc auxilium,ff.de minori.vbi ſi filiusfamilias minor iuſſu patris obligatus ſit,is reſtituitur ex his cauſis,quæ ipſius interſunt : ſed ea reſtitutio minimè patri prodeſt.Et tex.optimus in l.Sulpitius,ff.de dona.inter vir.& vxo. vbi ſi mulier patri fundum tradiderit,vti reſtituat filio:ſi id egit,vt maritus interim ex eo aliquid commodi ſentiret,nõ valet traditio:alioquin ſi ſolo eius miniſterio vſa eſt,valet. Vides igitur ex eo text.quòd maritus aliàs prohibitus,non poteſt,nec debet, aliquid commodi ſentire ex eo,quod vxor donat filio. Et hanc quoque partem adiuuat,quòd cùm olim non valeret donatio à matre facta filio,quia patri quæreretur, vt ſuprà diximus:certè ſi aliquo caſu ei non quæreretur,valebat donatio,vt ſatis cõſtat ex d.l.j.§.verbum poteſtatis,ſupra allegato. verſi.ſed ſi in caſtra. Ex quo inferunt Iac.Aret.& Bal.qui eum.§.legit cum §.qui in eiuſdem, quòd cùm hodie quæſita à filio,non quęrantur patri,niſi quò ad vſumfructum,d.l.j.& l.cùm oportet,C.de bon.quæ liber.poteſt etiam hodie mater filio donare,ſaltem quò ad proprietatem.Imò ſunt,qui hoc caſu,cùm mater donat filio, dicunt valere omnino donationem,nec ex ea quæri vſumfructum patri. Ita enim voluerunt Azo in ſumma,C.de donat.inter vir.& vxor.col.ij.verſi.item & quæ contingunt.& ſeq.& Iaco.Aret.& Mart.in l.ſi conſtante,C.eod. titu.de quo & tu vide Cyn.& Bal.ibi. Et facit denique, quod ſcribit ipſe Bald.in cap.1.§.hoc quoque,col.iij.verſi.accidit,tit.de ſucceſ.feu:quòd ſi pater vaſallus feudum alienauerit,idque ad filium ob id veniat,non quæritur patri per filium.& ſequitur Franc.Aret.conſil.xiiij.viſo & diligenter,col.vij.verſic.venio ad ſeptimum.

*Mater an poſſit donare filio, & an quæratur uſusfructus patri.*

*Deciſio principalis quæſtionis.*

75 ¶Concludo igitur,poſſe patrem adminiſtratorem filij etiam impuberis,in ſua poteſtate conſtituti vel etiam aliũ ipſius curatorem,aut ipſummet redimere, ſiue retrahere ex noſtra conſuetudine rem à patre venditam. Id quod etiam admittit conſuetudo Burdigalenſis,cap.13. Sed ita fortè ſecundùm Maſuer.non quæratur ipſi patri eius rei vſusfructus, aut aliud commodum quod tamen vltimum non aſſero,propter ea,quæ ſuprà diximus.Sed vtcunque ſit, nihil,quantùm ad id pertinet,venditoris intereſt,præſertim cùm proprietas ſit retrahentis.Et quia etiam,ſi id concedimus,aut etiam quòd ob id,vel aliàs, non poſsit pater adminiſtrator filij eo nomine retrahere,cùm ſuo non poſsit : vide quid prætereà fateri neceſſe eſt : nempe quòd ſi alius , quàm pater conſanguineus filij ex parte matris iam mortuæ ( ne quis nobis obiiciat id quod cauetur in §.xvj.huius tit.) vendiderit aliquid,non poſsit pater adminiſtrator filij eo nomine eadem ratione retrahere:nam ipſe quidem pater ſuo nomine non poteſt, cùm non ſit conſanguineus venditoris. Ergo ſi aduerſariorum ratio efficax eſt, nec nomine quidem filij,qui nulla adhuc bona habet:quia ſibi (vt dicunt) acquiret vel proprietatem,vel vſumfructum,nec filius quoque admittetur,cùm acquireret patri,qui nõ eſt conſanguineus

venditoris. Et tamen nemo ſanæ mentis id admitteret. Ideoq; nec hîc ſequendam eſſe opin. Chaſſe.arbitror,præſertim verò in filio emancipato.id enim omnino ſine dubio eſt.

*Autor ab iniuria Chaſſenei ſe aſſerit. Vide in Legibus connubialibus,in gl.xj. in uerbo, ne peut.uerſi. & in hâc & ſeq. Vide Chaſſenti.des droictz. & apartenances à gens mariez, in uerbo,ne peut faire,uerſicu.ſed in hoc.*

76 ¶Verebar cùm hæc commentarer,ne ſi quando Chaſſen.hunc locum legeret,pro more ſuo vehementius in nos excandeſceret,quòd ab eius opinione auſi fuiſſemus diſſentire. Eam enim ob cauſſam iam olim in nos ſtomachum eruperat. nam pridem in quadam ſectione ex noſtris in Pictonum conſuetudines commentariis, cui de Legibus connubialibus titulum nuncupauimus,ſemel atque iterum ab eius ſententia diſceſsimus:ita tamen, vt honorificam ſemper de eo mentionem fecerimus,plus fortè ei gratiæ,quàm res & veritas cõcedebant, tribuentes. Is autem erroris ſui conſcius,cuius eo in loco admonitus fuerat,in duabus poſtremis commentariorum ſuorum in Burgundiæ conſuetudines editionibus palinodiam, ceu alter Steſichorus,canit,ſententiã mutat,vſurpatis quoque noſtris teſtimoniis,quibus lapſum eius planè oſtenderamus. Quod tamen adeò cautè & veteratoriè ab eo factum eſt, vt non niſi à perſpicaciſsimo Lectore diligentiusq; intuente depræhendi poſſet. Nam cùm aliàs, ſi quæ ex priori editione immutaſſet,emẽdaſſet,detraxiſſet,aut etiam addidiſſet,additionis notula ſignificare conſueuiſſet,eo tamen loco,quo in noſtram ſententiam adductus ſuam mutauit,eam additionis notam conſultò prætermiſit, ſcilicet ne eam recantationem indicaret, quæ gloriæ hominis veluti tenebras allatura videbatur, qui omnia à ſe vel dicta vel ſcripta ἀκίνητα eſſe ſemper voluit,vel ( quod coniicio & veriſimilius eſt ) vt apud eos qui duo poſteriora illa commentaria tantùm euoluiſſent,non etiã priora,me falſæ calumnioſæq; reprehenſionis aut criminationis reum faceret. Eam autem coniecturam cepimus, quòd etiã nos in eo libro,quem Catalogum gloriæ mundi inſcripſit,plagij inſimulare conatus fuerat.Dicebat enim compilatas à me Lod.Cælij Rhod.lucubrationes,lib.13.cap.7. ex eoque pulchritudinis laudes,quas in noſtris Legibus connubialibus deſcribo, corraſiſſe, diſsimulato tamen & ſuppreſſo ipſius Cælij nomine. Sed eam criminationem falſam comperiet quiſquis eum in manus ſumpſerit.Nam illic nihil eſt omnino ſcriptum de laudibus pulchritudinis,quod in illis noſtris Legibus ſit quoque adſcriptum, præter vnum Procli locum. Neque tamen Cælius,qui Proclus ille fuerit ( multi enim autore Suida fuerunt) declarat:neque librum,in quo ea ſcriberentur,cùm is multos ſcripſerit,deſignat,imò nec ſententiam illius niſi conciſè & carptim deſcribit. Ego autem Proclum illum Lycium Platonicum eſſe oſtendi, librum nuncupatim annotaui,tum etiam ex eo ſententiam integram exſcripſi,vt liquere exiſtimen à me lecta primùm & diligenter Procli ſcripta,ex quibus quæ à Cælio accepta putauit,in noſtros illos commentarios traduximus. Nec verò tam tardi ingenij vnquàm fuimus,vt recentiores commentarios legendos potius, quàm antiquos illos ſanctioresq; claſsicorum autorum libros:riuulos,quàm fontes,ſectandos exiſtimauerimus. Id enim ex quo literas amplecti cœpimus,ſtuduimus, vt omni genere ſcriptorum inſtructa eſſet nobis bibliotheca:atque in hac cura ita verſati ſumus,vt ταύτην τὴν βιβλιομανίαν luculentæ fraudi rei noſtræ familiari futuram agnati gentileſq; non ſemel clamitauerint. Hæc paucula,lector humaniſsime,habui,quæ tibi obiter exponerẽ,vt intelligeres,quàm immeritò nobis ſuccenſuerit olim Chaſſeneus, tantaſq; in nos tragœdias excitarit, nulla etiamnum à me iniuria vel tantilla laceſsitus.Locus autẽ hic me admonet,imò vrget acerrimè,vt enumerem,demonſtrem deſignemq; plus quàm ſexcentas paginas integras,quas Chaſſe. ex noſtris illis Legibus connubial.(vt de aliis autorum vigiliis taceam ) nec immutato quidem vocabulo, atque adeò cùm calcographorum mendis, in illo ſuo Catalogo pro ſuis vſurpauit. eas enim deſignari ſibi expetebat bellus ille literator Annelanus. Sed vt idipſum in ſecundam editionem illius noſtri operis ſemper reieceramus,opportuniore loco & aptiore facturi, ita & plurima alia omitto hîc prudens,quorum etiam te admonere cõſtitueramus,niſi mors hominis aliàs docti, & vt ab aliis audiuimus,probi,nobis allata incepto deſiſtere ſuaſiſſet.

*Quæſtio, an pater, tanquã adminiſtrator uteri uxoris, aut curator ipſius, poſsit retrahere. Vterus poteſt hæres inſtitui. Vtero legari poteſt & donari.*

77 ¶Sed vt ad inſtitutum redeamus,illud quæritur,an pater ipſe tanquam adminiſtrator ventris ſuæ vxoris,id eſt,filij nõdum nati,qui ſcilicet in ventre vxoris eſt,poſsit hunc retractum facere.nam & hoc in facto vidimus.Finge igitur (ne incidamus in dubium præcedentis quæſtionis) quòd poſthumus ille fuit à quopiam hæres inſtitutus, quod fieri poteſt,vt patet per titu.de liber.& poſthu.aut quòd quiſpiam ei bona aliqua legauerit vel donauerit.Nam & id quoque fieri poteſt.l.qui quartam,§.ſi eius,& l.qui filiabus,in prin.& §.ſi quis ita,ff.de legat.j. Ex illis igitur bonis vult pater, vt adminiſtrator ventris, aut etiam alius curator ventri datus, retrahere rem à patre aut etiam alio conſanguineo ( hæc enim omnia ſimul expediam) venditam,vtrùm poſsit? Quod videtur,quia vterus in his,quæ ſuum ipſius commodum reſpiciunt,pro iam nato habetur.l.qui in vtero,ff.de ſtatu homi. & ibi concord.in gloſ.ideoq; & ei competit in integrum reſtitutio.l.etiam ei,& ibi glo.& Docto.ff.de minor.quem ad hoc dicit ſing.Bald.in rub.extrà de in integr.reſtit.ad fin.& in cap.1.col.j.verſic.ſecundò not.& ibi quoque Feli.col.ij.verſi.ſubdit, extrà de præſcrip. De quo etiam Paul.Caſt.conſi.xvij.col.iij. ad fi.& Fran.Balb.in tract.præſcrip.fo.47.col.iij.nu.44.Et actio negotiorum geſtorum,vt voluere glo.& Bart.in l.cùm pater,ff.de nego.geſt. Et bonorũ poſſeſsio cõtra tabulas.ff.de vent. in poſſ.mit.per totum. Mittiturq; in poſſeſsionem legatorum.l.communi,§.ſed & ſi, ff.com.

diuid.



*Vtero competit in integr. reſtit. Et actio negotiorum geſtorum.*

diuid.Nam ei directò,& per fideicõmiſſum relinqui poteſt.l.cùm inter.C.de fideic.liber. & è diuerſo eius fidei committi.l.j.§.ſciẽdum,ff.de leg.j.quanquàm ea l. loquitur de eo qui nondum natus eſt,& ita obtinet in omni poſthumo etiam nondum concepto.Eique dari poteſt curator.l.j.§.quoties,eo.tit.& l.Titius,quę eſt pen.§.ſi à Prætore,ff.de excuſ.tut.cum ſi.Atque etiam tutor ex teſtamento patris.d.l.cùm pater,ff.de nego.geſt.& §.cùm autem,Inſtit.de tute. Succeditq; etiam in his quæ ſunt dignitatis hæreditariæ,& adminiſtrat per curatorem.Bal.in l.vlt.in fi.C.de teſta.mil.Ex quo Card.Alex.in c.1.col.ij.verſ.quid ſi dominus,tit.quæ fuit pri. cau.bene.amit.tradit,quòd ſi dominus moriatur relicta vxore prægnante, dandus eſt ventri curator, à quo vaſallus petet inueſtiturã nomine ipſius ventris,cuique fidelitatem præſtabit. Teneturq; mater petere curatorem ventri,vt infanti filio.l.ij.§.item ſi adhuc prægnãs,ff.ad S. C.Tertu.& voluit Bal.conſi.cclxxxviij.Quidã deceſsit,in fi.lib.2.& conſ.ccxcvij.viſis & ſup. lib.3.& diximus latius in repe.l.ſi vnquam,in verbo ſuſceperit liberos.nu.144.{ ſed & illud.} Et vterus legitimari poteſt,vt dicitur voluiſſe Bal.in l.naturalis,in fin.tit.ſi de feud.fuer.content.inter do.& agn.de quo nos in noſtro tract.nobilit.c.6.nu.45.at illud in dubium.& ſeq.

*Vterus non eſt in poteſtate patris. Vterus non rumpit teſtamentum. Vtero tutor dari non poteſt.*

78 ¶Contrarium quoque videtur,quia pater non poteſt eſſe adminiſtrator filij, niſi eius,quem habet in poteſtate:vt not.in l.j.C.de bon.mater. At vterum non habet in poteſtate.l.vlti.ff.de collat.bon.& l.vlt.ff.de aſsig.liber.& d.§.cùm autem,Inſtit.de tute. cùm dicitur,ſi modò in ea cauſa ſint,vt ſi viuis parentibus naſcerentur,in eorum poteſtate fierent.Bal. qui id dicit not. in l.ſi filius,§.j.in fi.ff.de lib.& poſth.Ideoq; ſi teſtator rogat hęredem,ſi deceſſerit ſine liberis in ſua poteſtate conſtitutis reſtituere hæreditatem alteri, ſi hæres moritur relicta vxore prægnãte,locus eſt ſubſtitutioni.De quo vide Alb.in l.Neratius,ff.de manu.teſta.Necdum enim vterus ſuus eſt.l.j.§.toties,ibi,inter ſuos hæredes futurũ erit,ff.de ventre in poſſ.mit.& in d.§. cùm autem,cum aliis multis ſi.& concor.text.& Doct.à me collectis in repet.l.ſi vnquàm, in verbo,ſuſceperit liberos,nu.149.ad hæc vterus.In quo toto cælo errauit Alex.qui contrariũ dicit,in l.ſi filius qui patri,col.vj.verſi.fallit in poſthumo,ff.de vulg.& pup.vti etiã facit Soci. in l.j.col.xxviij.verſi.nec obſt.allegata,eo.tit.Propterea nec rumpit teſtamẽtum, donec natus ſit.l.iij.in prin.verſic.ex his apparet,ff.de iniuſt.teſta.cum ſi. Nec etiam tutor ei dari poteſt.l.ſi nemo tutorem,§.vlt.ff.de teſta.tute.& l.ventri,ff.de tuto.& cura.da.ab his.& l.j.§.ſi quis quaſi, iuncta gl.ff.de eo qui pro tut.& glo.in rub.ff.de tute.& Io.Plat.& Ang.Aret.in d.§.cùm autẽ, Inſti.de tute.Nec contrarium probat d.l.cùm pater,de neg.geſt. quia ibi magis adminiſtrauit de facto,quàm de iure,vt dicit glo.& Doct.ibi.Dictus autem §.cùm autem,de tutel.& ſimiles tex.loquentes de tutoribus datis poſthumis,intelliguntur,vt ſint tutores ipſis poſthumis natis,nam & hi poſthumi dicuntur. Is autem curator ventri datus continuò decedit ſuo munere,quàm infans natus eſt.l.j.§.tandiu,ff.de ven.in poſſeſ.mit.& voluerunt Io.Plat.& Ange. Aret.in d.§.cùm autem.Et ad hæc omnia optimè facit tex.in l.tutor,quę eſt iiij.§.ſi curator,ff. de ſuſpe.tuto.vbi tamen glo.hallucinata fuiſſe videtur, dum in hoc facit diſcrimen inter iudicem & teſtatorem. Cur autem tutor huic ventri dari non poſsit, curator poſsit,ratio hæc eſt,ni fallor,quoniam tutor principaliter datur perſonæ,curator bonis,vt not.in §.certæ, Inſtit.qui teſta.tut.dar.poſ.At is qui nondum natus eſt,perſona non eſt,nec homo,nec animal, vt ex ſententia Empedoclis,Diogenis, Herophili & aliorum plenè diximus in repet.l.ſi vnquàm,in verbo ſuſceperit liberos,nu.147.quinetiam is infans,& ſeq.C.de reuo.don.Tametſi aliter ſentit autoritate Hippocr.& duorum capitum noſtrarum legum Galenus in eo lib.cui hunc titulum nuncupauit,Vtrum conceptus in vtero ſit animal. Sed alicubi in eo libro dicit potentia eum conceptum eſſe,at actu tum fore,cùm in lucem editum erit.

*Vterus an ſit homo, aut animal.*

*Deciſio princi.quæſtionis.*

79 ¶Et ego quidẽ in eadem rep.& glo.nu.144.ſed & illud,& multis ſeq.vbi tractauimus,vtrùm hic infans nondum natus faciat locum ei l.multa in vtranque partem adduximus,quæ & ad hunc caſum noſtrum pertinent,vt ibi videre poteris. Sed vt breuiter hanc rem definiam ac concludam:illud veriſsimum eſt patrem non eſſe adminiſtratorem filij nondum nati,vt ſuprà oſtenſum eſt. Ideoq; Bald.conſil.cxxvj.quidam nobilis,lib.1.quod propè ad verbum repetitur conſi.cxxxvij.eod.lib.1.niſi quòd copioſius in poſteriore loco rem ipſam diſſerit, ſed vtrobique reſpondit,patrem aut auum paternum non poſſe,tanquam adminiſtratorem vteri,aliquid facere.Et idem quoque ſine mentione Bal.tradidit Alex.conſi.clxxj.viſo proceſſu, col.vlt.verſi.non obſt.quòd Io.lib.2.Cùm autẽ nec tutor ei dari poteſt,vt diximus, & nemo contradicit,curator autem haud dubiè dari poteſt,iſq; pro nato habetur,cùm de commodis eius quæritur,vt etiã diximus:nõ video,cur curator ei à iudice datus nõ poſsit eius nomine hunc retractũ petere:ſicuti & poteſt bonorũ poſſeſsionẽ:vt & ſuprà diximus.Nam & is,modò poſtea naſcatur,ſuccedit,& rũpit teſtamentũ,obſtatq; cæteris remotioribus,l.pen.§.quandiu,ff.vnde lega.& l.j.§.ſi quis proximior,ff.vnde cogn.cũ ſi.Ex quo etiã potes intelligere eũ ad retractũ admitti,qui per omnia ſequitur ius ſucceſsionis:vt ſcribitur infrà, eo.tit.§.xj.& §. xiij.Verùm executio ipſius retractus manebit in pendenti,tantiſper dum in vtero eſt:vt colligitur ex dictis iuribus,atque etiam ex d.l.vlti.ff.de colla.bon.& l.antiqui,ff.ſi pars hæred.pet.

80 ¶Quamuis ſciam,Philip.Deci.conſi.ccxxij.viſo puncto,col.j.in hoc ſtatuto nuncupatim loquentem,reſpondiſſe nondum natum tempore venditionis non admittendum vi huius ſta-

tuti ad retractum,ea ratione motum, quòd is tunc non poteſt dici filius aut conſanguineus venditoris,de quo loquitur ſtatutum,per d.l.vlti.ff.de colla.bo.{quem nuncupatim ſequitur Maria.Soc.iunior conſi.xxij.pulchra eſt præſens conſultatio,in j.dubio.lib.1.} Sed quod pace tanti viri dixerim,ille tex.id non dicit.Et contrarium probatur in d.§.ſi quis proximior.Sed pro eius ſententia eſt expreſſa cõſuetudo Britonum,c.veterum conſuetudinum eius gentis, lj.in fi.& reformatarum hoc eo.tit.§.xiiij.Et ad eam optimè facit,quòd in his quę ſunt ſtricti iuris poſthumi non includuntur,l.ſi prægnans,& l.ſi vaccæ,quæ illam confeſtim ſequitur,ff. de euict.& l.non quocunque,§.Iulia,ff.de leg.j.& id autoritate illorum tex.voluit Alber.poſt Oldr.in d.l.qui in vtero,ff.de ſtatu homi. & iterum in prima parte ſtatut.quæſt.cxxxiiij.ciuitatis Paduæ,vbi ex hoc dicit, quòd ſtante ſtatuto,vt in locum Decurionis demortui aſſumatur quiſpiam ex proximioribus ipſius:ſi moriatur Decurio relicto patruo,& filia prægnante præfertur patruus vtero:licet hic proximior eſſet,cùm naſceretur : nam ſtatuta (inquit) ſunt ſtricti iuris:ideo in his non includuntur poſthumi,vt iam diximus. Hic autem caſus noſter eſt iuris ſtricti:cùm etiam ſit ex ſtatuto,vt ille caſus Albe.& quia etiam retractus per ſe conſideratus eſt ſtricti iuris,vt dicitur infrà,§.huius tit.xxxv.Et ſimile eſt,quod tradit Bald. etiam poſt eund.Oldr.in l.idem erit,in j.lect.circa mediũ,ff.eo.tit.de ſtat.homi.quòd ſi ſtatuto cautum ſit,vt in locum demortui ſumatur proximus ex eiuſdem genere,& nemo ſit natus , ſed ſit aliquis in vtero,nõ expectandum eſt,vt naſcatur:ſed alius confeſtim & ſine vlla dilatione aſſumendus eſt:per l.petitionem,§.quando autem.C.de aduo.diuer.iud.& l.nullus.quæ eſt j. ibi,ſtatim atque illum fata ſubduxerint,C.de agen.in rebus,lib.12.& idem voluit Albe.in d.l. petitionem.& Ang.in l.Arethuſa.col.ij.verſi.quid ſi de genere.ff.eod.tit.de ſtatu homi.

*Poſthumi in ijs quæ ſunt ſtricti iuris non compræhenduntur.*

*Vterus an poſſit ſubrogari in locum Decurionis demortui.*

81 ¶Verùm hęc poſſent procedere,niſi noſtra conſuetudo ſtatuiſſet ius retractus ſequi per omnia ius ſucceſsionis,vt diximus. Cùm igitur poſthumi admittantur ad ius ſuccedendi,ſequitur & eos admittendos eſſe ad ius retrahendi.Nec tamen ea iura ſupra in princip.allegata ad probandum poſthumos non compræhendi in his quæ ſunt ſtricti iuris,huc pertinere videntur:neque enim in illis tractatur vtrum poſthumi admittantur,an non, vtrúmve habeantur pro natis,nécne:ſed illud tantùm, vtrum venter acceſſoriè veniat in venditione matris:& an eo euicto agi poſsit de euictione , nécne quæ res quantum ab hoc caſu differat, planum eſt. Iura autem poſtremò à Bal.& Ang.citata,nihil etiam de vtero dicũt, ſed tantùm præcipiunt ſtatim & ſine vlla dilatione alium in locũ demortui ſubſtitui,& id fauore collegij, vt dicunt ipſi.Bal.& Ang.nam & hîc eſſet periculum in mora,non etiam in caſu noſtro.Ideo & in illa mea ſententia perſto,vt ſcilicet vterus admittatur ad retractum.

82 ¶Et hæc quidem intelligo, ſi is vterus erat conceptus tempore venditionis , ex qua ius eſt quæſitũ conſanguineis.Si enim poſtea cõcipiatur,maius dubiũ eſt,an ſit admittendus. Nam d.§.ſi quis proximior,id quod diximus,intelligit , ſi hic qui in vtero eſſe dicitur,viuo eo,de cuius bonorũ poſſeſsione agitur,fuerit conceptus:nam ſi poſt mortẽ,neque obſtabit alij,neque ipſe admittetur:quia non fuerit proximus cognatus ei,quo viuo non eſt conceptus. Et ſimile eſt,quod ſcribitur in l.j.§.ſciendũ,ff.de ſuis & legi.Suos quidem poſſe ſuccedere,ſi modò mortis teſtatoris tempore vel in rebus humanis,vel ſaltem concepti fuerint.Et iterum in l.Titius,eo.tit.vbi qui poſt mortem ſui aui concipitur,is neque legitimam hæreditatem, eius tanquam ſuus hæres,neque bonorũ poſſeſsionem,tanquã cognatus, accipere poteſt:quia lex duodecim tabularũ eum vocat ad hæreditatem,qui moriente eo de cuius bonis quæritur,in rerum natura fuerat,& in l.item Prætor.in prin.eo.tit.vbi Prætor edicto ſuo proximitatis nomine bonorũ poſſeſsionẽ pollicetur his,qui defuncto mortis tempore cognati fuerũt.& in l. ſi quis filio exhæredato,in prin.& ibi Bar.& Ro.ff.de iniuſt.teſt.vbi dicitur,ſed hoc ita, ſi aui mortis tẽpore in vtero nepos fuerit.Cæterùm ſi poſtea cõceptus fuerit,Marcellus ſcribit neque vt ſuum,neque vt nepotem aut cognatũ, ad hæreditatem vel bonorũ poſſeſsionẽ poſſe admitti.Cuius l.autoritate Bar.in l.nam ad ea,poſt prin.ff.de legib. negat poſthumum conceptum & natũ poſt mortẽ teſtatoris rũpere teſtamentũ. Et text.in l.Paulus.§.Paulus ff.de bo. vbi etiam dicitur , hos poſt mortem aui conceptus non admitti ad hæreditatem legitimam, neque ad bonorum eius poſſeſsionem.& in l.verum,iuncta glo.ff.de bon.poſſeſ.ſecun.tab.& in §.cùm autem,verſi.planè,Inſtit.de hære.quæ ab inte.defe.vbi qui poſt mortem aui conceptus eſt,cum nullo iure cognationis tetigit: ideo nec ſuus illi hæres exiſtet.& ibi gloſ.aſſerit eum illi nullo iure ſuccedere.quam ſequuntur Bal.Ioan.Fab.Io.Plat.Ang.Are.& alij ibi.

*Quæſt.an concepti poſt venditionem admittantur ad retractum.*

*Cõceptus poſt mortẽ defuncti, neque admittitur , neq; obſtat alijs.*

83 ¶Ex quo tradunt omnes nepotem,qui poſt mortem aui conceptus eſt,ei non ſuccedere,glo. Cy.Bal.Sal.Paul.Caſt.& alij in l.ſi quia filium,C.de inof.teſt.gl.Bar.Bal.Ang.Sal.qui ita dicit omnes tenere,Raph.Corne.& alij in l.vlti.C.ad S.C.Orphi.gl.in d.l.item Prætor.& in l.cùm emancipati,ff.de colla.bon.& in §.cùm quæritur,& ibi Doct.Inſti.de hæred.quæ ab inte.defe. & in §.hi etiam,Inſti.de legi.agn.ſucceſ.Cy.Bal.Ang.Raph.Pau.Caſt.& Corne.in l.qui ſe patris,C.vnde liber.Cy.& Alber.in auth.itaque, vterque col.j.C.com.de ſucceſ.vbi dicit Cyn. hunc nec Iure ciuili nec Prætorio ſuccedere.Albe.in auth.ceſſante.ad fi.C.de legi.hære.Bart. in l.iura,ad fi.ff.de legib.& in l.vlti.col.vlt.verſic.quæro quid ſi filia,ff.ad S.C.Tertu.Bal.in l. affinitatis.col.j.verſ.item not.quòd in hac,C.com.de ſucceſ.& conſi.lxvij.quia ſtatutum,poſt prin.

*Nepos poſt mortẽ aui conceptus, ei non ſuccedit.*



prin.lib.1.quod & iterũ repetitur,alio tamen initio,conſ.cccxcvij.punctus talis eſt,Antonius, lib.3.vbi ex hoc dicit hos poſt mortem conceptos, nõ comprææhendi in ſtatuto loquente de nepote vel cognato.& conſi.cxj.ad conſeruationem,col.j.verſi.primo caſu,lib.2. vbi rationẽ reddit,quia nulla iura conſanguinitatis habuit cum auo.{& conſi.cxxxj. circa prædicta,col.j. verſi.item nec filij.lib.2.} & conſi.cxxxij.quanquàm ſuprà hoc.col.j.eo.lib.2.& conſil.cccxlij. caſus ſuper quo,in fi.eo.lib.2.& conſi.cccxciij.ad euidentiam,circa mediũ,eod.lib.2.& conſi. ccccvij.punctus talis eſt,Antonius,poſt prin.lib.3. quod quidem editum eſt in eadem ſpecie, qua & prima illa duo repetita ſuprà à nobis citata. & Bonacur. inter conſil.eiuſdem, conſil. cxxxj.circa prædicta,col.j.lib.2.Ange.conſil.cccxxj. Dominus Iordanus,col.ij. vbi & id dicit procedere in materia feudali.Petr.Anch.conſi.ccclxv.in themate propoſito,col.j.Rom.conſi. ccccxlij.vt deciſionem,col.ij.Petr.Fer.in tit.forma libe.pro hæred.ab inteſt.in verbo, nulliſq; ſuperſtitibus,col.iij.Corn.conſi.clxv.ad euidentiam,col.j.lib.& conſi.vij.quæſtio eſt pulchra, col.j.lib.2.Et idem in aliorum ſucceſsionibus voluit Rapha.Fulgo.qui id tamen optimè declarat,conſi.xlv.quidam Franciſcus.& conſi.xciiij.ex facto proponitur.& Ange.Aretin.in §.j. Inſtit.de legit.agn.ſuc.& Bapt.Cacia.inter conſil.Socin.in ſubſcriptione,conſi.clij. caſus iſte, quæ ſubſcrip.omnium eſt poſtrema,lib.1.& Docto.vbique.

84 ¶Vides igitur ex ſuprà dictis,hunc qui poſteà concipitur,nec ſuccedere,nec ei de cuius ſucceſsione agitur,cognatum eſſe. Scis item ius retractus & ſucceſsionis idem eſſe, vt ſuprà ſæpius diximus. Ex quibus facilè conſequitur,nec hunc ad retractum eſſe admittendum.Præſertim cum habeamus tex.in l.ſi ita fuerit,ff.de leg.iij.probantem, eum qui nondũ natus eſt, non cenſeri eſſe de familia. Quod & ex eo quoque probatur, quòd in fideicommiſſo purè relicto familiæ illi tantùm vocantur, qui fuerunt tempore mortis teſtatoris.l.cùm ita,§.in fideicommiſſo,ff.de lega.ij.& voluit Io.And.poſt Lamber.Ramp.in addi.Spec.in rub.de teſta. col.iij.verſi.item Lambertus : vbi addit rationem,quia nondum ſunt in rerum natura, cùm ſubſtitutio locum obtinet.& Signo.conſi.clxxij.teſtator,col.ij.verſi. præterea ex cõiecturata, & conſi.ſeq.in nomine,&c.A pater col.item ij.& verſi.eiuſdem initij.Petr.Anch.& Imo.in c. indicante,extrà de teſta.Alex.conſi.xxij.viſis ac etiã perlectis,col.ij.verſi.quò ad vltimũ,lib.3. & conſ.xxvj.videretur fortaſſe,col.ij.verſ.contra nepotẽ,& iterũ col.vlt.verſi.non obſt.quòd d.Thamarotius,eo.lib.3.& conſi.xiij.viſis & perlectis,col.ij.verſ.ſed præmiſsis non obſt.lib.4. quod idem eſt cum illo xxij.lib.3.& Io.Baptiſta,aut quiſquis alius fuit,conſi.ſeq. adſit Spiritusſancti gratia,col.iij.Soci.in l.ſi cognatis,col.antepen.verſi.quarta & vltima concluſio,ff.de reb.dub.& conſi.xlix.viſo inſtrumento,col.pen.verſi.ſolum tamẽ videtur, lib.1. & conſi.cxiij. ſuprà ſcripti,col.iij.verſi.arbitror,eo.lib.3.& conſi.x.cõſideratis,col.ij.verſi. comprobo etiam, lib.3.vbi & hoc refert conſuluiſſe ipſum Alex.& Ioan.Baptiſt.à S.Seuer. & ſe ſubſcripſiſſe.& idem Soci.conſi.lxix.viſo teſtamento Ioan.col.v.verſi.præterea etiã ex alio,eod.lib.3.& conſ. lj.viſa facti enarratione,col.pen.lib.4.vbi hoc intelligit, niſi aliud appareat de mente teſtatoris.Phil.Deci.in rub.C.de ſucceſsio.ædic.in prin.& conſi.ccv.in cauſa iſtorum nobiliũ,col.j. verſi.tertiò hoc idem.& conſi.ccclxiiij.viſis his quæ accuratè,col.j.verſi.eiuſdem initij.Carol. Ruin.conſil.ij.eſt in primis,col.iij.num.9.lib.1.Cro.& Ferd.Loaz.in rep.l.filiusfamilias.§. Diui,ille col.xlj.verſi.ſeptimò quæritur,hic nu.528.& ſeq.ff.de leg.j.Alcia.in l.pronuntiatio , in verbo,agnatorum,ff.de verb.ſig.Ant.Rub.conſi.xxviij.circa præmiſſam,col.ij.verſi.& ſi dicatur,& iterum col.ſeq.verſi.item ex quo.& Iaſon inter conſi.illius cõſi. xxxvij.circa dubium, col.ij.verſi.ſecundò moueor.& Stepha.Bertr.conſi.xv.ex themate,nu.37.lib.4.vbi & id trahit ad caſum non longè noſtro diſsimilem.

*Nondum conceptus non eſt de familia.*

*Nondum concepti non compræhenduntur in fideicõmiſſo purè relicto familiæ.*

85 ¶Sed & idem quoque obtinet (ne id omittamus)in legato puro,relicto cognatis ſiue cõſanguineis,vt ſcilicet non niſi illis cõpetat,qui ſunt cõcepti tempore teſtamẽti vel mortis teſtatoris, & ſic eo tempore quo legatum defertur, non qui poſteà cõcepti ſunt per text.in d.l.ſi cognatis.& ibi Bar.& alij,& inter cæteros latiſsimè (qui mos ei propè perpetuus eſt) Soci.ff. de reb.dub.& voluit etiã Ro.conſi.ccxxxj.præmiſſorũ Doct.in prin.& iterum conſ.cxxxiiij. pro declaratione,in iiij.dubio,vbi id intelligit, niſi aliud appareret de voluntate teſtatoris. & ipſe Soci.d.conſi.xlix.col.pe.vbi ſuprà,in verſi.præcedenti,lib.1. & quiſquis is fuit inter conſ. Alex.d.conſi.xiiij.adſit ſpiritus,col.iij.lib.4.Benedict.in repe.c.Raynutius. in verbo, & ſoboles,nu.38.extrà de teſta.& bene facit l.qui filiabus,in prin.ff.de leg.j.

*Nec in legato.*

86 ¶Et hæc aliis multis rationibus & Doct.ſententiis fulciuntur. Nam gloſ.in l.qui ſe patris, & ibi Bart.C.vnde libe.tradunt conceptum poſt emancipationem patris , non venire appellatione agnatorum,& ſequitur Bal.in l.meminimus,C.de legi.hære.& Phil.Deci.qui alios allegat,conſi.xiij.cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione,col.iij.verſ.& licet hodie.de quo tamen vide Bal.& recentiores in d.l.qui ſe patris, facit & quod ſcribit Spe.tit.de feu.§.vlt.col.j. in eadem quæ.an felonia,quam vocant,(noxia malo dicere) patris clientis,id eſt,vaſalli,vt & ipſi vocãt,noceat filio:vbi dicit quòd ſi feudum cœpit ab auo, eoque viuente nepos conceptus nõ eſt,ei nihil obeſt patris noxia,quia ex perſona aui nihil petere poteſt,cũ inter vtrunque nulla conſanguinitas fuerit:per d.§.ſi quis proximior , & d.l.ſi quis exhæredato. Sed & Bar.in d.l.item Prætor,ff.de ſuis & legi.tradit, quòd ſi banniantur nobiles & eorũ filij & ne-

*Cõceptus poſt emancipationem patris nõ dicitur agnatus.*

*Noxia patris in dominũ, an noceat filio.*



BIBLIOTECA

*Multa de conceptis poſt tempus.*

potes,non cõpræhenduntur,qui poſteà concepti ſunt. Quod & voluerunt Bal.& Ang.Are. in d.§.cùm autem,Inſti.de hære.quæ ab inteſt.defe.Idem autẽ Bal.in l.voluntas,in fi.C.de fideicom.dicit quòd prohibitio alienandi extra familiã intelligitur de conceptis tempore teſtamenti vel mortis:per tex.ibi,& in d.l.ſi cognatis. Idem Bald.conſi.cccclxxxviij.caſus talis eſt, quidã Titius,lib.3.ſcribit,quòd ſi teſtator ſubſtituit proximiores, intelligitur de his qui erãt concepti tempore mortis ſuæ.& conſil.cccxxxiiij.factũ tale eſt,magiſter Ambroſius,col.ij.lib.4.dicit hos nepotes poſt mortẽ aui conceptos nunquàm originem eius ſequi,nec in fauore, nec in odio:vt qui ei nunquàm fuit agnatus aut cognatus:& conſi.cl.proponitur quod quidam teſtator,in j.dubio,lib.5.vbi dicit,quòd ſtatutũ quo cautum eſt,neptem dotatam ab auo, non ſuccedere dotanti,nec deſcendenti ab eo,nõ habere locũ in ea quæ viuo ipſo auo cõcepta nõ eſt:vt quæ tũc propriè neptis eius nõ ſit:nec poſt mortẽ ipſius poteſt incipere eſſe neptis eiuſdem.Subiungitq; id non ſolùm procedere in materia ſucceſsionum, ſed etiã generaliter.Ideoq; & in ſtatuto prohibente,ne militum nepotes intrent in palatiũ.quanquàm in caſu illius ſtatuti contrariũ conſuluit ipſe Bal.alio conſi.ſcilicet clxxvj.ſtatuto cauetur,eo.lib.5.

*Alia de huiuſ modi cõceptis poſt tempus.*

87 ¶Sed vt redeamus,idem Bal.conſi.clxij.quidam Franciſcus,in fin.eod.lib.5.tradit huiuſmodi nepotes pauperes ex filio ſpurio haud dubiè eligi poſſe ab executoribus teſtamenti aui,quo bona iuſſa ſunt diſtribui inter pauperes,licet dubitetur de cæteris antè natis. Et Corn.conſi.cxcvij.circa primum, poſt prin.lib.1. quòd auus non poteſt facere teſtamentum nepoti nondum concepto tempore mortis illius,nec ei ſubſtitutionem facere : cùm nunquam fuerit in eius poteſtate,nec cenſeatur fuiſſe ipſius cognatus vel conſanguineus.Et Ang.Berig.id repe.l.in ſuis,col.ix.ff.de lib.& poſth.dicit eam l.non habere locũ in eo qui poſt mortem aui conceptus eſt. Et Fran.Aret.inter conſi.Soci.in ſubſcriptione conſi.clij.caſus iſte,(ea autem ſubſcriptio eſt in col.viij.eiuſdem conſi.lib.1.)dicit quòd licet dubium ſit,an appellatione filij in teſtamento veniant nepotes,tamen ſi ipſi nepotes nondum erant cõcepti tempore teſtamenti,nec tempore mortis teſtatoris,tunc haud dubiè non compræhenduntur : per not.in d.l.ſi cognatis. In qua etiam ſentẽtia fuit Bapt.Cacia.ibi in ſua ſubſcriptione à nobis ſuprà citata, col.ij.verſi.concurrit etiã.Et facit denique tex.in l.emancipatum,§.ſi quis conceptus,ff.de ſenato.vbi non dicitur fuiſſe filius Senatoris, niſi qui conceptus fuit,dum pater Senator fuit. Et generale eſt, vt inſpiciatur qualitas tempore cõceptionis.l.ex libera,C.de ſuis & legit.& l.ex facto,§.ex facto,ff.ad S.C.Treb.& l.emancipatũ,§.j.ff.de Senato.cũ ſi. Et quod ſcribit Alb.in l.Diuo,in prin.C.de quæſtio.& Pau.Caſt.conſi.cclij.viſo puncto,col.ij.verſ.breuiter,lib.2.

*Cõceptos poſt venditionem, poſſe reuocare alienationem.*

88 ¶QVANQVAM & aduerſus hæc alia multa adduci poſſunt. Primùm tex.in l.peto,§.fratre, iuncta glo.in verbo,familia,ff.de leg.ij.vbi ſi res quæpiam ſit prohibita alienari extra familiã, ſi alienata fuerit,poterunt etiam hi qui poſt alienationem concepti ſunt & nati,eam reuocare,etiam ſi cæteri omnes,qui erant eius familiæ tempore alienationis,ei conſenſerunt. Et ita per eum tex.voluit Rapha.Fulgo.in l.quoties,la j.C.de fideicom.& ſequuntur Corne.& Iaſ. ibi,idque dicit Iaſon eſſe de mente Ioan.Ana.conſil.xlvij.illud præſupponitur,& id eſſe notandum,& digito ligandũ,quia quotidianum. Et id clarius voluit Ludo.Bol.in addit. ipſius Anan.in fin.& Bened.qui id ſing.dicit,in repe.c.Raynutius,in verbo,& ſoboles quã geſtabat in vtero,nu.49.de teſta.Philip.Deci.conſi.xxxviij.circa primum dubium,col.ij.verſic.tertiò, conſiderandum.& conſ.cccclxviij.ſuperiori anno,col.pen.verſi.& dominæ Aloiſiæ,& conſi.ccccxcviij.viſo caſu propoſito,col.iij.verſi.non obſt.dominæ.Crot.Ferdi.Loaz. & Fran.Rip. in repe.d.§.Diui,ille col.xlj.verſic.ſeptimò quæritur,alter nu.528.& ſeq.hic col.iij.num.10. Et idem propemodum voluit Rapha.Co.in l.cùm ita,§.vlti.ff.de leg.ij.& Alciat.in d.l.pronuntiatio,in verbo,agnatorum,ff.de verb.ſign.& facit quod de reuocatione fideicommiſsi tradit Alex.conſil.cj.ſuper primo,col.pen.verſi.nec obſt.ſi diceretur,lib.7.

*Cõceptos poſt mortem primi vaſal.aut emphyteutæ,admitti ad feudum & emph.*

89 ¶Facit & quod paſsim aſſeuerãt Doct.noſtri,quòd ſi quis recepit emphyteuſim vel feudum pro ſe,ſuis filiis,& nepotibus,etiam admittuntur ij,qui poſt mortem ipſius concepti ſunt.Ita enim voluit Bar.in d.l.item Prætor,ff.de ſuis & legib.& in l.quod dicitur patrem,paulò ante fin.& ibi quoque Imo.& Alex.col.ix.verſi.item addit hìc Ang. in quantùm,ff.de verb.oblig. & Bal.in l.ſi in perſonã,col.ij.verſi.modò ſequitur,C.de fideic.& in d.l.qui ſe patris,col.vlti. C.vnde lib.& in d.§.cùm autem.& ibi quoque Ang.Aret.Inſtit.de hære.quæ ab inteſt.defe.& in c.1.col.v.verſi.item quæritur,pone nepos.tit.an agna.vel fil.& d.conſi.clxxvj.col.ij.verſicu. vnde ſi quis,lib.5.& conſi.cc.feudum ſub iſta forma,in prin.eo.lib.5.Pau.Caſt.in d.l.ſi quis filium,col.iij.verſi.eodem modo ſi aliquis,C.de inoffi.teſta.Mart.Lau.in c.1.§.hoc quoque,col. iiij.verſi.quæro pone Titius,& ibi quoque Card.Alex.col.pe.verſi.quæro de alia quæſtione, tit.de ſucceſ.feud.Bened.in repe.d.c.Raynutius,in verbo, & ſoboles quam geſtabat in vtero, nu.47.de teſta.Phil.Dec.in rub.C.de ſucceſ.edi.poſt prin.& conſi.ccccxlv.in caſu à me tranſmiſſo,col.iiij.verſi.non obſt.quòd domina.& Carol.Rui.conſi.clx.viſo,col.iij.num.7.lib.2.

90 ¶Et id quidem ſatis probatur ex tex.in d.c.1.§.hoc quoq; ſciendum.tit.qui feud.dar.poſ.cùm ſcribitur agnatos admitti vſque ad ſeptimũ gradum.Nam impoſsibile eſt,vt qui ſeptimo gradu diſtat ab eo qui primùm accepit in feudum,fuerit eo viuo conceptus.Et iſta quidem impoſsibilitas,vt dicit Bal.in d.c.1.an agna.vel filij,apparet per rerum naturam, nec indiget alia

probat



probatione.l.vbi autem,verſi.illud dubitationem,ibi,ipſa natura manifeſtiſsimum eſt, ff.de verb.oblig.Sed & hoc dilucidius probatur ex tex.in cap.j.tit.ſi vaſ.feud.priue.cui.defer. cùm dicitur,vſque ad infinitum.quos etiam tex.in hoc quod diximus,expendit Bald.conſi.ccxv. proponitur quòd inueſtituræ,col.ij.verſi.ex quibus concluditur,libro 2. Cui adde & alium huius poſterioris ſimilem,in c.j.tit.de nat.ſucceſ.feu.Quando autem vel ad ſeptimũ tantùm gradum,vel in infinitũ ſuccedatur in feudo,ne huius differentiæ inſcius hinc abeas ,videbis apud Aluar.in d.c.hoc quoque,& Card.Alex.ibi,in §.& quia,col.antepen.

*Cõceptos poſt mortẽ admitti ad ea quæ non iure hæreditario obueniunt.*

91 ¶Et huius quidẽ ſententiæ (vt redeamus in viam) ratio apertiſsima eſt:quia, vt dicũt propè omnes,quos ſuprà citauimus,& prætereà Bar.in l.ſi quis filio exhæredato,in prin.ff.de libe. & poſth.id quod ſuprà tam latè diximus,non admittẽdos eos,qui poſt mortẽ eius de cuius bonis agitur,concepti ſunt,intelligitur in ſucceſsionibus hæreditariis tantùm,non etiam in cæteris rebus,quæ citra hæreditatem nobis obueniunt:nam nec id in iure patronatus attenditur.d.l.Paulus,§.Paulus,ff.de bon.liber.quã & ad id quod diximus annotat,& dicit ſingularem Ro.ſing.ccxcvij.conceptus poſt mortem. Et hæc eſt cõmunis opin.quamuis Ange.& Raph.contrariũ tenuiſſe videantur in d.l.quòd dicitur patrem,ff.de verb.obl.& ipſe Ang.d. cònſi.ccccxxj.D.Iordanus,col ij.verſ.in materia autem.Quin ſunt,qui dicunt,illud tantùm procedere in ſucceſsionibus ab inteſtato.& in iis Rap.Fulg.cõſi.xxxiiij. domina Catharina, col.ij.verſic.nec me mouet:vbi & ex hoc tenet non procedere in ſuſtitutionibus & fideicõmiſsis,contrà quàm diximus ex multorum opin.ſuprà,nu.82.vides igitur.

*Cõceptos poſt alienationem admitti ad reuocationẽ illius.*
*Nec illis tempus in id ſtatutum currit.*

92 ¶Hanc quoque partem fulcit,quod à feudorum interpetibus traditũ eſt,agnatos natos poſt alienationẽ feudi,admitti ad reuocationem illius non minus,quàm ſi nati fuiſſent tempore alienationis:nec diſtinguũt vtrúmne concepti eſſent eo tẽpore,an non:ita enim generaliter voluerunt Andr.Iſer.Mart.Laud.Iaco.Alua.& Card.Alex.in d.c.j.§.hoc quoque notãdum, tit.de ſucceſ.feud.Iaco.Aluar.in c.Titius,col.vlt.per eum tex.& ibi quoque Cardin.Alexan. col.iij.verſic.quæro quid ſi tempore,tit.ſi de feud.fuer.contro.inter do.& agna.& Zaſius in epitome feudorum parte ix.char.3.verſi.verumtamen ſi poſteà.& Phili.Deci conſil.cccxcv. in cauſa magnifici,in fin. Id quod huc multùm facit,quia admodùm conuenit cum noſtro retractu. Subduntque illi quos citauimus ex commentariis in d.§.hoc quoque notandum, tempus præſtitutũ agnatis ad reuocandum non currere naſcituris.De quo etiam per Franc. Curt.Senior.cõſi.lxxxiij.Deus pius,col.iiij.verſi.& ſi opponatur.Quod eò volui dicere, vt hinc intelligas in huiuſmodi caſibus maiorem fauorẽ tribui naſcituris,quàm natis. Quãuis id apud nos non obtineret in caſu retractus,propter id quod ſtatuitur infrà eod.tit.§.xxxv. vide tamen ſuper hoc vltimo, an videlicet currat vſucapio aduerſus naſcituros,Bald.in c.j. in ij.not.& ibi Felin.col.ij.verſ.ſubdit Bald.extra de præſcrip.& Ioan.Fran.Bal.in tract. præſcriptionum,in xxiij.caſu j.partis vj.partis prin.nu.44.

*Cõceptos poſt mortẽ admitti ad ſucceßionẽ ex perſona parentum.*

93 ¶Denique licèt concepti poſt mortem non admittãtur ad ſucceſsionem ex propria ipſorum perſona:tamen admittũtur ex perſona parentũ,iure videlicet trãſmiſsionis, ac veluti repræſentationis:vt voluerunt omnes propè,quos ſuprà citauimus,cùm locuti ſumus de ſucceſsione nepotũ conceptorum poſt mortẽ aui.& præter eos Dy.in l.Gallus,in fi.magnæ.diſt.ff. de lib.& poſth.Cy.Bar.Bal.Sal.Pau.Caſt.& omnes in l.j.C.de his qui ante aper.tab.Cy.Bar. Bal.in j.q.& Raph.in d.l.ſi quis filium,C.de inof.teſt.Bar.& Ang.in d.l.ſi quis filio,in princ. ff.de libe.& poſth.idẽ Bar.in d.l.quod dicitur patrem,ante fi.& ibi quoque Imo.Alex.& Iaſ. ff.de verb.oblig.Bal.& Sal.in l.vlt.C.ad S.C.Orph.vbi Sal.dicit id communiter teneri.Idem Bal.in l.ſi in perſonam,col.j.verſi.extrà opponitur,& ibi quoque Raph.Pau.Caſt.& Corne. C.de fideicom.Rom. {qui dicit not.& menti tenendũ,in l.ventre. col.pen.verſic.pone enim quòd decedat.ff.de acq.hæred.& d.conſil.ccccxlij.vti } id dicit ſing.Corneus,qui id declarat & limitat,conſi.lxx.duo veniunt,in fi.lib.4.Franc.Arc.in l.ventre,col.antepe.verſi.tu autem dicas,ff.de acq.hære.& conſi.cxliij.viſa,col.iiij.verſi.iſta dubitatio.Iaſ.cõſi.xxxiiij.ad motiua, col.ij.verſi.nec obſt.quòd in eod.lib.1.& conſi.cv.Ioanna,in fi.lib.4. Sed id quomodo ſit intelligendum,dicã infrà eod.tit.§.xj.in verbo,*ou ceux qui les repreſentent*,& videbis apud Raph. in d.l.ſi quis filium.& Benedict.in d.c.Raynutius,in verbo,& ſoboles quã geſtabat in vtero, nu.40.& multis ſeq.de teſta.Sed vt redeamus,cùm in retractibus quis veniat ex repræſentatione & perſona ſuorum maiorum,vt expreſsè cauetur in §.xiij.huius titu.poteſt videri hic conceptus poſt venditionem (ſaltem ſi ſit conceptus ante annum venditionis ſiue notificationis,qui ex noſtra cõſuetudine datur conſanguineis) eſſe admittendus,ſi notificatio facta fuerit iuxta §.vltimũ huius tit.ſin minus intra xxx.annos, ſecundùm ea quæ dicemus infrà hoc ipſo §.in verbo, *dedans l'an*, quæ eſt gloſſ.x.nu.item.10.incip.ex quibus conſtat.Cùm & aliàs,quantùm ad id ſpectat,inſpiciẽdum ſit tempus conditionis,vel diei cedentis, vt ſtatim dicemus,nu.ab hinc 4.ex quibus vides.

*Retractus an competat ex die uel ſub conditione.*

94 ¶Sed aduerte,quia retractus non competit ex die vel ſub conditione, ſed confeſtim venditione facta:tamen ius eſt conſanguineo petendi retractũ intra annum,ſi notificatio facta ſit: aut etiam intra xxx.annos,ſi facta non ſit vt diximus.Sicuti etiam ius ſuccedẽdi ſiue adeundi cõpetit ſtatim à morte defuncti:nec tamen proximus ab eo iure excluditur, niſi xxx.an-

norum ſpatio,vt no.in l.licèt.C.de iur.delib.cum aliis multis concor.à me traditis in repe.l. ſi vnquàm,in verbo,reuertatur,nu.311.incip.quod & confirmo. Et tamen omnes neceſſariò requirũt aliquem eſſe conceptũ tempore mortis,vt ſuccedere poſsit ex ſua perſona:nec ſatis eſſet,ſi naſceretur intra xxx.illos annos. Nã quod dictũ eſt de repræſentatione, haud dubiè procedit ſi modò is qui repræſentat & qui petit retractum,ſit cõſanguineus vẽditoris:neque enim aliter audiendus eſt:vt hîc patet in text.huius §.Et tunc iſte conſanguineus poteſt venire ex repræſentatione maiorũ ſuorum, vt vel excludat alios, aut cum aliis admittatur ob illã repræſentationem,alioquin excludẽdus:ſecundũ id quod cauetur infrà §.xj.Sed cùm illi deeſt illa qualitas conſanguinitatis, ratione cuius competit retractus , eo tempore quo ipſe retractus defertur,cùm nondum ſit conceptus,quomodo ad eum amitti poteſt?

95 ¶Niſi quis diceret,quòd etiã ſucceſsio ab inteſtato cõpetit ratione cõſanguinitatis,& tamen ad eam admittitur ex perſona & repræſentatione maiorũ,is qui concipitur & naſcitur poſt mortẽ,vt plenè ſuprà diximus.Sed & illud quoque dici poſſet non omnino eſſe paria,poſt venditionem cõcipi in caſu retractus,& poſt mortẽ aui in caſu ſucceſsionis. Nam in priori caſu is qui concipitur & naſcitur poſt venditionem,continuò quàm natus eſt,fit cõſanguineus venditori:niſi fortè venditor ipſe poſt venditionẽ & ante cõceptionem & natiuitatem illius mortuus fuiſſet,quia tunc dici non poſſet,hunc ita conceptum,fuiſſe aliquando conſanguineũ venditoris.At in ſucceſsionibus nullo pacto poteſt qui concipitur poſt mortem alicuius,ei conſanguineus eſſe,qui iam,dum is concipitur, deſiit eſſe in rerum natura.

*Conſanguinitas ex tempore uenditionis cõſideratur.*

96 ¶Sed & iis reſponderi poteſt,non ſatis eſſe,vt quis poſt venditionem ſit cõſanguineus venditoris,ſed requiri eam qualitatem adeſſe tempore venditionis:vt expreſsim voluit Philip. Dec.conſi.ccxxij.viſo puncto,col.j.Et in ſimili quoque ſtatuto reſpondit Cor.conſil.clj. in hac conſultatione,col.j.lib.3. Ibi enim ſtatutum erat,vt vicinus ſiue ſocius venditoris poſsit retrahere rem vicinam,ſiue communem,venditam eo irrequiſito. & id ſtatutum dicit Cor. eſſe intelligendum in eo tantùm qui erat vicinus vel ſocius tempore venditionis : nec ſatis eſſe,ſi poſtea fieret:quoniã qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundùm tempus ipſius verbi.l.in delictis,§.ſi extraneus,ff.de noxal.& l.quòd ait.§.Iulianus,eod.tit.& l.j.§.tutoris,ff. quod iuſſu,cum ſimil.& idem quoque voluit Ioan.Bapt.Roſel.inter con.Paul.Caſtr.conſil. ccxlix.ſtatutum,poſt princip.libr.2.

*Queſtio, ſi uẽditio pẽdet ex die uel cõditione,an ſatis ſit cõceptũ eſſe tempore diei,uel conditionis.*

*In fideicommiſsis an qualitas diei uel conditionis inſpiciatur.*

97 ¶Ex quibus vides,hãc rem dubiã relinqui.Si tamen priorem partem ſequi malis, vt ſcilicet non admittãtur,qui poſt venditionem concepti ſunt,quæ mihi verior viſa eſt,eam ita intelligere poteris,vt procedat in venditione pura.Quòd ſi ea ex die vel cõditione pẽdeat,id eſt, ſit cõditionalis,vel in diẽ,ij quoque vocabuntur,qui concepti fuerint tẽpore cõditionis aut diei cedentis,etiamſi nondũ concepti erant tempore venditionis.Satis enim eſt , qualitatem affore tempore conditionis aut diei:vt in fideicõmiſſo voluerunt maxima ex parte hi,quos ſuprà citauimus,nu.82.incip.vides igitur ex ſuprà dictis,ne eos iterũ hîc repetã, & prætereà Raph.Fulg.conſi.xxxiiij.domina Catharina,col.ij.verſic.nec me mouet.Rom.conſil.408.in propoſita quæſtione,in fi.& Pau.Caſt.conſi.xvj.viſo dicto puncto,in quarto dubio, lib.2.& Iaſ.conſi.ccvj.viſo teſtamento,col.j.verſi.quantùm ergo,lib.2.& Steph.Bertran.cõſi.xxiij. ex themate,col.viij.nu.36.& iterum,col.xiiij.nu.65.lib.4.& Philip.Dec.conſi.ccxvij.in caſu propoſito,in fi.& conſi.ccxcix.in cauſa mihi cõmiſſa,col.iiij.verſi.ſexta concluſio.& nouiſsimè. Carol.Rui.conſi.xcvj.quia de ſubſtitutionibus,col.vj.nu.17.lib.2.& cõſi.100.viſo teſtamẽto, col.iij.nu.5.eod.lib.2.& conſi.cxvij.viſo teſtamento,col.vj.nu.20.eod.lib.2.& conſi.cxix.viſo & bene,col.v.nu.10.eo.lib.2.& conſi.clix.viſo teſtamento,col.iiij.nu.8.eod.lib.2.& conſi.cxcj. proponitur in fi.eod.lib.2.& conſi.lxvij.quia petitur,col.5.nu.9.lib.5.Anto.Rub.conſ.xxviij. circa præmiſſam,col.iij.verſi.item ex quo.Et probat text.in l.cum qui poſt,ff.de cond.& demonſt.& l.intercedit,ff.de leg.præſtan.& l.cùm pater,§.hæreditatem,l.j.in fi.ff.de leg.2. & l.ſi in perſonã,& ibi Bal.C.de fideicom.nam ſi id obtinet in vltimis voluntatibus, & in ſtatutis quoque obtinere debet,quæ earum naturam mutuantur, & imitantur , ſecundùm Barto.& Recentiores in l.j.C.de his quib.vt indig.cum concord.ibi traditis ab Alex.& à me quoque in fin.huius tit.in iij.q.verſ.denique. Et generale eſt,vt ſufficiat quamlibet qualitatem ineſſe tempore,quo cedit dies diſpoſitionis:vt per d.l.ſi cognatis,ff.de reb.dubiis,voluit Bal.conſi. ccccxcj.Petrus de Ceſſa,poſt prin.lib.1.

98 ¶Verùm hæc limitatio non omnino certa eſt,quãdoquidẽ non deſunt,qui etiam negant in fideicõmiſſo cõditionali,aut alràs pendẽte ex incerto euentu,admitti conceptos poſt mortẽ teſtatoris.Et inter cæteros,Pet.Anc.& Imo.vti à nonnullis citãtur,in c.indicãte, de teſta.per d.l.peto,§.fratre,ff.de lega.ij.& Ro.ſibi contrarius conſi.438.in cauſa cõſultationis,in quarto dubio,per multa quæ illic allegat,quæ tu ipſe videre poteris:quanquàm in caſu, in quo loquitur,aliud definiat,propter verba quædam teſtatoris,quibus hoc ipſum diſpoſuiſſe videbatur.& Alex.conſi.clxxxiiij.viſo themate dicti Syluestri,col.j.lib.ij.per text.in d.§.fratre , & iterũ conſi.ccxx.viſo teſtamento,in fi.eod.lib.2.per d.§.fratre,& l.vlt.verſi.hoc etiam volẽte, & ibi not.per Cyn.C.de verbo.ſign. & Soci.conſi.lxxiij.capiendo primũ,col.viij.verſi.tertiò ad idem facit , libr.4.etiam per d.§.fratre,cum gloſſ.& Bap.Cacia.inter conſil.illius in d.vlt. ſubſcriptione



ſubſcriptione conſi.clij.eiuſdemque vlt.lib.1. Et hoc quoque ſatis voluiſſe videntur Saluſti. Peruſi.Maria.Socin.& Franc.Aret.in ſuis ſubſcriptionibus d.conſi.dum in caſu ſubſtitutionis,de qua ibi tractatur,quæ pendebat ex futuro euentu,reiiciunt eos qui nondum cõcepti erant tempore teſtamenti,nec tẽpore mortis.& Carol.Rui.ſibi cõtrarius conſi.xxxvj.prima, col.iij.verſi.ſed tamen his,lib.2.& conſi.cxij.ſuper primo,col.vj.nu.12.eod.lib.2.& conſi.164. ex verbis.col.iiij.nu.6.lib.3.& Philip.Deci.conſi.xcv.ſubſtitutio facta,col.penul.verſic. tertiò principaliter.Et facit quod dicam infrà verſi.ab hinc ij.ibi,& facit etiam.

*Nati aut concepti tempore uẽditionis, an cæteris præferantur.*

99 ¶QVOD ſi tibi magis placet ea pars, quæ admittit ad retractum conceptos poſt venditionem,ita eam intelliges,vt eis tamen præferantur , ſi qui tempore venditionis nati erant aut concepti , quemadmodum ij illis præferentur ad reuocandam rem à teſtatore prohibitam alienari extra familiam,ſi ea alienata fuerit:vt per quędam iura voluerunt.Io.Crot.& Ferdi. Loaz.in repet.l.filiusfamilias.§.Diui.ille quidem col.xlv.in vij.quæſt.verſi.conſidera aliquos caſus.hic autem nu.528.& ſeq. ff.de leg.1.& ante eos Paul.Caſtr.cuius illi non meminerunt, conſi.ccxlvij.in cauſſa quæ vertitur Saonæ,col.iiij.verſi.nunc venio ad illa, libr.4.vbi & alia quædam ad hoc allegat,vt apud eos videre licet.

*Qualitatẽ tẽpore cõtractus cõſiderari nõ diei aut cõditionis.*

100 ¶Et hanc opi.adiuuat,quod poſt Oldr.tenuit Alb.in prima parte ſtatutorum,q.134.ciuitatis Paduæ ſtatuto cauebatur. Quòd ſi ex ſtatuto in locum demortui ſubrogari debeat proximior ad munus quodpiam vel magiſtratũ,is præferendus eſt,qui tempore mortis reperitur proximior ei qui poſteà naſcitur:per multa illic ab eo allegata.quod & nos ſuprà retulimus in eadem glo.nu.79.quamuis ſciam.Et id nuncupatim ſequitur Barb.in repet.l.cùm acutiſsimi,col.liij.verſ.& inquãtùm ſuperius dixi.C.de fideicom.Quibus illud addere potes,cum dici proximiorem defuncti,qui proximior eſt tempore mortis.§.ita demum tamen,Inſti.de hære.quæ ab inte.defer.& no.glo.Bart.& alij in l.qui ſe patris,C.vnde liber.& latè Socin.qui alios citat,conſ.cliij.pulchra,col.ix.verſi.ſecundò quòd ſatis,quod conſi.primum eſt, libr.2. Et facit etiam,quòd in contractibus cõſideratur qualitas, quæ adeſt tempore ipſorum contractuum,non autẽ conditionis aut alterius futuri euentus,cùm quærimus,cui quid acquiri debeat.l.filiusfamilias.& ibi Bar.& Recentiores,ff.de verb.oblig.& l.quæ legata. & l.ſeq.ff.de reg.iur.& l.ij.§.id quoque, ff.de colla.bon.& l.vlt.ff.de ſtip.ſeruo.& Bar.in l.ſi rem meã,ff.de verbo.oblig.Alex.conſi.ccxxxij.ponderatis,col.j.libr.6. De quo tamen vide text.in l.quidam cùm filium,§.vlt.& ibi Doct.ff.de verb.oblig.

101 ¶Verùm Geral.Bago.in ſua diſputatione retractus,verſi.quæro ſequenter,aliquis eſt proximior,in ea eſt opi.vt qui intra annũ poſt venditionẽ naſcitur proximior vẽditori, præferatur antè nato remotiori,qui nondum egit ad retractũ,nullumq; ideò ius ſibi quæſiuit : nihil tamen allegat,niſi ſit mendũ in meo codice.Sed tamẽ reſpõdet ad l.ſi filiusfamilias, & l.quæ legata,quas nuper allegauimus.In illis enim (inquit) inſpicitur initium,vt acquiratur certæ cuidã perſonæ,ſcilicet patri filiifamilias,cõtrahentis. Hîc autem non eſt certa perſona, cùm vocentur omnes conſanguinei:ſed ea perſona ex tempore certificabitur, ſcieturque qui erit proximior intra annum huic iuri retrahendi præſtitutum,quiſve ad retractũ ſe offeret.Ideo cùm nondum id appareat,attendendus eſt ille,qui proximior eſt tempore quo agitur.

102 ¶Et hanc Bago.ſententiam ſimpliciter referunt & ſequũtur ſine alia allegatione aut iurium aut rationum,Boer.in conſuetud.Biturigum hoc eod.tit.§.ij.& deci.xij. & prædicta faciunt, nu.3.& deci.cxxxviij.an filiusfamilias,col.ij.& Sainxon.in cõſuet. Turoniæ,hoc quoque tit. §.j.in x.quæſt.& idem tenuit Ferronus in conſue.Burdig.hoc item tit.§.ix.Et pro illa ipſius Bago.conſideratione nonnihil facit tex.in §.proximus autem,Inſti.de legi.agna.ſuc.vbi ſcribitur, proximum eum mortuo inteſtato ferè requiri eo tẽpore,quo mortuus eſt is,de cuius hæreditate quæritur. Si autem is teſtamento facto deceſſerit,id tẽpus inſpicitur,quo certum eſſe cœperit nullum ex teſtamento hæredem extiturum:quod quidẽ aliquando longo pòſt tempore declaratur:in quo temporis ſpatio ſæpe accidit, vt proximiore mortuo proximus eſſe incipiat , qui moriente teſtatore non erat proximus. Et eſt ſimilis propè text.in l.poſt conſanguineos,§.interdum,verſ.proximum,ff.de ſuis & legit.quæ etiam iura citat Chaſſ.in commentariis conſuet.Burgund.hoc ipſo titu.§.j.in verbo,*le plus prochain,* ad fin.vibi & eam quæſtionem poſuit,nec tamen eam ſoluit.

103 ¶At illi tex.ſi ſolerter inſpiciãtur, ſunt contra hanc opi.Bago.nam ſi quis deceſſerit inteſtatus,inſpicitur tempus mortis eius,vt ſciamus quis ſit proximus,íſque ſolus obtinebit hæreditatem,ſi velit,etiam ſi cæteri primi eam petierint,ad eamque egerint:neque enim locus eſt occupationi.Sicuti nec hoc in caſu ij qui ſunt remotiori gradu,poſſunt retractum occupare in præiudiciũ proximioris,vt latè tractabitur infrà eod.tit.§.xj.Igitur cùm iſte ſit proximior tempore venditionis,ex qua ius retrahendi defertur,& acquiritur conſanguineis, ſed ita vt proximus quiſque cæteris præferatur:quomodo fieri poteſt,vt caſus ſuperueniẽs,ex proximiore faciat non proximiorẽ,& ita eum priuet eo iure ſine facto aut culpa ipſius? l.id quod noſtrum,ff.de reg.iur.cum ſi.Nam quod dictũ eſt de teſtamento facto,nihil ad hunc caſum pertinet, quia cùm id factum eſt,ex eo pendet,quis hæres futurus eſt:cum autẽ non factum eſt,ex morte pendet,vt illis ipſis iuribus declaratur : ſicuti & in noſtro caſu ex vendititione id ius

id ius de quo tractamus, pendet: nec aliquid eſt, quod ſuſpendat, quemadmodum in iure ſuccedendi, teſtamentum id ius ſuſpendit.

104 ¶Sed tamen pro hac opi. Bago. facit, quod ab Alberi. poſt alios Antiquiores diſputatum eſt, & diffinitum in j. parte ſtatutorum, q. cxxxvj. ex prædicto ſtatuto. Cuius ſpecies talis eſt, In ciuitate Paduæ duo erant ſtatuta: vnum, quòd Poteſtas in locum demortui Decurionis deligeret vnum ex proximioribus ipſius mortui. Alterum, vt Decurio poſſet in ſuum locum, alium ſibi proximiorē deligere. Titius Decurio mortuus eſt relicto fratre & ipſo Decurione, & filio alterius fratris antè mortui, non Decurione quidē, illo, ſed tamen idoneo. Frater ſecutus ſecundū ſtatutum ſeſe munere abdicauit, & ſuū ipſius filiū in ſuum locum delegit, petitque ſe à Poteſtate ex priore ſtatuto in locū Titij fratris mortui aſſumi. Nepos ex fratre è diuerſo ſe dicebat eſſe ſubſtituendum patruo, cùm tempore mortis ipſius eſſet proximior idoneus: nam alter patruus ſuperſtes eo tēpore erat Decurio: ideo ſubſtitui nō poterat, cùm vicem duorū obtinere non poſſet: & licèt poſteà abdicato munere inciperet eſſe proximior idoneus, id tamē ſibi non obeſſe, cùm tempus mortis inſpiciendū ſit. & in hāc partem multa allegat, & inter cætera id potiſsimum, quod ſuprà diximus verſ. lxxx. & hæc quidē intelligo, ſcilicet qualitatē proximitatis ex tēpore mortis eſſe metiēdā, nec admittēdos eos qui poſteà concepti ſunt, etiā ſi proximiores fuiſſent, ſi antè nati aut concepti fuiſſent. Cōcludit tamen Alberic. aliorū opiniones ſecutus, non inſpiciendū eſſe tempus mortis, ſed ſubrogationis, id eſt, executionis ſtatuti, & quo res ipſa ad effectū & conſummationem perducitur: per multa iura, quæ inibi videre poteris, reſpondetque ad illa priora iura, & alia, quæ pro parte nepotis fuerant allegata, vt illic videre poteris: nam iam de hac re propè nimium diximus.

*Tempus mortis non inſpiciēdū, ſed executionis ſtatuti.*

105 ¶Ideò & ei finē fecerimus, modò prius dixerimus quòd à Fed. Senen. & aliis tractatum eſt, huic loco non intēpeſtiuum, conſi. xxvj. caſus talis eſt, quidā eſt ingreſſus, cuius ſpecies talis eſt: Quidā profeſſus fuerat ordinem D. Frāciſci, interimque mater eius mortua fuerat, cuius hæreditatē ille Frāciſcanus adire non poterat, vt cuius ordo ille incapax eſt: poſteà hæreditate iacēte, & nondū adita ab eo qui proximo gradu ſequebatur illū filiū, is trāſit ad ordinē diui Benedicti, aut alium, cui licet in cōmuni habere propriū. Quærebatur vtrùm hoc ſecūdum monaſteriū poſsit petere eam hæreditatē etiānum iacentē in præiudiciū illius ſequētis. Et poſt multa à multis illic in vtranque partem adducta, tandem cōcluditur hunc ſequentem præferri, cùm iam à tempore mortis defuncti fuerit illi acquiſitum, atque delatum ius ſuccedendi, priore illo, tanquam incapace, poſtpoſito. Et eum non obſcurè ſequitur Roma. conſil. ccxcvj. circa declarationem. Quod quidem è diametro contrarium eſt illi Albe. opin.

*Capacitas tēpore mortis inſpicitur.*

106 ¶Huius autē dubij deciſio aliqua ex parte hinc pendet, vtrùm ius retrahēdi ſtatim à cōtractu vēditionis cōpetat, an à tempore oblationis factæ à cōſanguineo. Ipſe autē Alb. in ea eſt opi. vt non niſi ab oblatione cōpetat, cùm dicit venditorē, ſi retraxerit ante oblationem conſanguinei, non viam præcludere retractui: hoc enim voluit in lege ex hoc edicto, §. ſi quis, ff. de ali. iud. mut. cau. fac. & in j. parte ſtatutorū, q. lxxxvij. item quęro, ſtatuto cauetur, & Fran. Rip. in l. j. col. pen. verſ. ſed pone quòd ipſe vēditor, ff. de priui. cred. & Chaſ. hoc eo. tit. *de retraictz*, §. x. in verbo, *au ſeigneur Feodal.* col. vlt. & iterū in glo. ſeq. col. ij. verſic. ego tamen, rurſumq; in verbo, *au preiudice du lignagier*, poſt prin. de quorū in eam rem dicto dicemus infrà tit. ſeq. §. j. glo. vij. nu. 23. & hæc veriſsima. In cōtraria autem ſentētia, vt ſcilicet id ius continuò venditione facta competat conſanguineo, voluit videri Gul. Cum. & poſt eum Pau. Caſtr. in l. j. §. ſcientiā, quam ipſe Pau. legit cum prin. eius l. ff. de tribu. actio. & Bal. in rub. C. res inter alios acta. col. j. verſic. no. quòd ex conſuetudine. & Philip. Deci. conſi. lxxxviij. cuius ſuperſcriptio incipit, valet ſtatutum, col. j. & conſi. 647. requiſitus, col. j. Quibus accedo, vt dicam latius in eadem illa glo. vij. §. j. tit. ſeq. per totam eam glo. præſertim verò nu. 36. & ego ſanè & ſequent. Nā & cùm quid alteri defertur ex legis vel ſtatuti diſpoſitione, id cōtinuò acquiritur etiam ignoranti, & ſine alia agnitione, præter quàm in hæreditatis acquiſitione. Dyn. & Bar. in l. j. §. an bona, ff. de iur. fiſci: per text. ibi. & alia iura ab iis allegata, & Ang. conſi. 81. domina Maria, col. j. verſic. tertiò, ex natura. Quod eò volui dicere, ne quis cauſetur cōſanguineum forſitan ignorare huiuſmodi contractum, cumque nondum id ius agnouiſſe.

*Quæſtio an retractus cōpetat à vēditione, an ab oblatione.*

107 ¶Sed vt ad cætera pergamus, quæ conſanguineorū perſonā reſpiciūt: Pone quòd maritus ex ſtatuto poſsit vendere rem dotalem vxore conſentiente, idq; fecit: vtrùm conſanguinei mariti, an vxoris admittentur ad retractū? Albe. in j. parte ſtatutorū, quæſt. xcviij. item præſuppoſito, refert Andr. Piſ. hanc quæſt. latè, & ſubtiliter in vtranque partem diſputaſſe, tandemq; cēſuiſſe neutros admitti: quoniā hæc res non poteſt dici de genere viri: ideò quātùm ad eum ceſſat ſtatutū. Conſanguineus autē vxoris admitti non debet, quia ipſa non vēdidit, & nihil præterea dicit. Cui potes addere, quantum ad vxorem, quòd venditio attribui debet vendenti, non cōſentienti. c. paſtoralis, & ibi Collect. col. j. verſ. iſta Decretalis, extrà de dona. & c. j. in prin. ne ſede vac. lib. 6. & c. ſi annum, de iudic. eod. libr. 6. & quæ not. in c. cùm eccleſia Vulterana, extrà de elect. quæ iura in id allegat Col. vbi ſuprà: nam aliud eſt vendere aliud, vendenti cōſentire. l. aliud, ff. de reg. iur. Ideoq; iura in vno loquentia, non habent locum in alio. l. ſi pater, §. vltim. & l. ſi minor, la j. ff. de manumiſ. vin. cum ſi. Propterea Bald. in l. ij. in xx. q. C. de reſcin. vendi. tradit, quòd ſi tu rem meam vendidiſti me conſentiente, & participante pretium, tibi tantùm competit beneficium, d. l. ij. non etiam mihi: quia tu propriè vendidiſti, non ego: per d. l. ſi pater. Sed & videmus, conſentientem ſimpliciter non teneri de euictione, vt vendentem. l. exceptione, C. de euict. & diximus ſuprà latius nu. 54. cuius poſtremi.

*Quæſt. vēdita dote à uiro, an illius conſanguinei an & uxoris admittantur ad retractum.*

*Venditio attribuitur uēdēti, non conſentienti.*



*Aliud uendere, aliud uendēti cōſentire.*

108 ¶Ego tamen puto conſanguineos vxoris eſſe audiendos. Nam quæ diximus de vēdente, & conſentiēte, tum demū tantùm obtinent, cùm eſt diuerſa vtriuſque ratio. quòd ſi eadem ſit, eodē iure vtrunque procedit. Bar. & Bal. in l. vlt. C. de pact. Bal. & Sal. in l. ij. C. ſi aduer. dona. ipſe Bal. id trahens & ad ſtatuta, in l. filiusfamilias, in prin. col. j. ff. de procur. Hìc autē eadem eſt omnino vtriuſq; ratio: nam mulier ob ipſius conſenſum rem amittit. l. ij. C. de remiſ. pig. & ibi cōcord. in glo. Ideoq; non minùs res exit extra familiam, quàm ſi ea ipſa vendidiſſet. Item quia mens conſuetudinis loquentis de vendente, magis conſideranda eſt, quàm verba ipſius. l. ſcire oportet, §. aliud, ibi, ſed & ſi maximè, ff. de excuſ. tut. cum cōcord. à me collectis in repe. l. ſi vnquā, in verbo, libertis, nu. 38. incip. ex quibus & illud, C. de reuoc. dona. Et talis mens potius dicitur eſſe declaratiua, quàm extenſiua: vt no. in l. Cæſar, ff. de publ. & vectigal. & dicemus inferius in §. 20. & voluit Barb. loquens in ſimili caſu de cōſentiente alienationi, conſi. xlj. Deum inuocent, col. antepen. verſic. ſecundò oſtendo, lib. 3.

*Niſi eadem ſit utriuſque ratio.*

109 ¶Mens autem noſtræ cōſuetudinis eſt, quòd ſi res tranſeat in extraneos titulo venditionis, habeat locum retractus: quæ quidem mens & hìc habet locum. Imò verò & verba noſtræ conſuetudinis id ipſum adſtruunt, cùm non tantùm loquātur de contractu venditionis, ſed & de alio æquipollēte venditioni. Hic autem cōſenſus venditioni præſtitus, vim habet venditionis, quātùm ad id de quo loquimur. Super quo vide omnino, quæ ſcripſimus in Legibus connubialibus, in glo. iij. in xij. q. & in d. l. ſi vnquàm, in verbo donatione lagitus, in xxj. quæſtione, quæ eſt in nu. 278. & ſequenti. Denique omnibus perſpicuum eſt, ſi ſtatuentes de hoc caſu interrogati fuiſſent, idem quoque reſponſuros fuiſſe de hoc caſu, vt de vēditione: ergo & idem ſeruandū eſt. glo. & Doctores in l. tale pactum, §. vlt. ff. de pact. cum cōcor. à me latè conſcriptis in d. l. ſi vnquam, in præfa. nu. 56. inter tam multa. Et idem etiam in noſtro caſu tenuit Molend. in conſuetud. Pariſi. tit. j. §. xiij. gloſſ. vj. in princ.

110 ¶Qvid autem, cùm vir & vxor, & quilibet inſolidum vendunt penſionem quampiam annuam generalem, id eſt, *vne rente generale*? an vtriuſque conſanguinei admittantur, & an inſolidum. De qua re latè dicemus poſteà in §. xxxj. nu. j. Sed & in nu. ſeq. eiuſdem §. xxxj. videbis, quid, cùm vterque & quilibet inſolidū vel ſimpliciter vendunt rem quæ eſt alterius eorum tantùm: nam locus eſt huic rei inibi aptiſsimus. Ideo in eum has quæſtiones reiicere maluimus: ſed hìc meminiſſe non inutile viſum eſt, ne ſi quis hanc gloſſam legat, fortè has perquirens, putet à me intactas fuiſſe, ſpéſque ſua fruſtretur.

*Quæſt. in aliū locum reiecta.*

111 ¶Sed in hac conſanguineorum materia non alienum fuerit quærere, an conſanguineus venditoris poſsit huic iuri retrahendi renuntiare. In qua re breuiter dicendum, poſſe, ex illa generali regula, qua cuilibet permittitur renuntiare ſuo fauori. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis cum multis aliis concord. adductis à glo. ibi, & in c. ſi diligenti, extrà de for. compe. Et ita nuncupatim, ne autoritate deficiamur, voluit Maſuc. in tit. de retractu, §. ſi ille cui. & Matth. Afflict. in tractatu protomixeos, in verbo, ſcriptum eſt, col. vltim. in xj. not. Et in non longè diſsimili caſu eſt tex. in §. porrò, ibi, per refutationem, tit, quali. olim feud. po. alien. vbi Mart. Laud. & Card. Alex. vterque col. j. id no. De quo tamen vide, quæ plenius dicam infra nu. 121. incip. primus igitur caſus, & multis ſequentibus.

*Quæſt. an conſanguineus poſſit iuri retractus renuntiare, uide omnino infrà 121. & ſeq.*

112 ¶Sed quid ſi non ipſe cōſanguineus emptori, ſed vēditori promiſit ſe hoc iure non vſurū: an id proderit emptori? Matt. Afflict. in tractatu Proto. vbi ſuprà col. vl. verſ. ſed quid ſi vicinus, dicit primùm videri, quòd ſic: quia fit acceſsio de vēditore ad emptorē. l. de acceſsionibus, ff. de diuer. & temp. præſcr. & eſt bonus tex. in l. dolia, §. j. ff. de contrah. empt. & in l. ſi tibi decem, §. pactum, ff. de pact. Deinde ſubdit, in contrarium facere, quòd alteri ſtipulari nemo poteſt. l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. Tandem tamen definit, hoc pactum eſſe reale, ideoq; tranſire cum ipſa re, quamuis ſit factum venditori ſoli: quia res trāſit cum ſua cauſa, l. pignoris, ff. de pign. & l. ſi cōuenerit vt nomen, §. ſi fundus, ff. de pig. act. & l. ſi debitor, C. de diſtract. pignorum, cum ſi. Et ita videtur intellexiſſe Maſuer. vbi ſupra, ſi non oſcitanter inſpiciatur, quia ſupponit ex ibi allegatis ius retractus nondum competere, & ita vēditionem non eſſe factā, cùm ſit renunciatio, cui ſtandū eſſe dicit. Quanquàm huius contrariū voluit Chaſſe. in conſuet. Burgun. hoc eod. tit. §. x. in glo. vlt. verſ. ſed quæro. Sed tu hìc quoq; vide, quæ in hac re dicam infrà nu. 126. ſed in duobus, & ſeq. & nu. 129. tertius caſus.

*Quid ſi cōſanguineus promiſerit uenditori hoc iure ſe non uſurū, uide infrà 126. & ſeq. & 129.*

113 ¶Plvs dicit idem Matth. in d. tract. §. j. col. xiij. verſicu. ſubſequenter quæro, quòd ſi conſanguineus permiſerit, & vt ipſe loquitur, dederit licentiam conſanguineo vendendi, cui velit, non poterit poſteà rem venditā retrahere. Quanquàm dicit, primùm videri ob id conſanguineum non perdere ius redimēdi, quia id ius ante venditionem ei non competebat: ergo nec ei poteſt renuntiare. l. in repudianda, & l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred. & l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub cōditione, ff. de leg. 2. & l. ſpem, C. quæ res pign. oblig. poſ. Itē quia cum emptore nihil actum eſt, ergo ei nihil prodeſſe poteſt pactum cùm alio factum: quia res inter alios acta,

*An cōſanguineus vēditoris qui ei ius fecerit uēdēdi cui uelit, poſſit uenire ad retractū, uide 129. & ſeq. & 133.*

aƈta,&c.Concludit tamen contrariũ, quia paƈtum venditori faƈtum, prodeſt emptori.d.l.ſi tibi decem,§.paƈtum,& l.itẽ in duobus,§.perſonale,& l.iuriſgentium,§.paƈtorum,ff.de paƈt. Et multò fortius (inquit)hoc procedit.ſi paƈtum fuerit reale,qui renuntiatum eſt huic iuri: nam tunc videtur aƈtum,vt nullo modo vlterius ad id ius admittatur. ar.l.1.§.quibus, ff.de ſucceſ.edic.cum ſimi.Tu tamen hìc vide,quæ dicam plenius infrà d.verſi.tertius caſus, qui eſt in nume.129.& ſeq.& iterum in verſic.quartus caſus,qui eſt nume.131.& ſeq.

*An cõſanguineus qui rem oblatã renuit emere, poßit eã alteri venditã retrahere, uide 145. & ſeq. Si familia recuſet emere, poterit res extra familiã poſt duos mẽſes alienari. uide 146.*

114 ¶QVIN in fortiori caſu & citra permiſsionem aut conſenſum.Si venditor obtulerit vendendam rem conſanguineo iuſto pretio, & noluerit conſanguineus emere, videtur non amplius eſſe audiendus volens retrahere:per text.in l.qui Romæ,§.cohæredes, ff.de verbo. oblig.vbi qui tenetur alij vẽdere,ſi is alius fuerit requiſitus,& noluerit emere, poterit liberè alteri vendere.Quem tex.ſing.faciunt Dyn.Bal.& Ang.ibi, & nota.Bart.etiam ibi, illiúſque autoritate aſſerunt ipſi Dyn.Barto.Imo.Franc.Aret.& Soci.ibi, quòd prohibitus alienare extra familiam,poterit vendere extraneo,ſi prius illis qui ſunt de familia denuntiauerit, qui noluerint emere,præſertim duobus menſibus expeƈtatis.Et idem voluit Bal.in c.j.§.ſed etiã res,in.verbo,pro æquali pretio,tit.per quos fi.inue.Sali.& Ange.in l.vlt.per illum text.& ibi quoque Iaſ.col.vij.verſi.oƈtauò principaliter, C.de iure emphy.& idem Bal.in traƈt.protomixeos,col.j.verſic.ſed tunc quæro.Ang.qui requirit trinam denuntiationem, conſil.ccxliij. multi conſortes,vbi etiam negat eum text.alibi reperiri.Rom.ſingu.dcclxj.facio paƈtum, & conſi.xxvij.viſo themate,col.vlt.verſi.primò.& conſi.clxxxij.in caſu propoſito, in fi.quibus locis illum text.dicit ſing.Pau.Caſt.in l.filiusfami.§.Diui, ff.de lega.j.in leƈt.Paduana.& ibi etiam Iaſ.in ij.leƈt.col.xj.verſi.nonò limita.& Ferdi.Loaz.in repet.nu.533.& ſeq. & idẽ Paul. in l.quoties,C.de fideicommiſ.dum allegat Barto.in d.§.cohæredes,& conſil.ccccxlvij.ſi iſte maſculus,col.j.lib.1.Ioan.Plat.in l.j.col.ij.verſi.& quando quis,C.non licere habi.metro.lib. 11.Soc.conſ.ccxxvij.præſens cõſultatio,col.vj.verſ.ſecundò fortius,lib.2. Et ſimile quippiam voluit Bar.in l.codicillis,§.inſtituto,ad fi.ff.de leg.ij.Bal.in l.voluntas,col.j.C.de fideicom.& & in c.cùm inter dileƈtos,col.ij.verſi.ibi comitis,extrà de fide inſtrumen.At tu hìc vide,quæ dicam infrà nume.145.quintus caſus & ſeq.

*An cõſanguineus, præſens venditioni poterit retrahere.ſed & vide 148.& ſeq.*

115 ¶IMO etſi venditio faƈta fuerit præſente cõſanguineo,& non contradicente, aut proteſtãte, videtur non eſſe poſteà audiendus:per id quod maxima apud nos autoritate voluit gloſ.in l.cùm proponas filios,C.de paƈt.quòd ſi alienetur res prohibita alienari,eo præſente & non contradicẽte,cuius fauore faƈta eſt ea prohibitio,& in quem transferri debet, is ita ſibi præiudicat,vt non amplius poſsit eam alienationem retraƈtare.argu.l.cùm pater,§.libertis, ff.de leg.ij.& d.l.quoties,C.de fidei.& ita per illam gloſſ.conſuluit Rom.conſi.ccccl vij.circa propoſitam conſultationem,in fi.Sed hìc vide,quæ dicam infrà nu.156.nec eſt.

*Præſens alienationi prohibitæ, an ſibi preiudicet,uide 156.& ſeq.*

116 ¶Et id quidẽ in feudo alienato à vaſallo,agnatis præſentibus, & non contradicentibus ſiue proteſtantibus,vt ſcilicet poſteà non poſsint eam alienationẽ reuocare,tenuit Iac.à S Georgio,cuius autoritas in materia feudali magna eſt,in traƈtatu feudorũ, in verbo, & cũ paƈto de non alienãdo,col.ij.verſi.ſed quid ſi vaſallus:vbi & id idem dicit voluiſſe Bal.in c.j.§.donare,col.ij.tit.qualit.feud.ali.olim po.dum allegat diƈtam l.ſicut,§.venditionis,ff.quib.mod. pig.vel hypoth.ſolut.Monetque ideo ipſe Iacobus vt agnati caueant, ne ſint præſentes alienationi feudi.Sed tu hìc omnino vide quæ dicam infrà nu.150.nec verum eſt.

*Agnati præſentes alienationi feudi an poßint eã alienationem reuocare, uide infrà,150. Quid de domino etiam præſente alienationi,uide 151. & ſeq.*

117 ¶Et ſimile quippiã tradit glo.vt à multis intelligitur,& citatur in c.j.in verbo, permiſsione, tit.de prohibitione feud.alien.per Lotha.quòd ſi domino præſente,& non cõtradicente vaſallus feudũ vendat,non poterit dominus eam venditionẽ reuocare. argumento §.ſi autem aliquis,tit.ſi de inueſtit.int.domi.& vaſal.lis oria. Patientia enim ſine cõtradiƈtione habetur pro conſenſu expreſſo.arg.l.quidam,ff.de euiƈt.& l.ſi verò,§.inde Papinianus,ff.mand.& l.ſi vt proponis pater,C.de nupt. Nam & intelligitur conſentire,qui præſens non contradicit. arg.l.ad honorem,§.vlt.ff.de Decurio.Niſi fortè(inquit) ſciat vbique ius ſuum durare,dum tacitè cõſentit.arg.d.l.ſicut,§.non videbitur, ff.quib.mod.pig.vel.hypo.ſol.Et ſubdit:Et hæc vera ſunt,quando ex certa ſcientia conſentit:aliàs potiùs videtur errare. l.ij.ff.de iudiciis.Ex quibus ſanè intelligitur in ea manſiſſe opinione,vt dominus ſibi præiudicauerit, ſi præſens tacuerit,niſi errauerit.Et ita eam gl.intelligũt & ſequũtur Iac.Bel.Mart.Laud.Aluar.& Card. Alex.ibi & Iac.Ard.in ſumma,tit.quib.mod.feud.amit.ſub rub.ſi dominus cõſentiat alienationi.Iac.Aluar.in §.vlt.concluſ.xxxij.& ibi quoque Car.Alex.col.5.verſi.& ſciendũ.tit.quæ fuit pri.cauſ.benefi.amit.& ipſe Aluar.qui ita dicit communiter teneri,in c.j.§.Prætereâ,titu. quibus mod.feudũ amit.le j.& Iaſ.in l.quæ dotis.col.antep.verſ.decimusquartus,ſol.mat.vbi id dicit not.& in l.ſi fundũ per fideicõmiſſum,col.vj.verſi.ſimiliter ſi vaſallus, ff.de leg.j.vbi eam glo.dicit valde not.& conſi.ccxxvij.Carolus, col.vij.verſic.ſextò facit,libr.2.vbi & eam quoque dicit valde not.Et Frãc.Curt.Iunior in traƈt.feu.in decimoſexto caſu quartæ partis princ.col.lxv.verſic.& in primis quæro.Et idem in alienatione rei emphyteuticæ faƈta præſente domino reſpondit Io.Andr.conſi.xc.quia dubium iſtud.& ante eum Gul.Cu.& eius autoritate Albe.& Pau.Caſtr.in l.j.§.ſcientiam,ff.de trib.aƈt.

118 ¶A quibus non longè abeſt,quòd ſcriptum eſt ab alia gloſſ.in d.c.j.§.prætereà, in verbo, regreſſum,



*Conſentire uidetur inueſtituræ,qui patitur aliũ inueſtiri,uide 155.*

greſſum,in duobus locis,titu.quib.mod.feud.amit. Quòd ſi præſente & non contradicente eo,ad quem feudum iure debet obuenire,alius fuerit de feudo inueſtitus,is videtur huic inueſtituræ conſentire:nec eam reuocare poteſt.per l.ij.& l.hypothecas,C.de remiſ.pig.& l.Decuriones,§.vlti.ff.de Decurio. & l.ij.ff.ad muni.& l.creditor,in fi.ff.de reg.iur.& l.j.C.de fun. fiſca.lib.10. Et eam glo.ſequitur Iac.Bel.& Bald.in d.§.prætereà. & Albe.Bru.conſi.xl. contra dominum,paulò ante fi.& iterum conſi.lxxx.omnipotentis Dei,col.v.verſi.plus dixit:vbi & illud aſſerit,quòd nuper de alienatione emphyteuſis diximus præſente domino,non nullos etiam allegans,qui contrarium tenent,vt dicemus poſtea nu.148.ſextus idemq;,& vide etiam quæ dicemus infrà num.138.faciunt item.

119 ¶Sed quid in his ſimilibus diutius immoramur,quando ipſe Guli.Cu. autor inter noſtrates grauiſsimus,hãc rem nuncupatim atque in ſpecie decidit in d.l.j.§.ſcientiam,ff.de trib.aƈt.per eum tex.cuius verba hìc ſubneƈtere voluimus: Si igitur ſcit & nõ proteſtatur,& non cõtradicit,tenebitur aƈtione tributoria.Ideò Gul.ſi ex ſtatuto (inquit) conceditur proximiori retrahere rem immobilem à cõſanguineo venditã,reſtituendo pretiũ venditionis,& ea res vendita fuerit præſente & patiente proximo, perdit ius retrahendi, vt hìc dominus deducendi, quod ſibi debetur.& facit l.Titius,ff.quib.mo.mod.pig.vel hyp.ſol. Debet ergo proteſtari de iure ſuo.Nec obſt.l.ſicut,§.non videbitur,eo.tit.quia eo loquitur de iure quæſito,cui nõ cenſetur præſens renuntiare,ſi non contradicat,quia ſcit ius ſuũ vbique durare. Hæc autem lex loquitur in iure nondum quæſito,ſed incipit quæri eo tempore,quo fit venditio.Vnde facilius impeditur acquiſitio.Et id quidem refert,& dicit no.Pau.Caſt.in d.l.j.§.ſcientiã,quam legit cum prin.eius l.& Cæpo.conſi.cauſarũ ciuilium xlvij.in cauſſa vertente,col.ij.verſi. & licet ſtatutũ.Et idem expreſsim voluit,nullo tamẽ illorum memorato,quiſquis is eſt qui ſcripſit repet.in l.j.C.de fund.rei princ.lib.11.in xij.regula primæ conſiderationis.Sed tu ſuper iis omnino vide,quæ dicam infrà d.nu.148.& ſeptem ſeq.vbi huic ſententiæ non accedo.

120 ¶EX ISTIS autem omnibus poſſunt colligi ſex caſus admodum neceſſarij ad hunc traƈtatum.Primus,cùm fit expreſſa renuntiatio huius iuris poſt emptionem faƈtam, & ita iure iam competente.Secundus,cùm fit empturo,nondũ emptione faƈta,& ſic etiam nondum eo iure competente.Tertius,cùm fit domino vendituro tantum.Quartus,cùm nõ renuntiatur expreſsè huic iuri:ſed conſanguineus expreſsè cõſentit futuræ,aut præſenti alienatio. Quintus,cùm cõſanguineus ante venditionem extraneo faƈtam,requiſitus à domino rei,eam noluit emere.Sextus,cùm conſanguineus præſens eſt venditioni,& non contradicit, aut proteſtatur.Quos omnes paulò amplius,quàm ſuprà diƈtum eſt,volumus ſigillatim diſcutere.

*Renuntiatio iuris retraƈtus ualet.uide ſuprà cxij.*

121 ¶PRIMVS igitur caſus, cùm fit expreſſa renuntiatio huius iuris emptori faƈta venditione, omnino eſt ſine dubio. Nam cùm ius ipſum ſit illi iam quæſitum,& eidem expreſsè renuntiet in fauorem emptoris,non eſt ad id amplius admittendus, cui ipſe renuntiandum putauit.l.ſi quis iuſiurandum,C.de reb.cred.& iureiuran. & ibi concordant.in gloſſ. Nec remittenti aƈtiones ſuas dandus eſt ad eas regreſſus.l.quæritur,§.ſi venditur,ff.de Aedili.edic.& l.j. §.qui ſemel,ff.de ſucceſſorio ediƈt.& cap.quàm periculoſum,& ibi notat.vij.q.j.& d.c.1.§.prętereà,titu.quibus modis feud.amit.& c.cùm inter R.& ibi gloſſ.in verbo, quod ex conſenſu, extrà de eleƈt.cum ſimilib. Ideoq; vera eſt Maſuer.in hac re ſententia, quam ſuprà adduximus num.110.ſed in hac.

*Sed an ſatis ſit generaliter repromittere nullam controuerſiam ſe faƈturum.*

122 ¶SED ſuper hoc quæro,quid ſi non ita ſpecialiter renuntiauit, ſed tantùm generaliter promiſit nullam ſe controuerſiam faƈturum ſuper feudo vendito: an ex hoc excludatur ab hoc iure retraƈtus.quod videtur,per l.ſtipulatio iſta,§. ſi quis fortè,ff.de verb.oblig.vbi no.Ange. quòd is qui promiſit non moturum ſe cõtrouerſiam ſuper domo,nec id quidem facere poteſt ſuper vſufruƈtu,aut alio iure. Ex quo & in ſpecie noſtræ conſuetudinis expreſsè voluit Matth.Afliƈt.in traƈt.proto.in verbo,prohibemus,col.vlti.verſi. ſed quæro quid ſi promiſit, quòd hoc caſu non poterit conſanguineus retrahere. Ad cuius ſententiæ confirmationem vide multa,quæ longè lateq; aceruauimus in repetit.l.ſi vnquàm, in præfat.ipſius l. num.115. nunc autem reſtat,& multis ſequent.

*Quid de renũtiatione faƈta empturo ante uenditionem.*

123 ¶SECVNDVS caſus de renuntiatione faƈta empturo ante venditionem, nullum aliud habet dubium,quàm quòd fit renuntiatio iuris futuri, quæ poſſet videri nõ eſſe valida:per iura ſupra alleg.num.111.plus dicit,cum aliis concord.adduƈtis à glo.in l.j.in glo.magna,in prima oppo.C.de paƈt. Nam vt etiam dicit Bald.in c.1.col.j.verſi. ſecunda concluſio,tit.Imper. Lotha.contra naturam renuntiationis eſt,vt extendatur ad futura:per d.l.ſi ita ſcriptum,§. ſi ſub conditione,ff.de leg.ij.& alia iura ibi allegata.

*Renuntiatio iuris futuri faƈta præſente parte ualet ut paƈtum.*

124 ¶Sed omnia illa iura vel loquuntur de ſimplici renuntiatione,ſine mentione iuris futuri,ad quod ideò in dubio non trahitur:vel ſi de eo quoque exprimatur,certe loquuntur & intelliguntur de ea renuntiatione,quæ fit abſente parte,& ideò nihil aliud eſt quàm pura meraque renuntiatio. Verùm cùm fit tanquã paƈtum,& ſic præſente parte,valet,etiamſi aliter de paƈti nomine mentio non fiat:quia ſatis eſt,vt fiat parte præſente,vt habeat vim paƈti:vt probatur in d.l.j.& ibi glo.Pet.à Bel.pert.Iac.Aret.Bart.Signo.in repe.Albe.col.j.Fulg.Pau.Caſt.& Recentiores,qui expreſsè tradũt,hoc caſu præſentiã partis haberi pro conſenſu,C.de paƈt. & l.

& hæredi,§.item filiusfamilias,& ibi Bar.ff.eo.tit.& l.in pluriũ, & ibi Alb.in fi.ff.de acq.hære.& l.j.ff.de cura.bo.dan.& l.j.§.ſi quis ante,& ibi Oldr.& Albe.ff.à quib.appel.non pot.& l.vlt.in fi.C.de temp.appel.gl.in c.ex multiplici,in verbo,quietus,& ibi Ioan.And.& Panor. extrà de deci.Iac.Aret.& Bal.in l.is qui hæres,ff.de acqui.hære.Roffre.Beneuen.q.Sabba.ix.ſeruitutem.D.à Rota deci.cclxxxvij.licet appellationi, in prin.in nouis.& deci.dcccxxxij.primus,in antiquis.Collec.in cap.vlti.in prin.extrà de pact.Bart.in l.Pomponius,la j.ff.de neg.geſt.Sign.conſi.lxxj.factum ſic ſe habet,dominus Epiſcopus,col.j.verſ.item ſimili.& conſi.clix.ſuper dubiis,col.ij.num.5.Bald.in l.ſed & ſi quis,col.j.in addi.ff.ſi quis cautio.& in l.is qui hæres,in prin.col.j.ff.de acqui.hære.& in c.1.tit.de eo qui fin.fec.agna.Sal.in l.ſi vt certo,§.j.col.iij.verſi.quod etiã probabat,ff.de pign.act.Rapha.Fulg.conſi.lxvij.paterfamilias,col.iij.& conſil.cxcij.quidam emit ab aliquo,col.j.Imol.conſi.lij.in caſu præmiſſo. & conſi.lxxviij.viſis ac ponderatis,col.ij.verſi.ſecundò pro hoc faciat.Card.Flor.conſi.cxxix.dubia principalia,in ſecundo dubio.Ro.conſi.xxij.pro propoſitæ,col.j.verſic.contrarium.Corne.conſi.lj. Licet in hac,col.pen.verſi.ſolet enim,lib.2.& conſi.cxliiij.quod eſt eodem initio,col.iiij.verſi.& licet fortè.lib.3.Soci.qui id optimè declarat,conſil.ccxxx. viſo teſtamento,col.j.in fin.cum ſeq.lib.2.Philip.Deci.in l.poſtquam,col.iij.verſic.ſecundò videndum eſt,C.de pact. Licet contrarium videatur voluiſſe Franc.Aret.omnium propè ſolus,in dicta l.j.ad fi.eod.tit.

125 *Iuri futuro & quærendo facilius renuntiatur quàm præſenti & quæſito.*

¶Imò videmus,quòd facilius renuntiamus iuri futuro,ſiue quærẽdo,niſi aliud obſtet,quàm præſenti & quæſito:vt patet ex eo,quod pulchrè ſcribit Bald.in l.illud,col.iij.in iij.q.C.de ſacroſanct.eccle.& aliis multis,quæ latè congeſſi in noſtra repe.l.ſi vnquàm,in verbo,donatione largitus,num.181.ſed hoc tamen,& multis ſeq.C.de reuocan.dona. & latiſſimè ſuprà titu.omnium huius volu.ij.§.vlti. qui eſt omnium huius volu.xxiiij. vt omittam interim valere renuntiationem iuris futuri , quod ſaltem ſpe competit.l.quod Seruius,ff.de condi.ob cauſ.& voluit Floria.à S.Petr.hoc in caſu expreſſim loquens,inter conſi.Pet.Anch.conſi.ccclxxj.quòd dicta domina,col.j.verſi.iij.hoc idem.

126 *Si emptor cui renuntiatum eſt,alteri uendat,an conſanguineus qui renuntiauit poſſit retrahere.*

¶Sed in duobus iſtis primis caſibus quæſtionis eſt,quid ſi is emptor, cui ea renuntiatio facta eſt vel ſpecialiter , vel generaliter ( vt vtrunque caſum compræhendamus ) alteri poſtea vendat:an ab iſto ſecũdo emptore poterit conſanguineus retrahere, nõ obſtante huiuſmodi renuntiatione facta priori emptori.Iacob.Rebuf.in l.vnicuique,in fin.C.de proxi.ſacr.ſcrini.lib.12.poſt multa in vtranque partem allegata,concludit poſſe.Et ſequitur Chaſſe.in hoc eo.titu.*de retraict*,§.x.in glo.vlt.in fin. Et ante hos Flor.à neutro memoratus,dict.conſil.ccclxxj.colum.vlti.verſi.nec obſt.etiam:nam conuentio (inquit) facta ſuper vno contractu,non trahitur ad alios.l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact.& faciunt quæ diximus ſuprà, num.43.ſed & in alio,& ſeq. Sed quibus adde optimum tex.in c.cùm inter,extrà de renuntiatio. vbi qui renuntiauit beneficio,non ob id prohibetur idem cõſequi ex nouo iure poſt renuntiationem acquiſito.& ibi glo.adducit alia quædam ſimilia.

127 *Paria ſunt à te, & ab alio cui tenearis, petere.*

¶Quanquàm dubium id facit,quod etiam ſuprà diximus nu.110. ſed quid ſi nõ ipſe,& quæ dicam tribus numeris ſequent.Et præterea quia ſi conſanguineus,qui promiſit non retracturum,nihilò minùs poſſit retrahere ab alio ſecundo emptore,cùm non poſſit à priore,cui id ius renuntiauit,is primus emptor tenebitur ſecundo de euictione, cùm non vendiderit rem liberam,ſed obnoxiam huic retractui.l.ex iis prædiis,C.de euict.& ita in idem recidet incom modum,quod paſſurus fuiſſet,ſi ipſi ſibi non ſeruata fuiſſet ea renuntiatio ſibi facta : ideoq; ad eum redundabit illud ipſum incommodum:perindeq; erit, ac ſi ab ipſomet iſte conſanguineus retraheret,non obſtante ea renuntiatione:quod fieri non debet : vt in ſimili dicitur in l.iiij.§.j.cùm dicitur,Alioquin dum à conreo meo petitur,ego inquietor,ff.de libe.leg.& l.ſi ex duobus,ff.de neg.geſt.ibi eò quòd ſi data fuerit aduerſus eum actio, neceſſe erit & eum perſtringi,qui vetuit.& in l.vlt.§.vlti.C.de vſu.rei iud.cùm dicitur,cùm enim interuẽtor ſoluere compellebatur,& ipſe reum ad inuitam ſolutionem coercebat.Et facit etiam tex.in l.aduerſus,ff.de arbit.vbi ſcribitur , Nam τῇ δυνάμει, qui à fideiuſſore petit,à reo petit,id eſt,per quandam poſſibilitatem,vt interpretatur Alci.lib.2.diſpuncti.cap.9.quaſi ſi diceres potentialiter,ſiue effectualiter.his enim verbis vulgaribus non vereor vti,vt vulgò etiam intelligar.

128 *Renuntians cõſequitur ex nouo iure.*

¶Nec quicquam in contrariũ mouet ea ratio Flor. Fateor enim,quòd ſi iſte primus emptor eſſet ſimiliter conſanguineus iſtius conſanguinei,qui retractui renuntiauit, poſſet is renuntians ex eo capite reuocare iure retractus hanc ſecundam venditionem,non obſtante illa renuntiatione, quæ facta fuit ſuper prima venditione:& ideo non trahitur ad aliam venditionem ex qua & aliud ius retrahendi cõpetit. Et ſic conuentio facta ſuper vno contractu non trahitur ad alios,ſecundùm rationem Floriani. Nec ſic teneretur primus emptor de euictione, vt diximus ſuprà eadem gloſſ.num.34. ſed hæ rationes. At hic vult retrahere vi prioris venditionis,& tanquam conſanguineus,primi venditoris:nam ex ſecunda venire nõ poteſt, cùm non ſit conſanguineus venditoris.

129 *Quid ſi renuntiatum ſit domino uendituro ante uenditionem.*

¶Tertius caſus cùm fit renuntiatio domino vendituro ante venditionẽ,plus habet dubij,ob id quod dictum eſt ſuprà, dum de hoc caſu loqueremur , alteri per alterum ſtipulari paciſcive non poſſe. Quod procedit,vt id addas,non tantùm vt non pariat actionẽ,ſed nec exceptio



exceptionem quoque.l.ſi actionem,ſecundùm lectu.Iaco.Raph.Petr.Cyn.& Sal.C.de pactis. Et quod præterea dicitur, pactum factum cum vna perſona non habere locum cum alia,d.l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact.Ex quo fit,vt ſi pactus ſim,ne à me,néve à Titio quid petatur,non proderit Titio,etiamſi mihi hæres extiterit.l.ſi tibi decem,§.ſi pactus ſim,ff.eo.tit. Et quod item dicimus valere renuntiationem ſiue repudiationem iuris ſui, quo ad aduerſariũ, cui renuntiamus, non quò ad alios.l.ſuus,& l.ſicut,& vtrobique Bald.C.de repud.hære.& l.iubemus,C.ad ſenatuſc.Velleian.& l.vlti.ff.de interrog.act.Et quod denique dictum eſt,non valere renuntiationem iuris futuri,iuribus ſuprà allegatis,num.111.plus dicit.Et hanc partem nuncupatim tenet Chaſſen.in hoc eo.tit.§.x.in glo.vlt.verſi.ſed quæro.

130 ¶His tamen non obſtantibus ſequor in ea re Matthæ.Afflict.& Maſuer.ſuprà à nobis citatos nu.112.ſed quid ſi non ipſe. Quia ſicut pactum cum venditore factum nocet emptori,l.venditor,ff.communia prædiorum,& quod voluit Ioan.And.in addit.ad Spec.in rub.de præſcr.col.ij.ideoq; exceptio rei cohærens,quæ nocet venditori,nocet & emptori,aut alteri ſingulari ſucceſſori.l.apud Celſum,§.de autoris.& ibi Albe.ad fin.ff.de doli mali except.& l.idemq;,§.j.ff.pro ſocio, & l.creditor,ff.de diuerſis & tempor.præſcripti.Bart. qui id latè diſputat poſt Dyn.in l.doli,§.de nouati.Franc.Aret.qui alios citat,conſil.xvj.præſupponitur in fine. Nam factum ipſius venditoris nocet emptori.l.vlti.& ibi Dyn.& Bart.ff.de oper.no.nunti.& l.ſtipulatio iſta,in prin.verſi.ſed ſi ſe,& §.ſicut,ff.de verbor.oblig. & l.fluminum,§.adiicitur,ff.de dam.infect.& voluit Roffr.Bened.quæſt.Sabba.x.ſeruitutem,in ſolut.quæſt.& Alb.qui & alia iura citat poſt Iaco.Aret.in l.qui bona,§.ſi altena,ff.de dam.infect.Bal. qui ex hoc in pulchro caſu conſuluit,conſil.ccj.ad euidentiam, col.j.lib.2.& Angel.conſil.cclix. quædam domina, col.j. Ita & pactum venditoris prodeſt etiam emptori : poteſtq; emptor ipſe vti exceptione venditoris:vt patet ex iuribus allegatis d.num.111. plus dicit, & præterea ex l.ait Prætor eius rei, iuncta gloſ.& l.etiam, quæ confeſtim ſequitur,ff.de iureiur. vbi iuramentum venditoris nocet emptori.Ex quo Barto.Bald.& Saly.ibi not.ius excipiendi tranſire in ſingularem ſucceſſorem,ſubditq; ipſe Bald.etiam in id facere.l.in venditione,ff.de act.emp.& l.in iudicio,ff.famil.erciſ. Idque not.Dyn.in d.l.Fluminum,§.adiicitur, & in c.is qui in ius,col.j.de reg.iur.lib.6.vbi & alia iura allegat:& Iacob.Aret.in l.qui bona,§.ſi alieno,ff.de damn.infect.& Imol.conſi.cxxviij.viſis poſt medium.

*Pactum uenditoris nocet emptori. Exceptio quæ nocet uenditori , an noceat emptori.*

*Pactum uenditoris prodeſt emptori. Excipiendi ius tranſire in ſingularem ſucceſſorem.*

131 ¶Quibus adde & tex.in l.in hoc iudicium,§.ſi inter,ff.commu.diuid.& ibi Bart.atque etiam tex.in l.vlti.ff.de except.rei vend.& tradi.vbi exceptio eius tituli prodeſt ſecundo emptori,& in l.dolia,§.j.ff.de contra.empt.cuius hæc verba ſunt, Eum qui in locum emptoris ſucceſſit, eiſdem defenſionibus vti poſſe,quibus venditor vti potuiſſet. & in l.inuitus,§.plerunque,ff.de reg.iur.vbi ita ſcribitur,plerunque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petẽdum ac defendendũ,quæ fuit autoris,& l.ſi à te,§.vlt.ff.de except.rei iud.vbi exceptio rei iudicatæ tranſit à perſona autoris ad emptorem. Et eſt ſimilis tex.in l.ſi mater,§.Iulianus.& §.ſi egero,qui eſt vlti.& in l.exceptio,eo.tit.quorum autoritate dicit Bart.in l.iij.col.ij.verſi.ſed ſi oppoſuerit,& ibi quoque Bald.Saly.& alij,C.quod met.cau.quòd exceptiones ex perſona venditoris tranſeunt ad emptorem. & idem Bart.in l.ſi tertius,§.ſi quis prius,col.vlti.ff.de aqua plu.arc.vbi etiam eſt bonus text.& Bal.in auth.qui rem.col.ij.verſi.ſubſequenter quæro,C.de ſacroſ.eccle.& Sal.in l.ſi cùm militaribus,ad fi.C.de reſti.mil.Alex.in l.quædam,§.nihil intereſt,in j.not.ff.de eden.Fran.Aret.qui id dicit procedere in iure perſonali,cõſi.lxx.in cauſſa quæ vertitur,circa med.& Corn.conſi.xxx.in præſenti.col.ij.verſic.& ſic ius,lib.1.& conſi.cx. licet videatur,col.iij.verſi.& ſecundum hoc,lib.3.& conſi.clxxij.viſa copia,col.vlt.verſi. verùm quia mihi,eo.lib.3.Barb.conſi.xij.illud afferam,col.iij.verſi.capio nunc tertium,lib.4.Iaſ.conſ.xcij.circa primum,col.vlt.lib.1.& conſi.lxxxix.in præſenti,col.j.verſi.ſextò facit.& iterum in fin.conſil.lib.3.vbi tamen id declarat. Hincq; Bal.conſi.cccclvj.Seia origine,in fin.lib.1.reſpondit laudum latum pro venditore,ſicuti & tranſactionem ipſius,prodeſſe emptori.Nam & vt dicit Albe.in l.damni,§.emptor prædij,col.ij.ff.de dam.infect. poſt neſcio quem in ſumma.Inſtitu.de actio.empt.& vend.vna perſona eſſe cenſentur ex vi ſucceſſionis , ſicut hæres & defunctus.Sed hæc,ne fallaris, procedunt in iuribus realibus , quæ ſcilicet rei cohærent,camq; concomitantur:cuiuſmodi id ius eſt,vt placuit multis ex his,quos ſuprà citauimus, & dicemus latius poſtea in §.huius tit.viij.in glo.v.licet Fran.Aret. vbi ſuprà aliter dicat.

*Idem.*

*Quid in iure perſonali.*

132 ¶Et ex his quoque tollitur quod dictũ eſt, alteri neminem ſtipulari poſſe:quia etiam ſi venditor emptori nuncupatim ſtipulatus non fuerit, tamẽ ex alio capite pactum ipſius prodeſt emptori,in eumq; ipſum tranſit, per ea quæ dicta ſunt. Sed & illud præterea dici poteſt, id non procedere,cùm intereſt eius , qui alteri ſtipulatur. tunc enim valet ſtipulatio , vt apertè oſtendit tex.pro alia parte ſuprà allegatus,in l.ſtipulatio iſta,§.alteri, in illis verbis , nihil intereſt mea,& ibi gloſſ.& omnes,& expreſſius in §.ſi ſtipuler,& §.ſi quis inſulam,ff.de verbo.obligat. Et vſqueadeò quidem,vt ſi poſt ſtipulationem incipiat intereſſe ſtipulatoris,reconualeſcat ſtipulatio:vt placet Bart.in d.§.alteri,& ibi Alex.in fin.qui alios multos adducit.Hic autem multùm intereſt venditoris , ne conſanguineus poſſit retrahere ab emptore : quia ſic rem ſuam pluris vendet,quàm ſi obnoxia foret retractui : vt ſatis diximus , ſuprà in præfat.

*Alteri poſſumus ſtipulari, cùm noſtra intereſt.*

huius tit.nu.27.prætereà & in hoc. Ex quo illud conſequens fit,hoc caſu venditorem poſſe ſuo emptori ſtipulari. Quod autem dictum eſt de renuntiatione iuris futuri, ſatis abundeq; diluitur ex his,quæ diximus ſuprà nu.124.ſed omnia,& ſeq.

*Cõſanguineus cõſentiens uenditioni,an poſſit retrahere.*

133 ¶QVARTVS autem caſus,cùm conſanguineus conſentit alienationi, poſſet procedere, vt is conſenſus ei in retractu obeſſet,ſi ſtatutũ,aut conſuetudo ita diſponeret, ne liceret alienare in extraneos irrequiſitis conſanguineis, aut iis qui ſunt de familia venditoris:prout etiam loquitur conſtitutio Federici de iure protomixeos,in quam commentaria edidit ipſe Matth. Affli.quem ad hunc caſum citauimus ſuprà,nu.113.plus dicit.Sed hîc in noſtra cõſuetudine, nec in vlla alia huius regni,nihil tale eſt:quia poteſt quilibet cuilibet vendere,inſcio & incõſulto conſanguineo:ſed ſi id fecerit,ius eſt ipſi cõſanguineo retrahendi intra annũ. Cui iuri nõ debet videri renuntiare conſentiendo vẽditioni,cùm id ſit omnino ſeparatũ ab ipſa venditione:nec eã videtur improbare,qui retrahit,vt diximus ſuprà in præfat.nu.16.valet igitur.

134 ¶Maximè cùm in dubio non præſumatur quis renuntiare iuri ſuo. l. cùm de indebito,ff.de proba.cum multis concord.à me traditis in repet.l.ſi vnquam,in prin.l.nu.124.adde & quod ſcribit,& iterũ in verbo,donatione largitus,nu.168.in dubio autem & ſequen. Et quia etiam per ſolum conſenſum ſine pacto,aut renuntiatione quis ſibi non præiudicat in iure futuro, quod etiam ſibi competit ex cauſſa de præſenti,per text.in l.j.§.quod ait,& ibi Barto.ff.quor. leg.Bart.Bal.& alij in l.j.C.de pact.dum declarant d.§.quod ait,contra gloſ.ibi,& Soci.qui illum tex.in d.§.quod ait,dicit not.conſil.ccxxx.viſo teſtamento,col.j.lib.2. Et videtur de hoc eſſe tex.in ſpecie,in c.conſtitutus,extrà de in integ.reſti. vbi qui conſenſerat alienationi factę à patre, admittitur tamen ad retractum vi huius conſuetudinis. Et ita in iure retractus feudalis,vt ſcilicet dominus non prohibeatur eo vti,ob id quòd venditioni conſenſerit, tradidit Carol.Molend.in conſuetudi.Pariſi.titu.j.§.xiij.num.8.& multis ſeq.vbi & conſequenter idem firmat in hoc noſtro retractu municipali.{& Ioan.Lup.in repe.rubr.de dona.inter vir. & vxo.§.xlvij.num.5.& nu.19.incip.ex prædictis aliqui.vbi dicit ſe de hoc latius dixiſſe ſuper lege,regni foro,legum lib.3.tit.*de las vendidas*,lege xiij.}

135 ¶Contrariũ tamen in hoc ipſo caſu voluit Flor.in conſi.ſuprà ſæpius à nobis citato,videlicet ccclxxj.inter conſi.Pet.Anch.inci.quòd dicta domina,verſi.tertiò hoc idẽ, iunctis iis quæ ſcribit ante fi.eius conſi.& Io.Igne.qui illius non meminit,in rep.l.dudũ,C.de contrah.emp. per quædã iura probantia cenſeri renuntiatũ beneficio per actum contrariũ. Quibus & ego accedo,nõ tantùm ea ratione,cui vix fidere auſim,propter ea quæ ſuprà diximus,ſed & aliis multis.

*Conſenſus non debet eſſe ſuperuacaneus.*

Primùm,quia aliàs hic conſenſus nihil operaretur,eſſetq; ſuperuacuus,niſi induceret renũtiationem huius iuris:quod minimè dicendũ eſt.l.ſi ſtipulatus,ff.de vſur.& not.per Bal. in rub.de emp.& vend.in ix.q.cum aliis multis concor.à me latiſsimè congeſtis in noſtro opere,cui tit.eſt,nihil fruſtra.Sed & hæc ratio non ſemper concluderet: quia aliquando aliud poſſet operari,vt ſi conſentiens haberet rem obligatam,de quo dicemus verſi.ab hinc iiij.

*Patronus conſentiens donationi, non poteſt eam reuocare.*

*Nec filius conſentiens patri donanti omnia bona ſua.*

*Filius uaſalli non poteſt reuocare alienationẽ,cui conſenſit.*

136 ¶Deinde videmus in ſimili, quòd ſi patronus conſentit donationi factæ à liberto, eam non poterit poſtea reuocare Fauiana.l.non videtur,ff.ſi quid in frau.pat. & gl.in l.ij.& ibi omnes, C.eod.vbi etiam Iac.Raph.& Cyn.in vlti.q.dicunt eſſe idem in filio, qui conſenſit patri donanti omnia bona ſua,vt poſtea non poſsit donationes illas inofficioſas reuocare. Similiter quamuis filius vaſalli poſsit reuocare feudum alienatum reſtituto pretio,ſi tamen conſenſerit alienationi,& nihilominus velit eam reuocare,non eſt ei mos gerendus.c.Titius filios,& ibi glo.Bald.& alij,tit.ſi de feud.defunct.controuer.ſit inter do.& agna.& voluit etiam Paul. Caſtr.conſi.cxc.viſa ſuprà ſcripta,col.ij.verſi.reſtat nunc videre,lib.2. Quia qui conſentit(inquiunt) ſua iura perdit.l.cùm quædam,poſt medium,C.de admini.tut. Sed & de aliis quoque agnatis eſt.tex.in cap.1.in princi.& ibi gloſ.in verbo,conſentientibus,tit.de alie.feud.pat, & in cap.præterea,& ibi Bal.& alij,tit.quib.mod.feud.amit.& voluit Iaco.Bel.in cap.1.§.vlt.ad fin.& ibi etiam Aluar.in.xxx.concluſio.& Cardin.Alex.col.v.titu.quæ fuit pri.cau.bene.ami. & Bald.conſi.xvj.facti euidentia,in fine,lib.1.& Paul.Caſt.conſi.lxxxiiij.quæſtio iſta vertitur, lib.2.& Franc.Aret.conſil.iij.conſultatio præmiſſa,& de vtriſque Alber.Bru.conſil.lxxx.circa primum,col.v.verſi.& quia conſiderata.

*Multa de conſentientibus alienationi ut reuocare non poſſint.*

137 ¶Præterea tex.eſt in l.cùm pater,§.libertis,ff.de leg.ij.quòd ſi teſtator libertis prædiũ reliquit, ac petiit,ne id alienarent:omneſq; excepto vno partes ſuas vendiderint:qui nõ vendidit,cæterorum partes,quibus non dedit alienandi voluntatẽ,integras poteſt petere.Ex quo conſtat argu.à cõtrario ſenſu,quòd ſi is conſenſerit,nec ipſe quidem reuocare poterit. Ideoq; ibi ex eo not.Bart.à pari procedere actum celebrare,& ei cõſentire.Et eum quoque tex.in id trahit in ſimili caſu.Bal.conſi.cccxix.matrimoniũ,in viij.dubio,eodemq; vlti.lib.4. Et de hac quoque re eſt tex.apertus & directus in l.quoties ab omnibus,& ibi not.Bald.in vlt.not.& Ange. C.de fideicom. cum concord.ibi adductis à glo.vlt.& Bart.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,ff.de leg.j.Bal.conſi.cij.punctus ſuper quo,lib.2.Raph.Co.conſi.xxxiij.quidã ponamus, B.Raph.Fulg.conſi.ccxiij.domina Simona,col.vlt.Ro.conſi.cccclvij. circa propoſitam,col.ij. verſi.tertiò non eſt dubium.Alex.conſi.clxxxiiij.viſo themate dicti Sylueſtri,poſt prin.lib.2. & conſi.cl.viſo themate,& his,in fi.lib.7.Soci.conſi.xliiij.viſo teſtamẽto,col.j. & iterum pen. lib.4.



lib.4.Iaſ.in l.filiusfamiliàs,§.Diui,col.x.verſi.octauò limita,ff.de leg.j.in ij.lect.

138 ¶Faciunt item multa,quæ ſuprà diximus de conſentiente venditioni alterius, in locis ſuprà in eadem glo.allegatis nu.106.ego tamẽ puto.Et tex.optimus in l.codicillis,§.j.ff.de leg.ij.vbi ſi quis inſulam libertis vtriuſque ſexus ita legauit,vt ex reditu eius maſculi duplum, fœminæ ſimplum percipiant,eamq; alienari vetuit: & ex cõſenſu omnium libertorum ab hærede vænundata ſit,nulla eis nec ob pretium quidem conſequendum eſt actio. Cuius l.autoritate Iaco.Aret.Cy.& Bal.in l.dotalem ſeruum,ff.ſolut.matri.dicunt quòd ſi dominus conſentiat vaſallo,aut emphyteutæ vendenti,videtur remittere totum ius ſuum, ita vt nec ad pretium agere poſsit. Et ſequitur Afflict.deci.Neap.cxij.inter dominam,ad fi. Et facit,vt ſubdit Bald. vbi ſuprà,l.ſicut,§.venditionis,ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.Cuius etiã autoritate Pau.Caſt. d.conſi.lxxxiiij.quęſtio iſta vertitur,col.ij.lib.2.reſpondit eum,qui debuit inueſtiri de feudo, ſi conſentiat alium inueſtiri,ſtatim ſibi præiudicare,& ſequitur Philip.Deci.conſi.cclxxxix. viſa longa ſerie,col.iiij.vbi & alia iura allegat.& de hoc latè diximus,in tract. Primigeniorũ, quæſt.xxij.& vide etiam,quæ diximus ſuprà,nu.117.à quibus.

*Dominus conſentiens uaſallo alienãti,nec ad pretiũ quidem agit.*

139 ¶Sed & faciunt alia multa iura, quibus cauetur conſentientẽ alienationi rei ſuæ,aut ſibi obnoxiæ,non poſſe amplius eam repetere, nec eam venditionem infringere.d.l.ſi fundum per fideicommiſſum.& l.nihil,§.j.& ibi Albe.ff.de leg.j.& l.quidam ex parte,ff.de euict.& l.mater, C.de rei vend.& l.fideiuſſor impetrauit,§.pater,ff.de pig.& l.ſi debitor,§.j. & l.ſi conſenſit,in prin.& l.Titius,§.j.& l.Lucius,& l.Paulus,ff.quibus modis pign. vel hypo.ſol.& c.paſtoralis, extrà de donar.cum ſimilibus à me collectis in repet.l.ſi vnquàm,in verbo, donatione largitus,num.346.verùm in ea. Et quod ex hac ratione reſpondit Rom.conſi.lxxxvij. circa id de quo quæritur,col.j.& Corne.conſi.iij.in præſenti,col.j.& iterum pen.lib.3. Vt tamen non omittamus text.optimum in l.vlti.C.de remiſ.pig.vbi indignum eſt,eum, qui ſemel conſenſit alienationi rei ſibi hypothecatæ,& hoc modo ius ſuũ reſpuit,eandem rem, etiam ſi ad priorem dominũ redierit,vendicare,vel tenentem inquietare. Hæc enim verba ſunt illius l.quam Bar.& Sal.dicunt ſingu.in eo quod dicitur,etiam ſi ad debitorem redierit. Nam ſunt & alia multa iura probantia,ex ſimplici conſenſu creditoris in alienatione rei pignoratæ ius pignoris amitti.l.ſi probaueris,& l.cum te,prout eam intelligunt Bal.Sal.& alij,eod.titu.& l.ſi debitor,C.de diſtract.pign. Et idem quoque de iure vſusfructus ſcribitur in l. apud Celſum,§. quæſitum eſt,ſi cum fundi,ff.de dol.except. Nam & qui conſentit alienationi, ipſe quodam modo alienat.l.& ſic,ff.ſolut.matri.& l.in ædibus,§.quòd ſi filius,ff.de donat.& voluit per ea iura Alberi.in l.iubemus.in fin.C.ad ſenatuſc.Velleia. & facit etiam vltra ſuprà dicta in hanc noſtram ſententiam text.in l.ſi conſentiente,C.de dona.ante nupt.

140 ¶Nec obſtat huic poſteriori ſententiæ tex.qui omniũ maximè vrget,in d.c.conſtitutus,extrà de in integ.reſti.quem ſuprà pro priori parte adduximus:quia ille,qui ibi conſenſerat venditioni minor erat,vt ibi expreſsè dicitur, & in integrum aduerſus huiuſmodi conſenſum reſtituitur. Ideoq; is tex.ſtat.ab hac noſtra ſententia,tanquam ſcilicet ille minor,qui conſenſerat,non potuiſſet vti beneficio huius conſuetudinis, ob conſenſum ab eo præſtitũ,niſi fuiſſet reſtitutus in integrum. Cætera autem omnia,quæ pro alia parte allegata ſunt, nihil omnino obſunt: vt patet ex iam dictis pro hac noſtra opin. & iis etiam, quæ diximus ſuprà d. num.107.ego tamen puto,ne hîc tamen iterum repetam.

*Quid, ſi conſanguineus cõſentiat uenditioni nomine officij.*

*Quid,ſi ex ſtatuto,quo conſanguineus debet cõſentire.*

141 ¶SED hanc noſtram ſententiam velim intelligas, vt procedat,niſi iſte conſanguineus conſentiret venditioni,non quidem nomine priuato,ſed officij ſibi à Iure communi,vel municipali,aut à magiſtratu commiſsi:verbi gratia,ſi cùm ex ſtatuto requiratur cõſenſus propinquorum in contractibus mulierum, aut minorum (cuiuſmodi ſunt multa ſtatuta in Italia) propinquus quiſpiam adhibitus fuerit contractui mulieris,vt ipſe cõtractus valeat:eius conſenſus nihil ei præiudicat, quin iure ſuo vti poſsit.l.cùm quædam,C.de admin.tut.& §.ſi tutor.Inſtit.de inoffi.teſta.Ita enim in ea ſpecie voluit Bal.d.conſi.cij.col.ij.verſi.præterea regula,lib.2.ad quod etiam dicit facere not.in l.Caius,ff.de pig.actio.vbi qui,vt teſtis, fuit adhibitus inſtrumento alienationis,non præiudicat ſibi in hypotheca rei alienatæ.

*Quid,ſi ut teſtis uel notarius.*

142 ¶Et generale eſt,vt teſtes & notarij etiam ſubſcribentes inſtrumento,ſibi & ſuis iuribus non præiudicent:vt etiam probatur in l.Titia cùm teſtamento,§.Lucia,& ibi Bart.& Bal.ff.de leg. ij.& voluerunt glo.& Bart.in l.ſicut,§.non videbitur,ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.Bart.in l. quæ dotis,ad fi.ff.ſol.matr.Pau.Caſt.in l.emptor,§.Lucius,ff.de pact.& in l.ſi ita ſtipulatus,§. Chryſogonus,col.j.ff.de verb.oblig.Corne.conſil.ccviij.videtur in hac conſultatione, col.ij. lib.4.Cardi.Alexan.in cap.1.§.præterea,col.ij.tit.quib.mod.feu.amit.Matth.Afflict. in tractatu protomixeos,in verbo,vt infrà xxx.dies,col.vj.verſic.ſed pone quòd coniunctus:vbi loquitur nuncupatim in caſu noſtræ conſuetudinis,vt ſcilicet teſtis,aut notarius inſtrumẽto venditionis ſubſcriptus,non ſibi præiudicet,quin tanquam conſanguineus venditoris poſsit retrahere. Et facit etiam,quod vulgò dicimus, officium ſuum nemini debere eſſe damnoſum. l.ſed & quod ſi quis,ff.quemadmo.teſta.aperi.& l. videlicet,ff.ex quibus cauſis maior, & l.ſi ſeruus,§.quòd verò.ff.de furtis,cum ſimil.

143 ¶Quamuis contra id,quod de teſte diximus,videtur eſſe tex.in c.ex literis,extrà de tranſact.

*Quid,ſi ut aduocatus, procurator,tutor & curator iudex,fideiuſſor*

Sed tu ibi vide gl.& Doct.Sed & in eo & in tabellione Albe.in d.l.Caius,col.ij.ff.de pig.act. diſtinguit, ſitne actus,qui ſola contradictione impediri poteſt,nécne:vti etiam facit Petr.Bel. Pert.in l.fideiuſſor,§.j.in fi.ff.de fideiuſ. Quid autem de aduocato & procuratore adhibito à venditore in conſilium ineundi contractus,vel conficiendi inſtrumēti, dicam infrà hac ead. glo.nu.267.nec tamen,& duobus ſeq.Et quid de tutore vel curatore vendente vel autoritatem præſtante,etiam ibi nu.271.quid igitur ſi tutor. Et quid de iudice rem ſubhaſtatam adiudicante,ibi,nu.272.ex quo etiam.Et quid de fideiuſſore venditoris,num.ſeq.

*An hæres conſentientis admittatur ad retractum.*

144 ¶HIC AVTEM quæri poteſt,an ſaltem hæres illius,qui conſenſit alienationi,ſit admittendus ad retractum,tanquam conſanguineus. Nam & in fideicommiſſo ita pluribus relicto,ne liceat alienare, quamuis is qui conſenſerit alienationi , non eam poſsit amplius reuocare,vt ſuprà diximus:dubium tamē eſt,an qui ex eo naſcetur,poſsit reuocare. De quo videbis tex. in l.peto,§.vlti.iuncta glo.in verbo ex familia,ff.de leg.ij.Bald.Raph.Fulg.Corne.& Iaſon in d.l.quoties ab omnibus,C.de fideicom.& Raph.Co.d.conſi.xxxiij.vbi etiam loquitur de hærede.& Crot.in repet.l.filiusfamilias,§.Diui,col.xl.verſi.ſecūdò ex dictis,ff.de leg.j. Sed quod ad caſum noſtrum pertinet,ego pro conſtanti habeo, hæredem conſentientis , ſi conſanguineus ſit,poſſe vti hoc iure retractus,non obſtante conſenſu ſui prædeceſſoris:per ea quæ latè diximus ſuprà in hac eadem gloſſ.nu.46.at multò maius,& ſeq.vbi tractauimus,an hæres venditoris ſit admittendus ad retractum.

*Cōſanguineus qui noluit emere,an poſsit retrahere, uide ſuprà cxij.*

145 ¶QVINTVS caſus ſe exhibet, in quo haud dubiè cenſeo conſanguineū non protereà priuari iure retractus,quòd prius à venditore requiſitus noluit emere. Quid enim ſibi id præiudicare debet quòd maluit expectare venditionē,& rem intra annū ſibi à ſtatuto cōceſſum redimere,quo interim pecunias in id neceſſarias ſibi colligeret,cōpararet,explicaret(vt vtar verbo iuriſcōſulti in l.debitoribus,ff.de re iud.)quas fortè tunc nō habebat,cùm fuit requiſitus. Certè non debet,nō magis quàm filio,qui dicit ſe nolle hæredē inſtitui,quia malebat habere ab inteſtato:ex ſentētia Cy.in l.ſi quādo,in vlt.q.C.de inof.teſt.arg.l.mater,ff.eo.tit.& l.j. §.generaliter,ff.de leg.præſt.Et faciūt,quæ diximus in præcedenti caſu,& quæ itē dicemus in ſeq.

*Agnati recuſantes emere, poſſunt nihilominus reuocare alienationem.*

146 ¶Nam quod ſuprà dictum eſt,prohibitū alienare extra familiam,poſſe tamen, ſi conſanguinei noluerint emere:nihil ad hunc caſum pertinet, vt iam ſæpe diximus:quia nulla eſt eiuſmodi prohibitio,ſed tantùm permittitur conſanguineis redimere reſtituto pretio , & ita approbato contractu. Vt interim omittam multos eſſe cōtrariæ opinionis, vt ſcilicet non poſſit eo caſu fieri alienatio,etiamſi conſanguinei voluerint emere:videlicet Sal.Raph. Co.Pau. Caſtr.ſibi contrarium,Alex.& Iaſ. ſibi quoque contrarium in d.l.qui Romæ,§.cohæredes,ff. de verb.oblig.& latè Ioannes Ana.conſi.xlvij. illud præſupponitur : vbi etiam hinc concludit,quòd ſi vaſallus agnatis prius requiſitis,& nolentibus emere , vendat feudum paternum extraneo, poterunt nihilominus agnati reuocare huiuſmodi alienationem : per multa, quæ illic allegat,& ibi quoque Ludo.Bolog.in addit.ipſius.& Ioannes Crot.in repe.d.l.filiusfamilias,§.Diui,col.viij.verſi.ſecunda ſit concluſio,ff.de leg.j.vbi & id confirmat aliis rationibus. & Albe.Bru.conſi.lxxx.circa primum,colum.j.

*Dominus qui noluit emere, non priuatur iure prælationis.*

*Conſuetudo.*

147 ¶Et idem ſi vaſallus obtulerit rem vendendā domino,qui diſtulerit duos menſes, vt ex hoc non priuetur iure prælationis, voluit Carol.Molen.in conſuetudin.Pariſi.tit.j.§.xiij.num.6. Quin & ſi alia ſententia verior ſit,ea tamen intelligitur,cùm eſt ſola prohibitio alienationis: quòd ſi præterea mandatum ſit rem in familia relinqui,tunc ſola requiſitio nō impedit,quin in familiam reuocetur:ex ſententia Bar.in d.§.cohæredes. De quo tamen vide Paul.Caſtr.d. conſi.ccccxliiij.col.j.lib.1. Et in noſtro caſu retractus id nuncupatim voluit D.Ferro.in conſuetudin.Burdigal.hoc eod.tit.§.ix.in fin.atque iterum titu.de teſtamentis,§.xiiij.col.ij.verſic. quod nuper,& de hoc eſt etiā expreſſa conſuetudo Normanorum,cap.conſuetud.eius gentis 115.cuius titulus eſt,*de querele de fief vendu*,&c.

*Cōſanguineus præſens uenditioni poteſt eam retrahere. uide ſuprà cxv.& ſeq.*

148 ¶SEXTVS idemq; poſtremus caſus minimè omnium eſt dubius : neque enim vllo modo ſibi præiudicat cōſanguineus,ſi eo præſente res ſit vendita,cùm ideo paſſus eſt vænire,quòd ſciebat ius retrahendi ſibi durare. Vt in ſimili dicitur in d.l.ſicut, §. non videbitur,ff.quibus mod.pig.vel hyp.ſolui. Nam licet is tex.loquatur in iure quæſito,non tamen ſequitur aliter dicendum in iure quærendo,tametſi id facilius impeditur & amittitur,quàm quæſitum.Imò verò minus quis cenſetur ſibi præiudicare in iure futuro ſiue quærendo , quàm in præſenti & quæſito:vt videre licet ex glo.vti à multis citatur,in l.ſi à ſubſtituto, in princ.ff.de legat.j. & Bart.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,col.ij.verſi.ſecundo caſu,eo.tit.& in l.quæ dotis, col.iij.verſi.procedo vlterius,ff.ſol.mat.Soci.in d.l.cum proponas,in fi.C.de pact.

*Præſentia eius qui contradicere non poteſt,nō nocet.*

149 ¶Ideoq; & Pau.Caſt.in d.l.j.§.ſcientiam,ff.de tributo,quem ſuprà nu.119. ſed quid in his,citauimus, poſteaquàm retulit ſententiam Gul.Cu.qui dicebat conſanguineum præſentem & non contradicentem venditioni,nō admitti ad retractum, vt diximus in eodem nu.119.dicit id eſſe notandū,ſi verum eſt:ſed ſe non ponere pro certo.hæc enim ſunt eius verba.Ex quibus intelligis,aliud ſe ſentire,nec abs re quidem,præſertim cùm conſanguineus impedire nō poſsit,quò minùs ea venditio fiat.Ergo ipſius præſentia & taciturnitas ei nocere non poteſt, ex cōmuni regula tradita à gl.in d.l.Caius,& ibi quoque Bar.ff.de pig.act.& glo.in c.nónne,

de præ



de præſump.& in c.plerunq;,in glo.j.ij.q.vij.& in c.x.is qui tacet,de reg.iur.lib.6.& latè Bart. in d.l.quæ dotis,ff.ſol.mat.per multa iura vbique ad hoc allegata. Idq; etiamſi ipſe conſanguineus fuerit præſens, tanquā notarius,aut teſtis venditionis:vt probatur in d.l.Caius, & ibi glo.Bart.& alij,& ſuprà diximus nu.141.ſed hanc noſtram.& ſeq.

*Agnatū præſentē alienationi feudi nō ſibi præiudicare.uide ſuprà 116*

150 ¶Nec verum eſt,quòd ſuprà nu.116.& id quidē ex Iaco.à S.Georgio diximus, agnatos præſentes alienationi feudi,& nō contradicentes ſiue proteſtātes,ſibi præiudicare,ea quā nuperrimè diximus,ratione:nec illud dicit Bal.quē ipſe allegat,in c.j.§.donare, tit.quali.olim feu. ali.pot.nec tex.in d.l.ſicut,§.vēditionis,ff.quib.mod.pig.vel.hypo.ſolui.ab ipſo Bal.eo in loco citatus:quia is tex.non ſimpliciter loquitur de præſente,ſed de conſentiente,ſiue permittente,cùm ibi dicitur, legare permiſit,& omnes vbique eum textū intelligunt de cōſentiēte, vt videre licet ex iis quæ latè diximus in rep.l.ſi vnquàm,in verbo,donatione largitus,verſ. cclxxix.verùm in ea ſum,C.de reuoc.dona. De conſanguineo autē conſentiente vēditioni, vt ſibi præiudicet in iure retractus,abūdè diximus ſuprà,in quarto caſu. Nam etiā d.l.ſicut. §.non videbitur,nūcupatim facit differentiā inter præſentem ſimpliciter,& cōſentientem,vt ille ſibi non præiudicet,hic contrà. Et quòd agnatus præſens alienationi feudi, & tacēs non ſibi præiudicet,expreſsim tenuit Fran.Cur.Iunior in tract.feud.in quarta parte, char.totius operis 42.verſi.nunquid autem in caſibus,iterumq; char.47.verſi.ſecundò limitatur.

*Nec dominum quoque , uide ſuprà 117.*

151 ¶Sed & in alio caſu,quem poſt præcedentem continēter,ſuprà adduximus de domino, qui præſens venditioni non contradicit. Sunt alij,qui contrà quàm ſuprà diximus,tenent eum ſibi non præiudicare,quin poſsit venditionē ipſam retractare,ea quā diximus ratione,quòd ſciebat ius ſuum ſibi fore integrum.In hac enim ſententia fuere And.Iſer.ſubobſcurè atque etiā Bal.dum hanc opi.ponit poſtremā,in d.c.j.tit.de prohibit.feud.alie.per Lotha.& ſenſerat etiam gloſ.ibi,quæ pro contraria parte à nonnullis citatur,quæ tamen adeò obſcurè loquitur,vt vix ſcias in vtram partē inclinet.Et illā pro hac parte nominatim allegat,& ſequitur, & ſin.dicit Ro.ſing.715.de ſolennitate:vbi & in hanc quoque partem trahit Bal.vbi ſuprà,& idem quoque voluit Bertrand.Capr.in d.c.j.in prin.tit.de prohi.feud.ali.per Loth.& in cap. Imperialem,in prin.& ibi quoque Car.Alex.ſtatim poſt prin.& Io.Ray.in §.habito.col.xxv. in paruis,verſi.quæro dicitur hic prohiberi,tit.de prohi.feu.ali.per Fede.Fel.in c.ex ratione, col.iiij.verſicu.& per iſtam regulam,de præſcrip.Iacob.à S.Georg.in tract.feud.in verbo , & cum pacto de non alienando,col.vj.verſi.ſed hîc cadit.

*Idem in emphyteuſi.*

152 ¶Et idem in emphyteuta,qui ſimpliciter vendit rem emphyteuticā præſente domino,& tacente,vt ſibi ipſe dominus non præiudicet,in iure emphyteutico, nec neceſſe habeat de ſuo iure proteſtari,contra id quod ſuprà eodē in loco diximus ex Io.Ana.nūcupatim voluerūt Pet.& Cyn.in l.vlt.& ibi quoque Alberi.col.j.Angel.col.vlt.& Iaſon col.pen.in xxiij.q.C.de iure emphyteu.quamuis ſecus eſſe dicant, ſi emphyteuta rem expreſsim vēderet pleno iure præſente domino,& non contradicente:tunc enim dominus ipſe non reclamans aduerſus huiuſmodi venditionem ita pleno iure factam ſibi præiudicat.

*Nec in his opus eſt proteſtatione.*

153 ¶Sed & ſi illud non procederet in caſu venditionis feudi,vel emphyteuſis, quæ vaſallus & emphyteuta vēdere non poſſunt ſine conſenſu domini,ideoque poſſet dominus impedire, ne vendant:non tamen procederet in caſibus in quibus quis vēdere poteſt altero inuito, vt hîc quilibet poteſt vēdere ſuam inuito cōſanguineo.Quo caſu præſentia cum taciturnitate non operatur conſenſum:ſed ſemper ius ſuum præſenti & tacenti durat,vt iam ſuprà diximus:nec opus eſt proteſtatione,quia prouidentia legis,vel ſtatuti ei ſufficit : vt expreſsè dicunt Bal.& Card.qui tamen alterius eſt partis,quantùm ad vaſallū,in d.c.j.tit.de prohib.feu. alie.per Lotha.Ex quo etiam in ſimili fit,vt ſi quis adſit,cùm eius res à teſtatore legatur , & taceat,non ſibi præiudicet:vt no glo.in d.l.ſi fideiuſſor,§.pater,ff.de pigno.& in d.l.Caius,de pig.acti.Bal.in d.c.j.in prin.verſi.quid ſi patior,tit.de prohi.feu.alie.per Loth.Imo.in d.l.quæ dotis,col.vlt.ff.ſol.mat.Alex.conſi.xx.ponderatis his,col.pen.verſi.ſola præſentia,lib.3.Iaſon in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum,col.vlt.ff.de leg.1.

*Præſens legato,rei ſuæ, nō ſibi præiudicat.*

*Præſentia inter cōiunctos, an habeatur pro conſenſu.*

154 ¶Et ſi quiſpiā hîc diceret,quòd id quod dicitur,præſentiā & taciturnitatem non haberi pro cōſenſu,non procedit inter cōiunctos,per l.ſi ſeruus,ff.de don.int.vir.& vxo.gl.in l.quę dotis,& ibi Bar.col.pe.ff.ſol.mat.& facit l.Procula,ff.de prob.quā & ipſi allegāt.Sciat eam priorem l.procedere,quādo cōſanguineus non ſimpliciter tacuit,ſed vltrà,rem de qua agebatur, tradidit.vt pulchrè expendit Bald.in d.l.cùm proponas filios, paulò ante fi.C.de pact.& Iaſ. cōſ.iij.circa primū,col.iij.verſi.& dū ſucceſsiuè,li.1.& facit,quod dicemus infrà,nu.ab hinc 4. Id d.autem l.Procula,alia multa interuenerunt,conſenſui adſtipulātia,videlicet taciturnitas non tantùm eius temporis quo actus conficitur,ſed longi poſteà temporis, & ſæpius facta computatio rationū:quorum ſi vnum aliquod abſit,non eſt locus ei l.vt dicunt Bart.Bal.& Floria.ibi poſt glo.in l.libertis quos,§.j.in verbo,ſi conditio,ff.de ali.& ciba.leg.

*Inueſtitura de alio facta, an præiudicet proximiori præ…*

155 ¶Sed & quod poſtremo loco pro alia parte dictū eſt de inueſtitura feudi alteri facta præſente eo,ad quem feudū ipſum obuenire debebat,gl.quā ad id citauimus in c.j.§.præterea,titulo quibus modis feudum amittitur,non id aſſeueranter,nec conſtanter affirmat,vt ex eo patet cùm dicit,niſi dum tacitè cōſentit,intelligat ius ſuū vbiq; durare:per d.l.ſicut.§.non videbi-

*ſenti, ſuprà xxvij.*

tur,ff.quib.mod.pig.vel.hyp.ſoluit. Et contrariũ non obſcurè voluerunt Andr.Iſer.ſimpliciter in d.§.præterea,& ibi quoque Bald.Alua.& Card.Alex.dum vltra præſentiã & taciturnitatem requirunt aliũ actum conſenſui ſuffragãtem, vt ibi apud eos omnibus videre licet.

*Præſens alienationi rei prohibitæ alienari in fauorem ipſius, nõ ſibi præiudicat.*

*Niſi doloſè tacuerit.*

156 ¶Nec eſt,quod decedendum ſit ab hac noſtra ſententia, propter gloſ.ſuprà nu.113.pro altera parte allegatam,in d.l.cùm proponas filios,C.de pact.quandoquidem ea non videtur illam ſententiam conſtanter firmare,cùm ei continuò ſubiiciat hæc verba,Sed contrà, ff.de leg.j.ſi fundum per fideicõmiſſum.Et tamen ea,tanquã ſit in priori ſententia reprobatur à Bar.Bal. Io.Fab.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.& omnibus ibi.& Bal.qui eam dicit cõmuniter ab omnibus reprobari,in l.j.col.vlt.C.de bonis mat.Bar.& aliis in d.l.quę dotis.ff.ſol.mat.Iaſ.in d.l.filiusfa. §.diui,in ij.lect.col.xj.verſi.tertiodecimò limita. & ibi quoq; Io.Crot.char.antep.verſi.prima ſit cõcluſio.ff.de leg.j.Fabia.in tract.de empt.& vend.in iij.parte prin.q.34.Niſi tamen ſi quis doloſè ac fraudulenter tacuit,ſecundùm Alb.in l.fideiuſſor.§.j.ff.de pign.& in l.ij.col.5.verſi. nonò.ff.ſolut.matrim.Bald.& Sal.in d.l.cùm proponas.& eundem Bal.in l.quoties,la j.col.j. verſic.quæro nunquid ille.C.de fideicom.& in l.Titia cùm teſtamento. §.Lucia.ff.de leg.2.& Roma.in contraria parte allegatus, conſil.ccccivij.in fin.ita expreſsim eam gloſſ.intelligens. Et in ſimilibus voluerunt And.Iſer in d.cap.Imperialem,in princip.tit.de prohib. feud.alie. per Fed.& Imo.in l.cùm vir,col.viij.verſic.& adde etiam prædictis.ff.de vſucap.& Alexand. conſi.cix.viſo proceſſu,col.iij.verſi.plus dico quòd ſi apparet,lib.4.Et de hoc eſt bonus tex. quem omnes propè in id citant.in l.ſine.C.ad Velleia.& etiam in d.l.ij.& ibi Albe.poſt alios. C.ſi alie.res pigno.data ſit.

*Cõſanguineus præſens, & doloſè tacens ſibi præiudicat in retractu.*

157 ¶Et huc quidẽ referri poteſt,quod nuper diximus de domino qui tacuit,cùm emphyteuſis venderetur pleno iure : nam tacere dolo videtur. Hic autem quis dolus eſſe poteſt in conſanguineo præſente alienationi,& tacente? niſi ſi fortè,cùm res venderetur cuipiã extraneo, ignoranti hanc retractus conſuetudinem,& interroganti,an ea conſuetudo locum haberet, non empturo ſi locum haberet,vẽditor aut alius quiſpiam,reſpondit,nullam hîc eſſe talem conſuetudinem,præſente quidem conſanguineo,& ex cõpoſito,& de induſtria tacente,quò emptor non deſiſteret ab emptione.Et tunc crederem illũ non eſſe admittendũ ad retractũ, non magis quàm dominũ ad reuocandã alienationem, qui cùm res pleno iure venderetur, tacuit. Videtur enim vterque emptorem dolo circũueniſſe.Et facit tex.in ſimili in l.tenetur, & ibi Bar.ff.de act.empt.& in l.emptorem,§.denique,eod.tit.

*Quid ſi ultra præſentiam aliud facit, uide clix.*

*Quid ſi perſuaſit emptori ut emeret.*

*Quid ſi inſtrumẽtũ emptionis ſcripſit.*

158 ¶Aut etiam ſi præter præſentiã aliquid ipſe conſanguineus feciſſet,quod conſenſum argueret:vt etiam nuper diximus de agnato proximiore,qui paſſus eſt aliũ inueſtiri:vt ſi in noſtro caſu conſanguineus euictionẽ ſe præſtiturũ ſpoponderit,vel emptori perſuaſerit,vt emeret, vel etiam ipſe ſcripſerit inſtrumentũ vẽditionis. Vt de primo eſt text.in l.exceptione.C.de euict.iuncta regula.l.vindicãtem.ff.eod.tit.de ſecundo,in l.ſi quis affirmauerit.ff.de dol.mal. Et his caſibus dicit Alci.in d.l.cùm proponas,eam glo.defendit poſſe. Et ibi etiam Iaſ.duos illos priores adſcripſit. Et hos quoque poſteriores Bal.in d.§.Lucia. De tertio eſt text.optimus in d.l.fideiuſſor.§.j.ff.de pig.Et pro iis faciũt multa,quæ collegimus in noſtris Legibus connubialibus,in verbo,*expres*, nume.23.limita tertiò, vt ita procedat, & multis ſeq.quibus docuimus,quòd cùm vltra præſentiam & patientiam alicuius aliquod eius dictũ factúmve interuenit,quod conſenſui adſtipuletur,habetur pro expreſſo conſenſu.

*Quid ſi conſiliũ actui præbuerit.*

159 ¶Et præterea facit text.no.in c.arbitri,ad fi.extrà de arbi.cùm ibi dicitur,cùm Epiſcoporum fuerit præſentia & cõſilio roboratum.Ex quo no.Pan.ibi,col.ij.verſi.Epiſcopus ergo, quòd conſilium habetur pro conſenſu.& illum quoque tex.ad hoc expẽdit & cõmendat Ro.in l. quæ dotis,ff.ſol.mat.& Soc.in l.ij.§.voluntatem,poſt princip.eod.tit.iterum conſi.ccxcj.viſis literis,col.ix.verſ.primũ quod per illa,lib.2.vbi ex eo dicit,quòd præſentia in actu cum collaudatione ipſius habet vim conſenſus. & Corſet.qui illum dicit ſing.in ſuis ſing.in verbo, minor ſi ex diſpoſitione,ante fi.& omniũ optimè facit tex.ſuprà ſæpius citatus in d.l.ſicut.§. non videbitur.ff.quib.mod.pign.vel.hypo.ſol.dum loquitur de eo,qui vltra præſentiã ſubſcripſit in tabulis emptionis.Nam id (inquit) faciens cõſenſiſſe videtur:vti etiã voluit Bald. in c.j.§.præterea,tit.quib.mod.feu.amit.vbi loquitur de eo,qui cùm ad eum feudum ex ſucceſsione peruenire deberet , ſubſcripſit inueſtituræ alteri factæ.& allegat l.vlt.C.plus valere. Et idem dicit de eo,qui ſigillũ ſuũ appoſuit,per l.ij.C.de reb.alie.non alie.Et idem in vtroq; conſuluit Ro.conſi.ccciij.hæc ſcriptura.Sed & illud de ſigillo voluit ipſe Bal.Sal.& Pau.Ca. in d.l.ij.poſt glo.ibi,idem Bal.in l.in fraudẽ.ff.de teſta.mil.& in c.cùm eccleſia,col.j.verſicu.ſi tamẽ Epiſcopus,de cle.vbi illum text.& glo.in d.c.ij.dicit ſing.& in c.cùm clamor,poſt prin. de teſtib.& in ca.j.col.iij.in verbo ſigillo cõmuni, tit.de pace Conſtan.& conſi.clxxv.factum proponitur,col.ij.lib.1.& conſi.354.quæritur vtrum, libr.3. Barto.in d.l.quæ dotis,in fi.& ibi quoque Ro.& Alex.ff.ſol.mat.Pau.in l.ſi procuratorem.ff.de procu.Barb.conſi.lxxxvj.illud referam,col.5.verſi.præterea faciat,lib.3.& doct.ſæpe.

*Quid ſi ſubſcribit in tabulis emptionis.*

*Quid ſi pretiũ emptionis recipiat.*

160 ¶Sed & facit ad ſuprà dicta tex.in l.quidam ex parte,& ibi glo.& Docto.ff.de euict.vbi præſens venditioni ab alio factæ,& non contradicens,& præterea pretium illius recipiens, cenſetur illi conſentire.& eum tex.& in d.§.non videbitur,in id expendit Albe.in l.Caius, poſt

medium.



medium.ff.de pigno.acti. Et quod in eandem ſententiam ſcribit Pan.in c.non iniuſtè, col.ij. verſ.& ex hoc cape,extrà de procur.quòd vbi tractatur de præiudicio alterius, ſi is vltra taciturnitatem facit aliquem actum,qui aſſentiri videatur:ea taciturnitas habetur pro cõſenſu, per quædã ibi ab eo allegata.& ſequitur Iaſ.conſi.ccxxvij.Caro.col.vij.verſi.ſextò facit.lib.2. & vide etiam,quæ dicemus infrà in eadem glo.nu.273.poſtremo,& quæ diximus ſuprà nu. nu.141.ſed hanc noſtram.& ſeq.

*Si conſanguineus nõ retraxit in prima uenditione, an poterit in ſecũda ab eodẽ facta, qui rem recuperauit.*

161 ¶Sed his maturè relictis,quæro,quid ſi cùm quis ſemel fundũ vendidiſſet,conſanguineus eius non retraxit,& tẽpore retrahẽdi trãſacto iterũ redit is fundus in dominiũ vẽditoris,& ab eo iterũ venditur:vtrùm cõſanguineus qui in priori vẽditione neglexit retrahere, nũc in altera id poſsit facere. Quod prima ſtatim frõte poſſet videri non poſſe,ar.l.vlt.C.de remiſ. pig.& l.j.§.qui ſemel.ff.de ſucc.edict.& l.ſicut.C.de repud.hær.Verùm Luc.Pen.in l.vnicuique.C.de proxi.ſacr,ſcrin.lib.12.contrariũ tenuit,tum per illũ tex.in fi.qui in id eſt optimus, & quem Bar.vt id addam,extendit ad aliam ſpeciem non admodũ ab hac differentem, tum quia ex noua cauſa nouum producitur remediũ,arg.l.ſi mater.§.eãdem.ff.de except.rei iud. & l.ſi filius.§.Paulus.ff.de bo.lib.& l.j.in fi.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10.

*Mandatarius poteſt præbendã, quã neglexerat petere, ſi iterũ uacet, petere.*

162 ¶Quæ quidem Lucæ ſententia adiuuatur hac altera Lapi ſententia,in c.ſi clericus, de præb. lib.6.Nam in eo text.in §.verũ,ſcribitur, quòd ſi is cui mandatũ eſt prouideri de præbenda in eccleſia,cuius is Canonicus eſt,negligenter omiſerit petere præbẽdam proximè vacãtem: poterit tamen huiuſmodi negligentia non obſtante,aliam proximè vacaturam petere.Quid igitur (inquit Lapus) ſi illa prima , quam neglexerit petere, iam alteri collata iterum vacet: poterítne eandem petere?& tenet quòd ſic,quaſi ex nouo iure.l.cùm ſeruus,& l.ſi ſeruus ff. de ali.le.& c.ex tranſmiſſa,extrà de renunt. Neque enim cenſetur eſſe illa prima ſic neglecta præbenda,ſed alia propter nouã vacationem.Et illum ſequuntur Pet.Anc.in d.c.ſi clericus. col.vlt.verſi.quærit Lapus.& Do.& Phil.Fran.in d.§.verum,ille,col.ij.verſi.ſed quid ſi poſt: hic circa mediũ illius verſi.ex quibus cognoſces,quomodo id intelligendum ſit. Et ſemper aliàs negligens in vno actu,non ſibi præiudicat in ſequenti:vt non obſcurè voluerunt Inn. & Compoſt.in c.querelam,de elect.& clarius Fede.Sen.conſi.cxlvij.quidam de ciuitate Tuderti.col.ij.verſi.itẽ cõtumacia Pan.conſi.liiij.videtur primò,col.ij.verſ.nec obſtat ſi dicatur. lib.1.& Card.Rui.conſ.50.ſuper themate,col.5.verſ.nec etiã prædictis,li.5.Et bene facit,quod dicit glo.in c.ij.in verb.non teneris, {verſic.ſed quid dicemus.de dol.& contu.*libr.6.*} quod contumax in vno actu,non ſibi præiudicat in ſequentibus.

*Renuntiatio unius non inducit renũtiationem alterius etiã in re eadem.*

163 ¶Nec obſtant(vt id quoq; addã) Luc.Pen.iura pro alia parte allegata:quia ea loquuntur de eodẽ iure,quod quidẽ,ſi quis ſemel amiſerit per confuſionẽ,vel renuntiationẽ non amplius eſt,vt dicunt,audiẽdus,eodem illo iure vti volens.Hic autem retractus,qui pro prima venditione cõpetebat,non is eſt,qui nunc pro alia cõpetit.Ideò excluſio,aut priuatio illius,ſiue renũtiatio non inducit priuationẽ,vel renũtiationẽ iſtius,etiã in re eadẽ:vt patet ex his,quæ diximus ſuprà eadẽ gl.nu.45.ad illam autem.& probatur quoque in l.iubemus.C.ad Vellei. & in l.ſi domus.ff.de ſerui.vrb.præd.& in l.ſi mihi.ff.de ſer.ruſt.præd.& l.ſi prius,poſt princ. ff.de aqua plu.arc.& l.nec is qui.§.j.ff.de acq.hær.& l.ſuũ.C.de iur.delib.& l.quoties duplici. ff.de reg.iur.& voluit Alb.poſt.Guid.Suz.in l.damni,la j.§.Sabini.ff.de dam.infe.& Sig.cõſil. clxix.quæſtio,nu.16.& Ro.conſi.cxxxij.vt retulit,in fi.& conſi.clxviij.circa primum,in prin. vbi & alia iura allegat.& Pau.Caſt.conſ.lxx.breuiter.in princ.libr.2.Et faciunt,quæ diximus ſuprà in eadẽ gl.nu.44.ſed & in alio,& ſeq.De hac autẽ quæſtione diſputat do.Boer.in ſuis deciſio.quæ poſt priorem noſtram huius operis editionẽ impreſſæ ſunt,deci.lxxviij. ſed an proximior:vbi ſatis obſcurè de ea re loquitur,ſed ita vt videatur velle quòd ſi ad venditorẽ res rediit ex pacto reuendendi,& is poſteà rem eandem alteri vendat, poſsit conſanguineus illius,qui nõ retraxerat ex priore vẽditione,retrahere ex ſecũda,ſed ſi aliter,& ex noua venditione res ad eum redierit,non poſsit conſanguineus ipſius rem eam poſtea venditã tetrahere,cùm fuerit ea res facta acquæſtus illius venditoris, in quo retractus non habet locum. De quo,an ſcilicet ea ſit exiſtimanda acquiſitio,dicemus inferiùs,eod.tit.§.xxix.in glo.ij.

*Cõſanguineus extraneus an poßit retrahere, ſtãte ſtatuto prohibente ne extranei poßint acquirere.*

164 ¶Qvid autem,ſi ſtatutũ ſit in loco,ne quis extraneus,aut ( vt noſtri loquuntur ) forenſis poſsit acquirere immobilia intra limites eius loci:vtrũ venditoris conſanguineus,extraneus eiuſdem loci,poſsit rem immobilem eius loci vẽditam retrahere? Quod videtur,per text.in l.qui officij.ff.de contrah.emp.vbi qui in prouincia militat,prædia cõparare in ea prouincia prohibetur,præterquã ſi paterna diſtrahantur,cum ſi.à me collectis ſuprà in præfa.ſiue rub. huius tit.nu.45.adſtipulatur. Ex quibus tamen illud vnum reſumam , Fabianum à monte S.Sab.in tracta.emptionis,& vẽditionis,in xxxj.quæſt.j.partis prin.ex eo aſſerere prohibitos emere,vel acquirere,poſſe tamen ea emere & acquirere,quæ fuerunt maiorũ.Id quod etiam voluit Iaſ.in l.principalibus,col.iij.verſ.quintò limita.ff.ſi.cert.pet.vbi & ex hoc limitat eum text.prohibentem,ne qui prouinciam regunt,negotientur.

165 ¶Quibus adde & quod voluit glo.in l.j.C.quib.ad cõdu.præd.fiſc.ac.non licet,lib.11.dum à tex.ibi prohibente Palatinos à conductione fundorũ Principis,excipit fundos,qui fuerunt maiorum,per d.l.qui officij, & ſi.Et ex hoc Io.Plat.ibi loquens nuncupatim de hoc ſtatuto

prohibente

prohibente extraneos acquirere,id intelligit,niſi acquirerent res quæ fuerunt maiorũ.Sed & Oldr.conſ.94.eleganter circa negotiũ,multis probat,prohibitionẽ legis vel hominis de non alienando,intelligi de alienatione,quæ fieret in extraneos,ſed non inter eos,qui ſunt eiuſdẽ generis.& ſequitur Fran.Rip.lib.Reſponſorum 2.c.35.feudalibus conſtitutionibus,num.26. De quo & nos quoque diximus ſuprà in eadem præfatione,nu.53. præterea quamuis.

166 ¶Et facit quoque in hanc ſententiam,quod Pet.Anch. tradit Bar.cõſuluiſſe:quem & ipſe ſequitur in repe.c.j.in xij.q.prin.verſ.reperio ipſum Bar.qui eſt in xliiij.char.col.j.in paruis,de conſtitu.quòd ſtante eo ſtatuto,de quo nunc quærimus,vt ſcilicet forẽſis non poſsit acquirere rem immobilem in ciuitate : & alio ſtatuto , quòd quarta pars bonorum interficientis applicetur conſanguineis interfecti : ipſi cõſanguinei eam quartam bonorum immobilium conſequentur,non obſtante primo illo ſtatuto. Ex hocque ſcribit ipſe Petr.Anch.ſe conſuluiſſe Triuiſij,vbi erat ſtatutũ,quòd dos mulieris adulteræ acquiratur marito , maritum forenſem ex poſteriori ſtatuto acquirere dotẽ vxoris Triuiſanæ adulteræ,ibi dotem habentis. Et hoc poſtremũ repetit idem Pet.Anc.in c.ſtatutũ.§.cùm autẽ,col.ij.verſi.& ſimilis quæſtio eſt,de reſcrip.lib.6.& ſequitur Barb.in rub.de reb.eccle.non alie.col.iiij.verſi.quartò limita,& cõſi.xlviij.præclarè,col.iiij.verſi.& ad hoc adduco,lib.2.& conſi.lj.ſcripſit,col.iij.verſ.& præmitto.eod.lib.2.& conſi.lix.à Ioue,col.iij.lib.3.& conſ.l.clementiſsimum,col.pen.verſi.tertiò reſpondeo.lib.4.& conſi.86.magnus,col.5.verſ.& ad hoc.eod.lib.4.& inter conſ.Alex.conſi. cxxxv.eodemq; vltimo,clemẽtiſsmi,col.iiij.verſ.& adduco,lib.4. Et facit quod etiã reſpondit Rapha.Ful.conſi.cij.præſuppoſito ſtatuto Veronæ,col.vlt.huiuſmodi ſtatuta prohibẽtia extraneos acquirere,non impedire acquiſitionẽ legalem,per multa quæ illic allegat. Vtrunque autem dictum ſequitur Stephanus Fede.in tractatu de legum interpretatione , parte ſecunda char.6.verſi.item quæritur,ſtatuto cauetur.Ideò neſcio quis (nam autoris nomẽ non inſcriptum eſt) in quodam tractatu de retractu, qui impreſſus eſt inter alios quoſdã tractatus in 5.quæſt.nuncupatim tenet,ſtãte hoc ſtatuto,ne liceat extraneo acquirere,poſſe tamen conſanguineum extraneum retrahere.

*Sdtutum unũ ab alio interpretationẽ ſumit.*

167 ¶Quamuis contrarium poſſet etiam videri ex eo,quod clãculum voluiſſe videtur Bar.in l. ventre,verſi.tertius caſus,& ibi etiam Ange.in repet.ff.de acq.hære.quòd in caſu dicti ſtatuti prohibentis extraneos acquirere , non poterit conſanguineus extraneus , etiam proximior defuncti,ſuccedere in bonis eius loci,in quo id ſtatutum eſt.Quod & apertiùs voluit Fran. Aret.ibi col.x.verſi.circa tertiã regulam,cum multis ſeq.& rurſum in l.Pantonius, §.j.verſi. & hoc eſt,eod.tit.vbi id dicit ſing.& Iaſon in l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege,col.vlt.verſicũ. limita deciſionem.ff.de verb.oblig.Ferd.Loaz.qui & id quoque dicit ſing.in repe.l.filiusfam. §.diui,char.8.num.157.ſecundò ſing.limitat.ff.de leg.j.

*An qui non poteſt acquirere,nõ poßit etiam ſuccedere.*

168 ¶Sed huius poſtremi dicti contrarium voluerunt Bar.Imo.& Pau.Caſt.in d.§.ea lege,per l. cùm pater.§.cùm inter.ff.de leg.ij.ſumendo argumentũ de diſpoſitione teſtatoris, ad diſpoſitionem ſtatuentium. Nam ibi dicitur,quòd ſi teſtator prohibuerit hæredem alienare extra familiã,poterit tamen poſt mortẽ ipſius hæredis proximior eius ei ſuccedere. Et hãc quoq; rem obtinere,etiamſi non ſit de familia teſtatoris. Et ita eum tex.intelligunt Imo.& Rapha. Co.ibi,cum multis aliis concord.à me collectis infrà eod.titu.§.xxvj.in gloſſ.j.nu.4.ſed ſi id recipias,& ſeq.Et illud quoque in caſu ſtatuti prohibẽtis alienare in extraneũ, ſequuti ſunt Io.Crot.& Ferd.Loaz.ſibi in eadem l.contrarius,in repet.d.§.diui,ille col.xxiij.verſic.tertiò limitatur hic,nu.399.tertiò limitatur. Et idem ante eos voluit,licet non allegent,Raph.Co. conſi.804.præſuppoſito caſu,col.j.

169 ¶Et hanc opinionẽ cõfirmat Tullius,qui in oratione pro L.Flacco cõſtãtiſsimè defendit, Cõſules,Prętores,cęteróſq; magiſtratus,quibus ius nõ eſt in ſua prouincia emere,acquirere: poſſe tamen hæreditates,quæ ſibi obueniunt,recipere.Et eſt tex.apertiſsimus in d.l.milites.§. vlt.ff.de re mili.cuius hæc verba ſunt,Milites,ſi hæredes extiterint,poſsidere ibi prædia non prohibentur.& in l.j.§.pen.verſi.ſed & ſi iure.ff.de falſ.vbi licet tutor & curator,nondũ reddita ratione,non poſsint cõtrahere cum fiſco, tamen iure hæreditario poſſunt ſuccedere in fiſcalem contractũ.Ex eoq; no.Bar.quòd ſi ſit ſtatutũ, ne nobilis recipiat ceſsionẽ aduerſus popularẽ,poterit tamen ſuccedere in actione aduerſus eum,nec incidet in pœnam ſtatuti.& ſequitur Pan.in c.j.col.ij.verſic.item vide glo.extrà ne cleri.vel mona.& Barb.in l.ſi ex legati cauſa,col.vj.ff.de verb.obl.vbi illum tex.dicit ſing.& conſi.xiiij.clementiſsimi, col.iij.lib.2.& conſi.j.magnus,col.xviij.verſ.præterea adduco,lib.3.& conſ.lx.illud in mediũ, col.6.eo.lib.3. Ex tex.in l.decurio qui,ff.de decur.cuius etiã hæc verba ſunt,Decurio,qui prohibetur conducere quædã,ſi iure ſucceſſerit in cõductionẽ,remanet in ea:quod & in omnibus ſimilibus ſeruandũ eſt.& vbique cõcor.in gl.Et ar.illius poſtremæ l.dicit gl.no.in d.c.j.in verbo,cõductores,ne cleri.vel mona.ꝙ clerici,quibus cõductionibus interdicitur ab eo tex.ſi tamen cõductoribus ſuccedãt,in ipſis cõductionibus remanent. Quem ſequitur, & dicit no.Pan.ibi, col.ij.& fin.dicit Barb.in d.l.ſi ex legati,vbi ſuprà,& d.conſi.xiiij.lib.2.& valde not.d.cõſi.lx. lib.3.Et facit,quod voluit gloſſ.in l.j.in verbo , id ex cauſa,verſic.ſed quomodo poteſt.C.de eden.& Bal.conſi.ccxcj.ad euidentiã,col.iij.verſi.itẽ eſt manifeſta, & col.ſeq.verſ.eodẽ modo

videamus,



videamus,lib.2.ex quibus probatur,poſſe nos retinere,quæ nobis per ſucceſsionẽ obueniũt, quæ aliàs non poſſemus acquirere.cum aliis ſimilibus adductis à Barb.& Feli.in c.quia.q.5. de iudici.& eodem.Barb.omnibus locis ſuprà ex eo citatis. Et facit etiam l.hæres.ff.pro ſoci.

170 ¶Illud autem ſcio , quoſdam diſtinguere , vtrùm extraneus prohibeatur acquirere , vt ſic verba ſtatuti dirigantur ad acquirentem,ita ſcilicet ne extraneus acquirat , an verò ad alienantem,ita ſcilicet,ne quis alienet in extraneũ:vt videlicet primo caſu procedat,quod ſuprà primo loco diximus,ſcilicet proximiorem non admitti : ſecundo autẽ caſu admitti : vt per Iaſ.& Ferd.Loaz.in d.§.diui,illum quidẽ in ij.lect.col.xx.verſi.ſecundò valde no.limita, hũc d.chart.8.nu.157.ſecundò regulariter limita. & Card.Rui.conſi.cxliiij.viſo ac perlecto,col.j. lib.3.Nam & in ſimili caſu ita diſtinguit Ange.quem tamen nullus eorum memorat,conſil. ccxxviij.punctus talis eſt ſtatuto Florentiæ.

*Verba prohibitionis an ad acquirentẽ,an ad alienantem dirigãtur, uidendum interſit.*

171 ¶Verùm ego hãc differentiã minimè recipio,ob regulam , ꝙ prohibito vno correlatiuorũ, & aliud quoque prohibitũ cenſetur.l.vlt.& ibi Bar.Ang.& alij, C.de indic.vidui.vbi & hoc probatur procedere in correctoriis.& l.j.C.de cupreſ.ex luc.Daph.libr.xj.vbi & id probatur etiam in pœnalibus obtinere , & in caſu,de quo loquimur,ſcilicet prohibitæ emptionis ſub pœna:nam & ſub eadem pœna venditio cenſetur prohibita.& ibi not.Bar.& cum text.ad id dicit ſing.Bal.conſ.ciiij.ſex ſunt,col.ij.verſi.præterea Imperator,lib.1.& eſt etiam bonus text. loquens & in pœnalibus,in c.ij.& ibi Io.Ligna.ne cle.vel mona.lib.6.cum multis ſi.adductis latè ab Iaſ.in d.l.vlt.& rurſum in authen.quas actiones,col.vij.verſ.tertiò principaliter.C.de ſacro.eccle.& in l.ſi prius,quàm,col.pen.verſic.ſed aduerte quia iſta.ff.de oper.no.nuntia. & cõſi.cxij.in primis,col.j.verſi.& in primis,lib.2.{vti etiã permiſſo vno correlatiuorũ permittitur & alterum,vel Cic.teſtimonio lib.1.de inuentione.cuius hæc verba ſunt,Nã ſi Rhodiis turpe non eſt portorium locare , nec Hermacraonti turpe eſt conducere. Quod accepiſſe videtur ab Ariſtotele lib.2.Rhetoricorum c.23. οἷον ὡς τελώνης Διομέδων περὶ τῶν τελῶν. εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι. hoc eſt, vt de publicanis Diomedon publicanorum princeps. Nam ſi vobis locare turpe non eſt , nec nobis conducere.}

*Correlatiuorum idem iudicium, etiam in correctoriis & odioſis.*

172 ¶Si ergo quis prohibetur alienare in extraneum, & extraneus quoque cenſetur prohibitus acquirere,& è diuerſo:vt etiam non obſcurè ſentit Bar.in Auth.ſacramenta puberum,col.ij. C.ſi aduer.vend.& in l.ſi quis pro eo,in 5.membro.ff.de fideiuſ.quibus locis ſcribit, quòd ſi verba ſtatuti diriguntur ad contrahentẽ cum muliere vel minore,etiã ipſa mulier & minor cenſentur eſſe prohibiti. Et apertiſsimè voluit Bal.in hoc caſu loquẽs,conſil.cccxlix.ſtatuto Placẽtiæ,col.ij.verſ.ſolutio,ſi verba,lib.1.vbi dicit nihil referre,an ſubditus prohibeatur alienare in extraneum,an è diuerſo,propter naturam correlatiuorũ,per d.l.vlt.de indi.vidui. & idem repetit ipſe Bal.conſi.cccx.ad euidentiã,col.j.lib.3.& Pau.Caſt.in l.is cui bonis,col. vlt. verſi.ſed quid ſi interdictio,& ibi quoq; Imo.Raph.Alex.col.ij.verſi.addo in terminis. Frãc. Aret.col.iij.verſi.adde etiã circa,& iterũ col.5.verſ.item adde ad ea.ff.de verb.oblig.Licet ipſe Bal.vt ſæpe aliàs contrarium dixerit,conſi.ccccIxxxij.magnifici viri,colum.j.verſi.modò eſt dubium,lib.1.ſed prior ſententia communior eſt,& verior.

*Quid ſi prohibitio alienationis ſit uniuerſalis.*

173 ¶Ideò Franc.Aret.in d.l.ventre,& in d.l.Pantonius.vbi ſuprà,ſubdit ad ea, quæ ſuprà ex eo diximus,quòd ſi ſtatutum ſimpliciter prohibeat alienare in extraneũ,vel etiam ipſum extraneũ acquirere,non intelligitur de extraneo qui ſuccedit ab inteſtato.At ſi in ſtatuto(inquit) prohibente appoſita ſit dictio vniuerſalis, maximè geminata : tunc & de eo qui ſuccedit ab inteſtato intelligitur ſecundùm doctrinam Bart.in d.l.ventre. Nam in iis terminis loquitur Bart.videlicet,quòd forenſis prohibetur acquirere ſub quocunque titulo. Nam vt ea verba aliquid operentur , videtur prohibita indiſtinctè omnis alienatio,ſiue acquiſitio, & ſic ſucceſsio ab inteſtato,per id quod in ſimili voluit gloſſ.in cap.j.in verbo,alienationes,de exceſ. præl.lib.6.quòd per verbum vniuerſale,quibuſcunque ibi poſitũ,prohibitio illius c.aliquid plus operatur,& comprænhendit.

174 ¶Et ita quoque præter,& ante ipſum Aret.reſpõdit in ſtatuto prohibente alienationẽ verbis vniuerſalibus,Card.Flo.conſi.cxxxv.redemptoris,&c.puto filias prædictas.& idem quoque tenet Carol.Ruin.qui ipſum Arc.citat.conſ.cxxxiij.videretur,col.ij.nu.7.lib.2.& conſi. cciij. de duobus.col.ix.nu.19.eod.lib.7.& d.conſi.cxliiij.col.ij.nu.162.lib.3.Philip.Dec.conſi. xxiij. cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando ex prohibitione,col.ij.verſi.5.quia verba, & conſil. ccxxij.viſo puncto , colum.ij.verſi.ſed his nullo modo,vbi loquitur in ſtatuto prohibente id ius retractus alienari quouis titulo voluntario , vel neceſſario.& conſi.ccccIxxxj.in caſu de quo Peruſij,col.ij.verſi.vel ſecundò reſponderi poteſt.& conſi.cccccxxxv. viſo copioſo, col.j.dum allegat Franc.Aret.in d.l.ventre.Et optimè facit, quod in ſimili tradit Bald.conſi. xlix.dominus, lib.iij.dum ponderat ea verba, quouis modo alienare:& quæ de huiuſmodi dictionibus vniuerſalibus,ſuprà ſcripſimus in glo.vij.quæ eſt in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,num.20.quartò intellige.& quatuor.ſeq.

175 ¶Sed nec id quoque in hoc caſu indubitatum eſt, quando Ange.contrarium aliquando ex facto reſpõderit in prohibitione,ne liceret aliquo modo alienare,nec quouis titulo in alium transferre,in conſi.lvij.domina Andrea. Quem nuncupatim ſequutus eſt Alexan.conſi.clv.

viſis

viſis & accuratè conſideratis,col.j.& ij.lib.2.& Iaſ.qui id admodum extollit,in d.§.diui,in ij.lect.col.xx.verſi.limita iſtã no.regulam,& col.ſeq.verſ.ſecundò principaliter,& in l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege,col.pen.verſi.limita quando.ff.de verb.oblig.& conſi.cj.ſuper præmiſſa,col.ij.verſi.addo etiam,lib.j.& iterum conſi.cxx.in præſenti,col.ij.verſi.ſecũdò principaliter,eod.lib.j.rurſúmque cõſi.xcvj.dominus Ioan.col.vj.verſi.imò fortius, rurſumq; verſi.iſtam deciſionẽ,lib.4.& voluit prætereà Raph.Com.quem Recentiores non citant, conſi.lxxxiiij.præſuppoſito caſu,col.j.Pro quibus etiam faciũt, quæ diximus ſuprà in d.gl.vij.nuper allegata nu.26.ſed hæc dicta,& ſeq.Cæterùm Barb.conſi.xliij.præclarè ſcribitur,col.xiiij.verſi.& ſi quiſpiã diceret,libr.j.reſpondit prohibitum ex ſtatuto alienare in extraneum, nec in coniunctum quoque extraneum alienare poſſe,per multa quæ ibi allegat. Ideò cogita, & vide omnino,quæ dicam infrà,eod.tit.§.xxvj.in gloſſ.j.num.6.ſed & ſi id recipias,& ſeq. Et ex iis quoque potes intelligere,an tunc conſanguineus retrahere poterit.

*An qui nõ poteſt emere, nõ poteſt etiam retrahere.*

176 ¶Ex illis autem,quæ diximus in præced.q.ſatis cõſtat,non omnino certũ eſſe, quod ſcripſit quiſquis is fuit,qui repe.fecit in l.j.C.de fund.rei pri.lib.xj.in x.regu.j.conſiderat.cum qui de Iure cõmuni emere non poteſt,nec poſſe quoq; retrahere,per l.verũ.§.ſi ſeruo communi.ff.pro Soc.& c.prohibemus,extrà,de deci.ſubiũgitq; duo exempla:primũ de fœmina,& ſurdo, qui vt non poſſunt feudũ emere,ita nec retrahere à conſanguineo venditũ.ſecundũ id eſt,ſi Papa cõceſsit quibuſdã nobilibus,vt ipſi & eorũ ſucceſſores in recta linea poſsideãt quaſdã decimas,& vnus hæredũ deſcendentiũ eas vendiderit:non poterit proximior collateralis eas retrahere.Ego verò,vt in illis ipſius exẽplis ei accedo,niſi ſi (quantùm ad primum) fœmina in feudis ſuccederet, (vt facit ex cõſuetudine Galliæ,de qua alibi dicemus) nõ ob id ſimpliciter, quòd iſti emere non poſſunt, ſed quia in huiuſmodi rebus non ſuccedũt,ideo nec retrahere poſſunt,vt latè tractauimus ſuprà,in gl.præced.vbi inter cætera & illud quoque diſſeruimus,an fœmina,quæ ex ſtatuto à ſucceſsione repellitur,retractu quoque excludatur,vt ibi videre poteris nu.13.& ex iis autem. Illa autẽ duo iura (vt ſic cum noſtris loquar)ab illo ſcriptore citata,quæ & nos ſuprà deſignauimus,non illud probãt,quod dicit. Fateor tamen incapaces cuiuſpiã rei eadẽ retrahere non poſſe,ſi vendita fuerit:& in ea re illum ſequor.

177 ¶Præſertim verò,ſi is cuius potiſsimùm intereſt,id impediat.Quis enim dubitat,quin dominus feudi vẽditi poſsit intercedere,ne fœmina,clericus,mutilatus,demẽs,aut qui aliàs ei ſeruire nõ poteſt,& qui ideò ſunt feudorũ incapaces,retrahãt ipſum feudũ vẽditũ iure proximitatis? Quin item Princeps vel eius procurator poſsit interuenire,ne cõſanguineus hoſtis ipſius,aut aliàs ſibi ſuſpectus retrahat caſtrũ limitaneũ ſiue limitrophum? & certè nemo,vt opinor,dubitat:quãdo nemini liceat huiuſmodi caſtra detinere, niſi cui Princeps ipſe permiſerit.l.quicũq;,& ibi Bar.& Io.Plat.C.de fund.limit.lib.11.At ſi Princeps id non impediat, non video,cur poſsit ſolus emptor idipſum impedire,quicquid dicat aut ſentiat ille repetitor,d.l.j.C.de fund.rei pri.in 3.fal.2.cõſiderationis,quãdo nec de iure quidẽ Principis, ſicuti nec alterius poſsit alter excipere,ex ſentẽtia glo.in l.is conſequẽter.§.ſed an in familiæ,& ibi Doct.ff.famil.erciſc.Super hac autem quæſt.& præcedente,vide domi.Boer.deciſ.xiij.ſecundum dubium, per totum,dum quærit,an natus in alieno regno poſsit hîc retrahere.

*Quid ſi plures cõſanguinei ſimul uolũt retrahere.*

178 ¶Rvrsvs quæritur,quia conſuetudo noſtra loquitur de conſanguineo, in ſingulari,cùm dicit,*le parent,ou lignagier*,quid ſi plures eiuſdem gradus ſimul petunt ſe admitti? Videtur eos non eſſe audiendos:nam regulariter numerus ſingularis vnũ tãtùm cõprehendit.l.vlt.& ibi Bar.& alij.ff.ad S.C.Trebellianũ,cum ſi.Ideò videntur ſeſe mutuo cõcurſu impedire.l.quoties.ff.de vſufruct.& l.ſi fuerit.in prin.ff.de reb.dub.cum multis ſi.à me collectis in Tractatu Primogenituræ,q.xvij.Sed ne ego te diutiùs morer,vide quæ de hac re latè ſcribemus infrà eod.tit.§.xj.in glo.x.quæ eſt in verbo, *tous y doiuent eſtre receuz pro rata*:quia illic eſt locus huic rei proprius & particularis. Ego autem hîc illud tantũ dixerim,quòd licet numerus ſingularis vnum tantùm includat vi numeri:ex mente tamen loquẽtis poteſt plures includere,vt dicit Bal.in l.cùm inter,per illum tex.C.de fideicom.lib. Et id quoq; probatur in l.qui filiabus.§.j.ff.de leg.ij.& in l.ſi plures,& ibi Bar.ff.de leg.iij.& in l.ſi quis ita, & ibi quoque Bar.ff.de teſt.tut.cũ.ſi.Id quod eò tãtùm dicere volui,ne quis putaret obeſſe,quod ſuprà diximus. Cætera autem ad hanc quæſtionem pertinentia,videbis in d.§.xj.

*Vtrùm fœminæ poſſunt retrahere ex ſtatuto loquẽte de maſculis,uide uſque ad nu.246.*

179 ¶Et quia hæc noſtra cõſuetudo loquitur etiam de cõſanguineo in genere maſculino,cùm dicit,*Le parent,ou lignagier*, nam quãuis illa dictio,parentis Latinè pronuntiata,ſit communis generis,vt etiã ſcribitur in l.iiij.§.parentes.ff.de in ius voc.tamẽ in vulgari ſermone, cum eo articulo,le,videlicet *le parent*, eſt tantùm maſculini generis:quia ſi fœmininum pronuntiare volumus,dicimus, *la parente*. Eſt enim, le,articulus maris:& la,fœminæ.{vti etiam cùm Itali dicũt (li parenti) intelligitur de maſculo tãtùm,vt etiã annotauit Maria Soci.iunior.cõſi.23.caſus eſt iſte.col.xij.nu.41.lib.1.} Quæro igitur,vtrùm admittitur mulier cõſanguinea? Ang.conſi.cxcj.ſuper puncto, loquens in diſpoſitione teſtatoris huic noſtræ conſuetudini non admodum diſsimili,quantùm ad hanc quæſtionem pertinet.videlicet, ne liceat alienare ſine conſenſu conſanguineorũ,aliàs res alienata ad eoſdem conſanguineos redeat:dicit primùm in prin.eius conſi.cùm hæc diſpoſitio ſit odioſa,per l.dudum.C.de contrahẽda emptione.





videri fœminas in ea non compræhendi,per l.j.§.toties.ff.de ventre in poſſeſsionem mittendo.vbi in odioſis maſculinum non concipit fœmininum.& l.j.§.vlti.ff.de iur.immu.vbi priuilegium conceſſum generi, non ad eos,qui ex fœminis nati ſunt,pertinet. Tandem verò, ſcilicet col.vlt.concludit,& fœminas admitti ad reuocationem illius alienationis:quia teſtator non diſtinguit:ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio.ff.de pub.in rem act.& quia eas admittere eſt fauorabile, ideò fœminæ ſub maſculis compræhenduntur.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.ff.de leg.ij.& l.qui duos.ff.de leg.iij. Nec obſt. (inquit) quòd teſtator videtur habuiſſe rationem familiæ,vt ſcilicet ipſius dignitas conſeruaretur,& quòd mulier tranſit in alienam familiam.quia hodie ſublata eſt differentia ſexus, & nullo Iure diuino,canonico,aut ciuili hodie prohibitum eſt fœminas vocari. Hæc propemodum Ange.

*Maſculinũ an concipiat fœmininũ ex proprietate an ex tenſione, uide etiam nu.226. & ſeq.*

*Porrigendi uerbum.*

180 ¶Nos verò,quoniam res hæc in hoc caſu retractus adeò dubia viſa fuit, vt eius deciſio petita fuerit ex reſponſis,& conſi.doctiſsimorum virorum,vt poſtea dicemus:ideo eam plenius tractare decreuimus,& vſque ad nu.246.vt ſi fortè huius rei te tędium capiat,illuc continuò tranſilias. Pro priori igitur parte,quæ fœminas reiicit,illud facit, quòd maſculinũ non concipit fœmininũ ex proprietate ſermonis,ſed extenſiua interpretatione: vt probatur per text. optimum à paucis annotatum in l.cùm in adoptiuis.§.quæ in filio.C.de.adop.vbi ita ſcribitur,Quæ in filio diximus,hæc in filia extendimus,& ſimilem tex. à paucioribus item annotatum in l.iubemus,quæ eſt pe.in fi.C.de præpo.ſacr.cub.lib.12.cùm dicitur,hæc omnia quæ ſuper cubiculariis ſancimus,etiam ad cubicularias extendi decernimus.& tex.ab omnibus in id expenſum in l.pronuntiatio,in prin.ff.de verbo.ſignifi.quæ vtitur verbo,porrigitur,quod idem eſt:vt extenditur.l.ſi fratres.§.idem reſpondit.ff.pro ſo.& videre licet apud Plautum in Mercatore:Porrige brachium,præhende,Iam tene.Et in Caſina:Compreſſa palma,an porrecta,ferio?Sed & idem verbum ſæpe ad extraneam,& propè iniurioſam interpretationem refertur:vt probat text.in l.ij.ibi,ad iniuriam noſtram porrigitur.ff.de lib.cau.& in l.impuberi, vbi item prope tex.eſt.ff.de admi.tut.& in l.fideicommiſſaria.§.etiam fideicõmiſſaria.ff.de fideicom.liber.cùm dicitur,quam ſententiam iure ſingulari receptam,ad cętera fideicommiſſa relicta porrigi non placuit.& in l.Imperator,in fin.ff.de poſtu.vbi ita ſcribitur, ne cui pœna tempore determinata contra ſententiæ fidem vlteriùs porrigatur. Et facit tex.probans id verbum improprietatem ſignificare,in l.j.§.licet.ff.de trib.actio.Et quod tradunt Ang.& Iaſ.in l.quamuis,ille poſt prin.hic col.ij.verſi.ſecundò diligenter.C.de impub.& aliis ſubſti.& D.Benedict.in repe.c.Raynutius,in verbo,ſi abſque liberis.le ij.nu.20.& ſeq.extrà de teſta.

*De eadem re.*

181 ¶Et quòd id ſit impropriè & ex interpretatione extẽſiua,voluit gl.in l.ſeruis legatis, in prin. ff.de leg.iij.Dy.& Bar.& Alb.in l.j.ff.de verb.ſigni.Iac.But.& Bar.in l.ſi quis in tantã.C.vnde vi.& idẽ Iac.in l.j.in prin.ff.de pec.Alb.in l.ait Prætor.§.j.ff.de neg.geſt.& in l.iuſta.ff.de verb.ſig.Bal.in l.vlt.col.vj.verſ.item impropria locutio.C.de hæred.inſt.& in addi.Spe.tit.de diſp.& allegat.§.poſt hoc:verſic.vel ibi maſculinũ.Ang.in d.l.quicunque,col.j.C.de ſer.fug.Card.Flor.conſi.cxxxv.Titius ciuis Feltrenſis,col.vlt.Petr.Anch.in c.generali,ad fin.de elect.lib.6.Panor.conſi.xxxvj.caſus,quidã Andreas,col.ij.verſi.tertiò facit,lib.1.& Raph.Co.conſi.clxvj.viſa copia,col.j.alter Raph.Fulg.conſi.xviij.Solumncia,col.j.& conſi.xxxiiij.domina Catharina,col.j.Alex.conſi.lxj.ſuper eo de quo quæritur,col.j.lib.1.& conſi.lxv.quoniã,col.iij.verſi.octauò,lib.6.quod repetitur,conſi.cxix.eo.lib.& idem quoque cõſi.ccxxxiiij.puto,col.j.nu.4.eodem etiam lib.6.& conſi.clxxxj.viſo proceſſu,col.vlt.lib.7.Corne.conſil.{xiiij.in præſenti conſultatione,propè per totum,lib.2.&} cxxxviij.placet mihi,col.iij.verſi.facit pro prædictis, lib.2.& conſi.ccij.pluries,col.ij.verſi.cùm verbum filiis,lib.3.& conſi.cclxxv. in præſenti conſultatione,col.ij.lib.4.vbi & in id allegat Ioan.Franc.Ioan.Ligna.& Ricar.Sali.in quibuſdam conſi.& Benedict.Cap.conſi.lxij.punctus,Andreas,col.vlti.Iaſ.in l.qui filiabus,col.ij.verſi.ſecundò ſalua,& iterum col.ſeq.verſi.tu autem argue.ff.de leg.j.Soci.conſi.lxxiij.capiendo primum,col.j.lib.4.Phil.Deci.conſi.cccclij.conſultum fuit, poſt medium.& Vinc.Hercul.apud ipſum Deci.conſi.ccccclxviij.domina,col.j.verſi.ij.adducit,{Maria.Soci.d.conſi.xxiij.col.vlti.nu.60.lib.1.} & Doct.vbique.Hæc enim eſt communior atque receptior op.

*Statuta ſtricti iuris.*

182 ¶Ex quo confeſtim ſequitur,quòd cùm ſtatuta nõ recipiant interpretationem extenſiuam,l.conſtitutionibus.ff.ad muni.vbi Bar.ex hoc no.ea eſſe ſtricti iuris:& plenè no.in l.de quibus.ff.de legi.& per Bar.in l.omnes populi,in iiij.q.vj.q.prin.ff.de iuſt.& iur.& Sign.in repe.l.Cæſar.ff.de publica.& vectig.& Albe.in j.parte ſtatutor.q.ix.item quæro quæſtionem rotatam.& Petr.Anch.poſt alios in repe.c.1.char.73.in paruis,verſi.ſed venio ad quartum, extrà de conſtitu.Certè etiam in ſtatutis maſculinum non concipit fœmininum,vt nominatim & ſimpliciter voluit Dy.in d.l.j.ff.de verb.ſigni.Signo.in repe.d.l.Cæſar.& conſi.ccxx.factum ſic præſupponitur,col.vlt.Bar.conſi.ccxxix.cauetur ſtatuto,col.ij.verſi.circa ſecundum.Ioan.Fan.in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Fulg.d.conſi.xxxiiij.Card.Flo.in c.quinta vallis, extrà de iureiu.vbi & dicit ita cõſuluiſſe ſe,vt verè conſuluit conſi.cxxxv.redemptoris,& cætera.puto filias, verſi.ſed pro ipſis filiabus.& Soci.ſi is eſt,in tractatu fal.reg.cclv.maſculinum,in iij.fal.

*In ſtatutis an maſculinum concipiat fœmininum. uide etiam nu.205.*

*Contractus ſtricti iuris.*

183 ¶Nec in aliis quoque,quæ,vt ſtatuta,ſunt ſtricti iuris,cuiuſmodi ſunt contractus.l.quicquid adſtringendæ.ff.de verb.obli.cum ſimil.ideò nec in his maſculinum compræhendit fœmini-

*In contractibus, an maſculinum concipiat fœmininum. uide etiã nume. 208. & ſequen.*

num,vt aſſerit Guid.Suz.in d.l.quicunque.& ibi etiam Alb.col.iij.verſi.ſed quid in contractibus.C.de ſer.fug.& ipſe Guid.in l.veteribus,in princ.& ibi Iaſ.ff.de pact.idē Guid.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.Archi.eiuſdem Guid.diſcipulus,in d.c.ſi quis ſuadēte.xvij.q.iiij. Henr.Boer.in c.mulieres,extrà de ſenten.excom.Collect.in c.Raynaldus, col.j.extrà de teſta. Raph.Co.conſ.clxvj.col.j.vbi id dicit procedere præſertim in contractibus ſtricti iuris.Imo. in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus,in prin.col.ij.ff.de leg.ij.& in l.cùm vir.ff.de condi.& demon. & in l.quod dicitur,char.vlt.& ibi etiam Alex.col.xj.verſi. ſubdit tamen quòd inquantum.ff. de verb.obli.& idem Imol.in c.potuit,col.vlti.& ibi quoque Barb.ad fi.extrà de loc. vbi ipſe Imo.ita dicit cōſuluiſſe,vt verè fecit,conſi.xxxviij.in caſu præmiſſo,verſi.nec obſt.ſi dicatur. Ro.in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur,& ibi quoque Alex.& Iaſ.& Socin.in §.liberos.ff.de in ius voc.idem Ro.in l.ij.in prin.col.vij.verſic.ſequitur quintò principaliter, & ibi etiam Barb. col.xiiij.verſi.& allego,& Iaſ.col.vlt.ff.de verb.obli.vbi id Ro. & Barb.dicunt ſing.& idē Ro. cōſi.xxxv.viſa facti ſeric,in ij.dubio.Alex.in l.ſi extraneus,col.iij.& ibi Iaſ.col.pen.ff.de cond. ob cauſ.& idem Alex.conſi.lxj.ſuper eo de quo quæritur,col.j.lib.1.& conſi.lxxx. viſo & opportunè.col.vlt.eo.lib.1.& conſi.cxiij.viſo inſtrumento treugæ,col.ij.verſic.& conſtat,lib.2.& conſil.ccv.conſideratis verbis dictæ inueſtituræ,col.iij.verſi.& ſimiliter videmus,eod.lib.2.& conſi.xj.ponderatis his,col.ix.verſi.præterea dictus,lib.3.& conſi.cxxv.attentis verbis inueſtituræ,col.j.verſi.bene facit,& iterum col.iij.verſi.& ideò,lib.5.Corn.conſi.lxxxiiij. de duobus, col.vlt.verſi.appellatione autem filiorū,lib.1.& conſi.clxvj.quatuor,col.vij.verſi.accedit quòd aliàs,lib.2.& conſi.cxcix.in præſenti conſultatione,col.xx.verſi.circa alienationes, eo.lib.2.& conſi.ccxj.quanquàm in præſenti,col.ij.verſic.tamen his non obſt.lib.3.& conſi.cclxxj.de hac conſultatione,col.iiij.verſi.nec obſtant adducta,lib.4.Barb.conſi.xv.clementiſsimi,col.penul. verſi.& ſi quiſpiam,lib.1.& conſi.lxiij.ſapienter ſcribitur,col.vij.verſic.& ex ſuperius,eo.lib.1. & conſi.lvj.ſapienter ſcribit,col.pen.verſi.& circa hoc,lib.2.& conſi.ſeq.præclarè, col.vj.verſi. cùm ergo loquatur,eo.lib.2.& conſil.xxxix.bene etenim cuncta,col.pen.lib.3. & conſi.lxvj.illud in medium.col.antepe.eo.lib.3.& conſ.vij.col.vlt.lib.4.& conſil.xix.clementiſsimum,col. antepen.verſi.ſed iſtis,eod.lib.4.& inter conſi.Alexan.conſi.lij. circa hanc dubitationem,col. pen.verſi.& ſi quiſpiam,lib.4.& Philip.Franc.in c.generali,col.j.verſi. & adde vnum,de elect. lib.6.vbi id dicit not.Soci.conſi.xlij.ſubtiliter & abundè,col.vlti.verſi.confirmatur hoc,lib.4. Iaſ.in l.ij.col.lxviij.verſi.vltra Sali.& ſcribentes,& iterum col.lxxj.verſi.vigeſimoprimò quæro.C.de iure emphy.& in priore loco id dicit ſing.& idem Iaſ.in l.j.col.iij.verſi. quartò facit. ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& in l.maritus,col.ij.verſi.conſiderabā.C.de procur. & in l.quæ de legato,col.ij.verſi.hinc eſt quòd ſi teſtator.ff.de legat.j.& in l.vt liberis,col.iij.verſicu. hinc etiam dicit.C.de colla.& conſi.xxxix.no.dubitatio,col.j.lib.1.vbi & id dicit ſing.& conſi.cxv. in quæſtione quæ vertitur.col.pen.verſi.obſtat vnum,eodem lib.1.vbi tamen hoc limitat,niſi eſſemus in fauorabilibus.Felin.in c.quoniam,colum.ij.extrà de ſimo. vbi id etiam dicit ſing. Carol.Rui.conſi.clxxviij.ſubtiliter,col.iij.num.6.lib.2.Hippol.Marſil. qui & id quoque ſing. dicit ſing.cxcj.ſæpius iam dixi.Steph.Bertran.conſil.xlvj.viſo caſu,in fi.lib.1.Philip.Deci.in c. in præſentia,col.xvij.verſi.vltimò ſecundùm Abb.extrà de proba.& conſi.clxxj. in cauſa venerabilium,col.pen.verſicu.præterea & ſecundò.& conſil.ccj.in cauſa præſtantiſsimi,col.ij.& conſi.ccccclxvij.in caſu occurrenti,circa medium.Ferdi.Loaz. in repet.l.filiusfamiliàs.§.diui, char.8.num.179.facit etiam ſecundò.ff.de leg.j.Anto.Rub.conſi.xxij.teſtator, col.ij.num.6.& conſi.cvj.viſo ſuprà ſcripto.col.ij.Franc.Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,col.xiiij.nu.59.ff. ad Trebel.Lud.Gozad.conſi.xx.primò facit,in princip.

*Sententia ſtricti iuris.*

184 ¶Similiter in ſententiis,quæ cùm & ipſæ ſint ſtricti iuris.l.j.iuncta glo.C.ſi aduer.rem iudi.& l.Paulus,la ij.ff.de re iudi.vti per ea iura voluit Ange.conſi.cxxxv.punctus eſt,Alber.col.j.& eſt etiam bonus text.in l.j.& ibi Barb.C.ſi plures vna ſentent.& in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condi.indebi.& in l.ſi pupillorum.§.ſi Prætor.ff.de reb.cor. & in l. diui fratres.ff.de lib.cau.& in l.ſi à te.ff.de excep.rei iudi. & voluit etiam Bart.in l.expreſsim,col.ij.ff.de appel. Bal.in l.cùm hi.§.ſi cui,circa medium.ff.de tranſact.Pau.Caſt.conſi.ccvij. viſis omnibus,col.j. lib.1.cum ſimil.adductis à Soci.conſil.cxxxiiij.viſa petitione,col.j.verſi.præterea dato,lib.1.& Philip.Deci.conſi.cccxlviij.de duobus,col.vlti.verſi.ſed breuiter,col.iij.verſicu.quibus tamen non obſtat. Ideò nec in ipſis fœmininum concipitur ſub maſculino,ſecundùm Imo.in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.ff.de leg.ij.Barb.in d.cle.j.in vj.char.verſi.ſexto caſu,de elect. & Phili. Deci.in l.ij.col.pen.verſi.ſed tamen de ſententia,ff.de reg.iur.

*In ſententijs an maſculinū concipiat fœmininum, uide num. 212.*

*Reſcripta ſtricti iuris.*

*In reſcriptis an maſculinū concipiat fœmininum, uide num. 206.*

185 ¶Præterea in reſcriptis,cùm etiam ſint ſtricti iuris,c.cùm dilecta,& c.ſignificauit,& ibi gl.extrà de reſcrip.cum multis ſimi.non comprænditur etiam fœmininum in maſculino,ſi credimus Vincen.Medio.quem inter ſummos Doct.ponit Bal.in c.iurauit,col.ij. extrà de prob. hinc occaſione ſumpta,quòd glo.ibi dicit ſe fuiſſe ipſius diſcipulum, & illum quoque valentiſsimum Canoniſtam appellat Panor.in c.ſi quis contra,in lect.col.iiij.extrà de fo.compe.& eximium idem Pano.in c.cùm contingat,col.ij.extrà de iureiur.id enim obiter dicere voluimus. Is autem illud ipſum voluit in c.ſignificauit,& ibi poſt eum Barb.non contemnendus autor,col.iiij.& ſeq.extrà de reſcript.& idem quoque voluit Ioan.Ligna.in c. cùm in multis,

quod



quod eſt ij.eo.tit.lib.6. quem & ipſum Canonum & Legum & Philoſophiæ ſummū & illuſtrem capitaneum appellat ipſe Barb.in tract.de præſtantia Card.in j.parte j.partis,col.viij.

*Priuilegia ſtricti iuris.*

*In priuilegijs an maſculinū concipiat fœmininum, uide num. 207.*

186 ¶Item in priuilegiis,cùm & ipſa ſint ſtricti iuris,l.ſi quando.C.de inof.teſta.& l.ij.§.meritò,& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loc.publ.etiam maſculinum non concipit fœmininum , ex ſententia eiuſdē Vinc.in d.c.ſignificauit.& Sign.loquentis de priuilegio legitimandi ſpurios, vt non contineat ſpurias,conſi.clxxxiiij.in quæſtione vertente inter durantem,& iterū conſ. ccxix.in nomine Domini amen,factum ſic ſe habet,anno domini,col.pen.verſi. præterea priuilegium.Io.Ligna.in d.c.cùm in multis.Card.Flo.conſi.cxxxv.Titius ciuis,col.vlt.verſi.prętereà conſiderandum.Alter Card.Alex.in c.per venerabilem.§.quòd autem,col.antepe. verſi. annectitur quoque,extrà qui fil.ſunt legi.Fran.Cur.ſenior conſi.ix.Ticinenſi ſtatuto,col.vlt. Iaſ.qui id dicit ſing.in l.ij.in prin.col.iiij.verſic.pro eadem parte.ff.de verb.oblig.Phil.Deci.in l.in omnibus cauſis,col.ij.verſi.& priuilegium.ff.de regu.iur.& conſi.ccccliij.conſultum fuit, per totum,vbi ita dicit fuiſſe cōſultum ab excellentiſsimis Doct.& conſi.cccccxvj. quoniam cauſa,col.vlt.Hippo.Marſi.qui hoc multum extollit,ſing.cccccxxxvj.habuiſti iam ſuprà.

*Teſtium dicta ſtricti iuris.*

*In dictis teſtiū maſculinū an concipiat fœmininum.*

187 ¶Poſtremò in dictis teſtium,quæ item ſunt ſtricti iuris,vt not.in c.in præſentia,extrà de probatio. Ideoq; nec maſculinum complectitur fœmininum,vt placuit Alex.conſil.clxxxj. viſo proceſſu,col.vlti.lib.5. Nam ſi in contractibus , vt iam ſuprà diximus, id non fit,quia verba eorum ſunt interpretanda cōtra eum,qui illis innititur.l.veteribus.ff.de pact.quam rationem omnes aſsignant,vt dicemus poſteà : eadem quoque ratione & in dictis teſtium id obtinet, cùm etiam eorū verba interpretanda ſunt contra producentem,vt not.gloſ.in d.c.in præſentia,in verbo,dubium,& ibi Inno.Hoſt.Imo.& Panor.& dicemus latius infrà, eod.§.gloſ.xvj. quæ eſt in verbo,*declarer le lignage*,num.4.ſed & huius.

*In odioſis an maſculinum concipiat fœmininum, uide nu. 213. & ſequent. & 236.*

188 ¶Ad hæc iſtud noſtrum ſtatutū retractus,vt ad alias rationes tranſeamus,eſt contra ius commune & odioſum ex communiori noſtrorū ſententia,quos tibi congeſsimus ſuprà,in rubr. ſiue præfa.huius tit.nu.60.quoniā ſunt multi,& ſeq.Conſtat autem in diſpoſitionibus odioſis,& quæ ſunt contra ius commune,maſculinum non concipere fœmininum,vt expreſsim voluit glo.& omnes poſt eam,in d.l.j.ff.de verb.ſign.glo.Dy.Imo. & alij in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.ff.de leg.ij.gl.in d.l.j.§.toties,in verbo,filia,& ibi Bar.ff.de vent.in poſ.mit.Arch.in d.c.ſi quis ſuadente,xvij.q.iiij.Io.And.Imo.& Domi.in c.generali,de elec.lib.6.Guid.Laud.in ele.j.& ibi etiam Cardi.Flor.in ij.q.de ſepul.Cyn.poſt alios in d.l.quicunque.C.de ſerui.fug. Bart.in d.l.j.in fi.ff.de pecu.Sign.conſi.cliiij.quæſtio talis eſt,verum eſt,col.vlt.& conſi.clxxij. teſtator,col.iij.& d.conſi.clxxxiiij.& d.conſi.ccxix.col.pe.Bal.conſi.vj.factum tale eſt, quidam nomine Blaſius,col.ij.lib.5.vbi ex hoc dicit,quòd ſtatutum loquens de torquendo adultero, non habet locū in adultera.Domi.in c.indemnitatibus.§.ſanè.col.ij.de elect.lib.6.Card.Flor. in d.cle.j.eo.tit.de elect.& in cle.j.in v.oppo.poſt Pau.Liaz.ibi,de conſang.& affi.Alex.conſil. cxxxv.circa primum dubium,col.iiij.verſi.alia ratio eſt,lib.1.& conſi.xxiiij.animaduerſis,col. ij.verſi.nec ſtatutū,& iterum col.antepe.verſi.non obſt.etiam ſi dicatur,lib.2. & conſi.cxlviij. viſis quæ in themate,col.penul.verſi.præterea ſi diceremus,lib.6.{& conſi.xlv. habita pro viribus,circa medium,lib.7.} & conſi.cliij.viſo themate,col.ij.verſi. præterea dictum ſtatutum, lib.7.{Corneus conſi.clvj.de duabus,col.j.lib.2.vbi ex hoc dicit,ſtatutum excludens à ſucceſſione patris,nō excludere à ſucceſsione matris.} Matheſi.in tract.ſucc.ab inteſt.char.vlt.verſi. item circa hoc dubitatur.Cæpo.cauſa.crimina.conſi.xxvj.magnificè,col.pen.verſic. alia ratio eſt,quòd ad verbum repetitur præter paruum quoddam initium inter conſil.Alex.d.conſil. cxxxv.lib.1.Philip.Deci.conſi.xxxix.conſului aliàs,& omnes,quos inferius allegabo quatuor ſeq.verſi.{& Maria.Soci.iunior conſi.xxiij.caſus iſte,col.xiij.nu.43.lib.1.}

*De eadem re.*

189 ¶Nam Bal.in in d.l.quicunque,col.iij.verſi.attende hîc.C.de ſer.fug.dicit,quòd ſi ſtatuto caueatur,vt exiſtente patruo non ſuccedat auus maternus,nō excluditur auia materna,& ſequitur Alex.conſi.xlv.habita,col.ij.verſi.ſecūdò principaliter,lib.7.& cōſi.cxlj. viſo ſtatuto,col.j. eo.lib.7.Corn.in l.illam,col.j.C.de colla.& conſi.xij.in hac conſultatione,col.pe.lib.1. & cōſi. xciiij.circa primum dubium,col.j.lib.2.& conſi.ccxiiij.non ſequendo.col.ij.verſic.tamen non obſtat,eo.lib.2.& conſi.ccvj.viſo ſuprà ſcripto,poſt prin.lib.3.& conſi.cxcj.videtur in præſenti,col.vlt.lib.4.& conſi.cclxxj.de hac conſultatione.col.iiij.verſi.item aliàs,eo.lib.4. vbi id dicit not.Barb.in d.cle.j.char.6.in paruis,de elect.Georg.Natta. qui id dicit ſing.in tracta.ſtatutorum repellentium fœminas,in xiiij.q.iij.q.prin. Sed & idem quoque Bal.in d.l.quicunque. ſtatim poſt ea,quæ ex eo diximus,ſcilicet verſi.ſed pone ſtatuto caueatur quòd filij,tradit ſtatutum expellens filios bannitorum à ciuitate,non comprænhendere filias.quod & voluerunt Iac.Aret.Cy.Alb.Sal.& Ang.ibi.& idem Alb.in d.l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iudi.& in iiij. parte ſtatutorum,quæſt.lxvj.item quærit Iac.Pet.Ancha.in d.c.generali,col.vlti.de elect.lib.6. Fran.Are.conſ.xxxix.in facto dicitur,col.j.Barb.in d.cle.j.char.7.de ele.Geor.Natt.in d.tract. ſtatutorum repellentium fœminas,in ix.q.iij.q.prin.verſic.ſecundò dicit. Sed & mox ſubdit Bal.{in d.l.quicunque}ſtatutum cogens patrem aſsignare legitimam filio,non cogere matrē. & ſequitur Pet.Anch.qui etiam generaliter loquitur de omni materia odioſa,in repe.d.c.1.in vlt.q.prin.verſi.quæro de ſtatuto quod loquitur,de conſtit.Alex.d.conſi.xlv.vbi ſuprà,lib.7.

190 ¶Quin idem Bal.in d.l.illam,in prin.C.de colla.tradit, quòd ex ſtatuto vt patruus excludat matrem amita eã non excludit.& ſequitur Corn.ibi,col.j.vbi etiam dicit quòd ſtatutũ excludens auunculũ propter patruũ,non excludit materteram.& ita dicit obtinuiſſe in facto proprio,& multos Doct.Peruſinos,& Senenſes ita conſuluiſſe.Et ita quoq; conſuluit Bal.à Bar. inter conſil.ipſius Cor.conſi.xj.ſtantibus dictis,lib.1.& ipſe Corne.in ſubſcriptione illius,vbi id dicit procedere,etiam ſi eſſet ſtatutũ in loco,vt maſculinum cõciperet fœmininũ. & idem Corn.conſi.lxxxij.licet in hac,col.iiij.verſi.& aliàs,lib.4.vbi item dicit ita conſuluiſſe Bened. Cap.Io.Pet.Maria.Soci.Thomam Doct.& Fran.Aret.& eorum conſilio ſubſcripſiſſe omnes Doct.Peruſinos,& ſecundùm eorum conſilium fuiſſe iudicatum in cauſa ardua, & d.conſi. cxcj.col.vlt.lib.4.& d.conſi.cclxxj.col.iiij.verſic.item Bal.eo.lib.4.vbi præter illos quos ſuprà nominauimus,dicit idem conſuluiſſe Bal.à Bar.& Phil.Fran. Et idem in ſimili,vt ſcilicet ſtatutum excludens patruum non excludat amitam,tenuit Pau.Caſt.conſi.cxix.hæreditas,ante fin.lib.1.vbi & illud reſpondit,ſtatutum excludens ſororem fratre exiſtente,à ſucceſsione alterius fratris,non excludere à ſucceſsione ſororis.quod & idẽ conſuluit Bened.Cap.d.conſi. lxij.punctus,Andreas in iiij.dubio.{& Maria.Soc.iunior d.conſil.xxiij.col.antepe.nu.57.lib.1. vbi repræhendit Fran.Curt.ſeniorem contrarium tenentem conſi.ix.Tunicenſi ſtatuto.}

*De eadem re.*

191 ¶Quod ei ſimile eſt, quod ſcribit Archi.in d.c.ſi quis ſuadente,xvij.q.iiij.quòd ſtatutum excludens matrem à ſucceſsione filij non excludit à ſucceſsione filiæ. quod & voluit Alber.in l.j.num.4.ff.de verb.ſignifi.Imol.in d.l.ſi ita ſcriptum ſit, filiabus. ff.de leg.ij.Domi.in d.c.generali,col.iiij.verſi.& per hoc infertur.de elec.lib.6.Alex.d.conſi.ccxxiiij.lib.6.& d.conſi.xlv. col.ij.lib.7.Barb.in d.cle.j.char.6.in paruis , de ele.Geor.Nat.qui id dicit ſing.in d.tract.ſtatutorum repellentiũ fœminas in ix.q.iij.q.prin.ſub nu.156.{Iaſon in rub.ff.de acqui.poſ.col.vlt. ad fin.} Simile quoque eſt,quod tradit Bald.in l.diuturna.in j.lect.ante fi.ff.de legi.quòd ſtatutum præferens primogenitum in ſucceſsione patris non trahitur ad ſucceſsionem matris. De quo & nos latè diximus in Tract.Primigeniorum,in ix.quæſt.

*De eadem re.*

192 ¶Et in vniuerſum,ſtatutũ excludens matrem,aut alias fœminas,ſiue etiam cognatos propter agnatos,non excludit propter agnatas.Bal.aut,vt nonnulli volunt,Franc.Alber.conſi. incip. Martinus Ioannes de Florentia,quod reperitur inter conſil.ipſius Fran.conſi.clij.& ponitur quoque inter conſi.Ang.in duobus locis.primum ſcilicet conſi.cclxxxj.ſub nomine Bald.vt declarat Ang.qui idem conſuluit in ſeq.conſi.quod incipit, ſubtiliter.deinde conſil.cccxliiij. ſub nomine ipſius Fran.Albe.& idem Ang.conſi.etiam ſeq.incip.primo matris.& Ioan.Ana. conſi.iiij.viſis ſtatutis,in ſecundo dubio.& ibi Ludo.Bolo.in addi.Corne.conſi.xiij.ad huius conſultationis,col.iij.verſi.& habeo,lib.2.& conſi.cccxxxvj.primum conſultationis articulũ, col.iij.verſi.idem etiam in ſimili,lib.1.& conſi.ccxxiiij.non ſequendo ordinem, col.iij.lib.2.& d.conſi.cclxxj.lib.4.quibus etiã locis dicit idem conſuluiſſe ipſum Fran.Alber.Io.Fantu.Ioã. Ligna.& Ricar.Sal.& Phil.Dec.conſi.ccccclxiij.duo dubia,col.vlt.verſi. venio ad ſecundum, vbi tamen aliud dicit in caſu de quo loquitur,propter verba quædam ſtatuti. Ideò & ex ſtatuto præferente primogenitum filiũ,non præfertur primogenita, Bal.in l.in multis.ff.de ſtat. homi.& in l.omnes populi,col.vij.verſi.tertiò quæro,quæ ſunt illa.ff.de iuſt.& iure.Pet.Anc. in repe.d.c.1.in xiiij.q.prin.verſi.circa primum.vtrùm ſcilicet extendatur,qui eſt in char.73.in paruis,extrà de conſti.cum multis aliis concor. à me adductis in dicto tracta. Primigen.q.x.

*De eadem re.*

193 ¶Denique ſtatutum prohibens filiumfamiliàs obligari,ſiue contrahere,ſine conſenſu patris, non trahitur ad filiamfamiliàs licet in ea ſit eadem,imo maior ratio, quàm in filio. ita enim expreſsim cùm ex facto fuiſſet interrogatus Raph.Fulgo.reſpondit conſi.lxxv. in facto proponitur,col.iij.verſic.ſed certè illud.& Alexan.qui illius non meminit,d.conſi.xxix.præclarè ſubtiliter,col.iij.verſi.nec obſtat etiam dictæ renuntiationi,lib.3.& iterum conſi.ccxxxiiij.puto circa dubium,col.ij.verſi.hoc etiam præſupponitur,lib.6.Philip.Deci.in d.l.ij.col.antepen. verſi.in contrarium autem facit.ff.de reg.iur.

*Quid de odioſis odio irrationabili.*

194 ¶Et hæc maximè obtinent in ſtatutis,& aliis diſpoſitionibus odioſis odio irrationabili(quod verbum eſt l.vlt.C de ſec.nup.) cuiuſmodi eſſe videtur ſtatutum noſtrum,ex ſententia gl.in c.mala.8.diſt.quæ dicit id noſtrum ſtatutũ irrationibile,vt diximus ſuprà,in rubr.nu.33.quid referam multa. In his enim nunquàm maſculinum concipit fœmininum, vt voluerunt Iac. Aret.Dy.Cyn.Albe.Bal.Sal.Ang.Raph.& Pau.Caſt.in d.l.quicunq;.C.de ſer.fug.Idem Iac.in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.Bart.in d.l.j.ff.de verb.ſignifi.& in d.l.j.§. ſed & ſi incertum,& ibi quoque ante eum ipſe Iaco.Aret.& etiam Albe.ff.de vent.in poſ.mit.idem Alber.in iiij.parte ſtatutorum,q.lxv.item quærit Iac.Signo.d.conſi.clxxij.col.iij.verſi.his præmiſsis.& conſi.ſeq. in nomine domini,A pater,col.iiij.verſi.venio ad quartum, & ſeq.Bal.in l.ſi ita,circa mediũ, ff.de inoffi.teſta.Petr.Anch.in d.c.generali,col.ij.verſi.quærit gloſ.& ibi quoque Domi.col.ij. verſi.concludendo hanc materiam,de elec.lib.6.Card.Flo.in d.cle.j.in ij.q.de verb.ſign.Fulg. conſi.cxxj.ſuppoſita bulla,col.ij.& conſi.cciij.viſis inſtrumento,col.vlti.Franc.Areti. d.conſi. xxxix.col.j.Calca.conſi.xlviij.viſo dicto caſu,poſt prin.Cor.d.conſi.cccxxxv.lib.1.& d.conſi. xciiij.col.i.lib.2.& d.conſi.ccxxiiij.eo.lib.2.& conſi.xcvj.licet videatur,col.ij.verſi.accedat,iunctis ſeq.lib.3.Alex.conſi.cxlviij.viſis quę in themate.col.pen.verſi.prætereà ſi diceremus,lib.6.

Barb.



Barb.in d.cle.j.char.6.in paruis,de elect.& conſi.xvj.clementiſsimi,col.iij.verſ.& vt meis,lib.1. & conſi.50.clementiſsimum,col.vj.verſic.& ſi opponatur,lib.4.Philip.Deci.conſi.lxiiij.cuius ſuperſcriptio incipit, in crimine,col.j.& Doct.vbique. Ea eſt enim vniuerſalis propè omniũ ſententia. Et ad hoc plurimi allegant d.l.quiſquis.§.ad filias.C.ad leg.Iul. maieſt. & d.l.j.§.toties.ff.de vent.in poſſ.mit.quanquàm nonnulli (qui tamen ipſi ſunt huius ſententiæ) negant id illis iuribus probari. Et facit,quod ſcribit Bald.in l.ſeruus.C.commu.de ſucceſ.quòd maſculinum non concipit fœmininum in iis quæ ratione carent.

195 ¶Deinde ratio huius cõſuetudinis ea eſt,ne res exeat è familia vel genere,vt diximus ſuprà, in rub.& dicemus poſteà in §.xxvj.in glo.j.num.38.quare autem.fœmina autem familiæ finis eſt,vt quæ in aliam familiam abit,nec ſunt eius liberi in familia,à qua ipſa venit.l.pronuntiatio.§.vlt.& l.familiæ.§.fœminarum.ff.de verb.ſignifi. Familia autem,agnatio,& domus idem ſunt,glo.Bal.& Pau.Caſt.in l.peto.§.vlti.ff.de leg.ij.gloſſ.in l.vlti.ff.de cap.dimi. quæ exponit familiam pro iure agnationis,& in l.j.§.pen.ff.de vent.inſpi.quæ item exponit,familiarum,id eſt agnationum:& allegat bonum tex.in d.l.pronuntiatio.§.communi,vbi primùm ſcribitur. Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum:deinde quoq; paulò poſt rectè eiuſdem familiæ appellabũtur,qui ex eadem domo proditi ſunt. Et Iac.Aret.& Bal.in l.j.in prin. ff.de S.C.Sylla.{Pet.Anch.conſi.clij.plura ſunt dubia,col.ij.verſi.non obſtat quod dictũ eſt.} Paul.Caſt.in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo,in prin.ff.de lega.ij.Corne.conſi.xl.in hac conſultatione,col.vlt.verſi.nec obſt.quòd dictus,lib.2. Nam & domus pro familia plerunque vſurpatur.Tullius lib.10.Epiſtolarum familiarium:Ego neceſsitudinem coniunctam habui cum domo veſtra,antè aliquantò,quàm natus es. Et lib.13. Quæ ne enumerem, totam tibi domũ commendo,& alibi ſæpe. Et Virgilius lib.2.Aeneid.

*Fœmina familiæ finis.*

*Familia, agnatio, domus, idem.*

*Domus, pro familia.*

*—Aſcanius omniſq; domus.* Et lib.3.
*Hîc domus Aeneæ cunctis dominabitur oris.* Et lib.5.
*Sergeſtuſq; domus tenet,à quo Sergia nomen.* Et lib.7.
*Hîc domus & patria eſt—*

Et vbique Seruius,qui & poſterioribus locis in idem citat illud ipſius Virgilij lib.3.Aeneid.

*Da propriam Tymbræe domum—* Et ipſe quoque Virgilius lib.9.
*Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum*
*Accolet—* Et ibi item Seruius.

Quanquàm ſunt,præſertim ex Theologis,qui dicãt appellationẽ οἴκου,i.domus,latiùs patêre quàm πατριᾶς,id eſt,familiæ,vt videre licet ex Eraſmi anno.in 1.c.Lucæ,autoritate D. Chryſ.

196 ¶Hincq; dicunt omnes,quòd ſtatuta repellentia fœminas à ſucceſsionibus,ideò facta ſunt,vt bona maneant in familia & agnatione,arg.d.l.j.§.pen.ff.de ven.inſpi.Ita enim voluerunt Iac. Aret.& Cy.in l.j.C.de adul.Io.And.in addi.Spec.in rub.de ſucceſ.ab inte.verſi.eſt ſciendum, cum aliis propè infinitis à me collectis ſuprà titu.xvij.§.iiij. qui eſt cc. omnium huius volu. Ideò cum ſit & huius conſuetudinis eadem ratio,vt ſcilicet bona maneãt in familia & agnatione,fœminæ debent ab eius beneficio repelli,nec debent ſub maſculino cõpræhendi.Nam & Alex.d.conſi.xlv.col.vlti.verſi.quartò probatur,lib.7.dicit quòd in ſtatutis quæ reſpiciunt fauorem familiæ & agnationis,maſculinum non concipit fœmininum , cùm non ſit eadem vtriuſque ratio.& idem dicit Soci.conſi.xc.abundè & ſubtiliter,in fi.lib.1.& Phil.Deci.conſi. ccccliij.conſultum fuit,col.ij.verſic.poſtremò ad idem.& conſil.ccccxcv. viſo eleganti,col.iij. verſi.& ratio. Et idem quoque in teſtamentis. Nam ſi teſtator loquens in maſculino,iuſſerit bona manere in domo,non cenſentur fœminæ vocatæ,vt dicit Soci.conſi.lxiij. viſis ſtatuto, col.ix.verſi.item poſt mortem,& iterum verſi.prætereà teſtator,lib.3.qui licet (inquit) fœminæ ſint de domo & familia,l.voluntas.C.de fideicom.tamen tranſeunt in alienas familias.

*In ÿs quæ familiæ ſunt, fœminas repelli, uide nu.137.*

197 ¶Et hæc certè videntur omnino eſſe ſine dubio,quia illud perpetuũ eſt in materia differenti quæ ſcilicet non ęquè cõuenit aut cõgruit fœminis,vt maribus,& in quibus item eſt diuerſa vtriuſque ratio:nunquã maſculinum concipit fœmininũ,etiam in materia quantumlibet fauorabili,ex omnium de hac re ſcribentiũ ſententia:nemo enim in hoc diſcrepat,vt in re non controuerſioſa (vt vtar verbo Liuij ad fi.lib.3.ab vrbe cõdita) fruſtrà non immoremur citandis ſcriptoribus.Vt tamen illud nõ omittamus,id etiã procedere,ſi in loco ſtatutũ ſit,vt maſculinum concipiat fœmininũ:quia nec tunc in materia differenti cõcipiet:vt pulchrè & no. reſpondit Bal.conſil.xlvij. factũ tale eſt,ſtatuto cõmunis Aretij,lib.5.quia tale ſtatutũ ſemper ſecundũ ius cõmune intelligitur,vt tradunt Bal.nouel.& Corn.inter conſi.ipſius Cor.conſi. xj.ſtantibus dictis ſtatutis.lib.1.& Phil.Deci.conſi.cccccxxxj.accuratè,col.ij.verſi.& ex his.

*In materia differenti, etiam fauorabili, maſculi. non concipit fœmi.*

*Controuerſioſa, dictio Liuiana.*

198 ¶Quod autem de genere etiam dictum eſt,quia multi qui de hac re loquuntur, dicũt huius ſtatuti hanc eſſe rationem,ne res vendita exeat de genere : ſimiliter fœmina generis ſui finis eſt,vt & familiæ.quod apertè probat tex.in l.j.§.vlt.ff.de iure immu.vbi immunitates datæ generi,ad eos qui ex fœminis nati ſunt,non pertinet. Ideoq; & glo.in l.j.ff.de prob. dicit genus in ea l.ſignificare agnationem,& gentem,& cognationem.& id ſequũtur Bar. & Ang.ibi.Bal. in c.ſi pater,& poſt eum Philip.Fran.col.antepe.verſi.decimotertiò, de teſta.lib.6.& Pet.Anc. in c.vbicunque.col.ij.verſi.quid de verbo generis.de pœnis,lib.6.& Roma.in l.j.in princ.ff.de

*Genus an ad fœminas referatur, uide nu. 239. & ſeq.*

*Quid de generatione.*

S.C.Syllan.vbi & idem dicit de appellatione generationis,& Corne.conſil.cxc.plures,col.ij. verſic.& ſic generatio,lib.3.qui & ex hoc dicunt fœminas non compræhendi ſub nomine & appellatione generis vel generationis & Barb.conſi.lvij.præclarè,col.j.& iterũ col.pen.& vlti. lib.2.& Steph.Bertran.conſi.xxx.punctus,nu.3.lib.4.Et idem quoque de illa generationis appellatione voluit Paul.Caſt.conſil.ccxliiij.viſo.col.ij.in tertio dubio,lib.2.& Lauren.Palat.in tract.ſtatutorum fœminas repellentium,char.8.col.j. Quorum omnium ſententiam nonnihil fulcit illa vetus Aegyptiorum opinio,qui teſte Diodoro Siculo lib.1.Bibliotheces,aut vt alij computant,ij.exiſtimabant ſolum patrem eſſe generis autorem, matrem autem & nutrimentum & locum infanti præbere. Et hæc quidem ſunt,quæ pro illa ſententia faciunt, quæ adſtruit abigendas eſſe fœminas ab hoc noſtro retractu.

*Aegyptiorum uetus opinio.*

*Deciſio prin. quæſt. an fœminæ admittãtur ad retractum.*

199 ¶Verum ego in hac ſum opinione,vt fœminæ ad eum admittantur,ſecutus ſententiam Ang.loquentis in diſpoſitione teſtatoris huic noſtro ſtatuto admodũ affini,qua ſcilicet prohibuerat alienari rem quampiam ſine conſenſu cõſanguineorum, aliàs rem ipſam alienatam ad eoſdem redire conſanguineos,vt diximus ſuprà,in prin.huius quæſtionis. Nam & ſtatuta comparantur vltimis voluntatibus,eorumq; naturam ſequuntur,& ab illis quoque interpretationem mutuantur,vt not.in l.j.per glo.Bar.Raph.Corn.& Alex.C.de his qui.vt indig. cum multis aliis concord.à me congeſtis in fin.huius tit.in iij.quæſt. Sed & nuncupatim in ſpecie huius ſtatuti, aut alterius in hac re non diſsimilis , quòd ſcilicet præfert cognatos extraneis in venditione rerum mobilium,reſpondit Cæpolla,fœminas quoque conſanguineas compræhendi,conſil.cauſarum ciuilium lxv.quòd dominus, in fin.vt omittam aliud ipſius conſi.videlicet lxij.in quæſtione de qua in ij.dubio, vbi & in pari ſtatuto præferente prolem extraneis , reſpondit etiam fœminas proximas contineri. quod & nouiſsimè quoque voluit Paul.Pariſienſis,conſi.lxxxj.in præſenti,col.iiij.num.20.lib.3.

*Coniunctorum appellatio ad fœminas quoque refertur.*

200 ¶Et hæc quidem non immeritò. Nam & aliàs in materia indifferenti ( cuiuſmodi eſt noſtra conſuetudo,vti poſteà oſtendemus) appellatione coniunctorum,propinquorum,conſanguineorum,proximorũ,cognatorũ (quibus verbis ea Latinè ſignificantur,quibus & noſtra conſuetudo,& lingua noſtra vernacula vtitur,cum dicit:*le parent ou lignagier*,vt diximus ſuprà,in prin.huius glo.)cõpræhenduntur etiam fœminæ,vt de coniunctis conſuluit Alex.conſi.cxv. circa dubitationem,col.vlt.verſi.tertiò poteſt reſponderi,lib.2. & conſi.lxxix.Franciſcus,col. vlti.lib.6.& conſi.cxxv.viſo proceſſu,col.iiij.verſi.non obſt.etiam ſi diceretur,lib.7.vbi loquitur de ſtatuto iubente cauſas coniunctorum compromitti.& Phil.Dec.in d.l.ij.col.xiij.verſi. ſecus eſſet in materia,& iterum col.pen.verſi.decimò notandum eſt.& d.conſi.ccxxiij.in caſu propoſito,col.j.nu.2.& conſi.cclxix.conſultus,col.ij.& Lud.Goza.conſi.xx.prima facie,nu.8.

*Propinquorũ item.*

201 ¶De propinquis voluit Bal.conſil.cccxxxiiij.in quæſtione quæ vertitur in ciuitate Tergeſti, col.ij.lib.3.quod quidem conſi.etiam ponitur inter conſi.Pet.Anch.conſi.xcv.& illud conſil. tanquam ex ipſo Pet.Anch.hoc nuncupatim citat,& ſequitur Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi, col.iij.verſicu.quid ſi teſtator dicit,ſi filius meus deceſſerit ſine propinquis.C.de fideicom.& Iaſ.in omnibus propè locis citatis infrà nu.218.denique & in materia. Sed & ex Bal.quoque citat,& ſequitur Philip.Deci.in d.l.ij.col.xiij.in paruis,verſi.ſecus eſſet,& rurſus col.pen.verſ. idem eſt appellatione.ff.de reg.iur.& in l.j.col.iij.verſic.ſecundò principaliter not.C.vnde vir & vxor.& d.conſi.ccxxiij.col.j.num.2.& conſi.ccccclxvj.ſtante ſtatuto,col.iij.num.11.& conſil. ccccclxx.caſus de quo quæritur.num.10.& Gozad.d.conſi.xx.

*Conſanguineorum item.*

202 ¶De conſanguineis etiam cenſuit Corne.conſ.ccxxij.quanquã in hac conſultatione,ferè per totum,lib.3.& apertè quoque colligitur ex Bald.conſi.ccj.in prouincia,col.vlt.verſ.item quò ad articulum,iuncto prin.conſi.lib.1.& conſil.vj.hæc eſt copia,cum in caſu de quo ibi loquitur,videlicet in ſtatuto prohibente mulieres,vel minores contrahere ſine conſenſu, aut præſentia conſanguineorum,negat mulieres appellatione conſanguineorum cõtineri ob diuerſitatem rationis, & quia materia non conueniebat fœminis:quoniam imbecillitas mulierum ob eam prohibitarum contrahere, non poterat aliarum mulierũ imbecillitate ſuppleri:quaſi ſcilicet ſine hac ratione fuiſſent cõpræhenſæ:nihil enim aliud allegat ad eas abigendas,quàm quod diximus.Et idem voluit ipſe Bal.in aliis multis locis per me allegatis in Legibus connubialibus,in l.j.nu.79.incip.præterea idem Bal.vt ibi videre poteris.

*Proximorum item.*

203 ¶De proximis quoque idem voluit ipſe Bal.conſi.vj.lib.2.& conſi.cxiij.ſuper primo puncto, in princ.iuncto tit.illius conſil.lib.4.dum ab appellatione proximi excludit fœminam ob ea verba,ex linea paterna,tanquam ſine illis fuiſſet incluſa.& conſi.cxx.ſuper primo puncto facit dubitationem,eod.lib.4. vbi loquitur de ſtatuto requirente præſentiam proximorum. & Ang.conſi.cclxxxix.viſo facto & ſtatutis,col.j.quem ita refert,& ſequitur Philip.Deci. in illis locis nuper citatis.& præterea conſi.ccliij.proponitur,col.ij.& d.conſil.cclxix.col.ij. & conſil. ccccxxvij.in ciuitate,col.ij.verſic.non obſtat.& d.conſi.ccccclxx.vbi ſuprà, & dicit in d.l.ij.de reg.iur.id procedere de proprietate ſermonis horum verborum, tanquam ſemper & in omni materia id procedat. De quo tamen vide quid poſt alios dicit Corne.d.conſil.ccxxij. vbi ſuprà,lib.2. Et de cognatis ( hæc enim dictio pro coniunctis, proximis & conſanguineis intelligitur,vt diximus ſuprà,in eadem gloſſ.num.11.ſed & in eadem ) probat apertè illud Terentij

*Cognatorum item.*

rentij



rentij in Phormione,Neque cognatus,extra vnam aniculam,quiſquam aderat.

*Poſterorum item.*

204 ¶Sed & idem de appellatione poſterorũ,voluit,quiſquis is eſt inter conſi.Ant.conſi.ix. viſo puncto & quæſitis,col.j.niſi ſi (inquit)aliud ſuadeat ſubiecta materia,per multa,quæ illic in hæc allegat,& Phil.Dec.qui alios citat,conſ.269.conſultus ab illuſtri,col.j.in fi.& nouiſsimè Lud.Goza.conſi.xx. prima facie,nu.8.& iterum conſ.xlv.viſis,col.iij.nu.13. Et in id quoque citatur Pet.Anch.conſi.339.pro maiori intelligẽtia,col.iiij. verſi.tertiò quòd proles fœminea. Sed is ibi non de appellatione poſterorum, ſed poſteritatis loquitur:ideò nihil ad hunc locum pertinet.Sunt autem,qui & eam poſteritatis appellationem,vt id obiter dicam,ad maſculos tantùm referant.De quo præter alios multos vide Alex.conſi.clx.viſo themate,lib.2. Sed nos de hoc pleniùs dicemus infrà nu.210.cæterùm hac in re,& nu.242.cæterùm d.l.

*In materia indifferenti maſcu.concipit fœmin.*

*In ſtatutis maſcul.concipit fœminin. uide clxxxij.*

205 ¶Idq; etiã generale eſt,vt in omni materia indifferenti maſculinũ cõcipiat fœmininũ,ſecundùm Ia.Aret.Cyn.Albe.in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.ff.de leg.2.& omnes quos poſteà in multis.verſ.ſeq.citabimus.Ex quibus conſtabit,id quoq; procedere in materia ſtricta,odioſa, pœnali,& correctoria. Nam primùm in ſtatutis,quæ ſunt ſtricti iuris,vt diximus,vt voluit ipſe Iac.Are.qui diſtinguendum dicit inter odioſa & fauorabilia. Cyn.Alb.qui id totum in ratione poſuit,vt ſi eadem ſit ratio,concipiat:aliàs minimè : & alij in d.l,quicũque.C.de ſer. fugi.Cyn.in l.j.col.vlt.C. quæ ſit long.cõſue.Cy.& Bal.ſibi contrarius, in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.Bal.in l.iura,la j.ad fi.ff.de legib.& in l.j.in prin.col.vlt.& ibi etiã Ang.in §.verba. ff.de pecu.idem Bal.in d.l.in multis.ff.de ſtatu.homi.& conſi.ccccl x.Ioannes,col.ij.verſic.reuertor,lib.1.vbi & id ſingu.dicit procedere,etiamſi in loco ſit ſtatutum,vt ſtatuta ad literam intelligantur.& conſ.cclxxvj.dicit ſtatutum,lib.2.vbi etiam dicit procedere,etiamſi ſtatutum contineat odium,modò non irrationabile.& conſ.433.domina Ioanna,lib.3.& in addit.cõſ. xlvij.factũ tale eſt,ſtatuto cõmunis Aretij,libr.5.Sal.in l.ij.col.pen.verſ.ſecundò infero.C. de nox.act.Ang.d.cõſ.clxxxix.col.j.Alb.in d.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iud. & in prima parte ſtatutorum,quæſt.ix.item quæro quæſtionem rotatam, col.vlt.vbi id dicit cõmuniter teneri,& quaſi per totum mundum,vt ipſe loquitur.Pet.Anch.conſi.cxij.ſuperſtite domina, col.j.vbi & id dicit generaliter procedere in omni ſtatuto ſiue odioſo,ſiue fauorabili.Imo.in l.ſi conſtante.§.vltim.& ibi quoque Alex.col.vlt.ff.ſol.matr.vbi & ipſe Alex.dicit procedere, etiam in odioſis odio non irrationabili.Idem Imol.in d.l.ſi ita ſcriptum ſit, filiabus , col.j. Fulg.ſibi contrarius,conſil.lxiij.Blaſius,col.iij.verſi.ſupereſt.& d.conſi.cciij.viſis inſtrumẽto, col.vlt.Panor.in c.mulieres,ante fi.extrà de ſent.excom.vbi etiam dicit procedere in ſtatutis odioſis non irrationabili odio.Pau.Caſt.conſ.ccccxxvij.inhærẽdo puncto,col.ij.verſ.breuiter his non obſt.lib.1.Raph.Com.d.conſi.lxxxiiij.præſuppoſito caſu,col.ij.Rapha.Fulg.cõſi. lxiij.Blaſius. col.iij.verſ.ſupereſt.& conſi.cciij.viſis inſtrumento, col.ij.verſi.illud ſane.Barb. in d.cle.j.char.6.in paruis,de elect.Alex.conſ.lxv.repetito conſ.cxix.quoniam omne datum, col.vlt.lib.6.& d.conſ.cxxv.vbi ſuprà,lib.7.& latiſsimè omnium Fran.Cur.Senior,conſi.ix. Ticinenſi ſtatuto,col.iiij.verſ.veritatem puto,cum multis ſeq.vbi & alios multos in id citat, qui id tenent & præterea dicit nihil intereſſe,à quibus proferatur maſculinum, à ſtatutóne, an à lege:ſed illud tantùm inſpici, ſitne materia differẽs,an indifferens:ſiue an ſit eadẽ ratio, an diuerſa in mare,& in fœmina. Et hanc affirmat eſſe communem opi.& nouiſsimè Hippol.Marſil.qui alios quoque allegat ſing.xxxix.capias vnum.

*In reſcrip.maſcul. concipit fœmini.uide clxxxv.*

206 ¶Similiter in reſcriptis,quę & ipſa ſtricti iuris ſunt,vt diximus,idẽ quoque procedere, vt in eis fœmininũ ſub maſculino intelligatur,probat tex.in d.c.ſignificauit.& ibi Io.Andr.Card. Flor.Imo.& Pan.& alij,extrà de reſcr.vbi ſub illa clauſula,& quoſdã alios,cõtinẽtur fœminę.& voluit etiã Compoſtel.in c.ſedes.eo.tit.Arch.in d.c.ſi quis ſuadẽte,17.q.4.Io.And.Lap. Io.Fantu.Domi.& Phil.Fran.in d.c.cùm in multis,quod eſt ij.de reſcrip.libr.6.Collect.in c. Raynaldus,col.j.extrà de reſcrip.Henri.Boh.in d.c.mulieres,de ſent.excom.Imo.in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus.ff.de leg.ij.Domi.in d.c.generali, col.iiij.verſi.quarto caſu,de elect.lib.6. Barb.ſibi contrarius in d.cle.j.char.6.verſ.ſeptimo caſu,eod.tit.Caro.Ruin.loquens in priuilegio legitimandi,de quo & nos ſuprà in contraria parte locuti ſumus,conſ.ciij. viſis legitimationibus,col.ix.verſ.ſed ad iſtud.lib.3.& conſi.cxlv.quamuis,nu.12.& ſeq.eod.lib.3.

*In priuilegiis maſcu.cõcipit fœminin. uide clxxxvj.*

207 ¶De priuilegiis,quæ item ſunt ſtricti iuris,vt etiam dictum eſt,idem voluit Archi.in d.cap.ſi quis ſuadente.Bal.in c.ad audientiam,le j.col.vlt.verſ.quæro nunquid in priuilegiis.extrà de reſcrip.vbi & id dicit vſu communi eſſe receptum,vt maſculinum vbique concipiat fœmininum,ſi poteſt adaptari.Colle.in d.c.Raynaldus,col.j.de reſcrip.Henr.Boh.in d.c.mulieres. Dom.in d.c.generali,col.iij.verſi.tertio caſu Corne.conſ.clxxvij.circa quod eſt primò vidẽdum,col.ij.verſ.his tamen non obſt.lib.4.Barb.in d.cle.j.char.6.verſi.quinto caſu, de elect.& conſ.lvij.præclarè ſcribitur,col.5.verſ.præterea eſt magnopere, libr.2. vbi tamen id intelligit in præiudicium concedentis,non tertij.Iaſon ſibi contrarius in omnibus locis,quæ tibi citabimus infrà num.221.denique & in materia,Philip.Deci.ſibi quoque contrarius in d.l.ij.col. antepen.verſi.quintò videndum eſt,ff.de reg.iuris.

*In cõtractibus maſcu.cõcipit*

208 ¶De contractibus,qui ſtricti iuris quoque ſunt,vt diximus,voluit Bart.ſuboſcurè in d.l.j.ff. de verb.ſig.Bal.in l.ij.col.j.& ibi apertius Sal.in xvij.quæſt.C.de iure emphy.idem Bal.in d.l.

*Fœmininum uide clxxxiiij.*

ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius voc.Ang.conſi.cxviij.auia pro nepte,poſt prin.Domi. in d.c. generali,Pet.Anch.conſ.cxxv.viſis & diligenter,col.j.Alex.ſibi contrarius conſ.j.ponderatis. col.vij.verſ.per prædicta patet.Barb.ſibi etiã,ſed de induſtria atque ex profeſſo, cõtrarius in d.cle.j.char.7.de elect.vbi ſe dicit bis pro alia opi.contraria conſuluiſſe, ſed tamẽ perperam, vt ipſe fatetur,& quod non leuiter attendendum eſt,ibi ſine vlla ſuſpicione loquitur, cùm in conſ.parti ſuæ fauere vellet,vt ſæpe eidem & multis euenit.& Philip.Dec.conſ.cccccclxx. caſus de quo,paulò ante medium & conſi.dcvij.viſo puncto,col.penult.

*Filiorum & liberorum appellatio in hac re an ſit diuerſa.*

209 ¶Scio autẽ nõnullos hîc diſtinguere,vtrúmne cõtractus loquantur de filiis,an de liberis:vt ſcilicet filiorũ appellatione fœminæ non cõpræhendãtur,liberorũ contrà cõpræhendantur, vt per Alex.in d.§.liberos,col.j.& ibi etiam Iaſon poſt prin.& ipſum Alex.in l.quod dicitur, la ij.col.antep.verſ.ad prædicta.ff.de verbo.oblig.& late per eundẽ Iaſ.in d.l.ſi quis id quod, col.vj.verſ.limita quatuor modis.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.maritus.col.ij.verſ.nunc autem melius C.de procu.& alibi ſæpe.& Phil.Dec.partis quidem magis cauſam agẽs,quàm iuris, d.conſ.223.col.ij.verſ.ſecundò reſpõdetur.& conſ.236.non parua difficultas,col.iij.verſ.& in tali ſubſtitutione.& conſi.433.viſa copia,col.vlt.& conſi.567.in caſu occurrenti, circa med. Sed idem in locis minimè ſuſpectis,videlicet in lect.hanc planè differentiam refellit, ſcilicet in d.l.ij.char.pen.verſ.prædicta concluſio,& ſeq.ff.de reg.iur.& in cap.in præſentia,col.xviij. verſ.ſi tamẽ volumus,extrà de proba. Nec ea etiam Alex.placuit d.conſ.lxj.ſuper eo,col.vlt, lib.1.& eam refellit tex.in l.donationes quas parentes.C.de dona.inter vir.& vxo. cùm dicitur,liberos cuiuſcũq; ſexus.& in l.vltim.C.de iniuriis,in illis verbis liberis maſculini ſexus, vel filiabus. Quanquàm illi tex.nonnihil etiam faciunt aduerſus hanc ſententiam.

*Ratio eorum, qui dicũt maſcu.in contractibus non cõcipere fœmininum.*

210 ¶Cæterùm hac in re illud debes intelligere,quòd qui contrarium tenuerunt,ſcilicet maſculinũ in cõtractibus non cõcipere fœmininũ,quos ſuprà citauimus,hac potiſsimùm ratione maxima ex parte innitũtur,quòd verba contrahentiũ,qui ea ſcilicet protulerũt, aut ad quorum cõmodum,& vtilitatem cenſentur fuiſſe prolata, quíque his innituntur, eaq; in ſuum fauorem trahunt,& qui ideo cõtendunt maſculinũ complecti fœmininũ,debuerũt apertiùs legem dicere:& ſi id non fecerint,contra eos interpretandũ eſt,per d.l.veteribus,& ibi Bart. & alij,ff.de pact.Ideoq; è contrario ſi quis in eo ſtat pro cõtractu,vt maſculinũ non cõcipiat fœmininũ,cùm etiã apertiùs id dicere potuit,verba ſunt cõtra eum interpretanda,vt ſcilicet concipiat,per d.illam rationẽ,& quia ex regula iuris cõmunis debet cõcipere. Ita enim pulchrè declarat Corn.conſi.clxxj.repetito diuino numine,col.vlt.lib.3.Sed & idem d.cõſ.177. col.iij.verſ.& videmus,lib.4.dicit quòd ſi extenſio maſculini ad fœmininũ tẽdit in fauorem eius,pro quo in contractibus verba dubia ſunt interpretãda,maſculinũ haud dubiè cõcipit fœmininũ.quòd propè in idem tendit.Et in eandem quoq; ſententiã inclinare videtur idem Corn.conſ.233.in hac conſultatione,col.j.eod.lib.4.tanquã ſcilicet ad totum ex eo pendeat, vtrũ verba maſculina veniãt in fauorẽ eius qui illis innititur,an non.Sed Alcia.meo iudicio, in hoc cæteris meliùs cẽſens,in d.l.j.ff.de verb.ſig.tenet maſculinũ in cõtractibus ſimpliciter & indiſtinctè fœminũ concipere in materia indifferenti:nec aliquid imputandum eſſe contrahenti,quòd apertiùs non dixerit.Satis enim apertè loquutus eſt,qui iuris regulã ſequutus eſt. Nam inferius docebimus,eam eſſe iuris regulam, vt ſcilicet regulariter maſculinũ concipiat fœmininum:caſus autem in quibus non concipit,ſpeciales eſſe. Et idem quoque ante Alcia. voluit Phil.Dec.in l.ij.char.pe.verſi.poſtremò aduertẽdum.ff.de reg.iur.& nouiſsimè, Carol.Molend.in conſue.Pariſi.tit.j.§.xij.nu.5.

*Apertè loquitur qui regulam iuris ſequitur.*

*Cõmunis uerborum intelligentia in contractibus.*

211 ¶Quibus adde optimum text.in c.ex literis,extrà de ſponſal.vbi in cõtractibus ad communem verborum intelligentiã recurritur,& cogitur vterq; verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent rectè intelligentibus generare:hæc enim ſunt verba eius cap. Si ergo ex legum regula,atque etiam ex communi loquentium vſu,vt ſuprà diximus,num.205.maſculinum concipiat fœmininum,quid imputari poteſt contrahentibus, ſi id aliter non expreſſerunt? ſecuti & legum & communis vſus intellectum.Sed & ad id,quod de regula dictum eſt,adde quòd id non dicitur dubium,de quo eſt regula,vt dicit Bart.in l.quoties.ff.ſi quis cautio. & in l.ij.col.j.ff.ſi quis in ius vocatus non ier.cum concor.adductis à Phil.Dec.in c.ex trãſlato, col.ij.de conſt.in ij.lect.Et quod dicimus,ſecundùm regulam eſſe pronuntiandum,niſi contrarium probetur,idem dicit Bal.in l.ſi tutor,in fi.C.de ſeruis cõmunibus manumittẽdis,& in c.j.col.ij.extrà de ali.iud.mu.cau.fac.& Alber.in ij.parte ſtatutorum,quæ.clviij.ſi ex forma ſtatuti,ad fi.Signo.qui multa citat,conſi.xxij.in quæſt.col.iiij.nu.9.Pet.Anch.conſi.ccclxviij. dubium,paulò aute medium.Corne.conſ.cciiij.quanquàm,in prin.libro 3.& conſi.cccxxiij. animaduertens,col.j.lib.4.Zaſius conſi.viij.cum in cauſa,nu.34.& conſi.ix.quondam, nu.53. Quibus adde gloſſ.in rubr.de reg.iur.lib.6.paulò ante fi.quæ dicit eius eſſe potiorẽ cauſam, pro quo facit regula:neceſſéque eſſe aduerſario probare, quare in eo caſu non eſt locus regulæ. Quam glo.ſequitur Pan.in rub.vt lit.non conteſt.in princ.& eſt alia ſimilis in cle.vlt. in glo.pen.de reſcript.quam etiam ſequitur & dicit ſingu.& valde not.Petr.Ancha. in l.poſt dotem,col.iij.verſ.extra glo.ff.ſolu.mat.cum aliis concord.adductis ab Iaſon.in d.l.ij.col.vj. verſic.nota iſtam doctrinam.ff.ſi quis in ius voc.& Philip.Deci.in d.l.j.col.ij.verſicu.vnde in caſibus,

*Dubium non eſt, de quo eſt regula. Secundum regulam pronuntiandum eſt.*



caſibus,ff.de reg.iur.Nec tamen omiſeris eundem Dec.conſi.viij.cùm in cauſã,viſo puncto, poſt prin.& conſi.475.in cauſa quæ Mantuæ,col.j.& conſi.498.viſo caſu,col.j.nu.5.& conſi. 552.viſo eleganti,col.j.nu.4.& ſeq.vt omittam aliam glo.quæ dicit firmos nos inniti debere regulæ,vt Bononienſi carocio.ea eſt in l.omnis diffinitio,in prin.ff.de reg.iur.quã ſæpe citat Rapha.Co.vt in conſi.cxvij.A.in teſtamento,col.vlt.& conſi.cxxix.nobilis domina,col.ij.& conſi.clxxix.facta fuit,col.j.& conſi.cxc.eodemq; vlt.col.ij.& ante eum Bal.in c.2. col.vlt.tit. de feud.dat.in vic.le.com.Et vide etiam Fran.Cur.Senio.qui alios adducit, conſi.x.eccleſia, poſt medium,& conſi.ſeq.ſtatuto Parmenſi,col.j.verſic.vltimò facit. & conſi.lxxij.princeps, col.iiij.nu.51.& conſi.ſeq.magnificè,poſt prin.& conſi.lxxvij.ſuper motiuis, col.iiij.nu.28.& Steph.Bertr.cõſi.cxvij.ex literis,col.vlt.lib.4.Et ad ſupradicta omnia facit tex.in l.ſuus quoque.§.puto.ff.de hære.inſt.& in c.venerabilibus.§.poteſt quoque,de ſent.excom.lib.6.quos in id citat.idem Fran.Cur.Senior col.lvij.ſuper eo,col.viij.nu.36. & Iaſ.conſi.cxiiij.ad obiecta, col.ij.in prin.lib.1.& text.in c.ad decimas,in fin.de reſti.ſpo.libr.6.quod & in id citat Stepha. Bertr.conſi.l.recordor,col.j.libr.4.

212 ¶Denique & de ſententiis,quæ ſtricti etiam iuris ſunt,ſicuti item ſuprà diximus, vt & in eis maſculinum concipiat fœmininum,non obſcurè voluit Archi.dum loquitur de verbo iudicis,in d.c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.quem ſatis videtur ſequutus fuiſſe Bald.in l.Gallus,in prin.col.vlt.verſic.in gloſſ.quæ incipit,abundat.ff.de lib.& poſth.cùm dicit eum illo in loco dixiſſe melius de hac re cõceptionis maſculini & fœminini,quàm alium neminem.Et illum expreſsè ſequitur Cyn.poſt Ia.Ra.in d.l.quicunque,col.iij.& ibi quoque Albe.col.ij.verſi. & prædicta.C.de ſer.fugi.Henri.Bohe.in d.c.mulieres, de ſent.excom.& Alex.d.conſil.j.col.vij. vbi ſuprà,lib.5.vbi & id ad arbitria trahit. Et idẽ quoque voluit Collect.in d.c.Raynaldus, col.j.de teſta.dum etiam loquitur de verbis iudicis.

*In ſententiis maſcu.cõcipit fœmininũ, uide clxxxiiij.*

213 ¶Idemq; & in materia pœnali,& ſic odioſa,vt maiori noſtrorũ parti placere video,obtinet, vt maſculinum concipiat fœmininum.per text.in d.l.ſi quis id quod,verſi.ſed & vtrunque. ff.de iuriſd.om.iud.vbi Alb.Pau.Caſt.Soc.& Iaſ.id no.& tex.omniũ optimum,à nullo tamẽ quod ſciam, annotatum, in l.qui domum,iuncta l.mater.ff.de adul.nam quod primo loco dixerat,qui domum ſuam prębuerit,vt ſtuprum adulteriúmve fieret,quaſi adulter punitur: ita ſecundo loco intelligit,vt mulier quoque eo capite legis,quod domum ſuam præbuerit, teneatur:& id poſteriore loco annotauit Alb.Sed & id quoq; voluit gl.in l.j.in verbo ſponſam.C.de rap.virg.quæ trahit illũ tex.punientẽ ſponſum rapientẽ ſponſam,ad ſponſam rapiẽtem ſpõſum.quã ſequũtur Bal.& Ang.ibi,& alij,quos citabimus infrà eod.tit.§.xx.in gl.j. nu.4.præterea hæc conſuetudo.Et idẽ quoque voluit gl.in d.l.quiſquis,in verbo minus.C. ad leg.Iul.maie.quæ trahit eam l.puniẽtẽ filios ob læſam à patre maieſtatẽ,ad læſam à matre maieſtatem.& eam ſequuntur Pet.à Bel.Perti.Cy.& cõmuniter alij,præter Saly.ibi.Sequitur etiam eandẽ glo.Ang.Are.in tractatu malefi.in verbo,& ei tradito,nu.12.& aduertẽdum eſt, & Iaſ.conſi.cvi.proponũtur duo dubia,col.ij.lib.4.Et idẽ,quod ea glo.voluit,eam referẽdo, alia glo in c.ſtatutũ felicis,in verbo,inane,de hæret.libr.6.Et ſimiliter gl.in d.l.ſi conſtante.§. vlt.ff.ſol.mat.dum trahit l.vlt.ff.ad leg.Iu.de vi priua.loquẽtem de creditore,& eum punientem de vi,ad mulierem:quaſi ſcilicet illud maſculinum creditoris complectatur creditricem, Ex eoq; no.Bal.Imo.Pau.Caſt.& Alex.ibi,quòd ſtatutũ puniens violẽtiam, habet locum & in mulieribus.Híncque dicit Alex.ipſe etiam in pœnalibus,& odioſis maſculinũ, concipere fœmininũ. Et gl.in l.ſi quis in tãtam,in gl.magna,in prin.C.vnde vi,quæ dicit d.l.quæ pœnalis eſt trahi & ad fœminas.& eam ſequũtur Alb.Bar.Bal.& omnes ibi,& glo.in l.cùm proponas,in vlt.glo.C.de tranſact.dum loquens in fœmina,de qua etiam loquitur ille tex.dicit eſſe locum l.ſi quis maior,eod.tit.quæ loquitur in maſculino,& haud dubiè pœnalis eſt. Id quod etiã voluit ea glo.non allegata,Fulgo.in d.l.ſi quis maior,in j.lect.& ibi quoq; Ant.ab Alexandro,in 1.not.Fran.Cur.Senior in repe.col.ij.& iij.Hierony.Tortus,Iaſon Aquenſ.& ipſe Iaſ.in d.l.cùm proponas,col.j.& cõſi.118.in cauſa & quæſtione,col.iiij.verſi.ſecũdò principaliter lib.1.& aliis in locis infrà allegatis,nu.218.denique & in materia. De quo tamẽ vide Fulg.in alia lectu.Tho.Parpal.Hiero.Cagno.& Alcia.in d.l. ſi quis maior.

*In materia pœnali,& odioſa maſcu.concipit fœmininũ, uide 187. & ſequent. & 236.*

214 ¶Sunt & glo.Iuris Canonici id aſtruentes,quod diximus conſtitutiones pœnales, loquẽtes in maſculino,fœmininũ cõpræhendere,videlicet in d.c.ſi quis ſuadẽte,17.q.4.& ibi poſt eam Arch.qui illum text.dicunt procedere in mulieribus,vt etiam probat tex.in d.cap.mulieres, extrà de ſent.excom.Et alia glo.in c.ij.verſi.ad id autem,in verbo,ætatem excludẽs, extrà de baptiſ.quæ dicit tex.in l.ſi quis cum telo.C.de ſicar.qui reperitur in c.eiuſdẽ initij,de pœnit. diſt.j.habere locũ & in fœmina.Et alia itẽ glo.in d.c.j.in verbo,ſi quis,& ibi poſt eam Domi. & Phil.Fran.de elect.lib.6.& iterum in d.c.generali,in prin.in verbo,vniuerſos, & ibi etiam Pet.Anch.eod.tit.& in cle.j.& ibi Guil.Laud.Card.Flor.in ij.quæſt.& Imo,col.j.de ſepult.& in cle.j.in verbo,quoſlibet,in fi.& ibi.Pau.Eleaz.de regul.

*De eadem re.*

215 ¶Sed & ſunt alij quoque plerique eius ſententiæ,videlicet idẽ Pau.Eleaz.in cle.j.& poſt eum Car.Flo.in 5.q.de baptiſ.& iterum vterque in cle.j.§.j.in prin.de reb.eccleſ.non alie.Zenze.in cle.j.& ibi Card.Flor.in 5.q.& Imo.col.ij.verſi.ſed an hîc compræhenduntur,de priuil.Iaco.

*De eadem re.*

Are.

Are.in d.l.j.de ventre in poſ.mit.Hoſt.in d.c.Raynaldus, col.iij.in verbo, maſculus.de teſta. Guid.Suza.in publica diſp.prout illum refert & ſequitur Alb.in j.parte ſtatutorum, d.q.ix. col.vlt.vbi & hoc dicunt procedere,etiamſi in ſtatuto pœnali dictum ſit, quòd non recipit interpretationẽ.Nam illa(inquiunt) verba debẽt intelligi de futuris interpretationibus,quas iudices, aut alij vellent facere, non de his, quæ iam ſunt factæ à iure communi, vt ſcilicet maſculinũ cõcipiat fœmininũ. Statuta enim dant formam futuris,non præteritis.l.leges. C. de legi.& ipſe Alb.in.2.parte eiuſdem q.107.item quæro an ſtatutũ loquens de filiis, paulò ante finem,& in l.j.§.j.ff.de conſt.pecu. & Gand.in tractatu maleſi.in rub.de aliquibus quæſtionibus variis in materia maleſi.col.iij.verſi.quæſtio talis inſurgit.Boniſa.Vitel.in eo.tract. tit.quid ſit.accuſatio,nu.125.Cy.in l.j.col.vlt.C.quæ ſit long.cõſue.Bar.in d.l.j.ff.de verb.obl. & in d.l.j.§.ſed & ſi incertũ.ff.de vent.in poſſeſ.mit.dũ vtrobiq; allegat d.l.ſi quis id quod;& in d.l.iura,in fi.ff.de legib.Bal.in l.ſi ita.ff.de iniuſt.teſta.& in cap.præterea ſi quis, in fi.tit.de prohib.feud.alien.per Fed.vbi illam conſtitutionem, punientem vaſallum feudi amiſsione, trahit ad fœminam:quia natura (inquit) realis eſt,maſculũ complecti fœminam. & cum ſequuntur Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex.ibi,& rurſus idem Bald.in addi.d.conſi.xlvij.lib.5. Lapus & Philip.Fran.in c.1.de exceſ.prælato.lib.6.Ange.in d.l.j.§.verba,ff.de pecu.Car.Flor. poſt alios antiquiores,in d.clem.j.in ij.q.& ibi quoque Barb.chart.vj.in paruis,de elect.idem Barb.d.conſi.xvj.clementiſsimi,col.iij.verſic.& vt meis,lib.1.Philip.Deci.conſi.lxiiij.præſupponitur tempore,col.j.Hippo.Marſ.in l.ſi quis viduam,nu.5.& ſeq.ff.de quæſtio.& conſi.86. poſt redditum,col.iij.verſi.ſed quando ſumus.Et in materia odioſa ſimpliciter voluit Fran. Aret.in l.vlt.§.j.in vlt.not.ff.de verb.oblig.

*Quis, dictio maſculina, & fœminina. Plauti locus animaduerſus. Terẽtij locus.*

216 ¶Nec me latet, multos ex illis, præcipuè verò glo.ſuprà citatas,loqui in legibus,aut ſtatutis vtentibus verbo,ſi quis,ideoque poſſe videri, nihil pertinere ad hunc locum: quoniam ea dictio, quis, non tantùm maſculina eſt, ſed & fœminina, vtrunque ſcilicet ſexum ſignificans,vt probat illud Plauti in Epidico, Quis iſtec, quam tu oſculum mihi ferre iubes, tua filia? Et iterum in Aulularia: Dic mihi ſodes,quis ea eſt,quam vis ducere vxorem? Et iterum: Quis eánam eſt optima. {Et in Ciſtellaria: Mulier quiſquis es medioxima.} Et Terentij in Eunucho: Quandoquidem illarum neque quiſquã te nouit. Vbi Donatus interpres id annotat. Rurſumque in eadem fabula: Hunc oculis ſuis noſtrarum nunquam quiſpiam nouit. Et quiſquis is fuit ex antiquioribus,quẽ Varro citat,lib.2.Linguæ, Latinæ, vbi verbum,nuncupare, declarat: Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine? {Et is certè eſt Pacuuius,in eam quoque rem nominatim citatus à Nonio Marcello, qui & ipſe citat Liuium alterum poetam antiquum:Mulier quiſquis es,te volumus.Et Cæcilium: Quæſo igitur,quiſquis es,mea mulier. Et Ennium:Et quis illæc eſt, quæ lugubri ſuccincta eſt ſtola?} idque fit Græcorum imitatione, quibus ſuum τίς, quod eſt eiuſdem ſignificationis,eſt etiam communis generis:vti etiam hæc annotauit Priſcianus lib.xiij.Ex quo & illud ſcriptum videri poteſt in d.l.j.ff.de verb.ſig.Verbum hoc,ſi quis,tam maſculos, quàm fœminas, compræhendit. Quo in loco Alciatus, vir proprietatis verborum ſcientiſsimus, hanc rẽ non animaduertit:ſed illud,poſt alios noſtros iuris interpretes,ei rei attribuit,quòd ea dictio,quis,refertur ad hominem,tanquã ſi quis dicat,quis homo:quæ quidem dictio eſt communis generis. Et huc quoque referri poteſt text.in d.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om. iud.Nam cùm primùm poſuiſſet verba Prætoris, qui vſus fuerat eadẽ dictione, ita ſcilicet, Si quis id quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa,&c.poſteà ſubiungit,Sed & vtrunque ſexum Prætor cõplexus eſt.Vt minus mirum ſit,quod refert Bal.in d.l.ſi quis in tantã,col.j.C.vnde vi.Richar.Sal.in Syndicatu condemnatũ fuiſſe in 9.libris,quòd Florentiæ iudicaſſet,ſi quis, non compræhendere fœminam.de quo etiam latè per Philip.Deci.conſ.cccxxxix.conſului, aliàs,col.j.& conſi.dvij.in cauſſa Mutinenſi,etiam col.j.

*τίς, communis generis.*

*De eadem re.*

217 ¶Sed ad hæc poteris dicere,id apud veteres tantùm fuiſſe obſeruatũ,vt ea dictio,quis fœminine poneretur,vt tradit ipſe Donatus in illo priori loco Terẽtij.Sed & in poſteriore dicit, antiquè ibi poni in fœminino. Et ſimiliter Priſcianus libro 13.id dicit apud vetuſtiſsimos fuiſſe obſeruatum:tanquam ſcilicet ea fœminina ſignificatio in illa dictione ex vſu abiiſſet, & hodie tãtùm in maſculino genere intelligeretur. Quod & probat tex.apud nos in l.ſi quis, in prin.C.ad S.C.Tertul.cùm dicitur,ſi quis,vel ſi qua,& in l.ſed & ſi quis,poſt princip.ibi, item quis quæve præpoſuit.ff.de inſtit.acti.& in l.quoties,ibi, aliquis vel aliqua.C.de ſuis & leg.Nam & ea dictio,aliquis,ex quis,cõponitur. Et ideo non videtur Iuriſcõſultus in dictis iuribus ſuprà allegatis, ad illam iam obſoletam abolitamq; ſignificationem reſpexiſſe, ſed ad ſuorum temporum frequentiore vſum,quo,quis, de ſexu tantùm maſculino diceretur: vti etiam feciſſe in caſu ſimili planum eſt in l. Herennius.ff.de verb.ſig.vt & ibi ſcienter annotauit Alciat.in verbo,eundem ſexum.Ideoq; & nonnulli è noſtris dicunt nihil intereſſe, quantũ ad id de quo loquimur,id eſt,cùm tractatur,an maſcu. cõcipit fœmini.vtrùm diſpoſitio vtatur eo verbo,quis,an alio maſculino.In qua ſentẽtia fuit Raph.Fulg.in d.l.quicunque.C.de ſer.fug.Io.Fantu.& Richar.Sali.in quibuſdam conſi.citatis à Corneo,conſ.ccxxij. col.iij.verſi.præterea conſanguineus,lib.3.

*Quis uel qua. Quis quæue. Aliquis uel aliqua.*

¶Quòd



*Loca infinita ex legibus, in quibus maſculi. & fœmi. ſimul ponũtur.*

218 ¶Quòd ſi quis in nos retorqueat illum tex.in d.l.ſi quis.C.ad Tertul.& illos ſimiles, quaſi ſcilicet ſub dictione,ſi quis,non fuiſſet cõprehenſa fœmina, niſi ſubiũxiſſet:vel ſi qua:quòd aliàs ea adiectio eſſet ſuperuacua.ſciat illud ſæpe à Iuriſconſultis,& Imperatoribus factitatũ in omnibus propè maſculinis: vt l.ij.§.j.ibi, filius,filia, nepos neptis.ff.de adopt.l.iiij.§.j.ibi, patronum patronam.& rurſum,patroni patronæque.ff.de in ius vocan.& l.ij. C.eod.vbi eſt ſimilis tex.& l.in lege,in multis locis.ff.de teſti.& in l.qui habet,in princip.& iterum §.j. & l. quod dicitur,& l.muto itemq; mutæ.ff.de tutel.& l.& mulieri.§.j.ff.de cur.fur.& l.Gallus, in prin.ff.de lib.& poſth.vbi dicitur,ſi quis mihi ex eo nepos,ſiue quę neptis,natus natáve erit. Vbi glo.dicit hoc vltimũ abũdare,cum neptis cõtineretur ſub nepote:de qua re dicemus in ſeq.verſ.Sed tamen velim id animaduertere te,quid ibi dicitur,ſi quis nepos ſiue quæ neptis non autem, ſi quis nepos neptíſve:quaſi perperam,quis,& neptis,cohæſiſſent:& in l.j.§.pen. & vlt.& l.ſeq.ff.de poſtu.& l.ij.§.j.ff.de cap.dimi.& l.ij.in princ.& l.iij.ff.ad leg.Aquil. & l.j.in prin.ff.de ſer.corrup.& l.doli.§.ſi ſeruus ſeruáue,eod.tit.& l.vt tantum.§.de filio filiáue,quæ eſt j.ff.de ſeru.corrup.& l.j.§.pen.atque etiã vlt.& l.ſeq. ff.de poſt.& l.quid ergo.§.j.de iis qui no.infa.& l.iij.§.curatori.ff.de neg.geſt.& l.interdũ,ibi,filiũ vel filiã.ff.de iudi.& l.ij.ff.de ope. lib.& l.j.ff.de iure pat.& l.more,& l.ſi ſeruũ.§.Prætor.ff.de acq.hær.& l.j.§.de matris, & §.impubes,& l.iij.§.ſubuenitur,& §.ſi quiſquã,& §.de his,& §.itẽ ſine.ff.de S.C.Sylla.& l.Lucius, la ij.& l.certũ,& l.poſthumorũ.ff.de hære.inſti.& l.ij.§.Prætor.ff.qui ſatiſ.cog.& l.ait Prætor, in prin.ff.de hær.inſt.& l.j.in prin.ff.de fur.aduer.naut.& l.patronus,patrona.ff.de re iud.& l. neque ſi procurator,in duobus locis.ff.de acq.rer.do.& l.cùm quaſi.§.j.ibi,liberi liberęq;.ff.de fideicom.liber.& l.vlt.in prin.ibi,ſi quis natus natáve erit,eod.tit.& l.ſi quis necãdi.C.ad leg. Corn.de ſica.cùm dicitur,ſi quis necãdi infantis piaculũ adgreſſus adgreſsáue ſit.In quibus etiam duobus poſtremis locis illud quoq; notandũ dictionẽ,quis,ſimul iungi cum mare & fœmina,cõtra id,quod nuper diximus,& l.maritus.§.hoc quinquẽniũ,& duobus §.ſeq.ff.de adul.in quo §.quinquẽniũ,hæc etiã verba ſunt,quis poſtulatus poſtulatáve eſt,atq; ita dictio, quis,vtriq; ſexui iungitur.& l.ſi.poſtulauerit.§.haberi & §.quæſtioni, & §.ſi reus,reáve.ff.eo. tit.& l.j.multis in locis,ff.de parricid.& l.j.in prin.ff.de lib.exhi.& l.ij.ibi,equus aut equa.ff.de capti.& poſtlim.reuer.& l.iij.§.ſed & curatorẽ.ff.iud.ſol.& l.filij, in princ.& §.ſenatores.ff.ad munic.& l.ſi is qui.ff.ad le.Iul.de vi pub.& l.libertus.ff.de tut.& cur.dat.ab his,& l.vltim.ff.de tutel.& ratio diſtra.& l.inter.ff.de admi.tut.& l.cùm quis.§.vlt.ff.de leg.3.& l. Quintus Mutius,in prin.ff.de annu.leg.& l.lege,in tribus locis.ff.de teſti.& l.intereſt,ff.de lib.cau.& l.j.§.j. ibi,dominus domináue.ff.ſi quis teſt.liber.& l.liberorũ,ff.de verb.ſig.& l.ij.C.de patri.qui fi. vendi.& l.j.in multis locis,C.de his,qui ante aper.tab.& l.ſi defunctus,etiam in multis locis, & iterum in l.ſi matre,& l.quoties.C.de ſuis & legi.& l.fœminæ.§.vl.& iterum l.hac edictali, in princ.& §.his illud,verſi.nobilium,in multis locis,atque etiam §.omnibus,C.de ſecund. nupt.& l.illam,etiam in multis locis,rurſumque in l.illud,in multis quoque locis,atque iterum in l.vt liberis.C.de colla.& l.precibus.C.de impub.& aliis ſubſtit.& l.neq;.C.de procu. & l.ij.C.qui,& aduer.quos.& l.quicquid,& l.ſi viua,C.de bon.mater.& l.j.& l.ij. & l.quæcũque,C.de bon.quæ lib.& l.iubemus,non ſemel,tùm in princ.tùm in §.eiuſdem, C.ad Treb. & l.j.etiã non ſemel.C.de poſth.hęred.inſti.& l.ſi ab eo,& l.ſi maior,C.de legi.hæred. & l.in ſucceſsione filij vel filiæ,quæ eſt ij.C.ad ſenatuſc.Tertul.& l.ſi defunctus.C.de ſuis & legi.& l.ſi qua mulier,multis in locis.& l.mater,etiam non ſemel,eod.tit.& l.nuper.C.de natu.liberis,& l.vlt.C.de metallar.& metal.lib.xj.

*Ex poetis.*

Nec tantùm id à Iuriſconſultis obſeruatum video,quando & Virgilius.libr.1.Georgicorum,ita ſcripſerit,

*Diique deæq; omnes,ſtudium quibus arua tueri.* Et lib.6.Aeneidos,

*Dij deæq;.*

*Diique deæq; omnes,quibus obſtitit Ilium,&c.*

Quod accepiſſe videtur ab Homero,lib.8.Odiſſeæ,

ὑμεῖς δ᾽ εἰσορόωτε θεοὶ,πᾶσαί τε θέαιναι. Id eſt:

*Vos autem inſpiceretis Dij,omnéſque Deæ.* Et lib.8.Iliados,

Κέκλυτέ με πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.

*Audite me omnéſque Dij,omnéſque Deæ.* Quem verſum repetit & lib.19.eiuſdem operis,& in Hymno Apollinis, & paulò pòſt eodem lib.8.

πάντες δ᾽ ἐξάπτεσθε θεοὶ,πᾶσαί τε θέαιναι.

*Omnes detrahite Dij,omnéſque Deæ.*

Ex quo illæ vetuſtæ notæ,D.D.S.id eſt,Diis, deabus ſacrum. Et ſimile eſt illud ipſius Homeri xxiiij.Iliados:

ὄψεσθε Τρῶες, καὶ Τρωϊάδες,Ἕκτορ᾽ ἰόντες.

*Aſpicite Troiani & Troianæ Hectora venientes.* Et Horatius,lib.Carminum 3.Ode 34.

*Vos ô pueri, & puellæ.*

*Ex oratoribus.*

Et Tullius in oratione ad Equites Roma.antequam iret in exilium: Cæterique Dij Deæq; immortales.Et iterum quamobrẽ teſtor Deos Deáſque omnes. Et Suetonius in Tiberio, c. xxxv.Eos,eáſque omnes,ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet,exilio affecit.

¶Idque

219 *Ex ſacris literis.*

¶Idquè & in ſacris literis frequẽs eſt.Nã Deut.5.Non facies in eo quicquã operis,tu & filius tuus,& filia,ſeruus & ancilla.Et c.12.Omnes enim abominationes,quas auerſatur dominus, fecerũt,Diis ſuis offerẽtes filios & filias.Et c.13.Si tibi voluerit perſuadere filius tuus,aut filia, &c.Et c.xv.Cùm tibi vẽditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa. Et c.16. Et epulaberis in feſtiuitate tua,tu & filius tuus,& filia.Et c.18.Nec inueniatur in te,qui luſtret filiũ ſuũ,aũt filiam.Et Baruch 4.Vidi enim captiuitatem populi mei,filiorum meorum & filiarum.

220 *Exprimere, quod in alio uerbo intelligebatur, non eſt inconueniens.*

¶Neq; enim inconueniẽs eſt id exprimere,quod ſub alio verbo, ſine alia expreſsione includebatur,ad tollendã anxiam & moroſam quorundã dubitationem:vt probat tex.in l.ſtipulationes cõmodiſsimum.ff.de verb.obli.& in l.qui mutuã,in prin.ff.mand.& in l.quæ dubitationis,& Phili.Deci.qui affert alios cõcor.ff.de reg.iur. cum aliis multis à me congeſtis in repe.l.ſi vnquã.in verbo, reuertatur,nu.22.ſed quòd hîc reſpondeatur.& hãc eius rei rationem nuncupatim reddidit Corne.in d.l.ſi quis vel ſi qua,in 1.not.C.ad Tertul.

221 *In materia correctoria maſcul.concipere fœmininum.*

¶Denique & in materia correctoria maſculinũ concipit fœmininum, vt ſatis oſtendit gloſ. in d.l.Gallus,in prin.in verbo,neptis.& ibi Raph.Co.qui eam ad hoc dicit no.& Iaſ.col.xiij. verſi.itẽ inquantùm,& Lancel.Gal.in repe.nu.34.ff.de lib.& poſth.& eam quoque gl.ad hoc expendit ipſe Iaſ.in d.l.ſi quis id quod,col.ij.verſi.ſeptimò dicta regula,& cõſi.cxl. quod eſt primũ omniũ,lib.2.inci.ſpectabilis.col.iij.verſ.ſimiliter & fortius,& cõſi.ſeq.Chriſtophorus, col.ij.verſi.ſimiliter & adhuc,itemq; conſi.ſeq.venerabilis quondam dominus col.iij.verſic. ſimiliter & fortius.Licet aliter intelligat Alex.in d.l.Gallus,in prin.col.5.verſi.in glo.in verbo,neptis.Cuius tamẽ rationibus reſpondet Iaſ.in d.l.ſi quis id quod.Et probatur quoque hæc ſententia optimè ex tex.in §.conſequens, & §.ſi defunctus , in verbo,ſolis fratribus , in Auth.de hære.ab inte.veni.Ex quo tex.ſumitur Authen.poſt fratres.C.de legit.hære.vbi diſpoſitio Auth.corrigens antiqua iura,ſub verbo, ſolis fratribus , includit & ſorores. Quem text.ad hoc annotauit Franc.Cur.Seni.d.conſi.ix.col.vj.verſi.& pro iſta.

222 *In teſtamentis & ſubſti. maſcul. cõcipere fœmininum.*

¶Vt omittã,in teſtamentis & ſubſtitutionibus id regulariter procedere,vt probatur in l.qui duos,& in l.ſeruis legatis.ff.de leg.3.& l.ſi quis ita, in princ.ff.de teſt.tut.& d.l.ſi ita ſcriptũ ſit, filiabus.ff.de leg.ij.& d.l.iuſta.ff.de verb.ſig.Io.And.in d.c.Raynaldus,col.ij.& ibi quoq; Ant. & alij,extrà de teſt.Pet.Anch.cõſi.cxx.pro clariori,verſi.vlterius aduertẽdũ.Alex.cõſi.lv.põderatis,col.vlt.verſi.prætereà illa verba,lib.3.& conſi.xvij.circũſpectis,col.iij.verſ.quartò quia in diſpoſitione lib.7.Corne.conſi.83.videtur in hac conſultatione,col.j.verſi tamen his non obſt.lib.1.& d.conſi.clxxvij.col.iij.verſ.& videmus in ſimili,lib.4.Phili.Deci.conſi.568.domina,col.vlt.ſecũdò principaliter,& Doct.vbique. Quod hîc tamen non contemnendum eſt, cùm vt iam ſuprà diximus,ſtatuta ſequantur naturam vltimarum voluntatum.

223 *Regulariter, dictio Latina. Maſcu.regulariter concipit fœmininum.*

¶Ex quibus omnibus illud planũ fit,regulariter(neq; enim id vocabulũ refugio,quo vſus eſt Vlpianus in l.3.§.ſed & ſi errauerit.ff.de in rẽ verſo.& in l.regulariter.ff.de pet.hære.& Iulianus in l.ſeruo,in prin.ff.de vſufr.) & in materia indifferẽti maſculinũ cõcipere fœmininum. Caſus autẽ in quibus non concipit,ſpeciales eſſe & ſingulares,& vt alij appellãt, fallentiales. Quod etiã ſatis vult gl.in d.l.ſi ita ſcriptũ ſit,filiabus.ff.de leg.2.Pau.Eleaz.in d.cle.j.§.j.& ibi Car.Flor.de reb.eccl.nõ alie.vbi id dicit regulare & in odio,& in fauore. Sig.conſi.clxxij.& ſeq.ſuprà alleg.Ang.in d.l.quicũq;,& ibi clariſsimè Fran.Aret.in 1.not.C.de ſer.fug.idẽ Ang. cõſi.289.viſo facto,poſt prin.Card.Flor.in cle.j.verſi.ſi quis,in prin.de reb.eccle.non alie.vbi & id dicit procedere,ſiue tractemus de fauore,ſiue de odio.Raph.Fulg.conſi.cxxj.ſuppoſita bulla,col.ij.Pan.in d.c.ſignificauit,in 2.not.de reſcri.Chriſto.Porc.in §.ſi quis filiabus,col.ij. verſi.ex hac gl.Inſt.de leg.agna.ſuc.Corn.d.cõſi.clxxj.paulò ante fi.lib.3.& d.conſi.222.col.iij. verſi.prætereà cõſanguineus,eod.lib.3.& d.conſi.177.col.ij.verſi.& ideò verba,lib.4.& conſi. cclxxv.in præſenti conſultatione,col.vlt.verſic.nec obſtãt adducta,eod.libr.4.Barb.in repe.l. cùm acutiſsimi,col.vlt.verſi.adde etiam.C.de fideic.Soci.in tract.Fal.regu.cclv.maſculinum regulariter.Iaſon d.l.ſi quis id quod.Alcia.in d.l.j.ff.de verb.oblig.& in l.patroni,eod.tit.

224 *De eadem re. Semper,dictio uniuerſalis,facit regulam. Plerũque dictio, facit regulam.*

¶Et in id bene facit text.in d.l.qui duos,in fi.ff.de leg.iij.vbi ita ſcribitur,Sexus maſcul.ſemper fœmininũ continet:nam ea dictio ſemper;apertè oſtendit eam eſſe regulam,cùm ſit vniuerſale affirmatiuũ.Sal.in l.j.in prin.C.quomo.& quand.iud.& Soci.qui multa iura allegat, conſi.xj.circa præſentem,col.ij.verſi.& inſuper,lib.1.nam & dictio,plerunque,qua etiã vtitur ea l.& quæ nec tam præciſa,nec tam generalis eſt,vt probat text.in l.procuratoris.§.licet.ff.de trib.act.cùm dicitur , Plerunque enim hic apparatus ex merce eſt, imò ſemper hæc inquam dictio plerunque,eam vim habet, vt etiam regulam faciat,ex multorum ſententia, videlicet gloſ.& Imo.in l.non dubitamus.ff.de condi.& demon.& glo.in l.ij.in verbo , ſi enim.C.per quas perſo.no.acqui. Dy.& Nico.Neap.in l.j.in prin.per illũ text.ff.de tutel.& ratio diſtrah. idem Nico.Neap.Alberi.Sali.Raph.Alex.& Fran.Are.in l.ſi plures , quam legunt cum l.qui plures hæredes.ff.de vulg.& pup.idem Alb.in l.ſi vt certo.§.cõmodatum, in prin.ff.cõmod. & in ſecunda parte ſtatu.quæſt.clviij.ſi ex forma ſtatuti,poſt medium.Bar.in authen.vt ſine prohi.mat.in fi.per text.in.ibi,& alia iura quæ allegat.Sali.in l.iubemus,§.vlt.C.de ſacr.eccle. & in l.poſt ſententiam poſt prin.C.de ſent.& interlo.om.iudi.& in l.quæ adulterium , circa medium.C.de adul.Raph.Coma.conſi.73.dominus Thomeus , col.iij. verſi.in contrarium autem,



autem,Alex.ſi quis iniquum,in prin.ff.quod quiſque iur.& conſi.l.viſis & opportunè,col.j.lib.j. Corn.conſi.xxx.in præſenti,col.j.verſi.tamen prædictis,lib.1.& conſi.lxviij.licet hanc,col.ij.verſ. dictio autem,lib.4.vbi loquitur in hac materia.& Phil.Dec.in l.j.nu.13.ff.de reg.iur. Et bene facit tex.in l.iij.§.j.iuncta gloſ.in verbo,plerunque.ff.de offic.præfect.vig.& in l.ſi nominatim.§.j.ff.de condi.& demonſt.& in l.tutela,iuncta l.vltim.ff.de tutel.& in l.j.C.ad leg. Corne.de ſica.& in c. inſpicimus,de reg.iur.lib.6.vti è diuerſo dictiones,interdum,& quandoque , denotant exceptionem:vt de prima probatur in l.interdum.ff.de minori.& in l.interdum,in prin.& ibi Salyc.ff. de condict.indebi.& l.interdum,& ibi etiam Salic.in princ.ff.qui poti.in pign.& voluit Sign. conſi. clv.in proceſſu,col.iiij.verſic.item certi ſunt.& Alber.in l.ait Prætor.§.interdum.ff. de nego.geſt. vbi dicit hanc dictionem ſignificare caſum ſpecialem. De ſecunda voluerunt Rapha. Fulgoſ.& Philip.Deci.in l.ij.in prin.ff.ſi cer.pet.& idem Deci.in ca.quoniam,col.j.in ſecundo no.de proba. Sed redeundo ad dictionem,plerunque,facit,quod dicit Fran.Aret.in l.exiſtimo,col.j.ff.de verb. obligat.quòd ea dictio,plerunque, ſignificat aliquid frequentius fieri. Quod & probat illud Terentij in Andria,Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum,ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerũque applicat.Et illud quoque Tullij,lib.2.de Diuinatione,Quid enim proficit,cùm in medium mare fulmen iacit? quid,cùm in altiſsimos montes? quod plerunque fit. Et omnium apertiſsimè probatur in l.legatis ſeruis.§.ſi vnus.ff.de lega.iij.Sicut & illa dictio, interdum,ſignificat raritatem,vt de vtroque probatur in l.j.§.duo autem ſunt, verſicu.æſtiua.ff.de aqua quotid.& æſti.cùm dicitur,Caſtra æſtiua,quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æſtate,vtimur.Ideóque ſignificat,regulariter eſſe contrarium.Dyn.in l.nemo plus iuris.ff.de reg. iur.Alber.in l.interdum,in princ.ff.de acquiren.poſſ. Quanquàm etiam aliquando ea dictio,plerunque,idem ſignificet,quod interdum ſiue nonnunquam,ſed rarenter: vt apud Quintilianum, ſi is eſt,in xv.Declamatione : Excuſſa ſunt plerunque languentium verberibus,redemptáque debilitate vitia:ignibus,vulneribus interdum profutura graſſata ſunt,&c.Ita enim eum locum nonnulli intelligunt:quamuis & alij illud plerunque , pro frequentiſsimè,ſcribant ibi accipi. Quibus & ego malo accedere,quando & plerique,ex quo illud aduerbium fit, vim illam natiuam habeat, vt ſignificet plures & ex maxima parte,vt apertè probat illud Salluſtianum in bello Iugurthino: In diuiſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere : pauci tantummodo Aſiam & Europam.Illudque eiuſdem libri:Prætereà ex latio fortiſsimũ quemque,pleroſque militia , paucos fama cognitos accire.& tex.in l.iij.in prin.ff.ad ſenatuſc.Macedo.ibi, publicè paterfa.pleriſque videbatur.& in l.continuus.§.cùm ita,ff.de verb.obli.cùm dicitur,Vt maturè perueniat: id eſt,eo tempore,quo plerique eiuſdem conditionis homines ſolent peruenire.& quod ibi not.Bar.Ang. Franc.Aret.& alij Recentiores illud interpretantes de maiori parte hominum. Atque etiam in l. adoptiuum.§.vlti.ff.de in ius voc.ibi,plerique Iuliani ſentẽtiam probant.Ideoque & ex ea dictione fit etiam regula.l.plerique.ff.de in ius voc.& alibi ſæpe.

*Interdum, dictio, ſignificat exceptionem. Quãdoque dictio identidẽ.*

*Plerũque, frequentiã denotat.*

*Interdum, raritatem.*

*Plerique dictio de maiori parte dicitur.*

225 ¶Nec omittam,quod etiam ex lege diuina maſculinum concipit fœmininum,vt probat text.in c.maiores,vbi & id not.Pan.poſt prin.extrà de baptiſmo.Et id quoque annotat D. Aug.libr.7.q. enarrans illud Iudic.c.xj.Quicũque primus fuerit egreſſus de foribus , mihíque occurrerit, eum holocauſtum offeram domino.Solet ( inquit ) ſcriptura maſculinum pro quolibet ſexu ponere, ſicut & de Abraham dictum eſt,Surgens à mortuo,cùm eius vxor mortua eſſet.In eo autem Iudicum loco haud dubiè in illo maſculino intellecta eſt fœmina,vt ex inferioribus verbis eiuſdem c.declaratur.Et id quoque Poetæ receperũt. Nam Licinius ille Caluus, quem doctiſsimum fuiſſe Tullius,Catullus,Quintilianus,Seneca,& eruditi omnes fatentur,ita ſcribit,

*In lege diuina maſcu.cõcipit fœmininum.*

*Et apud Poetas.*

*Pollentémque Deum Venerem.*— Et eum ſecutus Tibullus,lib.1.Eleg.ij.

*Num Veneris magni violaui numina verbo?*

Ita enim nonnulli legunt.Et Virgilius,lib.2.Aeneidos,de eadem loquens:

*Deſcendo,ac ducente Deo flammam inter & hoſtes*
*Expedior.*

Et alibi,lib.7.de Iunone,aut Alecto etiam loquens:

*Nec dextræ erranti Deus abfuit.*

Quamuis Seruius in dictis locis id aliò referat,& aliò item Macrobius aliorum autoritate , libr.3. Saturnaliorum,c.viij.Nam & Venerem Ἀφρόδιτον maſculinè Ariſtophanes quoque vocauit, vt & ille annotauit.Sed illum priorem locum Virgilij Donatus in Adelphos Terentij ad hanc noſtram ſententiam propemodùm detorquet.

226 ¶Nec omnibus placuit,quod ſupra dictum eſt,maſculinũ concipere fœmininũ ex interpretatione extenſiua:quin dicunt multi,id fieri ex proprio ſignificato,aut certè ex interpretatione compræhenſiua,per tex.in d.l.j.ff.de verbo.ſig.cùm dicit, complectitur.& in d.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iudi.cùm etiam dicit,complexus eſt.nam id verbum complectendi ſignificat veram & propriam ſignificationẽ:vt Bar.& omnes aſſeuerant & ſatis probant illi tex.cùm in priore ita dicatur,Verbum ſi quis tam maſculos,quàm fœminas,cõplectitur.& in poſteriore ita,Vtrunque ſexum complexus eſt.nam niſi verè ac propriè intelligeretur,fatendum eſſet & mares ſub illis verbis maſculinis non verè ac propriè contineri,cùm de vtriſque ſimul loquantur.Et id etiam confirmat gl.in d.l.j.de verb.ſigni.dicens id eſſe ex mente diſponentis, vt fœminæ comprehendantur:

*Maſcu.an concipiat fœmini. extẽſione,uide ſuprà 180.*

*Complectendi uerbum.*

quod idem eſt,ac ſi diceret,quòd eſt ex proprio ſignificato.Sicuti & eam gloſ.intellexit, & ita ſequutus eſt Cardi.Flo.ſibi in hoc contrarius,in d.cle.j.col.iij.in iij.q.& ibi quoque Barb. char.6.& ſeq.in paruis,de elect.& idem Barb.in repe.rubr.de fide inſtr.col.viij.& iterum inter conſi. Alex. conſi.lij.circa hanc dubitationem,col.ij.lib.4.vbi expreſsim eam ſententiã ſequitur.& latè Fran. Cur.Senior,d.conſi.ix.col.vij.verſi.& fortius corroboratur,& multis ſeq.

127 *Lex, & mens legis, idem.*

¶Nam,vt ipſi dicunt poſt Dy.in c.vlt.ad fi.de reg.iur.lib.6.lex & mens legis idem ſunt. Id quod etiam apertè probat tex.in l.nominis & rei.§.verbum.ff.de verb.ſign.vbi ita ſcribitur,Verbum,ex legibus,ſic accipiendum eſt,tam ex legũ ſententia,quàm ex verbis.Quem tex.& ad hoc quoque noſtrum propoſitũ conceptionis fœminini in maſculino adducit Bal.d.conſi.ccccxxxiij.domina Ioanna,col.vlt.lib.3.vbi ex hoc dicit , hanc interpretationem eſſe expoſitiuam non extenſiuam: dicitque procedere,etiamſi ratio ſit tacita.per l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tut. vnde tacitè ſtatutum dicitur id,in quo eadem ratio reperitur.l.his ſolis,in verbo,ſatis tacitè,C.de reuoc.don. & l.vlti.in prin.C.de indic.vidui.Sed & illum quoque text.ad hanc conceptionem fœminini ex maſculino,affert Petr.Anch.conſi.cxij.ſuperſtite domina,col.j.vbi ex hoc quoque dicit id quod ſuprà diximus,videlicet id procedere ex interpretatione compræhenſiua,& ex poſitiua, non extenſiua:& Corne.d.conſi.ccxxij.col.iij.verſi.nec obſt.tex.lib.3.

128 *Maſc. ſemper cõcipit fœmi. ubi de mente proferẽtis conſtat.*

¶Quibus addere potes multa à nobis collecta in repe.l.ſi vnquam,in verbo , libertis nu.37.quorum ſententia,& ſeq.C.de reuoc.donat.quibus apertè oſtendimus,mentem & rationem legis, & ipſam legem idem eſſe:& quod ex mente & ratione legis eſt , idem quoque eſſe ex proprio legis intellectu,& non extenſione.De quo etiam aliquid dicemus infrà eo.§.xx.nu.2.& 3.Fatentur autem omnes,quòd ſi conſtat de mente proferentis , vt velit in maſculino comprehendere fœminam,certè comprehenditur,per l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.iij.nec vllus eſt ſcribentiũ,qui hoc neget.Sed ſatis conſtat de mente proferentis,ſi eadem eſt ratio,quæ & ipſa mens eſt, vt diximus. Si igitur eadem eſt ratio , conſequens eſt vt comprehendatur ex proprio ſignificato. Ideò cùm hæc nonnihil (vt veriſimile eſt) cogitaret Bar.in d.l.j.in prin.col.vlt.ff.de pec.nec tamen ſatis videret,quid ſibi dicendum eſſet:fuit in extranea admodum op.vt ſcilicet maſculinum conciperet fœmininum,non ex interpretatione extenſiua,quod quidam dicebant , & ipſemet aliis in locis: nec ex proprio quoque ſignificato,tanquam interim hæreret in ſalebra.

129 *Maſcu. concipit fœmini. ui rationis.*

¶Et ad ſuprà dicta optimè facit,quod ſcribit Cy.non ſemel,maſculinum concipere fœmininum vi rationis. Id enim voluit in d.l.quicũque.C.de ſer.fug.& in d.l.j.col.vlt.C.quæ ſit long.cõſue. & in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus,& ibi poſt eum Bald.ff.de leg.ij.& Albe.in d.l.j.in fi.prin.ff.de pec.& Henr.Boh.in d.c.mulieres,extrà de ſen.excom.Nam quod ex ratione fit,idem & ex mẽte & ipſa lege fit,vt diximus.A quo non longè diſtat,quod pulchrè dicit Bal.in l.vlt.in xiiij.q.C.de hæred.inſtit. quòd etſi maſculinum non concipiat fœmininum propriè ſecundũ rationem recti ſermonis,concipit tamen propriè & verè ſecundum rationem recti iudicij,quod (vt ſubdit) Legiſtæ ponderant,ſi eadem ſit ratio,ar.d.l.vlti.C.de indi.vidu.tol.

130 *Continẽdi uerbũ an proprietatẽ oſtendat.*

¶Et faciunt quoque tex.qui dicunt appellatione maſculini generis fœminam contineri , vt in l.ſi quis ita,in prin.ff.de teſt.tut.& in d.l.qui duos.ff.de leg.iij.& in l.legatis ſeruis.§.iumẽtis, & l.ſeruis legatis,ibi ſed pueris,eo.tit.& l.patroni,& l.liberti.ff.de verb.ſign.nam id verbum , contineri, proprietatem ſermonis oſtendit,ſecundũ Bar.in l.cui eorum.§.affinitates.ff.de poſtu.& in l.liberorum.col.v.verſi.ego hæc probo.ff.de verb.ſig.Pet.Anc.loquentem in hac materia.d.conſi.cxij. Barb.in l.j.§.eadem,col iij.ff.de verb.obl.& in d.rep.rub.de fid.inſt.col.vj.verſi.quod autẽ modis, & rurſum col.ſeq.verſi.& ſi fortè quis velit.& in repe.rubr.de reb.eccle.non ali.col.vij.verſ.ſed in veritate,& in d.cle.j.char.vj.de ele.vbi etiam loquitur in hac materia,& conſi.xxix.illud in mediũ afferam,col.vlt.in prin.lib.3.Fel.in c.peruenit,le j.col.j.de teſti.cog.Soc.in l.j.§.ſi ſtipulanti,col.j.ff. de verb.ob.Iaſ.in l.ſerui electione,quæ eſt v.§.j.col.vlt.verſi.ſecundò contra concluſionem.ff.de leg.j.& in l.j.col.ij.ff.de vulg.& pup.ſub.& in l.Gallus.§.inſtituens,nu.11.ff.de lib.& poſth.& in §.j.char.viij.in paruis,ver.in fi.gl.diſputat,& ibi quoque Gomeſ.nu.46.& iterum nu.72.Inſt.de act. & Phil.Dec.in l.ij.§.creditũ.col.j.in ij.no.ff.ſi cer.pet.& conſi.dlxx.caſus de quo quæritur,in prin. vbi de hoc caſu noſtro loquitur. Alc.in c.quòd ſedem, nu.65.extrà de off.ordi.Pro quibus facit tex.in l.inter ſtuprũ.§.vlt.ff.de verb.ſig.vbi ſcribitur , Commune nomen vtrũque ſexum continere.nã in confeſſo omnibus eſt,id eſſe ex ſermonis proprietate.& tex.in l.iij.§. hæc verba, ff. de neg.geſt.cùm dicitur,Et ſi his verbis nõ contineatur,pro adiecto tamen debet accipi.& in l.ſed & ſi.ff.de leg.j.& tex.in §.itẽ Seruiana,ibi.eam propriè rem contineri diximus,Inſti.de act. Quãuis & hîc poſterior in contrarium trahi poſſet.Nam & contrarium etiã(vt id obiter dixerim) tenuit Fran.Are.in d.l.Gallus.§.inſtituens,col.ij.& Iaſ.malè ſibi in hoc conueniens in l.emancipata,col. pe.verſi.caue tamen.ad illud.C.qui admit.& Fely.etiam ſibi contrarius in rub.extrà de fid.inſtru. col.ij.verſi,nec obſt.quòd illud.& ibi quoque Phil.Dec.& Barb.in c.nulli, per illum text.extrà de reb.ali.non ali.Alc.in l.j.§.ſi ſtipulanti,nu.15.& ibi Lancel.Gal.col.ij.ff.de verb.obl.& idem Gal. in l.j.in j.opp.Bar.de vulg.& pup.& Caro.Molen.qui præterea dicit id communiter teneri,in cõſue. Pariſ.tit.j.§.j.nu.5.Pro quorum ſententia (licet non allegent) eſt tex.in l.proximi.ff.de verb. ſign. vbi ita ſcribitur,Proximi appellatione etiam ille continetur,qui ſolus eſt. Et tamen ſcribitur in l. j.§.proximus,ff.vnde cog.Proximus accipitur etiam,qui ſolus eſt:quamuis propriè proximus ex





pluribus dicitur.Ex quibus locis inuicem collatis,apertè vides illud verbum in priore loco poſitum,improprietatem ſignificare: vti etiam probatur ex l.in legibus.ff.de teſti.iuncta l.ſi qua.§.j.ff. de rit.nup.Ex quibus potes intelligere , id verbum proprietatem vel improprietatem ſignificare ex ſubiecta materia.Vt etiam ſatis declarat Bar.in d.l.liberorum,col.v.verſi.pro hoc etiam,de ver. ſign.Sed vt redeamus,facit etiam ad hanc noſtram principalem ſententiã tex.in l.illa verba,optimus.§.pueri.ff.de verb.ſign.vbi puelli appellatione etiam puella ſignificatur: quod verbum clariſsimè indicat,hanc eſſe verbi ſignificationẽ,non extenſionem.Sed & id confirmat, quòd etiam nonnunquam per maſculinum fœmininum tantùm,non etiam ipſum maſculinum intelligitur.l. plerunque.§.ſi ſerui,in prin.vbi id no.gl.quæ affert concord.de iure dot.

*Significandi uerbum.*

131 ¶Porrò autem duo ſunt præcipua , quæ videntur in hoc noſtro caſu ſuadere , maſculinum non concipere fœmininum:quæ à nobis ſuprà tacta ſunt:Primum,quia id ſtatutum poteſt videri eſſe cõtra Ius commune,& odioſum odio quidẽ irrationabili:Secundum,quia nõ conuenit fœminis, vt maribus:cum ratio conſeruandæ agnationis & familiæ mares tantùm reſpiciat:quo in caſu & aliàs ſemper indifferenti materia (vt ſuprà diximus) nunquam maſculinũ concipit fœmininum. Quos quidem duos obices ſi ſummouerimus,clarum erit,quod probare intendimus. Igitur primum illud,quòd ſcilicet id ſtatutum ſit contra Ius cõmune,multi non admittũt, & ij quidem ex primoribus legum interpretibus,quos videbis ſuprà in præfati.ſiue rub.num.21.ex quibus multis placuit.Qui autem videntur velle contrarium,quos etiam citauimus in eadem rub.nu.60.quamobrem ſunt multi , & ſeq.magna ex parte non loquuntur in terminis noſtræ conſuetudinis , ſed aliorum ſtatutorum ſimpliciter prohibentium vendi aliis,quàm conſanguineis , conſortibus,aut vicinis:aut ſine eorum conſenſu,& requiſitione. Et id quidem haud dubiè eſt contra Ius cõmune,vt probat tex.in l.dudum.C. de contrah.empt.Noſtra autem conſuetudo nihil tale diſponit, ſed potius permittit vendere extraneis,ipſius conſanguineis inſciis & renitentibus:ſed eis tãtùm ius facit retrahendi ſoluto pretio , & ita approbata venditione, vt ſatis oſtenſum eſt in ea rubri. Quod longè diſtat ab illis ſtatutis. Et ſic id noſtrum ſtatutum eſt tantùm præter Ius commune, cùm nulla lex ſit,quæ id nuncupatim prohibeat,quòd noſtra conſuetudo permittit.

*In ſtatutis præter ius cõmune, maſcul. haud dubiè concipit fœmininum.*

132 ¶Ex quo,ſi verum ſit,confeſtim ſequitur,æquè in ea maſculinum comprehendere fœmininũ , ac ſi proferretur à Iure cõmuni,vt expreſsè tradit Bal.in l.diuturna, in j.lect.ad fi.ff. de leg.& Dom. in d.c.generali,col.iij.de elec.lib.6.vbi & huius rei rationem reddit:quia huiuſmodi cõſuetudines recipiunt interpretationẽ à Iure communi,c.ex literis,de cõſti.& c.de cætero, & c.ad audiẽtiam, de cleri.non reſi.Et idem quoq; voluit Alex.conſi.lxv.repetito conſi.cxix. quoniam omne datũ, col.vlt.lib.6.& Barb.in d.cle.j.in vj.char.in paruis,verſi.ſecũdo caſu,de elect.Et ita,vt ipſi Domi. & Barb.dicunt,poteſt intelligi,quod ſcribit Archi.in d.c.ſi quis ſuadente,xvij.q.iiij.cùm dicit,ſtatuta eccleſiaſtica concipere fœmininum ſub maſculino,etiam in materia odioſa : quæ fuit etiam ſententia Hoſt.in d.c.Raynaldus,col.iij.in verbo,maſculis,extrà de teſtam.& Henri. Boh.in d.c. mulieres,de ſen.excom. Et licet iſti aſsignent quandam rationẽ diuerſitatis inter ſtatuta eccleſiaſtica & ſecularia,tamen hæc videtur melior ratio,vt dicunt ipſi Dom.& Barb.quia clerici nõ poſſunt ſtatuere contra Ius commune,ſed tantùm ſecundum, vel præter ipſum Ius,cle.ne Romani, & ibi gl.in verbo,tolli,de elect.& voluit etiam Hoſt.in c.vlt.de offi.Archi.& Io.Andr.in c.vlti.de appel.lib.6.& Cardi.Flor. conſi.ij.circa ſtatutum. Ergo ſicut Ius commune extenditur, ita & alia ſtatuta.Nec ea quoque prior ratio placet Collect.in d.c.Raynaldus,col.j.de teſta.

133 ¶Quin ſi concedamus id noſtrum ſtatutum eſſe contra Ius cõmune,vt nonnullis,& mihi,propè placuit: tamen ex eo non cõtinuò infertur,quod maſculinum in eo nõ concipiat fœmininũ.Imò verò cùm in eo ſit indifferens materia,& eadem in vtroque ſexu ratio,vt poſteà dicemus, conſequens eſt,& vtrunque ſexũ in maſculino compræhendi,vt latiſsimè probat Fran.Cur.Senior d. conſi.ix.Ticinẽſi ſtatuto,vbi in id multos alios Doct. mulctáſq; nec contemnẽdas rationes affert, vt ibi omnibus videre licet & latè etiam ſuprà diximus, nu.218.denique & in materia. Et faciunt etiam,quæ ſcripſimus,nu.223.nec omnibus placuit,& ſeq.Quibus & hanc vnam rationẽ addiderim,nondũ à nobis in hac materia tactam,quòd conſtitutio etiã correctoria ad eũ caſum extenditur,qui poteſt compræhendi ſub lata & impropria ſignificatione caſus expreſsi, quãdo in vtraque eadem eſt ratio,ex ſententia gloſ.in Auth.minoris debitor,in verbo,à curatione.C.qui tuto. dar.poſſ.& in §.ſed & ſi quis,in verbo,ad curationem,in Auth.vt hi qui oblig.& in cle.j.in verbo, eligatur,de elect.Ro.qui ad hoc eas gl.citat & commendat,conſi.cxxix.licet magna,verſi.ſecunda ratio,cum aliis multis concord.à me adductis in repet.l.ſi vnquam,in verbo, donatione largitus, nu.145. ſimiliterque renuntiatio. Cuius rei rationem poſuimus in d.nu.223.nec omnibus,& ſeq. quoniam ſcilicet id ſit ex mente legis, & cætera, vt ibi videre poteris. Sed fœmininum compræhenditur ſub maſculino,ſaltem ex lata & impropria ſignificatione,ex omnium nullo diſcrepante ſententia:ſi non ex propria,quod nonnulli voluerunt.Igitur & hîc compræhenditur.

*Cõſtitutio correctoria ad caſum extenditur, qui compræhenditur ſub lata ſignificatione.*

134 ¶Nec omnino interim fatendum eſt,iſtud ſtatutum eſſe odioſum,cùm multi teneant eſſe fauorabile,vt diximus etiam in rub.nu.56.ex his autẽ quæ tam latè.Et ſi odioſum eſſet,vt alij multi voluerunt , id vtique non eſſet ex ea parte,de qua hîc tractamus,ſcilicet ex parte conſanguineorũ. Nam quantum ad eos dici poſſe videtur , id ſtatutum eſſe fauorabile,licet quantum ad emptores eſſet odioſum:ideoque quantum ad interpretationem verborũ, quæ ipſos cõſanguineos inuitat,

eſt extendendum,licet alio reſpectu eſſet reſtringendum:vt in ſimili voluit gl.not.in l.ij.in verb. liberis.C. de in ius voc.quòd hæredibus extraneis patroni debetur reuerentia,per text.ibi , licet hæredes extranei liberti non debeant.l.pen.ff.de obſeq.liber.quia ex parte patroni eſt fauor,ideò prorogandus : ex parte autem liberti eſt odium, ideò reſtringendum,per iura per eam alleg.Per quam gl.Bal.Sal.& Recentiores,qui adducunt concor.ibi,dicũt quòd ſtatutum, ex quo filius excludit filiam,eſt fauorabile ex parte filij,& ideò extendendum,vt etiam compræhendat nepotem: at ex parte filiæ eſt odioſum, ideò reſtringendum. Sed tamen ſuper hac ratione, quia non mihi admodum placet,vide quæ diximus ſuprà in præfat.huius tit.nu.64.cæterum remota.

235 ¶Sed & illud hoc in loco non præmittendum eſt , ſtatuentes dum id ſtatutum conderent, nullo odio emptorum motos fuiſſe,vt idipſum ſtatuerent,ſed ſimpliciter,& mero fauore conſanguinitatis,ne ſcilicet res exiret extra conſanguinitatẽ,vt ſæpius iam diximus. Ideò & ſimpliciter fauorabile videri poteſt eſſe iudicãdũ,cùm in id,de quo hîc tractamus,ſcilicet vt intelligamus,vtrùm ſtatutum ſit odioſum,an fauorabile,principale propoſitum ſtatuentium ſit conſiderandum.l. qui exceptionem,& ibi Bar.& Bal.ff.de cond.ind.& l.ſi quis nec cauſam,in prin.& l.rogaſti,ff.ſi cer. pet.&ipſe Bal.loquens nuncupatim in hac materia conceptionis fœminini ex maſculino.d.cõſi. ccccxxxiij.domina Ioanna,lib.3.cum alijs multis concor.à me traditis infrà eod.tit.§.xxx.nu.5. & ex hoc.Ex quibus vnum hîc nõ omittemus qui hac ratione expreſsim dicit hoc noſtrũ ſtatutum retractus eſſe fauorabile.Is eſt Alex.conſi.cxcvij.in cauſa vertente inter Ser Sulimanũ,col.j.lib.7.

236 *Odium irrationabile.*

¶Sed fac econtrariò hoc ſtatutum eſſe ſimpliciter odioſum,vt multis etiam placuit.Id tamẽ non eſt odio irrationabili:cuiuſmodi eſſet ſi ſtatueretur aut diſponeretur,vt filij bannitorũ expellantur, aut aliter alius pro alio puniatur , vt filius exhæredetur ſine cauſa,& ſimilia ab his adducta, qui dicũt in ſtatuto odioſo odio irrationabili,maſculinum non concipere fœmininũ,quos ſuprà citauimus:neque enim quippiã tale eſt in noſtro ſtatuto. Et ſatis eſt,teſte Bal. ex aliorũ ſentẽtia, in d.l.ſi ita,ff.de iniuſt.teſt.vt ſtatutũ etiam odioſum habeat rationem quandam motiuam,vt ipſe loquitur ad hunc finem,de quo tractamus,vt ſcilicet maſculinum concipiat fœmininũ. Cui adde multa,quæ diximus ſuprà in ru.nu.75.ad id autem.Nec in hoc accedo gl.in d.c.mala,viij.di.quæ dicit,hanc conſuetudinẽ eſſe irrationabilẽ,cùm ea non ſit ſine ratione,nec ea quidem cõtemnenda,vt patet ex multis,quæ diximus,in d.rub.Igitur ſi ſit aliquod odiũ, cùm tamen id irrationabile non ſit,fatendũ id non impedimento eſſe,quin maſculinũ concipiat fœmininum in materia indifferenti,& in qua eadẽ in vtroque ſexu eſt ratio,ſecundùm Iac.Are.Ang.Rap.& Pau.Caſt.in d. l.quicunque,C.de ſer.fugi.Alb.in l.vlt.C.de ſecund.nup.& in d.l.ſi quis in tantam, col.j.C.vnde vi.Bar.in d.l.j.ff.de verb.ſigni.Pau.Eleaz.& Card.Flor.in d.cle.j.de elect.Pau.Caſt.conſi.cclxxvj. puto ſine dubio,col.j.lib.2.Fran.Are.conſi.xxxix.in facto,col.j.cum alijs multis ſuprà citatis.

237 *Retractus materia indifferens utrique ſexui.*

¶Reliquum eſt,vt oſtendamus id quod iam ſæpe ſuprà diximus,videlicet hanc huius conſuetudinis materiam eſſe indifferentem,eandemque in vtroque ſexu rationem: hic enim cardo eſt totius huius controuerſiæ. Quod vt intelligas,ſcire debes,eos qui huius conſuetudinis rationem afferunt,ita eam ſcripſiſſe,vt ſi alicubi dixerint, ne res exeat de familia,alibi etiam de genere , alibi item de conſanguinitate aut parentela, aut alijs nominibus meram & ſimplicem coniunctionem ſanguinis ſignificantibus,non ad mares tantùm,ſed & ad fœminas quoque reſpexiſſe videantur. Et ſi de familia aut genere,vti in priori parte dictum eſt,tantùm loquuti fuiſſent,non tamen fœminas excluſiſſe viderentur. Quando (vt de priori primùm loquamur) illud nomen familiæ non tantùm ad agnatos , id eſt, mares,& ex eis deſcendentes pertineat,ſed etiam ad cognatos , id eſt omnes propinquos,vt etiam intelligit l.vlt.C.de verbo.ſign.ſecundùm cuius intellectum, gl.in l. cùm ita,§.in fideicõmiſſo,ff.de leg.ij.dicit eam dictionem ita accipiẽdam,cùm aliquid relinquitur familiæ:quod & ea lex vlt.dixerat.Nam etſi nomen ipſum familiæ interdũ pro agnatione ſpecialiter intelligitur:tamen de proprietate ipſius verbi etiam fœminæ , & deſcendentes ex eis intelliguntur:vt voluerunt Old.Bal.& Pau.Caſt.in d.l.vlt.C.de verb.ſign.

*Familiæ nomẽ etiã ad cognatos pertinere, uide ſuprà 195.hac gl.*

238 *Sexus et agnationis ſublata differentia.*

¶Quod inde manat , quòd hodie ſublata eſt differentia ſexus & agnationis,vt ſuprà diximus in prin.huius quæſt.ex ſenten.Ang.loquentis in caſu huic noſtro ſimillimo,& probatur in l.lege,& in Auth.ceſſante,& Auth.poſt fratres autem,& Auth.poſt fratres fratrumque,C.de legi.hære. & l.maximum vitium,C.de lib.præte.& §.j.ver.nulla,& §.conſequens,in fin.& §.nullam verò,& §. ex his autem,in Auth.de hære.quæ ab inte.defe.& in §.noſtra,Inſt.de exhær.lib.cũ multis ſi.congeſtis à Phil.Dec.in d.l.ij.nu.92.ff.de reg.iur.& fuſius à nobis ſuprà tit.xvij.§.iiij.qui eſt omnium huius voluminis cc.Videmuſque & fœminas & ex iis deſcendentes ſuccedere ex generali Fráciæ conſuetudine,& retractum inſtar ſucceſsionis eſſe , eamque per omnia ſequi,vt cauetur infrà eo. tit.§.xj.& §.xiij.Ideoque & in huiuſcemodi materia retractus maſculinum concipit fœmininum, vt & in materia ſucceſsionis tradit Pet.Anch.conſi.cxx.pro clariori deciſione,col.ij.verſ.vlterius aduertendum,& Deci.conſi.dxxvij.in ciuitate,col.ij.

239 *Generis appellatio ad fœminas quoque refertur.*

¶Quantùm autem ad appellationem generis,ea quoque ad fœminas refertur, & ad deſcẽdentes ex eis,niſi ſubiecta materia repugnet.vt probatur ex l.j.ij.& iij.§.j.ff.de liber.cauſ.& l.eum qui,ibi, quæ verò non à patre,ſed à genere tribuerentur.ff.de inter.& rele.& l.communium,§.ſi verò ſine liberis, verſi.illo videlicet,C.de natur.libe.& l.liberorum,ibi,cognationum ſingularum,iunctis illis verbis,omnibus qui ex eodem genere orti ſunt,ff.de verb.ſig.& in c.nouit,ibi,ex cuius genere Rex



Rex ipſe dignoſcitur deſcendiſſe,iuncta expoſitione Hoſt.& Io.And.in verbo, noſcitur deſcendiſſe,& Ant.in iiij.no.extrà de iudi.Et illum quoque tex.ad id expendit,& dicit no.Card.Ale.in arbore conſanguinitatis,col.xij.verſi.nota ex ſuperioribus,& in c.j.§.hoc quoque, col.iiij.ver.ſed quid ſi aliquid conceditur generi,tit.de ſucceſ.feu. Et ita etiam voluit gloſ.in §.oportet autem,in prin.in Auth.de mandat.Prin.quæ interpretatur dictionem (generi) poſitam in tex.id eſt,agnatis, & cognatis,& alia gl.in §.j.in verbo,generi,in Auth.de inceſt.nup.quæ exponit,generi,id eſt,con ſanguineis.Ex qua Ang.ibi not.eos eſſe de genere,qui ſunt conſanguinei. Et licet hoc verbum, conſanguinei,nonnunquam ſtrictè ſumatur pro iis, qui deſcẽderunt ex eodẽ patre,tamen vulgò accipitur pro omnibus coniunctis ex alterutro parente , vti ſuprà latè diximus poſt prin.nu.5.& ſeq.Et ita accipit gl.& Ang.vbi ſuprà vt ſatis apud eos patet.Et ita quoque eam glo.intelligit,& ſequitur Bald.in l.j.poſt princ.ff.de probat.dicitque de hoc eſſe tex.in §.hos quoque, in Auth.de mand.prin.Et hoc quoque ſecutus fuiſſe videtur Bart.in d.l.j.cùm dicit genus accipi pro parentela.Rap.Fulg.conſi.cxxxij.quidam Ser Secretus.& Io.Plat.in l.vacantia,ad fi.C.de bo. vac.lib.x. & latè Steph.Bertr.conſi.ccxlix.viſo conſultationis themate,col.j.lib.2.

240 ¶Et in hanc ſententiam eſt illud Tullij Philip.iij.Cùm tu eodem materno genere ſoleas gloriari. {Et in oratione in Calphurnium Piſonem , O paterni generis oblite, materni vix memor. Et in oratione pro P.Sylla,Eſt enim ipſe à materno genere municipalis.Et Phili.x. Tum fato quodam paterni materni que generis,&c.} Et illud Salluſtij in bello Iugurthino,in duobus locis, Materno genere impar.Cùm in priore loco loqueretur de Iugurtha,in poſteriore de Dabare.Illudque Virgilij Aeneid.lib.6.de Aenea loquentis,

*De eadem re.*

*—Et mî genus ab Ioue ſummo.*

Nam illi genus erat ab ipſo Ioue per Venerem Iouis filiam,eiuſdem Aeneæ matrem: quanquàm ſunt,qui & genus Anchiſæ patris ipſius Aeneæ,ad Iouem quoque referant. Nã apud Homerum lib.20.Iliados ipſe Aeneas Achillẽ alloquens,gloriatur ſe à Ioue per gradus, quos ſigillatim enumerat vſque ad Anchiſen patrem,deſcendiſſe.Illud quoque eiuſdem Virgilij lib.11.Aeneid.

*—Genus huic materna ſuperbum*
*Nobilitas dabat.*

Et Cornelij Taciti lib.17. Pater cõſularis,auus Prætorius,maternum genus impar.Et Plinij, ſi is eſt,in lib.de Viris illuſtribus:Pyrrhus rex Epirotarũ,materno genere ab Achille,paterno ab Hercule oriundus.& Suetonij in Iulio Cæſare:Amitæ meæ Iuliæ maternum genus à regibus ortum. Et in Othone:Pater Lucius Otho materno genere præclaro.Et Iuſtini,lib.23.de Hierone: Sed maternũ genus ſordidum. Et vbique apud ſcriptores probatiſsimos verborum proprietatum obſeruantiſsimos.

241 ¶Nam & verbum,generationis,quod eſt eiuſdem originis,& ad fœminas,& ex iis natos,refertur: vt probatur in c.ſtatutum felicis,de hæret.lib.6.& voluit gl.in §.alienationis,in verbo , & in perpetuum.in fi.dum loquitur de tertia generatione,in Auth.de non alie.iuncto tex.quem ea gl. allegat in §.emphyteuſim,eod.titu.qui loquitur de maſculis & fœminis & nepotibus neptibuſque eorum.Et hoc quoque videtur intellexiſſe Iac.Cu.poſt Azo.ibi.& Spe.in tit. de loca.§.nunc aliqua,ver.clv.dum apertè dicit,quòd nepos ex filia eſt de generatione recipientis. Et voluit etiam Bal.in l.ij.col.ij.ver.quæro quando per præſcriptionẽ,C.de iure emphy.& latè Imo.cõſi. lxij.poſt exhibitum. Fulgo.d.conſi.cxxxij.Petr.Anch.conſi.xliiij.primò de viribus,col.j. & Pau.Caſt.in l. j.C.de cond.inſer.& conſi.ccc.viſo quodam proceſſu,col.ij.lib.2.& conſi.cccxvj.ſuprà dictus dominus,eod.libr.2.qui ad hoc multa allegant , vt apud eos omnibus videre licet. Alex.qui id dicit procedere ex propria ſignificatione,conſi.lxj.ſuper eo de quo quæritur,paulò ante fin.libr.1.& latiſsimè Cornel.conſil.ccxix.ex duplici capite,col.iij. verſic.nam eſt aduertendum,& ſeq.lib.2.& conſi.cxc.pluries,col.ij.verſic.his tamen non obſt.& ſeq.libr.3.& conſi. ccxxxiij.in hac conſultatione,col.iij.verſi.& quæ habẽtur,lib.4.Bened.Capra.inter conſi.illius,conſi.lj.videtur primò dicendum.col.iij.verſi.ſed in cõtrarium videtur,lib.3.Barb.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.vlt.ver.adde etiam Do.C.de fideicom.& conſi.lvij.præclarè,col.x.ver.& vltra prædicta , lib.2.vbi tamen dicit, ſecus eſſe in materia ſtricta.Sed is in hoc ſolus eſt.Maria.conſi.xxv.dominus Franciſcus,in primo dubio.Phil.Fran.in c.ſi pater,char.vlt.ver.ſextòquid ſi fiat,de teſta.lib.6.& Phil.Dec.cõſi.ccxxiij. in caſu propoſito,col.ij.ver.ſed tamen diligenter,vbi dum multos ex poſtremis allegat , confundit appellationem generis & generationis,& conſi.ccccxcv.viſo eleganti conſi.col.j.& Lud.Gozad.conſi xx.prima facie,nu.8. { Pau.Pariſ.conſi.xlvij.ſi conſideramus,col.vij.num.58.lib.3. } Et hanc ſententiam fulcit Plinius,lib.8.ca.44.Et quæ non primo initio generale cœperit. Et iterum eodem c.Contraque mulos, quos aſini & equæ generarent. Ex quibus locis apertè conſtat,verbum generandi de fœminis quoque dici.

*Generationis nomen & ad filias.*

242 ¶Cæterùm,d.l.j.§.vlti.ff.de iure immu. ſuprà in contraria parte allegata,ad probandũ appellatione generis nõ venire natos ex fœmina,non ſimpliciter loquitur de genere,ſed & ſimul de poſteris,ita ſcilicet,Immunitates datæ generi poſteriſque,ad eos,qui ex fœminis nati ſunt, non pertinent.Et tamen ſatis conſtat nomen poſterorũ,& poſteritatis,regulariter fœminas & natos ex eis continere:vt euidẽter probat d.l.cùm acutiſsimi,& ibi no.Rapha.Co.col.j.Barba.in rep.char.13.& Corne.col.itẽ j.C. de fideicom.& l.iuriſconſultus,§.parentes,ff.de gradi.affi.& l.ſi venditor,iuncta l.vel quæ paterfamilias,ver.liberis autem,& verſi.exhæredatis,ff.de relig.& ſumpti.fune.& l.j.

*Poſterorũ & poſteritatis appellatio, ad fœminas quoque trahitur.*

N 3

C.de impo.lucra.deſcri.lib.x.& omnium optimè c.j.ver.circa natos,de ſciſma.lib.6. cùm dicitur, ipſiſque poſteris dicti Ioannis per maſculinam & fœmininam lineam deſcendentibus. & voluit etiam Bald.in ca.j.colum.j.verſic.ſed immediatè,tit.de eo qui ſibi & hære.Ant.latè conſi.ix.viſo puncto,in primo dubio.& Pet.Anch.conſi.cccxxxix.pro maiori,col.ij.ver.quò ad primum. Imo. in d.l.ſi ita ſcriptum ſit,filiabus,in prin.ff.de leg.ij. Pau.Caſt.in l.quia tale,quam legit cum l. maritum,col.ij.ver.ſi autem concedatur.& ibi etiam Alex.col.iij.verſi.quid autem ſi priuilegium, ff. ſol.mat.Card.Alex.in c.j.§.hoc quoque,col.vlt.tit.de ſucceſ.feud.& Phi.Dec.conſi.cccccxxvij.in ciuitate,col.ij.nu.6.& conſi.cccccclxx.caſus de quo,nu.11.& Ant.Rube.conſi. xvj.in cauſa Ioãnis, col,iiij.ver.non obſtat modò.Quamuis Alex.ipſe videatur tenere cõtrarium,conſi.clx. viſo themate,col.j.lib.2.& expreſsius Barb.qui multa in id citat conſi.lvij. præclarè.col.viij. verſi.& vltra prædicta,De quo vide Albe.in d.l.j.§.vlt.ff.de iure immu.& in l.vlt.col.pen.ver.ad contraria,ff.de conſt.prin.& in l.cognoſcere,§.liberorum,ff.de verb.ſign.& pleniſsimè Io.Cro.in repe.l. filiusfamilias,§.diui,col.iiij.in iij.no.per totum.ff.de leg.j.

*Intellectus l.j. §.ult.ff.de iure immu.*

243 ¶Ex quo facilè intelligere eſt,quòd id quod dicitur in d.l.j.§. vlti.ff. de iure immu.& ſimiliter in c.vbicunque,de pœnis,lib.6.quod & ipſum fœminas à poſterorum appellatione excludit , obtineat tantùm in ſuis caſibus,& propter ſubiectum argumentum, id quod apertè intelligit gl.in d. l.ſi ita ſcriptum ſit filiabus,in prin.& in d.c.vbicũque,& ibi etiã Pet.Anch.in quarto no.& Lucas Pen.in l.vlt.col.pen.C.de colla.prædi.ciuil.lib.11.Ant.d.conſi.ix.Imo.in d.l.ſi ita ſcriptũ.& d. conſ. lxij.Raph.Fulg.d.conſi.cxxxij.Pau.Caſt.in l.quia tale,& ibi quoque Alex.vbi ſuprà,ff.ſol. mat.& idem Pau.Caſt.d.conſi.cccxvj.ſuprà alleg.Card.Alex.in arbore conſanguinitatis,col.xij.ver.nota ex ſuperioribus. Alex.d.cõſi.clx.viſo themate,lib.2.Iaſon qui ad hoc dicit ſing.gl.in d.l.ſi ita ſcriptum,in l.j.col.vlt.ff.de conſt.prin.Phil.Fran.in d.c.ſi pater,vbi ſuprà,& ver.ſeq.Fran. Cur.Seni. conſi.lxxiiij.ſuper memorata,col.iij.ver.ſecundò obſtare videtur,Phil.Dec.in d.l.ij.nu.65.& ſeq. ff.de regu.iur.& d.conſi.ccxxiij.col.vlt.& conſi.xxxij.cuius ſuperſcriptio incipit, an fœmina,col. vlt.Catel.memor.immunitates,in j.& iij.limitat.vbi & illam glo.dicit ſingu.Steph.Bertr.d.conſi. ccxlix.lib.2.Fran.Rip.lib.2.reſpon.c.xxvj.Allobrogum,nu.19.Si igitur ea ſunt ſpecialia in ſuis caſibus,ſequitur in cæteris caſibus illud nõ procedere,l.quod verò,& l.ius ſingulare,ff.de legib.Sed & quantùm ad d.c.vbicunque,id quod diximus,etiam ex eo conſtat,quòd nõ tantùm de poſteris loquitur,ſed etiam de filiis,à quorum etiam appellatione filias excludit. Et tamen certum eſt, filiorum appellatione filias regulariter contineri,l.ſi quis ita,in prin.ff.de teſta.tutel.

*Deciſio quæſtionis principalis.*

*Linea de fœminis etiã dicitur.*

244 ¶Igitur,vt concludamus,cùm fœminæ & deſcendentes ex eis,ſint de familia,genere,conſanguinitate,linea,& parentela,ex quibus duobus vltimis vocãtur *les parens & lignagiers,* de quibus loquitur noſtra conſuetudo,vt diximus in prin.huius gl.atque etiam in gl.præcedente: linea enim non tantùm de maribus,ſed & de fœminis & deſcendentibus ex eis dicitur,vt probant iura ſuprà in prin.huius gl.allegata , & d.c.j.de ſciſmat.vj.Parentelaque etiam ad vtrunque ſexum refertur, vt diximus,& probauimus,in d.gloſ.præcedente:proindéque in fœminis ſit eadem ratio, quæ in maribus,quantùm ad noſtram conſuetudinem pertinet: præſertim cùm ſecundùm iura nouiſsima,atque etiam noſtram & generalem Franciæ conſuetudinem fœminæ,vt mares ſuccedant:nihil eſt , quod eas impediat , & deſcendentes ex eis,retrahere vi noſtræ conſuetudinis. Quòd ſi fortè non ſuccederent,id omnino ſequendum eſt quod diximus ſuprà in gl.præcedenti,quæ eſt in verbo, *le parent,* nu.13.ex his autem.

*Qui de materia conceptionis maſculini & fœminini ſcripſerunt.*

245 ¶Et cum his finem facimus huic quæſtioni,ex qua latiſsimè intelligere poteris, an & quando & quomodo,maſculinum concipit fœmininum: quanquã duo noſtræ tempeſtatis legum principes Iaſ.& Phil.Dec.copioſiſsimè omniũ de hac re reſcripſerunt,ille in d.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. om.iud.hic in d.l.ij.ff.de reg.iur.ſed quibus tamen multa ex iis,quæ diximus, addere poteris.Verùm quia non omnia à nobis tacta ſunt,ſed ea tantùm quæ viſa ſunt ad noſtram quæſtionẽ pertinere: ideò vide eoſdem,& alios,quos ſuprà citauimus,præſertim verò Signo.d.conſi.172. teſtator,ferè per totum.& præterea Zenze.in extrauag.Ioã.xxij.incip. execrabilis, verſi.nos itaque,in verbo,filiis,in prin.Alber.in d.l.ſi quis id quod,col.1.nu.3.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.ſi pater,ff. de teſta.tutel.Bald.in §.vlt.Inſtit.qui da.tut.teſta.poſſ.& in l.in multis,ff.de ſtatu homi.& conſi. 186. quia allegationes,col.j.lib.1.& conſi.108.domina Ioanna,col.3.verſi.v.ſit videndum,lib.3. & cõſi. 227.præmiſsis verbis,col.ij.lib.5.Signo.conſi.133.in nomine,in j.dubio.Ang. conſi.67.ex themate,col.j.Saly.in d.l.quicunque,col.j.C.de ſer.fugit.& in l.ſi ſerui,col.pen.verſi.ſecundò infero. C. de noxa.& inter conſi.Bal.conſi.334.in v.q.col.ij.verſic.iij.circa hoc,lib.3.quod & reponitur inter conſ.Petr.Ancha.conſi.95.& eundem Petr. Anchar.conſi.120. pro clariori,ante fi.& Rapha. Co. conſi.117.A.in teſtamento,in j.dubio. Paul.Caſtr.conſi.427. inhærendo,lib.1.& conſi.340.quia ſuprà,col.ij.verſic.ad id autem,lib.2.& conſi.355. ad primum quæſitum,in ij.dubio,eo.lib.2.Alex. conſi.80.viſo & opportunè,col.j.& ij.lib.1.& conſi.135.circa primum, col.iiij.verſic.quia quando, & multis ſeq.eod.lib.1.& conſi.24.animaduerſis,col.ij.verſi.nec ſtatutum,& iterum,col.iiij.verſi. nec obſtat,quod ſtatutum,lib.2.& conſi.115. circa dubitationem,col.vlt.verſic.tertio,eod.lib.2.& conſi.134.animaduerſis diligenter,col.ij.verſic.ſecundò pro hoc,libr.6.& conſi.17. circunſpectis, col.iij.verſi.iiij.& multis ſeq.lib.7.& Fran.Aret.conſi.39.in facto dicitur,penè per totum. & Cæpol.conſi.26,magnificè,col,iiij.verſi.præterea etiam,quod conſi.inſertum eſt inter conſi. Alexan. conſi.



conſi.136.circa primum,lib.1.Barba.in c.ſi quis,col.j.de reb.eccl.non ali.& conſi.l.clementiſsimũ, col.vj.verſi.facit,quod voluit,lib.4.Corn.conſi.lxxxiij.videtur in hac,lib.1.& conſi.xiij.ad huius; col.ij.verſi.tamen videtur,lib.2.& conſi.xiiij.in præſenti,col.ij.verſi.& ſucceſsiuè,eo.lib.2.& cõſi. ccij.pluries,lib.2.& conſi.ccxxj.viſis certis,eo.lib.3.& conſi.vij.reperio,col.vlt.lib.4.& conſ.clj.videtur in hac,col.j,eo.lib.4.& conſi.clxix.multum diffusè,eo.lib.4.& d.conſi.ccxxxiij.per totum, eo.lib.4.& d.conſi.cclxxj.lib.4.conſi.cclxxv.in præſenti,eo.lib.4.Card.Alex.in c.j.§.& quia,col.ij. verſi.no.ex iſto tex.tit. qui feud.dar.poſſ. Soci.conſi.lv.viſis conſiliis,lib.3.& conſi.clxiij.viſis teſtamento,col.ix.verſi.ſecũda ratio eſt,eo.lib.3.& conſi.c.in dubitationibus,col.ij.lib.4.& in tract. fal.ſi eius eſt,regula cclv.maſculinum.& Iaſ.conſi.lxix.quòd ſecũda,in prin.lib.3.D. Guymierum in prag.ſanx.tit.de elect.§.j. verſi.& cùm humanæ,in verbo,Abbatis. & Hipp.Marſi.ſing.xx.maſculinum,& iterum ſingu.xxxix.capias vnum.& ſing.cccxvij. filiorum.Phil.Dec.conſi.xv.cuius ſuperſcriptio incipit , an appellatione filiorum , & conſil. cccxxxix.conſului,in j.dubio.& conſi. ccccxcv.viſo eleganti,tum in prin.tum col.ij.nu.9.tum denique,col.ſeq.nu.14.& 15.& conſi. 568. domina,ferè per totum.& conſi.574.in cauſa in qua agitur,col.ij.verſi.circa teſtamentum.& Frã. Cur.Iunio.conſi.lx.viſo igitur puncto,& Gomes in Comment.regu.Cancellariæ,regula de infirmis reſignantibus infra xx.dies,q.vj.

*Text.de eadẽ re, præter citatos ſuperius.*

246 ¶Et ſunt quoque alij tex.præter eos,quos ſuprà citauimus,de hac re loquentes,quos prætermittere noluimus,videlicet in l.hæc autem,ff.de adopt.& l.ait Prætor,quæ eſt iij.§.j.& §.alterius,ff.de neg.geſt.vbi ita ſcribitur,Hæc verba,ſi quis,ſic ſunt accipienda,ſiue quænam.Hæc verba nuncupatim volui hîc ponere , propter ea,quæ ſuprà diximus de dictione,quis.Et in l.ij.§.quod ait,ff. qui ſatiſd.cog.& in l.j.§.j.ff.de conſti.pecu.& in l.j.§.de eo,ff.de pecu.& in l.ait diuus,in prin.ff.de iur.fiſc.& in l.ſed & ſi,§.hoc ſenatuſconſultũ,ff.ad S.C.Mace.& in l.iij.§.j.ff.de lib.homi.exhi.vbi ita ſcribitur,Hæc verba,quem liberum,ad omnem hominem liberum pertinẽt,ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina.Ex legibus autem Lombardorum maſculinum non concipit fœmininum,vt ſcribitur in tit.de eo quod pater habet neceſſe filiis relinquere,l.à noſtris,& retulit Alb.cùm aliàs, tum in l.liberorum,ff.de verb.ſigni.

*Lombardorũ lex de hac re.*

*An cõſanguinei eius , qui ratificat uenditionem non ſuo nomine factam , admittantur ad retractum.*

247 ¶S ED in hac tractatione conſanguineorum illud quæri poteſt : Titius vendidit fundum Mæuij, non tamen ipſius Mæuij nomine,ſed ſuo ipſius vendentis proprio.Poſteà autem Mæuius ipſius fundi dominus eam venditionem ratificat:an conſanguinei ipſius Mæuij admittantur. Dubium enim facit,quòd Mæuius ratificare non potuit , quod ipſius nomine geſtum non eſt.l.ſi pupilli, §.ſed ſi ego.& ibi gl.Bar.Albe.& alij.ff.de neg.geſt.& l.ſi ſeruus,ff.de prec.& c.cùm quis , de ſen. excom.lib.6.& c.ratum,& ibi Dyn.de reg.iur.eo.lib.6.Si ergo ratificare non potuit,& ſic inutilis fuit ea ratificatio:conſequens fit,vt ex ea conſanguinei admitti non debeant:per ea,quæ latè diximus ſuprà eo.§.in gl.ij.quæ eſt in verbo, *a vendu,* nu.5.ſed hîc ſcire velim,& multis ſeq.

*Ratificare nõ poſſumus , quod noſtro nomine factũ non eſt. Sed quomodo id intelligitur.*

248 ¶Sed id quod diximus,ratificare nos nõ poſſe,niſi quod noſtro nomine geſtũ eſt,procedit quantùm ad alterius præiudicium. At quantùm ad ipſius ratificantis præiudicium attinet, valet ratificatio.l.mater,& ibi glo.& Bald.C.de rei vend.& l.j. iuncta gl.in verbo,nam & ſi cognitis.C.ſi in com.eademq; cauſ.& l.ſi fundus.§.j.& ibi Bar.ff.de pig.& l.aliena.§.j.ff.de pig.act.& l. cùm incertus,& ibi Alber.ff.de leg.j.gl.& Doct.in d.c.ratum.Cy.in l.venditioni,in prin.C.pro empto. Bar. in l.j.§.ſed & ſi cùm quis.per eum.text.ff.de vi & vi ar.& in l.Pomponius,in prin.col.vlt.ver.aut quæris vtrùm.ff.de neg.geſt.Alb.in l.vlt.col.ij.verſi.item hæc regina.ff.ad S.C. Velleia.Guid.Pap. conſi.liiij.cùm in facti narratione,col.vlt.ver.non obſtat,cùm ex aduerſo,& plenè Phil. Dec.in c. ſemper qui nõ prohibet,col.iij.ver.prædicta regula.ff.de reg.iur.& Caro.Rui.cõſi.66.circa caſum, in fi.lib.1.Igitur cùm ratificando eã venditionem ſibi præiudicet,tãquam ſi ipſe vendidiſſet , aut ei ab initio conſenſiſſet,non video,cur conſanguinei illius non admittantur.Et faciũt quæ diximus ſuprà,in eadẽ gl.nu.105.ſed vt ad cætera,& ſeq.vbi tractauimus,an cõſanguinei eius,qui conſentit venditioni rei ſuæ,admittantur ad retractum.Et ea quoque quæ dicemus in gl.ſeq.in xij.q.

*An conſanguinei eius , qui permittit rem ſuam uſucapi, admittãtur ad retractum.*

*Qui patitur uſucapere,cõſentire et alienare uidetur, uide ccliiij.*

*Vſucapio pacto æquiparatur.*

249 ¶A T maius dubium eſt,Si Mæuius ipſe dominus non ratificat, ſed permittit emptorem poſsidere,& fortè tandem vſucapere,rem ipſam ſuã ab alio venditam:an conſanguinei ipſius retrahere aut aliter conqueri poſsint,ne ſic ea res exeat ex eorũ familia.Nam qui vſucapere patitur,is veluti paciſci & alienare videtur.l.alienationis.ff.de verb.ſign.per quam Dy.ibi,& Bar.in l.filiusfam. §.diui,col.vlt.ff.de leg.j.dicunt,quòd qui patitur rẽ vſucapi,videtur conſentire.Et ſequitur Crot. in poſteriore loco in rep.col.xlj.ver.vltima ſit cõcluſio.& idem videtur voluiſſe gl in l. ſi mulier. §.j.in verbo,ratum.ff.quod met.cauſ.& in l.ij.in fi.gl.magnæ.C.quæ ſit long.conſue.& Old.cõſi. clxxij.quia omnes,col.ij.Si præterea præſcriptio.& Albe.in l.imperium,nu.37.ff.de iuriſd.om. iud. nam & vſucapio habet vim contractus,& pacto æquiparatur,Bal.in l.j.col.j.in iij.not.& alibi ſæpe in ea.l.& ibi quoque Sal.etiam in iij.no.C.de ſerui.& aqua.& ipſe Bal.in l.liberti, col.pen.ver. quæritur de eo.C.de ope.lib.& conſi.cxij.de generali,col.vlt.lib.2.& Sal.in l.j.§.ad hæc,col.j. C. de anna.except.& Alex.conſi. lix.attentis verbis, col.iiij.verſi.fortius voluit,lib.3.Soc.conſi.86.in cauſſa communitatis,col.vlt.lib.1.quod repetitur conſ.166.lib.2.& Matth.Afflict.deci.Neapo.xiij. vertitur in dubiũ,nu.5.Ex quibus & illud fit,quod poſt Pileũ tradit Io.And.in addit.Spec.in rub. de feud.verſic.xxviij.Pil.fuit, quòd ſi tertius quiſpiam vſuceperit feudũ aduerſus vaſallum,& ab hoc tertio dominus feudum reuocauerit,& euicerit , non poterit vaſallus à domino recuperare;

quia vaſallus ipſe quantum in ſe fuit patiendo feudum vſucapi,idipſum alienaſſe cenſetur,per d. l.alienationis.& ſequitur Bald.in c.j.§.vlti.col.iij.verſic.quæro,pone quidam tertius,& ibi Cardin. Alex.in §.præthereà ſi inter,col.vlt.tit.de prohib.feu.alie.per Fede.& Pan.in c.ad audientiam, col. pen.extrà de præſcrip.

*Quæ acquiri non poſſunt, an uſucapi poſſunt.*

250 ¶Sed & hinc quoque fit,vt quæ acquiri non poſſunt,nec vſucapi quoque poſsint.Io.Molen.Io. And.& Domi.in c ij.de præben.lib.6.Panor.in c.ad aures,& in c.cauſſam, per illũ tex.de præſcri. Soci.vbi ſuprà.Et quæ alienari prohibentur, etiam vſucapi prohibita cenſentur.l.ſi fundum.ff.de fun.dota.& l.ij.& ibi gl.Bar.qui eam legit primam,Bal.& Ang.C.de vſuc.pro emp.& l. quemadmodum,& ibi Io.Plat.col.vlt.C.de agr.& cenſi.lib.11.Azo in ſumma.C.de vſu ca.pro empto.ver. impeditur enim quandoque.Bar.in l.ij.§.ſi à pupillo,poſt prin.ff.eo.tit.& in l.vbi lex.ff.de vſuca. Bal.in l.acceptam,in xxij.q.C.de vſur.Marti.Laud.in c.j.col.j.& ibi Card.Alex.col.ij. tit.de inue. de re ali.fac.vbi loquuntur de feudo alienari prohibito. Fabia.in tract.de emp.& vendit.in iiij.q. prin.col.xviij.ver.circa octauum.Stepha.Bertr.conſi.cxviij.alienatio,in fi.lib.1.cum ſimil.adductis ab Alex.conſi.j.ponderatis,col.vlt.verſi.præthereà ſtatutum,lib.4.& Recentioribus , in d.§.diui,& Corne.conſi.ccxciiij.videtur prima facie,col.pen.verſi.tamen his non obſtãtibus,l.iij. quibus adde Iaſ.conſi.cxvj.videretur,in fi.lib.2.& Io.Lup.in repe.rub.de donat.inter vir.& vxo.§.xvij.col. 5.verſi.ex quo etiam,& Zaſium conſi.xv.in cauſſa,nu.25.lib.2.

*Qui alienare prohibetur, an poßit pati ut res uſucapiatur.*

*Vſucapio an currat contra probibitũ alienare.*

251 ¶Nec qui alienare prohibetur,poteſt pati rem vſucapi in præiudicium alterius. Pau.Caſtr.conſi. xliiij.circa præſentem caſum,in fi.iunctis præcedentibus,libr.2.& clarius Iacob.Aluar.in c.j.§.hoc quoque,col.vlt.tit.de ſucceſ.feu.Phil.Dec.conſi.ccccxlv.in caſu, col.v.nu.28. Nec ſimiliter currit vſucapio contra prohibitum alienare,gl.in l.j.ibi,ſed dic quò ad opinionem, & ibi quoque Doct. C.ſi aduer.vſuca.& in l.non eſt incognitũ.C.quib.non obiici.long.temp.præſcri.& in d.l.vbi lex. in verbo,nihil prodeſt,in fin.& ibi Bar.& alij.ff. de vſuc.Et faciunt ſcripta à Bal.in Auth.hoc ius porrectum,col.ij.ver.adde quod eſt quoddam.C.de ſacr.eccl.& in l.vlt.in xvj.oppoſi.C.de edict. di.Adr.tol.& Firmia.in tract.gabella.in iij.parte viij.partis prin.in ix.q.in prin.vbi dicit,quòd ſtatutum loquens de alienatione,habet locum in vſucapione.

*An & quomodo uera ſint, quæ dicta ſunt.*

252 ¶Sed hæc non ſunt perpetua.ſunt enim qui contrariũ tenent,vel diſtinguunt,vel limitãt, multis ſubnixi iuribus & rationibus,vt videre licet per ipſum Bar.poſt Guil.Cu.in d.§.diui, & ibi quoq; Raph.Co.Alex.& Recentiores in xij.q.Bar.& præthereà Iac.Ra.Pet.à Bel.Perti.Iac.But.Cyn.Bar. & Sal.in l.vlt.C.in quib.cau.in integ.reſt.nõ eſt neceſ.Bald.in l.j.col.antep.verſi.tertiò op.ſic,cum multis ſeq.C.de ſer.fug.& in l.ij.ad fi.C.de vſuc.pro emp.Pan.latè in c.cùm nõ liceat.col.iij.verſi. & circa iſtam partẽ,cum multis ſeq.& ibi Barb.col.iiij.verſi.& circa iſtam primã partem,extrà de præſcr.Alex.d.conſi.lix.vbi ſuprà,lib.3.Corn.conſi.xxxviij.in hac conſultatione,col.viij.verſ.nec obſt.ꝙ res prohbiita,lib.1.Fran.Are.in l.multũ,col.ij.ff.de ver.obl.Soc.cõſi. lxxv.circa præſentem, col.ij.verſi.hoc probo,lib.1.& conſi.cclj.quoniam in præſenti,col.pen.lib.2.& conſi.266.in cauſſa quæ vertitur,col.xvij.ver.amplius dico,cum multis ſeq.eo.lib.2.& conſi.xliij.viſis,col.vlt.lib.3.

*An cõſentiat, qui patitur uſucapere.*

253 ¶Nec id quidem,quod ſuprà de conſenſu diximus ex Dyn.& Bar.in d.§.diui, tranſiit omnino in rem iudicatam,cùm gl.teneat contrarium in l.j.§.ſi quis actionem,in gl.vlt.ff.de dol.ma.& ibi Bal. qui dicit pro ea facere arg.l.diuus.§.nec intra,ff.de reſt.in integ.& idem Bal.qui eam glo.dicit no. in c.j.§.ſi quis per xxx.col.ij.ver.& ſcias quòd præſcriptio,tit.ſi de feud.fue.contro.& in Auth.ad hæc,col.iij.ver.reuertor igitur.C.de vſur.& in c.ad audientiam,col.ij.verſic.item nota ſolam, extrà de præſcri.& in l.traditionibus,col.ij.verſ.venio ad ſecundũ.C.de pact.& in proœmio feudorum,col.vj.ver.porrò directum.& Alex.conſi.xcij.perſpectis diligẽter, col.vj.verſi.venio ad ſextum,lib.6.vbi videbis quid ſentiat de illa Ioã.And.deci.de vaſallo qui paſſus eſt feudum vſucapi. Et in id multũ facit tex.quem nullus eorum citat,in l.ſi extraneus,& ibi Bar.ff.de dona.inter vir. & vxo.Et hoc quoque probatur ex eo,quòd ignorans non conſentit.l.ſi per errorem.ff.de iuriſd. om.iud.& tamẽ contra eum vſucapitur.l.vlt.& ibi Bal.& Ang.C.de præſcr.long.temp.& latè dicemus infrà eod.titu.§.xxxv.eodemq́ue pe.in verbo,ignorans.Præthereà vſucapione non tollitur naturalis obligatio,vt conſenſu Cy.Bar.& Bal.in l.cùm quis.C.de iur.& fact.igno.Bar.in l.ſi quis iniquum.§.vlt.ff.quod quiſque iur.& Bal.in d.Auth.ad hæc,vbi ſuprà,C.de vſur.

*Vſucapione nõ tollitur naturalis obligatio.*

*Deciſio principa.quæſt.*

254 ¶Et ego ſanè in noſtro caſu arbitror,quòd interim,dum nondũ completa eſt vſucapio,non poſſit conſanguineus domini rei eam retrahere:nam is nec vendidit,nec venditioni per vſucapionẽ, quæ nulla dum facta eſt,cõſenſiſſe viſus eſt.At poſt vſucapionem completã,& ita re iam alienata,& ſic poſita extra familiam domini,ex interpretatiuo eius conſenſu (ita enim appellat Bald.in d.§.ſi quis actionem) aut ſi mauis,ficto(vt dicit Bar.in l.vlt.col.pe.ver.item opp.quòd ſecundum. C.in quib.cau.in integ.reſt.) atque etiam ex ipſius domini alienatione,vt dicit d.l.alienationis,de verb.ſig.fortè ſuſtineri poſſet,conſanguineũ intra annum ipſius vſucapionis cõpletæ eſſe admittendũ.Quod & hinc vltra prædicta probatur,quòd ipſe dominus rei poſt vſucapionẽ ipſius poteſt repetere pretiũ venditionis factæ ab illo non domino , tanquã ſcilicet ipſemet vendiderit.l. mater.C.de rei vend.& l.j.C.de reb.ali.non alie.& ibi cõcor.in gl.& voluit etiã gl.in l.j.in gl.vlt.& ibi Bar.ff.de diſtra.pig.qui & idẽ dicunt de creditore.Bar.& Alb.in l.vlt.ff.de neg.geſt. & idẽ Alb. in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego,col.vlt.in prin.eo.tit.& Raph.Fulg.qui id negat eſſe dubium,conſi.137. quia ex facto.Corn.qui & id dicit eſſe clarum,conſi.cxcix.in hac conſultatione,in fi.lib.3.

*Dominus repetit pretium rei ſuæ ab alio uẽditæ & uſucaptæ.*

Et ſi



*Fraudibus obuiandum.*

255 ¶Et ſi aliter diceremus,facilè fieret fraus retractui per colluſionem domini,emptoris,& venditoris.Cui obuiandum occurrendumq́ue eſt.l.cùm hi.§. ſi cùm lis.ff.de tranſ.& l.vlti.§.j.ff. de ſuſpe. tuto.& l.qui ſub prætextu.C. de ſacroſ.eccle.& l.j.in prin.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.& c.quanto, de diuor.cum ſi.Quamuis Do.Igneus in repe.l.dudum,col.vlt.ver.quid autem in præſcriptione, C. de contrah.emp.videatur ſimpliciter tenere non eſſe retractui locum in vſucapionibus,licet ſub obſcurius loquatur,vt ſæpe aliàs.Pro quo facit ſaltem, vt conſanguinei domini non admittãtur, quia qui rem alienam à non domino ſibi traditam vſucapit,eam habere videtur à tradente,non à domino.l.indebiti.§.ſed & ſi poſſet.ff.de condit.indeb.& l.ſi alienam,in princ.& ibi Alber.ff.de dona.cau.mor.An autem in hoc caſu,quo aliena res venditur,poſsit cõſanguineus vendentis retrahere,diximus ſuprà eo.§.in verbo,*a vendu*,nu.17.quid item ſi aliquis,& ſeq. Vtrùm autem, & quomodo cenſeatur in vſucapione interuenire voluntas eius,contra quem vſucapitur, vide vltra ſuprà dictos per Fran.Bal.in tract.præſcri.in j.parte,in v.q.prin.col.j.

*Qui uſucapit,rem habet à tradente,nõ à domino.*

*Duobus conſanguineis uẽdentibus,an alter alterius partem poßit retrahere.*

256 ¶ILLVD quoque in dubium vocatur,Duo fratres,aut aliter conſanguinei, vendunt rem quampiam fortè communem: vtrùm vnus eorum poterit retrahere partem alterius, tanquam conſanguineus ipſius:nam ſuam haud dubiè non poteſt,vt ſuprà latè diximus in hac ead.gl.num.30.ſed & illud,& multis ſeq.Sed nec alteram quoque poſſe retrahere crediderim:nam tametſi ex multis venditoribus ſuam quiſque partem tantùm vendere cenſetur,l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.obli.& l.reos,§.cùm in tabulis.ff.de duob.reis,cum ſi.tamen vnus cenſetur cæteris conſentire.l. cùm pater.§.libertis,& ibi Dy.& Bar.ff.de leg.ij.& l.Titius.in prin.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.& Bal.in l.vlti.C.ad S.C.Maced.Phil.Corne.conſi.lj.licet in hac,col.ij.verſic.& licet,lib.2.cum aliis multis ſi.& concor.à me traditis in noſtris legibus connubialibus,in verbo, *expres*, verſi.ſecundũ autem probatur.Et facit etiam l.quoties,C.de fideicom.Ex qua Bal.& Corn.ibi no.paria eſſe,plures ſimul vendere,vel inuicem conſentire.Si igitur conſenſit,non poteſt retrahere , vt latè etiam diximus ſuprà in ead.gl.nu.131.quartus autem caſus,& multis ſeq.

*Duobus uẽdentibus,alter alteri conſentire uidetur.*

257 ¶Et id quoque adiuuat hæc ratio:quia cùm ambo vno pretio vendiderunt rem cõmunem, cenſetur vna eademq́ue emptio & venditio:nec veriſimiliter emptor niſi eam totam erat empturus. l.ſi quis aliam.ff.de ſol.cum multis ſi.à me collectis infrà eo.tit.§.xxiij.in gl.j.Ex quo fit, vt alter vendendo partem ſuam, videatur conſenſiſſe,vt totum etiam venderetur: nam vnum volentes, cenſemur id omne velle,ſine quo ad id, quod emptor vult,peruenire non poteſt.l. ad rem mobilem,& l.ad legatum,ff.de procu.& l.ij.ff.de iuriſdi om.iud. Et propter id quidem cenſetur emptor emiſſe: ideoq́ue cenſetur ineſſe, argu.l.iuriſgentium,§.quinimo.ff.de pact.& l. lecta.ff.ſi cer. pet.cum ſi.etiam à me collectis infrà titu.proximè ſequenti,§.j.in verbo, in limine contractus,in prin.& cenſetur eſſe pars contractus, arg.l.fundi partem.ff.de contrah.empt.cum aliis multis ſi.à me quoque aceruatis eodem ſeq.tit.in rub.nu.19.& id quidem.& ſeq. Et facit etiã,quod dicemus infrà in fi.huius tit.in xij.q.Et idem quoque hac in quæſtione tenuit Caro. Molen.conſue. Pariſ. tit.j.§.xiij.gl.j.nu.13.aliis tamen rationibus,vt ibi videre poteris.

*Quæſt. an alius pro cõſanguineo poßit oblationẽ retractus facere.*

*Alius offerẽs & deponens, parit alteri liberationem.*

258 ¶NEC illud item omittendum,Vtrum alius pro conſanguineo ſine mandato poſsit huiuſmodi oblationem retractus facere. Quod poſſet videri,exemplo eius,quod dicimus,oblationem pretij redẽptionis poſſe fieri non tantùm à redẽpto, ſed à quocunque alio,vt redemptor cogatur reſtituere redemptũ priſtinæ libertati.l.cùm & poſtliminij,ibi,oblatum pretiũ à te,vel alio,C.de capti. & poſtli.reuer.quã Bar.Bal.& Sal.ibi in id trahũt,vt ſicut alius pro alio poteſt ſoluere.l.ſoluendo. ff.de neg.geſt.& ibi concord.& eo quidem ignorante l.ſoluere.ff.de ſol.& ibi quoque cõcord.ita & offerre & conſignare,vt debitori contingat liberatio:quod & optimè probatur in l.qui decem. §.j.verſi.ſed quid ſi ignoranti,& ibi quoque gl.& Bar.ff.de ſol.& facit tex. (modò non oſcitanter legatur) in l.j.& ibi Bald.col.ij.ff.de nego.geſt.& in l.ex morte,verſic.ſimiliq́ue modo.C.de pact. conuen.& voluit etiam gl.in l.ſolutionem,& ibi quoque Bar.col.j.ff.de ſol.& gl.Cy.Iac.But. Alb. Bal.Ang.in d.l.obſignatione.C.eod.tit.Alb.qui hanc dicit eſſe communem opinionem,in l.acceptam,col.iij.verſi.ſed nunquid extraneus.C. de vſur.Ang.& Pau.Caſt.qui id dicit perpetuò mẽtiendum,in l.tale pactum.§.poſt diuiſionem,per eum tex.& ibi quoque Iaſo.ff.de pact.Ang.in §.illud.poſt prin.per illũ tex.in authen.vt exac.inſtan.dot.Corn.conſi.lxxxv.videtur,col.ij.verſi. & vbi debitum,lib.4.& Iaſ.conſi.lxxiiij.puto quòd præſens,in fi.lib.1.

*Emphyteuta non cadit emphyteuſi,alio ſoluente canonem.*

259 ¶Et facit,quod à multis traditur,ſolutionem canonis à quocunque factam, etiam ignorante emphyteuta,impedire,ne is emphyteuſi cadat, vt per Andr.Piſa.Guli.Cu.& Bal.in l.ſolennibus.C. de rei vend.& ipſum Bal.in l.arboribus.§.quid tamen.ff.de vſufru.Petr.Anch.conſi.xliiij. primò de viribus,col.vlti.verſi.ex quibus: Ro.conſi.ciij.viſo propoſitæ quæſtionis,in prin.& Alex.conſi. lxxj.videretur, paulo ante fin.lib.1.Lancel.Deci.in l.apud Iulianum,§.hæres,col.ij.ff.de leg.j.cum aliis multis concor.adductis à Iaſ.in l.ij.col.xx.verſic.vigeſimoquintò, C.de iure emphy.Et videtur probari in l.lex vectigali.ff.de pig.

*Non refert, quid à quo fiat,ad conſeruationem iuris realis.*

260 ¶Nam & generale eſt,vt cùm tractatur de conſeruatione iuris realis non refert,à quo quid fiat.d. §.quid tamen.& l.qui fundum,& ibi Bar.& l.nam ſatis,in prin.ff.quemad.ſer.amit,& l.j.§. quæſitum, ff.de aqua quotid.& æſti.& l.forma.§. ſi cùm ego.ff.de cenſib. & voluit Barto.in l.ſequitur. §.ſi viam,ad fi.ff.de vſucap.Bal.conſi.cccvij.verba, in prin.lib.2.Ant.in rep.c.vlt.poſt med.verſic. tertiò dicebam,extrà de cau.poſ.& propri.Pau. Caſtr.in l.cùm ſeruus,& ibi Iaſo.ad fi.ff.de verbo. oblig.

obli.Rom.d.conſi.ccciij.& iterum conſi.ccccxcj.in caſu propoſitæ, poſt med.& Iaſo.qui & illud dicit de emphyteuſi, conſi.xlix.in præſenti conſultatione, col.j.libr.1. Et ſimiliter generale eſt,vt ad pœnam euitãdam nihil referat,quid à quo fiat,vt per Dy.Bar.Ang.& Imo.in d.l. cùm ſeruus. ff.de verb.obli.Bal.in l.vlt.col.ij.C. de neg.geſt.& d.conſi.cccvij.Io.Fab.in l.vlti.per illum tex.C.ſi mancip.ita fuc.ali.vt manu.vbi & illud quoque dicit de conſeruando iure.Sed tu ſuper eo,quod de pœna euitanda diximus,vide Recentiores in d.l.cùm ſeruus,& Fely.in c.contingit.col.j. & ij. opp.de ſen.excom.& Phil.Deci.in l.inuito.ff.de reg.iur.

*Et ad pœnam euitandam.*

261 ❡At hic caſus noſter longè eſt ab illis diuerſus.In illis enim nihil intereſt creditoris,à quo ſolutio fiat,an à debitore, an ab alio nomine ipſius. Ideoq;ue & ab alio poteſt fieri oblatio. Quanquàm non defuerunt qui & huic ſententiæ,nõ aſſentirentur,& inter cæteros Hoſt.in Summa,tit.de obla. §.j.verſi.& neceſſe eſt quòd ipſemet,per tex.in l.ait Prætor,§.illud.ff.quæ in frau.credit. Niſi (inquit)tertius in iudicio offerat:per id,quod in ſimili dicitur,in l.ſi rem alienã.ff.de pig. act.& l.item liberatur.§. qui paratus.ff.qui.mod.pig.vel hyp.ſol.Nam & ſi extra iudicium offerat,& deponat: poteſt,ſi velit,in ſuos vſus conuertere.l.debitor.ff.de vſur.& l.acceptam,in fi.C.eo.tit.Sed (quod iam diximus)communis opi.huic contraria eſt,tanquam nihil(vt inquiunt)interſit creditoris.

262 ❡Emphyteuta autem certat de damno vitando, ne ſcilicet perdat emphyteuſim ob ceſſationem ſolutionis:ideò non mirum,ſi alterius ſolutio impedit,ne id damnum patiatur:& etiam dominus in eo caſu libenter accipit ſolutionẽ penſionis,vt hîc poſſet facere emptor,ſi vellet,ſcilicet admittere alium nomine conſanguinei ad retractum,ſoluendo pretium.Sed cogi nõ debet, nec poteſt, vti nec dominus cogi poſſet inuitus ab alio recipere ſolutionem penſionis emphyteuticæ: cùm eius interſit,non ſolùm ratione ſolutionis ipſius,ſed & recognitionis dominij,vt voluit Bal.in d. l.acceptam,col.vlti.in xxv.q.& ibi quoque Sal.in vlt.q.C.de vſur.& Iaſ.qui id cenſet ſing.in d.l. ij.ead.col.xx.in xxvj.q.C.de iur.emphy.Et in ſeq.quoque quæſt.conſtanter firmat oblationem,& conſignationem hoc caſu non prodeſſe emphyteutæ.& d.conſi.xlix.col.ij.verſi.prædictis,lib.1.& iterum d.conſi.lxxiij.puto,in prin.eo.lib.1.& Steph.Bertr.conſi. cccxx.ſententia,col.ij.in prin.lib. 1.& Hipp.Marſi.qui id no.dicit ſing. ccclxvij.nemo prudens.& Lancelo.Gal.in l.iiij.§.Cato,col. xviij.verſi.ſecundò videtur.ff.de verb.oblig.

*Emphyteuta nõ cogitur ſolutionẽ ab alio recipere.*

263 ❡D.autem l.lex vectigali.ff.de pign.loquitur de creditore,cuius priuatim intereſt penſionẽ ſolui, ne res,quæ illi pignorata eſt,cadat in commiſſum,& ita ſuo pignore priuetur.de quo nos ſpeciatim & latiùs dicemus infrà eo.tit.§.xxxvj.eodemq́ue vlt.gl.ij.nu.19. & facit etiam tex.vbi videre poteris.Porrò autem in hoc caſu noſtro aliter intereſt emptoris, quàm ratione reſtitutionis pretij:nempe ne ab eo res,quam ipſe emit,auferatur.Ideò nec inuitus poteſt,nec debet cogi admittere alium nomine conſanguinei,volentem ipſum pretium reſtituere,& ita rem retrahere.

264 ❡Sed nec ſufficit hunc aliũ habere mandatũ,niſi & illud emptori,cui hãc oblationem facit, exhibeat,per l.ſi quis inficiatus,& ibi Bar.ff.depoſi.& idẽ Bal.in l.grege.§.j.verſic.ſed aduerte,quòd ſi denuntiatio.ff.de pig.& in l.non ſolùm.§.morte, col.viij.ver.quæro an talis proteſtatio.ff.de ope. no.nun.Bal.in l.tutor,in prin.ij.lect.ff.de mino.cũ aliis multis ſi.& concor.adductis infrà eo.tit. §. xxxvj.eodemq́ue vlt.in gl.ij.in ij.q.Et quid ſi de eo doceat poſt annum retractus, an ſatis ſit,videbis infrà in gl.ſeq.in verbo, *dedans l'an*, in xv.q. Et quid, ſi offerat cautionem de rato, videbis ibi in ſeq.quæſt.An autem hoc caſu requiratur mandatum ſpeciale,& vtrùm coniuncta perſona, aut procurator cum libera admittatur,intelligẽs ex iis,quæ latè dicemus in ead.gl.in xvij.q.& ſeq. & iterum in gl.xiij.in verbo, *l'achepteur*, nu.31.an autem ſit,& quatuor ſeq. & rurſum in §.xxxvj. in gl.ij.in verbo, *notifier au greffe*, nu.14.ex quibus potes.

*An ſatis ſit habere mandatũ ſine oſtenſione illius.*

265 ❡V T R V M autẽ conſanguineus pupillus poſsit huiuſmodi oblationẽ retractus facere per ſe,& ſine tutoris autoritate,dicã inferius in verbo, *l'achepteur*, nu.25.ſed & ex iis,& ſequẽti.Vbi etiã videbis de infante,quoniã eo in loco illud veluti in conſequentiã venit prioris quæſtionis,qua diſſerimus vtrũ è contrario hæc oblatio poſsit fieri pupillo,aut infanti,ſine autoritate tutoris.Verùm eius rei lectores hîc admonere volui,quoniã ſpectat ad interpretationem verbi,quod nunc cõmentamur.

266 ❡Q V I D deniq; ſi duo inſolidũ,vel ſimpliciter vendant rẽ,quę alterius tantũ eſt,quod ſæpiſsimè contingit,præſertim in viro & vxore:an vtriuſq; conſanguinei,an verò alterius,& cuius,admittentur ad retractum huius rei,vide infrà eo.tit.§.xxxj.per totũ, maximè verò nu.2.ſed hic locus.

267 ❡N E C tamen in hac tractatione conſanguineorum illud omittendum ducimus. Suprà in ead.gl. nume.139.ſed hanc noſtram,& ſeq.tractauimus,an conſanguineus venditoris,adhibitus,vt teſtis, vel notarius,inſtrumento venditionis,ſibi noceat, vt non poſsit venire ad retractum huius venditionis. Quæro igitur nunc,quid ſi conſanguineus aſsiſtebat venditori,tanquam aduocatus aut conſiliarius ipſius, dum contractus iniretur,vel inſtrumentum conficeretur: an & hic audietur, veniens poſtea ad retractum:quod videtur ex iis,quæ in eo loco diximus de teſte,& notario. Sed etiam in contrarium vocat text.in l.poſt legatum.§. ſunt qui putant.ff. de his quib.vt indign.vbi ei denegatur actio ex teſtamento, qui ipſius teſtamenti accuſatori affuerit,id eſt, eius aduocatus fuerit. Nam vt ſcribit Donatus in Prologum Andriæ, & iterum in Phormionem Terentij non ſemel, adeſſe propriè dicuntur aduocati. Ex quo eſt & illud Plinij Iunioris libr.2. Epiſtolarum: Ego,& Cornelius Tacitus adeſſe prouincialibus iuſsi.Et lib.3.Aderam Bœticis,mecumq́ue L.Albinus. Sed & in hanc ſententiam (vt redeamus) eſt alius text.in l.vltim.in princip.ff.de inoffic. teſta.

*An conſanguineus aſsiſtens venditori, ut aduocatus, admittatur ad retractum.*

*Adeſſe qui dicantur.*



teſta.vbi qui aduocationem præbet petenti legatum ex teſtamẽto, remouetur ab accuſatione teſtamenti: quoniam per huiuſmodi aduocationem approbauiſſe & cognouiſſe teſtamentũ videtur. Ex quo Bal.ibi not.officium aduocati eſſe periculoſum, trahitq́ue in arg.quòd aduocatus in cauſſa inſinuationis teſtamenti,non poſsit poſteà ex ſua perſona teſtamentum reſcindere, & eſt (inquit) mirũ quomodo proceſſus eum afficit.Et ſequitur Ang.Are.in §.ſi tutor,Inſt.e.tit.Accur. autem in d.l.vlt.opponit de l.inter officiũ,ff.de rei vendi.vbi aduocatus aſsiſtens vendicanti rem ipſius aduocati aduerſus alium,dominium ſuũ non amittit.Sed hanc antinomiam ita ſoluit ipſe Accur.vt ſpeciale ſit in d.l.vlt.in querela,quæ odioſa eſt,vel hîc (inquit) ſciens,ibi ignorans,arg. l.mater,eo.tit.de inof.teſt.& certè d.l.inter officium,nuncupatim loquitur in ignorante,vt etiam expendit idem Accur.ibi,& glo.& Hoſt.in c.ex literis,extrà de tranſ.vbi eſt & tex.eum,qui alterius fuit aduocatus,ſibi in re controuerſa præiudicare,quod & ipſi intelligunt in ſciente.

*Aduocati officium periculoſum.*

268 ❡At ipſe Accur.in d.l. inter officium.poſteaquã dicit,quod ſuprà ex eo diximus, eum tex.loqui in ignorante,quærit,quid in ſciente: & dic(inquit)ſecus eſſe,per d.l.vlti.de inof.teſt.Vel dic idem, ſi modò ſcierit ius ſuum durare.l.ſicut,§.non videbitur,ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſolu.Verùm Bar.in d.l.inter.poſt Iac.But.dicit,id quod ſcribitur in d.l.vlti.ideò procedere,quia ſolus conſenſus poteſt approbare teſtamẽtum.In caſu autem d.l.inter officium,non ſufficere ſolũ conſenſum ad amiſsionẽ dominij.l.ſi quis vi,§.differentia,ff.de acqui.poſ.& idem propè voluit Ang.in eadẽ l.inter officium.Ex quo potes intelligere ſecundùm eorũ ſententiã,cardinem huius dubij, an per aduocationem ſibi quis præiudicet,in hoc verti,an res,in qua præſtatur aduocatio huiuſmodi ſit, cui ſolus conſenſus ſufficiat,an non:vt primo caſu obſit aduocatio, tanquã per eam conſenſum præbere cenſeamur:ſecundò non noceat,quòd is conſenſus non ſatis ſit,vt nobis præiudicemus. An autem ſufficiat conſenſus conſanguinei in venditione ad eum repellendum à retractu, ampliſsimè diximus ſuprà eadem gl.nu.131.quartus autem caſus,& multis ſeq.

269 ❡Sed hîc paululum aduerte,Lector,ne decipiaris:nam verũ eſt,ſolo ac nudo animo dominium non amitti,per tex.in d.§.differentia. Sed hic non nudus eſt, cùm interponatur ſuper contractu venditionis eius rei ab alio factæ. & hic conſenſus adeò efficax eſt, vt conſentiens ſua iura perdat.l.cùm quædam,C.de admi.tut.cum aliis multis ſi.à me adductis ſuprà,num.136.deinde videmus,& ſeq.nam hic conſentiens huiuſmodi venditioni,cenſetur & ipſe quantùm ad ſuũ præiudicium ſpectat)vendere:vt etiam latè diximus ſup.nu.106.ego tamen puto. Igitur poſſet videri, hanc rem debere potius decidi per illam diſtinctionẽ,an hic aduocatus ſciebat ſibi ius retrahendi competere,& ſic ſibi noceat in eo iure,conſentiendo venditioni ſi ſolus conſenſus in id,ſufficiat, per d.l.vlt.ff.de inof.teſta.& d.c.ex literis,de tranſ.an verò neſciebat,quia fortè extraneus erat: & minimè ſibi noceat.per d.l.inter officium.

270 ❡Et quod dictum eſt de aduocatione,idem & de procuratione dictum intelligas,quia d.l.vlti.de vtroque loquitur,& ibi etiam Bal.atque in vtroque eadem eſt in omnibus ratio,quantùm ad hãc rem pertinet. Ex quo etiam intelligis, quid ſi conſanguineus, tanquam procurator alterius,rem quampiam vendidit,an & is poterit retrahere.Vide tamen Imol.conſil.lvij. viſo quodam inſtrumento,vbi reſpondit,dominum,qui rem ſuam,tanquam procurator alterius, ſcienter locat alteri,non ſibi præiudicare in eius rei dominio.& vide etiam,quæ dicam in ſeq.quæſt.

*Quid de procuratore, an & is poſsit retrahere.*

271 ❡Quid igitur,ſi tutor,aut curator, vendidit rem pupilli,vel adulti,aut ipſe pupillus,vel adultus, cum autoritate tutoris,vel curatoris,ſui conſanguinei:an & tunc idem tutor,vel curator, poterit retrahere?De quo videtur idẽ iudicandũ ac de aduocato,aut procuratore: præſertim cùm d.c.ex literis,expreſsim loquatur de eo,qui autoritatẽ præſtat negotio:vt ibi id expendũt Doct.Verũtamen aliud eſt in iſtis,qui nõ ſponte ſua,ſed ex neceſsitate officij,id faciunt: ideò id ſuũ officium exequẽtes non ſibi præiudicant.d.l.cùm quædam,C.de admi.tut.& §.ſi tutor,Inſtit.de inof.teſta. vbi.gl.bene huiuſmodi differentiam intellexit,dum opponens de d.l.vlt.ff.eo.tit.ita eos tex.conciliat,quòd in d.l.vlt.aduocatus & procurator ſponte ibi faciebant, cùm illa officia ſint ſpõtanea. §.mandatũ.Inſtit.mandat.at hîc (inquit)ex neceſsitate,quia tutela ex neceſsitate ſuſcipitur.l. necnon,ff.de tuto.& curat.dat.ab his.atque etiã ex neceſsitate geritur.l.j.in prin.ff.de admi. tut.& id quoque ſequuntur Io.Plat.Ang.Are.& Viglius Zuichemus,in d.§.ſi tutor, è quibus hîc poſtremus ſubiungit,quòd ſi quis iuſſu magiſtratus aduocationem præſtiterit,parendi neceſsitas eũ excuſabit.Quod & ante eũ,licet non alleget,nuncupatim voluit Alber.in l.poſt legatum.§.aduocatum.ff.de his qui.vt indig.& idem quoque voluit gl.in d.l.vlt.Aliter autem diſtinguit Io.Fab.in d.§.ſi tutor.Et facit,quod in ſimili tradit gl.in l.procurator qui pro euictione.ff.de procur.

*An tutor, uel curator, qui uendidit, aut autoritatẽ in uẽditione præſtitit, poſsit retrahere.*

*Officiũ ſuum nemini debet eſſe dãnoſum.*

*Iterum de aduocato.*

272 ❡Ex quo etiã potes intelligere,quòd ſi res immobilis cuiuſpiã debitoris fuerit ſubhaſtata, & demũ à iudice decreto ſuo plus offerenti adiudicata, (quo caſu etiã habet locum retractus ſecundũ noſtram conſuetudinẽ,& alias pleraſque huius regni)quãquàm de iure ſit dubiũ, vt dicemus infrà,eo.§.in gl.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.8.ſecũdò intellige,& multis ſeq. certè ipſe iudex,conſanguineus debitoris,nõ ex eo prohibetur vti iure retractus, vt etiã in non admodũ diſſimili caſu voluit Caro.Molen.in conſue.Pariſ.tit.j.§.xviij.nu.3.in fi.Ad quod etiã,præter ea quæ diximus in præced.verſi.faciunt quæ diximus ſuprà,in eadem gl.nu.139.ſed hanc noſtrã & ſeq.

*An iudex, qui interpoſuit decretũ uenditioni, poſsit retrahere.*

273 ❡ Poſtremo quid ſit de fideiuſſore venditoris, fortè adhibito pro euictione rei venditæ, vtrùm ſi conſanguineus ſit venditoris, poterit accedere ad retractum? quod non videtur, quoniam fideiubens

*An fideiuſſor venditionis.*

fideiubens cenſetur conſentire contractui,pro quo fideiubet.l.j.§.ſed & ſi ſerui, & ibi gl.& Doct. ff.quod iuſſu,& l.exceptione,& ibi Bal.& Albe.C.de euictio.iuncta l. vendicantem,ff.eo.tit.& l. Pompo.§.j.ff.in quib.cau.pig.vel hyp.tacit.contra.Et voluit etiam Io.And.in addi.Spec.in titu.de actore,§.j.verſi.quid ſi præſente.& Bal.in addi.eiuſdē in tit.de reo.§.j.col.vlti.verſi.quæro ad perfectionem.& Albe.in l.Caius,col.ij.verſi.item fideiuſſor,C.de pig.acti.& Raph.Fulg. conſi.lxvij. paterfamil.col.iij.verſi.ipſe autē fideiuſſor.Hincque Bal.ſubdubitans tamen,in d.l.exceptione,dicit,quòd ſtante ſtatuto,vt filius non poſsit ſe obligare ſine conſenſu patris,ſi ipſe pater pro filio fideiubeat,ſatisfactum eſt ſtatuto, cùm id faciens conſentire videatur.Idque pro indubitato voluit idem Bal.in ſua marga.in verbo,ſtatutum,verſi.pen.& Alex.in l.is qui hæres.§.vlti.col.j.ff.de acqui.hære.&Soc.conſi.lxxx.præſens conſultatio,col.iij.verſ.capio primùm,lib.iiij.& Hip.Marſi. conſi.ix.adiuua me,col.antepen.verſi.ſed poſito,lib.1.Et facit etiam tex.in d.l.poſt legatū,§. ſunt qui putant,ff.de his qui.vt indig.Et vide etiam,quæ diximus ſuprà,eadem gl.nu.158. aut etiam ſi præter , & ſeq.Sed & vide Carol. Molend.qui dicit non propter id priuari conſanguineum iure retractus,in d.conſue.Pariſ.tit.j.§.xiiij.gl.j.nu.11.& iterum §.xiij.nu.3

*Pater fideiubēs pro filio, cēſetur ei conſentire.*

274 ¶Et cum his ſtatueram finem huic gl.facere:ſed ſe offert caſus ad eam pertinens, de quo & nūc interrogatus ſum. Quiſpiam vt conſanguineus venditoris , emptori oblationem retractus fecit: emptor illum fatetur conſanguineum:tamē aliis rationibus eum non vult admittere,quòd dicat contractum non eſſe venditionis,aut venditionem ſonantis,vel quòd ille non venit intra tempora retractus.Poſteà verò,quia in proceſſu litis compertum eſt contrarium,ſcilicet illum contractum eſſe veræ vēditionis,aut ei æquipollentis,actoremque veniſſe intra annum, emptor negat illum eſſe conſanguineum,confeſsionemque conſanguinitatis à ſe factam ſibi præiudicio futurā, reuocat:cùm non epiſtolis,non nudis aſſeuerationibus, ſiue confeſsionibus conſanguinitas conſtituatur,aut probetur.l.non epiſtolis,& l.non nudis,C.de proba.& l.neque profeſsio,C.de teſta. vti nec contrà tollitur.l.ius agnationis, ff.de pact.& bene facit text.in l.cùm falſa, C. de iuris & fact.igno.& alia multa à nobis collecta infrà,eo.tit.§.xxxij.nu.34.contrarium quoque. Quæ cùm aliàs ſemper procedunt,tum verò maximè in iis,quæ naturæ ſunt,cuiuſmodi conſanguinitas eſt, quippe cùm natura ipſa immutabilis ſit,§.ſed naturalia,Inſti.de iure natu.gen.& ciui.

*Emptor qui confeſſus eſt conſanguinitatem agētis ad retractum, an eandem poſſit poſtea negare , & quomodo.*

275 ¶Ego tamen reſpondi contrarium,videlicet ſtandum eſſe emptoris confeſsioni,niſi doceat de errore illius,per tex.in l.j.§.Iulia.ff.de libe.agno.qui loquitur de agnitione filij,& in c.per tuas,extr. de proba.qui & de eadem re loquitur,dicitque nihil in id facere iuramētum,qui hanc confeſsionem vult reuocare.Et ita,ſcilicet huiuſmodi confeſsionem probare,tenet Cy.in d.l. nō epiſtolis, in j.q.& ibi quoque Bal.col.j.verſi.tertio caſu, & Sal.circa med.& Petr.Anch.conſi.clix.rationes, col.ij.verſi.venio ad ſecundum.Quanquam non neſcio in hoc fuiſſe à noſtris variatum,vt videre licet ex gl.Bar.Ang.& aliis in d.l.non epiſtolis.& gl.Bar.Bal.Ang.Sal.Raph.Ro.Pau.Alex.Corne. Fran.Aret.& Iaſo.in d.l.neque profeſsio, C.de teſta.Bart.in d.l.j.§.idem per contrarium,ff.de lib. agno.& Cano.in d.c.per tuas,de proba.ex quibus tamen intelliges,hanc quā diximus,eſſe communem opi.Nam & in ſimili videmus,quòd licet ſententia non conſtituat conſanguinitatem,ea tamen eādem probat, d.l.j.§.vlt.de lib.agno.Debet igitur emptor probare errorem , vt eam confeſsionem reuocare poſsit. In Gallia autem noſtra neceſſe eſt gratiam huius confeſsionis à Principe impetrare,quod nos vulgo releuare dicimus,non ſine exemplo antiquitatis,nam & hoc verbo in ea ſignificatione vſus eſt Iuriſconſultus in l.etiam,§.j.ff.de minorib.

*Releuare , in vulgari ſignificatione.*

276 ¶Eſt & aliud,quod me hinc abire non ſinit.Nempe quod ab Arnol.Ferro.in conſue.Burdig. hoc eo.tit.§.vij.tractatum reperimus,vtrùm proximus venditoris excommunicatus(quem appellant) ſit ad retractum admittendus.quod & nos differere decreuimus, tum quia hoc priuatim nōnihil pertinet , tum quia & alia pleraque non inutile eſt. Igitur vt paulò longiùs eam rem repetamus, nec tamen interim extra chorum ſaltantes,vt ex calce liquebit. Excommunicatio hæc(quam vocamus)ab antiquorum,& Græcorum,& aliorum ritibus,legibuſque ortum habuiſſe videri poteſt, non à D.Paulo,vt Canoniſtæ,& Theologi opinantur.Cæſar enim libr.7. Commentar.quo loco noſtrorum Druydum mores ac ritus deſcribit, de his in hæc verba loquitur: Si quis aut publicus, aut priuatus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt.hæc pœna apud eos eſt grauiſsima. Quibus ita eſt interdictum,hi numero impiorum ac ſceleratorum habentur:his omnes decedunt, aditumq; ſermonemq; defugiunt,ne quid ex cōtagione incōmodi accipiant,neque his petentibus ius redditur,neque honos vllus cōmunicatur.Hactenus Cæſar. Quis autē prima ſtatim frōte nō videat illā pœnam eā eſſe,quā nunc excommunicationē vocamus?Excōmunicati enim primū ſacrificiis interdicūtur,c.clerici,& ferè per totū tit.extrà de cler.excō.mi.& c.ſi quis epiſcopus,& c. placuit,& aliis multis,xj.q.iij.Deinde hi impij quoque veluti proprio & peculiari vocabulo appellantur.c.certum.xxiiij.q.iij. Præterea his cōmunicari prohibetur aut ſermone,aut menſa,aut conſuetudine,aut alio quouis pacto.c.ſicut,& c.excōmunicato,& c.qui cōmunicauerit, & aliis multis.xj.q.iij. Ob idq; excōmunicati dicuntur,quòd ſint extra hominū fidelium communicationē, ſiue communionē,poſiti,vt dicit Arch.in d.c.ſicut.His etiam petētibus ius denegatur,c.intelleximus,extrà de iudi.& c.exceptionē,extra de excep.& c.j.eo.tit.lib.6.& c.j.de reſcri.eo. quoque lib. Neq; honos vllus cōmunicatur,vt qui ad dignitates & beneficia(quæ vocāt)aſſumi promoueriq; non poſsint,c.cùm dilectus,extrà de conſuet.& c.cùm bonæ,de æta.& quali.& c.ad probandū, de ſenten.

*Quæſt.an excommunicati admittātur ad retractum.*

*Excōmunicationis ortus.*

*Druydū excōmunicatio.*

*Excōmunicati , ſacrificiis interdicti.*

*Excommunicati impij.*

*Excōmunicatis cōmunicare prohibitū.*

*Excōmunicati unde dicti.*

*Excommunicatis ius denegatur.*



ſen.& re iudic.& c.poſtulaſtis,& c.ſeq.de cler.excom.min.cum ſimi.Quod & in dignitatibus ſecularibus obtinet,vt patet ex c.venerabilem,verſi.nunquid enim,ibi, ſacrilegū quemcumque vel excōmunicatū,& rurſum verſi.ſunt enim notoria,& ibi Pan.col.v.verſi.nota ibi, ſcilicet excommunicatio,extrà de elect.& voluit etiā Card.Flor.in c.perpendimus,in xl. opp.extrà de ſen.excom.& Phil.Dec.in c.dilecti,col.j.extrà de excep.Sunt enim ipſi infames , vt dicit gl.in c.j.verſi. niſi iuſta,in verbo,infantia.quam no.ibi Bal.& Recentiores,tit.quo temp.miles. & alia gl.in c.j.§. vlt.in gl.vlt.ad fi.tit.per quos fiat inue.& eſt optimus tex.quem neutra allegat,in c.infames,vj.q. j.quem dicit vnicum Ro.ſing.dclxxviij.an excōmunicatus.Hoc tamen vltimum quomodo intelligatur,videbis apud Inn.& alios in c.teſtimoniū,de teſtib.& Archi.in Summa,iiij.q.j.& Ro.ſing. dclxxxv.incip.in princ.huius. Denique hæc pœna,vt apud Druydes olim, ita & hodie apud nos, omnium eſt grauiſsima,c.corripiantur,xxiiij.q.iij.De quo abundè per Fel.in c.qualiter,le ij.§.vlt. col.x.verſi.vlterius tangit,le ij. (ſunt enim eadem col.duo verſi.eius initij,) extrà de accuſ.

*Excōmunicati dignitatum & beneficiorū incapaces.*

*Excommunicati infames.*

*Excōmunicationis pœnā grauiſsima.*

277 ¶Prætereà Plato, Philoſophus omnium grauiſsimus & in ſanciendis legibus nulli Ethnicorū ſecundus,ad fi.prope lib.9.de Legibus: Ἐὰν δέ τις (ait) ὄφλῃ δίκην αἰκίας γονέων, πρῶτον μὲν φευγέτω ἀειφυγίαν ἐξ ἄστεος εἰς τὴν ἄλλην χώραν, καὶ πάντων ἱερῶν εἰργέσθω. μὴ δὲ εἰργομένου, κολαζόντων αὐτὸν ἀγρονόμοι πληγαῖς, καὶ πάντως, ὡς ἂν ἐθέλωσι. Κατελθὼν δὲ θανάτῳ ζημιούσθω. Ἐὰν δέ τις τῷ τοιούτῳ, ὅσοι ἐλεύθεροι, συμφάγῃ, ἢ συμπίῃ, ἤ τινα τοιαύτην ἄλλην κοινωνίαν κοινωνήσῃ, ἢ καὶ μόνον συντυγχάνων που προσάπτηται ἑκών, μήτε εἰς ἱερὸν ἔλθῃ μηδὲν, μήτ᾽ εἰς ἀγορὰν μήτ᾽ εἰς πόλιν ὅλως, πρότερον ἢ καθήρηται, νομίζων κεκοινωνηκέναι ἀλιτηριώδους τύχης. Id eſt,Si quis de vi parentibus allata damnatus fuerit,primū quidē ex vrbe egrediatur,in exiliumq; perpetuum proficiſcatur, ac ſacris omnibus arceatur.Eum autem,qui nō ſe arcuerit,agronomi verberibus cædant,& omnino,vt hi quidē voluerint.Reuerſus verò ex exilio,morte mulctetur. Si quis verò ex liberis hominibus cū tali viro vel comederit,vel biberit,vel re alia quacūque cum eo cōmunicauerit,atq; adeò ſi ei obuiam factus,eū ſua ſponte tetigerit:neq; in templū ingrediatur, neque in forū,neque omnino in vrbē priùs quā pugetur.Putet enim ſe cū homine ſceleſto cōmunicauiſſe.Hæc ille.quę & omnino ferè ſimilia ſunt huic noſtræ religionis Chriſtianæ excōmunicationi,vt planè demōſtrauimus.Et hoc intelligēs Marſilius ille Ficinus,Philoſophus & Theologus ſanctiſsimus,& doctiſsimus,in eo argumēto,quod edidit in decimū lib.de Legibus ipſius Platonis poſt prin.hæc ſcribit: Ac ne quid nos lateat,ad impietatem etiā pertinet familiaritas & cōmunio omnis,ſeu in cibis ſeu verbis cum iis inita,qui ob nefaria ſcelera arcentur à ſacris, qui & cōtaminati cæteros quoq; vel ipſa propinquitate cōtaminant.Qua quidem de re in calce noni lib.ita pertractat, vt vaticinari viſus ſit execrationes quotidie factas à noſtris,prophanos à cōmunione eccleſiæ propellētibus.Hæc Ficinus.

*Platonis excōmunicatio.*

278 ¶Quin apud Athenienſes illos , à quibus maxima ex parte Romani leges noſtras mutuati ſunt, antiquitus erant publicæ quædam deteſtationes,veluti in eos,qui viam non monſtraſſent errāti, vt ſcribit Tullius lib.Offi.iij.In quarum locum ſucceſsiſſe hanc noſtrā excommunicationem tradit Eraſmus Chiliadis primæ Centur.ij.c.84.quo tractat illud prouerbium, ἀρᾶς ἱερόν,id eſt, deuotionis,ſiue malis,execrationis templum.Plutarchus autem tum in Vita Alcibiadis , tū in Problematis Ro.c.43.tradit ipſos Athenienſes decreuiſſe, vt miniſtri miniſtræque ſacrorum Alcibiadem,veluti impium ac nefandum hominem execrarentur. Earum autem vnam,neglecto populi decreto, dixiſſe, ſupplicationum ad ſe,non execrationum,officia pertinere. Euripides Atheni. in Oreſte figuram quandam noſtræ excommunicationis deſcribit,quam obſeruatam Argis dicit,

ἔδοξε δ᾽ Ἄργει τῷδε, μήθ᾽ ἡμᾶς στέγαις,
Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
Ματροκτονοῦντας.— Id eſt,ad verbum propemodum:
Sancitum eſt porrò Argis hiſce,neque nos tectis,
Nec igne recipiendos,neque alloqui quenquam debere
Matricidas.

*Athenienſium excommunicatio.*

*Argiuorū excōmunicatio.*

279 ¶Romanos quoque his diris & execrationibus vſos fuiſſe, vt qui illis eſſet obnoxius , dare grauiſsimas pœnas,maximoque infortunio affici neceſſe eſſet , autor eſt idem Plutarchus in Craſſo, vbi & tradit,Acteium Trib.Pleb.his diris confixiſſe Craſſum in Parthos proficiſcentem.Ex quo eſt & illud Lucani lib.3.Pharſaliæ:

*—Craſſumque in bella ſecutos Sæua Tribunitiæ vouerunt prælia diræ.*

Et illud quoque Tullij lib.1.de Diuinatione: M. Craſſo quid acciderit,videmus,dirarum obnuntiatione neglecta.Et Arnobij lib.8.Diſputat.aduerſus gentes:Et vt Parthis (ait) ſigna repetamus, dirarū imprecationes Craſſus & meruit, & irriſit. Et de huiuſmodi quoq; diris fit mentio Plinio lib.28.c.ij.haud multò poſt prin.Et de diris execrationibus Liuio,lib.6. tertiæ Decadis,cuius hæc verba ſunt:Qui victus acie exceſsiſſet,eum ne quis vrbe,tecto,menſa, lare reciperet:dirā execrationē in populares,obteſtationemq;,quam ſanctiſsimā potuerūt,aduerſus hoſpites cōpoſuerunt. Hęc ille.in quibus vide viuā noſtræ excōmunicationis imaginē.Iterumq; c.8.his adhortationibus execratio dira adiecta,ſi quē à propoſito ſpes mollitiave animi flexiſſet.Rurſumq; lib.10.iiij.Decadis:Huius atrocitas facinoris nouā velut flammā Regis inuidiæ adiecit, vt vulgò ipſum liberoſq; eius execrarētur:quæ diræ breui ab omnibus Diis exauditæ,vt ſæuiret ipſe in ſuum ſanguinē,effecerunt.Has quoque deuotiones à Suetonio in C.Caligula vocari putat Beroal. illius interpres.

*Romanorum excommunicatio.*

O

280 ¶Poſtremò apud veteres illos Germanos vidimus fuiſſe vmbram quandã huius noſtræ excommunicationis. Nam (vt ſcribit Cornelius Tacitus, qui ad viuum mores eorum deſcripſit) ſcutum apud eos reliquiſſe præcipuum flagitium erat, nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo fas, multique ſuperſtites bellorum infamiam laqueo finierunt.

281 ¶Ideò cùm excommunicatio non ſit Iuris canonici inuentum, non mirum videri debet, ſi & in foro quoque ſeculari, nedum eccleſiaſtico, ſiue canonico, ea proponi & allegari poſsit: vt videre licet ex gl.no.in l.j.& ibi quoque Bal.Fulgo.qui illam dicit ſing.& Iaſ.C.de iur.& fac.igno.& glo. in c.præceptum, xxxij.q.v.& in d.c.j.§.ſi quis igitur, in verbo, opponit, & ibi Hoſt.Arch.Io.And. Lap.Pet.Anch.Domi.& Phil.Fran.de excep.lib.6.& Spe.tit.de excep.§.nunc dicendum, verſi.& no.quòd iudex, & ibi Io.And.& Bal.in addi.Cy.Bal.& aliis, in l.placet, per tex.ibi.C.de ſacr. eccl. eodem Bal.in l.quoties, ad fi.C.de iudi.& in l.vlti.col.j.C.ſi à non compe.iud.& in d.c.intelleximus.col.ij.verſi.quæro nunquid, extrà de iud.& in c.exceptionem, verſic. quæro nunquid, extrà de excep.& in c.contingit, col.vij.verſi.porrò ſi iudex, de dol.& contu. Lap.all.xcij.inſpeximus, col.iij.per tex.optimũ, & expreſsiſsimũ, in id à paucis expenſum, in c.decernimus, de ſen.excom. lib.6.Io.Ana.& Fel.in c.poſtulaſti.extrà de homic.vbi etiam eſt bonus text.Ro.d.ſing.dclxxxv. in id allegans l.hi qui ſanctam.C.de apoſtat.Guid.Pap.deci.Delphi.ccxx.Ioan.col.j. & in ſtatuto Delphi.incip.ſi quis per literas, in verbo, communi æſtimatione fide dignos.Fely.in c.tuæ, col.ij. extrà vt lit.non conte.& in c.prudentiam, §.ſexta, in prin. & ibi Phil.Deci.in ij.not.extrà de offi. dele.Aufre.in tract.reprobationum teſtium, in verſi.excommunicatus, Iaſ.in l.eleganter, §.ſi quis poſt tranſactionem, col.ij.in fi.ff.de condi.indeb.& Phil. Dec.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, col.xx. verſi.duodecimo, de conſti.Et bene etiam facit tex.in c.domino, tit.hîc finit lex Corra. & ſecundum nonnullos in auth.credentes, C.de hæred.Nam quod pertinet ad d.l.placet, C.de ſacr.eccle. quam nonnulli in hoc annotarunt, nihil omnino huc facit. Nam verbum acrimoniæ, quo ea l. vtitur, excommunicationem non ſignificat, vt ibi putat Accurſius, & Ioan. Mo.in c.j.paulò ante fin.de ſtat.regu.lib.6.ſed aliud omnino, de quo, vt alios omittam, vide gl.in c.licet, de immu.eccle. lib.6.& Arch.in c. attendendum, xvij.q.iiij.

282 ¶Igitur vt concludamus, ſi exceptio excommunicationis obiici poteſt & in foro ſeculari, illud conſequens eſt, cõſanguineum excommunicatum vocantem in ius emptorem, vt ab eo retrahat rem venditam, poſſe hac exceptione repelli. Et id quidem verum eſt de iure communi. At apud nos ex conſuetudine generali Franciæ, huiuſmodi exceptio in foro ſeculari non admittitur, vt ſcribit Io.Fab.in §.quòd ſi tutor, col.pen.Inſtit.de curato.& Aufre.deci.Tholo.clxxxix.item fuit quæſitum, an excommunicatus. Et in eãdem rem Bononiæ expreſſum ſtatutum eſt, vt referunt Iac.But.& Bald.in d.l.placet, non aliter diſputantes, an huiuſmodi ſtatutũ valeat, tanquam tacitè illud approbare videantur.& Io.Ana.in d.c.poſtulaſti, de homicid.vbi expreſsè negat id ſtatutum valere, ſicuti & Phil.Dec.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.loco ſuprà allegato.& ſentit etiam Lapus, d. alleg.xcij.dum dicit, non admittẽtem huiuſmodi exceptionem videri facere aduerſus libertatem eccleſiaſticam, per d.c.decernimus, de ſen.excõ.lib.6.Verùm potius ſe Canoniſtæ ruperint, quàm vt id apud nos obtineat.Ideoque nihil video, quod moribus noſtris impediat conſanguineũ excommunicatum venientem ad retractum.Quod & Ferro.vbi ſuprà placuit, qui mihi anſam præbuit, vt hanc quoque rem tractarem, vix aliàs hoc in loco tractaturus.

## DEDANS L'AN, INTRA ANNVM, GLO. X.

1 *Annorum diuerſitas.* *Arcadum annus.* *Aegyptiorũ.*

PRISCIS illis temporibus non vnus omnibus annus fuit. Nam, vt ſcribit Plinius, togatorum doctiſsimus, lib.7.Naturalis hiſtoriæ, c.48.Annũ alij æſtate vnum determinabãt, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorũ anni trimeſtres fuere. Quidam Lunæ ſenio, vt Aegyptij.Itaque apud eos aliqui & ſingula milia annorum vixiſſe produntur.Id quod & poſt eum recenſuit D.Auguſt.lib.de Ciui. Dei xv. c.xij.& ante vtrunque Diodorus lib.1.Bibliotheces.Xenophon quoque, ſi is fuit, in libris, qui eius titulo de Aequiuocis circunferuntur, Aegyptij, ait, vtuntur anno quandoque menſtruo, ſæpe bimeſtri, non raró trimeſtri, nonnunquam ſolari: quæ varietas etiam ex noſtris, qui ab eis literas hauſerunt, ſapientes fecit aberrare. *Iberorum.* Iberis annus quadrimeſtris vt plurimũ eſt, rariſsimè ſolaris. *Chaldæorum.* Contrà Chaldæi, cùm in antiquitate diſciplinarũ ſuarum vtantur menſtruo, in cæteris ſemper ſolarem ſe intelligere fatẽtur. *Arcananum.* Plutarchus in Numa Põpilio, Quidam, inquit, ex Barbaris trium, ex Græcis autem Arcades quatuor, Arcananes ſex menſiũ anno vſi ſunt. Aegyptiis menſtruus annus fuit, deinde menſium quatuor, vt aiunt: quare qui vel nuperrimè eam regionem incoluerint, vetuſtiſſimi videntur eſſe, annorumque incredibili multitudine in familiarum deductionibus differunt: quippe qui menſes in numerum annorum collocent. *Romanorum.* Romanis quoque ab initio annũ fuiſſe decem menſium multis coniecturis probat, duóſque à Numa fuiſſe additos, ſcilicet Ianuarium, & Februarium. In qua etiam ſententia Ouidius fuit, ſtatim circa initia, lib.1.Faſtorum:

*Tempora digereret cùm conditor vrbis, in anno*
*Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.*

Et paulò pòſt:

*At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras:*
*Menſibus antiquis addidit ille duos.*

Gellius



Gellius quoque lib.3.Noctium Attic.c.16.ſcriptũ reliquit, fuiſſe, qui exiſtimarent, Homeri tẽpore, ſicut Romuli, annũ fuiſſe non duodecim menſium, ſed decem: in eã opinionem adducti, propter verſus Homericos, quibus Neptunus alloquitur puellã, à ſe recenter compreſſam, lib.11.Odyſſeæ:

Χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
τέξεις ἀγλαὰ τέκν', ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
Ἀθανάτων.

Id eſt,

Nunc gaude, dilecta: aſt cùm ſe euoluerit annus,
Illuſtres (neque enim ſunt vana cubilia diuûm)
Natos nixa dabis.

Solinus Collectaneorũ ca.iij. Annus (inquit) apud Aegyptios quatuor menſibus terminabatur: apud Arcades tribus: apud Arcananes ſex. In Italia apud Lauinios tredecim: quorũ annus trecẽtis ſeptuaginta quatuor diebus ferebatur. *Lauiniorum.* Subditque, quod de Romanis ſuprà ex Plutarcho diximus Macrobius quoq; lib.1.Saturnaliorum, c.viij. Anni certus modus apud ſolos Aegyptios fuit. Arcades annum ſuũ tribus menſibus explicabant, Acarnanes ſex, Græci reliqui cccliiij. diebus annũ proprium cõputabant. *Græcorum.* D.autem Auguſti.lib.de Ciuit.Dei xij.c.x. cum Solino ac aliis ferè cõſentiens, dicit apud Aegyptios annũ quatuor mẽſibus finiri. Cẽſorinus in eo lib.quem De die natali ad Cerellium ſcripſit, in Aegypto, ait, antiquiſsimũ ferunt annũ bimeſtrẽ fuiſſe: deinde à Bihone, aut vt alij, Pherone Rege quadrimeſtrem factũ: nouiſsimè Arminon ad tredecim menſes & dies quinque produxiſſe. Item in Achaia Arcades trimeſtrem annũ primum habuiſſe dicuntur. *Carum.* Cares autẽ, & Acarnanes ſemeſtres habuerũt annos, inter ſe diſsimiles, quibus alternis annis augeſcerent, aut ſeneſcerẽt. Ante hos Xenophon, quiſquis is eſt, in eo.libro de Aequiuocis: neque enim ei cõuenit cũ Xenophõte Socratico: Annus (ait) diuerſus eſt. Etenim Aegyptij vtũtur anno quandoq; menſtruo, ſæpe bimeſtri, non raró trimeſtri, ſæpe quadrimeſtri, nonnunquã ſolari.

2 ¶Et hæc quidẽ de anno ciuili, quem ſibi populi ſiue gentes pro arbitrio conſtituerũt. De naturali autem, ſiue ſolari, aut vertente, & de magno, ſiue mundano, & aliis differentiis, multa apud eoſdẽ autores ſcripta comperies, quæ non duximus huc tranſponenda. *Annus ciuilis* *Annus naturalis.* *Annus ſolaris ſiue uertens.* *Annus magnus ſiue mundanus.* Et apud nos quoq; de ipſo anno naturali videbis in l.ita vulneratus, §.extimatio.ff.ad leg.Aquil.& in l.iij.§.minorem, ff.de mino.& in l.cùm hæres, §.Stichus ſi hæredi, ff.de ſtatulib.vbi ſcribitur, annũ conſtare ex cõtinuatis diebus ccclxv.& in l.cùm Biſſextus, & iterum in l.anniculus nõ ſtatim.ff.de verb.ſig.& Docto.in illis ipſis locis, præſertim verò Alc.in d.l.cùm Biſſextus, & in c.quadrageſima, & ibi gl.de cõſec.di. v.gl.& doct.in c.quæſiuit, extrà de verb.ſig.& in c.ſi propter, in verbo, primi anni.de reſcript.lib. 6.Arch.in c.ſi papa, de priui.eo.lib.6.Lucam Pen.in l.ſiue ex Prætoriano, col.j.& ij.C. de exec.& exact.lib.12.Aluar.in §.his conſequẽter, col.iij.ver.nota annum, tit.hîc finit lex.& in c.j. col.ij.ver. nota militem, tit.quo temp.mil.Phil.Fran.in c.quàm ſit.§.electus, col.ij.quibus locis videbis multas quæſtiones ad hanc anni mentionem pertinentes, quas breuitati conſulentes prætermiſimus, loca deſignaſſe contenti. *Annus uſualis.* *Ceremonialis.* *Legitimus.* Sed & noſtrates alias annorum ſpecies, ne id omittamus ponunt, ſcilicet vt ſint alij vſuales, alij ceremoniales, alij legitimi, vt videre poteris apud Archi.Io.And. & Do. in d.c.ſi propter, de reſcr.lib.6.neque enim in iſtis diutiùs immorari decreuimus.

3 ¶SED vt ad noſtram conſuetudinem accedamus, eam ſanè, ſi nullum tempus certum huic retractui ſtatuiſſet, de anno tamẽ, vt multis placet, intelligere oportuiſſet, ex ſentẽtia Bal.Aluar.Marti. Lauden.& Card.Alex.in c.Titius, tit.ſi de feud.fuer.contr.vbi ex eo tex.no. quòd agnatus proximior, cui ius eſt reuocandi alienationem in extraneũ factam, eam facultatem perdit, niſi intra annum veniat: monetq; Bal.agnatos, vt bene aduertant, nec ſinant id tẽporis labi, niſi velint eo iure excludi. *Quæſtio, utrũ annus retractui datus cenſeretur, ſi expreſſus non fuiſſet.* Et idẽ voluit ipſe Bal.in c.j.§.hoc quoque, col.pe.verſi.vij.concluſio, in illis verbis, & nota quòd ſi per annũ, tit.de ſucceſ.feud.vbi dicit, quòd tacendo per annũ, perinde eſt, ac ſi cõſenſiſſet alienationi.& conſi.ccxlix.verba inueſtituræ, paulò ante fin.lib.2.Ro.conſi.xxij.pro propoſitæ, ad fi.& iterũ conſi.lxx.viſis themate, col.ij.ver.iij.iſtam ſententiã, quibus locis dicit illum tex.ad hoc ſing.rurſumque ipſe Ro.in l.j.ff.in ius vocat.vt eant.& in repe.ru.de arbit.col.xv.ver.vndecimò, quia emphyteuſis.& in l.Prætor ait, §.vlt.in addit.& ibi Iaſ.col.vlt.ff.de no.oper.nunt.Pau.Caſt. conſi.lxxxiij.quæſtio iſta vertitur, col.ij.lib.2.vbi dicit illum tex.notaſſe Alex.in addit.Bar.in l.ſicut, C.de præſcr.xxx.vel xl.ann.vbi id trahit ad ſtatutũ huic noſtro ſimile, quo ſcilicet admittitur vicinus ad retrahendũ rem alienatam in extraneũ, vt videlicet niſi intra annũ veniat, non audiatur: quamuis in ſtatuto nihil de tẽpore ſit definitũ.& idem Alex.in l.ſi mihi & Titio, col. vlt.ff.de verb.oblig.& in l.j.§.permittitur, ff.de aqua quot.& æſti.etiam in addi.ipſius Bar.& Barb.in c.plerunque, col.v.de reſcr.vbi ita dicit ſe ex facto reſpõdiſſe: & iterum in c.mandatum, nu.42.eo. titu. Fran.Cur.Senior conſi.48.ſuper controuerſia, in fi.j.addi.Iaſ.in l.petens, col.iiij.verſi. ſecũdò no. quòd facultas, C.de pact.vbi & trahit ad caſum noſtræ conſuetudinis, dum allegat c.cõſtitutus, de in inte.reſt.idem Iaſ.in l.ij.col.vj.verſi.circa quod bene no.C.de iure emphy.& conſi.xcij.facti præſentis, col.7.ver.iſtis ſic in facto, lib.1.& conſi.clix.ſuper facto, col.ij.ver.aggredior tertiã, lib. 2.vbi & ad caſum noſtrũ conſuetudinis trahit.& cõſi.vij.pro reuerendiſsimo, col.iij. ver.ſeptimò facit, lib.3.Fel.in c.quæ in eccleſiarũ, char.vlt.in vij.declaratione, ver.tamen quia in hoc, de conſti. Iac.à Sanct.Georg.in tract.feud.in verbo, & cum pacto de non alienãdo, col.v.verſi.& aduertite quòd præmiſſa.Phil.Dec.conſi.ccxxij.viſo puncto, col.iiij. ver.quartò prædicto Franciſco, in fi.&

conſi.cclxxv.in cauſa quæ Lucæ agitatur,col.vj.ver.& ex omnibus ſuprà dictis.& conſi.cccxcv. in cauſa magnifici,ad fi.Hippo.Marſi.ſing.liiij.in multis partibus,vbi nũcupatim loquitur de hoc ſtatuto.Lud.Gozad.in repe.l.qui ſe patris.col.xxxiiij.verſi.infero & ſextò.C.vnde libe. Zaſius in epitome feud.parte ix.char.v.verſi.in præmiſsis,Fran.Balb.qui etiã loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis,in tract.præſcr.in iiij.parte iiij.partis principa.in xxx.q.col.vlt.

4 ¶Et ex hoc inferunt plerique,eam facultatem,quæ competit agnatis emphyteutæ,vt ſcilicet finita emphyteuſi per generationem,ſibi potius,quàm extraneis,concedatur.de qua per Bar.in d.l.j. §.permittitur.ff.de aqua quoti.& æſti.& latè diximus ſuprà,in præfa.nu.41.huic item pertinet,& ſeq.illam (inquam) facultatem anno tantùm durare.Ita enim expreſsè voluerunt Ro.& Iaſo.in d. l.Prætor ait,§.j.de no.ope.nun.idem Ro.in d.rub.de arbi.& in conſi.ſuprà allegat.Alex.in omnibus quoque locis ſuprà citatis,Barba.in c.j.col.pen.extrà de locat.Franc.Cur.Senior, d.conſi.48. col.iiij.ver.& præmiſſa etiam clarè procedunt.& iterum in fi.j.addi.Card.Alex.in c.j.col.iiij.verſi. tamen iſtam facultatem, tit.quemadmo.feud.ad fili.perti.& Iaſ.in omnibus conſ.ſuprà deſignatis,& prætereà in d.l.ij.col.vj.verſi.circa quod.C.de iure emphy.& Franc.Balb.in d.tract.præſcri. vbi ſuprà,& Fran.Ripa,qui id intelligit de anno ab inueſtitura,in l.j.col.ij.verſic.tertiò declara, ff. de priuil.cred.& Matth.Afflict.in conſt.Siciliæ,incip.vt de ſucceſsionibus,colum.xvj.in xvij.q.& Lud.Gozad.conſi.lxxj.in cauſa domini,col.j.

*Annus conceſſus agnatis ad reuocationem emphyteuſis.*

5 ¶Et hæc ſententia confirmatur ex tex.in c.j.§.porrò,tit.quali.olim feud.pot.ali.vbi facultas, quæ competit domino ad reuocandum alienationem feudi factam à vaſallo , durat vno tantùm. Ex quo no.Bal.in verbo,annali ſilentio,quòd annale ſilentium habet vim repudiationis,& vt ipſe loquitur,poſt eum tex.refutationis.Ad quod etiam dicit facere l.facta.§. ſi quis bonorum, ff.ad ſenatuſcõ.Treb.& quod no.in l.ſi ego.ff.de neg.geſt.Sed & ad hoc facit tex.in c.j.§.vlt.tit.ſi de inueſti.inter domi.& vaſ.lis oriat.vbi ſi vterque & dominus,& vaſallus noluerint iurare in caſu illius tex.ſi vaſallus per annum poſſedit,tacente domino , is ſolus iurabit.Ex quo & ipſe Bal.not. quòd in materia feudorum annalis poſſeſsio inducit præſcriptionem pro vaſallo.

*Annus domino cõceſſus ad reuocationem feudi alienati. Annale ſilentium pro repudiatione.*

6 ¶Subditque Bal. (ne id prætermittam) nullo alio in loco eſſe eum tex.de anno.Id quod fortè verum eſt in eo caſu:ſed alibi ſæpe in iure,vltra loca ſuperius citata,eſt annalis præſcriptio:vt in l.j. §.vltimo.ff.ſi quis cautio.& in l.vlti.ff.de eden.& l.j.§.vlti.ff.ſi quis ius dic.non obtempe.& l.j.§. Largius,ff.de ſucceſ.edict.& l.j ff.quan.actio de pecu.eſt an.& ſæpe in tit.ff.de pecu.& l.j.§.item ſi quis,ff.ex quib.cau.maio.& l.ſciẽdum,§.vlt.ff.de ædil.edict.& l.j.ff.de requi.reis,& l.j.in prin.ff. ſi quis teſta.lib.& l.ſi verò,§.hæc autẽ,ff.de his qui deic.vel effud.& l.vel poſt annũ, ff. de alie.iud. mut.cau.fac.& l.j.§.vlt.ff.de interd.& l.j ff.de calũnia,& l.ſi cohæredi,§.j.ff.quis ordo in bon.poſſ. ſer.& l.ij.§.confeſtim,& l.filij,§.j.ff.ad S.C.Tertul.& l.ait Prætor,§.annus,& §.hæc actio poſt annum.ff.de his quæ in fraud.cred.& l.vlti.C.eo.tit.& l.j.C.de anna.except.& l.emancipata, C.qui admit.& l.ſi nõ conuicij.C.de iniur.& l.vlti.C.de do.cau.non nume.& l.ij.in fi.C.de ædil. act.& l.ij.C.vnde vi.& l.vlti.§.ſinautẽ à locis, C.de iur.delibe.& l.ij.C.vi bono.rap.& l.j.§.exactio,C.de rei vxor.act.& l.ſi quis emptionis,§.ſed & ſi quis,C.de præſcr.xxx.vel xl.ann.& l.ij.C.de naufra. lib.11.& l.qui grauatos,C.de cenſi.& cẽſit.eo.lib.11.& §.j.Inſti.de perpet.& temp.præſcr.& §. cùm igitur plures,verſi.liberis.Inſtit.de bono.poſſ.& §.ſi quis autem non implens,in Auth.de hæred. & Falcid.& §.omnem,ver.ſi verò propoſitis,& ver.ſi verò intra,in Auth.de litigio.& §.ſi ſeruus ſciente,in Authen.de ſanctiſs.Epiſc.& c.plerunque,extrà de reſcrip.vbi gl.& Hoſt.in verbo,poſt annum.Nota hîc (inquiunt) annalem præſcriptionem.& alia iura citant,quæ ibi videre poteris,& in c.quoniam frequenter,in prin.extrà vt lite non conteſt.vbi etiam gl.in verbo,intra annũ , alia item iura adducit,& in c.rurſus,xj.q.iij.& in c.longinquitate,xij.q.ij.& in clem.ſicut,de app.& in aliis locis à me adductis infrà in gl.ſeq.nu.63.& quoniam,& duobus ſeq.& à Dy.in tract.præſcr. & Matth.Afflict.in conſt.Siciliæ incip.prædeceſſorum,ver.item tene menti.

*Annalis præſcriptio in multis caſibus.*

7 ¶Et cùm annus omnes menſes ſemel concludat,cenſetur tempus omnibus rebus agendis aptum & ſufficiens. Ideoque Legiſlatores plerunque appellationem competentis temporis de anno interpretari ſolebãt,vt videre eſt ex l.fortiſsimi,C.de erogat.milit.annon.lib.12.vt nõnulli ex ea aſſumunt.Sed id haud dubiè ſatis oſtendit prouerbialis hyperbole.Nã cùm moram longã ſignificare volumus,anno id exprimimus.Terentius in Heauton. Noſtín' mores mulierũ?dum moliũtur, dum comuntur,annus eſt. Quod & ab Oldendorpio animaduerſum eſt, Variarum lectionũ tomo ij.pag.clx.Bal.autem in l.vſuræ,C.de vſur.dicit per gl.ibi tempus ſimpliciter prolatũ,de anno intelligendum eſſe.De quo & nos aliquid dicemus titu.ſeq.§.j.in gl.ij.in verbo, *à tel temps*, nu.4. Sacræ autem literæ annum plerunque ponunt pro tempore,& eo quidem certo,& deſtinato : vt Hier.xxiij.Annus viſitationis.Et nonnunquam pro breui quopiam tempore,Eſaiæ xvj.In tribus annis quaſi anni mercenarij.Et c.xxj.Adhuc in vno anno,quaſi in anno mercenarij. Annuũ autẽ tempus pro annali ( vt id obiter dicam) vſurpauit Tullius in oratione pro L.Flacco, & rurſus in quadam ad Atticum epiſto.& alibi ſæpe,& Paulus noſter in l.ex quibus,ff.de interdict.

*Annus,pro tẽpore apto & ſufficienti.*

*Tẽpus de anno intelligitur. Annus pro tẽpore certo. Annuum tempus pro annali.*

8 ¶Sed neſcio quonam modo incogitantes huc diuerterimus. Igitur vt redeamus, aduertendũ eſt, quòd ille §.Titius,tit.ſi de feud.fuer.contr.quo omnes innituntur, ad probandum ius reuocandi alienationem,competens agnatis,anno præſcribi,ſi ſubtiliter expendatur, nihil facere videtur ad caſum noſtræ conſuetudinis. Nam ratio,quare intra annũ debet agnatus reuocare alienationẽ in caſu

*Annus quare agnatis conceditur.*



caſu illius §.ea eſt,ſecundùm Bald.Aluar.Mart.Laud.& alios ibi,quia inueſtitura feudi,de qua eſt quæſtio,debet peti intra annum, c.j.§. prætereà,titulo de prohibita feudi alienatione per Federicum.& in c.j.tit.de capit.Corra.Ideò lapſus anni facit,vt agnatus nõ ſit amplius audiendus.Quæ ratio nihil omnino facit ad caſum noſtræ conſuetudinis , niſi fortè ageretur de retractu rei feudalis,ſicut ſcitiſsimè annotauit Iaſ.in d.l.Prætor ait,§.vlt.ad fin.ff.de no.oper.nun.& Phil.Dec.in hoc ſibi contrarius,conſi.cccxxviij.in caſu propoſito,col.ij.verſi.ſolum ſupereſt.

9 ¶Prætereà ille lapſus anni procedit,quando alienatio facta eſt in agnatum quempiam remotiorẽ, vt ſcilicet agnatus proximior intra annũ reuocare debeat,aliàs non admittatur. Quòd ſi in prorſus extraneum facta ſit, tunc agnati admittuntur vſque ad triginta annos,ſecundũ glo.quam ſequuntur And.Iſer.Bal.& alij.ibi.& idẽ voluit ipſe Bal.conſi.xvj.facti euidẽtia,col.j.lib.1.Pau.Caſt. conſi.lxxxiij.col.ij.lib.2.& Iaco.à S.Georg.vbi ſuprà,& Alex.in d.l.ſi mihi & Titio,col.vlti.ff.de verb.obl.& conſi.xv.viſis narratis,col.pe.verſi.non obſt.lib.5. vbi id dicit communiter teneri. Iaſ. conſi.clix.ſuper facto,in fin.lib.2.& conſi.vij.pro reuerendiſsimo.in fi.lib.3.Phil.Dec.conſi.cxliiij. quoniam ex facto,col.ij.verſi.tertiò,nõ dato,& iterum cõſi.208.ad clariorẽ,col.iij.& conſi.395. in caſu magnifici,ad fi.& Carol.Rui.cõſi.clj.quia proponitur,col.v.nu.19.lib.1.& conſi.213.in q.col. v.nu.9.eod.lib.1.& Fran.Balb.in d.tract.præſcri.in vij.q.quartæ partis , quartæ item partis prin.& Ant.Rub.conſi.85.viſo & diligenter,col.ij.& Albe.Bru.conſi.66.dubitatur,col.iij.verſ.ſed maior. Quamuis Bald.in hoc teneat contrarium,ſibi contrarius , conſi.197.quòd conſentiente,in prin. lib.3.Sed prior op.verior eſt & communior,vt diximus.Et ſic quoque dominus reuocat alienationem feudi intra triginta annos,c.j.§.j.& ibi gl.& Doct.tit.de capit. Corra.Sed & aliter d.§. Titius,intelligit Carol.Rui.conſi.25.dubitabilis,col.vj.verſi.non obſtat quidem tacendo,lib.1.vt ibi videre poteris,& conſi.35.adeò planè,col.xij.verſi.non obſtat etiam prædictis,lib.1.

*Quid ſi alienatio facta ſit in prorſus extraneos.*

10 ¶Ex QVIBVS conſtat,eũ tex.in d.c.Titius,abeſſe à caſu noſtro.Et ego quidem in ea ſum ſententia,vt ſi ſtatutũ aut conſuetudo admittens conſanguineũ ad retractũ , non præſcriberet huic rei aliquod certũ tempus,ſed ſimpliciter ſtatueret conſanguineum poſſe rem venditam reſtituto pretio redimere , ſine alia temporis præfinitione,id poſſet non ſolùm intra annum, ſed & poſtea quandocunq;.l.j.§.meminiſſe,ff.de ven.inſpi.& l.iuriſperitos,ff.de excu.tut.& l.ſeruus, C.de pœnis,& quod no.Inn.in c.ex literis,& conſtit.Id quod ego intelligo intra triginta annos,& nõ vltra:quia eo tẽpore tollitur omne ius atque actio cõpetens priuato contra priuatũ l.ſicut, & l.omnes,C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.& l.ij.C.de conſt.pec.cum ſi.Et ita in ſpecie huius noſtri caſus reſpõdit Pau.Caſt.ne autoritate careamus,conſi.430.circa primum quæſitũ notandũ,in prin.lib. 2.& Cæpol.conſi.cauſarũ ciuilium xliij.clariſsimè,col.vlt.in prin.& Phil.Dec.qui illorũ non meminit d.conſi.222.col.vlti.verſi.vltimò non eſt omittendum, & dicemus etiam infrà,§.xxxj.eodemque vlt.in verbo, *notifier au greffe*, in xiij.q.Et vide quæ dicam infrà,nu.16.nec omiſerim.

*Si annus non eſſet præſtitutus retractui, quod tempus intelligeretur.*

11 ¶SED id tamen intelligo,ſi res vendita ſemper manſerit in manibus emptoris.Quòd ſi ipſe emptor alteri vendiderit,vt poteſt,ſicuti declaratur infrà eo.tit.§.xij.licet cõſanguineus poſsit & ab iſto ſecundo emptore retrahere,vt etiã ibi cauetur:poſſet tamen dici hunc ſecundũ emptorem,ſi rem poſſederit decẽ annis inter præſentes,& viginti inter abſentes , tueri ſe poſſe aduerſus retractum conſanguineorũ:vt in ſimili dicimus de actione hypothecaria,quæ licet à debitore,aut eius hærede,aduerſus creditorem non niſi xxx.vel xl.annis tollatur,l.cùm notiſsimi,in prin. & §.j.de præſcr.xxx.vel xl.ann.tamen ab extraneo emptore,vel donatario poſsidente cum titulo & bona fide,tollitur x.vel xx.annis.l.j.& ij.C.ſi aduer.cred.& vbique gl.& Doct.& Spec.tit.de præſcri.§.j. verſi.ſed de hypothecaria,& omnes paſsim.Etiam ſi is emptor vel donatarius ſit vniuerſalis omnium bonorum:vt tenuit,& à Senatu Pariſi.diffinitum tradidit Io.Gal.in ſuis Areſtis, q.xxxviij. Et præſertim,quia apud nos conſuetudo expreſſa eſt tit. *des preſcriptions*, §.j.qui eſt omnium huius vol.ccxxxv.quòd cùm quis iuſto titulo acquirit bona immobilia, eaque bona fide ac pacificè poſsidet x.annis continuis inter præſentes,vel xx.inter abſentes,poteſt eadem defendere aduerſus omnes,qui ea ſua eſſe contenderent,aut ſuper ea vectigal,aut aliud onus prætenderent.

*Quid ſi emptor alteri uẽdiderit.*

*Quid,ſi ſecũdus emptor ſit uniuerſalis.*

12 ¶Et id quidem haud dubiè,ni fallor,procederet,ſi non eſſet tempus aliquod præſtitutum , vt diximus:aut ſi non aliam haberemus conſuetudinem infrà eo.tit.§.vlt.qua cauetur, id tempus anni conceſſum conſanguineo ad retrahendum,currere ex eo die,quo venditio relata eſt in acta.Cùm igitur non currat ante id tempus,nec cõſuetudo diſtinguat,ſintne adhuc res apud emptorem,an apud aliũ,poſſet videri conſanguineum indiſtinctè admittẽdum,ſaltem intra illos triginta annos de quibus ſuprà loquuti ſumus,l.de pretio.ff.de public.in rem act.& l.j.§. quod autem, ff.de aleæ luſu,& aleat.cũ ſi.Niſi dicas,illam cõſuetudinem debere intelligi ſecundũ Ius cõmune,quo præſcribitur à tertio acquirente cum bona fide,eodẽ decem aut viginti annorum ſpatio,vt per totum tit.C.de præſcri.long.temp.Etiamque in actionibus,& iuribus, quæ durãt maiori ſpatio aduerſus alios,vt probauimus de hypothecaria. Nam ſtatuta debent interpretari ſecũdum ius commune, & vt minus id lædant,quàm fieri poteſt,l.ij.C.de noxa.act.& c.cùm dilectus,extrà de conſue.Et præſertim cùm habeamus conſuetudinem in hoc conformẽ Iuri cõmuni,in d.§.j.*des preſcriptions*, Et ſecundùm quã,etiamſi eſſet Iuri communi contraria,debemus hanc noſtram conſuetudinem intelligere,ex ſententia Pet.Anch.conſi.94.iſta domina,circa medium.ver.nõ obſtat,quòd iſtud arg.& conſi.422. viſo puncto,col.ij.ver.non obſtat,ſi dicatur.& Phil.Dec.conſi.11.quoniam iudi-

*Conſuetudo à conſuetudine, etiam iuri contraria , interpretationẽ mutuatur.*

cantium,col.ij.verſi.quia ſtatuto.Nam & aliàs ſtatuta ſtatutis, vt leges legibus concordare expedit,c.cùm expediat,in prin.de elect.lib.6.& promptum eſt,l.j.C.de inoffi.dotib.

13 ¶Nec cauſari quis poteſt,quòd in hoc caſu res quæ à priore emptore iterum venditur,eſt affecta & obnoxia retractui conſanguineorum , tranſireque debet in alium, cum ſua cauſa & onere, l.ſi conuenerit,vt nomen,§.ſi fundus,ff.de pig.act.& l.debitor,C.de diſtrac.pig.& ibi concord.in gl. Nam & ea iura loquuntur in pignore,& hypotheca , vt ſcilicet cum his,& ſic cùm ſua cauſa res tranſeat in emptorē.Et tamen,vt diximus,is emptor aduerſus ea vſucapit minori tempore,quàm debitor,aut eius hæres vſucepiſſet: tametſi etiā ius crediti ſit multò fauorabilius, quàm retractus. Creditor enim hîc certat de damno vitando, ne ſcilicet ſuum debitum amittat : conſanguineus de lucro captando,ex ſententia Bar.in l.vlt.in fi.C.in quibus cau.in integ.reſti.non eſt ne.& in l. etiam,la ij.ad fi.ff.de minori.& dicemus pleniùs infrà,nu.121.certū eſt, & ſeq.Imò,quod plus eſt, non ſolùm hypothecaria eo ſpatio decē vel viginti annorum præſcribitur à tertio,ſed integrum quoque rei dominium,vt diximus.

*Actio quod metus cauſa, quo tempore præſcribitur. Actiones perſonales in rē ſcriptæ, quo tempore præſcribuntur. Petitio hæreditatis quo tempore tollitur.*

14 ¶Sed & hinc videmus,quòd licet actio,quod metus cauſa, duret triginta annis aduerſus eum qui metum incuſsit:tamen ſi res alteri fuit vendita,ea actio aduerſus ipſum emptorem longo tēpore, ſcilicet decē vel viginti annorū,extinguitur.l.ſi vi,quæ eſt iij.& ibi gl.Cy.Bar.& alij,C.quod met. cau.Ex quo Ang.ibi in fi.dicit poſt Bar.& alios,quòd omnes actiones perſonales in rem ſcriptæ cuiuſmodi hæc eſt,aliàs aduerſus tertiū non competeret,vt dicemus infrà eo.titu.§.viij.in verbo, *le iuge qui en peut cognoiſtre*,nu.6.porrò,huiuſmodi igitur actiones perſonales in rem ſcriptæ,tolluntur longo tempore.quod Ang.ipſe dicit notandū,ſicut etiam dicit Alex.ibi , col.iij.vbi id intelligit,quando quis poſsidet cū titulo & bona fide,vt in d.l.iij.aliàs eſſet contra,l.hæreditatis,C. de peti. hæred.vbi petitio hæreditatis,quæ & ipſa in rem ſcripta eſt,non tollitur longo tempore. Quod ideò fit,quia ea non datur regulariter cōtra titulo poſsidentē.l. regulariter.ff.de peti.hære. vnde & ſi aliquo caſu datur,ea tollitur ſpatio longi temporis.l.vlti.in fi.& ibi gl.vlt.& Doct.C.de edict.diu.Adr.tol.Id quod cò volui dicere,vt harum legum antinomiam,quæ videri poterat diſcuteres.Et cum his quoque concordat Raph.Co.conſi.54.Leonardus,in fi.& Fran.Balb.in tract. præſcri.in iiij.parte iij.partis prin.in prima quæſtione,ver.ampliatur,& Caro.Rui.conſi.105.caſus iſte,col.iij.nu.6.lib.1.Et aliàs quoque ſecundum emptorem rei primò alienatæ à minore ſine decreto,aliter ipſam vſucapere, quàm primum emptorem, probat l. poſſeſsiones.& l.vlti.C. ſi quis igno.rem mi.Vt tamen non omittam, quòd cùm is, qui vacuam abſentis poſſeſsionem occupat, eam non niſi xxx.vel xl.annis vſucapit,l.vlt.C.vnde vi.ſi tamen eam in tertium alienauerit,is x. vel xx.annis vſucapit,vt tradit gl.vlt.in eadem l.& ibi quoque Oldr.Albe.& Bar.

15 ¶Nec mouet in caſu noſtri retractus , id quod ſuprà diximus,quòd non currit tempus aduerſus retractū,niſi à die notificationis factæ in actis.Illud enim verū eſt,vt nō currat præſcriptio anni, de qua ea conſuetudo loquitur in §.vlti.huius tit.Hæc enim ſunt verba illius,*L'an du retract baillé par la couſtume,court du iour que l'acquiſition ſera notifiée,* &c.non autē negat aliā præſcriptionē currere,ſi notificatio facta non fuerit.Ideoque currit & perficitur ſpatio xxx.annorū,vt ibi dicemus in xiij.q.ij.gl.Quin & ſi dictum eſſet expreſsim,præſcriptionem temporis nō obſtare,non per id ſummota eſſet præſcriptio xxx.vel xl.annorū,ex ſentētia gl.in c.j.§.præterea,in verbo , præſcriptione,& ibi Iaco.Bel.Nicol.Neapo.Bal.Marti.Laud.Aluar.& Cardi.Alex.tit.de capi. Corra.cum multis cōcor.à me adductis infrà tit.procedente,in §.j in verbo, *à tel temps,* nu.12.ſed & huc ſpectat.Et id quidem intelligeretur,quantum ad emptorem,non autem quantum ad tertium acquirentem,per ea quæ diximus.Quod tamen hîc non firmo·nec enim neceſſe eſt, cùm conſuetudo non aliter præſcriptionem temporis ſummoueat.Scio autem Car.Molen.in conſue.Pariſi.tit.j.§. xiij.in fi.in ſimili caſu in ea eſſe ſententia,vt nec tertius emptor præſcribat,niſi xxx.annis.

16 ¶Nec omiſerim,quoſdam eſſe in hac Gallia magni nominis,qui in ea item ſunt ſententia, vt per emptorē præſcribatur retractui cōpetenti conſanguineis per x.annos inter præſentes,& xx.inter abſentes,etiamſi nulla facta ſit notificatio:hac ratione ſubnixi , quòd actiones reales tolluntur eo tempore,C.de lon.temp. præſcri.per totum,& in noſtra conſuetudine,tit.præcedente,qui eſt *des preſcriptions*,vt diximus ſuprà,nu.12.& id quidem. Et idem de iure cōmuni in actionibus in rem ſcriptis,cuiuſmodi hæc eſt,vt etiam diximus numero ab hinc ij.Sed quantùm ad hoc poſtremum de actionibus in rem ſcriptis,intelligunt qui id dicunt,quantùm ad tertiū, non quantùm ad eum qui contraxit,vt & ſuprà de actione de dolo dictum eſt. Nam & quod Ius cōmune ſanxit de actionibus realibus,atque etiam noſtra illa conſuetudo in d.tit.præcedente,intelligūtur de iuribus competentibus alicui tertio ante tempus venditionis,aut alterius contractus particularis.Hîc autem id ius cōpetit ipſis conſanguineis ex ipſo contractu,vt tradit Bal.in rub.C.res inter ali. acta, ver.not.quod ex conſuetudine.& Phil. Dec.conſil.88.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum, col.j.& alibi ſæpe diximus. Igitur non ſumus in caſu illius præſcriptionis longi temporis à Iure cōmuni & conſuetudine noſtra introductæ:vt omittamus iuri ſuccedendi,ſiue adeundi,ſiue immiſcendi,non niſi xxx.annis præſcribi,vt no.in l.licèt, C.de iure delib.cū aliis multis concord.à me traditis in l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur,nu.392.cæterum quod primum.& infrà, §.xxxvj. gl.ij.nu.37.huic autem.Sæpe autem diximus,id ius retractus per omnia ſequi ius ſucceſsionis.

17 ¶Ex conſuetudine autem Britonum.c.ccxx.& iterum conſtitutione v. veterum conſuetudinum, emptor



*Cōſuetudines de tēpore retractus.*

emptor ſi ſemel contractum ſuum publicè propoſuerit,tutus erit à retractu ſpatio x. anno.& ſine ea denuntiatione,xv.an.At reformatis conſuetudinibus,aliter ſtatutum eſt, vt patet hoc eo.titu. §.v.Verùm ex conſuetudine Laudunenſium,& aliorū Veromandienſium,huius tit.§.v.qui eſt totius iij.partis lxxix.ſi emptor poſſedit rem x.annis,non amplius auditur conſanguineus ad retractū,niſi veniat intra annum poſt eos x.annos.Sed ex conſuetudine Nuſtriæ,quā nunc Normandiam vocamus, ſi publicatio contractus facta non fuerit,vt ibi diſponitur , conſanguineo ius retrahendi competit intra x.annos,vt refert Igneus in l.j.§.ſi cùm omnes,nu.12.ff.de S.C.Sylla. Et vide quæ dicam infrà in §.vlt.huius tit.in gl.ij.in verbo,*notifier au greffe*, in xiij.q.

*Tempus duorū emptorum, quomodo ſit numerandū ad præſcriptionē retractus.*

18 ¶Verum illud ſuper hoc ſcire neceſſe eſt,quid ſi notificatione nō facta apud acta,emptor prior poſſedit rem xv.annis,& poſteà vendit rem alteri: quantum tempus huic ſecūdo emptori reſtat, vt præſcribat retractui? vtrùm ſcilicet neceſſe ſit,vt poſsideat illos x.annos,quibus ſine prioribus illis xv.poterat præſcribere,& ſic illi xv.priores ſint illi inanes & ſuperuacanei:an verò de aliquo tempore ei pro derunt,& quanto,vt nō ſit ei opus integro decennali tēpore.Et certè non ei debent eſſe inutiles,cùm emptor vtatur acceſsione venditoris ad perficiendā præſcriptionem.l.dolia.§.j.ff.de cōtrah.emp.& l.ij.§.emptori.ff.de vſuc.pro emp.cū ſi. Cùm igitur primus ille emptor poſſederit tantum temporis,quantùm ſatis erat ad dimidiū totius,ſi ſemper rem tenuiſſet,reſtat, vt huic ſecūdo emptori neceſſe ſit poſsidere alterū dimidium eius temporis,quo ipſe ſolus ſine acceſsione potuiſſet præſcribere,ſcilicet quinque annos,& ſic pro rata & portione vtriuſq;, vt in ſimili ſcribitur in Auth.quòd ſi quis,& ibi gl.& Doct.C.de long.temp.præſcri.& in §.de præſcri. in Auth.vt ſponſ.largi.& gl.in l.malæ fidei,& ibi Pet.Cy.Saly.in vj.q.C.de long.temp. præſcrip. Bar.in Auth.quas actiones,ad fi.C.de ſacroſ.eccl.Bartho.Brix.in xxij.q.Domi.Titius prædium.

*Cōſanguineus an poſt annū ſit audiendus.*

19 ¶Sed cùm noſtra conſuetudo notificatione facta annū retractui præſtituerit , ſatis hinc intelligitur,conſanguineū poſt annum non eſſe audiendū , vt etiam expreſsè & in hoc caſu reſpondit Pau.Caſt.conſi.430.circa primū,lib.2.& iterum conſi. 351.prædicta reformatio , eo.lib.2.nā fruſtra (inquit in poſteriori loco)ſtatueret tēpus vnius anni conſanguineis,ſi lapſus eius tēporis eos non excluderet,per gl.in l.j.§.cùm dicitur,ff.ſi cui plus quàm per leg.Falc.& l.iij.§.diuus,ff.de iure fiſci,& l.ſi legatario,§.vlt.ff.de fideic.lib.& l.iiij.§.vltimo,eod.titu.& l.à quo,in fi.ff.de dam.infec.& quod no.Inn.in c.cū in tua,extrà qui mat.accu.poſ.& Bar.in l.Ariſto,ff.de iur.delib. Nā & quod certo tēpore permittitur,poſteà tacitè prohibetur.l.ſtatuliberū.§. Stichū,ff.de leg.ij. & l.j.§.ſi mulier,ff.de libe.agno.Hęc Pau.Cui adde,quæ dicā latiùs infra eo.tit.§.iij.in gl.iiij.eademq; vlt.nu.2. & ſeq.& rurſus tit.ſeq.§.j.gl.ij.quæ eſt in verbo,*à tel temps,* nu.49.præterea emptor,& multis ſeq.

*Quid, ſi poſt annū emptor ſolicitauerit conſanguineū ad retrahendum.*

20 ¶Tu tamen id intellige,niſi lapſo anno emptor denuntiarit conſanguineo,vt ad huiuſmodi retractū veniat.nā illi venienti nō poterit ipſe emptor opponere id tēpus eſſe tranſactū:vt expreſsè, & in hoc caſu,voluit Cæpolla cautel. xcvij.aut ex aliorū librariorū computatione, lxviij.incip.ſi petens ſe mitti,per no.ab Inn.& aliis,in c.cùm inter,de exc.Bar.& aliis in l.cùm mulier.ff.ſol.ma. eo.Bar.in l.ſi ſuſpecta,ff.de inof.teſt.Bal.in l.teſtamento,in fi.C.de teſt.Ang.in l.j.§.ſtipulatio,col. vj.ff.ſi cui plus quàm per leg.Fal.Ant.in c.exhibita,col.pe.de iud.Et hoc dictū pro digno notatu retulit,& ſequutus eſt Iaſ.in l.de pupillo,§.ſeruo.circa medium.ff. de no.ope.nun.& Pe.Rebuſ.in cōcordat.in rub.de cōſti.in verbo,intereſſe putantes,col.antepe.ver.ex quo infertur. Et hāc ſententiam omniū optimè fulcit l.Aemilius.ver.dicebā,ff.de minori. & l.quòd ſi nolit,§.in factū, ff. de ædil.edic.& l.poſt diē,ff.de leg.cōmiſ.Et faciunt etiā,quæ dicam infrà in fi.huius tit.in vj.q.& tit.ſeq.§.j.in verbo, *à tel temps,* nu.59.illud autem ſcire,& ſeq.vbi & alia allegaui.rurſumque §. iiij. eiuſdem ſeq.tit.in gl.vlt.nu.2.& quod ſcribit Alb.in l.ij.col.iij.ver.quid ſi dominus.C.de iure emphy.& in l.cōmiſſoriæ,& ibi quoq; Sal.in fi.per illum tex.C.de pact.inter empt.& vend.& Caro. Rui.conſi.clj.circa dubia,nu.3.4.5.6.lib.3.& conſi.166.viſo diligenter,col.vj.nu.14.eo.lib.3.

*Quid ſi ignorans tēpus lapſum id fecerit. Renuntiatio ad ignorata non trahitur.*

21 ¶Sed hoc tamen intelligendū eſt,ſi modò emptor ſciens prudenſque id denūtiauerit conſanguineo:ſecus autem,ſi ignoranter.Quid enim,ſi erranter putet annum durare,aut procuratorem,cui demandauerat,vt emptionem in acta referret,nondū id feciſſe,cùm tamē feciſſet, & annus poſteà effluxiſſet:aut ſi quis emptori ſucceſſerit, nec reſciuerit notificationē factam fuiſſe à defuncto, cuius rei iuſtā habet ignorantiæ cauſam.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.cum ſi.Certè ei ſubueniendum eſt.l.ſed & ſi.§.vlti.ff.ſi quis cautio.& l.vlti.ff.ad S.C.Macedo. & l.ſi quis delegauerit, ff. de nouatio.Nec enim renuntiatio,etiam expreſſa,trahitur ad ius ignoratum,l.mater,ff.de inof. teſt. cum aliis à me adductis in repet.l. ſi vnquam,in præfat.nu. 98.inci.ſecundo modo.

*Ignorans ſibi non præiudicat.*

22 ¶Hinc dicit Speculator per aliqua ex dictis iuribus in tit.de locat.§.nunc aliqua,verſi.xxiiij.& iterum xxvj.quòd dominus ignorās rē fuiſſe cōmiſſam propter canonē non ſolutum,nō ſibi præiudicat recipiēdo ſolutionē penſionis.Et idem tenet Dy.in l.Mæuius,§.ſi duobus, & ibi quoq; Bal. & Imo.ff.de leg.ij. Cy.in l.ij.in iiij.q.& ibi Alber.qui alios antiquiores citat, col.iiij. & ibi etiā latè Iaſon,col.xliij.verſi.quarta principalis,C.de iure emphy.& Ant.cōſi.22. viſis punctis,col.ij.verſi. nunc ergo videndū,& Alex.conſi.106.magnifice Prætor,col.v.verſi.vel etiam poteſt reſponderi. Et Hipp.Marſil.in l.qui ignorans,nu.29.ff.ad l.Corn.de ſicar.vbi id dicit ſingu.& iterum in l.qui falſam,colum.xcviij.ff.ad leg.Corn.de falſ.Et ſimile quidpiam voluit Bald.in c.j.col.ij. verſic.ſed pone quòd poſt annum , titu.quo tempo.mil.quòd dominus poſt tempus petendæ inueſtituræ præſtitutū recipiens vaſallum,videtur remittere culpam,niſi id per errorē iuſtum & nō ſupinum

fecerit:per multa iura ibi per eum allegata,probantia neminem ignorantem remittere videri. Et ſequuntur Marti.Laud.Iac.Aluar.& Card.Alex.ibi,illi col.ij.hic iiij.Et idem voluit, licet non dicant,gl.ibi in verbo,& menſem,& Io.Ray.in c.j.§.præterea ſi quis,in xvij.q. & iterum in §.inſuper,col.pen.tit.de prohib.feud.ali.per Fed.Sed & ipſe Spec.tit.de præſcr.§.j.verſi.quid ſi colonus fundum.& ſeq.dicit,quòd ſi emptor,qui emit à colono aut emphyteuta,& vſucepit,nihilominus penſionẽ præſcriptione temporis cõpleta obtulerit,aut promiſerit,ignorans ſe vſucepiſſe,ſibi nõ nocet:etiam per quædam ex dictis iuribus.Et ibi ſequitur Io.And.in addi.Et facit etiã,quod ſcribit idem Io.And.in addi.eiuſdem tit.de no.ope.nun.§.j.in fi.vt tamen intelligas,in Francia opus eſſe impetrare gratiam huius rei à Principe,quod nos vulgò,*eſtre releué,* appellamus.

23 ¶ Nec tamen intelligas,hoc caſu,cùm ſcilicet emptor ſciens poſt tempus anni tranſacti denuntiauit conſanguineo,vt veniret,ipſum conſanguineum ſemper poſteà admitti: quia debet venire intra modicum aliquod tempus poſt eam denuntiationem:quod magis intellectu percipi poteſt, quàm dici.l.ratum.ff.de ſol.alioqui enim non admitteretur,vt in ſimili dicit gl.in d.l.Aemilius,in verbo,reſtitui,in ij.ſol.oppo.ff.de minori.quã ita intelligit,& ſignandam dicit Bart.ibi,in j.col.& eam dicit ſing.Bal.etiã ibi in j.lect.& iterũ in ſua Margar.in verbo,interpellatio,verſi.iij. & eãdem auream idem Bal.in l.& ſi poſt tres,in lect.ij.verſi.ij.caſu,ff.ſi quis cautio.ſed & ſing.& menti tenendam ipſe Bal.in c.j.in verbo,quàm citius,& ibi Mart.Laud.qui & eam auream dicit, & Cardi. Alex.col.j.qui & eam dicit ſing.titu.de noua.for.fidel.& idẽ Bal.qui id tempus committit arbitrio iudicis,in c.j.§.ad hæc,poſt prin.& ibi quoque poſt eum Mart.Laud.& Card.Alex.tit.hîc finit lex Cornelia.Ro.conſi.xxvij.viſo themate,paulò ante fi.Imo.in l.j.§.item ſi ita.ff.ad leg. Falc.Iaſ.qui eam dicit valde no.in l.ſi ex legati cauſa,col.iij.verſi.principaliter,ff.de verb.obli.

*Intra quod tẽpus admittitur conſanguineus poſt tempus ſolicitatus ab emptore.*

*Tempus quod magis intellectu percipi poteſt,quàm dici.*

24 ¶Et id profectò æquum eſt arbitrari,vt confeſtim id fiat,cùm primùm fieri poteſt,cùm ſit veluti quædam conditio poteſtatiua,per l.rogo.ff.quan.dies.lega.ced.iuncta l.hæc conditio,ff.de cõdi.& demon.Id quod Pet.Anch.conſi.331.viſis diligenter actis,col.ij.verſi. tertiò aduertendum intelligit,etiamſi in huiuſmodi conditionibus appoſita fuerit dictio,quãdocunque: trahitque ad facultatem retrahendi,quandocunque conceſſam vẽditori ab emptore: qui caſus eſt noſtro proximus. Idque ſi certum facere volumus,putarim arbitrandum,id fieri debere intra octo dies, qui ab hac noſtra conſuetudine,§.iij.huius tit.ſtatuuntur.Nam ſi non dantur ibi niſi octo dies, etiam oblatione facta intra annum,quo tempore cogitur emptor,velit nolit,recipere conſanguineũ : multò magis,ſi eum velit admittere poſt annũ,quo tempore nõ cogitur,tum quia in dubio emptor videatur intellexiſſe de tempore cõſuetudinis,iuxta no.in ſimili per Dy.Bar.Ang.Imo.Raph.Co.& alios Recentiores in l.hæredes mei,§.cùm ita.ff.ad Trebel.cum multis ſi. à me adductis in repet. l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.101.ſed illud hîc quæro,C.de reuoc.dona.

*An confeſtim id fieri debeat.*

*An intra octo dies.*

25 ¶Tum ne conſanguineus abutatur liberalitate emptoris , dum prolixius tempus contendit ſibi deberi ex eo,quod liberè ipſe emptor conceſsit,quàm ſi ex neceſsitate illum admiſiſſet. Sic enim plus fauoris haberet neceſsitas,quàm liberalitas,contra l.ſi quis graui,§.vtrùm,& ibi not.à Barto. Bal.& Ang.ff.de S.C.Syl.cũ concor.à me quoq; collectis in d.repe.in verbo,donatione largitus, nu.106.quarta declaratio.Quanquàm contra hanc rationem facit tex.in l.quòd ſi,§.reſtitutio, & ibi Bar.ff.de mino.& in l.cùm poſtulaſſem,§.j.de dam.infec.& l.ſi fideiuſſor,§. ſi neceſſaria,ff.qui ſatiſd.cog.vbi Soci.dicit,eum tex.ſemper ad id allegari,vt magis ſit fauendum ſubueniendumque ei,qui facit ex neceſsitate,quàm qui libens facit,& l.ſi dictum,§.ſi compromiſero,ff.de euict.cùm dicitur,nulla enim neceſsitate cogente id feci,& l.tutori,ff.de neg.geſt.Dy.& Alber.in l.de curatore,§.vlt.ff.de cur.bonis dan.Idẽ Alber.in l.actione,§.Labeo,ff.pro ſoci.& in l.ſi pupilli, in prin. ff.de neg.geſt.Pet.Anch.conſi.159.rationes,col.j.verſi.ſecundò, & conſi.280.viſis,circa medium. Imo.in l.iiij.§.Cato,col.j.& ibi Lancel.Gal.col.xxiij.verſi.ſecundò,ff.de verbo.obli.Fran.Cur.Senior,conſi.84.eodemq; vlt.ſuper quotidiano,col.vlt.Bap.Cacial.in repe.l.admonẽdi,col.10.verſi. non obſtant,ff.de iureiur.& Doct.ſæpe,illud quod ſuprà diximus ſubinde proponentibus, magis ei faueri & ſuccurri,qui coactus,quá qui volens,quid facit.Sed illud procedit in prohibitis,aut ſuſpectis,aut id genus cæteris,nam in aliis ſatis conſtat,D.O.M.voluntarium militem deligere.

*Neceßitate aliquid faciẽti magis ſubueniendum.*

26 ¶Igitur ſi quis illis rationibus non contentus, præfractè vellet defendere maius aliquod tempus requiri ad eum repellendum:ſciat ad ſummũ hæc verba,aut ſimilia,extendi nõ poſſe,nec debere (ſi non toto cælo errem)niſi ad alium annum,qui ab initio ex ſtatuto cõpetebat:nam temporum prorogationes,& renouationes ita intelliguntur,ne ad prolixius tẽpus extendantur,quàm primũ ipſum tempus,quod ab initio conſtitutum erat,ar.Auth.qui ſemel,C.quomodo & quãdo iud. & l.ſancimus,C.de fideiuſſoribus,& Auth.ei qui.C.de temp.app.& l.ſi iudex,ff.de iud.& c. præſenti,v.q.ij.& quod de prorogatione compromiſsi tradit Bal.conſi.101.nobiles viri,col.vlt.verſi.venio ad quintum,lib.3.& in c.quintauallis,col.pen.verſic.data eſt poteſtas,extrà de iureiur.& in c. vlt.col.pen.verſi.dubitabatur inſuper,& rurſum verſi.vt vnum ſcias,extrà de conſuet.& Lãfran. Bri.in tract.de arbi.char.5.& Fel.& Phil.Dec.in c.de cauſis,ille col.ij.verſi.ſecundò limita,hic col. j.verſi.& aduertendum,extrà de offi.deleg.idem Deci.in c.ſua nobis,col.j.in fi.de appel. { Georg. Nat.in repet.cle.ſæpe.in prin.col.lxiij. verſi.tu adde quòd licet.de verbo.ſigni. } & Hippo.Marſi. ſing.lij.prorogatio compromiſsi,vbi id dicit ſing.

*An intra annum.*

*Tempus cẽſeri prorogatũ in alterũ tantum.*

27 ¶Et id ſaltem haud dubiè procedit,cùm in prorogatione aut renouatione non apponitur certum tempus,



tempus,ſed eà fit ſimpliciter ſine præfinitione temporis. Tunc enim ſine cõtrouerſia intelligitur tantùm facta de altero tãto tempore,quãto primum tempus durabat:vt de continuatione tacitæ ſocietatis,& locationis reſpondit Bal.conſi.448.punctus ſuper quo,col.ij.verſi.ſi autem hoc non apparet,lib.4.per tex.inter cæteros optimum in l.in iis,§.vxor.ff. ſol.matri.Nam & aliàs videmus prorogationem cenſeri factam cum iiſdem qualitatibus & conditionibus.l.ij. §. ſed ſi iudex.ff.de iud.cũ aliis multis ſimi.& concord.à me collectis infrà tit.procedente, §.j.gl. vij.in verbo, *ſeront preferez,* nu.27.ex quo fit.Nam & quælibet renouatio tacitè recipit quicquid prius inerat,vt no. Bar.in l.ſi mihi & Titio,paulò ante fi.ff.de verb.obl.Bal.in l.j. col.pen.verſi.ſed quid ſi dominus, C.quando non peten.part.cũ concor.adductis ab Alex.conſi.xxx.quoniam omne datum. col.ij. verſ.& licet noua,lib.1.quod cõſ.duplicatur,conſi.ij.li.v.& ab eodẽ Alex.cõſ.cvij.in cauſa Nicolai,col.ij.verſi.inſuper oſtẽſum.& Phil.Dec.conſi.407.viſis & diligenter,col.iij.verſi.cõfirmatur.

*Prorogationẽ temporis,cum iiſdem qualitatibus & cõditionibus factã cenſeri , uide uerſi.ſeq.in fi.*

28 ¶Et tempus quoque augmenti debet intelligi ſecundũ naturam & qualitatẽ temporis principalis:vt in pulchro caſu reſpondit Alex.conſi.cxviij.ſtantibus terminis,in fin.lib.3. per tex.in l.item quæritur,§.qui impleto,ff.loca.& l.legem,C.eo.tit.& in l.inter ſocerũ,§.cùm inter, ff. de pact.do. & l.etiam,C.de iure dot.Et id generale eſt in quolibet augmento,vt ſequatur naturam principalis,vt latè dicemus infrà eo.§.gl.xvij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté,*nu.51.nã & hæc,& ſeq. Et faciunt etiam ſcripta à Bal.in l.Aemilius,in addi.col.vlt.verſ.item no.quòd pœna,ff.de minor. & conſi.cccl.verba compromiſsi,col.ij.verſi.modò ſequitur,lib.v. Ideoque etiam putarem in noſtro caſu conſanguineum poſſe venire intra annum,poſteaquam emptor illi denũtiauerit, vt veniret : niſi eam conſuetudinem haberemus , quæ non niſi octo dies tribuit poſt admiſsionem. Quanquàm contra eam rationẽ,quam adduximus de eadem qualitate prorogationis,facit quod tradit Bal.in l.legem , circa medium.C.locat.quòd licet renouatio aut prorogatio cenſeatur fieri ſub iiſdem modis,non tamen ſub iiſdem temporibus,per gl.ibi,& text.in d.§.qui impleto, & ſequitur Iaſon conſi.xlix.Innocentius,col.iij.lib.3.

*Tempus augmenti imitari naturã temporis principalis.*

29 ¶Quòd ſi quis non ſatis confidat his,quæ diximus,veritus ne & poſt annum hic conſanguineus admittatur,ego ei conſulo,quò ſe huic vano timori eximat, vt interpellet ipſum conſanguineũ, vt rem redimat intra duos menſes,alioquin illum ſe non amplius admiſſurum.Nam tunc elapſis iis duobus menſibus,ea obligatione ſe exuit,qua promiſerat ei cedere ea re reſtituto pretio: vt in retractu conuentionali in hoc eodem caſu reſpondit Ro.d.conſi.xxvij.in vlt.dubio,per no. ſing. vt ipſe dicit à Bar.poſt Dy.in l.qui Romæ,§.cohæredes,per eum tex.ff. de verbo.obli. quod quidem Ro.conſi.retulimus infrà tit.ſeq.§.j.in gl.ij.in verbo, *à tel temps,* nu.64.quid verò ſi iam. De illo autem Bar.dicto nos alibi pleniùs diximus.

*Quid ſi emptor interpellat conſanguineũ ut ueniat intra duos mẽſes.*

30 ¶ Ex quibus potes intelligere,non rectè cenſuiſſe quoſdam interpretes cõſuetudinũ (quos honoris cauſa taceo ) qui ſcripſerunt tẽpus à ſtatuto præſtitutum retractui non poſſe prorogari de conſenſu emptoris,& conſanguineorum:& in id allegant Alex.conſi.xxiiij.inſpecto proceſſu,lib. 4.qui id non dicit, ſed illud tantùm , quòd tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto prorogari non poteſt conſenſu partium,ſicuti nec tempus in id præſcriptum à iure cõmuni: quod longè eſt diuerſum.Illud planè fateor, quòd licet emptor poſsit admittere conſanguineos vẽditoris poſt annum ad ſuũ ipſius præiudicium, non tamen domini feudalis,aut cõſanguineorũ ipſius emptoris, quin poſsit dominus petere laudimia ex huiuſmodi reuenditione, & conſanguineus vi illius retrahere:tanquam ſit noua venditio,& ea quidem ſpontanea,& minimè neceſſaria:vt etiam voluit Caro.Molen.in conſuet.Pariſi.tit.j.§.xxiij.in xij.q.Idque etiam maximè quantùm ad conſanguineos , ſi fuerit tempus ſtatuti prorogatum, ante ipſum tranſactum :neque enim id fieri potuit in aliorum præiudicium,ſed tãtùm prorogantium.l.ſi cùm Hermes, C.de loca.& l.item quæritur,§. qui impleto,ff.eo.& latiſsimè dicemus infrà tit.proximo,§.j.gl.vij.in verbo,*ſeront preferez,* nu.32. præterea quia etiam,& ſeq.Et faciunt,quæ etiam trademus eo.ſeq.tit.§.vj.in glo.ij. quo loco tractamus, an laudimia debeantur ex reuenditione facta venditori.

*Tempus retractus, an poßit prorogari de conſenſu partium.*

31 ¶Præſertim verò in hoc caſu,in quo ſtatutum eſt tempus à ſtatuto,vel lege,cuius mutandi non tanta eſt nobis facultas,quanta eius temporis,quòd à nobis conuentũ eſt:hoc enim ſemper prorogare poſſumus,illud ſæpe non poſſumus,etiam in noſtrum præiudicium:vt in caſu l.properandum, C. de iudic.no.gloſ.ibi in prin.in verbo,triennij,ibi,item an poteſt prorogari.& ibi quoque Bar.col.j.verſi.circa hanc legem,& Bald.col.ij.verſi.venio ad quæſtionem, Salic.col.item ij.verſi. quæro an terminus,Alex.& alij Recentiores.& gl.in l.ij.§.ſed & ſi iudex,in verbo,inhibita , & ibi quoque Albe.ad fi.ff.eo.tit.Bal.in l.quòd ſi nolit.§.vlt.in fi.ff.de ædil.edict.in lectu. antiq.& in c.j. §.hoc quod nos,col.pen.verſi.quintò no.quòd tempore, tit.de pact.Conſt.Ro.conſi.clxxiiij.ſpectabilis dominus,col.ij.cum aliis concord.adductis ab Alex.d.conſi.xxiiij.col.vlti.libr.4.& conſi. cxxxvij.in cauſa & lite vertente,col.j.lib.2.Cui adde Mari.Soci.id latè tractantem,in c. venerabilis,in xvj.art.prin.extrà de iudic.

*Tempus legis nõ tam facilè mutari poteſt quàm hominis.*

32 ¶Et in tempore ad appellandum præſtituto voluit Zenzel.in extrauag. Ioan.xxij. incip.ſuſcepti, verſi.nos de illo,in verbo,decem dies,tit.de elect.Bald.in Auth.hodie,colum.ij.verſicu.quid, ſi eſt appellatum,C.de appel.& in Auth.ei qui,col.vlt. verſi.quæro nunquid tempus appellandi, C.de temp.app.& in l.centurio,in fi.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.Pau.Caſt.& Ro.in l.ij.ff.de re iud.& idem Ro.in repet.rub.de arbi.col.xv.verſic.xiij.& Corſ.in ſuis ſin.in verbo,appellatio,verſi. appellatio interponi.

*Tẽpus appellandi,an prorogari poßit. An tẽpus proſequendæ appellationis.*

interponi. Et in tempore etiam conſtituto ad proſequendam ipſam appellationem, vt probatur in cle.appellationem,& ibi gl.& Doct.de appel.Zenzel.vbi ſuprà,Ioan.And.in addi. Spec.titu.de app.parte ſecunda,§.nũc breuiter,verſi.licet autem detur annus.Bar.in Auth.ſi tamen, C.de tẽp. app.Bald.in l.eos,col.ij.verſic.modò quærit glo.C.de appel.Matheſa.no.xxiiij.no. quòd tempus. Quanquàm huius contrarium tenet ipſe Bal.in d. Auth.ei qui,col.vlt.verſi. quæro nũquid partes,& ibi Sali.col.vlt.verſi.quæro ab extra,& idem Sali.in d.Auth.ſi tamen, eo.tit.de temp.appel. & Ro.in d.rub.de arb.vbi ſuprà,& Maria.Soci.vbi etiam ſuprà,in ſecundo membro xvj.artic.De quo latius per Pan.in c.ex ratione,col.ij.verſ.ſed circa hoc verſatur,& ibi omnino Fel.col.j.ver. ſecundò dum firmat,extrà de appel.Sed ſatis eſt oſtendiſſe, non ſemper ius eſſe partibus prorogandi temporis à lege vel ſtatuto præſtituti,etiam in præiudicium ipſarum.

*Cõſanguineus cui emptor dixit,uenias toties quoties, an admittatur poſt annum. Ad omnẽ petitionem.*

33 ¶ Sed quid,ſi cum conſanguineus intra annum dixiſſet emptori, velle ſe retrahere rem venditam,& emptor reſpondit,venias toties quoties volueris,ego te libenter admittam : an poſt annũ audietur conſanguineus ? Ego vidi aliquando hanc controuerſiam coram me agitari. Conſanguineus enim dicebat ex illis verbis ſe poſt annum eſſe admittendum. Ego ſecundũ emptorem pronuntiaui,motus doctrina Ange.in l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,& ibi Imo.col.iij.ff.de verb.obli.quòd per verba generalia promittẽtis ſoluere ad omnẽ petitionẽ & voluntatẽ alterius, non cenſetur renuntiatum præſcriptioni temporis:nam debent ea verba intelligi,prout tacitè res inerat:ideò nihil operantur.l.ſi decem cùm petiero.ff.de verb.obl.& l. Titia hæredis,ff. de condi. & demõ.iuncta l.iij.ff.de leg.j.& ſequitur Alex.conſi.clxx. viſis ſtatutis,col.ij.verſi.nec prædictæ concluſioni,lib.7.vbi ex hoc reſpondit,quòd ſtante ſtatuto,quòd ſi creditor habens inſtrumentum,non egerit intra trienniũ,inſtrumentũ ſit nullum, non tollitur illius ſtatuti præſcriptio per verba debitoris,promittentis ſoluere ad omnẽ voluntatẽ, petitionẽ,& requiſitionem creditoris.

*Semper,& aliæ huiuſmodi dictiones, non tollunt præſcriptionem.*

34 ¶Quibus adde,quòd per hæc verba affirmatiuè concepta,ſemper,omni tẽpore, perpetuò,quandocunque,& ſimilia, non videtur excluſa præſcriptio tẽporis,quæ aliàs curreret.l.in cognitione, in prin.cum gl.in verbo,ſemper. {& ibi Rom.} ff.de ſenatuſcõ.Sylla.& l.j.cum gl.in verbo, præſcriptionẽ,C.de bon.mater.& voluit Bal.in l.j. {col.vlt.} ff.ſol.mat.per d.l. iuncta l.in rebus.C.de iure dot.& idẽ Bal.in l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædil.edic.Rom.in l.j.ff.de vſuca.& in rubr. de arbit.col.xv.verſi.xij.per ſententiam.Fran.Aret.in d.l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,col. ij.verſi.ſed quærit hìc Ang.cũ aliis multis quæ in hanc ſententiam colligemus infrà tit.ſeq.§.j.in verbo, *à tel temps*, nu.2. & hoc ſanè.& ſeq. Nam & aliàs verba ſunt intelligenda ſecundùm ſubiectam materiã.l.ſi ſtipulatus,ff.de vſur.& plenè diximus in repe.l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur,nu.30.fallit ſecundò,& ſeq.C.de reuoc.donat.Et facit quod ex Pet.Anch.diximus ſuprà, nu. 24.& id quidem,& quæ ſcribam in d.verbo,*à tel temps*, nu.8.ſed plus dicit.Et quod etiam no.reſpondit Ro.conſi.xv.plura ſunt,in quarto eodemque vlt.dubio,quòd ſi fuerit præſtitutum tempus ad proponendas petitiones aduerſus poteſtatem, non obeſt eidem poteſtati, qui ſe promiſit præſentaturum toties quoties opus fuerit,vt poſt tempus cogatur ſe repræſentare.

*Summa omniũ præcedentiũ.*

35 ¶ Ex ſupradictis igitur, vt hoc in ſumma dicam , quinque hic ſunt potiſsimum notanda. Primum,quòd ſi nullum eſt tempus ſtatutum retractui, conſanguineus intra triginta annos admittitur aduerſus emptorem:& intra decem annos inter præſentes , & viginti inter abſentes,aduerſus tertium,qui ab emptore emit.Secundum , quòd cùm ſtatutum vel conſuetudo certum tẽpus ipſi retractui præſtituit,non eſt conſanguineus poſt id tempus audiendus. Tertiũ,quòd ſi tranſacto tempore ſtatuti emptor ſciens prudenſque denuntiauit conſanguineo , vt veniret ad retractum,non poterit illum veniẽtem intra legitimum tempus ſuprà declaratum ſummouere : ſecus, ſi ignorans.Quartum,illo caſu,quo emptor admittit conſanguineũ poſt tempus ſtatuti , conſanguinei emptoris,qui reuendidit,admittuntur ad retractum huius poſterioris venditionis, ex eaq; debentur laodimia domino,tanquam ex noua & voluntaria venditione.Quintum,quòd ſi conſanguineo intra tempus ſtatuti declaranti ſe velle retrahere,emptor reſponderit , ſe illum quoties vel quandocunque voluerit,admiſſurum,ei nihilominus currit tempus ſtatuti.

*An currat tẽpus retractus, dum res eſt cõtrouerſa inter emptorem & uenditorem.*

36 ¶ Sexto igitur ( vt ad alia pergamus ) quæro , quid ſi venditione facta ſuboritur controuerſia inter emptorem & venditorem,fortè ſuper traditione rei venditæ,quia venditor negat,aut aliter impugnat venditionem , & interim labitur annus : vtrùm nihilominus admittitur conſanguineus intra annum finitæ controuerſiæ.Quod videtur,quoniã non dicitur ſcire alienatam rẽ fuiſſe ante exitum litis,ar.l.quandiu,C.qui admit. Et ita in hac ſpecie nuncupatim voluit Iaco.Ra.in l. cõtra maiores,& ibi quoque Pet.à Bel.pertic.verſi.dicit hìc Cy.col.ij.verſi.item facit hæc l. & Bal. qui hic dicit no.col.ij.verſic.ecce aliam quæſtionem,conſuetudo eſt.& Sali.in fi.C.de inof.teſt.idẽ Bal.in tract.Proto.col.v.verſi.ſed pone quòd Titius.Collect.in c.conſtitutus,col.pen.verſic.& vt perfectius,{& ibi Aegid.Bellam.col.xx.verſi.decimoquinto,quod.} extrà de reſti.in integ.Maſue. tit.de retract col.vlti.verſi.item pone, emptor agit.Guid.Pap.deciſ.cclvij. cauetur de conſuetudine,in prin.& omnes prope gloſſematarij conſuetudinum Franciæ.

*Tẽpus promouẽdi ad ſacerdotiũ,nõ currit beneficio controuerſo. Nec tẽpus eligendi, pendente lite ſuper iure eligendi.*

37 ¶Sed & facit tex.in c.commiſſa,& ibi gl.in verbo pacificam,& Doct.de elect. lib.6.vbi tẽpus anni præſtitutum ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei qui beneficiũ curatum obtinuit,nõ ei currit,quandiu lis ab initio mota pendet ſuper huiuſmodi beneficio. Et quod traditum eſt ab Hoſt. Io.And.& Panor.in c.quoniam, extrà de iure patro.quòd pendente lite ſuper poteſtate eligendi,

non



non currit tempus præfixum electioni faciendæ.& id clanculum probatur in c.ij. extrà de in integ.reſti.Quanquàm ſecus ſit,ſi lis ſit ſuper iurepatronatus,per d.c.quoniam,& rurſum c.eã te,& c.cùm propter,eo.tit.ſed id fit in hoc caſu propter ſpecialem peculiaremque ac ſingularem quandam rationem:vt no.omnes in d.c.quoniam.ex quo poſſumus intelligere,Ius commune in cæteris caſibus eſſe in contrarium.l.in iis quæ contra.& l.ius ſingulare,ff.de leg.Nam & Panorm.conſi. xciiij.in quæſtione hæredum,col.iiij.verſi.non obſtat ſecundò,lib.2.reſpondit , emphyteutã non eſſe in mora ſoluendi canonem,quandiu tertius ei de re emphyteutica quæſtionem facit, nec poteſt illius poſſeſsionem aſſequi,arg.d.l.quandiu.

*Vaſallus non eſt in mora, ſi patitur feudi controuerſiã.*

38 ¶Et idem quoque in vaſallo,qui non eſt in mora petendi inueſtituram,quandiu patitur controuerſiam feudi ab alio,qui ipſum feudum occupat,voluêre Guil.Cu.Bald.Sal.Raph. Fulg.& Pau. Caſt.in l.ſolẽnibus.C.de rei vend.& Idem Bal.Iac.Alua.& Card.Alex.in c.j.tit.quæ fuit pri.cau. bene.amit.per d.l.quandiu.And.Iſer.in c.j.in prin.tit.de capit.Corra.Pet.Anch. conſi.clxxiiij.dominus,col.vlt.Mart.Laud.in c.j.in fi.tit.quib.mod.feud.amit.l.ij.Steph.Berti.conſi.ciiij.etiam,col. j.nu.6.lib.2.& iterum conſi.xv.ex themate,nu.3.lib.4.Guid.Pap.dec.Delphi.clxv.ſed iuxta,Albe. Bru.conſ.xxxviij.viſis,col.ij.verſi.nec obſt.Fran.Cur.Iunior in tract.feud.parte iiij.in xxiij.cauſa priuationis , col.vlt.verſic.ſeptimò limitanda eſt. Idem denique,ſi controuerſia ſit inter hæredes ſcriptos,& venientes ab inteſtato,de viribus teſtamenti, non currit interim tempus executionis ipſius teſtamenti: vt per Petr.Ferr.qui tamen diſtinguit,tit.forma libel.quo agit.ad red.rationem tutel.in verbo,ac executores,col.verſi.vlterius quæritur.Et facit,quod poſt Guid.Suz.tradit Alb. in prima parte ſtatorum,q.clxxvij.item quæritur,ſtatuto cauetur.

39 ¶Verùm hæc,quãtum ad retractum noſtrum proximitatis pertinet,non ſunt ſine ſcrupulo apud nos,quibus eſt expreſſa conſuetudo,id tempus retractus currere ignorantibus,minoribus, abſentibus infrà hoc eo.tit.§.xxxv.Nam & Caro.Molend.in conſue.Pariſi.titu.j.§.xlij.in v. eademque vlt.q.negat cõtrouerſiam à tertio motam impedire curſum retractus feudalis.Cui & ego in ea re accedo.Præſertim cùm alia conſuetudine,§.xxxvj.tempus currat à notificatione cõtractus apud acta. Veniat igitur conſanguineus,ſi libeat,ad retractum,& ei cedet emptor cum onere illius litis motæ:vt in ſimili dicemus in venditione facta cum pacto reuendendi infrà tit.ſeq.§.ij.

*Quid ſi cõtrouerſia eſt inter emptorem & conſanguineum.*

*Pendente nullitate teſtamenti nõ currit tẽpus querelæ.*

*Pendente nullitate ſententiæ non currit tempus appellandi.*

40 ¶Septimo,quia in præcedenti quæſtione locuti ſumus,cùm controuerſia eſt inter emptorem & venditorem,aut etiam alium extraneum,prætendentem rem ad ſe pertinere : quæro quid ſi ea ſit inter ipſum emptorem , & conſanguineum etiam contendentem rem ſuam eſſe , & ideò eam vendicantem,tandemque ipſe conſanguineus ſuccumbit,& interim tempus anni labitur , an nihilominus poterit intra annum finitæ controuerſiæ vti hoc iure retractus.Io.Fab. hanc quæſtionem nuncupatim poſuit in d.l.cõtra maiores,& rurſus in §.qui autem,Inſtit.de excu.tut.& vtrobique dicit,eum admittendum.Et in id optimè facit d.l.contra maiores,vbi pendente quæſtione nullitatis teſtamenti,non currit tempus querelæ.Ex quo etiam no.Iac.Are.Cy.Albe.Pau.Caſt.& Recentiores,quòd pendente quæſtione nullitatis ſententiæ,non currit tempus appellandi. quod & voluerunt Iac.Are.Cy.Bar.Alber.in l.quandiu,C.qui admit.ad bon.poſ.& Bal. {poſt Iac.Aret. Cy.& Ray.} in l.qui teſtamento,per illum tex.ff.de excu.tut.Bar.in l.ſi expreſsim,col.v.verſi.circa tertium,ff.de appel.& in l.j.C.quãdo prouo.non eſt neceſ.Ang.in l.Paulus. {aliàs incipit, mora.} §.j.col.ij.verſic.& vnum ſcias,ff.de vſur.Rapha.Co.conſi.xxxvj.proponitur quòd A.iudex, poſt prin.Hipp.Marſi.ſing.clij.ſuccumbens.

41 {¶Vti nec pendente lite admittendorum vel non admittendorum articulorum , aut etiam alia, currit dilatio data producendis teſtibus.vt voluit Spec.tit.de dilat.§.vlt.in fi.per d.l.contra maiores,& alias ſimiles,quas allegat & ſequitur,loco tamen Spec.non deſignato, Bal.qui dicit notabile in l.quandiu inſtitutus.ff.de acqui.hære.per eum tex.& in l.intra vtile.ff.de minorib.Nec pendente lite ſuper nullitate tutelæ non currit tempus præſtitutum proponendis excuſationibus, vt etiam voluit Bal.in l.qui teſtamento.de excu.tut.per d.l.contra maiores.}

*Quomodo ſuperiora intelliguntur.*

42 ¶Quod tamen intelligũt Bal.in d.l.contra maiores,& Ang.in d.l.Paulus,§.j.& Raph. Coma.vbi ſuprà,d.col.j.& iterum in fin.& multi ex aliis,quos citauimus, { Et prætereà Roma.ita declarans illud dictum Spec.in d.l.quandiu inſtitutus, col.ij.ver.& inducitur hæc lex. } ſi probabili ratione motus,victus ille ſententiam dixit nullam.Secus ſi improbabili & temeraria:tũc enim currit tempus appellandi,ne illi ſua temeritas proſit,ar.l.negotiorum,in prin.ff.de appel.& l.ſi longis, C. de execu.rei iudi.& l.tutor, in prin.ff.de vſur. { & idem propemodum voluit ante hos Bart.in l.ij.§. non ſolùm.ff.ad S.C.Tertul.}Et ita intelligendus eſt Guid.Pap.qui tenet ſimpliciter tempus currere,Deci.Delphi.ccccxxxvj.cùm in materia,in lxx.q.

*Qui ſuccũbit, cẽſetur in mala fide fuiſſe.*

43 ¶Sed & in noſtro illo caſu retractus Io.Fab.in d.§.qui autem,intelligit id,quod ſuprà ex eo diximus,niſi cõſanguineus ſciens prudenſq; eam litẽ mouerit,eo ſcilicet animo,ne tẽpus ei curreret, per tex,in l.cùm quidã,ff.de bo.poſſ.& l.quòd Seruius.ff.quod vi,aut clam.Et id quidem(inquit) præſumitur,ſcilicet,ſcienter cautimq; & fraudulenter feciſſe,ex eo quòd ſuccũbit.l.tutor, vel curator.ff.de admi.tut.& d.l.negotiorũ,ff.de appel.niſi aliàs de bona fide appareat,d.l.qui teſtamẽto, ff.de exc.tut.Quam Fab.ſententiam approbat Igneus in repe.l.dudum,char.7.col.iij.verſic.addo vnum quod no.C.de contrahen.empt.Quibus hìc adde,quæ dicemus infrà §.iiij.gl.iij.quæ eſt in verbo,*aura cours contre le retrahant*, nu.1.& 2.& §.xij.in gl.ij.nu.4.quartò quod terminus.

Octavo

*Venditione facta ſub conditione, an tempus currat ante conditionẽ.*

44 ¶OCTAVO quæro, quid ſi res fuit vendita ſub conditione, an tempus ſtatim curret à tempore cõtractus, notificatione facta ſecundùm priuatã noſtram conſuetudinẽ: an verò à cõditione impleta. Et videtur ſtatim currere, nõ aliter expectato conditionis euentu, per l.j.§.biduũ, ff. quando app.ſit, & c.biduũ, in prin.ij.q.vj. vbi ſi feratur ſententia ſub cõditione, ſtatim ex die latæ ſentẽtiæ tẽpus ad appellandũ cõputandũ eſt: nec expectãdus eſt dies, ex quo conditio ipſius ſentẽtiæ extiterit. Et ita in ſpecie noſtræ cõſuetudinis nuncupatim autoritate illorum iuriũ tenuit Guid.Pap. Deci.Delphi.cclvij.cauetur de conſuetudine.col.j.verſi.ſed iuxta præmiſſa, & nihil aliud allegat.

*Tempus contractus inſpici, non conditionis.*

45 ¶Sed ad huius ſententiæ confirmationẽ facit, quòd in contractibus conditionalibus debet inſpici tempus contractus, non conditionis, l.ſi filiusfamilias.& ibi Bar.& alij.ff.de verbo.obli.& l.ij.§.ea quoque, ff.de colla.bon.& l.vlt.ff.de ſtipu.ſer.& l.quæ legata, & l.ſeq.ff.de reg.iur. & quæ traduntur à gl.& Doct.in l.ſi vxorem, C.de condi.inſer.& Bar.in l.ſi rem meam, ff.de verb.obli.vti etiã locum contractus, non conditionis impletæ, inſpiciendũ eſſe, tradit gl.quam omnes ſequuntur in l.ſi vxor, ff.de iudi. Nam & venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta, antequam extiterit conditio, vt dicit tex.in l.neceſſariò, §.ſi ita res, ff.de peri.& commo.rei vendi. Et adeò quidem, vt non liceat alteri contrahentium inuito altero ab ea diſcedere, vt dicit gl.ibi, & in l.j.in prin.C.eo.tit.& in §.j.Inſti.de empt.& vend.& Hoſt.in ſumma, eo.titu.§.ij.in fi.& Sali.in l.ſicut, col.ij.verſi.quæro ab extra.C.de actio.& obli.& Docto.vbique. Ex quibus fit, vt creditor conditionalis teneatur ius ſuum opponere aduerſus ſubhaſtationes intra tempora ſtatuti, non expectata conditione, ne excludatur adueniente poſteà ea conditione: vt no.voluerunt Chriſto.Caſtel.Rapha.Co.Pet.Beſut. Hier.Tortus, & Iaſon in l.ſi ſtipulatus fuerim, §.cùm ſtipulamur, ff.de verbo.obli.& Catel.Cotta, qui id dicit ſing.memor.ſtatuto vel decreto, in prin. Nam & creditores ſub conditione mittuntur in poſſeſsionem, l.in poſſeſsionem, & ibi, gl.quæ declarat, & l.ſi filiofamilias.ff.quib.ex cau.in poſſ.eat. Poſſuntque petere ſeparationem.l.creditoribus, ff.de ſeparati.

46 ¶Sed & ex iis fiunt, quæ Bal.tradit in l.j.ad fi.C.de nundi. Primùm quòd ſi ex ſtatuto non debet ſolui gabella ex contractu facto in nundinis: ſi in illis fiat contractus conditionalis, cuius conditio extet poſt nundinas, nõ debetur gabella, inſpecto ſcilicet tempore contractus, non conditionis. Ita enim eum refert & ſequitur Fran.Are.in l.hæres quandoque, col.vlt.ff.de acqui.hæred. vbi id dicit ſing.& conſ.xj.procedendum eſt breuiter, col.j. Et id quidem veriſsimũ eſt: quia ibi cenſetur fuiſſe contractum, vbi inter partes conuenit, non vbi conditio euênit. gl.in l.ſi vxor, ff.de iud. arg.d.l.ſi filiusfamilias.ff.de verb.oblig. Ideoque ibi debet ſolui gabella, vbi contractus eſt initus, non in loco conditionis, vt per Firm.in tracta. gabel.in v.parte prin.q.xj. & iterum parte vj. q.j. vbi & alia multa in id allegat, atque etiam in iij.parte viij.partis prin.q. xxvij. Alterum dictũ Bal. in d.l.j.de nundi.huiuſmodi eſt, quòd ſi ſtatutum prohibet contrahi ſuper bonis rebelliũ, etiam contractus conditionalis non tenet, licet conditio exiſtat poſt rebannitionem, quod dictum ſequitur Iaſon d.l.ſi filiusfa.in prin.de verb.oblig.

*Contrà, tempus cõditionis inſpiciendum.*

47 ¶Verùm Guil.Cu.loquens in hoc caſu retractus, in l.j.§.annus, ff.quan.actiò de pecu.tenet expectandã eſſe conditionẽ, vt tempus cõſanguineis currat, per tex.ibi, qui ad hoc eſt optimus, & l.Titius, quæ eſt pe.§.procedit autẽ, ff.de exc.tut.& ſequitur Albe.in d.§.annus, & in j.parte ſtatutorũ, q.xcvij.ſed nũquid proximior, in fi.quibus locis ad hoc quoque citat l.tali, in prin.ff. de iure dot. vbi etiã eſt tex.optimus in ratione, cùm dicitur, ne ſi aliàs obſeruaremus, &c.& l.bouem, §.ſi ſub conditione, qui eſt vlt.ff.de ædil.edic. vbi itẽ eſt optimus tex. Et priori quoq; loco allegat l.Caius, ff.de exc.tut. Sequitur itẽ Bal.in tracta.Proto.col.v.verſi.ſed quæro, quid ſi aliqua res, vbi etiã allegat l.j.ff.de iure delib. Et idẽ voluit {Aegid.Bella.in c.conſtitutus.col.xij.verſ.quarta pars, de reſti.in integ. Cæpolla in d.l.bouẽ.§, ſi ſub cõditione, nu.6.ff.de ædil.edi.&} Geral.Bago.in ſua diſpu.retractus: vbi & ad hoc quoque bonũ tex.allegat in l.cùm notiſsimi, §.illud.C.de præſcri.xxx.vel xl.anno. Sed & in eadem opi.fuit Sebaſt.Neapodanus in tract.de Iure congrui, in verbo, emit, & Matth.Afflict.in tract.Protom.in verbo, licet enim ſuprà diximus, col.antepe.ver.ſed an ſi vendita, motus, quia non transfertur dominium, niſi impleta conditione, ſecundum Barto.in l.ſi is qui pro emptore, in iiij.q.prin.ff.de vſucap.& facit (inquit) l.cedere diem.ff.de verb.ſigni.

48 ¶Cui adde & alia iura, id quod diximus, probantia, ſcilicet dominium non transferri ex contractu, aut alio actu conditionali, niſi conditione exiſtente.l.ei qui ita hæreditatem, ff.de condi.inſti.& l.qui hæredi, §.vlt.ff.de condi.& demon.& l.qui abſenti, §.j.& ibi Bar.& alij.ff. de acqui.poſſ.& c.ſuper eo, extrà de condi.appo.& ibi glo.quæ adducit concor.& diximus in repe.l.ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu.225.deinde quia huiuſmodi: vbi & alia quædam huc pertinentia attulimus, vt ibi videre poteris. Sed quibus addere potes l.hæc venditio, ff.de contrah.emp.ex qua probatur tùm demum conditionales venditiones perfici, cùm impleta fuerit conditio. Ex quo nec ex ea ante euentum conditionis agi poteſt, nec debentur laudimia, nec ius prælationis aliàs competens domino, nec ob eam rem emphyteuta cadit in commiſſum: quæ omnia latè executi ſumus ſuprà eo.§.in verbo, *a vendu*, quæ eſt gl.ij.nu.22.ſed & illud in dubium, & ſeq. vbi & alia multa diximus his conuenientia, vti etiam faciemus tit.ſeq.§.ij.gl.j.nu.72.ad decimumſeptimum.

49 ¶Nec interim omittam tex.in l.vlt.§.ſinautem auaritiæ, C.com.de leg.cuius autoritate Bal. conſi.ccclj.item ad illud, lib. 3. tradit fideicommiſsi conditionalis vſucapionem non currere, antequam exiſtat conditio. Et regulare eſt, vt aliàs non currat tempus, niſi impleta conditione, vt voluit Bart.



Bar.qui id dicit multum no.in l.ſi cui legetur, in fi.prin.& ibi poſt Bal.Ang.Raph.Flo.Alex.Fran. Aret.& Iaſ.ff.de leg.j.Bal.in l.id quod pauperibus, col.iij.verſi.ſecundò an iſte annus.C.de epiſc.& cler.& in l.j.in xij.q.C.de his quæ pœnæ no.& in rub.C.de contrah.emp.in xxiij.q.

50 ¶Nam & cùm tempus aliàs apponitur actui, qui dependet ex futuro euentu, vel facto alterius, id non currit pendente dubio euentu, l.iij.§.ſi quis hæredi.ff. de ſtatuli.& l.ſi cui.ff.de lega.iij.& l. ſi rem, §.vlt.ff.de pig.act.& l.ſi mandauero Titio, ff.mand.gl.in l.in illa ſtipulatione, ſi calendis, ff.de verb.obli.Soc.qui alios citat, conſi.76.viſa facti contingentia, col.iiij.verſi.confirmatur alia bona ratione, lib.1. Vt non mirum videri debeat, quod reſpõdit Pau.Caſt.conſi.21.ad primum quæſitũ, in j.dubio, libr.2.quòd ſi ex ſtatuto præſumitur venditio ſimulata, ex eo quòd venditor ſtat in in poſſeſsione certo aliquo tẽpore, id tempus non currit in venditione conditionali, niſi impleta fuerit conditio, per multa etiam ibi alle. Et vide quæ ſcribit Ange.conſi.266.dictum legatũ, in fi.

*Quare in ſententia tempus ipſius, nõ conditionis inſpicitur.*

51 ¶Nec huic ſententiæ poſteriori obſtat d.§.biduum, & d.c.biduum, ſuprà in prin.huius quæſt.citata, quæ loquuntur de ſententia lata ſub conditione: quia ſpeciale eſt in eo caſu. in cæteris autem temporum præſcriptionibus ſecus eſt, per iura ſuprà allegata: & expreſsè voluere Bar.& alij in d.§.biduum, & gl.in d.c.biduum. Rationẽ autem huius ſpecialitatis aſsignat Bar. vbi ſuprà, autoritatem rei iudicatæ: vt etiam facit Nico.Neapo.in d.l.ſi cui legetur, §.j.ff.de leg.j.& ibi quoq; Alex. in prin.illius l.& Iaſ.col.vlt.qui & aliam rationem affert, quia quando iudex ſententiam fert ſub conditione, ſtatim incipit grauare partem: ideò ſtatim incipit currere tempus ad appellandum, eò maximè, quia quando conditio extabit, retro fingitur purè iudicatum fuiſſe à tempore ſententiæ, vt & aliàs l.ſub conditione, ff.de ſolutio. ideò ſtatim appellari debet vt not.in d.c.biduum. Super hoc tamen relinquit cogitandum.

*De eadem re.*

52 ¶Ego autem, quantùm ad id quod poſtremo loco dicit, non ei accedo: quia illa eius ratio concluderet tam in contractu quàm in ſententia: cùm in vtroque conditio retrotrahatur, vt in cõtractu probat d.l.ſub conditione, ab eo citata, & aliæ infinitæ. De ſentẽtia verò, vt hoc illi addam, voluit Bal.in l.non dubium, col.v.in v.opp.C.de legibus, vbi id dicit probari in l.generaliter, poſt prin. C.de reb.cred. Et de hoc quoque per ipſum Bal.in c.præterea requiſiſti, col.j.verſi.opponitur, extrà de appel.Bar.in l.ſi is qui pro emptore, col.xv.ver.ex his cùm aſsiderem, & ibi quoque Iaſon col.lxv.ver.iuxta prædicta, cum multis ſeq.2.de vſuc. Id autem, quod primũ dicit Iaſ.ſatis placet. nam ex eo quòd quis lædi poteſt, vt ex ſententia conditionali, iam lædi cenſetur, gloſſ.in l.ſi quis iniquum, quæ eſt iij.§.j.verſi.hæc pœna, in verbo, experitur, ff.quod quiſque iur. vbi Bal.eam not. pro appellantibus qui dicunt ſe læſos, ob id quòd lædi poſſunt.& bene facit text.ibi. Et hanc rationem ei, quod de ſententia conditionali dictum eſt, aſsignat Bal.poſt Inn.in c.quòd ad conſultationem, col.ij.ver.vlterius no.extrà de re iud.& Panor.in d.c.præterea requiſiſti, col.iiij.verſi.& quamuis hæc op.& ibi quoque Phil.Fran.col.iij.extrà de appel.

*Læditur ex eo quòd lædi poteſt.*

*De eadem re.*

53 ¶Idem autem Bal.in l.ſi prædium, col.iij.verſi.ſed pone celebratus, C. de ædil.act.aliter de hac re loquitur: nam ſi contractus (inquit) eſt conditionalis, non poteſt interim, dum pendet, agi redhibitoria, vel quanto minoris: quia vbi non poteſt eſſe obligatio non poteſt eſſe reſolutio, per d.l. bouem, §.ſi ſub conditione, ff.de ædil.edict. Aliud autem eſt in ſententia conditionali, d.§. biduũ, quia ibi non petitur abſolutio, ſed iniquitatis declaratio: vnde vbi petitur abſolutio, vt in ſentẽtia excommunicationis, non currit tempus appellandi, d.c.præterea requiſiſti, extrà de appel. quo in loco videbis omnes Docto.ſuper interpretatione d.§. biduum.

*De eadem re.*

54 ¶Adeò autem lædit ſententia cõditionalis (vt id quoque addas) vt ſi condemnatus, etiã ante conditionem efficiatur de foro alterius iudicis, tamen adueniente conditione manet ligatus, vt tenuit Barth.Brix.in quæſtionibus venerabilibus, q.xlij.eſto quòd ſententia, per d.§.biduum. De quo tamen & ſimilibus vide gl.in c.à nobis, le j.in verbo, non niſi ſubditi, & ibi Pan.de ſenten.excom.& in c.Salonitanæ, in verbo, ſub excommunicationis, lxiij.diſt.Arch.in c.ij.de conſtit.libr.6.Ioan. And.in c.cùm ſunt.de reg.iur.eod.lib.Bal.in d.c.præterea requiſiſti, col.ij.ver.quæro pendente, & ibi Card.Alex.col.ij.ver.quòd ſi lata, extrà de appel.Lapum alleg.xlviij.magiſter, col.ij.& Pan.in c.vlt.col.pe.& ibi quoque Ant.de offi.deleg.& Pet.Anch.conſi.158.ex narratis, col.vlt. Cæterùm etiam in ſententiis conditionalibus, cùm de alio quærimus, quàm an tempus currat appellationi, certè tempus non currit ante conditionem impletam: vt in pulchro caſu ſing.voluit Bal.in l.data, col.antep.ver.ſed pone aliquis fuit, C.qui accu.non poſſunt, vbi id videre poteris.

*Quid ſi ante conditionem res fuit tradita.*

55 ¶Igitur (vt repetamus) in venditione conditionali non currit tempus retrahendi conſanguineis ante impletam conditionem: quando & videri poſſet, non priùs eſſe eos admittendos, ex iis quæ diximus ſuprà eo.§. in gl.ij.quæ in verbo, *a vendu*, nu.22.ſed & illud, & ſeq. Ex quo etiam infertur, vel ſi nulla alia eſſet ratio, illis interim tempus non currere.l.j.in fi.C.de anna.exce.& l.j.C.de bon.mater cũ ſi. Sed tamen aliæ ſunt rationes, hanc rem minimè dubiam relinquentes, vt patet ex iis quæ diximus. Id quod tamen velim intelligas, niſi is qui ita ſub conditione vendidit, non expectata conditione, rẽ emptori tradiderit. Nam cùm tũc etiã ante impletam conditionẽ dominiũ trãsferatur, l.dotis fructus, §.vlt.& l.ſeq.ff.de iure dot.& latè diximus ſuprà in eodẽ verbo, *a vẽdu*, nu.38.quòd ſi prior, & ſeq. vbi etiã oſtendimus, ex huiuſmodi venditione cõditionali, ſecuta traditione, emphyteutã, & vaſallũ cadere re ipſa vẽdita, & alia multa diximus huc pertinẽtia: etiã crederem, hoc caſu tẽpus currere, niſi & ipſa traditio fuerit etiam conditionalis, vt ibi quoque diximus.

56 ¶Sed & hoc quoque ita putarem procedere, ſi traditio facta fuerit in ipſo inſtrumento venditionis, vt quia appoſita eſt clauſula precarij, ſiue conſtituti, aut quia notarij atteſtantur in eodem inſtrumento, rem ipſam in eorũ præſentia fuiſſe realiter traditã: ita ſcilicet vt conſanguineus, ſimul vbi reſciuerit venditionem eſſe conditionalem, ſciat quoque rei traditionem. Aut etiã aliter traditio ita facta fuerit, vt veriſimiliter conſanguineum non latuerit, non magis quàm ipſa venditio, quia ſcilicet palàm & in propatulo facta eſt, aut etiam emptor palàm incumbit poſſeſsioni. Nam quid ſi traditio & poſſeſsionis appræhenſio adeò clandeſtina ſit, vt de induſtria ita veriſimiliter facta fuerit, quò conſanguineus caperetur fraudareturque retractu? dum videns venditionẽ conditionalem fortè ſibi ob oculos ex compoſito obtruſam, & cuius ideò retractandæ tempus non currit, ignorans autem traditionem occultam, non ſe ad retrahendum accingit, putans ei tempus, vt fert contractus, non currere. Et certè nullus eſt, vel prudentiſsimus quiſque, qui non hac ſpecie, veluti hamo, non ſecus ac piſcis, caperetur. Nemini autem fraus ſua prodeſſe, aut patrocinari debet. l.ij. C. qui milit. non poſſ. lib. 12. & c. feries, & in c. ex tenore, extrà de reſcri. cum ſi à me adductis ſuprà in verbo, *ou lignagier,* nu. 67. denique ſi diceremus. Et ſi aliter diceretur, eſſet viam aperire fraudibus, cùm id quotidie fieri poſſet, cui obuiandum eſt. l. cũ hi. §. ſi cùm lis, ff. de tranſac. & c. quanto, de diuor. cum ſimi. Et hîc eſt quædam præſumptio fraudis, ob id quòd ſeorſum & occultè præter conſuetudinem factum eſt, argu. l. vlti. ff. de rit. nupt. & eorum, quæ dicemus infrà tit. ſeq. in præfa. nu. 12. ſecundũ & ſeq. Et aliàs in certis caſibus, vbi eſt quæſtio de præiudicio alterius. non ſufficit clandeſtina traditio, vt patet ex ſcriptis ab And. Iſer. Iaco. Aluar. & Card. Alex. in c j. tit. qui ſucceſ. feud. dar. tene. Et faciunt etiam, quæ dicam de ignorantia aduerſarij noſtri à nobis procurata, infrà §. xxxv. gl. iiij. in verbo, *ignorans,* nu. 30. ſeptimum è diuerſo. Vide tamen quid in ſimili dicat Arno. Ferro. in conſue. Burd. tit. de retractu, §. j. pag. 6. verſi. & ideò.

57 ¶Intellige prætereà generaliter, quod dictum eſt, in conditionalibus nõ currere vſucapionem, niſi cõditione impleta (id enim volui obiter dicere, licet non admodum ad noſtrũ retractũ pertineat) vt ſcilicet procedat, niſi conditio talis eſſet in poteſtate partis: tunc enim ſi negligat adimplere, æquè aduerſus eum currit vſucapio, ac ſi conditio impleta fuiſſet. l. j. §. qui ſub conditione, & ibi Guil. Cu. ff. ſi omiſ. cau. teſt. Bal. in l. eum qui. C. eo tit. Ro. { in l. quãdiu inſtitutus, col. ij. ver. nota quòd antequàm. ff. de acq. hær. & } cõſi. 84. circa id quo quæritur, col. 4. verſi. ſecũdò per id quod dicimus, & Fran. Balb. in tract. præſcr. in iij. q. prin. iiij. parte iiij. etiam part. prin. col. ij. ver. ſecundò per ea. { licèt contrarium tenuerunt Bal. ſibi contrarius. & Ang. in d. §. qui ſub conditione. }

58 ¶Nono quæro, quid ſi res vendita fuerit cum pacto legis cõmiſſoriæ, vel adiectionis in diem, à quo tẽpore curret annus datus conſanguineis ad retrahendũ, an à vẽditione ita facta, an verò à conditione reſolutoria ceſſante. Vide per Do. Boer. in conſuetudinibus Biturigum hoc eo. tit. §. j. vbi hanc rem latè tractat, definitque, non currere tempus, niſi ceſſante dicta conditione, de quo & nos tractabimus in tit. ſeq. *de retraict conuentionel,* §. ij. vbi videre poteris. Sed vnum hîc dixerimus, id procedere, cùm huiuſmodi pacta fiunt ſub conditione, vti plurimum fieri aſſolet: ſecus ſi purè facta fuerint, ſed ita vt ſub conditione reſoluantur, vt quandoque etiam fit, atteſtante Iuriſconſulto in l. ij. ff. de in diem addic. & in l. ij. ff. de leg. commi. tunc enim aliud dicendum eſſet, vt patebit ex iis, quæ dicemus in d. §. ij. tit. ſeq. nu. 60. ſed & illud quoque.

*Tempus retractus quando currat in re uendita cũ pacto legis commiſ. uel adiec. in diem.*

59 ¶Decimo quæro, quid de venditione facta cũ pacto de reuendendo intra certũ tempus reſtituto pretio: an tempus currat ſtatim à contractu venditionis, an à tempore huius facultatis redimendi finitæ: multum enim intereſt inter huiuſmodi pactũ reuẽdendi, & illa adiectionis in diẽ, & legis cõmiſſoriæ, de quibus locuti ſumus in præced. q. Illa enim ipſo iure reſoluũt ſine alia traditione, hoc minimè, vt latè dicã infrà d. tit. ſeq. §. j. in gl. vlt. Quid igitur dicendũ ſit in hoc caſu videbis latiſsimè in eo ipſo tit. ſeq. §. ij. vbi eſt cõſuetudo, quæ de hac re loquitur. Et ibi quoq; videbis quid in alio caſu huic affini dicendũ ſit, videlicet ſi quis vendit annuũ reditũ pecuniariũ cũ facultate redimendi reſtituto pretio intra certũ aliquod tẽpus. Et ſi id non fecerit, exnunc prout extunc, & extunc prout exnũc, cedit fundũ loco illius reditus: venditor autem non redimit intra illud tempus, & ſic fundus manet emptoris: poterítne cõſanguineus poſt annum ab illa facultate tranſacta, fundũ retrahere, an verò debuit intra annum contractus venire? Cuius tamen rei volui hîc admonere Lectores, vt hîc idipſum conquirentes, habeant locum, vnde poſsint depromere.

*Quid in re uendita cũ pacto reuendendi.*

60 ¶Vndecimo quia hæc conſuetudo præbet annũ conſanguineis, alia autem, in §. xj. dicit anteponendos eſſe proximiores remotioribus: an ipſi remotiores poſſunt cogere proximiores vt non expectato anno integro retrahãt intra aliquod certum tẽpus arbitrio iudicis ſtatuendũ? Iac. Ra. & poſt eum Cy. Alb. col. vlt. & Pau. Caſt. expreſsè loquentes de hoc caſu in l. vti. C. de fur. ſcribunt poſſe cogi, arg. illius l. & l. j. ff. de cur. bon. dan. & l. mancipiorũ, ff. de opt. leg. id quod ipſe Paulus dicit ſingulariter, & menti tenendũ, quia quotidie poteſt contingere. Et idẽ tenuit ipſe Albe. in l. dudum, C. de contrah. emp. & in j. parte ſtatutorum, quæſt. xc. quid ſi proximior. Et quiſquis eſt in Marga. Bal. in verbo, alienatio, col. vlt. & Geral. Bago. in tracta. retractus, verſi. quæro quãdo proximior, in ſecunda cõcluſione, & Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiã, nu. 156. extrà de teſt. & Igneus in repe. d. l. dudum, col. xxvj. verſi. vnum autem circa prædicta, cũ multis ſeq. C. de contrah. emp. & Boer. in conſue. Biturig. hoc eod. tit. *de retraict,* §. ij. col. pen. verſi. ſed quid an remotiores. & Alb. Brunus, conſ. 67. dum dubitatur, ad fi. & Ferro. in cõſue. Burdigal. hoc

*Quæſt. an remotiores poſſint cogere proximiores ad retrahendum ante tempus.*

hoc



hoc quoque titu. liiij. & Chaſ. in poſtrema editione comment. in conſuetudines Burgundiæ, hoc item tit. §. j. in verbo, *le plus prochain,* col. iij. verſi. ſed quæro, ſunt plures, & iterum §. ij. col. j. ver. aduerte tamen, vbi dicit ſemper ſe fuiſſe in ea op. quamuis in duabus prioribus editionibus contrariam ſententiam tenuiſſet, in d. §. j.

61 ¶Quorum ſententiam non mediocriter fulcit, quod ſcribit gloſ. in l. quandiu inſtitutus, in verbo, inſtituto, poſt medium, & ibi quoque omnes propemodum ſcribentes, ff. de acq. hære. quòd creditores hæreditarij poſſunt petere, vt hæredi ſtatuatur tempus ad adeũdam hæreditatem, per d. l. j. ff. de cur. bon. dan. & l. iiij. ff. de bon. auto. iud. poſ. & l. ſi quis inſtituatur, ff. de hær. inſt. Et poſt id tempus non auditur hæres, l. diffamari, C. de ingen. manumiſ. & l. ſi accuſatoribus, C. de accuſ. & aliis iuribus ibi allegatis. De quo etiam per Cornel. conſil. 302. licet in propoſitione, col. j. libr. 3. Et quod etiam voluit alia gl. in c. vlt. in verbo, duntaxat, ibi, quia capitulum poterat, de conſue. lib. 6. quòd cum canonicis ex conſuetudine competit ius optandi præbendam, quo caſu illis ſtatuitur tempus viginti dierum, per d. ca. vlti. poteſt capitulum antiquiori aliud breuius tempus ſtatuere, puta duorum dierum ad optandum, vt ſic poſt id tempus detur locus ſequentibus: & ſi hoc non fecerit, ſibi imputet. Et ibi eam gl. ſequuntur omnes.

62 ¶Ego tamen de hoc caſu retractus multum dubitarem, ſtante conſuetudine, cuiuſmodi eſt apud nos infrà eo. §. xj. vbi expreſsè cauetur, quòd licet proximiores cæteris ſint præferendi, tamen nõ ſunt impedimento remotioribus, quin poſsint, ſi priores venerint, intra annum retrahere, ſed ita vt proximioribus poſteà venientibus intra eum annum cedere debeant. Iura autem illa, quibus innitũtur illi Docto. & quæ prætereà ſuprà citauimus, loquuntur in caſibus, in quibus nulla patet via poſterioribus, niſi prioribus excluſis: quæ res eſt admodum diuerſa. De quo & tu vide tex. in d. l. quandiu inſtitutus, vbi ſcribitur, ideò inſtituto poſſe à Prætore, ſubſtituto petente, tẽpus præſtitui ad adeundam hæreditatem, vt niſi id faciat intra id tempus, locum faciat ſubſtituto: quia ipſi ſubſtituto locus non eſt, quandiu inſtitutus admitti poteſt. Et ſic ibi apertè declaratur à ceſſante ratione, atque etiam à cõtrario ſenſu, quòd ſi ſubſtitutus admitteretur à principio, nihil eſſet, quo cogi poſſet ac deberet inſtitutus adire ante tempus in id à iure conceſſum. Ideoque per illum tex. Petr. Ancha. in c. cùm in tua, col. j. verſic. item in verſi. atque etiam per tex. ibi, dicit quòd quando plures ad idem admittuntur ordine ſucceſsiuo, præfigitur priori terminus.

63 ¶Quod autem dictum eſt de creditoribus hæreditariis, id ideò eſt, quia interim, nondum ſcilicet adita hæreditate, agere nõ poſſunt, nec ſuum debitum repoſcere. Similiter in caſu d. c. vlti. de conſuetu. poſteriores non poterant optare, quandiu locus eſſet antiquioribus. Hîc autem remotiores offerre poſſunt & retrahere, vt dictum eſt: ideò non poſſunt cogere proximiores ante tempus illis à conſuetudine conceſſum: nec iudex illis petentibus poteſt id tempus abbreuiare, vt noſtrorũ verbo vtar. l. iiij. §. ſi quis condemnatus, ff. de re iudi. cum ſimil. Nec enim indultum à lege vel ſtatuto beneficium, eſt cuiquam auferendum. c. indultum, de reg. iur. lib. 6. vbi glo. id dicit procedere in omnibus temporibus conceſsis à lege, ſine tacito vel expreſſo mandato iudicis. De quo tu pleniſsimè vide per Imo. Ro. & Alex. in l. ij. ff. de re iudi. Ant. Panorm. & latiſsimè Feli. in ca. cùm ſit Romana, extrà de appel. ita tamen vt non omittas gloſſam quæ id quod diximus tradit in ſimili caſu, in c. ſi tibi abſenti, in verbo, terminum, de præb. lib. 6.

64 ¶Dvodecimo quæro, quid ſi quis vendat rem vxoris, aut alterius, nomine ipſius vxoris, aut alterius domini, qui poſteà eam venditionem ratificat: currítne tempus conſanguineo à tempore venditionis, an verò ratificationis. Nam multa ſunt, quæ rem dubiam faciunt. Primũ enim vt inſpici debeat tẽpus contractus, illud eſt, ꝙ ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur. l. licet. ff. de iud. & l. vlt. C. ad ſenatuſc. Maced. & c. ratihabitionẽ, de reg. iur. lib. 6. cum ſimi. Etiã in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatũ. l. quod de ſpeciali. & ibi Bald. ff. de min. & l. vlti. §. j. & ibi Phil. Dec. in ſecũdo no. ff. quod quiſque iuris, & c. vlt. de iureiur. lib. 6. & c. j. de homici. eo. lib. 6. Arch. in c. qui ad agendũ, de procu. eo. lib. 6. Old. conſi. 199. pro fundamento, col. vlt. Io. And. in c. cupiẽtes, §. quod ſi per xx. de elect. eo quoq; lib. 6. Bal. & Saly. in l. ſi maritus, C. manda. vbi Bal. dicit tex. in d. §. quòd ſi de ſpeciali, eſſe ad hoc no. & idem Bal. in l. multum, col. ij. verſi. ſed nunquid ex ſola, & ibi quoque Salyc. col. iij. C. ſi quis alteri vel ſibi. Ang. in d. l. licet, col. j. ff. de iudici. Alex. conſi. 78. viſo & diligenter, col. iiij. ver. nec prædictis obſtat, lib. 5. quod iterum repetitur conſil. 26. & idem Alex. conſi. 133. circa executionem, col. ij. verſi. poſſet etiam ad cautelam, eod. lib. 6. Feli. in c. nonnulli, §. ſunt & alij, col. vij. verſi. amplia quintò, extrà de reſcr. & in c. ſicut, le ij. in fi. extrà de ſimo. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, col. v. verſi. ſecundò inquãtùm, ff. de acq. hære. Phil. Deci. in l. ſemper qui non prohibet, col. j. ff. de reg. iur. Alcia. in c. cùm non ab homine, nu. 70. extrà de iud.

*Quæſtio, an tẽpus currat à tẽpore uenditionis, an ratificationis factæ à domino rei uenditæ.*

65 ¶Quamuis tamen ſciam nonnullos in ea eſſe ſententia, vt quæ requirunt ſpeciale mandatũ, ratificari non poſsint: in quibus ſubobſcurè videtur fuiſſe Accur. in l. per procuratorem, ff. de acqui. hære. & in d. l. ſi maritus, C. manda. Sed huius contrarium expreſsim ille ipſe tenuit in l. proinde, §. j. in verbo, abſentem, ff. ad leg. Aquil. & in l. cùm fundus, §. ſeruũ, in verbo, præſtaret. ff. ſi cer. peta. Et huic poſteriori ſententiæ magis accedo: eique aſtipulatur bonus tex. in l. iij. §. ſi procurator, ff. quod quiſque iuris, cùm ibi dicitur, ſi hoc ei ſpecialiter mandaui, vel ratum habui.

*Ratificari poſſunt, quæ ſpeciale mandatũ requirunt.*

66 ¶Sed è contrario quòd tempus ratihabitionis debet inſpici, facit quod in ſimili conſuluit Bald. conſi. 14. punctus, nunquid illi, lib. 5. & Pau. Caſt. conſi. 218. videtur dicendum quod tempus, lib. 1.

*Ratificatio facit cẽſeri actũ eſſe ratificantis.*

vbi in caſibus,de quibus loquuntur, concludunt,tempus non niſi à ratificatione currere. Et hæc quoque ratio huc ſpectat,quia huiuſmodi ratificatio facit , vt ea venditio cenſeatur eſſe facta ab vxore,aut alio domino ratificante,non ab ipſo venditore,l.ſi pupilli,§.item quæritur, in illis verbis,ſed ratificatio fecit tuũ negotium.& iterum in §.ſeq.& ibi,no.ff.de neg.geſt.& voluit Spe.tit. de iud.§.ij.verſi.ratihabitione,vt ab omnibus vbique allegatur,ſed eſt in ver.ex prædictis,iunctis ſeq.Cy.Bar.Bal.& alij in l.ſi pecuniam,C.de nego.geſt.Ex quibus Bal.expreſsim dicit,quòd tùm demùm incipit currere præſcriptio actionis,quæ hinc oritur, cùm ratificatio facta fuerit.& idem Bar.in l.i.§.ſed & ſi cùm quis,paulò poſt prin.ff.de vi,& vi arma.& in l.Pomponius,in prin.non ſemel,ff.de neg.geſt.& Franc.Aret.conſi.127.eximiæ,col.ij.verſi.& præmitto.Soci.conſi.158.viſis proceſſu,col.iij.ver.item in prima cauſa,lib.2.Phil.Dec.in d.l.ſemper qui nõ prohibet,col.ij. verſi. & quando laudum.ff.de reg.iur.& conſi.281.viſo puncto,col.ij.verſi.& cùm ipſorum.

*Actum facit, qui ei robur dat.*

67 ¶Nam & aliàs ſemper,qui dat robur actui,qui aliter eſſet inutilis , ipſum actum conficere cenſetur,ſecundùm Iaco.Bel.in §.interim,in Auth.de manda.prin.Bar. & alios in l.& quia,quam legit cum l.more,ff.de iuriſd.om.iud.Bal.in l.ex placito,col.iij.C.de re permu.Ro.conſi.98. quò ad ii de quo,in prin.cum ſi.nam geſtum nomine alterius,non habet robur , niſi cum ratum habitum eſt.c.ſi tibi,de præb.lib.6.Ideò non niſi ab eo tempore ius eſt quæſitum cõſanguineis ipſius vxoris,aut alterius domini : neque enim potuiſſent retrahere , cùm nondum res vendita eſſe cenſeri poſſet à ſuo ipſorum conſanguineo , donec venditionem ratificauerit. Ex quo ſequitur nec illis tempus antè currere.l.j.C.de bo.mater.& l.j.in fi.C.de an.excep.cum ſimili.

*Ratificationis locus inſpiciẽdus, non contractus.*

68 ¶Et vt tempus ratificationis inſpici debet,ita & locus,potius quàm prioris contractus. Fac enim aliam rem meam nomine meo vendidiſſe Pictaui,& eam me venditionem ratã habuiſſe in hoc noſtro oppido Fontenaij:cenſetur contractus hîc factus,vbi ratificatio facta eſt,non Pictaui, vbi contractus factus eſt.Ita enim expreſsim voluit Alber.in l.dummodo,quæ eſt ij.in fin prin.ff. de procur.quia (inquit) ante ratificationem contractus non tenebat.l.qui abſenti,ff.de acqui.poſſ.& cum ad perfectionem actus duo requiruntur,dicitur ex vltimo perfici ac conſummari.l.quoties. C.de rei vend.quæ quidem rationes & ad noſtrũ caſum peculiariter pertinent. Et huius quoque ſententiæ,quantùm ad locum,fuit gl.quam ille non citat,in cle.j.in verbo,collato , & ibi quoque Pet.de Anch.& Imo.qui eam gl.dicunt ſing.vt lit.penden.

*Ratihabitio non retrotrahitur in præiudiciũ tertij.*

69 ¶Nec ratihabitio retrotrahitur,niſi in præiudicium eius qui ratum habet,nõ alterius.ar.l.ſi partẽ. §.vlt.ff.quemad.ſer.amit.& l.j.§.ſi quis filiũ,ff.ſi tabu.teſta.nullæ exta.& l.potior,§.j.ff. qui pot.in pign.hab.& voluit gl.in l.ſi indebitũ,§.ſi procurator.in verbo,committi,& ibi Bar.ff.rem rat.hab. gl.& Io.And.in c.ratihabitionem,de regu.iur.lib.6.Spec.tit.de obli.& ſol.§.j.verſi.item pone obligaſti,qui quidem ver.in quibuſdã codicibus eſt ſub verſi.quid ſi ago contra Gul.Cu.Bar.Bald.& Sal.in l.aliena res,ff.de pign.act.Albe.in l.vlti.col.j.& ibi Bald.poſt prin.qui id declarat C.ad S.C. Maced.Bart.in l.bonorum,ff.rem rat.hab.& in l.ſi vxor,§.ſi quis vxorem,ff.de adul. Bal.in l.obſeruare,§.poſt hæc,col.iij.ver.circa quintum,ff.de offi.procon.& in l.ordo,ad fi.C.de exec.rei iud. & in Auth.ei qui,col.j.verſi.quæro nunquid poſtquam,C.de temp.app.& in l.j.col.vlt.per illum tex.& ibi etiam Salyc.col.ij.C.an ſer.ex ſuo facto. & quiſquis eſt inter conſi.ipſius Bal.conſi.223. proponitur quòd vnus,col.j.lib.2.Ang.conſi.279.punctus talis eſt in conſi.in fi.Pau.Caſt.conſi. 228.pro declaratione,lib.1.& conſi.195.viſis his quæ narrantur,col.iij.verſi.& ex hoc videtur, lib. 2.Fran.Aret.in l.Pantonius,col.iij.ff.de acq.hær.Alex.conſi.41.viſis & optimè, col.ij.verſi.ſed ita eſt,lib.4.& d.conſi.78.col.iij.vbi ſup.lib.5.& conſi.167.quoniam res,col.j.libr.6.Soc.conſi.126.in cauſa ij.decreti,ante medium,lib.4.Fel.in d.c.ſicut.le ij.col.vlt.verſi.ſextò fallit.Iaſ.in l.filio quem pater,col.iiij.verſi.item facit quòd ratihabitio,ff.de libe.& poſth.& in l.Pomponius,§.quæſitum, col.j.ff.de acq.poſ.& in l.ſi is qui pro emptore,col.xxxij.verſi.iij.ratio,ff.de vſuc.Phil.Dec.in d.l. ſemper qui non prohibet,col.iij.verſic.tertiò regula principalis , & conſi.247.in cauſa magnifici Baronis,col.pen.verſi.ſextò & vltimò.& conſi.460.viſo puncto,ad fi.Matth.Afflict.deci.Neapo, cclxxxvj.Iacobus.& deciſi.cccxxxv.pro deciſione.nu.12.

*Ratificationis tempus inſpicitur, non actus.*

70 ¶Ex quo illud fit , quòd ſi ex quolibet contractu, aut alio actu,ex quo ius quæritur,debet ſolui gabella intra menſem à die contractus,& quiſpiam aliquid vendidit nomine alterius, qui poſteà venditionem ratificauit : debet ex illo ſtatuto ſolui gabella ei,cui debetur tempore ratificationis, non autem ei,cui debetur tempore illius venditionis,vt à nonnullis dicitur voluiſſe Bal.in d.l.obſeruare,§.poſt hæc,in x.q.ff.de offi.Procon.ea quam diximus ratione,quòd ratificatio non retrotrahitur in præiudicium alterius. Id quod commendat & ſequitur , dum ſimpliciter alleg.Franc. Aret.in l.ſi Stichum,& §.ſtipulatio,ad fi.& ibi quoque Barb.col.xix.ff.de verb.obli.Sed caue,quia Bal.vbi ſuprà,videtur tenere contrarium.

*Collatio non retrotrahitur in præiudiciũ aliorum. Nec fictio. Nec legitimatio.*

71 ¶Eſt autem generale,vt cùm quid retrotrahitur,intelligitur in præiudiciũ eorũ,qui actum faciũt, non aliorũ.Siue id ſit collatio,c.ſi pro te,de reſcr.lib.6.Siue confirmatio,c.ſi apoſtolicæ, de præb. co.lib.6.Siue fictio,vt voluerunt Argen.& Paganinus & Vbertinus inter con.Bal.conſi.16.in dei nomine &c.viſis teſtamento,lib.4.arg.no.per Cy.in d.l.vlt.C.ad Maçe.& probatur in l.ſtipulatio de dote,ff.de iur.dot.& in l.in inſulam,§.vlti.ff.ſolu.mat.quæ iura in id alleg.Car. Flo.conſi.105. conſilium redditum,col.iiij.verſi.item retrotrahitur.Siue legitimatio,§.liceat igitur,& ibi Ange.in Auth.quib.mod.natu.effi.legi.Bar.& omnes in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,ff.de libe.& poſth.& ibi concor.



ibi concor.traditæ à recentio.& latè etiam diximus in tract.de iur.Primigeniorum.q.xl.nu.7. & ſeq.Siue etiam reſtitutio,l.& ſi ſine,§.ſed quòd Papinianus,ff.de mino.& l.vlti.C.de ſen.paſ.& c. quamuis,de reſcr.lib.6.D.à Rota dec.cccccl viij.poſtquàm Titius,in antiquis,quæ iterum ponitur inter deciſ.Bernar.Biſgueti in deci.Rotæ,titu.de reſcr.c.xiiij.eiuſdem initij,cùm concor.traditis ab Alex.in d.§.& quid ſi tantùm,& Iaſo.conſi.139.in cauſa quæ vertitur,col.ij.lib.1.Siue actus factus vi mandati præcedentis,vt in pulchro caſu reſpondit Bal.conſ.198.ad intelligentiam,col.vlt.ver. aliud punctum,lib.1.Siue conditio,vt voluit Phil.Dec.in l.pecuniam,colum.vlt.ff.ſi cer.pet.per ea quæ ſuprà diximus de ratihabitione.& hoc ante eum voluit Bald.in d.l.j.col.vlti.per eum tex.& ibi quoque Sal.col.j.C.an ſeruus ex ſuo fact.& expreſsius Alex.qui id dicit ſingu.conſi.228.ponderatis,col.ij.lib.6.Et id quoque apertè ante hos ſenſit Hoſt.in Summa tit. de cond.appo.§. quæ conditio,col.ij.ver.quid ſi contraho cum vna.& Colle.in c.ſuper eo,in prin.extrà eo.tit.

*Nec reſtitutio. Nec actus factus ui mandati præcedẽtis. Nec conditio.*

*Ratihabitio retrotrahitur fictè,nõ uerè.*

72 ¶Præterea quod dicitur ratihabitionem trahi retro,id quidem eſt ſecundùm fictionem, nõ veritatem,vt tradit Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore,col.iiij.ver.ecce exemplum, ratihabitio, & ibi Iaſ. col.xxxj.verſi.ſecũdus articulus,ff.de vſuca.& idem Bar.in l.per fundum,poſt mediũ,ff. de ſerui. ruſt.præd.Alex.& Phil.Dec.vbi ſuprà.idem Alex.d.cõſi.78.col.iiij.verſi.ſecũdò reſpõdeo,lib.5.& Iaſ.in d.l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum, col.v.ver.tamen aduerte,ff. de acqui.hære.Vti etiã de conditione probatur in l.potior,ibi,perinde eſt,ff.qui pot.in pig.hab.& voluit Pet.Anc.in c.j.in prin. & ibi quoque Card.Flo.in col.vlt.de conceſ.præben.& Card.Alex.in c.præterea requiſiſti,col.ij. verſi.ſed quæ eſt ratio,extrà de app.Et illi quidem,quos citauimus,magna ex parte dicunt hanc fictionem nõ habere locum,niſi vbi adeſt æquitas,l.poſtliminij.ad prin.ff.de cap.& l.nec vtilem, ff.ex quib.cau.maio.& hoc præſertim voluit Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore,col.iij.ver.ad ſolutionem,& in d.l.per fundum.Hîc autẽ eſſet prorſus cõtra æquitatem,ſi cùm fortè dominus,cuius nomine fundus venditus eſt,ratum haberet vno die tantùm ante annum contractus, conſanguineus non niſi illum vnũ diem haberet ad retrahendũ:neque enim ille ( vt diximus) antè potuiſſet:aut ſi dominus ipſe poſt annum ratificaret,excluderetur omnino à retractu.

*Et conditio quoque.*

*Retrotrahitur,nõ niſi ex æquitate.*

73 ¶Item huiuſmodi fictio non habet locum in ſtatutis:ſed mera rerũ veritas inſpicitur,vt no.idem Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore,in iij q.prin.quo loco loquitur de fictione inductiua,ante fi. Nam quod per fictionẽ fit,id impropriè fieri dicitur,l.lege Cornelia,vbi Bal.ff.de teſta. At ſtatuta non debent impropriè & fictè intelligi,l.j.§.hæc verba,& ibi Doct.ff.de neg.geſt.& l.prætor ait,ff. de ſuis & leg.& c.in noſtra,extrà de iniur.Bar.in l.j.§.hoc interdictum.ff.de ciſterna,per tex.ibi cum gl.ff.de fonte,& omnes vbique. Hîc autem ſumus in materia ſtatuti loquentis de venditione ab alio facta,vt eius conſanguinei admittantur ad retractum. Igitur debet intelligi propriè,inſpecto tempore,quo venditio ipſa ſortitur effectum per ratificationem:non autem eo tempore, ad quod ipſa ratificatio fictè retrotrahitur.

*Fictio non fit in præiudiciũ tertij.*

74 ¶Denique poſtquàm fatemur hanc eſſe fictionem,illud confeſtim conſequitur, vt ea non fiat in præiudicium tertij,ex ſententia glo.in c.quia circa.extrà de priuil.Doct.in l.hac edictali,§.his omnibus,C. de ſecund.nup.Pet.Anch.conſi.106.dubitatur,col.j.in fin.Et cum his finem huic quæſtioni facio , modò illud vnum dixerimus,ex iis quæ dicta ſunt, liquidò apparere , non eſſe accedendum Io.Ferrario viro alioqui non mediocris eruditionis,qui in d.l.ſemper qui non prohibet. in fin.ff.de regu.iur.illam Bar.ſententiam in d.l.ſi is qui pro emptore,ratihabitionem ex fictione mandato æquiparari,ad minutias iuris pertinere dicit,nihilque intereſſe, quantum ad efficaciam & rei conſecutionem,an quis vel ex mandato,vel ex ratificatione obligatus ſit:nam licèt id verũ ſit in multis,etiam in aliis multis multum intereſt inter vtrunque,vt ſatis patet ex ſuprà dictis.

*Quid , ſi conſanguineus agens,ad retractũ,ceſſat per annum. Perpetuandi uerbum latinum.*

75 ¶DECIMOTERTIO quæro,conſanguineus obtulit pretium emptori intra annum venditionis, & quia emptor recuſauit eum admittere,illum in ius vocauit,& antequàm lis conteſtaretur,conſanguineus per annũ ceſſauit à litis proſecutione:an poſteà audietur?Certũ eſt autem de iure cõmuni,quòd ſi lis cõteſtata eſt,actio etiam annalis perpetuatur:hoc enim verbo ( vt id obiter dicam) nõ vereor vti poſt noſtros Iuriſconſultos in l.ſi ſeruum,§.ſequitur,& §.nũc videamus,multis in locis eius §.ff.de verb.obl.& in l.ſi à colono, §.j.ff. de fideiuſ.& Tulliũ in oratione pro Publio Sylla:vt immeritò id verbũ Gulielmus Inſulanus dãnauerit.Igitur(vt repetam)per litẽ conteſtatam perpetuatur annalis actio,l.ij.C.quan.libel.prin.datus. & dicemus poſteà plenius, & declarabimus quomodo id intelligendũ ſit.Hîc autẽ cùm lis nondũ fuit conteſtata,tantùm fuit interrupta ſiue interpellata præſcriptio annalis.Ideoque nõ niſi alio anno à tempore ceſſationis durat actio,l.cùm notiſsimi,in prin.& l.ſicut,C.de præſcr.xxx.vel xl.ann.iuncta l.naturaliter, cũ ibi no.ff.de vſuc.& optimè & ſcientiſsimè declarat gl.in d.l.ſicut,in verbo,per executorẽ,in fi.& ibi Bal.col.j.ver.ibi in iudiciis,& rurſum.col.ſeq.ver.no.bene pro eo.& Ang.col.item j. & etiam gl.in d.l.cùm notiſsimi,in prin.in verbo,ſolã conuentionem,& ibi Bar.poſt prin.Ioã.Fab.& alij.Sal.in ea ipſa l.in §.imo,col.ij.ver.quæro tertiò,& iterum in l.vltima.eod.quoque tit.Bar.in l.vlt.in prin. verſi.quæro vtrùm,& ibi Pau.Caſt.Alex.Soci.& Iaſ.ff.de eo per quem fac.erit,& idem Bar.in l.ij. §.vlt.& ibi quoque Imo.ff.de vſuc.pro emp.Alb.in l.ij.col.pen.C.vbi in rem actio.Ang.in l.j.col. j.C.de anna.except.& conſi.124.ſolus domini Dalmatij,in fi.& conſi.299.quidam Cicolus , in j. dubio. Io.Andr.Anto.Panorm.& alij in c.illud,de præſcrip.Fran.Aret.conſi.30. viſo themate,ad fin.Ange.Are.in §.pœnales,& ibi quoque Iaſ.char.antepe.nu.110.Inſtit.de actio.& Barb.conſi.9.

*Quid,ſi lis nõdum ſit conteſtata.*

vbi Chriſtus,col.vlt.lib.3.Guid.Pap.deciſi.Delphi.ccccxvj.cum quęritur,col.ij.ver.ſed dubitatur. Et ita in ſpecie noſtræ conſuetudinis tenuit Chaſſe.in commentariis conſuetudinum Burgun. hoc eod.tit.§.j.in verbo,*dedans l'an & iour*, col.ij.verſi.item aduerte.

*Quid,ſi conteſtata.*

*Actio annalis vt cæteræ perpetuatur litis conteſtatione.*

76 ¶At ſi lis fuit conteſtata,actio perpetuata eſt,vt diximus,quod intelligẽdum eſt ita,vt actio non duret tantùm anno,vt antè, ſed xl.ann.vt multis placuit,aut xxx.ann.aut etiam minori tempore,vt volunt alij,vt dicemus duobus ſeq.verſi.nec enim dubitãdum eſt, quin etiam annalis actio perpetuetur per litis conteſtationem , cum tex.habeamus in d.l.ij.C.quan.libel.prin.datus.Nã & videmus.quòd actio reſciſſoria,quæ & ipſa annalis eſt,l.in honorariis,verſi.ſed cùm reſciſſa,ff.de act.& obli.& §.rurſus,& ibi latè per recentiores,Inſt.de act.perpetuatur per litis conteſtationem, vtno.gl.in d.§.ſed cùm reſciſſa,ſuper verbo,ſed redditur , & in l.vlt.in verbo,finiendamque litẽ, C.de tempo.in integ.reſti.& in l.vlt.in verbo,finiendæ,C.de dol.& in d.l. vlt.in verbo extendimus,C.de præſcr.xxx.vel xl.ann.Bal.in l.vlt. col.vlti.C.quib.ex cau.maio.Imo.in l.ij.§.ſi rem,ff. de vſuc.pro empt.Alex.in d.l.vlt.in prin.col.iij.ff.de eo per quem fac.erit. Iaſ.in l.nam & poſteà, quam legit cum l.ait Prætor.§.ſi is qui temporali.in j.no.per tex.ibi,iuncta gl.in verbo,temporali,quæ ponit exemplum in actione iniuriarum,ff.de iureiur.

*Ad quod tempus perpetuãtur actiones.*

77 ¶Sed hîc ſcire debes,quod ſuprà diximus,nonnullos ita intelligere hanc perpetuationẽ, vt actiones quæ durant xxx.annos,perpetuentur per litis cõteſtationem in xl.annos. ſed ſi actio ſit breuioris temporis,quàm xxx.annor.vt redhibitoria , vel quantò minoris, & aliæ huiuſmodi,ea in xxx.tantùm annos perpetuetur.Ita enim voluiſſe videtur gl.non oſcitanter lecta & perpenſa , in d.l.cùm notiſsimi,§.imo,in verbo,interrupta,& ibi apertiùs Saly.col.vlt.verſi.ſed quid dicendũ, C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.& idem Sal.in l.vlt.in ij.q.& iterum in fi.eo.tit. & Fely.qui id dicit no.& ſing.in d.c.illud,col.ij.verſi.limita tamen egregiè,extrà de præſcrip.& Soc.in d.l. vlti.col.ij. verſi.circa ſecundum,ff.de eo per quem fact.erit.

78 ¶Alios autem eſſe,qui tenent,eas actiones,quæ minori tempore durant, quàm xxx.ann.ita perpetuari,vt tempori quo præſcriberentur,addantur propter litis conteſtationem decem anni:vt ſi durent x.annis,perpetuentur in xx.annos:ſi durent xx.perpetuẽtur in xxx.& ſic de aliis quemadmodũ ſcilicet actioni,quæ xxx.eſt annorũ,addũtur quoq; x.vt perpetuetur in xl.annos.In hac enim ſentẽtia fuit Ang.in d.l.ij.§.vlt.ff.de vſuc.pro emp.Sed tu tamẽ de hoc vide omnino Imo. ibi,& Alex.in d.l.vlt.in prin.col.iij.ff.de eo per quẽ fac.erit.& Iaſ.in d.§.pœnales,nu.112.& multis ſeq.Inſt.de act.& Corne.conſi.180.multũ diffuſè,col.ij.verſi.itaque claris,lib.3.& Franc.Rip.in l. nemo,col.antep.nu.118.ff.de leg.j.Nam eius rei ſufficit admonuiſſe obiter Lectores.

*Quid in præſcriptionibus ſtatutorum.*

79 ¶Et hæc quidem,quantùm ad præſcriptiones Iuris cõmunis:Sed dubiũ maius eſt in iis, quæ ſunt ex ſtatuto,præſertim nõ conueniente cũ Iure cõmuni(ex eo quod ſcribit Bal.in c.cùm nõ liceat, col.ij.verſi.quæro pone quòd ſtatutũ,extrà de præſcr.vbi hæc propemodũ ſcribit: Statutũ inducit præſcriptionẽ decem annorũ in quacunque actione reali & perſonali) nunquid actio per litis conteſtationẽ perpetuetur in xl.annos, cùm ſtatutũ de perpetuatione nullam mentionem faciat. Quod videtur,quia iſte caſus perpetuationis eſt à ſtatuto omiſſus : ergo relinquitur diſpoſitioni Iuris cõmunis.In contrariũ videtur, quia iſtud ſtatutum diſcrepat à Iure communi,præſertim in actionibus perſonalibus:cùm ergo receſſum ſit à Iure cõmuni,non poſſumus interpretari ſtatutũ ſecundùm ipſum Ius cõmune,ar.l.qui cum vno,§.qui poſt,ff.de re mil. Nam quoties ſtatutũ aliquid addit, vel detrahit tacitè vel expreſsè Iuri cõmuni,efficitur Ius municipale:nec recipit ſubauditum intellectum à Iure cõmuni,quia lex quæ corrigitur,nouã legem nõ interpretatur,l. vlti. C.de indic.vidu.tol.Et hanc Bal.doctrinã nuncupatim ſequitur Alex.conſi.227.ponderatis narratis,col.ij.verſi.& idem determinat,lib.6.& iterũ conſi.249.perſpectis & ponderatis,col.vlti.lib. 6.& Ioan.Fran.Bal.in tracta.præſcr.in vlt.q.iiij.partis,vj.eiuſdemque vlti.partis prin.

*Statuta à Iure cõmuni diſcrepantia , an ab eo interpretationẽ ſumant.*

*De eadem re.*

80 ¶Quamuis ipſe Alex.tractans in ſtatutum correctoriũ,aut derogatoriũ Iuris communis,aſſumat interpretationẽ ab eo,& inter cætera allegãs Bal.vbi ſuprà,videatur voluiſſe contrariũ,in l.vlti.§. in cõputatione,col.vlt.C.de iur.delib.& Phil.Deci.cõſi.445.in caſu ad me trãſmiſſo,col.viij.verſ. non obſtat quòd illa cõſtitutio. Sed eam Bal.in ea re ſententiã confirmat & alia non abſimilis, ſi non eadẽ ſit,eiuſdem Bal.in l.maximũ vitiũ,col.iiij.verſi.vlterius quæritur de tali.C.de libe.præt. quòd ſtatutũ Iuris communis derogatiuũ,non recipit interpretationẽ ab ipſo Iure cõmuni , per l.j.§.hunc igitur,C.de Iuſtini.Cod.cõfir.& l.j.§.repetita,C.de emẽd.Iuſtini. Cod.& alia quædam iura.Quod dictũ commendat Pau.Caſt.in d.§.in cõputatione,& ibi quoque Corn. paulò ante fi. & Ro.qui tamen dicit auſum ſe conſulere contrarium,quãuis nõ reperiſſet à quopiã improbatũ, in l.ſi quis priore,ff.ad S.C.Treb.& Soci.qui id dicit ſing.in l.cùm filiusfamiliàs,col.iiij.verſic.ſecundò inquantum.ff.de verb.obli. { & idem voluit Bald.conſi.141.præmiſsis verbis, col.iij.verſic. tertiò eſt præmittendum.libr.1.} Et vide,quod & in ſimili tractant Paul.Caſtr.& Corn.in Auth. quod ſine,C.de teſta.in caſu ſtatuti diſponentis,vt in teſtamentis ſufficiant duo aut tres teſtes.

81 ¶Subdit autem Bal, ( vt ad eum redeamus ) in d.c.cùm non liceat,quod ad hunc caſum maximè pertinet,ex eo quod dictum eſt,fieri,vt præſcriptio ſtatutaria currat minoribus , licet detur reſtitutio in integrum,c.cõſtitutus,extrà de in integ.reſt.quia petẽs reſtitutionẽ nõ reprobat ſtatutũ, ſed approbat,l.cũ minor,§.vlt.ff.rem rat.hab.Sed ille,qui diceret præſcriptionẽ non currere,directè veniret contra ſtatutum,quod eſt impoſsibile,l proſpexit,ff.qui,& à quib.Ideò (inquit)multa priuilegia



priuilegia habent locũ in præſcriptionibus ſtatutorum.Hæc ille.Ex quibus apertè intelligit,in caſu noſtræ conſuetudinis non procedere,quod dictum eſt de perpetuatione actionis per litis conteſtationem:nam d.c.cõſtitutus,ab eo allegatum loquitur expreſsim de hoc noſtro ſtatuto retractus,tanquam in præſcriptione illius non ſit obſeruanda illa perpetuatio, quæ ex Iure communi eſt,de qua antè locutus fuerat.Sed & ſubdit Bal.hinc quoque fieri,vt fortè ex præſcriptione ſtatutaria quæratur directum dominium,etiamſi de Iure communi non niſi vtile quæratur.De quo nos alibi latiùs dicemus in noſtro tractatu,cuius titulus eſt,nihil fruſtra. Sed tamen interim vide quæ in caſu huius quæſtionis dicemus infrà in fi.huius tit.in v.q.

82 ¶Vt tamen non omittamus cõtra illud dictum Bal.videri aliud dictũ ipſius in l.ſuperuacuã, quæ eſt vlt.in iij.no.per illum tex.C.de temp.in integ.reſt.dũ ibi dicit,quòd præſcriptio decẽnij inducta à ſtatuto in locũ præſcriptionis xxx.anno.ſapit eãdem naturã.Et idem penè dicit in l.in contractibus,in prin.in j.no.per illum tex.& ibi quoque Sal.in prin.C.de non nu.pec.vbi & hoc Bal. ipſe dicit eſſe menti tenendum,& idem Bald.in c.j.§.porrò,in verbo, xxx.annos, tit.qualit.olim pote.feud.ali.vbi & illud quoq; dicit,quòd ſicut præſcriptio xxx.anno.currit adultis,nõ pupillis, l.ſicut,C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno.ita & præſcriptio ſtatutaria x.ann.ſubrogata loco illius. id quod etiam dicit no.& idem Bal.in d.l.illud,col.j.verſ.& hoc eſt vtile & rurſum col.vlt.verſi.no. bene,& ibi quoque Ang.col.ij.verſi.no.hanc doctrinã,vbi dicunt,quòd ea præſcriptio x.anno.in actionibus perſonalibus à ſtatuto inducta,æquè interrũpitur,per citationẽ, & perpetuatur per litis conteſtationẽ,vt præſcriptio xxx.anno.quæ eſt de Iure communi.quod item Ange.dicit eſſe menti tenendũ,& rurſus ipſe Bal.in l.properandũ,col.ij.verſi.modò quæro quid ſi ſtatutũ, C. de iudi.& in d.l.vlt.in prin.col.ij.verſic.quæro hîc in præſcriptionibus ſtatutariis, & ibi Alex.& Recentiores,ff.de eo per quem fact.erit.& in c.j.§.ſi quis per xxx.col.vlt.verſi.quæro vtrũ ſi ſtatutũ, tit.ſi de feu.defun.fuerit contro.inter do.& agn.vbi dicit , quòd ſi per ſtatutũ abbreuiatum fuerit tempus præſcriptionis xxx.anno.in eo tanquam ſubrogato habet locum diſtinctio,l.ſi quis emptionis,C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.Io.And.poſt Richar.in addi.Spe.tit.de appel.parte ij.§.nunc breuiter,verſi.licet autẽ detur annus,& verſi.eiuſdẽ addi.inci.ſubdit autẽ,vbi ex hoc dicit quòd quibus caſibus tẽpus Iuris cõmunis nõ currit,puta cùm ſtat per iudicẽ,vel quia partes cõpromiſerunt,vt in Auth.ſi tamẽ,& Auth.itẽ ſi appellatione,C.de temp.appel.nõ etiam currit tẽpus ſtatutariũ,in locũ illius ſubrogatũ.Et quibus caſibus currit tempus Iuris cõmunis,ſed datur reſtitutio,vt in Auth.ei qui appellat,eo.tit.eiſdem hoc curret,& dabitur reſtitutio,& alia quæ ibi ſubiungit,vt videre poteris,& rurſus idem Io.And.in addi.ipſius Spe.tit.de iudi.deleg.§.reſtat.ver. quid ſi in ſtatuto,Bar.qui non obſcurè ſentit , quod ſuprà diximus de interruptione & perpetuatione præſcriptionis ſtatutariæ,in d.l.cùm notiſsimi,in prin.verſi.& ſic facit quæſtionem,C.de præſcri. xxx.vel xl.ann.& in l.in omnibus,ff.de act.& obli.& in d.l.ij.§.vlt.& ibi apertiùs Ang.qui tamen hanc perpetuationem in ea præſcriptione ſtatutaria aliter intelligit atque alij,vt ſuprà diximus,& ibi item Imo.ff.de vſuc.pro empt.Sali.qui etiam id aliter intelligit,vt ſuprà diximus, in d.l.vlt.C. de præſcrip.xxx.vel xl.anno.Imol.in l.dies,in prin.ff.de dam.infect.Roma.conſil.38. in caſu propoſito,ad fi.Pau.Caſt.conſi.42.viſa quadam,col.j.lib.1.& conſi.229.venditio iſta,poſt prin. lib.2. & conſi.393.pro euidentia,col.j.eod.lib.2.& conſi.439.ad ſecundum,eo.lib.2.& conſi.466.in caſu præmiſſo , verſic.pro hoc etiam facit,eo.lib.2.Steph.Fed.in lib.de legum interpretatione, parte j. char.8.verſi.vnde infertur,Corne.d.conſi.180.multùm diffuſè,col.ij.in prin.lib.3.Calca.conſi.11. quod non præſumatur,col.xiiij.verſic.& præterea,Alex.in l.ne quis,col.ij.in fi.ff.de feri.vbi dicit generaliter,præſcriptionẽ breuiorem inductã à ſtatuto,in locũ longioris inductæ à Iure cõmuni, habere per omnia eandẽ naturã,& in addi.Bar.in l.ſequitur,§.ſi viã,in fi.ff.de vſuc.& cõſi. 42.in cauſa & lite,col.j.verſi.& tale tempus,lib.3.& conſi.24.inſpecto proceſſu , paulò ante fin.lib.4.& conſi.56.quoniam omne datum,col.antepen.verſi.nonò,lib.6.quod iterum inculcatur conſi.119. eo.lib.6.Fran.Are.conſi.131.conſultiſsimè,paulò ante fi.latè Fel.in d.c.illud,col.ij.verſi.circa ciuiles,extrà de præſcr.Iaſ.in d.§.pœnales,nu.115.Inſt.de act.& in l.nemo poteſt,in ij.lect.col. antepe. ad fi.ff.de leg.j.Caro.Rui.conſi.27.ſtante pacto,col.iij.nu.6.lib.4.Phil. Dec.conſi.566.viſo conſi. col.ij.verſi.tertiò principaliter.& Io.Fran.Balb.in tracta.præſcriptionũ, in xxviij.q.prin.iiij. partis, iiij.item partis prin.& iterũ in j.parte vj.eiuſdemque vlt.partis prin.in xxiij.caſu,col.eiuſdem iiij. verſi.idem eſt.Et hæc eſt communis opin.licet Paul.Caſt.ſibi contrarius contrarium videatur voluiſſe,conſi.183. videtur dicendum,col.1.& ij.lib.1.

*Subrogatum ſortitur eandem naturam. Etiamſi in aliquo diſcrepet.*

*Quid ſi tempus ſtatuti nõ ſuccedit in locum tẽporis Iuris communis.*

83 ¶Sed hîc aduerte,Lector,quia hæc poſſunt procedere,quando præſcriptio inducta à ſtatuto ſuccedit loco præſcriptionis Iuris cõmunis:tunc enim,vt omnes illi dicunt,iure ſubrogationis debet ſortiri eandẽ vim & naturã,l.ſi eũ,§.qui iniuriarũ,ff.ſi quis cau.& c.eccleſia,le j.extrà vt lit.pe. & cle.j.de ſupplẽ.neg.præl.cũ ſi.Etiã (vt hoc illis addas,quos ſuprà citauimus) ſi ſubrogatũ in aliquo diſcreparet:nã nihilominus in aliis ſequetur eãdẽ naturã,vt dicit Pau.cõſ.73.repetito cõſi.265. licitè iſta domina Liſa,paulò ante fi.lib.1. {Iaſ.in d.§.qui iniuriarũ,col.j.in ij.no.vbi id dicit no.} & Phil.Dec.cõſ.190.circa primũ dubiũ,col.iij.verſ.quartò hoc idẽ.& cõſi.543.in caſu propoſito, col. ij.verſi.tertiò hoc confirmatur.In caſu autem noſtri ſtatuti id tempus anni præſtitutum retractui non ſuccedit loco alterius temporis,aut præſcriptionis Iuris communis:imò ſtatuentes ſic per ſe & de nouo id tẽpus præſtituerunt ſine ſubrogatione alterius temporis Iuris cõmunis:vtpote cùm

retractus ipſe non ſit de Iure cõmuni, vt latè diximus ſuprà in rub. Ideoq; nec id tẽpus ſortitur naturam tẽporis Iuris cõmunis,vt expreſsim & in caſu d.c.cõſtitutus,loquẽtis de noſtro ſtatuto, voluit Inn.in c.ex ratione,col.j.& ibi quoque Hoſt.col.ij.& Io.Andr.col.iij.extrà de appel.& Bal. in c.j.verſi.niſi iuſta,col.j.verſi.ex his inſurgit, tit.quo temp.mil. & Alex.d.conſi.65.quoniã omne,col.pen.lib.6.quod repetitur conſi.119.eo.lib.& Matth.Afflict.deci.Neap.ccclxx.tria dubia,nu. 3.& bene facit,quod voluerunt idem Inn.Hoſt.& Ioan.And.in d.c.conſtitutus,illi in fin.hic col. vlt.dum concordant eum tex.cum l.vlt.C.in quib.cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſſa.

84 *Deciſio principalis quæſtionis.*

¶Et ego quidem(vt tandem interponam meum iudicium)vix adduci poſſum,vt credam, huiuſmodi tempus anni & diei à noſtro ſtatuto introductum ſine ſubrogatione alterius tẽporis Iuris communis,perpetuari per litis conteſtationẽ,ac ne protrahi quidem aut proferri in lõgius tẽpus, quàm in alterũ tantum,id eſt,annum & diẽ.Et ita aliquando audiui fuiſſe obſeruatum,& iudicatũ in noſtro ſupremo Senatu Pariſienſi:quanquàm hodie dicitur contrariũ obſeruari.Et ita videtur tenere Ar.Ferronus in conſue.Burdig.hoc eo.tit.§.j.col.vlt.vbi tamen paulò obſcurius de hac re loquitur.Et pro illa noſtra ſententia,vltra prædicta facit,quòd in remediis extraordinariis & quæ ſunt ſtricti iuris,cuiuſmodi eſt noſtra conſuetudo,vt iam toties diximus,& atteſtatur noſtra conſuetudo infrà eo.tit.§.xxxv.eodemque pe.litis conteſtatio actionem nõ perpetuat,l. Papinianus, §.j.& ibi gl.& Doct.ff.de mino.& l.vlt.& ibi gl.in verbo, finiendamque litẽ.C. de temp.in integ. reſti.& in l.vlt.& ibi gl.vlt.C.de dolo.Caue tamen,quia priores tex.loquuntur de in integ.reſtit. tantùm,poſterior in actione de dolo.

*Cõſuetudines de quæſtione prin.*

Ex conſuetudine autem Cenomanorum,ca.ccccxix.ex ſola citatione in cauſa retractus,non tantùm interrumpitur actio, ſed etiam perpetuatur. Et idẽ quoque Andeuagorum cap.ccccviij.nec tamen dicunt,in quod tempus.

85 *Citatio inualida non interrumpit. Litis conteſtatio inualida nõ perpetuat.*

¶Sed illud interim nõ omittemus,id,quod ſuprà diximus, præſcriptionem interrumpi citatione, & perpetuari litis conteſtatione,intelligendum eſſe, cùm vtraque eſt valida:ſi autem ſit inualida, neutrũ operatur:vt de citatione dicemus infrà,eo.tit.§.viij.in gl.ij.nu.3. quod tamen.De litis autẽ conteſtatione ſatis probat tex.in Auth.offeratur,in fi.& ibi gloſ.& Doct.C.de litis conteſt.quod tamen intelligit Sali.ibi,col.vlt.quando ipſa citatio,vel litis conteſtatio ab initio nulla eſt : ſecus ſi ex poſt facto & per lapſum inſtantiæ annulletur:nã tunc durãt interruptio, & perpetuatio iã factæ,vt no.gl.in l.properandum,§.etſi quidẽ,in verbo,iud.cij,& ibi quoque Bar.col.ij.ver.quæro vtrum iſta abſolutione,Bal.Ang.Sal.Pau.Caſt.& Iaſ.C.de iudi.Bal.in l.vlt.per gl.ibi.C.ſi tuto.vel cura.interue.& in l.ij.col.iiij.verſi.circa ſecũdam partem,& ibi Alex.col.5.verſi.j.quod licet,& Iaſ. col.pen.verſi.adde inquantũ,& Phil.Deci.nu.51.& ſeq.C.de eden.& Raph. Co.conſi.92.in nomine,&c.viſo ſubſcripto,circa med.& Phil.Fran.in ca.vt debitus,col.iiij.verſi.tertia concluſio,extrà de app.& Maria.Soc.in c.venerabilis,in xxvij.arti.prin.de iudi.Nã vt omnes propè dicũt,effectus earum eſt iam conſummatus,nec,vt dicit Sali.in d.Auth.offeratur,illa annullatio retrotrahitur.

86 *De eadem re.*

¶Quod autem dictum eſt ſuprà , litis conteſtationem inualidam nõ interrumpere perſcriptionẽ (vt ad id redeamus) voluit etiã gl.in l. ſi pater,C.ne de ſtatu defun.& in d.c.vt debitus,in verbo, coram idoneo,in fi.& ibi Ioan.And.Ant.Pan.Phil.Franc.& cæteri Recentiores,extrà de app.& in cap.ex tuarum,in verbo,non putantes,de purg.cano.& omnes propè, præſerrim Panormit.in ca. illud,extrà de præſc.Sed nec illud prætereundum,(ne erres) ſolam citationẽ nõ omnẽ ſemper interrumpere præſcriptionẽ de iure ciuili,vt videre poteris apud Bar.in l.ij.in fi.C. de ſerui.& aqua. & in l.vlt.in prin.& ibi Recẽtiores,ff.de eo per quem fac.erit,& in l.ſicut,C.de præſcr.xxx.vel xl. ann.& Alex.in addi.ipſius,in l.cùm notiſsimi,in prin.eo.tit.cum ſimi. At de Iure canonico ſemper interrumpit,vt quæ in mala fide conſtituat,vt pulchrè voluit Bal.in d.l.ij.col.ij.verſi. vlterius quæritur,C.de ſerui.& aqua.& ſequitur Franc.Cre.qui id dictum dicit ſing.& à nemine põderatum,ſing.cj.tu ſcis quòd præſcriptio:vbi & id dicit eſſe de pane lucrando,ita enim loquitur.

87 *Quid ſi cõſanguineus poſt annum ratificet oblationẽ ab alio factam eius nomine.*

¶ Decimoqvarto quæro,Quid ſi quis,tanquam procurator & nomine conſanguinei venditoris offert pretium emptori,petens eo ſe nomine ad retractum recipi,cùm tamen eius rei mandatum non haberet , ſed ipſe conſanguineus poſt annũ,id quod ab illo geſtũ eſt nomine ipſius, ratum habet:an id ſit ſatis,vt obtineat, tanquam venerit intra annũ , quod ſtatim prima facie videri poſſet,quoniam ratihabitio mandato æquiparatur,& retro ad tempus actus trahitur,l.vlt. C. ad S.C.Maced.& l.hoc iure,§.deiecit,ff.de regu.iur.& c.ratihabitionem,eo.tit.lib.6.& ibi concor. Idque etiam in iis,quæ requirunt ſpeciale mandatum,l. quòd ſi de ſpeciali,ff. de mino.cum aliis concord.à me adductis ſuprà eadem gl.in xij.q.in prin.

88 *Ratificatio debet fieri intra tempus quo actus fieri debuit.*

¶Tu tamen dic non eſſe audiendum,per tex.in l.bonorũ,quæ eſt pe.& ibi Alb. Bar.Ange.& omnes,ff.rẽ rat.hab.quo apertè probatur,id quod dictũ eſt,tum demũ procedere,& nõ aliàs cùm ratihabitio fit intra id tẽpus,quo actus ratificatus fieri poterat:nã verba eius legis hæc ſunt,Bonorũ poſſeſsionẽ ab alia agnitã ratam haberi oportet eo tẽpore,quo adhuc in ea cauſa ſit,vt peti poſsit. Itaque poſt centeſimũ diem ratũ haberi nõ poteſt.& eſt idem tex.in l.vlt.ff.quis ord.in bon.poſſer.Et eſt in ſimili tex.in l.j.in prin.iuncta gl.in verbo,quod mox,ff.de appel.recip.& in c. nõ ſolent,etiã in prin.iuncta gl.in verbo,mox,ij.q.vj.& voluit gl.in d.c.ratihabitionẽ,ſtatim poſt prin. & ibi quoque Dyn.& Guil.à monte Laud.& alia gloſſ.in c.quàm ſit,in verbo,petere,in fin.& ibi Ioan.Mona.Ioan. Andr.Petr.Ancha.Domi.& Phil.Franc.de elect.lib.6.& gloſ.in c. cupientes,§. quòd ſi er xx.in verbo , propoſitam, eod.titu.Petr.Bel.Perti.quæſt.ccxiiij.dum quæritur,vtrum ratihabitio.



ratihabitio.Alb.qui id trahit ad multa,in d.l.bonorũ.D.à Rota.deciſi.428.ſi habens, circa mediũ, in nouis.Spec.tit.de app.parte ij.§.j.verſi.porrò,& ibi Bal.in addi.& idem Bal.in d.l.vlt.col.j.ver. tertiò quando actus,& ibi quoque Alb.col.ij.verſi.vltimò notandũ,C.ad S.C.Maced.& in l.obſeruare,§.poſt hæc,col.ij.verſi.eſt autẽ notandũ,& iterũ in addi.ipſius,§.circa mediũ,& ibi quoq; Alb.col.ij.verſi.alij dicũt,ff.de offi.Procon.& in l.quid ergo,in j.lect.in fi.ff.de his qui no.infa.& in Auth.hodie,col.ij.verſi.quæro nũquid aliquis poſsit,C. de app.& in c.quoties,de pact.& cõſi. 44.iſte dominus Chriſtophorus,col.vlti.libr.2.& conſi.141. thema huiuſmodi,col.ij.eod.lib.2.& cõſi.417.primũ dubium eſt,col.ij.verſi.ſed vltra tunc quæſita,eo.lib.2.vbi ex hoc in pulchro caſu cõſuluit.& conſi.101.nobiles viri,ante fi.lib.3.& conſi.57.punctus quæſtionis talis eſt,quidam vſurarius,col.j.verſi.præthereà vitiũ,lib.5.Raph.Fulg.conſi.154.ſuper eo quod primò, in prin.Pan. & Bene.Cap.in c.cùm veniſſent,extrà de reſti.ſpo.idẽ Panor.in c.accedens,de præb.Pau.Caſt.& Fran.Are.in l.Pantonius,vterq; col.iij.ff.de acq.hær.Pau.Caſt.cõſi.281. in cauſa iſta quinque principaliter,col.pen.verſi.prætereà aliud,lib.1.Mart.Laud.in c.j.§.ſed vtrùm, in prin.tit.per quos fiat inue.Corn.conſi.110.in iudicio,col.iiij.verſi.& ſi hodie,lib.2.& conſi.130. viſo dicto puncto,col.j. lib.3.& conſi.221.viſis certis,col.vlt.eo.lib.3.& cõſi.292.viſis nonnullis,col.ij.eo.lib.3.vbi loquitur de ratificatione appellationis non facta intra tempora appellandi.Fran.Aret.conſi.16.præſupponitur,col.iij.verſi.circa ſecundum dubium,& conſi.94.reſpondeo,in fi.Alex.conſi.135.ponderatis his,col.ij.lib.2.& conſi.78.viſo & diligenter ponderato,col.iij.verſi.tertiò reſpondeo, lib.5.quod repetitur conſi.26.lib.6.vbi dicit ſing.ad hoc tex.in d.l.bonorum,Guid.Pap.deci.Delphi.436.cùm materia,in xciiij.q.& Soc.conſi.16.anno domini,col.viij.verſi.nec obſtat,ſi vltimò,lib.4.Iaſ.qui id optimè declarat,quomodo ſit intelligendum,poſt alios in l.ſi is qui pro emptore,num.128.incip. ſecundus articulus,ff.de vſuc.cum aliis quoque concord.collectis à Phil.Dec.in l.ſemper qui non prohibet,col.ij.verſi.ſecundò regula principalis,ff.de reg.iur.

89 *Adhærere appellationi debemus intra tempora appellationis.*

¶Quibus illud vnũ addiderim ex eo fonte id manaſſe,vt qui adhærerent appellationi ab alio factæ ſimpliciter,vel etiã pro ſe & adhærẽtibus,idipſum facere debẽt intra tẽpora appellãdi,alioqui non admittũtur:vt per d.l.bonorũ,voluit gl.in d.c.vt circa,§.alioquin,in verbo adhærentes,in fi. & ibi etiã Gul.Laud.Arch.Domi.& Phil.Fran.de elect.lib.6.& D.à Rota,deciſi.225.adhærẽtes, in nouis,& Bal.in auth.hodie,col.ij.verſi.quæro nunquid aliquis,C.de app.Fran.Are.in d.l.Pantonius,col.iij.ver.& primò quòd illa,ff.de acq.hær.& Gui.Pap.dicta deciſi.Delphi.436. in lxxviij.q. De quo & tu vide Io.And.in c.j.col.pe.verſi.ſed nunquid,de elect.libr.6.& in c.concertationi,de appel.eo.lib.6.& Io.Gallum in ſuis Areſtis.q.cl.c.vlt.vbi & ex hoc dicit, quòd renũtiatio appellationis facta nomine alterius,debet ratificari ab appellante ita tẽpus octo dierum,quod ex ordinationibus regiis huiuſmodi renutiationi ſtatutum eſt.Et facit etiã,quod de declaratione rei obſcuræ tradit idem Io.And.in c.in alternatiuis , de reg.iur.lib.6.Et quod de purgatione moræ voluit Bal.d.conſi.57.col.ij.lib.5.vt ſcilicet fieri debeat intra tempus , quo actus geri poteſt. Et quod de proteſtatione dicitur in l.ij.& ibi Bal.verſi.deinde videamus.C.de his qui per met.iudi.& in c.vlt. & ibi Doct.de app.& Bal.in l.ij.in ij.lect.col.ij.verſi.& nota quòd proteſtatio,ff.de mino.

90 *Ratificatio renuntiationis appellationis, intra tempora ipſius fieri debet. Et declaratio rei obſcuræ. Et purgatio moræ. Et proteſtatio. Eadem in ratificatione ſolennitas , quæ in actu ipſo.*

¶Et facit ad hanc noſtram ſententiã,quòd id tempus anni & diei,eſt de forma & ſolẽnitate conſuetudinis,vt & alia huiuſmodi tempora,ex ſententia Bal.Sali.& Iaſ.in Auth.quæ ſupplicatio,per illum tex.in illis verbis,niſi ſub hac forma,iuncta gl.C.de precib.imp.offe.cum aliis ſi. & concor. à me collectis infrà eod.tit.§.iij.in gl.iiij.nu.3. & hanc ſententiam fulcit. At eadem ſolennitas,quæ requiritur in actu,eadem quoq; in ratificatione neceſſaria eſt,arg.l.ſi vt proponis,la ij.C.de nupt. & l.nuptiæ,ff.de rit.nup.& per eos tex.voluit Rom.conſi.12.viſo facto propoſito,col.vlt.verſi.ad ſecundum autem.& Phil.Deci.conſi.532.pro vera reſolutione,col.j.& conſi.536.in cauſa quæ agitatur Mantuæ,col.ij.verſi.ad iſta etiam reſpondetur.Et facit, quod tradit Bar.in l.hæredes palàm, §.ſed quid poſt,circa medium,ff.de teſta.& Soc.conſi.92.in cauſa domini Antonij,colum.v.verſi. confirmatio enim,lib.3.Igitur cùm ſit conſanguineus extra tempus cõſuetudinis, quomodo poterit adhuc ratificare?cũ ei deſit, quod eſt de forma ex ſolennitate retractus , vt ſcilicet intra annum fiat.Et id in noſtro caſu retractus expreſsè voluit Chaſ.in hoc tit.*de Retraictz.* §.j.in verbo, *le peut rachepter*,col.ij.verſi.& in hoc caſu,in poſtrema editione.

91 *An ſatis ſit,intra annũ promittere ratificare. Aliud ratificare , aliud id ipſum promittere.*

¶ Sed quid;ſi conſanguineus promiſit intra annum ratificare, non aliter tamen ratificauit:an id ſatis ſit,tanquã id ipſum vim ipſius ratificationis habeat:per id quod in ſimili voluit Ioã.And.in addi.Spe.in rub.de obli,& ſolu.col.j.cum aliis multis concord.à me adductis infrà tit.ſeq.in fi.nu. 26.quorum autoritate,cum ſi.Ego tamen id non ſatis eſſe cenſuerim , ſequutus ſententiam Pau. Caſt.conſi.281.in cauſa iſta quinque principaliter,col.pe.verſi.prætereà,aliud lib.1.vbi dicit, aliud eſſe ratificare,aliud id ipſum promittere.Ideoque non ſufficere , vt quis promittat ratum habere intra tempus,quo actus geri poteſt, niſi & id intra id tempus faciat. Et id confirmant alia multa, quæ & nos collegimus in eo.ſi.tit.ſeq.nu.42.ſed quorſum.cum multis ſeq.

92 *Promittẽs ratificare , ſatis habet ratum.*

¶Sed huic tamen ſentẽtiæ obſtare videtur,quòd promittens habere ratũ,ſatis habet ratũ, nec alia ratihabitio requiritur.l.ſi procuratorem abſentem,cum gl.in verbo,ratum,ff.de procu.& l.ſi ſine, §.cùm autem,& ibi gl.in verbo,nihil,ff.rem ra.hab.Bal.in l.j.col.ij.in vlt.oppo.C.de procu. Fran. Are.conſi.90.in cauſa iſtorum,in prin.& iterum cõſi.100.longitudo,in j.dubio,col.ij.vbi & alios citat.& Lancel. Gal.qui id ex iſtis aſſumit,quod ſup.diximus, in l.iiij.§.Cato, colum.ix.verſic.xij. ff. de

ff.de verb.obl.Sed ne fallaris,id non ita ſimpliciter probatur ex illis locis,ſed illud tantùm, quòd ſi quis mandauit,& promiſit ratum ſe habiturum,non eſt opus alia ratihabitione,cùm ſolũ ipſum mandatum per ſe ſufficiat.Et idem ſi ſimpliciter mandauit.l.ſi procurator,in prin.& iterum in §. Celſus,ff.de condi.inde.Ideò etiam in iſto noſtro caſu , ſi conſanguineus cuipiam mandaſſet, vt retraheret rem quampiam venditam à ſuo conſanguineo , promittens ratum ſe hunc retractum habiturum:certè tunc non opus eſt alia ratihabitione. At ſi non præceſſerit mãdatum,crederem non ſatis eſſe promittere ratum habiturum,niſi re vera ratum habuerit.

*Quid ſi habẽs mandatum ad retrahẽdũ nõ docet de mandato niſi poſt annum.*

93 ¶ Q V I D autem (& hæc erit DECIMAQVINTA quæſtio) ſi is,qui hanc oblationem fecit,habebat mandatum expreſſum iam à tẽpore ipſius oblationis,ſed de eo non docuit niſi poſt annũ. Et hoc quoque caſu non eſſe ſatis opinor:quia paria ſunt non facere,aut minus ſufficiẽter facere intra tempus ſtatutũ,c.ſi quis iuſto,verſi.ſi autẽ nullus,iuncta gl.in verbo,admitti,de elect.lib.6. Cuius arg.Lapus alleg.xxij.an ſufficiat procuratorem,negat ſufficere procuratorem , præſentare intra quatuor menſes,niſi & intra id tempus fidem faciat de mãdato patroni. Cui adde,eſſe item paria,non eſſe,& non apparere,l.duo ſunt Titij,& ibi Bal.ff.de teſta.tutel.& c.ſolennitates,le j.de con.diſt.j.cũ ſi.Ex quo ſequitur,ſi nõ appareat.intra tẽpus,perinde eſſe,acſi idipſum nõ fuiſſet intra idem tẽpus.Sed ſi mandatũ,aut ratificatio intra ipſum tempus non extitiſſet, nihil actũ fuiſſet,vt diximus in præced.q.Ergo & idem,ſi de eo intra tempus non apparuerit. Paria enim ſunt (vt reſumamus) non eſſe in tempore,& non apparere in tempore,per d.iura,& ſi.Et optimè facit text.in l.de pupillo,§.qui procuratorio, in illis verbis etiamſi verus ſit procurator,ff.de no.oper. nun.Ex quo Iaſ.no.in iiij.no.quòd etiam verus procurator repellitur, ſi non conſtet de mãdato, & eam adducit,quam diximus,rationem,quòd paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe & non apparere.Et facit etiam ad ſuprà dicta, glo.in cle.cauſam,in verbo ſpecialiter,in fi.de elect. & quod in eodem caſu ſcribit Thomas Faſtolus in deci.Rotæ,cauſa xv.dubio xxxv.tertiò dubitatur.

94 ¶Quod nota,quia fortè multi reſponderent contrarium. Nam etiam pro contraria ſententia facit,quod ſcribit Spec.tit.de procu.in iiij.parte,§.j.verſi.ſed ſi receptũ erat, vbi in caſu c.j.de elect. lib.6.Si aliquis (inquit) tanquam procurator alterius in termino ſibi præſtituto obiecerit crimina aduerſus electum,& intra illud tẽpus non docuit de mandato,quod iam antè habebat:quia fortè non recordabatur:nihil ei obſtabit mãdatum non fuiſſe exhibitũ.Sed tu hîc tamen omnino vide Alex.conſi.78.viſo & diligenter ponderato, col.ij.verſi. ſed præmiſsis non obſt.cum multis ſeq. lib.5.quod iterum repetitur conſi.26.lib.6.& Fran.Rip.in c.cũ M.Ferra.nu.137.extrà de conſti.& præterea,quæ ab eodem Spe.ſcripta ſunt in d.§.j.verſi.quid ſi appellans,& ver.ſeq tit.de procu.& Arch.in c.ij.de procu.lib.6.& Card.Flo.in cle.ij.in xviij.eademque vlt.q.eod.quoque tit.vbi multa videbis ad hanc quæſtionem pertinentia. & vide item D.à Rota, deciſ.ccxlviij.nota quòd vbi ad requeſtam,in antiquis,& iterum deciſio.586.quidam qui non erant, etiam in antiquis.& Bart. conſi.73.quæritur vtrùm procurator.

*Quæſtio , an admittatur tertius nomine conſanguinei offerens cautionem de rato.*

95 ¶ V E R V M plus dubitationis eſt, & DECIMOSEXTO, An iſte,qui alterius nomine facit hanc retractus oblationem,admittendus ſit offerens cautionem de rato. Quod videtur,per tex.in d.l. de pupillo,§.qui procuratorio,ff.de no.ope.nun.ſuprà,in præcedẽti q.alleg.vbi qui nomine procuratorio nuntiat,ſi de mandato eius dubitatur,auditur , ſatiſdans eam rem dominũ ratam habiturum.Cuius autoritate ſcribit Bart.in l.qui abſentem,in iij.no.ff.de procur.quòd ſicut, quando petitur aliquid in iudicio , requiritur cautio de rato , ita quoque quando extra iudicium aliquid petitur.quod etiam dicit probare tex.in d.l. qui abſentem. Et ita ſentit, ſatis eſſe,cùm dubitatur, caueri de rato,etiam in actibus extraiudicialibus.

*Cautio ratian & quãdo ſufficiat.*

96 ¶In contrarium facit,quod ſcribit Bal.in rub.extrà de procu.col.iij.verſi.procurator ad proteſtandum,quòd procurator non admittatur ad proteſtãdum cum cautione rati.ſed debet facere fidem de mandato.per l.ſi quis inficiatus,ff.depoſi.Porrò idem Bal.in c.coram,col.ij.verſi.extrà quæro, vtrum,extrà de offi.deleg.vtrùm (inquit) ad proteſtandum debeat admitti procurator , de cuius mandato dubitatur,offerendo cautionẽ rati?Reſponde ſic,ſi proteſtatio tendit ad iudiciũ, per d.l. qui abſentẽ,ff.de proc.Nam qui proteſtatur,partibus actoris fungitur,l.ſi res quã,ff.de euict.Sed ſi proteſtatio tendit ad dandũ,vel ſoluendum,neceſſe eſt offerre inſtrumentum mandati,d.l.ſi quis inficiatus,quia in hoc debet præciſè cõſtare de mandato , vt no.in l.nõ ſolùm,§.qui alieno,ff.de procu.Hæc Bal.quẽ ſequitur Iaſ.in d.§.qui procuratorio,in iij.no.Et ita videtur hîc non ſatis eſſe, cauere de rato,ſed faciendã eſſe fidem de mandato.Et vide,quæ dicam infra in §.vlti.huius tit.in gl.ij.in ij.item quæſt.& Bal.conſi.118.quia pleniſsimè,col.ij.verſi.& in omnibus,lib.3.

*Quæſti.an ad retractũ requiratur ſpeciale mandatum.*
*An autem admittatur coniũcta perſona.*
*An procurator ad lites.*

97 ¶ C AE T E R V M ex iis quæ dicta ſunt , ſuboritur illud dubium (& erit DECIMASEPTIMA quæſtio) an procurator generalis ſit hîc audiendus:an verò requiratur mandatũ ſpeciale?Id quod ſatis colligi poteſt,ex eo quod ſcribit Bal.d.conſi.118.col.ij.verſi.ſed remanent dubia,libr. 3.vbi allegat c.conſtitutus,extrà de in integr.reſtit.quod loquitur de caſu noſtri retractus. Sed & de hoc nuncupatim tractat Chaſſe.in poſtrema editione ſuorum commentariorum in cõſue. Burgũdiæ, hoc eo.tit.in §.j.in verbo,*le peut rachepter*,col.ij.verſ.ſed an proximus,vbi videtur cõcludere,exigi mandatum ſpeciale.Ideò nec coniunctã perſonam eſſe audiendã ſine mandato. Ibi eum vide,& quæ dicam infrà,in eo.§.in gloſ.xiij. in verbo, *l'achepteur*, nume.34.ſed vtrum,& iterum in §.vlti. huius titu.gloſſ.ij.in iiij.q. Et adde , quod ſcribit Paul.Caſtr.in d.l.de pupillo, §. qui procuratorio, ad fi.ff.



ad fi.ff.de ope.no.nun.quòd procurator generalis ad lites,non poteſt interpellare,proteſtari, denuntiare.& ſequitur Alex.conſi.78.viſo & diligenter,col.iiij.verſicu.tertiò corroborantur, libr.5. quod repetitur conſi.26.lib.6.& Fran.Ripa in l.quod te,nu.56.ff.ſi cer.pet.Neque enim huiuſmodi procurator ad lites,etiam ſi ſit cum libera,poteſt recipere ſolutionem.vt dicemus infrà, eod.§. gl.xiij.in verbo,*l'achepteur*, nu.33.quod tamen intellige.

*De coniuncta perſona.*

98 ¶Et quantùm ad coniunctam perſonam,adde etiam tex.probantem eam nõ poſſe denuntiare,in l.tutor,in prin.& ibi no.Bald.ff.de minori.& voluit etiam Fel.in c.cum Mar.Ferra.col.xix.in vij. concluſione,verſi.hanc concluſionem,extrà de conſti.Et tex.qui videtur è diuerſo probare coniunctam perſonam poſſe huiuſmodi retractum intendere,in ca.conſtitutus,in prin. cùm dicitur, pro ſe ac fratre ſuo,& ibi gl.extrà de reſti.in integ.Sed tu vide ibi Pet.Anch.in j.not. & Pan.col. pen.verſi.in gl.j.Illud autem in confeſſo eſt,quòd ſi cõſanguineus ſit minor,& præterea eius vitæ,vt meritò bonis ei interdici poſsit,id eſt,prodigus,mente captus,aut furioſus : tunc coniuncta eius perſona pro eo admittitur ad huiuſmodi retractum, vti ad cætera omnia,quæ mandatũ ſpeciale requirunt,per l.patri,in prin.& ibi Bar.& Bal.ff.de minorib.

*Quid ſi intra annum conſanguineus ratificet.*

99 ¶Et illud tamen memineris (vt redeamus ad id quod de ſpeciali mandato dictum eſt ) quòd ſi id certè requiratur,vti & ego cenſeo,nihil tamen impedit,quin etſi retractus oblatio facta fuerit ab alio ſine ſpeciali mandato,tamen intra tempus anni & diei ratum haberi poſsit à conſanguineo, cuius nomine facta eſt,per l.quòd ſi de ſpeciali,§.j.ff.de minori.& c.vlti.de iureiur.lib.6.& c.j. de hom.eo.lib.6.Bal.qui illum priorem tex.dicit no.& Sali.in l.ſi maritus,C.mand.cum multis concord.à me traditis ſuprà,in hac eadem glo.in xij.q.in prin.Nec abs re diximus intra tempus anni & diei,propter ea,quæ diximus ſuprà,eadem gl.nu.88.tu tamen dic.

*Et ſi coniuncta perſona poßit, an requiritur ratificatio.*

100 ¶Et ſi quis fortè contenderit ſufficere mandatum generale(vt nihil non apud nos cõtrouerſum eſt) ideoque & coniunctam perſonam indiſcriminatim eſſe admittendam ſine mandato,iuxta l. exigendi,C.de procu.hoc tamen ſciat eſſe intelligendũ,dummodò cõſanguineus poſtea ratificet, alioquin inutile ſit,quod à coniuncto ita actũ eſt,l.iij.§.ſed & fortè,& ibi Bar.ff. iudica.ſolui,& l. diem,§.j.ff.depo.& l.j.C.quib.res iudi.non nocet.gl.in l.fideiuſſor, in fi.ff.de nego.geſt.Inn.in c. auditis,extrà de elect.& in c.accedens,de præb.Hoſt.& Io. And.in c.ex parte Decani,& ibi quoque Bal.col.iij.verſi.quæro nunquid,& Imo.col.j.de reſcri.Bar.in l.qui mihi donatum, col.j.verſi. quæro quid de coniuncta,ff.de dona.Alex.conſi.40.circa primum.in fin.lib.5.Franc.Aret.conſi. 26.factum ſuper quo,col.pen.verſi.circa quartum, Corne.conſi.104.conſtat, col.pen.lib.2.Iaſ.in d.l.exigendi,col.iij.verſi.duodecimò limita.Nec proinde ſatis ſit ratificare,niſi id fiat intra annum à ſtatuto in id præſtitutum,ſecundum ea quæ diximus,d.nu.88.

*An pater pro filio ſine mandato admittatur.*

101 ¶Et hæc procedunt in cæteris coniunctis : verùm pater pro filio admittendus eſt ad retractum, etiamſi in id requireretur ſpeciale mandatũ,vt requiri cenſet Chaſſe. Nam in ea poteſt agere pro filio,quæ mandatum ſpeciale exigunt,d.l.patri,in prin.& ibi Bal.ff.de mino.& voluit etiam Cy.in d.l.exigendi,col.ij.in iiij.q.C.de procu.& Io.And.in addi.Spec.tit.de coniuncta perſona, col.vlti. Ang.in l.qui aliena,§.quanquam,ff.de neg.geſt.Pet.Anch.loquens in caſu retractus , in c.conſtitutus,in j.no.extrà de reſti.in integ.Phil.Dec.in l.filius,nu.6.C.de pact.At non filius pro patre id facere poteſt,vt colligitur ex d.l.filius,& ibi Bald.& Phil.Dec.in ij.no.Et vide,quæ dicam infrà in gl.xiij.in verbo,*l'achepteur*,nu.35.& ita quidem.Nec tamen omittendum eſt etiam procuratorem, cum libera admittendum eſſe,vt aliàs ſemper in iis quæ ſunt ſpecialis mandati,l. nam & nocere, & ibi gl.Bal.& Alex.ff.de pactis,cum aliis multis concord.à me congeſtis infrà eo.§.in d.glo.xiij. in verbo, *l'achepteur*, nu.31.an autem ſit ſatis.

*An & filius pro parte.*
*An procurator cũ libera.*

*Quæſt.an mãdatũ nõ modò oſtendere,ſed & legere debeat.*

102 ¶ E T poſteaquam eò peruenimus,quæ & DECIMOOCTAVO, An ſatis ſit,eum, qui tanquam procurator conſanguinei,facit hanc oblationem retractus,oſtendere ſiue porrigere inſtrumẽtum mandati , an verò neceſſe ſit,vt legat,aut legendum præbeat.vide c.appellatio,de appel.lib.6. vbi ita ſcribitur,Appellatio,quã in ſcriptis iudici,à quo appellare volebas,te porrexiſſe proponis,non poteſt ex eo,quod coram ipſo lecta non fuerit,rationabiliter impugnari.& ibi gl.in verbo, lecta, quæ & id trahit ad alios quoſdam caſus.& cle.cauſam,de elect.dum ibi dicitur, porrecto vel perlecto,quaſi ſcilicet alterum ſufficiat.quod & ibi annotat glo.in verbo , perlecto.Per quem tamen tex.dicit Bar.in l.non ſolùm,§.morte,col.vij.in materia proteſtationis prohibitoriæ,ff.de no.ope. nun.quòd ſi quis denuntiat debitori debitoris,ne ſoluat,debet ei oſtendere inſtrumentum debiti, vel ei exemplum illius dimittere. Et idem dicit ipſe Barto.niſi quòd nihil de exemplo dicit,in l. grege,§.j.col.ij.verſi.aduerte quòd ſi denuntiatio,ff.de pign.& in l.qui in alterius,ff.de reg.iur.vbi omnia hæc copulat,ſcilicet,inſtrumentum oſtendere,illud legere,& ipſius exemplar tradere.Saly. in l.mora,col.iij.verſi.ex prædictis patet,ff.de vſur.per l.ſi quis inficiatus, ff.depoſit.& alia iura.& Bald.conſi.447.in puncto,col.j.lib.3.Et Soc.ſi is eſt,in tract.fal.reg.lxxix.in j.fal.vbi idem dicit de ceſsionario,qui notificat debitori,ſecundùm l.iij.C. de nouat.vt ſcilicet legat inſtrumentum ceſſionis, vel exemplum eius dimittat,quod etiam dicit ipſe Barto.quem non citat , in l.j.in prin.in xj.q.ff.de no.oper.nunt.vbi tamen vtrunque ponit,vt ſcilicet oſtendat, legatque inſtrumentum, & eius copiam (vt loquitur) tradat,per d.clem.cauſam.

103 ¶Idem Bar.in d.§.morte,paulò poſt ea quæ ſuprà diximus,videlicet ver. quæro an talis proteſtatio,dicit, ꝙ ſi quis tanquã procurator alterius facit proteſtationem , debet aduerſarium certiorem

facere

facere de mandato,inſtrumentum illius oſtendendo: ſicut (ait) ſuprà,dixi de mandato,argu.d.l.ſi quis inficiatus. Sed & poſtea quoque,ſcilicet col.xj.verſic.tertiò principaliter,dicit, quòd cùm fit alicui proteſtatio,vt det vel faciat id, ad quod eſt obligatus facto alieno,ea debet fieri cũ expreſſione cauſæ,& notificatione,& oſtenſione inſtrumentorũ , & ea legendo,vel exemplum eorum dimittendo,per d.clem.cauſam,de elect.Et illum ſequitur Iaſon ibi,col.xiiij.ver.quarta cõcluſio. Subdit autem Bar.paulò poſt,Quòd ſi deſunt inſtrumenta,debet fieri fides per teſtes.

104 ¶Hucque etiam ſpectat,quod tradit Pet.Anch conſi.372.pro declaratione iſtorum trium, ad fi. quòd non cenſetur inducta notitia,ſiue ſcientia ſententiæ,etiamſi oſtenſa fuerit,niſi tenore illius perlecto,per d.cle.cauſam,& no.à Bar.in d.§.morte.Ideoque & interim nõ currit tẽpus appellãdi, vt dicit Iaſ.cõſi.159.ſuper facto,col.pen.verſi.tertiò facit,lib.2.vbi etiã allegat no.in d.cle.cauſam, & Spe.tit.de citati.poſt prin.& iterũ tit.de appel.parte ij.§.qualiter,verſ.cautus etiam ſit.& Arch. in c.quàm magnum,xxiij.q.iiij.qui tamen id nõ dicunt,ſed illud,quòd nõ creditur ei,qui dicit ſe appellaſſe,niſi oſtendat inſtrumentũ appellationis.Sed & Rebuf.noſter in tract. nominationũ,in iiij.q.nu.120.ex his concludit,eum qui inſinuat literas gradus,vel nominationis,eas debere legere,vel earum exemplum tradere.Et faciunt, quæ in ſimili tradit Maria.conſi.24. viſis diligenter, col.ix.verſi.iij.principaliter,& Alex.conſi.95.viſis proceſsibus,col.pen.verſi.ſupereſt,lib.2.

*Quid, ſi ſtet per emptorẽ ne ei legatur.*

105 ¶Ex quibus poteſt intelligi,& in noſtro caſu eum qui tãquam procurator alterius facit oblationem retractus,debere inſtrumentum mandati oſtendere,illudq́ue legere,ſiue legendum dare,vel ipſius exemplum tradere. Alioquin is nihil agit,niſi tamen ſtet per emptorem,quominus id fiat: quia fortè cùm iſte procurator oblationem faceret,oſtenderetq́ue mandatũ, & ſe ad legendũ pararet,is continuò aufugit.Nam tunc peræquè habendum eſt,ac ſi lectum fuiſſet inſtrumentũ,vt in caſu d.cle.cauſam,voluit Card.Flo.ibi,poſt Pau.Eleaz.in xiij.q.Nam & videmus (inquit) in ſimili,quòd qui impedit,ne citatio ad eum perueniat,habetur pro citato,c.quoniam,§.porrò,extrà, vt lit.non conteſt.Et eum ſequitur Barb.in d.cle.cauſam,col.xij.in paruis, ver.ſed quid ſi tu vis, & ipſe Rebuf.in d.xiiij.q.num.85.vbi & id tradit ad inſinuationem gradus,vel nominationis.Et aliàs ſemper,cùm per alium ſtat,quominus quid fiat, id vtique pro facto habetur,in ipſius præiudicium,l.Labeo ſcribit,ſi mihi bibliothecam,ff.de contrahen.emp.& latè dicemus infrà,eo.titu.§. xv.in verbo, *depuis la litiſconteſtation,* nu.7.idq́ue perpetuum eſt.Et hìc etiam vide,quæ dicemus infrà,§.ij.in gl.j.nu.8.quid autem ſi cùm emptor,& ſeq.

*Quid ſi emptor nõ poſtulet exemplar.*

106 ¶Quod autem diximus de tradendo exemplari inſtrumẽti id intellige,ſi emptor id poſtulet:aliàs enim ſatis eſt procuratori oſtendere authenticũ inſtrumentum,etiamſi aliter eius exemplar non tradat: vt etiã apertè probat d.clem.cauſam,qua omnes in hac materia innituntur:& voluerunt Card.Flor.& alij ibi.& idem Card.in cle.conſtitutionem,§.inſuper,in fi.eo.tit.& Do.à Rota deci. clxviij.ſi in cauſa,in nouis.& ſequitur Fel.illos tantùm,non etiam eum tex.citans in c.cùm contingat,col.pe.ver.non obſtat ratio,extrà de reſcr.& in c.cum Mar.Ferra.col.xx.verſi. quarta concluſio,extrà de conſti.vbi illum tex.citat.& Franc.Rip.in l. quod te,nu.62.ff.ſi cer.pet.& optimè facit,quod à Bart.reſponſum eſt conſi.230.domine Iacobe.& quod dicemus infrà , verſi.ab hinc iiij.ad fi.atque ita vbique in id genus negotiis vtimur.

*Cuius expẽſis exemplar dari debet.*

107 ¶Cuius autem expenſis (ne id prætermittamus) debet dari id exemplũ,cùm dari debet,intelliges ex no.à gl.in d.cle.cauſam,in verbo,porrecto,& ibi Io.And.Zẽzel.Gui.Laud.Pau.Eleaz.Io.Lign. Ant.Card.Flor.in prin.in xxj.& iterum xxij.q.Imo.col.ix.ſuper ea gl.Pan.& Barba.atque etiã ex alia gl.in cle.j.verſi.ſimiliter,in verbo,oblatos,& ibi quoque Card.Flor.in v.q.& Imo.eiuſdẽ cle. col.vlt.de appel.& gl.in cle.ſæpe,ver.non ſic tamen,in verbo,pronuntiatio.& ibi etiã Cardi.Flor. in viij.q.& Imo.col.x.nu.59.& Georg.Nat.in repe.ſuper gl.in verbo,formam,de verb.ſig.Spe.tit. de libel.obl.§.j.verſi.actoris,Cyn.in auth.offeratur,in vij.q.& ibi Bar.in j.q.Albe.col.ij.verſic.ſed nunquid actor,& Bal.col.j.C.de litis conteſt.Gul.Cu.& Bald.in l.j.in prin.& ibi Ang.in §.j.ff. de eden.Ray.Bar.Alb.& Ang.in l.ij.§.defendi,in fi.ff.qui.ex cau.in poſ.eat.Bar.in l.j.in fi.C.de procu. Collec.in c.vlt.col.vlti.verſic.ſed quid iudex appellationis,extrà de no.oper.nunt.Ioan.Fantu.& Domi.in §.offeratur,iij.q.iij.& Panor.in c.j.in fi.extrà de libel.obla.& in c.ij.in iij.no.eo.titu.Lanfran.in repe.c.quoniam,in verbo,petitiones,in fi.de proba.Panor.in c.per tuas, col.vlt.& ibi Fel. col.ij.de teſtib.Petr.Ferra.tit.for.libel.in actio.rea.col.iij.ver.quid ergo ſi pars.

*An neceſſe ſit oſtẽdere mandatum,etiamſi non petatur.*

108 ¶Sed conſequenter dubitari poteſt,& DECIMONONO vtrùm, ſicuti non neceſſe eſt procuratori tradere exemplar inſtrumenti mãdati,niſi id petatur ab emptore,cùm fit oblatio, vt diximus verſi.ab hinc ij.nec quoque neceſſarium ſit oſtendere huiuſmodi inſtrumentum,niſi etiam petatur.Quod placet Bald.loquenti de proteſtante nomine alieno, in c.Cumana,col.iiij.verſic.ſi quis proteſtatur,extrà de elect.Et idem in notario renuntiante parti laudum,quod appellant,vt etiam non neceſſe ſit inſtrumentũ oſtendere,niſi aduerſarius petat,reſpondit Bart.d.conſi.230. domine Iacobe.Et idem in ceſsionario debiti denuntiante debitori,ne illud ſoluat creditori:vt ſcilicet nõ neceſſe ſit aliud quicquam oſtendere,ac nec cauſam quidem huius denũtiationis exprimere, niſi petatur,tenent Spe.& Io.And.in addi.illius tit.de procu.parte j.§.vlti.col.quoq; vlt.ver.ſed nunquid ſufficit.Et in procuratore denuntiante emptionem domino nomine emptoris,vt nõ teneatur oſtendere mandatum,Carol.Molen.in conſue.Pariſienſ.tit.j.§.xiij.gl.xj.nu.2.

109 ¶Nã aliàs cùm quis facere aliquid tenetur,intelligitur,ſi petatur ab aduerſario,l.dies,§.hoc autem

iudicium.



*Facere ſi quid tenemur, intelligitur, ſi petatur.*

iudicium.ff.de dam.infec.& l.ij.§.quod ait,ff.quor.lega.& l.peto,§.vlti.ff.de leg.ij.& l.ſi quis filiũ, §.ſtipulatio,ff.de colla.bon.& l.ita ſtipulatus,& ibi Dy.Bar.in vij.oppo.x.partis,& iterum, in vj.q. Ang.Imo.Raph.Co.Alex.& alij,ff.de verb.obl.& c.j.ad fi.de ſepul.lib.6.cũ aliis cõcor.traditis ab Alex.in d.l.ita ſtipulatus.& Phil.Dec.cõſ.2.cuius ſuperſcriptio incipit,pœna nõ cõmittitur.col.ij. verſi.tamen hoc non obſt.& à nobis abũdantiſsimè ſuprà,tit.huius vol.conſuetudinũ vij.§.x.qui eſt omniũ eiuſdem vol. lxxij. in verbo,*offrir.* Nec videtur aliqua ratio differentiæ, vt quis potius non teneatur dare exemplar mandati,niſi petatur,quàm id ipſum oſtendere,niſi etiam petatur.

110 ¶Verùm ipſe Bal.in rubr.C.depoſi.col.j.in iiij.q.dicit, quòd ſi quis repetat depoſitum,nomine & tanquam procurator alterius, non eſt neceſſe excipi,eum non eſſe procuratorem , quando petit extra iudicium,per tex.quem dicit no.in d.l.ſi quis inficiatus,ff.eo.tit.in iudicio autem ſecus. Ex quo vides in huiuſmodi actibus extraiudicialibus,etiamſi taceat,qui interpellatur , nec opponat de mandato,nihil ei obeſſe,niſi alter mandatum oſtendat. & hoc quoque non obſcurè ſentiunt ij,quos citauimus in duabus præcedentibus quæſtionibus,& quos etiam citabimus infrà eo.tit.§. vlt.gl.ij.in verbo, *notifier au greffe,* nu.4.inci.ſecundò quæro,& ſeq.

*Niſi cùm aliquid conſequi uolumus.*

111 ¶Et aliàs cùm volumus aliquid conſequi,ad quod conſequendum debemus aliquid facere,tenemur id etiam non rogati facere:vt expreſsim voluit Bal.in c.licet. tit.ſi de feu.defunc.ſit conten. inter do.& agn.per text.in l. ſi reſiduum, C. de diſtract.pign.& ſequitur Iaſon in prælud.feu.col. xxij.verſi.quartò ad idem & Phil.Deci.cõſi.421.plenè & ſubtiliter,col.ij.nu.11.Et benè facit,quod voluerunt Imo.& Alex.in addi.Bar.in l.ſtipulatio,§.ſi quis autem,ff.de oper.no.nun.cũ ſi.Eſtq́ue apertum & euidens diſcrimen inter oſtenſionẽ ſiue exhibitionem mandati , & dationem exemplaris eiuſdem. in primo enim caſu niſi procurator oſtendat inſtrumentum , nihil eſt cur ei credendum ſit.In ſecundo verò iam facit, quòd in ſe eſt,oſtendendo inſtrumentum : nihilq́ue eſt, quod aduerſarius conqueri poſsit exemplar non fuiſſe ſibi datum,niſi ipſe petat.

*Quæſt.an tempus retractus currat ſtatim à uenditione ante traditionem.*

112 ¶VIGESIMO quæro,vtrùm iſtud tempus anni currat ſtatim à venditione facta ante traditionem rei:an verò tum demũ facta traditione.Quæ quæſtio pendet ex eo quod tractauimus ſuprà, eo.§.gl.ij.quæ eſt in verbo,*a vendu,* nu.44.quid autem ſi quis vendidit,& multis ſeq.vtrum, ſcilicet retractus habeat locum in ſimplici vẽditione ſine traditione , an verò requiratur traditio vt locum habeat.Sed vltra ea,quæ ibi diximus,poſſet videri nõ currere tempus conſanguineis,niſi à traditione,per id quod voluere Bar.Bal.Ang.Raph.Floria.Pau.Caſt.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.in l.ſi cui legetur,in prin.ff.de leg.j.quòd ſi emptor promiſit ſoluere pretiũ intra certũ tẽpus,nõ ei currit tempus,niſi à die rei traditæ,arg.l.tali,ff.de iure dot.& idem voluit ipſe Bal.in l.vlt.§.j.ad fi.ff. de reſcin.vend.& in rub.C.de cõtrah.emp.col.vlt.in xxiij.q.& Sal.in l.ij.in fi.eo.tit.& Pau. Caſt. conſi.217.videtur dicendum quòd tempus paulò ante fi.lib.1.& Fran.Aret.qui id dicit not.cõſi. 93.conſideratis,col.vlt.& Ang.Are.in §.actionum autem,col.iiij.verſic. vnum tamen tene menti. Inſt.de actio.vbi id dicit no.& menti tenendum.Soc.in l.ſi in diem,in prin.ff.de cond.& demon. Caro.Rui.conſi.63.videndum eſt,poſt prin.lib.5.vbi & ex hoc in pulchro caſu cõſuluit.& Guid. Pap.ſing.873.ſi res vendatur,vbi & ex hoc dicit,quòd tempus ſtatutum à contrahentibus ad redimendum rem venditam reſtituto pretio,nõ currit niſi à tempore traditionis.de quo & nos dicemus infrà,tit.ſeq.§.j.gl.ij.in verbo, *à tel temps,* nu.63.cæterum & hìc.

113 ¶Et facit,quod in ſimili traditũ eſt ab eodem Guid.Pap.deci.Delphi.clxv.ſed iuxta, tẽpus anni & diei datũ emptori ad fidelitatẽ pręſtandam domino,nõ currere ſtatim à die emptionis,ſed tãtùm à die traditionis,ſiue adeptæ poſſeſsionis:per id, quod voluerunt Gul.Cu.Bal.Sal.Rapha.Fulg.& Pau.Caſt.in l.ſolennibus,C.de rei vend.huiuſmodi tempus nõ currere nõ poſsidentibus.de quo dicto & nos quoq; diximus ſuprà,in eadem gl.nu.37.ſed & facit,& ſeq.Et huc quoque pertinet, quod ſcribitur in c.commiſſa.de elect.lib.6.annum promotionis ad ſacros ordines non currere à tempore collationis ſiue impetrationis beneficij,ſed adeptæ poſſeſsionis.Et quòd ſæpe aliàs tempus traditionis etiam in venditionibus ſpectandum ſit,ex tex.in l.ſi aliena,in prin.& l.ſi is qui,§.ſi ex teſtamento,& l.iuſto errore,§.& ſi poſſeſsionis,ff.de vſuc.& l.ij.in prin.ff.de vſuc.pro emp.Sicuti etiã in cæteris rebus,l.de diuiſione,ff.ſol.mat.& l.ſi ſpõſus,in prin.ff.de don.inter vir.& vxo.

*Contractus à traditione ultimam perfectionem accipit.*

114 ¶Nam & contractus nõ omnino perfectus eſt ante traditionẽ , ſed ab ea vltimã perfectionẽ accipit.l.j.& ibi gl.& Cy.C.de peri.& cõmo.rei vendit.& §.venditæ,Inſtit.de rer.diui.& c.cùm Ioannes,circa prin.extrà de fide inſtr.gl.in §.j.in prin.Inſt.de contrah.emp.Bal.in l.ab emptione,col.j. verſi.tertiò,ff.de pact.cum ſi.Ex quo videmus ſimplicem venditionem ſine traditione,nõ impedire,quin alij poſsimus rem eãdem vendere,& eius dominiũ tradendo trãsferre,l.quoties,C.de rei vend.cũ ſi.atque etiã alteri obligare,l.vlt.§.Lucius,& ibi gl.in verbo obligauit,ff.de dona.gl.in l.j. in verbo,perfectã,& ibi And.Barul.Bar.col.ij.ver.quæro dicitur hic Bal.col.iij.ver.vltimò no.Lucas Pen.tum in j.no.tum col.vlti.ſuper ea gl.& Io.Plat.col.j.verſi.ſed quæro res alteri,C. de iure fiſci,lib.x.ex quibus Bar.dicit,illum tex.in d.§.Lucius,ſing.& Alex.in addi.Bar.in l.ſi quis argentum,§.j.C.de dona.& Phil.Dec.cõſi.646.præpoſita,col.j.Hincq́ue publicatis bonis cuiuſpiã, publicatur res ab eo vendita,necdum tamen tradita,l.ſi fundus,ibi,nã & ſi vẽdideris, ff.locati.quem ſing.& mirabilem dicit Ro.ſing.ccccxxvij.nunquid confiſcatis.Et in caſu huius retractus,vt non currat tẽpus ipſius ante traditionẽ,tenuit expreſsè Bal.in tract.Protomixeos,col.pen.verſi.ſecundò,quia non cõſtat.{ & Aegid.Bellam.in c.conſtitutus.col.xij.ver.tertiò dico de reſti.in integ.}

Q

115 ¶Tu tamẽ ſequere,quæ diximus in d.verbo,*a vendu*,vbi ſuprà.Nam & Signo. expreſsim de hoc caſu loquens conſi.81.in quæſtione vertente inter Nigrum,col.ij.verſic.hîc ſi poſitis : reſpondit, annum & diem huic retractui præſtitutum,currere ſtatim à tempore venditionis, ante traditionem rei,per l.ſciendum,§.vlti.ff.de ædil.edict. & quia cùm lex diſponit de tẽpore reſpectu actus, incipit id tempus currere ſtatim à die illius actus,l. ait lex,ff. ad leg.Aquil.& l.annus.ff.de calum. & l.mariti,§.ſex menſium,ff.de adul.& l.j.§.dies,ff.de lib.agno.& l.vlti.ff.de manumiſ.teſta.Hæc Signo.quæ proximè accedunt ad caſum noſtræ conſuetudinis,quæ quidem diſponit de tempore anni & diei,reſpectu huius actus,qui eſt vendere,cùm dicit,*ſi aucun à vendu* &c.

116 ¶Sed & Alb.in l.ſi filiusfamilias,§.cùm fundum,paulò poſt medium,verſi.item facit ad alium,ff.de verb.obli.expreſsè etiam dicit,in caſu conſuetudinis concedentis retractum rei immobilis alienatæ in extraneum intra annum,huiuſcemodi tempus anni currere ſtatim facta venditione,nõ expectata traditione, tũ per l.ſi ſub conditione,ff. de ſolu.tum quia traditio videtur habere neceſſariam conſequentiã ad contractum,l.j.& l.ex empto,in prin.ff. de contrah.emp.Ideoque ex tunc fictione Iuris videtur dominiũ tranſlatum,arg.l.potior,& l.qui balneum,ff. qui pot.in pig.hab.Et idem quoque non obſcurè videtur voluiſſe Sal.poſt Cy.in l.contra,in fi.C.de inoffi.teſt.

117 ¶Et facit quod tradunt Iac.Aret.Ray.Cy.Bar.Bal.Alb.& Saly.in l.aſsiduis,contra,aut verius præter gl.ibi,in verbo,hypothecam,C.qui potio.in pign.hab.quòd hypotheca dotis contrahitur ex die promiſſæ ipſius dotis,etiã ſi traditio longo pòſt interuallo facta fuerit:cùm illa trahatur ad diẽ promiſsionis,à qua neceſſariã conſequentiam habuit,per l.j.ff.eo.Quod & idem voluerũt Cy.& Alb.in l.cùm tibi,C.eo.tit.Raph.Fulg.conſi.216.proponitur,col.j.& Pau.Caſt.conſi.294.in cauſis,col.vlt.lib.1.& Soc.conſi.269.pro inueſtigatione,col.iij.verſi.iiij.& vlt.lib.2.Steph.Bertr. conſi. 304.viſis duobus,in prin.lib.1.Sed caue,quia id ſpeciale eſt fauore dotis.Aliàs enim ſecus eſt,d.l. potior,ff.qui pot.in pign.hab.& l.diuerſis,C.eo.& l.Titius,ff.quæ res pign.oblig.poſ.Sunt autem multæ conſuetudines in Gallia,quæ circa hoc noſtrũ dubium expreſsim diſponũt, quas videre poteris.Sed & vide,quæ dicam infrà,in §.xxxvj.eodemque vlt.huius tit.in gl.ij.in xiiij.q.

118 ¶VIGESIMOPRIMO quæro,quid ſi quis ita vendiderit,vt ius,aut dominium in emptorẽ non transferatur,niſi poſt mortem venditoris.Id enim fieri poſſe ſatis oſtendit tex.in l.j.C.vt actio.ab hæred.& gl.in l.vlt.in verbo,accommodauerat,C.de pact.& in l.hæreditas C.de pact.conuen.& in l.j.ff.de teſta.cum aliis multis concord.à me traditis in tract.primigeniorum in v.q.Et ego tres aut quatuor ſimiles venditiones ita factas vidi.An igitur tunc tempus currat à tempore contractus,an verò à tempore mortis venditoris.Certè ſi retractus non competeret,niſi à tempore traditionis,iuxta ea quæ dicta ſunt in præcedenti quæſt.fruſtra id in dubium reuocaretur,niſi diceretur,quòd etiam hoc caſu poſſet procedi ad traditionem ante tempus,hoc nuncupatim acto,vt ius percipiendorum fructuum differretur in tempus mortis venditoris. Sicuti & poteſt procedi ad traditionem rei legatæ ante mortem teſtatoris,à qua tamen legatum, & non antea vires aſſumit,l.Lucius Titius in teſtamento,ff.de lega.ij.& plenè dicemus in tracta.noſtro de iure Conſtituti,parte ij.ampliat.xxiiij. Sed quia etiam mihi ſemper potior viſa eſt ea ſententia,quæ traditionem non requirit,ideò non mihi ocioſum eſſe videtur & id quærere.

*Quæſt.re uendita ita ut nõ niſi poſt mortem uẽditoris res ad emptorem tranſeat, à quo tẽpore currat tẽpus retractus.*

119 ¶In quo ſanè non ambigimus,quin,ſi contractus iſte purus ſit,ſed cuius dominij aut percipiendorum fructuũ ius dilatũ ſit in aliquod tempus aut mortis,aut aliud,cõpetat retractus confeſtim contractu inito,nõ expectato tempore,vt de Gabella,quæ debetur ex contractu,nũcupatim voluit Bar.in l.ſancimus,in fi.per illum tex.& ibi quoq; Io.Plat.circa med.C.de Conſul.lib.12.& Iacobus à S.Georg.in tracta.de Roydis,ſiue operis,col.x.nu.63. quid autẽ ſi contractus.Ex quo & ipſe Plate.infert,quòd præſens emptor gabellarum eã habebit, non qui erit eo tempore,in quod effectus venditionis dilatus eſt.Si ergo ius retractus iam cõpetat,nihil videtur, quin tempus eius currat,ſi modò ex noſtra priuata conſuetudine,§.vlti.huius tit.contractus in acta relatus fuerit.

120 ¶VIGESIMOSECVNDO quæro, quid ſi conſanguineus proximior obtulit pretium emptori, qui eum non admittit,ideoque lis inter eos oritur,interimque annus exiit,tandem proximior liti renuntiat:an conſanguineus remotior admitti debeat.Et certè ſi ob huiuſmodi renuntiationem datum ſit pretium,locus erit retractui non quidem rei primùm venditæ,ſed huius actionis retractus intentatæ ab illo proximiore conſanguineo, cui ob pretium renuntiatum eſt:per eã quæ diximus ſuprà in gl.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſées pour immeubles*, num.1.& 2.& rurſum 32. ex quo infertur.& quæ dicemus infrà in gl.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.74.hæc autẽ quæ dicta ſunt. At ſi conſanguineus ſponte ſua nullo accepto pretio renuntiauit, nullus patet locus retractui aliorum conſanguineorum,cùm hæc renuntiatio ita facta nullo pacto æquipolleat venditioni,& annus venditionis iam effluxerit.

*Quæſt.ſi conſanguineus, qui emptorem in ius uocauit, poſt annũ liti renũtiauit: an remotiores admittuntur.*

121 ¶Ni fortè de colluſione,perfidia,& præuaricatione ipſius proximioris appareat,ex eo quòd in ſimili dicitur in l.eũ qui,§.in popularibus,ff.de iureiur.& l.j.§.ſi tamen,ff.de lib.ho.exhib.& l.intra quatuor.in prin.ff.de diuer.& temp.præſcr.qui tex.ad hoc eſt optimus,& l.j.§.vlt.ff.de iure fiſci. Quid enim,ſi proximior ideò hanc retractus oblationem fecit,vt cæteri cõſanguinei remotiores ſciẽtes ſe ab eo excludi atq; ſummoueri ad retractũ nõ accedant,vt in ſimili dicitur,in l.ſi pupilli, §.vlt.ff.de neg.geſt.& in l.in cõmodato,§.ſicut,ff.cõmo.cũ dicitur,ſuſcepiſſet enim fortaſsis alius, ſi is nõ ſuſcepiſſet. Vix enim quiſquã videns proximiorem iam ad oblationem retractus veniſſe, in

*Quid ſi de colluſione appareat.*



in iiſque ob id emptorem vocaſſe,ad retrahendum ſe offeret. Quid igitur,ſi interim tempus retrahendi tranſeat, ac poſtea ipſe proximior liti renuntiet : ſicque cæteri maneant perpetuò illuſi & excluſi?

122 ¶Et idem quoque,ſi conſanguineus non expreſsè renũtiauit liti,ſed paſſus eſt ſe vinci, cùm poſſet vincere.Neque enim id obeſſe debet cæteris conſanguineis remotioribus , quin & ipſi admittantur,etiam lapſo retractus tempore, vt in præcedente caſu. Nam licet aliàs valeat ſententia lata aduerſus tutorem non ſponte ipſius , etiamſi res immobilis pupilli ex ea ſententia admittatur, propter autoritatem rei iudicatæ,l.ſed ſi pecunia,quæ eſt iij.§.item quæri, ff.de reb.eo.ex quo parata eſt via (vt dicunt Alb.& Bar.ibi) fraudandi minores,ſubiiciendo alium, qui rem eorum immobilem vendicet·hoc tamen intelligit Alb.ibi,niſi colluſio detegatur,per l.j.& l.cùm non iuſto, ff.de colluſ.deteg.Cui adde iura ſuprà in præcedenti verſi.allegata.

*Quid,ſi cõſanguineus paſſus eſt ſe uinci,cũ uincere potuiſſet.*

123 ¶VIGESIMOTERTIO quæro,quid ſi biſſextus ſit in eo anno,qui conſanguineo currit : an dies intercalaris ei proderit,vt ſcilicet annus eo die auctus exiſtimandus ſit.Quod vtique verum eſſe videtur,per tex.in l.ij.ff.de diuer.& temp.præſcr. Nam & aliàs id biduũ pro vno die habetur, l.iij.§.minorem,ff.de minor.& l.cùm biſſextus,ff.de verb.ſig.& c.quæſiuit,extrà eo.tit. Sed id tamen non omnino clarũ eſt in noſtro caſu,quia illud procedit in fauorabilibus, non etiã in odioſis:vt per l.cùm hæres,quæ eſt iiij.§.Stichus ſi hæredi,ff.de ſtatulib.voluit gloſ.in d.c.quæſiuit, in verbo,quaſi pro vno,in fi.& ibi quoque Hoſt.& Panor.& alia gloſ.in c.ſi propter,in verbo, primi anni,in fi.de reſcr.lib.6.& in c.nullus,in gl.vlti.lv.diſt. & Bal.qui gl.in d.c.ſi propter,dicit ſing.in marg.in verbo,dies,in prin.Ideò hæc quæſtio ex eo pendet, vtrúmne retractus ſit fauorabilis,an odioſus:de quo latè diximus ſuprà in præfat.huius tit.vbi videre poteris.Tu autem hîc vide quæ etiam de biſſexto dicemus infrà eo.§.iij.gl.ij.verſi.vlti.

*Biſſextus in tẽpore retractus utrúmne pro uno die, an duobus cenſendus ſit.*

124 ¶VIGESIMOQVARTO,quid ſi cùm conſanguineus adiret emptorem, vt ei offerret pretium, reperit iter occupatum ab hoſtibus,aut prædonibus,vt tutò tranſire non potuerit intra annũ: an illi ob id,aut aliam quampiam difficultatẽ,ſubueniendum ſit,quod videtur, argu.l.ſi vehenda,§. idem iuris,ff.ad legem Rhod.de iactu,& l.non exigimus,§.j.ſi quis cautionibus,& l. Celſus,§.j.ff. de recep.arbit.cum infinitis ſimilibus,à quibus difficultas excuſat,collectis à Recentioribus,poſt Antiquiores,in l.quod te,ff.ſi cer.pet. Sed hæc quidem omnia procedũt,cùm tractamus de damno vitando.Quòd ſi lucrum conſectemur,tunc difficultas nihil nos excuſat,vt voluiſſe videtur glo.in l.vſufructu conſtituto,quæ eſt iiij.C.de vſufru.per l.vxori,la j.ff.de vſufruct.lega.& Bal.in l.ij.per tex.ibi.C.de vſur.& fructi.lega.& expreſsiſsimè voluit Fran.Ripa,in d.l.quod te,nu.49.Et bene facit,vt & ipſe dicit,tex.in l.ſciendum,ff.ex quib.cau.maio.vbi ſcribitur, in iis caſibus reſtitutionis auxilium maioribus datur , in quibus rei duntaxat ſuæ perſequendæ gratia queruntur: non & cùm lucri faciendi ex alterius damno auxilium ſibi impartiri deſiderant.

*Si conſanguineus intra annum adire emptorem nõ potuit, hoſtibus itinera occupantibus , an ei ſit ſubueniendum.*

125 ¶Certum eſt autem,conſanguineos venientes ad retractũ,tractare de lucro captando,ex ſentẽtia Inn.Hoſt.& Io.And.in c.conſtitutus,col.ij.in verbo,offerre,& ibi quoque {Aegid. Bella.& } Pet. Anch.in octauo no.extrà de in integ.reſt.vbi loquentes in caſu d.c.conſtitutus,quod loquitur de hac noſtra conſuetudine, dicunt, minori ſubueniri,etiam in lucro.& ibi apertiſsimè Pan.col.ij.in ſexto no.& Bar.etiam loquentis in caſu d.c.conſtitutus,in l.vlt.in fi.C. in quib.cau.in integ.reſti. & in l.etiam,la ij.in fi.ff.de mino.& Alex.cõſi.65.quoniam omne datum,col.vij.ver.nonò dictum ſtatutum,lib.6.quod repetitur conſi.119.co.lib.& Phil.Dec.conſi.556.viſo conſi.col.2.

*Retrahentes certant de lucro captando.*

126 ¶Quod & hac ratione probatur,quòd qui agit de conſeruando iure ſpeciali,is de lucro captando agit.teſtimonio gl.in l.ij.§.j.in verbo,conſenſus,in fi.& ibi Ang.& Lancel.Dec.ff.de iudi.& Fran. Ripæ,in l.centurio,col.ix.nu.25.ff.de vulg.& pup.& in l.filiusfamilias,§.diui,nu.82.ff.de leg.j.Sed & videmus,quòd qui certat de beneficio,is de lucro captando certat:vt probat tex.in c.dudũ,ibi, vbi de lucro D.G.tãtùm agitur.& ibi Domi.col.j.verſi.no.quòd vbi agitur,& Phil Fran. qui eum tex.dicit ſing.in decimo no.de præb.lib.6.Sed tu interim vide ſuper hac quæſtione, quæ dicemus infrà,eo.tit.§.iij.gl.iiij.nu.5.quid tamen,& ſeq.

*Lucrũ eſt, ius ſpeciale conſeruare.*

*Qui de beneficio certat , de lucro certat.*

127 ¶VIGESIMOQVINTO, Titius vendit Sempronio fundum ea lege:vt poſsit eũ redimere intra tres annos. Titius ipſe duobus mẽſibus ante id tempus trium annorũ vendit eidem Sempronio eam facultatem redimendi:certum eſt , in venditione huiuſmodi facultatis locum eſſe retractui,ex ſententia Alex.conſi.27.attentis,ad fi.lib.3.& diximus ſuprà in glo.vij.in verbo, *ou autres choſes*, nu.32. ex quo infertur.nunc ergo quæritur , vtrùm conſanguineus Titij volens retrahere huiuſmodi facultatem,& cõſequenter vi illius fundum primo loco venditum , debeat venire intra illud tempus trium annorũ : an verò etiam poſsit poſt id tempus,ſcilicet intra annũ à venditione illius facultatis.Quod videtur,per hanc noſtrã conſuetudinẽ,quæ dat annum ad retrahendum.Et ita aliquãdo fuit iudicatum à quopiã iudice huius noſtræ Pictauiæ.De quo interrogatus, reſpondi,mihi videri eum malè iudicaſſe.Nã lapſu eorum trium annorũ extincta eſt illa facultas, nec licuit poſtea retrahere:vt reſpondit Ang.conſi.199.Titius rem quam emit.& dicemus latè tit. ſequen.§.j.gl.ij.in verbo, *à tel temps*, nu.40.quid autem ſi huic,& multis ſequen.Quomodò ergo poterit eam facultatem extinctam lapſu illius temporis,aut fundum vi illius redimere? cùm quod extinctum eſt,amplius non ſit,l. quoties,§.vl.& l.qui vſumfructum,in prin.ff.de vſufru.& l.repetita,§.rei mutatione,& l.quid tamen,§.j.ff.quib.mod.vſufruct.amit.

*Quæſt.de anno retractus.*

Q 2

128 ¶Nam & vẽditio,quæ de huiuſmodi facultate facta eſt,nullo pacto eius tẽpus prorogauit. Quod vt clarè intelligas,fac Titiũ eam facultatem vendidiſſe alteri tertio , non emptori fundi: dicéſne, conſanguineum Titij,qui eam facultatem ab illo tertio retraxit,poſſe intra annum quidem venditionis illius facultatis,ſed poſt illud tempus triũ annorum , redimere fundũ à Sempronio emptore.Et certè nemo,niſi prorſus à cõmuni rerum ſenſu alienus,id dixerit.Quid autem intereſt, quantum ad tempus facultatis,venditor eam alteri vendiderit,an emptori?Et ſi aliter diceremus, in hoc caſu noſtro,conſanguineus plus conſequeretur,quàm vẽditor haberet ante venditionem, aut emptor etiam ipſius facultatis:nempe quòd poſſet retrahere poſt tẽpus facultatis,cùm venditor aut emptor eiuſdem non potuiſſet.quod minimè dicendum eſt,vt expreſsim voluerunt Cy. Ang.& Pau.Caſt.in l.ſi maritus,C.de inof.teſta.& latè diximus ſuprà.§.j. in d.gloſ.vij.in verbo, *ou autres choſes*, nu.65.verùm Cy.Igitur quod hîc de anno dicitur in noſtra conſuetudine, intelligitur niſi interim res ipſa extinguatur.nam & quod extinctũ eſt,cedi non poteſt.l.decem,ff.de verb.obl.& c.ad diſſoluendum,extrà de deſpon.impub.& dicemus latiùs infrà,§.xxvj. gl.j.nu.56. incip.decimotertiò quod extinctum eſt.Et vide etiam,quæ dicam infrà in fi.huius tit.q.xxxj.

*Si non ſit, cui oblatio fieri poßit, an tempus currat.*

129 ¶V I G E S I M O S E X T O quæro,quid ſi emptor præſens non ſit,cui hæc oblatio fieri poſsit, nec habet domicilium,nec vxorẽ,nec procuratorem: vtrùm interim currat id tempus cõſanguineo? Et non currere adſtruit tex.in l.quòd ſi nolit,§.in cauſæ,ff.de ædil.edic.& in ſimili in l.cùm quidam,§.ſi pupillo,ff.de vſur.Sed tu hîc vide,quæ dicã infrà eo.§.in gl.xiij.in verbo,*l'achepteur*, nu. 21. quid denique,& latiùs,§.ix.in gl.vlt.quæ eſt in fi.illius §.nu.17.ſed quid ſi ignoratur,& multis ſeq.vſque ad fi.eius gl.vbi etiam reperies,quid tunc conſanguineo faciendum eſt.

## ET IOVR, ET DIEM, GLO. XI.

*Dies naturalis.*

1 DE anno quædam in gl.ſuperiore diximus:nunc & de die alia quædam dicenda ducimus.Diem igitur habemus & naturalem,& ciuilem. Naturalis,vt à Cẽſorino ſcriptum eſt ad Q. Cerelliũ,tẽpus dicitur ab oriente ſole ad ſolis occaſum:cuius principium Mane appellauere antiqui,vel quia tũc manat ab oriente dies, vt tradit Varro lib.5.de Ling.Latina,vel quia ab inferis locis,id eſt à Manibus,veniat: aut (quod verius exiſtimat Macrobius lib.1.Saturnal.c.iij.) boni ominis cauſa.Mane enim veteres bonum dicebant:vnde Dij ipſi inferi Manes dicti ſunt,quos bonos putabant : cuius contrarium eſt Immane : vt immanis belua,immane facinus.De quo etiam per Seruium enarrantem illud iij.Aenei.

*Mane. Manes. Immane.*

*—Stant Manibus aræ.*

*Manij.*

Porrò Caius Titius Probus in Epitome x.lib. Valerij Maximi ( niſi ſit ſuppoſititius liber) tradit Manios dictos,qui mane editi erant,vel ominis cauſa,quaſi boni. Manum enim (inquit) antiqui bonum dicebant, quod & Varro vbi ſuprà ſcripſerat. Occaſus verò ſuprema tẽpeſtas dicebatur: vnde illud ex Duodecim Tabularum legibus, quas Decemuirales nuncupamus,apud Macrobiũ & Cenſorinum,Suprema tempeſtas ſolis occaſus eſto.Ortus autem & occaſus tantùm noti ſunt in ipſis legibus Duodecim Tabularum : ſed poſt aliquot annos adiectus eſt meridies , Accenſo Conſulum id pronuntiante,vt ſcribit Pli.lib.7.c.lx.eodemque vlt.Ex quo hic verſus,

*Suprema tempeſtas. Meridies. Accenſus.*

*Vbi primum Accenſus clamarit meridiem.*

*Ciuilis dies.*

quem citat Varro libr.2.Linguæ Latinæ , vbi dicit,præconem Accenſum dictum,quòd acciebat. Aſconius autem Accenſum miniſtrũ interpretatur.Aliter Nonius Marcellus capite de Doctorũ indagine,ipſius Varronis autoritate de Vita patrũ lib.3.Ciuilis verò dies (vt ad Cenſorinũ reuertamur ) vocatur tẽpus,quod fit vno cæli circumactu,quo dies verus & nox cõtinetur:vt cùm diximus,aliquem dies xxx.tantùm vixiſſe,relinquitur etiã noctes intelligere.Huiuſmodi dies(ſicut memorant Varro in lib.Rerũ humanarũ,Tullius in Auguralibus,Plin.lib.2.c.lxxix.Aulus Gel.in lib.quos Noctes Atticas inſcripſit,quas verius luces dixeris, lib.3.c.ij.Seruius Maurus,aut vt alij vocant,Marius,in lib.5.Aenei.Macrobius,quo loco ſuprà citauimus , & ipſe Cenſorinus,& Beda in lib.de ratione temporũ,c.ij.& iterũ lib.de Natura rerum,c.v. atque etiam è noſtris Accur.poſt Io.antiquũ gloſſatorem in l.more,ff.de feriis,& Io.And.in c.cõſuluit,col.ij.extrà de offi.dele.) alij aliter obſeruarunt. Babylonij, & Perſæ inter duos ſolis exortus,id eſt, à ſolis exortu ad exortum eiuſdem aſtri,diẽ ſtatuerunt. Id quod ab Hebræis ſumpſiſſe videntur,quibus dies cõputabantur à mane vſque in mane,vt tradit Diuus Aug.lib.1.de Geneſi aduerſus Manichæos,interpretãs illud principiũ Geneſis,Et factũ eſt veſpere & mane dies vnus.Quanquàm Chryſo.in Matthæũ,Homili.lxxxj.poſt prin.tradit Iudæos à veſpere ſemper dies numerare ſolitos.Sed & Athenienſes inter duos occaſus,videlicet ab occaſu ad occaſum.Quos ſecuti Manichæi,cẽſebant diem à veſpera incipere,vt ſcribit Aug.vbi ſuprà. {Id quod etiã Galli antiquitus facere conſueuerũt.Hi enim ſpatia omnis tẽporis non numero dierũ,ſed noctiũ definiebãt,& dies natales & menſiũ initia ſic obſeruabant,vt noctẽ dies ſubſequeretur, vt ſcribit Cæſar lib.6.de bello Gallico. } Vmbri & Hetruſci à meridie in meridiẽ. Romani, Aegyptij, & Hipparchij à media nocte ad mediã noctem proximam.Itaque Pau.Iuriſ.in d.l.more,hæc ſcribit: More Romanorũ dies à media nocte incipit,& ſequentis noctis media parte finitur. Itaque quod in his xxiiij.horis,id eſt,duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt,perinde eſt quaſi quauis hora lucis actum eſt. Quæ eadem propè verba repetuntur in d.capi. conſuluit. De hoc ciuili Romanorum die Gellius non dubitat Virg. intellexiſſe

*Babyloniorũ dies. Perſarum. Hebræorum. Athenienſium. Manichæorum. Gallorum. Vmbrorum. Hetruſcorũ. Romanorum. Aegyptiorũ. Hipparchiorum.*





intellexiſſe non expoſitè quidem atque apertè,ſed vt hominem decuit poeticas res agentem,redita & quaſi operta veteris iuris ſignificatione,cùm ſcribit lib.5.Aenei.

*—Torquet medios nox humida curſus,*
*Et me ſæuus equis oriens efflauit anhelis.*

Vbi & hoc annotauit Seruius,qui tamen in aliis multis diſsidet à cæteris ſcriptoribus.

*Dies ortus agendi,nox cõſilij.*

2 ¶Cuius rei rationes plurimas adducit Plutarchus ille Polyhiſtor.Problematum Romanorum c. lxxxiiij.Cur,inquit,diei principium de media nocte numerant?An quòd reſpublica ab initio militari more & inſtituto conſtituta eſt?In re autẽ militari multa noctu vtiliter occupãtur. An diei ortum agendi principiũ eſſe voluerunt,noctẽ verò cõſilij & apparitionis?Oportet autẽ præparatos rem aggredi,non agentes præparari,vt Myſon ad Chilonẽ,vnũ de ſeptẽ,dixiſſe fertur,dũ per hyemem vannũ conficeret.An queadmodum meridies finis eſt multis reipublicæ gerẽdæ,ſic noctem intempeſtã actionũ omniũ initiũ oportere ſtatuerũt?Cuius rei maximũ argumentũ eſt magiſtratũ Romanũ poſt meridiẽ fœdus facere non ſolere. An occaſu quidẽ & ortu principiũ & finem diei capere licet ? Nam ſi multitudinis iudicio principiũ diei,cùm ſol emergere cœperit,noctis verò initiũ,cùm penitus occiderit,terminauerimus : æqualitatẽ diei ac noctis (quod æquinoctium dicimus)non habebimus.Quã enim noctẽ diei parẽ maximè videmus,ea die, cui cõparatur,ſolis ſpatio ac magnitudine breuior reperietur. Nam quod Mathematici afferunt, & huic rei medicinam afferentes,diei ac noctis veriſsimã rationem conſtituunt , centrũ ſolis cùm finientem attingat,omnem euidentiã,& claritatẽ funditus tollit.Neceſſe eſt enim accidere,cùm multum lucis etiam ſub terra ſit,& nos radiis ſuis iam ſol vndique colluſtret,vt diem nondũ eſſe fateamur. Quare cùm ob dictas cauſas ortus diei & occaſus principium difficillimè capi poſsit,relinquitur, vt aut medium diem,aut mediam noctem principiũ diei ſtatuamus.Potius autẽ ſecũdum: fertur enim à nobis ſol à meridie ad occaſum,à media verò nocte ad orientem ad nos redit.Hæc ille.

*Dies naturalis. Dies vulgaris.*

3 ¶Dies ergo naturalis,ex antiquorum ſententia(vt repetamus)id tempus dicitur , quod à luce eſt ad tenebras:cuiuſmodi vulgus omne diem ſimpliciter nuncupat,vt tradit Plutarchus in eo loco, & Plinius d.c.lxxix.lib.2.& è noſtris Bal.qui ex eo hanc diem vulgarem nomine peculiari appellat, in c.ij.de feri. Sed & ſacræ literæ ſtatim circa initia Geneſis,Diuiſit ( inquiunt) lucem à tenebris,appellauitque lucem,diem:tenebras,noctem.Vnde illud Ambroſij,

*Qui mane iunctum veſperi Diem vocari præcipis.*

*Dies artificialis.*

Hunc quoque diem nonnulli è noſtris perperam vocant artificialem.Et de eo loquitur tex.in l.j. verſi.nec verò,& ibi Ange.no.C.de cuſto.reo.quem & expendit & dicit no.Bal.in ſua Margar.in verbo,dies,ad id quidem,quòd dies,dum diſtinguitur à nocte, incipit à primo ſolis ortu,& deſinit in eius occaſu,vbi & nox incipit.Quod facit ad ſtatuta grauius punientia delicta noctu commiſſa.De quo etiam per Bar.in l.Titius,§.Lucius,& ibi quoque Bald.Ange.Imo.Raph.Co.Alex. Franc.Aret.& Iaſ.ff.de lib.& poſthu.eundem Bar.in l.aut facta,§.tempus,& ibi latè Alex.in addi. ipſius,ff.de pœnis,& in l.qui duos,§.j.ff.de manu.teſta.Io.And.Car.Flor.Pan.Io.Ana.& Fely.late in c.ſi perfodiens,vbi etiam eſt bonus tex.extrà de homic.Bal.Ang.Alb.Pau.Caſt. & Alex.in d.l. more,ff.de feri.Alb.in ij.parte ſtatutorum,q.xix.deinde quæro,ſtatuto cauetur,Alb.Gãd.in tract. malefi.in tit.de pœnis,nu.42.præterea pone contineri,Ang.Are.in tracta.malefi.in verbo,de nocte vt mandatum eſt,in prin.& ibi Augu.Ari.in addi.

*Dies à ſtatutis præfinitus.*

4 ¶Hic tamen dies vulgaris,ne id omittam,per ſtatuta terrarũ poteſt aliter præſcribi , augeri vel minui,vt ſcilicet dies cenſeatur eſſe vſque ad primum vel ſecundum ſonum campanæ, deinde verò nox vt videre licet apud Io.And.& Panor.in d.c.ſi perfodiens,de homici.Albe.in d.l.more,ad fi. ff.de feri.Bar.Bal.& Ro.in l.j.§.hoc autẽ ſenatuſconſultum,ff.de S.C.Sylla.Bal.in l.vlt.& ibi quoque Sal.& Phil.Corn.C.de his quib.vt indig.& ipſum Bal.in c.vlt.col.iij.verſi.adde quòd quando,de offi.deleg.Ang.in l.ſi quis mortis,§.ſurdus,eodem quoque tit.& conſil.194.viſis proceſsibus,col.vlt.verſic.videamus igitur,Sali.in l.non minorem,col.ij.verſic.quæro,tunc quando dicemus,C.de tranſac.Pet.Anch.in repe.c.j.char.63.in paruis,verſi.in iſta materia,extrà de cõſt.Ang. Are.& Augu.Ari.in d.tract.malefi.vbi ſuprà.Ex quo fortè aliqui ex noſtris hunc diem(quod iam diximus)artificialem appellant.

*Dies ciuilis.*

5 ¶Dies autẽ ciuilis eſt ſpatium xxiiij.horarũ,quibus ſcilicet reuolutio totius cæli abſoluitur. Duodecim enim ſigna ſunt in zodiaco,ac ſingula,ſi ortum ſimul & occaſum cõſideremus, binas horas occupant. At nunc vulgus diẽ hunc,qui huiuſmodi xxiiij.horarũ ſpatio cõficitur,naturalem, erranter appellat:& ipſum quoque,vt ſæpe aliàs,ſecutus noſter Accur.Pau.Caſtr.{ Roma.} & Iaſon,de quo magis miror,in d.l.more,& idem rurſum Accur.in l.ideoque,ff.de vſucap.& in l.ij.§. cuiuſque,& ibi quoque Bar.ff.de verb.ſig.& in l.j.ff de ope.lib.& in §.hinc nobis,in prin.in Auth. de hære.& fal.Bene.Plumbi.in l.j.de manumiſ.& noſtrates vbique præter Alc.in d.§.cuiuſque.& ex externis quoque ſcriptoribus ita intelligit Bocatius de Genealogia deorum lib.1.c. xxxiiij.Pet. Lombardus in ij.ſent.diſt.xiij.Nic.Lyren.Gene.j.c.& omnes ferè noſtræ tempeſtatis ſcriptores.

*Dies legalis. Dies emergẽs.*

6 ¶Cæterùm Pau.Caſt.in d.l.more,& poſteà ipſe Iaſ.alias tres dierum ſpecies, præter ſuprà dictas, deſcripſerunt,videlicet legalem ſiue emergentẽ:alterã cõuentionalem:tertiã eccleſiaſticã.Legalis (inquiunt) ea dicitur,quæ computatur de momẽto ad momentũ, & eodẽ illo momento deſinit, quo incepit:vt ſi hac hora,quæcũque ea ſit,promittas aliquid facere intra vnũ diẽ, is quidẽ dies,

qui nunc incipit quum promittis,deſinit die procedēte eadem illa hora.l. iij.§.minorē,ff. de min. & d.l.j.ff.de manumiſ.& l.j.§.dies,verſic.quid ergo,cũ gl.ff.quan.app.ſit.& in l.in omnibus,ff.de actio.& obl.& auth.hodie,& ibi no.C.de app.& de hoc multa per Bal.in d.c.ij.extrà de feri.

7 ¶Dies conuentionalis is eſt,de quo inter contrahentes conuênit.De quo ipſe Pau.dicit loqui tex. in l.eum qui certarum,in prin.ff.de verb.obl.ideò ſi partes de certa forma diei cōuenerunt,ea ſeruanda eſt.Contractus enim ex cōuentione partium leges accipiũt,l.j.§.ſi cōuenerit,ff.depoſi.& l. in conuentionalibus,ff.de verb.obli.& l.contractus,ff.de reg.iur. Quòd ſi nihil dictũ eſt,ſed ſimpliciter de aliquo die actum eſt,intelligitur de die naturali.xxiiij.horarum,(ita enim hunc appellat,vt iam diximus,qui & noctem cōprehendit) d.l.eum qui certarum,& §.in diem,Inſti.de verb. obli.Adiicit & Iaſ.rationem,quia verba ſimpliciter prolata,debent intelligi naturaliter,& non ciuiliter,l.vlti.C.de his qui veni.æta.impe.cũ ſi.Quæ ratio non admodum tuta eſt,propter ea quæ ſuprà diximus,hunc diem non naturalem dici.Sed vtcũque ſit de hac ratione:id tamen verũ eſſe puto,quod dictum eſt:idque affirmat Arch.in ca.quod è patribus,in verbo,ſabbati,lxxv.diſt.vbi & ex hoc infert,quòd ſi quis promiſerit & iurauerit ſe quicquam daturum aut facturum aliquo certo die,non erit periurus,ſi id dederit feceritve intra mediã noctem ſequentem illum diem, & alle.gl.quæ idem voluit,in c.j.de conſe.diſt.iij.in prin.& hoc ſequitur Bal.in c. ego N.col.j. extrà de iureiur.& Domi.in c.conſuluit,col.pen.& ibi quoque Dec.extrà de offic.deleg.& Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xix.ver.quinta declaratio,extrà de conſti.Idque etiam ita in ſanctis literis intelligitur,vt tradit D.Aug.in Pſal.lxx.illud interpretans,Tota die ſalutem tuam,&c.

*Dies conuentionalis. Dies eccleſiaſticus. De quo die ſimpliciter intelligitur.*

8 ¶Et huc pertinet,quod à multis dicitur, quòd ſi partes noctu contractum inierunt , quod facere poſſunt,l.non minorem,C.de tranſact.de eoque fuerit notarius rogatus inſtrumentum conficere , poteſt is notarius diem huic inſcribere,ſine mentione noctis:nec id agens falſum committit. Inn.& alij poſt eũ in d.c.conſuluit,extrà de offi.deleg.Bal.qui id dicit ſing.Imo.& Fran.Aret.in l. qua ætate,ff.de teſta.idem Bal.in d.l.non minorem,in prin.& ibi quoque Pau.Caſtr.& Iaſ.& ipſe Bal.Ang.& Alex.in d.l.more,ff.de feri.Bald.in d.l.vlti.C.de his quib.vt indig.& in d.c.ij.extrà de feri.Ioan.Plat.in l.j.col.ij.verſi.ſed nũquid cùm notarius,C.de apo.publ.lib.x.Alex.conſi.cx.plura narrata ſunt,col.v.verſi.præterea illud,lib.6. Et facit,quod in ſimili tradit Bald.in rub.extrà de offic.deleg.col.iij.verſic.item no.quòd citatus. Verùm ipſe Bal.in d.c.conſuluit,col.ij.verſi.quæro quando contractus, dicit,quòd licet id verum ſit,quod diximus: tutius tamen eſt,vt notarius inſcribat horam noctis,vt ex eo appareat,vtri diei,præcedenti,an ſequēti,actus attribuatur, propter ſtatuta,quæ permittunt concordiam fieri intra certos quoſdam dies.

*Contractus nocte factus, ex die deſignari poteſt.*

9 ¶Ex his autem facilè apparet,non immeritò fuiſſe accuſatos ab Ephoro Cumæo,Tullio lib.Officiorum j.Strabone lib.9.Geographiæ, {Polyæno libr.7.Stratagematum ad Antoninum & Verum Imperatores.} & Zenodoto in adagiorum collectaneis, Thraces illos,qui pactis cũ hoſtibus aliquot dierum induciis,nihilo ſecius noctu populabantur agros hoſtium : quòd cùm quererentur aduerſarij,tanquam inducias illi violaſſent:reſponderunt,nihil præter pacta feciſſe: dies enim pepigiſſe,noctu autem tantùm incurſaſſe,dicentes.Ex quo ipſi Ephorus,Strabo,Zenodotus ortum eſſe illud prouerbium ſcribunt , θρακεία παρεύρεσις, id eſt, Thracium commentum,aduerſus eos qui pacta eludunt callido commento. Nam cum de diebus ſimpliciter pactum eſſet , nec de noctibus quicquam actum fuiſſet,intelligendum erat de diebus,qui & noctes cōpræhendunt, vt diximus.Cuius rei etiam mentionem facit è noſtris Petr.Ancha.in repe.d.c.j.in v.q.prin.in fi. videlicet in 15.charta in paruis,verſ.in hac quæſtione,extrà de conſti. {Et idem quoque factitaſſe Chalcedonios aduerſus Byzantios tradit idem ipſe Polyænus libr.6. eiuſdem operis ſtratagematum.} Sed & contra eos faciebat,quòd in his,quæ pariter die noctuque fieri poſſunt,in dubio intelligendum eſt de huiuſmodi die xxiiij.horarum,qui & noctem cōtinet,vt diximus ſuprà verſi. abhinc ij.Atque etiam no.Bal.qui hoc dicit no.in d.l.more,per eum tex.& ibi quoque Iaſo.ff. de feri.Quin caſus eſt expreſſus,inducias eſſe ſeruandas etiam noctis tempore,in c.j.in verbo, poſt occaſum ſolis,vbi & hoc no.Anto.extrà de treug.& pace.

*Thracum uaſities.*

*Thraciũ commentum.*

10 ¶Sed hoc tamen primùm tempera,vt non procedat , vbi fraus aliqua committi poſſet , ſi intelligeremus noctem comprehendi, vt expreſsius voluit Bal.in d.c.ego N.col.j. de iureiur.vbi & hoc dicit committi arbitrio boni viri,& ita intelligendam eſſe gl.in d.l.more,ff.de feri.quæ dicit actũ videri,vt debitor die ſoluat,nō nocte.De quo etiã per Gul.Cu.Bar.Alb.Bal.Ang.Pau.Caſt.{Ro.} & Recentiores ibi,ita eam gl.intelligentes, & Bald.in l.acceptam,in ij.q.C.de vſur.Sal.in d.l.non minorem,C.de tranſac.Panor.in d.c.ij.col.ij.verſi.& hoc intellige,extrà de feri.Nempe quòd noctu vix dignoſci poteſt,probáne ſit moneta,quam debitor vult ſoluere,an reproba.

*Nox in die nō intelligitur ubi fraus ſubeſſe poteſt.*

11 ¶ Secundò intellige & generaliùs non procedere quando ſubiecta materia aliter ſuaderet. Verbi gratia,ſi paterfamilias ſimpliciter conduxit operarios pro aliquo certo ſalario ſingulis quibuſque diebus:intelligitur de illis diebus,quos vulgus artificiales vocat,id eſt,à ſummo manè ad veſperas, & non de diebus vigintiquatuor horarum,qui ſcilicet noctes continēt:quia huiuſmodi operæ nō ſolent noctis tempore præſtari,ſecundum Azo.in Summa,C.de ope.lib.& Alb.in d.l.more, & eſt bonus tex.in d.l.j.& in l.medicus.ff.de oper.lib.& in l.ij.in fi.ff.de annu.lega.Nam & Bal.in d.c.j. de treug.& pace,dicit, quòd tum demum appellatio diei ſimpliciter prolata intelligitur de die naturali,id eſt,vt ipſe intelligit,in quo nox continetur,ſi ei adaptari poſsit,non aliàs,vt in d.c. con-

*Nec quando materia ſubiecta diſſuadet.*

ſuluit,



ſuluit,de offi.deleg.Fed.autem Senen.conſi.44.factum tale eſt,ſtatuto cauetur,tradit quòd ſi ſtatutum punit delictum commiſſum die ſacro Diuo Ioanni,is qui nocte media eius diei deliquit, non eſt ea pœna ſtatuti puniendus. quoniam huiuſmodi ſtatutum videtur factum ob reuerentiã eius ſancti,cuius feſtum veſperis finitum eſt,per no.in ca.alma,quod eſt vlti.§. adiicimus,de ſen. excom.lib.6.& idem penè voluit conſi.256.quod eſt eiuſdem initij,& ſequuntur Rom.Pau.Caſt. Alex.& Iaſ.qui & alias rationes addit,in d.l.more,& Fel.in d.c.cōſuluit,col.ij.& ibi quoque Dec. & idem Fel.in d.c.ſi perfodiens.de homi.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xviij.verſi.quinta declaratio,ibi,ſcias tamen,de conſti.& Catel.Cotta,in memor.diem,col.vlti.

12 ¶Ex quibus potes intelligere,an oblatio retractus,de qua hæc noſtra conſuetudo loquitur,noctu fieri poſsit , fortè ante noctem mediam poſtremi illius diei eius tēporis,quod datur ad retrahendum:& ſimiliter oblatio pecuniarũ, quæ debet fieri intra octo dies , poſtquam conſanguineus eſt admiſſus ad retractum,ſecundũ §.iij.infrà,eo.tit.De quo etiã vide per Chaſſe.hoc tit.§.j.in verbo, *dedans l'an & iour*,col.j.verſi.ſed quæro,quidam cōſanguineus,& iterum in verbo,*le prix*,in addi. incip.adde quod etiam,& præterea vide Alb.in d.l.more,col.j.verſi.alia q.ff.de feri.Bal.& Ang.in l.obſignatione,C.de ſol.Bal.in l.acceptam,in ij.q.& ibi etiam Ang.col.j.in tertio no.& Sal. col.iij. verſi.circa quod dic.C.de vſur.Bal.in l.vlt.col.vlt.C.de fideic.Sal.in d.l.non minorē,C. de trãſac. Mart.Lau.in ſimili,in c.j.col.iij.verſi.quæro an vaſallus,& ibi quoque Card.Alex.col.antepe.ver. eiuſdem initij,tit.quo temp.miles.Fel.in d.c.conſuluit,col.iij.verſic.creditor non cogitur,& quæ dicam tit.procedente, *de retraict conuentionel*, §.j.in glo.vij.quæ eſt in verbo, *ſeront preferez*,nu.40. illud autem ſcire,& ſeq.Quibus locis comperies, id fieri poſſe nocte eius diei quo tempus finitur propter periculum rei tempore perituræ,vt etiam in ſimili dicimus,quòd feriis Dei & Diuorum, ſi iuriſdictio ſit peritura,poteſt ferri ſententia,aut aliud quidpiam fieri,quod occaſione illius momenti ſit periturum,l.omnes,C.de fer.& c.licet,& c.vlt.extrà eo.tit.& quod no. Aufreri.in deciſ. Tholoſa.q. clix.item an exceptio. Non teneri tamen emptorem recipere noctu pretium propter periculum improbæ monetæ,vt ſuprà dictum eſt verſi.ab hinc ij.

*Oblatio retractus, an noctu fieri poßit.*

13 ¶Poſtremò dies eccleſiaſticus non vniformis eſt : ſed variis modis ex rerum differentia ſumitur. Nam quantùm ad indulgentias,quas vocant,& cætera priuilegia,conſtituitur à veſperis in veſperas incluſiuè,cle.j.in fi.verſi.in primis autem feſtis,de reliq.& vener.ſanc.glo.in d.c.alma.§.adiicimus, verſi.in cæteris feſtiuitatibus,in verbo, aſſumptionis,de ſen.excom.lib.6.Calde.in tract.de eccle.interd.in ſexto membro,q.lvj.Fel.in d.c.cōſuluit,col.iij.verſi.in priuilegiis,& in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,vbi ſuprà,de cōſti.Cuiuſmodi etiam dies ſtatutus ſabbato ex lege Moſaica, in qua ſcriptum eſt,De veſpere in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra,Leuit.xxiij.quod & repetitur in d.c.ij.de feri.Et hoc quoque obſeruandum eſt in feſtorum obſeruationibus, c.j.in prin.& ibi glo. de conſec.diſt.3.& c.j.& ibi quoque gl.Ant.Imo.Panor.extrà de feri.niſi aliud cōſuetudo induceret,quæ in hoc ſeruanda eſt,c.ij.eo.tit.

*Dies eccleſiaſticus uarius.*

14 ¶Quantùm autem ad eſum carnium,dies poſt cœnam incipit, c. de eſu carniũ,de conſecr.diſt.iij. gl.& Panor.in d.c.ij.de feri.Quanquàm gl.in d.c.j.de conſec.diſt.iij.primùm dicit, hoc caſu diem conſtitui à media nocte ad ſequentem mediam noctem:& ita dicit habere conſuetudinem.Deinde verò dicit,incipere à veſperis,per d.c.de vſu carnium.Quantùm verò ad collationem ordinũ, dic vt ſcribitur in c.quod à patribus,& ibi gl.& Archid.& iterum in c.quod die dominico, lxxv. diſt.& in c.literas , extrà de temp.ord.& ibi Imo.& omnes. Quantùm denique ad officia diuina, vide tex.gl.& Doct in d.c.ij.de feri.gl.in d.c.alma,vbi ſuprà,& ibi Io.And.& Hoſt.in ſumma titu. de feri.§.qualiter,verſi.eſt tamen notandum , Archi.in d.c.quod à patribus.& in d.c.j.de conſecr. diſt.iij.& Feli.in d.c.conſuluit,col.iij.verſi.tertia concluſio.

15 ¶Nec illud omiſerim,quod ad tractationem diei pertinet,hanc ipſam diei appellationem ſæpe ſignificare tempus,& id quidem tempeſtiuum & maturũ.vt probat illud Virgilij lib.4. Aeneid. *Sed cadat ante diem.*— Et rurſus eo.lib.*Sed miſera ante diem.*— Et Ouidij lib.1.Metamorphoſ.

*Dies, pro tempore tempeſtiuo.*

*Filius ante diem patrios inquirit in annos,*

{Et lib.6.eiuſdem operis,

*Hic dolor ante diem,longæq; extrema ſenectæ*
*Tempora,tartareas Pandiona miſit ad vmbras.*}

Et in Epiſtola Sapphus ad Phaonem:

*Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.*

Et lib.4.Faſtorum:

*Et pecus ante diem partus edebat acerbos.*

{Et in Ibin:

*Prædáque ſis illis,quibus eſt Latonia Delos,*
*Ante diem rapto non adeunda Thraſo.*

Et in epiſtola Phyllidos ad Demophontem:

*Non venit ante ſuum noſtra querela diem.*

Et in elegia de Nuce:

*Ante diémque meæ diſcutiuntur opes.*

Et Statius lib.2.Syluarum,

*Sic tener ante diem vultu greßúque ſuperbo*
*Vicerat æquales,*—

Et Iabo.in l.eum,ff.de annu.lega.Quod alij ante tempus dicunt,vt in l.pecuniam, in fi.ff.ſi cer. pet.& ſæpe apud autores probatiſsimos,vt diximus in l.ſi vnquam,in verbo, & poſtea, nu.16.de dictione.Sed & pro tempore ſimpliciter ſæpe ponitur.Tullius ad Atticum:Dies autem non modò leuat luctum hunc,ſed etiam auget.& alibi ſæpe.

*Dies pro tempore ſimpliciter.*

16 ¶Sed & diem multi receptæ autoritatis ſcriptores pro ſole poſuerunt,ob id,vt opinor , quòd naturalis dies ſit à ſolis ortu ad occaſum,vt diximus. Virgilius lib.1.Aeneid.

*Dies pro ſole.*

*Eripiunt ſubitò nubes cælúmque,diémque*
*Teucrorum ex oculis.—*
Nam quòd hîc diem pro ſole intellexerit,ſequenti verſu oſtendit,
*Collectáſque fugat nubes,ſolémque reducit.*
Et Ouidius Epiſt.ij.
*Siue die laxatur humus,&c.*
& Seneca: —*Prius*
*Extinguet ortus,referet occaſus diem.*
Et Claudianus de Raptu Proſerpinæ ad fi.lib.1.
*Merſerat vnda diem,&c.*

Quod ex eorum ſententia( vt declarat dictus interpres) dicit, qui ſolem putant in Iberum mare cum ingenti vndarum fragore decidere , quod ex Poſidonio Strabo refert lib. Geograp.iij. haud multò poſt prin.Nam Ouidius lib.2. Meta.tradit ſolem ſub aquas ſtationes habere.

17 ¶Sed vt his omiſsis,accedamus ad noſtram conſuetudinem(quãquàm ea nõ omnino ſunt aliena)neſcio qua ratione hic dies anno eſt additus,niſi fortè ad tollendã ancipitẽ illã , ſi qua alia eſt, controuerſiã,an dies confecti negotij , & ex quo terminus aliquis ſtatuitur, cõputetur in termino:verbi gratia,hoc die,qui primus eſt mẽſis Octobris,fit cõtractus vẽditionis,ſiue( vt loquar in terminis,§.vlt.hoc eo.tit.) fit notificatio ipſius contractus apud acta,ex quo quidẽ notificationis die incipit currere tempus anni conceſſum retractui,vt ibi ſcribitur.Dubiũ igitur eſt,an in eo anno computatur hic dies contractus ſiue notificationis illius,an verò non cõputatur.Nam ſi computabitur,annus retractus finietur vltimo die menſis Septembris proximè futuri,& ſequẽs annus iterum incipiet in primo die menſis Octobris cõfeſtim ſequentis,vt expreſsè ſcribitur in l.j.& ibi Alb.ff.de manumiſ.& in l.ideoque,cum l.præcedenti, & ibi quoque idem Albe.ff. de vſuc.& in l. qua ætate,§.vtrũ,ff.de teſta.& l.ſi ante,ff.ſol.mat.& voluit Bald.conſi.457.reuerendus pater,lib.1. vbi & idem dicit de menſibus & diebus.Annus enim nõ niſi ccclxv.dies continet,l.cùm hæres, §.Stichus ſi hæredi,ff.de ſtatulib.& diximus in glo.præcedente,verſi.ij. Quòd ſi non computabitur,& ita non incipiet annus,niſi craſtino die,qui erit ſecundus huius menſis Octobris : finietur die primo eiuſdem menſis anni ſequentis.quæ res admodum dubia eſt in Iure noſtro.

*Dies contractus an computetur in termino.*

18 ¶Sunt enim,qui tenent, diem termini ſiue aſsignationis,vt vulgus vocat , non computari in termino,ſed debere intelligi de proximis ſequentibus diebus,iuxta l.eum qui calendis,in prin.ff.de verb.obl.In qua opi.fuit gl.in l.vbi lex,ff.de reg.iur.& in c.quiſquis,in verbo,ex ea,iij.q.v.gl.Inn. Goffre.Phil.& Hoſt.in c.ſuper eo,le ij.extrà de app.Iac.But.Rayn.Bar.Alb.Ang.Sal.Pau.Caſtr.& Ro.in l.j.poſt gl.ibi.ff.ſi quis cautio.Spec.tit.de citatio.§.viſo,verſi.pen.incip.item not.Ioan.And. poſt Hoſt.in c.ſolet,de ſen.excom.lib.6.Fran.Vercel.in c.quàm ſit,de elect.eo.lib.6.Bal.& Ang.in l.ij.ff.de anna.except.idem Bald.in l.ſi ea,col.vlt.verſic.item not.quòd terminus,C.qui accuſ.poſ. Imo.in l.Gallus,in prin.ff.de lib.& poſth.ipſe Imo.Pet.Anch.& Domi.in ca.frequens, quod eſt j. de reſtit.ſpol.lib.6.idem Imo.in cle.ſicut,col.iij.de appel.& conſi.11.in caſu præmiſſo,circa mediũ, Pau.Caſt.conſi.498.dies dati termini,in prin.lib.1.Alex.in l.Labeo,paulò ante fi.ff.de iureiur.Soc. ſi is eſt,in tracta.fal.regula xcj.dies termini.

*Dies actus an in termino cõputetur.*
*Qui non computari dicunt.*

19 ¶Et huic ſententiæ ſuffragari videtur tex.in d.l.vbi lex,de regu.iur.cuius hæc verba ſunt,Vbi lex abſolutè & ſimpliciter prolatus ſine relatione certi menſis, intelligitur de triginta diebus, tex.in l.ſi mentionem facit duorũ menſiũ,& qui ſexageſimoprimo die venerit, audiẽdus eſt:nã menſis abſolutè & ſimpliciter prolatus ſine relatione certi menſis, intelligitur de triginta diebus, tex.in l.ſi maritus præuenerit,§.hæc in maritis,& iterum in l.miles,§.ſexaginta.ff.de adul.& glo.in l.vlt.§.j. in verbo,ſexaginta,C.de iure delib.Bal.in Auth.qui ſemel,circa fi.C. quomo.& quan.iud.cũ aliis multis concord.à me collectis ſuprà tit.huius voluminis conſuetudinũ omnium primo, §.xij. in verbo,*par chaſcun moys.*Igitur cũ in d.l.vbi lex,adiiciatur vnus dies poſt ſexageſimũ,ſatis datur intelligi in illis duobus mẽſibus primũ diem,quo ſcilicet terminus datus eſt,nõ fuiſſe computatum: alioquin is,qui ſexageſimoprimo die veniret,nõ eſſet intra duos menſes,& propterea non audiretur termino iam præterito.Facit & ad hanc ſententiã tex.in d.c.frequens,de reſtit.ſpol.lib.6.& in c.pia.verſi.ſi quis igitur,de excep.eo.lib.6.Quibus tamen aliqui reſpõdent, quòd loquuntur in caſibus claris & certis,in quibus ſcilicet ita fuit expreſsè diſpoſitum,de quo poſteà dicemus.

20 ¶Alij enim cõtrà cõputandũ eſſe diẽ termini affirmant,in quibus ſunt gl.vt à multis citatur, in l. Gallus,in prin.in verbo,proximis,& ibi Iac.Are.Bal.ſibi cõtrarius,Alb. Ang.ſibi quoque contrarius,& Alex.ff.de lib.& poſth.gl.Bart.Brixi.in c.anteriorum,in prin.& ibi etiam Io.Fan.& Archi. ij.q.vj.Cy.Bal.ſibi contrarius,Alex.& Iaſ.in d.l.j.ff.ſi quis cautio.Iac.Are.in l.j.§.ſed ſi maritus,ff. de lib.agno.Spe.ſibi itẽ cõtrarius,tit.de appel.parte ij.§.reſtat,verſi.ſed nũquid dies,Io.And.ſecum quoq; pugnás,Bal.Imo.Panor.Card.Alex.& Phil.Dec.in d.c.ſuper eo,le ij.de appel.idẽ Io.And.in d.c.pia,& in d.c.frequẽs,& ibi etiam Pau.Eleaz.& Phil.Fran.ad fi.ipſe Io.And.in d.c.quàm ſit,in verbo, electus, & ibi etiã Zenzel.Domi.& ipſe ſibi contrarius,& Phil.Fran.de elect.l.b.6.& idem Ioan.And.in c.cupientes,col.j.in verbo,poſt conſenſum,eod.tit.libr.6.Domi.à Rota,deciſ.ccviij. terminus,in nouis,Bald.in l.eos,§.ſi autem, col.ij.non ſemel,C.de appel.& in l.ſi quando , in v.q. C.de teſtib.& in l.ſi duobus,§.ſed & ſi quis,in fi.C.com.de leg.& in c.cùm vigeſimum,poſt medium , extrà de officio.deleg.vbi id dicit eſſe commune omnium temporum , vt fiat computatio

*Qui computandum.*

de mom



de momento ad momentum,niſi aliud exprimatur,vel niſi ſit tempus vtile,quod habet ſuas intercapedines.& conſi.ccxlvj.proponitur quòd dictum compromiſſum,lib.5. vbi ad hoc multa allegat.& ſubobſcurè in l.ſi ante nuptias,ff.ſol.matri.Zenzel.Anto.& Card.Flor.in d.c.ſicut,de appella.lib.6.Ange.conſi.cccciiij.Paulus Centolini.Petr.Ancha.in c.ſi propter,col.iij.verſi.ſed quæro poſt glo.de reſcrip.lib.6.Domi.in d.c.ſolet,in princi.col.iiij.verſic.an iſto termino,& ibi etiam Philip.Franc.col.ij.poſt medium,de ſenten.excom.lib.6.& idem Domi.conſi.xcj.præmitto quòd poſſeſſori,col.ij.verſi.tertiò excluditur,Philip.Corne.qui hanc dicit eſſe communem opin.conſi. cclxxix.in hac conſultatione,col.ij.verſi.quicquid autem ſit,lib.4.& nouiſsimè Carol.Molend.in conſuet.Pariſ.§.iiij.nume.quoque 4.

21 ¶Nam tempus (inquiunt multi ex iis) regulariter computatur de momento ad momentum,d.l. iiij.§.minorem,ff.de mino.Niſi ſi in certis caſibus aliud exprimatur,vt in l.in vſucapionibus,cum l.ſeq.ff.de vſuc.& ita quoque tradit Bal.in c.cùm in cunctis,col.j.verſi.not.quòd in epiſc.extrà de elec.& in c.1.§.ſancimus,col.ij.verſi.ſed quæro nunquid.tit.quo tempo.miles.Lucas Pen.in l.ſiue. col.ij.C.de exce.& exact.lib.12.Card.Flo.in cle.cauſam,in prin.in xviij.q.de elec.Nam & tempora regulariter ſunt continua,glo.in rub.ff.de diuerſ.& temp.præſcrip.& ibi quoque Bart.quã glo. in hoc ſing.dicit Barb.conſi.50.præclarè,col.iiij.verſi.facit ad hoc,lib.2.& Steph.Bertr.cõſi.lxxxiij. ſuper iſto, poſt prin.lib.2. & eandem ordinariam Cæpol.conſil.cauſarum criminalium lxxj.viſa prius,col.ij.verſi.& iſte annus.& idem voluit Albe.in l.ſiue pars,ad fi.C.de dilat.& Bart.in l.genero,in ij.oppo.ff.de his qui no.infa.Et huic quoque ſententiæ adſtipulatur tex.in c.propter,ij.q.vj. vbi dies,quo quis literas accipit,vt eat,cõputatur in termino.& in l.biduũ,§.dies, & ibi gl.in verbo,ſubtraxiſſe,ff.quan.appel.ſit,& in auth.hodie,& ibi Bal.& Ang.C.de appel.& in §.j. in Authẽ. de appel.& intra quæ tẽpora, vbi tempus appellandi ſtatim à lata ſententia currit de momẽto ad momentũ.quod & voluerunt alij multi,quos retulit Io.Ana.conſi.93.viſo proceſſu,col.pen.verſi. venio nũc ad inueſtigandum,& ibi quoque Ludo.Bol.in addi.col.item penul.verſi. condeſcẽdo. Quibus adde Alb.in l.j.§.ſi mulier.ff.de liber.agno.& in ſuo dictionario , in verbo,ex die mortis. Sed poſſet dici,eos tex.loqui in caſu expreſſo & ſpeciali.Nam d.gl.in d.§.dies,illud aſsignat fauori rei iudicatæ,tanquam aliud ſit in cæteris caſibus.Et ad id quod dictum eſt, tempus currere de momento ad momentum,reſpondent qui alterius ſunt ſententiæ,id verum eſſe,poſteaquam tempus incepit currere,non ante.

*Tempus an de momento ad momentũ computetur.*

22 ¶Ego priorem partem ſequẽdam eſſe potius arbitror,tùm quia de cõſuetudine ſolet obſeruari,id atteſtantibus Albe.& Fulg.in d.l.j.ff.ſi quis cautio.& Bal.in l.eos,§. ſi autẽ,C.de appel.Domi.poſt Pau.Eleaz.in d.c.frequens,§.j.verſi.no.ex iſta gl.de reſti.ſpol.lib.6.Card.Alex.& Phil.Decio, qui tamẽ alterius ſunt op.in d.c.ſuper eo,le ij.illo col.iiij.verſi.ſextò limitabitis,hoc col.v.verſ.ſecundò fallit de cõſuetudine.de app.lib.6.Guid.Pap.deci.Delphi.cclxx.an dies termini.Eſt enim optima legum interpres conſuetudo,l.ſi de interpretatione,ff.de legib.Tùm item,quia in hoc dubio, in quo legem certam non habemus , quæ hoc apertè definiat , niſi in certis quibuſdam caſibus, æquiorem ac benigniorem partem ſequi debemus,l. benignius,ff.de legi.& l.placuit.C. de iudic. cum ſi.benignius autem & æquius eſt, ne quis vnius diei lapſu excludatur à iure ſibi competente,l.j.ff.de neg.geſt.& l.j.ff.de vſuc.

*Prior opi.de conſuetudine ſeruatur.*

23 ¶Igitur ſi hanc opi.ſequaris,eam limitabis primò procedere,niſi diſpoſitio,de qua quæſtio eſt,loqueretur per huiuſmodi dictiones,hinc,vel abhinc,verbi gratia, hinc ad decem dies,ſiue ab hinc decem dies,aut decem diebus.Nam tunc dies termini cõputatur in termino,ex ſententia Iac.But. Bart.Ro.& Iaſ.in d.l.j.ſi quis cautionibus, Ray.& Imo.in l.huiuſmodi,la ij.ff.de verb.obli.Ioan. And.in addi.Spec.tit.de dila.§.dilationum,verſi.ſed pone iudex.Dyn.& Alb.in l.pater,ff.de adul. Bal.in d.l.eos.§.ſi autem,col.ij.verſi.quæro autem an dies.C.de appel.Ang.d.conſi.404.col.ij. ver. & hoc importat aduerbium.Imo.Domi.& Phil.Franc.in d.c.j.de reſti. ſpo.lib.6.per d.c.biduum. Paul.Caſtr.conſi.217. videtur dicendum,quòd tempus,verſi.quantùm verò,lib.1.Alex.conſi.75. ponderatis,verſic.quinimo ille dies,lib.2.quod repetitur conſi.56.libr.6.Guid.Pap.deci. cclxx.vbi tamen dicit aliter ſeruari.Sed & de hoc eſt bonus tex.in l.placet,iuncta gl.in verbo,ab hinc,C.de ſacroſan.eccl.quam ad hoc dicit ſing.Ro.in d.l.j.ff.ſi quis cautio.

*Limitationes prioris opinionis.*
*Hinc , & abhinc,includũt diem.*

24 ¶Secundò limita non procedere,quando ſtatuitur terminus ab actu,non à die actus,puta ſi in caſu noſtræ cõſuetudinis diceretur , quòd conſanguineus admittitur intra annũ à venditione,ſiue notificatione venditionis : tunc enim computaretur tempus de momento ad momentũ, vt ſcilicet inciperet ab ipſa venditione vel notificatione ipſius.c.ex parte,& ibi Card.Alex.in j.no.extrà de ſponſa.glo.in d.c.anteriorum,in prin.ij.q.vj.& in cle.cauſam,in verbo,ab interpoſitione,& ibi Imo.col.viij.ſuper ea gl.& Bar.col.xj.ver.nota quòd dicit,& iterum col.xxviij.ſuper eadem gl.de elect.Io.And.in addi.Spec.d.tit.de cita.§.viſo, col.vlt.verſic.item not.repræhendens ipſum Spec. qui ibi tenet contrarium:& rurſus d.tit.de dilat.§.dilationum,vbi ſuprà.Bal.in l.cum anterioribus, col.ij.verſi.ſed dubitatur,C.de temp.app.Imo.Domi.& Phil.Fran.in d.c.frequens,vbi & id dicunt probari in d.c.biduum,Panor.in d.c.ſuper eo.le ij.col.iiij.& ibi etiam Cardi.Alex.col. quoque iiij. verſi.limitabis tertiò,extrà de appel.& Ioan.Ana.d.conſi.93.col.vlt.

*Quãdo ſtatuitur terminus ab actu.*

25 ¶Nec tamen fuit Spec.vbi ſuprà,ſolus in contraria opi.cùm & idem cũ eo tenuit Bal.hîc(vt aliàs ſæpe) ſibi contrarius in l.ſcire oportet,§.aliud autem,ff.de excuſ.tuto.vbi not.ex eo, quòd,à,præ-

poſitio

poſitio diuidit,& ideò (inquit) ſi ſtatutum dicat,quòd lis finiatur à tẽpore litis conteſtatæ ad tres menſes,dies litis conteſtationis non computatur,per illum tex.& l.ratio,§.vlt.ff. de act.emp.& c. ſtatutum,de præben.lib.6.Et pro eis facit tex.in l.Thais,§.hærede,ff. de fideic.lib.qui quidem videtur nullam facere differentiam,ſiue dicas,à die,aut ex die teſtamẽti facti,ſiue dicas,à tempore, aut ex tẽpore teſtamenti facti:nam in eodem caſu,quod prius per vnũ dixerat,mox per alterum dicit,tanquam nihil inter vtrumque interſit.Et hîc vide,quæ dicam infrà in ſeptima limitat.alterius opi.nu.ſcilicet huius gloſ.55.ſed vt intelligas,& ſeq. Et tamen etiam interim vide, quid de hac dictione,ab,ſcribit Bal.in c.j.col.j.ver.ibi ab initio,extrà de Summa Trin.

*Si terminus aßignatur abſenti in loco remoto.*

26 ¶Tertiò limita hanc opi.quæ non computat diem termini in termino, vt procedat quando ipſe terminus ſtatuitur abſenti in loco quopiam remoto.Secus ſi præſenti ſtatuitur: quia tũc dies ipſe termini computabitur,ſi credimus Alb.in d.l.j.in fi.commenti,vt noſtri vocant,ff. ſi quis cautio. vbi ita ſe ex facto obtinuiſſe dicit coram magnificis viris, quibus viſum eſt eam ipſam l.j. propriè loqui in iſtis terminis.Subditque,quòd iſtud videtur ſentire Guido Suza.ibi,& clarè id ipſum tenere Arch.in d.c.frequens.Et idem quoque tenuit Bal.in d.l.eos,§.ſi autem,col.ij.C. de appel.per d.l.j.ſi quis cautio.& Corne.d.conſi.279.col.ij.verſi.nec tenendo,lib.4.

*Dies ultimus computatur in termino.*

27 ¶Sed ſi iſta limitatio eſſet vera,vt dicit Iaſ.in ea.l.j. confunderetur practica cõmunis palatiorum, quæ tenet ſimpliciter,diem termini aſsignati non cõputari in termino:& eſſet contra mentẽ Bar.& aliorũ prioris ſententiæ,quorũ ea ratio eſt, quoniam intelligitur de proximis diebus poſteà ſequentibus:quæ ratio æquè habet locũ in termino ſtatuto præſenti,atq; abſenti. Nec aliquid facit, d.l.j.quę nõ loquitur in die quo terminus ſtatuitur,ſed de vltimo die ipſius termini,qui ſine controuerſia computatur in termino,vt ibi probatur,& in l.j.§. quod dicimus, ff.de ſucceſ.edict.& l. in omnibus tẽporalibus,ff.de act.& obl.& l.pater,§.ſexaginta,ff. de adul.& l. ſi quis ſic dixerit,ff. de verb.ſig.& voluit Inn.in d.c.pia,in verbo,computato,extrà de excep.Spe.tit.de appel.§.reſtat, ver.ſed nunquid dies.& tit.de dila.§. dilationum,ver.quid ſi dicatur.Bart.in tract.de cita.col.ij.in viij.q.Bal.in d.l.eos,§.ſi autem,col.ij.verſi.ſed nunquid vltima dies,& in d.l.j.col.ij.verſi.ſecundò quæro,ff.ſi quis cautio.& Pet.Ferra.tit.forma reſpon.rei cõuenti.in gl.j.col.ij.ver.quid ergo ſi per iudicem.& Ang.d.conſi.404.& ex externis ſcriptoribus Aulus Gellius lib.Noctiũ Atticarum xij. c.xiij.vbi qui pronuntiare intra Calendas iuſſus eſt,in die Calendarũ poteſt pronuntiare.Et Nonius Marcellus ſub titu.de doctorũ indagine.Et ita intelligunt d.l.j.pleriq; omnes ibi, vt dicit ipſe Iaſ.Sed & illa rectè intellecta palàm oſtendit,diem,quo tempus præſtituitur,non cõputari in ipſo tempore,cùm ibi dicitur,præter eum diem,quo cautum promittitur , nec poteſt dici illic abſenti fuiſſe diem præſtitutum,cùm is ipſe,cui præſtitutus eſt,promiſit ſiſtere in ipſum diem.

*Cùm tẽpus ſtatutum eſt,poſtquàm quid factum fuerit.*

28 ¶Quartò limita procedere , niſi dies ſiue tempus fuerit præſtitutum ad aliquid faciendum dandúmve,poſtquàm aliquid factum fuerit, vt ſi diceretur in noſtra conſuetudine,intra annũ poſtquàm emptor notificauerit &c.nam tunc tempus currit de momento ad momentum, continuò quàm illud factum fuerit,vt voluit Ang.d.conſi.404.col.ij.verſi.hoc confirmatur,per textum in l.ſi ita fuerit libertas,verſi.ſed ſi ita ſcriptum ſit,ff.de manumiſ.teſta.& d.l.in vſucapionibus, cum l.ſeq.ff.de vſuc.& idem quoque voluit Dominicus in ca.felicis.§.vlt.col.ij.de pœnis,lib.6.& ante hos gl.quam tamen non memorant,in c.concertationi,in verbo,ſciuerit,de appel.lib.6. ſuper quo vide,quæ dicam infrà in vij.limitatione alterius opinionis.

*Cùm tempus à natura præſtitutum eſt.*

29 ¶Quintò limita procedere in tempore à natura præſtituto.Nam cùm viam naturæ potius ſequi debeamus,quàm artis (eſt enim natura omni arte potior potentiorq;) ſitque artis & Iuris ciuilis, non naturæ,vt prima illa dies nõ computetur in termino:relinquitur , vt in caſu,quo natura ipſa tẽpus præſtituit,prima dies computetur,vt etiã dicitur voluiſſe Bal.in d.l.Gallus , in prin.in vj.eademque vlt.q.ff.de lib.& poſth.& in l.qua ætate,ff.de teſta.Et ita illum refert , & ſequitur Soci.in d.tract.fal.regula xcj.in j.fal.verùm Bal.in poſteriori loco non id mihi dicere videtur.

*Cùm eius intereſt, cui tempus ſtatuitur, ut dies cõputetur.*

30 ¶Sextò limita,etiã non procedere,quando magis intereſt eius,cui terminus ſtatuitur,vt dies,quo ſtatuitur,computetur in termino:quia fortè eo die produxit, aut vult producere ſua inſtrumẽta, quibus producendis præfinitum tempus fuerat:tũc enim is dies computabitur,vt eo poſsit producere,& valeat productio,vt voluit gl.in cle.j.de appel.quã ita allegat Soc.vbi ſuprà in ij.fal.verùm ego illam gl.non reperi,& credo quòd voluit allegare gl.in d.cle.ſicut,in verbo, à die,in prin.eo. titu.quæ tradit,& poſt eam Guil.Laud.& Anto.diem, quo tempus ſtatuitur,cedere lucro eius,cui ſtatuitur.Et hoc quoque expreſsè voluit Bald.in l.à caligato,col.j.C. de nup.vbi dicit,quòd licet cùm iudex ſtatuit terminum octo dierum ab hoc die ad probandum , non cõputetur hîc dies in termino,ſed præter hunc habeat octo dies:valet tamen probatio hac die facta:quia quòd nõ computatur,fit fauore illius,quod non debet in eius læſionem detorqueri. Et ſequitur Feli.in c.j.col.ij. verſi.& dum iſte,extrà de præſcri.Et ſimile eſt quod tradit idẽ Bal.in l.vlt.col.ij. verſi.ex quo determinatur,C.de temp.app.quòd ſi ſtatutum dicit,quòd fiat concordia intra decem dies à die inchoati proceſſus,præter eum diem debent alij octo dies computari,valet tamen concordia eo ipſo die facta, quia cedit lucro concordantis,per glo.in d.c.ſicut,quam dicit notabilem laudabilemque ac ſingularem,& ſequitur Barb.in add.illius,qui & eam gl.dicit ſing.

31 ¶Et idem generaliter,& in omni caſu voluit ipſe Bal.in d.l.à caligato,verſi.ſed pone quòd iudex, ibi,modò reſtat,C.de nupt.& in d.l.eos,§.ſi autem,col.ij.verſi.quæro autem.C.de ap.licet poſteà in verſi.



in verſi.modò reuoco in dubium,tanquam ſui oblitus,à prima ſententia diſcedere videatur,ſecutus Pau.Eleaz.qui tenet contrariũ in d.c.frequẽs.Sed prima illa eſt verior:cuius etiam ſunt Arch. & Io.And.in c.ſtatutum,quod eſt iij.totius titu.& ibi Dom.col.iij.de præb.lib.6.& Corn.d.conſi. 279.col.ij.verſi.poteſt autem pro concordia,lib.4. & Fran.Aret.qui illam glo.dicit ſing.in l.ſi ex duobus,col.j.ff.de duobus reis,& Cardi.Alex.qui & illam ſing.aſſerit,in d.c.ſuper eo,col.iiij.verſ. ſed vnum tene menti.extrà de appel.

*Quid ſi id cedat incõmodo ſtatuentis terminum.*

32 ¶Et hoc maximè procedit,ſi id cederet commodo eius, qui terminũ ſtatuit,& contrà incõmodo eius,cui ſtatuitur:tunc etiã omnino interpretandum eſſet contra ſtatuentem, vt ſcilicet dies computetur in ipſius incommodum,vt ſic ei imputetur,quòd apertius legem non dixerit,l.veteribus, ff.de pact.& l.Labeo,ff.de contrah.emp.& c.contra eum.de reg.iur.lib.6.& ibi concor.Nã & videmus,quòd verba dubia ſunt contra ſtipulantem interpretanda,l.quicquid adſtringendæ,§.j.ff. de verb.obl.& §.j.Inſti.eo.& faciunt quæ diximus ſuprà in verbo, *ou lignagier*, nu.209. cæterùm hac in re.Et ita quoque expreſsè in hac ſpecie,de qua tractamus,voluit Domi.in d.c.ſtatutũ,col. iij.ibi,ſed vbi materia,& Corne.d.conſi.279.col.iij.verſi.& ideò non immeritò.

*Si ſequeretur abſurdum.*

33 ¶Septimò limita non procedere,ſi ſequeretur abſurdum,niſi dies,quo ſtatuitur terminus,computaretur in eo termino:nam tunc ad tollendam huiuſmodi abſurditatem computabitur,ex iis quæ no.Cy.in d.l.à caligato,C.de nupt.& voluit etiam Bal.conſi.457.reuerendus pater,col.iij.ibi,aut ſequeretur abſurdum.iterumque verſi.ſecunda ratione,lib.1.vbi ponit exemplum abſurditatis, vt ibi videre poteris,quod quidem conſi.repetitur,conſi.461.lib.3.& iterum cõſi.412.lib.5. niſi quòd non eſt omnium idem prin.

*Si iungitur actus cũ tempore quod eſt de initio ipſius.*

34 ¶Octauò limita etiam non procedere , vbicunque iungitur actus cũ tempore,quod eſt de initio ipſius:verbi gratia,ſi quis inſtituerit nepotem, qui naſcetur intra decem menſes à die mortis filij: nam tunc dies ille mortis computatur in illis decem menſibus,l.Gallus,in prin.ff.de lib.& poſth. Item in iureiurando ita concepto,Iuro ab hoc die eſſe fidelis:nam & dies huiuſce iuriſiurãdi continetur, ca.j.titu.de no.for.fidel.Similiter ſi quis promittat ſoluere,etiam præſens dies includitur: quia eſt quædam integritas temporis,quæ primum principium non excludit,l.lecta,§.vlt.ff.ſi cer. pet.Hæc propè Bal.d.conſi.457.col.iij.lib.1.

*Quando ſubiecta materia ſuadet.*

35 ¶Nonò limita,vt non procedat,quando ſubiecta materia oſtendit tempus ipſum primũ includi,ac computari in termino:tunc enim includitur : vt cùm ſcribitur in c.capellanus,extrà de feri. Ne celebrentur nuptiæ à tribus diebus Rogationum vſque ad octauum diem poſt Pentecoſten: nec ſimiliter à ſeptuageſima vſque ad ſeptem dies &c. Illic enim illi tres dies Rogationum integri,atque integra ſeptuageſima includitur,ſcilicet propter ſubiacentem materiam, vt ibi annotat Bal.& bene facit, quod tradit Albe.in l.vlti.§.j.ff.de Senat.Et ſuper hoc quoque vide,quæ dicam infrà in x.limitatione alterius opi.quæ eſt nu.60.

*Cùm ſtatuitur tempus ad tollendum priuilegium.*

36 ¶Decimò item limita,vt etiam non procedat, cùm ſtatuitur terminus ad tollendum priuilegium contra Ius commune: tunc enim computatur dies termini in ipſo termino,vt voluerunt Ant.& Imo.in d.c.clem.ſicut,de appel.in idipſum referentes tex.ſuprà ſæpius à nobis citatum in d.l.iij.§. minorem,ff. de minorib. Nam & aliàs ſemper videmus,priuilegia iuraque ſpecialia reſtringi,iura autem cõmunia extendi,l.quòd verò,& l.in iis quæ contra,& l.ius ſingulare,ff.de legi.& l.ſi verò, §.de viro,ff.ſol.mat.cum ſimilibus.

*Cũ ex uerbis diſponentium conſtat diem compɑtandũ.*

37 ¶Vndecimò limita non procedere , vbi ex verbis conſtitutionis ſtatuentis terminũ apparet eam velle diem computari,vt in caſu c.j.xxxj.diſt. vbi dicitur,à præſenti die nullus Epiſcopus Subdiaconum facere præſumat,niſi qui ſe victurum caſtè promiſerit. Nam ibi dies includitur ex verbis legis,vt dicit Domi.poſt Io.And.in d.c.ſtatutum,col.iij.ibi,aut non apparet quis intellectus.& ibi quoque Phil. Franc.col.ij.de præb.lib.6.Et huc referri poſſunt tex.in d.l.biduum,§.dies,ff.quan. app.ſit,& in d.auth.hodie,C.de app.& in §.j.in auth.de app.& intra quæ tempora,& in c propter, ij.q.vj.ſuprà à nobis citati,nu.20.nam tempus,quibus expreſsè cauetur. diẽ termini in caſibus,de quibus loquuntur,cõputari in termino.Et facit,quod dicemus,in prima limit.alterius opinionis.

*Cum & ex aliis quoque iuribus.*

38 ¶Duodecimò limita procedere,niſi etiã ex aliis iuribus conſtaret diẽ computandum eſſe in termino.verbi gratia,ſcribitur in §.non autem, lxxvj.à die Dominicæ reſurrectionis vſque in diẽ Pentecoſtes non indici obſeruanda ieiunia. In quo tempore compræhenditur is dies reſurrectionis: quia per alia iura dies dominicus ieiuniis eximitur.c.j.extrà de obſer.ieiunio.& hoc quoque annotarunt Domi.& Phil.Franc.in d.c.ſtatutum.Et generale eſt,vt iura ex aliis iuribus interpretationem mutuentur,etiam contra propriam verborum naturam,vt diximus in noſtra repetitione l.ſi vnquam.in verbo,reuertatur,nu.36.fallit ſecundò,& iterum nu.64.duodecimò fallit.

*Extunc, diem icludit.*

39 ¶Decimotertiò limita nõ procedere,vbi diſpoſitio vteretur hac dictione,extũc,ita videlicet,facta venditione extũc conſanguineus habet annũ ad retrahendum:quia huiuſmodi dictio,extunc,denotat extremitatem illam temporis venditionis,vt ſcilicet continuò incipiat annus,per no.in d.l. Gallus,in prin.& ibi Ang.Frã.Are.& propè cæteri Recẽtiores,ff.de lib.& poſth.& in l.ſi iis legatũ, quæ eſt iiij.§.j.ff.de cõdi.& dem.& ibi cõcor.in gl.Verũ habemus gl.quæ relata ad tex.apertiſsimè contrarium dicit,vt ſcilicet hæc dictio,extunc,non faciat,vt dies termini non cõputetur in termino.Ea eſt in ca.ſuper eo, le ij.in verbo,recepiſſe,extrà de appel.quam ſequuntur Inno. Gof.Phil. & Hoſtien.ibi,verùm ea gloſ.poſt eam op.ſubiungit.ar.contra l.j.§.præſens,& l.continuus actus, ff.de

ff.de verb.obl.quibus ſcilicet cauetur,quòd poſt interrogationem confeſtim debet ſequi reſponſio,ſcilicet antequam partes diuertant ad alios actus. Quaſi etiã hîc incontinenti tempus cõputetur.Et illam poſtremã opinionem ſequuntur,& dicũt veriorem Guil.Naſo.Ioan.And. Colle.Bal. Imo.Panor.& quiſquis eſt,qui addi.in eum fecit,& Card.Alex.& alij Recentiores,innixi maxima ex parte vi & natura huius dictionis,extunc.Et bene etiam facit tex.in c.vt ſuper, in verbo, extunc.de app.lib.6.Et quod ſcribit Arch.in c.cùm in tua,quod eſt vl.paulò ante fi.de cõſuet.lib.6. vbi nũcupatim dicit hanc dictionẽ facere,vt tempus currat de momento ad momentũ. Et idem quoq; nominatim voluit Guil.à mõte Laud.in extrauag.Io.xxij.inci.ſuſcepti regiminis,quæ ponitur inter extrauag.cõmunes,ſub titulo ne ſede vacan.in verbo, extũc.ea autẽ extrauag. (ne erres)etiã ponitur inter alias extrauag.ipſius Ioannis xxij. ſub tit.de elect.cum commentariis Zenzel.Porrò hac dictione (extunc)vſus eſt Apuleius,lib.7.Aſini aurei.Extunc(ait)pœnæ reſeruatus.

*Extunc dictio Apuleiana.*

40 *Cũ tempus apponitur ad expirationẽ beneficij.*

¶ Decimoquartò limita , vt etiam non procedat in tempore appoſito ad expirationem beneficij. Nam huiuſmodi tempus currit de momento in momentum, vt per text.in l.iij.§.minorem,ff.de minori,voluit Bal.ibi,quem nuncupatim refert,& ſequitur Matthæ.Afflict.in conſt.Siciliæ incip. appellationum tempora,col.iij.in iiij.no.

41 *Cùm cõſtat de hora aßignationis.*

¶Decimoquintò limita,vt nõ procedat,cùm conſtat de hora aſsignationis termini:nã tunc quoque ſemper fit computatio de momento ad momentum.hæc enim fuit ſententia Bonifac.Vitel.in tract.maleficio.in tit. forma citationis accuſati,num.27.vbi generaliter dicit,diem citationis non cõputari in termino,per d.l.j.ff.ſi quis cautio.& d.c.ſuper eo, le ij.de app.niſi cõſtet de hora aſsignationis. nã tunc fit computatio de momento ad momentũ per d.l.iij.§.minorem,ff.de mino. & alia quædam iura ſuprà allegata,quibus probatur tẽpus currere de momẽto ad momentũ: nec tamen in illis declaratur,conſtétne de hora,an nõ.Nec ego id verũ eſſe puto,per ea quæ diximus.

42 *Limitationes ſecundæ opinionis.* *Cũ ipſa diſpoſitio id declarat.*

¶ QVOD ſi poſteriorem partem ſequi malis , quæ aſſerit diem termini regulariter computari in termino,vt tempus illico currat de momento ad momentum:eam quoque multis modis limitabis.Primò igitur limita,niſi lex aut conſtitutio ipſa tempus ſtatuens,declaret non computari : vt in d.c.frequens,de reſti.ſpol.& in d.c.pia.verſi.ſi quis igitur,de excep.eo.lib.6. & in d.c.ſtatutum, de præbend.eod.quoque.libr.6.vbi & ipſi Domi.Phil.Fran.id expendunt,& Bal.d.conſi.ccccIvij. col.iij. verſic.dubitatur, libr.1.Nam cùm caſus legis eſt expreſſus,nihil eſt quod amplius dubitare debeamus,l.ancillæ,& ibi Bal.in iij.not.C.de fur.cum ſi.Et facit quod diximus ſuprà in xj.limitatione prioris partis.

43 *Cum & aliæ id declarant.*

¶Limita ſecundò,vt etiam procedat : niſi ex aliis quoque iuribus appareret tempus termini non eſſe computandum,quia tunc nec computari debet,verbi gratia, ſcribitur in capi.in veteri,ad fin. lxxvij.diſt.vt Leuitæ à vigeſimoquinto anno ſuæ ætatis conſecrentur:quod debet intelligi , non computato illo vigeſimoquinto anno, quia ex aliis iuribus Leuita ordinari non poteſt,niſi vigeſimumquintum annum peregerit.c.de his,xxviij.diſt.& ita tradit Domi.vbi ſuprà. & facit etiam, quod diximus in xij.limitatione primæ partis.

44 *In pœnalibus & odioſis.*

¶Limita tertiò,vt non procedat in pœnalibus & odioſis in his enim dies termini non computatur in termino:vt voluerunt,ſubdubij tamen,Arch.& Io.And.& eorum autoritate Phil.Fran.qui id dicit tanquam ſing.eſſe menti tenendũ,in c.felicis,§.vlt.de pœnis.lib.6. moti hac ratione,quòd huiuſcemodi diſpoſitiones ſunt reſtringendæ,c.ſtatutum,de elect.lib.6.& in c.odia.de reg.iur.eo. lib.6.& idem voluerunt ipſe Archid.Domi.& Phil.Fran.in d.c.ſtatutum,le j.de præb.lib.6. Et facit,quod in ſimili,an ſcilicet dies biſſextilis pro vno,an pro duobus habeatur,ad computationem anni,tradit gl.diſtinguens inter odioſa & fauorabilia,in c.ſi propter,in verbo,primi anni,ad fi.de reſcr.lib.6. de quo diximus in glo.præcedenti in xxij.eademque pen.q.Facit item quod diximus ſuprà,in ſexta limitatione prioris partis.

45 ¶Ex quibus(vt id non intempeſtiuè concludam,ac definiam)potes facilè intelligere,totum id,de quo tractamus,ad fauorem vel odium negotij dirigendũ,vt ſcilicet dies termini computetur, vel non computetur,prout fauor vel odiũ ſuadebit,vel diſſuadebit.Sicut etiã tradũt Guil.Laud.Ant. & Imo.in d.cle.ſicut.de app.& Pau.Eleaz.in cle.cauſam,& ibi quoque ipſe Imo.col.viij.ver.ab interpoſitione,& Barb.col.xxviij.ver.in gl.in verbo,de elec.Corn.d.conſi.279.col.ij.ver. poteſt autem,lib.4.Et aliàs dictiones dubiæ,ſunt vel excluſiuæ vel incluſiuè,prout cõſtitutiones ſunt odioſæ,aut fauorabiles,vt per gloſſ.& Doct.in l.id eſt,ff.de dol.mal.& Old.conſi.49.conſueuit,col.ij. ver.de ad.Cy.& Sal.in d.l.à caligato,C.de nup.& Iac.But.in auth.hoc ius,C.de proc.

46 ¶Vide tamen Domi.& Phil.Fran.in c.prouida,in fi.de elect.lib.6. qui ex eo quod voluerunt Archi.& Io.And.ibi notat,quòd in pœnalibus fit cõputatio de momẽto ad momentũ.Sed iidem & prætereà Phil.Fran.in d.c.felicis,§. vlti.de pœnis,lib.6.dicunt è diametro contrariũ, vt in pœnalibus dies termini non computetur in termino,nec fiat computatio de momento ad momentum. Id quod Phil.dicit ſing.menti tenendum. Sed hæc,quæ videtur contrarietas,ita diſſoluitur,vt in iſtis ſcilicet pœnalibus vel computetur,vel non computetur,prout eſt fauor vel odium,vt ex illis videre licet.Sed & tu prætereà vide hîc omnino Alb.in d.auth.hoc ius,col.iij.ver.quid ergo,cùm multis ſeq.C.de proc.& Pet.Anch.in c.licet canon,col.j.ver.item no.quod cùm,de elect.lib.6.

47 *Cùm facit contra eum qui terminum ſtatuit.*

¶Limita quartò,vt etiam non procedat , quando aduerſus eum faceret,qui terminum conſtituit, & è contrario cederet eius commodo,cui ſtatutus eſt, vt dies ipſius termini nõ computaretur in termino:



termino:nam tunc non computaretur,aſſumendo ſcilicet eum intellectum,qui contra eum facit, qui potuit legẽ apertiùs dicere,per l.veteribus,ff.de pact.& alia ſimilia iura ſuprà allegata in ſexta limitatione prioris partis.ver.& hoc maximè.Ita enim voluerunt Domi.& Phil.Franc.in d.c.ſtatutum,de præben.lib.6.& Corn.d.conſi.279.col.vlt.lib.4.

48 *Cum lex uel ſtatutũ idẽ ſtatuit, quod ius commune.*

¶Limita quintò,vt item non procedat,quando lex vel ſtatutum idem ſtatueret, quod Ius commune in re quapiam,quæ debet expediri intra certum aliquod tempus,nam tunc etiamſi de Iure communi intelligeretur,vt deberet fieri de momento ad momentum, computato die termini in termino:tamen vt ſtatutum aliquid addat ad Ius commune,nec ſit ſuperfluum,debet intelligi, vt non computetur.Ita voluit , & reſpondit collegium Paduanum inter conſi. Alexan. conſi. lxxxvij.in nomine,&c.nos Doctores,ad fi.lib.vij.per not. per Bar. & alios in l.iiij.§.prætor,ff.de dam.infect.cum aliis concor.quas afferemus infrà eod.tit.§.ix.in glo.ij.ſuper verbo,*à ſon domicille*, num.56.contrarium tamen.& latius in noſtro tract.cui titulus eſt,nihil fruſtra. Et faciunt etiam ea quæ ſcripſimus in repet.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,num.44.tertiò fallit, & ſeq. vide tamen quæ nos ſcribemus infrà in §.ix.glo.ij.num.50.quintò item,& multis ſeq.

49 *Cùm diſpoſitio dicit,intra annũ poſt diẽ.*

¶Limita ſextò,vt procedat,niſi diſpoſitio ita loquatur , intra annum poſt diem contractus: nam tunc is dies contractus non computabitur,gloſ.in d.c.frequens,in verbo, proponitur, & ibi Archi.Imo.Domi.& Philip.Franc.de reſtit.ſpolia.lib.vj.& glo.in c.quod à patribus.in glo.j.poſt medium.lxxv.diſt.Specu.tit.de cita.§.viſo,col.vlt.verſi.item nota,& Ioan.And.in c.cupientes,col.j. in verbo,poſt conſenſum,de elect.lib.vj.vbi facit differentiam,an dicatur,poſt conſenſum,an verò poſt diem conſenſus:primo enim caſu diem computari,ſecundo non computari : vt in ſimili diximus de dictione,à,ſuprà nu.24.ſecundò limita,& ſeq.& dicemus verſic.abhinc ij.& aliis quoque ſeq.Nam & hæc dictio,poſt,&,à,eandem habent ſignificationem,vt etiam diximus in d. repe.l.ſi vnquam,in verbo,poſteà,num.21.his adde.

50 *Poſt dictio,ſeparatiua.*

¶Porrò hæc dictio,poſt,apertè declarat eum diem,cui adiicitur,non compræhendi,vt probat tex. in l.ſi cui legetur,in verbo,poſt biennium,& in verbo,præſentibus,& ibi Fran. Aret. col. ij. ff.de leg.j.& in l.ſi ita fuerit libertas,ff.de manu.teſta.& voluit Alber.in ſuo dictio.in verbo,poſt diem ſabbati.Bart.in l.ij.§.creditum,col.ij.verſic.aduerte,& ibi quoque Recentiores,ff.ſi cert.pet.& Sali.in l.ſi pacto,col.v.verſic.ad l.nuda,C.de pactis,& patet ex aliis,quæ diximus in d.repet.l.ſi vnquam,in verbo,poſtea.Sicuti & de dictione,poſteà,etiam tradit Alberi.in l.j.§.qui præſens, num. 4.ff.de verb.obli.vbi dicit eam dictionem ſignificare actum perfectum,& non pendentem , per l. nam & poſteà,ff.de iureiur.& l.ſi quis poſteà,ff.de iudici. Hincque ſupremus noſter ſenatus Pariſienſis cenſuit ordinationem regiam, quam vocamus , quæ ius facit relinquendæ appellationis intra octo dies pòſt ſequentes,his quidem verbis, *dedans huict iours apres prochains enſuyuans*. non comprehendere diem appellationis,ſed præter eum alios octo dies concedi. Ea autem ordinatio eſt xvj.earum,quas Carolus ſeptimus ſanxit.

*Poſtea quoq;.*

51 *Cùm opponũtur dictiones à,ab,ex.*

¶Limita ſeptimò non procedere,quãdo ea diſpoſitio,quæ tẽpus ſtatuit, præponit huiuſmodi dictiones,à,ab,ex,diei,ex quo terminus ſtatuitur:verbi gratia,à die cõtractus,ab appellationis die,ex die notificationis:tunc enim is dies non cõputabitur,vt de primis,ſcilicet à & ab,quæ eundẽ omnino ſenſum,eandémque vim & naturã habẽt,voluit gl.in d.c.ſtatutũ,in verbo numerandũ,paulò ante fi.ibi,tertiũ quod non fit,de præb.li.6.& ibi ſequũtur Imo.& alij,qui ex hoc dicunt, hanc dictionẽ,à,regulariter poni excluſiuè.& eſt gl. ſimilis in d.cle.ſicut,in verbo,à die, in princ.& ibi Archi.Ioã.And.& Cardi.Flor.de app.& voluit idẽ Io.And.in addi.Specu.ti.de citat.§.viſo,verſi. pe.ſuprà à nobis citato,& ti.de dila.§.dilationẽ,verſic.ſed pone.ipſe Archi.in c.j.col.vj.in verbo,à die,de elect.li.6.& in c.aliter,quod eſt vlt.iij.quæ.v.Iaco.Are.Angel.& Alex.in d.l.Gallus,in prin. ff.de li.& poſth.Arber.in l.vlt.ff.de Sena.Bal.Roma.& Alex.in d.l.j.ff.ſi quis cautio.idem Bal. in l.vlt.in prin.col.ij.verſi.ſed illud non eſt,C.de temp.app.& in l.ſcire oportet,§.aliud,ff. de excuſ. tut.& in d.l.eos,§.ſi autem,col.ij.verſi.quæro autem an dies,C.de app.in l.ratio,§. ſi per venditorem,in vtraque lect.ff.de actio.emp.& in l.à caligato,verſic.ſed pone quòd iudex,C.de nup.& in d.c.ſuper eo,le ij.col.j.& ibi Panor.Card.Alex.in iij.limit.& Philip.Deci.col.v.verſi.iſta concluſio fallit,de app.Angel.d.conſi.ccccciiij.in fi.Pet.Anc.conſi.ccccxiij.vltra rationes,in fi. Imo.Domi.& Philip.Fran.in d.c.frequẽs,de reſti.ſpol.idẽ Imo.& Frãc.Are.in l.ſi ex duobus,in princ.ff.de duo. reis.ex quibus ipſe Aret.dicit ſing.gl.in d.cle.ſicut.Domi.in c.j.in vlt.not.de elect.lib.6.Alex. cõſil.xlij.in cauſa,col.ij.verſi.reus autem,lib.2.& cõſi.cxiiij.viſa ſcripturarum,col.j.in fin.lib.5. Collegium Paduanum inter conſi.ipſius Alex.d.conſi.lxxxvij.col.vlt.lib.vij.Feli.in c.j.col.ij. verſi.& dum iſte tex.extrà de præſcr.Ferdi.Loaz in repe.rub.de iuſt.& iur.col.ix.num.68.& ſeq.

52 *A, & ab,dictiones ſeparatiuæ.*

¶Et hoc credo eſſe verius,licet Zenzel.tenuerit cõtrarium in d.cle.ſicut.& Arch.in d.c.ſtatutum, col.j.in verbo,à die.de præb.lib.6.& Raph.Fulg.in d.l.j.ff.ſi quis cautio.Nam hæ dictiones , à, & ab,ſuapte natura,niſi aliud obſtet,ſunt excluſiuæ,& ſeparatiuæ:vt præter ſuprà dictos voluit glo. in d.l.ratio,§.ſi per venditorem,in fin.ff.de actio.emp.& in d.l.ſi ex duobus,in prin.in verbo , ab altero,& ibi Ang.ff.de duob.reis,Cy.& Sali.in d.l.à caligato,Bart.in l.meminiſſe,in prin. ff. de offic.Procon.Oldr.latè conſi.xlix.conſueuit dubitari,col.j.Signo.cõſi.cj.factum ſic ſe habet; infans, col.ij.verſi.prætereà cùm diffinitio.Bald.qui notanter tamen diſtinguit in l.nuptæ,§.Senatores,ff. de Senato.& in l.militis codicillis,ff.de teſt.mili.& in c.cæterũ,col.pen.verſi.itẽ ſcias,extrà de iudi.

& in c.j.col.ij.de ſeq.poſ.& fruct. & in c.excommunicatis, quod eſt pe.& ibi Barb.in ij.not.extrà de offi.leg.& idem Bal.in c.ego N.de iureiu.& plenè ac pulchrè d.conſi.457.col.iij.lib.1. repetitio in aliis duobus locis,vt ſuprà diximus,& conſi.357.nota pro duce,col.ij.verſic.ſequitur,lib.5.Pet. Anch.in d.c.ſtatutum,col.ij.in v.no.de præben.lib.6.Lucas Pen.in l.j.ad fin.C. vt nemo ad ſuum patro.lib.11.Pet.Ferra.in tit.forma cap.act.in verbo,vſque ad Calen.Ianua.cum aliis cõcor.adductis ab Alex.in addi.Bar.in l.patronus,§.Sempronio,ff.de leg.iij.& d.conſi.42.lib.3.& Maria.in c. literæ,col.xij.extrà de dilatio.& Corne.conſi.259.quæritur à me,col.vlt.lib.1.

*A, & ab, pro poſt.*

53 ¶Quod & ex eo ſatis probatur,quòd qui rectè ac propriè loquuntur,iis dictionibus,à & ab, pro dictione poſt, quæ & ſeparatiua eſt,vt diximus in præcedenti limitatione, ſæpe vſurpant : vt de priore Pomponius noſter in l.ij.§.quod ad magiſtratus,ff.de ori.iur.vbi ita ſcribitur, Et veluti ſecundum locum à regibus obtinebat,id eſt,vt annotat Zaſius,poſt reges:neque enim is rex erat.& Suetonius in Cæſare:Plebs ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſsij cum facibus tetẽdit.Et Plinius libr.25.ca.v.Hoc contingere,ſi à conceptu ſuccus continuus bibatur in paſſo.Et paulò poſt. Quarto die à balneo coire eos.Et latè diximus in repe.l.ſi vnquã,in verbo,poſtea, nu.18.his adde,quod cum.De dictione etiam,ab,eſt illud in eundem ſenſum Plauti in Pœnulo:Iam ab re diuina credo apparebunt domi.Et Columellæ,lib.11.c.xv.Poſt hæc quæ diximus,ouillum,& ab hoc caprinum eſt.Et Ouidij,Triſtium lib.4.Elegia x.eademque vlti.

*Tu mihi (quod rarum eſt) viuo ſublime dediſti*
*Nomen ab exequiis quod dare fama ſolet.*

Vt interim omittam Accur.ita hanc dictionem exponentem,in l.neminem,in prin.C.de decu.lib.x.Nec interim prætermittam,quoſdam eſſe qui inter huiuſmodi dictiones à,& ab,diſcrimen faciunt , quantùm ad vim excludendi,vel includendi,vt per Alb.in l.j.§.æſtatem,ff.de aqua quoti.& æſtiua.

*Ex, dictio, an ſeparatiua.*

54 ¶De dictione,ex, (ea enim ſupereſt) vt ſcilicet præpoſita diei,eum diem excludat,teſtis eſt Bal.in d.l.vlti.in prin.vbi ſuprà allegauimus,C.de temp.app.& in d.l.j.& ibi Pau.Caſt.& Alex.ff.ſi quis cautio.& idem Bal.in l.vlt.col.ij.C.de iure domi.impet.ipſe Alex.in addi. Bar.in d.l.pater,§.ſexaginta,ff.de adul.Feli.in d.c.j.vbi ſuprà,extrà de præſcr. Et huc quoq; referri poteſt gl.in d.c.quiſquis,in verbo,ex ea die.iiij.q.v.Nam & hæc dictio tempori appoſita etiam poſt ſignificat.Plautus in Perſa:Bonus volo ex hoc die eſſe,quod neque fiet,neque fuit.Et Plinius lib.Epiſtol.x.ad Traianum:Athletæ,domine,ea quæ pro Iſelaſticis certaminibus cõſtituiſti,deberi ſibi putant , ſtatim ex eo die,quo ſunt coronati. Quod & probat tex.in l.j.§.j.iuncto §.ſi mulier,ff.de libe.agn.Nam in eodem caſu nũc loquitur per dictionem poſt,nunc per dictionem,ex,quaſi ſint eiuſdem omnino ſignificationis.Sed ſuper hoc tex.vide quod dicam infrà verſi.ab hinc iij.Et dicit Bal.conſi. 196.ſtatuto cauetur,paulò ante fin.lib.4.quòd hæc dictio,ex,eſt ſeparatiua, per l.j.§.ex incendio, ff.de incend.rui.naufra. Nec omiſerim tamen pleroſque Grammaticos ſic eas dictiones,à, & ex, ſeparauiſſe,vt à fundo venire ſit non ex intimo ipſo fundo,ſed ex loco,qui proximus eſt fundo, venire.Ex fundo autẽ,ſit ex intimo ipſo fundo venire.Quæ ſententia ſi vera eſt,vt certè vera eſt, & placuit Tullio in oratione pro Aulo Cecinna,ea quæ diximus hoc verſi.omnino deſtruit.

*Veráne ſit hæc limitatio & ſecunda prioris opin.*

55 ¶Sed vt intelligas,quid interſit inter hanc limitationem , & ſecundam prioris partis:hîc quidem ſtatuitur tempus à die actus:ideò non niſi finito die incipit:illic verò ſtatuitur ab ipſo actu,ideoq; & ab ipſo actu finito continuò computatur.Tamen Bar.in d.l.pater,§.ſexaginta.ff.de adult.affirmat,nihil differre,dicas,ex die diuortij,an ex diuortio.Nam tex.ibi dicit,à diuortio:quod tex.in l. præcedenti,§.ſex menſium, & §.ſeq.dixerat,ex die diuortij, ſicuti in l.j.§.accuſationem,ff.ad S.C. Turpi.Et ſic (inquit) videtur,quòd in vtroque currit tempus de momento ad momentum,quod dicit eſſe tenendum pro ſtatutis.Cui adde & tex.in l.Thais,§. pro hærede,ff.de fideic.lib.de quo textu & nos diximus in dicta ſecũda limitatione prioris partis,& tex.in l.j.§.ex die quo,ff.de vi & vi arma.vbi primùm dicit,ex quo die quis deiectus eſt,poſteà autẽ dicit,ex quo quis deiectus eſt: vt etiã intelligas,nihil referre,dicas,ex quo quis deiectus,an ex quo die.Et ſanè planũ eſt in caſu d.§.fructus eſſe reſtituendos,nõ tantùm qui poſt diẽ deiectionis,ſed & qui ipſo die poſt deiectionem percepti ſunt.Et etiã in l.quæſitum eſt,§.ex hoc,ff.de preca.vbi primùm dicit,ex eo tẽpore, ex quo interdictum editũ eſt:& mox ſubdit,ex die interdicti editi.Et in l.Caius,ff.de excu.tuto. vbi his promiſcuè vtitur,ex qua die,& ex tempore negotij, & in l.tempus,ff. de vaca.muner.vbi quod primùm dixerat,ex eo die,poſteà dicit,ex eo tempore,& in l.annus,ff.de calum.quæ etiam promiſcuè his verbis vtitur,ex eo tempore,quo quid factum eſt,& ex die,quo factum eſt.

56 ¶Et hoc quoque confirmat,quod tex.in l.j.§.biduũ,ff.quando appel.ſit,ſcribit, tempus ad appellandum præſtitutum computari ex die latæ ſententiæ.Et tamen is dies in eo tempore cõputatur, vt diximus ſuprà,nu.21.nam tempus,inquiunt.Et illic ſcriptis adde tex.apertè probantem illud, quod ſcribitur in d.§.biduum,ſcilicet,illud biduum vel triduum appellationis, intra quod illic iubetur appellari ex die latæ ſententiæ,ita debere intelligi,vt is dies ſententiæ in illo biduo vel triduo connumeretur.Is tex.eſt in ea ipſa l.§.quod in ſententiis,qui continenter ſequitur d.§.biduũ, cùm dicitur,vel altera die,vel tertia prouocetur,atque etiã in l.eos qui,§.ſi autem in iudicio,C.de appel.Sed illud fit,quia ita aliis iuribus declaratur iuxta ea,quæ ſuprà diximus in ij.limitatione huius partis,& in xij.alterius.Sed & in hanc partem facit text.in l.eius qui iuſtũ,ff. ad munici.vbi ita ſcribitur:Eius,qui iuſtum patrem nõ habet,prima origo à matre:exque eo die, ex quo editus eſt, numerari



numerari debet.Nam ridiculum eſſet,ſi is dies in illis verbis compræhenderetur. Niſi diceres , id debere intelligi ſecundum vj.limitationem prioris partis,vt ſcilicet is dies cedat commodo iſtius, tametſi ex verborum proprietate non compræhendatur.

57 ¶Vt interim non omittas tex.in d.l.j.§.j.ibi,intra xxx.dies poſt diuortium connumerandos, & in §.ſi mulier,ibi,dies autem xxx. continuos accipere debemus ex die diuortij,ff.de libe.agno.Nam priori loco dicit,poſt diuortium,non poſt diem diuortij:poſteriori autem,ex die diuortij, tanquã ea ſint eadem , nihilque interſit,dicas,poſt diuortium,ſiue à diuortio:an à die, ſiue ex die diuortij,cùm tamen,à, & poſt, vt ſuprà diximus, eandem ſignificationem & vim habeant.Ex quo & Albe.in d.§.mulier,hæc duo loca inuicem conferens aſſerit in eo caſu diẽ diuortij computari.Et tex.in l.ſi in Aſia,§.vlt.ff.depoſi.vbi aperte ſignificatur,ea verba,ex die quo quid actũ eſt, ipſum quoque diem cõprehendere.Et vt id quoque cõprobemus autoritate externorum ſcriptorũ, Liuius grauiſsimus autor lib.4.Belli Maced.Vt pax,ait,ex autoritate Senatus confirmaretur,ex qua die ſcriptæ conditiones pacis editæ Nabidi forent, ea dies vt induciarum principium eſſet. Nam & hîc vides his verbis,ex ea die,eam ipſam diem contineri.

*De dilatione expectatoria.*

58 ¶Limita octauò,vt non procedat in dilatione expectatoria,quæ datur parti,vt veniat , aut ſimile quidpiam faciat.nam huiuſmodi dilationes non includunt diem termini,vt voluit Bal.in d.c.ſuper eo,le ij.col.j.de app.ita intelligens tex.in d.l.j.ff.ſi quis caut. Nam (vt ipſe ſubdit) huius dilationis propria ac genuina natura eſt,differre,l.& ſi poſt tres,ff.eo.tit.& c.conſuluit, extrà de offi. deleg.& id ſequitur Card.Alex.in d.c.ſuper eo,col.iiij.verſi.fallit quartò.

*Quid in dilatione legali.*

59 ¶Limita nono,id quoque non procedere in omni dilatione legali , quæ ſcilicet à lege vel ſtatuto præſtituitur: nam nec in ea dies termini computatur in termino,ex æquitate illa expreſſa in d. c. frequens,de reſti.ſpol.lib.6.& in d.c.pia,de excep.eo.lib.quæ quidem æquitas extenditur ad ſimilia,adeoque ad omnes dilationes legales,ita enim voluit Bald.in d.l.eos,§.ſi autem,col.ij.verſi.aut non procedit,C.de app.& ſequitur Card.Alex.in d.c.ſuper eo, col.iij.in v.limitatione,de appel. Et ſi id verum eſt,multa ex iis corruent,quæ ſuprà diximus.

*Quid ſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.*

60 ¶Limita decimò,vt procedat,niſi ex ſubiecto argumento ſuaderetur diem termini nõ eſſe computandum in termino.Nam id totum an ſcilicet computandus ſit,an non,aſsignat ſubiectæ materiæ,Bal.in c.capellamus,extrà de fer.vt etiam diximus ſuprà in ix.limitatione prioris partis quę eſt in nu.35.Nam & aliàs ſemper,& in vniuerſum ſubiecta materia ad ſe veluti trahit ſignificationes interpretationeſque verborum , etiam contra vim & naturam propriam eorum,l. ſi vno, in prin.& ibi gl.Bar.& Bal.ff.locat.cum aliis multis concor.à me late congeſtis in repe.l.ſi vnquam, in verbo,reuertatur,nu.37.incip.& aliàs etiam videmus.

*Deciſio principal. quæſtionis.*

61 ¶Igitvr (vt redeamus ad ſpeciem noſtræ conſuetudinis) cùm res hæc,de qua agimus,vtrum ſcilicet dies termini computetur in termino,ſit admodum anceps & dubia,& quæ contrarias habeat opiniones,multis rationibus & autoritatibus ſubnixas , recipiatque multas vtrinque limitationes:crediderim noſtram conſuetudinem,aliaſque loquentes de anno & die,hunc ipſum diem adieciſſe,qui annum terminaret eodem die menſis,quo incepit,atque ſic computato die termini: quod idem eſt ac ſi annus ſine adiectione diei ſtatueretur,& dies non computaretur:id eſt(vt facilius omnes intelligant)nihil intereſt annúſne ſimpliciter ſtatuatur,an annus & dies,eſtque idem per omnia terminus:quia cùm annus ſimpliciter dicitur,intelligitur,non computato die termini: & cùm annus & dies, computato. Nec video,quare anno dies adiicitur , niſi ad ſummouendam illam controuerſioſsimam controuerſiam,vtrùm dies termini computetur in termino.

*Annus ſimpliciter, & annus & dies, an differant.*

62 ¶Id quod omnino clarũ eſt in caſu noſtræ conſuetudinis,quæ in hoc caſu nõ annum ſimpliciter ſtatuit infrà §. xix.xx. xxj. xxxij. & vlt.nunc annum & diem,vt hîc, & §.viij.xj.xiiij.xvij.xxvij. xxviij.xxx.xxxj.xxxv.vt hinc neceſſe ſit intelligere,eundem eſſe omnino terminum,qui alicubi annus dicitur,alibi annus & dies:annus ſcilicet,non cõputato die termini:annus & dies , cõputato:ne noſtra conſuetudo eodẽ in titulo & caſu ſecum diſsideat.Nam & ex multis Frãciæ cõſuetudinibus aliæ retractui annũ ſimpliciter præſtituunt,videlicet Pariſienſiũ,Ambianenſiũ , Monſtrolienſiũ,& Arteſienſiũ.Aliæ annũ & diem,ſcilicet Meldenſium,Meldunenſiũ,Senonẽſiũ, Trecenſium,Caluimontenſium in Baſsigniaco,Victriacenſiũ,Carnutenſiũ, Aurelianenſium, Turonenſium,Cenomanenſiũ,Andegauenſium,Bleſenſium,Dunenſium , Angoliſmenſium,Rochelenſium,Burgodionenſium,Morinenſium.Sed & apud Auxerrenſes, quos Altiſsiodorenſes vocant,cõſuetudo retractus nunc de anno ſimpliciter loquitur,nũc de anno & die,vt noſtra. Nã §. j.huius tit.qui eſt omnium xxxij.primùm loquitur de anno & die, deinde de anno,& §.iij.qui eſt omnium xxxiiij. de anno: & vltimus qui eſt liij. de anno & die.Similiter apud Landunenſes & alios Veromandienſes,partis iij.tit.viij.§.j.qui eſt lxxv.eiuſdem iij. partis fit mentio anni & diei.& §.v.qui eſt lxxix.eius partis,& §.ſeq.fit mentio vnius anni ſimpliciter.

*Cõſuetudines de tẽpore retractus.*

63 ¶Et quoniam etiã videmus in caſu huic noſtræ cõſuetudini omnino ſimili,videlicet in facultate conceſſa adgnatis retrahẽdi feudũ extraneis venditũ,quòd annus ſimpliciter ſine diei adiectione conceditur,c.ſi Titius.tit.ſi de feu.fue.contr.ex quo multi hunc annũ,à noſtra cõſuetudine cõſanguineis conceſſum,proditũ exiſtimãt:vt latè diximus ſuprà in proxima gl.poſt prin.quaſi ſcilicet idẽ ſit illic annus,quod hîc annus & dies.Et aliàs quoque videmus , quòd c.j.& ij. extrà de eo qui mit.in poſ.loquũtur ſimpliciter de anno,qui datur reo ad reuocandã miſsionẽ in poſſeſsionẽ, de

qua ibi. At c.cùm veniſſent, eo.tit.in eodem caſu loquitur de anno & die, vt etiam illinc intelligas, nihil inter vtrumque differre. Quod tamen nõ intelligens Bal.in poſtremo loco, col.ij.verſi.item no.quod de anno, dicit, legibus id cautum eſſe, quod de anno ſimpliciter dicitur: ſed de die addito illi anno, nulla lege cautum reperiri, ſed iudices illic diem addidiſſe ex ſua forma. At ſimile eſt, quod tex.in c.puella, xx.q.ij.& in c.ij.extrà de reg.loquentes in eodem caſu illic annum ſimpliciter ſcribant, hîc annum & diem. id quod perceperunt gl.Inn.& Hoſt.in poſteriori loco, ſupplentes ex eo reliquos, nec tamen rationem reddentes.

64 ¶Et hanc noſtram ſententiã non mediocriter confirmat, quod ad noſtrã conſuetudinẽ priuatim pertinet, quòd tex.in c.cõſtitutus, extrà de reſt.in integ.qui de hac noſtra cõſuetudine expreſſam facit mentionẽ, his verbis vtitur, intra annũ & diem à tẽpore contractus: ex quibus verbis, à tempore cõtractus, apertè datur intelligi, diem ipſius cõtractus in illo anno & die cõputari, per ea quæ ſuprà diximus in ij.limitatione prioris partis, quæ eſt in nu.24. Et huc referri poteſt, quod ſcribit Ant.in d.c.ij.paulò ante fi.extrà de reg.quòd ſi vnus teſtis deponit de anno, alter de anno & die, non propterea vitiatur eorum teſtimonium, argu.eius, quod diximus in fi.præcedentis verſi.

65 ¶Sunt autẽ, ne hoc prætermittamus, & alij tex.loquẽtes in aliis caſibus de anno & die, nõ quidẽ in iure in ciuili, aut Canonico (quãtũ ego nũc meminerim) ſed in Vſibus (vt vulgus noſtratiũ appellat) feudorum, videlicet in c.j.tit.quæ ſit pri.cau.bene amit.& in c.vlt.tit.de prohib.feud.ali.per Lothar.& in c.præterea ſi quis, tit.de prohib.feu.ali.per Fed. & in c.j.titu.de cap.Corra.in quibus locis nec gl.ordi.nec cæteri Doct.quos hactenus legimus, quantũlibet oculatiſsimi, nihil omnino loquũtur de hac, quã tractamus, quæſtione, nec quare ille dies ſit anno additus, verbũ quidẽ vllũ faciunt: videãt cæteri, ſi aliam rationem afferre poterunt: ego autem (quod iam dixi) nullã video.

66 ¶SED quia etiam ſuprà tractauimus, an dictiones quædam ſint excluſiuæ & ſeparatiuæ, an verò incluſiuæ, non penitus intempeſtiuum, nec ab hac tractatione alienum erit, ſi de aliis quoque ſaltem remiſsiuè, vt noſtri loquuntur, diſſeramus. Igitur de dictione vſque, vide tex.gl.Bar.Alb.latè, & alios, in l.patronus, §.Sempronio, ff.de leg.iij.gl.& alios in l.id eſt, ff.de dol.mal.gl.Iac.But. Alb. & Sal.in authen.hoc ius, C.de proc.gl.Inn.Io.And.Colle. {Aegid.Bellame.latiſsimè omnium} & Pan.in c.j.extrà de ordi.ab Epi.qui renun.epi.glo.in c.quamuis, in verbo, vſque, de præben.lib.6. Old.d.cõſi.49.col.j.Arch.in c.ſi gratioſe, de reſcr.lib.6.Io.And.in c.ij.extrà de obli.ad ratio.Pau. Eleaz.in repe.c.cùm dilectus, in prin.extrà de fide inſtru.Cy.Bald.Sal.& alios in d.l.à caligato, C. de nupt.Pet.Iaco.tit.ſuper condi.ex moribus, colum.v.verſi.ſed poteſt dici.Bart. Imo.Fran.Aret. & alios Recentiores in l.eum qui certarum, in prin.ff.de verbo.obli.Ipſum Bar. & Bal.in vtraque lect.in l.meminiſſe, ff.de offi.procon.Henric.Boh.in c.cõſtitutus, extrà de reſti.ſpol.Albe.in l.vlt. §.j.verſi.vlt.ff.de Senat.Bal.in l.ſi oleum, §.meritò, ff.de dol.mal.& in l.filiusfamilias, in prin.& ibi quoq; Imo.ff.de leg.j.& in l.poſt duos, C.de aduo.diuer.iud.& in l.ij.col.ij. & ibi Iaſ.col.lvij.verſi. decimò iuxta prædicta, C. de iure emphy.& in auth.hoc amplius, col.vlti.C.de fideic.& in c.cùm dilecti, nõ ſemel, & ibi Pan.col.j.extrà de do.& cõtu.& in c.vlt.col.j.extrà de dila.& in c. capellanus, circa mediũ, extrà de fer.& in c.venerabilis.col.j.verſi.ſed id quæro, eo.tit.& in c.ſignificãte, col.ij.verſi.ſed ſi non apparet, de reſcr.& in c.ſicut, poſt prin.de cohabi.cleri.& mulier.& in c.j.§. & quia vidimus, col.vij.verſi.extra noc.tit.qui feudũ dare poſſ.& in c.j.§.ſi quis de Manſo.col.iiij. verſi.quæro de fluminibus, tit.de controuer.inueſtit.& conſi.410.verba dicunt, poſt prin.& iterũ ante fi.lib.1.quod repetitur conſi.413.lib.5.& eundẽ Bal.cõſi.448.cõceſſa eſt, lib.3.quod repetitur cõſi.375.lib.4.vbi decidit, an ſi fuerit cõceſſa emphyteuſis vſque ad tertiã generationẽ, cõputetur primus recipiens.Luc.Pen.& Io.Pla.in l.peculiari.C.de proximis ſacr.ſcrin. lib.12. Ange.in §.j.in Auth.vt ab illuſtri, Imo.in l.j.ff.de condi.inſtit.& conſi.x.in caſu præmiſſo.in primo dubio, Mart. Laud.poſt And.Iſer.in §.& quia vidimus, col.pen.verſi.quæro an dictio, & ibi quoq; Card. Alex. col.pen.in ver.eiuſdẽ initij, tit.qui feud.dar.poſ.Pet. Ferra.tit.forma cap.quãdo tex. prod.ad æter. rei memoriam, in verbo, vſque ad Calend.Ianua.Alex.conſi.111.circa primũ, col.v.verſi.& prædicta, libr.3.& conſi.26.conſideratis verbis, ad fin.lib.4.& conſi.114.viſa ſcripturarum, col.ij.lib.v. & conſi.125.attentis verbis.col.j.& ſeq.eo.lib.5.Barb.in rep.l.cum acutiſsimi, col.vlt.verſi.adde Ang. C.de fideicom.Soci.conſi.25.dominus Franciſcus, col.2.verſi.quare aſſumo, lib.1.& è Grammaticis Priſcianum, libr.1.& è Theologis D.Auguſtinum, in Pſal.13.enarrantem illud, Non eſt, qui faciat bonum, vſque ad vnum. Et in Pſal.cxij.ſuper illud, A ſolis ortu vſque ad occaſum.

*Vſque, dictio ſit ne excluſiua, an incluſiua.*

67 ¶De dictione (ad) vide tex.in l.non putabam, & ibi Albe.ff.de condi.& dem.& in l.qui filium, §. vlti.verſi.ad annum, ff.ad S.C.Treb.& in l.qui duos, §.j.ff.de manu.teſt.& in l.quidam Hyberus, cum glo.in verbo, ad parietem, & ibi Bar.ff.de ſerui.vrb.præd.& glo.in l.militis codicillis.in prin. & ibi Bart.& Bald.ff.de teſt.mil.Archi.in c.presbyter, in prin.lxxviij.diſt.& in ca.eccleſias.xiij.q.j. Old.d.conſi.49.col.ij.verſi.de ad, quòd includat.Io.And.in d.c.ſi gratioſè, de reſcrip.lib.6.Alb.in d.Auth.hoc ius, col.ij.C.de proc.& in l.ordinata, paulò ante fi.ff.de libe.cau.& in dictionario, in verbo, ad Bar.& Bal.in l.ſi cui legetur, in prin.& ibi quoque Alex.& Franc.Aret.col.ij.ff. de leg.j. Bal.in rub.ff.ſol.matri.circa medium, & in d.c.ſi quis de Manſo.col.iiij.vbi ſup.titu.de contro.& conſi.31.præſuppoſitis verbis.lib.4.quod repetitur conſi.356.eod.libr.4.Imo.d.conſil.x.Floren.in l.item ſic, §.qui habet, ff.de ſerui.ruſti.prædio.Alex.conſi.54.viſo proceſſu, col.iij.verſi. itaque pro dimidia, libr.5.& Cæpol.conſi.ij.ſuper caſu, col.iij.verſicu.v.hoc probat. Petr.Ferra.loco alleg.in

*Ad dictio.*

præced.



præced.verſi. {illudque Horatij lib.Epiſtolarum 2.epiſt.quoque 2.

*—Laſſus, dum noctu ſtertit, ad aſſem*
*Perdiderat.* Id eſt, integrum aſſem, omnes facultates.}

Vt tamen interim non omittas multis Grammaticis hoc intereſſe inter ad, & in, vt in theatrum ire, ſit theatrum intrare: ad theatrum verò ire, in locum theatro proximum ire. Nec illud quoque, hanc dictionem, ad, interdum idem ſignificare, quod poſt. Tullius ad Atticum libr.12. Aut neſcio quid interſit, vtrùm illuc nunc veniam, an ad decem annos. Rurſumq́ue: Solebat me pungere, ne Sampſicerani merita in patriam ad annos ſexcentos maiora viderentur, quàm noſtra. Super quo & tu videas è noſtratibus Alex.conſi.137.in cauſa & lite vertente inter Lancelotum, col.iij.verſi. peccat & in alio, lib.2.

*Ad & in, an differant.*

68 ¶De dictione, vltra, vide tex.in l.ſi vltra, & ibi Iaco.But.& Bal.& Ang.C.de fideic.omnes propè in c.Raynutius, extrà de teſta.& ibi præcipuè Bene.in rep.in verbo, Alterochæ filiæ impuberi vltra dotem, in prin.gl.in cle.j.in verbo, facere.& ibi Steph.Guil.Laur.Imo.col.iij.ſuper eadem glo. & Cardi.Flor.in xxij.q.de vſur.Io.Mo.in c.j.de temp.ord.lib.6.Bar.in l.qui ita.ff.de dot. præleg. Bal.in auth.ad hæc, col.ij.verſi.ſed dubitatur, C.de vſu.& in l.poſthumus, col.j.in addi.ff.de inof. teſta.& in l.eum qui, §.qui iniuriarũ, col.vlt.verſi.& prædicta, ff.ſi quis caut.& in c.vlt.col.j. verſi. & ex hoc not.titu.de fratri.de nouo bene.inue.& conſi.473.quidam emerunt, in prin.lib.1.quod repetitur conſi.411.lib.5.Imo.in c.vltra tertiam, extrà de teſtib.Rapha.Co.conſi.111.ciuis quidam. Flor.col.ij.verſi.pro parte negatiua.Raph.Fulg.conſi.xl.dominic.teſtator, col.ij.Rom.in d.l.j.ff. ſi quis cautio.Corn.poſt Sal.in l.filiam, C.de collat.& conſi.13.quamuis videatur, col.ij.verſicu.item ſi obiiceremus, & iterum verſicu.nec obſtat, quod ſuprà libr.1.Barbat.conſil.74.omnia quæ facitis, colum.vj.libr.3.glo.prag.ſan.titu.de friuo.app.§.quodq́ue ante, in verbo, vltrà.Stepha.Bertran. conſi.369.ponitur, colum.ij.lib.2.& conſi.clxiiij.ponitur in princip.lib.4.Phil. Dec.conſi.cxc.circa primum dubium, colum.vlti.verſic.quartò quod repetitio.& conſi.ccxc.domina Blaſia, col.j.poſt prin.iterumq́ue colum.ij.& iij.verſi.nec obſtat quòd illa dictio.& conſi.ccccxxiij.negari, col.j.vbi & alios citat.

*Vltra.*

69 ¶De dictione, citra, conſequens eſt dicere: nam hæc, & illa, ſunt veluti oppoſita, vt per Bal.in addi. d.conſi.411.lib.5.& probat illud Horatij,

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos vltra citráque nequit conſiſtere rectum.*

*Citra.*

Et illud Plinij, lib.x.ca.xxiij. Et quamuis vltra citráque peruolent, nunquam tamen adueniſſe vſquam, niſi noctu exiſtimantur. Sicuti, vltro citroq́; l.ſi quis ex argentariis, §.rationem, ff. de eden. & l.ſeruus meus, ff.manda & l.quemadmodum, §.vlti.ff.de condi. indeb.& l.ij.in prin.ff. de neg. geſt.& l.labeo, lib.j.ff.de verb.ſign.& Tullius in actione in Verrem vij. Monumentum ſceleris audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ, veſtibulo Siciliæ, prætervectione omnium qui vltro citróque nauigarent. Et in oratione pro Sexto Roſcio Amerino: Poſteà homines curſare vltro & citro non deſtiterunt. Et lib.6.de Repub.in Somnio Scipionis: Multiſq; verbis vltro citróque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. Et lib.2.de Natura Deorum: Sic naturis his, ex quibus omnia conſtant, ſurſum deorũ, vltro citróque commeantibus mundi partiũ coniunctio cõtinetur. Cæſar lib.1.belli Gallici: Cùm ſæpe vltro citróque legati inter eos mitterentur. Varro lib.3. de re ruſtica: Piſciculi vltro citróque commeant. Pli.lib.13.c.xvij. Quin & exercitus paſtos accepimus, vltro citroq; commeantes per Africã. Suetonius vltro citro ſine coniũctione dicit, in Caligula c. xix. Per hunc pontẽ vltro citro commeauit. Igitur (vt redeamus) de dictione, citra, vide {tex.gl.& alios in l.vlt.ff.de calum.} Bal.in l.falſus, col.iij.verſi.& no.de iſta dictione, & ibi Ang.in repe.col.ij.& ſeq.C.de fur.Bal.in d.l.ſi eum, §.qui iniuriarum, col.vlt.ff.ſi quis caut.& in l.indicia, ad fi.C.de rei vendi.& in l.tranſigere, C.de tranſact.& in ſua Marg.in verbo, citrà. & d.conſi.463. in prin.lib.1. Bar.in l.Celſus, col.vlt.verſi.ſed circa huiuſmodi, ff.de vſuc.Luc.Pen.in l.j.col.ij.C.de iure fiſc.lib. x.Domi.conſi.18.Chriſti nomine inuocato, quia copioſè, in ij.dubio.Pau.Caſt.conſi.314.ſuper eo quod quæritur, col.iiij.verſi.tertiò facit, lib.1.Alex.conſ.45.viſis atteſtationibus, col.ij.verſi.ſed illa verba, lib.2.& conſi.108.in cauſa & lite vertente inter dominos, col.iij.verſic.ſecundus teſtis, eod. lib.2.& conſi.118.in cauſa & lite vertente inter Antonium, col.pen.verſ.& ſimiliter dicunt, eo.lib. 2.& conſi.78.quoniam omne datum, ad fin.lib.5.& conſi.98.conſideratis his, etiam ad fi.eod.lib.5. Card.Alex.in c.nominationes, §.venales.ij.q.vj.& Phil.Dec.in l.certum, in prin.C.vnde leg.

*Vltra citraq́.*
*Vltro citroq́.*
*Vltro citro, ſine copula.*
*Iterum de dictione citra.*

70 ¶De dictione, ante, vide l.qui ante Calendas, & ibi Doct.præſertim Alex.& Fran.Aret.ff. de verb. oblig.& l.eum qui ita.§.qui ita ſtipulatur, ante, eo.titu.gl.in d.c.anteriorum, in prin.ij.q.vj. Old.d. conſi.49.col.vlt.Ioan.And.in c.præterea, le ij.col.ij.in verbo, infr.xx.dies, extrà de app.& Albe.in auth.hoc ius.col.ij.C.de procu.& in dictionario, in verbo, ante. Et facilè intelligere poſſumus ex iis, quæ diximus de dictione poſt, ſuprà, nu.49.limita ſextò. Nam hæ dictiones, ante, & poſt, ſunt earundem virium & naturæ, ſeque mutuò reſpiciunt, vt latè docuimus in repet.l.ſi vnquam, in verbo, & poſteà, nu.14.nam & quamuis.C.de reuoc.dona.

*Ante.*

71 ¶De dictione, intra, vide tex.in l.ſi ſtipulatus fuero decem, ff.de verb.obl.& in l.ſi quis ſic dixerit, & ibi Alcia.ff.de verb.ſig.& in l.j.§.ſi intra, verſi.quod dicimus.ff.de ſucce.edic.& in l.ex facto.§. item quæro, verſi.ſed finis, iuncto præcedenti, & ibi Fran.Aret.col.vlti.verſic.no.vlti.ff.de vulg.&

*Intra.*

pup.& gl.in d.c.anteriorum.in prin.ij.q.vj.Old.d.conſi.49.Iaco.Are.Ray.& Bar.in l.qui ita,ff.de dot.præleg.Alb.in d.auth.hoc ius,col.ij.C.de procu.& in dictionario,in verbo,intrà,Bart.in l.j.§.cùm vrbem,ad fi.& ibi Alb.& Bal.in §.in initio,ff.de offi.præfect.vrb.eundem Bal.in ſua marg.in verbo,intrà.& conſi.115.ſuper primo puncto.lib.1.Ant.in d.c.præthereà,de app.Pan.in c.j.in ij.no.de auto.& vſu pali.Card.in proœmio cle.§.nec ſanè,in iij.q.Ro.& Fran.Aret.in d.l. qui ante Calendas,ff.de verb.obl.Alex.conſi.8.videtur fortaſſe,col.ij.verſi.præthereà etiam,libr.4.& conſi.211.ponderatis verbis,col.j.lib.6.& Corn.conſi.244.licet in hac,col.iij.verſi.quia nonnunquam,lib.1.Soc.conſi.211. breuiter,in princip.libr.2.& ex externis ſcriptoribus,Gellium lib.12.Noctium Atticarum,ca.xiij.

72 *Extra.* *Intra & extra.*

¶Nec in hoc omittendum eſt,hanc dictionem,intra,& dictionem,extra,ſibi ex diametro aduerſari:vt pater ex l.j.§.ſiue autem,ff.de aqua quoti.& æſti.vbi ita ſcribitur : Siue autem intra vrbem ſit aqua,ſiue extra vrbem,huic interdicto locus erit.& gl.in l.ſi fine,in fines,in fin.C.de euict.Ex quo & illud Ennij ex xij.Annalium,apud Priſcianum lib.6.

*Occumbunt multi læto ferróque lapíque,*
*Aut intra muros,aut extra,præcipe caſu.*

Atque illud Horatij lib.Epiſtolarum primo,epiſt.ij.

*Iliados intra muros pugnatur,& extra.*

*Intra & extrinſecus.* *Intra & poſt.*

Sicuti etiam,intrà,& extrinſecus,quod ab extrà fit. Columella libr.12.Rei ruſticæ cap.xliiij. Hæc vaſa & opercula extrinſecus, & intrà diligenter picata eſſe debent. Atque etiam intrà, & poſt l.j.in prin.ff.de vi & vi ar.cùm dicitur,Tantummodo intra annum,poſt annum verò, &c. & in l.in honorariis,in prin.ff.de actio.& obli.vbi ſcribitur, hæ etiam poſt annum darentur , cæteræ intra annum.& in l.ij.§.ſi primus,ff.de bono.poſ.ſecun.tab.Conſtat autem,has dictiones extra,extrinſecus & poſt,excludere,vt etiam de poſt,nuper diximus.

73 *Præter.*

¶De dictione,præter,quam & ea dictio,extrà,repræſentat, vt in eo loco Plauti in Amphitryone: Vt mihi,extra te vnum,mortalis nemo corpus corpore contigit. Et Terentij in Phormione:Neque cognatus,extra vnam aniculam,quiſquã aderat.Quibus planè conſtat,extrà,ſignificare præter,vt alibi ſæpe apud probatiſsimos autores. De hac igitur dictione , præter , vltra id quod iam ſubolere potes ex eo quod diximus,vide tex.in l.ſi ita legatum, & ibi Bart.Sal.Raph.Co.& Iaſ.ff.de leg.j.& l.Seia,§.vxori,& ibi Dy.Alb.& Bar.ff.de annu.lega.& l.j.& ibi gl.Bar.Sal. vtrũque quidem.in fi.Bal.Alb.& alios,ff.de pigno.actio.& in c.quæſitum,extrà de temp.ord.& in c.decet, & ibi Arch.de immu.eccle.lib.6.gl.& Arch.in c.Ebron,xiij.q.ij.Inn.in c.dudum,le ij.in fi.& ibi quoque Ant.& Pan.col.v.de elect.& in c.literas,& ibi etiam Hoſt.Panor.col.pen.Fel.in fi.& alios,de præſum.Old.d.conſi.49.col.vlt.Pau.Eleaz.& Recenti.in cle.j.de ſum.trini.eundem Pau.Io.Lign.& Imo.in cle.multorum,de pœni.Cy.Bar.Bal.Sali.& alios in l.actione,C.de tranſact.Collec.in c.tua nobis,col.ij.verſi.præter hæc,extrà de deci.Alber.in d.auth.hoc ius,col.ij.C.de procur.& in l.Cæſar,col.ij. verſi.quartò collige,ff.de public.& vectig.& in l.qui bona,§. ſi quis quia,ff.de dam.infect.& in dictionario,in verbo,præter,Bar.in d.l.ſi quis eum,§.qui iniuriatum,& ibi Bal.col.vlt.verſ.modò veniamus,& ſeq.& Recentiores,ff.ſi quis cau.eundẽ Bar.in d.l.qui ita,ff.de dot.præleg.Azo.à Ramengis in rep.c.nos in quẽquam,col.vj.verſi.cùm quæritur vtrum dictio,ij.q.j.Bal.in l.ſed & hæ,§.præter.ff.de proc.& in l.ſi tutor reipublicæ,§.vlt.ff.de tut.& ratio.diſt.& in l. data,col.x.verſi.& ſi dicatur,C.qui ac.non poſ.Luc.Pen.in l.ex eo,col.j.C.de agen.in reb.lib.12. Ang.in rep.d.l.falſus,col.ij.& ſe.C.de fur.& in l.ſi vltra.C.de fideiuſ.& conſi.294. quoniam in vltimis voluntatibus,col.ij.verſi.deſcendo ad primum.Ant.in c.ij.extrà de offi.vic.Pan.in c.cùm ab omni,in iiij.no.de vit.& hon.cler.Raph.Co.d.conſi.111.ciuis quidam,col.ij.verſi.eò magis.Card.Flo.in cle.j.in prin.in j.oppo.de ſum.tri.& in clem.j.§. verùm, in vij.no.de hæret. Ro.& Iaſo.in d.l.j.illum, col.j.in ij. notab.alterum colum.iij. { verſic.quartò pondera. } ff.ſi quis cau.eundem Rom.conſi.328. præſens conſultatio,colum.j. Ioan.Piat.poſt And.Baru.in l.agentes,col.ij.verſic.& no.quòd dictio.C.de ag.in reb.lib.12.Ang.Aret.in §.cùm autem,col.j.verſi.no.ibi præter bona, Inſt.de act.Barb.in c.ſi quis presbyterorum,col.vlti.extrà de reb.eccleſ.non alie.& d. conſi.74.col.vj.lib.3.Fran.Aret.in l.quicunque,in ij.not.C.de ſer.fugi.Corne.in auth.hoc amplius,colum.ij.C.de fideic.Card.Alex.in c.ſi quenquam,§.in omnibus,nu.1.2.q.iij.glo.prag.ſan.titu.de elect.§.ſi aliter, in verbo,præter,& iterum tit.de his qui in miſſa,§.j.Franc.Rip.in c.cùm Mar. Ferr.in xiij.not.ſub nu.19.extrà de conſti.

74 *In.*

¶De dictione,in,quæ omnino,aut propè eiuſdem ſignificationis eſt,atq; dictio intrà, de qua nuper dixi,vt ſcribit Gellius eod.c.xiij.lib.12.& probat tex.in d.l.j.§.quod diximus,ff.de ſucc.edic.& declarat Bar.in l.Gallus,§.ille caſus,col.ij.verſi.vltimò vos videtis,ff.de libe.& poſth.An igitur ſit excluſiua,an incluſiua,vide tex.in d.l.ſi quis ſic dixerit,& ibi quoque Alci.ff.de verb.ſig. & Old.d.conſi.49.col.vlt.& Signo.conſi.16.ſtatuto ciuitatis,in prin.& Alb.in d.auth.hoc ius, col.ij.& in dictionario,in verbo,in,& latiſsimè omnium Bar.& Bal.in l.Gallus,§.ille caſus ,& vtrũque quidẽ, col.vlt.& ibi etiam Recentiores,ff.de lib.& poſth.Bar.cõſi.109.contra Titium , verſi.ſecũdò quia dicit.Bal.in rub.ff.ſol.mat.col.j.& ij.& Imo.in cle.cauſam,col.v.verſi.quid autem,ſi in oſtio,& iterum col.ix.verſi.gl.in domo,de elect.& Pan.in cle.vlt.col.ij.verſi.aliud importat,de æta.& quali.Pet.Ferra.tit.forma c.quando teſtes prod.ad æter.rei memo.in verbo,vſque ad Calendas, col.j.&

omnino



omnino Alex.qui alios multos citat,d.conſi.137.lib.2. quo loco ſuprà citauimus,in dictione, ad. Et Alcia.lib. παρέργων ij.c.xxiij.vbi probat, hanc præpoſitionem cum accuſatiuo caſu,vſque ſignificare:vt apud Virgilium lib.9.Aeneidos:

*Aequaſſet nocti ludum,in lucémque tuliſſet.*

{Et Horatium lib.1.Epiſtolarum ad Lollium,

*—Dormiet in lucem.*

Et Martialem lib.1.

*—In lucem ſemper Acerra bibit.*

Cui adde eundem Martialem lib.7.Epig.ix.

*In lucem cœnat Sertorius.—*

75 ¶De dictione,circa, (ea enim nonnunquam pro, in, accipitur, vt apud Titum Liuium, libr.9.ab vrbe condita,Nam & circa omnia defecerunt in omnibus.) vide & tu Bal.in l.Rutilia,ff. de contrah.empt.& vend.& in c.dilecto,extrà de teſti.& in d.c.vlti.col.j.verſic.& ex hoc tit.de fratri.de no.benefi.inueſti. *Circa.*

76 ¶De dictione,infrà,vide Inn.in c.pia,col.j.in verbo,computato,extrà de except.Old.d.conſi.49.col.ij.Io.And.in d.c.præthereà,le ij.col.ij.in verbo,infra xx.dies,extrà de app.Collec.in c.j.in prin.& ibi quoque Pan.col.j.in j.not.extrà de cle.coniug.Bald.in ſua marg.in verbo, infrà, & d.conſi.115.lib.4.Alb.in d.Auth.hoc ius,col.ij.C.de procu.& in dictionario in verbo,infrà.Card.Flo.in d.proœmio cle.§.nec ſanè,in iij.q.& in clem.j.§.præfatæ,de ſtat.mon.Pan.in c.ex parte,in ij.no.extrà de reſtitu.ſpol.& in c.cùm virum,in j.no.extrà de reg.Corne.d.conſi.244.licet in hac,col.iij.verſic quia nonnunquam,lib.1.Petr.Ferra.in titu.forma reſpon.rei conuen.in verbo,in termino, col.ij.verſi.quid ergo ſi per iudicem. *Infrà.*

77 ¶De dictione,ſupra,ea enim opponitur illi dictioni infrà , & ſeſe vtraque mutuò atque ex oppoſito reſpiciunt:vt patet ex l.peregre,in fi.prin.ff.de acq.poſ.cùm dicitur,cùm ſupra terrã, an infra terram poſsideam,& in l.j.in multis locis,ff.de gradi.affi.& apud Quintilianũ lib.11.c.iij.eodemq; vlti.quo loco tractat de cultu oratoris. Nam infrà mulierũ eſt,ſuprà centurionũ.Et Tulliũ lib.4.Academicarum quęſtionum:Suprà,infrà:dextra,ſiniſtra:antè,pòſt.Et lib.epiſt.familiarium ix.epiſtola poſtrema:Supra me Atticus,infra Verrius.Plin.lib.2.ca.xxxj.Et plures ſoles cernuntur nec ſupra ipſum,nec infra. Vt ſuper,& infer , pro ſuprà & infra,apud Catonem,Rei ruſticæ c. cxlix. Ex Calendis Septembribus prato ſicco decedat,vbi pyrus florere cœperit prato irriguo,vbi ſuper inferque vicinus permittet,tum decedito.Niſi illic,ſuper inferque vicinus, pro ſupero inferoque vicino accipiatur.Nam cõtinuò ſubdit,vel diem certam vtrique facito:vt hæc verba ad ſuperũ & inferũ vicinum referãtur.De hac ergo dictione ſuprà,vide gl.in d.l.Seia,in verbo,ſuprà,ff.de dot.præleg.Iac.Aret.& Bar.in l.qui ita,eod.tit.Bal.in ſua marg.in verbo,ſuprà.Ang.d.conſi.294.quoniam in vltimis voluntatibus,col.ij.verſi.deſcendo ad primũ.Ro.in d.l.j.ff.ſi quis cau. Alex.cõſi.194.conſideratis,col.iij.verſi.ſatis eſt ergo,lib.2.Vt tamen interim non neſcias & hanc dictionem pro præter,de qua etiam ſuprà diximus,nonnunquam accipi. Virgil.lib.2.Georg. *Supra.* *Supra, & infrà.* *Super, & infer.* *Supra pro præter.*

*Rara ſit,an ſupra morem ſit denſa,requiras.*

78 ¶De dictione,ſuper,vide tex.in l.diuortio,§.quod in anno,ff.ſolu.mat.& ibi Dyn.Albe. & Iaſ.qui exponunt hæc verba tex.ſuper annuam mercedem,id eſt,vltrà,ſiue præter.In qua etiam ſignificatione vſurpauit & ipſe Virgilius lib.6.Aeneidos: *Super.*

*—Super & Garamantas & Indos*
*Proferet imperium.—*

Et Liuius lib.7.Secundi belli Punici : Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe , ſuper quàm primò malè pugnauerat:quia vagãte per Italiam Annibale , media æſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet:ſuper quàm (inquit) id eſt,præterquam.Et Plinius lib.epiſtolarũ v.ad Maximum: Angit me ſuper iſta,caſus iſtius. Idque propè ſolenne fuit { Suetonio & } Cornelio Tacito. { Ille enim in Tiberio cap.lv.Super veteres amicos ac familiares, viginti ſibi è numero principum ciuitatis depopoſcerat,veluti conciliarios in negotiis publicis.Et in Caligula c.xxxvj. Super ſororũ inceſta,& notiſsimum proſtitutæ Pyrallidis amorẽ,nõ temere vlla illuſtriore fœmina abſtinuit. Et in Nerone c.xxxj.Ad hunc impendiorum furorẽ ſuper fiduciã imperij,etiã ſpe quadã repentina immenſarum & reconditarum opum impulſus eſt.& alibi ſæpe.Tacitus autem } lib.3. Super eas ciuitates,quas memoraui.Iterumque:Super tot Senatores aduerſos.Et lib.4.Super Conſulatum,& & triumphalia de Getis,gloriæ fuerat bene tolerata paupertas.& alibi quoque ſæpe.

79 ¶De dictione, abſque, (nam & de ea quoque circa hanc vim incluſionis & excluſionis à noſtris diſputatur) vide gl.& Arch.in c.non eſt noſtrum,xxiij.q.v.Arch.in c.qui generaliter,in verſi.nedum,& ibi etiam Io.And.Domi.& Phil.Franc.de procu.lib.6.eundem Arch.& Domi.in c.ſtatuto,verſi.ſanè,de deci.eo.lib.6.Old.d.conſi.99.col.vlt.Albe.in ſuo dictionario,in verbo, abſque.& in d.Auth.hoc ius,col.ij.C.de procu.Bal.in d.l.data,col.vlt.verſi.& ſi dicatur.C.qui accu.nõ poſ.Lucam Pen.in l.ſi quis,ad fi.C.de fabri.lib.11. *Abſque.*

80 ¶De dictione,de, ( nam & ea ad hoc examen à noſtris quoque reuocatur,ſit ne excluſiua , an incluſiua ) vide Arch.in c.j.xiij.diſtin.Alex.in addi.Barto.in l.ratio,§.ſi per venditorem,ff.de actio.emp.& Fel.in c.quia indicante,col.vlt.extrà de præſcr. *De.*

*Iuxta.*

81 ¶De dictione iuxta, (nam & ea interdum pro intra accipitur) vide gl.& Bar.in l.quidam Iberus, ff.de ſerui.vrb.prædio.Iac.Aret.in l.teſtamentum,C.de inſti.& ſubſti.Archi.in c.venerabilibus,§.vlt.in verbo,iuxta,de ſen.excom.Nico.Mat.in l.admonendi,ff.de iureiur.Alb.in d.Auth.hoc ius, C.de proc.& in dictionario in verbo,iuxta.Ang.in l.militis codicillis,in prin.ff.de teſta.mil.Alex. conſi.120.omiſsis,col.j.verſi.nam reſpondeo,lib.2.& d.conſi.8.videtur fortaſſe,col.ij.verſi.prætereà etiam aſſumendo,& iterum verſi.ſeptimò nam præſupponitur,lib.4.& de aliis multis huiuſmodi dictionibus,videbis per Old.d.conſi.49.

## VENIR PAR DEVERS L'ACHEPTEVR, ADIRE EMPTOREM, GLO. XII.

*Non ſatis eſt, oblationẽ retractus facere apud acta.*

1 IGITVR non ſatisfaciunt huic noſtro ſtatuto , qui huiuſmodi oblationem faciunt apud acta,aut coram iudice,eamque poſteà notificari faciunt emptori,eumque citari faciunt proceſſurum in materia retractus,vt iam à multis fieri vidimus. Nam hîc dicitur,quòd conſanguineus debet adire ipſum emptorẽ.Et infrà,in §.ix.dicitur,quòd ſi conſanguineus non poſsit reperire emptorem,debet offerre vxori aut domicilio ipſius,quo in loco in fi.illius §.nos de hac re pleniùs dicemus,vbi omnino videbis.

*Retrahẽs debet ſuo periculo pretium ad emptorem deferre.*

*Quid ſi antè emptor erat in mora.*

2 ¶SED & ex hoc,quod dicitur conſanguineũ adire debere emptorem,& ei offerre pretiũ,ſatis intelligitur,etiam ſi nihil aliud id ſuaderet,debere conſanguinẽ id facere ſuo periculo,per text.in l. vlt.& ibi Bal.col.ij.verſi.& nota quòd debitor,C.de condi.inſer. & c.ſignificante, extrà de pigno. Quid autem ſi ſemel detulit pretiũ ad emptorem,qui recuſauit accipere, ideoque vocatus in ius, victuſque ac cõdemnatus eſt admittere conſanguineum ad retractum:qui quidem cõſanguineus (ne ei tempus curreret)iterum defert pretium, ſed in itinere ab hoſtibus vel prædonibus ſpoliatus eſt ſine vlla ipſius culpa:an tunc id cedet periculo ipſius,an emptoris?Et idem quæri poteſt in retractu conuentionali.Et id quidem cognoſces ex ſcriptis à Bar.in l.item illa,in prin.ff.de cõſti. pec.& ex tex.in l.qui decẽ,in prin.ff.de ſol.vbi inter cætera illud ſcribitur. Etenim nõ eſt æquũ, teneri eum pecunia amiſſa,qui non teneretur,ſi creditor accipere voluiſſet.

## L'ACHEPTEVR, EMPTOREM, GLO. XIII.

*An quilibet emptor teneatur admittere cõſanguineũ.*

*Indefinita an æquipolleat vniuerſali.*

1 CONSVETVDO noſtra hîc ſimpliciter loquitur de emptore,tanquam ſcilicet quilibet emptor,quiſquis qualiſvecunque is fuerit,teneatur rem venditam cõſanguineo offerenti pretium cedere,per no.à gl.in c.vt circa,in verbo,aliorum,de elect.lib.6.& Bar.in l.ſi pluribus,ff.de leg.ij.in quibus locis tractant , an & quando & quomodo indefinita æquipolleat vniuerſali,de quo etiam per Dy.in rubr.de regu.iur.libr.6.& ibi latius Pet. Anch.col.iij.verſi.tertio quæro,& Phil.Fran.& Old.conſi.100.in executione, Inno.in c.auditis, in verbo,exceptionem,& ibi cæteros,præſertim Pan.extrà de præſcr.Iaco.Bel.& Sal.in l.ſi neceſſarias,§.ſi annua,ff.de pign.act.Ray.Forl.in repe.l.omnes populi,char.pen.verſi.quæritur ergo.& ibi Bar.in vj.q.prin.verſi.vt igitur videamus, ff.de iuſtit.& iure.Albe.in l.ſi ita ſcriptum,§. ſi pluribus,ff.de leg.ij.& in l.Cæſar,nu.14.15.16.ff.de publi.Bar.in l.qui ædificium,ff.de ſeruit.vrb.præd. & in l.j.ff.de reg.iur.Bal.in l.ſtipulatio iſta,in prin.ff.de verbo.obli.& in l.ſi ſeruitus,& ibi quoque Albe.ff.de ſerui.vrb.præd.& in c.ex parte M. col.pen.verſic.porrò,& iterum verſi.iſta igitur,extrà de appel.& conſi.52.caſus talis eſt,ſtatuto ciuitatis , poſt medium,libr.1.quod repetitur conſi. 384.lib.5.& eundem Bal.conſi.180.ad euidentiam,poſt medium,lib.2.Ang.in l.pen.C. de impub. & ali.ſubſt.Pan.in c.ij.extrà de coniug.lepro.Phil.Fran.in c.cùm in multis,in prin.de reſcr.lib.6.& Alex.in l.qui filiabus,in prin.ff.de leg.j.{& cõſi.cx.viſis,col.j.lib.1.}& conſi.55.proſpectis,col.vij. nu.13.lib.4.& conſi.33.conſideratis verbis , propè per totũ,lib.7.cum ſimi.Et an id & quomodo procedat in ſtatutis,videbis apud Bar.in d.l.omnes populi,char.pen.verſi.iuxta præmiſſa quæro, & ibi Alex.in addi.ff.de iuſti.& iur.Et quid in materia odioſa,vide Doct.in l.ij.ff.de lib.& poſthu. Bar.& alios,in d.l.ſi pluribus,ff.de leg.ij. { Et quid in ſtatutis,per Bal.in d.l.ſi ſeruitus, in vtraque lect.ff.de ſerui.vrb.præd.vbi etiam reperies,an æquipolleat ex propria ſignificatione verborũ, an ex interpretatione.} Et quid in materia teſtium & probationum , omnes propemodum negant æquipollere:vt per Inn.& Pan.in c.auditis.de præſcri.Old.conſi.100.in executione, Pet.Anch.& Imo.in c.quantò, de his quæ fi.à prælat.Alex.in l.reſcriptum,in ij.not.ff.de pact.& conſi.vij.ſuper hac,ad fin.lib.1.& conſi.cx.viſis,col.j.verſi.quinimo,& verſi.& expreſsius,eod.lib.1.& conſi.113.in cauſa.col.pen.verſi.prætereà licèt,& ſeq.lib.2.& conſi.212.poſt med.lib.7.& Caro. Rui.conſi. 45. habita,col.ij.nu.3.lib.1.& conſi.98.viſa renuntiatione,col.iij.nu.5.eo.lib.1.& conſi.71.circa proceſſum,col.iij.nu.10.lib.2.& conſi.5.viſo proceſſu,col.iij.nu.6.lib.4.& conſi.64.col.pen.nu.13. eo.lib. 4.& conſi.119.in cauſa,col.pen.nu.9.eo.lib.4.

*An & clericus teneatur.*

2 ¶Sed hîc quæſtionis eſſe poteſt,an clericus emptor,ſiue etiam eccleſia hîc cõprehendatur,vt ſcilicet ſi emerit,teneatur cedere conſanguineo offerenti. Nam quòd econtrariò clericus conſanguineus hac cõſuetudine vti poſsit,minimè dubium eſt,cùm tex.ſit in eã rem apertiſsimus in c. conſtitutus,extrà de reſti.in integ.& latè diximus ſuprà in verbo, *le parent*,quæ eſt glo.viij.nu.33.ſed conſequenter quæro.Sed ille tex.nõ definit,an è diuerſo clericus qui emit, cogi poſsit ex huiuſmodi cõſuetudine cedere conſanguineo.Tamen vt nõ intremus in maximũ illud pelagus,an & quando



quando ſtatuta laicorũ ligent clericos & eccleſiam,non eſt mihi dubiũ,quin clericus aut eccleſia emens fundum teneatur cõſanguineo redimenti cedere ex hoc ſtatuto,quod non laicorũ tãtùm eſt,ſed commune & clericorũ & laicorum,vt quod ab vtriſque & cõmuni omniũ conſenſu conditum eſt & approbatũ,ſicuti & alia hoc volumine conſuetudinum inſcripta. Ideò & omnes,vel clericos ipſos,ligat,ex ſentẽtia Bal.in c.cùm veniſſent,col.ij.verſi.oppo.dicitur,& ibi etiã Io.Lign. Panor.in ij.no.extrà de eo qui mitti.in poſſ.ita intelligentium eum tex.in quo Papa iubet decidi cauſas clericorum ſecundùm conſuetudinem patriæ,dicitque Bal.eum tex.ad hoc multum no.& idem voluit ipſe Bal.in c.imperialem,col.iij.verſi.quæro nunquid ſi ex cõſuetudine,& ibi quoque Mart.Laud.tit.de prohi.feud.ali.per Fed.Ioan.Ligna.in c.quod clericis,& ibi Fran.Are.col.vlt.de foro cõpe. { Saly.in auth.caſſa.col.iij.verſi.nunc quæro de ſtatutis,de ſacroſ.eccl.per d.c.cùm veniſſent.} Ant.& Imo.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,& ibi etiam Fel.col.xxxiiij.verſi.ſecundus caſus, & Phil.Deci.propè per totũ,de conſti.Imo.in c.ad noſtrã,per illum tex.& ibi Fel.col.ij.de proba. Panor.conſi.72.circa primum breuiter,col.ij.verſi.prætereà Papa, lib.1.vbi etiam dicit ita debere intelligi d.c.cùm veniſſent,& d.c.conſtitutus:vt hinc facilè conijcias, quòd & hoc intelligit procedere in caſu noſtræ conſuetudinis,de quo illud c.loquitur.& allegat prætereà c.cùm cauſa , de re iudi.à contrario ſenſu:vbi & id Pan.ipſe not.in iij.not.& Alex.conſi.211.ponderatis his omnibus,col.j.lib.2.Fran.Aret.conſi.45.viſis articulis,poſt prin.Card.Alex.in c.j.in fi.x.diſt.& in c.qui clericus,col.j.tit.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna.& Rochus Cur.in repe.c.vlt.in j.limit. xj.q. extrà de conſue.& hæc eſt communis noſtrorum ſententia,quã nos ſequendam ducimus,quamuis reclamet more ſuo Barba.conſi.65.referam in medio,col.antepen.lib.4.

*Statuta cõmunia laicorum & clericorũ, clericos ipſos tenere.*

*Quid, ſi id ſtatutũ eſſet laicorũ tantùm.*

3 ¶Quòd ſi hoc ſtatutum eſſet laicorum tantùm,Bald.in tract.Protomixeos, col.v.verſic.ſed pone quòd res fuit vendita,dubitat,an ligaret clericos & eccleſiam:& nihil aliud quàm dubitat.At ipſe conſi.ccc.ſtatuto cauetur.in ij.dubio , lib.1.tenet expreſsim & in hac ipſa ſpecie,quòd eos non ligat : imò verò & quòd non habet locũ in rebus feudalibus & emphyteuticis eccleſiæ. Quem ita refert,& ſequitur Iaſ.conſi.152.vera & iuridica,col.vlti.lib.4.de quo tamẽ vltimo poſteà dicemus nu.8.ſed vnũ.& ſeq.Sed & illud de clericis nuncupatim in hoc ſtatuto voluerunt Imo. & Panor. in d.c.conſtitutus.& idem Imo.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,& Alexan.clanculùm conſi.27. viſo themate,in prin.lib.6.dum dicit , huiuſmodi ſtatutum valere ſaltem quantum ad id, vt laicos liget.& apertiſsimè conſi.143.viſo ſtatuto, verſic.& dictum ſtatutũ,iunctis præcedentibus,lib.7.& Matthe.Afflic.in tract.Protomixeos tum in prin. tum col.ii. verſic.item quæro an iſtud ius congrui:vbi tamen loquitur de eccleſia,non de clericis:tum denique in verbo,eſt autem,col.iiij.verſ. ſed quid ſi clericus.vbi etiam de clericis loquitur. { & Maria.Soci.conſi.j.pro reſolutione, col.iij. verſi.verùm his non obſtantibus.lib.2.vbi etiam loquitur de clericis.}

*Statuta generalia laicorũ, an ligent clericos.*

4 ¶Quanquàm contrarium in clericis expreſsè tenuit idem Afflic.in eodem tract.eadem col.xj.ver. item quæro an ſi clericus,& Sebaſt.Neapodanus in tract.Iuris congrui,in proœmio,ſuper verbo, tenorem.Et ego quoque auſim intrepide huic ſententiæ accedere , ſequutus doctrinam Bart.in l. cunctos populos,col.ix.verſi.v.quæro vtrum ſtatuta,C.de ſum.Tri.vbi dicit ſtatuta generalia laicorum,in quibus ſcilicet nulla fit mẽtio clericorum aut eccleſiarũ,ſed tamen tendunt aduerſus ea quæ illis competunt non tanquã priuilegiatis,ſed vt cuilibet de populo,illos ligare,dũmodo ſint honeſta.& allegat d.c.conſtitutus,quod vt iam toties diximus loquitur de hoc noſtro ſtatuto,vt etiã hinc intelligas Bar.de eodẽ quoque intelligere,& idẽ voluit ipſe Bar.in repe.l.de quibus, col. vlt.ff.de legib.Lapus allegat.lxxxj.nõ voluit actus, col.j. Barb.in rub.de reb.eccleſ.non ali.char.13. col.vlt.& ſeq.char.col.j.& cõſi.14.clemẽtiſsimi,col.iij.verſi.ij.præmitto, lib.2.& conſi.65.referã in mediũ,col.ii.& ſeq.lib.4.quibus locis affert cõcor.Et hanc quoq; ſententiã videtur fuiſſe ſecutus Ant.in d.c.conſtitutus,dum ex eo notat,quòd ſtatutum laicorum ligat clericos,quantùm ad eorum patrimonium,apertè ex hoc ſignificans,clericos hoc ſtatuto ligari.Et hoc quoque in hoc eodem ſtatuto non obſcurè ſenſiſſe videntur Cy.in l.neque,C. de hær.inſti.& ibi quoque expreſsè Bald.in fin.vbi dicit,quòd hæc conſuetudo tanquã prædialis,ligat clericos,per d.c.conſtitutus, & Alb.in j.parte ſtatutorum quæſt.xciiij.quid ſi vendita eſt res.& Alex.apertiſsimè loquens in alio ſtatuto huic noſtro ſimili,videlicet quòd conſortes præferantur in venditione domus, conſi.143. viſo ſtatuto Mediolanenſi, lib.7.

*Statutũ ne immobilia alienentur in extraneos, an comprehẽdat clericos.*

5 ¶Et in ſimili item videmus , quòd ſtatutum ne immobilia alienentur in extraneos,cõpræhendit clericos & eccleſiã:vt voluit Iac.But.in Auth.caſſa.C.de ſac.ſan.eccle.& in l.aſsiduis,C.qui pot.in pig.hab.& latè Signo.conſi.21.ſtatuto ciuitatis Mediolani,vbi in hoc affert xv.rationes , quas ibi videre poteris.Bal.in rep.l.j.col.viij.verſ.ſed quid ſi ſtatutũ diſponit,C.de ſum.tri.& in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.ij.verſ.idẽ videtur dicẽdum,de cõſt.& in c.quæ in eccleſiarũ, col.ij.verſi.ſed hîc quæritur,nũquid ſtatutũ,eo.ti.& in c.clerici,col.j.verſi.ſed hîc quæritur de tali dubio, de iud. & cõſi.174.præſupponendũ eſt,lib.5.Sal.vt à nõnullis citatur,in rep.l.j.ad fi.C.de ſac.ſan.ecc.vbi dicit id ſe diſputaſſe apud Archiepiſcopum Mediolanenſem,conuocato cõſilio Mediolanenſi, & aliis iuriſperitis,& rurſum in d.auth.caſſa,col.vlt.eo.ti. vt etiã à quibuſdam citatur,ſed nõ in lect. ipſius reperi.Card.Flo.in c.perpendimus, in ix.q.de ſenten.excom.vbi id dicit conſuluiſſe Fran. Albe.& abundè Barb.in repet.d.rub.de non alie.reb.eccl.in ij.dubio,& d.conſi.14.col.5.& ſeq.lib. 2.& conſi.xlvj.difficile eſt,col.vlti.libr.3.& abundantius conſi.30.illud in medium afferam,lib.4.

& d.

& d.conſi.65.col.vij.verſi.ſed iſta verè non obſt.eo.lib.4.vbi id dicit ſing.& Iaſ.in l.filiusfamilias, §.diui,in ij.lectu.col.xv. verſi.& licèt iſta ſit communis ſententia,ff. de leg.j.Phil.Deci.conſi.124. Placet mihi & omnibus,col.iij.verſi.vj.vt etiam ſupra dictum.Ex quibus etiam multi tenent,valere ſtatutum expreſsè prohibens alienationẽ fieri in clericos & eccleſiam.Et videbis multa,hanc ſententiam cõfirmantia,in noſtro tract.Primogeniorum , quæſt.xxxix.& in noſtris legibus connubiali.in gl.vlt.q.xvij.quanquàm ſunt multi,qui tenent cõtrarium, vt in illis locis videre licet. Vt omittamus in hoc nonnullos diſtinguere inter clericos & eccleſiam,vt per Ang. conſi.xlviij. quidam Franciſcus,col.vlt.

6 ¶Præterea cùm Papa in d.c.conſtitutus,ſtatuerit clericos hoc ſtatuto vti poſſe aduerſus alios, ſatis oſtendit & declarat,& alios è diuersò aduerſus clericos vti etiã poſſe,vt id fiat , quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit,ipſe eodem iure vtatur.quem titulum Vlpianus ita exorditur·Hoc edictum ſummam habet æquitatem,& ſine cuiuſquam indignatione iuſta. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici,quod ipſe aliis dicit,vel dici efficit? Quæ quidem Rhadamãthi lex eſt,teſte Ariſtote.lib.Ethicorum v.c.item v.

*Rhadamanthi lex.*

*Si quod quiſque facit,idem patiatur & ipſe, Id iuſtum fiet denique iudicium.*

*Aequitas canonica.*

Quæ ſi in cæteris obtinent,certè etiam magis in clericis & eccleſia,ar.c.j.§.ſed diuerſum,ti.de ali. feu.& eius quod not.glo.in §.hoc ius,in verbo,vt plus,x.q.ij.& Hoſt.Imo.& Pan.in c.j.extrà de emp.& ven.cũ ſi.à me adductis in noſtris legibus connubiali.in ix.lege cõnu. verſi.ſed tamen ad primæ.Quòd ſi Canoniſtæ id nõ admittãt,videant ſi diuis placet,qua frõte,quo pudore ſuã hanc æquitatem canonicã,quã nobis paſsim & vbiq; voce pluſquã Stentorea prædicãt,cõclamant, intonãt,tueri poſſunt:prȩſertim aduerſus doctrinã illã Chriſtianã,qua vetitũ eſt,aliis fieri,quæ nobis fieri nolumus:& præceptũ è diuerſo,vt cæteris faciamus, quod nobis fieri volumus.Thobiæ iiij. Matth.7.vbi ſcribitur,hãc eſſe legẽ & Prophetas,& Luc.6.& meminerunt Decreta canonica ſtatim in frõte operis,& in c.dilecti,extrà de maior.& obed.vbi gl.in eã ſententiã affert neſcio quos verſus.Et eã quidem Alex.Seuerus Imp.tametſi Ethnicus,clamabat ſæpius : idq; per præconem, cùm aliquẽ emendaret,dici iubebat,Quod tibi fieri non vis,alteri ne feceris.Autor Aelius Lampridius in vita illius:qui & id dicit illum à Chriſtianis didiciſſe.Ad quã etiam ſententiã pertinet l.j.ff.de ſol.quam Bal.in l.j.col.j.C.de his quæ pœnæ no.dicit in id ſing.vt quis in alio non aliter iudicet,quàm in ſe iudicari vellet.& repetit Romã.qui & eum tex.dicit not.conſi.55. ſi volumus.

*Aliis non facias,quod tibi fieri non uis. Alexãder Seuerus.*

¶Vt interim prætermittã,multos eſſe non infimæ doctrinæ,atq; autoritatis ſcriptores (ne in hac re autoritate careã ) qui in ea ſunt ſentẽtia,vt ſi clerici vti volunt cõſuetudine & ſtatuto contra alios,& aduerſus ſe quoq; alios vti patiãtur,neceſſe eſt.in quibus eſt Bal.in d.l.de quibus, col.ix. verſi.vj.quæritur an clerici,ff.de legi.& in l.omni nouatione,C.de ſacr.eccle.& in l.j.in vj.q.C. de contrah.emp.& in l.in legatis,C. ad leg.Fal.& in l.vlt.§.ſi verò poſtquã,C.de iur.deli.& in c.vlt. col.ij.verſ.quæſtio ſtat,de vita & hone.cler.& conſ.227.honeſtus vir,col.ij.verſi. prætereà iſte rector,lib.1.Raph.Co.conſ.83.quia cauſa,col.j.Pan.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.vlt.verſi.ſi verò ſtatutũ,& ſeq.extrà de cõſti.& cõſ.6.caſus ſuper quo,lib.1.Alex.cõſi.209.ſtatutis accuratè perſpectis,col.pen.verſ.ij.prin.lib.2.& cõſi.ſeq.põderatis his,col.j.verſi.cõfirmantur per id,& ſeq.& Soc. cõſi.97.abundè,col.2.verſi.cõfirmantur,lib.1.vbi & alios allegat.Phil.Fran. qui id dicit ſing.in c. poſſeſſor,col.iij.verſi.& idem etiam,de reg.iu.lib.6. & Fran.Balb.in tract.præſcr.in prima parte v. partis prin.col.iiij.verſi.quintò fallit.Phil.Deci.conſi.452.viſa inſtructione, col.iij.verſ.& idem in ſtatutis,& Fran.Rip.lib.1.reſpon.c.iiij.nu.5.Quod tamẽ quomodo intelligant Cano.videbis apud eos in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.Neq; enim hîc diutius immorandũ ducimus,cùm iſta conſuetudo,vt diximus,iuxta ſit clericorũ atque laicorum: ideò omniũ cõſenſu ac ſine cõtrouerſia vtroſque ligat..Ex conſtitutione autem Protomixeos in fin.eiuſdem , nuncupatim excipitur eccleſia. Quis autem iudex hoc caſu aduerſus clericum emptorem ſit adeundus , ſecularíſne,an eccleſiaſticus,dicam inferius,§.viij.in gl.v.in verbo, *le iuge qui en peut congnoiſtre,* nu.16.ex his autem.

*7 Clerici utẽtes conſuetudine, aut ſtatuto laicorũ, ea refutare nõ poſſunt.*

8 ¶ Sed vnum non omiſerim,quod priuatim ſpectat ad illud,quod ſupra,nu.3.quòd ſi hoc , diximus ex Bal.& Iaſo.ſententia,hanc noſtram conſuetudinẽ non habere locũ in rebus feudalibus & emphyteuticis eccleſiæ.Nã illud minimè verũ eſſe arbitror,etiamſi hæc cõſuetudo nõ ligaret eccleſiã vel clericos:quod enim dicitur,hos nõ ſubeſſe ſtatutis laicorũ,intelligitur eatenus tantùm, quatenus de eorũ præiudicio agitur.Quòd ſi agitur de præiudicio laicorũ etiã in rebus eccleſiaſticis,verbi gratia in emphyteuſi,de qua loquimur,rei eccleſiaſticæ,cõceſſa cuipiã laicoris certè ſubiicitur,quãtũ ad eas res pertinet,legibus laicorũ,ſecũdum Pet.Anch.cõſ.125.viſis & diligẽter, col. vlt.verſi.per prædicta tollitur,& cõſi.433.poſtquã iſta domina,in prin.verſi.nõ obſtat quòd bona eccleſiarũ.Pau.Caſt.cõſi.194.viſo ſtatuto cõmunis Florẽtiæ, in fi.lib.1.vbi nuncupatim loquitur de ſtatuto huic noſtro admodum affini.& cõſi.290.viſa ſuprà ſcripta facti narratione,in fi.lib.2. Raph.Co.loquẽs in decima,quã laicus tenet in feudũ ab eccleſia,cõſ.83.quia cauſa decimalis,col. j.Alex.conſi.9.ponderatis his,col.j.lib.5.Barb.conſi.14.ſcripſit propheta , col.vlti.verſi.ad hoc reſpondeo,lib.1.Fel.in c.quæ in eccleſiarum,col.vlt.de conſtit.Phil.Dec.in authen.caſſa,col.ij.verſi. nota ſecundò,C.de ſacro.eccl.& conſi.139.cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando fœmina,col.j. verſi.nec obſt.quòd iſta ſunt.& Soci.inter conſ.Alber.Bru.conſi.7.reuerendi patres,col.ij.verſic. tertiò probatur.& ipſe Bru.in tracta.ſtatutorum repellentiũ fœminas, in viij. membro quæſt.xxij. col.iij.

*An retractus habeat locum in rebus emphyteuticis & feudalibus eccleſiæ.*



col.iij.verſi.& prædictam.Et bene facit,quod ante hos omnes ſcribit Bal.conſi.ix.factum tale eſt, col.pen.verſi.ſurgit hîc nouum dubiũ,lib.1.& quod etiam not.Panor.in c.ex tranſmiſſa,in v.not. per eũ tex.extrà de for.compe.& Steph.Bertr.conſi.79.*monſieur mon compere,* nu.4.lib.1.Et quod à pleriſque traditur,minori tempore præſcribi aduerſus vaſallos,aut alios habẽtes cauſam ab Imperatore,vel eccleſia Rom.quàm aduerſus ipſum imperatorem,aut eccleſiam Rom. vt per Bar.in l.ſi publicanus,§.in vectigalibus,ff.de publ.& vectig.Bald.in c.j.col.j.titu.quæ ſunt regal.Ange & Imo.in l.quamuis,ff.de vſuc.cum ſimi.

9 ¶Hocque nũcupatim,& in caſu noſtræ cõſuetudinis,vt ſcilicet retractus habeat locũ in emphyteuſi eccleſiaſtica,reſpondit ipſe Iaſon palàm hîc ſecum pugnãs,ſed vtrobique clientis partes ſecutus,conſi.224.principale dubium,col.vlt.lib.2.vbi & in hanc ſententiam trahit Bal.d.cõſi.300. ſtatuto cauetur,lib.1.ſuprà allegato pro contraria ſententia,& quã ipſe alibi,vt ſuprà quoque diximus , pro alia ſententia citauerat , adeò hac in re ſibi malè conſtat. Et idem quoque reſpondit Alex.à Iaſo.non memoratus,cõſi.27.viſo themate & his quæ egregiè,col.ij.in ij.dubio, lib.6.Sed & idem voluit Matth.Afflict.nullum horum memorans,in tracta,Protomixeos,col.x.verſi.item quæro an ius.vbi & idem dicit ſentire Neapod.in j.cõſuetudine de iure cõgrui, in verbo,alicuius.

10 ¶Hæcque omnia quodammodo confirmat,quod à Socin.reſponſum eſt, conſi.45.ſupponitur in facto,lib.3.quòd ſtante ſtatuto,ne res alienetur in extraneũ,& id ſi fuerit factũ, poſsit proximior reſtituto pretio rem ad ſe reuocare:ſi ex tribus fratribus vnus ingreſſus ſit monaſterium, ideoque portio bonorum communium in ipſum monaſterium tranſierit,iuxta auth.ingreſsi,C.de ſacroſanct.eccle.& poſtea fuerit à monaſterio ea portio in extraneum alienata : poterunt eius fratres vi illius conſuetudinis eam reuocare:per multa illic allegata,quæ ſunt omnibus obuia, habent enim locum,ex quo poſſunt depromere,ſi quid opus ſit. Super eo tamẽ quod diximus in duobus præcedentibus verſi.vide Pet.Anch.cõſi.44.primò de viribus,col.vlt.verſi.ex quibus omnibus, Pan. in c.quæ in eccleſiarum,in iij.no.extrà de conſtit.Cardi.Flor.conſi.2.circa ſtatutum,verſi.item in hæreditate,& Alex.conſi.169.viſo themate,col.j.& ij.lib.2.vbi videntur ei aduerſari.

11 ¶Ex his autem potes intelligere,quòd ſi clericus rẽ immobilem vẽdiderit,eius cõſanguineus admittetur ad retractum.Quanquã potuiſſet contrarium videri ex iis quæ reſpondit Franc.Rip. lib.1.Reſpon.c.ij.clerici,in j.dubio,ſtatutũ illud de quo ſuprà locuti ſumus in præced.verſi.nõ impedire clericos , quin poſsint rẽ immobilem alienare in extraneos.Sed & col.iij.nũcupatim dicit, ſtatutum retractus nõ habere locũ in vẽditione facta à clerico.Nam vt hoc illi addas,id per indirectum eſſet cõtra libertatem clericorũ,qui ob id rem ſuã minoris ſunt vendituri,ſcilicet propter onus rei annexũ,l.ſi vẽditor,§.j.in fi.ff.de ſer.expor.cum ſi.à me traditis infrà,tit.ſeq.in præfa.nu. 20.quartũ quod in ea,& ſeq.Qua ratione Bal.conſi.31.ſtatutis ciuitatis,circa mediũ,lib.1.reſpondit,quòd ſi onus gabellæ ſit annexũ contractui,ſtatutũ iubens eam ſolui ex venditione à venditore,non cõpræhendit venditiones factas ab eccleſia:nã licet ipſa eccleſia non ſoluat eam gabellam,tamen in hoc grauatur, quòd minoris rem vendit, ob id quòd venditor debet eã ſoluere. & idem tenet ipſe Bal.conſi.496.punctus quæſtionis talis eſt,ſtatuto ciuitatis,col.ij.verſic.interdum ſtatutum non grauat,lib.4.Licet (inquit) ſint qui aliter teneant,quos ipſe aliter non citat.

*An retractus habeat locum in re uendita à clerico.*

*Gabella an debeatur ex uẽditione facta ab eccleſia uel clericis.*

12 ¶Et profectò multi tenent,& eſt communis opinio,emptores rerum eccleſiaſticarũ non gaudere immunitate gabellarum ſiue vectigalium ordinariorũ,licet eccleſia gaudeat. Ita enim voluit gl.in cle.vlti.in verbo,non negotiandi, & ibi etiam Pau.Eleaz.& Imo.col.j.de cenſib.Archi.& Io.And. in c.quanquàm,& ibi etiam Pet.Anch.qui tamen diſtinguit,Domi.& Phil.Franc.eo.tit.lib.6.Dy. Alb.Bar.& Pau.Caſt.per illum tex.in l.locatio,§.mercatores,ff.de publi.Spec.& Bal.in addit.illius tit.de immu.eccle.§.j.ad fi.Fed.Senen.conſi.111.quæſtio talis eſt,an diœceſanus.Bart.in §.antenuptiali,in Auth.de nõ elig.ſecun.nub.Io.Fab.& Sal.in l.vniuerſi,C.de vectig.& commiſ.Bal.conſi. 496.punctus quæſtionis,lib.4.vbi de hoc pulchrè loquitur.Card.Flor.conſi.12.in dubiis præmiſſis,in j.dubio.Io.Plat.in l.qui immunitatem,col.ij.verſi.& adde,C.de muneri.patr.lib.x.& in l.Senatorum,C.de digni.lib.12.Pet.Ferra.in tit.forma ſuper ſolutione pedagiorum, in gl.vlt.col.vlt. verſic.quid autẽ dicendum.Alex.in l.quia tale,col.iij.verſi.ex prædictis poteſt,ff.ſol.mat.Gui.Pap. deci.Delphi.ccviij.iuxta materiã in prin.Iaſ.in auth.quas actiones,col.pen.ver.& per illum textũ, C.de ſacr.eccl.& conſi.20.Laurentius,col.iij.verſi.moueor in primis,lib.1. Bertachi.in tracta.gabellarũ,in vij.parte prin.col.v.verſi.ſed quid in emente, Phil.Dec.in l.in omnibus cauſis id obſeruatur,col.j.verſi.& ex iſta regula,ff.de reg.iur.& conſi.48.cuius ſuperſcriptio incipit, priuilegium immunitatis,in prin.Fran.Ripa libro Reſpon.iij.c.xxij.quia conſuetudo,col.pen.Et hãc dicit Bal. d.conſi.496.lib.4.vbique locorum obſeruari. Et idem de eo,qui emit à fiſco , vt non excuſetur à ſolutione vectigalis,tenet Bart.in l.j.C.de nauicula.libr.11.& in d.§.antenuptiali, in Auth.de non elig.Sed quantùm ad caſum noſtrum pertinet, cùm & ipſe clericus emens nõ eximatur hoc ſtatuto,vt diximus,multò minus is qui emit à clerico.

13 ¶ Qvid autem,ſi emptor ſit pupillus vel minor,an is tenebitur reuẽdere conſanguineo venditoris offerẽti pretiũ(quod nõ videtur,cùm non poſsit rẽ immobilẽ ſine decreto alienare:proindeq; etiam nõ poſsit,cùm emit,dare vẽditori facultatem redimendi,per tex.in l.ſi ad reſoluendã,C.de præd.mino.& voluit Albe.ibi.& Ioan.Andr.in addi.Spec.in rub.de pact.col.j.& Pau. Caſt.conſi. cxij.viſo tenore,ad fin.libr.1.Sed nos de hoc vltimo caſu pleniſsimè dicemus infrà, titu.ſeq.in fi. num.2.

*Si pupillus, aut minor emerint an locũ habeat retractus.*

nu.2.& multis ſeq. Quantùm verò ad hunc noſtrum retractũ municipalem, nos planè credimus,
minorem atque etiam pupillum, imo & infantem, vel eorum tutorem, aut curatorem, teneri ad-
mittere conſanguineum venditoris ad retractum, atque ei reuendere ex noſtra conſuetudine,
per tex.in l.ſi ſine,§.Lucius,ff.de adminiſt.tuto.Ex quo probatur,& id Bar.ibi notat,conſuetudi-
nem reſpicientem rem,minores etiam ligare:eámque dicit ſing.Bal. c. vlt.col.iij. verſi.vltimò de
materia,extrà de conſuetudine, in id vt conſuetudines quæ ſunt circa res, imponant legem pu-
pillis,& iis quoque qui in vtero ſunt.Ex eóque paſsim notatur à noſtris, minores & pupillos te-
neri ſtatuto compellente conſanguineos & affines ad compromiſſum,vt per Bal. Saly.Pau.Caſt.
& Alex.in l.vlt.C.de in integ.reſtit.ex quibus Bal. ipſe negat eos reſtitui aduerſus huiuſmodi ſta-
tutum,cum aliis multis concor.à me traditis infrà,eo.tit.in fi.nu. 55. dictus autem §. vbi omnino
vide.Sed tamen velim intelligas,minorem ipſum non poſſe conſanguineo tempus ſtatuti proro-
gare,vt etiam de retractu conuentionali dicemus in fi.tit.ſeq.num.17.ſecundò quæro,& ſequen.

*Minores tenẽtur ſtatutis.*

14 ¶QVID igitur,ſi emptor minor eſt,vel pupillus,aut emptor maior mortuus eſt,& reliquit infan
tem vel pupillum hæredẽ?nam & hæredi emptoris poteſt hæc oblatio fieri, vt probatur ex c.cõ-
ſtitutus,de in int.reſti.vbi & id not.Petr.Anch.in x.no.& faciunt quæ dicã infrà,tit.ſeq.§.j.in ver-
bo,*ou ſes heretiers*,in prin.& multis verſi.ſeq.Aut quid ſi ipſe etiã emptor in furorẽ incidit,& for-
tè annus eſt fini proximus,ita vt non ſatis ſuperſit tẽporis ad dãdum illi tutorem, aut curatorem:
poterítne hæc oblatio retractus fieri ipſi infanti,aut furioſo,ſine tutoris,aut curat.autoritate?Vide
tex.in l.operis,ff.de no.ope.nunt.quæ dicit,eam nuntiationem fieri poſſe infanti, & furioſo:nec
tutoris autoritatẽ exigi,quia in rem fit,non in perſonam.Ac iunge l.vlt.eo.tit.ex qua not.Bart.&
alij,illud nuntiationis remedium eſſe in rem ſcriptum, quemadmodum etiã hæc retractus obla-
tio in rem quoque ſcripta eſt,vt dicemus infrà eo.tit.§.viij.in gloſſ.v.Ex quibus cõuincitur,poſ-
ſe & infanti & furioſo ex ſimili ratione fieri hanc oblationẽ ſine tutoris aut curatoris autoritate.

*Oblatio retractus fieri poteſt hæredi emptoris.*
*Oblatio hæc, an fieri poßit infanti, aut furioſo, & quomodo.*

15 ¶Quod & aſtruit tex.in l.ſi dictum,§.vlt.ff. de euict. vbi ita ſcribitur, pupillo autem ſine tutoris
autoritate poſſe denuntiari,ſi tutor non appareat,receptum eſt.Id quod mirabile dicit Bal.in l.li-
bera,col.vlt.C.de ſenten.& interlo.omn.iud.Et eum tex.dicit not.Ange.Aret.in §. actionum au-
tem,col.x.verſi.& prædicta procedunt,Inſti.de actio.& Anto.Burg.in c.vlt.col.ij.extrà de emp.&
vendit.Et per eum tex.dicit Matth.Afflict.in tract.Protomixeos,in verbo,vt intra xxx.dies, col.
vj.verſi.ſed quid ſi ille,quòd denuntiatio,quæ ex ea conſtitutione fieri debet conſanguineis ſociis
& vicinis,poteſt fieri pupillo,ſi maior eſt infante.Sed & huc ſpectat text.in l.de pupillo,§.nuntia-
re.ibi,puero vel puellæ,ff.de no.oper.nuntiatio.vbi pupillo poteſt denuntiari nouum opus,& ita
eum tex.intelligit Alberi.in l.j.§.j.col.ij.verſi.in contrarium,ff.de admi.tuto.qui & ex hoc dicit in
omnibus actibus extraiudicialibus poſſe denuntiari minori.Facit item tex.in l.ſi finita,§. ſi pupil-
lus, ff. de damn. infect. vbi ſi pupillus tutorem non habeat,quo autore damni infecti promittat,
miſsio in poſſeſsionem locum habebit.

16 ¶Facit denique tex.in l.minor etiam,ff.de minor,& l.hæc autem,in princ.& iterum l. apud Iulia-
nũ,§.vlt.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eatur.Cuius autoritate innixus Bar.in l.j.§.j. verſi.quæro qualiter
fiat.ff.de admi.tut.& rurſus in l.qui habet.§.ſi pupillus, ad fi. de tute: dicit quòd ſi ſolus pupillus
citetur,valet citatio:nam intelligitur,quòd compareat per ſe,vel legitimã perſonam.& quòd(in-
quit)valeat talis citatio,ex hoc apparet,quia ſi nemo cõparet ad defendendum pupillum, fit miſ-
ſio in poſſeſsionẽ bonorũ.Et illum ſatis ſequi videtur,dum ad illum ſimpliciter remittit, Ang.in
l.ſed ſi ex ſtipulatu,ff.de verb.oblig.& idem palàm voluit ipſe Ang.in l.quique,quæ eſt iiij.& ibi
quoq; Pau.Caſt.qui eã l.legit cum l.ij.ff.de in ius voc.& alter Ang.Are.id etiã affirmans in infan-
te,in §.neque tamen,col.iij.verſi.an autem illa,Inſti.de auto.tut.& Panor.conſi.29. in quæſtione
præſenti,col.vlt.lib.2.Sed & huc pertinet,quod tradit Bald.in repet.l.Aemilius,col.ij.verſi.item ad
excuſandum,ff.de mino.quòd ad excuſandam moram proteſtãtis,poteſt fieri proteſtatio pupillo.

*Pupillus ſolus an citari poſſit.*

17 ¶Contrarium tamen apertè ſuadere videtur tex.in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu,de verbo.obli.vbi ita ad
verbum ſcribitur: Sed ſi ex ſtipulatu Stichum debeat pupillus,non videbitur per eum mora fieri,
vt eo mortuo teneatur,niſi is tutore autore,aut ſolus tutor interpelletur.Cuius tex.autoritate gl.
in l.mora,in verbo,difficilis eſt,in prin.ff.de vſur.ita morã diffinit,cùm quis maior xiiij.annis,nõ
habens curatorẽ(quia ſi haberet,æquipararetur pupillo) interpellatus per diei appoſitę lapſum,vel
per litis conteſtationem,& cætera,quæ ibi ſequuntur ea enim nihil huc pertinent.Et illum quoq;
tex.in hoc expendit Alb.in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu,col.ij.nu.5.& in l.qui Romæ,§. cohæredes.ff.de
verb.obli.quòd pupillo ſine tutoris autoritate fieri nõ poteſt denuntiatio,de qua is tex.loquitur.
Nec obſtat(inquit)l.ſi dictũ,§.vlt.de euict.quia ibi fauor erat pupilli,vt ei poſſet denũtiari.Id quod
etiã dicit idem Alb.in d.l.mora,col.vij.nu.26.iterumq; col.vlt.nu.31.in fi.Bal.autem in d.l.Aemi-
lius,poſteaquàm dixiſſet,quod ſuprà ex eo diximus,numero præcedenti,ſcilicet poſſe fieri prote-
ſtationem pupillo ad excuſandam morã proteſtantis,cõtinuò ſubdit,eam nõ poſſe fieri ad conſti-
tuendum pupillum in mora,per l.cùm filiusfamilias,§. in hac,ff. de verb.obli.Et idem propè dicit
Pau.Caſt.conſi.240.effectus,col.ij.verſi.ſuper ſecũdo,lib.1.cùm dicit d.l.ſi dictũ,§.vlt. procedere,
cùm agitur de cõſeruando iure denuntiantis, non etiã cùm agitur de conſtituendo pupillum in
mora.Id quod multùm eſt notãdum ad caſum noſtræ conſuetudinis.Nã conſanguineus volens
offerre, eò ſpectat, vt conſeruet id ius ſuum, non vt pupillum in mora conſtituat. Sed & quòd
pupillo



pupillo fieri nõ poſsit, facit tex.in ea ipſa l.Aemilius,ibi,denuntiationibus, vt pretiũ ſolueretur,
tutoribus ſæpe datis,ff.de minor.& l.de pupillo,in prin.ff.de ope.no.nun.de qua poſtea dicemus
num.26.ſed vnus.Et facit etiam,quod oblatio ei fieri debet,cui ſolui poteſt,& debet,l.ſi reus,ff.de
proc.& dicemus latiùs infrà eod.titu.§.ix.in fi.nu.4.ſed & quod. Pupillo autem ſolui non poteſt
ſine tutoris autoritate,l.contra,in prin.ff.de pact.

18 ¶Et certè hæc res admodum dubia eſt.Nam primùm, quòd de citatione dictum eſt,res eſt adeò
incerta,vt Pau.Caſt.in l.ſi ex legati,cũ qua legit d.l.ſed ſi ex ſtipulatu,nõ auſus ſit quicquã aſſe-
uerare,quamuis pluries,vt ipſe dicit,viderit dubitari.& allegat Spec.tenuiſſe contrariũ eius, quod
diximus ex Bar.nec tamen locum deſignat:ſed is eſt,in titu.de pri.& ſecun.decret.§.reſtat, verſi.
ſed pone quòd pupilli.Bal.autẽ in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu,ita de hac re loquitur,vt videatur velle,
quòd ſi pupillus tutorem habeat, non ſatis ſit ſolum pupillum citari. Et idem dicit in adulto ha-
bente curatorem. Secus autem eſſe,ſi pupillus,vel adultus,tutore, vel curatore careat:tunc enim
procedit opinio Bar.vt ij ſolicitari poſsint.Item in ſua Marg.in verbo,citatio, col.iiij.verſi.citatus
etiam minor,dicit quòd minor citatus,debet legitimè comparere,ſcilicet cum tutore,vel curato-
re,licèt in citatione id dictum non ſit:vt dicit velle glo.ſing.in l.ſi minor,ff.de bo.auto.iudi.poſſ.
non tamen condemnatur in expenſis, ſi legitimè non comparet, ſecundum Inn.in c.ſi aduerſa-
rius,de eo qui mit.in poſ.Hæc ille.

19 ¶Verùm hæc res (quod iam diximus) multum ambigua eſt.Sed ſi de ea pleniùs ſcire velis, vide
Imo.Ro.Alex.& omnino Fran.Are.& Barb.poſt Antiquiores in d.l.ſi ex legati.Ex quibus etiam
cognoſces,an,quando,& quomodo denuntiatio,notificatio,& id genus cætera, poſſunt fieri ipſi
pupillo,atque etiã adulto habentibus,vel non habentibus tutorem,aut curatorem. Super quibus
etiam vide Bart.Pau.Caſt.& Iaſ.in l.ij.C.de condi.fur.Io.Fab.in §.vlti.col.pen.verſi. de pupillis,
Inſtit.de pœna temere litig.Bald.in d.l.ſi dictum,§.vlt.ff. de euict.& in l.vlti.in prin.C. ſi propter
publi.penſi.& in l.donatarum,C.de acqui.poſ.& in l.non eò minus,in fin.C. de procur.& in d.l.
operis,& ibi quoque Alb.Imo.Pau.Caſt.& Recentiores,ff.de ope.no.nun.Raph.Co.in d.l.de pu-
pillo,§.nuntiatione,& ibi Alex.col.ij verſi.item no.eod.tit.Saly.in d.l.mora,col.ij. verſi.iuxta hoc
quæro,& multis ſeq.ff.de vſur.Card.Flo.in cle.religioſus,in v.q.de procu.Imo.Pau.Caſt.& Alex.
in l.contra pupillum,ff.de re iudi.eundem Imo.conſi.cx.in cauſa in tertio dubio:& omnino Ro.
in d.l.ſi ex legati,col.vlt.de verb.obli.Alex.in l.neque,ff.de in ius voc.Fran.Aret.conſi.26. factũ,
ſuper quo conſilium poſtulatur,col.iij.verſi.& circa primum,& multis ſeq. Maria.Soci.in c.j. col.
xl.verſi.ſeptimò quæro de pubere,& iterum verſic.octauò quæro,quid ſi conueniendus eſt furio-
ſus, extrà de libel.oblat.& eius filium Barpt.Soci.conſi.107.cor mundum,&c. vt in quæſtione,
col.pen.verſi.tranſeo ad ſecundum,vſque ad fi.conſi.lib.1.& latè etiam Barb.in c.Raynutius,col.
xxxij.verſi.nota ibi filios,extrà de teſta.Matth.Afflict.deci. Neapo.cclxvj. fuit in conſilio,Philip.
Dec.conſi.449. viſis duobus,col.ij.verſic.tertiò contra executionem,& conſi.549. requiſitus. &
Anto.Burg.in d.c.vlt.col.ij.verſi.& fortè iſta,extrà de empti.& vendi.& Carol.Molend.in cõſue.
Pariſien.tit.j.§.xiij.gl.xj.nu.7.& ſeq.Nec omiſerim,pupillum in vno caſu haud dubiè citari poſſe,
vt ſcilicet ei detur curator ad litem,vt voluerunt Rayn.& Alber.qui id dicunt ſpeciale,in d.l.qui
habet,§.ſi pupillus,ff.de tutel.

20 ¶Quid autem de infante dicendum ſit,præter ea,quæ ſuprà in prin.huius quæſtionis diximus,vi-
debis apud Bal.in c.j.col.pen.verſi.de citatione infantis,tit.de mili.vaſal.qui cõtu.eſt.& tex. pro-
hibentem ſimpliciter infantes & furioſos in ius vocari, in d.l.iiij.in princ.ff.de in ius voc.De quo
etiam per Io.And.in addit.Spec.tit.de reo.§.j.in addit.inci.quærit Goffredus. Et ex ſcriptis in his
locis,& verſ.ſuperiori,facilè intelliges,niſi omnino cæcutias,vtrum & quomodo poterit fieri hæc
noſtra retractus oblatio infanti,pupillo,adulto,habentibus,aut nõ habentibus curatorem:iunctis
etiam iis quæ dicemus in quinque ſeq.verſi.Vt tamen non prætermittas,infantem etiam cum tu-
toris autoritate nullum actum gerere poſſe,ſed ſolum ipſius tutorem omnia gerere debere, l.j.§.j.
ibi,ita tamen vt pro iis qui fari non poſſunt,ff. de admi.tuto.& l.ſi infanti,§.j.C.de iure delib.& l.
reſtituta,§.j.ff.ad ſenatuſc.Trebel.& l.pen.in prin.C.eo.& voluerunt gl.Bal.& Ange.in l.donata-
rum,C.de acqui.poſſ.& quæ dicemus infrà nu.25.ſed & ex his,in fi.& ſeq.etiã in fi.Ex quo fortè
defendi poſſet,huiuſmodi oblationem infanti,nec cum autoritate quidem tutoris,fieri poſſe.

21 ¶Quid denique ſi hîc dicamus in caſu noſtro, quòd ſi pupillus, aut infans non habeat tutorem,
non currit interim tempus retractus conſanguineo,cùm non ſit,cui poſsit offerre: vt in ſimili de
pupillo dicitur in l.cùm quidam,§.ſi pupillo,ff.de vſur. Quo in loco gloſſ.veluti aduerſus id pu-
gnans,hæc dicit: Sed nónne poſſum petere ei tutorem dari: & ſic facere,vt ei poſsim ſoluere? l.
qui poteſt,ff.de reg.iur.& l.ait Prætor,§.j.ff.de mino.Sed mox id iaculũ ita obtũdit, vt ſcilicet ille
tex.loquatur in pupillo,poſterior in adulto.Nec ibi aliquid dicunt Doct.præter vnũ Flor. qui id
dicit declarandũ ex §.inuiti,Inſti.de cura.& d.l.qui habet,§.ſi pupillus,ff.de tute.Ego verò vt tan
dem interponã meũ iudicium,arbitror,his caſibus,vt interrũpatur tẽpus, adeundum eſſe iudicẽ,
iuxta l.vt perfectius,C.de anna.excep.Quanquã Bal.in l.ſi pater,ad fi.C.ne de ſtat.defunct.dicit
citationem factam infanti,aut furioſo,perpetuare iuriſdictionem. Idem autem in auth. offeratur,
col.ij.verſi.ſecundo caſu,C.de litis conte.dicit,quòd ſi citetur pupillus ſine tutoris autoritate,non
interrumpitur præſcriptio,quam & ipſe,& cæteri noſtrates appellant. Sed tu prætereà vide, quæ

*Antẽpus retractus currat emptore pupillo nõ habente tutorẽ.*

dicam infra verſi.ab hinc v.& infrà,eo.tit.§.ix.gl.vlt.nu.17.ſed quid ſi ignoratur,& ſeq.

*Hæc oblatio an poßit fieri ſoli tutori pupilli.*

22 ¶ILLVD autem non prætermiſerim, poſſe huiuſmodi oblationem fieri ſoli tutori pupilli,vt & cæteras denuntiationes,d.l.Aemilius,in prin.ibi,denuntiationibus,vt pretium ſolueretur,tutoribus ſæpe datis,ff.de mino.& in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu,ibi, aut ſolus tutor interpelletur,ff.de verb. obli.vel pupillo cum autoritate tutoris,d.l.j.§.j.ff.de admi.tut.vbi probatur,nihil referre, an tutor pro pupillo,an verò ipſe pupillus tutore autore iudicium ſuſcipiat.Et ſimile dicitur in l.ſi conſenſit,in prin.ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol.Et idem quoque in adulto & curatore ipſius ſtatuitur , in d.l.j.§.j.niſi quòd ( vt quidam intelligunt) in illis eſt electio tutoris,in his è diuerſo actoris.quod non admittunt Iac.Aret.& Alb.ibi.De quo etiam latè per Mari.Soci.in d.c.j.col.xl.verſi. ſeptimò quæro de pubere,extrà de libel.obla.

*An ſoli curatori minoris.*

23 ¶Ex quibus intelligis,& oblationem fieri quoque poſſe curatori adulti. Nam & huic etiam ſolui poteſt,l.quòd ſi fortè,§.quid ergo,verſi.curatori quoque,& ibi Bar.ff.de ſol.& l.j.C.ſi aduer.ſolu. & facit l.j.§.vlt.ff.quod iuſſu.& quod prætereà multis dicitur, curatorem ſine minore poſſe petere reſtitutionem in integrum.gl in l.cùm poſt mortem,§.j.in verbo,non petat,& ibi Alb.qui eam dicit no.in col.vlt.verſi.item quæro.an beneficium,ff. de admi.tut. Nec tamen omnia poteſt tutor ſolus facere,quæ facere poteſt cum pupillo,vt patet ex l.neque,C. de procu.& not.per glo.& Doct.in l.iuſiurandum quod ex conuentione,§.pupillus,ff. de iureiur.& Alex.conſi.254.abundè, col.ij.verſi.nec tunc obſtat,& verſi.hoc etiam probatur,lib.6.

*An ſolus tutor poßit peragere, quod à pupillo cum eius autoritate inceptũ eſt.*

24 ¶Vtrùm autem,ſi pupillo,aut adulto cũ autoritate tutoris,vel curatoris fuit facta oblatio,& cùm illi conſanguineum nõ admiſiſſent,fuit & ipſe pupillus,vel adultus,etiã cũ tutoris, aut curatoris autoritate citatus,atque ſic lis conteſtata:poterítne poſteà tutor vel curator ſolus cætera agere ſine pupillo,atque ita ſolus citari ad productionem teſtium?Et ferè eò iam decurſum eſt,vt poſsit, ob tex.in id expreſſum in l.ſi ideò,ff.de euict.Ita enim voluit Bal.in l.ſi quando,col.iij.verſi.nonò quæritur,C.de teſti.vbi eum tex.dicit no.& in l.cùm & minores,in fi.C.ſi aduer.rem iud.& Pau. Caſt.& Alex.in l.ex contractu,poſt prin.ff.de re iudi.vbi & eum tex.dicunt notabilem.

*An pupillus ſine tutore, aut minor ſine curatore poßint hanc oblationem facere.*

25 ¶SED & ex iis omnibus poteris etiam intelligere,an è diuerſo conſanguineus pupillus ſine tutore,aut adultus ſine curatore,poterit huiuſmodi oblationem facere. Sed tu prætereà circa id vide tex.in l.pupillus,ff.de acq.rer.do.vbi pupillus, quantum ad acquirendum,non indiget tutoris autoritate.Quod & probat tex.in l.j.§.j.ibi Offilius,ff.de acq.poſ.& in l.quamuis,§.vlt.eod.tit. & in l.ſequitur,quæ eſt iiij.§.j.ff.de vſuc.& in l.ſeruum,ff.rem pup.ſal.fore.Vide item tex.in d.l.non eò minus,C.de procu.vbi ſententia lata pro minore ſine curatore,valet:minoribus enim ætas in damnis ſubuenire,non in rebus proſperè geſtis obeſſe cõſueuit.Id quod etiã itelligit in pupillo gl.in l.neque,in verbo,interueniente,verſi.ſed quid ſi citra,eo.tit.& in l.j.in verbo,aduerſus te,in prin.C.qui leg.perſo.Imò,& in infante quoque tenuit Ang.Are.in d.§.neque tamen,col.vlti.Inſt. de aut.tut.& iterũ in l.furioſo,ff.de re iudi.De quo tamen vide Bar.Raph.& Alex.ibi. At in vniuerſum pupillus ſine tutoris autoritate conditionẽ ſuã meliorẽ facere poteſt,l.j.C. de aut.præſt. & l.neque,C.de contra.& commit.ſtipul.& omnium optimè in §.j.Inſtit.de auto.tutor.cum aliis multis ſi.à me collectis in Legibus connubialibus in gl.vj.in vij.q. Quod intellige de maiore infante:nam infans,nec ad ſuum quidem commodum quicquam facere poteſt,l.j.in princ.& l.mulier.ff.de verb.obli.& diximus ſuprà nu.20.quid autem.

*An & infans.*

26 ¶Sed vnus hîc eſt ſcrupulus non modicus ex d.l.de pupillo,in prin.ff. de no.oper.nunt.vbi non aliter rata pupilli habetur nũtiatio,quàm intercedẽte tutore autore.Sed ex notatis ibi à Bar. Ang. Imo.Alex.& Iaſ.loquentibus in caſu illius l.potes in hoc caſu noſtro dicere,quòd pupillus carẽs tutore,& non habens copiam iudicis,poteſt ipſe per ſe offerre:tamen poſtea , cùm habet eius copiam & tutorem, iterum offerre debet,& ea poſterior oblatio retrahetur ad priorem,arg.§.ſi quis ipſi Prætori,eiuſdem l. Et reſpondent Alex.& Iaſon quibuſdam rationibus Raph. Co.& Hieronymi Torti,qui ibi tenuerunt contra Bar.& ſequaces.At Matth. Afflict.loquens nuncupatim ex noſtro caſu,in tracta.Proto.in verbo,vt intra xx.dies,col.vj.verſi.ſed quid ſi ille, in ea eſt ſententia,vt pupillus poſsit offerre,& ei quoque offerri poſsit ſine tutoris autoritate,ſi tutor deſit, modò ipſe pupillus ſit maior infante,per d.l.ſi dictum, §.vlti.ff.de euict.Sed ſi adhuc infans ſit, non poſsit:quia ea ætas,quicquid videt ignorat,l.ij.C.de fal.mo.nec aliud dicit.

*Iterum de infante.*

27 ¶EX ſuperioribus autem & illud quoque ſuboritur dubium : Si plures ſint tutores infantis, ſiue curatores furioſi,an ſatis ſit vnum ex iis adire,eique offerre.Et id quidem veriſsimum eſt, l. conſilio,§.vlt.ff.de cura.furio.& l.ſi ex pluribus,ff.de aut.tut.& l.ij.§.ſi plures,ff.de curat.bo.dan.& l.j. C.ſi ex pluri.tut.l.vlti.C.de auto.præſtan.cum ſi.& in illis locis reperies, quomodo id intelligendum eſt.Sed non tamen illud prætermittã , quòd ſi tutela in multos tutores diuiſa eſt per prouincias,aut aliàs,non ſatis eſſet,oblationem fieri ei,cui ea prouincia deputata non eſt.vt eſt tex.optimus in d.§.ſi plures.& in d.l.vlti.C.de auto.præſtan.& in l.ij.C. ſi ex pluribus tuto. cum ſimi. Et idem,ſi pluribus datis tutoribus,vni,aut quibuſdam tantùm adminiſtratio conceſſa eſt : nec enim aliis offerri poſſet,l.& ſi pluribus,ff.de aut.tut.Quomodo autem id intelligatur, vide ibi per gl. & Doct.Quid autem,ſi quis verus tutor eſt,non tamen gerit tutelam:an hîc poterit oblationem retractus facere pro pupillo,& an ei oblatio fieri poſsit,diſces ex d.l.& ſi pluribus,& ibi gl.in verbo conceſſa non eſt,& ibi Doct.ff.de auto.tut.& l.pupillum,& ibi quoque gl.& Doct.ff.de acqui.hær.

*An ſatis ſit uni ex tutoribus aut curatoribus offerre.*

Ex



Ex quibus etiam intelliges,an econtrariò vnus ex pluribus tutoribus & curatoribus poſsit offerre,& retrahere.De quo & tu videas tex.in l.decreto.§.j.ff.de admi.tut.& Spec.titu.de procu.§.ratione autem formæ,verſi.quid ſi duo,& ſeq.

28 ¶SED illud eſt quæſtionis,idémne ſit in duobus emptoribus eiuſdem rei, an ſcilicet ſatis ſit , alteri tantùm offerre.quod poſſet videri,exemplo eius,quod ſcribitur in d.l.de pupillo,§. ſi pluriũ, ff.de ope.no.nun.cuius hæc verba ſunt: Si plurium res ſit,in qua opus nouum fiat,& vni nuntietur, rectè facta nuntiatio eſt , omnibuſque dominis videtur denuntiatum.& in l.vlti.C.de duobus reis , vbi interruptio facta aduerſus vnum ex reis debendi, omnibus nocet. Ideoque dicunt Doct.ibi,citationem vnius eorũ interrumpere contra alios,de quo etiam obiter per Io.And.Ant. Imo.Panor.& Fel.in c.paſtoralis,§.quoniam,extrà de reſcr.& Hipp.Marſi.conſi.84.vias tuas,col. iij.verſi.& facit etiam:nam citatio.Et ad hanc quoque partem facit l.pe.ff.eo.de duobus reis , & l. mora.§.vlt.ff.de vſur.Et quod no.gl.in c.ſi capitulo,in verbo,factã,ad fi.& ibi quoque Pet.Anch. & alij,de conceſ.præben.lib.6.& quod tradit Rebuf.in concor.tit.de regia ad prælaturas nominatione faciẽda,in verbo,à die recuſationis,ſufficere recuſationem factam à ſummo Pontifice, eius qui à Rege noſtro fuerit nominatus,notificari vni ex ſolicitatoribus Regis.Et in tractatu Nominationum,q.xiiij.nu.62.ſatis eſſe,fieri inſinuationem nominationum vni ex vicariis collatoris,& quæ dicemus infrà,in fi.huius tit.q.xij.ver.ex quo fit.

*An ſatis ſit uni ex multis emptoribus offerre.*

29 ¶Ego verò(vt omittam,quod à noſtris in d.§.ſi plurium, diſtinguitur , ſítne denuntiatio in rem an in perſonã ) putarim,non ſatis eſſe hoc caſu vni offerre,vt alteri oblatum eſſe videatur,eique noceat,cùm ius vtriuſque ſit diuiduum. Ideoque quod vni factũ eſt,alteri non præiudicat: ſicuti è diuerſo quod ab vno factum eſt,aliis non prodeſt in huiuſmodi rebus diuiduis,d.§.ſi plurium, verſiculo ſi plurium dominorũ,& ibi Iac.Aret.Bar.& Ang. Quamuis in rebus indiuiduis ſecus, l.loci corpus,§.ſi fundus,ff.ſi ſerui.ven.Hincque ſcribitur in l.j.§.denuntiari,qui eſt pen.ff.de vẽt. inſpic.quòd ſi plures ſimul ſunt ſucceſſuri,omnibus facienda eſt ea denuntiatio, de qua in eo.tit. tractatur,& ſimiliter in l.rem quæ,§.j.ff.de euict.omnibus venditoribus aut eorũ omnibus hæredibus eſſe denuntiandũ,vt teneantur de euictione.& in l.j.ff. de iure delib.vbi omnibus dominis vnius ſerui hæredis inſtituti,tempus ad deliberandum præſtituẽdum eſt.Et hoc cõfirmatur, quia cùm oblatio neceſſaria eſt,ei vtique facienda eſt,qui poteſt recipere,& offerentẽ liberare,l. ſi reus paratus,ff.de procu.Bal.in l.acceptam,col.iij.in iij.q.C.de vſur.At hîc vnus emptorũ non poteſt pro alio pecuniam recipere,nec ceſsionẽ rei facere.Et vide , quod in ſimili dicitur à gl.in cle.j.in verbo,facienda,de renun.non ſatis eſſe reuocationem mãdati,ad reſignandum ( vt noſtri appellant ) beneficium conceſsi , denuntiari vni ex collatoribus quodque item diſſeritur à Rebuffo in tractatu Nominationum,in xiiij.q.prin.num.80.vtrùm ſcilicet,cùm collatio ad duos ſpectat,ſatis ſit alteri inſinuare nominationem.

30 ¶Sed hæc intellige,niſi vnus eorum integram rem ipſam venditam poſsideret:quia tunc illi fortè ſatis eſſet oblationem facere,per ea,quæ latè dicemus infra titu.procedente, §.j.gl.vj. in verbo, *ou ſes heretiers*,nu.41.nunc autem,& tribus ſeq.Niſi fortè hic diceret,ſe eam rem poſsidere nomine vtriuſque,ſecundùm l.communis ſeruus,ff.de acqui.poſſ.& l.merito,ff.pro ſocio: ideoque nec ſe poſſe ceſsionem rei,non cõſentiente ſocio,facere in illius præiudicium, per l.j.& l.portionem,C. de com.rer.ali.Sed tunc dicerem,conſanguineum,qui poſſeſſorem ſolum ſecutus eſt , non eſſe in mora,quin ea declaratione facta,poſsit & alterũ emptorem in ius vocare,etiã ſi tempus trãſierit, modò negligat id ipſum quamprimum facere,ſecundum id quod ſcribitur infra eodem tit.§.xij. & ibi notauimus.

*Quid ſi unus eorum rem totam poßidet.*

31 ¶AN autem ſit ſatis teſtatò conuenire procuratorem emptoris , eique huiuſmodi oblationẽ facere? Et tradunt noſtri,ſufficere,procuratorem ſpecialem,vel generalem cũ libera,interpellari,per l.procuratoris,in prin.& ibi gl.ff.de trib.& l.procurator cũ libera,ff.de proc.Secus de generali ſine libera,cuius ſcientia domino non præiudicat,l.apud Celſum,§.quæſitum eſt an de procuratoris, ff.de dol.excep.Ita enim inter cæteros ſcribit Alb.& Sal.in l.mora,ille col.iiij.nu.15.hic col.iij.ver, quæro quartò,ff.de vſur.vbi & ita dicunt intelligi l.item veniunt,§.petitam,ff. de dol.except.qua probatur denuntiationem factam procuratori non nocere domino:nã & id per eam l. voluit Alb. in l.j.§.j.col.iij. verſi.an autem denuntiatio,ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.Sed tu tamen hîc vide,quæ ſcribam infrà eo.tit.§.ix.in gl.vlt.nu.7.& ex his quoque,& duobus ſeq.& quæ etiam dixi ſuprà eo.§.in gl.x.quæ eſt in verbo, *dedans l'an*,nu.100.& ſi quis fortè.Bal.autem in tract.Protomixeos.col.j. verſi.ſed nunquid ſufficit,tradit denuntiationem , quæ debet fieri ex conſtitutione protomixeos conſanguineo venditoris,poſſe fieri procuratori cum libera non alteri.

*An hæc oblatio poßit fieri procuratori.*

32 ¶Porrò autem ſatis conſtat , paria eſſe habere mandatum ſpeciale,& generale cum libera, tam in contractibus,quàm iudiciis,l.nam & nocere,& ibi glo.Bald.qui id dicit no.& Alex.qui eam l.legit cum §.vlt.l.reſcriptum,ff.de pact.& l.procurator cui generaliter,& ibi Ricar.& Alb.ff.de procu.& l.mandato,& ibi gl.& Bar.ff.eo.tit.& l.iuſiurandum,quod ex conuentione,§.vlt.& ibi gl.in verbo vniuerſorum, Bart.Alex.& cæteri Recentiores,è quibus Iaſon in ij.not.ponit ſex limitationes,ff. de iureiur.& l.ſed ſi vnius,§. procuratorem autem,ff. de iniuri.& c.qui ad agendum,§. vlti.& ibi omnes,de procu.lib.6.Cy.Bal.qui dicit id valde quotidianum,& Sal.in l.illud,§.j.ff.de mino.idem Cy.& Pau.Caſt.in l.j.C.etiam per procu.Io. Fab.in §.procurator,col.ij.Inſtit.de his per quos ag.

*Mandatũ generale cum libera æquipollet ſpeciali.*

poſ.vbi id declarat.Cano.in c.vlti.extrà de dila.Pau.Caſt.in l.per procuratorem,in fi.ff.de acqui. hære.Panor.in ca.petitio,poſt medium,de procu.Alex.in l.ſi procurator,col.j.C.eod.tit.& conſi. 22.viſo inſtrumento,col.ij.verſi.attento,lib.1.& conſi.44.viſo & diſcuſſo,col.j.verſi.ſed cõceſsio, lib.2.quod repetitur conſi.28.lib.6.& idem Alex.conſi.133.circa executionem,col.j.eo.lib.6.Iaſon qui id dicit ſing.in l.indebitum,in ij.no.ff.de condi.inde.Feli.in c.nonnulli,§.ſunt & alij.extrà de reſcri.Caro.Rui.conſi.93.viſis his,col.iij.nu.6.lib.5.Catel. Cotta in memor.inci.procurator generalis,Matthæ.Afflict.in conſti.Siciliæ inci.ſi quis in poſterum,col.iij.in iij.q.& Deci.Neapo.cccv. in cauſa Martini,num.4. Philip.Dec.conſi.493.viſo tenore,colum.j.& conſi.690. viſis dubitationibus,col.xj.

*Quid in procuratore generali cum libera ad lites. Mandatũ generale cum libera, quando cenſeatur eſſe conceſſum.*

33 ¶Quod tamen intellige,vt non procedat in procuratore generali ad lites etiam cum libera: neque enim is ſolutionem recipere poteſt,l.hoc iure, & ibi Doct.ff.de ſolu.& no.in l.ſi procurator,ff.de condi.inde.& Bar.in l.qui Romæ,§.Callimachus,ff.de verb.obl.Neque is poteſt interpellare,proteſtari,denuntiare,vt diximus ſuprà in gl.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.97.cæterùm ex his.Quando autem,& quomodo,& quibus verbis cenſeatur quis habere mandatum generale cum libera, videbis apud Pet.Cy.& Bar.in l.j.ff.de offi.procu.Cæſa.Pet.Cy.Bal.Sal.& Raph.Fulg.in d.l.ſi procurator.C.de procu.Io.And.& Panor.in d.c.petitio,eo.tit.Bar.in l.creditor.§.Lucius,ff.mand.Bal. in c.j.§.nomina,in fi.titu.de pace Conſtan.Domi.poſt alios in d.c.qui ad agendum,cum concor. adductis ab Alex.d.conſi.44.lib.2.repetito conſi.28.lib.6.& præterea cõſi.52.viſo primo puncto, col.ij.nu.6.lib.item vj.

*An hæc oblatio poßit fieri cõiunctæ perſonæ.*

34 ¶S ED vtrum hæc oblatio poſsit fieri coniunctæ perſonæ emptoris?Et ſanè,quæ requirunt ſpeciale mandatum,cõiunctis ſunt interdicta,niſi & ipſi mandatũ ſpeciale habeãt,l.patri,iuncta l.illud,ff.de minori.& latè per Recentiores,qui multos allegant,in l.exigendi,C. de procu.& in d.c. nonnulli,§.ſunt & alij,extrà de reſcri.& Soc.conſi.120.cũ in præſenti,col.iij.verſi.poſtremò, lib.1. quod repetitur conſi.231.lib.2.Nec eis ſolutio fieri poteſt,& ſi facta fuerit, nõ liberatur ſoluens,l. non ſolum,quæ eſt iij.& ibi Bar.col.ij.verſic.tex.iſte inducitur,Alb.col.j.Imo.Alex.in prin.& alij, ff.ſol.mat.& l.ij.& ibi quoque gl.quæ intelligit,etiã ſi offerat cautionẽ rati.Bar.& Alb.ff. vt legat. nomine caueatur,& l.qui hominem,§.ſi gener,ff.de ſol.& l.qui aliena,§. quãquam,ff. de neg.geſt. & l.filius,& ibi Doct.C.de pact.glo.in l.vero procuratori,in verbo, adminiſtratio,& ibi Bar.ff.de ſol.Spec.in tit.de cõiuncta perſona,col.vlt.verſi.item cõiunctæ.Gul.Cu.in l.ſin autem, in prin.& ibi Bar.& Alb.ff.de neg.geſt.Cy.in d.l.exigendi,Bar.in l.hoc iure,ff.de ſol.Alb.in l.ij.col. pen.ver. item allegatur,ff.ſol.mat.& in l.ſed & hæ,in prin.col.ij.verſi.itẽ quærit ipſe,ff.de procu. Bal.in l.j. C.de ſol.& in l.j.verſi.quæro vtrùm cõiunctæ,C.quibus res iudi.non nocet,& in l.tutori,in fi.ff. de neg.geſt.Pau.Caſt.cõſi.165.viſis & ponderatis,col.ij.ver.ſed cõſtat,lib.2.Alex.cõſi.4. videretur inſpectis,col.iij.ver.tamen quia cõiunctæ,lib.2.& conſi.37.viſo dicto inſtrumento,poſt prin.lib.3. Fran.Aret.cõſi.136.clariſsimè,col.j.verſi.ad tertiũ,Soc.d.cõſ.120.vbi ſuprà,Guid.Pap.deciſ.Delph. 526.executio,verſi.ſed vtrùm,Fran.Rip.in d.c.cùm Mar. Ferra.nu.60.extrà de cõſti. Steph.Bertr. conſi.238.literæ cõpulſoriæ,lib.1.Et eſt cõmunis opinio vtriuſq; illius ſentẽtiæ:tametſi Phil.Dec. ſolus,ni fallor,vtrãque euertere conatus eſt in d.c.cũ Mar. Ferra.col.v.verſic.ſecunda concluſio, quibuſdam rationibus motus,quibus ſcitè reſpõdet Fran.Rip.ibi.Receptũ eſt autẽ,oblationem ei tantùm fieri poſſe,qui poteſt recipere,& offerentem liberare,vt diximus ſuprà,nu.29.ego verò,& dicemus plenius infrà eo.tit.§.ix.gl.vlt.ferè per totum,præſertim verò,nu.4.ſed & quod plus.

*Coniũctæ perſonæ an ſolui poßit.*

*An filio pro patre,& è diuerſo poßit fieri hæc oblatio.*

35 ¶Et ita quidẽ hæc procedunt,vt ne filio quidẽ pro patre poſsit fieri hæc oblatio:vtpote cùm nec ei quidem ſolui poſsit,vt videre eſt ex d.l.filius,C.de pact.vbi & id Bal.& Phil.Dec. notãt. Patri autem pro filio poteſt,vt expreſsim voluit Ang.in d.l.qui aliena,§.quãquàm,ff.de neg.geſt.nam & is facere poteſt pro filio alia,quæ requirunt ſpeciale mandatum,per l.patri,in prin.& ibi Bal.ff. de mino.cum concord.à me adductis ſuprà eo.in gl.x.in verbo, *dedans l'an*,nu.101. & hæc procedunt.Sed illud de ſolutione,intelligit Phil.Dec.in d.l.filius,procedere,quando ſoluitur patri, vt legitimo adminiſtratori bonorum filij,vt ipſe eſt,l.j.C.de bonis mater.Nam vti coniunctæ perſonæ,ſimpliciter ſolui nõ poteſt,per tex.in d.l.filius.Et ſanè etiam d.l.patri,ff.de minori.ſatis oſtendit,ibi filium fuiſſe in poteſtate patris,cùm dicit,quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur.Et id confirmatur, quia nec matri quidem,aut auiæ ſolui poteſt , non magis quàm cæteris coniunctis:vt expreſsim reſpondit Alex.d.conſi.37.in prin.lib.3.Neque enim ( inquit ) ea eſt legitima adminiſtratrix bonorum filij,vel nepotis,l.filiæ,in prin.ff. de ſol.cum aliis ibi per eum allegatis.Ex quo potes intelligere,tum demum hanc oblationem patri poſſe fieri pro filio,ſi eius ſit legitimus adminiſtrator,aliàs ſecus,matri nullo modo poſſe.

*An matri fieri poßit pro filio.*

*Si capitulum emerit,cui,& quomodo debet fieri oblatio.*

36 ¶N EC vnum prætermiſerim,de quo etiamnum ex facto controuerſia eſt: Si capitulum alicuius eccleſiæ emit rem quampiã immobilem,poterit ab eo conſanguineus retrahere, vt ſatis ſuprà diximus num.huius glo.2.& multis ſeq.an igitur hoc caſu ſatis erit conuenire Prælatũ huius capituli,vt decanum,aut alium huiuſmodi,aut etiam ſyndicum,& ei hãc retractus oblationẽ facere.Et idem quæri poteſt in alia quapiam vniuerſitate,quæ quid emit obnoxium retractui.Super quibus vide tex.in l.omnes,§.hoc nihilominus,& ibi Bal.qui eum §.legit,cum prin.l.C.de epiſ. & cler.& gl.no.in l.non poteſt dolo,in verſi.item quid ſi citetur,& ibi Bar.& Albe.ff.de reg.iur.aliam gl.in c.ſi capitulo,in verbo,factam,& ibi latè Pet.Anch.col.vlt.de conceſ.præben.lib.6.Bar.& Alb.in l.j. illum,



illum, in §.& ſi fortè,hunc in §.j.verſic.vlt.ff.quod vi aut clam.Eundem Bar.in l.vlti.ff.quod cuiuſque vniuerſi.& in l.j.C.de iure reip.lib.11 & in extrauag.ad reprimendum,in verbo,citatum.& Io.Fab.in l.de actore,ad fi.C.quan.tuto.vel curat.& Ang.cõſi.196.ex themate,col.ij.& alios,quos citat ( ne hîc ſim longior) Alex.in addi.Bar.in d.l.non poteſt dolo , & præterea latiſsimè Barb.in cle.cauſam,col.xvij.in paruis,verſic.quid ſi appellatio,& multis ſeq.de elect.& Guid.Pap.deciſio. ccxxj.in cauſis.In ea autem ſpecie,in qua id dubium contingit,ſoli Prælato facta fuerat oblatio,& is ſolus citatus erat in materia retractus,& interim tranſierat annus retractus: dicebatque Prælatus non rectè factam fuiſſe oblationem & citationem , nec deinde admittendum eſſe conſanguineum,anno iam elapſo.Et idem quæri poteſt in retractu conuentionali.

*Quid, ſi emptore mortuo hæreditas iaceat.*

37 ¶S ED quid,ſi emptor mortuus ſit,hæreditaſque eius iaceat , cui & quomodo debet fieri oblatio retractus? Et certè,ſi curator datus ſit hæreditati,vt plerũque fit , vt patet ex toto tit.ff.de cur.bo. dan.& l.debitor,poſt prin.ff.de neg.geſt.ei offerri debet:ſin minus,ſatis erit,ipſi hæreditati vacãti offerre:nec requiritur,vt prius curatorem conſtituere cõſanguineus faciat,vt denuntiatione,quæ fit venditori ob euictionẽ,reſpõdit Pau.Caſt.conſi.240.effectus primi, col.ij.ver.ſuper ſecundò, lib.1.per tex.loquentẽ in pupillo,in l.ſi dictũ,§.vlt.ff.de euictio.Nam hîc(inquit)agitur de conſeruatione iuris denuntiantis tantùm,non etiam de cõſtituenda hæreditate in mora,vti & in noſtro caſu retractus conſanguineus certat de ſuo iure retractus conſeruando. Sequitur & dicit ſingul. Barb.in c.vlti.in fin.de empt.& vend.vbi tamen numerus illius conſi.eſt corruptus.Sed tu ſuper hoc vide,quæ ſcribit Fran.Are.conſi.26.factum ſuper quo,col.iij.verſi.nec obſtat,ſi diceretur,& quæ nos in ſimili diximus de pupillo hærede emptoris,ſuprà,hac eadem gl.nu.14.quid igitur,& multis ſeq.& quæ item dicemus infrà eo.tit.§.ix.in gl.vlt.verſi.vltimo.

*Si rex emerit an ab eo retrahi poßit.*

38 ¶P OSTREMO illud quæri poteſt,An ſi Rex noſter emerit domum,poterit conſanguineus venditoris ab eo retrahere.Io.Gallus inter areſta anni M.cclxxxiij.hoc poſuit,conſanguineis ius non eſſe retrahendi rem emptam à Rege:& loquitur de Comitatu Guynarum empto à Rege,cui filius venditoris oblationem fecerat.Quæ res hinc pendet,vtrũ Princeps ligetur ſtatutis, aut conſuetudinibus ſubditorum.Et non ligari reſpondit Cardi.Flor.conſi.ij. circa ſtatutum, & ſequitur Fel.in c.j.col.x.verſi.quarta declaratio,extrà de conſti.& Rochus Cur.in repe.c.vlti.in ix.q.prin. de conſue.per multa iura illic allegata.Dicitque & id procedere, etiam ſi ad talem cõſuetudinem inducendam interueniſſet conſenſus Principis,vt ibi videre poteris. Sed illud prius ante hos voluit Bald.quem nullus illorum citauit,in d.c.j.paulò ante fi.extrà de conſti.Nec id quidem mirũ, cùm nec Legatus Principis teneatur ſeruare ſtatuta loci,etiam ſi eſſet ipſius loci ordinarius:vt dicit Bal.in c.licet,in fi.de offi.ord.& ſequitur Fel.in c.cũ dilecta,col.xix.verſi.limita quartò,in fin. de reſcri.Quod quidem vltimum quomodo intelligatur,intelliges ex Ang.& Alex.in l.hac conſulciſsima,§.ex imperfecto,C.de teſta.& Cano.in d.c.vlt.de conſuet.

39 ¶Quod tamen intelligendũ eſt , niſi ſtatutũ,aut conſuetudo naturali ratione nitatur,vt pulchrè dicit Bal.in c.j.§.vlt.col.j.tit.qui feu.da.poſ.Nam potentius,ait,eſt ius naturale,quàm principatus. & ſequitur Mart.Laud.in tractatu de Principibus, verſic.cccv.bonæ & naturales, & Rochus,vbi ſupra.Cui cõcinit,quod & idẽ Bal.ſcribit in l.ij.col.vij.verſi.item no.quòd ſi Papa,C. de ſeruit.& aqua,nullam autoritatẽ Principis vel Senatus poſſe id facere,ne Princeps ipſe ſit animal rationale,mortale:aut poſſe eum abſoluere à lege naturæ,vel dictamine rectæ rationis, vel legis æternæ. & ſequitur etiam Fel.in d.c.j.col.x.verſi.quinta declaratio,de conſti.Illud autẽ certũ eſt, conſuetudinem regni Regem ipſum ligare,vel teſtimonio ipſius Bal.in auth.omnes peregrini,col.ij.ver. conſuetudo feudorum,C.com.de ſucceſ.& in c.j.verſi.& no.hîc,quòd Princeps, tit.de nat.feu.& Soci.conſi.58.ſupra propoſita,col.j.lib.4.Et ita intelligendus eſt Io.Fab.in l.digna vox,C. de legi. cùm dicit,Principem fortè ( ita enim loquitur ) ligari conſuetudine terræ,per quædam iura ab eo allegata. Ex conſuetudine autem Protomixeos Fede.in fi. eiuſdem nuncupatim excipitur curia, quã expreſsim interpretes eiuſdem conſtitutionis intelligunt pro fiſco,& republica:ſed aliud eſſe dicũt in Imperatore,vel Rege:vt per Matth.Afflict.ibi,col.vlt. quem vide.& Ferro.qui & de hoc priuatim loquitur in conſue.Burdiga.tit.de feud.§.vij.poſt prin.

## OV EQVIPOLLENT A VENTE, AVT AEQVIPOLLENTI VENDITIONI, GLO. XIIII.

*Sonandi uerbum.*

1 SIMILIA propè verba ſunt infrà eo.tit.§.xvij.in fin.ibi, *vente,ou qui ſonne vente.* Et iterum §.xxvij. ibi , *de vente,ou qui le ſonne.* Ex quibus verbis clarè datur intelligi , hanc conſuetudinem non in venditionibus tantùm veris & propriis locum habere,ſed & in aliis contractibus æquipollentibus venditioni,& eandem ſonantibus,id eſt,repræſentantibus,effingentibus,referentibus,vt in illo { Ciceronis loco lib.3.Offic. Honeſtate igitur dirigenda vtilitas eſt: & quidem ſic,vt hæc duo verba inter ſe diſcrepare,ſed vnum ſonare videantur. Et in eo quoque } Virgilij loco,lib.1.Aeneid.

*—Nanque haud tibi vultus*
*Mortalis,nec vox hominem ſonat.—* Et iterum lib.6.
*—Maiorq; videri, Nec mortale ſonans.—*

*An retractus habeat locũ in datione in ſolutum.*

*Datio in ſolutum vicẽ venditionis tenet.*

2 ¶ HVIVSMODI autem eſt datio in ſolutum, cùm ſcilicet fundus ſoluẽdi cauſa datur, ita enim loquitur l.vel ſoluendi,ff. de Publi.in rem actio.ſiue cùm pro ſoluto datur:nam & ita loquitur l. eleganter,in prin.ff.de pign.act.Ea enim datio vicem vẽditionis obtinet, l.ſi predium,C.de euic. Cuius autoritate ſubnixi Io.Fab.& Albe.ibi, tenent hoc noſtrum ſtatutum retractus,etiam ſi de venditione ſimpliciter loquatur,habere locum in datione in ſolutũ. Id quod etiã tradit ipſe Alb. in l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,& ibi Iaſon col.ij.verſi.item per iſtum tex.ff.de leg.j.& idem Alb.in l.ſi vſumfructum.ff.de libe.cau.& in prima parte ſtatutorum,q.lxxxviij.ſuppoſito ſtatuto prædicto.& iterum in ſecunda parte,q.ij.ex prædictis oritur,col.j.verſi.ex prædictis colligi poteſt.Bald. in tract.Protomixeos,col.v.verſi.ſed vtrum hæc conſtitutio.Io.Plat.in l.j.col.ij.verſi.item eſt arg. C.de fund.patri.lib.11. Ludo.Bol.conſi.21.ſtat ſtatutum.& iterum conſi.25.in amplisſimo, col.iiij. Philip.Deci.conſi.160.in cauſa monaſterij,colum.ij.& conſi.586. in cauſa quæ Mantuæ agitatur, colum.ij.Ioan.Crot.& Ferd.Loaz.in repet.l.filiusfamilias,§.diui, ille col.xv.hic col.xl.num.227. ff.de legat.j. Fabia.à monte S. Sebaſt.in tract. empt.& vendit.in xxj. quæſt.iij.q. princip.Boer.in hoc eod.titu.§.iij.colum.j.Chaſſ.in eodem titu.conſuetu.Burgun.§.ix.num.5.Alcia.lib.2. de verb. ſigni.char.10.verſi.lex ait rem venditam.& Carol.Molen.in conſuet.Pariſ.tit.j.§.xiij.gl.v. in x.q. & Ferro.in conſue.Burdigalæ hoc eod.titu.§.xxv.in prin.Et de hoc eſt conſuetudo expreſſa Senonenſium ca.liiij.& Trecenſium cap.clxv.& Auxerrenſium ſiue Altiſsiodorenſium,hoc titu.§. xxij.qui eſt omnium liij.

*Cõſuetudines de hac re.*

*De eadem re.*

3 ¶Et pro his,vltra eum tex.ſunt & alij multi,probantes dationem in ſolutũ inſtar vẽditionis eſſe, videlicet l.eleganter,in prin.& ibi Bar.Bal.& Pau.Caſt.qui dicit eũ text.ad hoc ſemper allegari.ff. de pig.act.& l.vlt.ff.ex qui.cau.in poſ.eat.& l.ſi plus,verſi.& ſi iuſſu,ff.de euict.& l.ſequitur, quæ eſt iiij.§.de illo,verſi.idemque fore,ff.de vſuca.& l.apud Celſum,§.ſi quis autẽ,verſi.autoris,ff.de dol.excep.& l.Senatus,in prin.ibi,quamuis non vt vendat,detraxit,ſed vt exoluat,ff.de leg.j.vbi probatur & hoc procedere in conſtitutione pœnali.& hoc ibi annotãt Alb.& Iaſo.in quinto no. qui eam l.legunt cum d.§.ſed ſi ſeparauit, qui eſt vlti.d.l.cætera,& idem Alber.in d.q.ij.ſecundæ partis ſtatutorum,vbi ſuprà citauimus,& And.Barul.in d.l.j.C.de fund.patri.lib.11.

*De eadem re.*

4 ¶Et vbique noſtri illud conclamant,dationem in ſolutum haberi pro vẽditione,& ex hoc paſsim multas quæſtiones decidunt:& inter cæteros Oldr.conſi.37.ad primam quæſtionem,in iij.q.Cy. Bar.Bal.Sal.& Ang.in l.libera,C.de ſen.& interlo.omn.iudi.Alb.in l.j.C.com.vtriuſque iudi.Bar. in l.j.§.cùm prædium,col.ij.ff.de pig.& in l.à Diuo,§.ſi pignora,ff. de re iudi.& in l.ſi quis aliam, col.j.ff.de ſol.& conſi.121.in quæſtione domini Cioli,circa mediũ.& Petr.Iac.tit.de act.ex empto redhib.col.j.& tit.de act.in rem pro re emphy.col.viij.verſi.item & in datione in ſolutum,& iterum col.xij.verſi.itẽ ſi res detur.vbi loquitur de laudimiis.Bald.conſi.150.Antonia, lib.1.& conſi. 300.ſtatuto cauetur,col.j.eo.lib.1.Alb.in ſecunda parte ſtatutorũ,q.ccvij. in aliquibus ciuitatibus. Imo.conſi.8.in caſu præmiſſo,col.vlt.verſi.circa tertiũ.Raph.Co.conſi.4. domina Stella,ad fin.& conſi.29.quidam Gionterius,col.ij.verſi.ad ſecundũ,alter Raph.Fulg.conſi.133.in quæſtione verſa,col.ij.verſi.ſed & illud,vbi tamẽ dicit,hanc non veram eſſe & directã emptionem.& conſi.137. quia ex facto,in fi.primi dubij,& conſi.190.viſis toto proceſſu,col.ij.verſic.ſecundò principaliter. Pau.Caſt.cõſi.266.videtur dicẽdum,col.ij.verſi.tertia ratio,& iterũ col.ſeq.verſi.& ſic concludo, lib.1.& cõſi.165.viſis & ponderatis,col.ij.verſi.ſecũdò videtur,lib.2.& cõſi.326.ſuper primo quæſito,ante fi.eo.lib.2.Ro.cõſi.450.præſens dubitationis articulus.Fran.Aret.cõſi.32.diligẽter conſideratis,col.ij.verſ.nec obſtat ſi dicatur,vbi ex hoc dicit generaliter,quicquid de vẽditione dicitur, & in datione in ſolutũ habere locũ.& cõſi.148.in quæſtione propoſita, col.ij.verſi.his tamen nõ obſt.& cõſi.160.lõga eſt iſta cõſultatio,col.v.verſi.venio ad quartũ.Guid.Pap.qui & ex hoc dicit deberi laudimia domino ex datione in ſolutũ,ſicut ex vẽditione,cõſi.46.in facto præſupponitur, col.ij.ver.plus poſſet cõſiderari.Phil.Dec.vltra loca ſuprà allegata,cõſi.409.viſo cõſi.col.ij.& cõſ. 558.in cauſa magnifici,poſt prin.& cõſi.587.corã magnificis,col.ij.& conſi.592. in cauſa dominæ, ad fi.Matt.Affl.dec.Neap.335.pro deciſ.nu.18.& iterum deci.358.in cauſa nobiliũ,col.j.iterũ deciſ. ſeq.col.item j.Ex quibus multi intelligunt,& hoc in ſtatutis procedere,vt apud eos videre licet.

*De eadem re.*

5 ¶ NON deſunt tamen,qui in caſu noſtræ conſuetudinis, de qua hîc tractamus,negant eã habere locũ in huiuſmodi datione in ſolutũ.Hi ſunt Spe.tit.de emp.& vend.§.nũc dicendũ,le ij.ver.ſed pone ſtatutũ,vbi & id dicit fuiſſe obtentũ,& ibi quoque Io.And.in addi.atque etiã in c.conſtitutus,col.vlt.& ibi itẽ Ant.& Pet.Anch.in iij.opp.dum allegat Spec.vbi ſuprà,extrà de reſti.in inte. Albe.ſibi contrarius in l.ſtatuliberi,§.Quintus,ff.de ſtatulib.dum dicit poſt Alb.Odoſ.hoc noſtrũ ſtatutum habere locũ in vẽditione propriè ſumpta tantùm,nõ etiã in cæteris alienationibus.& in l.ſi vſumfructũ,in prin.ff.de lib.cau.vbi idem dicit.& in l.dudũ,C.de contrah.emp.dũ ſimpliciter allegat Spec.vbi ſuprà.Lucas Pen.in d.l.vlt.col.j.verſi.item qui non poteſt,C.de prædi.curi. lib.11. Io.Por.in d.l.Senatus,ff.de leg.j.Alex.in addi.Bar.in d.l.litis,ff.pro emp.& conſi.76. viſis dubitationibus,col.iij.lib.5.dum etiã citat Spec.vbi ſuprà.Fanc.Are.conſi.124.eximie domine,col.pe.vbi dicit ſing.Corn.cõſi.166.quatuor vertũtur,col.v.lib.2.Gerar.Bago.in ſua repet.retractus.verſi.ſecunda cõcluſio eſt quòd in re data, vbi hac nõ vulgari anchora innititur,quòd datio in ſolutum habet vim venditionis in fauorẽ eius,cui fit : ideò in eius læſionem non debet retorqueri. Guido Pap.deciſ.cclvij.cauetur conſuetudine,in fi.Fel.in c.vlt.col.pen.verſi.fallit tertio, extrà de accuſ.





Firmia.in tract.gabellarũ in tertia parte octauæ partis prin.in iij.q.verſi.in quæſtione tamen propoſita.& iterum in iiij.q.Iaſon conſi.150.videretur prima conſideratione,col.ij. verſi. ſecundò & fortiùs,lib. 4.Sebaſt.Neapoda.in tractatu de Iure congrui.Phil.Dec.ſibi etiam cõtrarius conſi.18. viſo puncto,col.ij.verſi.nec obſtat quod dicitur.& conſi.586.in cauſa quæ Mantuæ agitatur, col. ij.Ioan.Crot.in repe.l.filiusfamilias.§.diui,col.xvj.ver.tertiò adducitur,& iterum col.xxxiiij.verſ. tertia ſit concluſio,& ibi quoque Ferd.Loaz.char.24.nu.485.& Fran.Ripa nu.101.ff.de leg.j. Iac. à S.Georg.in tract.de Roydis,col.ix.verſi.item dubitatur an præſuppoſita,Paulus Pariſ.conſi.82. pro veritate,col.ij.nu.18.lib.3.

6 ¶Mouentur hi,præter eam,quam iam diximus,& aliis multis non cõtemnendis rationibus, quas hîc aſſcribere ſuperſedimus, loca deſignaſſe contenti, præſertim cùm res iſta in terminis noſtræ conſuetudinis minimè ſit dubia:quia nõ de contractu tantùm venditionis, ſed & aliis æquipollentibus,& vẽditionem ſonantibus (vt ſuprà in prin.huius gl.diximus) loquitur noſtra cõſuetudo:ideoque habet locũ & in impropriis & indirectis venditionibus, etiam ſi aliàs non cõprehenderetur datio in ſolutum appellatione veræ ac propriæ venditionis. De quo etiam videbis per Rapha.Fulg.d.conſi.134.in quæſtione verſa coram domino capitaneo,col.ij.verſi.ſed & illud.

*Quid, ſi detur in ſolutum alterius ſpeciei debitæ.*

7 ¶ TAMEN ſi teneas in terminis Iuris communis,ſtatutum admittens cõſanguineos ad retractũ rei venditæ ſimpliciter,habere locum in datione in ſolutum,id debes intelligere duobus modis: Primo videlicet,cùm datur fundus in ſolutum pecuniæ debitæ.Nam ſi in alterius ſpeciei debitæ ſolutum daretur,nihil eſſet quod ad venditionem accederet,vt per gl.Cy.Bar.Bal.& alios in d.l. libera,C.de ſen.& interlo.om.iud.gl.in l.ſi quis aliam,& ibi Bar.qui id optimè declarat,col.j.ff.de ſolu.Nam vt dicit ipſe Bar.cùm ſoluitur ſpecies pro ſpecie,eſt quædam permutatio, ſed quando ſoluitur ſpecies pro pecunia,eſt quædam emptio.Ideò in hoc noſtro caſu,cùm ſcilicet datur ſpecies pro alia ſpecie,non eſſe locum retractui ex hoc ſtatuto noſtro,expreſsim tenuit Lud. Bolog. hanc quoque differentiam faciens d.conſi.25.in amplisſimo,col.iiij.verſi.plus voluit. Quod tamẽ intellige ſecundùm ea,quæ dicam infrà in ead.gl.num.40.ſed & hæc omnia. niſi ſcilicet daretur res mobilis pro immobili,vt ibi videre poteris.

*Quid, ſi pro ſpecie mobili.*

*Quid in datione neceſſaria à iudice facta.*

8 ¶Secundò intellige,vt habeat locum retractus in datione in ſolutum voluntaria, quæ fit ab ipſo debitore creditori:non etiam in neceſſaria,quæ fieret à iudice pro executione rei iudicatæ, per l. cùm fidei hæredis,ff.de fideic.lib.Ita voluit Io.Plat.poſt alios Antiquiores in d.l.j.col.ij.verſi.item eſt arg.C.de fund.patr.lib.11.Maſuer.tit.de exec.& ſubhaſt.§.item in pretij diſtributione,ad fin.& Iaſ.in d.l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,col.ij.verſi.item per iſtum tex.ff.de leg.j.Matth.Afflict.in tract. Protomixeos,in verbo,licet enim ſuprà diximus,colum.vj.verſi.ſed iuxta prædicta quæro.Ferdi. Loaz in d.§.diui,nu.228.& iterum nu.485.& Fabia.in d.tract. emptionis & venditionis, vbi ſuprà,& Deci.d.conſi.160.col.ij.& Ioan.Cora.lib.3.Miſcel.c.iij. Nam & quando debitor ſponte dat creditori rem aliquam pro debito, id in iure appellari ſolet dare in ſolutum : vt patet in iuribus ſuprà allegatis nu.2.& 3.Sed & vendere quoque appellatur,l.in numerationibus,in prin.ff.de ſol. Cùm verò datur à iudice in cauſam iudicati,vix ita reperies appellari, ſed potius addicere creditori,d.l.à Diuo Pio,§.ſi pignora,& ſæpe aliàs in ead.l.ff.de re iudi.quod annotatum fuit ab Alex. conſi.52.viſo themate & ſtatutis,col.j.lib.1.

*Dare in ſolutũ, & addicere creditori quid differãt.*

*Vẽditionis appellatione, an veniat datio in ſolutũ neceſſaria.*

9 ¶ Nec aliàs huiuſmodi datio in ſolutum neceſſaria ( ſi datio in ſolutum vocari poſsit ) comprehenditur in ſtatutis loquentibus de venditionibus,vt tenet Albe.in l.Senatus, in prin.ff.de leg.j. & in ſecũda parte ſtatu.q.ij.ex prædictis oritur,tum in prin.tum in verſi.ex prædictis colligi poteſt,quibus locis loquitur de ſtatuto prohibente alienari in extraneos.& iterum quæſtio.ccvij. in aliquibus ciuitatibus.& Ro.loquens in ſtatuto huic noſtro non abſimili,ne ſcilicet liceat vendere rem immobilem irrequiſito conſorte,conſi.107.circa id de quo quæritur,per totum.Alex.loquẽs in eodem ſtatuto,d.conſi.52.etiam per totum.lib.1.& Iaſ.in d.l.cætera,§.ſed ſi ſeparauit,col.ij.ver. item per iſtum tex.ff.de leg.j.vbi etiam loquitur in illo ſtatuto,prohibente alienationes in extraneos,Phil.Dec.d.conſi.160.in cauſa monaſterij,col.ij.Lud.Gozad.loquens in eodem ſtatuto,cõſi. 103.videtur,col.pen.nu.21.cum aliis multis concor.coaceruatis à Boheri.in conſuetudinibus Biturigum hoc eo.tit. *de retraictz*, §.iij.

*An ex ea debeantur laudimia, vide nu. 14.in prin.*

10 ¶Nec ex ea quoque dominus habet laudimia,quamuis ex venditione habeat,vt voluerunt Guil. Cu.Bar.Bal.Raph.Fulg.& Pau.Caſt.in l.ſi ideo,ff.de condi.furti.Iaſ.in l.vlti.col.xij.in vij.q. verſi. iſta deciſio,C.de iure emphy.de quo tamen vide infrà nu.ab hinc 4.Nec ea prohibetur fieri ſine conſenſu domini,vt dicit idem Iaſ.poſt alios in d.l.vlt.col.xxxij.verſi.quintò quæro, de iure emphyt.& in l.voluntas,col.j.C.de fideic.Matth.Afflict.qui & alios quoque citat deciſ. Neapo.cxcj. Abbas Ruſillus,in j.dubio.De quo tamen vide,quæ latius de hac re diximus ſuprà,eo.§.in verbo, *ou autres choſes,cenſees pour immeubles*,quæ eſt gl.vij.nu.49.quòd autem fructus,& quæ etiã dicam infrà eadem gl.d.nu.ab hinc 4.

*Alienatio neceſſaria, non continetur in prohibitione alienationis.*

11 ¶Et generale eſt,vt quæuis alia venditio neceſſaria,non contineatur in prohibitione alienationis, l.Diuus,ff.de pet.hære.& l.peto,§.prædium,& ibi Albe.& alij,ff.de lega.ij.& l.pater, in prin.& ibi Alber.ff.de lega.iij.& l.ij.iuncta gloſſ.& ibi not.à Doct.C.de fund.dot.& l.j.ff.eod.titu.& l.alienationes,& ibi Alberi.ff.fami.herciſc.& l.non ſolùm,§.j.ff.de ali.mut.iud.cau.fac. & d.l.cùm fidei.ff. de fideicom.liber.& l.j.C.de litigio.Bar.in l.ſi ſtipulatus fuerim,in prin.colum.j.verſic. videamus

rationes.& iterum verſi.ex quo no.ff.de verb.obl.Bal.conſi.40.maritus ex delicto, circa med.lib. 1.& conſi.284.præmiſsis verbis cuiuſdam ſtatuti,poſt prin.eo.lib.1.Albe.in l.ſed ſi pecunia.per eũ tex.ff.de reb.eo.& in l.ſi aliquis,nu.3.ff.de dona.& in l.quoties,col.vlti.num.12.ff. de pœn.& in j. parte ſtatutorum q.cx.ſtatuto Parmæ.& in ij.parte q.ij.ex prædictis , col.j.vbi loquitur de ſtatuto prohibente alienare in extraneos.Ang.cõſ.vij.in Dei nomine,amen,ex dicto themate,col.j.Sal.in l.vlt.col.j.C.de reb.alie.non ali.latè Rom.cõſi.107.circa id de quo,& cõſi.219. ex themate cõſultationis,col.ij.verſic.ſecundò idem euidenter.Pau.Caſt.conſi.317. ſuper primo quæſito, in j.dub. lib.2.Alex.conſi.55.ponderatis his,col.2.verſi.accedit ad confirmationem,lib.3.& Matth.Affli.loquens in materia protomixeos in conſtit.ipſius,in verbo,licet enim,col.vlt.verſi.ſed rurſus quæro,cum concord.quos videre poteris apud Fran.Cur.ſenio.conſi.27.magnificus vir, col.8.verſic. corroborantur prædicta.Lud.Bol.conſi.43.Ser Iacobus, col.ij.verſi.tertiò præmitto, &ſeq.verſi. & ſic ex hoc Iaſ.in d.l.filiusfamilias,§.Diui,col.iiij.verſi.viij. & vlt.cum multis ſeq.in ij.lect.& ibi Ferd.Loaz.nu.216.& Fran.Ripam,nu.24.& ſeq.ff.de leg.j.

12 ¶Et hæc quidem fortaſsis vera ſunt,quantùm ad ius commune pertinet,& ex quibuſdam quoq; conſuetudinibus obtinent, vt Turoniæ,hoc tit. *de retraictz*, capi.24.& Morini,c.xvij.niſi vt ibi declaratur,Loduni,hoc item titu.§.xxiij. Et in comitatu Burgundiæ,titu. *reachaptz*, §.xij.At nos contrariam conſuetudinem expreſſam habemus infrà §.omnium totius huius voluminis cõſuetudinum poſtremo,qua cauetur,& in his quoque vẽditionibus,quæ fiunt à iudice in cauſam iudicati,locum eſſe retractui.Et habent ſimilem conſuetudinẽ in ducatu Burgundiæ,in hoc eo.tit. §.ix.vbi Chaſſe.ſatis multa de hac re ſcripſit,vt ibi videre licet omnibus. Et eadem quoque apud Pariſienſes eſt conſuetudo,c.lxxxij.Melodunenſes,c.xij.Senonẽſes,c.xxxix.Trecenſes,c. cxlvij. Caluimontenſes in Baſsigniaco,c.cxv.Cenomanenſes,c.ccccxxj. vbi tamen id limitatur. Atque etiam apud Andegauenſes,c.cccx.Aruernienſes,tit. *de retraict*,c.xxxvij.Engoliſmenſes,c.lxxvj. Altimarchienſes,c.cclxxix.Marchienſes,cclxxxvj.quod eſt xxvj.huius tit.Altiſsiodorenſes, quos nunc Auxerrenſes vulgò appellant,hoc tit.§.x.qui eſt omnium xlj.Niuernenſes,hoc quoque tit. §.xxviij.& Valeſienſes hoc item tit.§.v.qui eſt omnium lxxxiij.

*Cõſuetudines de retractu dationis in ſolutũ factæ à iudice.*

13 ¶Et has quidem conſuetudines,ne ratione defici videamur,hac non omnino contemnenda fulcire poteris. Nam quod fit à iudice rem ipſam adiudicante creditori vel alteri vltimo licitatori, cenſetur fieri ab ipſo debitore,qui primò ſponte debitum creauit. Ideoque æquè tenetur de euictione,ac ſi ipſe feciſſet,l.ſi ob cauſam,& ibi Bar.Bal.& alij,C.de euict.& l.ſi pignora,ff.eo.tit.& l. eleganter,in prin.ff.de pign.act.& l.libera,C.de ſen.& l.profectitia,in prin.ibi , ſed & ſi proponis Prætorem,ff.de iure dot.& l.j.C.ſi in cau.iudic.pig.capt.ſit,& not.gl.in l.j.§.hæc verba,in verbo, exceptione,& ibi Bar.& Albe.ff.ne vis fiat ei,& gl.in l.id quod noſtrũ,in ij.atque in v.oppo.ff.de reg.iur.Cy.in l.emptorem.in j.oppo.C.loca.Signo.qui & ex hoc dicit,hãc cenſeri alienationẽ voluntariam,conſi.73.factũ ſic præſupponitur,paulò ante fi.Bar.in l.j.in prin.col.pen.verſi. ſed quid ſi executor,ff.de acq.poſ.Bal.in Auth.& qui iurat,col.pen.verſi.modò ego quæro,C.de bo.auto. iud.poſ.& in c.quoniam frequenter,§.vlt.in fi.extrà, vt lit.non conte.vbi ex hoc dicit,quòd cùm iudex dat in ſolutũ creditori rem debitoris,ex præcedenti cõtractu debitoris,videtur ipſemet debitor dediſſe,qui eſt caſus noſter.Idem Bal.in c.j.col.pen.ver.ſi verò ſequeſtratio,extrà, de ſeque. poſ.& fruc.& conſi.306.verba inueſtituræ,poſt medium,lib.1.vbi & idem dicit,& conſi.61.in iſta quæſtione,col.ij.verſi.ſecũdò ex alio fundamẽto,lib.2.& conſi.257.dicta tenuta,lib.4.vbi ex hoc dicit,quòd ſi non valet factũ partis, nec factũ quoque iudicis,qui vi illius facti partis proceſsit. & conſi.227.quoniam pro debito,lib.5.Ang.conſi.5.viſis inſtrumentis,col.j.& conſi.203.ex primo, ad fin.vbi tamen dicit,& oſtẽdit id per omnia non procedere.Sal.poſt Dyn.in l.cùm notiſsimi,§. imò,col.ij.verſic.ex quo patet,C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.& l.ordo,in fi.C.de exec.rei iudi.Pet. Anc.conſi.86.pro faciliori,col.ij.& conſ.207.in quæſtione,col.j.ver.ſecũdò probo.Alex.conſi.11. viſo proceſſu , poſt prin.lib.5.vbi ex hoc dicit,quòd ſi iudex creditori rem feudalem adiudicarit, non poterit vaſallus eam adiudicationẽ infringere , cùm eam ipſe feciſſe videatur. Et huius ratio optima eſt:nam cùm id à voluntate originem habuerit,vt in ſimili dicitur in l.in cõmodato,§.ſicut,ff.commo.conſequens eſt,quicquid inde ſequitur,voluntarium quoque exiſtimari : vt no.in l.j.verſi.quòd ſi exiſtant,iuncta gl.in verbo,pacto,C.de natu.lib.& Bal.d.conſi.306.in fi.lib.1.

*Factũ iudicis, factum partis.*

14 ¶Ex quo Bald.ipſe in hac re ſecum pugnans,& contrà quàm ſuprà nu.10.diximus,reſpondit,eo ipſo cõſi.306.in hoc caſu,cùm videlicet res à iudice datur in ſolutum,ſiue adiudicatur,æquè deberi laudimia domino,ac ſi ipſe debitor vẽdidiſſet, & idem voluit Pet.Iac.tit.de act.in rem pro re emphy.col.viij.verſi.item in datione.& Maſueri.in titu.de execu.& ſubhaſt.d.§.item in pretij diſtributione,& iterum in tit.de locat.& iure emph.in fin.& nouiſsimè Caro.Molend.in conſuetu. Pariſ.tit.j.§.xiij.gl.v.nu.48.Quibus malo accedere,quàm alteri contrariæ ſententiæ,tum ea , quã iam dixi,ratione:tum & hac:nam qui alienare prohibetur,eo quoque interdicitur,ex quo alienatio ſequitur,etiam ex legis vel ſtatuti diſpoſitione:tanquàm nihil interſit alienes, an id facias , ex quo ſequitur alienatio.l.codicillis,§.matre,& ibi Bart.ff.de leg.ij.& l.vlti.C. de legi.tut.vt à multis citatur,& c.j.§.vlt.tit.de inueſti.de re ali.fac.glo.in l.ſi ita quis,§.ea lege,& ibi Bal.qui eã dicit notatu dignã.Raph.Co.Fran.Aret.qui eã dicit notabilem Iaſon,qui & id dicit,ff.de ver.obl.Bar.in l. peto,§.fratre,ff.de lega.ij.Bald.in l.j.col.iij.in iij.q.C.de inof.dot.& in l.ea lege, col.iiij. verſi.tertiò quæro,

*Alienatione prohibita & id ex quo ea ſequitur,prohibetur.*



quæro,C.de condi.ob cauſ.& in l.hac edictali,col.ij.verſi.modò hæc incidũt,C.de ſecun.nupt.& in rub.C.qui amit.in fi.& in l.quoties,in prin.C.de fideic.vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d.c.j.tit. de inueſti.de re ali.fac.atque etiã gl.in d.§.ea lege,& idẽ quoque Bal.in auth.præterea,col.ij.verſi.vlterius etiã no.C.vnde vir & vxor,& in c.qualiter,extrà de pact.vbi & ad hoc ſing.dicit d.gl.& in c.j.col.ij.tit.an marit.ſucce.vxo.& cõſi.127.quidã nobiles receperunt,lib.1.& cõſi.284. præmiſsis verbis,circa med.eo.lib.1.& conſi.52.ſubſtitutio facta,col.j.lib.2.& conſi.26.ſuper puncto præmiſſo,col.j.verſi.ſecũdò videtur,lib.4.& conſi.122.quæſtio formatur,eo.lib.4.Ange.conſi.7.ex dicto themate,col.ij.verſi.tertius caſus eſt Raph.Co.conſi.2.proponitur,col.iij.verſi.ad tertiũ:vbi dicit no.glo.in d.§.ea lege.Panor.conſi.117.videtur primò quòd maritus,col.vlt.lib.2.Pau.Caſt.conſi. 348.viſo caſu & alienationibus,col.ij.verſi.& ſi dicatur,lib.2.& quiſquis is eſt inter cõſi.illius,cõſi. 462.incip.gl.in Auth.col.j.eod.lib.2.Alex.conſi.55.ponderatis,col.ij.verſic.aut prohibitio,lib.3. & conſi.158.circa primum dubiũ,col.j.lib.5.Fab.à Monte S.Sab.in tract.empt.& venditionis,in iiij.q. prin.col.pe.verſi.prima eſt.Fran.Are.in l.in duobus,§.vbi duo,in fi.ff.de duob.re.vbi ex hoc dicit,prohibitũ alienare ſub pœna,incidere in pœnã,licet immediatè non alienet , ſi præcedit factũ ipſius,ex quo ſequitur alienatio.& is rurſum in l.ſi ſeruum,in prin.col.j.in iij.notab.per illum tex. ff.de verb.obl.vbi idem omnino dicit,& cõſi.14.viſo & diligenter,col.5.verſi.ex his infertur.Soci. cõſi.241.circa primã,col.xiiij.ver.ſecũda ratio eſt,& iterũ col.vlt.& conſi.35.viſa narratione facti, in j.dubio,col.ij.ver.his tamen nõ obſt.lib.4.vbi & illam gl.admodũ extollit,& ex hoc in pulchro caſu cõſuluit.& Phil.Dec.in c.quæ in eccleſiarũ,col.xiij.verſ.iſta tamẽ concluſio,extrà de cõſti.& cõſi.44.cuius ſuperſcriptio incipit,ſtatutũ,col.ij.ver.& ad hoc facit,& conſi.445.viſo caſu, col.v. verſi.& qui non poteſt.& conſi.479.in controuerſia,col.j.ad fin.& conſi.502.ex duobus,col.j.Et bene facit tex.in l.in illa ſtipulatione,per te non fieri,in prin.ff.de verb.obl.& in l.inter ſtipulantem,in prin.ff.eo.& in l.in lege,ff.locat.& in l.facere,ff.de verb.ſig.& quæ diximus ſuprà, in gl.ij. { in verbo, *a vendu*, } nu.52.& hac eadem & quæ dicemus tit.ſeq.in fi.nu.30.& hæc quidem.

15 ¶Et huc quoque pertinet,quod ſcribit Bal.conſi.20.quid important,lib.2.vbi declarans ea verba teſtatoris,vt non obſtante ſubſtitutione poſsit inſtitutus alienare pro ſuis neceſsitatibus , diſtinguit,an ea neceſsitas ex caſu venerit,vt quia incidit in latrones:an data opera, vt quia ſpõte primùm contraxit debita,vel commiſit aliquod maleficium: vt ſcilicet hæc neceſsitas alienandi quæ ex eo prouenit,quod ſponte fecit,non comprehendatur in illis verbis teſtatoris , tanquã neceſſarium non dicatur,quod habuit principium voluntarium,per multa iura,quæ ibi allegat.

*Alienatio neceſſaria quæ dicatur.*

16 ¶Et hæc haud dubiè vera ſunt , cùm hæc alienatio neceſſaria ſit ex cauſa primùm voluntaria,ſequente prohibitionem alienationis,id eſt,pro debitis contractis poſt ipſam prohibitionem : nam tunc hæc alienatio non propriè dicitur neceſſaria,quæ à prohibitione alienãdi eximatur,ſed tum demum,cùm habet cauſam vetuſtiorem.Ita enim declarat text.in d.l.alienationes,& ibi Alber.ff. fa nil.erciſc.& Ang.conſi.cclxiij.multi conſortes , poſt princip.Quod tibi admodum notandum eſt,quòd vbi reperis generaliter & indiſtinctè dici, alienatione ſimpliciter prohibita , neceſſariam non cenſeri prohibitam,vt ſuprà diximus.Nam id tantùm intelligitur, cùm habet cauſam vetuſtiorem,non aliàs.

*Quid ſi neceſsitas habeat cauſam vetuſtiorem.*

17 ¶Quid igitur eſt ( vt ad noſtrum caſum redeamus ) vt cùm quis vendere rem immobilem non poſsit,quin conſanguineus ipſius eãdem poſsit retrahere reſtituto pretio, atq; etiã dominus ceſſante cõſanguineo,aut ex ea venditione habere laudimia,poſsit tamen id facere,ex quo ſequatur venditio nõ obnoxia retractui & laudimiis? præſertim etiam cùm nec indirectè fieri poſsit,quod directè fieri prohibetur,l.ſi duobus,& ibi glo.vlti.ff.de neg.geſt.& l.vlti.C.ſi mancip.ita vene.ne proſtit.& c.deteſtanda,de præb.lib.6.Et prohibito aliquo prohibentur & ea,ex quibus ad id peruenitur:vt etiam optimè probat d.l.vlt.vbi ſcribitur,cùm quæ ita venditur,ne proſtituatur, nec in caupona quidem ſub ſpecie miniſtrandi detineri , ne fraus dictæ legi fiat , oportet.Nam vt dicit Bald.ibi,& videmus vbique in noſtra Gallia,ſatis videtur proſtitui,quæ in caupona,ſiue taberna, aut diuerſorio tenetur.hincque gl.ibi,id no.quod nos ſuprà diximus,cùm quid prohibetur,& id per quod ad illud peruenitur.& allegat etiam l.oratio,ff.de ſponſa.& §.j.Inſt.vi bo.rap.de quo tu pleniſsimè vide per Cyn.& Bal.in l.j.C. ſi rect.prouin. Ex quo etiam videmus feudum dari non poſſe in ſolutum creditoribus,inconſulto domino,niſi id conſuetudo permitteret. Bal.in c.j.col. iij.verſic.quæro nunquid ſi ex conſuetudine, tit.de prohib.feud.alie.per Fede. Phil. Dec.d.conſi. 445.in caſu ad me tranſmiſſo,col.5.verſi.& iſta videtur.

*Nil refert, ſit ne mulier in lupanari , an in caupona, uel taberna.*

18 ¶Sed antequam hinc habeamus, vnum tibi notandum eſt in hac tractatione dationis in ſolutum,quod pauci animaduerterunt, illud ſcilicet,quòd ſi fundus, à iudice factis ſubhaſtationibus, adiudicetur creditori:id quidem eſt,vt noſtri vocant datio in ſolutũ,quæ neceſſaria ab is dicitur: Quòd ſi alteri adiudicetur,fortè plus offerenti,id nõ eſt datio,in ſolutũ,ſed mera venditio,vt no. tradit Bal.conſi.ccc.ſtatuto cauetur quòd liceat,col.j.lib.1.per text.in l.ordo,C.de exec. rei iudic. Ideò (inquit)ſtatutũ loquens de datione in ſolutum , non haberet locum in hoc caſu, quia nullo modo poteſt adaptari verbis ſtatuti,arg.l.vlt.C.de prædi.curi.lib.x.Loquitur autem Bal.in ſtatuto huic noſtro ſimili,vt ſcilicet conſanguinei poſsint reluere rem in ſolutum datam.Ex quo illud not.quòd licet ſtatutum loquens in venditione habeat locum in datione in ſolutum , vt multis placuit:tamen è cõtrario ſtatutum loquens in datione in ſolutum,non habet locũ in venditione.

*Quid ſi res tertio addicatur à iudice.*

SIMIL

*Retractus an habeat locũ in permutatione ſi fundus datur æſtimatus.*

19 ¶ SIMILITER permutatio æquipollet venditioni,cũ pro fundo datur alius fundus æſtimatus. Imò verus eſt contractus venditionis,vt voluit gl.in l.j.in verbo,taxata,& ibi etiam Nicol. Mat. qui id aſsignat propoſito vendendi & emendi.Bart.Bald.& Sal.C.de rer.permu.Pau.Caſt.in l.j. col.ij.verſi.adhuc oppono,ff.eo.vbi id dicit procedere etiam in ſtatutis,& iis quidem odioſis. Nã ſi ſit (ait) ſtatutum,vt de contractu venditionis ſoluatur gabella, ſoluetur de huiuſmodi permutatione,& ſequitur Phil.Dec.d.conſi.160.in cauſa monaſterij, col.ij.& Lud.Bol.conſi.21.ſtat ſtatutum,& iterum conſi.25.in ampliſsimo, vbi id dicit ſing.& vtrobique etiam dicit ſtatutum hoc noſtrum loquens de retractu rei venditæ,habere locum in tali contractu.

*Aeſtimatio in dubio facit venditionem.*

20 ¶Nam & aliàs æſtimatio regulariter & in dubio facit venditionẽ.l.j.§.æſtimatarũ,& §.æſtimatas, C.de rei vxo.actio.& l.iij.& ibi Bar.ff.loca.& l.plerũque,§.ſi ante,ff.de iure dot.vbi dicitur,quòd eſt vera vẽditio,& l.quoties,eodẽ quoque tit.vbi dicitur re huiuſmodi euicta cõpetere actionẽ ex empto.& l.quoties,& ibi Bal.ad fi.C.eo. item tit.& gl.in l.ſi inter,& ibi quoque Bal.& Io.Fab.eo. quoq; tit.& in l.in rebus,in prin.in verbo,æſtimatæ,& ibi etiã Doc.C.eo.tit.Bal.in l.cùm dotẽ, in prin.eod.quoque tit.& in l.ex cõuentione,col.j.verſi.tertiò caſu,C.de pact.vbi id pulchrè declarat Bar.in l.ſi vt certo,§.nũc videndũ,col.vlt.ff.cõmo.& in l.j.§.j.col.ij.ff.de æſtima.acti.Alex.cõſ. 79.eleganter,col.ij.verſi.tamẽ hoc nõ obſt.lib.5.& conſi.156.viſo inſtrumento,col.j.verſi.ij.lib.6, Fran.Aret.cõſi.84.diligenter,col.ij.verſi.videndũ ergo,vbi & id optimè declarat.Franc.Cre.ſing. xviij.habebis.Corn.conſi.j.pro deciſione,col.iiij.verſi.itaque fuerũt,lib.1.Soci.conſi.289. difficultas,col.j.ver.ſed præmiſsis,lib.2.& Steph.Bertr.conſi.235.adeò.col.j.nu.2.lib.1. & conſi.158.ſi prætextu,nu.1.lib.4.& Phil.Dec.conſi.682.in cauſa dominæ,col.ij.verſi.tertiò non obſtat.& Ant.Rub. conſi.5.pro fundamento,col.j.Io.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.§.xvij.col.iij.ver.iſtud tamen,& Pau.Pariſ.qui alios adducit,conſi.81.in præſenti,nu.10.lib.3.

21 ¶Ex quo etiam dicit Imo.in c.potuit.col.ix.verſic.tangit etiam hic,extrà de loca.quòd ſi emphyteuta dedit in dotem bona emphyteutica æſtimata,venditio eſt,in qua requiritur conſenſus domini,vt in cæteris meris venditionibus,licèt non requiratur in ſimplici datione in dotem.Quod & ante eum voluit Spec.tit.de locat.§.nunc aliqua,verſi.cx.& alij,quos infrà afferemus,nu.108.ex his autem.Et facit text.in l.pretij.C.de reſcin.vend.& quod ſcribit glo.in l.naturalis,§. ſed ſi ſcyphos,ff.de præſcr.ver.Et hæc quidem,niſi natura principalis contractus repugnaret,Cy.& Bal.in l.j.ille col.vlt.hic iij.verſi.tertiò quæro,C.commo.Pet.Anch.conſi.72.tantam,paulò ante fi.

*Quid, ſi natura principalis contractus repugnat.*

*Quid,ſi is qui dat,antè uenalem habuerat.*

22 ¶Et hæc maximè procedunt,ſi is,cui datur fundus æſtimatus,ſuum,quẽ pro eo tradit , venalem habuerat,& expoſuerat:vt nuncupatim tradit ipſe Nicol.Mat.in d.l.j.C. de rer.permu.& Ang.in l.ſecundum,§.j.ff.de ædil.edic.per tex.quem dicit ſing.in d.l.j.Nam & propoſitum præcedens illius,qui quærit emptorem,& declarat ſe velle vendere, multum facit ad præſumendum vẽditionem fuiſſe poſtea factam,licèt inſtrumẽtum loquatur de permutatione: vt ſatis patet ex eo,quod in ſimili ſcribunt Hoſt.Io.And,Collect.Ant.Panor.Barb.& Ant.Burg.in c.ad noſtram, de empt. & vend.vbi dicunt,quòd ſi probetur,debitorem prius quæſiuiſſe pecuniam ſuper tali fundo , & poſteà eum fundum vendidiſſe eodem pretio, quod quærebat, præſumitur contractus ita factus in fraudem vſurarum , & vt ſit potius contractus pignoris , quàm venditionis.& ſequitur Paul. Caſt.cõſi.109.viſa petitione prædicta,col.j.lib.2.Lauren.Rodulph.in tract.vſurarũ,q.lx.in prin.& latè alter Laur.Calca.qui affert concor.conſi.25.Titius nobilis,col.vlt.& cõſi.ſeq. prima facie,col. ix.verſi.& eſt maxima cõiectura.Steph.Bertr.conſi.236.viſo proceſſu cauſæ,col.ij.nu.7.lib.2.

*De eodem.*

23 ¶Et idem penè voluit ipſe Hoſt.in Summa,tit.de vſur.§.qualiter contractus,in prin.& Bar. Bald. Pau.Caſt.& alij in l.pacta nouiſsima,C.de pact.Bald.Ang.Imo.& alij in l.ſi quis cùm aliter,ff. de verb.obli.Fran.à Cappolis,inter conſi.ipſius Bal.conſi.299.in quæſtione,col.j.lib.4.Ang.& Imo. in l.quoties,§.ſed ſi cùm primum,ff.de hær.inſti.& Iaſon in l.Titia,§.idem reſpondit,ff. de verb. oblig.qui dicit,de hoc eſſe tex.not.in l.iiij.§.ſi ab ignoto,ff.de manumiſ.Et facit etiam, quod poſt Odof.ſcripſit Bal.in l.emptione,poſt prin.C.plus val.quod agit.& conſi.114.ſecundum ea,lib.3.& Phil.Dec.conſi.167.in cauſa quæ coram reuerendo , colum.vlti.verſi.nec obſt.quòd nonnulli.Et quod item in ſimili tradit Bar.in l.qui in aliena,§.ſi is qui,ff.de acqui.hær.& Bal.in l.ſi literas, C. manda.& Ro.conſi.91.viſis ac percontatis,col.iij.verſi.ſecundò idem.

*Tractatus præcedens,fraudẽ & ſimulationem detegit magis , quàm quòd ſequitur.*

24 ¶Et id propè perpetuum eſt,vt contractus ſimulatio, & fraus declaretur detegaturque ex tractatu præcedenti.Et id quidem magis,quàm ex ſequenti,ſecundum Iac.Aret.in d.§.ſi ab ignoto,Iac. But.in d.l.pacta nouiſsima,& ibi Bar.col.j.Bal.col.ij.& Recẽtiores, C.de pact.Bal.in l.j.in x.q.C.ſi ſer.exter.& in rub.extrà de pact.col.iij.verſic.tranſactio ſimulata.& conſi.299.in quæſt.vertente, lib.4.Pau.Caſt.in l.cùm ſeruus,col.ij.ff.de cond.& demon.Alex.conſi.29.clariſsime,col.vij. verſi. præterea ad hoc,lib.7.Barb.conſi.25.ſcribitur ſapientiæ,col.ij.lib.1.Iaſo.in l.iij.§.filiusfamilias,col. iij.ff.de lib.& poſth.& in l.ſi ita ſit adſcriptum,col.ij.verſi.tertiò facit,ff.de lega.j.& conſi.217. immunitas,in fi.lib.2.& cõſi.12.in capitulis,col.ij.verſi.ſed præmiſsis non obſt.lib.3.vbi id dicit ſing. & Catel.Cotta,in memor.contractus ſimulatus.

*De eodem.*

25 ¶Nam & clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad declarationem ſequentium,quàm è conuerſo.gl.in l.quiſquis,& ibi Bar.ff.de leg.iij.idem Barto.in l.ſi quis ex argentariis,§. ſi initium, col.j.& ibi Iaſ.ff.de eden.& in l.auia,in prin.ff. de condi.& demon.& in l.filium,ff. quando dies lega.ced. Rom.conſi.104.pater reuerende,col.ij.verſi.præterea & ſi,& conſi.503.diligenter inſpectis, col.j.

Raph.



Raph. Fulg.Pau.Caſt.& Iaſ.in l.j.C.de lib.præte.Alex.in l.patris & filij,ad fin.ff.de vulg.& pup. ſubſti.& conſi.51.viſo themate,col.j.lib.3.Matheſ.qui id dicit ſing.notab.clj.nota ſing.dictũ.Corn. conſi.242.circa primum quæſitum,col.iiij.verſi.& ſolet dici,lib.4.Franc. Are.in l.cum filioſa.col. iiij.verſi.in gloſ.poſita ſuper verbo,relictus,& ibi quoque Iaſo.col.vlti.ff.de leg.j.idem Iaſ.in d.l.ſi ita ſit,col.ij.verſi.ſecundò in contrarium facit,ff.de leg.j.& conſi.64.in primis videretur , col.pen. verſi.nec obſtat,ſi huic,lib.1.& conſi.198.conſului,col.ij.lib.2.& d.cõſi.217.ante fi.lib.2. & iterum conſi.6.exhibentur duo,col.v.verſi.quartò principaliter, lib.3.rurſumque d.conſi.12. in capitulis, vbi ſuprà,eo.lib.3.& conſi.79.ſuper vſufructu,col.j.eod.lib.3.Card.Alex.in c.j.col.ij.titu. de vaſ. decrep.ætat.& Phil.Dec.conſi.339.conſului aliâs,col.vlt.& conſi.500.in cauſa quæ Mantuæ, col. iij.verſi.& quia clauſula.

*De eodem.*

26 ¶Quod ex hoc patet , quòd conditio poſita in inſtitutione intelligitur repetita in legato poſtea facto,l.duos,& d.l.auia,& ibi Bar.ff.de cõd.& dem.non autẽ in legato antè facto,d.l.filiũ,in prin. & ibi gl.in verbo,peti poſſe.& ibi quoque Bar.& alij,ff.quan.dies leg. ced.& voluerunt multi ex iis,quos ſuprà citauimus.Et facit,quod ſcribit Bal.in l.quoties,la ij.in fi.per tex.ibi,C. de fideicõ. quòd antecedens non ſapit naturam ſequentis: contrà verò ſequens antecedentis ſapit.Et quod tradunt Pan.& Io.Ana.in c.in tantũ,in iij.notab.per illum tex.extrà de ſimo.quòd fortiùs declaratur venditio,quando pretiũ præcedit traditionem rei,quàm è contrario.Quin plus videtur voluiſſe.Pau.Caſt.conſi.173.præſuppoſitis,in prin.lib.2. ea quæ poſt venditionem perfectam fiunt, eam non facere præſumi ſimulatã,per quædam iura ibi allegata.De quibus tamẽ vide tex.qui videtur probare contrariũ,in c.inquiſitionis,de appel.& quod per eum tex.voluit Corn.conſi.313. aliâs,col.iiij.verſi.non obſt.quòd clauſula,lib.4.& quod tradit ipſe Corn.conſi.4.diu poſt conſilium,col.iij.verſi.ſed repetitio,iunctis præcedentibus,lib.2.& Phil.Dec.cõſi.14.cuius ſuperſcriptio incipit,vtrùm valeat aditio,col.iij.verſi.& probatur vlterius,& iterũ verſi.non obſt.quòd potius.

*An tractatus præcedẽs in id ſufficiat.*

27 ¶An tamen,& quando,ſufficiat tractatus præcedens,ad præſumendã fraudem, vel ſimulationem contractus ſequentis,vide eleganter Bal.in l.multùm,col.ij.C.ſi quis alte.vel ſibi. & latè conſi.21. punctus quæſtionis,in ij.dubio,lib.4.& d.conſi.299.eo.lib.4.Bar.in l.pacta nouiſsima,verſi.& per hoc dicebat,C.de pact.Ang.conſi.273.tunc præſupponitur,ante fi.& omnino Iaſo.in d.l.Titia,§. idem reſpondit,ff.de verb.obl.& Chaſſ.cõſi.25.ex multis præſumitur, per totum,vbi loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis de quadam permutatione facta in fraudem cõſanguineorum.& quæ diximus ſuprà,in præfat.huius tit.nu.78.hæc tamen intelligenda,& ſeq.vſque ad fi.ipſius præfat. & quæ item dicemus infrà tit.ſeq.in fi.in iiij.q.

*Retractus an habeat locum in ſimplici ac mera permutatione.*

28 ¶ QVID autem in alia permutatione ſimplici,& pura, & ſine ſequenti rei permutatæ venditione, aut promiſsione venditionis,de qua loquitur Ludo.Bol.d.conſi.25. vtrùm habeat locum hæc noſtra conſuetudo. Et ſanè locum habere reſpondit Alex.conſi. 197.in cauſa vertente inter Ser Sulimanum,col.j.lib.7.hac ratione motus,quòd id ſtatutum eſt fauorabile. Cuius ſententiã confirmat,quod in ſimili tradit Bal.conſi.171.iſtud ſtatutum.lib.4. Et id quidem poſſet videri verũ, præſertim in iſtis terminis noſtræ conſuetudinis , quos nunc commentamur, videlicet, *ou æquipollent à vente.* Nam permutatio vicina eſt emptioni,l.ij.ff.de rer.permu.imò & vicem emptionis obtinet,l.ij.C.eo.tit.& l.Titia,& ibi Bal.ff.de iure dot.& l.apud Celſum,§.ſi quis autem,verſi.autoris,ff.de dol.except.Et qui rem permutatam accepit , emptori ſimilis eſt.l.vlti.ff.qui.ex cau. in poſ.eat.& l.ſciendum,§.deinde,ff.de ædil.edi.Ex quo & permutatio pro venditione à probatiſsimis ſcriptoribus vſurpatur,vt dicemus infrà eo.tit.§.xxx.gl.j.nu.19.incip.ex hac autẽ.Conſuetudo autem noſtra hîc nominatim loquitur de contractibus æquipollentibus vẽditioni,vt diximus.

29 ¶Vt iam nihil hîc obſit, quòd multi aduerſus illam Alex.ſententiam negãt ſtatutum permittens cõſanguineo retrahere rẽ venditam,habere locũ in permutatione:videlicet Goffre. Io.And.Ant. & Pet.Anch.in c.conſtitutus,{& ibi quoque Aegid.Bellamera col.xx.verſi.vigeſimò nunquid. } extrà de in integ.reſti.& idem Io.And.in addi. Spec.tit.de empt.& vendit.§. nunc dicendum,l.ij. verſic.ſed pone,ſtatutum.Bal.in tract.Protomixeos, col.iiij.verſi.& iſta conſtitutio. & conſi.174. ſtatutum prohibens,lib.4.dum allegat Spec.vbi ſuprà , Luc.Pen.& Io.Plat.in l.vlt.hic col.j.alter ij.C.de prædi.curia.lib.x.Pau.Caſt.qui huius rei optimam reddit rationem,in l.j.colum.j.C. com. vtriuſque iud.Alex.dum allegat Ioan. And.vbi ſuprà,conſi.76.viſis dubitationibus, col.iij. lib.5. Seba.Neapodanus in tractatu de Iure congrui,in verbo, emit.Girar. Bag.in ſua diſputatione retractus,verſi.iij.concluſio eſt,quòd in permutatione.Matth. Afflict.in tract.Proto.in verbo , licet enim ſuprà diximus,col.iiij.ver.no.ex tex.ibi, Ioã.Igne.in rep.l.dudum, col.antep.verſi.ſed an is qui prohibetur,C.de contrah.emp.Ferd.Loaz.in repe.l.filiusfamilias,§.diui,in viij.q.ff.de lega.j.& Ferr.in conſuetudines Burd.c.xxv.huius tit.

*Statuta de uenditionibus nõ habent locum in permutationibus.*

30 ¶Vt interim eos taceam,qui generaliter dicunt,ſtatuta loquentia in vẽditionibus,non habere locum in permutationibus,quos videre poteris apud Alex.d.conſi.76.col.iij. verſi.pro hoc bonus, lib.5.& Fab.in tract.empt.& vendi.in ij.q.prin.col.ij.verſi.quintò & vltimò fallit, cum multis ſeq. Barb.in rub.extrà de rer.permu.col.ij.verſi.vtrùm autem ſtatutũ,Iaſ.in l.dedi,la ij.col.ij.verſi.nota tertiò.ff.de condi.cau.data.& in l.j.col.iiij.verſic.an autem lex, ff.de rer.perm.& in §.actionũ, nu. 123.Inſtit.de actio.& Franc.Purp.in l.ij.col.pe.ff.ſi cer.pet.Sed ita ne omnino prætermittas Bal.in d.l.dedi,col.j.verſi.extrà hoc no.in lect.noua,& iterum in antiqua,poſt mediũ,& in l.j.col.ij. ver.

quid ſi

quid ſi ſtatutum,C.de re permu.& d.conſi.174.lib.4. & Alb.loquentē in ſtatuto præferente dominum in ven.rei,& id limitantē niſi fraus interueniret,in j.parte ſtatutorũ, q.cx.ſtatuto Parmæ.

31 ¶Nam & ſemper aliàs venditio propriè ſumpta(vt ſumi debet in ſtatutis)non cōpræhendit permutationem,vt patet ex tex.in c.j.vbi id nuncupatim notat Panor.in j.no.extrà de his quæ fiunt à Præla.& voluit etiam Bal.in l.cùm hi,§.ſi cui,ff.de tranſac.in j.lec.Nam hæc(quod iam diximus) non videntur obſtare,quominus compræhendatur permutatio in noſtra cōſuetudine, quæ non ſimplicitur loquitur de venditione,ſed & de aliis contractibus æquipollentibus vēditioni,vel eã ſonantibus.Permutatio autem ei æquipollet,vt diximus: ergo & ipſa compræhēdi in ea videtur.

32 ¶Verùm aliud eſt in noſtra conſuetudine,quod ipſam permutationem ab ea ſecludit,declaratque eam non eſſe obnoxiam retractui:videlicet reſtitutio pretij: quæ non poteſt habere locũ in vera ac propria permutatione:ideò nec ipſa conſuetudo : quia cùm verba legis vel ſtatuti locum non habent,nec lex quoque ipſa,aut ſtatutum,l.iiij.§.toties,ff.de dam.infec.cum multis ſi.& concor.à me adductis in l.ſi vnquam,in verbo,libertis,poſt prin.C.de reuo.dona.Et vbi fit mentio pretij, intelligitur tantùm venditio propriè ſumpta,l.vlt.& ibi gl.& Bar.C.de prædi.cur.lib.x.cum concord.ſuprà à me collectis in verbo, *a vendu,* quæ eſt gl.ij.in princ.Et licet conſuetudo addat contractus æquipollentes venditioni:tamen debet intelligi , vt ſit pretium,aut aliud æquipollens , vt poſtea dicemus.Et quia denique ſecundùm communem vſum loquendi, qui attēditur etiã cōtra propriam ſignificationem,l.librorũ,§.quod tamen Caſsius,ff.de lega.j.cum ſi.venditio non compræhendit permutationem,vt nos ipſi apertè videmus,& voluit Panor.in d.c.j.in j.no.in fin.de his quæ fiunt à Præla.& Corn.conſi.73.quamuis videatur,col.j.verſi.cùm pretium,lib.4.

*Cōſuetudines de retractu permutationis.*

33 ¶Et ne de hac re,quantùm ad noſtros Pictonienſes pertinet,dubites: habemus de hoc expreſſam cōſuetudinem declarantē non eſſe locum retractui in mera permutatione,infrà,§.xxx.vbi videbis,quid ſi mera non ſit,quia ſcilicet pro ſpecie datur alia ſpecies & pretiũ. Suntque & aliæ in eã expreſſæ conſuetudines,vt apud Meldenſes,c.cviij.& ſeq.Melodunenſes,c.xliij.Senonenſes, c.33. Ambianenſes,c.47.in fi.Aurelianenſes,c.284.Turonenſes,hoc tit.de retractu,c.19.Cenomanenſes,c.358.Andegauēſes,c.46.Bleſenſes,c.203.Marchienſes,§.viij.huius tit.qui eſt omniũ eius generis,ccxcvij.Altimarchienſes,c.254.Niuernienſes,hoc itē tit.c.19.Valeſienſes hoc quoque tit.§.iiij. qui eſt omnium lxxxv.Altiſsiodorenſes,ſiue Auxerrenſes,hoc tit.*de Retraict,*§.ij.qui eſt omnium xxxiij.Senlites,ſiue Syluanectēſes,hoc tit.§.iiij.Laudunenſes,& alios Veromādienſes,huius tit.§. xvj.qui eſt totius iij.par.xc.Lodunenſes,hoc tit.§.xvij. Et aliæ,quas paulò pòſt deſignabimus.

34 ¶Atqui ſi ea expreſſa conſuetudo nō fuiſſet,res nō erat omnino indubitata:quãdoquidē licet vbi fit mentio pretij,intelligatur de vēditione propriè ſumpta,vt dictũ eſt,tamē id nō obtinet , cùm ſtatutum nō ſimpliciter loquitur de vēditione,ſed & de alienatione:tũc enim licet fiat mētio pretij,non intelligitur de propria venditione,ſed & de permutatione:& id quod pro ea datur, tenebit locum pretij:vt intelligi poteſt ex Io.And.& aliis poſt eum,in c.potuit, extrà de loc.cũ dicunt l. vlt.C.de iur.emph.habere locum in permutatione,cùm vtatur verbo,alienãdi: licet etiã de pretio loquatur.Et id expreſsè & in ſtatuto huic noſtro ſimili,ex facto conſultus,reſpondit Alex.conſi. 63.in cauſa,col.j.verſi.confirmo,lib.7.Igitur cùm noſtra cōſuetudo loquatur de contractu æquipollenti venditioni,videretur permutationē in ea cōpræhendi, non obſtante illa mētione pretij. Sed cùm habeamus conſuetudinem expreſſam,nihil amplius,quantùm ad nos dubitandum eſt.

*Quid ſi res permutata manet apud priorem dominũ.*

35 ¶Nec hìc tamen omiſerim,quòd Io.Ign.in repe.d.l.dudum,col.antepe. ver.ſed an is qui prohibetur,& multis ſeq.C. de contrah.emp.ita variè de hac re loquitur,an ſcilicet conſuetudo retractus,loquens de venditione,habeat locũ in permutatione, vt videatur dubius in hac remanſiſſe. Nam primùm aſſeueranter tradit habere,autoritate Gul. Cun.in l.ij.C.de vſuc.pro empt.& Nico. Spinel.in d.l.vlt.C.de prædi.curi.libr.x.Tandem tamen poſt multa videtur in hoc ſtare,vt ſi permutatio fuerit ſine fraude, (quod cognoſcitur,inquit, cùm res permutatæ remanēt apud contrahentes ſecundùm contractum)non habet locũ retractus:aliàs habet.Cui haud ægrè accedo , quia & maior pars eorum,qui tenent retractum non habere locũ in permutatione,id intelligũt, modò fraus abſit,vt per Io.And.in addi.Spe.vbi ſuprà allegauimus,nu.29.& Matt.Affl.in d.trac. Proto. loco etiam ibi alleg.Et quod Ign. dicit de re permutata,quæ remanet apud eum, qui eam ex permutatione ceſſerat:illud ſemper aliàs procedit,vt cùm poſt alienationem res manet apud alienantem,præſumatur fraus,& ſimulatio aduerſus tertium,l.ſicut,§.ſuperuacuũ,& ibi Bar.ff.quib.mod. pig.vel hyp.ſol.& idē Bar.in l.poſt contractũ,ff.de dona.& dicemus in trac.Cōſtituti, in ix.limi.

*Quantũ temporis in id requiratur.*

36 ¶Quantum autem tempus requiritur,vt poſsideat alienans ad præſumendam eam fraudem & ſimulationem,videbis apud ipſum Bar.in d.locis,vbi poſt alias opp.concludit , id relinqui arbitrio iudicis.De quo & tu vide Bal.conſi.70.apparent.col.ij.verſi.ſuper ſecundo,lib.1.& Ang. cōſi.48. ex dicto themate,poſt prin.& Barb.in c.ille vos,col.ij.de pigno. Ex iis autem ſatis intelliges,non in id ſufficere modicum quodpiam tempus,vti etiam cenſuit Spec.tit.de dona.§.j.verſi.item pone,aliquis.Imo.in d.c.illo vos,colum.x.extrà de pign.& conſi.55.in caſu præmiſſo, col.j.verſic.in contrarium.& Alex.conſi.161.viſo ac diligenter,ad fi.lib.6.& Iaſ.conſi.36.factum ſic ſe habet,col. vlti.lib.1.Conſuetudo autem Borboniorum,ca.459.loquens expreſsim de hoc caſu noſtro, huic rei annum præſtituit.

*Conſuetudo.*

37 ¶Sed & ſi poſſeſsio poſt contractum tradita fuerit,ſed poſteà nō longo interuallo fuerit retradita

permu



permutanti,qui fortè eandem rem,quam tradiderat,ex permutatione aut aliter recuperauit:præſumitur etiam fraus & ſimulatio,tanquam id ab initio fuerit conuentum : vt nuncupatim voluit Caro.Moli.in conſue.Pariſ.tit.j.§.xxiij.in xxij.q.& ante eum Manſuer.tit.de empt.& vend.col.j. §.item & dicitur contractus,per notata per Bar.in d.l.poſt contractum. Cui adde eundem Bart. conſ.65.Pet.Nicole,col.ij.verſi.ſecũdo modo dicitur.vbi ſcribit contractum dici ſimulatũ,fictitiũ, aut imaginariũ,quando modico tempore durat,quia emptor venditori citò reuēdit,per d.l.iiij.§. ſi ab ignoto,ff.de manumiſ.cum ſimi.adductis à Soc.conſi.127.quoniam in præſenti,col.v. verſi. præterea arguitur,& iterũ verſi.cōprobo & quartò,lib.3.Sed quibus adde , quod in ſimili tractat Bal.in l.per diuerſas,in xx.eademq; vlt.q.C.mãda.an ex reſtitutione pretij,facta à vēditore, præſumatur venditio ſimulata:& diſtinguit,vtrùmne ſtatim reſtitutũ fuerit,an ex interuallo, per l.ſi ventri,§.vlt.ff.de priui.cre.& ſequitur Cæpo.in tract.Simulatorũ contractuum,in ij.caſu prin.De quo & per eundem Bald.conſi.298.inter Dominicum,poſt med.lib.3.cum aliis ſimi.quæ videbis ſuprà in præf.huius titu.verſic.vlti.& iterum in gl.huius §.vij.in verbo,*ou autres biens immeubles,* nu.76.præſumitur item,& ſeq. { Sed ita tamen,ne prætermittam quod à Cornelio Tacito,lib.15. ſcriptum eſt.Percrebuerat (inquit) ea tempeſtate prauiſsimus mos, cùm plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios,præturaſque & prouincias inter patres ſortiti,ſtatim emitterēt quos adoptauerant.Qui magna cum inuidia ſenatum adeunt:ibi naturæ munus,labores educandi aduerſus fraudem & breuitatem adoptionis enumerant,& cætera quæ ſequuntur.}

*Cōſuetudines de ea re.*

38 ¶De hoc autem ſunt expreſſæ plurimæ huius regni conſuetudines:declarantes,cùm alter permutantium emit poſteà rem à ſe datam cauſa permutationis , locum eſſe retractui rei,quam accepit ob eam permutationē,tanquã eandē emiſſe videatur:videlicet Melduni,c.xliiij.Aurelīs, c. ccciiij. vbi tamen id intelligitur, cùm res permutata emitur intra annũ.Et idē in Caluimonte, in Baſsigniaco,c.xxxviij.& Montargij apud Lorrienſes,hoc eod.tit.c.xxv.Et in Turonia,niſi quòd prætereà datur optio conſanguineo retrahendi vtrã rem malit,vt cauetur hoc eo.tit.*de retraict,* c. xx. Et idem quoque in Cenomania,c.ccccxij.& Loduno,hoc tit.§.xviij.& Andegauia,c.401.& Borbonia.c.454.quæ ſimpliciter loquitur ſine anni aut alterius temporis præfinitione.Poſteà autem, c. 459.ſcribitur,contractum permutationis præſumi ſimulatũ & fraudulentum,ſi alter permutantium reperiatur intra annum poſſeſſor eius rei,quã in permutatione alteri reliquerat.In comitatu autem Burgundiæ,tit. *reachaptz,* §.xiiij.ita cauetur,in permutatione non eſſe locum retractui,niſi ſubſit fraus,quæ ex eo detegitur,quòd ſtatim poſt permutationem alter contrahentium rem à ſe datam redemit.Quantùm autem temporis huic rei de Iure communi ſtatuendum ſit,vt fraus ob id præſumatur,iudici arbitrandum relinquit Ang.in d.l.ſi ventri,§.vlt.ff.de priuil.credit.Ro.in l. j.§.j.ff.de verb.obli.Cæpolla in tracta.ſimulationis cōtractuum,in ij.caſu prin.verſi.quãdo autem dicatur.Barb.in c.illo vos,col.ij.de pig.Phil.Dec.conſi.235.in cauſa magnifici,col.ij.verſic.quintò præſumitur.& diximus in ſimili caſu ſuprà nu.ab hinc ij.Quædam autem conſuetudines huic rei annum præſcribunt,vt iam diximus,& prætereà conſuetudo Victriacenſis,c. xxx.

*Quantũ temporis in eam rem requiratur.*

*Cōſuetudines.*

*Quid,ſi in ipſo contractu, aut mox dicatur , ut poſsit recuperare.*

39 ¶Et iis autem,quæ diximus,potes intelligere, quòd nō tantùm cùm permutans rem à ſe ex permutatione relictam recuperat, ſed etiã cùm ſimpliciter in ipſo contractu permutationis , aut incontinenti pòſt,( nihil enim inter vtrunque refert,vt latè dicemus tit.ſeq.§.j.in verbo, in limine contractus) conuênit inter ipſos contrahentes,vt alter poſsit rem,quam tradit,recuperare,reſtituto aliquo pretio,ea permutatio cenſetur eſſe facta in fraudem conſanguineorum.Ideoque & ij admittuntur tanquam ex ſimplici ac mera venditione. Quod & ex facto in hac eadem ſpecie. reſpondit Lud.Bol.conſi.25.in ampliſsimo,per totum , vbi in id allegat multa,quæ tu ipſe videre poteris:atque etiam Chaſſe.conſi.item xxv.ex multis præſumitur,& id apertè probatur in d.§.ſi ab ignoto,cum ibi no.Et de hoc quoque eſt expreſſa conſuetudo apud Andegauos,c.cccliij.cum ſeq.Et ad hæc omnia faciunt,quæ ſuprà diximus ex Alb.nu.30.vt interim,& quæ etiam dicemus infrà tit.ſeq.in præfat.nu.9.& vt hæc poſtrema,& ſeq.& in fi.eiuſdem tit.nu.27.quibus proximè.

*Conſuetudo.*

*Quid de permutatione, quæ fit de immobili cũ mobili.*

40 ¶Sed & hæc omnia,quibus diximus non eſſe locum retractui in permutatione vera,& nō fraudulenta,intelligenda ſunt,cùm ea fit de re immobili cũ re etiam immobili.Quòd ſi pro re immobili datur mobilis,etiam inæſtimata (id quod dico,quia ſi eſſet æſtimata,eſſet venditio, l. quoties, C.de iure dot.& ſuprà diximus num.20.nam & alias æſtimatio. ) Si igitur,vt repetam, datur res mobilis,etiã inæſtimata,pro immobili,eſt locus retractui eius rei immobilis,ac ſi vēdita ſimpliciter fuiſſet,ex multis noſtræ Galliæ cōſuetudinibus,vt apud Meldunenſes,c.lvj. Senonenſes,c.43. Trecenſes,c.clviij.Cenomanenſes,c. 358.& c.363.& c. 369.& ſeq.Aurelianenſes,c.cclxxxvij.Turonenſes,titu. *de retraictz,*cap.xj.& iterum c.xviij.ibi, *deniers,ou equipollent en meubles,*& c.xxj.ibi, *deniers baillez,ou l'equipollent.* Andegauenſes,c. cccxlvj.& c.cccliij.& cap.ccclix.Aruernienſes,titu. *des retraictz,* c.xxx.Borbonienſes,c.ccclij.& ſeq.Altiſsiodorenſes,ſiue Auxerrenſes,hoc eo.titu.§. xiiij.qui eſt omnium xlv.Lorrienſes in præfectura Montargij,hoc quoque tit.§.ix. & ſeq. Lodunenſes hoc tit.c.j.ibi, *deniers,ou autres meubles.* Niſi ſi vinum detur,vt ibi ſtatuitur: nec tamen video,cur in hoc vinum à cæteris mobilibus ſeparauerunt.

*Cōſuetudines de ea re.*

*Pretium largè ſumptum.*

41 ¶Quod non ſine ratione à tot conſuetudinibus ſtatutũ videri poteſt.Et ſanè pro his facit,quòd pretiũ largè dici poteſt,quicquid pro re datur,licet non ſit in pecunia numerata,vt patet ex l.ſeruorum,§.j.ff.de ſtat.homi.& l.ſi quemquam, poſt prin.C.de epiſc.& cle.& id per illos tex.voluit

T

Petr.Iac.id trahens ad ius retractus feudalis,& laudimiorum,tit.de act.in rem pro re emphy. col. viij.verſi.item pretium. Vide tamen quod ſtatim poſteà ſcribit in eadem col.verſic.item fortè etſi non ſit,vbi diſtinguit,vtrùm ea res mobilis,quæ datur pro immobili,cõſiſtat in genere, an in ſpecie.Sed & col.xij.verſi.item ſi res detur,id intelligit, cùm res ipſæ mobiles conſiſtunt in pondere, numero, & menſura. Huiuſcemodi enim res recipiunt functionem in ſuo genere , ſicut pecunia numerata,l.ij.§.j.ff. ſi cer.pe. & in illis eadem ratio eſt,vt in pecunia, ergo & idem ius, l.vlt.C.ad legem Falc. & cùm ratio diuerſitatis reddi non poteſt, nec diuerſum quoque ius, l.à Titio, ff.de verb.oblig.Hæc ille.

*Pecunia largè ſumpta.*

42 ¶ Cui adde,quòd pecunia largè ſumpta,non ſolùm pecuniam numeratam comprehendit, ſed & frumentum,vinum,oleum,atque id genus cætera,quæ pondere,numero,menſura conſiſtunt,d.l. ij.§.creditum,& ibi gl.in verbo,pecunia,& Doct.ff.ſi cer.pet.& l.talis ſcriptura,in prin.ff.de leg.j.& l.j.in prin.iuncto ſi.ff.de calum. vbi & id probatur procedere in materia pœnali, vti & ex eo expendit Ant.in ſua diſp.inci.Bononien.Sed tu vide de hoc Phil.Deci.in d.§.creditum, in ij.notab. Ariſtoteles autem ſtatim in prin.lib.iiij.Ethicorum,pecunias appellat res omnes, quarum æſtimatio ponderatur nummo.Et facit etiam tex.in l.ſed Iulianus,§.mutui,ff.ad S.C.Maced.Adde prætereà,quòd huiuſmodi res mobiles,quæ facilè vſu conſumuntur,præſertim quæ pondere, numero,menſura conſtant, cenſentur datæ æſtimatæ, etiam ſi non æſtimatæ datæ ſunt:vt voluit gloſ. in l.æſtimatæ,ff.ſol.mat.per l.res quæ,ff.de iur.dot.vti eam nuncupatim ſequitur Ioan.Lup. in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.§.xvij.col.iij.verſi.item dicendum eſt.

43 ¶ Vide etiam Boer.qui indiſtinctè tenet,hoc caſu eſſe locum retractui rei immobilis,quæ permutata eſt cum re mobili,in cõſuetudinibus Biturigum,hoc eo.tit.*de Retraictz*,§.j.in gl.j.col.iiij.ver. quid ſi permutans, nec tamen aliquid allegat. & Chaſſe.idem omnino tenentem in conſue. Burg. hoc eo.ti.§.j.in verbo, *le pris*, col.j.verſi.quæro quid veniat, vbi in id illud allegat, quòd nomine pretij continetur,quicquid datum eſt,etiam ſi non ſit pecunia.l.fundi partẽ.ff. de contrah.emp.& ibi Bal.qui multa allegat. Super qua ratione vide quæ dicam infrà tit. procedente , *de Retraict conuentionel*,in præfat.nu.21.& id quidem credo.Sed & idem quoque tenuit Sainxon in conſue. Turoniæ hoc eo.tit.§.x.& quiſquis is eſt,qui librũ eum edidit,cui tit.eſt, *le grand couſtumier de France.* hoc ipſo tit. *de Retraictz*,col.pen.vbi nec ipſe quicquam allegat.& nouiſsimè Caro.Molen.in conſue.Pariſ.tit.j.§.xiij.gloſ.v.num.49.vbi tantùm loquitur de datione inſolutum rei immobilis pro rebus mobilibus:vbi tamen limitat,niſi eſſent res mobiles pretioſæ, tanquam & hæ pro immobilibus habeantur:& nihil allegat.Sed nos de hoc latè diximus ſuprà,eo.§.in gl.vij.in verbo,*ou autres choſes*,num.100.quid verò de mobilibus,& ſeq.

*Quid , ſi res immobilis detur pro mobili pretioſa.*

44 ¶ Porrò vti hæc nõ eſt propriè venditio, cùm pretium non ſit, niſi in pecunia numerata, §. item pretium,& ibi no.Inſti. de emp.& ven.nam & pretium propriè refertur ad ipſam numeratam pecuniam,vt dicit Bal.conſi.xcviij.Bectonus,col.ij.verſic.in contrarium,lib.j. quod repetitur conſil. ccclxxxiij.lib.v.per l.vlt.C.de præd.curi.lib.x.Sed & ipſe Bal.in l.j.col.ij.verſi.reuertamur, C. de rer.permu.dicit,quòd pecunia eſt forma,& materia pretij.& bene facit gl.in l.ij.ff.de contrah.emp. Ex quo & idem Bal.in l.ſi domus,§.vlt.ff.de leg.j.dicit,quòd cùm l.vlt.C.de iure emphy. loquâtur de pretio,non habet locum,ſi pro re emphyteutica non datur pecunia numerata,ſed frumentum aut aliud quidpiam ſimile:quod eſt cõtra illam Pet.Iaco.deciſionem. Et ita quidẽ quod diximus,procedit,vt etiam ſi quis emeret pro marcha,aut libra auri,vel argenti,nõ tamẽ eſſet emptio: vt voluerunt Io.Fab.& Ang.Are.in d.§.pretium.Sicut igitur(vt repetam)hæc nõ eſt propriè venditio:ita nihil propius ad eam accedit:vixq; dici poſſet non ei æquipollere:quod ſatis eſt vt habeat locum retractus,ſecundùm hanc noſtrã conſuetudinẽ,in iis verbis,quæ nunc cõmentamur. Aliàs autem,ſi contrariũ diceretur,in facili eſſet,vt quotidie fieret fraus retractui,non dando pretiũ,ſed vel aurum,vel argentũ infectũ,vel vaſcula,catenas,monilia, & alia huiuſmodi ornamenta aurea, aut argentea,vel aliud quidpiá,quod tam facilè & expeditè expendi poſſet,quàm pecunia numerata.Et aliàs videmus,latã eſſe differentiã inter permutationẽ,quæ fit de re immobili, cum re etiã immobili,& eam quæ fit cũ re mobili,quantùm ad ius & cõmodum familiæ.In illa enim,licet vna res immobilis exeat è familia,tamẽ in eam alia,quæ & ipſa immobilis eſt,vt prior, ingreditur,quæ eandẽ naturã & vim ſortitur:vt diximus infra eo.tit.§.xxxij.nu.26.neque enim hic caſus. Ex hac autem permutatione rei immobilis cum mobili,nihil tale manet in familia : ideò multùm læderetur,niſi ei ius eſſet retrahendi.Quid autẽ,ſi permutetur res immobilis cum annuo reditu,& quid ſi is reditus ſit redimibilis,cognoſces ex iis,quæ dicam infrà,num.119.ſecundò intellige,& ſeq.

*Quid , ſi pro marcha , aut libra auri.*

*Quid , ſi pro pecunia exiſtente in arca.*

45 ¶ Ex quibus & illud minus dubium eſt,ſi res quæpiam immobilis tradita ſit pro ſacco quopiam præcipuè exiſtente in arca,licet huiuſmodi pecunia ſpeciei locum obtineat,non quantitatis,l.plane vbi,§.j.& l.ſed & ſi certo,& l.ſi ſeruus legatus,§.qui quinque,ff.de leg.j.& l.in ratione,§.diligenter,ff.ad leg.Falc.& l.ſi certos,ff.de verb.obli. gloſ.in l.hæc venditio,§. huiuſmodi, ff.de contrah. empt.cum ſi. Verùm Io.Igne.in l.iij.§.ſi conditioni,verſi.& ſi aliud,nu.26.& iterum 30. & ſeq.ff. de S.C.Sylla.multis nititur oſtendere,hanc eſſe venditionẽ , nec contrarium probare tex.qui pro alia parte citantur : ideoque & ex huiuſmodi contractu tanquam ex venditione deberi laudimia domino.Nã etiam(inquit)aliter pateret via apertiſsima fraudibus. Ego verò non neceſſariũ nunc exiſtimo determinare,ſitne huiuſmodi contractus venditio,an alius contractus.Satis enim eſt,vt æquipolleat



æquipolleat venditioni:nec intereſt,an ea pecunia ſit cenſenda ſpecies,an quãtitas.Sufficit enim, vt detur res mobilis pro immobili,vt ſit locus retractui,per ea quæ ſuprà diximus.Si quid tamen plenius vis videre de huiuſmodi pecunia ſic data, vide gloſ.in l.cùm fundus,§.ſeruum,in verbo vendicare,& ibi Bar.col.iij.verſi.venio ad verſi.& alios,ff.ſi cer.pet.& Imo.in c.bona fides,col.v. verſi.ſed iuxta prædicta,extrà de depoſi.

*Si ſit cõtroverſia inter emptorẽ & conſanguineũ de ſpecie contractus,an venditor ſit teſtis idoneus.*

46 ¶ Sed hoc in loco quæſtionis eſt,quia ſuprà diximus,retractum non habere locum in permutatione , niſi ea facta fuerit in fraudem conſanguineorum : cùm ſcilicet inter contrahentes actum eſſet,vt fieret venditio, tamen conficeretur inſtrumentum tanquã permutationis:quid,ſi de hac re lis eſt inter conſanguineum volentem retrahere,aſſerẽtemque hanc fraudem ita initam fuiſſe: & emptorem defendentem nullam fraudem ſubeſſe,ſed veram eſſe permutationem:vtrùm venditor,quem conſanguineus in teſtem fraudis producit,ſit teſtis idoneus. Super hoc nuncupatim Alex.d.conſ.197.in cauſa vertente inter Ser Sulimanũ,col.ij.verſi.nec obſt.quod allegatur,lib.7. reſpondit illum eſſe teſtem idoneum:nec ob id repellendum , quòd ſit vnus ex contrahentibus, & quòd videatur ſuam turpitudinem allegare,cùm nullum ex hoc commodum ſentiat, l. omnibus,cùm ibi no.C.de teſtib.& l.nullus,cũ gl.ff.eo.& plenè per Doct.in c.inſuper , & c.cùm nuntius,extrà eo.tit.& alia quæ allegat.

*An ſolius venditoris teſtimonio credendum ſit.*

*An ſit credendũ unius teſtimonio de ſuo facto.*

47 ¶ Imò vt ſubdit Alex.cùm iſte de ſuo ipſius facto teſtificetur,videtur eſſe ſtandum eius ſolius teſtimonio,vt no.decidit Sal.in l.ſi quis Decurio,colum.j.in iiij.opp.per illum tex.cùm ibi no.C.de falſi.& Pau.Caſt.in l.ſeruos,C. de teſtib.in quibuſdam lect. per l.quæro,§.vlt.ff.de ædil.edict.vbi tamen dubitat,ſed id aſſeueranter tradit ipſe Pau.cõſi.368.viſis actis & actitatis,in fi.prout illum citat Alex.& alij quidam.Sed illud reperire non potui.Verùm vltra ea quæ ipſe Alex.allegat,idem voluit ipſe Pau.cõſi.34.ego Paulus,col.ij.lib.1.quod repetitur conſi.293.eo.lib.1.& idem Pau.cõſi. 84.viſa dicta facti narratione,col.iij.verſi.ſuper ſecundo,eo.lib.1.per d.l.quæro,in fi.& iterũ conſi. 277.quia per primum,in fin.eo.quoque lib.1.per illum ipſum tex.atque etiam per l. cùm probatio,ff.de proba.rurſumque cõſi.399.priuſquam iura fierent,col.ij.eo.lib.1. itemque conſi.109.viſa petitione prædicta,col.j.lib.2.& in l.quicunque,ad fi.C.de ſeruis fug.vbi tamen requirit alia quædam indicia.& in l.ſi debitorem,in fi.ff.de noua & Firmia.in ſuo fœcundiſsimo indice, in verbo, teſtes duo.& Soc.conſi.28.viſis teſtamento,col.ij.verſi.tertiò quia illi ſacerdotes,lib.3.& conſi.49. in cauſa Epiſcopi,col.j.verſi.quinimo fortiùs, eo.lib.3. dum allegat Sal.vbi ſuprà Caro.Rui.conſi. 105.in cauſa vertente,col.ij.nu.4.lib.4.Phil.Dec.conſi.56.in cauſa appellationis,col.ij.verſi.& hoc maximè.& conſi.342.in cauſa partus,col.j.verſi.prima eſt.& conſi.650.in cauſa,vt vulgò dicitur, col.ij.vbi dicit,quòd ſi etiam id nõ eſſet verũ,negari tamẽ non poteſt , quin talis probatio ſit potentior.Alci.in l.j.§.ea.col.ij.ff.de verb.obl.Matth.Affli.in deci.Neapo.ccclxix. Alphonſus, col.ij. ver.fuit cõcluſum.Hippo.Marſi.in practi.cauſa.crimi.§. diligenter,nu.131.vbi id dicit ſing.& iterũ conſi.111.clementiſsimi Dei,col.ij.verſi.itẽ dicta confeſsio.Zaſius conſi.ij.tametſi,nu.30. lib.2.vbi id tamen relinquit arbitrio iudicis,& ante hos omnes Old.cuius nullus horum meminit , conſi. 95.ex forma iſtius,col.pen.arg.l.Theopompus,ff.de dot.præle.& l.interrogari,C.de quæſt.

*Prælato an credatur in præiudicium ſuæ eccleſiæ.*

48 ¶ Et facit,quod voluit glo.in c.vlti.in fin.& ibi Panor.col.pe.verſi.ego ſoluendo,extrà,de præſcr. quòd licet Prælato cõfitenti non credatur in præiudicium eccleſiæ,c.ij.& ibi gl.in verbo, cõuentum,de teſti.lib.6.cum ſi.hoc tamen fallit,cùm cõfitetur de eo,quod ipſemet fecit,arg.c.poſtquã, xxv.q.ij.& idem quoque voluit gl.in c.dudum, le ij.in verbo,de veritate, verſi.ſed nõ credo,ibi, reſpondere de eo quod ipſe fecit , extrà de elect.quam & in hoc expendit Barb. conſi.54.à Ioue, col.pe.lib.4.& quod etiam ſcribit Bar.in l.cùm filius,in prin.col.vlt.ff.de verb.obl.& in extrauag. ad reprimendũ,in verbo,per nuntiũ,in fi.Inn.in c.non ſine,quod eſt ij.de arbi.Et quod prætereà tradit Pau.Caſt.in l.ij.§.ſi abſens,ff.ſi ex nox.cauſ.aga. quòd vbi quis nõ eſſet teſtis integer,& ita non faceret ſemiplenam probationem:quia eſſet vilis vel infamis infamia facti: tamen ſi teſtificaretur de ſuo facto,faceret ſemiplenam probationem.Et hoc ſequitur Phil.Dec.conſi.363.in cauſa quæ agitatur,col.j.Et quod item non obſcurè ſentit Bal.in l.is qui putat,in fi. & ibi quoque Ang. Imo.Pau.Caſt.& Fran.Are.ff.de acqui.hær.quòd teſtis etiam de negatiua facti ſui deponens , ſolus probat,per tex.ibi,& in l.& è contrario,& in l.nec is,quæ eam l.confeſtim ſequuntur.Vide tamen,quid dicam verſi.ab hinc iij.Et aliàs ſemper magis creditur ei,qui de ſuo facto deponit, aut confitetur,quàm qui de alieno:vt voluit Inn.in c.inquiſitionis,in verbo,ſe aſſerunt,in fin.ext.de accu.Fed.Senen.conſi.119.nulli dubium eſt,col.vlt.Io.Fan.inter cõſi. Io.Cald.tit.de teſti. conſi.2. an ſi opponatur:& Anto.in c.cùm cauſam,de teſt.Fran.Are.conſi.71.diligenter & maturè, col.ij. verſi.ſecundò conuincitur.& Lud.Gozad.conſi.13.in hac cauſa,col.pe.nu.60.

*Teſti nõ integro an credatur de ſuo facto.*

*Papæ an , & quomodo credatur de ſuo, aut alieno facto.*

49 ¶ Cæterùm tex.in cle.j.de prob.qua verbis narratiuis Papæ omnino creditur , intelligitur,cùm de ſuo ipſius facto agitur,non ſi de alieno,vt ſatis conſtat ex verbis ipſius,ibi,feciſſe narramus : vbi gl.ſuper iiſdem verbis,& Imo.col.ij.ſuper eadem glo.& Card.Flor.in viij.q.& alij.& idem Card. conſi.128.in q.col.j.verſi.item etiam principi.Old.conſi.258.Inn.col.ij.verſi.item non obſt.c. literis.Albe.poſt Old.in auth.ſi quis in aliquo,nu.7.& iterum 8.C.de eden.Fed.Senen.conſi.117.caſus talis eſt,Ioannes.Lapus alleg.vij.diſceptat.& alleg.lxvij.clemen.Ange.conſi.368. ſereniſsimus, in prin.Rom.conſi.180.ſi admittimus,col.j.verſ.tertiò quia Domi.conſi.54. Gregorius,col.penul. verſi.ſed quia.Alex.conſi.112.viſa copia,col.ij.verſi.accedit.Fran.Are.conſi.165.ſicut, col.iij.verſi.

ſed adhuc.Nico.Mil.in ſuo repertorio,verſi.probationem faciunt.Iaſ.conſi.34.ad motiua, col.antepe.verſi.& primò dico,lib.1.& Steph.Bertr.conſi.112.viſis quibuſdã,col.vlti.nu.36.lib.2. & Phil. Dec.conſi.373.viſo conſi.col.ij.verſic.tertia conceſsio.& conſi.543.ſereniſsimus,col.ij.verſic.circa primum.Ex quibus intelliges non admitti probationem in contrarium, cùm Papa ſuum factum narrans ſuper eo ſe fundat:ſed admitti,cùm alienũ narrat.Quid autem, ſi agitur de facto ſui prædeceſſoris,videbis apud Imo.in d.cle.j.col.pe.& ibi Card.Flor.in ix.q.& Alex.conſi.15.viſis narratis,col.j.verſi.ſufficeret etiam.lib.5.& Fran.Rip.lib.1.Reſpon.c.j.defuncto,nu.28.

*Vtrũ de facto prædeceſſoris.*

50 ¶ Ego verò huic Alex.dicto in hoc caſu noſtro accedere vix poſſum:quando & ipſe alibi generaliter tradiderit,non eſſe vnius dicto credendum,etiam de ſuo ipſius facto.Ita enim voluit in d. §.ſi abſens,& ibi quoque latè Iaſ.per multa,quæ vterque allegat,quæ illic in promptu ſunt omnibus.& iterum idem Alex.& Iaſ.in d.l.nec is,ff.de acq.hære.& ipſe quoque Alex.etiam latè conſi. 192.perſpecta facti narratione,col.v.verſic.& quamuis.lib.6.vbi poſt alios,à ſe ibi relatos reſpondet ad d.l.ſi quis Decurio,& ipſe item Iaſ.in l.admonendi,char.pe.verſi.vltra alia ſcripta,ff.de iureiur.& Franc.Cur.Senior in tract.de teſti.in lxvj.eademque vlt.concluſione. Car.Rui.ſibi contrarius,conſi.161.quò ad primum,col.iiij.nu.8.lib.4.& conſi.99.videtur,col.ij.nu.6.lib.5. & conſi. 65.quamuis eleganter, col.j.nu.2.eod.lib.5. { & Maria.Soci.iunior,conſi.62.pro iuſtificatione, col. iij.nume.6.lib.1. } imò & ipſe quoque Pau.Caſt.ſibi contrarius,conſi.337.primò quæritur, poſito quòd de vero mutuo,verſi.item non obſtat, quòd hæc confeſsio,lib.1.& ante hos omnes Cyn.in d.l.ſi quis Decurio,in xiiij.oppo.dum dicit ibi ſpeciale eſſe in officiali.& Anto.in c.cùm à nobis, col.pen.verſi.octauus caſus,de teſtib.

*Vnius dicto etiã de ſuo facto,nõ credendum.*

51 ¶Tum quoque,quod idem ipſe Pau.Caſt.in d.§.ſi abſens,ad id quod ſupra,verſi.ab hinc iij.diximus,videlicet quòd teſtis non omnino idoneus,ſi deponat de ſuo facto , facit ſemiplenã probationem,addit,id ipſum non procedere,ſi is teſtis haberet affectionem ad cauſam : quia illi nihilo magis tunc crederetur,quòd de ſuo facto deponeret.Et huic cõſentiens Phil.Dec.d.conſi.56.hoc etiam nuncupatim intelligit,cùm nihil illius intereſt,qui de ſuo facto deponit. Hîc autem ſumus in eo caſu.Primùm,quia iſte eſt conſanguineus, ideò ſuſpectus propter affectionem,vt ſi omnino non repellatur,eius tamen fides plúſve minúſve minuatur,prout proximior eſt, at remotior, per not.in l.parẽtes,C.de teſtib.Deinde,quia eius quodam modò intereſt,vt res maneat in ſua ipſius familia,ob ſpem fortè ſuccedendi in futurum,aut etiam retrahendi ac recuperandi rem ipſam , ſi ab eius conſanguineo retrahente, vel eius hæredibus,iterum vendatur. Vel item,quia noſtra intereſt & priuatim,& publicè, vt ſalua ſit noſtræ familiæ dignitas, l.j.§. ſed & ſi ſeruus,ff. de vent. inſpi.quæ quidem abſque diuitiis conſeruari non poteſt.Bal.in id multa allegans inter cõſi. Ang. conſi.68.repetito conſi.281. Mart.Io.de Flor.col.ij. verſi.ſecundò ratione.& Alb.in ij.parte ſtatutorum,q.cvij.item an ſtatutum loquens de filiis,col.j.verſi.item inſpicienda eſt,cum infinitis ſi.& concor.à me alibi copioſiſsimè collectis.

52 ¶ Et expreſsim quòd noſtra interſit, noſtris conſanguineis , & in familia noſtra bona immobilia conſeruari,ne autoritate hac in re careamus,tenuit Ang.conſi.244.multis conſortes,col.j. per l.ſi in emptionem,ff.de min.& alia iura.& Soc.conſi.131.in præſenti conſultatione,col.v.verſi. ſubſequenter ſequitur,lib.1.per l.ſi cui fundus,ff.de lega.ij.& d.l.ſi in emptionem, & l.& ſi æquo,ff. de leg.ij.atque etiam Iaſ.conſi.41.omiſsis,col.iij.lib.3.cuius dictum retulimus ſuprà in rub.nu.40.denique ex illa.& Phil.Dec.conſi.461.iuridicam,paulò ante fin.Sed hæc ratio haberet tantũ locum in retractu municipali,de quo tractamus,non etiam feudali, ſcilicet ſi dominus contenderet eſſe contractum venditionis,& non permutationis:ideoque peteret ſibi rem cedi reſtituto pretio , aut laudimia:quia tunc nulla eſſet affectio venditorum,quantùm ad id de quo diximus.

53 ¶Nec interim omiſerim , quod in eam noſtram ſententiam ſcribit Matth.Affli.in tract. Proto.in verbo,niſi ſi quis,col.vlt.verſi.ſed quid ſi dato , quòd ſi venditor fateatur ſimulationem contractus,quam tamen neget emptor:facit venditor ſemiplenam probationem,ita quidem,vt ſit locus delationi iuramenti in ſupplementũ probationis, ſecundùm l.in bonæ fidei.C.de iureiur.& l.admonẽdi,ff.eo.tit.Niſi ſi(inquit)emptor probaret,venditorẽ eſſe inimicũ ipſius,aut aliud quidpiã, quod eius fidẽ aut tolleret,aut minueret,ex ſententia glo.in l.j.C.qui & aduer.quos,& nihil aliud allegat.& ſimpliciter ſequitur Chaſſ.in cõſue.Burg.hoc tit.§.xij.in verbo, *ou par le ſermẽt des contrahens*,col.iij.ver.ſed quæro,pone.Ex quorũ ſentẽtia vides venditorem ſolum nõ facere in hac re plenam ac integrã probationẽ ſimulationis.In qua re mihi cum illis conuenit, ſed nõ video quòd conſanguineo in hoc caſu deferendũ ſit iuramentũ in ſupplementũ probationis ſimulationis,niſi fortè ea eſſet de facto ipſius cõſanguinei.Nã de facto alieno aliũ iurare iniquũ eſt,l.Marcellus,§.j. ff.rer.amot.& ibi cõcor.in gl.Idq; etiã in iureiurãdo ſuppletiuo, vt probat tex.in l.iuſiurãdum & ad pecunias,in prin.& ibi gl.in verbo,certioretur,ff.de iureiur.gl.in d.l.in bonæ fidei,in gl.magna, & in d.l.admonendi,in verbo,exacto,& vbique Doc.Et facit,quod in ſpecie nõ admodũ abſimili & in caſu retractus ſcribit Arn.Ferro.in hoc tit.de retractu,in §.xvij.col.j.in conſue.Burdig.

*An deferendũ ſit iuſiurandũ ex uenditoris teſtimonio.*

54 ¶Sed & illud quoque hîc ſcias in contraria ſpecie,quòd ſi is, qui contraxit,& dicitur vendidiſſe, quamuis inſtrumentũ loquatur de permutatione,in teſtem adductus , dicat fuiſſe verã permutationem,vt in inſtrumento continetur:id multum ponderis & momenti habet ad eius rei probationem,etiã ſi ſint indicia & coniecturæ ſimulationis:adeò quidem vt Bal.conſi.389.quòd dictus

*Si uẽditor cõcordet cũ inſtrumento, an*

contractus,



contractus,lib.4.reſponderit , quòd ſi vnus venditorum dicat contractum eſſe ſimulatum & pignoratitium,ſintque in eam rem præſumptiones validæ & efficaces : tamen ſi alter venditorum in iudicio agnoſcat contractum eſſe verum,ei omnino ſtandum eſt: iſque cõtrarias præſumptiones veluti delet,tollit,abolet,per l.vlti.C.de duo.reis quod eſt multùm notandum, quia vix alibi reperies.Tu autem adde & tex.in l.duobus,§.ex duobus,ff.de iureiur.

*id purget ſuſpicionem fraudis & ſimulationis.*

55 ¶At hic conſequenter quæri poteſt,Emptor & venditor,extra iudicium conſanguineo abſente,cõfeſsi ſunt contractum ſimulatũ,& in fraudem cõſanguineorum factũ:an huiuſmodi confeſsio fidem faciet? Quod videtur:nã huiuſmodi cõfeſsiones , licet non inducant obligationem. gl.in l.cum de inde bito,§.vlt.& ibi Doct.ff.de probat.cum ſi.ſufficiunt tamen ad probationem,l. Publia,§.vlt.ff.depoſi.& latè Cy.in l.generaliter,in l.j.& iiij.q.C.de non nume.pecu.Bal.in l.cùm falſa,in v.op.C.de iur.& facti igno.vbi & ex hoc dicit, has confeſsiones transferre onus probationis in confitentes.Omnino autem probant,cùm agitur de declaratione actus cuiuſpiam dubij ab eo facti,qui cõfitetur:vt voluit Bar.in l.cùm quis decedens,§.codicillis,col.ij.verſi.prædicta verò,ff.de leg.iij.per tex.in l.vxori,§.vlt.vbi & idem Bar.ff.eo.tit.& l.ſi auia,C.de iure delib.

*An ſtetur confeſsioni extra iudiciali contrahentium de ſimulatione contractus.*

56 ¶Præterea per huiuſmodi confeſsiones aliis factas probatur animus fraudandi,vt voluit gl.no.in l.Fulcinius,§.quis ſit autem,in verbo,animus,poſt prin.ff.quib.ex cau.in poſſeſ.ea. & ibi Bart.qui id dicit probari ex l.Labeo,ff. de ſupel.legat.cum l.quæro,§.vlti.ff.de ædil.edict. Idque dicit eſſe menti tenẽdum.Et ex his,& aliis quibuſdam,Matthæ.Afflic.loquens in hoc noſtro caſu,in tract. Proto.in verbo,niſi quis,col.ij. verſi.ſed quid de confeſsione,tenet huiuſmodi confeſsiones ſatis eſſe ad probandã fraudem,& ſimulationẽ contractus,factã aduerſus conſanguineũ.Et ei accedo, præſertim ſi ſint aliæ fraudis coniecturæ etiam leuiuſculæ,ſecũdùm ea,quæ in ſimili latè diximus in repe.l.ſi vnquàm,in verbo,donatione largitus,nu.100.ſed vtcunque ſit,C.de reuoc.donat.

57 ¶Nec tamen interim dubium relinquit ipſe Matthæ. verſi.cõtinenter ſequenti eum,quẽ ſuprà deſignauimus , huiuſmodi fraudem & ſimulationẽ poſſe probari teſtibus aduerſus inſtrumentũ, poſt gl.in l.illicitas,§.veritas,ff.de offi.præſi.& in §.ſi verò tale, in Auth.de inſtr.cau.& fid.Bal.in l.j.col.ij.verſi.denuo quæro,C.plus val.quod agit.Io.Fab.in §.itẽ verborum, col.iiij.verſi.vnde vt hoc,Inſt.de inutil.ſtip.& Imo.in c.ad noſtrã,extrà de emp.& vendi.& alios vbiq;.Satiſq; ſunt(vt ipſe Matth.ſubdit) ad eã rem duo teſtes,vt tradit Spec.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat, verſi.ſed pone. & Bal.in l.in exercendis,C.de fid.inſtr.Tametſi gl.in d.§.ſi verò tale,teneat quatuor in hoc exigi. Sed ea poſſet procedere, cùm quis directò vellet probare contra inſtrumentũ : hîc autẽ nihil tale probare volumus, ſed nec indirectè quidẽ,cùm fatemur inſtrumentũ ita fuiſſe confectũ , vti eſt, ſed aliud fuiſſe verè actũ à contrahentibus, aliud ſimulatè ſcriptum,ſecundũ illum tit.plus valere quod agitur,quàm quod ſimulatè cõcipitur.Sed ad primum adde Pet.Anch.ccxxvj.ad corroborationem,in iij.dubio,poſt Cy.Nico.Mat.Bar.& Bal.in d.l.j.plus val.quod agi.latè tractantem,an & quando admittatur probatio teſtium de ſimulatione contractus aduerſus inſtrumentum.

*Simulatio contractus , an poſſit probari teſtibus cõtra inſtrumẽtum. An duo teſtes ſufficiant.*

58 ¶Imo verò & huiuſmodi fraudes & ſimulationes contractuum nõ tantùm veris & apertis probationibus deteguntur,ſed & cõiecturis & præſumptionibus,& indiciis,l.dolum,in verbo indiciis,C.de dolo malo.& c.illo vos,de pign.& c.ad noſtrã,de emp.& ven.Idque perpetuũm eſt in omnibus his,quæ clã & frauduletẽr fiũt,l.nõ omnes,§.à barbaris,ff.de re iud.cũ aliis multis à me collectis,infrà,ti.ſeq.in præfa.nu.34.nonũ quod ad probandũ.Quibus autẽ coniecturis id fiat,reperies apud Bar.& Recẽtiores in l.poſt contractũ,ff.de don.& eundem Bar.cõſi.65.Pet.Nic.Ang. conſi.48.ex dicto themate,in j.dubio.Raph.Co.conſi.155. Antognolus,in iij.dubio.Cæpollam in tract.ſimul.cõtractuũ,Matth.Afflic.loquentẽ in caſu noſtræ conſuetudinis.in tract.Proto.in verbo,niſi quis,col.iij.ver.ſciendum,& multis ſeq.Alcia.in l.ſi maior,C.de tranſac.Chaſſe. in cõſue. Burgundiæ,tit. *des retraictz*, §.ix. in verbo, *ſi la fraude eſt trouuée.* & nos quoque nonnulla poſuimus ſuprà,in gl.vij.in verbo, *ou autres choſes,cenſées pour immeubles*, nu.75.ex multis,& ſeq.

*An hæ ſimulationes poſsint probari coniecturis. Et quibus.*

59 ¶At in hac fraudis & ſimulationis mentione illud nõ prætermittendũ,non ſatis eſſe,conſanguineũ in genere dicere contractũ eſſe ſimulatũ,fraudulentũ,fictitiũ,niſi & ipſe ſpecies,ac modos ſimulationis,aut fraudis ſigillatim edat , præſertim ſi id reus vocatus in ius in cauſa retractus petat,vt proinde ſciat cedere ne an cõtendere debeat.Quod nos aliquando, cùm id ex facto contigiſſet,diximus,ſecuti Bar.d.conſi.65.col.ij.vbi multis iuribus probat,& in agente, & in excipiẽte, allegantibus fraudem,aut ſimulationem procedere.& Bal.in l.ab Anaſtaſio, in fi.per illum tex.C. manda.Pet.Anch.conſi.226.ad corroborationem,in ij.dubio,Pau.Caſt.in l.iuriſgentiũ,§.dolo,& ibi Alex.qui eum § legit cùm §.pactorum,ff.de pactis vbi & ipſe Alex.id dicit diligenter eſſe notandum.& idem Alex.conſi.112.viſo ſuperiore, col.j.lib.3.& conſi.28.in cauſa, col.iij.modò ſic,in fi.lib.5.Ex quibus etiam intelliges , præſertim ex Pau.& Alex.in d.§.dolo, non ſatis quoque eſſe, probare contractum ſimulatum in genere.

*An ſatis ſit in genere dicere cõtractum ſimulatum.*

60 ¶Sed vt ad alia tranſeamus,quæro,an hic retractus noſter habeat locum in tranſactione?Et certè ex conſtitutione protomixeos,non habet locũ , vt ſcribitur in eadem conſtitutione,verſi.in cauſa verò dotis,vbi Matthæ.Afflict.in verbo,licet enim ſuprà diximus,col.viij.verſi.decimò no.id eo argumento confirmat,quòd licet feudũ vendi non poſsit ſine cõſenſu domini , poteſt tamen de eo liberè tranſigi,c.ſi vaſallus,tit.ſi de feud.fuer.controuer.& c.j.tit.de contro.inue.inter vaſal.& ali.de benefi.& voluit Spec.tit.de arbit.§.reſtat.verſi.ſed nũquid vaſallus,licet(vt ſubdit) ſecus ſit

*An retractus habeat locum in tranſactione. Vaſallus an poſſit trãſige-*

*re de feudo, uide infrà 66.* in regno Siciliæ per conſtitutionem, cuius caput eſt, diuæ memoriæ. Hæc ille,& nihil præterea. Sed & idem,vt ſcilicet retractatus locum nõ habeat in trãſactione,tenuit Ferro.in conſue. Burd. hoc eo.tit.§.xxv.iterumque §.xxviij.quibuſdã aliis rationibus,quas ibi videre poteris.& Io.Cor. lib.3.Miſcel.c.iij.nu.5.niſi inquit,in fraudem conſuetudinẽ tranſactionis factam eſſe conſtaret.

61 ¶Quibus adde,quòd tranſactio non eſt propriè contractus,vt dicit gl.in l.contractus,in prin.C. de fi.inſtr.Ex quo Bal.& Salyc.ibi, negant ex tranſactione deberi gabellam,quam vocant,quæ ex ſtatuto debetur ex quolibet contractu.Ex quo & illud ſequitur,nec conſuetudinem noſtrã,quæ nuncupatim hic loquitur de contractu, cùm dicit, *par contract de vente,* vti & aliæ propè omnes, habere locũ in tranſactione.Id quod apertè declarat conſuetudo Turonũ hoc eo.tit.*de retraictz,* c.xxiiij.& Cenomanorum,c.ccclxx.Lodunenſium,hoc quoque titu.§.xxiij.Niſi (inquiunt) facta fuerit in fraudem:declaratque poſterior,quomodo poſsit dici facta in fraudem.de quo etiam, ne id prætermittamus,per Bald.Mar.Laud.Card.Alex.& alios in d.c.j. titu.de controuer.inue.inter vaſ.& ali.de benefi.& in c.j.in prin.col.iiij.ver.quæro an vaſallus,titu.de prohib.feud.ali.per Fed. & Fran.Cur.iuniorem in tract.feud.in iiij.parte prin.in vij.q.etiam prin.quæ eſt in 42.charta.

*Tranſactio an ſit cõtractus, uide infrà,nume.65. Cõſuetudines de ea re.*

62 ¶Verùm videri poſſet,inſpiciendum eſſe,vtrúmne fundus ex tranſactione ei dimittatur,qui antè non poſsidebat,dato ab eo aliquo pretio:an verò apud eum maneat,qui poſsidebat : multũ enim inter vtrumque intereſt,vt videre licet ex l.ſi pro fundo,& ibi Bar.& Bal.C.de trãſact.gl. Bar.& aliis in l.ex cauſa,C.pro empt.gl.Alb.& Bar.in l.j.ff.eo.tit.quorum ea eſt ſententia, vſucapionem pro tranſacto habere locum in re,quæ traditur nomine tranſactionis,non etiam in re petita, quæ dimittitur apud poſſeſſorem.& gl.in l.ſtipulatio iſta,in prin.in verbo,ſucceſſores,& ibi Ang.paulò poſt medium,& Recentiores,ff.de verb.obli.Bar.in l.naturaliter,§.nihil commune,col.iij.ver. pro declaratione,& ibi Recentiores poſt eum,ff.de acq.poſſ.& in l.eius rei,in prin.ff.de rei vendi.Bal. in l.j.col.j.verſicu.ſed nunquid poteſt,C.de bonis mater.& in l.cùm ij.§.ſi cùm lis, in ij.lect.ff.de tranſact.Sal.poſt Petrum,& alios,in l.ſiue apud acta,col.vj.verſi.ſed extrà gl.oppo.C.de tranſact. Alex.conſi.168.requiſitus,col.ij.verſi.& pactum,lib.2.quod repetitur conſi.20.lib.5.& Ang. Aret. in §.ſi quis poſtulante,col.iij.verſic.in eadem,ibi,quo caſu, Inſt.de actio.& Corn.conſi.196.circa præſentem,col.iij.verſi.quinimo titulus,lib.2.& Steph.Bertr.conſi.j. viſo conſultationis themate, in x.dubio,lib.1.Ex quibus cognoſces,in primo caſu acquiri titulum,trãsferri dominium,& vſucapiendi conditionem produci,& euictionem deberi:in ſecundo minimè.

*Quid, ſi res maneat apud poſsidentem.*

63 ¶Ex quo etiã per conſuetudinem expreſſam Andegauorum,ca.360.ex trãſactione, ex qua is qui poſsidebat,relinquit rem alteri,eſt locus retractui. At ſi ea remaneat apud poſſeſſorẽ,nõ eſt ei locus,etiamſi pecuniam alteri refundat.Et fortè ea conſuetudo cæteris æquior eſt, & rationabilior. Conſtat autem,cùm res datur ex tranſactione accepta pecunia,deberi laudimia,vt dicit Petr.Iaco. titu.de act.in rem pro re emphy.col.xij.verſi.item ſi res detur ex cauſa tranſactionis. Licèt ſecus ſit,ſi relinquatur apud poſsidentem,vt placet Sanxonio in conſuetudinibus Turoniæ, tit.*comme hommage ſe doibt offrir à ſon ſeigneur,* §.vlti.col.j.& Chaſſe.tit. *des cenſez,* §.j.in verbo, *retenue,* col. iij.verſic.aduerte ad cautelam.& ante hos Stepha.Bertr.conſi. 321.viſo caſu, in prin.lib.1.Et facit, quod & ipſe Chaſſe.tradit in tit. *des fiefz.* §.viij.eodemque vltimo.in glo.j.col.iiij.verſi. nunquid autem.Sed & idem in titu. *de retraictz,* §.j.in verbo, *vendu,* col.ij.verſic.quid ſi dimittatur. tenet nuncupatim retractum nõ habere locum, cùm ex tranſactione dimittitur res penes poſsidentem aliquo dato vel recepto.

*Conſuetudo.*

64 ¶Ego verò & tunc quoque,cùm res manet apud ipſum poſſeſſorem , dato aliquo pretio,arbitror locum eſſe retractui,non ipſius quidem rei,ſed iuris,ſiue actionis tranſigentis,qui à ſe rem omnino abdicauit:habet enim ea tranſactio ſpeciem quandam vẽditionis illius iuris, d.l.j.ff.pro empto. vbi poſſeſſor,qui litis æſtimationem obtulit,pro emptore incipit poſsidere,& expreſsius in l.litis, eo.tit.vbi litis æſtimatio eſt ſimilis emptioni.& idem propè tex.eſt in l.ſed & ſi,§.ſi lis,ff.de publi. in rem actio.& vbique concord.in gl.Etſi ſcio nonnullos facere diſcrimen,an quid ſit datũ cauſa tranſactionis,an pro litis æſtimatione,vt no.in d.l.j.pro empto.Sed id mihi nunquam placuit, ſicuti nec Io.antiquo gloſſatori:& vtrunque etiam confundit tex.in d.l.eius rei,ff.de rei vendic.vbi gl.& Bar.non videntes,quà elaberentur, dicunt ibi tranſactionem impropriè poni, & exponunt tranſegiſſe,id eſt,receſsiſſe à lite.Et quanquam hæc non ſit propriè venditio, vt ſatis probant illi tex.tamen ſatis eſt in caſu noſtræ conſuetudinis,vt ſit ſimilis venditioni,cùm ea loquatur de contractu venditionis,& æquipollente venditioni.Si tamen amplius ſcire velis, quid ſit lis æſtimata, vide Tullium in oratione pro Aulo Cluentio Habito.

65 ¶Et quicquid ſuprà dictum eſt,tranſactio ipſa cõtractus eſt, vt probant multa iura & inter cætera,d.l.cõtractus,in prin.C.de fide inſtr.quáuis glo.vt diximus,aſſerit id intelligi impropriè, atque etiam tex.in l.cùm te tranſegiſſe,ibi,ſi de fide cõtractus,C.de tranſac.& in l.vlti.C.de litigio. dum à generali regula loquente de contractu,excipit tranſactionem.& in l.ſi donationis,in fi.C.quod met.cau.vbi Bal.ſecũ ipſe diſsidens(quod propè ei perpetuũ eſt)affirmat ex trãſactione deberi gabellã,quã ſtatutũ iubet ſolui ex cõtractu,quod ipſe dicit eſſe notandum,& eũ ſequitur Alex.in d. l.ſiue apud acta.col.pe.C.de tranſac.& Firmia.in trac.gabellarũ,in iij.parte viij.partis prin.in xj.q. Sed & quòd cõtractus ſit,tenuit Bar.in l.ſiue apud acta,col.iiij.ver.his præmiſsis Pau. Caſt.conſi. 379.primò videndum eſt,poſt prin.& lib.1. Sed & alienationis quoque ſpecies eſt, vt etiã probat tex.in

*Trãſactio cõtractus eſt.*

*Trãſactio alienationis ſpecies.*



tex.in l.j.§.vtrum autem,ibi,at ſi tranſegit,ff. ſi quid in frau.patro.quem in id nũcupatim expendit ipſe Bald.in l.j.poſt prin.& ibi quoque Salyc.C.ſi aduer.tranſact.& voluit etiam ipſe Bal.in c. contingit,col.j.in ij.locis,extrà de tranſac.& Fed.Senen.conſi.94.caſus talis eſt,Prælatus, nõ ſemel.& Signo.qui alios tex.& Doc.citat , conſi.71. factum ſic ſe habet dominus Epiſcopus,col.ij. ver.circa primũ,& multis ſeq.Alex.conſi.129.ponderatis col.j.ver.nec etiam obſtat,libr.1.& Iac.à S.Geor.in l.nulli, in priori lec.ff.de tranſact.Ideò ſi ſtatuto debeatur gabella ex alienatione , aliàs cõtractus ſit nullus: debetur & ex trãſactione,ex qua alienatio ſequitur,vt pulchrè reſpõdit Ang. conſi.215.thema tale eſt,col.vlt.Imò verò idem Ang.cõſ.230.inſtrumentũ,dicit appellatione emptionis cõpræhendi & trãſactionẽ,ex eaq; ſimiliter deberi gabellam, atque ex propria emptione.

66 ¶Et licèt Bal.ipſe in d.c.j.ad fin.tit.de contro.inue.inter vaſal.& ali.de benefi.quærens,an vaſallus poſsit tranſigere de feudo,diſtinguat,vtrum tranſigat dimittendo feudum poſſeſſori,an id ipſum non poſsidenti tradendo:vt primo caſu poſsit,quaſi nõ videatur alienare:ſecũdo non poſsit, per tex.quem dicit vnicũ,in d.l.ſi pro fundo,C.de trãſac.& eũ ſequuntur Mart.Laud.Aluar.& Card. Alex.ibi.& idem voluerit ipſe Bal.in c.j.col.iiij.ver.caueat tamen,tit.de prohib.feud.ali.per Fed.& Aluar.in d.c.ſi vaſallus,tit.de feud.contro.Ro.conſi.166.viſo diligenter,in j.dubio.Alex.conſi.41. viſo themate & his,poſt medium,lib.6.quod duplicatur cõſi.95.eo.lib.6.& Fran. Aret.qui tamen in ſecundo membro contradicit,conſi.14.viſo & diligenter, col.vij.verſi.præterea poſito. & Iac.à S.Georg.in tracta.feud.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.iij.verſi.ſubſequenter.& Iaſ. loquẽs etiam de emphyteuta,in l.vlti.char.pen.verſi.decimò quæro,C.de iure emphy.& Chaſſe. tit. *des fiefz.* §.viij.in verbo, *en alienation & tranſport,* col.iiij.ver.nunquid autẽ,& ſeq.& Ferro.in conſuet.Burdig.tit.de feudis.§.xvj.in prin.Tamen ego illis non omnino accedo, quãdo & aliâs, qui rem dimittit apud poſsidentem, cenſeatur transferre , & alienare,l.quædam mulier,ff. de rei vend.& l.ſi ſponſalibus,§.ſi mulier,ff.de iure dot.& l.qua ratione,§.interdum.ff. de acq. rer.do.& §.interdum,Inſtit.de rer.diui.& declarat Sal.in l.j.ad fi.C.de act.& oblig.& ſatis eſt è mente Dyn. in c.poſſeſſor.de reg.iur.lib.6.& Bar.in l.ſi culpa,ff.de rei vend.

67 ¶Nec eſt,quod ſpeciale ſit in tranſactione,vt nonnulli cõtendunt,& inter cæteros Bal.in d.c.j.tit. de controuer.inueſt.inter vaſal.& ali.& Alex.in d.l.ſi pro fundo,col.ij.ver.vltimò not.& Stepha. Bertr.conſi.321.viſo caſu,lib.1.& conſi.255.quæſitum eſt,lib.3. & alij multi ex his,quos ſuprà citauimus,nu.62.verum videri:refragantibus tamẽ Sal.in d.l.ſi pro fundo,Ang.Rom.& Iac.Puteo.in d.§.nihil cõmune.Quibus ego malo accedere rationibus ab illis adductis, & quia etiã quantũ ad caſum noſtrum priuatim pertinet,eadem eſt omnium ratio.Et habemus glo.ſing.in l.cùm ij.§. ſi vni.in verbo, tranſactione,ff. de tranſact.quæ no.eum qui ob tranſactionẽ rem poſsidenti relinquit,alienare:ideoque & hoc caſu requiri decretũ iudicis , quod aliâs requiritur in alienatione rei. Et eam ſequitur Iaſ.ibi in fi.& Bar.& ipſe Iaſ.in d.l.nulli,eo.tit. atque per eã dicunt prælatos cæteroſque adminiſtratores non habere facultatem etiam per tranſactionem relinquendi rem immobilem ei qui eam poſsidet,ſine decreto.Id quod dicunt perpetuò menti tenẽdum,& præterea Iaſ.ſingulariſsimum.& Fran.Cur.luno.in tract.feud.vbi ſuprà citauimus,qui ob id dubitat de eo quod ſuprà dictum eſt de vaſallo tranſigente,& dimittente feudum apud poſſeſſorem.

68 ¶Nam & Doct.vbique tenent procuratores principia non poſſe ita trãſigere,vt res maneat apud aduerſarium,nec diſtingunt,poſsidebat ante,necne:nec enim(inquiunt)id magis facere poſſunt, quàm minor aut curator ipſius.l.non ſolùm.C.de prædi.mino.Secus (inquiunt) ſi rem ipſam retineant,quia id agentes conditionem principis faciunt meliorem.Ita enim voluit gl.no.in d.l.nulli.ff.de tranſact.quam ſequuntur Bar.& alij ibi,& Panor.qui idem dicit de prælatis in ca.contingit,col.ij.ver.concluderem ſic,extrà de tranſact.vbi eam gl.dicit not.& iterum in c.veniens,col.j. eo.tit.& conſi.56.videtur primò,circa medium,lib.1.& iterum conſi.62.illud de iure quæritur,col. j.eo.lib.1.& Rom.conſi.50.idem in præfata.Carol.Rui.conſi.11.viſo compromiſſo,col.ij. nu.4.lib. 4.& Doct.vbique.Et idem quoque de patre adminiſtratore filiifam.dicit Bald.in d.l.j.col.j. verſic. quæro an pater.per illum tex.C.de bon.mater.

69 ¶Nam vt dicit Phil.Dec.in l.cùm te proponas,quæ eſt ij.C.de tranſact.trãſactio alienatio eſt,cùm res per eam abdicatur,ſecus ſi retinetur.Ex quo illud fit, quod tradit Ioã.Ray.in c.imperialem.§. habito,col.xxiiij.in paruis,verſi.quæro an per iudicium,tit.de prohib.feud.alie.per Fed.ex tranſactione ſi res dimittatur,deberi laudimia,per gl.in d.l.ex cauſa,C.pro empt.non,ſi retinetur, per l. dedi.§.ſubtilius.ff.de cond.ob cau.quia tunc potius videtur redimere vexationẽ,ca.dilectus,extrà de ſimo.& ita dicit tenere Oldr.alicubi, nullo alio certo loco citato. Et id nuncupatim ſequitur Steph.Bertr.d.conſi.321.lib.1.& Ferro.in conſue.Burdig.tit.de feud.§.xvj.in prin.

70 ¶Quid,quòd gl.in d.l.non ſolùm.in verbo.dediſti,C.de præd.mino.in ea eſt ſententia, vt minor per tranſactionem non ſolùm non poſsit rem à ſe poſſeſſam dare,ſed nec alteri poſsidenti dimittere?Nam cũ tex.ibi ita dixiſſet.Igitur & tu,ſi fratribus tuis per trãſactionẽ fundum dediſti,vendicare eum potes.Accurſius in d.verbo,dediſti,hæc ad verbũ ſcribit. Secus ſi fundum,de quo litigabat minor,dimiſit,aliquo dato nomine tranſactionis, argu.l.præſes,C. de tranſact. Imò idem,l. cùm ij.§.ſi cùm lis,ff.de tranſact.Et Sal.ibi,poſteaquàm retulit eam Accurſi.ſententiam,ſubiunxit: Sed licet quis, hic non alienat, quia ſimpliciter dimittendo, non dicitur velle transferre dominiũ,vt no.in d.l.ſiue apud acta.C.de tranſact.& d.l.ex cauſa,C.pro empt.& probatur in l.ſi ſuper

poſſeſſione.C.de tranſact. Et ego reſpondeo, quòd contra ſe parat exceptionem,qua obſtante, vendicare non poſſet,ſi trãſactio teneret. Et ſic in effectu videtur alienare,& circumuenire tur ſenatuſconſultum.Hæc ille:cæteri autem Doct.præter Io.Fab.nihil de ea gl.dixerunt,tanquam eam tacitè approbantes,ſecundum l.item quod Sabinus,in fi.ff.de hære.inſtit.& dicemus infrà eo.tit. §.xxxv.gl.iiij.nu.45.nam minores.Ipſe autem Io.Fab.in d.l.non ſolùm,nuncupatim tradit, opus eſſe decreto in tranſactione facta à minore,ſi relinquit rem immobilem:non,ſi retinet.

71 ¶In eadem quoque ſententia fuit & alia gl.in d.l.j.in verbo,veteris,C.ſi aduer.tranſact.& illam ibi expreſsim ſequuntur Bar.Bal.Sal.& alij.Nã,vt dicunt ipſi Bal.& Sal.licet res,quæ ex cauſa tranſactionis dimittitur,propriè non dicatur alienari,per d.l.ſi pro fundo,C.de tranſact.tamẽ quia exceptio perpetua ad eam rem defendendam paratur poſſeſſori,cenſetur eſſe quædam ſpecies alienationis,per tex.in l.j.ver.at ſi trãſegit.ff.ſi quid in frau.patr.& arg.l.vlt.C.de reb.alien.non ali.Et ſic (inquit) Sal.paria ſunt,alienare, vel perpetuam exceptionem contra ſe parare. Sed & illam quoq; gl.ſequitur Albe.in auth.hoc ius,col.iiij.verſi.rurſus ſi eccleſia,C.de ſacroſanct.eccl.

72 ¶Deniq; qui per tranſactionẽ dimittit ius,ſiue actionẽ,quã habet in re immobili ab alio poſſeſſa, & ipſam quoque rẽ remittere vel cedere videtur,l.qui actionẽ,ff.de reg.iur.Et cũ id faciat accepto pretio,quid dubitandũ eſt,quin id habeat vim vẽditionis iuris,ſiue actionis,quæ ad rem immobilem cõpetit:ideoq; & immobilis cenſeatur,ſecundùm ea,quæ latè diximus ſuprà,eod.in gl.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,num.1.& ſeq.vnde & conſequens eſt,& hoc reſpectu cõpetere ius cõtractus,vt ea ipſa verba apertè declarãt,& ibi diximus nu.30.ſed vt tãdem,& etiã in gl.ij.in verbo,*a vendu*, nu.51.tũ quia licet, vt omittam , ſi aliter diceremus facillimè fraudẽ retractui fieri,relinquẽdo primùm poſſeſſionẽ,& poſteà ſuper proprietate tranſigendo.Et ſecũdùm hanc noſtrã ſententiã vidi areſtũ ſupremi noſtri Senatus Pariſ.pro domino de Puyrobert Engoliſmenſi,ſuper domino *des Vmbrayes*,quod ego ab eodem Senatu delegatus executioni demãdaui.

73 ¶Porrò autem,ne id Lectores fallat,ſunt,qui hac in re ita diſtinguunt: an ſcilicet quis ſimpliciter litem ſiue controuerſiã remittat,& is nihil dare cẽſeatur:an verò ius ſuum ſiue actionẽ remittat,& is dare cenſeatur. Hæc enim fuit ſententia eius,qui vbique omniũ propè ſententiarũ fuit,ſcilicet Bal.in d.l.j.col.j.verſi.ſed nunquid poteſt,C.de bonis mater.Et idẽ propemodũ voluit ipſe Bal.in l.ſi inter vos,C.cõmu.vtri.iudi.cùm dicit,d.l.ſi pro fundo, habere locũ quando celebratur cõtractus ſuper inſtantia litis tantùm:ſecus verò,quando concernit rem ipſam,vt in eo tex.& ſequitur Iaſon in d.l.ſi pro fundo,col.vlt.verſi.vnde alibi dicit & Bertran.d.conſi.255.quæſitum eſt.libr.3. & Ant.Rub.conſi.152.videretur primò,col.ij.verſi.non obſtant modò.Sed vt liberè dicam,quod ſentio,nihil hîc video,præter verborum quandam diuerſitatem,rerum nullam video.

*An ex tranſactione admittatur conſanguineus ad retractũ rei an actionis.*

74 ¶Hæc autem,quæ dicta ſunt,retractũ habere locũ in hoc caſu intellige ſecũdum ea quæ diximus, & ſpecialiùs hîc dicẽda ſunt,ne quis erret,vt ſcilicet cõſanguineus admittatur ad retractũ, nõ rei quidem ipſius,de qua trãſactũ eſt,ſed iuris,quod ipſe trãſigens remiſit:nec enim plus cõſequetur conſanguineus ex ipſo retractu,quàm habebat tranſigens. Et ſic, ſi tranſigens poſſidebat,& ipſe quoq; cõſanguineus poſſidebit,ſine præiudicio iuris ab alio prætenſi.Si nõ poſſidebat, nec retrahens poſſidebit: ſed poterit proſequi ius,quod tranſigenti cõpetebat,& quod idẽ remiſerat.Vt in ſimili dicimus de minore reſtituto,vt ſi læſus fuerit in vẽdendo tãtùm,nõ in trãſferendo poſſeſſionẽ,quia eam emptor poſſidebat:tunc ei nõ reſtituetur poſſeſſio , ſed tantùm actio,quã ad rem habebat,l.qui proprio.& ibi gl.Bar.Alb.& alij,ff.de procu.vt ſcilicet id fiat,quod ibi dicit Bar.vice prouerbij apud nos iactati,Illud reddit reſtitutio,quod abſtulit læſio.& voluit idẽ Bar.in l.ſi quidẽ. C.de præd.min.& in l.quod tẽpore,col.j.C.de reſtit.mil.& in l.vlt.col.iij.ver.venio ad vltimũ.C. de ſen.paſſ.& Alb.in l.ſi res æſtimata,§.j.poſt prin.ff.de iure dot.Bal.in repe.l.Aemilius,col.ix.ver. nũc ad propoſitũ,ff.de mino.& Pau.Caſt.conſi.248.viſis,paulò ante fi.lib.2.& Ang.Are.in §.rurſus.col.iij.ver.quartò præmitte.Inſti.de actio.Quod & probatur in l.quòd ſi minor, §.reſtitutio, ff.de mino.vbi ita fit reſtitutio,vt vnuſquiſque integrũ ius ſuũ recipiat.Et facit etiã optimè tex.in l.j.C.ſi aduer.tranſac.vbi ſi minor reſtituitur aduerſus tranſactionem, cõpetunt veteres actiones, quæ ſcilicet ante tranſactionẽ competebãt:quaſi ſcilicet partes in eundem ſtatũ reponãtur,in quo erant tẽpore tranſactionis & in l.ſed & ſi per Prætorem,§.ſi feriæ.ff.ex quib.cau.maior.cùm dicitur,Sed cùm feriæ repentinæ eximunt,reſtitutio duntaxat ipſorum dierũ facienda eſt,non totius temporis,cum ſi.quæ dicemus infrà,§.xxxij.gl.j.nu.69.adde & tu. Et faciunt not.in c.ex ratione, de appel.& quod tradit Ang.conſi.310. in propoſita,col.vlti.Et ita quoque dictum eſt eo areſto, ſuprà à nobis citato,vt ſcilicet conſanguineus admitteretur ad retractum iuris & actionis,nõ rei.

75 ¶Illud tandem non omiſerim,quod Bal.vbique malè ſibi conſtans (quod ægerrimè de tanto viro pronũtio) in d.c.j.tit.de contro.inter vaſal.& aliũ,poſteaquàm dixit ea quæ ſuprà, nu.67.nec eſt, ex eo retulimus,illud confeſtim ſubdit , quod omnino ſuperioribus contradicit.Et nota (inquit) quòd in omnibus alijs contractibus,is qui dimittit, transfert , & alienat, per d.l. quædam mulier, & d.l.ſi ſponſalibus.ſuprà allegatis. Tamen ſecus eſt in contractu tranſactionis,quod eſt( vt ipſe dicit) notatu dignum.Et videtur ſequi Card.Alex.ibi,col.ij.Sed hoc(vt iam diximus) è diametro omnibus iis,quæ ſuprà dicta ſunt,aduerſatur:& expreſsim reprobat Firmi.in trac.de Epiſcopo.in iiij.parte lib.4.col.xxxvj.ver.dubitari poſſet,an prohibitus.Quid autem de his ſentiat Chaſſe.videbis apud eum in cõment.Burgund.tit.*des fiefz*, §.viij.eodemq́ue vlt.in verbo, *en alienation*, nu. 21.&



21.& iterũ *des retraictz*, §.j.in verbo,*vendu* ,paulò ante fi.iterumq; in titu. *des cenſes*, §.j. in verbo, *retenue*, etiã paulò ante fi.Et vide etiam Carol.Mol.in cõſuetudines Pariſien.tit.j.§.xxij.in xxj.q.

*Retractus an habeat locum ex diuiſione, ſi ad licitationem proceſſum ſit.*

76 ¶Caeterum & hæc ſpecies in quæſtionem vocatur: Duo ſocij in re quapiam communi,qui licitatione vicit, integra res fuit adiudicata,vel per iudicem ſuper hoc aditum vel etiam cõmuni conſenſu partium,iuxta l.item Labeo,§.j.ff.fam.hercíſ.cum ſi.adductis à Soci.conſi.160.in præſenti.col.vlt.in vlt.dubio,lib.2.vtrum igitur conſanguineus eius,qui ex ea licitatione pretiũ accepit,poſſit partem illius ab eius ſocio,cui tota res adiudicata eſt, vi huius ſtatuti retrahere. Et huius certè quæſtionis ſub me iudice lis eſt: ideò nunc definio, ſed mihi & cæteris cogitandum relinquo:ſed ita,vt interim videas,quid in re non admodum diſsimili reſpondit Pau.Caſt.cõſ.144. dubium videtur facere,lib.1.& no.per Bar.in l.& ideo,ff.de condi.furt.& Guid.Pap.deci. Delphi. xlviij.eſt etiã,in fi.& deci.ccccxj.dominus directus,verſ.ſed an ex remiſsione. & Iaſon poſt alios multos in l.vlt.col.xxxij.verſi.ſextò quæro,C.de iure emphy.vbi tractat,an emphyteutæ & vaſalli poſsint,& quomodo,inter ſe diuidere emphyteuſim & feudum.

*Diuiſionẽ habere vicẽ emptionis.*

77 ¶Sed & tu vide tex.loquentem in hoc caſu in l.cõmuni,§. ſi debitor,ff.commu. diui.in illis verbis,quam per adiudicationẽ emit,ex quibus intelligis,hanc emptionẽ quoque appellari, diciturq; ibi actionem ex empto ex huiuſmodi adiudicatione oriri.Nã etiam ſcribitur in l.j.C. cõmu. vtri. iud.diuiſionem prædiorum vicem emptionis obtinere,ibiq́ue declaratur à Docto.quomodo intelligatur.Eiuſque l.autoritate dicunt Spec.& Io. And.tit.de feud.§.quoniam,verſic.xxxiij. vaſallum non poſſe cum alio feudum diuidere.De quo tamen vide Bal.in c.j.in prin.col.iij.verſi.quæro an vaſallus,titu.de prohib.feu.alie.per Fede.cũ alijs multis citatis à Iaſo.in d.l. vlti.de iure emphy.quo loco ſuprà citauimus.& præterea Steph.Bertr.conſi.304.viſis duobus,in iiij.eodemq́ue vlti.dubio, lib.1.Sed & per illum tex.Pet. Ferra.in titu.forma libel.pro hæred.vel re ſingul.diuid. in verbo,domum vnam, tradit, quòd ex huiuſmodi diuiſionibus,quibus tota res emphyteutica vni tribuitur, debentur laudimia pro partibus cohæredum. Quod & idem tenet Ioan.Rayn.in c.præterea ducatus,char.iiij.in paruis.verſicu.quæro an pro diuiſione,titu.de prohib. feud.ali.per Fede.de quo & tu vide Corſet.deci.Tholo.lxxv.item fuit quæſitum ſi ex diuiſione, & ibi Aufre. qui multos allegat & Steph.Betr.conſi.112.puto,in fi.lib.1.& conſi.78.ex caſu,in ij.dubio,lib.4.& Iaſ.in d.l.vlt.col.xij.verſi.ſeptimò quæro,C.de iure emphyt.An autem debeatur collecta,ſiue gabella(quam vocant) ex diuiſione,quæ à ſtatuto iubetur ſolui ex alienatione,vide Albe.ſtatutorũ parte j.q.cx.ſtatuto Parmæ,& Rom.conſi.182.in caſu propoſito,in ij.dubio,& Barb.conſi.14.clementiſsimi,col.iij.lib.4.Sed & vtrum is,cui reſtitutio facienda eſt, tenetur ſtare diuiſioni rei communis ſubiectæ ei reſtitutioni,an non teneatur,non magis quàm venditioni, vide ipſum Albe.in auth.res quæ,nu.7.C.commu.de leg.

78 ¶Et ſi de ea re plura ſcire velis,vide Matth.Afflic.in tract.Proto.in verbo, licèt enim , col.ix. ſed dubitatur,& ſeq.& Chaſſe.hoc tit. *de retraictz*, §.ix.ver.itẽ quæritur quid in diuiſione.& Molen. in conſuet.Pariſ.tit.j.§.22.in 22.q.vide item tex.qui neceſſariam vocat huiuſmodi adiudicationẽ, quæ fit in diuiſione rerum commu.in l.ſi pignori,ff.fam.hercíſ.Dubium enim eſt, vtrũ retractus habeat locum in alienationibus neceſſarijs,de quo latè diſputauimus ſuprà,hac gl.nu.8. ſecundo, & multis ſeq.Quid autẽ,ſi ita diuidatur hæreditas inter hæredes , vt alter omnia mobilia habeat, alter omnia immobilia.An hic cenſeatur emiſſe partem alterius in huiuſmodi immobilibus:vide Guid.Pap.conſi.46.in facto præſupponitur,per totum,præſertim verſi.plus poſſet conſiderari.

*An retractus habeat locum in locatione longi tẽporis. Ex ea locatione trãſit poſſeſsio.*

79 ¶Quaeſtionis quoque eſt,an retractus habeat locum in locatione,ſaltem ad longum tempus.Nam ex ea transfertur & poſſeſſio,& vtile dominium:vt de poſſeſſione voluit gl.in l.iij.§.ex contrario,& in l.ſi quis ante,& ibi Alex.col.iiij.verſi.gl.ſuper verbo,nouiſsimè,ff.de acq.poſſ.& in l.ſi vt certo,§.ſi duobus vehiculum,ff.commo.& probatur in l.ſciendum,in prin.verſ.ſed & etiã, ff.qui ſatiſd.cog.vbi Bal.& poſt eum Alex.dicunt,in huiuſmodi poſſeſsione verificari ( vt ipſi loquuntur ) ſtatutum loquens de poſſeſsione : tanquam ſcilicet huiuſmodi conductor ad longum tempus,cenſeatur propriè & verè poſſidere.& idem Bal.conſi.325.dubitat primò,ad fi.lib.1.{Ang. in l.quamuis,§.j.ff.de acq.poſſ.} & Maſue.titu.de loca.§.item iſte conductor.Imo.in clem.j.col.iij. nu.21.de reb.eccl.non alie.& Alex.conſi.120.viſis narratis,ad fi.lib.3.& conſi.j.ponderatis his,col. ij.lib.4.Barb.conſi.8.illud afferam,col.viij.lib.4.vbi multa iura in id allegat.

*Et vtile dominium.*

80 ¶De vtili autẽ dominio notatur in l.j.& l.ſeq.ff.ſi ager vect.& voluit Fed.Senen.conſi.123. quæritur,an inſtitutio.circa medium.Bar.poſt Dyn.in l.j.§.quod autẽ ait,ff.de ſuperfi.& l.pen.§.inſtituto,& ibi quoque Bal.ff.de leg.ij.ipſe Bal.in rub.C.de iure emphy.Sal.in l.vlt.col.vlt.verſi.quæro an prohibita,C.de reb.ali.non alie.Ang.in §.ſcire autem,in Authen.de non alie. Imo.in d.cle.j.de reb.eccle.non alien.& conſi.68.in caſu præmiſſo,col.vlt.Panor.in c.ex literis,col.ij.verſi.in gloſſ.j. extra de iure patron.Rapha.Fulgo.conſilio omnium primo,illuſtris, colum.j.vbi dicit procedere etiamſi locator vtile tantùm dominiũ habet.Flor.in l.in hoc iudicium,§.ſi conueniat,ff.commu. diuid.Mart.Laud.& Cardin.Alex.in c.j.§.donare,ſtatim poſt prin.titu.qualiter olim feud.pot.ali. Franc.Aret.conſi.55.in cauſſa mihi propoſita,Alex.conſi.68.viſis duobus,col.ij.lib.1.quod repetitur conſi.165.lib.2.& idem Alex.conſi.112.videtur in præſenti conſultatione,col.ij.eo.lib.1.& cõſi. 105.viſo themate,col.ij.libr.3.& d.conſi.j.col.penul.libr.4.& conſi.17. viſo inſtrumento,colum.ij. eod.lib.4.& conſi.117.viſo proceſſu,colum.pen.eod.libr.4.& conſi.69.circa primum,ad fin.lib.5. & conſi.

& conſi.122.viſo proceſſu,col.j.eo.lib.v.Corn.conſi.243.circa primũ,col.ij.lib.3. Soc.conſi.5.ſubtiliter,col.ij.lib.4.Iaſ.in l.vlt.col.xxxiiij.verſi.quartò quæro,C.de iure emphy. Iaco.à S.Georg.in tract.feud.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.5.verſic.quæro vlterius, nunquid.Stepha. Bertr.conſi.126.locatio,in prin.lib.2.& doct.vbique.

*Hæc locatio alienatione prohibita,cenſetur eſſe prohibita.*

81 ¶Et ita quidem,vt prohibita alienatione,cenſeatur & hæc locatio prohibita, vt voluit gl.in l.vlti. & ibi Bal.& alij,C.de pact.pign.&gl.in cle.j.in verbo,locationes,& ibi Card.ver.vlt.de reb.eccle. non alie.Dy.Bar.Bal.Imo.& omnes in d.l.pe.§.inſtituto,cõtra gl.ibi.ff.de leg.ij. Bal.in c.j.in prin. col.4.verſ.& an nomine,tit.qui feud.da.poſ.& in c.j.§.aut ſi libellario,in fi.tit.quib.mod.feu.amit. & conſi.357.reuerendus pater,poſt prin.lib.1.cum multis concor.traditis ab ipſo Alex.in l.ſi filio, §.ſi vir in quinquennium,col.vlt.ff.ſolu.mat.& in l.ſi domus,§.ſi fundus,colum.vlti.ff.de leg.j.& Barb.in rep.rub.de reb.eccle.non alie.in j.q.prin.verſi.octauò limita,qui eſt in col.6.& Felin.in c. quæ in eccleſiarum,col.xxx.verſic.vbi autem fieret,extrà de conſtit.& Phil.Dec.conſi.142.cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando alienatio,col.ij.verſi.ſed prædictis. & copioſiſsimè à nobis ſuprà,tit.omnium huius vol.iij.§.xij.qui eſt omnium eiuſdem voluminis xxxvj.

*Et uenditione quoque ſimpliciter prohibita.*

82 ¶Imò verò prohibita ſimpliciter venditione, etiam nulla alienationis mentione generaliter facta, prohibita eſt & hæc locatio : ex ſententia Roſre.Bene.quæſt.Sabba.viij.Viterbienſis,& Bal.in authen.& qui iurat,col.antepen.verſi.vlteriùs quæro,C.de bonis auto.iud.poſsi.Alex.d.conſi.1.col. iiij.lib.item iiij.Firmia.in tractatu gabellarum,in iij.q.prin.in xxij. eademque vlti.q.col. eiuſdem ij. verſi.& aduerte,vbi id dicit ſingu.& iterum in iij.parte viij.partis prin.col.ij.verſi.nec omitto. Iaſo.in d.l.vlt.vbi nuper citauimus,C.de iure emphy.& conſi.29.nunquam putaui,col.j.lib.1. vbi id dicit multùm no.Phil.Dec.conſi.204.in cauſa reuerendiſsimi.& Franc.Ripa in l.filiusfamilias, §.diui.nu.100.ff.de leg.j.Ex eaque debentur laudimia,vt ex venditione:vti voluit Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſ.cxxiij.cum duobus ver.ſeq.Pet.Iac.tit.de acti.in rem pro re emphy.col.viij. verſi.item pretiũ.Imo.in c.potuit,col.ix.ver.item quæri poteſt,an emphyteuta poſsit locare,extrà eo.tit.Alex.d.conſi.68.col.j.verſic.ſed ita in propoſito,quod repetitur conſi.165.libr.2.Phil. Deci. dict.conſi.204.Et ſicut emphyteuta non poteſt vendere domino inconſulto,ita nec hic conductor longi temporis.Barto.in d.l.j.§.quod autem.ff.de ſuperfi.quem ſic intelligit.& id dicit ſingu. Fran.Aret.dict.conſi.55.col.j.verſi.quid plura.Ideoque ex huiuſmodi locatione res cadit in commiſſum,vt ex venditione,vt reſpondit Bal.conſi.415.præmittendum eſt ad euidentiam, quòd titulo in prin.lib.1.Ex hiſque fit,vt l.æde,& l.emptorem,C.loca.non habeant locum in huiuſmodi locatione:vt ſing.reſpondit Ang.conſi.2.certum eſt,col.vlt.verſi.item actio. Tu tamen ſuper eo, quod diximus in prin.huius verſi.vide Barb.in rub.de reb.eccl.non ali.col.vij.nu.40.

*Ex ea locatione debẽtur laudimia.*

*Cõductor lõgi tẽporis non poteſt uẽdere inconſulto domino.*

*Ex ea locatione res committitur.*

83 ¶Ex quibus ſatis apparet , hanc locationem ad longum tempus, haberi pro venditione , magis quàm pro ſimplici locatione,aut certè ipſi venditioni adæquari,aut æquipollere:quod ſatis eſt,vt locum habeat retractus ex noſtra conſuetudine,in iſtis verbis, *ou equipollent à vente*. Nam & ſimplex ipſa locatio ad non longum tempus,proxima eſt venditioni,iiſdemque iuris regulis cõſiſtit, vt ſcribitur in l.ij.in prin.& iterum in §.j.ff.loca.& §.j.& §.adeò,Inſtit.eod.Hincque lex loquens in venditione,trahitur ad locationem,§. pretium,in fin.Inſtit.de empt.& vend.vbi & hoc tradit Ang.Are.in vlt.notab.ad ſtatutum,etiam exorbitans & correctorium,per gl.in l.quod verò,ff. de legib.& in l.ſi quis ſeruo,& ibi Bar.& alios,C.de furtis.

*Retractus an habeat locum in locatione perpetua.*

*An locatio perpetua per omnia habeat uim emphyteuſis.*

84 ¶ E g o tamen contrarium arbitror , quia etiamſi locatio eſſet perpetua, non videretur eſſe locus retractui:nã huiuſmodi locatio eſt viribus & effectu quædam cõceſsio in emphyteuſim : & idem de vtroque iudicandum,vt dicit Ang.in d.§.ſcire autem,in Auth.de non alien.Imo.in cap.nulli, colum.iij.verſic.& nota etiam,& iterum in c.ad audientiam,col.j.verſi.item aduerte,de reb.eccle. non ali.& Raph.Fulg.conſi.240.pro euidentia,& Fran.Aret.conſi.110.cõſideratis diligenter, col. j.verſi.item etiam in priuato,Carol.Rui.cõſi.156.quia de pluribus,col.ij.nu.6.lib.1.& Steph.Bertr. conſi.311.adhærendo,col.ij.verſi.quòd autem,lib.1.& conſi.129.locatio , in prin.lib.2.Et ſatis probatur ex tex.eas æquiparante in auth.qui rem, ibi, conductam vel in emphyteuſim acceptam, C. de ſacro.eccle.vbi Dec.id dicit procedere,cùm eſt eadem vtriuſque ratio.& eſt ſimilis tex.in l.omnes,C.de fun.patri.lib.11.ibi emphyteuſim vel conductionẽ quolibet genere largitatis de noſtra liberalitate meruerint.Sed & hoc clarius probat tex.in l.j.C.de offi.Comi.ſacr.pal.ibi, totius perpetuarij,hoc eſt,emphyteuticarij iuris.Nam ius perpetuariũ id certè eſt, quod ex cõductione perpetua cõpetit.Et hinc perpetuarij dicti conductores,qui in perpetuum rem ipſam cõduxerint, vt conſtat ex l.j.& iij.atque etiam vlt.C.de locati.prædi.ciuil.lib.11. Ideoque æquè hac perpetua conductione cadit is perpetuarius conductor,ob ceſſationẽ ſolutionis triennij , atq; ex vera illa emphyteuſi,vt ſentit Bar.in l.vectigalia,§.j.ff.de public.& apertè voluit Bald.in c.querelam,ad finem extrà de iureiur.& Ang.in §.ſcire,in authen.de nõ alie.& Panor.in ca.propter ſterilitatem,in vlti. notab.extrà de loca.& Raph.Fulg.& Phil.Dec.in d.authen.qui rem.Soci.conſi.167. non inutilis, col.ij.verſi.quibus iam declaratis.lib.2.& alibi ſæpe in eo.conſi.tradit,minimũ differre huiuſmodi locationem ab emphyteuſi.& voluit etiam Pet.Ferra.tit.forma libel.ad ficti præſtationẽ, in gl.j.in prin.vbi dicit,quòd quãdo fit hæc locatio ad longum tẽpus,ea tranſit in emphyteuſim.& Fulg.d. cõſi.240.vbi illud quoq; dicit,quòd huiuſmodi cõductor alienare nõ poteſt inſcio domino:ſicut nec emphyteuta.& Iaſ.qui & idẽ voluit in l.vlt.col.j.C.de iur.emphy. & id quoq; ante hos voluit

*Perpetuarij qui dicantur.*

Bar.in



Bar.in l.j.§.quod autem,l.ij.ff.de ſuperfi.De quibus tamen,ne decipiaris,vide Albe.in d.l.vlt.ver. ſed nunquid hæc lex,C.de iure emphy.& omnino Fran.conſi.55.in cauſa mihi propoſita , propè per totum.Sed vt id tandem caput concludã,in emphyteuſi non eſt locus retractui, ex alia conſuetudine infrà eo.tit.§.xxxiiij.de qua re ibi dicemus.

*Iterum de locatione ad longum tempus.*

85 ¶Sed & quod ad locationem ad longum tẽpus,nec tamen perpetuũ,priuatim pertinet, ſatis conſtat,in ea locum non habere rationẽ retractus,quæ eſt,ne res exeat de familia,vt iam ſæpiùs diximus.Nam finito tempore locationis,res omnino redit ad locatorem, & ſic in familiã. Imò verò non deſinit eſſe in familia,cùm locator maneat dominus directus.Nam vtile dominiũ tãtũ(quod iam diximus) ex huiuſmodi locatione transfertur:verùm ob id proprietas nõ cenſetur eſſe trãſlata,ſed manet apud locatorem,d.l.j.§.j.ff.ſi ager vectig.& l.ſi domus,§.vlt.ff. de leg.j.Ex quo fit,vt nec per talem locationem ad longum tempus cenſeatur ademptũ legatũ, vt adimitur per venditionem,aut aliam alienationem,vt notanter conſuluit Alex.conſi.168.ſtantibus his,lib.6.

*Quid de locatione ad longum tempus, cuius unicum eſt pretium.*

86 ¶Sed id intelligendum poſſet videri,cùm pretium , ſiue penſio huiuſmodi locationis longi temporis,ſoluitur ſingulis quibuſque annis,vt fieri cõmuniter ſolet.Sed ſi ita fieret, vt pro vniuerſo illo longò tempore locationis conductor vnum tantùm pretium ſoluat,verbi gratia,mille aureos pro viginti aut triginta annis : poſſet dici, & eam locationem eſſe retractui obnoxiã:nihil enim videri intereſſe inter huiuſmodi locationẽ,& venditionem temporalem fundi,ſiue fructuũ multorum annorũ,de qua per Bar.in l.cotem,§.qui maximos,ff.de pub.& vectig.& in d.l.j.§.j. paulò ante fi.ff.de ſuperfi.& in l.j.& ibi quoque Sal.col.ij.in ij.opp.& Rapha.Fulg.C. de iure emphy.& eundem Bar.copioſiſsimè in ſua diſputatione incip.publicanus,& Bal.in l.licet,in v.q. & ibi quoque alios,C.locat.& in addi.Spec.eo.tit.§.j.col.ij.Ang.conſi.15.quæcunque, col.j.Pau.Caſt.in l.ij. quam legit cum j.§.adeò,ff.loca.Pet.Anch.Imo.& Barb.in c.propter ſterilitatem , ad fin.extra eo. quoque tit.& eundem Petr.conſi.402.pluribus rationibus. Alex.conſi.3.viſo inſtrumento, col.j. lib.1.& conſi.108. perſpectis verbis,col.ij.verſic.corroboratur, & ſeq.lib.3.& conſi.84. ponderatis his,col.ij.verſic.& tantò fortius,lib.6.Corne.latè conſi.38. quamuis in præſenti.col.j. & ij.lib.2.& conſi.12.licet diffusè,col.j.lib.4.Barb.in rub.extrà de emp.& vend.col.j.& in c.propter,col.vlt.de loca.& Fab.à Monte S.Sab.in tract.emptionis & venditionis,in v.q.prin.col. eiuſdem vj.verſicu. circa tertium.Soci.conſi.88.conſiderata.col.j.& ij.lib.1.& conſi.156.pro fundamento, in prin.lib.2. Phil.Dec.conſi.4.cuius ſuperſcriptio incipit,an augmentum,in fi.

*De eadem re.*

87 ¶Et quamuis partes ita contrahentes,nuncupatim vtantur verbis locationis & cõductionis,non propterea locatio eſt,& conductio,ſed potius emptio & venditio,cõſiderato ſcilicet, & inſpecto rei ipſius effectu,non verborum prolatione,l.ſi vno,in princ.ff.locati,& l.inſulam,ff.de præſcrip. verb.aut pone is quod voluit Bal.in l.ij.verſi.ſed iuxta hoc quæro,C.commo.& in rub.C.de iure emphy.in j.q.& Alex.de hoc noſtro caſu loquens in addi.Bart.in d.l.cotem,§.qui maximos,ff.de publ.& vectig.cum aliis multis ſimilibus & concord.à me latè congeſtis infra eo.tit.§. xxx.num. 11.& hæc quidem,& iterum,§.xxxij.gloſſ.j.num.34.contrarium videtur.Sed ita tamen,vt videas Ang.d.conſi.2.

*Quid in uenditione temporali.*

88 ¶Niſi hic quoque diceres , quòd etiam ſi huiuſmodi locatio habeat vim venditionis,non tamen perpetuæ,ſed temporalis,cuiuſmodi ea ipſa eſt. Statutum autem noſtrum , aut aliud quodpiã,loquens de venditione,intelligendum eſſe non temporali, ſed perpetua, ar.l.j.§.vlti.cum ll.ſeq.ff.ſi ager vectig.cum ſi.Præſertim cùm propria venditionis natura eſt,vt ſit perpetua, l.de contractu, & l.non eſt,C.de reſcin.vend.atque etiam dominorũ,quorum gratia ipſæ venditiones fiunt,l.cũ manu,§.vlt.ff.de contrah.emp.vt & eadem dominia ſint perpetua,vt dicit Bald.in c.j.col.ij. verſi. dicit Iac.tit.de eo qui ſibi & hæredi. Ex quo fit,vt venditio temporalis fundi , veluti facta contra propriam peculiaremque ipſius naturam,cenſeatur eſſe facta in fraudem vſurarũ.Bal.in rub.C.de vſur.ad fi.& Ro.in l.ſi quis cùm aliter,in viij.fal.ff.de verb.obli.Quamquàm ne fallaris,huiuſmodi venditio temporalis,id eſt,ad vſque certum tempus,fieri poteſt,vt cæteri contractus aliàs perpetui,vt probatur in l.vlt.C.de leg.& voluit Bar.in l.ſeruitutes, quæ eſt iiij.col.ij.verſic.quæro & modo,ff.de ſerui.& Bal.in l.ea lege,col.iij.verſi.ego do aliam cautelam,C. de condi.ob cau.& in c.j.col.ij.verſi.quæro de quibuſdam,tit.de feud.dato in vicem legis commiſſoriæ.

89 ¶Igitur non ſine ratione Gerald.Bag.in ſua diſputatione retractus,& poſt eum Boher.in cõſuet. Biturigum,hoc tit.§.j.verſi.item non habet,tenent retractum non habere locũ in re data ad vitã, & non in perpetuũ.Cuius & alia,eaque optima ratio eſt,licet non dicant,quia tunc res aliquãdo reditura eſt in familiam venditoris,finito ſcilicet tempore ipſius locationis, de qua nunc loquimur,aut ſi etiam venditionis dicere maluimus.Ideò videtur ceſſare ratio noſtræ cõſuetudinis, vt ſuprà diximus.Sed his obſtare etiam videntur, quæ diximus de vẽditione annuorũ redituum ad longum tempus,ſuprà eodem §.in gl.v.quæ eſt in verbo, *rentes*, nu.7.ſed hæc primò. Ideò & tu ſuper his cogita.Et ſi ſcire vis,quæ & quãdo dicatur locatio ad longum tempus,vide quæ ſcripſimus in d.§.xij.tit.iij.Cæterùm ex conſuetudine Britonum,hoc eo.tit.§.xvj.in locatione excedente quatuor annos,habet locum retractus proximitatis.Ex antiqua autem conſuetudine eius gẽtis ſatis erat vt annuum excederet,cap.antiquarum conſuetudinum cxx.

*Conſuetudo.*

90 ¶ S e d & ſi ſcire velis,an in donatione inter viuos,aut cauſa mortis,legato,cõpenſatione,& aliis huiuſmodi multis , ſit locus retractui,vide Matthæ. Afflic.in tractatu Proto.in verbo,licet enim

*Retractus an*

ſuprà

*habeat locum in donatione inter viuos, aut cauſa mortis.*
*An in legato.*
*An in cõpenſatione.*

ſuprà diximus,col.viij.in x.not.verſi.ſed an in compenſatione, & ſeq.& poſt eum Chaſſe.in hoc titu.§.nono,alioſque conſuetudinum interpretes,præſertim verò Boe.Et prætereà, quantùm ad donationem pertinet,Albe.& Benedi.Plumb.in l.ſi vſumfructum, in prin.ff.de libe.cau.vbi etiam tractant de donatione in dotem:vti etiam facit Matth.Afflict.vbi ſuprà, col.iij.in v.notab. Sed & vide de ipſa donatione,quæ dicã infrà eo.tit.§.xxv.in gl.ij.in prin.& Pet.Anch.qui contrà tenet, in ea locũ non habere,in c.cõſtitutus,col.vlt.in tertia opp.extrà de reſti.in integ.& Paul.Caſt.loquentem in ſtatuto huic noſtro ſimili, conſi.194.viſo ſtatuto communis Florentiæ,libr.1. & Gerald.Bag.in ſua diſputatione retractus,verſi.quæro præſuppoſita q.vbi etiã in iiij. cõcluſione eius q.& in quæſt.ſeq.tractat,an retractus habeat locum in cõceſsione in emphyteuſim.de quo & nos dicemus infrà,eo.tit.§.xxxiij.Vide item de donatione conſuetudinem Laudunenſiũ,& cæterorũ Veromandenſium,huius tit.§.xvj.qui eſt totius iij.partis xc. Et quid de donatione remuneratoria,vel mutua,dicemus etiam infrà §.xxv.Et quid item de donatione & venditione ſimul factis, cùm ſcilicet vendens id donat,quod pluris eſt,dicemus infrà hoc eo.§.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,quæ eſt gl.xviij.nu.11.ſed in hac,& multis ſeq.Et quid denique in donatione in feudũ, colliges ex notatis per gl.Iac.Bel.& alios Recentiores in c.j.§.j.tit.per quos fiat inueſti.& Albe.in j.parte ſtatutorum,q.xcij.ſed nunquid prædictum,& quæ ſcripſimus in l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,in xx.q.qua tractamus,an ea lex habeat locum in feudi conceſsione, & nuncupatim in caſu retractus,per Arn.Ferro.in conſue.Burdig.hoc tit.c.xxv.col.ij.verſi.ſi autẽ res, vbi dicit,non eſſe locum retractui in huiuſmodi feudali conceſsione.Et de compenſatione,vide conſuetudinem Auxerrenſium,ſiue Altiſsiodorenſium,hoc quoque tit.qui eſt omnium liij.

*An in donatione in feudum.*

*Conſuetudo.*

91 ¶ SED & illa mentio dationis dotis,de qua ſuperiori verſi.locuti ſumus, hanc ſpeciẽ in memoria reuocat,quam nõ ſemel vſu euenire vidimus:Pater cùm filiam nuptui dat,pro dote illius tradit viro mille aureos,quos vir ipſe promittit reddere intra duos annos à ſoluto matrimonio: & ſi id nõ fecerit,conſtituit ſponſæ quinquaginta aureos annuos perpetuò ſoluendos,aut etiã cedit fundum quempiam pro ſolutione illius dotis. vir moritur, nec hæredes ipſius intra illud tempus duorum annorũ reddunt illos mille aureos: ideoque mulieri quæſitum eſt ius illius annui reditus,vel penſitationis,aut etiam fundus ille eius manet. Ideò conſanguinei viri mortui petunt retractum eorũ intra annum cedentis conditionis:neq; enim ante currit illius tempus, vt diximus ſuprà in verbo, *dedans l'an,* in viij.q. Mulier contradicit, negans ius eſſe retrahendi ex hoc contractu dotali, & qui eſt veluti quædam dotis ſolutio. Leges enim,aut ſtatuta, aliquid generaliter diſponentia nõ habere locũ in dotibus,niſi de eis ſpecialis facta ſit mentio, ex ſententia Sal.in l. vlt.in prin.in iiij.not.per illum tex.C.de iure dot.& facit l.promittendo,in prin.ff.eo.tit. cùm dicitur,promittendo dotẽ,omnes obligantur, cuiuſcũque ſexus conditioniſq; ſit, tanquã ſcilicet ea l.ita vniuerſaliter loquens,videatur derogare aliis legibus,quæ perſonas inhabiles redderent ad ſe obligandũ.Atq; ita Sal.vbi ſuprà,ſequitur Bal.Nouellus,in tractatu dotiũ,in ſexta parte,in xlvij. ſpeciali in fi.& in ſeq.etiã ſpeciali.Vbi & ex hoc dicit,ſtatutum exigens conſenſum,aut præſentiã conſanguineorũ,aut aliorũ in cõtractu mulieris,nõ habere locũ, cùm mulier ſe obligat pro dote alicuius mulieris.Sequitur etiã Soc.qui id dicit ſing.inter cõſi.Caro.Rui.in ſubſcrip.conſ.26.videtur,col.ij.eiuſdem ſubſcript.nu.26.lib.3.& ipſe Rui.conſi.137.viſo inſtrumento,col.ij.nu.5.lib.1.& conſi.194.in hac cauſa,col.ij.nu.4.eo.lib.1.& conſi.ſeq.quamuis,col.iij.verſi.prætereà vbi,eo.lib.1. & conſi.61.ex themate,col.ij.nu.3.lib.quoque iij.Ioã.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.§. xvj.col.iij.verſi.& ideo non eſt.vbi & ex hoc dicit,generalem alienandi prohibitionẽ nõ cenſeri prohibere ob cauſam dotis.& Lud.Gozad.conſi.43.videtur,col.ij.nu.12.& conſi.97. prima facie, col.ij.nu.7. {Pau.Citadi.in tracta.de iure patro.in iij.parte,in xij.q.ij.cauſæ,& Cæſar Lamberti.in eodem tract.in viij.arti.v.prin.j.partis,j.lib.in xxiiij.priuilegio.} Ex quo Bal.conſi.359.quemadmodum Imperator, lib.3. pulchrè reſpondit l.bene à Zenone, & l.omnes,C.de quadr.præſcri.quantuncũque generaliter loquantur,non habere locum in præiudicium dotium.

*An retractus habeat locum in dote, pro qua conſtituitur annuus reditus,vel fundus aſsignatur.*

*Leges generales an habeant locũ in dotibus.*

92 ¶Et vtrunque illud dictum Sal.& Bald.ſequitur & commendat Iaſo.conſi.171.viſo inſtrumento dotis,col.vlti.lib.4.vbi & ex hoc reſpondit, l. ſi vnquam,C.de reuoc.dona.non habere locum in donatione dotis,& idem Iaſon in lib.1.col.iij.verſi.confirmatur,ff. ſolu.mat.vbi illud dictum Bal. dicit ſing.Ex eoque dicit,quòd ſtatutum generale aliquid requirens pro ſolennitate actus, nõ habet locũ in inſtrumento dotis.Et ipſe Iaſon in l.ſi conſtante.col.xxxj.verſi.quid tenendum,eod. lib.1.vbi & illud dictũ Bal.dicit ſing.& in l.quod dicitur.in ij.notab.ff.de verb.obli.vbi & illud dictum Sal.dicit ſing.vti etiã facit idem Iaſon,in l.filiusfamilias,§.diui,col.ix.verſic.ſeptimò facit,in prima lectu.& ibi quoque Io.Crot.col.xvij.verſi.ſextò,pro iſta parte.ff.de leg.j.& conſi.90.dubitatur,col.j.libr.3.vbi & id dicit ſing.& Catel.Cotta memor.dos habet. Sed & illud item ſequitur idem Iaſon in authen.res quæ,col.vij.verſi.tertiò facit,C.cõmu.de lega. Et illud quoque dictum Bal.ſequitur Soci.conſi.121.præmittenda eſt,colum.v.verſi.poſtremò,lib.4.& Hippo.Marſi.ſing. ccccxlij.vulgata.Sed & ipſe Bal.conſi.126.vxor agens,lib.2.reſpõdit,ſtatutum diſponens emptorem ad cridas (vt ipſe loquitur) non poſſe inquietari,non procedere in cauſa dotis.& ſequitur,& dicit ſing.Catel.Cotta memor.ſtatuto vel decreto,verſi.non omitto.Denique Barb.in addi.ipſius Bal.in c.j.§.donare.tit.qualiter olim feud.pot.ali.tradit,ſtatutũ prohibens bona alienari in forẽſes, non comprehendere cauſam dotis. Et huc pertinet,quòd generalis renuntiatio non trahitur ad dotem,

*De eadem re.*



dotem,vt latè probauimus in repe.l.ſi vnquam.in verbo,& ſuſceperit liberos, nu.115. & in vtraque,C.de reuoc.donat.

*Lex noua nõ procedit in caſibus ſpecialibus.*

93 ¶Et generale eſt, vt lex aliquid nouiter ſtatuens, non procedat in caſibus ſpecialibus & priuilegiatis,cuiuſmodi eſt cauſa dotis,niſi de eis expreſſa fiat mẽtio,l.in teſtamentis. & ibi Raph.Fulg. C.de teſta.iuncta l.hac conſultiſsima,in prin.& ibi gl.Ro.Corn.& alij recentiores,C.qui teſta.facere poſſ.& l.ſi adulterium,§.liberto,ff. de adul.vbi diſpoſitio Galli,generaliter permittens occidere adulterum,nõ trahitur ad patronum à liberto inuentum, qui ſpecialiter prohibetur occidi, quam ad id,quod diximus,expendit,& dicit no.Iaſon in l.cohæredi,§.qui diſcretas, in iiij. not.ff. de vulg.& pup.Et facit gl.in l.ſciendum,in prin.& ibi Bar.& Docto.ff.qui ſatiſd.cog.& gl.in l.ex teſtamẽto,& ibi Bapt.à Sancto Seuer.& Phil.Dec.C.de libe.& gl.in auth. de hære.quæ ab inteſt. defer.in prin.in verbo,vacantibus.Bar.in extrauag.ad reprimendum,in verbo, non obſtantibus. Pau.Caſt.conſi.427.inhærendo,col.j.lib.1.Pan.in c.verum,col.v. verſi.nunc quæro de poteſtate. extrà de foro compe.Domi.in c.vlti.col.j.de immu.eccle.lib.6.Fran.Aret.in l.Pantonius,col.v.ff. de acqui.hære.Bapt.à S.Seuer.in l.omnes populi,char.31.verſi.decimò quæritur,ff.de iuſti.& iure. Iaſon in l.ſi fideiuſſor,§.j.ſi ſatiſdatum.col.iiij.verſi.ſecundò eam regulam,ff. qui ſatiſda.cog.in l. iuſiurandum & ad pecunias,in fi.ff.de iureiur.& in l.j.§.ſed & ſi mihi,col.iiij.ff. de verb.obli.& in d.l.j.col.iij.verſi.tertiò notandum,ff.ſolu.mat.& in l.poſtquàm liti,in fin.C.de pact.& in l.fratres, col.ij.C.de inoffi.teſta.& in l.quoniam in prioribus,in prin.col.ij.C.eod.titu.& in auth.ex cauſa, col.vj.C.de libe.præt.& alibi ſæpe,& Feli.in c.j.col.vij.verſi.ſecunda diſpoſitio,extrà de reſcri.vbi & alios multos concord.affert

94 ¶Et hæc maximè debent procedere in cõſtitutionibus odioſis,qualis hic retractus à maiori parte noſtrorum eſſe cenſetur vt diximus ſuprà in præfat.nu.60. quamobrem. Cùm è diuerſo dos ſit ſemper & vbique præcipua & fauorabilis,d.l.j.ff.ſol.matr.cum ſimi.odia autem reſtringẽda ſunt, & fauores ampliandi,c.odia,de reg.iur.lib.6.cum ſi. Hincque doti in dubiis fauẽdum eſt,l.in ambiguis,ff.de iure dot.& c.vlt.de re iud. Ex quo nec dos ipſa comprehenditur ſub generali renuntiatione,ſecundum Imo.in c.ij.& ibi quoque Dom.col.pen.& apertius Phil.Fran.col.iiij.ver.quid autem ſi filia,& Geor.Nat.in repe.col.vij.verſi.tu adde ad hæc,de pact.lib.6.cum aliis multis concord.à me traditis in repe.l.ſi vnquã.in verbo,ſuſceperit liberos,nu.115.& in vtraque,C.de reuo. don.Cuius rei argumento Matth.Afflic.deci.Neap.cxj.fuit dubitatum,num.10. tradit in generali reuocatione contractuũ,non contineri contractum dotis. Ex quibus & illud conſequens fit,non debere dotem compræhendi in generali diſpoſitione.

*Dotẽ non cõprehendi ſub generali renuntiatione.*

95 ¶Et hanc ſentẽtiam non mediocriter adiuuat,quod in nõ longè diſsimili Pet.Iac.Doc.apud nos celeberrimus,in tit.de actio.in rem pro re emphyt.col.ix.in paruis. verſi.item excepta datione in dotem,excipit dationem dotis rei inæſtimatæ à generalitate,l.vlt.C.de iure emphy.vt ſcilicet in ea non requiratur conſenſus domini cùm res eſt emphyteutica,quæ datur in dotẽ: nec ex ea quoq; debentur laudimia,quãuis ſit titulus oneroſus,nempe vt ipſe dicit propter fauorem dotis.per d.l. j.ff.ſolu.mat.cum ſi.Et idem quoque tenuit Spec.tit.de locato,§.nunc aliqua, verſi.cx.& Saly.in d.l.vlt.col.iij.ver.ſed an dominus,C.de iure emphy.Io.Ray.in c.j.§.habito,char.4.in paruis.verſi. quid autẽ ſit in re emphyteuticaria,tit.de prohi.feud.alie.per Fed.& Guid. Pap.deci. Delph.xlviij. eſt etiam aduertendum,& Io.Berbe.in ſuo viato.tit.de loca.ad fi.Imò nec ſi dicatur æſtimata,debentur laudimia,ſi credimus Iaſ.in d.l.vlt.col.xj.in ix.q.C.de iure emphy.& Steph.Bertr.cõſ.380. duo ſunt,in ij.dubio,lib.2.De quo tamen vide infrà nu.108.ex his autem,& ſeq. Ex cõſtitutione autem protomixeos nuncupatim ſtatuitur,ius congrui non habere locum in contractu dotis.De quo latè per interpretes illius conſtitutionis,& Paulum Pariſ.conſi.31.in præſenti, col.j.& ij.lib.3.

*Dotis datio non requirit conſenſum domini.*
*Nec ex ea debentur laudimia.*

96 ¶ EGO verò hoc in caſu cẽſeo locum eſſe retractui.Hæc enim eſt aut venditio facta pro pecunia dotali,aut certè ipſius dotis in re immobili in ſolutum datio:quæ & ipſa habet vim vẽditionis:& & in ea locũ habet retractus, vt latè diximus ſuprà,in hac eadem gl.nu.2. huiuſmodi autem eſt, & multis ſeq.Nec cõſuetudo noſtra excipit cauſam dotis, ſed generaliter loquitur in vẽditione, aut alio contractu venditionem ſonante,& ei æquipollente: ex quo ſequitur & eam noſtrã conſuetudinẽ includere cauſam dotis.Nam ſtatutum generale compræhendit etiã perſonas & cauſas priuilegiatas, qui in caſu illius non reperiuntur habere priuilegium,per tex.not.in l.in fraudem, §.vlt.ibi,quia generalis eſt iſta determinatio,vbi id no.Bal.ff.de teſta.mili.& idem Bal.in l.omnes populi,ante fi.verſi.item no.quòd generale ſtatutũ,ff.de iuſti.& iur.& Phil.Dec.qui propè vbique eum tex.dicit no.in l.j.col.ij.ver.& ampliatur,ff.de reg.iur.& in l.nemo poteſt, in prin.eo.tit.& in l.quo tutela,§.j.in prin.eo.quoque tit.& in l.j.col.ij.in iij.no.per illum tex.C.de eden.& in d.l.ex teſtamento.C.vnde lib.& in l.j.col.iiij.verſi.vltimò not.C.de ſen.quæ pro eo quod inter.& in c. cùm ordinẽ,col.ij.extrà de reſcr.& in c.ſedes apoſtolica,col.v.ver.& in tantùm hoc procedit, eo. tit.vbi dicit,ex hoc ſe aliâs cõſuluiſſe Florentiæ, ſtatutũ ſimpliciter concedens iuriſdictionẽ quibuſdam perſonis,habere locũ etiam in cauſa dotis, quæ in eo caſu nõ reperitur ſpecialiter priuilegiata.Et id verè ita cõſuluit conſi.5.in cauſa dominæ Mariæ,vbi & ex hoc reſpondit,diſpoſitionem quãdam ſtatuti,de quo ibi loquitur,includere cauſam dotis.dicitq; eũ tex.ad hoc eſſe notandum,& eũ quoque in id not.idem Dec.conſi.48.cuius ſuperſcriptio incipit,priuilegium.col.ij.& conſi.61.an vaſallus cogatur,col.j.& conſi.131.reuocatur in dubium,col.iij.verſi.non obſtat, quod

*Deciſio prin. quæſtionis.*

*Statutũ generale compræhendit perſonas & cauſas priuilegiatas.*

*Dotẽ cõprehẽdi in generalibus diſpoſitionibus.*

dicit,& conſi.301.in cauſa quæ Ferrariæ,per totum vbi & illud de dote nuncupatim dicit, trahitque ad quoddam ſtatutum Ferrariæ,& conſi.531.accuratè,col.j.verſicu.nec obſtat.& conſil.536.in cauſa quæ agitatur,col.ij.verſi.tertiò principaliter,vbi & illud item de dote aſſerit, & Franc.Ripa, in l.j.col.iiij.nu.14.& ſeq.ff.ſol.mat.& iterũ in l.j.col.viij.nu.60.ff. de vulg.& pup.& Lud.Gozad. conſi.97.prima facie,col.ij.nu.7.

97 ¶Nam ſpecialia,quæ vocamus,ſiue priuilegia, non ſunt amplianda,nec ad alios caſus trahenda,l. quod verò,& l.ius ſingulare, ff. de legib.cum ſimil. Ideoque ſi quid ſit ſpeciale in vno caſu,non ſequitur ſpeciale eſſe in aliis,vt dicit Alex.in l.ſi pecuniam,col.j.C.de neg.geſt.nec in dubio à regula diſcedendum eſt,gl.in l.omnis diffinitio,ff.de reg.iur.& in rub.eiuſdem tit.lib.6. cum ſimil.à me latè congeſtis ſuprà,in gl.ix.in verbo, *ou lignagier*, nu.210.quibus adde. Et hinc videmus (vt id quod de dote ſpecialiter diximus, noſtris iuribus comprobemus) quòd in diſpoſitione generali,l.ſicut,& l.omnes,C.de præſcr.xxx. vel xl.ann.qua ſcilicet actionibus perſonalibus præſcribitur ſpatio xxx. anno.includitur cauſa dotis,vtpote cui eodem ſpatio præſcribitur,l.in rebus,§. vlt.C.de iure dot.Bal.conſi.4.factũ tale eſt, quidam Lucius,lib.3.& cõſi.231.actioni,in prin.lib.4. De quo latè per Corn.conſi.56.in hac conſultatione,per totum,lib.4.& conſi.93.quia cauſa,col. ij.verſi.& conſtat.eo.lib.4.& Fran.Balb.in tract.Præſcriptionum,in j.q.iiij.partis prin.in prin.

*De eadem re.*

98 ¶Videmus item,quòd etiam in cauſa dotis non debent ſolennia iudiciorum omitti,l.vltim.C.de ſen.quæ ſine cer.quan.quam ad hoc dicit no.Bal.conſi.172.incip.Dy.in l.curator,col.vlt.verſi.& licet verum ſit,lib.2.Et ex ea no.Bal.ipſe ſuper eadem l.quòd licet cauſa dotis ſit priuilegiata,tamen in ea non valet ſententia incerta & obſcura,vti nec in cæteris.Et quòd à ſententia lata in fauorem illius poteſt appellari,& de illius nullitate agi,ſicut & in aliis cauſis, quod nõ ob aliud eſt, quàm quod in his rebus non reperitur priuilegiata.Cui conſonat l.ſi cùm ea,quæ eſt iij.C.de dot. promiſ.ibi,iure iudiciorũ,ex qua etiam probatur,in cauſa dotis procedendum eſſe, vt in cæteris, iure iudiciorum,& ad hoc eam l.not.Imo.in l.j.& ibi quoque Franc.Aret.col.ij.ff.ſolu.mat.quanquàm illic malo legere,more iudiciorum,vt aliàs ſæpe legitur, videlicet in l.ſi pater,C. de pact.& in l.ſi mancipia, C. ſi quis alteri vel ſibi.& l.ij.C. de probat.& l.ſi is quem,C.ne de ſtatu def.& l. quanquàm,C.de excu.tut.quæ verba accommodatiora ſunt ad hanc noſtram ſententiã,quàm ſi dicam,iure iudiciorum.

*De eadem re.*

*More iudiciorum.*

99 ¶Et facit etiam tex.in l.ait Prætor,§.ſi cùm mulier,& in l.hac in factum,rurſumque in l.omnes,§. ſi vir vxori,iterumque in l.vlti.ff.quæ in frau.cred.vbi patet dotem in caſu illius tit.nõ eſſe magis priuilegiatam,quàm cæteras cauſas.Et l.de diuiſione,& ibi Bal.Imo.& omnes Recentiores,ff. ſol.mat.vbi ex ſolo contractu,nec in dote quidem,ſine traditione transfertur dominium, ſicuti nec ex aliis contractibus,l.traditionibus,C.de pact.Et dicit Bal.conſi.7.punctus talis eſt,domina A.in fi.lib.3.quòd dos extra ſuos caſus ſpeciales,remanet ſub regulis iuris.Hincque Petr.Ancha. conſi.94.iſta domina Ioanna,trahit ſtatutum, requirens certam formã in obligatione minorum, ad contractum dotis,tanquam ſcilicet ſtatutum generaliter loquens,includat cauſam dotis.

*De eadem re.*

100 ¶Quæ omnia etiam confirmat tex.in l.vlt.C.ad ſenatuſconſ.Velleia.vbi dicitur, conditores legum ſæpe fauore dotium ſeueritatem legum mollire:vt hîc intelligas,nõ ſemper,& in omni caſu id procedere.Et vt aliter eum tex.ad noſtram hanc ſententiã inducas,illic nouiter ſtatuitur, illud ſenatuſconſc.non habere locum,cùm mulier ſe pro dote obligat: veluti ante illam nouã conſtitutionem etiam cauſa dotis includeretur in generali diſpoſitione illius ſenatuſcon. aliàs ea l.eſſet ſuperflua.Et ſimile eſt in fiſco,qui doti æquiparatur, vt dicit gloſ.in l.ij.C.de iure fiſci,& probat tex.in l.ij.C.de priuil.fiſci.& voluit Bar.in l.j.col.pen.ff.ſol.mat.& Docto.vbique.Nam is non eſt priuilegiatus,niſi quatenus expreſsim reperitur.gloſ.in l.item veniunt,§.in priuatorum,in verbo, publica,ff.de peti.hære.Raph.Fulg.conſi.227.quidam nomine,col.ij.& Doct.vbique.

*De eadem re.*

101 ¶Et aliàs generalis diſpoſitio legum,vel ſtatutorũ,includit omnes caſus,licet in vno maior ratio eſſe videatur,quàm in alio,l.j.§.quòd autem,ff.de aleat.& facit l.vlt.§.vxori,ff.de auro & arg. leg. & l.j.§.& generaliter,ff.de leg.præſtan.& voluit Phil.Dec.in multis conſi.ſuprà numero ab hinc 5.citatis,& prætereà conſi.20.in cauſa iſtorum,col.ij.verſi.quartò,vt ſuprà dixi.& conſi.29. cuius ſuperſcriptio incipit,an detur reſtitutio,col.ij.verſi.primò hoc probatur,& conſi.104.an creditor, col.ij.verſi.ſecundò quia tex.& conſi.503.ſuperioribus,col.j.& conſi.669.viſo & perlecto, col.j.& Lud.Goza.conſi.35.breuiter,col.ij.nu.6.& conſi.51.in hac cauſa.col. vij.nu.24. & conſi.103. videtur primò, nu.3,& alibi ſæpe in ſuis conſi. Nam è diuerſo ſicut verba generalia comprehendunt actus fauorabiles,vt diximus, ita & verba arctatiua, ſiue reſtrictiua eoſdem reſtringunt:quamuis maior in eis ratio ſit,vt reſtringi non debeant,vt not.in §.manifeſtum,in Authen. de reſti.fideic. & voluit Bal.conſi.456.recolo,paulò ante fi.lib.5.

*Generalis diſpoſitio omnes caſus includit etiam in quibus eſt maior ratio.*

102 ¶Sed & hæc procedunt in odioſis, vt ſcilicet generalis diſpoſitio odioſa generaliter intelligatur, ex ſententia Ang.in l.vlt.col.vlt.verſi.tertiò,quæritur,ff.de conſti.prin.cum concord.à me adductis in repe.l.ſi vnquam,in prin.nu.115.& hæc etiam.Sed quibus adde Phil.Deci.in c. ſedes,col.ij. in tertio no.extrà de reſcrip.& Lud.Gozad.conſi.59.prima facie,col.iij.nu.13.& conſi.ſeq.quod eſt eiuſdem initij.col.vlt.nu.23.Imò verò in odioſis,ſimul & pœnalibus,ex gl.not.in c.contra Chriſtianos,in verbo,procedenti,de elect.lib.6.quam citat,& ſequitur Imo.in authen.ex teſtamento, & ibi quoque Alex.col.iij.C.de colla.& Ludo.Gozad.conſi.19.dubitatum,col.ix.nume.17.vbi &

*Etiam in odioſis.*

*Et ſimul pœnalibus.*





ad hoc citat l.cùm lege,ff.de teſta.& iterum d.conſi.51.

103 ¶RESTAT nunc reſpondere ad contraria.Nam quòd primo loco adducitur dictum Sal.in d.l. vlt.C.de iure dot.certè is ibi illud non dicit,quod ex eo ſuprà dictum eſt,& ad quod illum multi allegant, videlicet conſtitutionem generalem non comprehendere caſum dotis: & ſi id diceret, toto cœlo erraret,vt liquidò patet ex ſuprà dictis.Sed is loquitur in caſu particulari, & ſecundum ſpeciem propoſitam in d.l.vlti.in princip.qua cauetur in cauſa dotis non requiri inſinuationem.Ex quo no.ipſe Sal.quòd ſi ſtatutum diſponeret,vt inſtrumentũ inſinuetur,id non habet locũ in inſtrumento dotis.quia illa ſtatuti generalitas debet reſtringi ſecũdùm Ius cõmune,quod in eo caſu dotem priuilegiat, ſi ita mihi loqui permittam.Et ita illum declarat & intelligit Phil. Dec.in l.j.col.ij.ff.de reg.iur.& in l.ex teſtamento,in vlt.no.C.vnde libe.& in d.c.ſedes,de reſcri. & d.conſi.5.& cõſil.496.in cauſa domini operarij,col.ij.verſi.quia reſpondetur.& d.cõſi.536.vbi ſuprà,& Catel.Cotta,memori.dos habet,in fi.& Fran.Ripa,in locis ſuprà alleg.

*Reſponſio ad contraria.*

104 ¶Et id quidem iure optimo. Nã per conſtitutiones generales nõ cenſetur auferri priuilegium in eo caſu à Iure cõmuni cõceſſum,l.decurionibus.& ibi gl.Bar.& Io.Plat.C.de ſilẽtia.lib.12. quam ad id ſæpè expẽdit,& extollit Bal.vt in l.j.ante mediũ,C.de nouo Codi.cõſi .& in l.nõ plures,in fi.C.de ſacro.eccl.& in l.vlt.in fi.C.ſi cõt.ius vel vtil.publi.& in l.j.col.j.verſi.& ideò princeps,ff. de cõſti.prin.& in c.j.col.iij.ver.pone princeps.de reſcr.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, col.ij.ver.itẽ generalis,extrà de conſti.vbi eã l.dicit ad hec eſſe ſing.& in c.j.ver.niſi iuſtã,& ibi quoque Marti. Lau.& Card.Alex.tit.quo temp.mil.vbi etiã omnes dicũt ſing.& idem Bal.conſi.112.de generali, col.iiij.ver.ſed poſito,lib.2.vbi & eã dicit no.& conſi.132.caſus,quidã vocatus Rufinus,col.vlt.lib. 3.cum aliis multis & eiuſdem,& aliorũ concor.latiſsimè congeſtis ab Alex.aut,quod magis puto, Barb.inter cõſi.illius,conſi.123.ſcripſit Eccleſiaſticus,col.v.ver.facit,quod voluit gl.& multis ſeq. lib.4.& eodem Barb.conſi.56.ſapiẽter,col.antepe.verſi.prætereà adduco,lib.2.& conſi.23. à Ioue, col.ij.lib.3.& conſi.7.illud afferã,col.pe.lib.4.& Fel.& Decio,in d.c.j.de reſcri.illo quidem, col.8. verſi.ſecunda diſpoſitio,hoc col.antep.verſi.ſecunda concluſio. ſed à me latius ſuprà titu.proxi. qui eſt, *des preſcriptions*, §.j.qui eſt omnium vniuerſi. voluminis ccxxxv.in gl.x.quæ eſt in verbo, *ne autres perſonnes priuilegiées*, ibi enim eius rei eſt ſedes propria ac peculiaris.

*Per cõſtitutiones generales nõ cẽſetur auferri priuilegium eo caſu conceſſum.*

105 ¶Et ſic ex iis,quæ tam latè ſuprà diximus,facilè,niſi omnino cæcutias, illud potes intelligere (vt id tandem ſummatim dicam) diſpoſitionem generalem compræhendere etiã caſus quantumuis priuilegiatos,& fauorabiles,niſi in eo tamen caſu, in quo ea generalis diſpoſitio ſtatuit, habeant priuatum propriumque ac ſpeciale priuilegium,ſicuti ſcienter & doctè, vt ſemper aliâs ſcribit & declarat Bal.omnium noſtrorum ingenioſiſsimus,in d.l.omnes populi, quo loco ſuprà deſignauimus,ff.de iuſt.& iur.Aliàs enim eſſet ex vno priuilegio in certo quopiam ſpeciali caſu,infinita alia in omnibus caſibus producere,immenſumque aliorũ ſuper alia aceruatorũ priuilegiorum cumulum facere:quod de legibus Liuius ſcribit lib.3.ab Vrb.condi.

106 ¶Et ita quoque diluuntur ea omnia,quæ dicta ſunt & adducta pro priori parte.Quanquàm & illud quoque dici poteſt,quantùm ad dictum Bald.in d.l.bene à Zenone,illic eſſe alia,præter fauorem dotis,quæ eum mouerunt,vt diceret in caſu de quo loquitur,non eſſe locum d.l.vt patet ex d.Bal.conſi.359.lib.3.Quod autem dictum eſt de odio retractus,ſi odioſus eſt,quod multi negant, vt etiam diximus in d.præfat.num.56.ex his autem.tamen id nihil impedit,quin,vt generalis eſt retractus conſuetudo,etiam generaliter intelligatur,quantũcunque odioſa ſit,ex ſententia Ange. in l.vlt.col.verſi.tertiò quæritur,ff.de conſti.prin.cum aliis cõcord.à me adductis in repe.l. ſi vnquam,in præfa.nu.115.& hæc quoque procedunt in odioſis,C.de reuoc.donat.

107 ¶Quod & poſtremò dictũ eſt,in ambiguis fauendum eſſe dotibus,id quidem fateor:ſed nihil hîc ambiguum eſt,cùm verba generalia generaliter intelligãtur, etiã in caſibus aliàs fauorabilibus,& priuilegiatis, & in quibus maior eſt ratio,vt nõ debeant cõpræhendi, etiamque ſi diſpoſitio ipſa odioſa ſit,vt ſuprà diximus.Vt interim illud taceam, quod tollit omnia cõtraria,videlicet ex hoc retractu,qui in hoc caſu fit,nihil fieri præiudicij doti mulieris: quãdo & talis reſtituatur à cõſanguineo retrahẽte,qualis viro data fuit:& ſic nõ deteriore loco dos eſt,quã antè eſſet, vt vtar verbis l.cùm maritus,ff.de pact.dot.Et interim tamẽ bona illa immobilia,quæ ex familia exierant,in eandẽ redeũt: & ita ſua mulieri dos,ſuumq; familiæ ius ſaluũ manet.Sicq; ſuum vtrique ius tribuitur:quæ vera eſt & germana iuſtitia,l.iuſtitia,in prin.ff.de iure nat.gen.& ciuil. Sed tu interim vide,quid de his ſtatuat cõſuetudo Aruernorum,tit.*des achaptz,lotz,& ventes*, ca.xvj.Borboniorum,cap.ccccv.& ccccl xvij.& Burgundiorum,tit. *des droictz apartenans à gens mariez*, cap.xxiiij.

*Cõſuetudines.*

108 ¶EX HIS autem,quæ in præcedenti quæſtione diximus,potes intelligere, quòd ſi res immobilis æſtimata data fuerit in dotẽ,locus erit retractui,nõ obſtante quocũque fauore dotis:præſertim cùm dos æſtimata ex hoc nõ minuatur,faciatq; æſtimatio cenſeri venditionẽ,libereturq; maritus ſoluto matrimonio reddendo pretiũ,l.quoties,& ibi gl.& Doct.C.de iure dot.& l.plerunq;, §.ſi ante,ff.de iur.dot.vbi dicitur quòd eſt vera vẽditio.Ideoque Pet.Iac. qui tanti fecit dationem dotis,vt eã exemerit à laudimiis,& iure retentionis domini emphyteutici,cùm dos data eſt inæſtimata,vt ſuprà diximus.Si tamẽ ea æſtimata fuerit,cenſet & laudimia & retentionẽ habere locũ,in eo.tit.de act.in rẽ pro re emph.col.viij.verſi.item & in datione in dotem.& idem voluit Spec.tit. de locat.§.nunc aliqua.verſi.ex Albe.qui id declarat,in l.ſeruos,ff.fam.herciſ.Sal.in d.l.vlt. col.iij.

*An retractus habeat locum in datione dotis æſtimatæ.*

verſi.ſed an dominus,C.de iure emphy.Imo.in c.potuit,col.ix.verſi.tangit etiam hîc,eo.tit.Ioan. Ray.in d.c.j.§.habito,char.4.verſi.quid autem ſit in re emphyteuticaria, titu.de prohib.feu.ali.pe. Fed.Maſueri.titu.de empt.& vend.§.item ſi res detur,Guid.Pap.deciſ. Delph.xlviij.eſt etiam aduertendum, Aufre.in deciſ.Tholo.quæſt.cclxxviij. item ſi aliquis dat.& quæ diximus ſuprà hac eadem gl.nu.19.ſimiliter permutatio.

109 ¶Quanquàm huic receptæ propemodum ſententiæ non accedit Iaſon,non quidem fretus fauore dotis,ſed alia quadam non vulgari anchora innixus , quòd ſcilicet dos eſt neceſſaria alienatio. Ita enim tenuit in d.l.vlt.col.xij.in ix.q.C.de iure emphy.& Steph.Bertr.d.conſi.380.in ſecundo dubio,lib.2.& Arn.Ferronus in conſuet.Burdig.tit.de feudis,§.xix.Et quòd hoc caſu, dotis ſcilicet æſtimatæ,retractus locum habeat , nuncupatim tenuit Matthæ.Afflict.in tracta.Protomix.in verbo,licet enim ſuprà diximus,col.iij.verſic.item quæro quid ſi datur.Cuius deciſio admodum notanda eſt,quia loquitur in caſu conſtitutionis expreſsim ſtatuentis, vt in dote non habeat locum hic retractus.Et tamen dicit habere locum,ſi ea æſtimata data fuerit.

110 *An retractus habeat locum in renuntiatione feudi, uel emphyteuſis , accepto pretio.*

¶Sed & illud quærendum ducimus, quod & nos ex facto contingere vidimus : Emphyteuta, aut vaſallus renuntiat domino emphyteuſim,aut feudum , non quidem ſimpliciter , ſed accepto pretio,aut alia re mobili,quæ in hoc caſu habet vim pretij,vt ſuprà diximus in hac eadem gl.nu. 40.ſed & hæc omnia: vtrùm igitur hoc caſu locus ſit retractui. Quod non videtur,quia id fit ex natura contractus feudi vel emphyteuſis,quibus renuntiari poteſt , illi quidem de Iure communi feudorum , ſecundum communem opin.Et vtrique de conſuetudine,vt ſcribitur infrà eo.titu.§. xxxiiij.vbi de hoc latè ſcribemus.Ideoq́ue hæc eſt potius naturalis quædam reuerſio,ſiue conſolidatio,aut etiam reunio,vt noſtri loquuntur,dominij vtilis cũ directo, quàm venditio,aut aliud æquipollens venditioni.Sicut dicimus, quòd ſi res reuertatur ad venditorem ex pacto oppoſito in contractu,non eſt locus retractui,quin præfertur is,ad quem reuertitur,conſanguineis,vt expreſsè cauetur infrà titu.procedente,§.j.Nam & hîc ex pacto tacitè aut ex diſpoſitione legis, aut ſtatuti intellecto,reuertitur.Velit enim nolit dominus,ex natura cõtractus poteſt vaſallus & emphyteuta renuntiare,vt diximus.

111 *Renũtiatione feudi facta domino,an reſoluantur hypothecæ,uide numero ſeq.*

*Retractus an habeat locum ſi emphyteuta uendiderit domino. uide cxiij.*

¶Hincq́ue videmus,quòd huiuſmodi renũtiatione,de qua tractamus,facta,& ita re ex ea renuntiatione reuerſa ad dominũ,extinguuntur reſoluunturq́ue ſeruitutes,hypothecæ,pignora & alia quæuis onera huic rei ab emphyteuta,aut vaſallo prius impoſita,c.j.§.rurſus,& ibi Bal.Alua.Mar. Laud.& Card.Alex.tit.quib.mo.feud.amit.qui quidem tex.nuncupatim loquitur de renũtiatione facta domino à vaſallo.Et dicunt illi Doct.ideò id quod diximus,procedere,quòd ea facultas renuntiãdi inerat iã ſtatim à principio contractus ex natura rei.Et ne de hac re dubites,eſt ſentẽtia Bal.conſi.300.ſtatuto cauetur quòd licèt,libr.1.quòd ſi emphyteuta vendiderit domino rem emphyteuticá,non poteſt proximior ab eo retrahere.& idẽ voluit Maſuer.tit.de loca.& iure emphy. §.item ſi emphyteuta.Quod quidẽ ſi procedat in venditione,multò magis in hac renuntiatione.

112 ¶Verùm cùm aliquando hæc controuerſia corã me ageretur,pronuntiaui conſanguineũ eſſe admittendum reſtituendo pretium,aut aliud loco pretij datũ,vel remiſſum. Nam in ea ſpecie remiſſæ fuerant quædam reliquiæ penſionis,quas vulgò arreragia vocamus.Neque enim ea renuntiatio ita facta ea eſt,quæ ex natura rei conceditur,cùm pro ea facienda dominus dat pretium,vel aliud loco pretij , vel etiam remittit reliquias præteritas. Id enim faciens,non vt dominus,ſed vt extraneus facit : idq́ue fit ex vtriuſque conſenſu, & tanquam nouus contractus. Ea autem,quæ fieri permittitur ex natura rei,ſimplex eſt, teneturq́ue dominus velit nolit , eam admittere,modò renuntians ſoluat ipſas reliquias ſiue penſiones præteriti temporis,vt ſcribitur ſuprà tit.omnium v.§.ij.qui eſt omnium huius voluminis xlij.& voluit etiam Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua, verſic. xj.& ibi Bald.in addit.illius. Ergo vt concludam,ſi dominus dat pretium,vel etiam remittit, cùm non cogatur id facere,vt dominus, ſequitur neceſſariò eum id facere,vt extraneũ. Propterea que nec tunc reſoluuntur iura ſeruitutis,hypothecæ,& alia onera à vaſallo vel emphyteuta antè impoſita:vt nuncupatim in hoc caſu voluit Pet.Iac.tit.de act.in rem pro re emphy.col.xj.verſi.item eſt notandum,rurſumq́ue col.xix.verſic.& eſt notandum.& Io.Rayn.in c.j.§.habito,char.10. in paruis,verſi.quæro an vaſallus poſsit imponere,tit.de prohibit.feud.ali.per Fede.& Maſuer.tit. de loca.§.item vtilis dominus.& Guid.Pap.deciſi.ccccclxxv.emphyteuta poteſt,cum aliis concord.à me traditis infrà tit.ſeq.qui eſt *de retraict conuentionel*,§.iij.in gl.j.nu.12.quid autem de feudo.& dicemus etiam infrà eo.tit.§.xxxiiij. { gl.j.} nu.7.ſed ex his,& ſeq.

113 ¶Nec his obſtat d.§.rurſus,in priori parte allegatus,quia loquitur de ſimplici renuntiatione, quæ fit ex natura prioris contractus,nulla re à domino data aut remiſſa.Nec magis obſtat quod dictũ eſt de conſolidatione , quia ea non facit,quin res conſolidata,cenſeri debeat alio iure, quàm ea, cui cõſolidatio fit,l.Mæuius,§.fundo,ff.de leg.ij.& §.ſi cui,Inſtit.tit.de lega.& ibi Ioan.Fab.qui & id trahit ad feuda à domino conſolidata.de quo & nos dicemus infrà eo.tit.§. xxxij.glo.j.nu.72. quin & illud dubiũ eſt.Quod autem dicit Bal.d.conſi.300.lib.1.& Maſuer.d.tit.de empt.& vend. verum eſt de Iure cõmuni,ex quo dominus ſemper præfertur conſanguineo in reuocatione alienationis emphyteuſis,vt latè dicemus infrà eo.tit.§.xxj.non mirũ igitur,ſi ipſe dominus emerit, non audiendum eſſe conſanguineũ.At de conſuetudine Franciæ emphyteuta non habet ius retrahendi rẽ emphyteuticam,quod ei de Iure cõmuni cõpetit,ex l.vlt.C.de iure emphy.Imò verò

& ſi id



& ſi id ius haberet,tamẽ conſanguineus ei præferretur ex conſuetudine noſtra & generali huius regni,vt videbitur infrà d.§.xxj.vbi etiã docebimus,id & de Iure cõmuni procedere in feudo,vt ſcilicet cõſanguineus vaſalli venditoris domino præferatur. Vide tamen hîc,quæ ipſi nos ſcripſimus ſuprà eo.§.gl.vij.in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*,nu.60.ego verò vt tandem. Vt interim non omittamus D.Ferro.in conſuet.Burdig.hoc tit.§.xxviij.in ea fuiſſe ſententia , vt in ſimplici ceſsione facta domino pro cenſu & reliquiis,locus ſit retractui proximitatis.

114 *Retractus an habeat locum, cũ res ceditur ut creditoribus ſoluatur.*

¶Illvd quoque quæri poteſt,An ſi quis cedat rem quampiã ea lege, vt ceſsionarius æs alienũ cedentis ſuſcipiat,id eſt(vt omnes intelligant)cum eo onere,vt ipſe ceſsionarius ſoluat debita cedentis , ſiue ipſius creditoribus ſatisfaciat. Vtrùm iſte contractus habet vim venditionis,vt in eo locum habeat retractus.Io.Fab.in §.pretiũ,in prin.Inſt.de emp.& vend.tractat quæſtionẽ non admodum diſsimilem de vẽditore,qui rẽ cedit pro modico pretio,ea lege vt emptor ſatisfaciat creditoribus,quibus res obligata erat. Vtrùm illud onus cenſetur eſſe de pretio?Et dicit primùm ita videri,per l.mortis cauſa capitur,§.vlt.ff.de don.cau.mor. Et id quidem indubitatũ eſt, cùm debita ſunt certa & ſpecificata.Subditq́ue facere l.cùm is,ff.de fideiuſ.Et ea quidem iura (vt dicam quod ſentio ) non hîc admodum conuenire videntur. Quin idem in §.item pretium, circa medium,eo.tit.quærit,an ſi rem tibi concedam,ea lege,vt ſatisfacias creditoribus ; vtrùm ea ſatisfactio erit de pretio, vt de eo ſolui debeant ventæ vel laudimia domino.Et dicit non videri , quia non eſt pretium certum,per d.§.pretiũ,dicitq́ue etiam facere l. hæreditatem,ff. de dona.quæ nec mihi in hoc multum arridet.Vtrumque tamen Fab.dictum ſequitur Boer.in hoc eod.tit.§.ij.col. item iij.verſi.& pro hoc facit.Sed huic,quod dictum eſt de laudimiis aduerſantur Corſe.& Aufre. in deci.Tholo.q.cclxxix.item ſi aliquis dat omnia.

115 ¶Illud autem ſcio,ad venditionẽ requiri pretiũ,& id quidem certũ,d.§.pretiũ. & ibi gl.in verbo, ſed & certum.Sed nec illud ignoro,onus venditori appoſitũ,ſiue ſit certum, ſiue incertum,eſſe tanquam partem pretij,l.fundi partem,& ibi Bal.ff.de contra.emp.& l.ſi ſterilis,§.ſi tibi,ff. de act. emp.& dicemus latius infrà tit.ſeq.in præf.nu.19.& id quidem credo.At in noſtra conſuetudine nullum omnino eſt pretiũ,cuius id onus ſatisfaciendi creditoribus pars eſſe poſsit,l.tenetur,§.j.in verbo,non intelligitur,ff.de actio.emp.Sed quærimus de ceſsione,quæ fit ſimpliciter cũ eo onere ſatisfaciẽdi,quo caſu ſi debita ſint in pecunia numerata,& ſint certa,haud dubiè venditionis vim habet,per ea quæ diximus:nihil enim referre video , an vẽdenti ſoluas certum pretium,an creditoribus illius,eo mandante,tantũ pecuniæ.Et id quidem eſt,quod voluit dicere Io.Fab.Sed ſi debita ſint incerta,aut etiam non conſiſtant in pecunia numerata:tũc ea res pendet ex eo,quod ſuprà diximus in eadem gl.nu.40.ſed & hæc omnia,& ex iis quoque , quæ dicemus infrà eo.tit.§. xxv.vbi tractabimus de donatione ob cauſam,& donatione remuneratoria , ex quibus facilè intelliges,quid hîc dicẽdum ſit.Et tu tamẽ vide tex.qui huiuſmodi cõuentionẽ,venditionẽ appellat,in l.Stichus,§.Titius,ff.de condi.inde.Et vide etiam conſuetudinem Cenomanorum,c.369.& Andegauorum,ca.359.& Auernorum,tit. *des achaptz,lotz & ventes*,qui eſt omnium titu.xvj.c.iij.

116 *Creditores an recta poſsint agere aduerſus eũ cui debitor rẽ ceſsit ea lege,ut creditoribus ſatisfaceret.*

¶Si autem ſcire vis(vt id in tranſcurſu dicam,quod ſcire admodum tua intereſt)vtrum creditores poſsint recta via,& ſine ceſsione debitoris,agere aduerſus huiuſmodi emptorẽ,vt ſibi ſoluat , vide,ne te hîc diutiùs teneam , Bal.Ang.& Sali.in l.quoties,C.de dona.quæ ſub modo,& Soc.conſi. 236.placet concluſio,in prin.lib.2.Et quod in ſimili tractat ipſe Bal.conſi.315. ponitur quòd antiquitus,lib.3.vbi comperies,an hic emptor poterit nihilominus opponere præſcriptionem præcedentis temporis:quod admodum notandum eſt:vix enim alibi reperies:quamuis ſæpe vſu euenire poſsit.Et vide etiam tex.in l.ſeruo legato,§.ſi teſtator,& ibi notata,ff.de leg.j.

117 *An retractus habeat locum in aſsignatione fundi pro annuo reditu.*

¶Nec tamen illud prætermittemus,quòd habemus conſuetudinẽ expreſſam ſuprà titu.noſtrarum conſuetudinum ij.qui eſt,*des droictz des ventes & honneurs,& de prendre la choſe par puiſſance de fief*, §.vj.qui eſt omnium conſuetudinũ xix.quòd ſi in ſolutũ,ſiue aſsignationem(vulgò *aſsiete* dicimus)annui cuiuſpiam reditus vel penſitationis generalis ( vulgò vocamus *rente generale*) detur res quæpiam immobilis,conſanguineus ius habet retractus huius rei immobilis , tanquam ſi ab initio,id eſt,tempore vẽditionis illius reditus,fuiſſet ea res vendita eodem pretio, quo reditus ille venditus eſt.Et niſi ea conſuetudo idipſum expreſsim ſtatuiſſet,aliter fuiſſet dicendum,per ea quæ diximus ſuprà eadem gl.num.7.tamen ſi teneas,iunctis præcedentibus : præſertim cùm hîc detur res immobilis pro alia immobili. Nam iſti reditus cenſentur inter bona immobilia,vt latè diximus ſuprà eo tit.gl.vj.in verbo,*rentes*,ideò perinde eſt,ac ſi fieret permutatio rerum immobilium cum mobilibus, vt etiam latè diximus ſuprà eadem gl.num.40.ſed & hæc omnia, cum tribus ſeq.iunctis etiam præcedentibus,quibus de permutatione loquuti ſumus.

118 *Quid , ſi ſtatim poſt uenditionẽ annui reditus id fiat. Sed quod tempus in id intelligatur.*

¶Sed hæc duobus modis intelliges,primo,niſi intra breue aliquod tempus poſt venditionem huiuſmodi annui reditus,fuiſſet hæc datio in ſolutum, ſiue aſsignatio,facta : quia tunc videretur ab initio actum fuiſſe,vt id fieret,l.ſi ventri,§.vlt.ff.de priuil.credito.cum multis concor.à me traditis ſuprà eo.tit.§.j.gl.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,nu.76. præſumitur item, & ſeq.Et id quidem tempus arbitrio iudicis intelligitur, ſecundum Angel.in d.l.ſi ventri, cum aliis concor.à me quoque traditis ſuprà eadem gl.num.38.de hoc autem. Antiqua autem conſuetudine,quæ obſeruabatur ante reformationem,in id præſtitutum erat tempus vnius anni, vt ſcilicet ſi intra annum dabatur illa datio in ſolutum,ſiue aſsignatio , eſſet locus retractui,ac ſi ab initio res

citius

fuiſſet vendita,non etiam ſi poſt annum. Sed in reformatione illud tempus fuiſſet ſublatum, & ſimpliciter ſtatutum,vt ſcribitur in d.§.xix.

*Quid ſi is annuus reditus erat luibilis.*

119 ¶Secundò intellige,vt ſcilicet non eſſet locus retractui , ceſſante ea conſuetudine,ſi modò is annuus reditus eſſet perpetuus & nõ luibilis, vt ſic loquar,id eſt,qui redimi ex lege venditionis nõ poſſet. Quòd ſi redimi poſſet,& intra tempora redimendi fieret hæc datio in ſolutum,videretur locus eſſe retractui huius rei traditæ in ſolutum : cùm reditus non perpetuus non cenſeatur immobilis,ſed mobilis,vt diximus ſuprà in d.gl.vj.num.7.ſed hæc primò.& ita in hac ſpecie retractus tenet Carol.Molen.in conſuet.Pariſ.tit.j.§.xiij.gl.v.in x.q.in fi.Et in id facit,quod ſatis videtur eſſe,vt redimi poſsit,etiamſi poſtea non redimatur,ar.l.cùm in ſecundo,verſic.vlti.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſta.Et huius quoque ſententiæ ſatis eſſe videtur D.Ferro.in conſuetu.Burdig.titu.de feud.§.xx.Et his ſuccinit conſuetudo Altiſsiodorenſium,aut vt nunc vulgò appellantur,Auxerrenſium,tit. *de rente fonciere,volages & hypotheques*. §.iij. qui eſt omnium clv.

*Conſuetudo.*

120 ¶Quanquàm contra id facit, quòd reditus in perpetuum conſtitutus , non videtur ob id minus cenſeri perpetuus,quòd redimi poſsit,per l.ſufficit, { & ibi Bar.} ff.de cõdi.inde.& ibi concor.per Iaſ.Cui adde gl.in c.vlt.paulò ante fi.extrà de ſolu.& in c.vlt.in verbo,perpetuas.& ibi Io. And. & Dom.de reſcr.lib.6.& Carol.Rui.qui expreſsè loquitur de reditu annuo conſi.82.circa primũ, col.j.nu.3.lib.2.& dicam pleniùs,tit.ſeq.§.ij.nu.38.quid quod cenſetur,& ſeq.ideoque nec is mobilis etiã cenſendus eſt,quòd redimi poſsit,donec redemptus fuerit, vt latè dicemus infrà in fi.huius tit.in iij.q.Et ſi quis diceret,id ex futuro euentu pendêre,ſecundum ea quæ ibi dicam , poſſet reſponderi, conſiderandum eſſe præſentem ſtatum rei , quo ſcilicet res nondum redempta eſt,vt ſcilicet res ſit cenſenda,cuiuſmodi nunc eſt , vt in ſimili ſcribit Cyn.in l.vlti.col.ij.in j.opp.C.de ſen.paſsis. Ideò hìc paulò ampliùs cogitandum relinquimus. Nam & ipſe Carol. Molend.ſibi in caſu non abſimili propemodum contrarius,in illis ipſis conſue.Pariſ.tit.j.§. xxiij.in xxiij. ead.vlti. q.dicit,quòd in permutatione rei immobilis cum alia etiam immobili,ſed redimibili, & quæ verè etiam redempta fuit,non eſt locus retractui,niſi ſint aliæ fraudis coniecturæ. Idem quoque in eadem gl.in xviij.q.eadem propè ſpecie diſtinguit inter reditum annuum, quem generalem vocãt, & inter reditum funciarium,quem etiam appellant,vt ille cùm redimilis eſt , vicem obtineat pecuniæ,hic minimè.Dom.autem Igneus in l.iij.§.ſi conditioni,verſi.& ſi aliud,num.46.ff.de S. C. Sylla.tradit ſimpliciter venditionẽ cenſeri, ſi fundus permutatur cũ annuo reditu redimibili. Ex conſuetudine autem Laudunenſium in Veromandia, tit.j.§.iij. annuus reditus etiam redimibilis cenſetur immobilis:ſed ſi redimatur,pecunia hinc redacta,cenſetur mobilis.Tametſi eadem videtur dicere contrarium,quantùm ad primum caſum ij.partis,tit.j.§.vij.

*An retractus habeat locum in permutatione rei immobilis,quæ redimi poteſt, & poſteà redimitur.*

121 ¶Sed hæc fortè obtinerent,niſi ſi haud dubiè,aut certè veriſimiliter atque euidenter certum eſſet, rem ipſam redimibilem,redemptum iri.Quid enim ſi res ipſa multò pluris valet , quàm vendita eſt,multumq; incommodi allatuta eſt ei,qui poteſt redimere,niſi redimat,iſque iam habet paratã pecuniã,vt breui ſperetur rem redimi,vertique in pecuniã:id enim fortè habendum eſt,ac ſi iam factũ eſſet,vt in ſimili tradit Bald.in l.ſi pro ea,in vj.q.C.mandat.& in c.j.col.vlti.verſ. ſed quid ſi nõdum,tit.qui.mo.feud.amit.l.j.& Ang.in l.mulier,§.j.ff.ad S.C.Velle.Pan.in c.eccleſiæ,in iij.no. extrà de immuni.eccl.& Fel.in c.eam te,col.xvij.ver.alia eſt dũmodo,extrà de reſcri.Et nonnihil facit,quod à Cæpolla ſcriptum eſt in tractatu ſimulationis contractuũ , in xv.præſumptione, de fundo vendito cũ pacto de reuendendo,qui huiuſcemodi eſt,vt venditor veriſimiliter ſit redempturus,& quæ dicemus infrà,tit.procedente,§.iij.gl.j.nu.17.tamẽ ſi eam, & quatuor ſeq.& iterum nu.23.conſtat,& iterum.§.v.gl.iiij.in verbo,pro rata temporis,nu.15.illud quoque.

*Quid,ſi veriſimiliter res redimi debet.*

122 ¶Illud autem pro certo habemus,quòd ſi alius,quàm debitor det rem quampiam immobilem pro reditibus annuis:verbi gratia,is cui debetur huiuſmodi reditus,eũ permutat cũ alio , quàm debitore,cũ re immobili:nõ eſt locus retractui huius rei immobilis,his rationibus, quas ſuprà diximus in prin.huius quæſtio.Nam tũc vera eſt permutatio rei immobilis cũ immobili, nec ad hunc caſum trahendus eſt d.§.xix.cùm ſit exorbitans à regulis iuris retractus,l.quod verò,ff.de legib.& l. ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.cũ ſi. Nec etiam huic caſui conueniunt verba illius §.cùm dicit in eo caſu perinde haberi,tanquã ſi ipſe debitor,& qui annuum illum reditũ conſtituit, eam rem,quam poſtea dat in ſolutum vendidiſſet.Ideò nec diſpoſitio illius §.poteſt habere locũ,l. iiij.§.toties, & ibi Bar.& alij,ff.de dam.infec.cũ multis ſi.& concor.à me traditis in rep.l.ſi vnquàm,in verbo,libertis,nu.2.præſertim verò,ſi ille annuus reditus non poſſet redimi. Nam ſi redimi poſsit,& verè redimeretur,reſtituto eius pretio,tunc eſſemus in dubio,de quo in præcedenti verſi.

*Quid,ſi alius quã debitor, det annuũ reditum pro fundo.*

*Et quid ſi is reditus ſit luibilis.*

123 ¶SED nec omiſerim aliam ſpeciem ad hunc locum pertinentem: An ſi quis vendat fundũ certo aliquo pretio , quod ipſum remittit ſiue donat emptori , habeat locum retractus. In qua re illud mihi dicendũ videtur poſt Carol.Molen.in conſue.Pariſien.ti.j.§.xiij.gl.v.in xiij.q.vt ſi ex interuallo remiſsio facta fuerit,maneat vẽditio,vt de locatione ſcribitur in l.ſi tibi habitationẽ,ff.loca. Ideoque locus eſt retractui,& conſanguineus reddet id pretiũ,quod cedet lucro emptoris.Si verò incontinenti,etſi donationis cauſa id factum fuerit,is contractus cenſetur eſſe donatio,l. cùm in venditione,ff.de cõtrah.empt.& l.empti,C.eo.& gl.vtrobique.& præterea in l. v.§.vlt.in fi.ff. pro ſocio.Ideoque non erit locus retractui.Si autem alia cauſa,vt propter remuneratione:tunc dicendum cenſeo,vt in donatione remuneratoria:nã & hic contractus cenſetur eſſe donatio remuneratoria,

*Si vẽditor remittit pretiũ emptori,an ſit locus retractui.*





ratoria,per iura poſtremo loco allegata.Quid autem dicendum ſit ea donatione,an ſcilicet retractus locum habeat,dicemus infrà §.xxv.Idem ſi ſit alia cauſa quæ faciat cẽſeri venditionẽ.Quid enim,ſi venditor remittit pretium , vt emptor ſatisfaciat creditoribus ? de quo & nos ſuprà diximus hac eadem gl.nu.114.illud quoque quæri,& ſeq.Et idem dicendum eſt per omnia,vt ſcilicet inſpicienda ſit ea cauſa,ob quam remittitur pretium,per eadem iura: quanquam in hoc non omnino idem dicit Molen.vbi ſuprà.

124 ¶ILLVD item quæſierim:ego eram ex tranſactione tibi , (vt aliquando fieri vidimus ) aut aliàs obligatus ad vendendum tibi fundum,& poſteà me ea obligatione liberans eum tibi vendo : an tunc habeat locum retractus. Et poſſet videri locũ non habere,per id quod in ſimili ſcribit Bart. in l.ſi pupillus,ff.ad leg.Fal.quòd ſi ſtatutum diſponit,deberi gabellam ex quolibet contractu,ex quo ius alicui quæritur,præterquam de inſtrumento ſolutionis: ſi quis alteri promiſerit rem vendere,& poſteà volens ſe ea obligatione liberare,vendit:nõ debetur gabella ex ea vẽditione: quia licet ex ea videatur ius quæri, tamen etiam cauſa liberationis & diſſoluendæ obligationis cõcurrit,quæ principalis cauſa eſt,& potius inſpicienda,vti de Falcidia ibi notatur. & ſequũtur ibi Nic. Neapo.Alb.& Pau.Caſt.in lect.Bono.& idem Alber.in ij.parte ſtatutorum,q.ccxxj.quid ſi ſtatuto.& de hac re ita loquitur Alber.in vtroque loco,tanquam ſtatuto ſimpliciter cautum ſit,vt de omni contractu ſoluatur gabella,præterquàm ex contractu ſolutionis,ſine illa adiectione,ex quo ius quæritur.& vtrobiq; etiam addit illam rationem,quòd cauſa originalis debiti inſpicienda eſt, l.qui id quod,ff.de dona.Secundùm quã rationem videtur nec locum eſſe retractui,vtpotè cùm locum non habeat in originali contractu,ſcilicet in promiſsione vendendi,vt diximus ſuprà eo. titu.& §.j.in gl.ij.quæ eſt in verbo , *a vendu*, nu.55.illud quoque quæri.

*Retractus an locum habeat in venditione facta poſt obligationem præcedentem de vendendo.*

125 ¶Aduerte tamen,quòd in illa ſpecie Bar.non omnes conueniunt.Ang.enim in d.l.ſi pupillus,negat Bar.ipſum,id quod diximus,aſſeueraſſe,ſed tãtum eũ tex.in arg.induxiſſe,putatque contrariũ eſſe dicendum:aliàs facilè fieret fraus ſtatuto,primùm promittẽdo,deinde vendendo : quia tunc gabella non deberetur,nec de promiſsione,nec de venditione:quod minimè dicendum eſt, & id dicit ita ſeruari.At Imo.eodem in loco,diſtinguit,an ſtatutũ dicat,ex contractu,ex quo ius quæritur,ſoluendam gabellam,& tunc ea ſoluenda eſt ex promiſsione vendendi: quia per eã quæritur ius,quo ſcilicet obligatur promittens. An verò dicat , ex contractu,ex quo ius in re quæritur, & tunc poſſet teneri opinio Bar.ſi de fraude non appareret. At Pau.licèt in lect. Bononiẽſi ſecutus fuiſſet Bar.vt iam diximus:tamen in lec. Padua.dicit eam fraudem non debere prodeſſe,cùm fieret fraus de contractu ad contractum,l. fraus,ff. de legib.Subdit tamen , quòd ſi ex promiſsione ſoluta fuerit gabella,non amplius debebitur ex vẽditione,vt no.Bar.in l.vlt.§.quoties,ff.de publi. vti etiam voluit Pau.Caſt.conſi.266.Videtur dicendum quòd dictus,in prin.lib.1.Denique Alex. in d.l.pupillus,tradit,quòd ſi aliter non apparet de fraude,ſtaret cum Bar.cum eo temperamento Imo.Nec obſtat(inquit) d.l.fraus,quia de alio caſu loquitur,vt per gl.in l.cõtra legem,ff. de legib. & in l.non dubium,col.iiij.verſi.redeo ad oppo.C.eo.tit.de quo & tu vide Firmia.in tract.gabel. in quinta parte prin.q.v.& in iij.parte viij.q.prin.q.xiiij.

*De eadem re.*

126 ¶Ego verò,vt tandem meũ iudiciũ in noſtra ſpecie retractus interponã,illud opinor,vt quemadmodũ ex ſimplici promiſsione vẽdẽdi,ſi vẽditio nõ ſequatur,nõ eſt locus retractui:ita haud dubiè locus eſt in vẽditione,quæ ex promiſsione ſequuta eſt.Statutum enim loquitur de vẽditione. Quis autẽ dubitat,hãc eſſe venditionẽ,& eã quidẽ propriã,licet præceſſerit promiſsio?Nec quicquã intereſt,quãtùm ad rationẽ noſtræ cõſuetudinis pertinet,præceſſeritne promiſsio,an nõ.Igitur cũ verba noſtræ cõſuetudinis,ratioque ſiue mẽs & ſententia ipſius in hoc cõcurrũt,qua fronte poſſet quis dicere,nõ eſſe ei locũ? l.miles.§.quidẽ,ff.ad l.Iul.de adul.vbi ita ſcribitur,Opinionem tuam & verba legis,& ſentẽtia adiuuãt.& in l.diui,ff.de iure patro.in illis verbis, Magis viſum eſt nepotẽ neque verbis,neque ſentẽtia legis excludi.cũ ſi.Ideò Bal.in tract.Proto.col.iij. ver.quid ſi teſtator,cõſtanter aſſerit locũ eſſe huic iuri proto.ſi teſtator hæredi mãdauerit rẽ quãpiã vendi,& poſtea hæres vendiderit:quãuis cõſtitutio protomixeos loquatur de cõtractu, non de teſtamento.Sed nos de hoc caſu Bal.pleniſsimè tractabimus infrà in fi.tit.in ij.q.vbi videre poteris.

*Deciſio quæſtionis.*

127 ¶QVID verò de re tradita pignori,an retractus locum habeat,id quod nuncupatim tractauit D. Igneus,Præſes celeberrimus,in l.j.§.ſeruus,nu.3.ff.de S.C.Sylla.diffiniuitque locum non habere, cùm ſemper debitor maneat dominus,per tex.ibi, & l.generaliter,in prin.ff.qui & à quib.vbi dicitur,quòd pleno iure res ipſa debitoris eſt,& l.j.§.per ſeruũ,ff.de acq.poſſ.& l.ſtatuliber.ff. ad leg. Fal.Et ita quidem,vt hoc illi addas,vt vel inuito creditore eam poſsit in alium transferre,l. ſi debitor,C.de diſtrac.pign.& ibi concord.in gl.Sed & illud quoque addes,non prohiberi pignus accipere,qui emere prohibetur.l.in quorũ,ff.de pign.Ideò ( inquit Bar.ibi) extraneus à ſtatuto prohibitus emere immobilia,non prohibetur eadem pignori capere , quem ſequitur Barb.in rub.de reb.eccle.non ali.col.j.Sed hoc intelligit Igne.niſi tanti ſit pignorata,vt nulla ſpes ſit luitionis,per l.qui habebat,in princ.ff.de lega.iij.& notatur à Iacob.Ra.& aliis poſt eum in d.l.j.§. per ſeruum, ff.de acqui.poſſ.Cui item adde,quæ latè tradidimus ſuprà eo.in præfatione,nume.36.& vt gloſ. Sed ita,vt non prætermittas,contra id,quod dictum eſt in principio,eſſe gl.in l.quemadmodum, in verbo vendi,haud multò poſt prin.C.de agri.& cenſi.lib.11.quæ dicit,prohibita venditione cuiuſpiã rei,eiuſdem pignus cẽſeri prohibitũ,tanquàm ſcilicet venditionis appellatione contineatur

*An retractus habeat locum in datione pignoris.*

*Quid ſi res tanti ſit pignorata , ut nulla ſpes ſit luitionis.*

pigneratio. Et in hoc eam dicit, notab. Bal. in margar. in verbo, venditio, circa mediũ, ſed eam vi-
deri eſſe contra text. in l. ſi pupillorum, §. ſi prætor, ff. de reb. eorum. vbi permiſſa venditione non
cenſetur permiſſa oblatio, nec contrà.

*An retractus habeat locum in venditione facta pecunia reprobata.*

128 ¶Sed illud dubitari poteſt: Si tibi fundũ vendiderim pecunia à Principe reprobata, an erit locus
retractui? Io. Fab. in §. item pretium, verſi. quid ſi eiicit, Inſtit. de empt. & vendit. hãc dicit non vi-
deri emptionẽ, quia pecunia debet habere publicam autoritatem, l. j. ff. de cõtrah. emp. Cui in hoc
adde, quod in ſimili dicã infrà eo. §. in gl. xviij. in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*, in v. q. & ite-
rum in gl. xx. in verbo, *d'or ou d'argent*, nu. 11. at illud, & iiij. ſeq. Subdit autẽ Fab. & Ang. Aret. poſt
eum, fortè hunc contractum tenere, vt nominatum. l. cùm manu, §. vlt. ff. de contrah. empt. & l. em-
pti, C. eo. tit. & aliis iuribus ibi allegatis. Et ego ſanè, licèt hæc non ſit propriè emptio & venditio,
tamen ſatis æquipollet veditioni, vt in ea locum habeat retractus, iuxta ea quæ latè diximus ſu-
prà, gl. xiiij. *{ou equipollent à vente,}* num. 40. ſed & hæc omnia, & quatuor ſeq.

## ET LES DOIBT DECLARER QVEL QVE SOYT EN GENERAL.

## EASQVE SALTEM GENERALITER DESIGNABIT, GLO. XV.

*Cõſanguineus volens retrahere an debeat rem declarare, & quomodo.*

1 NOTA hæc verba, quia multi decipiuntur, dum in oblatione mentionẽ faciunt eo-
rum, quæ emptor acquiſiuit à tali, ſine alia declaratione rerum: nam id non ſufficit,
vt patet ex his verbis, iunctis præcedentibus, quibus fit ea mentio rerum acquiſita-
rum à tali: & tamen ſubiungit conſuetudo, eas debere declarari ſaltem generaliter:
quaſi non ſatis ſit, loqui de rebus à tali acquiſitis, niſi aliter declarentur ſaltem generaliter: ita vi-
delicet, *Telle meſtayrie auec ſes apartenances, Les domaines ſis en tel lieu, Vne maiſon ſiſe en la ville de Fon-
tenay, Vne piece de pré ſis en la prayrie de Fontenay,* & id genus cætera. Et hæc nota, quia hæc noſtra
cõſuetudo, cũ dicit, *& les doibt declarer*, &c. loquitur verbo neceſſitatis, l. j. §. j. ff. quod quiſq; iur. gl.

*Debet, verbũ neceßitatis.*

ordinaria in l. iij. §. j. in verbo, oſtẽdere, ff. ad exhib. & in ca. propoſuit, in verbo, nõ debet, & ibi Pan.
circa mediũ, extrà de appel. & gl. in cle. attendentes, in verbo, debeant, & ibi Cardi. Flor. qui eam
dicit ſing. in nono notab. & Panor. col. ij. qui & illam dicit ſing. de ſtat. mona. & gl. in cle. diſpendio
ſam, in verbo valeat. de iudici. & in c. ſi aliquis, in verbo reuocari debet, & ibi etiam Bald. tit. apud
quem, vel quos. Alber. in l. vnum ex familia, in princ. ff. de lega. ij. & latè Bart. in l. iij. col. j. C. de pig.
& Pan. in c. intelleximus, col. ij. de iudici. & in c. j. col. ij. verſi. ſecundò etiam, extrà de dolo & con-
tu. & in c. cùm locum, col. ij. de ſponſalibus, & in c. j. in fi. de deſpon. impub. quibus locis dicit gl. in
d. cle. attendentes, eſſe not. & ſemper menti tenendam. Ana. in c. iij. de adult. Fel. in c. nam concu-
piſcentiã, col. ij. verſi. de verbo, debet, de conſti. Iaſon in l. qui iuriſdictioni, col. ij. nu. 8. ff. de iuriſdi.
om. iud. Carol. Rui. conſ. 110. circa caſum, col. vlt. lib. 2. Philip. Deci. conſ. 340. pro reſolutione, in
princ. & Steph. Bert. conſ. ccxj. punctus, nu. 6. libr. 4. Ludo. Gozad. conſ. lj. in hac cauſſa, poſt princ.
Fort. Garc. in repet. l. Gallus, in princ. col. xxiiij. verſic. item hoc clarè, ff. de libe. & poſthu. Quibus
in locis, aut eorum maiori parte, videbis, an id ſemper procedat. De quo etiam vide gloſſ. in c. j. in
xxv. q. j. & Alex. conſ. ccxxiij. viſis, in fi. libr. 2.

## DECLARER LE LIGNAGE,

## ATQVE ETIAM GENVS SVVM AC VENDITORIS RECENSERE, GLO. XVI.

*Cõſanguineus volẽs retrahere, debet declarare gradus cõſanguinitatis.*

*Probatio conſanguinitatis per tractatum & alia id genus, an habeat locum in aliis quàm in patre & filio.*

1 NON abs re debet conſanguineus ſigillatim ſingulos conſanguinitatis gradus clara cõ-
putatione diſtinguere, vt de teſtibus ſuper conſanguinitate deponentibus dicit tex. in
c. licèt ex quadam, verſic. teſtes autem, & ibi Panor. col. vlt. extrà de teſtib. Cuius tex. au-
toritate Pet. Anch. cõſi. lij. pro clariori deciſione, col. ij. verſ. vlterius quęritur, reſpõdit in
caſũ ſtatuti iubentis fideiuſsionẽ præſtari à cõſanguineis offenſi, cõſanguineis offendentis, ad pro
bationem conſanguinitatis neceſſe eſſe gradus diſtinctos probari: nec ſatis eſſe, ſi probetur, quòd
ſe pro conſanguineis habuerunt, & tractauerunt: quia huiuſmodi probationis genus nõ reperitur
in iure proditũ in aliis quàm in patre & filio, viro & vxore: non etiã inter alios, ac ne fratres qui-
dem, vt per Cyn. in l. nõ epiſtolis, C. de probat. Nã quandoque quis fraterna charitate diligitur &
nominatur, licet frater non ſit. l. nemo, ff. de hære. inſtit. vnde tales nominationes conſanguinitatis
non concludunt probationem illius: nec ea cadit in aliquem ex quinque ſenſibus corporis, ex qui
bus debet reddi ratio ſufficiens depoſitionis, aliàs non probat: vt dicit Inn. in c. cùm cauſam, ex-
trà de teſti. Sed aduerte tamẽ, quòd Pet. Anch. malè allegat Cy in d. l. nõ epiſtolis. vt qui eius, quod
ſuprà ex eo dictum eſt de fraternitate, cõtrarium ibi teneat, poſt Pet. & eos ſequitur Alb. & Paul.
Ca. in eodem loco. Verum eſt tamen, Iac. Ra. illam priorem opinionem tenuiſſe, vt refert ipſe Cy.

*De eadem re.*

2 ¶Tu tamen ad Petr. Anch. quantùm ad eam ipſius rationẽ pertinet, adde, maximam atq; apertiſ-
ſimam eſſe differentiam, cur aliter ſit iudicandum inter alios, quàm inter patrem & filium. Hanc



ſcilicet



ſcilicet, quia nominatio filiationis poteſt multùm præiudicare patri, cùm teneatur filios alere, l. j. &
per totum tit. ff. de lib. agn. & filias dotare, l. vlt. C. de dot. promiſ. & l. qui liberos, C. de rit. nup. Item
tenetur filios inſtituere, vel exhæredare, aliter ipſius teſtamentũ ruit, l. inter cætera, ff. de hære. inſti.
quod quidem non eſt in aliis. Ideò non eſt veriſimile, quempiã adeò facilè & leuiter aliũ nomi-
nare filium, qui non ſit, quàm fratrem aut conſobrinum, aut aliàs conſanguineum: cùm maius ex
illo, quàm ex hoc, ſit incommodum accepturus, ar. l. cùm de indebito, ff. de prob. cum ſimil.

*Filiationis nominatio an præiudicet aliis quàm patri.*

3 ¶Sed quod multò plus eſt, ea nominatio filiationis probat in præiudicium ipſius patris tãtùm ita
nominantis, non etiam alterius tertij, ſi credimus Iaſo. qui ita ex facto ſingu. reſpondit conſi. 106.
ſpectabilis & clariſsime, col. j. verſi. ſecundo & adhuc, lib. 1. ad id quidem adducto, ex ea communi
regula, res inter alios acta aliis non præiudicat: & quia ſpeciale eſt, vt ſententia de hac re lata inter
patrem & filium, faciat fidem, quò ad omnes, l. ij. §. planè, & ibi Bar. ff. de libe. agn. & per Cano. in
c. cauſam, le ij. extrà qui filij ſunt legit. & in c. pen. & ibi gl. extrà de re iud. Ergo nec trahendũ eſt
(inquit) ad nominationem, l. ius ſingulare, ff. de legib. cum ſi. Quod ſi verum eſt, notabile quidem
eſt, ſed nunc non aliter examino.

4 ¶Sed & huius noſtræ deciſionis alia quoq; eſt ratio. Nã (vt diximus ſuprà in verbo, *lignagier*, quæ
eſt gl. ix. nu. 23. ſed & id intelligendũ) nõ omnis cõſanguineus admittitur ad retractũ, ſed is tantũ
qui poſſet ſuccedere, ſi eſſet omniũ proximus, id eſt, qui intra decimũ gradũ eſt. Igitur aſſerendo
& probãdo ſimpliciter ſe eſſe conſanguineũ, ſine certa graduũ cõputatione, incerta eſt probatio,
quæ poteſt includi, vel nõ includi intra eũ decimũ gradũ: ideò nõ releuat. c. in præſentia, extra de

*Probatio dubia aduerſus producentem.*

proba. & vt dicit gl. ibi in verbo, dubium, & poſt eam Inn. in fi. Hoſt. in illo eodem verbo, Pan. &
Imo. talis incerta probatio interpretatur contra producentem, quã gl. ad hoc dicit ſingu. Bal. in l.
quoties, §. ſi quis ita, ff. de hære. inſti. & notabil. eam dicit Iaſon conſi. 36. in cauſa mota, col. iij. verſ.
præterea, lib. 3. & voluit etiam Bar. in l. ſi quis intẽtione ambigua, ff. de iudi. & in l. inter ſtipulantẽ,
§. j. col. vlt. ff. de verb. obl. & D. à Rota, deci. cxciiij. no. quòd verbum, in antiquis, Alex. conſi. 181. in
cauſa & lite, col. j. verſi. ſed teſtes, lib. 2. & Iaſ. in l. ij. col. ij. verſi. ſecundò adde, C. vnde legi. & Doct.
vbique & Phil. Dec. in l. in contrahenda, haud multò poſt prin. ff. de reg. iur.

*Etiam in fauorabilibus.*

¶Et ex illa quidem gl. in d. c. in præſentia (ne & id prætermittã) potes intelligere, id etiam pro ce-
5 dere in caſu fauorabili, vt quæ & in caſu fauorabili loquatur. & ad id eã expreſsim expendit & ſe-
quitur Alex. conſi. 152. viſo proceſſu cauſæ, col. j. lib. 5. & Phil. Deci. conſi. 321. in cauſſa quæ Alexan
driæ, col. iij. verſi. venio ad ſecundũ. & conſi. 461. in cauſa quæ nomine, poſt prin. & conſi. 524. vi-
ſis his, col. vlt. & conſi. 531. accuratè & diligenter, col. j. in fi. Quamuis in hoc vlt. cõtrarium videa-
tur voluiſſe Bal. in c. j. in verbo, die lunæ, tit. de pac. Conſtan. Sed prior opinio verior eſt, cùm pro-
pter cauſam fauorabilem, alteri non debeamus iniuſtitiam facere, cap. ex tenore, de foro compe.
¶Illi autem Pet. Anc. ſententiæ in d. cõſi. 52. reſpondet & alia Alex. conſi. 82. in cauſa vertẽte inter
6 Petrum, col. j. & ij. lib. 1. vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto, vt cauſæ cõſanguineorũ vſque ad quartum
gradum cõpromittantur, nõ ſatis eſt, ſi teſtes interrogati ſuper cõſanguinitate, dicant eos eſſe con
ſanguineos, niſi gradus declarauerint. Et vtramque Pet. Anch. & Alex. deci. ſequitur Phil. Deci. d.
conſi. 321. per totum, maximè verò col. iij. & ſeq. & iterum d. conſi. 524. col. j. & d. conſi. 531. col. ij. &
Alciat. in tract. præſump. reg. j. præſum. xxviij. nu. 9. Sed & illud Alex. quoque ſequitur idem Dec.
in c. poſtremò, col. ij. extrà de app. & conſi. 13. cuius ſuperſcriptio incipit, an appellatione, col. ij. ver.
ſecundò non ſufficit, & conſi. 222. viſo puncto, col. vlti. verſi. ſextò hoc idem confirmatur, vbi lo-
quitur in caſu noſtri retractus. Et bene faciunt no. à Pan. in c. tua nos, in ij. no. & ibi Card. Alex. in
j. no. extrà de conſan. & affi. & Bened, Cap. conſi. 156. cũ vt mihi præſupponitur, in j. dubio. & La-
fran. Oria. in rep. c. quoniam contra falſam, in materia depoſitionis teſtium, col. pen. verſic. ſubſe-
quenter eſt videndum, extrà de proba.

*Conſanguinitas, & filiatio, quomodo probari poteſt.*

¶Aliàs autem quomodo probanda ſit conſanguinitas, vel etiã filiatio, & vtrùm ſufficiat probare
7 quaſi poſſeſsionem, & quòd quis pro tali ſit habitus & nominatus: & vtrùm hoc caſu ſufficiat te-
ſtimonium de auditu, vel de fama, aut verba enuntiatiua inſtrumentorũ in antiquis, vide per gl. &
Doct. in c. Michael, de fili. presby. & in c. tranſmiſſæ, qui fili. ſunt leg. & omnes in d. c. licet ex qua-
dam, & in c. per tuas, & ibi maximè Bal. col. ij. & Pan. de proba. & in l. nõ nudis, C. eo. tit. Iac. But.
Albe. Bal. in lect. anti. & Ang. in l. j. ff. eo. quoque tit. Cyn. & alios in l. ſi vicinis, C. de nup. Bar. in l.
ij. §. idem Labeo, col. ij. verſic. quæro qualiter poteſt, ff. de aqua plu. arc. & in l. j. §. idem per contra-
rium, & ibi quoque latè Alber. ff. de libe. agno. & in l. filium, ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iuris. & in
l. j. §. j. & ibi item Alb. ff. de quæſt. Signo. conſi. 55. ſi quæratur, Bald. in l. non poteſt, ff. de adop. & in
l. j. col. xj. verſi. quo ad ſecundum, & iterũ in l. non ignorat, col. j. & ibi quoque Ange. C. qui accu.
non poſ. & in l. neque profeſsio, & ibi item Ang. & Recentiores. C. de probat. & in l. non epiſto-
lis, & ibi etiam Ang. Sal. & Pau. Caſt. C. eodem tit. & in l. ſi poſthumus, §. vlti. & ibi alios, ff. de li-
ber. & poſthu. & in l. ſed & hæ, paulò ante fin. princ. ff. de procur. & conſi. 74. verba domini, lib. 1.
& conſi. 133. in primo teſtamento, colum. j. eod. libr. 1. & conſil. 180. mortuo filio, libr. 3. Iacob. Bu-
triga. Salice. & Floria. in l. quidam, ff. de probatio. Salice. in l. j. ff. de teſtib. Angel. in l. vxorem, ff. de
manu. teſta. & conſi. lxxxvij. pro deciſione, in fi. & conſi. cxxxvj. in quæſtione, colum. ij. in ij. du-
bio. Lap. alleg. liiij. factum, colum. ij. Anton. & Petrus Anchara. in clemen. ſi ſumus, de ſenten.
excommunic. eundem Anch. conſi. 225. videtur prima facie, & ipſum Anto. Pan. & alios in c. cùm

dilectus,

dilectus,de ſucceſſ.ab inteſt.Raph.& Corn.in l.lege,C.de legi.hære.Fulg.cõſi.138.viſis præcepto, in ſecũdo dubio,& conſi.184.viſis quodam proceſſu.Panor.in d.c.tua 1.os,in ij.not.de cõſangui. & affini.& in cap.ſeries.etiã in ij.not.de teſti.Pau.Caſt.cõſi.56.ſuper primo quæſito,col.ij.verſ.itẽ non obſt.lib.1.& conſi.151.viſo puncto.eo.lib.1.& conſi.434.reſpondeo per ordinẽ.in j.dubio, eo. lib.1.Barb.conſi.27.ſcripſit doctiſsimus,in j.dubio,& iterũ col.antepen.verſi.capio aliam, lib.1.& conſi.14.Deum,col.vij.verſi.reſtat nunc videre,lib.3.& conſi.68.omnipotentem,in j.dubio,lib.4. Corn.cõſi.j.in præſenti,col.x.verſi.& modò deueniendũ lib.3.& cõſi.68.viſo proceſſu, propè per totum,eo.lib.3.Alex.conſi.51.viſo & diſcuſſo,per totũ,lib.1.& conſi.25.in cauſa vertente, col.pen. lib.4.& conſi. 90.in cauſa & lite,col.ij.nu.7.& ſeq.lib.6.& cõſi.181.viſo proceſſu,lib.7.& cõſi.195. reddito,eo.lib.7.Fran.Aret.conſi.37.ſequendo ordinẽ,in ij.dubio.Lanfran.Oria.in repe.d.c.quoniam cõtra falſam,in teſtiũ depoſitionibus,col.antepe.verſi.ſubſequẽter quæritur,& ſeq.Soc.cõſi. 89.in cauſa agitata,col.ij.ver.ſecundò principaliter,lib.1.& cõſi.120.cùm in præſenti, col.vj.verſi. ſed hîc cadit,eo.lib.1.quod cõſi.repetitur conſi.231.lib.2.& eundem Soc.cõſi.47.in præſenti conſultatione,col.ij.ver.poſtremò,lib.4.& Iaſ.conſi.106.ſpectabilis,lib.1.& cõſi.114.ad obiecta,col.iiij. verſi.nec ad hoc obſt.& multis ſeq.eo.lib.1.& conſi.102.Ser Benedictus,ferè per totũ lib.4. Phil. Dec.conſi.13.cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione,col.ij.verſi.ſecundò principaliter, & cõſi. 54.in cauſa domini,per totum.& conſi.153.in effectu quæritur,col.ij.verſic.& ita patet.& d.conſi. 321.& conſi.595.pro reſolutione.& Matth.Afflict.in conſtitutio.Siciliæ incip. exceptiones filiationis,in j.notab.& deci.Neapo.xxv.in cauſa petitionis,& Alcia.in tract. Præſumptionũ, regula tertia,præſumptione xxxviij.nu.4.& ſeq.Anto.Rub.conſ.16.in cauſa Ioannis,col.pen.verſi.præmiſſis,& Lud.Gozad.conſi.12.in hac cauſa ex ciuitate,& ſeq.

*Appellãs debet docere ſe intra decem dies appellaſſe.*

*Acceptãs beneficiũ, debet probare intra menſem ſe acceptaſſe.*

8 ¶Sed hîc non omittẽdum eſt,quòd ea quæ ſuprà diximus, nõ ſufficere probare conſanguinitatẽ, niſi probetur gradus,qui ad aliquid admittitur,confirmat,quod in ſimili dicitur,non ſatis eſſe,aliquem probare ſe appellaſſe,niſi etiã probet intra decem dies appellaſſe. Nã id apertè probatur in c.Romana,verſi.ſi verò,& ibi apertiſsimè Io.And.de appel.lib.6.& voluit etiã Spec.tit. de appel. §.de officio, verſic.pen.& Do.à Rota deci. xciiij.nota quòd vbi aliquis acceptauit,in antiquis,vbi ex hoc inferunt,non ſufficere,probare aliquẽ acceptaſſe beneficium,niſi probetur intra menſem acceptaſſe,in caſu cle.j.de conceſ.præb.& iidẽ Doct.à Rota deci.cxxv.ſufficit appellanti,in nouis. Compoſt.qui ita dicit obtinuiſſe,in c.cùm dilecti,& ibi Anto.in fin.de elect.Pau.Eleaz.in repe.c. tertio loco,col.ij.de prob.Phil.Fran.in c.j.col. pe.verſi.extr.gl.extrà de appel.cũ aliis multis concord.adductis à Fel.in c.quod ad conſultationem,col.antep.verſi.ij.concluſio.extrà de re iudi.

9 ¶Nec tamen me latet,Maſuer.in tit.de proba.§.item ſi fiſcus poſſidet,in ea videri opinione fuiſſe, cùm eſt cõtrouerſia inter fiſcum,qui bona mortui occupauit,tanquàm vacãtia,& aliũ, qui ſe dicit hæredem illius defuncti:ſatis eſſe,hunc probare,ad excludendũ fiſcũ,quòd ipſe & defunctus publicè & cõmuniter exiſtimabantur eſſe conſanguinei ſiue cognati,& quòd ita ſe inuicẽ mutuoq; vocabant. Verùm idem poſtea ſe declarans in §.item & ſi defunctus,ita de hac re loquitur,vt videri velit,neceſſe eſt probare lineam gradumque conſanguinitatis,incipiendo à primo ſtipite,aut certè à primo gradu,qui eſt fratrum,per d.c.licet ex quadam,de teſti.& alia quæ ibi allegat.

## OFFRANT LEDICT RETRAYANT PAYER, OFFERENDO SOLVERE, GLO. XVII.

*Cõſanguineus an ultro offerre debeat pretium, & etiã ſi nõ petatur.*

*Offerendi uerbum, an ultroneam oblationem requirat.*

1 ERGO non debet conſanguineus expectare, vt pretium petatur ab emptore, ſed id offerre debet vltro & ſponte nõ petenti,non interpellanti,laceſſenti,prouocanti,roganti,per gl.in cle.ſæpe,in verbo,neceſſariò,poſt prin.de verb.ſigni.quæ dicit id propriè offerri,quod non petenti offertur, per l.fideicommiſſa,§.ſi rem,ff.de lega.iij.& c.literas,ad fi.extrà de reſtit.ſpol.& c.interpoſita,in fi.extrà de appel.quam glo.ad hoc expendit, & ſequitur ibi Panor.col.ij.& Geor.Nat.in repe.col.lxxv.& ipſe Pan.in c.peruenit,ad fin.extrà de deci.vbi & hoc dicit notari in Authen.offeratur,C.de lit.cõteſt.Pet.Ferr.tit.forma lib. in act.rea. in gl.j.col.iij.verſi.quid ergo ſi pars.& Phil.Dec.in l.filiæ licet,C.de collat.Et hoc quoque voluit Luc.Pen.in l.ij.col.v.in verbo, offerri,C. quando & quib.quar.pars.lib.10.& in l.j.circa medium, C.de greg.domini.lib.11.& in l.vlt.col.iiij.in verbo,voluntate,C.de re mili.lib.12.& in l.vlt.in verbo,offerre,per tex.ibi,C.de agen.in reb.eorum,lib.12.

2 ¶Et eſt optimus quoque tex.præter ſuperiores in l.ij.§.j.ff.quor.lega.cùm dicitur, non debet offerre ſatiſdationem, ſed petenti moram non facere. & in l.ſi fundus,§.vltim.ff.de leg.commiſ.ibi vtrum tũc habeat locũ,ſi interpellatus non ſoluat,an verò ſi non obtulerit.& in l.j.§.nõ exigit, ff. vt in poſſ.leg.ibi,nõ tamẽ ſatisfactio debet offerri legatario, ſed ſufficit,ſiue deſiderauerit,&c.Et facit quod tradit gl.in c.cupiẽtes,§.ſi verò,in verbo,cõtempſerint,de elec.lib.6.Et probat itẽ illud Tullij in oratione pro Roſcio Amerino: Quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eũ,qui mortem obtulerit parenti? Et iterum ibi: Incredibile eſt mortem oblatam eſſe patri à filio.Item illud quoque Valerij Maximi lib.5.ca.ix.ad fin.Ac mortis oblatæ,quàm datæ vitæ,felicius beneficium. In quibus verbis vides offerri inuito, & volenti. Quod & probat illud ipſius Tullij in illa ipſa oratione



oratione pro Sexto Roſcio:Atque os tuum non modò oſtendere,ſed etiam offerre, quaſi diceret, oſtendere poſtulantibus,offerre nõ poſtulantibus,imò & inuitis.Et apertiùs in epiſt.j.lib.15. Epiſtolarum familiarium,cùm oblatum metum ſcribit.Et illud Terentij in Hecyra,Offerre iniuriam tibi me immerenti,iniquum eſt.Et alibi in eadem fabula:Nam vitium oblatum eſt virgini.Vbi donatus interpres,Quaſi (ait) non expectanti & nolenti. Ruſuſque in ea ipſa fabula: Illis fors obtulerat aduentum meum.Vbi & ipſe donatus:Offerri (inquit) dicuntur tam bona,quàm mala, ſi inſperata obiiciantur aſpectibus.Moxque ſubdit:Oblatum dicitur in vtranque partem, quicquid expectationem præuenit. Sed & idem, enarrans illud eiuſdem Terentij in Adelphis,Quando vitium oblatum eſt.Oblatum (ait) dicitur,quod offertur inuito.

*Emptor agẽs, an teneatur offerre pretium,ſi nõ petatur.*

3 ¶Ideoque ſunt,qui in caſu l.Iulianus,§.offerri,ff.de act.emp.tenent debere pretium offerri, etiam ſi non petatur,vt agi poſsit ad rem venditam.in quibus eſt Pet.Anch.conſi.331.viſis diligẽter,col. j.& Ro.aliud tamen agens,conſi.204.pro diſcutienda veritate,col.pe.verſi.& hæc de ſecundo. Et id quoque non obſcurè ſentire videntur Bal.Raph.Fulg.Fran.Are.& Phil.Dec.in d.l.filiæ licet,C. de collat.& Imo.in l.ſtipulatio,§.ſi quis autem,ff.de oper.no.nunt.& Alex.conſi.173.viſo & diligenter conſiderato,in fin.lib.6.& Pet.Ferra.in titu.forma libel.in cauſa vend.in verbo,ſuprà ſcriptum pretium,& Phil.Deci.conſi.421.plenè & ſubtiliter,col.ij.

4 ¶At ſunt quoque,qui cõtrà in caſu d.§.offerri,negant neceſſe eſſe,vt offeratur pretiũ,ſed tantùm exceptionẽ competere pretij nõ ſoluti,aſſerunt:quaſi verbũ offerendi,nõ inducat neceſsitatẽ, niſi petatur.Inter quos eſt Bar.in l.ſi duo patroni,§.ſi quis iurauerit,ante fi.& ibi Iaſ.col.ij.ff. de iureiur.& Bal.ſibi cõtrarius in l.ſi traditio,col.ij.in iij.q.C.de act.emp.& in l.j.col.vlt.ver.quæro quid ſi eſt legatus,C.de vſu & vſufruc.leg.& in l.j.in fi.C.de iis quę ſub mod.leg.& in l.j.col.ij.ver.hîc occurrit dubium,ibi,breuiter dico,C.ne lice.in vna eademque cauſa ter.prouoc.Rapha.Coma.in l.eum qui ita ſtipulatur,ff.de verb.ob.& non obſcurè Pau.Caſt.cõſi.81.viſo quodã proceſſu,col. ij.ver.nam in primis,lib.1.Ro.& Alex.ſibi contrarij,in d.l.filiæ licet,C.de collat.ipſe Alex.in addi. Bar.in d.§.offerri.Fran.Are.ſibi quoque contrarius in l.ſi mora.col.iiij.verſ.ſed dubium remanet, ff.ſol.matr.Fel.in c.in tantùm, col.vlt.extrà de ſimo.Iaſ.in l.admonendi,col.v.ff.de iureiu.& in l. iuriſgentium,in prin.in iij.no.ff.de pact.& in d.l.ſtipulatio,in j.no.ff.de no.ope.nunt.& in l. vniuerſa,C.de preci.impe.offer.& in §.actionum,col.xviij.verſi.an autem ſi emptor,Inſtit.de actio.& Steph.Bertr.conſi.104.alienatio,paulò ante fi.lib.2.& Phil.Deci.conſi.298.viſo inſtrumento,poſt prin.Et vide Pau.Caſt.loquentem in caſu retractus,conſi.146.nulli dubium eſt,in fi.lib.1.De quo dicemus in gl.ſeq.num.13.ego tamen.Nam & aliàs,vbi dicitur actionem non dari,intelligitur ope exceptionis,non ipſo iure,vt per Bar.in l.j.§.ſublata,& ibi quoque Soci.& Iaſo.vtrunque in j.no. ff.ad Senatuſc.Trebel.cum aliis multis concord.à me collectis in repe.l.ſi vnquàm,in verbo, reuertatur:nu.214.quid autem:& ſeq.C.de reuoc.dona.

5 ¶Verùm in caſu d.§.offerri.aliud eſt,quod ſuadet illud verbum,offerri,intelligendum eſſe, ſi petatur,ob ſubiectã materiam,& cõtra propriam vim & naturam eius verbi,vt ſæpe aliàs fit,vti latè diximus in repet.l.ſi vnquàm,in verbo,reuertatur,nu.31.& aliàs etiam videmus,C.de reuoc. don. & in caſu d.§.offerri,voluerunt ij,quos in poſteriori parte citauimus. Quod quidem non eſt hîc in caſu noſtræ conſuetudinis:in quo ideò debemus ſequi propriam ac peculiarem vim & natũrã illius verbi, quod vltroneam & ſpontaneã exhibitionem ſignificat,non petitã,non fortuitam, vt diximus:& probat illud Tullij in Oratione ad Pontifices:Domus ardebat in palatio,nõ fortuito, ſed oblato incendio.& lib.11.Epiſt.ad Brutum,in ea Epiſtola,cuius initium eſt,eo tẽpore: Romæ delectus habetur,totaque Italia:ſi hîc delectus appellandus eſt,cùm vltro ſe offerunt omnes. { Et in oratione pro M.Cælio:Cùm aliquid eos velle arbitrentur,vltro ſe offerre ſoleant.Et in oratione pro Cn.Planco:Vltro,me Hercule,ſe mihi etiam offerentes.} & Mimus ille Publij Syri:

*Bis eſt gratum,quod opus eſt, ſi vltro offeras.*

Et illud quoque Virgilij Ecloga tertia:

*At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas.* Et libro 2.Aeneid.

*—Qui ſe ignotum venientibus vltro,*
*Hoc ipſum vt ſtrueret,Troiamq; aperiret Achiuis,*
*Obtulerat.—* Et lib.8.eiuſdem operis:

*Talibus affata eſt dictis,ſeq; obtulit vltro.* Et Ouidius lib.14.Metamor.

*—Quem poſtquam Romulus vltro Obtulit.—*

Iuſtinus lib.15.Elephãtus ferus infinitæ magnitudinis vltro ſe obtulit. Et antiquus ille Poeta Lucilius apud Noniũ Marcellum:Homines ipſi hãc ſibi moleſtiã atque erumnã offerũt:ducũt vxores.Et ſimilis tex.apud nos in d.l.fideicõmiſſa,§.ſi rem ſuam,ibi, debitor vltro pecuniam obtulerat,ff.de leg.iij.& in l.ſi quis rogatus,ibi,vltro is qui eã debet offerre,ff.de fideic.lib.& in l.qui hominem,§.ſi nullo,ff.de ſolu.vbi eſt ſimilis tex.& in l.j.§.ſed ſi maritus,ibi, vltro cuſtodes offerat, ff.de libe.agno.& in l.ſemper,§.conductores,ibi,vltro ſe offerant,ff.de iure immuni.& in l.ij. ibi, vltro ſe offerre,C.de iure emphy. { & in l.ij.C.de his qui latro.oc.} & in d.l.vlt.§.vt autem,C. de re mil.lib.12.cũ dicitur,ſpontanea voluntate offerentibus,& in l.deuotum, in fi.ibi,ſi quid ſponte contra præceptum noſtrum probati fuerint obtuliſſe.C. de metа.& epid.eod.libr.12. Quamquàm & ij vltimi loci in contrariũ flecti poſſent,tanquàm fruſtra eæ dictiones, vltro,& ſponte, additæ

additæ fuiſſent,ſi intellectæ eſſent in verbo,offerendi.Et quoque apertè videtur probare tex.in l. ſi debitor,ff.de ſol.cùm dicitur,ſi debitor offerret pecuniam,quæ peteretur. Et ita id verbũ nuncupatim intelligit Card.Alex.in c.cùm in tua,in ij.notab.extrà de ſpon.

6 ¶Veruntamen vix quiſpiam negabit,id verbũ ex propria ac genuina vi ſua intelligi de ſpontanea oblatione:vnde conſequens eſt,& ita in noſtro ſtatuto intelligendum: tũ quia verba ſtatutorum propriè intelligenda ſunt,l.iij.§.hæc verba,ff.de neg.geſt.cũ ſimi.tum quia hæc oblatio eſt de forma & ſolennitate,vt declarat.§.viij.infrà eo.tit.ideò adamuſsim obſeruanda eſt,per notata pleniſſimè in l.j.ff.de lib.& poſth.tum denique,quòd cùm quis vult aliquid nouiter conſequi, ad quod quidem conſequendum neceſſe eſt aliquid fieri,id debet ſponte offerri, vt voluit Bald.in c.licet, tit.ſi de feud.defun.ſit contro.inter do.& agna.per tex.in l.ſi reſiduum,C.de diſtra.pig.& ſequitur Iaſon in prælud.feudorum,col.xxij.verſic.quartò ad idem adduco.& Phil.Dec.d.conſi.421.col.2. Et facit quod voluit gl.in l.ædiles.la j.§.vlti.per illum tex.ff.de ædil.edic.& Ange.in §.ſi verò,col. pen.verſi.quæritur vlterius,in Auth.de exhi.reis. Alex.in addi.Bar.in d.l.ſtipulatio,§. ſi quis autem,ff.de oper.no.nun.& conſi.205.viſis iis quæ narrantur,col.ij.verſic.quinimo & ſi nulla, lib.2. cum multis aliis,quæ tibi affatim collegimus ſuprà,tit.noſtrarum conſuetudinum, vij.§.x. in gl.j. vbi omnium abundantiſsimè tractaui, an quis teneatur ſponte offerre, quod facere ipſe tenetur: an verò poſsit expectare,vt petatur,de quo ibi omnino vide.

*Ad aliquid nouiter conſequẽdum opus eſt ſpontanea oblatione.*

7 ¶Nec illud tamẽ denique prætermiſerim,id verbũ offerendi nõ tantùm ſpontaneã atq; vltroneã oblationem propriè ſignificare,ſed & gratuitã quoque & liberalem : ideoq; cùm quis quid offerre debet,intelligitur,vt propriis ipſius offerentis ſumptibus & impenſis id faciat,& non illius cui ea oblatio fieri debet,vt voluit nuncupatim gl.in cle.ij.in verbo,oblatos,& ibi quoque Imo.col.vlt. & Card.Flo.in verſi.verũ,in iij.no.de appel.& Pet.Ferra.d.tit.forma libel.in acti.rea.in gl.j.col.iij. verſic.quid ergo ſi pars.De quo tamen , ne id pro re omnino iudicata accipias,vide Geor.Nat.in repe.cle.ſæpe,verſi.non ſic tamen,in gl.ſuper verbo,formam,de verb.ſign.quibus locis multas ac pulchras quæſtiones ex hoc decidit,vt apud eum quiſque videre poterit.Sed & tu vide, quos allegaui ſuprà,in verbo, *dedans l'an*, in xix.q.ad fi.Nemo autem negabit in caſu noſtræ conſuetudinis,quin conſanguineus ſuis ipſius ſumptibus teneatur hanc oblationem facere.

*Offerendi uerbum gratuitã oblationẽ ſignificat.*

8 ¶ Sed quæſtionis eſt,an iſte conſanguineus,qui venit ad retractum,debeat in promptu exhibere pretium,idque offerre:an verò ſatis ſit,ſi dicat ſe paratum ſoluere.Et ſanè c.conſtitutus , extrà de reſti.in integ.de hoc caſu retractus loquens,his verbis vtitur,pretium ſint offerre parati,híncque occaſione ſumpta,Petr.Anch.in xj.no.ex eo.notat,ſufficere , agentem ad retractum,dicere ſe paratum ſoluere pretium. Et ſic (inquit) l.Iulianus,§.offerri,ff.de actio.emp.quæ dicit emptorem agentem ad rem,debere offerre pretium:debet ita intelligi,vt ſatis ſit dicere,ſe offerre paratũ,etiam ſi non tradat : idque faciens dicetur ſatis offerre : verùm ante condemnationem debet is, qui ita obtulit,facere quod obtulit.Ad quod dicit optimè facere,l.fundus,ff.de reſcind.vendi.Subdit tamen,quod Bar.in l.Prætor ait,§.ſi paratus,ff.de ope.no.nun. in ea eſt ſententia , vt iura loquentia de parato ſoluere,intelligantur,vt ad manum habeat pecuniam,per l.ſeruus ſi hæredi , in fi.ff.de ſtatulibe.& l.qui decem.§. idem reſponſum,ff.de ſolu.Et facit (inquit) quod no.Ioã.And.in c.vt circa,in gloſ.ſuper verbo,præſtito,de elect.lib.6.Hæc ille.Nos autem de hoc latius dicemus infrà, eo.§.in gl.xix.quæ eſt in verbo,*luy deuement acerteré du pris*, nu.4.ſed & illud, & ſeq.Sed quãtùm ad nos pertinet , habemus conſuetudinem , quæ ſuper hoc priuatim diſponit infrà eod.titu.§.iij. quem tu videas.

*An cõſanguineus ueniens ad retractum, debeat offerre pecuniã ad manũ paratã.*

## LE PRIS QVE LA CHOSE AVRA COVSTE. PRETIVM QVO RES CONSTITIT, GLO. XVIII.

1 HIc nuncupatim exprimitur,eſſe reſtituẽdum id pretium,quod ab extraneo emptore datum eſt:ſiue id magnũ ſit,ſiue paruum.Ideò nõ ferendum eſſe conſanguineũ , qui minus pretium offerret,cauſatus id quod offert,iuſtum eſſe ac verũ rei pretium : neque è diuerſo emptorem , qui à conſanguineo peteret maius pretium , quàm dedit, quia ſibi maius illud pretium ab alio offerretur. Quòd ſi id ſtatutum non expreſsiſſet, de eo potuiſſet dubitari : nam cùm ſtatutũ ſimpliciter præfert conſanguineum extraneo in venditione rei familiæ,videtur conſideraſſe iuſtum rei pretium:quod nõ ideò dici aut cẽſeri debet huiuſcemodi, quòd ab vno aut altero fuerit datũ aut oblatum,quoniã pretia rerum non conſtituuntur ex affectione ſingulorum,l.pretia rerũ,ff.ad l.Fal.& l.ſi ſeruus,ff. ad leg.Aqui.Ideoq; Accur.in l.ij.in gl. magna,in vlt.q.C.de reſcin.vend.dicit iuſtum pretium eſſe æſtimandum nõ vnius aut alterius licitatione,ſed communi regionis æſtimatione,ex rei qualitate,& quãtitate redituũ,per multa iura, quæ illic allegat.Cui & tu potes addere,quod & in hoc attẽdi debet,quanti res vẽdi poſſet in loco publico,in quem omnes cõueniunt,per c.j.ibi,carius vẽdant , quàm in mercatu vendere poſſent,extrà de emp.& ven.& voluit Bar.in d.l.pretia rerũ,§.j.ff.ad leg.Fal.& in l.ſeptem , per illum tex.C.de erog.mili.an.lib.12.ſi is eſt,qui ibi ſcripſit;nam de hoc à quibuſdam dubitatur.

*Pretiũ uenditionis offerri debet , non aliud minus.*

*An autẽ maius poſſet emptor petere quòd dicat id eſſe iuſtũ pretium uide infrà ix.*

2 ¶Hucque etiam pertinet tex.in l.locatio,in prin.ff.de pub.& vect.vbi locatio quæ calore licitantis vltra modum ſolitæ conductionis inflauit,non facilè eſt admittenda.& in l.ad officiũ,in fi. cũ ibi no.C.commu.diui.vbi non admittitur animoſior licitator ad impediendam adiudicationem fieri





conſorti,iuſto pretio.Ex quo no.Bal.& Sal.quòd ſi conſors offerat iuſtum & æquum pretiũ,non admittitur animoſus licitator extraneus:dicuntque eum tex.eſſe ad hoc ſing.Facit & tex.in l.j.in fi.C.de metallar.& metal.lib.11.Ex quo no.Bar.quòd ſi colonus velit vendere partem ſuã fructuũ, debet aliis præferre dominũ emere volentẽ,ſi modò iuſtũ pretiũ offerat.quod dicit menti tenendum,tanquam ſcilicet non conſideretur id pretiũ,quod ab aliis reperitur:ſed tantùm,quod iuſtũ eſt.Et tex.in l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,ff.de leg.j.vbi damnatus vendere,intelligitur iuſto pretio, & ita eum tex.intelligunt gl.Bar.Bal.Imo.Raph.Co.& Recẽtiores ibi.& text.in l.ſi poſſeſſor hæreditatis,§.vlti.ibi, verum pretium debet præſtari,ff.de peti.hæred.& in l.cùm quaſi,§.ſi plures,& iterum l.ſeq.§.ſi is cuius,ff.de fideic.liber.

3 ¶Facit & quod in caſu fermè huic noſtro ſimili voluerunt Ang.Rapha.Co.Pau.Caſt.& Iaſo.in l. qui Romæ,§.cohæredes,ff. de verb.obli.per multa iura ex ſuprà dictis,quòd ſi quis ex pacto teneatur vendere aliquid conſorti,ſi velit emere,magis quàm alij extraneo , ſufficit vt conſors offerat iuſtum pretium,etiã ſi alius quiſpiã maius offerat.& ita dicit ipſe Ang.fuiſſe diſputando determinatum à Marti.Fran.Addunt Raph.& Pau.hanc rationem:quia ſi conſors teneretur tãtum pretium dare,quantum ab alio reperiretur, facilè poſſet fraus fieri , ſubmittendo à venditore extraneum,qui multò plus offerret,quàm iuſtum pretium,& tamen nollet emere.Et idem quoque tenuit Matth.Affli.in conſtitutione Siciliæ incip.ad ſubiectorum,in iiij.eodemque vlti.not.vbi & id trahit ad ius congrui,quod huic noſtro retractui ſimile eſt.

4 ¶ Contrarium tamen, videlicet vt cùm quis tenetur ex pacto vel ſtatuto præferre cõſortem , aut conſanguineum, intelligatur, ſi tantum pretium dare velit,quantum ab alio reperitur, etiam ſi iuſtum excedat,vt voluit Ioã.And.in addi.Spec.tit.de emp.& vend.§.nunc dicendum,l. ij.verſi.ſed pone,ſtatutum eſt,in fi.illius verſi.& Bal.in d.l.ij.in fin.& ibi nouiſsimè Pantal. Cal.in repe.etiam in fi.C.de reſcin.ven.& Sal.in l.dudum,col.ij.verſi.quæro ſtatuto cauetur.Imo. Alex. Franc.Aret.& Soc.in d.l.qui Romæ,§.cohæredes,Ro.in l.ſi eum,in prin.ff.ſi quis cautio.Alua.& Card.Alex.in c.j.§.ſed & res,tit.per quos fiat inueſt.Fran.Aret.in d.l.ſi fideiuſſor,§. meminiſſe,in prin.ff.de leg.j.Iaſ.ſecum hîc pugnans in l.vlt.col.vj.verſi.ſeptimò principaliter,C.de iur.emphy. & Fab.à Monte Sanct.Seb.in tract.de emp.& vend.parte iij.q.xx. verſi.ſed tunc quæro,& iterum parte v.col.vij.verſic.ſed quæritur an valeat,& Guido.Pap.ſingu.780.in emptione.D.Boer.deci. cxliij.& quo ad ſecundam,col.vlt.

5 ¶Ab his ſtat tex.in d.l.vlt.de iure emphy.ibi,tantam quantitatem quantã ipſe re vera ab alio accipere poteſt.ex quo no.Sal.ibi,col.j.& Iaſ.vbi ſuprà,quòd domino volẽte emere rẽ emphyteuticam,nõ tenetur emphyteuta aliquid minuere ex pretio,quod ab alio reperitur,niſi aliter cõuentum fuerit.Et ita quoque eũ tex.expendit Old.cõſi.34.quæſtio talis eſt,quidam tenens,ante fi.& poſt eum in eadem quæſt.licet non alleget,Io.And.in addi.Spec.titu.de loca.§.nunc aliqua,verſi. lxxij.& vtriuſque nomine ſuppreſſo Alb.in l.per fundum,col.ij.ver.vltimò facit,ff.de ſerui. ruſt. præd.& ſimilis tex.quem mirũ eſt effugiſſe omnes,qui de hac re loquuntur,in c.potuit,ibi,quantum ſibi ab aliis offertur,extrà de loca.Et facit etiã tex.in d.c.j.§.ſed & res, tit.per quos fi. inueſt. ibi,pro æquali pretio.Ex quo no.Bal.Aluar.& Card.Alex.quòd agnatus qui cæteris præfertur in venditione feudi,debet dare id pretiũ,quod ab aliis reperitur. Quod & idem tenet per eum tex. Iac.à S.Geor.in tract.feud.in verbo,& cũ pacto de non alienando,col.pe.verſi.verùm quia dixi.& Fran.Cur.iunior in eodem tract.in iiij.parte prin.char.eiuſdem partis pen.ver. quintò & vltimò. Et facit itẽ tex.in c.porrò,ibi,æquali pretio,tit.qual.olim feud.ali.pot. vbi dominus qui poteſt redimere feudum alienatũ,debet reddere idem pretium.quod & ibi no.Bal.Mart.Laud.& alij id limitantes,niſi appareret de fraude:multi enim(inquit Bal.)pretia confingunt in fraudem aliorum.

6 ¶Similiter & tex.in l.pen.iterumque in l.vlt.& vtrobique Bart.aut quiſquis is eſt,C.de loc.præd. ciui.libr.11.vbi antiquior colonus fiſci debet præferri extraneis in noua conductione,dummodo idem pretium offerat,quod & cæteri.Quos tex.expendit & dicit no.Bar.in l.cotem,§.agri,quem legit cum initio ipſius l.ff.de publi.& vectig.Et tex.in l.in fundo,ibi,ſi paratus eſt dominus tãtum dare,quantum habiturus eſt poſſeſſor,ff. de rei vend.vbi eſt optimus tex.quòd qui alij præfertur in venditione alicuius rei,debet tantum dare quantum alius eſt daturus. Et in l.Prætor,§.in eum, ibi,quantum perciperetur,ſi diſtracturus eſſet,ff.de bon.auto.iud.poſ.Et in l.ſi quis vxori,§. vlti. ibi,tanti æſtimandus eſt,quanti emptorem poteſt inuenire,ff.de furtis,& in l.ſeruus fugitiuus, in prin.ibi,quanti emptorem inuenerit,ff.de condi.fur.Ex quibus fit,quòd cùm res venditur ad haſtam,debet plus offerenti dari,l.ij.& iij.C.ſi propter publi.penſi.& in authen.hoc ius porrectum, C.de ſacroſ.eccle.Idque dicitur & cenſetur eſſe iuſtum pretium,vt dicit d.l.ij.

7 ¶Prætereà venditor debet ſeruari indemnis,ne ex eo,quod ipſe cogitur alteri vendere,damnum indebitè patiatur coactus ſcilicet minus pretium accipere,quàm ab aliis poteſt habere, argum.d.l. ad officium,C.commu.diuid. Nam priuilegium ſiue facultas illa prælationis, debet intelligi ſine damno tertij,ſcilicet ipſius venditoris,l.ij.§.ſi quis à principe,ff.ne quid in loco publi.cum ſimil. Et facit etiam,quod ſcribit Bald.in l.ij.C.de com.re.alie. quod licet fiſcus poſsit ratione communionis totam rem vendere,vt ſcribitur in ea l.tamen putat,quòd id debet facere requiſito cõſorte.Nam ſi is vult tantum dare,quantum alius,debet præferri, per l.j.ff. de priui.cred.quæ quidem l.loquitur de cognatis.

8 ¶Et hæc maximè debent procedere in caſu noſtræ cõſuetudinis:nihil enim peccauit emptor extraneus emendo:neque enim conſuetudo eum prohibet emere, ſed tantùm facit ius conſanguineo retrahendi,atque ad ſe veluti venditionem reuocandi, ſeque ita in locum venditoris collocandi atque ſubrogandi,vt plenè diximus ſuprà in præfatione ſiue rub.Nihil eſt igitur, quare nõ idem pretium reſtituere debeat:tum quòd ſubrogatus eiuſdẽ eſt naturæ,cuius is, in cuius locum ſubſtituitur,& ſuccedit,l.imperator,§.vlt.cum l.ſeq.ff.de leg.ij.& c.eccleſia,le j.extrà vt lit.pen. & ibi concor.in gl.in verbo,ſucceſſerunt:tum quòd ipſe quoque emptor,vt venditor,debet manere indemnis,l.debet, in fi.ff.de ædi.edi.& l.intra vtile,§.vendentibus,ff. de minorib.ex quo Bal.in c. cauſam,col.j.extra de teſti.dicit,quòd emptor,à quo res retrahitur,debet ſeruari indemnis.& eum tex.ad hoc dicit not.

9 ¶Nam & alioquin in caſu noſtro ipſe emptor duplici afficeretur iniuria:primum quidẽ, quòd cogeretur inuitus reuendere conſanguineo,contrà l.dudum,C.de contrah.emp.ſecũdò,quòd partem pretij à ſe dati ſine vlla ipſius culpa aut peccato amitteret,contra c.ſine culpa,de reg. iur.lib. 6.& ibi concord. Eſt autem receptum , non debere quempiam duplici onere aut damno affici.l. nauis,§. cùm autem, & §.cùm ergo,ff.ad leg.Rhod.de iactu,& l.cogi.§.inde quæritur,ff. ad S. C. Treb.& l.iure,ff.de iure dot.& l.ſi cùm dotem,§.ſi pater,& ibi gl.ff.ſol.mat.& l.pen.ff.de dot.præleg.& c.at ſi clerici,§.vlt.extrà de iud.& ibi cõcor.in fi.& pleniſsimè diximus ſuprà,tit.huius voluminis conſuetudinum ij.§.x.qui eſt omnium eiuſdem vol.xxiiij.

10 ¶Et hanc quidem poſtremam ſententiam in caſu noſtri retractus ſequor.Licet Fran.Ripa aliter diſtinguat in d.l.j.in fi.ff.de priui.cred. Nam aut (inquit) ſtatutũ dicit, quòd agnatus poſsit retrahere ſimpliciter , & intelligitur pro iuſto & communi pretio:aut dicit, quòd agnatus præferatur cæteris,& intelligitur pro pretio quod ab aliis reperitur. Nam & ipſe Ripa in eadem ipſa l.col.iij. nu.13.dicit,id quod dicitur,emphyteuſi finita,præferri hæredes emphyteutæ,petentes eam renouari,extraneis:de quo latiſsimè diximus ſuprà,in præfat.huius tit.nu.41.huc item pertinet,& ſeq. ita intelligi,ſi modò ipſi hæredes tantum pretium offerant , quantum ab aliis extraneis reperitur. Super eo autem,quod de fraude ſuprà diximus,vide quæ dicam infrà,§.ſeq.in verbo, *ſans fraude*. Sed interim vide Ar.Ferro.in conſue Burd.hoc eo.tit.§.vij.in fi.vbi id dicit, quod ſuprà in prin. diximus,ſcilicet non audiendum emptorem , petentem à cõſanguineo ſibi reddi maius pretium, quàm quod dedit,quia id ab alio ſibi offeratur.

*Si uẽditur res certo pretio, & donatur quod pluris eſt, quid reſtituere debeat. cõſanguineus retrahens.*

11 ¶ Sed in hac tractatione pretij,quæro primò, Petrus vendidit Franciſco fundum centũ aureis, & id quod pluris valet,ei donat.Conſanguineus vult totum retrahere,reſtitutis tantùm illis centum aureis,venditor vult præterea ſibi reſtitui pretium eius quod pluris valet, quod ſibi fuit donatum. Aut etiam dicit non eſſe locum retractui,quia quod excedit pretium centum aureorum, pluris valet,quàm illi centum aurei:ideò non eſt iſte contractus cenſendus venditio,ſed donatio, conſiderato ſcilicet eo,quod præualet, iuxta ea quæ dicemus infrà, §. xxx. Aut denique paratus eſt cedere rei venditæ vſque ad concurrentiam illius ſummæ,reliquum autem vult retinere,tanquam donatum,& ſic non obnoxium retractui.Quid hìc dicendum eſt? Bal.in tract. Protomi.in vlt.q.hanc nuncupatim quæſtionẽ poſuit, ſcripſitque id tantùm reſtituendum eſſe,quod numeratum eſt,& nihilominus integro fundo cedendum:quia videmus (inquit) in ſimili,quòd victus victori non ſoluit ſalarium aduocati,qui gratis patrocinatus eſt, Bar.in l.ſtipulatus,ff. de fideiuſſ. Et quia etiam , quando partim aliquid venditur,partim donatur , & ita fit mixtio contractuum, præſumitur fraus,& reuocatur res vendita,vt not.Guil.Cu.in l.ſi tibi decem,in prin.ff.de pac.Et quia illa generalis & indiſcreta clauſula donationis eius quod pluris eſt, nihil aut certè modicum operatur:ideoque non impedit remedium l.ij.C.de reſcin.vend.Hæc ille.

*Quid,ſi eo caſu emptor dicit non eſſe locum retractui.*

*Quid, ſi cedere uelit uſque ad cõcurrentiã pretij tantùm.*

*Donatio eius, quod pluris ualet, an impediat l.ij. C. de reſcin.uẽd.*

12 ¶Cui adde in prima ratione,de aduocato gratis patrocinante,quod de ea re latè dicemus infrà,§. xxix.gl.iiij.nu.5.& ſeq.Et in ij.ratione adde item Cy.Albe.Bar.ipſum Bal.& Ang.in d.l. ſi tibi decem.in princ.& eundem Bald.conſi.149.proponitur, quòd ex cauſa,col.j.lib.1.& quæ not.in l.ab Anaſtaſio,C.mand.Et in poſtrema ratione adde etiam,quòd idem voluêre Albe.Barto.ipſe Bal. Ang.& Sal.in d.l.ij.Bar.in l.ſi quis donationis,ff.de contrah.empt.idem Bart.Imo.Raph.Co.Pau. Caſt.Alex.Fran.Aret.& Iaſ.in l.ſi quis cùm aliter,ff.de verb.obl.Bal.in l.cùm filius,§.pater,per illum tex.ff.de leg.ij.Pan.& Recentiores in c.cùm cauſa,extrà de empt.& vend.Imo.in c.cùm contingat,col.lvj.verſi.item aduerte inquantũ dixi,extrà de iureiur. Corn.conſi.11.in præſenti conſultatione,col.ij.lib.3.Ang.Aret.in §.actionum autem,col.ix.verſi.quid ſi in inſtrumento,Inſtit.de actio.vbi ponit quibus verbis in hoc vtẽdum ſit ad excludendum remedium d.l.ij. Sed & quod plus eſt Albe.in l.donari,in prin.ff. de don.tradit huiuſmodi donationem nullius eſſe momenti, quia videtur non ſpontanea eſſe,ſed ex neceſsitate venditionis , tanquam ipſe vendens nõ poſſit maius pretium habere,ideoque quod pluris eſt,donat.

13 ¶Ego tamen in caſu huius conſuetudinis reperi in primo vol.conſ.Pau.Caſt.in fi.conſi.146.incipientis,nulli dubium eſt, ſpeciem quandam alterius conſi.nihil omnino ad ipſum præcedens conſi.ſed nec ad ſequens quoque pertinentẽ,ſed hunc caſum noſtrum prorſus reſpicientẽ. Quo in loco Pau.ipſe,aut quiſquis is fuerit,aſſerit conſanguineum , qui vi huius ſtatuti vult retrahere rem certo pretio venditam,& in eo quod pluris valet donatam,debere reſtituere pretium partis donatæ,nedum id quod numeratum eſt : nec tamen eum debere ſuccumbere, ſi à principio non obtulerit,



obtulerit,dummodo poſteà lite pendente obtulerit,l.ſi rem,§.vlt.ff.de pigno.act.Et quia etiamſi non obtulit,poterat pro eo ferri ſententia ſub conditione,ſi ſoluat,per no.à Barto.in authen.hoc amplius,C.de fideic.& per l.iiij.§.illud,ff.de fideicom.liber.Hæc ibi.

14 ¶Verùm ego priori ſententiæ accedo,ſi vendens ignoranter donet : quòd ſi ſciat rem ſuã pluris valere,ſcienſque ac prudens donet,quod pluris eſt,vera eſt in eo pluri donatio:nec habet locum d.l.ij.de reſcin.vendi.vt dicit Bar.ibi,& Bald.in ij.q.Sal.in viij.q.& Ange.col.iij. & idem Bar.Imo. Raph.Co.Ro. Alex.Franc.Aret.& Iaſo.in d.l.ſi quis cùm aliter,Bal.in d.l.cùm filius,§.pater, per tex.ibi.ff.de leg.ij.& in repe.l.& ſi poſt tres,col x.verſi.ſed quid ſi quis vendit,ff.ſi quis cautio.& conſi.3.caſus talis eſt,quidam Petrutius,lib.3.& conſi.394.ſuper primo puncto , in fin.lib.4.Pet. Anch.Imo.& Panor.in d.c.cùm cauſa,& ibi quoque Ant.Burgos,col.vij.ver. circa vltimam.Maſuer.tit.de empt.& vendi.§.item ſi venditor.Alex.conſi.125.viſis & conſideratis,col.vj. verſi.non obſtat igitur primum,lib.1.Ang.Are.in d.§.actionum autem,vbi ſuprà,de actio.Soc.conſi.215.viſa prædicta,col.j.lib.2.quod repetitur conſi.22.lib.4.vbi & illud dicit,l.ſi vnquam,C.de reuo.donat. habere locum in huiuſmodi donationibus ita factis , & rurſum conſi.48. viſo inſtrumento venditionis,col.ij.ver.quartò poteſt defendi,lib.4.Steph.Betr.conſi.103.nihil,in fi.lib.1.& cõſi.169. viſis dubiis,col.j.eo.lib.1.& conſi.168.illud,paulò ante fi.eo.lib.1.& conſi.191.nihil,nu.2.eo.lib.1.& conſi.227.vidi,numero quoque ij.eo.lib.1.& conſi.328.multa,eo.lib.1.& conſi.4.parùm refert,col. ij.in prin.lib.2.& conſi.69.recordor,nu.1.lib.2.& conſi.107.etiam ſi prætendi , in princ.eod.lib.2. conſi.91.ex propoſitis,ad fi.lib.3.& conſi.284.ponitur,nu.6.& 7.eo.lib.3.Iaſ.conſi.151.cõtra conſultationem,col.ij.verſi.item in dicto,lib.4.Alcia.poſt Ro.in l.ij.in prin.nu.16.ff.de verb.obl.& eſt de mente Guil.Cu.& Bar.in d.l.ſi tibi decem,in prin.Et ita intelligi debent nonnulli,qui ſimpliciter tenent non eſſe locum d.l.ij.cùm vendens donat,quod pluris eſt,ex quibus eſt Pet. Iac.titu. de act.ex vendi.col.ij.verſi.attamen.

***Quid ſi ſciens pluris ualere, id donet.***

15 ¶Ideoque tunc,cùm ſcilicet ſcienter donatur,quod pluris eſt:illud ipſum quod pluris eſt,requirit inſinuationem,vt alia ſimplex donatio,vt tradunt ipſi Pet.Anch.& Imo.in d.c.cùm cauſa,& Ro. in l.ij.in prin.col.iiij.& ibi quoque Alciat.nu.16.ff.de verb.oblig.per l.cùm hic ſtatus, §. pen.verſi. idem reſpondeo,ff.de dona.inter vir.& vxo.& l ſi quis donationis,ff.de contrahen.emp.& idem quoque voluit Alex.in d.l.ſi quis cùm aliter,col.iiij.ver.item quæ ſunt,ff.de verb.obli. vbi tamen ſubdubitat. & Firmia.in tract.gabel.in iij.parte viij.partis prin.in xij.q.in fi.Soc.d.conſi.215. col.1. lib.2.Et reprobat Ro.vbi ſuprà, Calde.aliter tenentem conſi.2.titu.de emp.& vendi. hac ratione motum,quòd inſpicitur id quod principale eſt,argu.l.ſi quis nec cauſam,ff.ſi cer.peta. quæ ratio etiamſi quid ponderis habet , nihil tamen ad caſum noſtrum pertinet : & de ea latè diximus in repet.l.d.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.4.id quod primo loco, & ſeq.C.de reuoc. donat.& dicemus etiam infrà,eo.tit.§.xxx.in gl.j.nu.2.& ſeq.

*Donatio eius, quod pluris eſt requirit inſinuationẽ.*

16 ¶In hoc autem,de quo principaliter tractamus,illud animaduertendum eſt , quòd ſi illa clauſula ſit perfunctoriè,& veluti ex more & ſtilo notariorũ poſita,vt in multis locis fieri aſſolet,& propè ſemper,vt atteſtatur Ang.expreſsim de hoc ipſo loquens,in d.l.ij.C.de reſcin.vend.crederem eam nõ eſſe magni momenti:tũ per ea,quæ ſcripta ſunt ab iis quos citauimus:tũ & per ea quoq; quæ latè diximus in d.l.ſi vnquam,in prin.nu.122.ad huius tamẽ poſterioris.At ſi ex animo,non leuiter,neglectim,nõ oſcitãter,fuerit appoſita: quod ex verbis & forma eius donationis apparêre poteſt,& ex qualitate & cõditione contrahentiũ,vt etiã videtur intellexiſſe Bar.vbi ſuprà,& Car. Molend.de hoc retractu loquens,in conſue.Pariſ.tit.j.§.xiij.gl.v.in xij.q.certè ſcienter videtur appoſita,vt donationem eius quod pluris eſt,operetur.Id quod totum arbitrio iudicis relinquẽdum eſt,vt etiam tradit Fabia.à Monte S.Sab.tracta.de emp.& vend.in viij.parte prin.in iiij.q.

17 ¶Vt tamen te nõ fugiat,quod ſcripſiſſe dicitur Azo ille,vbique à noſtris laudatus,in Summa,tit. de reſcin.vend.quòd ſi vẽditor dicat ſe donare quod pluris res vẽdita valet,pro meritis & ſeruitiis emptoris,nõ eſt locus d.l.ij.de reſcin.vẽd.Ita enim eũ refert,& ſequitur Bal.in l.ſi quis donationis,ff.de contrah.emp.quaſi ſcilicet propter eam mentionem meritorũ id videatur fuiſſe ſeriò & ſcienter factũ,quamuis Azo in meo Codice nihil dicat de meritis. Et facit etiam, quod ſcribit idem Bal.in l.per diuerſas,in iij.q.C.mãda.& Alex.conſi.28.in cauſa,col.ij.verſi.tertiò reſponderi poteſt,lib.5.Multi autem ex ſuprà dictis,aſſerunt non inutilem eam eſſe donationem,ſi facta fuerit cum dictione vniuerſali,videlicet,id totum quod pluris valet,ſiue quantuncunque,&c.

*Quid ſi ea donatio fiat pro meritis.*

*Quid ſi fiat cum dictione uniuerſali.*

18 ¶Igitur vt concludamus caſum,qui ad noſtrã conſuetudinẽ pertinet,ſi is,qui vẽdit,donat quod pluris eſt ſciẽter & ex animo,vt ſic donatio ſit exiſtimãda in eo quod excedit pretiũ: tũc vt ſciamus,an ſit locus retractui,id certè ſequi debemus,quod de permutatione ita facta,vt alter cõtrahentium pretio ſuppleat quod pluris eſt,latè dicemus infrà eo.ti.§.xxx.vbi inſpicitur,vtrũ maius ſit pretiũ,an ſpecies.Id quod etiã in hac ſpecie,de qua hìc tractamus,ſecuta eſt cõſuetudo Aruerniæ,tit.*de retraict*, c.35.& ſeq.Borboniorum autẽ conſuetudo, c.451. cenſet rem ita venditam eſſe obnoxiam retractui,reſtituto tantùm pretio vẽditionis, nulla omnino huiuſmodi donationis ratione habita.Idemque in ſimili caſu ſtatuit eadẽ cõſuetudo,c.401.Verùm apud Aruerniẽſes,hoc tit. *de retraict*, c.35.aliter ſtatuitur,vt ibi videre poteris.Porrò Chaſſe. hoc eo.tit. *de retraictz*, §.j.in verbo, *le pris*, col.j.verſi.ſecundò quæro,tradit ſimpliciter hãc donationem eius quod pluris eſt, eſſe partem pretij,idq; proinde eſſe reſtituendum à proximiore retrahente venditori, per l.fundi

*Deciſio prin. quæſtionis.*

*Cõſuetudines de ea re.*

partem, & ibi nota per Albe.ff.de contrah.empt.quod non omnino verum eſſe ſatis conſtat ex præcedentibus:ideóque illum in hoc carpit D.Boër.deci.cxliij.& quo ad ſecundã,vbi & in hanc ſententiam iudicatum dicit in curia Burdigalenſi.Et idem quoque quæri poteſt in retractu conuentionali,ſi nihil aliud dictum ſit,quàm vt vẽditor poſsit redimere. Et ex his quoque intelliges, quid dicendum ſit,ſi res vendita ſit certo quopiam pretio,ex quo venditor donat vel remittit emptori portionem an ſcilicet conſanguineus debeat integrum id pretium reddere, an verò poſſit deducere,quod donatum eſt,vel remiſſum.De quo etiam per Carol.Molen.in conſuet. Pariſi. tit.j.§.xiij.gloſ.viij.in j.quæſtione,iterúmque in iij.videre poteris.

*Quid ſi uenditor donat partẽ pretij.*

19 ¶QVAERO ſecundò,quid è diuerſo,ſi is qui emit,etiã donat:verbi gratia, Titius emit fundum centũ aureis,& in eodẽ inſtrumento,vel paulò pòſt donat alios centũ aureos venditori propter merita,quod & ego vidi ex facto aliquando cõtingere,& interrogatus,an iſte emptor debeat ſoluere laudimia,nõ ſolùm ex prioribus centũ aureis,impoſitis in pretiũ venditionis,ſed & ex aliis quoque donatis:& vtrũ etiã cõſanguineus,qui vult eum fundũ retrahere,teneatur ſoluere vtroſque centũ aureos,an alteros tãtùm:(& idem etiã quæri poteſt in retractu cõuentionali)reſpondi, quãtùm ad laudimia,cùm ea donatio facta eſſet in cõtractu venditionis,vel ſtatim poſt, quod idẽ eſt,vt latè dicemus infrà,tit.procedẽte,§.j.in verbo,in limine contractus,quæ eſt gl.v.fere per totum,videtur eã eſſe factã contẽplatione & cauſa ipſius vẽditionis,eſſéque veluti acceſsionẽ pretij eius venditionis,vt quæ ei inſit,l.iuriſgentiũ,§.quinimo,ff.de pact.cum multis ſi.à me congeſtis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus, nume.101.ſed & hoc tamẽ,& ſeq. Ideóque ſoluenda eſſe laudimia ex vtroque pretio,eámque donationis appellationem in fraudẽ domini videri appoſitã,niſi emptor probaret ea merita interueniſſe, quæ huiuſmodi donationem mererentur,ar.l.qui teſtamentũ,ff.de proba.cum ſi.In huius tamen rei reputatione conſiderandã eſſe ac inſpiciendam fundi vẽditi veram æſtimationẽ,an ſcilicet ei cõueniat illud primum pretiũ,ſine additamento alterius, ar.eius quod in ſimili tradit gloſſ.notab.in l.j.§.j.in verbo,agendo,& ibi Bart.qui eam dicit valde not.ff.de ſuperfi.& Bal.in l.ex conuentione,C.de pactis,cum ſi.

*Si is,qui emit, donat aliquid ultra pretiũ, an retrahẽs id reſtituere debet.*

20 ¶Quantùm autem ad retractum,nihil eſt quod emptor queri poſsit, ſi conſanguineus vult tantùm ſoluere illos centum aureos pro pretio inſcriptos,non etiam alios,quos ipſe iam aſſeruit donauiſſe pro meritis,vel ſimpliciter in eo ipſo contractu,ex quo ius eſt quæſitum conſanguineo, in cuius præiudicium retractare non poteſt,quod à ſe factum eſt , l.vlt. ff.de pactis , cum multis concord.à me collectis infrà tit.proximo,in verbo,*ſeront preferez*,quæ eſt gl.vij.num. 20.neque id quidem mirum,& ſequen.Nimis enim indignum eſt , vt quod is ſua voce dilucidè proteſtatus eſt,id poſtea infirmet,teſtimonióque proprio reſiſtat,l.generaliter, in fin. C. de non nume.pecu. Quam enim ob rem,ſi Diuis placet,is dicet partem illam pretij in titulum & appellationem donationis conuertiſſe,niſi vt fraudem domino faceret,minúſque laudimiorum ei ſolueret.Sed ille mox audiet,fraudem feciſti,fraudem patere:vt id fiat,quod ſcribitur in l.ſed & partus,§.j.ff.de eo quod metus cau.quod fecit,paſſus eſt.Atque illud Auſonianum in Trimetris,

*Fraudem feciſti, fraudem patere.*

*—Compedes*
*Quas ipſe fecit,ipſus vt geſtet faber.*

Illud quoque Gellij,ex antiquioribus,lib.iiij.Noctium Atticarum,c.v.

*Malum conſilium conſultori peſſimum.*

*Malum conſilium, cõſultori peſſimum.*

Quod & è noſtris aduocat Maria.in repe.ca.ad audientiam,in lxxvij.q.vij. q. princ.extrà de homi.& in cle.j.de foro cõpet.Et vt ſcribit Eccleſiaſticus,ca.xxvij. Facienti nequiſsimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur.Et diuinus ille Poëta Pſal.vij.Incidit in foueam,quam fecit.Nam nec auditur fraudem ſuam allegans,Bart.in l.poſt contractum,col.iij.verſ.ſed an venditor, ff.de dona.& conſil.lxv.Petrus Nicole,in prin.Bal.in l.emptione,circa medium, C.plus valere quod agit:Petr. Anch.cõſ.ccxxvj.ad corroborationem,col.j. Scribitur enim in l.cùm profitearis,C.de reuocan. don.cùm profitearis te in fraudem alterius te donaſſe,profeſsionem inhoneſtam continere intelligis,& in l.ſi creditoribus,C.de ſer.pig.dat.manu.vbi ita ſcribitur,Nam ipſe manumiſſor, ſi fraudem ſe feciſſe creditoribus vt reuocet libertates,audeat dicere,audiri nõ debet, nec hæredes eius. Et optimè facit l.tranſactione finita,C.de tranſac.& l.filios,C.de reuocand.his, quæ in fraudem credit.& cap.inter dilectos,extrà de donat.cum concord.vbique à gloſſ.adductis.

*Fraudem aut turpitudinem ſuam allegãs, an audiatur, uide xxiiij.& xxv.& lxxij*

21 ¶At dicet quiſpiã,quomodo aſſumemus diuerſam interpretationem in eadẽ re,vt ſcilicet quantùm ad dominum,non ſtetur ei donationi:quantùm autem ad conſanguineos ſtetur?cùm vna eadémque res non poſsit diuerſo iure cenſeri,l.eum qui ædes,ff.de vſucapi.& l.j.verſi.nec ratio patitur,ff.de re. permut.& l.iam hoc iure,ff.de vulg.& pupil.ſubſti.& l.Titiæ,ff.de condi.& demõ. & ca.cognouimus,xij.q.ij.& ca.cùm in tua,de deci.& cap.quia circa,de priuil.& cle.j.de elect.cum multis concord.à me adductis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu. 284.tertia ratio.Nec poſsit quoque eadem res contrarios effectus operari,cap.ſi quis cùm in ægritudine,lviij. diſtinc.& cap.ij.verſi.ſed adhuc,& ibi gloſſ.in verbo , incompatibilia , extrà de Baptiſ. Contraria autem ſunt,vt ſtetur,& non ſtetur eidem donationi,vt videre eſt ibidem.

*Eadem res an diuerſo iure cenſeri poſsit.*

22 ¶Cui confeſtim illud reſpõdeo,non eſſe nouum,aut mirandum,vt etiam idem verbum eodem in loco diuerſis reſpectibus diuerſimodè accipiatur,gl.in l.ij.in verbo,manumitti,ff.de offic.Procon. quæ id multis iuribus probat:& in l.Plautius,in verbo,procuratorem , ff. de procurat.& in l.certi condi-

*Verbum unũ eodẽ loco diuerſimodè accipi.*



condictio,in princ.in verbo,non potero,& ibi Alber.col.iiij.verſi.ſecundò notandum , ff.ſi cert. peta.& in l.contractus,in princ.C.de fid.inſtru.& in l.j.in gl.vlt.C. de pœna iudi.qui malè iudic. & in c.j.§.callidis,in verbo,reuertatur,tit.de prohibi.feud.ali.per Fede.& in c.Raynaldus, in verbo,legauit,de teſta.& in cap.auditis,in verbo caſſatam,in princ. de elect. Et probatur etiam in l. pater Seuerinam,§.conditionum,& ibi glo.Bart.& alij,ff.de condi.& demon. & in l.j.& ibi Iaſ.in ij.notab.C.de Carbo.edicto.& in l.j.& ibi glo.in verbo,cadere.Oldr.& Albe.C. de reſti.in integ. mino.& in c.cùm dilectus,& ibi gl.in verbo,electio,Card.& Panor.col.v.ſuper eadem gloſ. extrà de conſuet.& in c.magne,vbi & idẽ Pan.in iiij.nota extrà de voto.& in c.quod in dubiis, iuncto c.inter alia,quod illud confeſtim ſequitur.vbi & ipſe Panor.& Fel.de ſen.excom.& voluit item Hoſtien.in c.plerunque , poſt princip.de reſcrip.Archi.in c.presbyterum,in verbo, præcipimus, xxviij.diſt.& in c.ſic viue,in verbo elegerit.xvj.q.j.Ang.in l.Papinianus , §.ſed nec impuberis,in fine,ff.de inoff.teſt.Ro.conſi.cccclxxx.in caſu,col.j.& latè Barb.qui propè vbique tex.in d.c.cùm dilectus,dicit ad hoc ſing.in l.j.in princ.col.iij.verſ.dicunt hìc Doct.ff.de verb.obl.& conſ.xxvij. ſcripſit,col.xv.& ſi dicatur quòd vna,lib.j.& conſi.lxiiij.ſcribitur libro Heſter , col.viij. verſ.item poteſt etiam dici,eod.lib.j.& conſi.xvij.clementiſsimi,col.vj.verſi.præterea pondero,lib.ij.& conſi.xxxiiij.præclarè,col.xiiij.verſi.nec obſtat,cùm allegatur eo.lib.ij. & conſi.xliij. ſempiterna, col. pe.eo.lib.ij.quibus locis & alia ad hoc allegat.& Philip.Dec.in l.in teſtamento, col.iij. verſ.tertiò regula,poſt Alex.ibi.C.de teſta.& in c.quoniam abbas,in prin.de offi.deleg.

23 ¶Nam & eadem res ex diuerſis cauſis & rationibus poteſt diuerſo iure cenſeri , vt probatur in l. miles,§.pro parte,ff.de leg.ij.vbi in prælegatis pars habetur iure hæreditario , pars iure legati.Et voluit Bal.per eum text.in l.filium quem,col.iij.in iiij.oppo.C.fami.erciſc.& Pan.in d. c. cùm in tua,paulò ante fi.de dec.Quin duo contraria ex re eadem poſſe procedere diuerſis reſpectibus, tradit gl.in c.ij.in verbo,lex ciuilis,de arbit.li.vj.Anto.in c.vlt.in lect.col.pe.& ibi Panor.ſuper gl. in verbo,rationabilis,in fi.& Rochus Cur.col.xxiiij.verſ.limita tertiò,extrà de conſuet. & Domi. qui multa eius rei exempla poſuit,in c.illud.xij.diſt.Quibus cõcinens Ariſtoteles li.iij. Phyſicorum,tradit eandem cauſam interdum eſſe contrariorum effectuum diuerſis rationibus.Cui concinens Galen.lib.iij.de Simplicibus medicamentis,ca.xiij. & ſeq.oſtendit ſimplicia medicamenta vires nonnunquam contrarias obtinere,diuerſis rationibus:quod & noſtri admittunt,vt per Bar. in l.ſi pupillus,in prin.in ij.opp.& ibi quoque Ang.& Pau.Caſt.ff.ad legem Fal. Hincque reprobare poſſumus,quod approbauimus,diuerſo reſpectu,l.Pomponius,ff.de neg.geſt. & l.iij.§.vlt.ff. rem rat.hab.& l.cùm interdictæ,C.arbi.tut.& per eos text.voluit Bal.in c.cùm Vintonienſis,paulò ante fi.de elect.Et quis ex eodem facto poteſt conſequi præmium & damnum diuerſis reſpectibus,vt patet ex c.inter opera,extrà de ſpõſa.iuncto ca.maritum,xxxiij.diſtin.& declarat Ioan. And.in ca.imputari,de reg.iur.lib.vj.in Mercur.& Collect.in cap.dilectus,extrà de reſcri. De quo & nos multa ſcripſimus in noſtro tractatu Nobilitatis , quo loco diſſerimus de nobilitate iudicum,{ſcilicet c.xxviij.nu.10.illud mox reſpondeto,& ſeq.}vbi omnino vide.

*Diuerſis reſpectibus eadẽ res diuerſo iure cenſetur.*

24 ¶Sed & aliud eſt,quod in hoc noſtro caſu facit pro emptore:quia id quod ſuprà diximus, non licet allegare ſuam turpitudinem,intelligitur agendo:excipiẽdo autem id licet,vt dicit Bal.in l.poſt mortem,ad fi.ff.de adop.Imò verò & replicando quoque, ſiue adiuuando ſuam intentionem,id etiam actori licet facere,ex ſententia Bar.in l.iuſiurandum quod ex conuentione, §.procurator, col.pen.& vlt.ff.de iureiu.& ipſius Bal.in l.j.col.ij.verſi quæro hìc vtrùm iſte,& iterũ in l.ij.C.de cõdi.ob tur.cau.& Philip.Deci.qui id dicit not.conſ.xiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,vtrùm valeat aditio,col.vlt.& cõſ.cccccIxxxvij.corã magnificis,col.vlt.verſ.ad hoc reſpõdetur,& Io. Bapt.Caſtel.in ſua diſput.incip.magnificus,charta pen. verſ.item & tertiò. Nam exceptio & replicato à pari procedunt,l.ij.ff.de excep.Io.And.& alij,in c.ij.extrà eo.Hìc igitur cùm emptor reus ſit , & excipiat de fraude pretij,nihil eſſe videtur,quod impediat huiuſmodi allegationem,excipiendo.

*Allegans turpitudinem.*

25 ¶Sed hoc certè non eſt perpetuum:ſed multas declarationes,reſtrictiones,& diſtinctiones recipit, vt videre licet apud Bar.vbi ſuprà,quem ad hanc rem videre poteris, & Alb.in l.tranſactione finita.C.de tranſact.Imo.& Car.Flor.in c.inter dilectos,& ibi quoque latè Barb.col.1.2.& 3.de don. Panor.poſt Anto.in c.cùm ſuper,col.vlt.de conceſ.præb.& Cæpol.cauſa.criminal.conſi.lix.Franciſcus,col.j.verſ.nec obſtat,dum dicitur,& multis ſeq.& col.ij.verſi.tertiò,& verſi.quartò.Barb.in repet.c.cùm M.Ferra.col.xl.nu.111.& ſeq.& ibi Frã.Ripa.nu.61.de conſt.& Fel.poſt alios,in c.lator,col.j.& ij.extrà de re iud.Soc.conſi.cclxiiij.viſis inſtrumentis,in v.q. Carol. Rui. conſi.cxxv. viſo themate,col.ij.nu.4.lib.j.& conſi.cxlij.caſus de quo,col.iij.nu.7.eo.li.j.& conſ.lxxviij.proſequendo,col.iij.verſi.cõtra prædicta,& iij.ſeq.lib.iiij.& conſ.cxxxij.viſa confeſsione,col.iiij.nu.10. eo.li.iiij.& conſi.lxxij.prima,col.j.nu.2.lib.v.Et dicemus aliquid infrà in hac eadem gloſ.in viij. quæſt.nu.72.aut etiam.Sed vnum interim non omiſerim,Barb.conſi. viij. illud afferam , col.vlt. lib.iiij.poſt alios ab eo citatos,in ea fuiſſe ſententia,vt liceat contrahenti dicere contractum vſurarium etiamſi ſuam turpitudinem alleget.Sed hoc vtique verum eſt in eo qui dat , vt hinc lucrum aut commodum percipiat,vt videre licet apud omnes qui de ea re locuti ſunt.

*De eadem re.*

26 ¶QVAERO igitur & tertiò,quid ſi pretium eſt mille aureorum ſolarium , quorum ſinguli tempore venditionis valebant xlv.ſolidis noſtris,vt nũc cùm hæc commentamur,valẽt noſtri Principis edicto:mox autẽ à Principe augetur pretiũ,vt ſæpe fieri vidimus,vt cùm cõſanguineus vult

*In retractu,an pretiũ monetæ uẽditionis,*

*an ipſius retractus inſpiciatur.*

retrahere,valeant xlvj.ſolidis,aut è contrario eorum pretium minutum eſt:vtrum horum pretiorum inſpiciendum ſit,cùm ſit retractus:an prius illud,quod fuit tempore contractus:an poſterius,quod currit tempore retractus,vide gloſ.in c.quis ignorat,xxxij.q.iiij.& in c.conquerente,in verbo,ſolidos,extrà de offi.ord.Doct.in l.cùm quid,& in l.vinum,& in l.quod te,ff.ſi cer.pet. & & in c.olim,& in ca.cum canonicis,extrà de cenſi.& in cle.ij.de deci.Inn.Hoſti.Io.And.Collect. Bal.Henri.Boh.Ant.Imo.& Pan.latè in c.quanto,de iureiu.Hoſt.in ſumma,tit.de cenſi.§. ex quibus,verſ.quid ſi moneta mutetur.Spe.& Ioan.And.in tit.de obli.& ſolut.§.nunc aliqua,verſi.vlt. Oldr.conſi.xiij.cùm quæſtio eſſet,& conſi.xxxj.thema tale eſt,quidã condens teſtamentũ. And. Iſer.in ca.j.tit.quæ ſunt regal.Cy.in l.minorum,in ix.q.verſi.reſtat modò,C.in quib.cau.in inte. reſti.non eſt neceſ.Collec.in c.indicante,col.j.verſ.quid ſi teſtator,extrà de teſta.& in c. Odoardus,col.ij.verſi.ſed quam pecuniam,de ſolu.Bart.Bal.Albe.Ang.& Raph.Co.in l.Paulus,la j.ff.de ſolu.Bart.in l.cùm certum,ff.de auro & argen.lega. & l.nummis,ff.de in litem iuran.& in l.res in dotem,ff.de iure dot.Bal.in l.illud,col.vlt.verſi.vltimò quæro,C.de ſacr.eccl.& in l. acceptam,in xvij.q.C.de vſur.& in l.vlt.in prin.col.j.verſi.itẽ quæro quid ſi aurei,C.com.de leg.& in l. ſi quis argentum,in prin.col.ij.verſ.conſului pauci ſunt dies,poſt Cy.ibi.C.de dona.& conſil.ccccxcix. quæſtio iſta,lib.j.& conſ.ſeq.quod eſt vlt.eius lib.incip.in quæſtione qua quæritur,& conſ.cclxix. ſuper eo quod quæritur,li.ij.& conſ.ccxiij.punctus quæſtionis talis eſt,dati fuerunt,lib.v. Albe.in l.ij.col.penul.verſi.deinde quæro,ſi emphyteuta,& ibi Iaſ.col.xxvj.in xxxvj.q.C.de iure emphy. Ioan.Fab.in d.§.j.inſti.quib.mod.tol.obliga.& in auth.hoc niſi,C. de ſolu.Imol.in l.in ratione, §. diligenter,ff.ad leg.Falcid.Pau.conſ.lvj.quòd ſolutio,lib.ij.Ro. conſ.cxxiij.circa primũ.Ioan.Ana. in cap.j.col.j.verſ.vtrùm autem,extrà de Iudæis.Pet.Ferra.tit.for.libel.in actio.hypo.in verbo,relaxãdum iure pignoris,col.j.verſ.quid ergo ſi miſſo,& multis ſeq.vſque ad fi.huius gl.Fran. Are. conſi.xj.procedendum eſt & conſil.lxxxiiij.diligenter,col.j.& conſil.cxj.conſideratis,col.j. Calca. conſi.xiiij.Manfredus,& conſ.ſeq.viſo inſtrumento,col.xij.verſi.& pro vera declaratione. Corn. conſi.cclxxxvij.in hac conſultatione,col.pen.verſ.deueniendum, & ſeq.vſque ad fi.conſi.lib.j.& conſi.clxxxj.viſis nonnullis,charta pen.col.vlt.verſ.reſtat vt deueniam ad tertium,lib.ij. & conſ. ccxxxj.de pluribus,col.pen.verſi.reſtat vt deueniam ad dubitationes,& ſeq.lib.iij.Barb.conſi.xix. clementiſsimum,per totum,lib.iiij.Iorda.Bricium in tract.monetæ,qui eſt inter tractatus Io.Ray. ferè per totum.Guid.Pap.deci.Delphi.ccccxciij.ſi fiant monetæ.Maria.Socin.conſil. vj. prædicta conſultatio,lib.j.& conſi.ccxcviij.pro fundamento,per totum,lib.ij.Hiero.Cag. loquentem de retractu conuentionali,in repe.l.ij.in xxxj.quæſt.C.de pact.inter empt.& venditorẽ.Matthæ. Affli. deci.Neapol.xc.hoc tempore,& iterum deci.cxciiij.filiusfa.Stepha.Bertr.conſ.clxviij.illud eſt certum,in prin.lib.j.& conſi.cclxj.viſo themate in ij.dubio,eo.lib.j.

27 *Quid ſi moneta bonitate intrinſeca facta eſt deterior.*

¶Ex qvibvs etiam, aut certè bona eorum parte,intelliges,quid dicendum ſit,ſi ea moneta, quæ ſolui,aut reddi debet,ſit deterior non quidem æſtimatione communi & vſuali, ſed bonitate intrinſeca:verbi gratia,aurei qui tempore venditionis valent xlv.ſolidis,eodem ſunt valore, cùm fit retractus:tamen ex edicto principis facti ſunt aurei huiuſmodi,auro non adeò puro puto, vti erant : vtrùm tunc conſanguineus cogetur accipere hos nouos aureos.De quo, vt iam diximus, comperies apud multos ex iis,quos citauimus in præcedenti verſ.Sed præter eos,vide Cor.conſ. cix.viſo puncto,in prin.lib.iiij.vbi dicit hanc eſſe omnium propè ſententiam,vt ſi poſt contractũ pecunia fiat deterior bonitate ea intrinſeca, debet ſolui ac reddi ſecundùm bonitatem temporis contractus,non ſolutionis:etiamſi nulla mora eius,qui reddit pecuniam,interceſſerit.De quo etiã per Sign.conſ.lxxiiij.quæſtio talis ponitur,quidã colonus,& Steph.Bertr.conſi.cccxij.viſis & diligenter,col.j.lib.j.& Nicol.Mil.in ſuo repertorio,verſi.pecunia.& latè per Ant. Rub. qui & alios citat,conſi.xvij.præſupponitur in facto,vbi etiam loquitur de retractu conuentionali; & iterum conſi.xlviij.viſo inſtrumento,vbi & in eadem ſpecie loquitur.

28 *Quid ſi moneta in contractu uẽditionis ſit æſtimata.*

¶Qvarto quæro,quia ij,quos citauimus in præcedenti quæſtione,loquuntur, cum ſimpliciter facta mentio eſt certæ ſpeciei monetæ ſine adiectione valoris ipſius, vt ſi quis emerit centum aureis,ducatis,nobilibus,& cæteris huiuſmodi. Quid igitur ſi adiectus fuerit valor, vt ſi dictum ſit,rem emptam centum aureis ſolaribus,quorum quilibet tempore venditionis valet quadragin taquinque dozanos,vt vulgò vocamus.Nam ſæpe apud nos ita fiunt venditiones, *pour le pris de cent eſcus ſol,valent à preſent chacune piece quarante cinq ſolz*:vtrum tunc idem dicendum ſit,ac ſi id adiectum non fuiſſet,tanquam ſcilicet eius expreſsio,quod tacitè inerat, nihil immutet conditionẽ iuris,l.non rectè.C.de fideiuſ.& l.aliquãdo.ff.de condit.& demõſt. An verò ea res faciat perpetu ameius monetæ æſtimationem,licèt poſteà valor immutetur, arg.eius quod dicitur æſtimationem facere venditionem,rémque ita æſtimatam manere periculo ſiue damno vel lucro eius, qui eam accepit,l.j.§.æſtimatarum,& §.æſtimatas,C.de rei vxor.actio.cum concord.à me traditis ſuprà,eodem §.gl.xiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.xx.nam & aliàs.& iterum nu.108. ex his autem.Sed tu de hac noſtra quæſtione priuatim vide Barb. conſ.xix.clementiſsimum, lib.iiij. & etiam Franc.Aret.conſi.lxxxiiij.diligenter,col.vlt.verſi.venio igitur.

29 *Quid,ſi moneta à Principe ſit abolita.*

¶Qvinto quæro,quid ſi venditio facta ſit pretio centum ducatorum,& poſteà intra annum retractus id genus monetæ à Principe eſt abolitum,atque interdictum:vtrum emptor tenebitur à conſanguineo veniente ad retractum, & centum ducatos nunc prohibitos offerente, eoſdem recipere,



recipere,& ſic eum admittere ad retractum:an verò audietur poſtulans ſibi reddi pretium in alia moneta cuius vſus nõ interdictus eſt.vide Cy.poſt Petr.Ia.& Odof.in d.l.in minorũ, in ix quęſt. vbi ſuprà.C.in quib.cau.in inte.reſti.non eſt neceſ.& Collect.in c.j.col.ij.verſic. ſed quid ſi mutuaſti,extrà de cõmod.& Bar.in d.l.quod te,ff.ſi cer.pet.& ibi pleniſsimè Alex. qui alios multos citat, col.ij.verſ.iuxta hîc tradita, & multis ſeq.& ibi quoque Fran.Ripa nu.24.ff.ſi cert.pet. vbi omnino videas,& præterea Bal.in l.vlt.col.j.verſ.ſed pone iuro,C.de non numera.pec.& Card. Flor.poſt alios multos ab eo allegatos,in cle.ij.in xiij.quæſt.de deci.& Io.Fab.in l.acceptam , ad fi.C.de vſur.Et quæ dicemus infrà,eo.§.gl.xx.in verbo,*d'or ou d'argent*,in vlt. quæſt.& in ſeq.tit. §.iiij.gl.ij.nu.1.Et id quoque intelliges ex multis,quos citauimus in tertia quæſt.

*Si pretiũ uẽditionis ſit in auro, an oblatio fieri poßit in argento aut moneta alterius ſpeciei uel formæ.*

30 ¶Sexto qvaero,ſi pretium venditionis eſt centum aureorum coronatorum:an audiendus eſt conſanguineus,qui vult reſtituere pretium in moneta argentea,aut etiam aurea, alterius formæ,ſcilicet aureorum ſolarium,aut veterum,quos vocamus.vide tex.Bar.Ang.& alios in l.Paulus,la j.ff.de ſol.gl.Bal.Fran.Are.Iaſ.& Phil.Dec.in l.ij.§.mutui datio,ff.ſi cert.pet.Io.And.in c.peccatum,ad fi.j.art.in Mercu.de reg.iur.lib.vj.Bart.in l.quæ extrinſecus,ff.de verb.obli.Ioan.Fab.in d.§.j.Inſt.quib.mod. tol.oblig.Bal.in d.l.ſi quis argentum,col.ij.verſi.quærit gl.quid in pecunia, C.de dona.& conſi.cxxx.quia obligationes,lib.v.Maſuer.tit.de ſol.§. item ſi ſis obligatus. Ioan. Plat.in l.j.C.de collat.æris,lib.x.& in l.j.C.de vete.numiſ.pote.lib.xj.Maria. Soci.d.conſi.vj. prædicta conſultatio,col.j.& ij.& Fran.Curt.ſeniorem in tract.monetarum,in ix.quæſt.& ex ſcriptis in iis locis,facilè intelliges quid hîc dicendum ſit.

*Cõſuetudines de eadem re.*

31 ¶Ex conſuetudine autem expreſſa Borboniorum,ca.cõſuetudinum eius loci 432. ſatis eſt pretiũ reddi in moneta aurea vel argentea, etiam ſi non ſit eiuſdem ſpeciei. Et id quoque in omni caſu obſeruari de conſuetudine tradit Bart.in l.diuortio,§.ob donationes,circa medium,ff.ſol.matr.& in l.j.§.vltimo.in fi.ff.de aur.& arg.leg.Huius autem rei conſuetudinem eſſe obſeruandam,tradit ipſe Bart.in d.l.quæ extrinſecus,& Bal.in d.l.ſi quis argentum,vbi ſuprà,& Ioan.Plat.in d.l.j. C. de collatio.æris lib.x.& in l.j.C.de arg.preti.eo.li.x. & omnes paſsim de hac re loquentes. At ex conſuetudine Niuernienſi tit.*de retraictz*,§.xiiij.non refert,ſoluatur pretium in auro,aut argẽto, etiam ſi non ſit eiuſdem ſpeciei,cuiuſmodi pretium erat,niſi interſit emptoris.De hac autẽ quæſtione nuncupatim tractat Carol.Molend.conſuetudinum Pariſi.tit.j.§.xiij.gl.viij.in ij.quæſt.

*Si in uenditione non fuerit ſolutum integrum pretiũ, an conſanguineus id ipſum nihilominus ſoluet.*

32 ¶Septimo qvaero,Si in ipſa venditione non fuerit ſolutum integrum pretium,ſed vel totum ipſum,vel partem eius promiſit emptor ſoluere intra aliquod tempus,& interim conſanguineus vult trahere, & offert id tantùm pretium,quod ſolutum eſt,& promittit , cùm dies reſidui ceſſerit,idipſum ſoluere,& liberare emptorem.At emptor poſtulat ſibi in integrum pretium ſolui,cùm in id ſit obligatus.Cæpolla conſi.cauſſarum ciuilium xlvj.circa dubia, col.ij. nuncupatim de hoc caſu loquens,in ea eſt ſententia,vt ipſe conſanguineus debeat totum ſoluere:quia ſtatutum(inquit)non diſtinguit,ſoluerítne emptor totum pretiũ,an partem:ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio,ff.de Publici.in rem actio. Cuius hæc verba ſunt , maximè ad hunc locum pertinentia:De pretio nihil expimitur:vnde poteſt coniectura capi , quaſi nec ſententia Prætoris ea ſit,vt requiratur, an ſolutum ſit pretium,an non.Et etiam ſuadet(inquit)ratio,ne emptor duplex damnum patiatur:vnum,quod ab eo auocetur res empta,contra l.dudum,C. de contrahen. emp.alterum,quòd non ſit ſecurus de pretio.Hæc Cæpolla.

33 ¶Cui quantùm ad rationem duplicis dãni,adde quæ diximus ſuprà in eadẽ gl.nu.ix.nam & alio qui.Quantùm ad rationem ſecuritatis,adde etiam multum intereſſe,an apud te habeas pretium, quo tu te poſsis illico cedente die liberare ab ea obligatione ſoluendi pretium:an verò actionem tantùm aduerſus alterum,vt id faciat,arg.l.minus,ff. de reg.iur.& l.ſi debitor, in fi.ff.de furt.& §. furti autem,Inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.& eorum,quæ dicemus infrà eo.tit.§.xxix.in glo.ij. nu.3.nec ſatis facit.Nec ideò obſtare videtur,ſi conſanguineus offerat emptori cautionẽ de reſtituendo pretio die cedẽte:quia ſatius eſt ſuam ſibi rem ſaluã fore,quàm tabulas cautionis habere, atque incertum illius euentum ſpectare,l.ſuſpectus,ff.de ſuſpec.tuto.& l.pupilli,ff.quod fal.tuto. auto.& facit l.cogi,§.ſi pater,in fi.ibi,ſub incerto cautionis,ff.ad S.C.Tre.& l.qui ita inſtitutus,§. j.ibi,propter fragilitatẽ cautionis,eo.tit.& plus cautionis eſt in rem,quàm in perſonã,l. plus cautionis,ff.de reg.iur.& melius eſt poſsidere,quã in perſonã experiri,l.j.§.j.ff.de ſuperfi.Et facit etiã in hanc partẽ bonus tex.in l.ſi cui legetur,§.vlt.ff.de leg.j.cùm dicitur,intereſt enim fideiuſſoris ſolui potius mihi,quàm ipſum conuentũ mãdati actionẽ intẽdere:nec intereſt,ſoluẽdo ſit,nécne.

*An opus ſit cautione,uide 43.44.45.46.*

*Cautionis fragilitas.*

34 ¶Ego tamen (neque enim diſsimulabo iudicium in hac re meum)diuerſum cenſeo,videlicet conſanguineum non teneri ſoluere pretium non ſolutum,& cuius ſoluẽdi dies nondum ceſsit, non magis,quàm ipſum emptorem,in cuius locum ille ex noſtra conſuetudine ſubſtituitur,atq; ſubrógatur.Ideóque non deterioris debet eſſe conditionis,quàm ipſe emptor.l.j.§.hæc actio,ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.& c.eccleſia,la j.extrà vt lit.penden.cum ſi.præſertim cùm mora ſolutionis ſit quædam veluti diminutio pretij,vt eſt tex.optimus,in l.circa legẽ,ff.ad leg.Falc.cùm dicitur, quia interuallum temporis & interuſurium huius ſpatij minorem facit quantitatem:& iterum in l.in quantitate,§.in diem,ff.eo.tit.ibi,tantò minus erogari ex bonis intelligendum eſt , quantùm interea,donec dies obtigerit, hæres lucraturus eſt ex vſuris.& idem penè text.in l.qui quadraginta,§.vltim. eod. quoque titulo.& facit tex.in l.j.§. quis creditori,ibi,propter repræſentationis

*Mora ſolutionis pretii diminutio eſt. Interuſurij habenda ratio.*

*Cõmodum repræſentationis & ſolutionis ante tẽpus cõſiderãdum.*

commodum,eo.tit.& in l.in lege Falcidia non habetur,eo.item tit.ibi,medij enim temporis commodum computatur.& in l.ſi mandauero tibi,vt pro me,ff.mand. & l.generaliter,§.ſi cui legatum,verſi.planè ſi fortè,ff.de fideicom.libe.& l.ſi cõſtante,§.quoties,ff.ſol.mat. vbi cùm quis ſoluit ante tempus,debet ei deduci interuſurium medij temporis.& in l. eum qui.§.melior , ff.de in diem addict.vbi ſi ſolutio facilior,aut maturior offeratur,melior conditio afferri videtur,etiam ſi pretio nihil ſit additum.& in l.melior,§.ſi hæres,ff.ad Trebel.& in l.ait Prætor,§.ſi cùm in diem, & §.pactum,& l.omnes,§.vlti.ff.quæ in fraud.cred.

35 **De eadem re.**

¶Ex quibus fit,vt qui antè vel poſt diem ſoluit , plus vel minus dicitur ſoluere , l.eum qui,ff.de ann.leg.& l.ſolidũ, ff.de ſolutio.& l.ſi cui,§.minus,ff.de verb.ſignifi.& §.fideiuſſores, Inſti.de fideiuſ.& §.tẽpore,Inſti.de actio.& c.j.extrà de plus petiti.& Bal.conſi.ccxj.licet vos,col.j.lib. v. Et dicitur fieri commodum creditori,ſi ante diem ei ſoluatur,eiúſque ſolius reſpectu valet legatum, l.j.§.ſi quis creditori,ff.ad leg.Falc.& l.debitor,in prin. ff. de leg.ij. Et facit l. cùm quis vxori , in prin.& iterum l.mulier,ff.de dot.præleg.cùm fit mẽtio de commodo prælegationis, & repræſentationis:& l.ſi prædio,§.j.in fi.ff.de in diem addi.Cuius autoritate Bar.in l.à diuo Pio,§.ſed ſi emptor,ff.de re iudic.dicit,vendere rem non præſenti pecunia,ſed ſolutione pretij in tempus dilata, eſt vendere minori pretio.& poſt eum Bal.in l.inciuile,circa medium,ff.de rei vẽd.& in l.& ſi inſtrumenta,poſt medium,C.de fi.inſtr.& iure haſtæ fiſca.lib.x.& Cæpo. conſi. cauſarum ciuilium x.factum.col.j.& Iaſon conſi.xxxvj.tota dubitatio,col.vlt.verſi.non video , lib.j. Et quod ſcribit Signo.conſi.xxxv.caſus talis eſt,quidam Iac.col.iiij.nu.10.Bal.conſi.clxxxv. quod poſt mortem, lib.j.& cõſi.ccxcvij.& ſi præmittere,poſt prin.lib.ij.& Ang.conſi.cxxvij.viſis.in fi. vbi dicit,quòd non eſt veriſimile debitorem ſoluere ante tempus,quia ſic donaret commodum medij temporis. & Corn.conſi.cclviij.in hac conſultatione.col.penul.verſi.tum quia fortè,lib.j.& conſi.xj.in præſenti,col.iiij.hic tamen minimè,lib.iij.& conſi.ccciij.videtur prima facie,col.iiij. verſic. ex quibus patet,eod.lib.iij.& conſi.xxxij.licet ſecundùm,col.pe.verſi.prout aliàs,lib.iiij.& Otho. Lapus inter conſi.Soci.conſi.clj.conſideratis,col.j.verſi.ſecundò conſidero,lib.j.

36 **De eadem re.**

¶Vt tamen interim non omittam,quod pulchrè ſcribit Bal.in auth.& qui iurat,col.xij. verſ.quæro mulier eſt miſſa,C.de bonis auto.iud.poſ.per d.l.ſi conſtante,§.quoties, vbi etiam Iac.ff.ſolu. mat.quòd ſi hæredes viri volunt ſtatim poſt mortem ipſius reſtituere dotem conſiſtentem in re mobili,cuius tamen reſtituendæ actio non niſi poſt annum competebat,ſecundùm l.j.§. exactio, C.de rei vxo.act.igitur ſi non expectato eo anno,vt id repetam,reſtituant dotem,poterunt detrahere interuſurium medij temporis.Quod dictum dicit mirabile,& ſequitur Alex.in l.diuortio,in prin.col.vj.verſi.plus autem & mirabilius,ff.ſol.mat.& dicit etiã ſing.Iaſ.in l.qui Romæ,in princ. in primo not.ff.de verb.obli.& Catel.Cotta memor.dos ſolu.matri.& idem voluit ipſe Bald.in l. in omnibus,in ſecunda lect.in fi.ff.de iud.dum ſimpliciter allegat Iaco.in d.§.quoties.

37 **De eadem re.**

¶Quin aliàs ſemper,ſi quando quis cogitur ſoluere ante diem , intelligitur detracto interuſurio medij temporis:vt voluit gl.not.in l.j.in glo.vlt.& ibi Cy.Bal.Ang.& Sal.C.de condi.ex lege,per d.l.ſi conſtante,§.quoties. Et ſi quis ignoranter ante diem ſoluerit, poteſt repetere id medij temporis commodum.gl.vti à multis expenditur,in l.cùm quis,& ibi Iac.Bu.Bal.ad fi.Raph. Fulg.in repe.char.vlt.& Iaſ.col.vlt.C.de iur.& fact.igno.Mart.Sil.Iac.Bu.Albe.Fulg.& Iaſ.in d.l.in diem, ff.de condi.inde.Bart.& Imo.in l.ſi ſocer,§.Lucius,ff.ſolut.mat.Imo.in c.vlt.extrà de ſol.licet & alij teneant contrarium,quos videbis apud Iaſ.in d.l.cùm quis,& in d.l.in diem.

38 **Dies ſolutionis,pars contractus.**

¶Sed & hinc dicitur,quòd dies ſolutionis,ſicut ſumma pretij,eſt pars cõtractus,l.j.§.editiones, ff. de eden.& Bar.in l.j.col.vlt.verſi.an autem tale debitum,ff.de condi.indeb.& in l.lecta , col.pen. verſi.aduerte,ff.ſi cer.pet.& Bal.conſi.xlviij.inter cætera,poſt prin.li.j.& Maria.Soc.conſi.xv.viſis prædictis,col.vlt.vbi & per eum §.dicit,dilationem eſſe partem pretij.& Phil.Dec. conſi.xlvj.viſo puncto,col.j.verſi.accedit,& iterum col.ij.verſi.quartò.Ita tamen,vt ſuper hoc videas Pau. Caſt. conſi.ccxxxiiij.dubium ſtat in eo,in fi.li.j.Sicuti & è diuerſo dicimus,aliud quoduis pactũ, quod apponitur in contractu ad cõmodum venditoris,eſſe adiectionem & partẽ pretij,l.fundi partem, ff.de contrah.emp.vbi ita ſcribitur:Nam hoc ipſius pretium fundi videtur,quòd eo pacto vẽditus fuerat.& l.ſi ſterilis,§.ſi tibi,ff.de act.emp.cum ſi.à me collectis infra tit.procedente, *de retraict conuentionel*,in præf.nu.28.quartum quod in ea,& ſeq.& in noſtris Legibus connubiali.in gl.vj.in ix.q.vbi videre poteris,ne hîc repetam.Igitur(vt id caput concludam)ſi conſanguineus redimẽs cogitur reddere id pretium,cuius dies nondũ ceſsit,carius pluríſque redimet,quàm emptor emerit,cùm tamen æquali pretio poſsit redimere,vt ſignificant hæc verba,quæ nunc interpretamur.

39 *Qui re cogitur cedere, manet liberatus onere reali.*

*Ex eo , quod quis inuitus facit,nullũ ſibi debet parari præiudiciũ.*

¶Nec dici poteſt,emptorẽ manere obſtrictum,ac obligatũ venditori poſt ceſsionẽ à ſe factã conſanguineo,vi iſtius ſtatuti:quia cùm id faciat ex neceſsitate, videtur eſſe liberatus ea obligatione ſolutionis pretij,ad quod tenebatur ratione fundi ſibi venditi,quẽ iam non tenet:ſed alij coactus à ſtatuto ceſsit:nec ideò ratione illius debet cogi ſoluere,ar.l.ex his, & l.ſi poſt perfectam , C.de euict.& l.habitationũ,§.ante pretiũ,ff.de peri.& cõmo.rei vend.& optimi tex.in l.j.in princ.ff.ad Treb.vbi omnes actiones,quæ in hæredes cõpetebant,trãsferuntur in fideicommiſſarios, quibus hæreditas ex neceſsitate reſtituta eſt.Aliàs autem hoc ſtatutum eſſet omnium nequiſsimũ, quod cogeret emptorem rei ſibi venditæ cedere,aliúmque in ſui ipſius locũ reponere,& nihilominus pretiũ eiuſdẽ rei ſoluere:cùm ex eo,quod quis inuitus facit,nullũ ei debeat parari præiudicium.l.

& ideò,



& ideò,in ſecundo reſponſo,ff.de condi.furt.& l.ſi pignori,circa fi.ff.famil.erciſc.& l.peto,§.prædium,ff.de leg.ij.& l.qui autem,§.apud Labeonem,ff.quæ in frau.cred.& l.interdum , & l.nouiſſimè,§.j.ff.quod fal.tut.aut.& l.ſi quis quaſi,ff.de ſenatuſconſul.Sylla.& cap.vlt.& ibi gl.in verbo, inuita,v.diſt.& voluit Bart.qui & alia iura allegat,in ij. q. ab eo diſputata, incip.Piſanæ ciuitatis, col.j.verſi.tertiò hoc probat,& dicemus infrà eo.tit.§.xxix.in glo.ij.nume.2.ego verò. Et hîc vide,quæ dicam infrà,nu.47.tandem verò.

*Res minori æſtimatur, ob conueniendi difficultatem.*

40 ¶Quòd ſi venditor cauſetur,queratúrque,ſe huius conſanguinei fidem ſecuturum non fuiſſe, ſi cum eo ab initio contraxiſſet:quòd fortè non ſatis eſſet idoneus aut facultatibus,aut cõueniendi facilitate,iuxta l.ij.in prin.ff.qui ſatiſd.cog.aut etiã eſſet rixoſus,potẽs,& cauillator.(Hæc enim tantùm habent virĩũ,vt nomẽ debitoris ob ea minoris æſtimetur,vt per Bart.Pau. Caſt.& Frãc. Aret.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,§.ſi quis ita ſtipulatus,ff.de verb.oblig.cum aliis multis ſi. adductis à Iaſ.in l.ij.col.vj.verſi.in ead.gl.ibi,ſi rixoſus,ff.ſol.mat.) Ab hoc igitur conſanguineo vix,nec ſine magno negotio & certamine,ius ſuũ ſe obtenturũ,id eſt,pretiũ vẽditionis conſecuturũ,cùm è diuerſo emptor,cũ quo cõtraxit,ſit vir bonus,& qui illico fidẽ ſuam liberare ſoleat: ideóque ei diẽ ad ſoluendum facilè & libẽter conceſsiſſe.Quibus adſtipulatur tex.in l.eum qui,§. melior,verſi.idem ait,ff.de in diem ad.ibi,& ſi perſona idoneior accedat ad emptionem.

*Sibi imputet, qui cogitare debuit.*

41 ¶Huic ita reſponderi poteſt,Quid enim ſi venditio ea lege facta fuiſſet , vt venditor poſſet rem intra aliquod tempus reſtituto pretio redimere?nónne eo prætextu poterit venditor impedire, ne conſanguineus offerens pretium,admittatur?quaſi non ſit facile,ab eo, fortè litigioſo, potente,cauillatore,intra dictum tempus redimere ex lege venditionis:nec ideò cum ipſo conſanguineo vnquam contraxiſſet,vti cum emptore contraxit,viro quidem bono , & lites execranti. Et certè non propterea intercedere poterit, ne conſanguineus admittatur , cùm ab initio ſciret ius ei eſſe ex ſtatuto venditionem ſibi auocandi,atque ita ſe in locum & ius emptoris veluti tranſfundendi,per tex.optimum in l.ſi quis domum,§.idem quærit,ff.locat.cùm dicitur:ſi ſumptus fecit in fundum,quaſi quinquennio fruiturus,an recipiat?& ait,non recepturum:quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit.& l.ſi creditores,ff.de priuil.credi,& l.ij.ff.ſol.mat.& l.qui bona, §.cùm inter,& §.de illo,& l.in hanc,ff.de dam.infect.& l.ſi idem cum eo.§.vlt.& ibi glo.& Bart.ff.de iuriſd.om.iud.& l.vlt.§.ſed quia noſtra,& ibi Cyn.& Bal.col.ij.verſi.deinde no. C. commu.de leg. & Bar.latè in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,col.pen.verſi.oppo.dicitur hîc , ff.de verb. oblig.Bald. Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex.in c.rurſus ſi fidelis,tit.quib.mo.feud.amit.Albe.in ſecunda parte ſtatutorum,q.ccxxxij.ſed pone ſtatuto,in fi.& Pau.Caſt.conſi.lxv.viſo quodam libello,col.ij. verſi.item narrari debebat,lib.j.& Alexãd.conſi.lij.viſo primo puncto, col.iij.lib.vj.& conſil. lxv. quoniam omne datum,col.iiij.verſi.tertiò quotieſcunque,lib.vj.

**De eadem re.**

42 ¶Et præſertim,cùm id quod euenire poteſt,fit ex diſpoſitione legis aut ſtatui : tunc enim haud dubiè id euenire poſſe,cogitare debuit:nec ei ſubuenitur,niſi id proſpexerit , l.ſed & ſi per Prætorem,§.ſi feriæ,ff.ex quib.cau.maio.& Cy.in d.l.vlti.§.ſinautem ſub cõditione. & facit l.Seruius, ff.quod vi aut clam,& l.diuortio,ff.de neg.geſt.& l.ſi vina,quæ in doliis,verſi.planè, ff.de peri.& commo.rei vend.& quod ſcribit gl.in c.vlt.in verbo,terminum,in fi.& ibi Doc.extrà , ne Præla. vic.ſuas.Archi.in c.alienationes,col.vlt.xij.q.ij.Bald.conſ. clxxxij.locata fuit,col.vlt.li.j.& conſil. cclv.abbas fecit,circa medium,eo.lib.j.& Floria.loquens in caſu noſtræ conſuetudinis,inter conſi.Petr.Anch.conſi.clxxj.quòd dicta domina.

*Conſuetudines de hac quæſtione noſtra.*

43 ¶Verùm apud Trecẽſes,c.clxj.conſuetudo eſt,conſanguineum retrahere volentem , debere ſoluere integrum pretium,etiam non ſolutum,nec cuius ſoluendi dies adhuc ceſsit:aliàs non admittitur.Apud Senones,c.xlviij.de hac re in hæc verba ſcribitur,quæ libuit huc tranſcribere, *Item ſi aucuns acheptent heritages,à payer à certains termes,le retrayant aura leſdictz termes , mais qu'il donne bonne ſeurté au vendeur de payer audict terme.Car le vendeur ne changeroyt ſon debteur,s'il ne luy plaiſoit. Et ſi ledict retrayant ne le faict,ne ſera receu,s'il ne baille argent ou gaiges à l'achepteur , ou au vendeur.* Quæ omnia verba id ſummatim ſonant,hoc in caſu non eſſe admittendum conſanguineum,niſi ſoluat,aut det fideiuſſores,vel pignus.Et eadẽ conſuetudo eſt apud Borboniẽſes, cap.cccclxx. & Victriacenſes,c.cxxvj.& Auxerrenſes,ſiue Altiſsidiorẽſes,hoc eo.ti.§.xviij.qui eſt omniũ xlix.

44 ¶Pro quibus facit,quod in diuiſione ſocietatis non poteſt alter ſociorum,qui debita contraxit in cauſam ſocietatis,deducere pecuniam,quam debet in diem creditoribus:ſed ſufficit, vt ei præſtetur cautio ſoluendi,cùm dies ceſſerit.l.omne,& l.ſi ſocij ſumus,quæ confeſtim ſequitur,ff.pro ſocio,& l.cùm ſocij,ff.commu.diui.& voluit Ang.qui id trahit ad fratres diuidentes peculium, in l. frater à fratre,col.iij.verſi.in textu.ibi,& ſi,per illum tex.in verſicu.igitur,& ſi iuncta glo.in verbo,indemnis,& ibi Crotus in repe.col.vj.verſi.tertiò no,ff.de condi.indebi.& Rapha.Fulg.conſi. ccix.duobus,col.ij.verſi.ex ea quoque.& quod tradunt Cy.& Bar.in l.certum,C.fami.erciſc.Et id quidem in caſu noſtro ſeruari ſatis æquum eſt,& eſſe ſeruandum tradit Maſuer.in tit.de empt.& vend.§.item ſi aliquis,in fi.& bene facit text.in ſimili in l.ſi poſſeſſor hæreditatis , §.ſed & ſi ob venditionem,ff.de peti.hæredi.

*Quando cautio danda ſit, aut nõ danda,*

45 ¶Ego verò intercedente venditore(nihil enim intereſt emptoris)id iudicis arbitrio relinquẽdum cenſeo:fretus autoritate Bal.qui in c.ſignificauit,circa medium,extrà de teſti. ſcribit,non ſemper eſſe cauendũ,ſed demum,quãdo iudex arbitratur id faciendum, per l.ſi creditores,ff.de priui.cre. & l.iij.

*iudicatis religioni relinquitur.*

& l.iij.in princ.ff.de condi.cau.data, vbi tex.eſt,vt ipſe dicit optimus.& facit etiam tex.in l.fideicommiſſa, §.ſi quis illicitè,ff.de leg.iij.& in l.in omnibus,ff.de iud.& d.l.inter omnes,ff. qui ſatiſ. cog.Et his duabus poſterioribus motus Fran.Are.in l.ij.in prin.col.iiij.ff.ſol. mat.dicit regulariter non eſſe cauendum,niſi ex iuſta cauſa,& gl.quoque in d.l.in omnibus,in fi.id etiam relinquit arbitrio iudicis.Quid enim,ſi conſanguineus admodum ſuſpectus eſt,vt non tutum ſit ei rei venditæ cedere non numerato pretio , ſaltem ſine cautione , exigendáne ea erit? iuxta ea,quæ tradit gl.in d.l.inter omnes,in fi.& Bal.in auth.hoc niſi debitor,in fi.C.de ſolutio,cum ſimi.Quid è diuerſo,ſi conſanguineus eſt admodum vir bonus,nec tamen poteſt reperire cautionem,quia fortè extraneus eſt:num ob id priuabitur beneficio retractus? & id iniquum eſſet,vt in ſimili dicit Bar. in l.ſeruum,§.ait Prætor,verſi.prætereà ſequeretur,ff. de procu.& Ro.conſi.61.Florentina, col.j. verſi.tertiò quia ſequeretur.Et facit,quod ſcribam infrà eo.tit.§.v.nu.1.

*De eadem re.*

46 ¶Vt tamen non omittã,quod ſcribit Pau.Caſt.in l.ſtipulationũ,la ij.in prin.ff.de verb.obl. iudicẽ poſſe,ex arbitrio,cùm ſibi æquum videbitur,cauere,iubere etiam in caſu,in quo id iure ſcriptum non reperitur.idque ex arbitrio ſibi à lege dato,per l.quòd ſi Epheſi,ff. de eo quod certo loco.& idem videtur voluiſſe Io.Fab.in §.Prætoriæ,col.ij.verſi.quid ergo.Inſt.de diuer.ſtip. At Ale.in d. l.ſtipulationum,poſt prin.putat,quòd ſi æquitas reperitur ſcripta in Iure,licet non in ſpecie, ſed vel in genere vel etiam in ſimili,tunc iudex procedens de ſimilibus ad ſimilia, poteſt compellere ad cauendum,per l.nõ poſſunt,ff.de legi.At ſi moueretur æquitate quadã , nec in eo caſu ſcripta, nec in ſimili,neminem eſſe cogendum,per l.placuit,C.de iudi.& c.vlt.extrà de tranſact.

47 ¶Tandem verò poſt hæc reperi Guid.Pap.hunc caſum aut certè nõ diſsimilem tractaſſe cõſi.161. Claudius Martini,de emphyteuta,qui vendidit emphyteuſim nõ præſenti pecunia,ſed certis temporibus ſoluenda:dominus autem vult retinere rem iure prælationis: an teneatur ſoluere pretiũ, non expectatis illis ſolutionis tẽporibus. Et credo( inquit) quòd nõ teneatur,ſed ſatis eſt,vt ſoluat temporibus adiectis in vẽditione:quia ſi emptori integrũ pretiũ confeſtim ſolueretur,conſequeretur maius cõmodum,quàm emphyteuta,cui per terminos ſolui debet. Subdit tamẽ,id verũ eſſe,ſi ſit facilis conuentu ad conſequendum pretiũ tẽporibus præſtitutis,iuxta d.l.ij.ff. qui ſatiſd. cog.Quòd ſi is primis temporibus nõ ſoluerit , ſubuenietur emptori aduerſus emphyteutã agentem ad ſolutionẽ pretij conditione ſine cauſa: quia licet dictus emptor teneretur actione ex vendito emphyteutæ ad huiuſmodi pretium,ea tamen cauſa,ob quam pretiũ ipſum petitur , reducta eſt ad non cauſam:cùm res ab emptore fuit per dominũ iure prælationis auocata:quo etiam caſu competit condictio indebiti,& ſoluti repetitio,l.ſi fullo,ff.de condi.indeb.& quod ibi not.Barto. Subditque,de hoc eſſe caſum apertũ ſecundùm vnam lecturã gl.in l.Iulianus,ff.de condi.inde.& ita tenere Ang.Aret.in l.vlt.in fin.ff.à quib.app.non lic.Et ideò (inquit) ad vitandum huiuſmodi circuitum,putarem veriùs dicendum,dominum debere ſe obligare , & cum fideiuſſoribus ad ſolutionem pretij faciendam emphyteutæ temporibus conuentis.Hæc ille propemodum.

48 ¶Nouiſsimè autem Caro.Molen.in ſuis conſue.Pariſi.commen.tit.j.§.xiij.gl.viij.nu.5. hanc eandem quæſtionem adſcripſit in retractu feudali , ſimulque in hoc retractu proximitatis , dicitque ſimpliciter,quòd ſi ſit tempus ſolutioni appoſitum in ipſo cõtractu vẽditionis, vel etiã ſeorſum, ſed per modum reformationis aut renouationis contractus,tunc prodeſt retrahenti, vt vẽditori profuiſſet ceſſante retractu:quia omne cõmodum & incommodum contractus transfertur in retrahentem.Si verò tempus datum ſit ſeorſum à venditione , & ex liberalitate venditoris,vel alia diuerſa cauſa,nõ prodeſt retrahenti:cùm huiuſmodi dilatio nihil habeat commune cum venditione,nec ideò cum retrahente. Ideò tenetur retrahens ſtatim ſoluere. Sed ſi quæratur,an debeat ſoluere emptori,an venditori:& idem dicendũ eſt,ac ſi pretiũ eſſet purè debitũ , nondum tamen ſolutum.Ideò retrahens nõ tenetur illud ſoluere emptori:& ſi id fecerit,non liberabitur à venditore,à quo in ſubſidiũ,emptore nõ ſoluente,poſſet cõueniri hypothecaria, & fortè rei vẽdicatione,ſi fides de pretio nõ ſit habita, vel fraudulenter extorta. Niſi ſi venditor conſentiat ſolui emptori,quia tũc illi præcisè ſolui debet intra tẽpus à conſuetudine præſtitutũ:aliàs conſanguineus cadet retractu.At ſi nõ conſentiat vẽditor,tamen cõſanguineus ſoluens emptori,euitabit periculum amiſsionis retractus,nõ tamen liberabitur à venditore,quin ab eo cõueniri poſsit.Poteſt autem omne periculũ euitare,& liberationẽ conſequi cõſignando,per notata in l.acceptã.C.de vſu. & in l.obſignatione,C.de ſol.Hactenus Molen.qui & in ſeq.q.quæ eſt in nu.7. dicit retrahẽtem debere cauere ſe ſoluturũ venditori,cùm dies ſolutionis ceſſerit, & alia quædã ponit principalem quæſtionem tangentia,quæ vix,vt verum fatear,intelligo.Sed ſi vis ſcire,an , & quando aliàs debitor in diem teneatur cauere ſe ſoluturum die cedente,vide tex.glo& Doct. præſertim Bal.in ij. lect.in d.l.in omnibus,ff.de iudi.& Cy.& eundem Bal.in l.vniuerſa,C.de precib.Impe.offer.

49

*Cũ cautio danda eſt , an & quando ſufficit iuratoria.*

¶Sed dubium eſſe poteſt,an cùm hoc caſu cõſuetudo requirit cautionẽ, aut ſi etiam Iure cõmuni tenetur dare,vti placuit Guid.Pap.ſatiſne ſit conſanguineo,dare cautionẽ iuratoriã, ſi aliam dare nõ poſsit(neque enim noſtris tãtùm Pictonibus,quod ſæpe aliàs diximus,ſed aliis quoque ſcribere,quantùm locus atque occaſio permittere poteſt,ſtatuimus.) Id quod intelligere poteris ex notatis à gl.Cy.Bar.Bal.Ang.Pau.Caſt.& cæteris.in l.vſufructu,quæ eſt iiij.C.de vſufru.gl.& Doct. in c.qua fronte,extrà de app.& in c.vlti.extrà de pig.& in c.ex parte,le j.de verbo.ſignifi. Bal.in Auth.cui relictum,col.ij.verſicu.ſed quid de eo,& verſi.attende hîc, & ibi Iaſ.col.vlt.C.de indic. vidui.&



vidui.& eod.Bal.in l.j.§.j.in fi.C.de aſſer.tol.& in l.j.& ibi Pau.Caſt.Alex.Soci. & Iaſon latiſsimè in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.Ro.cõſi.439.circa primum,in vlt.dubio.& Fran.Aret.in l.ij. in prin.col.iiij. ff.ſol.mat.cum aliis multis concor.adductis ab ipſis Alex.Soci.& Iaſ.ibi.Quibus adde Card.Alex. in c.qua fronte,col.iij.verſi.gl.in verbo,cautione,extrà de app.& Guid.Pap. Deciſio. Delphi.189. circa materiam,& deci.ccl.ſed ſi non poteſt,& ipſum Iaſ.in l.j.col.vlt.C.de procur.

50 ¶Octavo quæro,Emptor poſt venditionem ſuppleuit primũ pretium in ipſa venditione appoſitum,tanquam id non ſatis iuſtum fuiſſet:vtrùm conſanguineus redimẽs ſoluere debeat emptori,non ſolùm primum ac principale pretium,ſed & hanc pretij acceſsionem, ſiue ſupplementum.Quod videtur,per id quod in ſimili ſcribitur in l.debet,ff. de ædil.edic.vbi is, qui redhibet, non ſolùm debet recipere pecuniam,quam dedit:ſed & ſi quid acceſsionis nomine dederit. Et in l.in tantum,ff.de libe.cau.vbi is qui in libertatem proclamat,cùm ſe antè venundari paſſus eſſet, non ſolùm pretium,ſed & quod pretio acceſsit,reddere tenetur.

*Si emptor ſuppleuit pretiũ, an id conſanguineus reſtituere debeat.*

51 ¶Nam & hæc acceſsio pretij,ſiue malis dicere augmentũ, ſiue ſupplementũ ſiue additamentũ,eſt eiuſdem naturæ,& eodem iure regitur,vt primũ,cui additũ eſt,l.etiam,& ibi Bal.qui id trahit ad multas quæſtiones,& alij,C.de iure dot.& l.inter,§.cùm inter.& ibi Albe.ff.de pact.dotali.& l.j.& iterum l.ſi conſtante,& ibi Bal.C.de dona.ante nup.& l.ſi conuenerit,§.ſi nuda,& ibi Bar.Bald.& Pau.Caſt.ff.de pig.actio.& l.ſi ex toto,in prin.& l.quod in rerum,§.ſi quis poſt,ff. de leg.j. & ibi concord.in glo.cũ aliis multis ſi.& concor.à me latè collectis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,num.226.verùm quantùm ad tex.Quibus addere potes tex.in l.ſi proprietati,ff.de iure dot.vbi augmentum dotis dicitur eadem dos,nõ noua.& hoc ibi no. Bal.Ex quo fit,vt ſicut valet donatio patris in filiumfamilias pro dote,l.Pomponius,ff. fami.herc.ita & pro augmẽto dotis,vt voluit Fran.Are.in l.placet,col.ij.verſi.extrà gl.ff.de acqui.hær.Iaſ.in rub.ff.ſolu.mat.Adde (inquam)& tex.in c.j.extrà ne ſed.vacan.& in c.quanto,de cenſib.& in §.poſtquàm,xv.q.j.Quibus innixus Corn.conſi.302.licet in propoſitione,col.v.verſicu.confert etiam,lib.3.dicit ſupplementum legitimæ,& aliud quoduis,aſſumere naturam eius,cui ſuppletur , ſiue adiungitur:& allegat etiam quædam ex ſuprà dictis iuribus.

*Augmentũ an ſit eiuſdẽ naturæ,ac id cui additum eſt.*

52 ¶Adde etiam tex.in c.vlti.§.j.& ibi Domi.de conceſ.præb.lib.6.& quod tradit Abbas Doct.antiquus,in c.per tuas,extrà de dona.quòd alienare de nouo non dicitur, qui iam factã donationem ſupplet.Quem refert,& ſequitur Bald.in ſua Marg.in verbo, alienatio,verſi.vlt.& Bertha.in tractatu gabellarum,in iij.parte viij.partis prin.in ix.q.Atque etiam, quæ ſcripta ſunt à Ioã.Mona.in c.diſpendia,col.j.de reſcr.lib.6.Old.conſi.240.ſuper eo.col.ij.ver.ſecũdò tale ius.Signo. conſi.65. quidam nomine Martinus,paulò ante finem.Alb.in l.de quibus,col.xlj.nu.165.ff.de legib.& in l. quia actionum,ff.de præſcri.verbis.Bal.in c.j.§.ſi quis de manſo,col.ij.verſi.oppo.nam lege cauetur,tit.de contro.inueſti.Sal.in l.ſcimus,in prin.C.de inof.teſt.Raph.Fulg.conſi.40.dominus,col. ij.Cardi.Flor.in cle.ſtatutum , in iij.oppo.de elec.Imo.conſi.34.viſis & ponderatis, in fin.Cæpo. conſi.cauſarum criminalium viij.dicendum eſt,col.j.Soc.conſi.154.pulchra.col.ix.verſ.reſpondeo quod minus,lib.2.& conſi.254.viſa,col.vlt.poſt prin.eo.lib.2.& conſi.296.in præſenti,col.ij.verſ. confirmatur,eo.lib.2.Fran.Cur.ſeniorem conſi.57.ſuper eo.col.v.verſi.his ſic præmiſsis,& multis ſeq.Phil.Dec.conſi.141.ad plura,col.j.in ij.dubio.

*De eadem re.*

53 ¶Et ita quidem hæc procedunt, vt etiam ea,quæ ſunt ſtricti iuris,ad augmentũ trahantur. Nam d.l.etiam,C.de iure dot.& d.l.inter,§.cùm inter,ff.de pactis dota.loquuntur de contractibus , qui ſunt ſtricti iuris,l.quicquid,ff.de verb.obl.Sed & de ſententia iudicis, vt ea trahatur ad augmentum,patet ex l.ſi opus,vbi id nuncupatim not.Alb.ff.quod vi aut clam,& l.quamuis,iuncta gl.in verbo,perinde,ff.de bo.auto.iud.poſ.& l.ſed cũ patrono,§.quamuis.in fi.j.reſpon.ff.de bono.poſ. Et de priuilegio quoque probatur in c.ex parte,extrà de deciſ.& voluit ipſe Alber.in d.l.ſi opus. Conſtat autem,ſententiam & priuilegium eſſe ſtricti iuris,vt de ſententia traditur in l.Paulus , la ij.ff.de re iud.& priuilegio in l.ſi quando,C.de inof.teſt.& alibi latius diximus.Et horum eſt optima ratio.Nam & aliàs acceſsio cedit principali,l. & ſi non ſint, §. perueniamus,ff. de auro & arg. leg.& acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis,ff.de reg.iur.& c.acceſſorium,eo.tit.lib.6.& c. cùm dilectos,extrà de fide inſtru.cum concor.vbique adductis à gl.& Doct. Et vide quæ dicam infrà tit.ſeq.in fi.in xxxviij.q. { nu.168.} tum etiam quia.

*Quid in iis, quæ ſunt ſtricti iuris.*

54 ¶Contrà quoque videtur ex tex.in l.pacta conuenta, in fi.prin.ff.de contrah.empt.vbi ſcribitur, quòd ſi omnibus integris manentibus,de augendo pretio rurſus cõuẽnit,receſſum à priori contractu,& noua emptio interueniſſe videtur.& quod per eã l.tradit Bald.in l.item quod dictũ eſt, §.j.ff.de in diẽ addi.& ſimilis tex.in l.ij.ff.de reſcind.vend.vbi ita ſcribitur,ſi quam rem à te emi, eandem rurſus à te pluris minoríſve emero,diſceſsimus à priore emptione.Super quo tamẽ vide Ang.Pau.Caſt.& Recentiores in l.iuriſgentium,§.adeò,ff.de pact.& Alex. conſi.79. circa primũ, col.pen.in vij.dubio , atque etiam in x.lib.1. Et facit etiam tex.in l.qui fundum,§.j.ff.pro emptore,vbi fundus emptus,& quod ei poſteà adiectũ eſt,cenſentur eſſe diuerſæ naturæ, & noua præſcriptione,quantùm ad id opus eſt.Et quod etiã tradit Cy.poſt Pet.in l.j.ver.ſecundò quæritur, C.de fideiuſ.mino.quòd ſi minor vendiderit prædium,& dederit fideiuſſores,poſteà verò petierit ſibi ſuppleri,quod deerat ex iuſto pretio, cõmittitur ſtipulatio aduerſus fideiuſſores , quamuis res non exeat è manibus emptoris , quia propter illud ſupplementũ cenſetur eã habere ex noua venditione,

*De eadem re.*

venditione,per tex.in l.ſi fundus,§.j.verſi.cùm igitur,ff. de euict.

55 ¶Et quod etiã dicimus quòd cùm quid additur vel detrahitur,id rem nouã efficit,l.Ius ciuile,& ibi Guil.Bar.Bal.& Alb.ff.de iuſti.& iure,& l.cùm in plures,§.lege dicta,ff.loca.& l. Valerianus,ff. de Prætor,ſtipul.& l.vlt.C.de nouat.& voluit per ea iura Bal.conſi.436.quæritur ſi factũ fuit,circa mediũ,lib.1.Cui adde & tex.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter,verſi.cùm adiicit,& ibi Ang.& alios,ff. de verb.obl.& in l.tribunus,§.vlt.ff.de teſta.mili.& gl.in c.hi qui autoritate,& ibi Pet.Anch.de præb. lib.6.Bar.Bal.& omnes in l.edita,dum loquũtur de emendatione libelli,C. de eden.Alb.in l.ſæpe, col.ij.ff.de offi.Præſid.Bal.in l.pe.ff.de exc.tut.& in l.ſi conſtante,circa med.C.de dona.ante nup. & in l.ſi à te,poſt prin.C.de pact.inter emp.& vend.& in l.non dubiũ,col.iiij.verſi.ex hoc infertur,quòd ſi ille,C.de legib.& conſi.327.pridie, col.iiij.verſi.videtur igitur, lib.1.& conſi.348. factæ fuerunt,col.iij.verſi.item ille qui adiicit,lib.1.& conſi.142.quidam dominus Paſinus,col.j.lib.2. & conſi.215.proponitur quod inueſtituræ.col.iij.quæſtio eſt,eo.lib.2. Ange.in l.& quia,col.vlti.ff.de iuriſd.om.iud.Pet.Anch.conſi.54.apparet,col.j.Ro.cõſi.45.ſuper eo.Alex.conſi.151. in cauſa Bartolini.in prin.lib.6.Soc.cõſi.87.penſatis his,col.vlt.lib.4.Ex quo etiam fit, vt ſi veteri inſtrumẽto aliquid addatur,debetur noua gabella,quam vocant,tãquam de nouo inſtrumento, vt voluerunt Ant.& Io.Ana.in c.Iudæi,quod eſt iij.per gl.ibi,extrà de Iudæ.De quibus tamen vide,quæ dicam infrà tit.ſeq.in fi.q.xxxviij.

*Adiectio uel detractio rem nouam efficit.*

56 ¶Conſtat autem,nouum contractum alteri nõ præiudicare,cũ quo initus non eſt,l.vlt.ff.de pact. Bar.in l.in diẽ,ff.de aqua plu.arc.Bal.conſi.371.Mathiolus,lib.1.cũ ſi.nec item contrahentes poſſe perfecto cõtractu ab eo diſcedere,in præiudicium eorum,quibus ex eo ius eſt quæſitũ,ſine eorũ conſenſu,l.ſicut,§.vlti.ff.de nouat.& l.id quod noſtrũ,ff.de reg.iur.cui regulæ, tanquã firmamento,debere nos inhærere,affirmat Bal.conſi.327.pridie,col.vlt.lib.1.Idque,etiam ſi id ius ex eorum contractu manarit,vt probat d.l.vlt.de pactis.& l.ſi poſt mortem,§.vlt.ff.de bon.poſſ.contra tab. & d.l.ſi conſtante,§.exceptis,C.de donat.ante nupt.vbi Bald.no.quòd quando ex contractu,vel occaſione contractus per diſpoſitionem legalem eſt ius quæſitum alicui tertio re vel ſpe,non poteſt ab illo contractu recedi , in eius non conſentientis præiudicium. & l.apud Iulianum, & quæ ibi no.Bal.Ang.Imo.Pau.Caſt.& Recentiores,ff.de leg.j.& quod no.glo.& Doct.in l.certi condictio.§.ſi nummos,ff.ſi cer.pet.& latè Cor.conſi.65.col.ij.& ſeq.lib.3.& Iaſon conſi.213.in præmiſſa,col.iiij.verſi.confirmantur prædicta, lib.2.& dicemus latiùs infrà titu.procedente,§.j. in verbo, *ſeront preferez*, nu.20.neque id quidem mirum,& ſeq. Nec alteri per alterum iniqua conditio afferri debet,l.non debet,ff.de reg.iur.

*Cõtractus diſceßio non præiudicat iis quibus eſt ius quæſitum.*

57 ¶Quid plura? nam vt propiùs accedamus ad hunc noſtrũ caſum,Guil.Cu.cuius quanta ſit autoritas,vbiq; videre poſſumus apud Bar. & Alb.qui ad illum paſsim tanquã ad ſacrã anchorã,confugiunt Guil. (inquam) Cu.in d.l.iuriſgentiũ,§.adeò,ff.de pact.quæſtionẽ ponit , huic noſtræ tam ſimilem,quàm ouum ouo.Quidam (inquit)emphyteuta vẽdidit fundũ: poſteà vult minuere vel augere pretium:an id poſsit in præiudiciũ domini?Et refert,quoſdã diſtinguere, dominúſne ſciebat huiuſmodi venditionem,nécne:vt primo caſu poſsit,ſecũdo minimè, per l.ſequitur,§.Labeo, ff.de vſucap. Verùm id ſibi non placet,per quædam iura ibi allegata. Subiungit , alios dicere,non poſſe præiudicari domino in augendo pretio, in minuendo contrà.Sed nec hoc ei placet , per l.ſi dubitetur.j.reſpon.ff.de fideiuſ.Tandem verò cõcludit,neutro caſu fieri præiudiciũ domino, cui iam ius erat quæſitum:etiam ſi id fiat ante rei traditionem,per quædam ex iuribus ſupra à nobis citatis.& eum nuncupatim ſequitur ipſe Albe.in d.§.adeò , col.vlti.Nihil autem magis ſimile eſt, quàm retractus proximitatis retractui rei feudalis,& ferè ſemper æquo paſſu procedunt.

58 ¶Nec obſtant allegata in contrarium, quia loquuntur & intelliguntur , quantùm ad eos qui contraxerunt,non autẽ quantùm ad alios,quorum intereſt:quibus ipſi contrahentes poſtea præiudicare non poſſunt,vt diximus.Alioquin enim hoc in noſtro caſu liberum eſſet cõtrahentibus tantum pretium,quantũ vellent,præter primum adiicere,& ita conſanguineũ à contractu repellere, tanto ſcilicet pretio deterritũ:quod iniquum foret,arg.l.in fundo,ff.de rei vend.& l.ſi ſeruos,ff.de pign.act.& l.ſed an vltro,§.j.ff.de neg.geſt.& quæ dicemus infrà,tit.ſeq. *de retraict conuentionel*, §. vij.in glo.j.nu.5. ſecundò declara.Nam & aliàs augmentum non ſortitur naturã principalis,cùm eſt præſumptio fraudis aduerſus tertium,gl.in authen.ſed iam neceſſe,C.de dona. ante nup.Bart. in l.ait,§.j.quem legit cum prin.ipſius l.ff.quæ in fraud.cred.& in l.j.col.vlti.C.de iure fiſci, lib.x. Pau.Caſt.conſi.290.viſis his,quæ ſuprà narrantur,col.iiij.verſi.item allegatur,lib.1.

*Augmentũ nõ ſortitur naturã principalis,ſi ſit præſumptio fraudis.*

59 ¶Vt interim omittam ea,quæ diximus,augmentum,ſiue ſupplementũ eſſe eiuſdem naturæ & iuris,vt principale,procedere,cùm eadem eſt ratio,nõ cùm diuerſa eſt:vt per d.l.qui fundum, §.j.ff. pro empt.voluit Cor.conſi.240.in præſenti cõſultatione,col.vlt.ver.nec obſtat quòd augmẽtum lib.3.Et generale eſt,vt acceſſoriũ nõ ſequatur naturã principalis,cùm ratio vtriuſque diuerſa eſt, l.& ſi is,& ibi Bal.C.de præd.min.& l.ſi tibi,§.de pignore.& ibi quoque Bal.ipſe,ff. de pact.{& in l.in his rebus,§.mancipia,& ibi Roma.qui eum §.legit.cũ prin.illius l.col.ij.verſ.no.in eadẽ.ff.ſol. mat.& l.ſi mancipia.de iure dot.& l.vnic.§. itaque partus.C.de rei vxor.act.} & voluit Bar.in l.ita ſtipulatus,in xij.oppo.ff.de verb.obl.Bal.in l.non dubium,in xiiij.oppo.C.de legib.Alex.conſi.4. circa primum quæſitum,col.vj.verſi.nec mirum,lib.1.Soci.conſi.41.in præſenti cõſultatione, col. vj.verſi.poſſet quis ad prædicta,lib.4.& latè Phil.Dec.in d.l.cùm principalis,ff.de reg.iur.

*Nec cùm eſt diuerſa ratio.*

Vide



60 ¶Vide igitur,Lector,an hîc ſit diſtinguendum,vtrúmne id ſupplementum factum fuerit incontinenti,omnibus adhuc integris manentibus:& tunc infecta cenſeatur prior venditio , adeóque poſterior conſiſtat,quaſi nulla præceſſerit , vt nuncupatim ſcribitur in d.l.ij. ff.de reſcin. vend.à quibus verbis non admodum diſtant verba d.l.pacta conuenta,ff.de contrah. empt.quæ nos adſcripſimus ſuprà nu.54.contra.Præſertim quia quod incontinenti factum eſt,ineſſe cenſeatur ipſi contractui,d.l.iuriſgentium,§.quinimo,ff.de pactis.& l.lecta,ff.ſi cert.pet.cum multis concord. à me adductis infrà tit.proximo,§.j.gl.v.in verbo,in limine contractus,nu.1.& ſeq.& in repet.l. ſi vnquam,in verbo,donatione largitus , nu.117.ſed & hoc tamen.C.de reuo.dona. Ideóque hoc caſu haud dubiè conſanguineus teneatur reddere pretium,quod poſtremò placuit.

*Quid, ſi ſupplementũ fuerat factum in continenti, rebus integris.*

61 ¶An verò rebus non integris:quo caſu infectam emptionem facere non poſſumus,vt eadem l.ij. ſcribitur.Et tunc intereſſe,vtrùm hæc adiectio pretij fiat ex ſententia iudicis,cùm ſcilicet emptor intentaſſet remedium l.ij.C.de reſcin.vendi.aut aliud competens:iudéxque pronuntiaſſet , ſupplendum eſſe pretium,& id quidem ſine colluſione partium : & tunc debeat conſanguineus id cum priori pretio reddere:cùm ſententia in conſequentiã ei obſit,vel inuocato,arg.l.autore,C.de euict.& l.Papinianus,§.ſi ex cauſa,ff.de inoffi.teſt.& l.cõtractu,ff.de re iud.& quod no.Ang. in l. in cognitione,in fi.per gl.ibi.ff.de S.C.Sylla.& idem Ang.Imo.Raph.Alex.& Iaſon & cæteri Recentiores,qui afferunt concor.in l.filiusfamilias,§.diui,ff.de leg.j.& Alex.qui concor. quoque adducit,conſi.clvj.puto eſſe verum,per totum,lib.ij.& Philip.Dec.conſi.cccxlij.in cauſa partus,col. vlt.Quibus adde Mart.Laud.Iac.Alua.& Card.Alex.in c.j.§.quid ergo tit.de inueſt.de re ali.fac. ex quibus intelliges,id verum eſſe,niſi probaretur colluſio,quod iam diximus.

*Quid,ſi factũ fuerit per ſententiam iudicis.*

*An conſanguineus ad id ſit uocandus.*

62 ¶Idémque,ſi in ius vocatus,non expectata ſententia ſuppleuerit,cùm verè læſio eſſet vltra dimidiam iuſti pretij:neque enim tenetur temere litigare,& malã iniuſtámque cauſam tueri,& defendere,per not.à Bart.Bal.in l.Herennius,§.j.ff.de euic.Bal.in l.emptor,& in l.ſi cùm quæſtio,C.eo. tit.Ioan.And.& aliis in c.ſi venditori,extrà de empt.& vendi.quæ ſtatim dicemus.Nec ſponte id feciſſe videri poteſt,qui ad id à iudice cogi potuiſſet,licèt aliter coactus non fuerit:vt pulchrè voluit Per.Anch.conſi.clix.rationes,col.ij.verſ.quartò hoc probo,& poſt eum Franc.Aret.conſ.24. quatuor dubia,in ſecundo dubio.verſi.prætereà ad hoc.vbi & ex hoc dicunt,conſanguineos,qui nullo præeunte iudicis præcepto,compromiſerunt,id videri feciſſe coactos,cùm ad id tenerẽtur ex ſtatuto,& in id multa allegant,& inter cætera optimum tex.in l.nouiſsimè,§.j.ff.quod fal. tut. auto.in illis verbis.quid enim ſi compulſus,aut metu ne compelleretur,autoritatem accommodauerit?& quod ibi not.Bal.paria eſſe aliquid fieri coactè,aut timore coactionis,per eum tex.Quibus adde alia multa ſi.collecta à Fel.& Philip.Deci.in c.cùm M.Ferra.illo col.xj. verſic.an autem liceat,hoc col.xij.verſi.ſecundò Alb.extrà de conſti.& eodem Dec.in l.j.col.vlt,C. de eden. & in l.velle,poſt princ.ff.de reg.iur.& conſi.clxxviij.in cauſa quæ proponitur,col.vlt.

*Quid,ſi nõ eſt ſententia , ſed erat læſio ultra dimidium iuſti pretij.*

*Spõte nõ facit qui cogi poteſt,etiã ſi aliter non cogatur.*

63 ¶At ſi ſponte ipſe emptor ſuppleuerit:& tunc aut res ipſa non exigebat ſupplementũ, quia nulla interuenerat læſio : & hoc caſu nemo non negabit conſanguineum non teneri ad reſtitutionem huius ſupplementi omnibus modis ſpontanei.Aut verò læſio re vera interuênit,& emptor ſpõte bonam fidem agnoſcens ſuppleuit.Et videri poſſet,non id ſibi fraudi futurum,ar.l.at qui natura, §.cùm me.& ibi Alb.ff.de negotiis geſtis.& l.emptorem,in prin.& ibi gl.in verbo,poſſe.Doc.ff. de act.emp.& l.Quintus,etiam in prin.ff.manda. Nam & quilibet tenetur bonam fidem agnoſcere, etiam rei alienæ adminiſtrator,l.quoties,§.ſicut,ff.de admi.tut.& l.qui ſolidum,§.etiam,ff.de leg. 2.& Alb.in l.præſes,in fi.C.de tranſact.& in l.properandum,in prin.col.xij.verſ.item tutor,C.de iud.cum his,quæ latiùs diximus in repe.l.ſi vnquam,in verbo donatione largitus.nu.202.intellige & quinto.Quibus adde gl.in l.ij.in verbo,inſtantia,& ibi Cy.in ix.quæſt.C.de iur.calum. emptorem poſſe bonam fidem agnoſcere,& nihilo minus agere de euictione: quod etiam adſtruunt ij,quos citauimus in præcedenti verſi.& quod etiam tradit{Bal.conſi.40.maritus, circa medium. li.1.}Pet.Anch.conſ.cliij.quia primò,col.j.& quod latè tractat Pan.in c.vlt.col.pen.verſic.quartò gl.extrà de præſcrip.an prælatus teneatur bonam fidem agnoſcere.

*Quid, ſi læſio erat intra dimidium.*

*Bona fides an & à quibus agnoſci debeat uide 65.*

64 ¶Sed in hoc illud animaduertendum eſt,quia aut læſio eſt ſupra dimidium iuſti pretij , quo caſu actio de iure competit,& poſſunt ideò habere locum,quæ diximus. Aut eſt infrà illud dimidiũ, & tunc licet actio in foro contentioſo non competat,cùm liceat intra eos limites contrahentibus ſeſe decipere,l.in cauſæ,§.pen.ff.de minori.id tamen non obtinet in foro,quod conſciẽtiæ appellant,ſecundùm Inno.Ant.Pan.Io.Ana.& Fel.in c.in ciuitate,extrà de vſuris.cum multis cõcord. à me latè adductis in noſtris Legibus connubialibus in l.ix.verſi.ex quibus palàm eſt , cum multis ſeq.Quid igitur faciet emptor,quem conſcientia huiuſmodi læſionis exagitat,atque eius cura remordet?expectabítne annum retractus?At fortè interim morietur.An ſatis erit admonere conſanguineos ? at quos?cùm fortè numerus,vt aſſolet,ſit infinitus. nam agnotio genus , & familia cuiuſque,eſt veluti quædam ciuitas,vt ex Ariſtotele dicit Bald. conſi.l.in primis videndum eſt, col.ij,lib, iiij. Ideóque is numerus emptori certus eſſe non poſsit , propter difficilem numerationem,vt videre eſt,& in ſimili dicit l.vſufructuarius venari,§.ſi viuariis,ff.de vſufr.& Bal.loquẽs de pauperib.vnius ciuitatis,in repe.l.j.col.iiij.verſ.ſed quæritur quare pauperes,ff.de leg.j.& Pau. Caſt.loquens de repræſaliis;conſ.lxxviij.ſuper eo quod primo loco.col.ij,verſi.breuiter,li.j.& facit etiam tex.in l.in ratione,§.ſi filio,ibi propter calculi confuſionem,ff.ad leg.Fal. & in l.j.§. præ-

*Rurſus de læſione intra dimidium.*

*Difficultas numerandi & ſeparandi.*

tereà,ibi,ita ſint permiſtæ,vt impoſsibilem ſeparationem effecerint,ff.de ſepara.& in l.ſi alieni,ff. de ſolu.Nec ſi omnes admoniti fuerint,fortè ſatisfacient.

65 ¶An igitur ipſemet ſatisfaciet? At non tenebitur cōſanguineus reddere iure fori,non magis quàm ipſe emptor tenebatur:nec licuit emptori in præiudicium alterius bonam fidem agnoſcere,vt dicit Bal.conſ.ccxlix.li.j.repetito conſ.cccc.lib.4.cuius in vtroque loco initium eſt, in libris theſaurariæ,col.ij.per tex.in l.ſi quis ex argentariis,in illis verbis,humilis & deploratus,ff.de edendo, & d.l.Quintus,ff.manda.Nam nec officialis publicus poteſt agnoſcere bonā fidem, etiamſi eius arbitrio negotium relictum ſit,niſi ea iuncta ſit obligationi,per notata à Bart.in l.j.§.hæc verba,ff. ne vis fiat.vnde nec vnū quidem nummū poteſt ſoluere ex æquitate capitis ſui,l.ſi is cui,§. Flauius,ff.de ſol.vt tradit Paris Pute.in tract.de Syndicatu,in verbo,arbitriū,col.vlt.verſi.officiales.

*Rurſus de bona fide agnoſcenda.*

66 ¶Sibíne igitur emptor imputabit? quòd ab initio non iuſto pretio emerit,vt ſic ſolus culpā luat, qui & ipſe ſolus culpam commeruit:& ibi tātùm ſit pœna,vbi & noxia eſt,l.ſancimus,C. de pœnis,& c.quæſiuit,extra de his quæ fi.à maio.par.capit.& ibi concord. Quibus adde optimum tex. in l.ſi communis,ff.de noxa.act.vbi qui ſui facti nomine pœnam meruit,ab alio etiam ſocio quicquam non debet conſequi.Sed id obtinet , ſi dolo ipſius aut aliàs ex propoſito ea læſio interuenerit.At ſi re ipſa,eo neſciente, nec impellente,ſed incogitāte læſio interuenerit,nihil eſt quod timendum ſit in foro conſcientiæ:ſi credimis Calde.in repet.c.nauiganti,col.v. verſ.tertiò oppon. contra duos,& ibi Pan.col.vlt.extrà de vſur.cum aliis multis concord.à me adductis,in d.ix. Lege connubiali,verſi.illud tamen quod diximus.

*Culpam luat, qui culpā cōmeruit. Iterum de bona fide.*

67 ¶Præſertim cùm ſi non niſi petita reſtitutione , aliquid auocari à me poteſt, non teneor in foro conſcientiæ,ſi non ea petatur,ex ſententia Inno.in c.quia plerique,col.ij.verſ.ſed quid dices , de immunitate eccleſia.& in c.cùm olim.& ibi quoque Hoſt.& Ioan.And.& omnes in verbo,deductiones,extrà de cenſib.& Alex.conſi.lxvj.viſa facti narratione,col.2.verſi.& poſito,lib.vj. Sed id quomodo intelligatur,videbis,ne erres , apud eundem Innoc.in d.c.quia plerique. Quanquàm Imo.in c.Apoſtolicæ,ſuper glo.in verbo,præſcriptione,de donat.tradit ſimpliciter , emptorē qui ſcit contractum poſſe reſcindi,eſſe in mala fide,nec poſſe rem præſcribere,per l.in cauſæ , la.j. §. vlt.ff.de minori.& ſequitur Alex.ſecum ipſe pugnans,conſi.liiij.circa primum,col.vlt.eo. lib. vj. vbi nuncupatim loquitur in caſu d.l.ij.C.de reſcind.vendi.licèt Ant.in d.c.Apoſtolicæ , dicat ſe non recordari,vbi id ſit deciſum,nec decidat.

*De eadem re.*

68 ¶Verùm,vt id caput finiam , apud Cenomanenſes conſuetudo eſt in hunc caſum noſtrum expreſſa,c.conſuetudinum eius loci ccclxxv.quo cauetur,id ſupplementum factum ſine fraude ante citationem factam in cauſa retractus,aut manus iniectionem,id eſt,ſaiſimentum,ſiue ſaiſinam, vt vulgò loquimur,appoſitam in rem venditam,donec emptor reperiatur,accedere pretio vēditionis,deberéque conſanguineum retrahētem id reſtituere. Quo in loco commentarij nihil omnino dicunt.Et eadem eſt apud Andegauenſes, c. ccclxv.niſi quòd addit autoritatem iuſtitiæ:& Borbonienſes,c. ccccxxxj. & Niuernenſes hoc tit.c.xij. niſi quòd non loquitur de manus iniectione,ſed tantùm citatione.Et de hac quoque quæſtione aliquid tetigit Carol. Molen. in conſuet.Pariſi.tit.j.§.xiij.glo.viij.in j.quæſt.vbi videbis.

*Conſuetudines in caſu noſtræ quæſtionis.*

69 ¶Nono quæro,quid ſi emptor vltra pretium venditionis in ipſo contractu,& eodem veſtigio, mutuauit venditori viginti aureos:(id enim aliquando factū vidimus) vtrùm conſanguineus veniens ad retractum,teneatur reddere illos viginti aureos,ſaltem actione ſibi ceſſa ab emptore in venditorem.Quod videtur:nam id mutuum, quod factum eſt contemplatione venditionis, eſt pars pretij.l.fundi partē,ff.de contrah.emp.& c.cùm Ioannes,extrà de fide inſt.cum aliis concor. adductis infrà tit.ſeq.*de retraict conuentionel,* in præfat.nu.20.quartum quod in ea,& ſeq.Nam & hinc fit,vt vēditio non debeat cēſeri facta fuiſſe eo tantùm pretio,quod vēditioni attributū eſt,ſed & poſsit reſcindi ob eam rē,cuius contēplatione facta eſt,l.cum te,C.de pact.inter empt. & vēd. fac.Et in hac ſententia fuiſſe Petr.refert Gerat.Bago.in ſua diſpu.retractus,verſ.quæro quidā fœnerator,per quædā ex dictis iuribus & rationibus.& mox ſubdit,Pet.Ray.tenuiſſe,conſanguineū non teneri mutuū reddere,ſed vtilitatem ipſius,ſcilicet , quanti intereſt emptoris non mutuaſſe. illud enim eſſe partem pretij,l.ratione,§.vendere,qui eſt j.ff.ad leg.Falc.Et nihil præctereà dicit.

*Si emptor mutuauit, an conſanguineus id mutuum reddere debet.*

70 ¶Quid tamen,ſi aduerſus hæc quis ita dicat:Aut mutuum illud non eſt factum contemplatione venditionis,& nullo illius reſpectu:& tunc nihil ad venditionem pertinet , nec propterea ad retractum:aut fuit factum illius contemplatione,quod præſumitur,cum ſimul vtrunque factū fuerit,per ea quæ dicta ſunt,& quæ dicemus infrà tit.procedente,*de traict conuentionel,* §.j.in verbo, in limine contractus,& diximus etiam in repet.l.ſi vnquam:in verbo,donatione largitus,nu.117. ſed & hoc tamen,& ſeq.C.de reuoc.dona.& probat etiam tex.in l.ſi venditor,§.vlt.in fi.ff.de ſer. expor.& gl.in d.l.fundi partem,in verbo,vendidiſti.ff.de contrah.empt.Sed aduertendum,quòd ea gl.malè collocatur ſuper primo verbo,vendidiſti,quod eſt in prin.eius l. ſed debet poni ſuper ſecundo,cùm dicitur,fundum vendidiſti,vt clarè liquet.Si igitur (vt repetamus) id mutuum factum eſt ob venditionem,tunc videtur eſſe vſurarium,cùm debeat eſſe merè gratuitum,iuxta illud Lucæ 6.Mutuum date,nihil inde ſperantes. & not. gloſ. Barto. & alij in caſu ſimili in l. rogaſti,§.ſi tibi,ff.ſi cert.petat.& Bald.poſt alios Antiquiores,in l.cùm allegas,col.ij.verſ.ſed hîc dubitatur.C.de vſur.cum ſimi.Quomodo igitur emptor poterit allegare ſuam turpitudinem, vt id

*Mutuum date nihil ſperātes*

mutuum



mutuum à conſanguineo,aut quod eius intereſt,exigat,l.cùm profitearis, C. de reuo.dona. & c. inter dilectos,extra de dona.cum ſi.allegatis ſuprà in eadem gl.in ij.quæſt.

71 ¶Niſi dicas,id quod intereſt etiam ex mutuo,non haberi pro vſura, vt not. gl.& Doct.in l.j.C. de ſum.tri.& in l.curabit,C.de act.emp.& in l.ij.C.de vſur.& in ca.conqueſtus,extrà eo.& gl. in c.quoniam multi.xiiij.q.iiij.& Bal.conſ.479.factum ſuper quo,col.ij.verſ.in contrarium videtur, lib.j.& conſi.cccxcv.ius naturale poſt prin.lib.v.Card.Flor.conſi.lxxviij.amice.Alex.conſ. cxlvij. perſpectis inſtrumentis,col.j.li.v.Corn.conſ.cxiij.viſa petitiòne,ante fin.lib.iij.& Socin.conſi.133. profecto,col.j.lib.j.quod repetitur conſi.clxxiiij.lib.ij.cum aliis concord.collectis ab Alex.conſil. ccxxij.ſuper tit.quæſtionis,col.j.li.ij.& Iaſ.conſ.clj.contra conſultationē,in fi.li.iiij.& Steph. Bertr. conſ.cix.etiamſi verum ſit,lib.iij.Philip.Melancth.in Epitome moralis Philoſophiæ. Idque etiam ſi ſolum interſit ratione lucri ceſſantis,ſaltem in iis qui negotiari ſolent,per tex. in l.non vtique, §.vlt.ff.de eo quod certo loco.& voluit Inno.in c.ſacro.de ſenten.excom.Cy.in auth.ad hæc, in pen.q.& ibi Bal.col.ij.verſ.ſed quid in vſura.& Sal.C.de vſur.Ioan.Calde.in c.nauiganti.in iij. q. extrà eo.tit.Bart.in l.j.col.ix.verſ.venio ad vltimam partem.C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Petr.Anch.Pan.& Ioan.Ana.in d.c.conqueſtus,eundem Petr.in cle.j.§.ſanè,de vſur.& in c.peccati venia,in vj.quæſt.prin.de reg.iur.lib.vj.& conſ.cxviij.in q.quæ vertitur.col.ij. Panor.in c.p. & g.in princ.de offi.delegat. & in c.dilecti,in vlt.notab.de foro compet.& in c. cùm venerabilis, col.iij.verſi.aduerte an vſuræ,de excep.& conſ.lxiiij.venio ad primum,col.4.verſi. valuit inſuper lib.j.Raph.Co.conſ.cxxxix.P.laicus,col.vlt.Fran.Aret.qui alios allegat,conſ.ix.eleganter & verè, col.vlt.Alex.d.conſ.ccxxij.col.j.& iterum vlt.lib.ij.& conſ.cxlj.viſo themate cum dubiis,col.j.lib. v.& conſ.xxxj.viſo themate prædicto,col.j.poſt prin.& iterum col.3.verſi.ſecundò non obſtat,li. vj.& conſ.lij.viſo primo,col.ij.eo.lib.vj.& conſ.lxxvij.viſo proceſſu.col.vlt.eo.lib.vj. & conſil.cc. perſpectis,col.j.eod.lib.vj.Corn.d.conſ.cxiij.col.vlt.lib.iij.Guid.Pap.in tracta.de contractibus illicitis.col.ij.verſ.ſed circa hoc quæro,Philip.Dec.qui & alios quoque citat,conſ.xxxix.iuridicam, col.ij.verſ.nec obſt.ſi dicatur,& conſi.cxj.cuius ſuperſcriptio incipit,de illo qui vendit,col.iij.verſ. tertiò generaliter.De hoc tamen vltimo vide omnino eundem Dec.qui id non admittit,in d.ca. cùm venerabilis.col.v.verſi.& iſtud intereſſe,de except. & ante eum Soci. in l.de diuiſione , col. vlt.verſ.aliquando & ſextò,ff.ſol.matr.

*Quid in lucro ceſſante.*

72 ¶Aut etiam,niſi dicas hunc emptorem poſſe allegare ſuam turpitudinē excipiendo, cùm tractet de damno vitando,ex ſententia ipſius Phil.Dec.conſ.dlxxxvij.coram magnificis,col.vlt.verſ. ad hoc reſpōdetur.Sed id parum tutum eſt,quia non ita ſimpliciter intelligitur,vt dicit Deci.ſi is eſt, ſed tum demū,quando ea turpitudo excipiendo allegatur aduerſus participē ipſius turpitudinis, non aliâs:vt voluit Ioan.And.in addi.Spec.tit.de dona.§.j.verſ.itē pone aliquis:Bar.in l.iuſiurandum quod ex conuentione,§.procurator.col pen.verſ.verſi.& pro huius declaratione,ff.de iureiur.Sal.in l.aliâs,col.pen.eo.tit.Ant.& Pan.in c.cùm ſuper,extrà de conceſ.præbe.Alex.poſt alios Antiquiores,in l.de tutela,col.ij.C.de in integ.reſti.& conſ.lix.viſo inſtrumento,ad fi.lib.j. quod repetitur conſi.xxxix.lib.v.niſi quòd huius initium eſt,viſo ſtatuto , & Cæpolla cauſſarū criminalium conſi.lviij.Franciſcus,col.ij.verſ.ſecundo reſpondetur.Franc.Aret.conſ.lxv. in præſenti cōſultatione,col.vlt.verſ.ampliùs ſi hæres.& latè Fel.in c.lator,col.j.extrà de re iudi.An autem,& quando,& quomodo aliâs quis poſsit allegare ſuam turpitudinē,aut fraudē,vide omnino {Bald. in repet.l.2.col.29.verſ.ad ſolutionē iſtius quæſtionis,ff.de iureiur.Ro.in l.iuſiurandum quod ex conuentione,§.procurator,col.2.verſ.ſecundò quando quis,& ſeq.ff.de iureiur.} Pan.in d.c. cùm ſuper,& Soci.conſ.cclxiiij.viſis in inſtrumento,col.iij.verſi.circa primum & multis ſeq.per 4.aut v. col.lib.ij.præter eos,quos tibi ſuprà citauimus hac eadem gl.nu.24.ſed aliud eſt,& ſeq.

*Allegatio turpitudinis.*

73 ¶Decimo qværo, Res vendita fuit centum libris,nec additum fuit Pariſienſibus, aut Turonenſibus,conſanguineus autem retrahens,vult dare Turonenſes,quia minoris valent; emptor petit Pariſienſes:quis iuſtiùs induit arma.Et ſanè tex.habemus in l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de reg.iur.quòd ſi non apparet in contractibus,quid actum ſit,id ſequi debemus, quod in regione, in qua id actum eſt,frequentatur.Quo in loco Accurſius ponit ſpeciem huic noſtræ omnino ſimilem:Si vendo (inquit) tibi rem quampiam decem libris,& tu dicas ſenſiſſe de Veronenſibus, ego de Imperialibus,ſi non conſtet quid actum ſit , mos regionis ſpectandus eſt. Si autem in ea regione vtraque moneta æqualiter in vſu eſt,minor ſpectabitur:nam in ea l.ſubiungitur,quòd ſi mos regionis non appareat,quia varius eſt,ad id quod minimū eſt,redigenda ſumma eſt.Id quod etiam optimè probatur in l.nummis,ff.de leg.iij.vbi ita ſcribitur,nummis indiſtinctè legatis,hoc receptum eſt,vt exiguiores legati videantur,ſi neque ex conſuetudine patrisfamiliâs , neque ex regione vnde fuerit,neque ex contextu teſtamenti poſsit apparere.Hæc ibi. Quæ ſi obtinent in teſtamentis,multò magis in contractibus:cùm in teſtamentis plenior fiat interpretatio,l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.& c.cùm dilecti.in fi.extrà de dona.Et ita etiam tenet Pet.Iac.tit.de cer.cōdit. gener.ex ſtip.§.j.verſ.ſed quid ſi non fuiſſet.

*Si res vendita ſit centū libris ſimpliciter,an cōſanguineus reddet Turonenſes,an Pariſienſes.*

74 ¶Sed hæc ita intellige,vt tamen ante omnia inſpiciendum ſit,quod veriſimilius eſt,per l. obſcuris,ff.de reg.iur.vbi ita ſcribitur,in obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt:aut quod plerunque fieri ſolet. Quo etiam loco ipſe Accurſ.eandem ſpeciem pro exemplo poſuit,aſſerítque quod diximus,ſcilicet id primo loco inſpiciendum eſſe,quod veriſimilius eſt.Si enim(inquit)res vendita

*Veriſimilitudo in primis inſpicienda.*

digna erat,quæ vẽdereur decem libris Imperialibus,aut maiori pretio:non eſt veriſimile contrahentes de vili moneta egiſſe nec è contrario.Id quod etiã dicit in d.l.ſemper in ſtipulationibus, ibi,item actum intellige,& Guli.à monte Laud.in c.inſpicimus,de reg.iur.lib.vj.& Alex.conſ. 33. conſideratis verbis,col.ij.lib.vj.Ad quod etiam facit,quod in ſimili dicit gl.notab.in l.j.§.j.in verbo,agendo,& ibi Bar.ff.de ſuperfi.de qua re & nos diximus ſuprà in ij.quæſt.huius gl.verſ.j.in fi. Et facit etiã alia gl.quæ veriſimilitudinẽ anteponit cæteris cõiecturis,& rationib. quibus rẽ dubiã interpretamur,in l.veterib.in gl.magna ante fi.& ibi quoque Bart.Bald.in addi.& Ang.ff.de pac. cum aliis concor.à me adductis in repe.l.ſi vnquã,in præfat.nu.54.ex hoc albo,C.de reuo.dona.

7 ¶Cæterùm ſi plura ſcire velis de hac noſtra quæſtione,vide Oldr.conſ.clxviij.ad primã quæſtionem,in j.ij.& iij.dubio,& Petr.Iac.tit.de certi condic.generali ex ſtipulatione,col.j.verſ. ſed quid ſi non fuiſſet,& Sal.in l.quicunque,col.ij.verſ.ſed pone quòd ſtatutũ , C.de ſeruis fugi.& Alex. conſi.xxj.viſis his,per totum,li.j.quod repetitur conſi.xxxvij.li.v.& omnino Maria.Soci.ſcriptorem copioſiſsimum,vbi ſemel animum ad ſcribendũ appulerit,conſ.vj.prædicta conſultatio,col. pen.verſ.quæritur quid iuris,& Barpto.Soci.dignum tali patre filium,conſi.cxlvij.circa primum, col.iij.verſ.circa ſecundum,lib.ij.vbi & abundantiſsimè tractat,an legatũ quodpiam ſex millium florenorum intelligatur de largis,an de groſſonibus,vt ipſe appellat.an & de minimis : & multa allegat in omnem partem,quæ huc non minimum pertinent,atque etiam Corn.conſ.244.videtur prima facie,col.vj.verſ.viſo hactenus,lib.ij.ex quibus etiã locis intelliges,an potius inſpiciendus ſit mos regionis,in qua contractus celebratur:an verò originis contrahentiũ,an deniq; eius, quã frequentare ſoliti ſunt.An verò cùm ad regionẽ ſpectare debemus,ad locũ cõtractus,an autem ad eum,in quo res, quæ vẽditur,ſita eſt.Et certè Guid.Suz.Alb.in l.ſi fundus,ff.de euict. loquẽtes de diuerſis mẽſuris,dicũt eam potius quæ eſt loci cõtractus,quàm ſituationis rei, eſſe inſpiciendã,per eam l.& l.an in totũ,C.de ædifi.priuat.& l.venditor,§.ſi conſtat,C.commu.prædi.

*Si ad regionẽ ſpectatur, utra ſpectanda ſit,an contractus, an ſituationis rei.*

76 ¶Vndecimo conſequenter quæro an ſaltẽ ſtandũ ſit aſſertioni venditoris,qui ſimul cum emptore affirmat,intellectũ & actũ fuiſſe de Pariſiẽſibus,id eſt de maiorib.Quę res decidi poteſt ex eo,quod ſcribit Ang.in l.petens,col.iij.verſ.in ea gl.ibi,alij,& ibi poſt eũ Raph.Fulg.C. de pact.ꝙ quando contrahentes declarãt ſuam intentionem circa pretiũ,non refert,quo tẽpore id faciãt,incontinenti ſcilicet,an ex interuallo,cùm tractatur de ipſorũ præiudicio.Sed ſi agatur de præiudicio tertij,non ei quicquã præiudicat declaratio facta ex interuallo. Verbi gratia,ſi vendidi librum decem libris,quo caſu ex ſtatuto debetur gabella fiſco pro ratione pretij : ſi incontinenti conueniat inter contrahentes,quòd intelligatur de libris minoribus,de illis tantùm debet ſolui gabella: quia tale pactum incontinenti appoſitum dat legem contractui,l.iuriſgentium,§.quinimò, ff. de pact.Secus,ſi ex interuallo id fiat,quia non nocebit fiſco aut publicano,cui eſt ius quæſitum.

*An de hac re credatur contrahentibus.*

77 ¶Verùm Philip.Dec.in ea ipſa l.petens,col.ij.conſtanter aſſerit,id demum procedere, ſi à principio in cõtractu eſſet expreſſum de libris maioribus:quia à tali cõtractu non poſſunt partes poſteà recedere in præiudicium fiſci,vt voluit Bal.in l.ſi conſtante,col.ij.C.de don. ante nupt. cum aliis multis concord. à me traditis infrà tit.ſeq.§.vj.ſuper verbo,*les loyaulx couſtemens*, nu.x.ex iis autem,& alibi ſæpe in ea gl.At in terminis(inquit Ang)cùm in contractu fuit ſimpliciter dictum de decem libris,videtur quòd etiam ex interuallo poſſit à contrahentibus declarari,quòd de minoribus intelligebant.Nam declaratio ſemper fieri poteſt,vt voluit ipſe Ang.in l.cùm proponas, col.j.verſ.quid autem ſi non appelletur,C.de bonis auto.iudi.poſſid.cum aliis concor.ab eodem Decio traditis in c.paſtoralis,in fi.de excep.& in c.paſtoralis,§.verũ.in iij.notab.de app.nec enim ipſa declaratio quicquam noui inducit,l.hæredes palam,§.ſed & ſi notam, ff. de teſtament. Ideò non poteſt dici,ius eſſe quæſitum tertiò,vt declarat Pau.Ca.in ea ipſa l.hæredes palam,§.ſi quid, cum quo legit d.§.ſed & ſi notam,col.j.in fi.Ego verò in caſu noſtro arbitror,contrahentes ex interuallo non poſſe declarare,contra id quod veriſimile eſt:aut ſi id ceſſat, contra morẽ regionis, aut vtroque ceſſante,intellexiſſe ſe de maioribus in præiudicium conſanguinei,cùm de minorib. cæteris ceſſantibus,intellectum videri Ius cõmune ſtatuerit,vt diximus & probauimus in præcedenti quæſt.Et vide,quæ dicam infrà eo.tit.§.ij.in glo.j.nu.24.at maius dubium,& ij.ſeq.

*Declaratio ſemper fieri poteſt.*

*Deciſio quæſtionis.*

78 ¶Dvodecimo quæro,fundus venditur centum aureis , è quibus emptor in ipſo contractu ſoluit quinquaginta,alios autem quinquaginta fatetur venditor ſe antè recepiſſe , nec tamen aliter conſtat de receptione ſiue numeratione eorum:quæritur, an cõſanguineus teneatur ſtare illi confeſsioni,& ita reddere centum illos aureos,an verò quinquaginta,quos conſtat fuiſſe numeratos,& traditos in contractu.Hæc res profectò quotidie vſu euenit.nam prope maior pars venditionum ita facta eſt:& tamen id vnquam vidi in dubium reuocari , quin ſemper conſanguinei venientes ad retractum,totum illud pretium ſponte offerant,& perſoluant:quamuis hæc res non ſit abſque dubio:nam cùm in inſtrumento non continetur vera numeratio,ſed tantùm confeſsio numerationis,præſumitur fraus,nec ſtatur huic confeſsioni,l.per diuerſas , ibi tantummodo ſolutarum pecuniarum,& ibi gl.in verbo,ſolutarum,& Bar.col.ij.poſt Iac.Bu.& Ray.Forli.C. mãdat.& in l.ab Anaſtaſio,ibi quæ præſtitit;& ibi,pecuniis acceptis,& rurſum ibi , re ipſa perſoluit, atque item ibi,quod datum eſſe comprobatur,C.eo.tit.quod dicit Bar.vbi ſuprà,procedere quãtùm ad tertium non contrahentem,eum ſcilicet , contra quem fit ceſsio, non verò, quantùm ad ipſum cedentem:& id dicit ſe pluries conſuluiſſe,& Fran.Piſa.& alios multos Doct.

*Si uenditor in inſtrumẽto uẽditionis confiteatur ſe pretiũ uel partẽ ipſius receviſſe, an idipſum cõſanguineus reddet.*
***L. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio,intellectus, uide 85.86.***

¶Et



79 ¶Et idem quoque voluerunt Sal.Ang.& Pau.Caſt.in d.l.per diuerſas,ille col.iiij.verſi. quæro tũc quintò,alter col.j.hìc in fi.Iacob.Aret.in ſuo tracta.de ceſsio.act.& Iac.Bel.in §.aliud,in auth.de æqua.doti.idem Sal.in l.ij.col.ij.verſ.ſed vltra iſtos,C.ne lice.pot.vbi reſpondet ad allegata quædã in oppoſitum.Bal.in l.Deo nobis,col.ij.verſ.quintò notandum , C. de epi.& cle.& in l.vlt.col.ij. verſi.in hac lege,C.de ſponſa.& in c.quia veriſimile,col.ij.extrà de præſum.& conſ.cclxxxv. caſus coram R.col.vlt.lib.ij.& conſ. ccccxxxviij. an poſſeſsio. col.ij.lib.v.& D.à Rot.deciſ.clxxvij. ceſsio,in addi.verſ.deinde quæro,in nouis.Panor.in c.vlt.col.iij.verſ.quintò præſumitur , de ali. mut.iu.cau.fac.Imo.dum allegat Bart.vbi ſup.in l.Titia,in prin.ff.de verbor.oblig. & conſi.lv.in caſu præmiſſo,col.ij.verſ.nec obſtat,ſi dicatur,quòd dictus Io.Plat.in §.item ſi quis,in fi.Inſti.de inuti.ſtipu.Raph.Co.conſ.lxviij.in præſenti quæſtione,col.iij.Pau.Caſt.conſ.cclij. viſo quodam, col.ij.verſ.reſpondetur,lib.ij.Nic.Mil.in ſuo reperto. verſ.ceſsio actionis præſumitur. Corn. qui hanc dicit eſſe communem opinionem nec ab ea diſcedendum,conſ.ccxxx. videtur prima facie, lib.j.Cæpo.caut.ſecundum vltimam computationem xxj.pater.& Guid.Pap.deci.Delphi.dlxvij. an compenſatio,verſ.circa hanc,& in tracta.Præſumptionum, col.xxv. verſ.in contractu ceſsionis,& Soci.conſ.xc.in cauſa magnifici,col.iiij.verſ.ij.in primo,lib.iij.Et dicit Bald.in d.l.ij. ne lice. potenti.ſæpe pro hac parte fuiſſe iudicatum.

80 ¶Et hanc partem mirum in modum confirmat,quod à Spec.& Ioan.And.in addi.illius,ſcriptũ eſt.titu.de confeſsis,§.nunc videndum verſiculo ſed nunquid patris confeſsio , quòd ſola patris confeſsio de recepto,etiam cum iuramento,non præiudicat filio in legitima,niſi aliter conſtet de reali numeratione pecuniæ confeſſæ. Neque enim poteſt pater filium priuare legitima,c.Raynutius,& c.Raynaldus,extrà de teſt.vtpote cùm filius ipſe in ea ſit tanquam creditor,l.Papinianus. §.ſi quis impubes,ff.de inof.teſta.Et idẽ non obſcurè voluit Bar.in l.cùm quis decedẽs,§.codicillis,col.j.verſ. prætereà teſtator,& ibi quoque Alber.circa medium,ff.de leg.3.& apertiſsimè Ant. qui Spec.nuncupatim citat,in c.j.pen. col.ij.& ibi etiam Panor. col. vlt.in prin.extrà de re iud.& Raph.Co.conſ.xxxj.teſtator,col.j.& Ioan.Plat.in d.§.item ſi quis,ad fi.Inſt.de inuti.ſtipu.Cępolla d.cautela xxj.Alex.in l.vlt.col.pen. verſ. ex prædictis,ff.de re iud.& conſ.xlv.habita ſuper his col.vlt.lib.j.& conſ.xxvj.viſo & conſiderato,col.j.lib.ij.quod repetitur conſi.cxliij.lib.v. & rurſum idem Alex.conſi.xviij.non minuitur legitima,in fi.lib.iiij.& conſi.lvij.viſa breui,in princ. li. v.Barba.in d.c.Raynutius,col.lix.verſ.ſecundò conſidero,quòd licet. & ibi quoque Benedict. in verbo,ſi abſque liberis moreretur,l.j.nu.27.de teſta.& idem Barb.conſ.xvij.clemẽtiſsimum, col. 3.lib.4.Lancel.Dec.in l.ſi conſtante,in prin.col.8.ff.ſol.matr.Iaſ.in l.ſi arrogator,col.x.verſ.no.tamen perpetuò,& ſeq.ff.de adop.& in l.j.col.ij.verſ.quintò & fortius,ff.de eo per quẽ fac.erit. vbi id dicit ſing.& in l.nam poſteaquàm , quam legit cum l.ait. Prætor,la ij.§.ſed & ſi quis,col.j.ff.de iureiu.& in Auth.vnde ſi parens,col.j.C.de inoffi.teſta.Steph.Bertr.conſi.lxxj.pro faciliori , col. vlt.li.4.& Alcia.in c.cùm contingat,nu.26.extrà de iureiur.& Chaſſe.in tit.*de ſucceſsions*. §.ij.in gl. vlt.col.pen.verſ.prima eſt,& nouiſsimè Beron.Fernan.in repe.l.in quartam,in 3.præfatione,3.art. 2.concluſ.verſ.intellige primò,ff.ad leg.Fal. Quod maximè notandum eſt,cùm omnium ſit maximus parentum affectus in liberos,vt latiſsimè docuimus in rep.l.ſi vnquam,in præfat.C.de reuo.donat.nec tamẽ is tantus affectus tollit ſuſpicionem fraudis,quæ ex ſola confeſsione oritur.

*Patris confeſſio de recepto an præiudicet legitimæ filij.*

81 ¶Et ita quoque obſeruandum fore in hoc noſtro caſu,ſuadet hæc ratio : nam ſi cogerentur conſanguinei ſtare huic confeſsioni numerationis,ſine alia ipſius probatione , liberum eſſet contrahentibus eos fraudare,& inuicem colludere,vt ab eis fortè cupidis(vt ſolent eſſe)retrahendi,plus nummorum,quàm ſolutum ſit,corraderent,& ſibi communicarent,l.repetita,& ibi no.ff. de fide inſtr.& c.ſuper eo,extrà de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ,& dicemus latius ad aliud propoſitũ infrà eo.tit.§.ij.in gl.j.nu.23.at maius dubiũ.Fraudibus autẽ & malitiis occurrẽdũ eſt, nec eis debet via aperiri,l.cũ hi,§.ſi cũ lis,ff.de trãſ.& c.vlt.de ele.li.6.& vtrobiq; cõcor.in gl.Et bene facit,quod expreſsim in noſtro caſu retractus voluit Aegidius Bellamera cõſ.j.factũ eſt tale Epiſcopus,col.6. verſ.ſed vtrũ teſtes,poſt Iac.Are.& Pet.à Bella Pertica,quos & ipſe citat,in l.ſciẽdũ,ff.de verb.ob.

82 ¶Nam & hinc etiam videmus,quòd confeſsioni mariti de receptione dotis non ſtatur in præiudicium creditorum,niſi conſtet de vera numeratione,gl.in l.aſsiduis,in verbo , datæ,& ibi Bald. ante fi.C.qui poti.in pig.hab.cum aliis multis concord.à me abundè collectis infrà tit. ſeq. *de retraict conuentionel*,§.iiij.gl.vj.in verbo,*conſigner*, nu.14. ſed ex illo tamen. & eſt optimus tex.in l.ſi quis poſthac,in prin.C.de bon. dam.vbi confeſsio dotis receptæ non præiudicat fiſco, cui bona mariti ſunt confiſcata:niſi verè conſtet de numeratione.Sicuti nec confeſsioni procuratoris, tutoris,executoris,& aliorum huiuſmodi de recepta pecunia,vti etiam latè diximus in eo.§.iiij.gl. vj. nu.11.& huius optima.Nec etiam confeſsioni debitoris in præiudicium creditoris , vt per Socin. conſ.lxxviij.viſis actis,col.ij.verſ.verum eſt quod non arbitror,lib.iiij.& dicemus infrà tit.ſeq.§.j. in verbo,*ſeront preferez*,quæ eſt gl.vij.nu.47.& pro priori.Ideóq; creditor poſterior,de cuius vera numeratione conſtat,præfertur priori,qui tantùm habet confeſsionem debitoris,l.Titius , ff.quæ res pigno.obl.poſ.quam ſic intelligunt gl.Bal.& Ang.in l.diuerſis,C. qui poti.in pig.habe. ad hoc quoque allegat ipſe Bal.d.l.aſsiduis,cum gl.& etiam glo.in d.l.ſi quis poſthac,in prin.

*Cõfeſſioni mariti de receptione dotis, an ſtetur in præiudicium creditorum.*
*Itẽ an confeſſioni procuratoris,& aliorum huiuſmodi.uide xc.*
*An debitoris in præiudiciũ creditoris.*

83 ¶Verum pro contraria parte facit,quòd confeſsio partiũ de receptione & numeratione,probat veram & realem numerationem,l.pecuniæ,& ibi Bald.C.de ſolutio,& l.vlt.ff.de inſtitor. act.

*Confeſſio ſolutionẽ probat.*

*Etiam in ſtatutis. Et aliis quoq; conſectaneis nocet.*

Adeò vt ſtatutum loquens de ſolutione, procedat in confeſsione, vt voluit Bal. in l. ſi non ſortẽ, §. indebitum, col. ij. verſi. quid de excep. fictæ ſolutionis, ff. de condi. inde. per optimum text. in l. ſi acceptolatum, §. j. ff. de acceptila. & ſequitur Phil. Dec. in l. ij. §. vlt. col. v. verſ. poſtremò Barto. ff. ſi cert. pet. Ideóq; & huiuſmodi confeſsio æquè præiudicat aliis acceſſoriis, conſequentibus, ſiue cõſectaneis, atque ſuccedaneis, vt fideiuſſoribus, mandatoribus, creditoribus cõfitentium, ſicut ipſis confitentibus. quod hinc clarè probatur, quòd illis, vt confitẽtibus ipſis competit aduerſus huiuſmodi confeſsionẽ exceptio non numeratæ pecuniæ, l. tam mãdatori, quæ loquitur de mãdatoribus, & fideiuſſoribus. & l. ſi cui, quæ loquitur de creditoribus, C. de nõ num. pecu. & ad id eos tex. extẽdit Raph. Fulg. ibi, & conſ. 133. proponitur probatũ, col. j. verſ. cæterùm ſi lapſa, & cõſ. ccv. Raynaldus, vbi trahit ad omnes, quorũ intereſt: tanquã ſcilicet non opus eis eſſet exceptione nõ numeratæ pecuniæ aduerſus huiuſmodi confeſsionẽ, niſi ea ipſi obſtricti eſſent, nec enim leges ſuperflua remedia impartiũtur, l. in cauſæ, in prin. ff. de minor. & l. j. C. de theſaur. li. x. & ibi concor.

84 *Fideiuſſor ex ſola confeſsione creditoris agit contra debitorem.*

¶Hinque etiam videmus, ſatis eſſe fideiuſſori, aut alteri, qui alium promiſit ſeruare indemnem, probare ſolutionem à ſe factam per ſolam confeſsionem creditoris, ſine alia probatione numerationis, vt poſsit agere aduerſus debitorem: vt voluit noſtratium Doct. facilè princeps Bart. conſi. clx. Titius promiſit, Pau. Caſt. qui ita etiam dicit ex facto conſuluiſſe Fran. Tigri. in l. duobus, §. j. col. j. & ibi quoque Alex. col. ij. ff. de iureiur. & idem Pau. Caſt. conſ. lxiiij. quæritur vtrum fideiuſſori, lib. j. & ipſe Alex. conſ. xxv. viſo inſtrumento contractus, col. ij. verſ. ſecundò oportet, lib. ij. & conſ. cxxiij. quoniam abunde, lib. 6. Cæpol. conſil. duodecimo, dubitatur, vbi alios multos citat. Phil. Dec. in d. l. ij. §. vlt. vbi ſuprà, ſi cer. pet. & conſ. ccccxciij. viſo tenore, col. j. & Matthæ. Afflict. deci. Neapo. xcj. iterum in cauſa Alexandri, nu. 3. rurſúmque deci. xciiij. ſunt duo ſocij, & deciſ. cl. Rex Alphonſus, col. pen. de quo nos alibi quoque dicemus.

85 *De d. l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio.*

¶Quod autem dictum eſt de d. l. per diuerſas, & d. l. ab Anaſtaſio, non ob aliud fit, quàm quòd ibi eſt præſumptio fraudis, ob legis in illis caſibus prohibitionem. Ideóque non ſtatur confeſsioni, ſicuti nec aliâs in caſibus prohibitis, l. qui teſtamentum, ff. de probati. & l. cùm quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3. cum multis concord. à me collectis in repe. l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 77. ſed contrarium, & ſeq. C. de reuoc. donat. Quam rationem in caſibus dictarum legum inter cæteros adducunt Sal. & Pau. Caſt. in d. l. per diuerſas, & Raph. Co. d. conſil. lxviij. vbi id dicit generaliter procedere in caſibus, in quibus poteſt cadere ſuſpicio fraudis.

86 *De iiſdem.*

¶Quanquàm ſunt & qui in caſibus dd. ll. tenent etiam confeſsionem numerationis ſiue receptionis facere fidem, hac ratione, quòd præſumitur bona fides tam reſpectu contrahentium, quàm eorum, quos in conſequentiam contractus ipſe attingit, & in quos vi illius obligatio deſcendit, ar. l. intra vtile. §. vendentibus, ff. de minori. Ita enim poſt Nic. Mater. voluit Bal. ſibi contrarius in d. l. per diuerſas, col. j. C. mand. atque in d. l. ij. circa medium, C. ne lice. potenti. & conſi. cclxj. quidam Laurentius, lib. ij. Rapha. Fulgo. d. conſ. ccv. id tamen intelligens, modò tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ lapſa ſint. & iterum conſ. ccxvij. viſo exemplo, col. vlt. & conſ. ccxlij. Conſtilius, & Pau. Caſt. ſibi item contrarius, conſ. cccxciij. pro euidentia, in fi. lib. ij. & Franc. Aret. ſubdubius, conſ. cxxxvj. clariſsimè, col. 2. & Petr. Ferra. qui hanc opin. dicit eſſe æquiorem, in tit. forma libel. in cau. venditi, in verbo, ceſsit & mandauit, col. iij. verſ. poſtea quæritur. Quotquot autem de ea re loquuntur, vel expreſsè, vel certè tacitè declarant quòd in cæteris caſibus, in quibus nulla alia eſt fraudis ſuſpicio, ſtandum eſt confeſsioni.

87 *De confeſsione patris.*

¶Nam & quod poſtea dictum eſt de confeſsione patris ex Spe. & aliis, ſi id verum eſt, id quoque eſt propter interdictum legis, quæ ſcilicet, vt iam diximus, non permittit patri præiudicare filio in legitima. Quanquàm, vt dicam quod ſentio, non poſſum illi ſententiæ adhærere. Quis enim vnquam crediderit, patrem, niſi omnis naturæ expertem, habere animum & conſilium fraudandi liberos? eóſque externis in legitima poſtponendi, contra omnem Iuris præſumptionem, l. cùm auus, ff. de condi. & demon. & l. cum acutiſsimi, C. de fideicom. cum aliis multis concord. & ſi. à me collectis in repe. l. ſi vnquam, in præfat. C. de reuocan. donatio. Niſi quantitas rei & qualitas perſonæ huic præſumptioni adſtipularetur. Quod etiam in hoc caſu expenderunt Anto. & Pan. in d. c. pen. de re iudi. & facit, quod dicam verſ. ſeq. Nec tamen id omnino placuit Alex. in d. l. vlt. eod. tit. cùm dicit, nolle ſe circa id inſiſtere.

88 *De confeſsione uiri.*

¶Sed & quod mox dictum eſt de confeſsione numeratæ dotis, non ob aliud quoque fit, quàm ob fraudis ſuſpicionem, & interdictum legis, vt nuncupatim tradit Bal. conſ. cclj. duo rei debendi, col. ij. in prin. lib. iij. in id allegans eadem iura, quæ ſuprà citauimus: & alij quoque multi eorũ, qui de hac re loquuntur. Quanquàm & in hoc quoque caſu multi tenuére contrarium, vt ſcilicet ſtandum ſit confeſsioni viri, præſertim ſi renuntiatum ſit exceptioni non numeratæ pecuniæ: aut ſi tempus huic exceptioni præſtitutum, ſit tranſactum, vt plenè videre poteris apud Bart. in d. l. aſsiduis, col. vlt. vbi id dicit obſeruari: quod multùm eſt notandum. & ibi quoque Alber. col. j. & Sal. col. vlt. in viij. q. Raph. Co. qui hanc dicit eſſe communem opin. eámque etiam in practica obſeruari, d. conſ. xxxj. teſtator, in ſecundo dubio, vbi & alios multos in id allegat. & alterum Raph. Fulg. d. conſ. cxxxiij. col. j. & d. conſ. ccv. Imo. in c. ex literis, extrà de pig. & Alex. d. conſ. cxxiij. col. ij. non ſemel, lib. vj. & Soc. omnium latiſsimè in l. j. col. x. verſ. poſtremò Doct. hîc, cum multis ſeq. propè vſque ad fi. l. ff. ſol. matri. & Iaſon in d. l. duobus reis, col. ij. ff. de iureiur. Guid. Pap. ſing. 589.

verſic.



verſ. vtrum lex. & Ant. Rub. conſ. lxxviij. præſupponitur, col. iij. verſ. vlt. facit. apud quos & videbis alios multos id tenuiſſe.

89 ¶Sed quibus addere potes Bal. conſ. ccclij. quæritur an confeſsio, lib. iij. vbi & idem conſtanter tenuit: niſi ſi ex qualitate perſonarum & quantitate aliter eſſet dicendũ. ex notatis in l. 3. C. de dot. promiſ. Cui accedit & Raph. Co. d. conſ. xxxj. cùm dicit, ſtari huic confeſsioni etiam aduerſus creditores, niſi ex aliis qualitatibus poſsit eſſe ſuſpicio. Et ego ſimiliter idem dicẽdum eſſe in noſtro caſu cenſeo, vt ſcilicet conſanguineus teneatur ſtare huic confeſsioni venditoris: niſi ex qualitate perſonarum, & rerum, & quantitate pretij, aut aliis coniecturis ſit veriſimilis ſuſpicio fraudis, huic enim ſententiæ adſtipulantur & alij multi, quos ſuprà citauimus.

90 ¶Quod autem de procuratore, & cæteris continenter dictum eſt, non caret ſcrupulo, quando multi tenent contrarium: vt videre poteris apud. Fede. Senen. conſi. liiij. eodem modo, in fi. Bald. in l. nam & nocere, ad fi. ff. de pact. Raph. Co. d. conſ. xxxj. in ij. dubio. in fi. Pau. Caſt. conſ. xxxiiij. ego Paulus, lib. j. & alios multos, vt videbis tit. ſeq. §. iiij. glo. vj. num. 12. & hæc quidem. Et vtruncunque ſit in eo caſu, tamen parum facit ad ſpeciem, de qua tractamus. Illic enim tertius confitetur in præiudicium domini, hîc dominus ipſe in ſuum ipſius præiudicium, & conſequentèr aliorum: quod longè abeſt ab eo caſu.

*De confeſsione procuratoris.*

91 ¶Nec interim tamen omiſerim iura, quibus innituntur, qui ſuprà aſſeuerauerunt creditorem poſteriorem, habentem inſtrumentum de vera numeratione, præferri priori habenti inſtrumentum de confeſsione, non id probare. Nam quantùm ad d. l. Titius, ff. quæ res pig. obl. poſ. ibi conſtabat ex ſubſequenti numeratione confeſsionem præcedentem veram non fuiſſe. d. autem l. aſsiduis, cum gl. loquitur de priuilegio prælationis: nec tamen negat, quin mulier præferatur poſterioribus pro dote confeſſa. nec tamen eum intellectum (vt iam diximus) omnes admittunt. Quod deniq; dictum eſt in d. l. ſi quis poſthac, facit fauor fiſci: vti etiam hæc ſcitiſsimè expendit Franciſ. Ripa in l. priuilegia, col. iiij. nu. 23. ff. de priuil. credi, quanquàm illam ſententiam eſſe æquam dicit. Sed tu prætereà potes dicere eam l. ſi quis poſthac, debere intelligi, ſi fiſcus ſit intra tempora proponendæ exceptionis non nume. pec. ita enim intelligit glo. ibi in verbo, dotalium, cùm dicit fiſcum ſicuti & cæteros, quorum intereſt, poſſe excipere de non numerata pecunia, per d. l. ſi cui, C. de non nu. pec. Ex quo apertiſsimè vides gl. in ea eſſe ſententia, vt d. l. ſi quis poſthac, intelligatur ſecundum d. l. ſi cui, de qua & nos ſuprà diximus, nu. 83. verùm pro contraria. Et ita eam gl. expendiſſe videtur Bart. in d. l. aſsiduis, col. vlt. in pen. q. C. qui potio. in pig. hab. & Fulg. d. conſi. 133. & d. conſ. ccv. & d. conſi. ccxvij. & Pau. Caſt. in l. ſi marito, in prin. ff. ſolu. matri.

*An creditor poſterior, probans uerã numerationem, præferatur priori probãti confeſsionẽ uide ſuprà 82. Legis, ſi quis poſthac, intellectus.*

92 ¶Et qvod de ſimplici confeſsione diximus, idem quoque dicendum videtur, ſi de illo pretio antè ſoluto conſtabat tantùm ex ſchedula præcedente, vt item ſæpe contingit. Nam poſſet videri hanc non maioris eſſe momenti, quantùm ad id, de quo tractamus, quàm ſimplicem & verbalem venditoris confeſsionem appoſitam in contractu: cùm ea ſchedula ſit priuata ipſius confitentis ſcriptura, & quam potuit repetita atque anticipata die conficere, & oſtendere notariis inſtrumentum venditionis conficientibus, vt de ea mentionem facerent in ipſo inſtrumento, atque ita ex compoſito conſanguineos circunueniret, ſecundùm ea quæ latiſsimè dicemus infrà tit. procedente, *de retraict conuentionel*, §. j. glo. vij. quæ eſt in verbo, *ſeront preferez*, num. 42. nunc autem in mentem venit, & multis ſeq.

*Quid ſi de pretio ſoluto ante uenditionẽ conſtet ex ſchedula.*

93 ¶Verùm maior eſt ratio, vt credatur huic ſchedulæ, quæ vltra confeſsionem producit obligationem, quam literarum vocamus: vt patet in rub. & nigro, Inſti. de litera. obli. Vnde obligato ipſo principali, obligantur quoque acceſſorij, & alij qui in conſequentiam veniunt, per d. l. tam mandatori, & d. l. ſi cui, C. de excep. non nume. pecu. Id quod etiam ſcitiſsimè expendit Corn. d. conſ. ccxxx. paulò ante fi. lib. ij. Prætereáque habemus tex. in l. Lucius, §. tutelæ, ff. de admin. tuto. quòd creditur apochæ tutoris de ſolutione debiti pupillaris ſibi facta durante tutela: etiam ſi ea producatur finita tutela. & ibi gl. in verbo, apochæ, quæ intelligit de apocha confeſsionis, & Raph. Co. conſi. xxiiij. teſtator filio, col. ij. vbi reprehendit Bart. in d. §. tutelæ, id aliter intelligentem. & idem Raph. conſ. xxxj. teſtator, in teſtamento, col. ij. in fi. iij. dubij. & Barb. conſ. xviij. difficile, col. v. verſi. quartò facit, lib. 3. & conſi. liiij. à Ioue, col. antepen. lib. iiij. vbi & ipſe reprehendit Barto. licet idem ſibi contrarius, eam ſequatur conſ. xvij. clementiſsimum, col. iiij. verſ. nec obſt. Sed is vtrobique ius ſuæ partis, magis, quàm legum, ſequitur, vt ſæpiſsimè facit. Quod ſemper intellige, niſi probabilis ſit ſuſpicio fraudis, iuxta ea quæ ſuprà diximus. Et vide hîc prætereà, quæ latè dicemus in d. ſeq. tit. §. iiij. in verbo, *conſigner*, num. 8. ſed in hac tractatione, cum multis ſequ. vbi tracto pleniùs, an confeſsio de receptione pecuniæ aliis præiudicet.

*Apochæ tutoris creditur, etiam finita tutela.*

94 ¶Caetera avtem, quæ ad rationem pretij venditionis, de quo hîc priuatim loquimur, pertinent, ne tu in hac tractatione prætermiſſa putes, videbis infrà eo. tit. §. xxix. in gloſſ. iiij. quæ eſt in verbo, *& autres ſemblables*, vbi diſſerimus, an reddendæ ſint emptori gabellæ, quas vocamus, & tributa, & ea, quæ proxenetis data ſunt, & domino. cuius res vendita fuit, vt ratam venditionem haberet, & alia quoque huiuſcemodi. Illinc igitur poteris aſſumere, quę tibi videbis eſſe hîc neceſſaria. Sed & tu prætereà vide infrà tit. ſeq. §. vj. in verbo, *les loyaux couſtemens*: vbi & alia multa huc quoque pertinentia tractauimus.

## LVY DEVEMENT ACERTAINE DV PRIS, DVM VERE DE PRETIO CERTIOR FACTVS FVERIT, GLO. XIX.

1 *An conſanguineus ſit in mora ſoluẽdi pretij, cuius incertus eſt.*

NEQVE ENIM, dum incertum ei eſt pretium, in mora ſoluendi eſſe poteſt. Omnia enim debent eſſe certa & liquida, vt quis in mora conſtituatur, l. in fideicommiſsi, in princ. ff. de vſur. quem tex. ad hoc not. Bal. ibi, in lect. antiqua, quòd mora contrahi non poteſt, niſi debitum ſit liquidum. Ad quod etiam dicit facere tex. in l. cùm fideicommiſſum, ff. de confeſ. & idem Bal. in l. acceptam, in vj. opp. C. de vſur. per gl. ibi, in verbo, cum vſuris & tex. in l. ij. C. de vſur. & fructi. lega. & idem Bald. in l. reſiduum, C. de diſtract. pig. per tex. ibi, & in l. ſtatuliber, & l. ſeruus ſi hæredi, ff. de ſtatulib. & Ang. in l. iiij. §. ait prætor, ff. de re iudi. vbi ad hoc dicit ſing. tex. in d. l. ſtatuliber. idem Ang. in l. Prætor, §. ſi quis paratus, & ibi quoque Imo. & Rom. ff. de no. ope. nunt. & ipſe Ang. in l. ſi mora, ff. ſol. mat. & Raph. Fulg. conſil. ccj. domina, col. ij. Petr. Anch. conſi. ccxxxv. prima facie, verſ. præterea. Alex. in l. in inſulam, col. viij. verſ. octauò fallit, ff. de verb. oblig. & conſ. xlix. inſpectis & ponderatis, col. j. verſ. & præſertim, li. ij. & conſ. cxxx. in cauſa Straxarolorum, col. iij. verſic. & ſic etiam, lib. iiij. & Iaſ. in l. quod te, col. iij. ff. ſi cert. pet. Aliàs autem hoc in caſu eſſet in facultate contrahentium fraudandi conſanguineos, celando pretium, dum annus abiret.

2 *An neceſſe ſit offerre fideiuſſores de non liquido.*

¶ At illud non omittẽdum, quòd de Iure communi, cùm id quod offerri debet, non eſt liquidum, aut omnino, aut partim, debet offerri quod liquidum eſt: at pro eo, quod non eſt liquidum, neceſſe eſt verbo offerre ſe ſoluturum, cum liquebit: & de eo offerre fideiuſſores, per text. notab. in dicta l. ſtatuliber, vbi Dyn. eum in id eſſe ſing. dicit, licet ſit ſimilis in dicta l. ſeruus ſi hæredi, in fi. ff. de ſtatuliber. & voluit Bart. in l. ſi finita, §. item videamus, ff. de dam. infect. & Bald. & Ang. in d. l. ſi reſiduum, & idem Bal. in c. quoniam frequenter, §. in alijs, paulò ante fi. extrà vt lit. non cõteſt. vbi ad hoc dicit notab. priorem illum text. Ang. & Imo. in l. iiij. §. ait Prætor, ff. de re iudi. & in l. ſi mora, ff. ſol. matr. & in d. l. prætor, §. ſi quis paratus, & ibi quoque Ro. ff. de oper. no. nuntia. & in l. ſi inſulam, in vij. fal. ff. de verb. oblig. & ipſe Ang. qui & illum priorem tex. dicit ſing. in d. l. ij. in fi. C. de vſur. lega. quam primam legit illius tit. & Florianus in l. j. §. Papinianus, circa med. ff. de vſu. vbi dicit in id ſing. tex. in d. l. ſtatuliber. Pau. Caſtr. conſi. cclxx. viſo puncto, col. ij. verſ. & videtur. lib. ij. Cæpolla, qui illum quoque tex. dicit ſing. caute. lj. ſecundum priorem computationem, incip. nota quòd vbi Alex. conſi. xxiiij. inſpecto proceſſu, col. vlt. verſ. poſſet etiam dici, lib. iiij. & d. conſi. cxxx. vbi ſuprà. & Barb. in l. ij. §. & homini, col. ix. verſ. ego allego, ff. de verb. oblig. & conſil. xxxvj. ſapienter, col. xiiij. nu. 28. lib. ij. & Socin. qui id multum commendat, in l. j. col. ij. verſ. quam concluſionem, ff. qui ſatiſd. cogan. & conſ. lxxx. in quæſtione, col. iij. verſ. præterea & ſecundò, li. 3. cum alijs multis concord. adductis à Boer. in conſuet. Biturig. hoc eo. tit. cap. iiij.

3 *Quid ſi cõſanguineus diues ſit.*

¶ Quod tamen intellige in debitore inope, aut ſuſpecto: nam in ſeruo loquuntur iura ſuprà allegata. Secus autem in eo, qui idoneus eſſet: vt per multa probat Alex. in d. l. ſi mora, col. ij. verſ. tertiò fallit, ff. ſol. matr. & in d. l. iiij. §. ait Prætor, ff. de re iudi. vbi & id alio modo limitat. tu eum ibi omnino vide. At Fran. Ripa in d. l. ſi inſulam, col. xiiij. nu. 67. ex ſententia Franc. Aret. conſ. clxiij. verum eſt, aliter hanc rem diffinit. Nam aut (inquit) offerens vult aduerſarium cõſtituere in mora, vt conſequatur aliquod lucrum, & tunc tenetur debitor offerre fideiuſſores: & ita loquitur d. l. ſtatuliber. aut vult tantùm ſe excuſare à mora, vt euitet pœnam vel intereſſe: & ſufficit ſimplex oblatio ſine fideiuſſore vtrunque omnino vide, ne diutius te hîc teneam.

4 *An autẽ præſentes fideiuſſores offerri debent. Paratus quis dicatur.*

¶ Sed illud tamen non prætereundum, quòd eo caſu, quo fideiuſſores quis offerre debet, non intelligitur, vt eos præſentes offerat: ſed ſatis eſt, vt dicat paratum ſe ſtatim offerre: vt voluit Imo. in l. ſi dubitetur, in prin. & ibi Pau. Caſt. col. j. ff. de fideiuſſ. arg. l. ſi is à quo, ff. vt in poſ. lega. & ſequitur Alex. qui id dicit no. in d. l. iiij. §. ait Prætor, ff. de re iudi. Et huic ſententiæ ſuffragantur verba d. l. ſtatuliber, ibi, ſatiſdare paratus eſt. Nam multùm intereſt, an quis offerat ſe paratum ſoluere, aut dare fideiuſſores, vel aliud quippiam facere: an verò rem ipſam in præſentiarum offerre, vt per gl. Bar. & Bal. in l. fundus, in prin. ff. de reſcin. vend. & gl. in c. vt circa, in verbo, præſtito, de elect. lib. 6. & Fede. Senen. conſi. xviij. quæſtio talis eſt, an vſurario, poſt medium, & clariùs conſi. 22. an vſurario, col. pen. Et pro hac ſententia non obſcurè facit tex. in d. l. fundus, in illis verbis, profeſſus eſſet paratum ſe eſſe vectigal exoluere ſolidum, iunctis illis verbis, non priuſquam emptori, &c. Et tex. in l. ſi debitori, ff. de iudi. cùm dicitur, ſi paratum dicat ſe ſoluere, audiendum eum, dandúmque diem, cum competenti cautela ad ſoluendam pecuniam. & in l. de die, §. planè, ff. qui ſatiſd. cog. ibi, paratúmque ſe dicat in municipio cauere. nam ea verba non poſſunt intelligi de præſenti cautione. Et tex. in cap. an ſit, extrà de appella. cùm dicitur, paratus eſt incontinenti conuincere. Nam ſi illud (incontinenti) intelligatur ſine interuallo, vt multis videri poſſet per quædã iura ad id citata per gl. ibi, cõtinuò ſequetur, eam dictionẽ (paratus) non eam vim per ſe habuiſſe, ſed opus fuiſſe ea adiectione (incontinenti) fruſtra enim ea dictio adiecta fuiſſet, ſi intellecta fuiſſet. Quod ſi intelligatur, intra quoppiam certum tempus, vel arbitrio iudicis, vt nonnulli contendunt, tunc ex eo ſumitur eam dictionem (paratus) recipere interuallum. Et facit item quod tradit glo. in d. cap. cupientes, §. ſi verò, in verbo, contempſerint, & ibi Domi. & Philip. Franc. de elect. li. 6. & Bal. in c. j. col. ij. verſ. quæro, nunquid proteſtatio, extrà de eo qui mit. in poſ.

¶ Quanq



5 ¶ Quanquàm ſunt & alij multi in ea ſententia, vt tex. in d. l. ſtatuliber, & alij loquentes de parato ſoluere, aut dare fideiuſſores, aut aliud facere, intelligantur, vt in præſentia ſoluant, aut dent fideiuſſores, aut quippiã aliud faciant: videlicet Bar. in d. l. Prætor ait, §. ſi quis paratus, & ibi Ang. cùm vtitur iis verbis, & ecce fideiuſſores. Imo. ſibi contrarius, & Pau. Caſt. qui id dicit no. & Iaſon qui eum §. legit cum §. ſiue autem, ante fin. ff. de oper. no. nuntia. idem Bart. in l. item liberatur, §. j. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſol. vbi & tex. id innuere videtur. Ang. in d. l. ij. C. de vſur. dum vtitur his verbis, offero tibi hunc fideiuſſorem. & expreſsius in d. l. ſi mora, col. j. ff. ſolu. matrim. vbi nuncupatim dicit, non ſatis eſſe, ſi debitor dicat offerre ſe paratum, ſed debere eum habere fideiuſſorem ad manum. & ibi Pau. Caſt. col. ij. verſ. aduertendum. & Alex. col. ij. verſiculo quartò fallit. vbi id declarat. Petr. Anch. loquens in caſu retractus, in cap. conſtitutus, in xj. notab. extrà de reſtit. in integr. & in d. c. cupientes. §. ſi verò, quem legit cum §. ad hæc, in fin. de elect. lib. vj. dum ſimpliciter allegat Barto. in d. §. ſi quis paratus. & idem Ancha. conſi. lxxxvj. pro faciliori, col. ij. & iterum conſi. ccxxxv. prima facie, in prin. & conſi. cccxxxj. viſis diligenter, col. j. & Ro. conſil. 163. conſtitutio, col. vlt. verſ. vlt. & Alex. ſibi contrarius, d. conſi. cxxx. col. iij. verſi. & ſi diceres, lib. iiij. & conſi. lxvj. viſa facti narratione, col. vlt. lib. vj. & Petr. Ferra. qui id dicit ſing. tit. forma libel. in cauſa venditionis, in verbo, ſuprà ſcriptum pretium. *De eadem re.*

6 ¶ Et hæc ſententia tex. quoque fulcitur, ſcilicet in d. l. ſeruus ſi hæredi, in fi. de ſtatulib. & l. qui decem, ff. de ſol. in id allegatis à Bar. in d. §. ſi quis paratus, & l. ſi peculium, in fin. ff. de ſtatulib. & d. l. fundus, de reſcin. vend. etiam allegatis ab eodem Bar. in d. l. item liberatur, §. j. Sed poſtremus tex. facit pro priori ſententia, vt diximus. Verùm poſteriori illi ſententiæ adſtipulantur alij tex. videlicet in l. quærebatur, quæ eſt pen. ff. qui pot. in pig. hab. ibi. finge Seium paratum eſſe offerre, iunctis illis verbis, & oblata ab eo ſumma: ex quibus intelligis, ea verba, paratum eſſe offerre, idẽ eſſe, atque ſimpliciter offerre, & in d. l. item liberatur, §. j. vbi ſcribitur, qui paratus eſt ſoluere, meritò pignus videtur liberaſſe. Nam cõſtat, eum non conſequi liberationem, niſi ſolutio re ipſa fiat: nec in id ſatis eſſe, ſi dicat paratum ſe eſſe ſoluere. Vbi enim facto opus eſt, verba non ſufficiũt, vt dicere veluti prouerbio ſolemus. Ad quod plerique omnes citant d. l. qui decem, §. j. verſ. Idẽ reſpõſum, de ſol. & c. j. & ibi gl. extrà de eo qui mit. in poſ. cum ſi. & nos quoq; aliquid de hoc dubio diximus ſuprà, in gl. xvij. in verbo, *offrant*, &c. in fin. & vide etiam interim conſuetudinem Auernienſium hoc tit. *de retraict*, qui eſt xxiij. §. x. & Boe. vbi ſuprà citamus num. 2. in fi. An autem & quando, paratus, dicatur de ſimplici verbo, vide Bal. diſtinguentem in d. §. ſi quis paratus. *De eadem re.* *Vbi opus eſt facto, verba non ſufficiũt. Conſuetudo de hac re.*

## D'OR OV D'ARGENT, AVRI AVT ARGENTI, GLO. XX.

1 HIS VERBIS, ſiue appellatione auri & argenti, non continentur nummi, ſiue pecunia ſignata, l. cùm aurũ, in princ. & l. Quintus Mutius lib. §. j. ff. de aur. & arg. leg. quibus cauetur, auro & argento legato pecuniam ſignatam, ſiue nummos, non contineri, & in poſteriore loco id not. Dy. & Alber. Et alibi, pecunia, atque aurum & argẽtum, vt diuerſa ponuntur in l. Prætoriæ ſtipulationes. ff. de præto. ſtipu. & in l. ſi pro mutua, C. ſi cert. pet. & in l. ſi quis ſepulchrum, §. vlt. ff. de relig. & ſump. fune. Pet. Ferra. tit. forma libel. pro lega. rei ſing. in princ. col. xxxj. in paruis, verſ. nunc venio, & Philip. Dec. qui ex eo in pulchro caſu reſpondit, conſi. ccclxxxj. viſis his quæ accuratè, in prin. {Nam & aliàs probati ſcriptores argentũ ſimpliciter pro infecto poſuerunt. Martialis lib. 6. Epigram. 49 *An conſanguineus offerre debeat pecuniam ſignatã: aut aurum uel argentum non ſignatum.*

*Argentum, menſas, prædia ſolus emit.* Et lib. xj. Epigr. 71.
*Si te delectat numerata pecunia, vende*
*Argentum, menſas, myrrhina, rura, domum.*

Ideóque poſſet videri, hîc offerendum eſſe aurum & argentum in maſſa, vel in lamina, vel in vaſculis, annulis, ornamentis, & aliis huiuſmodi rebus.

2 ¶ Sed id mihi non placet, tum quia ex vulgari & communi vſu loquendi, (qui inſpiciendus eſt, l. librorum, §. quod tamen Caſsius, ff. de leg. iij. etiã in ſtatutis & aliis ſpeciebus ſtrictis, vt dicemus in §. ſeq. in glo. j. nu. 5. & ex communi, & ſeq.) ex communi (inquam) vſu loquendi per aurum & argentum vulgò intelligimus nummos aureos, atque argenteos. Sicut etiam Hebræi, & antiqui Romani, ea appellatione pecuniam ſignificabant: vt dicemus infrà eodẽ §. nu. 5. & ſeq. Tum quia negari non poteſt, quin huiuſmodi nummi aurei & argentei ſint aurum & argentum: tamen legato auri & argenti non contineri, ob id, quòd tempore Iuriſconſultorum non facilè quiſquam auri aut argenti numero nummos computabat. Ideò & ſi appareret contrà ſenſiſſe teſtatorem, ij eo legato comprehenderentur: vt nuncupatim ſcribitur in d. l. Quintus, §. j. Hîc autem ſatis conſtat noſtram conſuetudinem intelligere de moneta ſiue pecunia ſignata, propter communẽ vſum loquendi, atque etiam propter ſubiectam materiam, cùm agatur de ſolutione pretij, cuius appellatio propriè ad pecuniam ſignatam refertur, §. item pretium, & ibi no. Inſti. de empt. & vendi. & voluit Bal. conſi. xcviij. Bectonus, col. ij. lib. j. quod repetitur conſil. ccclxxxiij. lib. v. id autem facit ſubiecta materia, vt ob eam verba impropriari debeant. l. ſi vno, ff. locat. & abundè diximus in repet. l. ſi vnquam, in verbo reuertatur, nu. 37. & aliàs etiam videmus. *Auri & argenti appellatio. De eadem re.*

3 ¶ IN QVIBVSDAM autem locis hæc verba quæ nunc cõmentamur, coniunctiuè ponũtur, ita videlicet,

***An neceſſe ſit offerri unum numũ aureũ, & alterum argenteum.***

videlicet, *d'or & d'argent*, vt Rochellæ, cap. conſuetudinum eius loci, xxix. & Burdigalæ, c. xvij. & ſeq. iterũ c. xxv. & apud Lorrienſes in Præfectura Montargij, hoc tit. §. j. vt tunc videri poſsit neceſſarium eſſe vtrunque offerri, vnum ſcilicet nummum aureum, & alterum quoque argenteũ, l. ſi hæredi, ff. de condi. inſtit. cum concord. ibi à glo. adductis. Sed ego libens quærerẽ, quid ſi res quępiam ſit vendita tam vili pretio, vt nullus ſit nummus aureus infra id pretium: verbi gratia, pretium eſt decẽ ſolidorũ noſtrorum: certè apud nos nullus eſt nũmus aureus, qui id pretiũ non excedat. Cogetur ergo conſanguineus tunc & nummũ aureum præter argenteũ offerre? Et abſurdum eſt quidem, vt quis plus teneatur offerre, quàm quod reddere debet. Itẽ quid ſi vendita res eſt centum aureis, quo caſu ex multorum ſententia debent & centũ aurei reddi, nec cogitur quis monetam argenteam recipere: vt videre licet apud multos, quos citauimus in glo. præcedenti in vj. quæſt. Quid igitur cauſæ eſt, vt veniens ad retractum neceſſe habeat offerre monetã argenteã, quam emptor, cui fit oblatio, recipere non tenetur? An igitur intelligemus ea verba, *d'or & d'argent*, diſiunctiuè, vt ſcilicet ea copulatiua (&) pro diſiunctiua (vel) intelligatur: vt aliàs fieri ſuadet ſubiecta materia, l. ſæpe, & ibi pleniſsimè Alciatus, ff. de verb. ſignifi. & per Bart. in l. j. in prin. ff. de iuſt. & iur. & in l. ſi is qui ducenta, §. vtrùm, & ibi quoque Recentiores, ff. de reb. dub. & Rapha. Co. aut quiſquis is fuit, inter conſi. illius, conſi. vij. viſis cõpromiſſo, col. xiiij. verſi. item non obſt. quòd arbitri. Pan. in c. ij. col. ij. extrà de reſcript. cum ſimi. Et id non obſcurè ſenſit Ferronus, qui duos illos poſteriores §. conſuetud. Burdig. à nobis ſuprà citatos, Latinè interpretans, coniunctiuam illam vertit in diſiunctiuam.

***An ſatis ſit æream monetam offerre.***

4 ¶Sed quid ſi offeratur non quidem argentea aut aurea moneta, ſed ærea, ſatíſne erit? Quod nõ videtur, cùm hæc conſuetudo nuncupatim mentionem faciat auri & argenti, quæ haud dubiẽ ab ære ſeparata ſunt: vt ſatis ex ſe patet, & probat tex. {in l. ij. §. deinde. ff. de orig. iur. dum loquitur de Triumuiris monetalibus, æris, argenti, auri flatoribus, &} in l. æquiſsimũ, §. vnde quæſitum, ff. de vſufr. cùm dicitur, auri, argẽti, æris fodinas, & in l. ſi id quod aurũ, ff. de verb. obli. & in l. ſi cùm aurũ, ff. de ſol. & in l. j. in prin. & iterũ §. j. ff. de pign. actio. & in l. qui tamẽ, ff. de cõtrah. emp. & in l. in vẽditionibus, eo. tit. & in l. j. ff. de pign. vbi Alb. hinc occaſione ſumpta, differit, an ars alchimiæ ſit licita, & in l. Titia, §. vlt. ff. de aur. & arg. leg. & in l. j. ff ad leg. Iul. pecu. & in l. j. & ibi gl. C. de collat. æris, lib. x. atque etiam illa verba duodecim tabul. apud Tulliũ, ſtatim poſt principium lib. 3. de legibus aſſcripta: *tribuni æs, aurum, argentúmue publicè ſignanto.* Et illud {eiuſdem Tullij lib. j. Officiorum, Nec aurum, æs, argentum effoderentur penitus abditum. Et lib. 7. Epiſt. famil. epiſt. 13. Mallem aurei auro, argento, ære eſſent.} Homeri lib. ij. Odyſſeæ,

—ὅθι νητὸς χρυσὸς, καὶ χαλκὸς ἔκειτο.

Et lib. v. iterúmque xiij. & xiiij. & xxij. & xxiij. eiuſdem operis. Et lib. vj. Iliados,

χαλκόντε χρυσόντε, &c. Et lib. xiij. Odyſſ.

ἄσσον πάντ᾽ ἐφόρει χρυσὸν καὶ ἀτειρέα χαλκόν. Et lib. ix. Iliados non ſemel,

Νῆα ἅλις χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ νηησάσθω. Et lib. xxij. eiuſdem operis,

ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόντε ἅλις, χρυσόντε δέδεξο.

Et alibi ſæpe. Et id quoque videre licet ex ſacris libris, Exod. 25. & iterum, 31. Ex quibus etiam potes intelligere, horum differentiã eſſe & in pecunia ſignata: vt omittam quod ſcribit Plin. libr. 34. cap. j. in prin. Proxima dicantur æris metalla, cui & in vſu proximum eſt pretium: imo verò & ante argentum, ac penè etiam ante aurum Corinthio. Eam autem differentiam ſatis oſtendunt antiquæ illæ notæ, A. A. A. F. F. id eſt, ære, argento, auro, flando, feriundo, ſiue flauo feriunto.

***De eadem re.***

5 ¶Ego tamen cenſeo ſatis eſſe, offerri monetã æream, vt ſatisfiat noſtræ conſuetudini loquenti de auro vel argento, quoniam ex communi vſu loquendi, quẽ ſequi debemus, vt diximus ſtatim in prin. huius gl. appellatione auri & argenti omne genus monetæ, cuiuſcunque materiæ ea ſit, intelligimus. Quod ab Hebræis profectũ videri poteſt, qui & ipſi ea appellatione auri & argẽti omnẽ pecuniam ſignificabant, vt tradit D. Auguſt. lib. 7. quæſtionum in libros Iudic. cap. 17. huc referẽs illud Eſaiæ lij. Gratis venditi eſtis, & non cum argento redimemini. Et illud D. Petri priore epiſt. c. j. Non enim auro & argento redẽpti eſtis, ſed pretio ſanguinis agni immaculati. Cui addere potes & illud eiuſdem Eſaiæ, ca. xliij. Non emiſti mihi argẽto calamũ. Et cap. lv. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentũ, properate, eruite, & comedite. Et rurſum: Venite, emite abſque omni argẽto. Atque iterũ: Quare appenditis argentũ non in panibus. Et prouerb. iij. Melior eſt acquiſitio eius, negotiatione argẽti. Et li. Eſdræ j. ca. 7. Omne argentũ & aurũ, quodcunq; inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis, liberè accipe, & ſtudioſè eme de hac pecunia vitulos, arietes, &c. Vides enim ibi, id quod primùm aurum & argentum vocarat, mox pecuniã appellari. Et Actor. cap. 3. Argentum & aurum non eſt mihi. Et iterum, cap. xx. Argentũ & aurum aut veſtem nullius concupiui. Et talia ſunt alia multa, & propè infinita loca ſacrorum Bibliorum. Sed nullus locus eſt in id apertior, quàm Geneſ. xxiij. cap. cùm primùm illic ſcribitur, Dabo pecuniam pro agro. & mox: Terra, quam poſtulas, quadringentos ſiclos argenti valet. Et iterum: Appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ.

***Hebræi aurũ & argentum omnem pecuniã uocabant.***

***Romani item argentum pro pecunia.***

6 ¶Veteres quoque Romani pecuniã numeratã argenti appellatione continebant, vt patet ex illis verbis Tullij in Topicis: Nam quid intereſt, cùm hæc ſumpſeris, Pecuniam numeratam mulieri deberi: cui ſit omne argentum legatum: vtrùm hoc modo concludas argumentum. Si pecunia ſignata



ſignata argentum eſt, legata eſt mulieri: eſt autem pecunia ſignata argentum: legata igitur. An illo modo, Si numerata pecunia, & cætera quæ ſequũtur. Sed & idem Tullius in eodẽ lib. hæc ſcribit: A genere ſic ducitur argumentum: Quoniam argentum omne mulieri legatũ eſt, non poteſt ei pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Forma enim à genere, quo ad ſuũ nomẽ retinet, nunquam ſeiungitur: numerata autem pecunia nomẽ argenti retinet: legata igitur videtur. Hæc ille: qui formam eam vocat, quã alij ſpeciẽ appellant, vt ipſe alibi eodem libro teſtatur, & declarar Boethius eodem in loco, cùm dicit: Cùm igitur omne genus, id eſt, omne argentum legatũ ſit, nulla ſpecies excipitur: at numerata pecunia argentũ eſt: fit igitur, vt numerata quoque pecunia legati vocabulo poſsit includi. Et ita quoque Terentius argentum pro pecunia accepit in Phormione: Argentum inuentum eſt Phædriæ. Et iterũ: Argentum accepi, tradidi lenoni. Et paulò poſt: Ne cùm hîc non videant me, cõficere credant argentũ ſuum. Et in Adelphis: Dabitur à me argentum, dum erit commodum. Et Salluſtius lib. 2. Hiſtoriarum apud Priſcianum lib. x. Argentum mutuum arceſsiuit. {Et Martialis lib. 14. apophor. 12. cui eſt titulus Loculi eburnei:

***Formam Tullius uocat, quã alij ſpeciem dicunt.***

*Hos niſi de fulua loculi implere moneta*
*Non decet, argentum vilia ligna ferant.*

Et ante hos Plautus in Aſinaria ſtatim in initio argumenti:

*Amanti argento filio auxiliarier*
*Sub imperio viuens volt ſenex vxorio.*

Et in locis propè infinitis eiuſdem fabulæ. Nam & apud Græcos ἀργύριον, qua voce argentum, quod Latini vocant, ſignificatur, pro pecuuia quoque accipitur. vnde interpres diui Matthæi, ca. xxv. quod ſic Græcè ſcriptum erat, ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργυρίον μου τοῖς τραπεζίταις, ita vertit, Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, &c. {Imò verò ſæpe in noſtris legibus aurum & argentum pro pecunia aurea vel argentea poni videmus, ex quibus nunc ſuccurrit l. ſerui. C. de adul. & l. j. C. de canon. larg. lib. 10. & l. j. C. de apo. public. eo. lib. 10. & l. hac lege. C. de aquæduct. lib. 11. Hincque eſt, vt Liuius 4. decadis lib. 3. argentum bigatum dicat pro eo genere nummi, quod bigatum vocant. de quo Plinius lib. xxxiij. cap. iij.}

***Aes omne genus monetæ dictum.***

7 ¶Sed etiam vulgò, & ex communi vſu loquendi noſtrorum Gallorum, monetam æream ſimpliciter argentum vocamus. Quod videtur longè diſsidere à propria, aut certè recepta iam à multis ſeculis ſignificatione. Nam omne genus monetæ antiqui æs vocare ſunt ſoliti. Cato in re ruſtica: Fundum æribus tribus emptum poſsidebat. Plautus in Aulularia: Ibi ad poſtremum redit miles, æs petit. Terentius in Phormione:

*—Ancillam ære emptam ſuo.*

Et Horatius lib. Sermonum ij. Satyr. ij.

*Et fruſtra mortis cupidum, cùm deerit egenti*
*Aes laquei pretium.—* Et Virgilius Ecloga j.
*Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.*

Vbi Landinus interpres id annotauit. Et apud noſtros Iuriſconſultos in l. ij. ff. ad leg. Aquil. vbi ita ſcribitur: Qui ſeruum alienum, quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuerit, tantum æs dare domino damnas eſto. & in l. 3. ff. de alimen. & cibar. lega. vbi legitur, minimi æris, pro minimo pretio. & in l. ſi quis in pignore, §. 1. ff. de pignor. actio. vbi fit mentio de re ampla ad modicum æris pignorata. & alibi ſæpe in noſtris legibus.

***Aerarium. Obærati. Aes alienum. Aes militare. Tribuni ærarij. Quæſtores ærarij. Adærare. Aerariæ annonæ. Aeruſcare. Adærari. Auarus. Prodigus æris. Aes mutuum.***

8 ¶Ex quo etiam ſcribitur in l. etiam, ff. de verbo. ſignific. aureos quoque nummos æs dici. Et hinc quoque, vt ſcribit Plin. lib. xxxiij. cap. x. & iterum lib. 24. c. j. ærarium, obærati, æs alienum, æs militare, tribuni ærarij: de quibus illud eſt Ciceronis Epiſto. ad Atticum, lib. j. Epiſtol. cuius initium eſt, Quæris ex me Tribuni nõ tam ærarij, quàm vt appellãtur ærati. Quæſtores ærarij. De quibus & aliquid traditur à Varrone ad finem lib. j. & iterum in lib. 3. de Lingua Latina. Et Aerariæ annonæ, in l. j. C. de collatio. donat. lib. x. & in l. ſpeciebus, C. de cohor. lib. xij. & in l. is ſcholaribus, & iterum in l. annonas, C. de eroga. mili. anno. eod. lib. xij. quæ ſcilicet ęre, id eſt, pecunia, taxabantur. Et hinc item Adærari, in eadem l. (ſic enim ſcribendũ eſt, non, adhærere, vt admonuit Lælius Taurellus in lib. de militiis ex caſu) pro eo ſcilicet, quod eſt ad pretium redigi, taxationéque adhibita æſtimari: quod nos vulgò in Gallia liquidare vocamus, & Gallicè *adenerer.* Et in hac quoq; ſignificatione ponitur (adærentur) in l. ſeptẽ, eo. tit. de erogatio. mili. anno. vbi tamen Accurſ. aliter intelligit. Hincq; adæratio, in l. militatis, C. de mili. veſte, lib. xij. Et item Aeruſcare, Feſto Pompeio dicitur, æra, vndique, id eſt, pecunias colligere. & Auarus Nigidio lib. vndetriceſimo cõmentariorum, tanquàm auidus æris: quod tamen non placet Gellio lib. x. c. v. Sed & hinc Aes mutuũ Salluſtio in bello Iugurthin. Prodigus æris, Horatio in arte poetica:

*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.*

***As.***

Et aſſem quoque ab ære dictum, prodidit Varro lib. 2. Enalogiæ. & eius autoritate Priſ. li. de ponderibus & menſuris.

***Argẽteus nũmus primũ ſignatus.***

9 ¶Hæc autẽ hinc fluxiſſe videntur, quòd apud priſcos Romanos nullus vſus fuerit monetę aureę vel argẽteæ: ſed æs ſolùm eſſet in pretio habitum vſque ad primum propè bellũ Punicum. Quinque enim annos ante id bellum Q. Fabio Maximo conſule, argentum eſt primò ſignatum bigarum & quadrigarum nota, anno vrbis conditæ quingenteſimo octogeſimo quinto. Atq; anno pòſt

*Aureus nummus primũ ſignatus.*

*Pecunia unde dicta.*

pòſt ſecundo & ſexageſimo aureus nummus primùm percuſſus eſt, autore Plinio, dict. li. xxxiij. c. iij. Eutropius autem Romanæ hiſtoriæ lib. 2. tradit primo bello Punico, quo Regulus, à Xantippo Lacedæmonio, duce Carthaginenſium, captus eſt, argenteum nummum in vrbe figuratum eſſe. Primus autem Ianus æs ſignauit, ſi credimus Draconi Corcyræo in ſuis commentariis de lapidum generibus, & illius autoritate Athenæo, atque Macrobio, lib. j. Saturnaliorum, c. vij. Aut etiam Seruius rex Romanorum, vt ex autoritate Timæi retulit Plinius, vbi ſuprà proximè: & id quidem, vt dicit, nota pecudum: vnde & pecunia dicta eſt, cùm antea rudi ære vterentur.

*χάλκον. ἀχαλκεῖ.*

19 ¶Vnde ortum eſt (quod iam diximus) vt quãcunque pecuniam æris appellatione intelligamus, Græcorum etiam imitatione, qui χαλκὸν, id eſt, æs pro qualicunque pecunia accipiunt. Vnde ἀχαλκεῖ apud Lucillium lib. ij. Epigrammatum:

ἑρμοδότου τόδε δόγμα τὸ πάνσοφον, ὅ τις ἀχαλκεῖ,
Μηκέτι πεινήτω θεὶς τὸ χιτωνάριον.

Quod ita tranſtulit Alciatus noſter in d. l. etiam, ff. de verb. ſignifi.

*Hermodoti hoc dogma eſt, quiſquis miſer indiget ære,*
*Philoſophi aſſumat pallia, diues erit.*

Et ex iis, quæ diximus, exiit illud Ouidij lib. Faſtorum 1.

*Aera dabant olim: melius nunc omen in auro eſt:*
*Victáque conceſſit priſca moneta nouæ.*

Cæterùm tex. eſt in l. quæ extrinſecus, iuncta gl. in verbo, denario, ff. de verb. obliga. probãs, quòd interroganti de pecunia aurea, ſi reſpondeatur de ærea, vel è diuerſo, valet ſtipulatio, quamuis aliàs rerum diuerſitas eam vitiaret, §. ſi de alia, Inſti. de inuti. ſtipu. & ita eum tex. cum gloſ. expendit Bal. in l. ſingularia, col. iiij. verſic. decimò eſt ſpeciale, ff. ſi cert. pet. Sed tu vide Alex. ibi col. vj. verſi. aliud etiam ſpeciale ſecundum eum.

*An nũmus reprobus poßit offerri.*
*Nummus reprobus.*
*Adulterinus.*
*Nequam.*
*Falſus.*
*Falſa põdera*
*Falſus denarius non denarius.*
*Iudex.*
*Iuſtitia.*
*Tutor.*
*Teſtamentum.*
*Modius.*
*Statera.*
*Falſum inſtrumentum.*
*Falſus teſtis.*

11 ¶AD illud quoque quæſtionis eſt, quid ſi conſanguineus offerat nummum reprobum, vt vocat Vlpianus in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. act. ſiue adulterinum, vt appellat Tullius lib. iij. Officiorum, & Plinius lib. xxxiij. c. ix. & Imperator in l. j. in princ. C. de fal. mo. & in l. ij. C. quib. ex cau. ſer. pro præ. liber. acci. & ipſe Vlpianus in l. lege, in prin. ff. ad leg. Corn. de fal. & in l. ſacrilegij, §. qui cùm in moneta, ff. ad leg. Iul. pecu. Apuleius autem lib. x. Metamor. adulterũ & nequã aureũ vocat. Ex quo & Adulteratores monetæ dicũtur, in l. aut facta, §. euenit, ff. de pœn. Nos vulgò falſum dicimus, vt in ea rub. de fal. mone. & in l. vix certis, ff. de iudi. & in l. qui falſam, ff. de fal. & apud Plin. vbi ſuprà. Sicuti Falſa põdera, in l. arbitrio, §. de eo. ff. de dol. mal. Nam & falsũ, & adulterinũ, pro eodẽ ponũtur in l. ſi quis legatũ, in prin. ff. eo. tit. Quid igitur, ſi offeratur nũmus reprobus, ſiue adulterinus, aut falſus, Dic nihil agi, quia falſus denarius non eſt denarius, gl. in l. omnes, per illũ tex. loquentẽ de falſa fide, C. de hæret. quã ſequitur Io. Plat. in l. circa mediũ, C. de vete. numiſ. pote. li. xj. & eam valde elegantẽ dicit Alex. conſi. ciiij. ſtatutũ loquens. col. ij. verſ. pro hoc hîc ego, lib. j. & ſingularem Barb. conſ. xliij. præclarè ſcribitur, col. ix. nu. 16. li. j. Licet ſit & alia ei ſimilis in c. vera, xlv. diſtin. quæ prætereà dicit, falſum iudicem non eſſe iudicem, nec falſam iuſtitiã eſſe iuſtitiam, nec falſum tutorẽ eſſe tutorẽ, l. Paulus, ff. de verb. ſigni. ex qua etiã probatur, falſum teſtamentũ non eſſe teſtamentũ, & modium inquũ, id eſt falſum, vt interpretatur Accurſius, non eſſe modiũ. Quod & de ſtatera modio proxima, tradit Galen. lib. περὶ εὐεξίας, id eſt, de bona habitudine: Statera (inquit) falſa, ſiue iniuſta, non eſt ſimpliciter ſtatera, ſed ſtatera falſa. Sed & illud de teſtamento falſo probat l. ij. §. j. ff. quemad. teſta. aper. Et illud quoque de falſo denario, dicit Ioan. Ana. illam tantũ poſteriorẽ gl. allegans, in c. quàm graui, col. vlt. extrà de falſis. & Georg. Nat. in repet. c. quãuis, col. xlv. ſub nu. 143. de pact. lib. 6. Et ſimile eſt, quod de falſo inſtrumẽto tradit Bal. in l. ſi non ſortem, §. j. poſt prin. ff. de condi. indeb. nempe id non eſſe inſtrumentũ. Ideò ſi ex ſtatuto nulla exceptio poſsit opponi contra inſtrumentũ guarentigiatũ, poterit tamen contra illud opponi, quod eſt falſum, per d. l. Paulus, de verb. ſign. Per quam etiã atque d. l. ij. §. j. quemad. teſt. ape. idẽ Bald. in c. licet cauſam, col. v. extrà de proba. dicit falſum teſtem non eſſe teſtem.

*De iiſdem rebus.*

12 ¶Igitur (vt concludam) conſanguineus, qui falſum nummum offert, is nummum offerre non cẽſetur, nam nec huiuſmodi nũmus liberat ſoluentem, d. §. qui reprobos. Ex quo etiã dicebat Vbertus Bobi. quem refert & ſequitur Io. And. in addi. Spec. tit. de crimi. fal. quòd ſi qui ludunt ad par & impar, non debet cõputari nummus falſus in numero cæterorũ, quibus luditur: niſi ludentes illũ eſſe falſum reſciuiſſent, Quod & ſequitur Alex. d. conſi. ciiij. col. ij. verſ. accedat ad prędicta, li. j. & Georg. Nat. in d. c. quãuis, vbi ſuprà. & Matth. Afflic. in conſti. Siciliæ, inci. adulterinã, in j. q. Sed & Dy. in l. cuiuſque, ff. ad leg. Iul. maie. dicit per illũ tex. in §. j. quòd qui pecuniã reprobã conflauerit, vel abraſerit, nõ incidit in pœnã ſtatuti punientis falſificantẽ, vel abradentẽ pecuniã. Et ſequitur Alb. ibi, qui ita dicit fuiſſe iudicatũ à rege Franciæ. & allegat prætereà in arg. l. fundi, in princ. ff. de acq. poſſ. Sequitur item, & dicit no. Phil. Dec. in l. quod te, col. iij. verſ. ſed quæritur an iſta, ff. ſi cert. pet. Denique gl. in l. lecta, in verbo, proba, ff. eo. tit. dicit ſimplicẽ promiſsionem factã de dãdis nummis, intelligi de probis. Et ſequitur Bar. ibi. in j. oppo. Ang. col. ij. in fi. & Sal. col. quoque ij. verſ. nota ex iſta gl. & Recẽtiores. Hincq; reſpondit Steph. Bertr. conſ. ccxiij. Chriſti, &c. viſo caſu, li. j. manus munitionem (quam vocat) factam ex pecunia reproba. non impedire clamorem, de quo ibi loquitur, quin is fieri poſsit, tanquam ſi nulla munitio facta ſit, per d. §. qui reprobos.





*Quid ſi offeratur nummus non legitimi ponderis.*

13 ¶QVID autem, ſi nummus eſt probæ quidem materiæ, ſed non legitimi ponderis? Dic nec illius oblatione valere, quando & is nũmus falſus quoque dicatur, vt apertè probat tex. in c. quãto, extrà de iureiu. in illis verbis, monetam aut falſam, aut legitimã eſſe credebas, iunctis illis verbis præcedẽtibus, quæ tamen circa mortẽ eius fuerat legitimo pondere defraudata. & ibi etiã no. Hoſti. & Io. And. vterque in verbo, legitimo pondere, & ibi quoque Bal. col. j. verſ. ibi falſata. Nam vt etiam ibi dicit gl. j. in verbo, patris, tria requiruntur in moneta, vt ea proba ſit: videlicet quãtitas ponderis, materia, & publica forma, per l. j. ff. de contra. emp. & ſequitur Bal. in eo. c. quãto, quo loco ſuprà citauimus: vbi dicit, quòd quantitas requiritur ad ſubſtantiam, forma ad autoritatẽ. & Sal. in l. ij. C. de falſa mo. Raph. Co. conſ. cxxxviij. hoc maximè propoſitum ad fi. & latè Ioa. Ana. poſt alios in c. ad falſariorum, extrà de crim. falſ. & Fab. à monte S. Sab. in trac. emptionis & venditionis, in v. quæſt. prin. col. j. & ij. & Matth. Affli. in d. conſti. adulterinam, in iiij. q. Et facit tex. in d. l. j. C. de vete. numiſ. pote. lib. xj. & ibi And. Barul. Bar. & Ioan. Plat. qui & ipſe ad veram monetam requirit illa tria, quæ diximus: dicítque vnum, quod admodum eſt notandum, quòd creditor nõ tenetur recipere monetam probæ ſpeciei, ſed illegitimi ponderis, etiam pro tanto, quanti valet, per eum textum à contrario ſenſu. & quia etiam huiuſmodi moneta falſa dicitur, per l. quicunque, ff. de falſis, quæ illud non dicit: ſed apertè probatur in d. c. quanto.

*Quid ſi non uſualis ſit.*

*Quid ſi pro tãto offeratur quanti apud campſores ualet.*

14 ¶QVID denique, ſi offeratur nummus & probæ materiæ, & legitimi põderis, ſed qui apud nos non ſit vſualis & expendibilis, vt cum noſtris loquar. Dic nec hîc quoque oblationẽ valere. Nam ſtatutum loquens de moneta, intelligitur de vſuali & expẽdibili, in loco ſtatuti, vt ex facto reſpõdit Alex. d. conſ. ciiij. ſtatutum loquens, col. j. li. j. per tex. in cle. ij. ibi, ad monetam currentem, & ibi gl. Gul. à monte Laud. Pau. Eliaz. Pet. Ancha. Card. Flor. Pan. & pleroſque omnes, de deci. & alios multos Doc. ab ipſo Alex. in illo conſ. allegatos, quos ibi videre poteris, ne hîc iterum inculcem. Et ſubdit ipſe Alex. col. eiuſdem conſ. ij. verſ. nec obſtat ſi quiſpiã, non ſatis eſſe, ſi quis hunc nummum non vſualem poſſet dare cuipiam campſori, qui ſaltem aliquid minus daret, vt in regionẽ extraneam tranſmitteret, in qua vſualis eſſet. Nam lex (inquit) conſiderat, quod frequentius accidit, l. j. §. ſi quis, C. de Lati. liber. tol. & c. quia ſæpe, de reſt. ſpo. cum aliis concor. ibi ab eo adductis. Super quo vltimo dicto vide Roffre. Bene. quæſt. Sabba. xv. Aemilius, dum tractat, an pecunia reproba, ſoluta per debitorem ſecundum arbitrium campſoris, liberet ſoluentem.

*De moneta itẽ non uſuali.*

15 ¶Sed & tu ad principale dictum Alex. adde tex. optimũ in c. vlt. in fi. ibi, quinque ſolidorũ vſualis monetæ, extrà de maled. vbi gl. in hoc dicit inſpiciendam eſſe conſuetudinem regionis, per l. ſi ſeruus, §. ſi numerus, ff. de leg. j. & l. nummis, ff. de leg. 3. & l. cùm de lanionis, §. aſinã, in fi. ff. de fund. inſtr. Et Hoſt. quoque in d. c. vlt. in verbo, vſualis, qui & ad hoc prætereà allegat l. imperatores, ff. de contrah. empt. & l. j. in prin. ff. de flumini. & c. ex literis, le j. extrà de ſponſa. Et hos ſequuntur Pan. & Io. Ana. in d. c. vlt. Adde (inquam) Hoſt. & Io. And. in d. c. quanto, in verbo, legitimo pondere, de iureiur. vbi dicitur monetam tribus modis reprobari, ex materia, pondere, & curſu, quia ſcilicet non currit, nec recipitur, vt conſueuit. Et faciunt etiam ſcripta ab Oldr. conſ. xxxj. thema tale eſt, quidam condens. & Corne. conſ. cclxxxvij. in hac conſultatione, col. 4. verſ. deueniendum eſt, lib. j. & conſ. cccxxj. de pluribus, col. pen. verſ. reſtat, lib. iij. & Fab. à monte S. Sab. in tracta. emptionis & venditionis, in v. quæſtio. prin. col. iiij. verſ. vlterius eſt notandum. & Phil. Dec. conſil. dclxviij. ſecundum ea: vbi reſpondit, non valere depoſitionem factam ex pecunia non vſuali. & D. Coſ. Guy. in prag. ſancti. in tit. de annatis, §. item fuit, in verbo, vſuali. Et vide etiam, quæ dicam infrà tit. procedente, §. iiij. in verbo, *faire ſon offre*, quæ eſt glo. 2.

## EN TELLE QVANTITE QV'IL VOVDRA, EAM QVANTITATEM QVAM VOLVERIT. GLO. XXI.

*An ſatis ſit hic unum nummum offerre.*
*Quantitatis uerbum, an numerum ſignificet.*
*Vnus non eſt numerus.*

1 QVIDAM HINC TRAHVNT, non ſatis eſſe vnum nummum, id eſt, vel quadrãtem, quem liardum Galli appellant, vel Caroleum quem vocamus, vel alium vnum, ſed plures neceſſariò eſſe offerendos, tanquam ea verba, *en telle quantité*, numerum veluti ſignificent: vt probatur in l. ſi ita legatum, in prin. & ibi Iac. Aret. Bart. & alij, ff. de lega. j. & in l. hæc enuntiatio, ff. de verb. ſign. Qui quidem numerus in vno conſiſtere non poteſt. vnum enim non eſſe numerum, ſed principium numeri, ſcribit Macrobius lib. de Somnio Scipionis, non ſemel & è noſtris Accur. in l. ſi quis ante. ff. de acq. poſſ. & in §. affinitatis, Inſtit. de nuptiis. & Bal. in c. cum in iure, circa medium, extrà de elec. & Ang. conſi. lvj. quæ reformatio, ante fin. Et ſcribit Priſcianus li. v. in tit. de numero, quòd in vno propriè numerus non dicitur, ſed abuſiuè. Et optimè facit tex. in d. l. ſi quis ante, vbi vnus nummus, & pretium, tanquam diuerſa ponuntur, veluti nummus, non ſit pretium, ſiue in eo non poſsit conſiſtere.

*Iterũ de quantitate.*

2 ¶Verùm diſpereã, niſi iſti, licet ſint ex primis noſtræ Galliæ Iuriſconſulti, toto (quod aiunt) cœló errant. Nam etſi quantum & quantitas ad ñumerũ quandoque referuntur, vt ſuprà diximus, non tamen ad id tantùm, ſed & ad amplitudinẽ, id eſt menſuram, atque põdus, vt apertè probat l. quiſquis, ff. de lega. iij. & voluit glo. j. in l. j. & ibi Bart. poſt prin. C. de act. & obl. in l. generaliter. in verbo, partem, C. de epiſcop. & cler. quæ quidem de vno æquè dicũtur atque de multis, ſicuti etiam qualitas, latitudo, longitudo, & alia id genus. Nam & qualitas & quantitas idem ſubiectum propemodum reſpiciunt, l. qui bonis, ff. qui bon. ced. poſſ. vt & illa alia, vti videre licet.

3 ¶Dicimus enim,qualis quantúſque vir,equus,ager,fundus.nam & in l.certum,ff.ſi cer.pe.dicitur qualis quantáque,de re quapiam.& in l.cùm ſoluta,ff.de condit.ind.& in l. ſtipulationum quædam,ff.de verb.oblig.& iterum in l.ſi conſtante,C.de dona.ante nup.fit mentio quantitatis , & æquè in vno tantum procedunt,ac in pluribus,vt omnibus videre licet.Plautus in Amphitryone,de vno tantùm loquens,Obſecro hercle,quantus & quàm validus eſt ? Et iterum in eadem fabula, Quantus amator,dicit.Et Plinius in Panegyrico:Sæpe ego mecum,P.C.tacitus cogitaui, qualem & quantũ eſſe oporteret,cuius ditione nutúque maria,terræ,pax,bella gerantur.Et Virgilius lib.ij.Aeneid.

*De eadem re.*

*—Qualíſque videri*
*Cælicolis,& quanta ſolet.—* Et iterum libro tertio:
*Nam qualis quantúſque cauo Polyphemus in antro.* Et Homerus lib.xxiij. Iliados de Achille,
ὅσσ⊕ ἔην, οἷός τε, θεοῖσι γὰρ ἄντα ἐῴκει.
*Quantus erat,qualíſque,deis enim contrà ſimilis erat.*

Et è noſtris Spec.in tit.de fructib.& intereſſe , §.viſo , col.j.verſ.ſed quomodo,dicit quantitatis appellatione compræhendi quamlibet rem ſingularem,per d.l.quiſquis,ff.de lega.iij.Idcóque vix poſſum accedere Alciati ſententiæ,qui in libro primo eius quod intereſt,fecit in hac re diſcrimen inter quantum & quantitatem.

*Sitne differentia inter quantum, & quantitatem.*

4 ¶Sed vt hæc lucidius intelligas,Ariſtote.in l.κατηγορίας,in quolibet ſubiecto decẽ prædicamenta conſtituit,inter quæ & quantitatẽ repoſuit:ex quo potes intelligere ,& de vno dici.Et id quoque poſt eum aſtruxerũt è noſtris Azo,in procemio Sũmę,& Bal.in l.de quibus,col.antep.& ſeq. ff.de legi.Et bene etiã facit tex.in d.l.quiſquis,& quod ibi ſcripſerunt gl.& Bar.ff. de leg.iij.& in l.aut facta,in prin.ff.de pœn.vbi delicta ſeptẽ modis conſideranda ſunt,inter quæ reponit qualitatem,& quantitatẽ.Poſtea autem in §.quantitas,ſcribitur quantitatẽ diſcernere furẽ ab abigeo. Nam qui vnum(inquit)ſuẽ ſurripuerit,vt fur coërcebitur.Et in l.j.§.quod autem ait,ff.ne quid in flu.publico.quæ loquitur de quantitate aquæ.Ex quibus vides,& quantitatem de vna re dici.

*Quantitas inter prædicamenta.*

5 ¶Quid quod ipſe Ariſtoteles lib.Politicorum primo , ca.vj.ſcribit nummum ſigno quopiam primùm fuiſſe impreſſum,ad demonſtrandam illius quantitatem.Ex quo etiam clariſsimè omnium intelligis, quãtitatem de vno nummo dici,eámque pro æſtimatione nummi accipi,vt etiam apertiſsimè probat l.cùm affirmes,C.de libe.cau.vbi dicitur,dato nummo certæ quantitatis : vt hinc liquidò cognoſcas hæc verba,*en telle quantité*,ſignificare,talis æſtimationis,ponderis, magnitudinis,quam conſanguineus offerens voluerit,ita ſcilicet vt nihil interſit,an ſit denarius ſimplex,an duplex,an liardus,an item ſolidus æreus,aureus,argenteus.

6 ¶Nam vt id clarius declarẽ,ſcire debes,duplicẽ eſſe quantitatem,vnã quam continuã appellant, alteram diſcretã:illam dici de re vna,& ad numerũ nihil pertinere,hanc autem de pluribus,& ad numerũ referri,vt tradit Ariſtot.in eo li.κατηγορίας c.6.& colligitur ex no.à Barr. & aliis in l.qui quartam,ff.de leg.j.eodẽ Bar.in trac.de teſtib.c.xxvij.incip.qualitas. Bald.in Auth. hoc amplius, ante fi.C.de fideic.& in l.data,col.vij.verſ.dicit teſtis falſum, C.qui accuſ.non poſ.& in l.j.col.iij. verſ.modò ego quæro,C.de ſenten.quæ ſine cer.quanti.& clarius in c.cùm cauſam , col.v.verſi. ſecundum prædicamentũ,extrà de teſtib.vbi ſcienter dicit,quantitatem continuam eſſe augmẽtum ſubſtantiæ,l.inficiendo,§.infans,ff.de furtis quæ loquitur de infante,qui ita creuit,vt adoleſcens fieret.& ita in eo eſt quantitas continua,id eſt,augmentũ ſubſtantiæ.Quãtitas autẽ diſcreta eſt augmentum numeri.Hæc ibi,ex ſchola Philoſophorũ.Nam & Gale non minùs philoſophia, quàm medicina,illuſtris,in lib.de differẽtiis morborũ. Neque,ait, cuipiam obſcurũ eſt vtranque paſsionem,tam quæ ad numerũ,quàm quæ ad magnitudinem pertinet,in prædicamẽto quantitatis poſſe locari.Siquidẽ quantitatis aliud continuum,aliud diſcretum,quod & quantũ propriè, ſicuti & continuum,πηλίκον apud Græcos appellatur.Ex híſque illud eſt Quintiliani , lib.ij.c.iiij. Quantitatem quæ dupliciter à poſterioribus diuiſa eſt,quàm magnum,& quàm multum ſit.

*Quantitas duplex.*

7 ¶Quin & ſi hæc non ſubſiſterent:neceſſarióq; quantitas ad numerũ tãtùm referretur, non tamẽ concluderet,vnum hîc nummũ non ſatis eſſe ad oblationẽ. Nam ſcribit Alber.poſt Petr.Cyn.& Old,in l.ij.§.mutui datio,col.pen.verſ.item quæro,& ibi quoq; poſt eos Phil.Dec.in vtraque lect. ff.ſi cer.pet.quòd in vno nummo conſiſtit mutuum,quia vnus eſt principium numeri.& idẽ iudicamus de principio actus,quod de ipſo actu,per l.non ideò,C.de hær.inſt.Et idem quoque voluerunt Cyn.Bal.Ang.& Corne.in d.l.non ideò,vbi ex hoc dicunt, emptionem poſſe fieri vno nummo.& rurſum idem Cy.in l.maritus,& ibi quoque Pau.Alex.& Iaſ.C.de procu.Bar.in d.l.ſi quis ante.& ibi quoque Alex.Fran.Aret.& Iaſ.ff.de acq.poſ.Colle,in c.vt menſuræ,extrà de emp. & vend.Bal.in d.§.affinitatis,Inſti.de empti.Pau.Ca.in l.j.col.j.C.vnde vir & vxor.& conſi.cxc. nouiter reuocatur in dubium,col.j.lib.ij.vbi & ex hoc dicit,idem iuris eſſe de vnitate , ac de numero:ſicut quod iuris eſt in affinibus,idem eſſe in viro & vxore : qui ipſi non ſunt propriè affines,ſed principium affinitatis , per d.l.maritus.& ex externis ſcriptoribus Laurentius Valla lib.j. Dialecticæ,c.ij.vbi fortius tenet,& probat,vnum eſſe numerũ,vti etiam è noſtris voluit Io.And. in procemio 6.& Phil.Dec.in d.§.mutui datio,in priori lect. Nam & quodammodo vir & vxor affines etiam dicuntur,d.l.non ideò,& l.quod Seruius,& ibi glo.Bart.& Bald.ff.de cond.cauſ.da. Et facit,quod de vno tradit Bal.in c.j.§.& quia vidimus,ad fin.tit.qui feu.dar.poſ.

*In uno nũmo conſiſtit mutuum.*
*Idem iudicandum de principio actus, ac de ipſo actu.*

¶Et



8 ¶Et hæc haud dubiè procedũt,cùm eadem eſt vtriuſque ratio.Sicuti etiam in ſimili dicimus,numerum pluralem, in vnoquoque procedere,ſi eadem ſit ratio,ex ſententia Archi.Ioan.And.Domi.& Recentiorum in c.j.de rer.permu.lib.vj.Bald.& Paul.Caſtr.in l.j.C.de condi.inſer.cum aliis concor. à me collectis in repet. l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.215.ſed vtruncunque ſit.Vt amplius(ni fallor)non ſit dubitandum, quin ſatis ſit vnum nummũ offerri. Id quod etiam apertè indicat §.huius tit.iij.in verbis,*& la piece d'or,ou d'argent,qu'il aura conſigné.* & rurſus,§.ſeq. ibi,*& perdra la piece d'or ou d'argent qu'il aura baillé* , ſed apertius in §.vij.ibi , *mais ſuffit faire offre d'vne piece d'or ou d'argent :* quæ verba cùm clara ſint,nullus iam eſt dubitationi locus relictus, quantum ad noſtram conſuetudinem pertinet.

*Numerus pluralis an in uno procedat.*

9 ¶Sed vnum tamen non omiſerim,quod admodum adſtipulatur priori illi ſententiæ : illud ſcilicet,quòd quando hæc dictio quantitatis adiungitur pecuniæ,ſemper numerũ ſignificat,l.hęc vẽditio,§.huiuſmodi,& ibi gl.& Bal.ff.de contrah.emp.idẽ Bal.in d.l.j.col.ij.verſ.ſed immediatè,C. de actio.& obl.& Fabia.à mõte S.Sab.in tract.emp.& vend.in v.q.prin.col.v.verſ. circa ſecundũ. Sed an is tex.id probet,videãt cæteri.Super eo autem tex.& gl.illius,vide Bar.in l. ſeruus legatus, §.qui quinq;,ff.de leg.j.& Ro.in l.ſi certos nũmos, ff.de verb. oblig. At huius contrarium ſuprà probauimus ex Ariſto.qui quantitatẽ dicit eſſe in vno nũmo:quod & noſtræ leges , vt diximus, adſtruunt.Et ſatis videmus eandem rationem eſſe,ſiue quis vnum nummum,ſiue plures offerat.

*Quantitas iũcta pecuniæ, an ſemper numerum ſignificet.*

10 ¶At maius,perplexiúſque dubiũ eſt: ſi conſanguineus faciat duas vel tres oblationes ſimul,ſcilicet duorum aut trium contractuum diuerſorum:verbi gratia,emiſti à me vnum fundum certo pretio,poſtea alio contractu emiſti alterum : an ſufficiat conſanguineo meo venienti ad retractũ harum duarum venditionum,offerre vnũ nummum qui plures minores valeat, ſcilicet Caroleũ, qui decem denarios valet.Poſſet videri hoc caſu non ſatis eſſe,ſed tot eſſe offerendos, quot ſunt contractus,ad quorum retractum venit conſanguineus. Nam pro quolibet contractu vnus ad minimum nummus offerendus eſt.Si ergo ſunt diuerſi ac ſeparati contractus,etiam diuerſi ac ſeparati nummi ſunt offerẽdi , vt ſuus cuique nummus ſit attributus:præſertim cùm hæc à conſuetudine pro forma & ſolennitate ſint obſeruanda vt declarat §.vij.& viij.infrà eo.tit.& in d.§. 7. expreſsè cauetur offerendam eſſe vnam peciam,vt vtar verbo Gallis peculiari,quo etiam vtitur conſuetudo noſtra. Quî fit ergo,vt vna pro duobus,aut tribus ſeparatis contractibus ſufficiat, cùm forma præcisè ac ſpecificè adimpleri debeat,vt no.Bal.Ang.Pau.Caſt.& Recentiores,qui afferunt concord.in l.j.ff.de libe.& poſthu.

*An pro duabus oblationi. diuerſarum uenditionum ſatis ſit unum nummum offerre.*

11 ¶Ita quidem,vt eius omiſsio in qualibet , vel minima parte, actum vitiet.Ant. & Pan.in c.Piſanis,quod eſt vlt.extrà de reſti.ſpol.cum concord.adductis à Fely.in c.cùm dilecta,col.xxvj.verſ. amplia decimò,extrà de reſcrip.& Phil.Dec.in c.prudentiam,in iiij.no.de offic.delega.& dicemus etiam in tit.ſeq.§.iiij.glo.vj.nu.30.& quia etiam.Idque etiam in actibus quãtumuis fauorabilibus, l.qui Romæ,§.Flauius,ff.de verb.obl.Bal.in l.teſtamentum,C.de teſta.& conſ.ccl.conſiderandum eſt,libr.v. & Iaſ.conſ.cxcj.placet mihi,col.j.lib.ij. vbi etiam dicit procedere in cauſis piis, ne quis interim cauſetur retractum eſſe fauorabilem:de quo tamen diximus latè in præfat. Sed nec ei aliquid addi aut detrahi poteſt. Bald.in l.vlt.col.ij.C.de ſuis & legit. & alibi latius diximus. Nec ea quoque poteſt per æquipollens adimpleri,glo.in cle.j.in verbo,tertio,de vita & honeſt.cleri.Bar. in l.non ſunt liberi,ff.de ſtatu.homin.cum concor.adductis ab Alex.in d.l.j.col.vlt. ff. de liber.& poſth.& Felin.in d.c.cùm dilecta,extrà de reſcr.& Hippol.Marſi.conſ.xxvij.ſolennem , col.ij.& iij.lib.j.ne quis etiam cauſetur , vnum maiorem nummum multis minoribus æquipollere.De eo tamen,quod diximus de omiſsione in minima parte,vide quæ dicam infrà tit. procedente , §.iiij. glo.vj.nu.31.& duobus ſeq.

*Formæ omiſsio in minima parte uitiat.*
*Etiam in actibus fauorabilibus & piis cauſis.*
*Formæ nil addi poteſt , nil detrahi.*
*Forma per æquipollens adimpleri non poteſt.*

12 ¶Sed & ea res indiuidua eſt,l.hæredes palàm.§.vlt.& l.ſi is qui,& ibi Bald.in j.not.ff.de teſta.cum ſi.Nam diuiſio formam corrumpit,vt dicit Bal.in l.ſi ſeruus,circa medium,in addi.ff.ſi quis caut. & vt idem quoque ſcribit in l,Pedius,poſt prin.in addi.ff.de arbit. forma eſt de genere indiuiſibilium,cùm quælibet mutatio in forma totum vitiet,ſecundùm Iac.Bu.in l.certi cõdictio,§.quoniam,& ibi quoque Alb.col.vlt.ff.ſi cer.pet.quo etiam in loco Bal.ipſe col.iij.verſ. oppone quod vtile eſt,dicit formam eſſe indiuiſibilem,vt & dicit in d.l.teſtamentum, C.de teſta.vbi etiã eam dicit inſeparabilem,quod idem eſt:ideóque in ea vtile per inutile vitiari. Quæ etiam fuit ſentẽtia Bar.in l.Græcè,§.illud,per illum tex.ff.de fideiuſſ.Ang.Imo.& Recentiorum , in l.j.§.ſed ſi mihi, ff.de verb.oblig.At idem Bal.in c.cùm adeò,col.ij.verſ.contenti ex paruo, extrà de reſcrip. dicit, quòd forma ex integritate conſiſtit.Sed & ipſe in l.ſi veritas,in ij.not.per illum text.C. de fideic. dicit,quòd omnis ſolennitas eſt indiuiſibilis,ne quis etiam hîc cauſetur hanc rem non formã eſſe, ſed ſolennitatem.& Alex.in l.is qui quadraginta,§.quædam,ff.ad leg.Falci. & Philip.Dec.conſi. cccccxxxij.pro vera reſolutione,col.j.

*Forma indiuidua.*
*In forma,utile per inutile uitiatur.*
*Solennitas omnis indiuidua.*

13 ¶Hincque fit,vt conditio diuidi ſcindíque non poſsit.l. qui duobus,& l.cui fundus,ff.de condi. & demon.& l.fiſtulas,§.per fundum,ff.de contrah.empt.& l.ſi ita fuerit,in prin.ff.de manu.teſta. & voluit Cy.in l.ſi plures,C.de cond.inſer.Alb.in l.ſtatuliberos,§.j.in prin.ff.de ſtatulib. & Ang. conſ.clxviij.teſtator in omnibus,col.j.Alex.conſ.lxxv.in cauſa & lite.paulò ante fi.li.vij.& Doct. vbique.Nempe quia conditio formam inducit,& ſolennitatem, Bald.in Auth.vt liceat matri & auiæ,col.j.C.quando.muli.tutel.offi.fung.poſ.cum aliis multis concord.adductis à Recẽtioribus

*Conditio non ſcinditur.*
*Conditio formam inducit.*

Z 2

in l.ij.§.vlt.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& à me copioſius infrà,tit.procedente,§.ij.nu.3.& eo quidem magis,& ſeq.Vt hinc intelligas,nihil hîc obeſſe,ſi quis diceret,quòd ſi liardus, qui tres denarios valet,fuerit oblatus pro tribus contractibus,ita diuidetur, vt quilibet denarius eius liardi cuilibet etiam contractui aſsignetur.Nam id poſſet procedere in rebus diuiduis, non in forma, quæ indiuidua eſt.Super eo tantùm quod de conditione diximus, vide l.cui vſusfructus.in princ.ff. de vſu & vſufru.lega.& l.qui putat,in prin.ff.de acq.hæred.

*Nummus ſcindi non poteſt.*

14 ¶Porrò nummus ipſe in partes diuidi,aut ſcindi non poteſt. Si enim ita fieret, ab eo auferretur forma publica,quæ neceſſariò in eo requiritur,iuxta l.j.ff.de contrah.empt. & l.j.& ibi Doc.C. de vete.numiſ.pote.lib.xj.& gl.in c.quanto,in verbo,patris, extrà de iureiur. & Bal. conſ.494.ſciẽdum eſt,quòd moneta, poſt princip.lib.j.& conſ.cclxxvj.caſus talis eſt,dominus, col.j.lib.iij.& Raph.Co.conſ.cxxxviij.hoc maximè,col.vlt.vbi etiã dicit,quòd autoritas monetæ non ex materia tribuitur,ſed ex forma quæ perempta,perimitur & ipſa rei ſubſtantia, vt in ſimili tradit gl. in l.qui vſumfructum,in verbo,facta,ff.de vſufruc.& alia,quæ in id allegat.Ideóque pecunia cõmunis multorum non per ſciſsionem aut diuiſionem ſingulorum corporum condicitur,ſed per numeros totius,l.nam & ſi fur,& ibi glo.Iaco.Bu.Albe.Fulg.Pau.Caſt.& Recentiores, ff.ſi cert. pet.& l.cùm Stichus,ff.de ſoluti.glo.in l.ſingularia,in vj.ſpeciali,pecuniæ,& ibi Bart.Alber.Fulg. Rom.Alex.& Iaſ.ff.ſi cert.pet.ex quibus Alex.rationem reddit, quia ſi corpus ipſum cuiuſlibet nummi diuideretur,redderetur inutile.

*Naues ſectæ.*

*Caſellij iocus.*

15 ¶Et ſanè,ſi quis nummũ ſcinderet,perinde faceret,ac ſi naues ſingulas diuideret,quod feciſſe dicitur Quintus Fabius Labeo,qui cum à rege Antiocho,quẽ bello ſuperauerat,ex fœdere icto dimidiam partẽ nauiũ accipere deberet,medias omnes ſecuit,vt eum tota claſſe priuaret. Autor Valerius,lib.vij.ca.3.& è noſtris retulit Flor.in l.ſi familiæ,quæ eſt antep.ff.famil.erciſ.vbi & hoc improbat,& allegat d.l.nam & ſi fur.§.vlt.qui loquitur de nũmis,ex quo apertè intelligis, illũ idem intelligere de nũmis ipſis.Hinc & iocus Caſellij Iuriſconſulti,qui mercatori cuipiã interroganti, quonã modo nauẽ cum ſocio diuideret,reſpõdit,Nauẽ ſi diuidis,nec tu nec ſocius habebis. Autor Macrobius Satur.li.ij.c.vj.{Simile autẽ traditur de Cãpanis qui cùm fœdus cum hoſtibus pepigiſſent, ea lege vt eis dimidiã partẽ armorum traderẽt,diſſectis armis dimidiũ eos recipere iuſſerunt,autor Polyenus lib.vj.Stratagematũ.} Nam & hîc,ſi Caroleus inter duos diuidatur,neuter ſociorum Caroleũ habebit.In ea autẽ l.nam & ſi fur.§.vlt.Iac.Bu.& Albe.ex eo inferunt ad quæſtionẽ de vetula,quæ vẽdidit dimidiã partẽ ficuũ,quas emptor petebat medias omnes etiam diuidi, volens ſcilicet facere locum prouerbio σῦκα μερίζειν, id eſt ficos diuidere.Cuius meminit Martialis li.v.epigrammaton in Calliodorũ.Adeo autem nũmus omnino ſcindi non poteſt, vt nec radi quoq; impunè poſsit,l.quicunq;,ff.ad leg.Corn.de falſis. Illud autem indiuiduum dicitur,cuius partes ſeparatæ mutant diffinitionem totius,& cuius integritas minui non poteſt, ſtãte realitate ipſius ſubiecti,vt ſunt verba Bal.in c.j.§.j.col.ij.verſ.ſed quare dicitur,tit.de contro.inue.

*Σῦκα μερίζειν. prouerbium.*

*Indiuiduum quid dicatur.*

*Intellectu diuiduntur aliâs indiuidua.*

16 ¶Quod ſi quis aduerſus hæc dicat,quòd licèt nummus re ipſa diuidi non poſsit ſine corruptione ipſius,tamen intellectu & cõmoditate poteſt:vti & ſeruus cõmunis,qui quidem corpore ipſo diuidi non poteſt,intellectu poteſt,vt expreſsim dicitur in l.ſeruus communis,ff.de ſtipul.ſer.vt ſic ex ipſo intellectu & mente ſingularitas diuidatur reſoluatúrque in pluralitatem : vt in ſimili dicunt Guil. Cu.& Albe.loquentes de equo,in l.vbi autem,ff.de cond.ob turp.cau.& Bald. in l. cùm inter,per illum tex.C.de fideic.lib.Nam intellectus poteſt alio modo res conſiderare & metiri,quàm ſint ſecundùm corpus,vt per Bar.in l.ambitioſa,col.iiij.verſ.ſed contra opin.ff. de decre.ab ord.fac.& quod no.in c.prætereà.de appel.& per Pau.Ca.conſ.ccxlv. videtur dicendũ dictam ſeparationẽ,lib.j.quod repetitur conſ.cccxv. eod.lib.vbi ex hoc dicit,quòd licèt iura incorporalia non patiantur commixtionem,neque ſeparationem corpore,intellectu tamen patiuntur. vt probatur in l.ea quæ,C.fam.erciſc.vbi ipſo iure & ex lege, & ſine diuiſione nomina diuiduntur,licèt aliàs non recipiant diuiſionem,quod huc proximè accedit. Huic ſtatim illud reſponderi poteſt,quòd cùm pluralitas, vel ſingularitas eſt de forma,non fit reſolutio vnius in alterum ex ſententia glo.no.in l.iij.§.hoc autem à ſuperiore,ff.de itin.actúque priu.prout illum intelligit,& dicit ſing. Nicol.Euera. vir certè legalis doctrinæ peritiſsimus in locis legalibus,in loco à numero,vbi & de hoc dicit eſſe tex.in l.cùm hi,§.ſi Prætor,ff.de trãſact.Et facit etiã ad prædicta, quod in ſimili dicitur in l.de pupillo,§.ſi in pluribus,ff.de ope.nou.nũt.quòd ſi in pluribus locis opus fiat non ſufficit vna nuntiatio pro omnibus,ſed ſunt plures neceſſariæ, & conſequenter plures remiſsiones.Ibíque dicit Bar.in prin.id procedere,etiam ſi ea loca adeò ſint propinqua,vt in omnibus ſimul exaudiri poſsit vnica nuntiatio.{De quo & tu vide Ang.& Roma.ibi.}

*Pluralitas uel ſingularitas formalis, non reſoluuntur utrinque.*

*Vna autoritas an multis actibus ſufficiat.*

17 ¶VERVNTAMEN contrà facit tex.no.in l.accipienti,ff.de auto.tut.cuius hæc verba ſunt: Accipienti,& edenti iudicium,idem tutor autor vtrique fit.Sed hoc vtrùm ita eſt,ſi bis autor factus eſt,an & vna autoritas ſufficiat,eo animo,vt ad vtrunque pertineat, dubitat quidẽ Pomponius: ſed fortiter defenditur ſufficere vnam autoritatem. Et eum tex.Bar.ita ſummat, vt cum noſtris loquar.Vna voce poteſt interponi autoritas duobus diuerſis actibus.Et ſic vides Bart. intelligere eum tex.etiam in diuerſis actibus,vt & intelligunt gl.& Albe.ibi,quod magis mirum eſt,cùm autoritas pro forma interuenire debeat,vt per Doct.in d.l.j.ff.de lib.& poſth.& Fran.Aret.in l.Gallus,in prin.col.3.verſ.ex quibus iuribus,eo.tit.cum ſi.Et tamen vna(vt vides)autoritas,id eſt,vna

verborum



verborum conceptione prolata,ſatis eſt pro duobus actibus. Quanquàm eum text.malo intelligere in vno eodémque actu,eodémque iudicio,ſiue cauſa,in qua ſcilicet alter pupillorum actor eſt,alter reus:vt etiam intelligi poſſe contendunt glo.& Bar.ibi,& ita non admodum obſtat his, quæ pro contraria parte dicta ſunt.Tu tamen cogita:nam ſi Pomponius,vnus ex præcipuis noſtris Iuriſconſultis,dubitabat quid hîc dicendum eſſet, quis noſtrum non dubitabit ? Sed quod multum mireris,nec Accurſius,nec alij hoc in loco declarauerunt,quam ob rem potiſsimùm illic eſſet dubitandum,ſed iam ex iis,quæ diximus,planè intelligis.

18 ¶Facit item contra illam ſententiam gl.not.in c.propriè,in verbo,trium milium, de conſe.di.iiij. quòd vnica aquæ infuſione & verborum prolatione poſſunt plures baptizari, per eum text. quo traditur Petrum Apoſtolum vno die tria millia hominum baptizaſſe:neque enim id aliter,quàm ſuprà diximus,fieri potuiſſet.& idem quoque voluerunt Hoſt.& Io.And.in c.j.vterque col.ij. & ibi quoque Ant.etiam col.ij.extrà de baptiſ.idem Hoſt.in ſumma eiuſdem tit.§.quæ ſit eius forma,col.ij.verſ.licet autem.Io.And.in c.delictum,& ibi quoque Alb.num.7. & 8.de reg.iur.lib. vj. nam vt id ſcias,Albe.etiam in quædam c.illius tit.commentaria edidit.Lap.alle.viij. præſentatus. paulò ante medium:& è Theologis Diuus Thomas in iiij.ſenten.diſt.iij.q.j.art.ij.Id quod multũ hîc notandum eſt,cùm ex omnium & Theologorum & cano.ſententia nihil magis ſit è forma, quàm illa aquæ immerſio,& verborum prolatio.Tamen Hoſt.& Ioan. Andr.in d.c.j. dicunt tutius eſſe,vt ſinguli baptizentur,per quædam iura ab his allegata.Thomas autem,vbi ſuprà,tradit eum peccare,qui ſic vniuerſim multos baptizat.

*Vna aquæ infuſio & uerborum prolatio, an pluribus baptizandis ſufficiat.*

19 ¶Tu autem interim ad comprobationem prioris ſententiæ qua dictũ eſt,videri neceſſe eſſe duos nummos offerri ad retractum duorum cõtractuum,vide tex.in l.patris & filij,ff.de vulg. & pup. ſubſtitu.vbi quia patris & filij impuberis teſtamentum pro vno eodemq; teſtamento habetur,vt etiam dicitur in l.qui plures liberos,§.j.ff.eo.tit.& in l.pen.ff.quemadmo.teſta.aper.& in c. ſi pater,de teſta.lib.6.Ideò etiam iidem teſtes eadémque ſigna ſufficiunt,id eſt, vna pro omnibus ſolennitas:tanquàm ſcilicet à contrario ſenſu contrarium videatur,ſi non vnum idemque teſtamẽtum cenſeretur:quia tunc ſolennitas in vno appoſita,in altero repeti iteraríque deberet,vt etiam clarius aperit tex.in l.ſi quis eum,§.j.eod.tit.de vulg.& pupil.

*Teſtamẽtũ patris & filij unum cenſeri, unámque in eo ſatis eſſe ſolẽnitatem.*

20 ¶Sed quod ad poſteriorem ſententiam facit,Barto.in d.l.patris,ad fin.aſſerit, & poſt eum cæteri Recentiores,quòd ſi in eadem charta ſcripta ſint plura diuerſáque teſtamenta, ſufficiunt iidem ſeptem teſtes omnibus his ſimul adhibiti,atque etiam vna voce,arg.l.iiij. ff.de duob. reis. Quin plus voluerunt Iac.Aret.Iac.Ray.Pet.Cyn.in addi.Albe.Bal.Ang.Imo. Alex.& Fran.Aret.ibi,vt etiam id procedat,ſi ſimpliciter fuerunt teſtes adſcripti in ea charta,continente ſimul plura teſtamenta,nec expreſſum eſt,quòd pro omnibus ſint adhibiti : tamen illi pro omnibus adhibiti eſſe cenſentur,& ſufficiunt,per tex.in l.ſi quis ex argentariis,§.ſi initium,ff.de eden. Quo in loco idẽ voluit Bart.col.xij.verſ.ſeptimò dixi,& Bal.poſt Nico.Mate.in l.omnium,col.ij.verſ.ſed Nico.C. de teſta.vbi tamen dicit,hoc non eſſe dubium in teſtamentis connexis,d.l.patris & filij,quaſi dubitet de aliis.& Steph.Bertr.conſi.xliiij.venditio,col.vlt.ante fi.lib.ij.

*Teſtamentis pluribus, an una ſufficiat ſolennitas.*

*An teſtes cenſentur adhibiti omnibus teſtamentis eiuſdem chartæ.*

21 ¶Tamen in hoc vltimo caſu,in quo ſcilicet id expreſſum non eſt, contrarium voluerunt Raph. & Pau.Caſt.in d.l.patris & filij,requirentes ſcilicet expreſſam omnium teſtamentorum mentionem.& ſequitur Ang.Aret.in §.igitur,in fin.Inſtit.de pupil.ſubſti. & Viglius Zuichemus Phryſius,vir & eloquentia,& legum peritia clarus,in eodem loco,& latius in §.ſed & vnũ,qui eſt pen. Inſti.de teſta.ordi.Nam ſpeciale eſt(inquiunt)in teſtamento patris & filij,vt vna pro omnibus ſolennitas ſufficiat,vt ſatis declarat d.l.patris & filij,ex hoc ſignificãs in aliis alteram tãtùm requiri, argumento l.quòd verò,ff.de legib.Quod & Io.Fab.ibi,in fi.ſenſiſſe videtur,cùm dicit,loquẽs de hoc caſu.Caue tamen,quòd teſtes pro vtraque parte rogentur,& aliæ ſolennitates obſeruentur.

*De eadem re.*

22 ¶Sed pro alia ſententia rurſum facit,quod traditum eſt à Bal.& Sal.in l.eò quòd à multis,per illum tex.C.ſi cert.pet.quòd vna ſubſcriptio vnúmque ſigillum tabellionis poteſt authenticare,vt ipſe Bal.loquitur,id eſt,authẽticos efficere mille cõtractus præcedẽtes,quibus ſcilicet ſubeſt vna ſubſcriptio, atque vnũ ſigillum.Ideò,vt & ipſe ſubdit,quod de tempore dicitur in d.l. ſi quis ex argentariis,§.ſi initiũ,ff.de eden.habet locũ & in ſubſcriptione,& in ſigno tabellionis,quod admodum eſt no.& idẽ propè voluit ipſe Bal.in rub.C.de fide inſtr.col.vij.verſ.modò incidit hîc quæſtio,& Ang.in d.§.ſi initiũ,in prin.& in l.Lucius,ff.de teſt.mili.Raph.Fulg.cõſ.lvj.quæritur quomodo,in fi.Steph.Bertr.conſ.cc.viſo caſu,col.j.li.j.& d.conſ.44.venditio,col.ij.in prin.lib.ij.

*De eadem re.*

23 ¶Facit etiam tex.in l.Titia,§.vlt.ff.de verb.oblig. vbi ita ad verbum ſcribitur, Quoties pluribus ſpecialiter pactis ſtipulatio vna ſubiicitur,quamuis vna interrogatio,& reſponſum vnũ ſubiiciatur,tamen perinde haberi,ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent. & alia quoque multa ſimilia,quæ nos colligemus infrà tit.procedente,§.ij.num.67. quòd autẽ hîc adducitur.Ex quibus vnum non prætermittam,huic loco accommodatiſsimum,quod tradunt Ange.& Franc. Aret.in l.duo rei,per illum tex.ff.de duobus reis,ſufficere pluribus libellis vnicam conteſtationẽ litis vna oratione complexam,per tex.in d.l.accipiẽti,ff.de aut.tut.& ſequitur Barb.in c. illo vos, col.j.extrà de pigno.Nam conſtat litis conteſtationem eſſe de forma & ſolennitate iudicij.

*Vna pluribus libellis conteſtatio.*

24 ¶Illud autem,quod ſuprà in priori ſententia diximus,de nuntiatione operis,quæ fit pro pluribus locis,ideò fit(neque enim id omittendum)quia in re præſenti fit nuntiatio : vt dicit text.in d.l.de

*Vna nuntiatio pro pluribus*

*locis aut operibus, an ſufficiat.*

pupillo,§.ſi in pluribus,ff.de oper.no.nuntia.& vt dicit Bart.ibi,quilibet locus debet nominari & demonſtrari.Idcircóque debent fieri tot nuntiationes,quot ſunt diuerſa loca,l.ſcire debemus, ff. de verbor.obligat. Ex qua ratione refellitur,quod idem Bart.dicit de locis vicinis,ex quibus vna nuntiatio exaudiri poteſt,vt non ſatis ſit:quia data tali vicinitate,diceretur in re præſenti omnibus nuntiari.Et ita dicebat Iaco.Aretin.ibi,quem (licet repræhendat ipſe Bart.) ſequuntur tamen Rapha.Co.Pau.Caſt.& Iaſon ibi.

*Quæſtio princip.deciſio.*

25 ¶Et ex his redditur admodum dubia ac perplexa hæc noſtra quæſtio.Tamen omnibus introſpectis,in eam potius ſententiã inclinarẽ,vt ſatis ſit pro multis retractibus,multorum ſcilicet cõtractuum,ſimul factis,vnum tãtùm nummũ offerri,qui æſtimatione minorũ nummorũ diuidi poſſit: hancq; queſtionẽ eſſe de bono & æquo,in quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſcientię perniciosè erratur,vt poſt Celſum adoleſcentẽ ſcribit Pau.in l.ſi ſeruũ,§.ſequitur,ff.de verb.obli. Quanquàm huic ſcio reſponderi poſſe,retractum non eſſe ex bono & æquo,ſed potius ex ſummo ſtrictóque iure,vt dicemus infrà eo.tit.§.xxxv.eodémque pen.in verbo,*d'eſtroict droict.*

## DE RETRAICT LIGNAGIER, §. SECVNDVS.

ET ſi l'achepteur reſpond,qu'il luy plaiſt recepuoir ledict retrayant audict retraict : il peut prendre & recepuoir ledict offre en deduction & rabat du pris.Et doibt declarer par ferment le pris,que la choſe luy couſte , & monſtrer ſon contract[a]. Et ſi le retrayant veult, il luy peult faire faire ſerment,[b] que c'eſt le loyal pris, qu'il a payé ſans fraude.[c]

*ET ſi emptor reſponderit velle ſe retrahentem admittere , poteſt recipere oblatam pecuniam in pretij deductionem , debétque ſacramento declarare pretium quo res ſibi empta eſt,contractúmque ſuum exhibere[a] : eumq; cognatus ſi velit iureiurando adiget[b],ſitne illud verum pretium quod ſine fraude ſoluit[c].*

## MONSTRER SON CONTRACT. CONTRACTVMQVE SVVM EXHIBERE, GLO. I.

*Aliud contractus, aliud inſtrumentum.*

1 QVID hîc vult dicere noſtra conſuetudo his verbis , oſtendere ſuum contractum? Qua in re illud te ſcire oportet , aliud eſſe contractum,aliud inſtrumentum : ſicut aliud continens,aliud contentum.l.rerum mixtura, & l.eum qui ædes , ff.de vſuc. Et id quidem ſatis ex eo liquet,quod noſtris legibus ſtatuitur , valere contractum ſine inſtrumento.l.cùm res,C.de probat.& l.cum inſtrumentis,C.de fide inſtr. Eſt igitur inſtrumentum ſcriptura notarij de conuentione partium.Contractus verò eſt ipſa conuentio, vt declarat Bart.in l.ſi quis legatum,col.ij.verſ.aduerte appello,ff.ad leg.Corn.de falſis. & Bal. in l.vlt. C.de falſa cau.adiect.lega.vbi facit differentiam inter contractum dotis , & inſtrumẽtum dotis. & conſ.444.ad euidentiã,in prin.li.j.Ant.& Pan.in rub.extrà de fide inſtr.Pet.Anch.in repe.ca.j. char.42.in paruis,verſ.ſequitur alia quæſtio,extrà de cõſti.Alex.cõſ.122.viſo proceſſu vtriuſque, col.j.verſ.quòd etiã alia,li.ij.Firm.in tra.gabel.in ſexta parte prin.q.ij.& iterũ in tertia parte octauę partis prin.in 25.q.& Socin.conſ.32.in præſenti,col.ij.verſ.quibus non obſtat,lib.iij.& Doct.ſæpe.

*Renuntians inſtrumento, nõ renuntiat cõtractui. Inſtrumento uitiato,nõ uitiatur contractus.*

2 ¶Et vt magis differentiam hanc intelligas,qui renuntiat inſtrumento,non intelligitur renuntiare contractui in eo contento,ſed tantùm probationi ipſius inſtrumẽti,vt voluit Bal.in l.Labeo, §.j. verſ.quid ſi quis,ff.de pact.per l.iij.C.de fide inſtr.Et vitiato annullatóque inſtrumento, non vitiatur annullatúrque contractus,ſi modò de eo aliàs appareat.Imo.Raph.Co.Pau.Caſt.Alex. & Iaſ.in l.ſeruum filij,§. eum qui chirographum.ff.de leg.j.idem Raph.in l.huiuſmodi , §.ſi ita,eo. tit.Paul.Caſt.conſ.xliiij.videtur dicendum dictum compromiſſum.col.j.verſ.conſtat autem ,li.j. & latius conſ.lx.notandum eſt primò quòd licet,col.j.lib.ij.& iterum conſ. lxxv. notandũ quòd præfatum ſtatutum,in primo dubio, eod.lib.ij.& Firmia.vbi ſuprà,Alex.conſi.clxx.viſis ſtatutis, col.j.verſ.pro hoc facit,lib.vij.& Soci.conſ.ij.in cauſa teſtamentaria,poſt prin.lib.iij. & conſ. xcij. in cauſa domini Antonij,col.vj.verſ.primum probatur,eo.lib.iij.Fel.qui alios citat,in c.capitulũ, col.xiiij.verſ.& pro iſtis facit,extrà de reſcri.& Steph.Bertr.conſ.clxx.perſeuerando, nu.2. & 3.li. 3.& conſ.xxxiiij.etiam ſuppoſito,in prin.lib.4.& Phil.Dec.conſ.clxix.cuius ſuperſcriptio incipit, diſpenſatio,col.j.& ante hos,licet nullus memorarit,Ang.loquens de inſtrumento mandati,cõſ. ccxcij.viſis omnibus , col. ij. verſ.ſuper ſecundo.Nec item è conuerſo vitiato contractu vitiatur inſtrumentum:quod magis mirum eſt:ſed id tamen voluit Signo. conſ. cxlv. in quæſtione vertente inter Iulianum, col.j.verſic.nec obſtat ſi dicatur.& Paul.Caſtr.duobus locis poſterioribus. Quanquàm huius vltimi contrarium tenet Bald.in l.vlt.col.vlt.C.de litigio.

*Nec è diuerſo*

3 ¶Porrò idem Bal.in d.l.vlt.C.de fal.cau.adiect.leg.dicit,quòd ſtatutũ loquẽs de vno, non habet locum



*Statutum de uno loquẽs nõ habet locũ in altero. Aliud ſtatutũ aliud contentum in eo.*

locum in altero.& ſequitur Phil.Dec.conſ.xvij.viſo puncto,col.vlt. Ideóque & Imol.conſ.item xvij.in cauſa,paulò ante fi.reſpondit,ex ſtatuto iubente ſolui gabellam ex quolibet inſtrumento, eam non deberi ex contractu facto ſine inſtrumento. aliud enim (inquit) inſtrumentum , aliud contractus.Et in ſimili etiam dicimus,aliud eſſe ſtatutum,aliud quod in eo continetur. Ideóque ſi quis iurauerit ſeruare id,quod ſtatuto continetur,non liberatur iureiurando,etiam ſi ſtatutum reuocetur.Aliud verò,ſi iuraſſet ſeruare ſtatutum : vt nuncupatim dicit Bal. in præludiis feudo. col.v.verſ.item nos dicimus,& poſt eum Phil.Dec.in c.cùm venerabilis , col.xv.verſic. ſecundò iſtam concluſionem,de excep.

*Cõtractus pro inſtrumento interdum ſumitur. Literæ pro inſtrumentis, Ciceroni. Emptiones pro inſtrumẽtis emptionũ.*

4 ¶Verùm tamen hæc noſtra conſuetudo hîc contractum vſurpat pro inſtrumento, vt ſatis indicant ea verba(*monſtrer ſon contract.*)Neque enim contractus ipſe oculis monſtratur,ſed inſtrumẽtum,ſiue ſcriptura ipſius.& apertius declarat §.xxij.huius tit.qui loquens de hoc eodem caſu , & alio ſimili vocat literas,quas hic contractum appellat.Nam & literas probatiſsimi ſcriptores pro inſtrumentis vſurparunt.Tullius in oratione pro P.Quintio:P.Quintius Galliam ad teipſum venit in agrum communem:eodémque,vbi non modò res erat,ſed ratio quoque omnis,& omnes literæ.Et rurſum ipſa noſtra conſuetudo ſuprà tit.ij.§.item ij.qui eſt xvj.totius volu.conſuetudinum,& aliis ſeq.vocat etiam contractum in alio caſu ſimili. Quin in noſtris legibus nonnunquã reperimus emptiones pro inſtrumentis emptionum:vt in l.ij.C.quæ res pigno.obli.poſ.vbi glo. id expendit:vti etiam facit in l.j.§.j.in verbo,habitationem. C. commo. Et aliàs ſæpe in ſtatutis inſtrumentum appellatur contractus,vt videre licet apud Pau.Caſt.d.conſ.xliiij.col.j.lib.j.

*Ex communi uſu loquendi cõtractus pro inſtrumento. Cõmunis uſus loquendi ſeruandus in ſtatutis.*

5 ¶Et ex communi quoque vſu loquendi apud Gallos ita inſtrumentum vocare ſolemus,nomine ſcilicet contractus:ſecundùm quem loquendi conſuetum morem & ſtatuta noſtra intelligere debemus.l.librorum,§.quod tamen Caſsius,ff.de leg.iij.& l.labeo.& ibi Bart.ff.de ſupel.leg.& ca. ex literis,le j.extrà de ſponſa.& c.quãuis:& ibi Ant.& Pan.de verb.ſigni.& c.quanquàm,& ibi Domi.ij.q.vij.gl.in c.nonnulli,in verbo duas dietas,in prin.extrà de reſcrip.Bart.loquens in ſtatutis, in l.j.in prin.ff.de ſuis & legi.Bal.conſ.cxxxix.factum tale eſt,D.A.ante fi.lib.ij. vbi etiam id nũcupatim dicit procedere in ſtatutis:& conſ.clxxxiiij.ſtatuto ciuitatis Veronæ, poſt mediũ,eo.lib. 2.vbi ex hoc dicit,quòd appellatio vulgi pro iure habetur:& conſ.ccccxiiij. quædam ſunt locutiones,ante fi.lib.iiij.Raph.& Pau.Caſt.expreſsim quoque de ſtatutis loquentes,in l.cùm quidã, §.quod dicitur,ff.de acq.hæred.Raph.Fulg.qui & ipſe de ſtatutis loquitur conſ.cxix.proponitur, col.vlt.cum ſi.collectis à Feli.in procœmio Decretal.& Alex.& Recentioribus in rubr.ff. de oper. nou.nuntia.& Barb.conſ.xxxiiij.præclarè,col.xvj.verſ.ſtat modò,lib.ij.& conſ.lvij.præclarè. col. pen.eo.lib.ij.& conſ.lxxxviij.ſapienter,col.iij.verſ.capio modò,lib.iiij.& Philip.Franc.in c.j.col.j. de iniur. & damno dat. libr.vj. vbi id dicit procedere & in ſtatutis, & in diuinis ſcripturis,& in priuilegiis,& in reſcriptis.& in c.quàm ſit,§.j.col.2. de elect.li.vj.vbi & id præterea docet procedere in contractibus.& in vltimis voluntatibus.& in c.cupientes.col.ij.eod.tit.& lib. & Phil.Dec. conſ.cxlvj.cuius hæc ſuperſcriptio eſt,dubia,de quibus,col.ij.& conſ.cccccxl.quæritur in effectu, col.ij.& Steph.Bertr.conſ.clxxx.viſis,nu.2.lib.iiij.Ex quibus etiam intelliges,id procedere in materia exorbitanti & correctoria,aut aliàs ſtricta & odioſa,vti etiam expreſsè voluit Ang.Aret. in §.j.in fi.Inſti.de legit.agnato.ſucceſ.& Matth.Matheſ.nota.xcvj.vnum mirabile.& Phil.Dec.conſ. ccccxl.quæritur,col.ij.verſ.& ad hoc facit.cum aliis concord.adductis à Fel.in d.procœmio,col.ij. verſ.ex quibus,& col.iiij.verſ.& adde Do.& alibi ſæpe in eo procœmio.

*Et in diuinis ſcripturis, Et in priuilegiis. Et in reſcriptis. Et in contractibus. Et in ultimis uoluntatibus.*

*Cõmunis uſus loquendi præualet omni proprię ſignificationi. Et omni regulæ & omni cõſtitutioni.*

6 ¶Vt tamen interim non omittam,quod dicit Bar.conſi.lviij.Annarellus.circa medium,quòd cõmunis vſus loquendi & intelligendi præualet omni propriæ ſignificationi.Quod & repetit cõſ. cxxxviij.hæc eſt copia,ad fin vbi & ex hoc dicit,quòd id procedit in ſtatutis.& rurſum conſ.141. ſtatuto vrbis veteris, & conſil.clix. viſa quadam conſtitutione , col.j.vbi & illud præterea dicit, ipſum communẽ vſum loquendi præualere omni regulæ,omníque conſtitutioni in intelligẽdis ſermonibus.Quod & ante ipſum dixerat Oldr.conſ.clxviij.ad primã q.in 3.dubio. Et quod etiã tradit Pan.alios citans,in d.c.nonnulli,col.j.extrà de reſcrip.in interpretatione cuiuſcunque diſpoſitionis,primò recurrendũ eſſe ad communẽ vſum loquendi.Cui ſimile eſt & quod Alex.ſæpiſsimè ſcripſit,omnes diſpoſitiones recipere interpretationẽ ab hoc communi vſu loquendi,vt conſ.ix.viſis verbis teſtamẽti,col.j.verſ.nec obſtat ſi diceretur,lib.j.& conſ.v.circa primũ.col.vlt. in prin.lib.iij. & conſi.xxvj.videretur fortaſſe,poſt princ.eod.lib.3. & conſ.xlix. viſo proceſſu, in fin.eod.lib.iij.& conſ.124.ſuper primo.in fi.lib.4.At Pan.ipſe in c.j.col.pen.verſ.ad vnum tamen aduertas,extrà de iudi.ſcribit communem vſum loquendi in quacũque materia ſemper præferri proprio ſignificato,ſiue id eliciatur ex definitione,ſiue ex etymologia,ſiue ex iuris autoritate.Idẽ in c.ij.col.j.in ij.notab.extrà de arbitr.dicit id procedere in omni materia , quantũlibet odioſa & reſtringibili.& ſequitur Phil.Deci.conſ.cccclxxij.teſtator,col.ij.verſ.in ſecũdo dubio.Deniq; hęc procedunt,etiam ſi ſtatutum ſit,vt intelligãtur ſtatuta ad literã,ſiue vt iacent.Nam nihilo ſecius in iis ſequendus eſt communis vſus loquẽdi ex ſententia Iac.But.in j.conſti.ff.& Bal.in l. omnes populi,col.pen.verſ.tertiò nota.ff.de iuſti. & iure.Ant.in procœmio Decretalium , & ibi quoque Pan.col.iij.& Fel.qui & alios allegat,col.v.verſ.ſecundò amplia.Sed quibus adde Alex. qui id dicit no.conſ.ccxj.ponderatis,poſt prin.lib.vj.Iaſon conſ.ccv.in occurrenti,col.v.verſ.item eſt aduertendum,lib.ij.Imò verò Raph.Fulg.conſ.xxvij.propoſita,col.j.dicit communẽ vſum loquendi

*Et in quacunque materia.*

*Etiam ſi ſtatuta debeant intelligi ad literam.*

dare propriam ſignificationem vocabulo,per quædam ex iuribus ſuprà allegatis.

*An ſatis eſt, chartam ſiue membranã cõſanguineo oſtendere.*

7 ¶Est igitur hîc,oſtendere ſiue exhibere contractum,idem quod inſtrumentum ipſius contractus.Quod intellige,vt non ſatis ſit chartam,ſiue membranam,ſiue papyrum , ſiue etiam pergamenam,aliámve materiã,in qua contractus ſcriptus eſt,oſtendere,ſiue exhibere cõſanguineo niſi eius legendi copia fiat,ſi id petat,vt proinde certior fiat de cõtractu & pretio ipſius:per id,quod in ſimili tradunt D.à Rota,deci.clxviij.ſi in cauſa beneficiali,in nouis,& Feli.in c.cùm cõtingat, col.pen.verſ.non obſtat ratio,extrà de reſcri.De quo & nos abundè diximus ſuprà eod. tit. §.j.in verbo,*dedans l'an*,in xviij.q.vbi omnino vide. Cauſa enim huius oſtẽſionis ſiue exhibitionis eſt, vt conſanguineus certò ſciat(vt diximus)ipſum contractũ & pretiũ eiuſdem,vt intra tẽpus octo dierum,vt ſeq.§.ſubiungitur,curet reſtituẽdum ipſum pretiũ,alioquin excludẽdus à retractu,niſi id faciat,ad quam rem nihil efficeret ſolius chartæ oſtenſio ſiue exhibitio. vnde & in ſimili ſcribitur in l.Ariſto,in prin.ff.de iure delib.hiſq; copiam inſpiciendorũ inſtrumentorũ facere,vt proinde inſtruere ſe poſsint,&c.Nam & aliàs verba ſunt cum effectu intelligenda,l.ſi per aliũ,quę eſt pen.§.docere,ff.ne quis eum qui in ius vocat.eſt & ibi concord.in gl.Et vt ſcribitur in l.locum, §.hoc interdictũ,ff.de tab.exhib.exhibere eſt materiæ ipſius apprehendendæ copiam facere.Et in l.quod & lex,§.ait Prætor,ff.de liber.homi.exhi.Exhibere,eſt in publicum producere , & videndi tangendíque facultatem præbere,rémque ipſam extra ſecretũ habere.Et in l.ij.§.inſpectio,ff.quẽadmo.teſt.aper.ita ſcribitur,inſpectio tabularum etiam lectionem earũ indicat.Id quod eò dicere voluimus,quòd aliquando vidimus emptorẽ,qui volebat repellere conſanguineum cui offerẽti chartam emptionis oſtenderat,iurauerátque contractum pretiúmque eius eſſe verũ,& ſine fraude,vt hîc fieri ſtatutum eſt: & tamen noluerat conſanguineo petenti eius legẽdi copiam facere, tanquam ſatisfeciſſet ſtatuto huic noſtro:poſteáq; octo dies effluxerãt,intra quos cõſanguineus pretium non obtulerat.Et cùm lis coram me ageretur,admiſi nihilominus conſanguineum.

*Quid, ſi conſanguineus ſe ſubducat , ne ei contractus legatur.*

8 ¶Qvid autem,ſi cùm emptor offerret,exhiberétque inſtrumentum emptionis conſanguineo, is aut videre aut legere noluit,& abiit:an nihilominus ei curret tempus octo dierum , de quo in §.ſeq.Quod verum eſt,vt in ſimili tradit Car.Flo.in cle.cauſam,in prin.in xiij.q.de elect.Perinde enim habendum eſt,ac ſi illud legiſſet,cùm per eum ſteterit,quòd non legerit.l. Labeo ſcribit, ſi mihi,ff.de cõtrah.empt.cum multis ſi.& cõcor.à me collectis infra eo.tit.§.xv.gl.ij.in ver. *depuys la litiſconteſtation*, nu.7. idq; perpetuum eſt. Quibus adde gl.in c.ſi capitulo,in verbo, factum de conceſ.præb.lib.vj.quæ dicit,quòd ſi quis impedit,ne ſibi fiat præſentatio , ea pro facta habetur.

*Citatio pro facta habetur, cũ citandus facit ne citetur.*

9 ¶Et idem dicit ea gl.de citatione & eam in hoc quoque ſequitur ipſe Card.Flor.in cle.j.in v.opp. de fo.comp.De quo eſt tex.in c.quoniam,§.porrò,& ibi Bal.& latè Maria.poſt alios , col.iij. extrà vt lit.non conte.& voluit etiam Inn.in c.cùm inter,le ij.extrà de elect.& Bar.in l.j.§.ſed etſi quis. verſ.ſed & Ariſto.& ibi quoque Albe.in verſ.quod ſi vi , ff.quod vi aut clam,per text.ibi & D.à Rota deciſ.cclxxj.ſi de mandato,in nouis,& Paul. Caſt.in l.iiij.§.Prætor ait , circa medium,ff. de dam.infec.& Ang.Aret.in §.pœnales,col.ij.verſ.in gl.corrupiſſet,Inſti.de actio.& bene facit tex. in cle.j.verſ.quia verò,de iudi.& in cle.ij.vt lit.penden.Et ſimile de denuntiatione , quam emptor de lite ſibi mota facere debet venditori,tradit tex.in l.ſi dictum,§.ſi præſente , ff.de euic.cùm dicitur,ſimili modo tenetur,qui curauit,ne ſibi denuntiari poſsit , & eſt ſimilis text. in l.ſi ideò,§. præſenti,ff.eo.tit.& voluit etiam gl.j.in c.vlt.& ibi Io.And.Card.Flor.& pleriq; omnes , extrà de empt.& vend.Et idẽ de interpellatione probat tex.in d.l.j.§.ſed & ſi quis,verſ.ſed & Ariſto,iũcta gl.in verbo,poſsit,ff.quod vi aut clam.quẽ tex.in id dicit ſing.Bal.in ſua marga.in verbo,interpellatio,verſ.ij.Et itẽ de exhibitione nominũ & inſinuatione gradus & nominationũ,tenuit D.Coſ. Guy.in prag.ſancti.tit.de collat.§.ſtatuit,in verbo,ſpectat.Et idẽ de defenſa,quã Neapolitani vocant,tradit Matth.Afflic.in conſti.Siciliæ incip.iuriſgentium,col.vij.verſ.iuxta hãc quæſtionẽ.Et de quacunque prohibitione & nuntiatione Alb.in d.l.j.verſ.quod ſi vi,per eum tex.Et vide,quę diximus,ſuprà,eo.tit.§.j.in verbo,*dedans l'an*, in xviij.q.verſ.ex quibus poteſt,qui eſt in nu.105.

*Idem de denũtiatione.*

*Idem de interpellatione.*

*Idem de exhibitione.*

*Idem de prohibitione.*

10 ¶Illvd quoque non omittendum eſt,quod aliquando ex facto contingere vidimus,non ſatis eſſe,oſtendere exemplum inſtrumenti,per tex.in ſimili in l.ſancimus,C.de diuer.reſcri.vbi in hęc verba ſcribitur,Sancimus,vt authentica atque originalia reſcripta,non exempla eorum inſinuẽtur. & eſt idem tex.in §.ſancimus,xxv.q.ij.neque enim cõſanguineus tenetur credere huiuſmodi exemplo,auth.ſi quis in aliquo,C.de eden.Et generale eſt,vt in omnibus huiuſmodi intimationibus authentica inſtrumenta neceſſariò ſint exhibenda,per tex.in cle.cauſam,de elect.in illis verbis,porrecto videlicet ſibi ſub ſcriptura auth.&c.iuncto fine eiuſdem,vbi ita ſcribitur, Idẽ quoq; in aliis caſibus obſeruari voluimus,in quibus requiritur intimatio facienda. Et voluit Roma. alia quædam allegans,conſi.cccxxxvj.circa propoſitum,col.ij.verſ. cæterùm nec ſufficit. & Alex. qui alia multa citat,conſ.xcv.viſis proceſsibus,col.pen.verſ.ſupereſt,lib.ij.

*Si nullum factum eſt inſtrumentum venditionis, quid hîc fieri oportet.*

*Et an ſatis ſit, teſtibus fidem facere.*

11 ¶Sed qvid, ſi nullum confectum eſt inſtrumentum de venditione:nam vt ſuprà diximus, non neceſſariò requiritur.Quid igitur hîc fieri debet,vt currat illud tempus octo dierum conſanguineo?Satíſne erit,fidem teſtibus de venditione & ipſius pretio facere cõſanguineo? vt in ſimili tradit Bart. loquens in proteſtatione,in l.non ſolum,§.morte,col.xj.verſ.circa primũ,ff.de oper. no.nunti.Nam & pares vires obtinent teſtes & inſtrumenta,l.in exercendis , C.de fide inſtru. & c.cùm Ioannes,de fide inſtru.Imò & appellatione inſtrumentorum teſtes veniunt,l.j.ff.eo.tit. &

c.peruenit,



c.peruenit,le j.de teſtib.cog.Spec.tit.de dilatio.§.vlt.quòd cùm datur,cum multis aliis ſimilib. & concord.ibi collectis à Recentioribus.Idque propriè,ſi credimus Bart.& Alcia.in l.notionem, §. inſtrumentorum.ff.de verb.ſignifi.

*De eadem re.*

12 ¶Et ſi magis credendum eſſet iis,qui dicunt id non vere,ſed ex interpretatione procedere: inter quos eſt Accur.in d.§.inſtrumentorum,& Alb.in d.l.in exercendis,& Raph.Co.conſ.xcvij.ſtante dicto ſtatuto,col.iij.verſ.item licet.Imo.in rubr.de fide inſtr.& alij multi , quos videbis apud Fel.in d.c. peruenit , & in rubr.extrà de fide inſtr.& ibi quoque Philip.Dec.& Matthæ. Afflic.in conſt.Siciliæ,incip.Iuriſperitorum,col.v.verſ.quærit hîc And.Tamen cùm hîc ſit eadem ratio in vtriſque,nihil prohibet,quin alterum ſub altero compræhendatur, etiam in conſtitutionibus odioſis,vt probatur in l.filiũ habeo,in prin.ff.ad Macedo.iuncta l.iuſta interpretatione,ff. de verb. ſignifi.& notatur à Bart.in l.liberorum,in ij.q.prin.eo.tit.cum multis aliis concord. à me traditis in l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.145.ſimilitérque renuntiatio.

*Argu. de inſtrumentis ad teſtes,& è diuerſo.*

13 ¶Præſertimq; id debet procedere in caſu noſtræ conſuetudinis,quæ videtur vſa fuiſſe verbo inſtrumenti(nam vt diximus ita intelligitur) quoniam frequentius venditiones rerum immobiliũ (de quibus hîc agitur)fiunt per inſtrumenta.Ideóque non videtur excluſiſſe eas,quæ ſine inſtrumentis fierent,modò teſtibus probentur,per ea quæ latè dicemus infrà eod.titu.§.xx.nu.4.propterea hæc conſuetudo,& ſeq.Et aliàs valet argumentũ de inſtrumentis ad teſtes,& è conuerſo gl.& Doc.in l.j.C.de vſu.gl.in c.Abbate.§.vlt.in verbo,cenſeretur,& ibi Dom.col.vlt. de re iudi. lib.vj.Iaſ.conſ.cxxxvij.viſo accuratè,col.j.lib.iiij.quod ſatis probatur ex d.l.in exercendis.

*Lex ult. de edicto Diui Adri. tol. an habeat locum in teſtamento nuncupatiuo.*

14 ¶Et huic ſententiæ concinit,quod voluit gl.notab.in l.vlt.in verbo,depoſitionibus , in fin.C.de edic.diui Adria.tol.quòd beneficium eius l.quod datur hæredi oſtendenti teſtamentum non cãcellatum,non abolitum,nulláque parte vitiatum,vt ſcilicet mittatur in poſſeſsionem hæreditatis, habet locum in hærede inſtituto in teſtamento nuncupatiuo,cuius nulla eſt ſcriptura facta , ſed de quo conſtat teſtibus:tanquã eorũ atteſtatio à iudice accepta & in ſcriptis redacta habeat vim teſtamẽti in ſcriptis cõditi.& eam gl.ſequũtur Iac.But.Guil.Cu.Bar.Bald.in iij.q.Ange.qui dicit ſing.Sal.Alex.Corn.& Phil.Dec.ibi.idem Iac.But.in l.vlt.& ibi Bal.col.3.verſ.idem ſi dicta,C.de fideic.Alex.conſ.xciij.repetitus,col.vlt.lib.vj.Phil.Dec.in c.ij.col.vlt.verſi.xiiij.extrà de prob. Ex quibus Alex.d.conſ.xciij.reſpondit,quòd ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum donationis debet inſinuari intra menſem:alioqui donatio irrita eſt:ſi de donatione non eſt factum inſtrumentũ , ſed ea teſtibus probata eſt,& eorum atteſtatio publicata:debet donatarius intra menſem ab ea publicatione inſinuare donationem,aliàs ea irrita manebit,ac ſi poſt inſtrumentum de ea donatione factum,ea non fuerit inſinuata.Quæ res non ab hoc caſu noſtro longè diſtat. Ang.autem in d.l. vlt.aliud vnum ex ea glo.dicit,quod dicit etiam ſing.& mirabile,quòd ſi ex ſtatuto inſtrumenta publica habeãt executionẽ paratã,& de debito non fuit confectum inſtrumentũ, ſed de eo poſt eà fuit facta probatio teſtibus , quorum dicta in ſcripturam redacta ſunt , ea ſcriptura non ſecus habebit executionẽ,ac inſtrumentũ,ſi quod confectũ fuiſſet.& ſequuntur Recentiores ibi,præter Iaſ.ſequitur etiam Alex.d.conſ.93.lib.vj.& Matheſ.notab.v.nota quòd contractus.& Feli. latè in c.ſicut,col.iij.in j.declaratione,extrà de re iudic.Hippo.Marſ.ſing.cccclxxxiiij.ſi vera loqui.

*Statuta de inſtrumentis,habent locum in teſtibus, quorum dicta in ſcripturam redacta ſunt, & publicata.*

*Teſtes non dicuntur inſtrumenta ex communi uſu loquendi.*

15 ¶Quòd ſi hæc non placeant in caſu noſtro,quia ex communi vſu loquendi,qui in ſtatutis inſpicitur,vt diximus ſuprà in eadem glo.nu.5.& 6.teſtes non dicuntur inſtrumenta,vt dicunt Bart. & Alcia.in d.§.inſtrumentorum,Imo.Fel.& Phil.Dec.in d.rub.de fide inſtr.Fran.Aret. conſ.lj.ſi detur,poſt medium,& Firmia.in tract. gabel.in iij. parte viij.partis princ.in xxxv. q. Ideò nec in ipſis ſtatutis teſtes comprehenduntur appellatione inſtrumentorum,ex ſententia Imol.in d.rub. & Iaco.Bu.in d.l.j.ff.de fide inſtru.Igitur fortè dici poſſet , nec quidem abs re, in hac quæſtione noſtra nos eſſe extra caſum noſtræ conſuetudinis,ſi deſit inſtrumentum: ideóque nec ſi teſtibus facta fides fuerit,currere illud tẽpus octo dierum conſanguineo.Nam vbi verba ſtatuti non conueniũt,nec ſtatutum quoque ipſum habet locum,l.iiij.§.toties,& ibi Bar.& alij, ff.de dam.infect. cum multis ſi.à me adductis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,in prin.C.de reuoc.dona.Nec enim à verbis ſtatuti recedendum eſt,l.quod conſtitutum,& ibi Bar.in princ.ff.de teſta.mili. Et quod ſtatutum non dicit,nec nos dicere debemus,l.ſi ſeruum,§.non dixit Prætor, ff.de acq.hæred.Bal.in l.omnes populi,paulò ante fi.ff.de iuſti.& iure,cum multis aliis concor.à me latè coacetuatis,in d.l.ſi vnquam.in verbo,libertis,nu.4.verba enim legis.Et quod omiſſum eſt à ſtatuto, id pro omiſſo habetur,nec in eo locũ habet ſtatutum,ſed Ius cõmune,c.pen.de iureiur.& cap.in noſtra,de iniur.Bal.in l.ſi plures,col.viij.verſ.iuxta prædicta formatur,C.de condi.inſer.cum aliis concor.à me quoque congeſtis ſuprà,omnium noſtrarum conſuetudinum tit.v. §.iiij. in gloſſ.j.

*Probatio inſtrumentalis multis caſibus de iure requiritur.*

*Statutum requirens probationem inſtrumẽtalẽ ualet.*

16 ¶Nec nouum aut mirum eſt,quòd conſuetudo noſtra requirit probationem ſiue oſtenſionẽ inſtrumentalem,quando & in multis caſibus de Iure communi idem quoque requiritur , vt in l.ſi alterius,ad fi.C.ſi minor ſe maio.dixer.& Auth.ſed nouo iure.C.ſi cer.pe.& l.teſtiũ.C.de teſtib. & l.generaliter,C.de non nume.pec.& c.porrò,extrà de priuileg.& c.j.de cenſib.lib.vj. cum aliis multis ſi.illic adductis à glo.in verbo,inſcriptis,& aliis Doct.ibi atque etiam à gl.in l.contrahitur, ff.de pign.& Spec.tit.de inſtr.edi.§.reſtat,verſ.ſed quid ſi vnus,& Guid.Pap.deci.Delphi.dlxxxij. reperitur,verſ.ſed quæ ſunt illa.Hincque valet ſtatutum aut conſuetudo,hanc probationem inſtrumentalem requirens,omnémque aliam reiiciens.Ray.in l.cùm quædam,ff.de iuriſd. om.iud.

Iaco.

Iac.But.Bart.Bal.Ro.Soci.& alij Recentiores in l.certi condictio.§.quoniam,ff.ſi cer.pet. Spec.tit. de proba.§.videndum,verſ.ſed pone.Ioan.Andr.in addit.eiuſdem tit. de fructib.& intereſ.§.vlt. col.pen.verſ.Do.Iac.But.diſputauit.Bal.in repe.l.ij.ad fi.ff.de leg.ij.& conſ.cxxxiij.caſus talis quidam fuit,ad medium lib.v.Ang.in §.j.in fi.in Auth.vt ſine prohib.mat.Sal.in auth.caſſa, col.pen. C.de ſacroſan.eccl.Petr.Anch.in repe.c.j.in xiiij.q.princ.verſ.circa iſtam extenſionem,qui eſt in charta 75.col.j.extrà de conſti.& in cap.acceſſorium,char.antepe.verſ.quarto quæro, de reg.iur. lib.vj.Imo.in c.auditis,extrà de in integ.reſti.& in c.ij.& ibi.Ant.& Panor.de probat. Barb.conſ. xix.ſcripſit propheta,col.ij.lib.j.Alex.conſ.lxviij.viſo proceſſu,col.j.lib.iij.quod duplicatur conſi. lvij.lib.vj.cum aliis multis concord.quos videbis apud Feli.& Phil.Dec.in d.c.ij.de probat.

*Similiter & pactum.*

17 ¶Et hæc eſt communis opi.quanquam ſcio nonnullos id non admittere,& inter alios Bal. conſ. cccxvij.punctus ſuper quo conſilium petitum fuit,in fi.lib.iiij.Et priorem confirmat,quòd valet pactum in eandem rem:vt reſpondit idem Bal.conſ.xxxiij.verba inſtrumenti,col.j.li.j.& Alb.poſt alios multos Antiq.in l.ſi quis in conſcribendo,col.iij.nu.12.C.de epiſc.& cler.Raph.Fulg.conſil. cxx.ſuper eo quod primò,col.ij.verſ.ſuper ſecundo,& conſ.ccviij.proponitur quòd quidam, per totum.Quamuis huius item contrarium teneat gl.in d.auth.vt ſine prohib. mat.in verbo , ſenatus,& ibi Ang.de quo & tu vide Alex.in auth.iubemus,verſ.quæ autem poſsit,poſt Ang.ibi, C. de iudi.& in l.quod de bonis,§.j.in prin.ff.ad leg.Fal.& Soc.in d.l.certi condictio,§.quoniam,col. vlt.in fi.ff.ſi cert.peta.& Matth.Afflict.qui & id , atque illud de ſtatuto tractat in proœmio conſtitu.Siciliæ,in xij.q.col.eiuſdem v.verſ.ſextum exemplum:quibus locis & alios multos allegant.

*An hoc caſu princip.iudex ſtatuet tẽpus.*

18 ¶Igitur (vt redeamus) cùm citra oſtenſionem inſtrumentalem nullum ſit à noſtra conſuetudine ſtatutum tempus ſolutioni pretij,in id vt excludatur conſanguineus,ſed hic caſus ſit ab ea omiſſus:nec ius quoque commune aliquod tempus in id præſtituerit, cùm de ea re nihil omnino loquatur:conſequens eſt,vt id ſequamur , quod ius ipſum commune generaliter ſtatuit in iis caſibus,in quibus ſpecialiter de certo tempore non diſpoſuit,vt ſcilicet id tempus arbitrio iudicis ſtatuatur.l.j.in fi.ff.de iure deliber.nec ſtandum ſit huic octo dierum ſpatio,quod poſt oſtenſionem inſtrumenti noſtra conſuetudo ſtatuit.Nam & aliàs iudex ſtatuit tempus,intra quod quid faciendum eſt:aliàs tempore tranſacto is,cui præſtituitur,non audiatur,ne res diutius in pendenti maneat cum alieno diſcrimine:vt in l.mancipiorum,ff.de opt.lega.& in l.ſi quis hæreditatem,§.plane,ff.de peti.hæred.& l.ſi ſeruus,quæ eſt iiij.ff.de bon.autor.iud. poſsi.& l.ſi quis inſtituatur, §.j. ff.de hæred.inſtit.& alibi ſæpe.

*Omiſſum non cenſetur , in quo eſt eadem ratio.*

19 ¶Niſi tamen diceres,hunc caſum,quo fit fides teſtibus de venditione & ipſius pretio, non cenſeri omiſſum à conſuetudine,cùm ſit par eadémque ratio inſtrumẽti & teſtium,vt diximus:ergo pro expreſſo & comprænhenſo habendum eſt,ex ſententia Bal.in c.inter corporalia.col.j. extrà de tranſla.Præla.per no.in l.vlt.C.de indicta viduit.tol.& Sign.conſi.xiiij.ſuper infraſcriptis.col.vlt. per multa quæ illic allegat,quæ tu videre poteris.& dicemus plenius infrà eo.tit.§.xx.glo.j. nu.11. eodémq; vlt.Et aliàs non omiſſum cẽſetur,quod ſimile eſt expreſſo,l.ſi extraneus,ff.de cõdi. ob cauſ.& l.vlt.§.vlt.ff.mãda.& l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mãdaui,& ibi Bal.& Recẽtiores.ff. de acq. hæred.& voluit gl.in l.ſi cùm dotem,in verbo,mulieri, poſt prin.ff.ſolu.matr.& in l.Gallus ,§.& quid ſi tantùm,in verbo,emancipatus,ff.de liber.& poſthu.Oldr.aut alius neſcio quis,apud illum, conſi.ccxxiiij.iſtæ ſunt allegationes,col.viij.verſ.non obſtat,quod dicebatur.Bal.in l.ſed ſi mors, ff.de dona.inter vir.& vxo.& in l.mater,per illum tex.C.de inſtit.& ſubſtit.cum ſim.Sed & quod omiſſum eſt propter rariorẽ vſum,non cenſetur omiſſum in eo,quod expreſſum eſt ob frequentiorem,vt ſuprà diximus,& patet ex multis,quæ dicemus infrà eo.tit.§.xx.nu.4.& multis ſeq.

*Nec quod ſimile eſt expreſſo.*

*Nec quod omiſſum eſt ob rariorẽ uſum.*

20 ¶Verùm his nõ obſtãtibus adhæreo priori ſententiæ,quia cõſuetudo ipſa,quæ retractũ cõtra,aut ſecũdùm alios,præter Ius cõmune induxit,nõ excluſit conſanguineũ hoc octo dierũ tẽpore, niſi poſt oſtenſionẽ inſtrumẽti,quod ex cõmuni vſu loquẽdi,vt diximus,teſtes nõ cõpræhendit.Igitur quod nõ dicit cõſuetudo,nec nos dicere debemus,vt & diximus.Præſertim verò,cùm nõ ſit tam prõpta,tã expedita,tã probata,vt ſic dicã,probatio,quæ fit teſtibus,quàm quæ inſtrumentis. Nam haud dubiè prõpta eſt,& præſens,& vt ſic dixerim,in numerato probatio inſtrumẽtalis, ex ſentẽtia Bal.in l.ij.C.de edic.Diui Adr.tol.cùm dicit,ꝙ quis dicitur incõtinenti probare, cùm habet inſtrumentũ in manibus,idq; oſtẽdit ſine alia dilatione.& ſequitur Phil.Dec.cõſ.424.proponitur,col.ij.Eſtq; realis probatio,vt tradit Soc.poſt alios cõſ.59.in cauſa mobiliũ,col.ij.ver.primũ clarè patet,li.3.Sed & ipſe Bal.ſæpe appellauit inſtrumentũ,probationẽ probatã,vt in l.quoties,in fi.C.de iudi.& in l.ij.col.j.verſ.ſed iuxta hoc quæro,C.quã.fiſ.vel priua.& in l.vlt.C.de vſur.pup. & l.intereſt,in ij.not.C.de ſol.& in auth.qui ſemel,col.vlt.C.quo.& quan.iud.& in Auth.qui cõtra,col.j.verſ.ſed hîc quæritur,C.de nõ nu.pecu.vbi loquitur generaliter de ſcriptura. & in c.cõſuluit,col.ij.in fi.verſ.ſed nũquid ad videndũ,extrà de offi.deleg.& conſ.454.quidã Ioãnes,col.j. ibi,in contrariũ,li.j.vbi dicit,inſtrumentũ eſſe ius probatũ.Et alleg.idẽ Bal. illud idẽ probationem probatã dixiſſe,in l.Imperator,la j.in prima lec.ij.col.ij.verſ.ſed an poterit,ff.de ſtat.hom.quòd inſtrumentũ eſt veritas apparẽs,probatio probata,nõ probãda,nec quæ indiget diſcuſsione ſiue diceptatione fori,nihil enim poteſt allegari cõtrà,quãdo veritas eſt notoria.Ita enim eũ allegat Iaſ. in rep.l.admonẽdi,col.53.verſ.ſucceſsiuè Bar.ingreditur,qui eſt ſub nu.154.ff.de iureiur.& in l.j.in prin.col.v.verſ.circa primã,qui eſt ſub n.10.ff.de no.ope.nũt.& cõſ.124.factũ ſic ſe habet,in prin. lib.j.

*Inſtrumẽtalis probatio prõpta,expedita, præſens,in numerato , realis.*

*Inſtrumentum probata probatio.*



lib.j.& conſ.cxxxvij.viſo & accuratè,col.iij.verſ.ſed præmiſsis,lib.iiij.Verùm Bal.in eo loco , vt videre licet,non loquitur de inſtrumento,ſed de veritate apparente,quam dicit eſſe probationem probatam, &c.vt diximus ex eo.Sed illud primum ex Bal.& aliis,omnes vbique citãt, & ſequũtur,& inter cæteros Maria.Soci.in cle.j.de procu.& conſi.xij.quoniam,ad fin.Phil.Dec.conſi.36. cuius ſuperſcriptio incipit,exemplum,col.j.& conſi.cxviij.viſo,col.j. & conſ.clxxxiij.in controuerſia,in prin.Hippo.Marſil.in l.ſi quis,nu.140.ff.de quæſt.Et id quoque ante eos omnes voluit Ioan.And.in addit.Spec.tit.de procuratore,§.ratione autem formæ,col.j.

*Euidens.*

21 ¶Atqui hanc probationem inſtrumentorum euidentem eſſe probat text.in c.cùm dilecti, ibi,ex tenore inſtrumenti euidenter appareat.& hoc ibi no.Pan.in j.notab.& Barb.col.ij.extrà de donat. & in c.cùm inter, extrà de re iud.quem ad hoc annotat Barb.ibi,& in c.ad noſtram,col.vlt.extrà de emp.& vend.& in c.cùm contingat,de reſcrip.vbi etiam eſt tex.ibi,ex ipſorum tenore deprẹhendens euidenter.& in c.auditis, de in integ.reſt.& in c.euidentia,de accuſ.& Pau.Ca.conſ.257. in cauſa quæ vertitur Parmæ,col.j.lib.ij.& ipſe Barb.qui alia iura allegat , conſ.xviij.clementiſsimi,col.iiij.verſ.ad hoc eſt aduertendum:& col.pen.verſ.& eſt ponderanda,lib.j.& conſ.xliiij.ſcribitur,col.vij.verſ.& illud dicitur,eo.lib.ij.& Soci.conſ.cxxvij.quoniam,col.iij. verſic.præthereà de tali.lib.iij.vbi & ad hoc allegat c.cùm acceſsiſſent,ibi,propter quod euidenter apparet. Sed & euidentiſsimam alius tex.in c.licet cauſam,ibi,ex priuilegiis euidentiſsimè colligatur , extrà de probatio.& ibi id quoque nota. Anto.col.vij.verſ.nota hîc in duobus,& iterum col.ix.verſ.venio ad verſ.ex præmiſsis.& Panor.col.iij.in decimotertio notab.Fel.& Philip. Dec qui concor.afferunt, vterque col.viij.ille in vndecimo notab.hic in decimotertio.

*Euidẽtiſsima.*

*Manifeſta.*

22 ¶Sed & hanc eſſe manifeſtam dicit gl.in d.l.vlt.in verbo manifeſtum,C.de reb.cred.& Paul.Ca. d.conſ.cclvij.li.ij.& Alex.conſ.xxxvij. viſo.col.iiij.in fi.verſ.attento,li.ij.& conſ.cxxxv.circa primam dubitationem,col.ij.nu.5.lib.vj.& conſ.lxij.in cauſa,col.ij.verſ.ſecundò fortificatur , lib. vij. & Soci.d.conſ.cxxvij.vbi ſuprà,lib.iij.vbi etiam allegat tex.in d.c.cùm contingat,de reſcr. in illis verbis,ſi verò ex literarum inſpectione manifeſtè tibi conſtet,& in c.accedẽs,le j.ibi, & manifeſtè pateret , & ibi, cùm manifeſtum eſſet,extrà vt lite non conſtet.& facit etiam tex.in c.cùm olim, ad fi.extrà de verb.ſign.& idem voluit Phil.Dec.d.conſ.xxxvj.& cxviij.Sed & manifeſtiſsimam dicit Fran.Aret.in l.ſi duo,col.ij.verſi.primum etiam dictum,ff.de acq.hær.& eſt bonus tex.quem non allegat,in l.ſi pluribus,ibi ex ſcriptura manifeſtiſsimus eſſet.Et liquidam quoque Alexan.d. conſ.cxxxvij.lib.vj.& Barb.conſi.xvj.præclarè,col.x.verſ.modò in propoſito,lib.ij. Et patentem Panor.in c.cùm olim,in vlt.notab.per illum text. de cenſib. Et certam etiam non obſcurè voluit Bar.in l.in prin.col.ij.verſi.venio ad quæſt.ff.de ope.no.nun.cùm dicit,certum id eſſe,quod conſtat ex inſtrumẽto.& ſequitur Barb.in d.c.ad noſtram,col.vlt.de empt.& vend.& in d.c.cùm dilecti,col.ij.de dona.& in omnibus propẹ locis ſuprà citatis.Et in dubitatam Philip.Dec.conſ.389. viſa longa ſerie,col.iiij.verſ.ſecundo in dicto.Et notoriam Bal.loquens in vniuerſum de ſcriptura in l.generali,col.j.in vlt.not.C.de ſacroſan.eccl.& Ang.conſ.xlix.de dictis,poſt med. & conſ. cccj.viſis,col.j.& Panor.in d.c.cùm olim,de cenſib.Pau.Ca.d.conſ.cclvij.li.ij.& Philip.Dec.conſi. ccccxxiij.negari,col.ij.verſ.quibus tamen non obſtat.Et talia multa congerit Iaſ.in locis ſuprà alleg.& Philip.Dec.conſ.dclxxxij.in cauſa dominæ,in princ.Sed quibus & illud adde quod ſcribit Bal.conſ.ccxxxj.ſi per inſtrumenta,paulò poſt prin.lib.j. inſtrumẽtum habere vim diffinitionis, & conſi. ccxlix. ſuper libris,ad fi.li.j.repetito conſi.cccc.li.v.de ipſo inſtrumento illud dici poſſe, Noli me tangere.Et quod item ſcribit idem Bal.conſ.ccxv.proponitur quòd inueſtiturẹ,col.ij.li. ij.quòd vbi eſt caſus inſtrumenti,non videtur dubitandum,ſicut nec de caſu legis.

*Manifeſtiſsima.*

*Liquida.*
*Patens.*
*Certa.*

*Indubitata.*
*Notoria.*

*Inſtrumentum habet uim diffinitionis.*

*Inſtrumẽtum, Noli me tangere.*

*Efficacior probatio,quæ fit inſtrumentis.*

*Conſuetudo.*

23 ¶Vt iam non mirum ſit,ſi in multis caſibus potentior ſit & efficacior hæc probatio, quæ fit inſtrumentis,vt ſuprà diximus,nu.16.nec nouum,& ſeq.& etiam affirmat gl.in rub.ff.de fid.inſtru. ob id dicens,tit.de fide inſtru.præcedere tit.de teſtibus,& Fed.Senen.conſ. cxlviij. caſus talis eſt, aliqui ſunt,col.j. Vide tamen, quæ in ſimili propè caſu huius noſtræ conſuetudinis ſcribit Caro. Molend.Pariſi.conſuetud.tit.j.§.xiij.in gl.xij.Ex conſuetudine autem Marchiæ,hoc titu.§.x. qui eſt omnium cclxix.iuncto præcedenti,ſi emptor non habet literas,emptionis tempus,quod inibi datur ad ſoluendum pretium,currit à tempore notificationis & affirmationis factæ ab emptore coram iudice,vocato conſanguineo.

*Quid , ſi nec inſtrumentũ, nec teſtes ſunt de uẽditione.*

24 ¶At maius dubium eſt,ſi nec inſtrumentum,nec teſtes ſint de contractu:ſed contrahentes ſoli citra notarios,teſtes,arbitros,huiuſmodi emptionem & venditionem confecerunt , confici vterque de fide alterius.Credétne igitur illis conſanguineus,præſertim cùm de eorum facto agitur?l. quæro,§.vlt.ff.de ædil.edic.& quæ latè diximus ſuprà,eo.tit.§.j.glo.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*,nu.47.imò vt ſubdit,& ſeq.An potius non eis credetur in ſui fauorem , & in præiudicium conſanguineorum?l.Seia,in prin.ff.ad ſenatuſconſ. Velleia. & l. ſi quis in graui,§.j.ff.de ſenatuſconſ.Sylla.& quod in ſimili tradit Ang.in l.petens,col.iij.C.de pact.& diximus ſuprà in gloſſ.18. nu.76.vndecimò conſequenter,& ſeq.Nam & ipſi potuerunt inuicem colludere in damnum alterius,& maius pretium inter ſe confingere,vt vel conſanguineos repellant,vel ab eis plus nummorum corradant,ar.l.repetita,& ibi not.ff.de fide inſtr.& eſt optimus tex.in c.ſuper eo,extrà de eo qui cogno.conſang.vxo.ſuæ.

25 ¶Ideò & Pau.Caſt.conſ.lxxiiij.in cauſa mota per dominam,col.ij.verſi.ſed dubium eſt , lib.ij. loquens

quens in caſu noſtri ſtatuti,dicit,quòd ſi contrahentes aſſeuerant cõtractum venditionis eſſe ſimulatum ad repellendum conſanguineum,qui vult retrahere,non illis creditur in præiudicium ipſius conſanguinei:niſi de ſimulatione appareat ex veriſimilibus coniecturis,præſumptionibus, & indiciis.De quo & nos diximus ſuprà in gl.ij.in verbo,*a vendu*,nu.17.an autem.Et facit quod ſcribit Cy.in l.j.C.de contrah. & commit.ſtipu.vbi in caſu retractus competentis conſanguineo, tractat,quid dicendum ſit, ſi producitur inſtrumentũ venditionis ſine certo pretio.Nam & hîc fecit emptor,vt non certò poſsit conſtare de pretio. Et ita nuncupatim in noſtro caſu voluerũt Iac.Aret.& Petr.à Bel.pertica in l.ſciẽdum,ff.de verb.obl.prout eos citauit,& ſecutus eſt Aegid. Bellamer.conſi.j.factum eſt tale,Epiſcopus,col.vij.verſ.vtrùm teſtes.

26 ¶Quod autem dictum eſt,illis magis eſſe credendum,quòd de eorũ facto hîc agitur,id ſanè procedere,ſi nulla eſſet ſuſpicio affectionis,nec eorum quicquam intereſſet,vt tradit Paul. Caſt.in l. 2.§.ſi abſens,ff.ſi ex noxa.cau.aga.& Philip.Dec.conſ.lvj.in cauſa appellationis,col.ij.verſ.& hoc maximè.& etiam diximus in eadem glo.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu. 5. tum quoque quod idem.Aut ſi non eſſet etiam ſuſpicio ſiue præſumptio fraudis aduerſus alium , vt hîc eſt , ex eo quòd contrahentes omiſerunt facere,quod fieri ſolet ad cautionem & ſecuritatem ementium, ſcilicet inſtrumentum conficere.Qua enim de cauſa,ſi Diis placet,id omiſerunt, præſertim emptor,quod ſibi profuturum erat ad iuris ſui tutelam & probationem, niſi alterius ſui ipſius commodi gratia,arg.l.cùm de indebito,ff.de proba.cum ſimil.

27 ¶Quid igitur hîc fiet?ego arbitror,ſi conſanguineus nolit ſtare contrahentium aſſertioni de pretio,quòd dicat maius pretium ex compoſito fuiſſe ab illis confictum ſui fraudandi cauſa:id certè arbitrio iudicis ex iuſto valore rei eſſe conſtituendum:tanquam emptori id effeciſſe videatur, vt cùm ſua culpa aliter de pretio verè certoq; conſtare non poſsit,ad arbitrium boni viri ſit cõfugiendũ,arg.l.vlt.C.de cõtrah.emp.& §.pretiũ,Inſt.eo.& l.ſi fundum,ff.mand.& no.per Cy. in d.l.j.de contrah.& commit.ſtip.& Bal.in l.j.col.j.verſ.denuo quæro quid ſi iuro,ff.de iureiu. Alb. in l.hæc venditio,§.huiuſmodi,in fi.ff.de contra.emp.Raph.Co.& Recentiores in d.l.ſciendum,ff. de verb.obli.Alex.in addi.Bart.in l.quod ſæpe,§.j.ff.de contrah.empt.& conſ.xviij.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Ant.col.j.lib.j.& Matth.Affli.deciſ.Neapo.lxxxiij.in cauſa antiqua, nu.6.& in tract.protomixeos,in verbo,vt intra triginta dies,col.vij. verſ.ſecundò not. Nam & aliâs,vbi pretium eſt incertum,locus eſt arbitrio iudicis,l.j.& ibi Bal.C.de com.ſer.manu.& l.officio,ff.de contra.emp.& l.vlt.in fi.C.de iur.domi.impet.Et vide ſuper hac quæſt.quæ ſcripſimus ſuprà, §. 1.in d.gl.xviij.nu.76.vndecimo,& ſeq.& quæ etiam dicam infrà in fi.huius tit.in xviij.q.

Deciſio quæſtionis.

28 ¶Qvid verò ſi confectum fuerit inſtrumentum de venditione , ſed quod non atteſtatur pretium fuiſſe numeratum,ſed tantùm venditorem fuiſſe confeſſum ſe anteà id pretium aut partem ipſius recepiſſe,vt ſæpe fit:ſtabítne conſanguineus huic confeſsioni,vt ſic cogatur illud pretium dare,ſi velit retrahere,non aliter probata numeratione?Nam & tunc peræquè eſſe videtur,quantùm ad ipſum pretium pertinet reſpectu conſanguinei,ac ſi inſtrumentum confectum non fuiſſet.Nihil enim hîc aliud eſt,quod probet pretium,quàm partium confeſsio , vt not. per gloſſ.& Doct.in l.ſi ex cautione , C. de non nume.pecu. Ergo nihil etiam diſtare videtur hoc dubium à præcedenti. Sed hanc rem abundè tractauimus ſuprà eo.tit.§.j. in verbo , *le pris que la choſe aura couſté*,in xij.q.vbi videre poteris.

29 ¶Postremo illud quæritur, Si de venditione non factum fuit publicum inſtrumentum,ſed tantùm priuata venditoris ſcriptura, qua profitetur ſe eum fundum vendere tali pretio : an emptor ſatisfacit huic noſtræ conſuetudini,eam oſtendendo conſanguineo offerenti , & affirmando iureiurando,eſſe veram,& pretium in ea contentum,ita vt ipſe cõſanguineus teneatur intra octo dies pretium reſtituere.Quod videtur:nam (vt iam ſuprà diximus) noſtra conſuetudo loquens de contractu,intelligit de inſtrumento ipſius contractus.Appellatione autem inſtrumenti continetur(& id quidem propriè)ſcriptura priuata,vt notatur,in l.notionem.§.inſtrumentorum , ff.de verb.ſign.ita vt ſi ſtatutum ſit tempus ad producenda inſtrumenta,debeant & intra id tẽpus produci priuatæ ſcripturæ.Bal.autoritate Specu.innixus,in l.j.col.ij.verſ.iuxta hoc quęro,& ibi etiam Pau.Caſt.col.quoque ij.verſ.in gl.ij.C.de iuramen.cal.

*Quid ſi de uẽditione facta ſit ſchedula priuata.*

*Inſtrumenti appellatione, an cõtineatur priuata ſcriptura.*

30 ¶Ex communi tamen vſu loquendi,vt & ipſi dicunt,& Bar.ante eos, priuata ſcriptura non continetur appellatione inſtrumenti,& voluit etiam Rom.conſ.xxiij.neſcio,in ij.dub.& Franc.Aret. conſ.lj.videtur dicendum,circa medium,& Fel.in procemio Decretalium,col.iij.in fi.Cui quidem vſui adſtipulatur tex.in d.l.j.dum ſeparatim loquitur de literis,& inſtrumentis.Et ibi gloſſ.interpretatur literas pro priuata ſcriptura,inſtrumenta pro publicis.Suprà autem nu.4. huius gl.oſtẽdimus noſtram conſuetudinem literas alibi vocare,quas hic appellat contractum ſiue inſtrumentum.Ex quo & illud liquidò declaratur,hanc conſuetudinem etiam intelligi de priuata ſcriptura. Et ſimilis eſt tex.in cle.j.de procu.quæ ſic incipit,inſtrumento vel literis.Et ex hoc quoque Imo. ibi in prin.dicit in ſtricta ſignificatione inſtrumenti,non compræhendi ſcripturam priuatã,quod dicit eſſe notãdum,propter ſtatuta.Quod & latius tractant Felin.& Dec.in rub.de fide inſtr. Sed id noſtrum principale dubium ex eo pendet,an huiuſmodi ſcriptura faciat fidem in pręiudicium conſanguinei,præſertim quantùm ad veritatem pretij,de quo nos diximus ſuprà,§.j.in glo.xviij. in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,nu.92.& quod de ſimplici, & ſeq.iunctis præcedentibus in quæſt.



quæſt.xj.eiuſdem gloſ. Et licet ſuprà ead.glo.num.24.at maius & duobus ſeq.oſtenderimus multum eſſe dubij, an aſſertioni venditoris credatur de pretio. Tamen non adeò dubitandum eſt in ſchedula,ex iis quæ diximus in d.glo.xviij.vbi ſuprà citauimus.

## IL LVY PEVLT FAIRE FAIRE SERMENT, EVMQVE COGNATVS SI VELIT IVREIVRANDO ADIGET, GLO. II.

1 Qvid hoc rei eſt, vt poſteaquam emptor oſtenderit inſtrumentum venditionis, quod facit plenam fidem de pretio:cogatur tamen , ſi id petat conſanguineus,iureiurando ipſum pretium affirmare,contra l.vlt.§.illo,C.de non num. pecu.& cap.2.extrà de probat. quod expreſsim damnat conſuetudinem, quæ vltra probationem inſtrumenti vel teſtium requirit iuſiurandum partis. Ex quo Bal.ibi,col.ij.verſi.item in iſto,dicit quòd ſi pars iam perfectè ſuam intentionem probauerit,non tenetur amplius iurare de calumnia:licet etiam dicamus, id iuſiurandum præſtari debere,quandocunque placuerit iudici, ſi præſtitum non fuerit in cõteſtatione litis,cap.1.de iura.calum.lib.6.& voluit Bal.in l.j.§.ſed quia veremur,C.eod.tit. Et illud prius dictum Bal. pro ſing.commendat Iaſ.in repe.l.admonendi,col.xlj.verſi.condeſcendo,ff.de iureiur.dicitq; mirandum eſſe,quòd nullus Can.ipſius meminerit.& rurſus ipſe Iaſ.in l.iuſiurandum & ad pecunias,§.qui iuſiurandum,in j.notab.eo.tit.vbi tamen nõnihil dubitat,& Catel.in memor. incip.iuramentum calumniæ.verſi.ſed hæc omnia. At hæc in vniuerſum quomodo intelligantur,videlicet vt facta probatione iuſiurandũ non exigatur,videbis ampliſsimè per Doct. in d.c.2.præſertim Panor.Fel.& alios Recentiores,quos omnino videbis.

*Emptor an præter inſtrumentũ teneatur pretium iureiurando affirmare.*

2 ¶Sed quæſtionis eſt,An & hæres emptoris iam mortui teneatur , poſsitq; id iuſiurandum præſtare,& quomodo:vt conſanguineo currat tempus octo dierum,ſecundum §.ſeq.Et ſanè quòd poſsit & debeat,præbet arg.tex.in c.1.§.ſi quis ſe,& §.ſeq.qui eſt vlti.tit.ſi de inueſtit.inter domi.& vaſal.lis oria.vbi vaſallus iurat ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum,& ita de facto patris.& ibi glo.reddit duas rationes:nam perſona ( inquit) patris & filij vna eſſe intelligitur,l.vlt.C.de impub.& ali.ſubſt.& §.ei qui tuo,Inſtit.de inuti.ſtipu.Et vnum eſt ſacramentum defuncti & hæredis,§.j.In authen.de iureiur. à mori.præſti. Et id quoque expendit Bal. in d.§.ſi quis,dicitq; eam gloſ.eſſe notandam. & ibi etiam Marti.Laud.& Cardi.Alex. Sed & idem Bal.in §.j.eiuſdem tit.in prin.in verbo,ſucceſſoribus,dicit per text.ibi,quẽ ad hoc quoque dicit notandum,quòd ius probandi per ſacramentum,tranſit ad ſucceſſorem.

*An hæres emptoris teneatur poſsitq; id iuſiurandum præſtare.*
*Multa de iureiurando hæredis.*

3 ¶Quibus adde glo.in l.penul.§.vlti.qui incipit,hoc iudicium,ff.ne quis eum,quæ & ipſa dicit facultatem iurandi in litem cõtra eum,qui vi exemit in ius vocatum,tranſire ad hæredes, & eam glo.not.& ſequuntur Bal.Ang.Rom.Pau.Caſt.Alex.Soci.& Iaſ.ibi, qui & ipſi magna ex parte id trahunt ad iuramentum,quod defertur contra doloſum,vt contra tutorem , qui non conficit inuentarium,iuxta l.alio,C.de in lit.iurand.& ſimile, vt ſcilicet tranſeat ad hæredes minoris,quamuis è diuerſo non tranſeat contra hæredes doloſi,l.vlti.eod.tit. & voluit Bart.in l.in actionibus,col.vlti.& ibi quoque Sal.Ro.& Alex.ff.eod.Sed & hoc trahunt Pau. Alex.Soci.& Iaſ.in d.§.hoc iudicium ad iuramentum,quod defertur contra violentum,ex l. ſi quando,C.vnde vi & cap.vlti. extrà quod met.cau.quod etiam voluit Alex.in l.qui bona, §.qui damni,in fin.ff.de dam.infect.& Barb.aut quiſquis is fuit,in addi.Bald.in d.§.j.titu.ſi de inue.inter do.& vaſal.lis oria. & Iaſon in d.l.ſi quando,col.pen.& Paulus Pariſi.conſil.lxxv. ad victoriam, col.vlti.lib.1. Et id generale eſſe in omni iuramento à lege vel ſtatuto delato, voluerunt Roma.& Alex.in d.§.hoc autem iudicium,{idem Rom.in l.ait Prętor,quæ eſt iij. §.iurari autem,col.ij.verſi.ſed quid ſi damnum paſſus.ff.de iureiur.vbi dicit illam glo.ſing.& eam generaliter procedere in omni iuramento delato à lege vel ſtatuto.} & Philip.Deci.in l. edita,col.xij.verſi.non obſtat,quòd ſuprà,C.de eden.& Matth.Afflict.deci.Neap.clxix. in dicta cauſa,& Zaſius in l.ait Prætor,la ij.col.vlti.ff.de iureiur.

*De eadem re.*

4 ¶Quibus etiam concinit, quod magna autoritate cenſuit Bart.omniũ huius ordinis noſtrorum interpretum facilè princeps,in l.gerit,col.ij.verſi.his viſis,& iterum col.iiij.verſ.venio ad quartum,rurſumq; col.vj.verſi.quædam ſunt,in quibus non eſt hæc præſumptio,ff.de acqu. hæred.quòd cùm dubitatur,an quod quis fecit , fecerit animo adeundi hæreditatem néc ne, ſtandum eſt in indifferentibus,quibus ſcilicet potuit adire,aut non adire,iuramẽto illius qui fecit,ſi viuit:aliàs hæredis illius,qui eius voluntatem certius nouit, l. ſi quis à filio, §. ſi quis plures,ff.de legat.j. Cuius quidem,quantùm ad hæredem pertinet,cæteri Doct. ibi non meminerunt,nec in l.pro hærede,eod.tit.vbi & hoc ipſum tractarunt. Sed totum id recenſuit, & ſequutus eſt Alexan.conſ.cxxvj.viſo proceſſu cauſſæ vertentis inter Ioannem,col.ij.lib.7. & Philip.Deci.in d.l.edita,col.xij.verſic.his tamen non obſtantibus, vbi ex hoc tenet contra Bart.ibi,& alios quoſdam, qui dicunt libellum ab ipſo actore tantùm , non etiam ab hærede eius poſſe declarari.

*De eadem re.*

5 ¶In diuerſum tamen mouet,quòd non debet quis de alieno facto iurare , l. Marcellus,§.j.ff. rer.amo.& l.videamus,in princi.ff.de in lit.iur. & quòd hæres certò non ſcit quid defunctus

*De eadem re.*

egerit,l.qui in alterius,ff.de reg.iur.& c.cùm quis,eod.tit.lib.6. Cuius rei arg.Bal.in l.in bonæ fidei,col.vlti.C.de iureiuran.tradit iuramentum neceſſarium,quod defertur à iudice in ſupplementum probationis non deferri hæredi,qui veriſimiliter ignorat iura eius cui ſucceſsit. & ſequitur Alex. conſi.xxxix.vertitur lis,conſi.vlti.lib.5.& Iaſ.qui id dicit not.in repetit.l.admonendi,col.cxj.verſi.ſecundus caſus clarus eſt,ff.eod.& Soci.in d.l.penult.§. hoc iudicium, paulò poſt mediũ,ff.ne quis eum.& conſi.cxciiij.ſubtiliter,col.ij.verſi.confirmatur hoc idem, lib.2.& Steph.Bertran.conſi.cclxxxviij.illud exiſtimo,in prin.lib.1. Nam nec aliàs id iuramentum defertur,niſi ei qui rem verè & certò ſcit,vt per gloſ.in l.in bonæ fidei, in verbo,exacto, & ibi Docto.& in d.l.admonendi,in glo.vlt.circa medium.& ibi Bart.col.vlt.& alios. Et Lap. alleg.lxxxvj.in cauſa,col.vlti.

6 *De eadem re.*

¶Et alibi idem Bal.videlicet in l.iij.in fin.prin.eod.quoque titu.de iureiur.negat ſtatutum de ſtando iuramento damnum paſsi,intelligi de hærede ipſius, nec ſimiliter promiſsionem ſiue conuentionem ſtandi iuramento alterius.Et primũ dictum,ſcilicet in ſtatuto,ſequitur Alex. in l.qui bona,§.qui damni,ff.de dam.infect. Secundum autem in cõuentione vel promiſsione,ſequuntur Ro. & ipſe Alex.Soci.& Iaſ.in d.l.pen.§.hoc iudicium,ff.ne quis eum. & idem quoque voluit Guli.Cu.in l.cùm debitoris,ad fin.C.de iud.& ipſe Bal.in rub.ff.de iureiur.in fin. Qui & ibi generaliùs dicit,facultatem,aut ius iurandi non tranſire ad hæredes. Quod & idem dicit in l.ij.ff.de condi.indeb.& conſi.cccxiiij.vtrùm dictus cõtractus,in iiij.dubio,lib.5. & vbique ferè allegat ipſe Bald.l.generaliter,in prin.C.de iureiuran.vbi iuramentum alicui à iudice vel parte delatum,non tranſit ad hæredem:vt etiam not.Ioan.Fab.ibi in princ. Et facit cap.veritatis,extrà eod.vbi iuramẽtum ex parte iurantis eſt perſonale,nec egreditur illius perſonam. De quo & nos latè diximus ſuprà titu.omnium ix.qui eſt, *de tenir noblement en fief.* §.iij.qui eſt omnium huius volu.xc.quo loco pleniſsimè diſſero,vtrùm filius vaſalli, qui iurauit domino fidelitatem,teneatur & ipſe iurare,& quare.

7 *De eadem re.*

¶Quid ergo hîc dicemus? Ro.ad ſedandam harum ſententiarum controuerſiam,ſæpe ita diſtinxit:an ſcilicet iuramentum deferatur à lege,vel eius miniſtro,id eſt iudice,legis ipſius autoritate:& hoc caſu tranſeat ad hæredes:quoniam lex ſemper loquitur,l.Arriani,C.de hæret. & ſic æquè tunc reſpiciat perſonam hæredis,atque olim defuncti: & ita procedat gloſ.in d.§. hoc iudicium. An verò iuramentum deferatur ab homine, & ſic ex voluntate partium : & tunc non tranſeat ad hæredem,d.l.generaliter:nam alia eſt conſcientia defuncti, de qua confiſus eſt is,qui iuramentum detulit:alia hęredis,quam is non approbauit,arg.l.cuius bonis,ff. de cura.furio. Ita voluit ipſe Ro.in d.§.hoc iudicium,& in d.§.qui damni,in nouis addi. vbi dicit ſing.glo.in d.§.hoc iudicium,& rurſum d.l.iij.§.vlti.ff.de iureiuran.& in l.iuſiurandum quod ex conuentione,in fi.prin.eod.tit.& plenius conſi.ccxc.in caſu propoſitæ conſultationis,col.ij.verſi.prætereà tunc quæritur,& Soci.qui id dicit not.in d.§.hoc iudicium, & ibi latè Iaſ.col.vlt.& idem Iaſ.in l.ſi quando,col.pen.verſi.quæro ſucceſsiuè,C.vnde vi.

8 *De eadem re.*

¶Ex quibus videtur,non rectè dixiſſe Bal.in d.l.iij.de iureiur.ſtatutum de ſtando iuramento damnum paſsi,nõ intelligi de hærede:cùm à lege vel ſtatuto deferatur:& ita eum in hac ſpecie nuncupatim repræhendit Ro.ibi,& Iaſ.in d.§.hoc iudicium. nec item verum dixiſſe Ioã. Fab.in d.l.generaliter,in prin.C.de iureiur.cùm tradit,ſubdubitans tamen,& per verbum,fortè,loquens,quòd iuramentum conuentionale, ſi videlicet inter cõtrahentes conuentum ſit, vt credatur iuramento eorum ſuper eo quod intereſt , tranſit ad hæredem contrahentis,per §.ex conditionali,Inſtit.de verb.oblig.qui nihil omnino loquitur de iuramento , ſed de ſtipulatione conditionali,quam dicit ad hæredes tranſmitti:quod nihil huc pertinet.

9 *Quid, ſi hæres ueritatem non nouerit.*

¶Sed quod dictum eſt de iuramento delato à lege vel ſtatuto,vt tranſeat ad hæredes,intelligendum eſt,modò ipſe hæres certò nouerit veritatem negotij,id eſt,(vt cum noſtris loquar) ſit bene informatus de veritate: vt expreſsè voluerunt Bald.Marti.Laud.& Cardi.Alex.in d. §.j.tit.ſi de inueſt.inter do.& vaſal.lis oriat. dum ita eum text.intelligunt,ex quo notauerant ius & facultatem iurandi tranſire ad ſucceſſorem,vt ſuprà diximus. Et ſequitur,& trahit ad omnes caſus,in quibus iuramentum tranſit ad ſucceſſores,Iaſ. in duobus illis locis proximè deſignatis.& Socin.d.conſi.cxciiij.vbi ſuprà lib.4.& Carol.Ruin.conſi.xxxv.quod ſententia, col.iij.num.10.lib.5.& Catel.Cotta,qui id ſingu.dicit,memor.incip.iurandi facultas , & ſentit Roma.d.conſil.ccxc.& Steph.Bertran.conſil.c.viſis,in v.dubio,num.25.lib.1. Et hoc quidem probabile eſt,ne hæres ſubeat anceps periurium,quod ne fiat,iudex debet proſpicere,l.videamus,poſt princip.ff.de in lit.iur.cum ſimil.& bene facit,quod dicit glo.in l.maritus,in princi. & ibi Bart.in j.oppo.ff.de quæſt.& ipſe Bart.in l.admonendi,col.vlti.verſicu.his præmiſsis,ff. de iureiur.& Bald.in c.vlti.col.vlt.verſi.ſecundo caſu, extrà de offi.dele.& Paul.Caſtr.conſil. ccxcvj.viſis actis,col.iij.verſi.ſed ſubeſt vnica,lib.1.Et quod etiam ſcriptum eſt ab Alberi.poſt Iaco.Bel.in l.vlti.col.ij.verſi.item ſi fuiſſet,C.de fideicom.cum tex.qui iubet hæredem iurare, intelligi,ſi is ſcit negotium,de quo illic agitur,non aliâs.

10 *An hæres teneatur iurare de ueritate, an tantùm de credulitate.*

¶Et ego quidem in hoc caſu noſtro,quo quis iurare cogitur,ſatis eſſe arbitror,ſi hæres iuret, credere ſe,id verum eſſe pretium,quod in inſtrumento continetur. Et ita faciens , ſatisfaciet ſtatuto,vt in ſimili traditur in c.1.§.vlti.titu.de not.feud.& ibi not.Bald.Marti.Laud.Aluar.& Card.

Card.



*Iuramentum credulitatis in quibus ſufficiat.*

Card.Alex. Nam & aliâs videmus,in his, quorum certa non eſt ſcientia, vt in peritis cuiuſpiam artis,& cæteris huiuſmodi,ſufficere iuramentũ de credulitate,etiam in teſte, l.j.in prin. ibi,renuntiauerunt videri,& ibi gloſ.& Bart.ff.de vent.inſpic.& in c.literis,ibi,ea vt credebant intentione,& ibi quoque glo.Anto.col.ij.& Panor.in ij.notab.extrà de præſump.& iterum in cap.tertio loco,ibi,dixerunt ſe pro certo credere, & ibi quoque idem Anto.eo.tit.quos text. ad hoc annotat & dicit not.Bal.in l.ſolam,col.ij.in v.quæſt.C.de teſtib. Quibus adde alium tex.optimum in c.quoties,in fi.ibi,& credere ita eſſe,extrà eod.tit.de teſtib.& ibi latè Anton. Imol.Panor.& Fel.col.iij.verſic.limita tertiò,vſque ad fin.propemodum eius cap.& in c.licet ex quadam,paulò ante fin.in iiſdem verbis,eo.tit.de teſtib.& in c.quoties, & ibi glo.& Doct. & cap.de teſtibus,& cap.vlt.in fin.extrà de purga.cano.Et quod ſcribit Ioan.And.in c.fraternitatem,col.v.ſuper gloſſ.ij.extrà de frigid.& malefi.& in addi.Spec.tit.de teſte,§.opponitur, verſi.item quod depoſuit de credulitate.Bart.in proœ.ff.in princ.col.vlti.& in l.in ſumma,§. Labeo,in fin.ff.de aqua plu.arcen.& in l.iij.ad fin.ff.de adulter.Bald.in l.data,col.vij.verſ.nec excuſatur,C.qui accuſ.non poſ.& in l.ij.§.quod obſeruari,col.ij.C.de iur.cal.& in c.dudum, le ij.col.ij.extrà de elect.& in c.quia indicante,poſt prin.extrà de præſcrip.Ang.in §.hinc nobis,col.pen.verſi.ſuper gloſ.eadem,ibi,de credulitate. In authen.de hæred.& Falci.& in §.j.in authen.vt hi qui obli.ſe.Anto.& Imo.in c.propoſuiſti, & ibi quoque Panor.col.pen.& Feli. col.iij.in iij.concluſione,extrà de probat.idem Anton.in c.quoſdam,extrà de præſump.& in cap.1.per illum tex.de ſcruti.Alua.in c.1.§.hoc quoque,col.ij.tit. qui feud.dar.poſ.Alex.conſi. xxiiij.animaduerſis his,col.iiij.verſi.nec obſtat ſi iſtæ mulieres,& paulo pòſt verſi.bene facit, lib.2. Cæpo.cauſarum crimi.conſi.xxviij.magiſter Iac.col.v.verſic.nec quod dicant.& conſil. lxij.magnifice.col.ij.verſi.ſed prædicta,Iaſ.in rub.ff.de iureiur.col.iij.verſi.ſuprà dictam regulam,& verſi.ſecundò limita,& iterum col.iiij.verſic.octauò & vltimò limita,Hippo.Marſil.in repe.rub.C.de proba.col.iiij.in prin.& ſing.xix.tu ſcis clarum eſſe.

11 *Tertius poſſeſſor an in noſtro caſu teneatur iurare.*

¶Ex qvibvs etiam potes intelligere , quid dicendum ſit in tertio poſſeſſore,cui ſcilicet primus emptor vendidit,& cui quidem tertio poſſeſſori conſanguineus primi venditoris fecit oblationem retractus,vt facere potuit,vti cautũ eſt infrà,§.xij.huius tit. Nam & videmus quòd ſuper alieno facto defertur iuſiurandum iudiciale: & ſi is cui defertur dicat ſe dubitare,aut ei remittitur iuſiurandum,aut datur ſpatium vt certioretur,l.iuſiurandum & ad pecunias,in prin.ff.de iureiur. Sic & tutor adigitur ad iuſiurandum ſuper fideicommiſsis à patre pupilli relictis,l.cùm etiam,C.eo.tit.Et contra mulierem iuratur ab aduerſario,eam non eſſe prægnantem,l.iij.§.quacunque,verſi.denique.ff.eo.quoque tit.Ex quibus Imo.conſi.cxlvij.in cauſa inter Franc.col.ij.verſi.ne dicat quis,reſpõdit iudicem poſſe deferre iuramentum parti de facto alieno,cuius veritatem ſe ſcire profitetur. At Bald.conſil.ccxxv.quæſtio eſt de terra, ante fin.lib.1.reſpondit,partes teneri reſpondere per verbum credit, vel nõ credit,non ſolùm ſuper facto ſui prædeceſſoris,ſed etiam penitus alieni,ſi poſitio facit ad cauſam,quod vix alibi reperies. Et hîc vtique putarim etiam hunc tertium cogendũ eſſe ad iurandum,credátne id eſſe verum pretium,quod in inſtrumento continetur,vti de hærede diximus.

12 *An incurrat in periurium, qui iurauit de credulitate.*

¶An avtem hoc caſu hæres,vel hic tertius, incurrat in periurium,ſi id quod ſe iurauit credere verum eſſe,ſit falſum,vel non credere,ſit verum,vide gloſ.in cap.requiſiſti,in verbo, hi qui iurauerunt,xxxiij.q.j.Fed.Senen.conſ.xxiij.Titius electus in Prælatum.& Alex.neſcio quem inter conſil.eiuſdem Fed.conſi.cclv. domine Alexan.in reſponſione.Bald.in d.§.quod obſeruari.in iij.notab.& Petr.Anchar.in cap.2.de iura.cal.lib.6.Panor.in cap.ex literis,col.vlt. extrà de iureiur.Ioan.Ana.poſt Cardin.Flor.in c.cùm oporteat,col.penulti.extrà de accuſ.& Fel.in c.1.col.vlti.extrà de litis conteſt. Et vide etiam , quod in ſimili dicit Imol.in cap.propoſuiſti,ſuper gloſ.ij.extrà de probat.

13 *An primus emptor qui alteri uendidit, teneatur iurare.*

¶Sed illud in dubium vocari poteſt in illo caſu,de quo num.ab hinc 2.locuti ſumus, cùm videlicet primus emptor alteri tertio rem vendidit, vtrùm nihilominus primus ille emptor tenebitur præſtare id iuſiurandum,de quo tractamus,ſi id conſanguineus petat.Quid enim ſi contrahentes in inſtrumento ementiti ſunt pretium, & ne emptor cogatur iurare , vendit aut aliter cedit alteri amico neſcienti verum pretium , interpoſita inter eos fide tacita reſtituendi rem eandem primo emptori,cùm ei libitum fuerit (id fiducium antiqui vocabant, vt dicemus tit.ſeq.in præfat.nu.39. & ſeq.) ſicque erit aperta via fraudandi conſanguineum, eumq; grauandi exceſſu veri pretij,quod vtique ferendum non eſt,l.in fundo,ff.de rei vend. & cap.vt circa,in prin.& cap.auaritiæ,de elect.lib.6.cum ſimil.Et certè,ſi probabilis eſſet fraudis ſuſpicio,poſſet dici,& eum primum emptorem cogendum, non obſtante ceſsione ab eo facta,argu.eorum quæ dicimus de ali.mut.iudi.cau.fac. per totum cum tit.præſertim verò in l.iij.§.opus,& ibi Bart.qui eum dicit multum eſſe menti tenendum,trahitq; ad alium caſum, vt ibi videre poteris.& dictum illius dicit multùm ſing.Iaſon in §.ſed iſtæ,col.iij.verſi.vnum tamen.Inſtit.de acti.& quod etiam in ſimil.dicitur in l.ſi bonæ,ff.de noxa.acti.& quod tradit Bald.poſt Odofr.in l.quoties,col.ij.verſi.iuxta iſtam partem,C.de rei vendic.

14 *Cedentis confeſsio, an no-*

¶At si nvlla ſit alia fraudis ſuſpicio,tunc incidimus in illud dubiũ,an cedentis confeſsio noceat ceſsionario:de quo per Dy. Ray.& Bart.in l.ſeruum filij,§.j.ff.de leg.j.eundem

*cedat ceßionario.*

Bart.poſt ipſum Dyn. in l.facta,§.ſi hæres,col.ij.verſic.quæro vtrùm confeſsio,& ibi Imol.& Pau.Caſt.ff.ad Trebel.& eundem Bart.in l.ſi actor,col.ij.verſi.ad horum declarationem,ff.de procur.& in l.ſi cùm emptore,in fi.ff.de pact.& in l.ſi partem,& ibi Flor.in §.j.ff.quemad.ſer. amit.Spec.Ioan.And.& Bal.in addi.ipſius,tit.de ceſs.act.§.j.col.ij.verſi. ſed nunquid ſola.Cy. & Sal.in l.vlti.C.de procur.vbi etiam tractant,an cedens teneatur iurare.Petr.Iaco.titu.de rei vend.vtili,quæ competit ex ceſs.col.pen.Anton.in c.quamuis, col.ij.extrà de re iudi.{Aegid. Bellame.latè in c.ex parte,col.vij.verſi.quintò quæritur,de alie.iud.mut.cauſ.fac.} Raph. Co. conſi.clv.Antognolus,col.iij.verſi.ad id autē Pau.Caſt.in l.per diuerſas,col.j.verſi.item quando per procuratorem,C.mand.& conſi.lxxix ad id de quo.lib.1.& Corne.conſi.cxxxix. licet, col.j.verſi.nec obſtat,lib.1.Alex.conſi.xlvj.circa primū,col.ij.verſi.ſuper ſecundo,lib.5.& Lud. Gozad.conſi.iij.in cauſa mihi tranſmiſſa,col.ij.nu.8.Nam ſi confeſsio non obſit,fruſtra quærimus de iureiurando illius, quod nihil profuturum ſit conſanguineo, nihilq; obfuturum ſecundo emptori. Ideò ſufficiet iuſiurandum ipſius ſecundi emptoris,vt dicimus de procuratore in rem ſuam,cuius ſolius in negotio,cuius eſt procurator, vertitur cōmodum & incommodum.Ideò & eius quoque ſolius exigitur iuſiurandum calumniæ,& non domini,vt not.per gl.& alios in l.non ſolùm,in prin.ff.de procu.& Bart.in d.l.ſi actor,eo.tit.cum ſi.

15 ¶Sed & an in caſu noſtræ conſuetudinis,cùm ſcilicet emptor iurauit verum eſſe id pretiū, quod in inſtrumento emptionis continetur,admittetur conſanguineus ad probandum contrarium,videbis poſteà latè hoc eod.tit.§.iiij.vbi multa de ea re ſcripſimus, & dicemus etiam aliquid infrà eo.tit.§.v.num.5.vtrùm autem,vbi allego Chaſſen.qui hęc latiſsimè diſputat in commentariis conſuetudinum Burgundiæ hoc eo.tit.*de retraictz*,§.xij.in verbo,*ou par ſerment des contrahans*,col.iij.verſi.item iuramentum,& ſeq.illum videre poteris.

*An audiatur cōſanguineus, uolens probare contrarium eius quod iuratum eſt.*

16 ¶Qvid denique, ſi emptor requiſitus à conſanguineo pretium iureiurando affirmare, id nolit facere. Et ſanè ex conſuetudine Marchienſium hoc eod.tit.§.xj.qui eſt cclxx.omnium conſuetudinum illius gentis,is priuatur re ipſa ab eo empta, eaque conſanguineo adiudicatur. Quod de iure vix obtineret,niſi ſi fortè emptor à iudice iuſſus id facere,ſub pœna priuationis rei,idipſum recuſaret. Sed tu hìc vide omnino notata in l.j.§.j.& iterum §.hoc autem iudicium.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe. & in l.qui reſtituere,ff.de rei vendic.& ex ibi ſcriptis intelliges,quid hìc dicendum ſit.

*Quid, ſi emptor recuſat affirmare pretium.*

*Conſuetudo.*

## SANS FRAVDE, SINE FRAVDE, GLO. III.

1 NEqve enim tenetur conſanguineus reddere, niſi pretium quod reuera & ſine fraude fuit traditum, ex eo quod in ſimili tradit Bald.in l.ij.in fin.C.de reſcind. vendit.quòd ſtante ſtatuto, vt conſors præferatur extraneo in venditione,ſi extraneus offerat viginti,conſors quindecim tantùm,id dicēs eſſe iuſtum pretium, certe non auditur ipſe conſors, niſi tantum det, quantum ab alio offertur:dummodò id ſit ſine fraude,& colluſione, & pactis æqualibus, per l.vbi.ff.de in diem addict. ſed credo,quòd voluit allegare l.ſi venditor pretio,eo.tit.quæ multum ad hoc facit cùm prior nihil huc ſpectet.& ſequitur Sal.in l.dudum,col.ij.verſi.quæro,ſtatuto cauetur.C.de contrah.empt.& Ro. in l.ſi eum,in princ.ff.ſi quis caut.Iacob.Alua.& Cardi.Alex.in cap.1.§.ſed & res,tit.per quos fiat inueſti.Raph.Co.Franc.Aret.Soci.& Iaſon in l.qui Romæ,§.cohæredes,ff.de verb.oblig. vbi & ipſe Aretin.dicit,quòd in hoc multùm ſolers & prudens iudex eſſe debet, vt videat ſi poſsit perpendere fraudem,in qua(inquit)depræhendenda multū facit enormis læſio pretij, cum aliis coniecturis:quia ad hoc coniecturæ ſufficiunt,l.apud Celſum,in prin.cum gloſ.ff. de doli mali,excep.cum ſimil.

*Cōſanguineus an teneatur reddere aliud pretium,quàm uerum ipſum.*

2 ¶Et de hoc eſt text.in emphyteuta,qui vult vendere rem emphyteuticam, in l.vlti.C.de iur. emphyt.in illis verbis, quantum pretium ab alio re vera accipi poteſt. & iterum ibi,tantam præſtare quantitatem,quantam ipſe re vera ab alio accipere poteſt. Nam cùm dicitur,reuera, planè datur intelligi,omnem fraudem,colluſionem, mendacium abeſſe debere : vt etiam ibi not.Sal.col.iij.verſicu.quæro,emphyteuta volens vendere:vbi & ad hoc allegat tex.in l.eum qui,verſi.cùm igitur,ibi falſus emptor,ff.de in diem addi.& idem quoque voluit Spec.tit.de loc.§.nunc aliqua,verſi.xcij.& Collect.in c.potuit,col.iiij.verſi.ſed quid ſi retulit,eod.titu. Et huc quoque pertinent,quæ ſcribunt Bal.Marti.Laud.Aluar.& Card.Alex.in cap.porrò, poſt princ.tit.qual.olim feud.ali.poſſ.quòd cùm ibi dicitur, quòd dominus poteſt æquali pretio redimere feudum alteri venditum,illa verba,æquali pretio,ponuntur ad excludendam fraudem:multi enim(inquit Bald.)confingunt pretia in fraudem aliorum.nam(vt cæteri dicunt) ſi emptor & venditor colludant de maiore pretio, id quidem pretium non attendetur, per d.l.vlti.C.de iure emphyt.

§. TER



## §. *TERTIVS.*

ET LESDICTES choſes ainſi declarées [a], ledict retrayant n'a que huyt iours [b] à payer [c],ou paracheuer de payer ledict pris. Car ſi dedans les huyt iours il n'a payé,ou paracheué de payer ledict pris,il ne ſera plus receu [d] au dict retraict.Et pert ladicte piece d'or ou d'argent,qu'il aura conſigné ſeulement en faiſant ledict offre de retraict.

*REBVS autem ita declaratis* [a] *conſanguineo octo tantùm dies* [b] *perſoluendo pretio* [c] *conceduntur:intra quos niſi perſoluerit, amplius non admittetur* [d] *ad huiuſmodi retractum, perditq; nummum aureum vel argenteum duntaxat,quem conſignauerat offerendo retractum.*

## ET LESDICTES CHOSES DECLAREES, REBVS ITA DECLARATIS, GLO. I.

1 ERgo ex noſtra hac conſuetudine conſanguineus non eſt in mora ſoluendi pretium venditionis, niſi primùm emptor oſtenderit exhibueritq; ipſi conſanguineo ſuum contractum,id eſt,inſtrumentum, vt declarauimus in præcedenti §.prætereaq; pretium ipſius iureiurando affirmauerit. Quod non diſsimiliter apud Pariſienſes ſtatuitur,cap.conſuetudinum eius gentis 177.atque etiam apud Meldenſes, cap.102.Engoliſmenſes,cap.57.& Sāctonenſes Angeriacos, cap.46. niſi quòd hìc non loquitur de inſtrumenti oſtenſione, ſed tantùm quòd emptor debet facere fidem de vero contractu & pretio,ad hoc vt conſanguineus debeat ſoluere intra ſtatutum tempus.

*Quid requiritur ut conſanguineo præcludatur uia retrahendi.*

*Cōſuetudines.*

## N'A QVE HVYT IOVRS, OCTO TANTVM DIES, GLO. II.

1 IDtv sanè intellige procedere, in caſu,de quo loquitur noſtra conſuetudo, videlicet cùm emptor oblatione à conſanguineo facta, cum libens & citra controuerſiam admittit. Quid enim,ſi recuſet,ideoq; in ius vocatur, ibiq; fortè diutius litigat, tandemq; videns fortè conſanguineum longius abeſſe à loco iudicij,aut etiam illum eam pecuniam, quam in principio paratam habebat, in ſumptus litis conſumpſiſſe,aut aliter ea decidiſſe,dicit ſe eum ad retractū admittere, exhibetq; ſuum contractum,eumq; & pretium eius iureiurando firmat. Iam ſumus extra caſum noſtræ conſuetudinis:ideoque cùm in hoc caſu non reperiatur ſtatutum tempus, iudex arbitrabitur, intra quod tempus conſanguineus pretium afferet,l.j.§.vlt.ff.de iure deliber.vbi ita ſcribitur,Cùm dicit tempus,nec adiicit diem,ſine dubio oſtendit,eſſe in ius dicentis poteſtate, quam diem præſtituat.& l.continuus,§.cùm ita,in prin.ff.de verb.oblig.& l.ſi domus,§.pecunia,ff.de leg. iij.Alioquin enim in hoc caſu eſſet paratiſsima apertiſsimaq; via emptoribus fraudandi conſanguineos,dum id agerent,quod diximus.Quod minimè ferendum eſt,l.in fundo,ff.de rei vendi.cum ſimil. Et veriſimile eſt,ſtatuentes,ſi de hoc cogitaſſent,aut interrogati fuiſſent,ita ſtatuturos fuiſſe,ideoq; pro ſtatuto habendum eſſe, ex ſententia glo.in l.tale pactum,§.vlt.ff. de pactis,cum infinitis propè ſimil.& concord.à me adductis in repet.l.ſi vnquam, in præfat. num.56.inter tam multa,C.de reuoc.donat.

*An hic §. procedat, ſi emptor non ſponte ante citationem cōſanguineū admiſerit.*

2 ¶Et aliàs videmus, quòd ſi creditor oblatam pecuniam noluit accipere,& poſteà debitorem reperiat,eumq; non valentem tunc ſoluere interpellat,non eum conſtituit in mora,tanquam id agendo,in dolo verſari cenſeatur,l.ſi & per emptorem,§.vlt.in fi.iuncta glo.vlt.ff.de actio. emp.& l.illud,ibi cùm omnia integra eſſent,ff.de peri.& commo.rei vendi.& voluit Spec.tit. de arbit.§.vlti.verſi.pone igitur.& Pau.Caſtr.qui illam glo.dicit ad hoc not. in l.ſi reus paratus.col.ij.verſi.in gl.ibi,qui præſente,ff.de procu.& in l.Prætor ait,§.ſi quis paratus,ff.de ope. nou.nuntia.& Alex.in l.ſi ſeruum Stichum,§.ſequitur,col.j.ff.de verb.oblig.

*Creditor an conſtituat debitorem in mora,eum interpellando poſt recuſationem accipiendi debitum.*

3 ¶Et facit,quod ſcribit idem Pau.Caſt.in l.de pupillo,§.ſi is cui,ff.de oper.nou.nunt.& tex.in l.iij.§.ſi quis hæredi,ff.de ſtatulib.cùm dicitur,ſed quid ſi data opera traxerit,an ob id ſtatim, vt adita eſt hæreditas,ad libertatem perueniat?quid enim,ſi tunc habuit,poſt aditam hæreditatem habere deſiit?Et facit etiam tex.in l. aut qui aliter,ff.quod vi aut clam,qui loquitur de eo qui arctat aduerſarium,& quod in ſimili tradit Albe.poſt Ray.in l.mora,col.vlti.nu.32.ff. de vſur. Et ita nuncupatim,& in hoc caſu ſtatuit conſuetudo Aurelianenſis,cap.290. Nam cùm cap.procedenti ſtatutum fuiſſet conſanguineo tempus 24. horarum ad ſoluēdum emptori pretium venditionis,cùm ſponte ipſe conſanguineus ab emptore admiſſus eſt ad retractum,mox eodem cap.290.quod cōfeſtim ſequitur,ſubdit, quòd ſi ſuper retractu lis oriatur

*Cōſuetudines.*

poſt conteſtationem,eſt in arbitrio iudicis tempus ſoluendi præſtituere. Et eadem prope eſt conſuetudo apud Senones,cap.56.& Lorrienſes in præfectura Montargij,hoc tit.§.xij. Et vide etiam,quæ dicam infrà in fin.huius tit.q.v.

*Quid ſi ſine mora aut culpa emptoris in iudicium uocatus eſt.*

4 ¶Et hæc quidem vera ſunt in ea ſpecie, de qua locuti ſumus, cùm videlicet emptor iniuſtè recuſat. Quid enim,ſi nulla ipſius culpa interuênit,ſed fortè è diuerſo conſanguineus diem captauit,qua emptor domo abeſſet, & ei oblationem facit ad domum, eumq; citat in cauſa retractus ad longum diem,quo emptor adeſt iudicio,agnoſcitq; retractum, & ſuum contractum exhibet,illumq; iurat verum eſſe? Vel etiam conſanguineus emptorem ipſum conuenit,qui eum continuò admittit ad retractum, & confeſtim vterque iudicium adeunt pro liquidatione impenſarum,& liquidatione facta emptor contractum exhibet, & eum iurat verum eſſe,vt dictum eſt.Et tunc crederem eſſe locum huic noſtræ conſuetudini,nec iudicem poſſe id tempus octo dierum producere, quin ſi id fecerit,curret tamen id tempus conſanguineo:per id,quod in ſimili voluerunt Guli.Cu.& Albe.in l.cùm poſt mortem,ff.quan.act. de pecu.eſt anna.quòd ſi ei,cui competebat exceptio non numeratæ pecuniæ, & ex biennio reſtabant xv.dies tantùm, iudex præſtituerit tempus vnius menſis ad eam proponendam,is tamen poſt eos quindecim dies,qui biennium integrum conficiunt, non admittetur,arg.illius l.& l.propter litem,§.j.ff.de excuſ.tuto. Et illud in vniuerſum conſtat,iudices non poſſe tempora à lege vel ſtatuto ſine miniſterio iudicis præfinita producere,nec mutare in præiudicium partium,per l.ſi verò ſolùm,in fi.in authen.de nup.Dy.in c.indultum,col.iiij.de reg. iur.lib.6. & Albe.in l.in ſenatuſconſultum,§.vlti.num.2.ff.ad S.C.Turpillia. cum concord.à me traditis infrà,§.viij.gloſſ.ij.num.14.ſed & pro ea. Et vide etiam,quæ diximus ſuprà,§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,num.31.præſertim, & ſeq. Ego tamen hoc caſu appellandum à iudice tutius cenſerem in noſtra Francia,in qua omnino parendum eſt ſententiæ,vel appellandum,nec locus eſt nullitati,quam vocamus,in ſententiis.

*An in hoc tẽpore octo dierum compræhendatur dies oſtenſionis inſtrumenti, & iuriſiurãdi.*

5 ¶VTRVM autem in hoc octo dierum ſpatio ſtatuto præfinitoq; ſolutioni pretij compræhendatur is dies, quo emptor poſt oſtenſionem inſtrumenti & affirmationem pretij admiſit conſanguineum,vt ſic iſtud tempus currat de momento in momentũ. An verò præter eum diem erunt & alij octo dies, planè intelliges ex his quæ generaliter ſuper huiuſmodi dubiis latiſsimè tractauimus ſuprà huius tit.§.j.in verbo, *& iour*, vbi videre poteris.

*Quid,ſi id tẽpus cadat in biſſextum.*

6 ¶SED quid ſi id tempus octo dierum incidat in diem biſſextum,an is connumerabitur pro duobus,an pro vno tantùm?Et certè ſi de anno ageretur, id biduum pro vno haberetur in fauorabilibus:& pro duobus,in odioſis,vt diximus ſuprà eo.tit.§.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*, num.123.vigeſimotertiò.At hîc non de anno,vt illic,ſed de diebus agitur,ſcilicet de octo diebus, quo caſu ſemper id biduum biſſexti pro duobus diebus computatur. Ita enim voluit Iacob.Rauen.& poſt eum Alberic.in l.iij.§.minorem, ff.de minor.& eſt optimus text.in l.ij. in poſtremo caſu illius,ff.de diuer.& tempora.præſcript.vti eum text.intelligit Hugo,relatus ab Accurſio:quanquam aliter intelligunt Io.& Bulg.vti & is retulit. Verùm ſententiam Hugonis Bart.ibi,& omnes,vt ipſe dicit,ſequuntur.

## A PAYER, PERSOLVENDO, GLO. III.

*An emptor teneatur conſanguineo cedere,habita fide de pretio.*

1 HOc in loco in mentem venit glo.not.in l.j.in verbo,neceſsitatem,C.de com.ſer. manu.quæ hanc nobis doctrinam præſcripſit, quòd cùm quis à lege vel ſtatuto cogitur alteri vendere,(vt in eo caſu,& aliis multis collectis à gloſ.in l.Iulianus, §.idem Celſus.ff.de act.emp.& in l.nec emere,& ibi quoque Guli.Cu.Alb.& Iaſ. C.de iur.delib.& in aliis,quos adduximus ſuprà,in præfat.huius tit.nu.15. imò & quod etiã, in fi.) his igitur caſibus,& aliis,ſi qui ſunt quibus quis cogitur,tum demũ is cogitur,ſi prius ſoluatur pretium:neque enim tenetur habere fidem de pretio,vt ibi(inquit ea glo.)innuitur, & per d.l.Iulianus,§.offerri,ff.de act.emp.Et ad hoc illam glo.expendit,& ſequitur Bal.ibi.

*An conſanguineus poßit cõpenſare.*
*Compenſatio habet uim ſolutionis.*

2 ¶SED quæſtionis eſt,an hîc ſufficiat compenſare debitum:quod videtur, cùm id vim ſolutionis habeat,l.ſi debitor,ff.qui pot.in pign.hab.vbi ſcribitur,cùm creditum cõpenſatur,perinde haberi,ac ſi creditori pecunia ſoluta eſſet:nec enim intereſſe ſoluerit,an compenſauerit. Ex qua Alb.ibi,& noſtri Doct.vbique annotant,eum ſoluere,qui compenſat, vt per Bartho. Brixi.q.venerabil.xxxiij.quæritur vtrùm excommunicatus,Bart.in l.aufertur,§.qui compenſationem,ff.de iure fiſci.& in l.diuortio,§.ob donationes,in ij.opp.ff.ſol.mat.Alb. in l.ſi quid à fideiuſſore,poſt princ. & in l.quòd Labeo,ff.de compen.Bal.in l.ij.poſt prin.C.de compen. & in l.tam mandatori,col.ij.verſi.ſed hîc dubitatur,C.de non nume.pecu.Ange.conſil.cclix. quædam domina,col.ij.Rapha.Fulgo.conſil.cxxxj.Gaſpar.col.penult.& conſil.cxlj. Nannes, paulò ante finem.Paul.Caſt.qui & id dicit procedere in ſtatutis,conſil.cccxxviij.quod Nannes,colum.j.lib.1.& Corne.conſi.cxj.videtur,colum.ij.in litera e.lib.4.& Docto.vbique. Et id quoque probat text.in l.vel permutauit,ff.de liber.cau.vbi dediſſe intelligendus eſt,qui compenſauit,& l.dediſſe,ff.de verbor.ſignificat. vbi eſt ſimilis text.& facit l.amplius,ff.rem ratam habe. Idque intantum,vt licet conditio debeat impleri in forma ſpecifica, vt noſtri loquuntur,nec poſsit per æquipollens impleri,l.Mæuius, & l.qui hæredi,ff.de conditio.& demonſt.

*Etiam in ſtatutis.*

*Etiam in implenda conditione.*

habeatq;



habeátque vim ſolennitatis, & eius quidem non leuis.Baldus in authentica matri & auiæ, col.j.C.quan.mul.tut.offi.cum multis concor.à me adductis infrà titu.ſeq.§.ij.nume.3. & eo quidem. Et formæ,vt tradit Philip.Deci.conſi.xj.quoniam,col.vj.verſic.ſolùm contra teſtamentum.Tamen conditio ſoluendi impletur per compenſationem.l.ſi peculium, §.de illo, ff.de ſtatulib.quam & in hoc expendunt Doct.vbique.

*Etiam in iuramẽto,uide infrà num.6.*
*Et eo quoque deſoluẽdo uerè,& non per fictionẽ iuris.*

3 ¶Et huius quidẽ l.ar.Bart.in l.amplius,col.vlt.& ibi quoque ang.Raph.Co.& Alex.in addi. Bart.ff.rem ratam hab.tradunt eum,qui iurauit ſoluere,non incurrere in periuriũ,ſi cõpenſat. Quod & idem voluit Io.Fab.in §.in bonæ fidei,col.iiij.verſ.quid ergo dices.& ibi etiam Io.Plat.col.j.ad fi.Inſtit.de actio.Bal.in c.ad noſtram.le j.verſicu.quæro an qui iurauit,& ibi quoque Pan.col.vlt.verſi.ſed contrarium, extrà de iureiuran.vbi & ipſe Bal.dicit id procedere,etiam ſi quis iurauerit ſe ſoluturum verè,& non per iuris fictionem:quia iſta fictio realiter idem eſt quod veritàs,& eandem habet vtilitatem,& ideò exorbitat ab omni regula fictionum,l.ſingularia,ff.ſi cer.pet.& idem Pan.in c.cùm dilectus,col.viij.verſic.alium caſum, extrà de ord.cogni.& in c.cùm inter,col.pen.verſ.ad hoc.quod no.extrà de excep.Imo.in l. Iulianus,la j.ff.de condi.& demon.Ro.in l.eum qui,§.j.in princ.ff.de iureiur.Alex.conſi. xij. verſi.viſo thematc antè ſcripto,col.vlt.verſi.non obſtat ſextum arg.libr.2.Soc.qui hanc rem latè examinat in d.l.Iulianus,col.pe.verſi.vltimò quærit.ff.de condi.& demon. vbi tamen in fi.id intelligit procedere in debito poſt iuramentum cõtracto.Tynda.qui ſimiliter intelligit in tract.compenſationis,col.xxvj.verſi.redeamus ad materiam vbi & id latiſsimè diſſerit, & Steph.Bert.conſi.j.in fi.lib.1.& conſi.xciiij.puto,col.ij.nu.7.lib.2.& conſi.cliij.exiſtimo,col.2. nu.11.eod.lib.2.& conſi.xliiij.pro pleniori,col.ij.lib.4.Aufr.deci.Tholo.j.& primò fuit quæſitum,& iterum deci.cxxxix.item fuit quæſitum ſi ego.

*Etiam in debito poſt iuramentum contracto.*

*Emphyteuta cõpenſans nõ cadit emphyteuſi.*

4 ¶Et hinc quoque videmus,quòd emphyteuta,qui non ſoluit pẽſionem biẽnio vel triẽnio, cùm dominus tantundem ei deberet,non cadit emphyteuſi,ſi ſit paratus compẽſare, vt poſt alios antiquiores voluerũt Spec.& Io.And.in addi.illius tit.de loca.§.nũc aliqua,verſ.lxxix. Abb.antiquus in c.bona fides,& ibi Ant.in vlt.not.& Imo.col.vj.& Pan.col.vlt.& Barb.col. itẽ vlt.extrà de depoſi.Odofr.& Raph.Fulg.in l.ſi conſtat,C.de compen.Alb.in l.cùm aliter, ff.eod.tit.& in l.ij.col.v.verſi.ſi dominus erat,qui eſt ſub nu.16.& ibi Iaſ.col.xvj.verſicu.decimononò,C.de iur.emph.Io.Fab.in §.in bonæ fidei,& ibi quoque Io.Plat.& Iaſ.charta vlti. Zaſius col.pen.Inſti.de act.Bal.in ſua Marga.in verbo,emphyteuta,col.ij.verſic.emphyteuta poteſt.Ro.dum Spec.vbi ſuprà,allegat,conſi.cciiij.pro diſcutienda,col.ij.verſ.nec refragatur. Soc.conſi.xcix.in cauſa eximij,col.ij.verſ.ſecunda dubitatio,lib.j.& Franc.Curt.Senior, qui id dicit in palatiis obſeruari,conſi.lxxj.ſuper controuerſia.col.pen.verſi.tranſeo,ad tertium. Et neminem hactenus legi,ſi me non fefellit memoria, qui contrarium teneat præter Guil. Cu.& Pet.Iacob.qui eum citat in tit.de actio.in rem pro re emphy.col.iij.verſic.item eſt notandum,quòd ſi prædicto.Et facit etiam quod ab Ange.reſponſum eſt conſi.cxxxij.quidam nomine Nicolaus, quòd ſi ex ſtatuto non poteſt opponi, niſi exceptio ſolutionis, poterit tamen compenſationis.& ſequitur Alex.d.conſi.xij.col.vlt.verſi.non obſtat ſextum,libr.2.& Guid Pap.deci.Delphi.clxxj.reperio,col.vlt.& iterum deci.clxxiiij.vlterius, in fi.rurſusq; in commentariis ſtatuti de literis cõpulſoriis,vbi id dicit vidiſſe ſe ſemper obſeruari.& Iacob. Rebuf.in l.nemo carcerem,in addi.C.de exact.trib.libr.10.Anton.Bauer.in tracta.de Virtute iuramenti,nu.33.& Steph.Bertr.conſ.cclxxxix.tria,col.j.lib.2.

*Quid ſi ſtatutũ tollat omnem exceptionem, præter ſolutionem.*

*Dominus compẽſat in retractu feudali.*

5 ¶Et nuncupatim in caſu retractus feudalis admittendum eſſe dominum ad cõpenſandum, tenuit Carol.Molend.in ſuis conſuetudi.Pariſ.commentariis,tit.j.§.xiij.gloſ.vij.nu.10.vbi & hanc addit rationẽ.Nam vt verè ſoluatur,non ſtat per compenſantem,ſed per aduerſarium, qui diſtulit ſoluere,quę ratio probatur ex l.iij.§.cùm igitur,ff.de ſtatuli.cùm dicitur,proinde defendi poteſt.& ſi non vult exigere,vel ipſe ſoluere,vt hinc habeat vnde cõditioni pareat, libertatem competere.quem tex.in id expendit Bar.in d.l.amplius,ad fi.ff.rem rat.hab.Addit & Molẽd.(vt ad eum redeamus) hæc maximè procedere in hoc caſu retractus,cùm emptor potius debita ſua ſoluere,quàm aliena acquirere debuerit.Sed id tantùm obtineret in debito contracto ante acquiſitionem. Hanc autẽ potes addere rationem ad hunc noſtrũ retractum, quòd cùm res à conſanguineo retrahitur, emptor vicem ſubit venditoris, vt qui vendere conſanguineo debet eodem pretio,venditori autem pretium petẽti poteſt obiici cõpenſatio l.ſi ex venditione,& ibi doct.C.de compen.Nam & ea locum habet in omnibus actionibus & realibus,& perſonalibus,& mixtis,l.vlt.& ibi Bal.C.eod.tit.

*Compenſatio an ſit uera ſolutio.*
*De eo quod ſuprà dictum eſt de iuramento.*

6 ¶Aduerte tamen,quia id in noſtro caſu non eſt ſine dubio:quandoquidem cõpenſatio non vera & propria,ſed ficta atque impropria ſolutio eſt,per d.l.Iulianus,la j.ibi,quaſi dederit,ff. de condi.& demonſt.quam Doct.vbique ad compenſationem trahunt. Hincque occaſione ſumpta Bar.ibi in fi.dicit eam l.facere ad eam q.de qua ſuprà diximus,vtrũ qui iurauit dare, à iuramento liberetur compenſando:de quo (inquit) in c.ad noſtram, le j.extrà de iureiur. ex quibus videtur ſecum hac in re pugnans, tenere compenſationem non liberare à iuramento:quia glo.Inno.Hoſt.Ioan.And.Collecta.Anto.Imo.ſibi contrarius, & omnes præter Bald.& Panor.id tenent in eod.c.per eum text.& ibi inter cæteros Fel.col.vlt.dicit hanc eſſe

communem opi.& Ioan.Ana & Maria.in c.querelam, eod.quoque tit.Rom.in l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de verbo.obligat.dum tractat,an iuramentum faciat præcisè cogi ad factum.Matheſ.notab.54. nota quòd iuramentum. Alexand.ſibi contrarius conſil.xcj.viſis actis,col.ij.verſi.ſecundò principaliter,lib.2.Franc.Aret.conſi.xcix.longitudo,col.ij. verſi.iij. vbi & hanc dicit eſſe communiorem opin.Iaſ.latè in l.eum qui, §.j.col.j.& ij.ff.de iureiur.& in l.ſi pecuniam.in prin.col.pen.verſi.tertiò facit.ff.de condi.ob cau.& in d.§.in bonæ fidei, colum.pen.& ibi etiam Zaſius,col.vlt.Inſti.de act.& idem Iaſ.conſi.xlj.in duabus, colum.ij. verſi.prætereà dominus Ioan.lib.3.& Steph.Bertr.ſibi contrarius conſi.cliij.voluiſſem,nu.2. lib.1.& conſi.cccv.viſo caſu,col.j.eod.libr.1.& Matthæ.Aflict.deci.Neapol.clxiiij.die ſeptima: vbi tamen intelligit, ſi debitor non adeò opprimatur paupertate, vt poſsit ſoluere.& deci. ccclxxxj.quædã Hippolyta,col.j.& Ludo.Gozad.cõſi.xxxij.dominus,col.ij.verſi.non obſtat & ſecundum,& conſi.lxix.videtur,col.j.nume.4.

*Deciſio quæſtionis.*

7 ¶Igitur vt longo veluti poſtliminio redeamus ad noſtrum caſum retractus proximitatis, ſi compenſatio ſit ficta ſolutio,vti verè eſt,& nemo contradicit,quomodo de ea intelligentur ſtatuta loquẽtia de ſolutione quæ propriè,verè,ac ſtrictè non fictè,non impropriè, non latè intelligenda ſunt, vt vbique noſtri conclamant. Præſertim autem hoc noſtrum ſtatutum, quod plerique exiſtimant eſſe contrarium Iuri communi,& prætereà iniurioſum,ac graue, vt diximus ſuprà in præfat.num.60.quamobrem ſunt multi,& ſeq. Verùm eæ rationes non procederent in retractu conuentionali,vt qui multo fauorabilior ſit hoc proximitatis,nẽpe qui ex conuentione partium eſt:ideò non dubito, quin in eo ſit admittenda compenſatio. Niſi ſi quis diceret,verba quoque contractus ſtrictè eſſe interpretãda,l.quicquid, ff.de verb. obli.cum ſi. Quod autẽ ſuprà diximus de emphyteuta compenſante(vt id obiter dicamus) non eſt ſine dubio,vt videre licet in add.Pet.Iac.quo loco ſuprà citauimus,cuiuſcunq; illæ addi.ſint:autoris enim nomen non inſcribitur.

*Quid de retractu conuentionali.*

*An neceſſe ſit,conſanguineum expreſſim declarare compenſationem ante tempus.*

8 ¶SED ſi recipimus eam opin.quæ dicit ſufficere compenſationem in retractu proximitatis, quæri poteſt,an neceſſe ſit conſanguineum expreſsim declarare emptori,velle ſe cõpenſare: an verò,ſi taceat, & iterum labatur tempus,quo ſolutio fieri debuit: excludetur à retractu, tanquam ſolutione non facta. Quod videri poſſet. Nam licet compenſatio ipſo iure fiat, intelligitur ſi petatur,per l.vlt.C.de cõpenſ.glo.& doct.in d.l.ſi conſtat,eod.tit.cum cõcord. à me collectis in l.ſi vnquam,in verbo reuertatur,nu.13. Verùm Io.Fab.in d.§.in bonæ fidei, vbi ſuprà,in ea eſt ſententia,vt ſemper & in omni caſu,in quo ceſſatio ſolutionis affert pręiudicium,quantùm ad pœnam,vſuras, intereſſe, vel aliàs in quocunque effectu moræ, fiat ipſo iure cõpenſatio,ſine alia declaratione ſiue petitione,per tex.ibi, & quia vbi nulla mora eſt,ibi nulla quoq; petitio eſt:vel ſi quædam eſt,poteſt exceptione ſummoueri,l.nulla intelligitur,ff.de reg.iur.& l.lecta,in fi.ff.ſi cer.pet. Cùm igitur effectus compẽſationis, tollat effectum petitionis,vel ipſo iure,vel per exceptionem,ſequitur quòd & omnem morę effectum tollit,quocunque modo mora contrahi poſsit.

*Compenſatio an ipſo iure & quomodo fiat.*

*De eadem re.*

9 ¶Et idem quoque voluit Pet.Iac.in d.tit.de act.in rem pro re emphy.vbi ſuprà, Albe.in l.ſi quid,ff.de compenſ.Imo.in d.c.bona fides,col.v.verſi.vlterius poteſt quæri,extrà de depoſ. vbi loquitur in illo caſu emphyteutæ,qui ne cadat emphyteuſi,vult compenſare,& id dicit menti tenendum. & Pert.Ancha.conſi.vj.pro parte,col.iij.in iiij.dubio, vbi ex hoc pulchrè dicit impediri præſcriptionem. & conſi.ccxxxv.prima facie, ante fi.& Socin.in eodem caſu loquens in d.conſi.xcix.vbi ſuprà lib.1. & ſimiliter Iaſon in d.l.ij.in xix.quæſt.verſicu.vnde videretur, C.de iur.emphy.& Caro.Rui.conſi.cxlviij.caſus iſte, colum.j.lib.1. Et id generale eſſe,vbi agitur de euitanda pœna,vel vſuris,vt per glo.& Doct.in l.j.& in d.l.ſi conſtat.C.de compenſa.& Panor.in d.c.Bona fides,col.vlt.Rapha.Fulgo.conſi.cxcvj.ad id de quo,col.j.& Alex.conſi.lxxiiij.viſo titulo,col.j.verſi.ſed præmiſsis,lib.5.& conſi.cxcvj.viſis, col.ij.lib.7.& Docto.vbique. Sed vide,vtrùm id tutum ſit in hoc caſu, in quo conſanguineus venit iure ſpeciali,tractatq; non de damno,ſed potius de lucro,vti aſſerunt Hoſt.Io.And.& Pe.Anch. in c.cõſtitutus,extrà,de in inte.reſti.& diximus latius ſuprà §.j.in glo.x.in verbo, *dedans l'an*, in xxiiij.q. In retractu autẽ conuentionali nihil eſt,quod in hoc dubitare debeamus, vtpote in quo venditor certat de damno vitando.

*Quid in retractu cõuentionali.*

*An neceſſe ſit adire iudicẽ, ut id fiat.*

10 ¶Ex quibus ſoluitur & aliud, quod hîc oriri poſſet:an ſcilicet neceſſe ſit adiri iudicẽ vt fiat hæc compenſatio: an verò & extra iudicium fieri,ſiue opponi poſsit. Nam ſi non opus ſit aliam huius rei fieri declarationem,fruſtrà de iudice quærimus. Cæterùm Alber.in l.ſi quid à fideiuſſore, ff.de compenſa.tradit compenſationem opponi poſſe extra iudicium, ídque communiter teneri & obſeruari,& idem quoque dicit ipſe Alb.poſt Iac.But.in l.debitor, ff. de neg.geſt.affirmans ſatis eſſe,vt eius rei fiat proteſtatio coram teſtibus. Et id quidem fieri tutius eſt,etiam ſi communiter tenetur,nulla opus eſſe proteſtatione,aut declaratione, cùm agitur de vitanda pœna,vſuris,aut intereſſe,vt diximus in præced.verſic.

*Quid,ſi conſanguineus nõ poſsit in promptu probare debitum.*

11 ¶SED & illud in dubium venit,ſi conſanguineus in promptu probare non poſsit debitum quod ſibi ab emptore deberi contendit,ſed breui quopiam tempore probaturum ſe offert: quod fieri poteſt, cùm quantùm ad id,idem eſt iudicium debiti liquidi, & non liquidi, ſed proximè



proximè liquidandi,vti per l.vlt.C.de compenſ.voluit Bar.in l.in compenſationem,in fi.ff. de compen. Quæro igitur, quantum tempus in id ſtatuendum eſt. Quidam id reliquunt arbitrio iudicis,gloſ.in d.l.vlt.in verbo,indaginem,& ibi Iac.Ra.Per.à bel.Perti.Cyn. in x.q. Bal.in ij.oppo.& Sal.col.ij.in vij.opp.iidem Iaco.Pet.& Ang.Aret.in d.§.in bonæ fidei,Inſti. de actio.Collect.Ant.& Barb.in d.c.bona fides,extrà de depo.Bal.in l.ſi ex falſis, col.ij.verſi. ſed talis obiectus,C.de tranſact.& in l.in cauſa, C.de compenſa.& in auth.& conſequenter, col.ij.verſicu.extrà quæro nunquid liquidato,C.de ſen.vbi id intelligit, modò non excedat duos menſes.& Soci.cõſi.lxv.concluſio,col.iij.verſi.cõfirmo hoc, libr.iiij.& Steph.Bert.cõſi. cclxxxix.tria,col.ij.nu.7.lib.2. Alij ſimpliciter dicũt,id fieri poſſe,& debere intra ipſos duos menſes,per l.aufertur,§.qui compenſationem,ff.de iur.fiſ.in qua opin. fuere glo.in d.c.bona fides,in glo.vlt.in fi.& ibi Hoſt.& Io.And.vterque in fi.de depoſ.& Dy.in d.§.in bonę fidei in vlt.q.& ibi quoque.Nico.Neapo.in iiij.q.gloſ.& Iaſ.nume.74.Inſti.de actio.

12 ¶Alij denique,intra tempus,quod daretur reo ad ſoluendum, per d.§.qui cõpenſationem, ibi enim dari duos menſes,quia idem tempus præſtituitur debitis fiſcalibus,l.in fraudem.§. fiſcalibus eod.tit.& olim omnibus condemnatis dabatur,l.debitoribus, ff.de re iudi. Ideò ſi nullum tempus datur ad ſoluendum,nec ad liquidandũ dari debet. Ita enim voluit Bart.in d.§.qui compenſationem,Bald.in d.§.in bonæ fidei,& ibi quoque Io.Fab.col.viij.in paruis, verſi.ſed quid vocas,Inſti.de actio.Pet.Ancha.Imo.& Pan.qui tamen diſtinguit in d.c.bona fides,de depo.& Alex.conſi.lxj.verſi puto,col.j.lib.3.quod conſi.repetitur conſi.xcv.lib.5.& Tyndarus in tract.de cõpen.char.pen.verſi.vtiliter circa pręmiſſa,vbi id tẽperat. Quãquàm quod ad poſtremam opi.pertinet, dubium facit,quòd non ſimpliciter duo menſes dabãtur ad ſoluẽda debita fiſcalia,ſed tãtùm in minoribus ſummis: in maioribus autem tres menſes cõcedebantur,vt ſcribitur d.§.fiſcalibus,vt proinde non poſsis dicere,d.§.qui cõpenſationẽ, reſpexiſſe ad tempus conceſſum condemnatis, ſed illud tempus duorum menſium præciſe præſcripſiſſe in quibuſcunque cauſis:igitur in caſu noſtro has omnes opin.iungẽdo, crederem id faciendũ intra tempus arbitrio iudicis ſtatuendum,modò non excedat tempus octo dierum,quod datur ex noſtra conſuetudine ad ſoluendũ pretium:vti & in retractu feudali voluit Caro.Mol.in d.tit.1.§.13.gl.vij.ad fi.vbi ex iis infert,quòd ſi dominus volẽs retrahere, nõ habet promptas probationes debiti,& velit deferre iuramentũ emptori, id facere poteſt, modò emptor iurare poſsit intra tempus in id ſtatutum.nam ſi ab eo loco abſit longius, vt id præſtare non poſsit,imputandũ eſt domino,qui ita ſe arctauit: & niſi ſoluat intra tẽpus, cadet retractu. Pro quo eſt optimus tex.in l.ij.§.ſi quis tamẽ,ibi,ſic ipſe ſe arctauerit,ff.ſi quis cautio.& in l.cùm poſtulaſſem,in prin.ibi,quia tardius experiri cœperim.ff.de dam infect. Et facit quod in ſimili tradit Bald.in l.ſi à te,C.de pact.inter empt.& vendit.

*Quid ſi conſanguineus deferat iuramentum emptori.*

*An conſanguineus poſsit cõpenſare debitũ creditoris, cuius ceſſionem habet.*

13 ¶SED & illud quæri poteſt,ſi cõpenſatio hîc locum habeat, quid ſi conſanguineus accepit ceſsionem debiti à creditore emptoris, an & hoc debitum poterit compenſare cum pretio? De quo vide glo.in l.ſi quis rem ſuam,in verbo,& non in fraudem,& ibi Bar.Bal.& Ang.ff. de procura.Dyn.Bart.in l.doli,ff.de noua.& eundẽ Dy.in c.is qui in ius,colum.vlt.de regu. iur.lib.6.Specu.in tit.de procur.§.vlt.verſi.ſed nunquid contra procuratorem,Cyn.Io.Fab. Alber.Bal.Ange.& Sal.in l.eius,C.de compenſa.Bar.in l.qui duos,in princ.ff.de lega.2.Albe. in l.j.col.ij.verſicu.item quærit,cùm hîc,C.etiam ob chiro.& in l.apud Celſum, §.de autoris dolo,ff.de doli mali exceptio.& in l.in his officiis,ff.de regu.iur.Io.Fab.in d.§.in bonę fidei. colum.vltim.verſicu.item poteſt quæri.Inſti.de actio.Pet.Iac.in tit.de rei vendicat. vtili,quæ competit ex ceſsi.colum.iij.verſi.item non cogitur.Imo.in d.c.bona fides,col.5.verſic. poteſt etiam quæri,extrà de depoſi.Pau.Caſtr.conſi.clxxxj.viſo puncto,col.ij.verſicu.quod autem exceptio,lib.1.Steph.Aufre.deci.Tholo.xciij.item fuit quæſitũ ſi coram, ad fi.Matth.Afflict. d.deci.Neapo.clxiij.die ſeptima,col.ij.verſic.ſed in dicto proceſſu. Quamuis ſcio, multos ex iis loqui in ſpecie diuerſa, an videlicet compenſatio poſsit opponi aduerſus ceſsionarium: ſed eorum multæ rationes ad hunc quoque contrarium caſum pertinent. Et hæc quidem omnia obtinent & in retractu conuentionali.

*An ſatis ſit ut cõſanguineus offerat fideiuſſores, aut pignora.*

*Condemnatus ſoluere an liberatur dãdo pignora aut fideiuſſores.*

14 ¶POSTREMO quia hæc noſtra conſuetudo vtitur verbo,ſoluendi,cùm dicit,*payer*, quid ſi intra hos octo dies cõſanguineus offerat idoneos fideiuſſores,aut pignora,nec aliter ſoluat. Dic non id eſſe ſatis:neque enim offerre,aut dare fideiuſſores,quantumuis idoneos,ſoluere eſt,per tex.in l.iiij.§.ait Prætor,ff.de re iudica.vbi condemnatus ſoluere,non liberatur dãdo idoneos expromiſſores. & in l.quòd ſi non ſoluere,ff.de pigno.action.& in l.item liberatur, §.qui paratus,ff.quib.mod.pign.vel.hypo.ſolui.ex quo Bar.ibi pulchrè dicit,condemnatum ad pœnã pecuniariam:& ſi eam intra certum tempus nõ ſoluerit, ad pedis amputationem: non liberari ab hac poſteriori pœna dando fideiuſſores. Quod & idem tenet ipſe Bart.non obſcurè in l.ſi pecuniæ,per eum tex.ff.vt in poſſeſ.legat.& in l.eum qui, ff.de priuil.credi.& apertiſsimè Bal.in l.j.paulò ante fi.& ibi quoque Ro.& Alex.col.j.& Iaſon,col.quoque j.per glo.ibi,quam ipſe Bald.dicit ſingu.ff.qui ſatiſda.cog.& Alex.in d.l.iiij.§.ſi ex conuentione,& ibi item Iaſon.in d.§.ait Prætor,in 1.notab.Ange.Aretin.in tract.maleſi.in verbo,quas ſi non ſoluerit,le j.nu.9.ſed vnum Petr.Ferra.in tit.forma libel.in acti.hypo.in verbo ſatisfacere de

debito

debito memorato,col.j.verſi.ſed hîc inſurgit,& Philip.Deci.in l.nemo dubitat,ff.de reg.iur. licèt Bar.ibi dubitet,relinquátque indeciſum.

15 *De eadem re.*

¶Sed illam ſententiã confirmat,quod idem Bar.tradit in l.ſtatuliberos, §.ſi quis acceperit.ff. de ſtatulibe.& in l.j.ff.de cuſto.reo.quòd ſi ex ſtatuto condemnatus ad pœnam quampiam pecuniariam,ſi eam non poſsit ſoluere,capite punitur,non ſe huic pœnæ eximit offerendo fideiuſſores. De quo tamen vide Ang.& Imo.in l.j.ff.de iniuſto teſta.Facit item optimè text. in c.cùm aliquibus,extrà de re iudic. vbi cõdemnatus ad tradendam poſſeſsionẽ cuiuſpiam rei,non ſatisfacit dando pignora. ex quo Bal.ibi dicit, condemnatum ad ſoluendum , non intelligi ſoluere,offerendo pignora & fideiuſſores. Ideò (inquit) ſi is, qui condemnatus eſt in centum,& niſi ea ſoluerit,intra aliquod tempus,in duplum,non liberatur à duplo, offerendo pignora vel fideiuſſores:de quibus etiã vide Barba.latè conſi.xv.præclarè,in j.dubio, lib.2.Et ad hæc omnia facit glo.in l.ſatisfactio,ff.de ſolu.Sed id intellige in caſu noſtro,cùm pretium eſt certum & liquidum. Alioquin ſatis erit offerre fideiuſſores id ipſum ſoluendi, cùm liquidatum fuerit,per tex.in l.ſtatuliber,ff.de ſtatulib.cum ſimi.& cõcord.à me traditis ſuprà,§.j.in gloſ.xix.in verbo, *luy deuëment acertioré du pris*,nume.2.& ſeq.

16 *Debitor, qui promiſit ſoluere, uel dare pignora, an liberetur ea dando.*
*In alternatiuis, an ſit electio debitoris.*

¶Adeò autem vera ſunt, quæ ſuprà diximus , vt ſi debitor promiſerit ſoluere , vel dare pignora,aut fideiuſſores,intra aliquod tempus,non liberabitur offerendo pignora vel fideiuſſores , ſed cogi nihilominus præcisè poterit ſoluere,vt voluerunt Guilel.Cum. & Bart.in l. quamuis.in princ.per eum tex.ff.de pig.actio.& Bal.in l.Margari.in verbo,alternatiua,verſ.5. & ſequitur Pau.Caſtr.in d.l.iiij.§.ſi ex conuentione,in fin.ff.de re iudic.vbi id dicit perpetuò menti tenendum.& rurſum in l.cùm proponas,la ij.etiam in fin.C.de tranſact.& Alex.in l.j. col.j.ff.qui ſatiſ.cog.vbi id dicit ſing.& Felin.in c.inter cæteras,col.ij. extrà de reſcri.& Catel. Cotta,qui & id ſingu.dicit, memor alternatiuorum. Tametſi Roma.in d.l.j.qui ſatiſd.cog. tenuerit contrarium,per l.pen.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſoluit.Et pro eo bene facit , quòd in alternatiuis electio eſt debitoris , l.plerunque,ad fin.ff.de iure.dot.cum ſimi. Sed d.l.pen. non probat Rom.ſententiam,quia ibi creditor ſponte recipit,vt ibi quoque notatur.Quod autem de alternatiuis dictum eſt,procedit,cùm quælibet earum in obligatione : ſecus,ſi vna tantùm ſit debita,altera verò pro illius cautione ſiue ſecuritate promiſſa, vt multi ex ſuprà dictis ſcienter declarauerunt.

17 ¶Non omittam tamen,ad prædicta bene facere tex.in l.promiſſor,§.vltimo,ff.de cõſti.pecu, cuius hæc verba ſunt:Conſtituto ſatis non facit,qui ſoluturũ ſe conſtituit,ſi offerat ſatiſdaturum.Et quod per eum tex.voluit glo.in l.vlt.§.j.in verbo,cogendum,ibi,ſed ſi ſimpliciter, ff.ſi cert.pet.quòd qui ſimpliciciter promiſit,non liberatur dãdo fideiuſſores.Nam creditori ſatisfieri debet,quemadmodum voluit,l.ſi rem,§.omnis,ff.de pig.actio. Et eam glo.Bald.ibi, & poſt eum Ludo.Bol.in ſecundis interpretationibus dicunt ſingu.ad id quòd debitor incarceratus ob debitum non poteſt carcere liberari offerendo fideiuſſores.Id quod etiã dicit idem Bal.in ſua Marg.in verbo,debitor,col.ij.verſi.ſi debitor propter debitum:Niſi(inquit) fuerit incarceratus ob fugæ ſuſpicionem : tunc enim datis fideiuſſoribus eſſet relaxandus, per l.ſi fideiuſſores,§.vlt.ff.qui ſatiſ.cog.

## NE SERA PLVS RECEV, AMPLIVS NON ADMITTETVR, GLO. IIII.

1 *Quid, ſi ſimpliciter cõſuetudo tempus ſtatuiſſet.*
*Tempus legis uel ſtatuti, an priuationẽ inducat ſine purgatione moræ.*

QVID ſi hæc conſuetudo id non adiecíſſet,ſed ſimpliciter ſtatuiſſet tempus octo dierum : vtrùm elapſo eo tempore,conſanguineus eſſet audiendus ad purgandam moram?Quod videri poſſet,ex eo quod ſcribit glo.in c.cupientes,§.quod ſi per viginti,in verbo,expectati,libr.6.quòd tempus à lege præſtitutum, ita demum tantum inducit priuationem iuris abſque moræ purgatione,ſi ſit canon latæ ſentẽtiæ, aliâs minimè.& ibi eam ſequuntur Io.Mo.Arch.Io.Andr.Pau.Eleaz.Pet.Anch.Imo.Domi. & Phil.Franc.ibi,& Ange.conſi.lxiiij.quoniam nihil eſt,col.j.cum aliis multis concord.quos tibi abundantiſsimè collegi in noſtris commentariis in l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur:nu. 255.decimum quod à ſuperioribus.C.de reuoc.donatio. Hîc enim nihil eſt, quod videatur eſſe latæ ſententiæ.

2 *De eadem re.*

¶Contrarium tamen verius eſt,ex his verbis, *ne ſera plus receu*,quæ purgationẽ moræ tollunt: nam ſi poſſet purgare morã,reciperetur. Et quia etiã cùm à lege vel ſtatuto tẽpus ſtatuitur, poſt illud tempus non admittitur quis ad purgandam moram,etiamſi id adiectũ non fuerit: vt expreſsè voluit Inno.in c.cùm in tua,& ibi quoque Panor.col.vlt.& Car.Alex.col.antep. verſi.quæro tertiò circa prædicta,extrà qui matri.accuſ.poſ.per text.in l.vltima. ff.de decret. ab ord.faci.quæ l.loquitur de lege municipali,& in l.ob cõmiſſa,C.de adult.Et idẽ etiã voluit Bal.in l.diffamari,col.ij.verſi.expedito tex.C.de ingenu.manu.vbi & ad hoc dictos text.allegat,& ex hoc no.differentiã temporis à lege vel ſtatuto præfiniti,& à iudice.& idem Bald.in l.j.in prin.C.de in integ.reſtit.vbi dicit,quòd lapſus termini tacitã renuntiationem inducit, per tex.ibi,& in l.bonorũ,ff.rem rat.habe.& notata in l.ſi ego,ff.de ne.geſt.vbi & ipſe Bal.idẽ voluit ex gloſſ.ibi.& idem Bald.in l.ſi ea,colum.vlt.verſi.& nota quòd in termino hominis.

& rurſum



*Temporis lapſus tacitam renuntiationẽ inducit.*

& rurſum verſ.quæro vtrùm quando,C.qui accuſ.non poſ.& in auth.ad hæc,col.pen.verſi. ſi ego diffamo,C.de vſur.& in l.acceptam,in xxj.q.C.eo.tit. & in l.j.col.vij.in xxvj.oppo.C. qui admit.& in l.obſeruare,§.ad hæc,col.ij.ff.de offi.Procon.& in l.ij.per illum tex.eod.tit.& in c.perſonas,verſi.pone ſtatutum,& verſi.ſed nunquid mora,& iterum verſi.deinde,& ſeq. extrà de appel.& in c.j.col.j.verſi.& ex iſto text.tit.quo temp.mil.& in cap.j.§.porrò.tit.qual. olim.feud.ali.pot.& conſi.cccclxvj.Andreas,in ij.dubio.lib.1.vbi dicit, quòd renũtiare videtur,qui non paret terminis à lege ſtatutis,per l.ij.C.de iure emphy.& l.facta, §.ſi quis bonorum,ff.ad Treb.& no.in d.l.ſi ego.Albe.in d.l.bonorum,col.j.nu.2.ff.rem rat.habe.& Ang.in l.properandũ,in prin.poſt mediũ,C.de iudi.vbi id intelligit,ſi non opponatur.& allegat l.ſi maritus,§.præſcriptiones,ff.de adulte.& l.mariti lenocinium,§.ſex mẽſes,eod.tit.idem Ang. Imo.& Alex.in l.ſi inſulam,ff.de verb.obl.Pet.Anch.in c.quàm ſit,col.ij.verſi.item no.quòd negligentia,de elect.lib.6.Alex.conſi.cxxxiij.circa executionem,in fi.lib.6.Guid.Pap.conſ.38. nedum inferiores,col.vlt.verſi.quia mora.Fel.in c.ij.colum.antepen.verſic.item intellige,niſi eſſet terminus legis,extrà de conſt.Soc.conſi.lxiij.in cauſa vertente,col.iij.verſicu.nec etiam dicere,lib.1.Matth.Affli.loquens de Iure cõgrui,& alios quoq; allegans in tract.Protomi.in verbo,vt intra xxx.dies,col.ix.verſ.quartò nota.& eſt etiam optimus tex.præter illos,in l.ſed ſi vnius,§.ſi ante, ff.de iniuriis , cuius hæc verba ſunt : Nam & ſi nuda voluntate iniuriam remiſit , indubitatè dicendum eſt, extingui actionem iniuriarum,non minus quàm ſi tempore iniuria fuerit abolita.& quæ dicemus infrà tit.procedente,§.j.glo.ij.in verbo,*à tel temps*, num.50.ad hæc,cùm venditor , & ſeq.

*Tempus conſtitutionis, pro forma eſt.*

3 ¶Et hanc ſententiam fulcit,quòd qui non obſeruat tempus conſtitutionis,non dicitur eius formam obſeruare.Bald.& Sal.in Auth.quæ ſupplicatio,ille ad fi.hic in j.not.& ibi quoque Iaſ.in iiij.not.C.de preci.Impe.offer.per illum text.in illis verbis, niſi ſub hac forma, iuncta gloſſ.& etiã per text.in l.ſcire oportet,§.conſequens,ff.de excu.tuto.cùm dicitur, Non aliter audietur, niſi obſeruauerit conſtitutum tempus : quæ verba non longè diſtant à verbis his noſtræ conſuetudinis.Et voluit quoque Pau.Caſt.in l.qui Romæ,§.Callimachus,in fi.& ibi quoque Iaſ.col.iiij.verſi.quintò nota.ff.de verb.obl.& idem Pau.in l.ſi in lege,in prin.ff.loca. vbi ex hoc infert ad tempus à ſtatuto præſtitutum.& Fel.qui id dicit ſing.in ca.cùm dilecta, col.ix.verſi.octauum ſignum,extrà de reſcrip.& Iaſ.in l.non erit,§.ſi neque,quem legit ſub l. ait Prætor,quæ eſt iij.verſi.ſecũdò vltra ſcribẽtes,ff.de iureiuran.& in l.in pupillari,in 2.not. ff.de vulg.& pup.& in rub.C.qui ad bono.poſ.admit.col.ij.& col.clxvj.vertitur quæſtio,col. pen.verſi.confirmatur,lib.2.& conſi.ſeq.col.vlt.& conſi.cxcj.placet mihi,col.ij.verſi.ſecũdum principale,eod.lib.2.& conſi.48.totus iſte contractus,colum.j.verſi.ſimiliter tempus, lib.3.& conſi.liij.circa primum,poſt princ.eod.lib.3.quod repetitur conſ.cxxxij.lib.4.vbi ad hoc alia multa allegat.& Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ incip.exceptiones,col.iiij.in prin.Alber.Bru. in tract.de forma & ſolennit.actus,in rub.ex quibus cõſiſtunt forma & ſolennitas, verſi.27. & Catel.Cotta,qui id dicit ſing.memora.tempus conſtitutionis.& Rebuf.noſter in tractatu Nominationum,in xiiij.quæſt.prin.nu.6.

*De eadem re.*

4 ¶Sed quibus addere potes Bald.qui idem voluit conſi.clxix.ſtatuto ciuitatis Ianuæ,verſicu. tertiò quia meta temporis,& iterum verſi.ſed quia non fuit obſeruata forma,lib.1.& iterum conſ.clxxij.ſtatuto cauetur quòd debeat,circa medium,eod.lib.1.Et vide etiam eũdem Bald. in l.liberti,col.v.verſi.quandoque ex illis,C.de ope.lib.& in l.omnes populi, col.pen.verſic. item nota,ff.de iuſt.& iure,& in d.l.obſeruare,§.poſt hæc,col.ij.verſi.eſt etiam hîc notãdum, ff.de offi.Procon.vbi dicit,quòd recedere à tempore,eſt recedere à forma,per d.l.qui Romæ, §.Augerius,ff.de verb.obl.& l.Thais,§.iter,ff.de fidei.liber.& l.ſtatuliberi,§.vltimo.ff.de.leg.ij. & eundem Bal.in l.ordo,circa medium,C.de execu.rei iudic.& in auth.qui ſemel,col.iiij.C. quomo.& quand.iudex.& in c.licèt,col.j.extrà de ſupplen.negli.Præla.

*An impedimẽtum excuſet cõſanguineũ, qui intra octo dies nõ ſoluit pretium.*

5 ¶QVID TAMEN, ſi iuſtum aliquod impedimentum ſuperuenerit , quod prohibuit ne conſanguineus intra id tempus octo dierum ſolueret:an ita excuſabitur , vt poſt tempus id poſsit facere? Matthæ.Affli.in tract.Protomix.in verbo,vt intra xxx.dies, colum.vj.verſi.ſed iterum quæritur , tradit tempus ei non currere,per l.j.C.de anna.excep.cum ſimi.Cui adde optimum text.in d.l.ob commiſſa,C.de adulter.quæ etiam excipit iuſtum impedimentum: & in d.l.ſcire oportet,§.ſufficit, qui continenter ſequitur d.§.conſequens,& cum ita temperat , vt ſi quis propter ægritudinem , vel aliam neceſsitatem,puta maris,vel hyemis, vel incurſus latronum,aut aliam aliquam ſimilem, cõſtituto tempore non potuerit venire, ei eſt ignoſcendum.Et id quidem in tempore præſtituto à lege municipali,voluit expreſsim Bal. in d.l.diffamari,vbi ſuprà citauimus,C.de ingenu.manu.Et faciunt,quæ ſcripſi ſuprà, §.j.in glo.x.in verbo, *dedans l'an*, in xxiiij. quæſt.& quæ ſcribam infrà titu.ſeq.§.j.gloſſ.ij.in verbo, *à tel temps*,nu.58.ſed tamen vide,& ſeq.

*De eadem re.*

6 ¶Et hæc quidem maximè procederent,ſi ſubeſſet magna quæpiam euidénſque cauſa, per l. Diuus,ff.de reſt.in inte.& l.& ſi,ff.de reg.iur.quibus in locis , ita ad verbum ſcribitur : Et ſi nihil facilè mutandum ſit ex ſolennibus,tamen vbi æquitas euidens expoſcit,ſubueniẽdum eſt. Et facit c.ſignificante,extrà.de pig. Verùm id apud nos vix reciperetur:quandoquidẽ in

huiuſmodi

huiuſmodi retractibus nec abſentiæ, nec ignorantiæ; nec ætati ſubuenitur, adeò ſtricti iuris ſunt, vt cauetur infrà, §.penul.eodemq; xxxv.huius tit.& ita, vt nec his quidem reſtitutioni locus pateat, vt ibi latè tractabimus. Præſertim verò cùm hîc tractetur de lucro cõſequendo, per ea quæ diximus ſuprà, §.j.glo.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.125.certum eſt, & ſeq.

*Quid ſi conſanguineus qui non ſoluit, intra id tempus nouam oblationem facit.*

7 ¶SED & in dubiũ poteſt illud vocari, ſi nondum tranſit annus retractus, an hic qui venit ad retractũ, & admiſſus fuit, nec tamen pecunias intra hos octo dies emptori obtulit, & ideò excluſus eſt à ſua oblatione, vt hîc dicitur, audiendus tamen ſit, ſi iterum vult facere nouam oblationẽ retractus, intra ipſum annum contractus. Vide omnino, quæ latiſsimè ſcripſimus infrà eod.tit.§.viij.glo.vij.quæ eſt in verbo, *le retrayant en deſcherroyt*, nu.3.quid igitur, & multis ſeq.vſque ad fi.eius glo. Sed ita tamen, vt hîc perpendas verba noſtræ conſuetudinis hoc in loco, quæ ſunt huiuſmodi, *Il ne ſera plus receu audict retraict.* quæ videntur perpetuò conſanguineum repellere. Sed vide, quæ dicam in d.§.viij.glo.vij.nu.24.& hæc certè.

## §. QVARTVS.

TOVTES VOYES ſi l'achepteur, quand on luy offre le retraict, declaire certain pris, & en a faict ſerment, & le monſtre par le contract: ce nonobſtant ſi ledict retrayant ne s'y veult pas tenir, & veult monſtrer qu'il y a eu fraude, & que ce n'eſt pas le vray pris, il ſera receu à le prouuer,[a] & cependant ne courra pas ledict temps[b] de huyt iours contre luy: mais s'il ne le preuue, & il ſoit trouué à l'intention de l'achepteur, ledict temps de huyt iours aura cours contre le retrayant,[c] & n'y ſera plus receu, & perdra la piece d'or ou d'argent qu'il aura baillé ſeulement.

*VERVM ſi emptor, cùm ei offertur retractus, pretium certum declararit, eiúſque tum iureiurando, tum exhibitione contractus fidem fecerit, non tamen retrahens ei ſtare cogitur, & ad probandũ contrarium admittetur:[a] nec interim ei curret illud octo dierum tempus.[b] Verùm ſi id non probauerit, & ſecundùm emptorem pronunciatum fuerit, curret id tempus aduerſus ipſum retrahentem,[c] nec is amplius admittetur, amittetq́; nummum aureum, vel argenteum dumtaxat quem dederat.*

### IL SERA RECEV A LE PROVVER, AD PROBANDVM CONTRARIVM ADMITTETVR, GLO. I.

*Statutũ, quod diſponit ſtari iuramento, an tollat probationem cõtrariam.*

*Qui tolli negant.*

1 VBICVNQVE ex legis vel ſtatuti diſpoſitione defertur iuramentum, poteſt nihilominùs aduerſarius probare contrarium, etiamſi lex ipſa aut ſtatutum diceret ſtari iuramento, ex ſententia gloſſ.in l.ij.§.ſi abſens, & ibi Pau.Caſt.ad fin.Alex. Socin.& Iaſ.ff.ſi ex noxa.cau.agat.è quibus ipſe Pau.dicit eam gloſſ.ſingu.Et idem voluit, vt ab omnibus citatur, Azo.in ſumma, C.ad leg.Aquil.quamuis in meo C.non reperi.Cyn.& Bald. in l.j.C.ſi aduer.liber.Ioan.Andr.in c.ſtatutum, col.iij.in verbo, iuramentum, & ibi Domi.in §.cùm verò de reſcrip.libr.6.Tancre.in ſuo libro quæſtionum, tit.de proba.in vj.quæſt.Iaco. Aret.Ange.Imol.Paul.Caſt.Rom.& Alexand.in l.qui bona.§.qui damni, in princ.per illum text.ff.ſol.mat.Iac.Bu.Bal.& Sal.in l.j.C.de re iud.Alb.in ij.parte ſtatutorũ, q.xiij.item quæro ſi ſtatuto vel reformatione.Bal.in l.ſi tutor, petitus ad fi.C.de peri.tut.vbi loquitur de ſtatuto, quo ſtatuitur credi publicæ famæ contra magnates, & in l.qui accuſare, col.ij.verſi.vltim. nota hîc, C.de eden.& in l.vlt.col.iiij.verſ.ex hoc deciditur, ff.de feri.& in l Diuus.verſ.quar. eſt arg.& ibi Ang.circa mediũ, ff.de mili.teſta.& idem Bal.in l.j.& ibi etiã.Sal.C.de reb.cred. & in l.contra negantem, in fi.& ibi item Sal.etiã in fi.C.ad leg.Aquil.& in c.j.col.j.in verbo, credatur, tit.ſi de inue.inter dom.& vaſall.oria.Ang.in l.qui reſtituere, col.ij.per illum tex.ff. de rei vend.& in l.qui vas, in prin.per illum tex.ff.de furt.& in Auth.de exhi.reis, in princip. etiam per illum text.& in §.oportet, in Auth.de iud.Sal.in l.j.C.de reb.cred.& iureiur.& in l. ea quidem, in x.quæſt.C.de accuſ.Petr.Ancha.in c.j.in xiiij.quæſt.prin.verſi.circa hæc quæro vlterius, qui eſt in char.59.in paruis, extrà de conſt.& in c.ſemel malus, col.5.de reg.iur. lib.6. Pan.in c.cõtinebatur, & ibi Gof.Cald.Io.Zoch.& Cardi.Alex.extra de deſpon.impub.idem Panor.in cap.propoſuiſti, in 1.notab.& ibi Fel.col.j.& ij.& Philip.Deci.in 3.notab.de probat. idem Panormit.conſi.lj.videtur primò ſtandum, verſic.quintò adduco, lib.1. Ro.in l.ſi duo, ff.de acquir.hæred.& in l.admonendi, col.xv.& ſequent.& ibi etiam Alex.col.xxxiiij.Franc. Curt.Senior in repe.char.22.colum.iiij.verſicu.& pro iſta parte, & multis ſeq.& Iaſ.etiam in repet.col.cix.verſi.ex iſta communi, qui eſt in nu.304.& ſeq.ff.de iureiur.idem Ro.conſi.cij. ſuper eo quod primò quæritur, colum.ij.vbi ex hoc dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd debitor





elapſis decem annis, iurando debitum fuiſſe ſolutũ, ipſe liberatur, poteſt tamen probari contrarium.& allegat l.videamus, §.item videndum, iuncta l.vlti.ff.de in lit.iurand.& idem Ro. conſi.ccxlj.ſpectabiles domini, in princ.Paul.Caſtr.in l.vlti.ff.de Præto.ſtip.Stepha.Federi.in ſuo opere de legum interpretatione, parte ij.char.5.verſic.item ſi ſtatuto cauetur.Angel.Aret. in tract.maleficiorum, in verbo, necnon ad denuntiationem Ioannis Ambroſij, num.15.& ibi Aug.Ari.num.16.& ſeq.Cæpol.cautel. ſecundum nouam impreſsionem, ciiij.multa ſunt ſtatuta.Alexand.conſil.cxiiij.in cauſa & lite vertente circa filios, col.j.& aliis ſequen.lib.4. quod iterum repetitur conſi.xlvij.lib.6.& idem Alex.conſil.xcj.in cauſa & lite pendente, col.ij.in fi. eod.lib.6.Barb.latè in tracta.de præſtan.Cardi.in ij.quæſt.ij.partis.Socin.conſi.lv.præſtantiſsime doctor, col.vlti.lib.1.& in tract.fal.reg.ccclxxx.ſtatutum mandans.Feli.in c.præterea, in fi. de teſtib.cog.& in c.paſtoralis.colum.x.verſi.& generaliter, extrà de excep.Iaſ.in l.ſi quando, col.iiij.verſi.pro iſta opin.C.vnde vi.& in d.l.videamus, §.deferre, col.vlti.in princi.& iterum in d.l.vlti.ff.de in lit.iur.& in l.ait Prætor, quæ eſt iij.§.iurat, col.ij.ff.de iureiur.rurſumq; in l. eum qui, §.in popularibus, col.iij.eod.tit.Philip.Deci.conſi.lxxxiij.in cauſa accuſationis, poſt princ.Matth.Afflict.in conſti.Siciliæ incip.qui de aleatoribus, in v.notab.Hippo.Marſi.in rep. rub.de probat.col.xxx.verſicu.non tamen omitto.& in l.j.§.ſi ſerui, col.j.ff.de quæſt.& Catel. Cotta memorab.damnum datum.

2 ¶Quanquam ſcio quoſdam (vt nihil eſt in Iure noſtro non controuerſum) qui in hoc caſu non admittunt probationem contrariam. In quibus ſunt Iaco.Are.ſibi contrarius, & Raph. Fulg.in d.l.j.C.ſi aduer.liber.Nam illa (inquiunt) probatio, cui lex vel ſtatutum ſtari præcipit, eſt Iuris & de Iure: vnde non poteſt reprobari.Et eius quoque ſententiæ ſunt Ioan.Mol. & Ioan.Fan.in c.eos, de temp.ordi.lib.6.D. à Rota deciſ.lxxix. nota quòd vbi quis impetrat, in antiquis.Alber.clanculum in d.l.qui bona, §.qui damni, ff.de dam.infect.Bald.ſubobſcurè, ſibi quoque contrarius, in l.non eſt, C.quod met.cau.& apertius in repet.l.ij.char.vlti.verſic. ſed pone quòd ſtatutum, ff.de iureiur.per text.in d.l.iij.verſicu.proderitq;, eod.titu.& in l.ij. C.eod.tit.& arg.l.vlti.C.de fideiuſ.& idem Bald.in ea ipſa l.iij.in princ.col.ij.verſic.circa ſextum, de iureiuran.

*Qui cõtrà tolli aſſeuerant.*

3 ¶Sed prior illa ſententia, vt communior eſt, ita (vt plerunque fit) verior. Ex qua tanquam ex fonte perenni, multi riuuli veluti manarunt. Et primùm quidem id, quod dicit gloſ.in d. cap.continebatur, in verbo, viri ſtandum eſt, & ibi Pano.& plerique omnes, extrà de deſpon. impub.quòd licet tex.eo in loco dicat ſtandum eſſe iuramento viri, dicentis ſe vxorem carnaliter cognouiſſe, vt ibi tex.loquitur. Poteſt tamen vxor probare contrarium, per text.in d. c.propoſuiſti, de probati.vbi etiam glo.Panor.& alij idem dicunt, extrà de proba.& ſimiliter glo.in c.1.extrà de frigid.& malefi.& in c.quod autem, xxvij.quæſt.ij.& in c.ſi quis acceperit, xxxij.quæſt.j.& ex Theologis ſcholaſticis hoc idem tenuit Richar.in iiij.ſenten.diſt.xxxiiij. in expoſitione tex.& iterum in artic.ij.quæſt.j.

*Poteſt probari contra iuramentum viri, dicentis ſe carnaliter uxorẽ cognouiſſe.*

4 ¶Hinc etiam prodiit, quod voluit alia glo.in d.c.eos, in verbo, affectata, de tempo.ordi.lib.6. quòd licèt ignorantia probetur per ſolum iuramentum illius, qui ſe dicit ignoraſſe, cap.ſi verò, le ij.extrà de ſenten.excom.& c.vlti.extrà qui mat.accuſa.poſſ.cum ſimi.poteſt tamen probari contrarium. Quam glo.in hoc expendit Imol.in d.l.qui bona, §.qui damni, ff.de damn. infect.Roma.in d.l.admonendi, colum.xv.& ibi Iaſ.in repe.col.cx.in ij.locis, videlicet verſic. tertiò per gloſ.& verſi.inter cæteros.ff.de iureiur.& idem Roma.d.conſi.cij.quibus locis eam glo.dicunt ſing.& Feli.in c.cognoſcentes, col.vlti.& ibi quoque latè Phil.Deci.in ij.lect.etiam col.vlti.extrà de conſtit. Et idem etiam, ea gloſ.tacita, voluit Bart.in l.ſi cui, §.iiſdem, verſicu. quæro dicit ipſe, ff.de accuſa.& Fel.in c.quoſdam, col.vlti.verſi.ſextò eſt aduertendum, extrà de præſump.& Hippo.Marſil.in d.rub.C.de proba.col.xxviij.

*Ignorantia iuramento probata, contrariam probationem recipit.*

5 ¶Nec diſsimile eſt, quòd cùm cætera quæ in animo conſiſtunt, probentur ſolo eius iuramento, qui aliquid dicitur habuiſſe in animo, ex ſententia illius glo.quæ quotidie in id allegatur in §.ſed iſtæ, in glo.magna.circa medium, Inſtit.de actio.cum aliis multis concord.illic adductis à Iaſ.& à me alibi omnium copioſiſsimè: poteſt tamen eius rei cõtrarium ab aduerſario probari: vt voluit Bart.in l.ij.§.ſi à pupillo, verſi.oppo.ſuprà eo.ff.de vſucap.pro emp.& in l. is poteſt, col.v.verſi.aliquando ipſe hæres dicit, ff.de acqui.hæred.& Aegid.Bellamer.deci.xlv. exceptio.Felin.in c.accedens, le ij.col.vj.verſi.octaua concluſio.extrà vt lit.penden.Iaſ.in d.§. ſed iſtæ, col.xxv.verſi.tertiò ad noſtram glo.Inſtit.de actio.

*Animus item iuramẽto probatus.*

6 ¶Sed & hinc prodiit, quod voluit alia glo.in c.propoſuiſti, in verbo, non probatur, in princi. lxxxij.diſt.quòd licèt credatur nuntio, & executori iurato, in his, quæ ad ſuum ipſius officiũ pertinent, c.cùm parati, & ibi Doct.extrà de appellat.& l.magis, §.illud, ff.de reb.cor. cum aliis multis ſi.& concor.à me latiſsimè adductis infrà eo.tit.§.viij.in verbo, *deux records*, propè per totam glo.poteſt tamen probari contrarium. Et idem voluit glo.in §.item teſtes, in verbo, in executoribus.iiij.quæſt.iij.Archi.in c.venerabilibus, col.ij.in verbo, citatus, de ſentent.excom. lib.6.Imol.in d.l.qui bona, §.qui damni, & ibi Alex.col.j.ff.de dam.infect.& idem Imo.in d.c. propoſuiſti, & ibi Fel.col.j.extrà de probat.& traditur à multis in c.quoniam contra falſam, eod.tit.& in d.c.cùm parati, extrà de appel.& ibi maximè Philip.Franc.& Cardi.Alexan.ille

*Nuntij quoque iurati renuntiatio.*

col.vij.verſi.tertiò quæritur,hic colum.penul.verſic.ſed quid ſi ſtatuto.& Petr.Iacob.in tit.de actio.de conſti.pecu.colum.pen.verſic.nec etiam deberet.& Guid.Pap.in tracta.præſumptionum,col.v.verſi.an debeat præſumi,& deci.Delph.dcxxviij.non debet de iure.& ſing.ccccix. verſi.Pet.Iac.& Steph.Bertr.conſi.xxvij.ſi hic eſſet,lib.1.

*Item impedimentum.*

7 ¶Huc item pertinent duo Inno.dicta:Primum in c.quia propter,col.pen.extrà de elect.quòd licèt in caſu illius cap.ſtetur iuramento eius, qui ſe dicit fuiſſe impeditum:cõtrarium tamen poteſt probari. Alterum eſt, prout,à quibuſdam citatur,in c.vlti. ad fin.extrà quod met.cau. quod licèt de expenſis aduerſus contumacem ſtetur iuramento partis,præcedente taxatione iudicis,in odium contumacis,l.properandum,§.& ſi quidem.C.de iudici.poterit tamen probari contrarium. Sed Inno.hoc ita nuncupatim non dicit,ſed aliud, quod omnino alienum non eſt,videlicet condemnatum ex eo iuramento appellare poſſe, ſi videat eum qui iurauit exceſsiſſe. Et ita eum ſequuntur Ioan.And.Anto.Imo.ibi.& idem Imol.dum ſimpliciter allegat Innoc.vbi ſuprà,in l.ait Prætor.§.j.in fin.& iterum in l.quod iuſsit,col.ij.verſi.item adde,ff.de re iudica.& ipſe Anto.in c.cùm dilectus,de ordi.cogni. Tu autem vide quæ de hoc dicam latius infrà,in vj.limitatione.

*Expenſæ contra contumacem iuramento affirmatæ.*

*Decurionum arbitria.*

8 ¶Eiuſdem quoque monetæ eſt,quod à Bart.ſcriptum eſt in l.ambitioſa,col.antepen.verſicu. viſis & examinatis,ff.de decre.ab ord.faci.quòd licèt credatur Decurionibus in ſuis arbitriis, non ſolùm quantùm ad ipſos ſtatuentes pertinet, quod prorſus indubitatum eſt,ex l.vlti.ff. de hære.inſti.ſed etiam quantùm ad alios,per tex.in d.l.ambitioſa,ſecundum vnam lec.dum dicitur,quòd debet reſcindi:(ſi enim eis non crederetur , nulla opus eſſet reſciſsione ) & per alia quædam ibi ab eo allegata : tamen contrarium probari poterit,vel ex euidentia facti,l.ſi fortè.ff.de caſt.pe.vel aliàs,vt ibi apud eum omnibus videre licet.

*Libri rationum.*

9 ¶Sed & eodem ſpectant duo Panor. id eſt ipſius Bart.ſimiæ,placita:vnum in d.conſi.lj.videtur primò ſtandum,lib.1.quòd licèt teſtator diſpoſuerit,quòd de re quapiam ſtetur libris rationum,& ideò ſit illis credendum:poterit tamen probari contrarium. Alterum conſi.lxviij. cuius exordium eſt,quanquàm ſuper vacatione,in fi.lib.2.quòd ſi ex forma ſtatuti credi debeat libris quorundam officialium , tamen per id non tollitur facultas aduerſario probandi contrarium eorum,quæ in huiuſmodi libris ſcripta reperiuntur,per notata in d.c.continebatur,de deſpon.impub.iuncto d.c.propoſuiſti,de probat.

*Libri officialium.*

*Publicum inſtrumentum.*

10 ¶Et hæc quidem eo fulciuntur argumento,quòd licèt credatur publico inſtrumento, l.cùm precibus,C.de proba.cum ſimil.& ſimiliter teſtibus idoneis,l.in exercendis,C.de fide inſtru. cum ſimi.tamen admittitur probatio in contrarium,d.l.cùm precibus,& cap.tertio loco,& l. licèt cauſam,extrà de proba.& c.inter dilectos,extrà de fide inſtru.& c.cùm Ioannes,ad fi.eo. tit.& c.in noſtra,& c.ex tenore,extrà de teſtib.& c.ſuborta,extrà de re iud.Imo.cõſi.cxxxviij. in quæſtione,col.j.verſi.in contrarium,& Docto.vbique. Et idem de confeſsione, vt ſcilicet confeſſus admittatur ad probandum contrarium,l.error,C.de iur.& fac.igno.Azo.in Summa,C.de confeſ.col.ij.verſicu.item confeſſus,& Innoc.in c.cùm olim,paulò ante fin.extrà de cenſib.& Alber.in l.de ætate,in princi.ff.de inter.actio. Et ſemper aliàs plena probatio poteſt contraria probatione tolli:vt not.Panor.& Philip.Deci.in cap.poſt ceſsionem, vterque in iij. notab.per illum tex.loquentem de ſigillo & literis Epiſcopi,extrà de probat. & quod per illum quoque tex.dicit glo.in c.2.in gloſſ.vlti.de fide inſtr. vt præſumptio præſumptione,l.diuus.ff.de in integ.reſti. & l.mater,& ibi Bald.& Sal.C.de calum.& c.quia veriſimile,& c.illud, & cap.literas,extrà de præſump.cum ſimil.

*Confeßio.*

*Quæcunque plena probatio,*

*Ea quæ committuntur conſcientiæ alicuius.*

11 ¶Ampliabis primò hæc omnia, vt procedant etiam in his,quæ committũtur conſcientiæ alicuius. Nam licèt tunc denegetur appellatio, vt video placuiſſe glo.in c.ſtatutum,§.aſſeſſorem,in verbo relinquatur,& ibi Petr.Ancha.qui eam dicit ſingu.Imol.Domi. & Philip. Franc.de reſcrip.lib.6.& Bald.in l.j.in ij.lect.colum.penult.in iiij.quæſt.ff.de leg.ij.& in c.ſi ſacerdos,verſi.quæro Papa commiſit, extrà de offic.ordina.Anton.Imol.& aliis in clemen.j.de iure patr.Paul.Caſtr.in l.de pupillo,§.qui opus,ff.de nou.oper.nunt.Ange.Aret.in §.ſed iſtæ, colum.vj.verſi.not.etiam ex gloſ.& ibi quoque Iaſ.col.pen.verſi.vltimò non omitto,Inſtitu. de actio. Tamen poterit probari contrarium,ſi de magno aliquo præiudicio agatur,glo.habes in d.clem.j.in verbo,oneramus,de iure patro. quam ſing.putat Bal.in d.l.j.col.j.C.de reb. cre.& eam quoque ſequitur Imol.in c.1.col.vlti.de conſtit.Roma.in d.l.qui bona,§.qui damni,ff.de dam.infect.Domi.poſt Lapum in c.2.col.vlti.de iuramento calum.lib.6. vbi & illam gloſ.dicit notab.& Iaſ.in d.§.ſed iſtæ,vbi ſuprà,Inſtitu.de actio.Barba.in tractatu de præſtan. Cardin.parte ij.quæſt.item ij.col.iiij.verſicu.tertio caſu. Idemq; ea gloſ.tacita voluit Bald.in repet.l.ij.colum.xxvj.verſicu. ſed ibi cùm eſt quæſtio,ff.de iureiuran. Licet contrarium ſimpliciter voluerunt D.à Rota deci.lxxix.nota quòd vbi quis impetrat,in antiquis,per d.gloſ. in d.§.aſſeſſorem.

*Probationes ex ficta confeßione.*

12 ¶Amplia ſecundò,vt procedat etiam in probationibus , quæ ex confeſsione ficta procedunt,ex eo quod voluerunt Sal.Ang.Pau.Caſtr.Alex.Iaſ. & cæteri Recentiores in l.ſi is qui, per illum tex.C.qui teſta.face.poſ.quòd licet aliquis à ſtatuto habeatur pro confeſſo ac conuicto,acſi verè eſſet confeſſus ac conuictus.tamen admittitur probatio in contrarium, videlicet



licet de innocentia illius. Quod & ipſum voluit Ioan.And.in addi.Spec.tit. de poſitio.verſi. veruntamen,qui eſt in j.col.Bal.in l.ij.§.quòd ſi actor,in duobus locis,C.de iura.calum. & in l.ità demum,col.ij.verſicu.reſtat vnum quærere,C.de procur.Anto.in c.vlti.col.vlti.extrà de confeſ.Imò.latè in l.creditor,§.iuſſus,col.iij.verſi.& pro iſta parte,ff.de appella.Franc.Aretin. conſ.cxlvij.viſa conſultatione,& ſtatutis,in primo dubio,& Alcia.in tract.Præſumptionum, regula tertia,in xxij.præſumptione,num.7. Nam cùm vera probatio admittat probationem contrariam,vt nuper diximus,multò magis ficta.

13 ¶Nunc limitanda hæc ſunt multis modis:Primò,vt procedant,niſi ſtatutum vlterius procederet, ſtatuendo non admitti probationem in contrarium , vel aliter ita pedem figeret, vt noſtri loquũtur,vt apertè ex eo conſtaret id cenſere, vt quia diceret neceſſariò ſtandum eſſe iuramento,ſecundum Bald.in d.l.j.col.j. & ibi quoque Sali.circa medium, C.de reb.credi.& eundem Bal.in d.c.1.col.j.in verbo,credatur,titu.ſi de inueſt.inter do.& vaſal.lis oriat.Rom. in d.l.qui bona,§.qui damni,& ibi Alex.col.iij.ff.de dam.infect.Cæpol.cautel. ſecundùm poſtremam editionem,ciiij.multa ſunt ſtatuta,in fin. vbi ad hoc dicit optimè facere gloſſ.in l.ſi non fuerit,ff.pro ſocio.& Soci.fal.ccclxxx.ſtatutum,in j.fal.Fel.in cap.Paſtoralis, col.x.verſi. & generaliter,extrà de exceptio.& in d.c.propoſuiſti,col.j. de probatio.Auguſt.Ari. in addit. Ang.Aret.in tract.maleficiorum,in verbo, nec non ad denuntiationem,num.17.& ſeq.Iaſon in l.ſi quando,col.v.verſi.tertiò contra,C.vnde vi. Et facit tex.in ſimili in l.diem,§.ſtari,ff.de arbi.& in l.vlti.ad princi.cum ibi notatis,C.eod.titu.

*Niſi ſtatutum vlterius procederet.*

14 ¶Secundo limita,vt non procedat,ſi ſtatutum diceret illud iuramentum haberi pro plenaria probatione,aut fide:quia per hoc repellit contrariam probationem, ſecundum gloſſ.in cle.j.in verbo,fuiſſe narramus,de probat.quam ſequitur Anto.qui dicit notab. & Imol.ibi & Roma.qui hoc ita ex ea limitat in d.l.qui bona,§.qui damni,col.iij.& Alex.col.ij.ff.de damn. infect.idem Roma.in l.ſi duo,ff.de acquir.hære.Alex. in l.ij.§.ſi abſens,col.ij.ff.ſi ex noxa.cau. aga.vbi eam glo.dicit reputari ſing.& conſi.cxiiij.in cauſa & lite vertente,verſic. nec obſtat ſi dicatur,lib.4.quod repetitur conſil.xlvij.lib.6.Barb.qui eam vbique dicit ſing.in l. ſciendum, col.cxiiij.ff.de verb.oblig.& in repe.c.Raynaldus,col.xxj.extrà de teſta. & in repe.l.cum acutiſsimi,col.xxxvj.C.de fideicom.& in tract.de præſtan.Card.in ij.parte q.ij.col.pen.verſicu.& ex iſtis.& conſi.ij.ſapienter,col.iij.lib.2.& conſi.lxxviij.illud in medium , col.pen.lib.3.Feli.in cap.graue,col.vlti.extrà de offic.iudi.& in d.c.propoſuiſti, col.j.de proba.Philip.Deci.conſil. lxxxiij.in cauſa accuſationis,col.j.Anto.Corſet.in ſuis ſing.in verbo,plenaria,Hippo.Marſil. in d.l.j.§.ſi ſerui,col.j.ff.de quæſtio.

*Quid & ſi ſtatutum habeat pro plenaria probatione.*

15 ¶Id quod intelligit Alex.d.conſi.cxiiij.quo loco ſuprà citauimus,cùm ſtatutum nominatim vtitur ea dictione,plenaria,de qua etiam loquuntur plerique omnes, quos ſuprà citauimus. Secus (ait) ſi ſtatutum vteretur dictione , plena, ita ſcilicet, habeatur pro plena probatione. Nam nihilominùs poterit probari contrarium,quia duo (inquit)teſtes efficiunt plenam probationem,vt dicit glo.in l.admonendi,ff.de iureiur.& in l.in bonæ fidei,C.eo.tit.& ſunt iura ad hoc vulgaria. Et tamen non eſt dubium, quin huiuſmodi plena teſtium probatio poſsit contraria probatione reprobari,vt ſuprà diximus , & probatur in cap.licet cauſam, extrà de probat. Et nuncupatim ſequitur Iaſ.qui id dicit nouum & mirabile,in d.l.ij.§.ſi abſens,col. j. verſi.limita prædictam concluſionem,ff.ſi ex noxa.cau.agat.

*Quid ſi pro plena.*

16 ¶Sed hîc paululum aduerte Lector , quia nihil intereſſe videtur inter plenam & plenariam probationem:nam quemadmodum plenarium dicitur,quod adiectione non indiget,Archi. in c.licet,quod eſt ij.de præb.lib.6.ita & plenum quoque dicitur,cui nihil addi poteſt,c.bene quidem,in prin.xcvj.diſtinct.& c.ſi omnia,in fin.vj.quæſt.j.Hoſtienſis in c. per venerabilem, extrà qui filij ſint legit.Bald.conſi.ccclxxxiij.quando ſuper facto,in princ.lib.3. vbi nominatim vtrunque æquiparat,& plenum, & plenarium. Et Rapha.Co.conſil.clxxxvij.dominus, poſt medium. Et alibi dicit ipſe Bald.in d.l.admonendi,col.v.in j.quæſt. quòd plena probatio dicitur,quæ nulla adiectione indiget,cum aliis multis concord. à me collectis in repeti.l. ſi vnquàm,in fin.num.10.quid autem & in hoc,C.de reuoc.donatio.Sed quibus addere potes optimum tex.in l.ſi cùm dies,§.j.ff.de arbit.

*Plenariũ quid dicatur.*

*Plenum item.*

17 ¶Ideoq; & expreſsim in caſu de quo loquimur,Barba.in d.l.cum acutiſsimi, col.xxxvj. nullam etiam faciens differentiam inter vtrunque,allegat tex.in d.cle.j.de proba.ad hoc quidem, quòd ſi ſtatutum dicit aliquid haberi pro plena aut plenaria probatione,non poteſt contrarium probari.& idem quoque Barba.conſi.xvij.clementiſsimi,col.ij.lib.2.loquendo de plena probatione,allegat etiam d.glo.ita apertè ſentiens,nihil referre hoc caſu;dicas,plenam,an plenariam. Sicuti item facit idem Barb.d.conſi.ij.col.iij.verſi.præterea eſt aduertendum,lib.2.Et aliàs etiam videmus iura promiſcuè his verbis vti,vt colligitur ex c.quoniam vt ait,in fi.ibi, poteſtatem plenariam,extrà de vit.& honeſt.cleri.& c.cùm inter,& c.ſuborta,extrà de re iud. & cap.præterea,in fin.de offic.deleg.& c.quia ſæpe,de electio.lib.6.& c.quanquàm,de cenſib. eod.lib.6. Et bene facit gloſ.in clemen.vlti.in verbo,reſtituerint,de cenſib. quæ quam plenariam reſtitutionem primùm appellat, mox eandem plenam vocat:ita clariſsimè ſentiẽs,nihil eſſe diſcriminis inter plenum & plenarium. Nam & Bald.conſi.ccclxxxj.conceſsio arbitri,in

*De eadem re.*

princip.lib.1.interpretatur plenariè,id eſt,plenè.

*Contra ſuprà dicta.*

18 ¶Et ego quidem, vt tandem meum interponã iudicium,cenſeo nihil intereſſe inter plenam & plenariam probationem, niſi quòd primum Latinum eſt,alterum ( ni fallor ) barbarum. Ideò vt cõtra plenam probationem admittitur probatio,vt ſatis ſuprà probauimus:ita quoque contra plenariam,vt expreſsè etiam voluit Fran.Aret.vir optimi omnium ingenij atque iudicij,in d.l.ſi duo,col.ij.ff.de acquir.hære.qui dicit illam glo.pro alia parte allegatam, nihil eò pertinere,quia loquitur in aſſertione Papæ,in quo ſpeciale eſſe videtur, propter ſupremã illius excellentiam,ad quam (vt hoc illi addam ) ob ſingularem induſtriam, explorata eius fide & grauitate,aſſumptus eſt,meritoq; ei ante alios credendum eſt,iuxta l.j.ff.de offi.præfe. Præto. Ex quo videmus,quòd aliàs ſolius Papæ teſtimonio creditur, cap.cùm à nobis,extrà de teſti.vt hinc facilè appareat in materia probationis plus momenti eſſe in dicto & aſſertione illius,quàm alterius. Et quod in caſu d.clem.j.de probat.ſit ſpeciale in Papa, vt non admittatur contraria probatio,voluit etiam Bart.quem tamen Franc.ipſe Areti.non citat, in d.l.ambitioſa,col.antepen.verſicu.viſis & examinatis,ff.de decre.ab ordi.fac. & id non obſcurè ſentiunt gloſ. & Doct.in ea ipſa cle. & apertè probant verba illius nuncupatim loquentia de Papa.nam ſi idem de aliis voluiſſet, idem quoque in aliis expreſsiſſet,l.j.§.ſinautem ad deficientis,C.de cadu.tol.& cap.inter corporalia,poſt medium,extrà de tranſlat.Prælat.& cap.ad audientiam,de deci.cum ſimi.

*De eadem re.*

19 ¶Ideò ſubdit Aret.(vt ad eum redeamus) quòd in aliis non videretur eſſe verum, quod dicit d.glo.Nam plus eſt dicere,quòd probatio ſit manifeſtiſsima,vel liquidiſsima, vel euidentiſsima,quàm quòd ſit plenaria. Et tamen licet tex.in d.c.licet cauſam,de probat.dicat, quòd per priuilegia & inſtrumenta fit manifeſtiſsima ſiue euidentiſsima probatio, poſſunt tamen reprobari,vt iam ſatis ſuprà diximus. Et etiam contra præſumptionem iuris ( quæ eſt liquidiſsima probatio,glo.in l.ſi tutor,C.de peric.tuto.cum aliis multis concor. adductis à me in repe.l.ſi vnquam,in verbo donatione largitus,nu.133.ad hæc ſi verũ,C.de reuo.dona.) tamen admittitur probatio in contrarium,l.ſiue poſsidetis,& ibi no.C.de probat.vnde illa ( inquit) glo.non eſt trahenda ad conſequẽtiam. Et rurſus idem Aret.col.ſeq.verſi.de eo autem quod ſuprà dixi,ad hanc ſententiam corroborandam adducit,quod licet Conſuli conceſſa ſit pleniſsima iuriſdictio,l.ſi in aliquam,ff.de offi.Proc.quæ nuncupatim eo verbo,pleniſsima,vtitur:tamen poteſt illius ſententia per appellationem reprobari,l.à Proconſulibus,C.de appel.

*De eadem re.*

20 ¶Sed & in hac ſententia ſolus non fuit Aret.ne quis vereatur vnius aduerſus multos ſententiam ſequi. Nam & eam ſequitur Philip.Deci.ſibi contrarius, ſed in lect.nec in vno tantùm loco,videlicet in c.cognoſcẽtes,in ij.lec.ad fi.extrà de conſti.& in d.c.propoſuiſti,col.ij.verſi. ſecundò videtur,de probat. Quibus locis & hæc addit,quòd cùm ſtatutum dicit,quòd iuramentum habetur pro plenaria probatione, id ſatis operatur quod integrat ( ita enim loquitur,verbo quidem Latino,ſed quod non habet eam ſignificationem, quam intelligit ) id eſt, integrum reddit iuramentum ad faciendam probationem,cùm aliàs non ſit plena probatio, cap.vlti.extrà quod met.cau.vnde non debet vlterius operari,vt excludat probationem legitimam in contrarium,arg.l.ſi quando,C.de inoffi.teſta.& c.cùm dilectus,de conſuetu. Quibus etiam adde,quòd ea gloſ.non aſſeueranter affirmat,quod ex ea omnes colligunt,ſed dubitanter loquitur,dum dicit,& hoc fortè vult litera infrà,ibi,fidem plenariam.

*Quid,ſi in ſtatuto dicatur, pro pleniſſima probatione.*

21 ¶Tertiò limita,vt procedant,niſi etiam dicat ſtatutum, quòd pleniſsima fides adhibeatur, ſiue quòd pleniſsimam faciat fidem:quia tunc etiam non poterit probari contrarium:vt voluit Anto.in d.cle.j.& ibi quoque Imol.col.iij.verſicu.not.bene ex glo.de probat.& Rom. in d.l.ſi duo,ff.de acquir.hæred.iterumq; in d.l.qui bona,§.qui damni,& ibi quoque Alexan. col.ij.ff.de dam.infec.vbi & Roma.hanc adiicit rationem,quòd cùm dicitur pleniſsima,idem eſt,acſi diceretur,omnimoda probatio,quæ excludit probationem contrariam:vt mox dicemus in ſeq.limitatione. Et idem voluit Socin.d.regula ccclxxx.in ij.fal.& Felin.in d.c.graue, col.vlti.extrà de offi.iud.& in d.c.paſtoralis,vbi ſuprà de excep. & in d.c.propoſuiſti,col.j.de proba.& Hippo.Marſi.in repet.rub.C.de probat.col.xxx.verſi.limita tamen prædicta,& ſing. ccclvij.extant ſtatuta.Et faciunt,quæ de pleniſsima munitione,& ſecuritate,& liberatione dicam infrà,eo.tit.§.xxxv.glo.iiij.num.38.quæ ſententia. Sed tu ſuper hac limitatione vide,quę dixi in præcedenti limitatione,cùm ex Fran.Are. loquutus ſum de pleniſsima iuriſdictione, & quæ etiam dicam in ſequenti limitatione.

*Quid, ſi pro omnimoda probatione.*

22 ¶Quartò igitur limita, niſi ſtatutum dicat,quòd omnimodo,ſiue omnino credatur iuramento,ſiue quòd iuramentũ omnimodam fidem ſiue probationem faciat, tunc enim nec contrarium probari poteſt: vt poſt Bald.in exceptionibus Iuris canonici voluit Ro.in d.l.ſi duo,ff.de acqui.hær.& in d.l.qui bona,§.qui damni,& ibi quoque Alex.col.ij.ff.de dam.infec. per glo.in cle.j.in verbo,omnimodam,de fo.compe. Et hoc quoque voluit Barb.in d.l.ſciendum,col.xiiij.ff.de verb.obli.per illam eandem glo.quam dicit ſing.& Soci.d.regul.ccclxxx.in vlti.fal.& Fel.in d.c.graue,col.vlt.de offi.iud.& in d.c.propoſuiſti,de prob.& in d.c.paſtoralis, de excep.& Hipp.Marſi.in d.l.j.§.ſi ſerui,col.j.ff.de quæſtio.& ante hos Alb. quem nullus eorum citat in ſecunda parte ſtatutorum,quæſt.xiij.item quæro ſi ſtatuto vel reformatione.





*De eodem.*

23 ¶In quam ſententiam facit tex.in l.antiquæ,in prin.verſicu.ſed & ſi quidem,ibi, omnimodo eſſe credendum,C.ad ſenatuſconſul.Velleia.& ibi gloſ.quæ expreſsè negat illic poſſe probari contrarium.& tex.in §.vlti.Inſtit.de tutel.vbi lex interpretatur, quòd quando vult omnimodo ſtari aſſertioni teſtatoris approbantis perſonam,illud verbum omnimodo exponitur, ſine cauſæ cognitione.& ſic patet,quòd iudex non poteſt inquirere, vtrùm ea aſſertio ſit vera,an falſa. Et quod habetur in l.quoties,in princ. iuncta gloſ.ff.de noxa.& in l.ſi cùm exceptione,§.ſed & ſi quis,ff.quod met.cau. vbi probatur hanc dictionem, omnimodo,idem ſignificare,quod præciſè:cùm aliis multis concor.à me collectis in d.repet.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,num.88.eſt enim & hæc dictio,C.de reuoc.donat.

*Omnimodo,dictio præciſa.*

*De eodem.*

24 ¶Et hæc quidem propè omnia allegat Franc.Aret.in d.l.ſi duo,de acqui.hæredi.vbi primum in col.eius l.ij.videtur dubitare,an hæc limitatio ſit vera,quoniam glo.in d.cle.j.de for.compet.qua maximè innituntur,qui hanc limitationem adſtruunt, non dicit, quòd hæc dictio, omnimodo,ſignificet aliquid præciſè,ita vt non poſsit probari contrarium, quando apponitur facultati probandi:ſed illud tantùm,quòd vbi cõceditur alicui omnimoda iuriſdictio, intelligitur concedi merum imperium, quod aliàs in ſimplici cõceſsione iuriſdictionis non compræhenderetur,per l.imperium,cum ibi notatis.ff.de iuriſ.om.iudi.& l.j.§.j.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdict.& ita (ait) bene probat d.gloſſ.quòd ea dictio,omnimodo,propter ſui vniuerſalitatem,vt ipſe loquitur,ſe plus extendit, quàm ſimplex conceſsio,ſed non eatenus tamen,vt probationem excludat. Et quia etiam ille tex.in d.l.antiquæ.poſt illa verba, omnimodo eſſe credendum,addit,quòd nullum auxilium competit mulieri,ac ſi diceret, nõ amplius eſſe diſceptãdum:quod fruſtra eſſet additum,ſi id priora verba ſignificaſſent. Tandem verò col.ſeq.verſic.& quia ſuprà diximus,videtur huic limitationi adhærere,per d.§.vlti.Inſtitu.de tutel.& per tex.& glo.in d.l.ſi cùm exceptione.

25 ¶Verùm Philip.Deci.in d.c.propoſuiſti,col.iij.verſi.tertiò fallit,de proba.intrepidè tenet contrarium:quia licet ſtatutum (inquit) loquens per verbum, omnimodo, videatur præciſè loqui,hoc tamen intelligitur,quantùm ad integrandum,id eſt,vt ipſe intelligit, integrum reddendum iuramentum,vt habeatur pro probatione integra:cùm aliâs non ſit legitima probatio,vt ſuprà diximus ex eodem in ſecunda limitatione,ad fin. Et in hoc ſatis ſtatutum operatur,etiam ſi probatio contraria non excludatur,vt & ibi diximus. Ideò Bald.in ſimili in l.vlti.C.de contrahen.empt.ſcribit,quòd licet contractus emptionis poſsit conferri in arbitriũ tertij,vt quod ab illo dictum fuerit,omnino ſeruetur, tamen ſi iniquè arbitretur,ab eo receditur,l.ſi libertus,ff.de oper.libert.nam verbum,omnino,cõgruam recipit determinationem. Et reſpondet Decius ad contraria:quia, vt ipſe dicit,non loquuntur in materia probationis, niſi d.l.antiquæ,in qua non admittitur probatio in contrarium,quia aliàs dictio illa, omnimodo,nihil operaretur,cùm loquatur in inſtrumento, quòd aliàs per ſe & ſine alio adminiculo plenè probat,l.cum precibus,C.de proba. Ideoq; vt ea dictio aliquid operetur,non admittitur probatio. Sed & tu vltra eum dicere potes,quòd ea lex vlterius procedit, declarando non admitti probationem:ideò nihil facit ad hanc partem,ſed potius contrariam, vt diximus ſuprà ex Franc.Aret.Et adde etiam,quæ diximus in duabus præcedentibus limitationibus:nihil enim video, quare omnimoda probatio plus habeat roboris, quàm plena, ſiue plenaria,aut etiam pleniſsima probatio,de quibus inibi diximus.

*Quid,ſi ſtatutum ſimpliciter dicat,ſufficere iuramentum.*

26 ¶Quintò limita,vt procedat,quando ſtatutum ſimpliciter diceret,ſufficere iuramentum ad probationem:tunc enim haud dubiè poſſet probari contrarium. Secus,ſi diſponeret,ſtandum eſſe iuramento. Tunc enim non audietur volens probare contrarium, etiam ſi ſtatutũ expreſsè non reiiciat probationem contrariam:ex ſententia Bal. ita nominatim intelligentis, in c.nonnulli,col.pen.extrà de reſcript.vbi ita dicit tenere Io.And.in c.ſtatutum, de reſcript. lib.6.Et idem rurſus voluit ipſe Bal.in l.iij.in fi.prin.ff.de iureiur.vbi ad hoc allegat tex.cum glo.in l.vlti.ff.de in litem iuran. Sed & idem voluit Alberi.in d.l.j.C.ſi aduer.liber.per l.j.ff.ſi men.fal.mod.dix.& Steph.Bertr.conſi.xxvij.ſi hìc eſſet quæſtio,verſi.ſed nos nõ ſumus,lib.1.

27 ¶Si hoc verum eſſet,palàm atque apertè deſtrueretur eorum doctrina, quos ſuprà in princi. huius glo.citauimus,quorum maior pars nuncupatim loquitur de ſtatutis diſponentibus,vt quorundã iuramento ſtetur,& inter cæteros Bal.ipſe ſibi,vt ſæpe aliàs, & propè ſemper contrarius,in d.l.j.& ibi quoque Sal.C.de reb.cred.& rurſus idem Bal.in d.l.ſi tutor,ad fin.C.de peri.tut.& Ang.in d.l.qui vas,in princ.ff.de fur.Hos enim ſatis fuit ex tanto aceruo nunc aduocaſſe. Et idem præterea reſpondit Steph.Bertr.& ipſe ſibi contrarius,conſi.vij.etiam ſi caueretur,in princi.lib.2. Et ideò hanc limitationem expreſsè carpit Iaſon in d.l.ij.§.ſi abſens, col.ij.verſi.ſecundò dicta concluſio,ff.ſi ex noxa cau.agat.Cui ego grauatim accedo.nam etſi leges vbique conclament,ſtandum eſſe inſtrumentis publicis & teſtibus,non propterea tollitur facultas probandi contrarium,vt iam ſæpius diximus.

*Quid,ſi is,cõtra quem iuratur,eſt contumax uel in do*

28 ¶Sextò limita,non procedere,ſi is,aduerſus quem iuratur,fuit contumax, vel in dolo,vt cùm iuratur aduerſus ſpoliatorem, ex d.l. ſi quando,C.vnde vi:quia tunc contra iuramentum probari non poteſt,vt voluit Imola, loquens per verbum, fortè, in d.l.qui bona,§. qui damni, & ibi quoque Romanus,ff.de damno infecto.& iterum ipſe Imol.in d.c.propoſuiſti,

*Io,leg.ſi quando,C.unde ui. an admittat probationem contrariam.*

& ibi etiam Franc.Aret.extrà de probat.per d.l.ſi quando,in fin.cùm dicitur,condemnare oportet.l.ſi per alium.§.in eum autem.ff.ne quis eum , qui in ius voca.eſt,& authen.hodie.C. de iudi.quæ nihil huc facit, ſed credo eum voluiſſe allegare auth.poſt iuſiurandum,eod.tit. Sed & idem voluit ipſe Imo.in c.vlti.col.vj.& iterum viij.& ſeq.& ibi quoque Panor.col.vlt. extrà de his quæ vi metúſve cau.fi.& Alex.in l.admonendi, col.pen.verſi.in ea ibi.l. ſi quando.ff.de iureiur.Ang.Aret.in tract.malefi.in verbo,necnon ad denuntiationem,nume.15.vbi. & ad hoc allegat l.j.C.de ſer.fugi.quæ nihil huc facit.

29 *De eadem re.* ¶Et idem videtur voluiſſe Inno.in c.cùm dilectus,col.j.in verbo, & aliis,ad fi.extrà de ordi. cog.& Bart.in d.l.admonendi,col.iij.verſi.ſecundò oppo.ff.de iureiu.cùm dicit,quòd ſententia lata ex iuramento præſtito ſecundum d.l.ſi quando, non retractatur ob inſtrumenta nouiter reperta,& ſequuntur Ang.& Alex.ibi,vterque col.vlti.& Iaſon in lect.col.xj.verſi. limita prædictam.& Bald.in l.videamus,§.deferre,in lect.antiqua, & ibi quoque ipſe Ang.ad fi.ff. de in litem iuran.& Anton.in d.c.vlti.etiam ad fin.extrà de his,quæ vi metúſve cau.fi.Quaſi ſcilicet non liceat quoquo modo impugnare aut reprobare huiuſcemodi iuramentum , & ſententiam vi illius latam.

30 *De eadem re.* ¶Verùm contra hanc limitationem,vt ſcilicet liceat probare contrariũ aduerſus id iuramentum præſtitum ex lege aduerſus contumacem,aut doloſum,expreſsim tenuit Alex.ſibi contrarius,in d.l.qui bona,§.qui damni,col.vlti.& iterum in d.§.deferre,col.vlti.& Barb.in tract. de præſtan.Card.in ij.q.ij.partis,col.ij.verſi.decimò facit,Feli.& Philip.Deci.in d.c.propoſuiſti,vterque col.ij.de probat. Et expreſsim etiam in caſu d.l.ſi quando,C.vnde vi, vt contrarium probari poſsit,tenuerunt Inno.Ioan.Andr.& Anton.in d.c.vlti.de his quæ vi metúſve cau.fi.& Ange.in d.l.qui vas,in prin.ff.de fur.Imo.ſibi item contrarius,in l.quod iuſsit,col.ij. ff.de re iudi.& in l.ait Prætor,§.j.ad fi.eod.tit.& Barb.in d.tract.de præſtan.Cardin. vbi ſuprà col.ij.verſ.decimò facit.& Augu.Ari.in addi.Ang.Are.vbi ſuprà.& Iaſ.qui hoc latiſsimè omnium diſputat, & tandem hanc opin.ſequitur in d.l.ſi quando,col.iiij.& v. vbi reſpondet rationibus aduerſariorum, præterquam d.l.ſi per alium,§.in eum autem,ff.ne quis eum qui in ius vocat.eſt,& d.auth.poſt iuſiurandum,C.de iudic.

31 *De eadem re.* ¶Tu autem ad d.§.in eum autem,potes dicere,illud ibi fuiſſe ſtatutum in pœnam, ob graue illius delictum,qui vi exemit , vt ibi expreſsim declaratur.. Et ibi præterea conſtat de mente legis,quæ vlterius procedit in diſponendo,vt inſpiciatur non quod in veritate eſt,ſed quanti res eſt ab actore æſtimata,etiam ſi is calumniatus ſit.Secus,ſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur:nam intentio eius videri nõ poſſet,alter ex falſo iuramento lucraretur. In dicta quoque authen.poſt iuſiurandum, lex etiam vlterius progreditur , declarando non amplius eſſe inquirendum de taxatione iurata. Vel ad eam poteris aliter reſpondere,ſecundum ipſum Auguſti.Ari.vbi ſuprà,erranter tamen poſt Ange.allegantem authen.ſed nouo iure,C.de ſeruis fugi.loco (ni fallor) dictæ authenti.poſt iuſiurandum.nam d.auth.ſed nouo iure, non magis quidem,quàm illa alia authen.hodie,quicquam ad hunc locum pertinet. Sed vide,num voluerit allegare authent.ſed nouo iure,in fin.C.de pœna iudi.qui mal.iudi. vbi ſi quis litigantium iurauerit ſe non dediſſe , vel promiſiſſe , in caſu de quo loquitur , poteſt tamen intra decem menſes poſt ſententiam probari contrarium. aut etiam authenti.hodie,C. de repu.in illis verbis,ſed qui iurauerit,ſi falsò iuraſſe conuincatur. Sed hæc iura facerent contra aliam ſententiam.

32 *De eadem re.* ¶Eius autem,quod ſuprà diximus ex Bar.& aliis de inſtrumentis nouiter repertis,in caſu d. l.ſi quando,contrarium nuncupatim & ex profeſſo tenuit Ro.in repe. d.l.admonendi.col.x. & ibi quoque Fran.Curt.ſenior,charta antepen.De quo & tu vide Alex.ibi,col.pen.& Iaſ.in repe.col.xviij.num.39.qui eſt in verſi.nota etiam prædicta,& iterum col.cx.nu.257.verſicu.in ea.glo.ibi,item datur.& Fran.Rip.nu.69. & ipſum Alex.in d.l.videamus,§.deferre,col.vlti.ff. de in lit.iuran.& eundem Iaſonem in d.l.ſi quando,col.vj.verſi.quid autem eſſet.

33 *Quid, ſi ſtatutum diſponat de iuramento Officialis.* ¶Septimò limita,vt procedat,cum ſtatutum diſponit , de iuramento partis, vt ſcilicet ei credatur:nam tunc contrarium poterit eius aduerſarius probare. Secus ſi diſponat de iuramento Officialis,cui ſtari idipſum iubet. Nam tunc amplius contrarinm probari non poterit. Ita enim expreſsim voluit Ange.in d.l.qui bona,§.qui damni,ff.de dam.infect. Sed communiter tenetur contrarium,nam maior pars eorum quos ſuprà in prin.huius glo.adduximus,expreſsim loquuntur in ſtatutis diſponentibus credi iuramẽto Officialis, & tamen admittunt probationem contrariam. Alij ſimpliciter loquuntur de iuramento, cui ex lege vel ſtatuto ſtari iubetur.nec diſtinguunt inter Officiales & alios.

34 *Quid ſi iuramentum præſtetur præſente & tacente aduerſario.* ¶Octavò limita , vt procedat niſi iuramentum præſtitum ſit præſente & tacente aduerſario,cuius intereſt:nam is poſteà non audietur,volens probare contrarium,vt notanter voluit Cald.in c.ſtatutum,§.cùm verò,& ibi etiam Domi.col.iiij.verſic. ſed an contra iuramentum,& Philip.Franc.col.vlti.de reſcriptis lib.6.& Feli.in d.c.propoſuiſti, col.ij.de probat. vbi id dicit eſſe not.& addit rationẽ , quia etiam in præiudicialibus taciturnitas in iudicio habet vim conſenſus,l.cùm oſtendimus, §.vlti.ff.de fideiuſſ. & cap.2. de accuſat.lib.6. Sed & idem quoque tenet D.Aufrer.in deci.Tholoſa.q.ccxxxvij.item quidam Bononienſis.

¶Sed



35 ¶Sed hoc quoque non admodum tutum eſt, quia regulariter tacens non videtur cõſentire in præiudiciũ ipſius,l.inuitus,ff.de procur.& d.l.qui vas,§.vetare,ff.de fur.cũ ſi.Pręſertim in iſto caſu,quo tacens non poteſt impedire illud iuramentũ à ſtatuto delatum,per notata pleniſsimè per Bar.& Recentiores in l.quæ dotis,ff.ſol.mat.& diximus ſuprà eod.tit.§.j.gl.ix.in verbo, *ou lignagier*:nu.147.ſextus idemq; poſtremus. Nec ab omnibus recipitur,quòd ſuprà diximus de taciturnitate iudiciali,vt alibi copioſè diximus.Tum quoque,quia facultas probandi contra iuramentũ ſeparata eſt ab ipſo iuramento:ideò licet tacens videatur cõſentire reſpectu iuramẽti,vt ſcilicet alter iuret,ſicuti à ſtatuto diſponitur, non proptereà neceſſariò infertur tolli facultatẽ probandi cõtrarium.Sicut etiã, cùm reus qui tacet dum actor probat ſuã intentionẽ teſtibus aut inſtrumẽtis,nõ ob id excluditur à cõtraria probatione,vt ſæpius ſuprà diximus. Quod autem Calderi.& alij in priori parte dicunt,Iure non probatur , vel etiam poteſt habere locum in caſu d.§.cùm verò, in quo non agitur de magno præiudicio, & in eo ſufficit iuramẽtum de Iure cõmuni. Secus videtur in ſtatuto,quod ſtrictè eſt interpretandum,cùm ſit contra Ius commune,& de magno præiudicio agatur. Ideoque Philip. Deci.iis propemodum rationibus motus,hanc partem ſequitur in d.c.propoſuiſti.

36 ¶{Nonò limita,vt admittatur probatio in contrarium, vbi eſt quæſtio magna cuiuſpiam rei,ſecus ſi modicæ Ita enim not.voluit Ro.in l.vlt quã legit cum l.in inſtrumentis,quæ eſt pen.ff.de in lit.iuran.per glo.in l.vlt.in verbo,facilè, & in l.videamus,§.item videndum.eod. tit.Idque dicit eſſe ſing.Et certè id rationabile videtur,vt pro modico non diſcedatur à lege vel ſtatuto,quod iubet ſtari iuramento partis.}

37 ¶Has autem limitationes,quæ reiiciunt probationem contrariam,etiam ſi veræ eſſent,& ſi quæ aliæ huiuſmodi ſint, intellige,vt non procedant , ſi contrarium probaretur per rei euidentiam,& aſpectum. Nam,vt ſcribit Azo in Summa,C.ad leg.Aquil.nulla vnquam virtus fuit excludere huiuſmodi probationem,prout eum multi allegant , quamuis idipſum non reperi in meo codice,ſed ita eum citat & ſequitur Bal.in l.contra negantem , in fi.C.eod.tit. & in rub.C.de proba.col.j.verſi.redeo igitur ad primum:vbi hinc dicit, quòd hæc probatio eſt omnium optima,& ſuperlatiua probationum:quia illi ſunt veriſsimi ſermones, qui cõcordant cum rebus ſenſatis,ex Ariſtotele,& Auerroe,& probatur , vt dicit in l.ſi irrupto, §. ad officium.ff.fini.regun. Et idem penè ex eiuſdem Azo.autoritate, dicit ipſe Bal.in l.j.C.ſi aduer.liber.& in l.pen.in fi.C.de peri.tuto.& Ioan.Plat.in l.j.paulò ante fin.C.de cano.fruct. vrb.Romæ,lib.xj.Cæpolla cautel.ſecundum poſtremam editionem, ciiij.multa ſunt.Barba. in c.euidentia,extrà de acuſa.vbi id admodum extollit,& in c.j.col.xlj.de offi.ordi.& conſi. vij.clementiſsimi,col.iiij.lib.1.Alex.in l.eum qui,§.vlt.colum.pen.ff.de iureiur.& conſi.cxvj. poſteaquàm in caſu magnifici,ad fi.lib.1.vbi ex hoc dicit,quòd nunquàm talis probatio intelligitur eſſe excluſa,& rurſum conſi.clxxxvj.viſis ſubtiliſsimis,col.iiij.verſ.& dicit Bal.lib. 2.& conſi.xxxv.viſo proceſſu,col.iiij.lib.3.& conſi.lxiij.ſtantibus his,col.pen.verſicu.accedit quòd vbicunque.eod.lib.4.quod conſi.iterum repetitur conſi.xxxix.lib.6.Franc.Cur.ſenior in repet.d.l.admonendi,tum alibi,tum col.lxxxix.verſi.imò volunt Doct.ff.de iureiur.Iaſo. in l.eum qui,§.in popularibus,col.iij.ff.eod.tit.& in l.j.col.vj.verſic.circa aliud, ff.de ope.no. nunti.& in d.l.videamus,col.vltim.iterumque in l.vltim.ff.de in lit.iuran.Caro.Ruin.conſi. cxxxviij.omiſsis,col.v.num.24.lib.5.Philip.Dec.in c.cum ſpeciali. §.porrò,in ij.notab. extrà de apel.Catel.Cot.memori.incip.damnum datum,Hipp.Marſil.in dicta l.j.§.ſi ſerui,col.ij.ff. de quæſt.& in repetit.rubr.de proba.colum.xxx.verſic.quod tamen puto.& Andr.Alciat.in tract.Præſumptionum,parte ij.nu.16. *Probatio per rei euidentiã, admittitur: etiã ſi probatio reiiciatur. Huiuſmodi probatio omnium optima.*

38 ¶Et hanc quoque ſententiam fulcit,quod à Bal.ſcriptum eſt,in l.ſi quis teſtibus,ad fin.& ibi quoque Sal.col.vlt.verſicu.quæro an poſt,C.de teſti.quòd quamuis quis poſtquam didicit teſtificata,non admittatur ad probationem : non tamen per hoc reiicitur ea probatio, quæ fieret per euidentiam facti. Id quod etiam dicit tenere Spec.tit.de proba.§.videndum,verſic. hoc quoque.& ſequitur Ro.in repe.l.ſi verò,§.de viro,in xxxj.fal.ff.ſol.mat.vbi tamen dicit, & quidem verè , Spec.vbi ſuprà , id non dixiſſe,& idem Roma.in repet.rubr.de arbi.col.ix. verſicu.item fallit,ſi per euidentiam.& Steph.Bertran.conſil.cccxxxvij.non puto , colum.ij. libr.j.& Matth.Afflict.dec.Neap.ccxvj.quotidie,nume.3.Confirmat quoque eam ſententiam, quod tradit idem Bal.in l.j.in fin.C.ſenten.reſcin.non poſſ.quòd per euidentiam facti poteſt reprobari ſententia ſine appellatione,per l.confeſsionibus,ff.de interro.act. Nam & ſentẽtia, quæ per euidentiam facti nulla eſt , nunquam tranſit in rem iudicatam , cap.fraternitatis, circa medium,& ibi Inno.& alij,extrà de frigid.& malefi.& ſequitur Alexand.d.conſil.lxiij. vbi ſuprà,libr.3.& Iaſo.conſi.xxj.venerabilis,col.ij.verſicu.ij.libr.1.cum ſimi.adductis ab ipſo Iaſo.in d.l.j.ff.de ope.no.nuntia. *De eadem re.*

39 ¶Vt iam nihil dubitandum ſit,quin huiuſmodi probatio,quæ fit per euidentiã & aſpectum rei,ſit omnium optima,vt ſuprà diximus ex Bal.& voluit etiam idem Bald.in l.Deo nobis, col.iij.verſic.ſed ponamus quòd dubitatur,C.de epiſc.& cler.per c.quod autem interrogaſti, 27.q.2.& ante eum quoque voluit Inno.in d.c.propoſuiſti,extrà de proba.per text.in c.nec aliqua,xxvij.q.1.quem nũcupatim refert & ſequitur Pau.Caſtr.conſi.clxxiiij.contra ſuperius *De eadem re.*



ro ſto

conſulta.col.ij.verſi.nec obſtat quòd decretũ,lib.1.& conſil.lxxxj.in cauſa quæ vertitur inter reuerendum,col.ij.verſic.tertiò inducit,lib.2.& Cæpolla conſilio cauſarum criminalium iij. in cauſa querelæ,col.j.Glo.autẽ in c.ad noſtram,le ij.in verbo,requirit,de iureiur.dicit nullã eſſe validiorem probationem,quàm per euidentiam facti,& voluit etiã Barb. qui alios citat, conſi.vij.clementiſsimi,col.iiij.verſic.item ille notarius,lib.1.

40 *De eadem re.*

¶Nec omiſerim (quod illam opin.non mediocriter adiuuat) id quod non obſcurè voluit gl.in l.j.§.hoc interdictũ pertinet,verſi.ſiue ſupremæ tabulæ,in verbo,imperfectam,ff.de tab. exhib.quòd ſi à ſtatuto reiectæ ſint omnes exceptiones,illæ tamen obiici poterunt, quæ ex inſpectione inſtrumenti,vel contractu,ſiue ſententiæ,aut alterius actus, à quo reiectæ ſunt, apparent. Et hoc apertiſsmè voluit Bal.in l.ex prædiis, C.de euict.& latè Ro.qui alia multa ſimilia allegat,conſi.xlij.viſis quæ egregiè,& aliquid prætereà per eundẽ,conſi.lj.attentis his, paulò ante fi.Et de hoc quoque pleniſsimè dicemus infrà tit. *de notaires*,tit.xxvij.§.j.

41 *Statutum reiiciës probationem,non eam tollit,quæ admittitur cõtra præſumptionẽ Iuris & de Iure.*

¶Intellige ſecundò vt reiiciatur in illis caſibus probatio cõtraria,niſi quis vellet probare contrariũ iis modis,quibus admittitur probatio contra præſumptionẽ Iuris,& de Iure: vt nũcupatim voluit Alex.in d.l.qui bona,§.qui damni,col.pe.ff.de dam.infect. & Aug.Ari. in addi.Ang.Arc.in tracta.malefi.in verbo,necnon ad denuntiationem,nume.17.Hos autem modos ſcies ex glo.& Doct.in auth.ſed iam neceſſe,C.de dona.ante nup.& iterũ in corpore auth.vnde ſumitur,& Ro.in l.ſi duo,ff.de acq.hære.Alex.in l.inter ſtipulãtem,§.j.ff.de verb. oblig.& conſi.xcj.in cauſa & lite,col.vlt.lib.vj.& Cano.in c.is qui,extrà de ſponſal.& omniũ copioſiſsimè Andr.Alciat in tract.Præſumptionum,parte ij.per totum.

*Cõſuetudines.*

42 *Aliæ conſuetudines.*

¶Poſtremo non omiſerim,ſimilem eſſe apud Senones conſuetudinem,c.liij.conſuetudinũ eius loci,& etiã Trecenſes,c.clxiiij.vt ſcilicet admittatur conſanguineus ad probãdum verum pretiũ contra iuramentũ emptoris atq; in iis locis ſubiungitur, qua pœna puniẽdus eſt emptor,qui ex probatione conſanguinei cõpertus eſt falſum iuraſſe.Sed & apud Burdig. admittitur ad id conſanguineus,non obſtãte iuramẽto emptoris,§.huius tit.xv.qui eſt xviij. omniũ eius gentis conſuetudinũ. Tu autẽ vide,quomodo apud cæteros puniũtur emptores,qui verũ ipſum pretium mentiti ſunt,videlicet apud Cenomanenſes,c.ccclxxxiij.& ſeq. Andegauenſes, cap.ccclxxiiij.& ſi quæ aliæ de hac re loquuntur. Ex conſuetudine autem Britonum poſt huiuſmodi iuramentum præſtitum petente conſanguineo, non admittitur ipſe conſanguineus ad probandum contrarium,vt ſcribitur hoc eod.tit.§.viij.

## ET CE PENDANT NE COVRRA PAS LE TEMPS. NEC INTERIM CVRRET EI TEMPVS. GLO. II.

1 *Conſanguineo non currit tẽpus,ſi probauerit emptorẽ non declaraſſe uerum pretiũ. Denuntiatio nõ ueri pretij, pro non facta habetur.*

INtellige ſi probet non eſſe verũ pretium, vt poſteà declaratur verbis ſeq. nam vt ſcribitur in l.ſi quis, ff.de vſur. Si quis ſolutioni moram fecit, iudicium autem accipere paratus fuit,non videtur feciſſe morã, vtiq; ſi iuſtè ad iudicium prouocauit. Cuius autoritate Ro.conſi.ccxliiij.pro euidentia,circa mediũ,dicit eum non eſſe in mora,qui ex iuſta cauſſa litigat,& alia quoque iura allegat.Sed & hac etiam ratione non currit tempus conſanguineo, quia declaratio non veri pretij ab emptore facta non plus habet virium,quàm ſi nullum omnino pretium declaratum fuerit,arg.l.eum qui, §.cùm igitur,ff.de in diem addict.& l.ſicut,§.non videbitur, in fi.quib.mod.pign.vel hypo. ſolui. Et ita in emphyteuta non verè denuntiante domino pretium,quod ſe dicit ab aliis reperire,vt ſcilicet perinde ſit,atque ſi non denuntiauerit,tenuerunt Ioan.Fab.Sal.& Iaſ.in l. vlt.per illum tex.ille quidem,col.vlt.iſte,col.iiij.verſi.quæro,emphyteuta volens vẽdere. hic col.vj.in vj.item nota.C.de iure emphy.Hoſtien.in c.potuit, colum.j.in verbo,offeratur,per illum text.& ibi quoque Ioan.Andr.etiam col.j.& in eodem verbo,Collect.colum.iiij.verſi. ſed quid ſi retulit,Imol.in 1.notab.Barba.colum.j.& alij extrà de locat.Spec. eod.titu.§.nunc aliqua, verſicu.xcij.& Stepha.Bertr.conſi.clv.ponitur in facto,ante fin.libr.2.Ludo. Gozad. conſi.xlvij.viſis inſtrumentis,col.ij.nume.7.

2 *De eadem re.*

¶Et vide quæ dicam infrà,§.xxxvj.eodemq; vlt.in gloſſ.ij.num.2.hîc autem multa. Et quod tradit Caro.Molendi.in conſuetudi.Pariſien.tit.j.§.xiij.gloſſ.viij.in fin.quòd ſi contrahentes maius pretium finxerũt,ideoq; dominus feudalis ea pretij magnitudine deterritus acceperit laudimia, ſi poſtea ei innoteſcat minus fuiſſe pretium,poteſt redire ad retractum rei,reſtitutis aut deductis laudimiis. Id quod etiam voluit Ferronus in cõmentariis conſuet. Burdig. titu.de feudis,§.viij.Sed & plus voluit Pet.Iac.tit.de act.in rem libel.general.ibi.effectus quia emphyteuta,quòd emptor rei emhyteuticæ domino mẽtiens verum pretium, vel vt minus laudimiorũ ſoluat,vel ne rem accipiat iure prælationis,cadit emphyteuſi. & ſequitur Guid. Pap.dec.Delph.clxxj.reperio,ad fin.

*Emphyteuta mentiens uerũ pretium,cadit emphyteuſi.*

## AVRA COVRS CONTRE LE RETRAYANT. CVRRET ID TEMPVS ADVERSVS RETRAHENTEM. GLO. III.

1 *Litis euentus oſtendit dolũ, & malã fidẽ.*

ALias eſſet liberum conſanguineo malignè negando verum pretium, ſtatuto noſtro, quod in id tempus præſtituit,illudere,& ſibi arte improba idem tempus trahere. Et id quidem ſcienter & doloſè, atque ſine iuſta cauſa feciſſe cenſendus eſt ex



eſt ex litis euentu,in qua ſuccubuit:vt nuncupatim voluit Io.And.vt à quibuſdam citatur, in c.j.de elect.lib.6.in Nouel.& Bal.& Sal.in l.properandũ,§.ſin autem alterutra,vterque poſt prin.per illum text.C.de iudici.idem Bal.in l.cõtra maiores,in fi.C.de inoffi.teſta.& Io.Fab. loquens in noſtra materia retractus,in §.qui autẽ,Inſtit.de excuſ.tut.per quædã ibi allegata, & quæ aduocauimus ſuprà §.j.glo.x.quæ eſt in verbo,*dedans l'an*, nu.42.quod tamen.

*De eadem re.*

2 ¶Quibus adde tex.in l.accuſaturus,ff.de adulte.& l.ſi pater,C.ne de ſtatu defunct.& l.quòd ſi nolit,§.ſi mancipiũ,ff.de ædil.edic.& glo.in l.j.in verbo,quòd ſi non docueris, & ibi Doct. C.de aduoca.diuerſ.iudi.& in l.Herennius, §.vlti.ff.de euicti.Et quod per ea iura poſtremò allegata tradit Bal.in authen.ei qui,poſt princ.ibi,quæro appellans,C.de tempo.appel.quòd ſi appellans ineptum libellum propoſuerit,ſuper quo fuerit diutius diſceptatum,& tandem pronuntiatum,eum eſſe ineptum, currit tempus fruſtratori.Subditque,idem eſſe in eo,qui miſit procuratorem non idoneum,& diu fuit diſputatum de mandato : quod tandem fuit pronuntiatum eſſe inualidum : nam ſimiliter currit tempus ſua culpa.& allegat c.Nicolao, extrà de prob.& l.ſi procuratorem,§.tutorem,ff.mãda. Et ſimile huic poſtremo dicto quippiam tradit Bar.in l.ij.§.non ſolùm,per illum tex.ff.ad ſenatuſconſul.Tertul.& in l.ſi finita, §.Iulianus,col.iij.verſi.ſed quid ſi prima.& ibi quoque Alex.col.x.verſ.item adde,ff.de dam. infect.& D.à Rota,deci.cij.fatalia,in fi.in nouis.& Pau.Ca.in l.diuus,ff.ad leg.Falcid.Et vide etiam text.in l.nemo rem ſuam vtiliter,§.j.ff.de verb.oblig.vbi in mora eſſe dicitur, qui ſine iuſta cauſa litigat.& quæ dicam infrà,§.xij.in glo.ij.nume.4.

*Quid ſi conſanguineus nõ probauit, tamen probabiliter dubitauit.*

3 ¶Si tamen conſanguineus probabiliter dubitabat de veritate pretij,ideoque in controuerſiã eius venit,poſſet videri,etiamſi ſuccubuit, tempus ei non cucurriſſe,per text.in d.l.ij.§.non ſolùm.& not.per Iac.Are.Pet.Dy.Cyn.Bald.Sal.Pau.Caſtren.& Iaſo.in d.l.contra maiores, C.de inoffi.teſta.Ange.in l.Paulus,§.j.col.ij.verſi.& vnum ſcias, ff.de vſur.Rapha.Co.conſi. xxxvj.proponitur,col.j.Roma,& Franc.Aret.in l.quandiu inſtitutus,ff.de acquir.hæreditate. Philip.Deci.in cap.ex ratione,col.vij.verſic.quod tamen verum,extrà de appel.cum his quæ ſcripſimus ſuprà.§.j.gloſſ.x.in verbo, *dedans l'an,* nume.42.quod tamen intelligunt.Tamen non auderem diſcedere à generalitate, vt ita loquar,huius conſuetudinis, quæ ſine delectu ac diſtinctione ſtatuit,tempus currere ei qui ſuccubuit, præſertim in ſtricta materia, cuiuſmodi retractum eſſe pronuntiauit noſtra conſuetudo infrà, §. xxxv. & vt multis placuit odioſa,vt diximus ſuprà in præfat.huius tit.nume.60.quamobrem ſunt multi,& ſequentib. Conſulo igitur, vt conſanguineus, niſi omnino certus ſit de probatione, haud veri pretij aduerſus inſtrumentum, ſoluat integrum pretium in inſtrumento comprehenſum, ne vt memorator,cadat retractu,cum proteſtatione repetendi id, quod reperietur ex exitu cauſæ eſſe vltra verum pretium,ſecundùm ea quæ dicam in ſimili,in §.ſeq.nu.2.Et ſic tutus erit,& tamen repetet,quod indebitè ſolutum comperietur.

*Morator. Moroſus.*

4 ¶Et quia vſi ſumus vocabulo illo moratoris, illud hîc obiter dicere volumus nos moratorem appellare,quem moroſum noſtrates vbique appellant,pro eo ſcilicet, qui moram cuipiam rei facit. Cùm tamen moroſus non id ſignificet, ſed difficilem, intractabilem, faſtidioſum. Plautus de amore loquens in Trinummo:Is mores hominum moros & moroſos efficit. Tullius libro de Senectute : At ſunt moroſi & anxij & difficiles ſenes. Et libro 1.de Oratore: Vſqueadeò moroſi ſumus,vt nobis non ſatisfaciat.& libro Epiſtolarium famil.7. ad Trebatium : Quàm ſint moroſi,qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt,&c. Et Horatius libro carminum primo,Ode ix.

*Donec virenti canities abeſt*
*Moroſa.*

*Moroſè.*

Et hinc moroſitas,apud Tullium in eod.lib.de Senectute. Et moroſè apud Vlpianum noſtrum in l.ſolet,§.non verò,ff.de offic.Procon.& Plinium libr.18.c.xiij. Ideoque & ea vox à moribus deducta eſſe videtur, & placet Donato in Hecyrã Terentij.Morator autem à morandi verbo,qui ſcilicet moratur,ſiue moram nectit, vel cunctatur. Liuius libro 2.ab Vrbe condita, Nouémque Tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum Conſules habent.Et libr.4.Belli Punici : Et ad viginti millia,aut moratorum,aut palantium per agros interfecta. In hac etenim ſignificatione verbum morandi ſæpiſsimè intelligitur,vt in l.ſi ſeruum,in princ.verſi.ſi autem alienus,ff.de verbo.obliga.vbi ſcribitur, Poſteaquàm moratus eſt ſolutionem,id eſt,vt rectè interpretatur Accurſius,diſtulit, & in l. ſi vſusfructus,ff.de vſufruct.lega.cùm dicitur,Moratúſque in ea danda, &c. & in l.ſi quis in hoc,in fin.ibi,imponere non morentur,C.de epiſ.& cleri. & in l.ij.ff.de vſu, & vſufruct.leg. qui text.loquitur de hæredibus,qui legata morantur.& in l.ſi ea, C.qui acuſa non poſ.quæ loquitur de ea,quæ accuſationem moratur. Et apud Teren.in Heauton. Egomet conuiuas moror,hoc eſt,vt interpretatur Donatus,in mora detineo. Hincque Moratoria præſcriptio, in l.ij.C.de precib.Imper.off.id eſt,dilatoria, vt rectè interpretatur Accur.& Moratoriæ ambages,in l.vltim.C.de compen.Et Moratoria cautio,in l.cùm poſſeſſor,§.vltim.ff.de cẽſibus. Et Moratoria cunctatio,in l.tutor qui repertorium, §.j.ff.de admi.tuto.Alciat.autem noſter vbique moratoris verbo hac noſtra ſignificatione vtitur.

*Morandi uerbum.*

*Moratoria præſcriptio. Moratoriæ ambages. Moratoria cautio. Moratoria cunctatio.*

## §. QUINTUS.

LE DEMANDEVR en matiere de retraict, à la requeſte du defendeur eſt tenu iurer & affermer, que la porſuyte, qu'il fait en matiere de retraict, eſt pour luy, & en ſon nom, à ſon proufit, & ſans fraude.

*AGENS ad retractum poſtulante reo iurare cogitur actionem, quam exercet, ſuo nomine & ad ſuum commodum & ſine fraude intendi.*

### GLOSSA I. ET VNICA.

*Cōſanguineus tenetur iurare, ſe retrahere ad ſuum commodum. Sed an teneatur de ea re cauere.*

1 ID quod hîc ſtatuitur, ex eo fit, quod etiam ſtatuitur inferius, eod.tit.§.xxvj. vbi omnino vide, quæ dicam, & vide etiam text. huic loco accommodatiſsimum, in l.peto, §.vlt.ff.de legat.2. vbi ſi teſtator prohibuerit, ne res hæredi relicta alienetur, ſed vt in familia maneat: ſi res alienata fuerit, admittetur proximus quiſque ad reuocandum, petendumq; rem ipſam alienatam: ſed ita tamen, ſi paratus ſit cauere, ſe eam rem in familiam relicturum: aliàs ei denegatur condictio. Non auſim tamen aſſerere, conſanguineum eſſe onerandum cautione, cùm conſuetudo tātùm affirmationem & iuramentum ipſius exigat, ſi poſtuletur, arg.l.vnic.§.ſin autem ad deficientis, C.de caduc.tol.& c. inter corporalia, extrà de tranſla. Præla.cum ſimi. nec ſuperfluis cautionibus ſit vtendum, l. hæc ſtipulatio, §.Diuus, ff.vt lega.no.caue. Pau.Caſt.conſi.ccvij. viſis omnibus, colum.j.in fi. libr.1. nec debeamus obligationes ex obligationibus facere, l.iiij.§.ait Prætor, ff.de re iudi.& l. dedi, in princ.& l.mulier, & ibi no.ff.de cond.ob cau.& quod not.Bar.in l.iij.§.nunc de effectu, ff.de libe.leg.& quæ ſcripſimus ſuprà §.j.gloſſ.xviij.in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*, nume.45. ego verò, & ſeq.

*Sed utrùm emptor proteſtari debeat, ſe repetiturum ſi cōtrarium cōpertum poſtea fuerit.*

2 ¶Verùm ego optimum atque tutiſsimum iudicarem, vt emptor proteſtetur ſaluum ſibi ius futurum eam rem condicendi reuocandiq́ue, ſi ex poſtfacto compertum fuerit conſanguineum in fraudem hoc retractu vſum fuiſſe, vt poſteà alteri cederet, iuxta l.ſi debitor, §.j.ff. quib.mod.pign.vel hyp.ſol.& l.at ſi quis, §.plerique, ff.de relig.& ſum.fune.& l.ſi tamen, §. cùm redhibitoria, ff.de Aedil.edic.gloſſ.in l.eleganter, in prin.in verbo, finita, in fi.& iterum in verbo, pro ſoluto, & ibi Bar.verſi.ad ſecundum, & Bal.qui id trahit ad ſimiles contractus, col.j.ff.de pig.act.& ſimilis gloſſ.in l.ſi quis aliam, ff.de ſolu.& in l.libera, C.de ſenten.& Bal. in cap.j.circa medium, titu.de benefi.fratr.& Alex.conſi.lxxix.circa primum, col.pen.verſicu. conſulo tamen, lib.1.& Doct.vbique.

*Vtrùm autem ei ſubueniatur ſi contrarium poſtea appareat.*

3 ¶Verùm & ſine huiuſmodi proteſtatione putarim, comperta fraude, eſſe conſanguineo ſubueniendum aduerſus calliditatem eius, qui talem fraudem commentus eſt, vt in ſimili dicitur in l.j.§.quæſitū.ff.de ſepar. Neque enim ſuus cuiuſque dolus aut fraus ſibi prodeſſe debet, l.ſed & ſi.§.planè, in fi.ff.ad exhib.& c.ij.extrà de dolo & contu.cum multis concord.à me adductis ſup.eod.§.j.in glo.ix.in verbo, *ou lignagier*, nume.67. denique. Nec alteri obeſſe debet, c.ſi cōpromiſſarius, §.j.de elect.lib.6. præſertim cùm fraus & dolus huius cōſanguinei dederit cauſam ceſsioni ei factæ ab emptore, vt qui callidè & fraudulenter nomen ſuū prætexuit, atque ita emptorē circūuênit. Ideò & ea ceſsio nulla eſt: & ſi valeat, tamen reſcindēda eſt, per no.in l.eleganter, in prin.ff.de dol.mal.cum ſi. Quid enim id aliud eſt, quàm de perſona ad perſonā ſtatuto fraudem facere. quod qui facit, nihil egiſſe videtur, l.ſi ſponſus, in prin.ff.de dona.inter vir.& vxo.& not.in l.contra, ff.de legib.cum ſimil.

*Quomodo ea fraus depræhenditur.*

4 ¶Ea autem fraus depræhenditur ex argumentis, coniecturis, & veriſimilitudinibus, & inter alias, ſi ſtatim poſt retractum alij extraneo cedat, per l.ſi ventri, §.vlt.ff.de priuileg.cred.& ca. officij.extrà de elect.& quod voluit Bar.in l.pòſt cōtractū, in quinta præſumptione fraudis, ff.de dona.& quæ diximus ſuprà hoc eod.tit.§.j.gl.vij.quæ eſt in verbo, *ou autres choſes censées pour immeubles*, nume.76. præſumitur item & ſeq.& iterum gloſſ.xiiij.in verbo, *ou equipollent à uente*, nu.37. ſed & ſi poſſeſsio. Et ſuper hoc priuatim nonnullæ conſuetudines Galliæ prouiderunt. Nam apud Turones, ſi conſanguineus qui retraxit, vendat rem alij intra annum retractus, poterit emptor, à quo res retracta eſt, eādem ad ſe reuocare reſtituto pretio, quod ipſe accepit ab illo conſanguineo, vt ſcribitur in conſuetudinibus eius loci, titu. *des retraictz*, cap.xv. quo in loco aliquid dicunt commentarij. Et ſimiliter apud Cenomanos, c.ccccviij.& etiam Andegauos, cap.cccxcviij.

*Cōſuetudines de ea re.*

*Vtrū emptor poterit probare cōtra iuramentū cōſanguinei.*

5 ¶VTRVM autem: ſi petente conſanguineo emptor iuramentum præſtiterit, retractū ſe pro ſe, & non alio, facere, & ſine fraude, ſecundum hunc §. debeat poſteà admitti conſanguineus ad probandum contrarium, latè tractat Chaſſe. hoc eod.tit. *des retraictz*, §.xij.in verbo, *ou par ferment des contrahens*, col.iij.verſi.item iuramentū.& ſeq. At is non omnino loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis, iubentis emptorem iurare, ſi poſtulet cōſanguineus, vti etiam facit §. ſuprà proximus: & tamē ibi poteſt probari contrariū: quod & nos ibi latiſsimè tractauimus.

Ex



*Cōſuetudines de ea re.*

Ex conſuetudine autem Aruerniæ, hoc eod.tit.c.xxxiiij. ſi conſanguineus ſemel iurauerit id de quo hîc quærimus, emptore id ipſum poſtulante, ipſe emptor non eſt amplius audiēdus volens probare contrarium. & idem propemodum ex conſuetudi.Burdigal. hoc quoque tit. §.xvij. vbi Ferro. id iuris eſſe dicit. Et id fortè verius eſt. Nā quod traditur in d.§. præcedēte, procedit in ſuo caſu, nec ad alios trahendum eſt. Tamen ex cōſuetudine Senonum, cap.50. admittitur ipſe conſanguineus ad probandum contrarium.

*Cōſuetudines.*

6 ¶SVNT autē qui ad hanc noſtrā conſuetudinē, quæ iubet conſanguineū iurare ſine fraude ſe ad retractū venire, afferūt l.de pupillo, §.qui opus, ff.de ope.no.nun.& l.qui bona, §.ſi quis, ff.de dam.infect. quibus cauetur, eum, qui nouum opus nuntiat, quique ſibi petit caueri de dāno infecto, debere iurare, non calūniæ cauſa id ſe facere. quod quantū noſtræ cōſuetudini conueniat, cæterorū ſit iudicium. Eſt autem apud Britones cōſuetudo, omnino huic noſtræ conſuetudini ſimilis, c.conſuetudinum antiquarum eius gentis lj. reformatarū autem huius tit. *de retraict lignagier*, §.xiij. Et apud Valeſios hoc eod.tit.§.viij. qui eſt omnium lxxxix.

*An emptor audiendus ſit, petens verbis quibuſdam conceptis in Diuum quempiam.*

7 ¶D, AVTEM Ferro. in d.§.xvij. huius tit.conſuet.Burdigal. hinc occaſione ſumpta tractat, ſi emptor ita peruicax ſit, vt non contentus vulgari & communi iureiurando, requirat ſolenne aliquod iuſiurādum præſtari à conſanguineo, quòd ei fortè perſuaſum eſt cōceptum in verba cuiuſpiam Diui iuſiurandum eſſe efficaciſsimum ad punienda periuria, an ei mos ſit gerendus. Eum ibi vide afferentem ex optimis ſcriptoribus exempla, quibus docemur, non vanum eſſe, periuriorum certis quibuſdam locis perpetratorum præſentem patentemq́ue vindictam eſſe.

## §. SEXTUS.

SI aucun vend aucune rente generalement ſur touts ſes biens, ou qu'il oblige touts ſes biens à la payer, le ſeigneur du fief n'y a ventes ne honneurs, [a] & ne peult auoir ladicte rēte par puiſſance de fief: ſupposé ores que touts les biens du vendeur fuſſent tenuz en fief dudict ſeigneur. Mais le lignagier ſera bien receu au retraict.

*SI quis reditum aliquem generalem ſuper omnia bona ſua vendiderit, aut cui ſoluendo omnia bona obligauerit, dominus feudi laudimia [a] (quæ vocant) eo nomine non conſequitur, nec eum reditum iure feudi ſibi poteſt vendicare: etiam ſi ea omnia bona iure feudi illi ſubiecta eſſent.*

### N'Y A VENTES NE HONNEVRS. LAVDIMIA EO NOMINE NON CONSEQVITVR. GLO. I.

*Laudimia an debeantur ex uēditione annui reditus generalis.*

*Quid ſi poſtea fundus detur in ſolutū huius reditus.*

1 ID INTELLIGE ſecundum aliam conſuetudinem, ſuprà tit.huius vol.conſuetudinum ij.§.vj. qui omnium eſt eiuſdem vol.xix. niſi venditor poſt vēditionem huius annui reditus, ſiue vectigalis, fundū quēpiam dederit in ſolutū, vt maneat eo vectigali annuo liberatus: vulgò dicimus *aller aſſiete*. Nā tunc domino ius eſt accipiendi laudimia, vel rem ipſam reſtituto pretio, ac ſi ab initio fundus ipſe fuiſſet venditus, quia vt expreſsim dicit Pau.Caſtr.conſi.clxv. viſis & ponderatis, col.ij.verſic. ſecundò videtur, libr.2. finguntur hoc caſu bona in ſolutum data iam ab initio venditionis, & vt ipſe loquitur, per prius vendita. Ideoq́ue & hac etiam ratione admittetur conſanguineus ad retractum ipſius rei ita datæ in ſolutum huius vectigalis generalis, vt etiā nuncupatim cauetur, eod.§.vj.tit.ij. De quo tamen vide, quæ ſcripſi ſuprà, §.j.in glo.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*, nume.117. nec tamen illud, & ſequent.

*Laudimia an debeantur ex uēditione uectigaliū prædiariorum.*

*Solarium.*

*Locus Iuriſcō ſulti recenter emendatus.*

2 ¶SED quia hîc dicitur, quòd ex venditione huiuſmodi vectigalium generalium non detur laudimia, dubium relinquitur, an etiam non debeantur ex venditione horū vectigalium prædiariorū, ſiue fundiariorum, aut etiam fundalium, ſi ita nobis loqui permittimus, vt id dicamus à fundo, ſicut Plautus in Sticho dicit fontalis à fonte, id eſt, vt omnes intelligant, *rentes foncieres*, emphyteuticas poſſumus dicere, vel liuellarias, vt & noſtri loquuntur. Solarium ſimpliciter appellat Vlpianus in l.j.§.ſi quis nemine, ff.ne quid in loc.publ. vbi ita ſcribitur: Aut ſi non obſtat, ſolarium ei imponere. Vectigal enim hoc ſic appellatur ſolarium, quòd pro ſolo pendatur. Hæc ibi. Et auſim conſtanter aſſeuerare (vt hoc in tranſcurſu dicam) ſolarium eſſe legendum in l.etiam, ff.qui pot.in pig.hab.& non ſalariū, vt vulgò ſcribitur: neque enim, ſalariū, temere reperias pro penſione aut vectigali. Sic ergo intrepidè legito illam l.etiam, Superficies in alieno ſolo poſita, pignori dari poteſt, ita tamen, vt potior cauſa domini ſit ſoli, ſi non ſoluatur ei ſolarium.

*Iterum de laudimiis uectigaliū prædiorū.*

3 ¶Sed vt tandem redeamus ad propoſitum, videtur in hac ſpecie laudimia non deberi. Nam conſuetudo id ius laudimiorum tribuens, nuncupatim loquitur de vēditione fundi, & qui eſt in

eſt in feudo ipſius domini,vt patet ex §.j.ſuprà titu.omnium huius vol.conſuetudinum ij. qui quidem §.eſt omnium etiam huius vol.xiiij.in illis verbis, *le ſeigneur foncier, & plus pres du fons*,&c, *& en fief duquel eſt ladicte choſe*,&c.& aliis multis ſeq.§.huiuſmodi autẽ vectigal,ſiue penſio,fundus non eſt,nec aliud quidpiam corporale,ſed res prorſus incorporalis, vt ſunt cætera talia iura, de quibus ſatis diximus ſuprà, §.huius tit.j.in verbo, *rentes*. Nec in loco conſiſtunt,l.Caius Seius,ff.de leg.ij.& l.vxorem, §.legauerat,ff.de leg.3.& l.quæſitum eſt, §. Papinianus,& l.cùm de lanionis,§.vlt.ff.de fund.inſtruct.& diximus in repe.l.ſi vnquam, in verbo,bona,nu.13.quod autem, ſi quis donat.C.de reuoc.dona.& ſuprà in eod.§.j.gloſſ.vij. in verbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*, nu.11.nec deſunt ſuæ.

4 ¶Et id quidem in caſu noſtro,ne autoritate hac in re careamus,apertè voluit Pet.Ia.in Gallicanis moribus,præter magnam iuris peritiam,inſtructiſsimus, in titu. de act.in rem pro re emphy.col.pen.verſi.item ſi poſteà,vbi dicit,quòd in ciuitate Podienſi,& aliis vicinis,ſi huiuſmodi annui reditus,de quibus loquimur, venduntur,eſt locus laudimiis,vel retentioni eorum,reſtituto pretio venditionis à domino. Quod dicit eſſe cõtra Ius ciuile, nec tamen aliquid allegat.Et col.ſeq.verſi.& eſt notandũ,dicit quòd talis reditus,ſiue penſio annua, eſt res incorporalis:ideò nõ poteſt eſſe emphyteuticaria:quia emphyteuſis in rebus ſoli tãtùm conſiſtit,vt colligitur ex l.j.ff.ſi ager vectil.& §.ideò,inſt.de loca.

*De eadem re.*

5 ¶Nos verò diuerſo iure in noſtra hac Pictauia vtimur,vt ſcilicet ex vẽditione horũ redituũ, ſiue penſionũ fundaliũ,ſoluãtur laudimia domino feudi, in quo ſita ſunt loca huic reditui obnoxia.Idq; iure,ni fallor,optimo.Nam cùm noſtra conſuetudo hîc, & alibi videlicet tit. huius vol.cõſuet.2.§.vj.qui eſt xix.totius voluminis,neget deberi laudimia,ex reditibus ſiue pẽſionibus generalibus,etiãſi omnia bona ſint illis obligata:quid toties in illis nẽgãdo,aliud quàm fatetur deberi ex aliis,ſcilicet fundalibus? l.cùm Prætor,ff.de iud.& l.ex eo, ff.de teſti. & c.qualis,25.diſt. Id enim inſtar eſt argumẽnti à cõtrario ſenſu,quod fortiſsimum eſt,l.j.in princ.verſic.huius rei,ff.de eo cui manda.eſt iuriſdictio:proceditq; etiam in ſtatutis, vt mihi conſtantiſsimè tenetur,& fortiſsimè probatur à ſcriptoribus recentioribus.

*De eadem re.*

6 ¶Nam & hic reditus,fundo,qui pro eo conceſſus eſt,prorſus inhæret,habetq; perpetuum ac ſtabile fundamentum,vt in ſimili dicit Bald.in c.j.col ij.in verbo,annua,titu.de contro.inter vaſ.& epi.& diximus ſuprà hoc eo.tit.§.j.gl.vij.in verbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles*, nume.33.item iura decimarum. Et de ſeruitutibus loquens Alex.conſi.ccxj.põderatis verbis ſtatuti,colum.ij.verſi.prætereà negari non poteſt,lib.6.& Phil.Franc.in c.ij.in prin. colum.ij. de reb.eccle.non alie.lib.6.Ex quo ſequitur,vt qualequale ſit,pro ipſo ſolo habẽdum ſit:nec minus pro eo competat interdictum Vnde vi,quàm pro ſolo ipſo:vt in ſimili item dicitur in l.j.§.planè ſi quis,ff.vnde vi.Et id in ſpecie huiuſmodi redituum, vt ſcilicet pro eis competat poſſeſſorium,atque pro rebus illis obnoxiis,voluit Bald.in repe.l.ij.col.vij.verſi.ſciendum eſt autem.C.de ſerui.& aqua,cum aliis concord.à me traditis infrà eod.tit.§.xxxij.glo. vnic.nu.79.ſed id ſatis,& ſeq.atque etiam præcedenti : vbi & aliter docebimus, hos reditus ſequi omnino naturam rei,ratione cuius debentur.

*De eadem re.*

7 ¶Nam & ij ſunt veluti pars ipſius fundi,& eum ſequuntur,in cuiuſcũq; manũ veniat,ita vt fundus ipſe,non perſona,cõueniatur.Ideoq; & poſſeſſores ipſius,reliquias eius reditus, etiã præteriti temporis,quo non poſſederũt,ſoluere coguntur l.Imperatores,ff.de publi.& vecti. & l.ij.& iij.C.ſine cen. Et licet multi dicant,illud ſpeciale eſſe in fiſco,& ſecus eſſe in aliis,vt per Spe.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſ.nonò,& verſ.duodecimò,& Alb.in l.pro hæreditariis, C.de hær.acqui.& Maſuer.tit.de loc.§.item dominus,& ſeq.Tamen apud nos & indifferenter,& ſine delectu obſeruatur.Tu autem hîc vide Hoſti.Io.And.& Pan.in c.paſtoralis, extrà de deci.& eoſdem Io.And.& Panor.atque etiam Pet.Anch.in c.cùm homines,eod.tit.Arch. in c.ſi quis laicus,xv.q.j.Fed.Senen.cõſi.lxxxj.laicus,Alb.in l.vlt.col.ij.verſ.quærit dominus, C.de iure emphy.Pet.Anch.in c.ſtatuto,col.vlt.verſi.ſed nunquid idẽ,de deci.lib.6.& conſi. ccclxxxvj.in lite,col.j.verſi.item etiam ad penſiones, & col.ij.verſic.non obſtat.l.Imperator. {Rom.in d.l.Imperatores,ff.de publi.& vectig.} & Io.Plat.poſt Bar.in l.vlt.C.de fide inſtru. & iure haſt.fiſc.lib.10.& in l.j.in ij.no.C.de anno.& tribu.co.lib.10.& in l.quiſquis, quæ eſt 3. in j.notab.verſi.ad præterita,C.de agri.& cenſi.lib.11.

*De eadem re.*

*Poſſeſſores an teneantur ſoluere reliquias præteriti temporis.*

8 ¶Et quia etiam ob hãc annuã penſitationem,cui fundus obnoxius eſt, ipſe fundus poſthac non tanti venditur,quanti,ſi liber eſſet,venderetur,vt par eſt,& probatur in ſimili,in l.fundi partem,iuncta glo.in verbo, vendidiſti.ff.de contra.empt.& in l.ſi venditor, §.vlt.in fi.ff.de ſer.expor. Ideò cùm ex hoc huiuſmodi incommodum fiat domino,vt non tanta laudimia ex eius venditione conſequantur,æquum eſt,vt huius incommodi ſarciendi cauſa ipſe dominus laudimia conſequatur ex vẽditione huius penſionis,ex qua illud incõmodum procedit,l.ſecundùm naturam,ff.de reg.iur.& c.qui ſentit onus,eod.tit.libr.6.cum concor.vtrobique adductis.Alioquin autẽ eſſet in facultate ſubditi,ius domini inſcij,atque etiã inuiti,& reluctantis,minuere rem ſui feudi in emphyteuſim,aut liuellum concedendo,& ſic rem deteriorẽ faciendo,vt cùm venderetur, minutum eſſet ius laudimiorum, contra regulam l.id quod noſtrum.ff.de regu.iur.cui quidem regulæ,tanquam firmamento, inhærere debemus, vt pulchrè

*Cõmoda eum ſequi debent, quem incõmoda ſequuntur.*



vt pulchrè dicit Bald.conſi.cccxxvij.pridie,col.vlt.lib.1.& alibi diximus.Id autem ceſſat,ſi ex venditione horum redituum,qui id ius minuunt,quantum ad venditionem fundi, ſoluantur laudimia:quia quod vni deeſt,ſuppletur repleturq; per alterum.

9 ¶Nec obſtat,quod primo loco dictum eſt huiuſmodi reditus,ſiue penſitationes, non eſſe in loco aut fundo,& ita nec in feudo, cùm apud nos feudum reſpectu ſoli dicatur : quia imò cenſetur eſſe & in loco & in feudo, cùm ipſi loco & feudo cohæreant, vt ſuprà diximus,& probauimus verſi.ab hinc,iij.Eæ autem leges,quas ſuprà in contrarium adduximus,ad probandum iura incorporalia non conſiſtere in loco,& ſi quæ aliæ ſunt ſimiles,non loquuntur de huiuſmodi iuribus realibus & ſolo cohærentibus,ſed de actionibus, nominibus, & aliis iuribus merè perſonalibus,& quæ perſonas ipſas,veluti vmbræ,ſequuntur,non rem, aut ſolum. Ex quo nonnulli in ea ſententia ſunt,vt quemadmodum in rebus corporalibus requiritur traditio ad dominij tranſlationem,ita & rerum incorporalium, corporalibus inhærentium:licet ſecus ſit in merè incorporalibus. Ita enim voluit Bal.in l.traditionibus,paulò ante fin.C.de pac.& in l.j.etiam ad fin.C.commu.vtriuſque iudi.& Alex.qui alios citat, conſil. clxxxiiij.in cauſa & lite,col.ij.verſi.vltra prædicta,lib.6.

*Traditio rerũ incorporalium corporalibus inhærentium.*

10 ¶Nec hîc quoque moror,quòd Petr.Iaco.vbi ſuprà,tradit ius emphyteuticarium non poſſe conſiſtere, niſi in rebus ſoli,non etiam in rebus incorporalibus, quandoquidem iura ab eo allegata id neceſſariò non probant. Et ex omnium opin. feudum conſiſtere poteſt in his reditibus annuis,vt voluerunt Bal.& Card.Alex.in procemio feudorum, vterque col.vj.& diximus ſuprà in §.j.huius tit.in verbo,*rentes*,num.6.& ex hoc præter ea. Ratione autem feudi in Gallia debentur laudimia,vt ex hoc intelligas, nihil ad hunc caſum pertinere illam Petr. Iacob.rationem,quia ex emphyteuſi non concluditur ad feudum, nec e diuerſo.Bart.in l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,ff.de ope.liber.Bal.in c.1.col.v.verſicu.ſed caue tibi, tit.an agna.vel fili. Imol.in c.ex parte,col.xv.extrà de feud.Alex.conſil.xxx.quoniam omne datum,col.vj.verſi. non obſtat le ij.lib.1.quod duplicatum eſt conſi.ij.lib.5.& idem Alex.conſil.xliiij.viſo themate,col.ij.verſi.pro hoc bene facit,eod.lib.2.cum ſimil.

*Argu. ab emphyteuſi ad feudum, & è diuerſo.*

11 ¶Porrò ſtatutum eſt Parmæ,vt ex venditione annuorum fictuum, vt vocant,qui debentur ſuper fundo vel domo,debeant ſolui domino duo ſolidi, tam à venditore quàm emptore: vt refert Albe.in j.parte ſtatutorum,quæſt.cx.ſtatuto Parmæ cauetur, vbi tractat,an ex diuiſione huiuſmodi fictuum,etiam ea laudimia ſolui debeant. Eſt & apud Bituriges conſuetudo expreſſa,vt ſolui debeãt laudimia ex venditione horum redituum, de quibus loquimur, tit.de conſuet.feud.& cenſua.§.iiij. vbi D.Boër. id putat eſſe iuris feudorum & iterum §.xix. eiuſdem tit. Sic & apud Pariſienſes, ex venditionibus annuorum redituũ ſuper re immobili conſtitutorum debentur laudimia,cap.conſuetudinum eius loci 57.& tribus ſeq. Et idem apud Meldenſes,ſi modò is reditus eſt perpetuus,& non luibilis,cap.95.& cap.98.& Meldunenſes,c.127.& Senonenſes,c.203.& 229. quod nuncupatim loquitur de his penſitationibus fundalibus.Turonenſes,cap.38.& ſeq. Caluimontenſes in Baſsigniaco,cap.24.Victriacenſes, cap.121.Aurelianenſes,cap.110. quod & loquitur de venditione redituum conſtitutorum ſuper re immobili, & cap.112. quod loquitur de venditione redituum conſtitutorum ſuper re immobili.Cenomanenſes,c.310.Andegauenſes,c.162.& cap.295.Bleſenſes,c.126.vbi fit mentio expreſſa de vectigali ſiue penſione fundali.Dunenſes,c.42.Engoliſmẽſes,c.16. & duobus ſeq. vbi eadem prope eſt conſuetudo,quæ hîc apud nos eſt. Et Montargienſes, cæteroſq; Lorrienſes,titu.*de droictz & cens cenſuelz*, §.xxxiiij. qui nuncupatim loquitur de annuis reditibus funciariis (vt vocamus) aut conſtitutis ſuper fundis.

*Conſuetudines.*

## §. SEPTIMVS.

ET N'EST pas de neceſsité, que l'offre de retraict, & declaration de lignage, ſoit faict en la preſence du ſergent. Et ſuffit [a] de prouuer l'offre faict à partie, & le lignage par teſmoing [b] en la cauſe. Et n'eſt meſtier de conſigner [c] ce dequoy l'on faict offre de retraict par proximité de lignage. Mais ſuffit faire offre d'vne piece d'or ou d'argent,offrant de parfaire comme dict eſt.

*NEQVE verò neceſſe eſt oblationem retractus & declarationem proximitatis præſente apparitore fieri. Sufficitq́; [a] eam oblationem & proximitatem teſtibus [b] in ipſa lite probare. Neque opus eſt conſignare [c] oblatam pecuniam. Sed ſatis eſt offerre nummum aureum vel argenteum,reliquumq́; polliceri, vti dictum eſt.*

## ET SVFFIT, SVFFICITQVE. GLO. I.

1 *Sufficit.*

VBI in aliqua diſpoſitione apponitur id verbum, ſufficit, nihil aliud, quàm quod exprimitur in ea, requiritur ad validitatem & perfectionem actus, nec alio adminiculo indiget. Ea vis eſt huius verbi, glo. in c. ſtatutum, in princip. in verbo, canonicis, de reſcript. lib. 6. quam ſequitur Domin. ibi, col. ij. in fin. & ibi quoque Philip. Franc. qui eam dicit ſingu. col. j. ex hocq; dicunt, quòd id verbum non requirit alias qualitates adeſſe, quàm expreſſas, quod dicunt notandum pro ſtatutis. Sed & eam glo. ſequitur Pano. in c. 1. col. j. & ibi etiam Barb. extrà de poſtu. præla. vbi illam admodum extollunt, & rurſus vterque in c. vlt. de ſucceſ. ab inte. & ipſe Pan. & Card. Alex. in c. cùm locum, vterque in iij. no. extrà de ſpon. vbi eam gl. dicunt not. & idem quoque Pan. in c. cùm apud, in ij. no. & ibi etiam ipſe Card. Alex. col. j. eod. tit. & in c. tuæ fraternitati, poſt medium, & ibi idem Card. col. vij. verſ. ix. eo quoque tit. rurſumq; vterque in c. vlt. de ſpon. duo. ipſe Pan. in c. quoniam contra falſam, col. xix. verſi. no. bene hoc dictum. & ibi quoque Barb. col. vj. extrà de proba. & idem Pan. in c. 2. col. xij. nu. 33. de ord. cog. & in c. 1. col. ij. verſi. no. in §. cæterùm, de excep. Ro. in l. cùm mulier, col. x. verſi. prætereà pondera, ff. ſol. matr. Barb. in l. ſed ſi ex ſtipulatu, col. xix. verſi. ego pondero, ff. de verb. obli. vbi illam glo. dicit ſingu. & conſi. vj. ſcriptum eſt, col. xij. verſi. & ſi quiſpiam opponat, lib. 3. & conſi. viij. ſapienter, col. iiij. verſi. item etiam ipſe, lib. 2. & conſi. xxxiiij. præclarè, col. xviij. verſi. & ſi quiſpiam quærat, eo. lib. 2. Feli. in c. verùm col. ij. de fo. compe. & in c. 1. in vij. no. de ſponſ. Phil. Deci. conſil. xxxvij. in cauſa rigoroſæ accuſationis. col. j. Quamuis videatur eſſe cõtraria alia gl. in c. conſuluiſti, extrà de celeb. miſ. Sed Panor. in d. c. quoniam, de proba. dicit illam priorem procedere, niſi aliter à iure caueatur, aut materia ſubiecta aliud ſuadeat, per d. c. conſuluiſti, iuncto c. ſufficit, de conſe. diſt. j. Et ita etiam dicit Anto. Corſet. in repe. rub. de iureiur. col. v. & in ſuis ſing. in verbo, ſufficit.

## PAR TESMOINGS, TESTIBVS, GLO. II.

1 *Citatio retractus poteſt probari teſtibus.*

EX iis verbis, atque etiam ex §. ſeq. ibi, *mais l'on fait communement,* ſatis apertè innuitur citationem quoque, quæ fit in materia retractus, poſſe probari teſtibus, ſine alia renuntiaione nuntij. quod & generaliter de citatione voluit Inno. vt à multis citatur, in c. quoniam contra falſam, in fin. extrà de probat. At id non expreſſè dicit, ſed generaliter acta iudicialia poſſe probari teſtibus. Sed de citatione priuatim voluit Bald. in l. conſentaneum, col. vlti. verſicu. quid ſi nuntius, C. quomo. & quan. iudex. & Anton. in c. cùm dilecti, extrà de dol. & contu. & Barb. qui alia quædam ſimilia colligit, conſi. lxxj. illud afferam, col. vlti. lib. 4.

## N'EST MESTIER DE CONSIGNER, NEC OPVS EST CONSIGNARE, GLO. III.

1 *Vtrum conſanguineus teneatur conſignare & deponere pretium.*

TAMEN de iure communi, emptore recuſante pretium accipere, deberet conſanguineus illud cõſignare & deponere, vt expreſsè & in hoc caſu voluerunt Hoſt. & Io. And. in c. conſtitutus. & ibi quoque Pet. Anch. in xiiij. not. de in integ. reſtit. per l. acceptam, C. de vſur. vbi & hoc nuncupatim tenuit Ioan. Fab. in id etiam allegans l. ij. in fi. C. de iure emphy. & idem Fab. in §. ex non ſcripto, col. iij. verſi. circa quartũ, Inſtit. de iure nat. gent. & ciui. Steph. Bertr. conſi. xcviij. voluiſſem, col. ij. lib. 2. & Chaſſe. in commenta. conſuetud. Burgundiæ hoc eo. tit. §. j. in verbo, *en rendant,* in prin. Quanquàm nominatim contrarium reſpondit ex facto interrogatus idem Chaſſen. nullum horum memorans, conſi. xlj. quia caſus ſuper quo: vbi quiſque videre poterit rationes, quibus ad id dicendum mouetur. Nec tamen ſolus fuit Chaſſe. in ea opin. idem enim tenuit Geral. Bagoil. quem nec is quidem citat, in ſua diſputatione retractus, per l. qui decem, ff. de ſolu. & l. quidam, ff. ſi cert. pet. & reſpõdet ad d. l. acceptam, quòd ea loquitur, quantùm ad impediendum curſum vſurarum. Et eum ſequutus fuiſſe videtur Boër. titu. *de la retenue des choſes vendues en fief,* §. vlti. in conſuet. Bituri. & in deciſ. cxxiiij. teſtator, nu. 24. & multis ſequen.

2 *Conſuetudines in eam rem.*

2 ¶Suntq; in multis locis Galliæ expreſſæ conſuetudines, vt hoc caſu fiat conſignatio: aliàs vel conſanguineus cadat retractu, vel fructus nõ lucretur. Primùm enim eſt Caluimontenſium in Baſsigniaco, cap. 112. Monſtrolienſium maritimorum, cap. 72. Aruernienſium, tit. *de retraict,* cap. 7. & c. 38. Bleſenſium, c. 196. Biturigum, tit. *de retraict lignagier,* cap. 4. Secundò, eſt Meldenſium, cap. 85. Ambianenſium, cap. 47. Arteſienſium, c. 87. Niuernenſium, huius tit. lviij. & Comitatus Sancti Pauli, cap. 40. & Altæ Marchiæ, c. 254. & ſeq. & Marchiæ, cap. 261. & ſeq. In aliis autem locis debet pretium conſignari, niſi malit conſanguineus in qualibet cauſæ expeditione idipſum re ipſa offerre, vt apud Senonenſes, cap. 31. Trecenſes, cap. 151. Victriacenſes, c. 126. In aliis autem locis non requiritur conſignatio, ſed tantùm oblatio, aut in omnibus cauſæ expeditionibus, aut in aliquibus: vt apud Pariſienſes, c. 177. Melodunenſes, c. 23. Carnutenſes, c. 172. Borbonienſes, c. 428. Dunenſes, c. 82. Quid autem apud Laudunenſes, & cæteros Veromandenſes, videbis in cõſuetudinibus eius gentis, tertiæ partis tit. viij. §. ix. qui eſt totius illius partis



partis lxxxiij. & duobus ſeq. At Ioannes Gallus in Areſtis Pariſienſibus ſub quæſt. clix. verſi. cuius caput eſt, quando retrahentibus, dicit, diuerſa ſuper hoc areſta lata fuiſſe. Paduæ autem ex ſtatuto debet deponi pretium, teſte Cæpolla, conſi. xliij. clariſsime, & iterum conſi. ſeq.

*Conſignatio, & depoſitio, an, & quando requiratur.*

3 ¶Si autem ſcire vis, an & quando aliàs de iure communi, & ad quid requiratur conſignatio & depoſitio, vltra oblationem, vide gl. in l. ij. in verbo, legem, & ibi Cy. & Alb. col. ij. Bal. col. j. Ange. col. ij. Sal. col. vlti. & nouiſsimè Iaſ. nu. 182. C. de iur. emphyt. Spec. & Io. And. in addi. illius tit. de loca. §. nunc aliqua, verſi. xxxiiij. Bart. in d. l. acceptam, & ibi Bal. in iij. oppo. & iterũ in xxj. q. & Albe. latè, col. j. verſic. circa quod, & multis ſeq. & Bart. in l. creditor, quæ eſt pen. & ibi alios, C. de diſtract. pig. eundem Bart. in l. ſed & ſi alia, & ibi Sal. ad fi. ff. de conſti. pec. & in l. ſi inſulam, ff. de verbo. oblig. & in l. interdum, §. j. & ibi Alex. & alios Recentiores, eo. tit. & in l. Celſus, §. vlti. ff. de arbit. & in l. ſi ita hæres, quæ eſt iij. & ibi Pau. Caſt. ff. de cond. inſtit. & in l. ſi mora, & ibi Ang. ante fi. verſi. item cõclude, ff. ſol. mat. Henr. Boër. in c. cõſtitutus, de in inte. reſti. Bal. in auth. ad hæc, col. vlti. C. de vſur. Pet. Anc. conſi. cccxxxj. viſis diligenter, col. j. Imol. Alex. & Iaſ. in l. ſi ſeruus, ff. de vulg. & pup. ſubſti. Pau. Caſtr. in l. ij. quam legit cum j. & iterum in l. ſi à te, poſt Cy. ibi C. de pactis inter empt. & vend. & in l. ſi reus paratus, ff. de proc. Fran. Arct. conſi. clxiij. verum eſt. & Steph. Bertr. conſi. xcvij. voluiſſem. nu. 2. lib. 2. & nouiſsimè Ferro. in conſue. Burg. hoc tit. *de retraict,* §. xiiij. vbi huiuſce rei ponit aliquot regulas.

*Si conſanguineus pretium depoſitum recuperat, an retractui renuntiare videatur.*

4 ¶SED dubiũ eſt, quid ſi conſanguineus, qui non tenetur deponere, tamẽ depoſuit, & poſteà depoſitum recuperauit, quo caſu videtur renũtiare depoſitioni, {l. debitor, ff. de vſur. & l. j. in fi. & ibi Ang. qui id admodum no. C. qui pot. in pig. hab. & l. ſi priuſquam, C. de diſtrac. pig. & voluit Io. Fab. in d. l. acceptam, paulò ante fi. C. de vſur. & Bal. in l. obſignatione, C. de ſolut.} an etiam renuntiaſſe videatur oblationi, quæ ſola per ſe, & ſine depoſitione ſufficiebat? Dic quòd non, per d. l. debitor, & voluit etiam expreſsè Fab. in d. l. acceptam, & Chaſſe. conſi. lxxj. quia caſus, col. vlt. & vide quæ dicam infrà tit. proximo, in §. iiij. glo. x. eademq; vlti.

*Quid, ſi non legitimè depoſuerit.*

5 ¶Idemque ſi non legitimè depoſuerit, quia cùm depoſitio non ſit neceſſaria, ſi ea non rectè fiat, non nocet, vt expreſsè voluit Socin. conſi. lxxx. in quæſtione quæ vertitur, col. iij. verſicu. prætereà & ſecundò, lib. 3. arg. l. j. C. de rei vxo. acti. & eius quod voluit gl. in l. vinum, ff. ſi cer. pet. de libello inepto oblato in cauſa, quæ libellum nõ requirit. & Bal. in l. j. in prin. ff. de eden. Cui & tu adde tex. iuncta gloſ. in l. qui teſtamento, §. per contrarium, & ibi Bal. & Fran. Aret. in fin. ff. de teſta. & in l. iij. & ibi Bald. ff. de teſta. milita. & in cap. bonæ, le ij. & ibi Panor. col. iiij. verſic. vltimò not. de elect. & in c. cum dilecti, & ibi Anto. col. ij. eo. tit. & glo. in §. multis, Inſtit. de liber. & quæ propè infinita collegimus ſuprà, tit. omnium viij. §. item viij. qui eſt omnium huius volum. xlvj.

*Conſignare quid ſit.*

6 ¶CONSIGNARE autem, quo verbo vtitur noſtra conſuetudo, vt id ſcias, vulgò pro deponere accipimus, quanquam frequentiſsimè ſint diuerſa, vt patet ex d. l. acceptam, dum dicitur, Conſignatam in publico depone. & l. ij. ibi, Pecuniam obſignatam in cauſam depoſiti habuerit, eo. tit. C. de vſur. & l. cùm hæres, in prin. ff. de ſtatulibe. ibi. vel deponere in ędem pecuniam conſignatam oportet, & aliis infinitis huiuſmodi iuribus, vt l. creditor, C. de pign. & l. vlti. C. de luit. pig. & l. nec creditores, C. de pig. act. & l. vlt. eo. tit. & l. ij. C. de pac. pign. & l. j. in fin. ff. de vſur. & d. l. debitor, eo. tit. & l. qui mutuam, §. j. ff. manda. & l. tutor pro pupillo, §. j. ff. de admit. tut. & l. fideiuſſor qui minori, ff. de fideiuſ. & l. ſi ſoluturus, in princi. ff. de ſol. & l. dic, §. j. ff. depoſit. & l. ij. ad fin. C. de iure emphy. Qui quidem tex. vt ex iis videre poteris, in eadem ſignificatione vtuntur nunc hoc verbo conſignandi, nunc obſignandi, quod frequentius eſt in ff. cùm alterum hoc noſtrum ſit etiam crebrius in C.

*De eadem re.*

7 ¶Hinc autem apud nos ea ſignificatio inualuit, quoniam pecunia, & alia quæuis, conſignata, ſiue (vt vtrunque copulemus) obſignata in ſacculo, aut folle, aut alia re deponi ſolebant: vt patet ex illis iuribus, & l. j. §. ſi pecunia, ff. depoſiti. & l. vltima, ff. de leg. commiſſ. cum dicitur, Et ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignauit. & l. videamus, §. qui vinum. ff. loc. & l. j. verſicu. ſinautem ſocius, ibi, Sigillo impreſſo in ædem ſacram deponere, C. de commu. ſeruo manu. Quin in noſtris legibus obſignare ſimpliciter pro obſignatam deponere reperimus: vt in l. tutor, §. j. in duobus locis, ff. de vſur. Sed & aliquando conſignare dicimus, pro dare conſignatum, quod non longè diſtat à noſtra vulgari ſignificatione, id eſt, *conſigner entre les mains de quelcun,* vt in l. j. ibi, ſuſceptori aurario conſignari, C. de appo. publi. lib. 10. & in l. j. ibi, Theſaurorum præpoſitis conſignari præcipimus, C. de cano. largi. tit. eo. lib. 10.

*De eadem re.*

8 ¶Canoniſtæ conſignationem vocant confirmationem chriſmatis, in c. 1. vbi Hoſt. Ioan. And. ita interpretantur, extrà de relig. domi. & in c. baptizandis. & ibi glo. in prin. j. q. j. & in c. pen. & vlti. x. q. iij. Aliter Tullius in oratione pro P. Quintio: Tabulę maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. & Plautus in Curculione: Eamus intrò, vt tabulas conſignemus. Et in Trinummo, Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint à patre. Et in l. Iulianus, §. idem Iulianus, ff. de actio. empt. Poſteà legem conſignauit, &c. Ibi autem loquitur de lege venditionis. Sed & alibi Cicero, ſcilicet in oratione pro Cluentio, in alia ſignificatione videtur intellexiſſe: Sed errat vehementer, ſi quis in orationibus noſtris, quas in iudiciis habuimus, autoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur. Omnes enim illæ orationes cauſarum &

temporum ſunt, non hominum ipſorum ac patronorum. Et lib. Acade. quæſt. x. de Themiſtocle loquens: Itaque vt literis cõſignamus, quæ mandare memoriæ volumus, ſic ille in animo inſculptas habebat. Quo in loco videtur poſuiſſe hoc verbum pro imprimo, incido, inſculpo. Vt & in Epiſtolis famil. Hanc commendationem, quam his literis conſignare volui, ſcito omnium eſſe gratiſsimam. Hinc idem actione prima in Verrem, Conſignatam literis Quæſturam dicit. Et lib. 3. de Legibus, Conſignatam literis memoriam. Et lib. 1. Tuſc. quæſt. Conſignatas in animis notiones. Alibi autem conſignatum, pro teſtato poſuit idem autor, ſcilicet in lib. 1. de Diuinatione: Quem enim nõ moueat clariſsimis monumentis teſtata conſignataq; antiquitas? Et in oratione pro Deiotaro.

*De eadem re.*

9 ¶Sed & aliter Porcius in ea elegãtiſsima aduerſus Catilinam declamatione: Hi ſunt quidem, quos in foro quotidie in oculis ciuium calamiſtratos, ac veſtibus collucentes paſsim obuolitare cernimus, fortunas omnium popularium, atque otium ciuitatis luminibus conſignantes. Et rurſus, Tranſeo rem illam ſimillimam prodigio, cùm manè iſto iam coacto Senatu, redundantibusq; ſubſelliis, ſeriùs in ſenatum præter cõſuetudinem veniſſes, quod nulli non oculi te Senatorum ſtatim conſignarunt ingredientem demiſſo vultu, pallore terribili, luminibus errantibus, ac facie præ ſe præferente neſcio quid inuſitatæ credulitatis. Quibus in locis videtur Porcius accepiſſe pro notare, obſeruare. Alium eius verbi ſignificatum & vim tradit Soci. conſi. xciij. circa primum, col. ij. lib. 1.

*Pecunia depoſita conſignata, quid à non conſignata differat.*

10 ¶Illud tamen te ſcire volumus nõnullis placuiſſe, aliquid intereſſe in depoſito pecuniæ conſignatæ, & non conſignatæ: primo enim caſu non videri datam facultatem vtendi ea pecunia, in ſecundo autem videri: ideoq; in primo non transferri dominium rei, eamq; manere in periculo deponentis: in ſecundo contrà per omnia, quia ad tantundem ſolùm tenetur in genere, per d. l. die, §. j. & ibi glo. & l. ſi ſacculum, eo. tit. ſcilicet depoſi. qui poſtremus locus vtitur verbo ſignandi, vt inde intelligas idem eſſe, quantùm ad id, de quo tractamus, ſiue dicas conſignare, ſiue obſignare, ſiue ſimpliciter ſignare. Et facit quoque ad ea quæ diximus, tex. in l. in naue, ff. locat.

11 ¶ET QVIA ex multis conſuetudinibus Galliæ, atque etiam de Iure communi ex multorum ſantentia, conſignatio & depoſitio requiritur in noſtro retractu proximitatis, ſicut diximus ſuprà eadem gloſ. num. 1. & 2. vti etiam in retractu conuentionali ex noſtra conſuetudine requiritur, vt ſcribitur titu. ſeq. §. iiij. hìc omnino vide, quæ ſcripſimus in toto illo §. vbi multa dubia ſoluimus, quæ & in hoc noſtro retractu euenire poſſunt, cùm in eo conſignatio neceſſaria eſt.

## §. OCTAUUS.

MAIS il conuient, que toutes les ſolennités de retraict ſoyent gardees. C'eſt aſſauoir la declaration du lignage, ou offre de le declarer. L'offre de pecune, offrant à parfaire: requeſte de receuoir au retraict: [a] adiournement [b] formel en cauſe de retraict, & ſur reffuz d'argent. [c] Lequel adiournement ſoit baillé par le ſergent ordinaire, ou autre ayãt pouuoir à ce par commiſsion, [d] ou commandement du iuge. Et que toutes les choſes ſoyent faictes dedans l'an & iour. Et que ledict adiournement ſoit baillé deuant le iuge, qui en peut cognoiſtre. [e] Autrement [f] le retrayant en decherroit [g]. Mais l'on faict communement toutes leſdictes choſes en la preſence du ſergent, pource qu'il eſt creu dudict offre faict à partie, & de l'adiournement, ſans autre preuue. Pourueu [h] touteſuoyes que ledict ſergent en faiſant l'adiournement ait deux recors: [i] & qu'il les nomme en ſa relation.

*OMNIA tamen retractus ſolennia obſeruanda ſunt. Videlicet generis recenſio, aut eius recenſionis oblatio. Pretij oblatio, & reſidui pollicitatio. Requiſitio, vt conſanguineus admittatur ad retractum. [a] Citatio [b] formalis (quam vocant) in cauſa retractus, & recuſatæ pecuniæ. [c] Quæ quidem citatio fieri debet ab ordinario apparitore, alióve commiſsionem [d] ſeu mandatum à iudice habente. Hæcq; omnia fiant intra annum & diem, atque ea citatio ad iudicem, cuius ſit cognitio. [e] Alioquin [f] retrahens retractu caderet [g]. Fiunt autem plerunque hæc omnia præſente apparitore, propterea quòd ei credatur & de oblatione & de citatione ſiue alia probatione. Dummodo [h] ei citationi duos teſtes [i] adhibeat, quos in ſua renuntiatione nuncupet.*





## REQVESTE DE RECEVOIR AV RETRAICT, REQVISITIO VT CONSANGVINEVS ADMITTATVR AD RETRACTVM. GLO. I.

*Vtrum omnes huius § ſolennitates neceſſariò ſeruari debeant.*

1 ILLVD vos primo loco, Pictones mei, monitos volo, vt ne minimam quidem partem eorũ, quæ hìc noſtra conſuetudo veluti in vnum corpus redegit pro ſolennibus (ita enim expreſsim vocat) noſtri retractus, omittatis, niſi retractu ipſo cadere velitis: vt etiã poſteà nuncupatim ſubiungit eadẽ conſuetudo cùm dicit, *autrement le retrayant en decherroit.* & voluit etiã expreſsim in ſimili ſtatuto retractus Alex. cõſil. cxxxviij. viſo puncto & dubiis, col. ij. verſi. ex alio, lib. 7. & nos quoq; latiſsime docebimus in gl. vij. huius §. Sed hìc tamẽ ſtatim in fronte id vobis ob oculos ponere reduximus, quò vos cautiores ſitis. nam & aliàs paria ſunt, vt & illud quoque dicam, aliquid non facere intra tempora ad id præſtituta, aut facere non impletis ſolennibus, l. ſi bonam, C. de admi. tut. cum ſi.

2 ¶{Verùm id intelligas, vt ſcilicet conſanguineus repellatur à retractu, niſi hæc omnia confecerit. Si tamen emptor oppoſuerit eum hæc non perfeciſſe, ideò repellendum. Si enim non opponat, præſumerentur hæc omnia ritè & ſolenniter facta fuiſſe ex ſententia Compoſtellani loquentis generaliter de alia ſolennitate extrinſeca, vt illud citant & ſequuntur Anton. & Imo. in c. cùm dilectus, ille, in repet. col. v. verſic. ſi ad alium ſpectaret. hic, loquens generaliter de ſolennitate extrinſeca, & id monens diligenter notandum col. iiij. verſic. & attende etiam. de conſuet. & id refert Compo. Idem ſcribitur in c. ea noſcitur. de his quæ fiunt à præl. ſine conſen. cap. Et id quoque ſequitur Rom. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. in fi. ff. de aqui. hær. vbi id dicit ſingulare & notandum, quia eſt paucis notum.}

*An ſit neceſſaria expreſſa requiſitio conſanguinei.*

*Vaſallus debet nũcupatim petere inueſtituram.*

3 ¶Sed vt ad vlteriora veniamus, non ab re noſtra conſuetudo id requirit, vt expreſsim petatur ab emptore vt conſanguineũ offerentem admittat. Nam quoties quiſpiam vult aliquid conſequi ab aduerſario per proteſtationem, neceſſe eſt vt illud proteſtando petat ac requirat: quia proteſtatio requiſitoria debet habere concluſionem. Hæc ſunt verba Bal. in c. 1. col. ij. in prin. tit. ſi de feud. vaſ. ab aliq. interpel. Ideò & tu quoque caue, ne hanc requiſitionem omittas, quam etiam de ſolennitate eſſe dicit noſtra conſuetudo, quæ & de hoc quoque locuta fuerat ſuprà in §. j. in illis verbis, *& requerir audict achepteur, qu'il le veuille receuoir au retraict*, &c. Et facit, quod in ſimili traditum eſt à Iac. Alua. poſt alios in c. 1. col. pen. verſi. quæro ab extra. & ibi poſt eum Cardi. Alex. col. antepenul. verſic. poſt Aluar. quæro, titu. quo temp. mil. quod non ſatis eſt, hæredem vaſalli comparere coram domino, eique narrare mortem patris ſui, & cætera: ſed debet nuncupatim petere inueſtituram: aliàs feudo priuatur, per tex. in c. 1. ibi, inueſtituram petendo, titu. de cap. Corr.

*Leuis ſolennitas.*

*Decretum irritans formam inducit.*

4 ¶Nec audiendi ſunt, qui dicũt hanc eſſe leuem ſolennitatẽ, quæ ideò omiſſa nõ vitiat per l. j. §. j. ff. de vent. inſpi. Quia id non leue videri debet, quod ſæpius obſeruandũ iubet conſuetudo, & quidẽ cum clauſula decreti irritantis, quã in fi. harũ obſeruationũ ſubiicit, dicens, *autrement le retrayant en decherroit.* Ideoq; id cenſetur datum pro forma, ex ſentẽtia Bal. & Recen. in l. j. ff. de lib. & poſth. & Petr. Ancha. in repe. c. 1. char. 42. in magnis, verſi. quæro, ſtatuto cauetur quòd notarij, extrà de conſti. & in c. ea quæ, col. iiij. verſi. quandoque iudex nõ recipit, de reg. iur. lib. 6. & aliorum vbique. Nam & antè vſa erat noſtra conſuetudo in verbo neceſsitatis, cùm dicit in prin. huius §. *mais il conuient*, quę vulgo idem ſignificãt, quod oportet, neceſſe eſt.

*An conſanguineus ſatis uideatur requirere, cùm facit oblationem.*

5 ¶Nec dicat aliquis, ſatis videri conſanguineum requirere emptorem, vt ſe recipiat, ei ſimpliciter faciendo oblationem retractus. Ad quid enim, inquiet ille, facit hanc oblationem, niſi vt admittatur? Nam conſuetudo tam hìc, quàm in primo §. huius titu. exigit expreſsim, vt præter ſimplicem illam oblationem, fiat hæc, de qua loquimur, requiſitio. Nam primùm in vtroque loco facit mentionem de oblatione retractus rei immobilis venditæ à conſanguineo: deinde dicit conſanguineum debere requirere, &c. Igitur nec ſimplex oblatio ſufficit, nec in ea poteſt intelligi ea requiſitio contineri, vt ſatisfactum ſit noſtræ conſuetudini, quæ vtrunque requirit, & quidem nuncupatim. Et bene facit præter iura & loca vulgaria, quod in ſimili tradit Signo. conſi. clv. in proceſſu, col. iij. verſi. præterea nõ obſtat quòd dicatur: & quod diximus ſuprà, num. 2. ex Alcia. & Cardi. Alex.

*An ſi requiſita hìc fuerint omiſſa, poterit conſanguineus emendare.*

6 ¶Quid autem, ſi id omiſſum ſit in oblatione, aut aliud ex iis, quæ hìc requiruntur, an poſteà poterit emendare coram iudice. Quod verius eſt, ſi tempora largiantur, quia ſcilicet ſit intra annum retractus: nam poſteà nullus eſt emẽdationi locus, l. accuſaturus, ff. de adul. cuius hæc verba ſunt: Accuſaturus adulterij, ſiquidem circa inſcriptionem errauerit, ſi tempora largiantur, emendare non prohibetur. Cuius arg. Bar. in l. edita, col. ij. verſicu. circa quod dicas, & ibi quoque Bald. in ij. lect. col. ij. verſi. nunc ponamus, Alex. & cæteri Recentiores, C. de eden. dicunt libellum in ſubſtantialibus tunc demum emendari poſſe, ſi tempora ad agendum præſtituta nondum effluxerint. De quo etiam per Maria. Soci. in c. 1. char. vlti. verſic. nonò fallit, extrà de lib. obl. Cogita tamen, an & id fieri poterit, poſtea quàm ſemel id oppoſitum fuerit ab emptore impugnante oblationem, quia non ritè facta ſit, ex iis quæ dicemus infrà eo. §. gl. vij. in verbo, *le retrayant en decherroit*, num. 26. ſed & videri.

*Quid ſi oppoſitum.*

## ADIOVRNEMENT, CITATIO, GLO. II.

1 *An ſola oblatio interrumpat ſine citatione.*

VIDES igitur Lector amantiſsime,& quidem apertiſsimè ex his verbis, non ſatis eſſe oblationem atque requiſitionem,de qua cõſuetudo noſtra loquitur, factam fuiſſe ad interrumpendum ſiue interpellandum tempus anni retractui præſtitutum,niſi citatio interuenit. Quod & expreſsim, & in hoc caſu voluit Io.Fab.in l.acceptam,col.ij.verſi.ſed an ſola oblatio,C.de vſur.tum per tex.in l.ij.in fi.C.de iur.emphy. tum quia non reperitur oblatio inter modos interrumpendi,vel perpetuandi: licet in contrarium (inquit) fecit l.Celſus,ff.de arbit. Cui adde, interpellationem extraiudicialem non interrumpere præſcriptionem,l.alienam,ff.pro empt.gloſ.Bald.Alex. & Iaſ.in l.vlti.ff.de eo per quem factum erit,& dicemus plenius infrà tit.ſeq.§.iiij.in verbo,*conſigner,* quæ eſt gloſ.vj.eius §.num.38.eodemq; penulti.at illud conſtat. Illud autem certum videri poteſt, hanc præſcriptionem ſola citatione interrumpi,vt cæteras ſtatutarias.Bart.in l.ij.§.ſi rem,ff.pro emptor.& in l.in omnibus,ff.de actio.& oblig.& Panor.in c.illud,col.iij.verſicu.ſed dubitatur, extrà de præſcript. Sed tu tamen vide Bald.in l.vlt.in prin.verſic.quæro hîc,& ibi Alex.col.iij.verſicu. reliqua,ff.de eo per quem fact.erit.

*An verò ſola ipſa citatio interrumpat.*

2 *Quid ſi dies aſſignetur extra annum.* *Conſuetudines de ea re.* *Citatio poteſt fieri ultimo momento temporis.*

¶ET quanquàm neceſſe ſit,vt hæc citatio fiat intra id tempus anni, vt patet ex ſuprà dictis, & apertè declarat noſtra conſuetudo:non tamen requiritur,vt dies à nuntio præſtitutus cõparitioni,id eſt,quo adeſſe ad iudiciũ debet emptor, ſit etiam intra ipſum tempus : nam ſola citatio in his tempus interrumpit,vt latè diximus ſuprà eo.tit.§.j.gl.x.in verbo, *dedans l'an,*in xiij.q.Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo apud Melodunenſes,ca.30.Senonenſes,c.31. & alios, quos ſtatim deſignabimus. Et id quidem æquiſsimum eſt. Quid enim,ſi fiat oblatio vltima hora vltimi diei anni , id quod haud dubiè fieri poteſt:nam intra tempus eſt, qui in vltimo momento eſt,ex ſententia Bal.in c.de cauſis,col.ij.extrà de offi.deleg.& conſil.xxxiiij.ſtatuto ſeu capitulo,col.ij.verſi.cùm ergo ſtatutum,lib.5.vbi hoc multis probat,& dicemus latè infrà tit.ſeq.§.j.glo.vij.in verbo,*ſeront preferez,*num.41. illud autem ſcire. Si igitur (vt repetam) fiat oblatio illo vltimo momento temporis, & emptor renuat:certè non poterit ita citari,vt dies aſsignationis,quam vocant,cedat intra annum,præſertim ſi iudex longius abſit. Igitur ſatis eſt,vt citatio fiat intra ipſum annum,etiam ſi dies,qui aſsignatur,ſit extrà.

3 *Citatio debet eſſe ſpecialis ut interrũpat. uide v. & vj.* *Citatio facta non obſeruata forma ſtatuti, non ualet.* *Citatio inualida non interrumpit.*

¶QVOD tamen intellige duobus modis:Primo,ſi citatio ſit ſpecialis, ſcilicet pro tali cauſa. nam ſi eſſet tantùm generalis ad reſpondendum actori ſimpliciter,ea nullo modo interrumperet præſcriptionem:duabus rationibus , vna ſcilicet deſcendente ex noſtra conſuetudine, altera ex Iure communi. Prior igitur hæc eſt, quòd noſtra conſuetudo hîc requirit , vt hæc citatio ſit ſpecialis, & vt dicit,formalis , *en cauſe de retraict,& ſur reffuz d'argent,* hæc enim ſunt verba noſtræ conſuetudinis.Igitur ſi citatio aliter fiat,nõ obſeruata hac forma,omnino non valet,vt dicit Bal.in l.non ſunt liberi,in j.lect.ff.de ſtat.ho.cum aliis multis concor.à me adductis in glo.ſeq. Ideoq; hoc tantùm nomine,quòd eſt inualida,non interrumpit,ex ſenten. Bart.& Albe.in l.accuſaturus.ff.de adul.& ipſius Bart.in auth.offeratur,col.ij.verſi.quæro circa fin.& ibi Sali.col.vlt.C.de lit.conteſt.Bal.in l.cùm notiſsimi,§.imò,col.ij.verſi.& do tibi.C. de præſcrip.xxx.vel xl.anno.& in l.vlt.in prin.circa med.& ibi Soci.col.iij.verſi.tertiò limita, ff.de eo per quem fact.erit.& in c.quoniam contra falſam,col.iij.verſi.ibi citationes, extrà de proba.& in c.tua nos,col.pen.de coha.cleri.& mulie.Ang.conſil.cc.in ciuitate,col.ij.cum concordan.collectis à Recentioribus in rub.ff.de in ius voc.& Philip.Franc.in c. vt debitus,col. iij.verſi.ſecunda concluſio,extrà de appel.& in c.cùm plures,col.vlti.de offic.deleg.lib.6.Marian.Soci.in c.vlti.col.antepen.extrà de libel.oblat.& Ioan.Fran.Balb.in tracta.Præſcrip.in iij. parte vj.eiuſdemq; vlti.partis princi.num.47.& Feli.in c.ex tenore,col.iij.verſicu.regula non præſtat,de reſcript.& in cap.illud,col.iij.verſic.dum ſubdit,de præſcrip. & Iaſ.in l.licet,col.ij. C.de procur.& in §.pœnales,char.vlti.num.130.Inſtit.de actio. Quibus etiam adde Matthæ. Afflict.deciſ.Neapo.ccclxvj.in pleno,ad fin.

4 *Citatio inualida non perpetuat iuriſdictionem.*

¶Sicuti nec etiam huiuſmodi inualida citatio perpetuat iuriſdictionem,glo.vlt.in c.cùm plures,& ibi Io.And.paulò ante finem,& etiam Pet.Anch.col.vlt.verſi.quæro tertiò,& Domin. col.quoque vlti.& Philip.Fran.col.iij.verſi.tertiò tene menti,de offi.deleg.lib.6.per multa iura ibi allegata,cum concord.adductis à Fel.in c.gratum,col.j.verſi.vtrùm actus nullus,& ſeq. extrà de offi.delega. & Ioan.Lup.in repe.c.per veſtras,char.totius illius tituli,lxxxviij.col.iij. verſi.ad iſta bene facit,cum multis ſeq.de donatio.inter vir.& vxor. Quibus adde Pet.Anch. conſi.xvj.viſo proceſſu,col.ij. Nec ſimiliter fit præuentio , ſiue præoccupatio iuriſdictionis per citationem nullam,vt dicit Ioan.And.in d.c.cùm plures,& rurſus in c.propoſuiſti,per illum tex.in verbo,legitimè,& ibi quoque Panor.col.j.in v.notab.& Maria.Soci. etiam col.j.in iiij.notab.& iterum col.vij.verſi.quintò quæro,de foro compet.

*Nec etiam facit præuentionem.*

5 *Citatio generalis an ualeat.*

¶Altera ratio eſt,quia talis citatio generalis,etiamſi ſi valeret ( de quo Inn.in c.conſuluit,extrà de offi.deleg.Guli.à monte Laud.in c.1.col.iiij.in verbo,officialis, de for.compe.lib.6.Cy. in l.quoties,C.de fideicom.Bal.in l.conſentaneum,col.ij.verſic.quartò not.& ibi Sal.colum.j. verſicu.



verſi.ſed an ſit.C.quomodo & quando iudex.D.à Rot.deci.cccxlij.retento,in nouis,& Alb. in l.j.poſt.princ.ff.de in ius voc.) non tamen interrumperet,vt notanter voluit Bart.in l.vlt. & ibi quoque Sal.col.ij.in 5.q.& Ang.non ſemel,C.de anna.exceptio.& Albe.in l.ſicut.col.ij. C.de præſcript.xxx.ann.& Guid.Pap.dec.Delph.ccccxj.cùm quæritur, col.ij.verſi.quod intelligo.& Iaſon qui alios allegat in d.l.vlt.in prin.col.ij.verſi.tertiò limita,ff.de eo per quem factum erit.& Io.Fran.Balb.in d.tracta.vbi ſupra proximè,nu.44.vbi ad hoc allegat bonum text.in cle.ij.in fin.vt lit.pend.vbi citatio non inducit litiſpendentiam,niſi in ea talia ſint expreſſa,quibus citatus poſsit plenè inſtrui,ſuper quibus in iudicio conuenitur,& ibi quoque gloſſ.vlt.Imo.col.vlt.& Card.Flor.in iij.not.& iterum in 5.q. & alij quoque. Et faciunt notata per Pet.Bal.& Ang.in l.vlt.C.de duobus reis,Spec.tit.de citat.§.contra,verſic.item quod in ea nulla cauſa.Ro.conſi.ccclxix.circa primum,col.ij.verſic.illã autem citationem,& Barb. conſi.viij.clementiſsimi,col.pen.verſic.multis videtur,lib.1.& tex.in l.aut qui aliter, §.ſi quis ſe denuntiauerit,ff.quod vi aut clam.

*An & ea interrumpat.*

*Citatio generalis non inducit litiſpendẽtiam.*

6 ¶Sed Bal.id non admittit conſi.ccxcix.proponitur,quòd iam ſicut,in fin.lib.2.Nam ſpeciale (inquit) eſt in citatione,vt ea generalis & indiſcreta interrumpat præſcriptionem:quia citãs, id eſt,citari faciens,videtur omne ius ſuum intentaſſe, per d.l.vlt.C.de anna.excep.& not.in l.ſi quis intentione,ff.de iudi. Verùm ex d.l.vlt.& ibi notatis à Bar.in fi.facilè intelliges citationem omnino generalem, ita ſcilicet factam , vt citatus veniat de iure reſponſurus , non ſufficere ad interrumpendam præſcriptionem, nec tamen omnino ſpecialem requiri:id eſt, vt deſcendamus ad ſpeciem noſtri caſus. Satis eſt,vt emptor citetur reſpõſurus ſuper oblatione retractus ei facta ab actore,& vt declarat noſtra conſuetudo, *en matiere de retraict, & ſur reffuz d'argent,*etiam ſi non exprimatur ſpeciatim,cuius rei & à quo emptæ:ſed nõ ſufficeret, ſi ſimpliciter citaretur reſponſurus petitionibus actoris,vt ſæpe fit,etiam ſi noſtra cõſuetudo non exigeret eam formam. Quod autem dixi de ſpecificatione rei,intellige,vt ſaltem generaliter res ipſa declaretur in oblatione retractus,vt dictum eſt ſuprà in j.§.huius tit.gloſ.xv. in verbo,*& les doibt declarer,quel que ſoit en general.*

*An debeat eſſe omnino ſpecifica.*

7 ¶SECVNDO intellige quod dictũ eſt,ſatis eſſe citationẽ fieri intra annum,etiã ſi dies illius extrà annum cederet:dũmodò non tam longum tempus præſtitueretur, vt conſanguineus videatur illudere ac circũuenire conſuetudinẽ.Id quod arbitrio iudicis relinquendũ eſt,conſiderata qualitate perſonarũ,negotij,& diſtantia locorũ,arg.huius quod in ſimili not.Bal.in c.j.§.ad hæc,poſt prin.& ibi quoq; Mart.Laud.& Card.Alex.tit.hîc finit lex Corra.cum aliis cõcord.à me traditis ſupra eo.tit.§.j.in gl.ix.quæ eſt in verbo,*dedãs l'an,*nu.23.nec tamẽ intelligas.& ſeq.Suntque priuatæ in hanc rem quorundã locorum cõſuetudines.Nam Victriaci, c.conſuetudinũ eius loci,cxxvj.ſatis eſt,citationem fieri intra annum , etiam ſi dies extrà id tempus cedat,modò tẽpus citationis non excedat xl. dies Idemq; apud Engoliſmenſes:niſi quòd octo dies tantùm huic rei ſtatuuntur. Ad id autem , quod dictum eſt de non longo tempore,facit l.ij.in fi.prin.ff.de cuſto.reor.& ibi multæ concord.in glo.

*Quid, ſi longum tempus præſtituat poſt annum.*

*Cõſuetudines de ea re.*

8 ¶QVID autem,ſi conſanguineus,qui emptorẽ citari fecit,ad iudiciũ non adfuit,id eſt,non comparuit,non venit ad diem conſtitutum in citatione,qui fortè extra annum eſt:aut etiam intra ipſum,ſed interim antequàm faciat iterum citari emptorem in cauſa retractus , annus labitur:an poſteà admittetur,volens proſequi retractũ poſt annum ipſum,tanquã ſcilicet ea prima citatio interruperit præſcriptionem. Et certè non audiendus eſt. Neque enim aliter citatio interrumpit , quàm ſi actor , qui citari fecit, compareat : eo autem non comparente circunducitur edictũ,perindeq; habetur,ac ſi nulla citatio interueniſſet, l.& poſt edictum,ff. de iudic.& c.j.de dol.& contu.lib.6.Ideoq; non interumpitur præſcriptio , vt expreſsè dicit Bal.in d.l.& poſt edictum,in vtraque lect.id quod etiam dicit notatu dignum,& rurſum in l. vlt.in prin.& ibi quoque Alex.col.iiij.verſi.& quid ſi facta.Soci.col.iij.verſ.ſecundò limita,& Iaſ.col.ij.verſi.eiuſdem initij,ff.de eo per quem fac.erit.& idem Bal.in l.j.ff.de in ius vocand. & in l.more,in fi.ff.de iuriſdict.om.iud.& in c.conſuluit,col.ij.verſi.pone quòd aliquis,extrà de offi.deleg.& in addi.Spec.tit.de citatio.col.vlt.Alex.& Iaſon in rub.ff.de in ius voc. Idem Alci.in addi.Barto.in l.cùm notiſsimi,in prin.de præſcr.xxx.vel xl.anno.Lanfran.in tract.de arbit.parte 7.q.32.& Phil.Franc.qui id dicit ſingu.& menti tenendum in c.vt debitus,col.iij. verſi tertia concluſio, extrà de appel.Fel.in d.c.illud,col.iij.verſi prima eſt quòd licet, & iterum col.pen verſi.prima concluſio ibi,& è conuerſo,de præſcrip.Iaſ.in §.pœnales.num.130. qui eſt col..pen.Inſtit.de act.& Matthæ.Afflict.in rub.Siciliæ xcv.quæ eſt de exordiis præparatoriis iudiciorũ,col.ij.& d.deciſ.ccclxvj.in pleno,col.vlt.nu.14.& Hippo.Marſil.ſing.ccxcj. præſcriptio.& Frãc.Balb.in tract.præſcriptio.in iij.parte vj.eiuſdemq;.vlt.partis prin.char. 51. nu.43.& ante hos Guil.Cum.quem propè omnes citant in l.ſicut,C.de præſcrip.xxx.vel xl. anno. Nam & aliâs videmus,quòd contumax non poteſt allegare pendentiam litis,tãquam ſcilicet,quantùm ad eum,nihil pendeat,qui non conparuit.Bart.in l.vbi cœptum,ff.de iudi. & in l.quamuis, ff.de damno infecto,& in l.ſepulchri,ff.de ſepulc.viol.Alex.in l.de die,§.vlt. circa medium,ff.qui ſatiſdare cogantur.& Franciſc.Ripa in l.ij.colum.ij.nu.8.ff.de re iudica. Hippo.Marſi.ſingu.ccxxxix.contumax.

*An citatio ex qua cõſanguineus non comparuit die ab illo ipſo dicta, interrumpat.*

*Cõtumax non poteſt allegare litiſpendẽtiam.*

*An iudex poſſit expectare cōſanguineũ, qui non comparuit.*
*Parua mora.*

9 ¶SED an hoc caſu poterit iudex aliquod temporis ſpatium expectare conſanguineum,qui non adfuit ad iudicium die ei dicta,id eſt,ad quã citatus fuit. Quod videtur ſaltem in tres, aut quatuor plus minúſve dies,per l.& ſi poſt tres,ff.ſi quis cautio.Aut ad minimũ in diem craſtinum,ſecundùm dictũ c.conſuluit, de officio deleg. Neque enim magnũ damnũ eſt in mora modici temporis,l.ſi debitori,ff.de iudic.nihilq; ex obligatione mora paucorũ dierum minuit,l.ſi in lege,§.colonus,ff. locati.Ex quo not.gloſ.paruam moram non æſtimari:& allegat alios multos tex.concordantes. Quibus adde & l.ſi ab oſtibus,§.vltim.ff.ex quib.cauſis maio.& l.j.§.qui præſens,ff.de verb.oblig.& l.continuus,in prin.eod.tit.& l.duos,§.duo,ff.de duobus reis,& l.cùm antiquitas,C.de teſta.& l.plerique,ff.de ritu nup.& l.non dubium, C. de repudi.& c.potuit,extrà de loca.Ideoq; Albe.in l.j.C.de verbo.ſign. dicit per quædam ex dictis iuribus,quòd parua mora,mora non eſt.

*Actor an expectandus.*

10 ¶Verùm Bald.conſi.cclxviij.factum tale eſt,ad inſtantiam,poſt medium, libr.1.dicit id quod diximus,iudicem poſſe paucis diebus expectare eum,qui non cõparuit,procedere in citato, non etiam in citante,per l.vt vitem,quæ eſt vlt.§.vlt.& ibi no.per Dyn.& Bar.ff.quod vi aut clam.ibi enim,vt dicit ipſe Bal.proteſtans obtinet vicẽ citantis,& quia etiã(vt & ipſe ſubdit) citans iam conſenſit in termino præfixo,quẽ ipſemet appoſuit:ideò non debet ei prorogari, c.oblatæ,extrà de appel.Et id ſatis videtur voluiſſe idem Bald.in l.ſi ea,col.vlt.verſic.vltimò not.C.qui accuſa.non poſſ.& Inno.in d.c.conſuluit,per l.& poſt peremptorium,ff.de iudic. Et hæc eſt pulchra atque notanda limitatio ad d.cap.conſuluit, quam addes ad alias inibi appoſitas à Fel.qui huius minimè meminit.

*De eadem re.*

11 ¶Porrò ipſe Bal.in c.j.col.iij.verſi.dubitatur,ſi citatus,extrà de iud.in ij.lect.quærit, nunquid citatus teneatur expectare aduerſarium,ſaltem per diem vel horam.& videtur (inquit) quòd non,per d.l.vt vitem,§.vlt.& ibi Dy.& Bar.Subdit autem in contrariũ videri,quòd ſi æquitas moueat iudicẽ,id debet decernere,vt expectetur citator:nam id poteſt facere è contrariò, vt ſcilicet citator expectet citatum d.c.conſuluit.Ergo & hic idem facere poteſt:quia æqualitas debet ſeruari in iudicio,l.vlt.C.de fruct.& lit.expen.Tandem concludit,id eſſe in arbitrio iudicis,quia contingere potuit,vt citans fuerit impeditus,l.iij.§.ſi ad diem,ff.de re milit. qui tamen tex.non de hac re loquitur , ſed de eo,qui ad diem cõmeatus non venit , vt pro emanſore aut deſertore habeatur,niſi fortè caſibus quibuſdã detetus ſit,propter quos venia dignus eſſe videatur. Ibi enim agitur de pœnæ excuſatione in nullius præiudicium. Super quo etiam vide eundem Bal.in d.c.cõſuluit,col.ij.verſi.quæro,pone quòd aliquis,aliter eum tex.in d.l.vt vitem,§.j.intelligentem. Nam & expreſsè Panor.in d.c.conſuluit,col.ij.verſic.in glo.ij.ibi,expreſsè tenet,& ibi poſt eum Phil.Dec.col.iiij.verſi.in glo.ij.idem c.habere locum & in actore,per eum tex.in verbo,& earum altera.

*Actor nõ tam facilè purgat moram quàm reus.*
*Actoris maior contumacia.*

12 ¶Cæterùm illam priorem Baldi ſententiam hac ratione potes confirmare, quòd actor non tam facilè poteſt moram purgare,quàm reus : vt videre licet ex eodem Bald.in d.l.& ſi poſt tres,col.iij.verſi.ſed contra iſtud.& iterum verſi.opponitur quòd non ſit poſsibile, ff.ſi quis cau.& Bart.in l.hęc conditio,la ij.in fi.ff.de cond.& demonſtr.& in l.ſi inſulam,col.vlt.in ix. quæſtio.ff.de verb.obliga.Cuius optima ratio eſt. Nam maior etiam eſt contumacia actoris, quàm rei.c.cauſam,extrà de dol.& contu.iuncta glo.magna in verſi.præterea dicitur hîc, & c.vl.extrà de eo qui mit.in poſſ.& c.j.& ibi gl.j.de dol.& cõtu.lib.6.& c.j.4.q.4.D.à Rota dec. xlviij.valet citatio,in nouis.& deci.ccclxxxiiij.fuit dubitatum,paulò ante medium, etiam in nouis.& deci.cccclviij.no.cle.in antiquis.& Bal.in d.l.ſi ea, col.vlt.verſic.& not.C.qui accuſ. non poſſ.& in l.cùm mulier, col.vj.verſicu.videamus igitur,ff.ſol.matr.per tex.in l.ſi & per emptorem,in prin.ff.de act.empt.& Steph.Bertran.conſi.cclxvij.ſi pactum,nu.6.lib.3.

*Cõſuetudines.*

13 ¶Et illud quidem certũ eſt,quòd ſi cõſuetudo certum tempus præfiniuit, ſicuti Victriacẽſis ad xl.dies,& Angoliſmenſis ad octo,vt ſuprà diximus,& citans id integrum tempus cõſuetudinis in citatione appoſuit,non poterit iudex in præiudicium conſuetudinis & citati, cui ex lapſu eius temporis ius excludendi quæritur, id tempus prorogare , per id quod not.& pulchrè ſcribit Pan.in c.ſæpe contingit,col.iiij.verſi.in ea glo.ibi iudex,extrà de appel.limitans d.cap.conſuluit,vt non procedat,cùm ius eſt quæſitum parti,vt ſi per contumaciam in tẽpore appellatio ſit deſerta,per gloſſ.ibi,in verbo,procuratore.quod bene notandũ monet. & ſequitur Alex.in d.l.ſi finita,§.Iulianus,col.xvij.verſic.limita etiam dictũ.ff.de dam.infe.& Fel.in d.c.conſuluit,col.ij.verſi.ſecundò limita,per not.in l.cùm ſtipulatus.ff.de verb.oblig. De quo tamen vide Phil.Franc.Peru.in d.c.ſæpe,col.viij.verſi.in eadẽ glo.ibi,facere,de app. & in c.perſonas,col.pen.verſi.tertiò quæritur,eod.tit.& Georg.Nat.in repe.cle.ſæpe, in prin. col.xlij.verſi.ſecunda fuit opin.& conſi.ſeq.verſi.tu ſequere eandẽ,& iterum verſi.non etiam obſtat,quòd iudex.& Phil.Dec.in d.c.cõſuluit,col.iij.verſi.item limitatur text.hîc,niſi elapſa: vbi aduerſus hanc ſententiam quædam veluti tela iniiciunt,vti apud eos videre poteris.

*Iudex an poſſit expectare in præiudiciũ partis, cui eſt ius quæſitum.*

*Iudex quæ tẽpora prorogare non poteſt.*

14 ¶Sed pro ea facit tex.in l.adulter,C.de adult. vbi præſcriptiones tẽporis datę reis auferri nõ debent:ex quo & illud fit,quòd nec tẽpus proſequendæ appellationis, nec petendæ in integrũ reſtitutionis poteſt à iudice prorogari,l.nemo.C.de temp.appe.gl.in c.cùm ſit Romana, in verbo,reciſus,de appel.Nec tempus ſtatutũ ad probãdam exceptionẽ excõmunicationis,





etiam ex cauſa,gl.in c.pia,§.ſi quis igitur, in verbo,octo dierũ,& ibi Domi.col.vlt.de excom. lib.6.Nec regulariter aliud quoduis tempus à iure ſine miniſterio iudicis ſtatutũ,vt per Iac. Are.& Cy.in l.j.C.de dila.& in auth.qui ſemel,C.quomo.& quan.iud.Dy.in c.indultũ, col. iiij.de reg.iur.lib.6.Bal.in auth.iubemus,col.ij.verſi.veritas eſt,C.de iud.Alb.in l.ſiue pars,C. de dila.& in l.Senatus,§.vlt.ff.ad S.C.Turpil.& in l.ij.§.j.ff.de iur deli. & in l.vlt.col.vlt.ff.de fer.& in l.ij.col.j.& ibi quoque Imo.Raph.Co.qui hãc opi.dicit eſſe cõmunem,ff.de re iudi. cum aliis multis cõcord.illic adductis à Iaſ.qui & eam ſequitur,& latè confirmat.Et faciunt etiam ſcripta à Cæpol.cauſa.crimi.conſ.lxiiij.primum dubium,col.iij.verſ.quinimo ſi iudex, & quæ diximus ſuprà,§.j.in gl.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.31.præſertim,& ſeq. At ſi nondum eſſet tranſactum tempus retractus,aut tempus à ſtatuto citationi præſtitutum,res poſſet eſſe quadamtenus dubia. Nec hic tamen aliter iudicium meum interponam.

*Citatio,cui renũtiatum eſt, an interrumpat.*

15 ¶ILLVD quoque quæſierim,Conſanguineus intra annum venditionis citari fecit emptorem in cauſa retractus:poſteà verò huic citationi renũtiat:deinde eo anno vẽditionis tranſacto,ſed intra annum ab illa citatione,cui renuntiauerat,iterum facit citari emptorẽ proceſſurũ in ea cauſa retractus:emptor negat eum admittendũ,quòd tẽpus anni retractus lapſum ſit.Conſanguineus autem replicat,intra illud tempus citationem fuiſſe factã,quę interrupit id tempus in aliũ annum,iuxta ea quæ diximus ſuprà eod.tit.§.j.gloſ.x.in verbo *dedans l'an*, nu.75.decimotertiò quæro. Quis iuſtius induit arma? Ego cenſeo cõſanguineum non eſſe audiendum. Neque enim ea citatio,cui renuntiatum eſt,interrupit præſcriptionem,ex ſententia Bald.in l.nam & ſi,per eum tex.in §.j.ff.de inoffi.teſta.

*Cõſanguineus exemplũ citationis emptori relinquat, ſi petat.*
*Atque etiam, ſi non petat.*

16 ¶SED & illud poſtremo loco animaduertendũ eſt,vt cùm cõſanguineus citari facit emptorem in cauſa retractus,ei (ſi petat) exemplũ citationis relinquere faciat:alioqui enim emptor non tenetur comparere,vt ſcribit Spec.tit de citatio.§.iam de citatione, verſi.hoc autẽ facto, per c.quoniam contra falſam,& c.vlt.extrà de prob.& Nico.Mil.in ſuo repertorio,in verbo, copia,verſ.vlt.vbi in id dicit eſſe meliorẽ tex.in cle.cauſam,in fi.de elect.Et idem fortè ſi non petatur,ob nouam Frãciſci regis noſtri conſtitutionẽ,c.xxij.qua iubetur huiuſmodi exemplum citationis relinqui citato,aut eius familiæ vel oſtio,etiamſi nõ petatur. Ideò ſi emptor citatus non cõpareat,& interim annus retractus trãſeat,periculum eſt,ne poſteà non admittatur cõſanguineus,cùm citatio debitè facta non fuerit,iuxta ea, quæ diximus ſuprà nu.3.& ſeq.Ad illud autem ,quod in ea conſtitutione dicitur, id exemplum dari debere ſumptibus actoris,qui ſcilicet in ius reum vocat,vt id obiter dixerim,vide glo.& Doct.in d.cle.cauſam, & quod in ſimili tractatur ab Alb.in l.deſertorem,§.ſi præſidis, poſt Oldr.ibi.ff.de re mili.& Guid.Pap.deci.Delph.cxvj.actor,in fi.& aliis pleriſq; à me citatis ſuprà,§.j.in gl.x.in verbo, *dedans l'an*, nume.107.cuius autem.

## FORMEL EN CAVSE DE RETRAICT, ET SVR REFFVS D'ARGENT.

## FORMALIS IN CAVSA RETRACTVS ET RECVSATAE PECVNIAE, GLO. III.

*Si in citatione nõ fuerit obſeruata forma hîc tradita,cadit cõſanguineus retractu.*

1 CVM conſuetudo hanc formam huic citationi præſcripſerit neceſſe eſt eam obſeruari:quandoquidem non obſeruata forma citationis à ſtatuto tradita , ea prorſus inutilis eſt.Bal.in l.j.in lect.antiqua,& ibi Soc.in iiij.not.ff.ne quis eum, & idẽ Bal. in l.non ſunt liberi,in j.lect.ff.de ſtat.hom.& in l.ceſſante, col.vlt.verſic.ſed nunquid hoc ſit verum,C.quomo.& quan.iud.& in c.vlt.verſi.item no.quòd duo,extrà de fer.& cõſi.ccxiij. vt apparet in fi.lib.4.Ang.conſi.clxxxvj.repetito conſi.ccxvj.viſis igitur,col.j.in fi.Pet.Anch. conſi.xcvij.in quæſtione,col.vlt.Imo.conſi.item xcvij.in cauſa quæ vertitur,col.iij.verſ.circa tertium.& conſil.cx.ſimili initio,in j.dubio, & conſil.cxx.viſo proceſſu inquiſitionis, in vj. eodemque vlt.dubio,vbi & alios in id citat.Alex.conſi.cxxxvij in cauſa, col.iij.verſic.peccat & in alio,& ſeq.lib.2.Soc.conſi.lix.viſo elegantiſsimo,col.ij.verſi.ſit ergo,lib.1.& Guid.Pap. conſi.cxix.ex proceſſu,col.iij.verſ.ex quibus. Ideoq; caue,ne & hanc formam prætermittas, niſi retractu excludi velis , tametſi leue nonnullis id eſſe videatur:quod & iam te ſuprà admonuimus in princ.huius §.Nam & aliàs modus formaq; citandi à ſtatuto præſcribi poteſt, ſecundum Bal.in l.j.col.ij.verſi.modus autem.C.quomodo & quando iud.& Alex.in addi. Bar.in l.inter accuſatorem,ff.de publi.iudi.vbi citat alios concord.

## PAR COMMISSION, COMMISSIONEM, GLO. IIII.

*Nuntius an poſſit citare ſine mandato iudicis.*

1 HIC omnino vide,ad huius ſcilicet loci interpretationem , quæ latiſsimè dicemus infrà,tit.*de l'office des ſergens*, qui eſt omnium huius volu.tit.xxviij.§.j.in gloſ.j.vbi locus eſt huius rei domeſticus & peculiaris. Ibi enim inter alia multa videbis , an & quãdo & quis nuntius poſsit citare ſine mãdato iudicis,& an ei credatur dicẽti ſe citaſſe, aut aliud quippiã feciſſe ex mandato iudicis.De quo etiam aliquid dicemus infrà in eodem §.in gloſſ.ix.quæ eſt in verbo,*deux recors*, nu.20.hinc denique procedit.

## LE IVGE QVI EN PEVLT COGNOISTRE. AD IVDICEM, CVIVS SIT COGNITIO, GLO. V.

*Quis iudex in retractu adeundus ſit, domicilij emptoris, an rerum. Cuiuſmodi eſt actio cõpetẽs ad retractum, uide 3.6.8.*

1 SED quis eſt is Iudex? an domicilij ipſius emptoris? an verò rei venditæ, quam vult retrahere conſanguineus? Chaſſe.in cõſuetudines Burgundiæ hoc eod.tit. *les retraictz,* §.j.in verbo, *le peult rachepter,* multis nititur probare,actionẽ,quam conſanguineus habet ad huiuſmodi retractũ ex conſuetudine, perſonalem eſſe: igitur iudicem loci, in quo res vendita ſita eſt,non eſſe adeundum , ſed iudicem emptoris, qui in ius vocatur. Cuius & tu ſententiam confirma , quoniam in merè perſonali actione reus conueniri non poteſt in loco rerum, de quibus agitur,ſed in loco ſui domicilij,vt not. gloſſ.in l.forma , §.ſi verò quis agrum , & ibi Barto.ff.de cenſib.& idem Barto.& alij in l.vlt. C.vbi in rem actio.Bald.in l.vltim.paulò ante medium,C.de præſcript.long.tempor.Roma. conſil.cxcvij.Franciſc.in princip.vbi id dicit probari in l.quod legatur,ff.de iud.& Iaſ.conſi. viij.reiectis,colum.j.libro primo.

*In diſtractu forum rei ſequimur.*

2 ¶Et hac quoq; ratione,quòd cùm agitur ad diſtractũ,forum rei ſequi debemus,l.ij.&ibi glo. & Doct.C.vbi,& apud quem.& voluit Signo.conſil.clxij.factum ſic ſe habet,duo quorum, vbi dicit not.tex.in d.l.ij.& Sal.in l.j.col.iij.C.de ſum.Trin.Ange.in §.ad hæc, in authent.vt ſponſa.largi.& Docto.vbique.& facit l.ſi ſuſpecta, §.vlt.ff.de inof.teſt.Qua etiam ratione D. Ferronus,meritiſsimus regis cõſiliarius,in conſuetudines Burdig.§.j.illam ſententiã in cauſa retractus ſecutus eſt. Non enim dubium (inquit) quin ad diſtractum agat,qui ad retractum venit. Quibus adde Caro.Ruin.Doctorem certè præſtantiſsimum,conſi.lxxvj. circa caſum, col.iij.nu.9.lib.1.vbi & ipſe tenet hanc actionem ex ſimili ſtatuto deſcendentem, eſſe perſonalem,proptereaque tertium poſſeſſorem,cui ſcilicet emptor vendiderat,ea non teneri.

3 ¶Verùm Io.Fab.quem & ipſe Chaſſ.allegat,ſed ad aliud quidpiã,in §.ex iure ſcripto. col.iij. verſi.circa quartum,Inſt.de iur.natur.gen.& ciui.nuncupatim loquens de hac conſuetudine retractus proximitatis,dicit ex ea poſſe agi actione reali,vel cõfeſſoria, ſi ſit ius incorporale. Nam & vt idem quoque dicit in l.ij.in iiij.capite, C.quæ ſit longa conſuet.ſi cõſuetudo tribuit ius in re,agitur actione reali. Hæc autem noſtra conſuetudo & alia quæuis huius regni ius in re ſatis tribuere videtur,cùm præbeat actionem aduerſus quoſcunque rem detinẽtes. Ex quo conſentaneũ fit,vt etiam iudex rei, quæ petitur,adiri poſsit,vt in cæteris actionibus realibus per l.vlt.C.vbi in rem act.& in l.j.C.vbi de hæred.agi opor.

*Ad laudimia quæ actio cõpetat.*

4 ¶Et huic ſententiæ cõcinit,quod à Pau.Caſt.reſpõſum eſt,cõſi.335.laudatio & inueſtitura,in vltimo dubio,lib.1.quod pro iure prælationis cõpetente domino aut eius ceſsionario,quod eſt ius incorporale,cõpetit aduerſus venditorẽ actio cõfeſſoria,vel quaſi,§.ęquè ſi agat,Inſti. de actio.& quod no.Inno.in c.inter quatuor,de maiori.& obed.quæ quidem actio competit contra quencunque detentatorẽ & turbatorẽ eius iuris,l.ſi quis diuturno,ff.ſi ſeruit.vendi.& not.per Cy.in rub.de vſufruct.Hæc propè Pau.quæ admodũ notanda ſunt:quia id ius laudimiorũ,aut retentionis reſtituto pretio,magnã habet cognationem cum hoc iure retractus, & ſæpiſsimè à noſtra cõſuetudine cõiunguntur.vt infrà,§.xxj.& ſeq.& §.xxxiij.& alibi ſæpe. Nam & illud ius retentionis domini,vocatur etiam apud Gallos Retractus feudalis.

*Cõſuetudo retractus realis.*

5 ¶Sed & ipſe Io.Fab. (vt ad eum redeamus) in l.j.col.vj.in paruis,verſic.in tertio caſu , C.de ſum.Trini.dicit,quòd hæc conſuetudo concernit rem,& attendi debet conſuetudo loci, in quo res ipſa,quæ vendita eſt,& ex retractu petitur,ſita eſt,l.Titium , §.tutor,qui eſt vlt.ff.de admin.tut.& aliis ll.ibi allegatis.De qua re etiã diximus ſuprà in §.huius tit.j.in gl.j.in princ ſed & hìc repetere volui,quoniam præbeat maximum argumentum, iudicem quoque eius loci eſſe adeundum. Id quod etiam expreſsè ſtatuitur apud Borbonienſes,c.cõſuetudinum eius loci 427.Cenomanenſes c.cccxcij.vbi plus dicitur,omnes propinquos iudices rerum,ſi ſint in diuerſis iuriſdictionibus,eſſe adeundos,vel ſuperiorem,omnium ipſarum rerum capacem. Et idem quoque apud Andegauenſes,cap.ccclxxxij.

*Cõſuetudines.*

*Actio retractus in rẽ ſcripta, uide 8.*

6 ¶Porrò Cæpolla bis ſcripſit actionem , quæ ex hoc ſtatuto retractus datur,eſſe perſonalem in rem ſcriptam,videlicet primùm conſi.cauſarũ ciuiliũ xliiij.clariſsime,col.iij.verſic.ſecũdo principaliter.& iterum conſil.lxv.quòd dominus Hieronymus,verſi.primùm quia actio. Et id quidem veriſsimum eſt:neque enim cõpetit merè perſonalis , vt dicit priore loco , cùm nullus contractus, vel quaſi,interuenerit inter emptorem & conſanguineum , ex quo oriri poſsit actio perſonalis,iuxta §.j.& ibi not.Inſt.de actio. Neque ( vt hoc illi addam ) ſi eſſet merè perſonalis,ſequeretur rem,& tertium poſſeſſorem,ſcilicet ſingularem ſucceſſorẽ ipſius emptoris:quod tamen facit,vt cauetur infrà eod.§.xij.& §.xxvij.& in omnibus propè Galliæ cõſuetudinibus. Nam perſonalis actio ita vocatur,quòd perſonam ipſam obligatam ſequitur,non rem,ſiue ſingularem ſucceſſorem,l.eum cui,C.de actio.& obligat.& l.cogi , §.vnde quæritur,ff.ad Treb.& l.vlt.C.de hæredi.actio.& l.cum fundo , & ibi Bald.ff.de ſerui.ruſtic. præd.& l.j.C.de cond.indeb.cum ſi.

*Actio merè perſonalis nõ ſequitur rem aut tertiũ poſſeſſorem.*

*Etiãſi obligatio ſit cõtracta,habito reſpectu ad rem, uide infrà 14.*

7 ¶Id quod procedit,etiãſi obligatio principalis ſit contracta,habito reſpectu ad rem trãſeuntem in perſonam ſingularis ſucceſſoris,l.quædam,§.nihil intereſt,& ibi Iaſo. colum.ij.verſi. quartò



quartò tu pondera,ff.de eden.& l.cùm hæreditas ex cauſa,& l.ſi hæres inſtitutus, §.vltim.ff. ad Treb.& l.vlt.§.j.ff.de contrah.emp.Ro.Fran.Are.& alij Recentiores,contra Ang.in l.quæ neptis,quæ eſt pen.ff.de acq.hære.& idem Rom.conſi.ccccxvij.in propoſito caſu, col.ij.Pau. Caſt.conſi.cccxxix.viſis & conſideratis,col.ij.verſ.nec etiam tranſit,lib.1.Fran.Are.conſ.xxv. viſo themate,col.ij.& conſi.lxx.in cauſa,col.j.Iaſ.in d.l.j.§.hæres præcepto,col.j.verſi.extẽdo iſtam regulam.& conſi.cxxviij.videretur in præſenti,col.ij.verſi.tertiò vltra dominum.lib.4. & conſi.cxlix.in quæſtione,col.vlt.eod.lib.4.Et bene facit,quod tradit glo.in l.j.§.opus.ff.de ali.iud.mutan.cau.fac.& Bar.in l.vlt.ff.de no.ope.nuntia.

*Actio in rem ſcripta,ſequitur rẽ & poſſeſſorem.*

8 ¶Igitur licèt hæc actio ſit quodammodo perſonalis, videlicet condictio ex ſtatuto , l.j.cum ibi no.ff.de cond.ex leg.vt ſunt cæteræ condictiones,l.actionum,in prin.ff.de act.& obl.& §. appellamus,Inſti.de actio.non tamen merè perſonalis eſt , ſed in rem ſcripta,cùm ſequatur poſſeſſorem,l.iij.§.j.cum glo.in verbo,eſt autem perſonalis,& ibi omnes,ff.ad exhib.& l.vlt. & ibi Bar.& alij,ff.de no.ope.nunt.& l.ſi tertius,§.ſi priuſquam,& ibi glo.& idem Bar.& alij. ff.de aqua plu.arcen.& l.emptor,& l.poſt venditionem,eod.tit.& l.metu,§.vlt.& iterum , l.ſi cum exceptione,§.in hac,rurſumq; l.ſi ipſa,ff.quod met.cau.Bart.Bald.Ang.& alij, in l.ſi vi, quæ eſt iij.C.eod.tit.vbi optimè declarant poſt glo.ibi , vnde naſcitur huiuſmodi actio perſonalis in rem ſcripta,quæ datur contra tertium poſſeſſorem.Alb.poſt Pet.loquens de quadam condictione,ex l.vlt.C.vnde vi.in ea ipſa l.col.ij.verſi.item quærit:vt ex hoc intelligas, non omnem condictionem ex lege vel ſtatuto eſſe merè perſonalem. Idem Alb.loquens de interdictis,in l.j.§.illud tenendum,ff.quor.leg.& Bald.in d.l.ſi cum exceptione,§.aliquando, in ij.lect.ff.quod met.cau.& in c.j.col.j.verſic.ſed contra hoc,titu.de controuer.inter dom.& empto.feud.vbi loquitur in caſu huius noſtri ſimili.& Sal.in l.exhibitionis,in princip.C.ad exhib.vbi dicit,actiones perſonales in rem ſcriptas dici,quòd comitẽtur poſſeſſorẽ.& Fran. Aret.in l.iiij.§.Cato,colum.vij.verſi. tu adde quòd eandem,ff.de verbo.obligat.Carol.Ruin conſi.lxxvj.colum.iiij.nume.10.libr.1.& Stepha.Bertrand.conſi.xxxij.pretij, col.ij.nu.8.libr.2. & conſi.lxxxix.datio ante fi.eod.lib.2.& ipſemet Chaſſe.nuncupatim loquens de hoc noſtro caſu in d.titu.*des retraictz,* §.xj.in gloſ.vlt.verſic.ſed qua actione.Nam & videmus & in aliis quoque caſibus condictionem ex lege vel ſtatuto eſſe in rem ſcriptam, vt in l.ij.& ibi glo.& Doct.C.de debi.ciui.lib.xj.& Pet.Ferra.tit.de actio.in rem pro re emphy.colum.v.in paruis, verſic.item eſt notandum quòd in caſu.

*Deciſio principalis quæſtionis. Actio realis & in loco rerum,& domicilij rei intentari poteſt. Similiter actio in rem ſcripta.*

9 ¶Ex quo illud confeſtim ſequitur,quòd vterque iudex adiri poteſt,& rei vẽditæ,& emptoris,qui conuenitur, prout actor elegerit,ex ſententia Inno.& Bald.qui dicit perpetuò menti tenendum,in c.dilectus,le ij.extrà de reſcrip.& eiuſdem Bal.in d.l.vlt.col.j.verſi.nota bene.& ibi etiam Ang.col.j.eod.verſ.C.de præſcr.longi temp.qui dicunt, quòd ſicut in actione reali poteſt conueniri reus in foro ſuo,& rei,de qua agitur,vbi actor maluerit, { per d.l.vlt.& ibi gloſſ.& Docto.C.vbi in rem act.& l.j.C.vbi de hære.agi.& d.l.cùm in longi.& gloſſ.& Doct. in c.vlt.de for.compe.Bal.in c.quia nonnulli,col.ij.in verſi.quæro quid in pluribus,extrà de reſcript.Alber.in rub.ff.de muneri.& honor.num.36.Paul.Eleaz.in Clemen.j.& ibi Cardin. Flo.in prin.in xxxvij.eadémque vlt.quæſt.de reb.eccle.non alie.Arch.in ſumma iij.q.vj.cum ſimi.adductis à Maria.Soci.in c.ſanè,col.vij.in xij.declaratione,extrà,de foro com. } ita & in actione in rem ſcripta.c.ex parte,eod.titu.vbi & ipſe Inno.ſtatim poſt principium,idẽ tradit, & poſt cum Hoſt.& cæteri, & Rom.d.conſi.cxcvij.in prin.vbi loquitur de actione mixta:vti etiam facit Spe.tit.de citat.§.ij.verſi.& not.quòd ſi actio.& Bart.in d.l.vlt.C.vbi in rem actio. & Bal.in l.j.in fin.C.de pet.hære.

*Et actio quoque mixta.*

10 ¶Quod eò volui dicere,ne quis cauſetur eſſe diſcrimen inter Actionem in rem ſcriptam,& mixtam,vt pleriſq; placuit,& videre licet ex ſcriptis à Dyn.in §.j.& ibi Ioan.Fab.& Iaſon in verſi omnium,Inſtit.de actio.& eodem Dyn.& Alber.in l.ſi tertius.§.ſi quis prius.ff.de aqua plu.arcen.& Nico.Neap.& Iaſon in §.quædam,eod.tit.Alb.Alex.& Iaſ.in rubr.ſi cert.peta. & probatur in l.actionis,§.mixtæ,ff.de actio.& oblig.ex quibus præſertim Dyn.& Albe.in d.§. ſi quis prius,intelliges & has actiones mixtas,magis reales eſſe, quàm in rem ſcriptas. Et de interdictis,quæ in rem ſcripta ſunt,l.j.§.interdicta.ff.de interdict.vt in eis vterq; iudex etiam adiri poſsit. probant duo text.ſimul iuncti in l.j. C.vbi de poſſeſ.agat.& in l.ij.& ibi gloſſ.& Bal.C.de interdict.& voluit etiam Albe.in l.j.nu.13.ff.eod.tit. Et hanc opin.in caſu noſtri retractus,ſecuta eſt conſuetudo Borbonienſis,cap.ccccxxvij.

*Interdicta etiam utrobiq; intentari poſſunt. Conſuetudo.*

*Actio item hypothecaria.*

11 ¶Et in ſimili videmus,quòd actio hypothecaria,cùm non ſit etiam (vt multis placet) merè realis,plus tamen inhærens rei,quàm perſonę,vt per glo.in l.ſi tibi decem,§.de pignore,ff.de pact.intentari poteſt & in loco rei hypothecatæ,& in loco domicilij defenſoris,vt voluit gl. not.in §.j.in verbo hypotheca,in Auth.vt omnes obe.iudi.quem ſequitur Bald.in l.cùm ex cauſa,quæ eſt ij.C.mandati,vbi eam dicit eſſe not.eamq; ſe allegare ſolitũ.& in l.duumuirũ, in fi.C.de Decur.lib.10.& in c.nonnulli,col.vlt.verſi.an hypothecaria,extrà de reſcr.vbi eam glo.dicit ſing.& limitat,vt ibi per eum.& Maria.Socin.in d.c.ſane,col.iiij.in vij.declaratione, de for.compe.Quanquàm ſunt,ne id prætermittam,qui eam dicunt eſſe ſimpliciter realem, vt per glo.in §.hæres,Inſti.de obli.quæ ex quaſi cont.naſcun.Bar.& plerоſque omnes,in d.§. de pignore

de pignore,& in l.debitor,in prin.ff.ad Treb.& Bal.in l.j.C.ſi vnus ex pluribus,& conſi.485. ſtatuto ciuitatis Cumarum,poſt medium,lib.j.& cõſi.cclvj.viſa petitione,lib.5.& inter conſi. illius,Chriſto.Caſtel.& alios in addi.conſi.477.recolo me,eod.lib.5.& Franc.Aret. qui eam glo.in d.§.hæres,dicit nota.in l.iiij.§.Cato,col.vij.verſi.ſed iſta ratio,ff.de verbo.oblig.& latè per Iaſ.poſt alios,in d.§.item Seruiana,nu.119.& ſeq.vt omnino dubium non ſit,quin intentari poſsit coram iudice rei controuerſæ:vt præter illos voluit Spec.poſt Vbert.idẽ quoque dicens de actione mixta,in tit.de compe.iudi.ad §.j.verſi.vij.

*De eadem re.*

12 ¶De quo non admodũ laboro,tum quia huc nõ multùm pertinet,tũ quia quãuis eſſet merè realis,tamẽ haud dubiè quis ea poſſet cõueniri in loco domicilij,per d.l.vlt.C.vbi in rẽ act. Et vide etiã Inn.in c.poſtulaſti,in fi.& ibi quoque Io.And.poſt mediũ,& Pan.de fo.compe. qui faciunt differentiã inter actionem hypothecariã & pignoratitiam.Illa enim poſſe intẽtari corã iudice rei,de qua agitur,quia in rem eſt:hanc autem minime,quia perſonalis eſt,c.cùm contra,extrà de pig.Et Inno.in hoc vlt.dicto ſequuntur Bal.& Ang.in d.l.vlt.C.de præſcri. longi tempo. De quo etiam vide Colle.in c.forus,nu.51.extrà de verb.ſignifi.& ipſum Bald. in j.c.ad fin.tit.de feud dat.in vic.leg.commiſ.& Saly.in l.pignoris.C.de pigno.

*Prælati regni Frãciæ nõ cognoſcũt de actione hypothecaria.*

13 ¶Sed nec interim tamen omittendum,quod tradit Io.Fab.in d.§.item Seruiana,col.ix.verſi. & facit quòd Prælati,Inſti.de Act.Prælatos regni Franciæ, quibus eſt interdicta cognitio actionũ realiũ,non poſſe conoſcere de hypothecaria. Quod & idem poſt eum dicit Bene.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorẽ nomine Adelaſiam,nu.324.& iterũ 340.& ſeq.de teſta. & tradit Io.Gallus in ſuis arreſtis,q.cxij.c.eiuſdem ij.fuiſſe à Senatu Pariſienſi pronuntiatũ, extraneum poſſe conueniri actione hypothecaria coram iudice rerum. Et eſt aliud quoque areſtum inter ea,quæ collegit Aufrerius,aut quiſquis is fuit,nume.66.Et id quoque de iure procedere reſpondit Pet.Anch.conſi.cxl.primũ dubium,col.vlti.verſi.vlterius aduertẽdum. Sed neſcio,quomodo incogitãtes huc proceſsimus, propemodum extra chorum ſaltantes.

*An diſtinguẽdũ ſit in prin. quæſt utrum retractus intentetur contra emptorem an contra tertium.*

14 ¶Quid tamen,ſi illud denique dicemus huiuſmodi actionem,quæ ex hoc ſtatuto retractus competit,merè perſonalẽ eſſe,cùm intenditur aduerſus primũ emptorem,qui ſcilicet ex ſuo contractu obligatur ad reuendendum conſanguineo , vi huius ſtatuti.At cùm intenditur aduerſus tertium,cui res ceſſa eſt,per primum emptorem , in rem ſcriptam eſſe , cenſerique realem : vti de actione hypothecaria tradit Albe.in d.l.iij.§.j. ff.ad exhiben. Nam aut agitur (inquit) aduerſus debitorem obligatum , & tunc eſt perſonalis:aut aduerſus extraneũ poſſeſſorem,& eſt realis.Nec obſt.(vt ſubdit) quòd ea actio veniat ex obligatione & contractu: quia non conſideratur cauſa remota,ſed proxima : nec ago ex contractu , ſed ex iure mihi quæſito per contractum. Sicut & dominium mihi quæritur ex contractu, & tamen nõ ago ex eo contractu,ſed ex dominio per cõtractum quæſito. Hæc ille.quæ mirè conueniũt huic noſtræ actioni,quæ ad retractũ competit. Et idem propè dicit ipſe Alb.poſt Iac.But.in rub. ff.de pign.Nec inconueniens eſt (vt id addas) vnã eademq; rem eſſe diuerſæ naturę diuerſis reſpectibus,l.miles,§.pro parte,ff.de leg.2.Bald.in l.filium quem, col.iij.in iiij.oppo.C.famil. erciſc.Pan.in c.cùm in tua,extra de deci.cum aliis multis ſim.& cõcord.à me adductis ſuprà §.j.gloſ.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté,* nu.22.cui confeſtim,& ſeq.Et ſi id quidem verum eſt,primus emptor omnino cõueniri debet coram iudice ſui domicilij. Alij verò vel coram iudice etiam ſui domiciliij , vel coram iudice rei de qua agitur.

*De eadem re.*

15 ¶Sed huic diſtinctioni non accedũt plerique omnes,quos citauimus ſuprà nu.8.igitur licet. inter quos eſt & ipſe Albe.vt ibi videre poteris.Imò verò ſunt & qui in ea ſunt ſententia,vt ſi actio perſonalis competat pro re quapiam immobili , poſsit & ea intentari coram iudice eius rei. Ita enim magna autoritate non obſcurè affirmat Spec.d.tit.de citatio.§.ij.verſicu.& nota quòd ſi actio,cùm dicit duas diætas cõputari à loco,in quo eſt res quæ petitur, etiamſi agatur actione in rem ſcripta,aut etiam non in rem ſcripta.quod quidẽ non procederet niſi dicamus,reum poſſe conueniri in eo loco, à quo trahi non poteſt vltra duas diætas, per c. nonnulli , extrà de reſcript. Id quod ex eo annotauit & menti tenendum dixit Pau.Caſt.in d.l.vlt.col.j.C.vbi in rem acti.quia id (inquit) ſubſtantiale eſt, quamuis Bart.ibi teneat contrarium,per glo.in l.forma.§.ſi verò quis,ff.de cenſi.& text.in l.quod legatur , ff.de iudi. Sed pace tanti viri,videtur is text.probare contrarium.Et vide circa principalem quæſtionẽ,quæ dicemus in ſeq.verſic.Vt tamen illud non omittam, poſt primam illam huius noſtri operis editionem,Curiam noſtram ſecundum hanc noſtram ſententiã iudicaſſe in magna camera inqueſtarum,vt vulgò appellant.

*Clericus emptor corã quo iudice ſit conueniendus in cauſa retractus.*

16 ¶Ex iis autem,quę diximus,potes,Lector intelligere,ſi clericus emerit,& cõſanguineus venditoris velit eum pro retractu conuenire.(nam alibi diximus, clericum emptorẽ hac noſtra conſuetudine teneri,ſuprà §.j.glo.xij.in verbo,*l'achepteur,* num.4.quamquàm,& ſeq.) vtrùm igitur cõueniẽdus ſit corã iudice eccleſiaſtico,an & coram ſeculari cõueniri poſsit. Et ſanè, ſi opinionẽ Chaſ.ſequeremur,omnino eſſet eccleſiaſticus iudex adeũdus:neq; enim clericus in perſonalibus conueniri poteſt coram iudice ſeculari. In realibus verò & in rem ſcriptis, quanquàm de Iure cõmuni noſtrates variant,tamen generali Franciæ conſuetudine obſeruatur,vt in his adeatur iudex ſecularis aduerſus clericos, vt plenè dicemus infrà eod.titu.§.





xxxij.nu.81.tamen prior. Et ne dubites de actionibus non merè realibus, Ioan.Fab.quem in eo loco,& nuper verſicu.abhinc iij.citauimus,in d.§.item Seruiana,vbi ſuprà,Inſtit.de actio. tradit interdictum eſſe Prælatis Franciæ,ne cognoſcant de actionibus hypothecariis. Et ſcio id vſitatum eſſe in Francia,vt in cauſa retractus aduerſus clericum , iudex ſecularis adeatur. Quamuis Neapodanus in tit.de Iuris congrui conſuetudine incipien.ſi eccleſia,& in procemio ſuper verbo,tenorem, & poſt eum Matthæ.Afflict.in tract.de iure Protomixeos,col.xij. verſi.item quæro,an ſi clericus,tenent iudicem eccleſiaſticum eſſe adeundum.

17 ¶Sed illud dubium eſt,ſi plures res vno contractu & pretio venditæ ſunt , quæ ſunt in diuerſis iuriſdictionibus,nec fortè emptor habet domicilium,ita vt neceſſe ſit conſanguineum ſequi iuriſdictionem rerum venditarum : an ſatis ſit adire vnam ex iis iuriſdictionibus , & quam:an verò omnes adeundæ ſunt. Et certè diximus ſuprà nume.5.ſed & ipſe , nonnullas conſuetudines iubere omnes adeundas,aut certè ſuperiorem.Quid autem de iure ſit dicendum,intelliges ex iis,quæ dicemus infrà eo.tit.§.xxxvj.eodemq; vlti.glo.iij.in prima quæſtio. Pro illis tamen conſuetudinibus,quæ iubent omnes iudices adiri , faciunt quæ in ſimili tradunt Bar.& Bal.in l.iuriſperitos,§.j.ff.de excuſat.tuto.& quæ dicemus infrà eo.d.§.xxxvj.glo. iij.num.23.ſunt & multi,& ſeq. Et pro illis,quæ dicunt ſuperiorem omnium adeundum,facit opin.Laur. in cle.j.de reb.eccle.non ali.quòd in alienatione rerum eccleſiaſticarum , quæ ſunt in diuerſis diœceſibus,ſatis eſt autoritate diœceſis,cui ſubeſt monaſterium. De quo tu vide plenius Card.Flor.in d.cle.j.in prin.in vlti.q.& quod in alio ſimili traditum eſt à Pano. in c.ſanè,ad fi.& ibi.Maria.col.iiij.verſi.ſexta declaratio,de foro compet.

*Quid agẽdum cum res uenditæ ſunt diuerſarũ iuriſdict.*

18 ¶Illud autem denique quæſierim, Quòd ſi conſanguineus conueniat emptorem coram iudice,in cuius iuriſdictione dicit rem venditam eſſe ſitam , vel ipſum emptorem habitare: emptor verò negat & rem ipſam , & ſuum domicilium eſſe eius iuriſdictionis , ſed alterius: ideò declinat ab huius iuriſdictione. Vides enim huiuſmodi exceptionem habere vim peremptoriæ:quamuis vt dilatoria proponatur.Nam ſi hic non ſit iudex competens,& interim tranſeat tempus retractus,cõſanguineus omnino retractu repellitur.Quid igitur hîc faciendum eſt?vtrúmne hęc exceptio impediet litiſconteſtationem cauſæ principalis?an verò,quia tangit negotium principale,reiicienda eſt in cauſam principalem ? Et certè poſſet videri,ſatis eſſe conſanguineum proponere rem , vel domicilium emptoris eſſe iuriſdictionis huius iudicis,cùm ſatis ſit allegare in libello qualitatem concludentem iuriſdictionem iudicis , per l. pen.C.de iuriſd.om.iudi. Et id dependeat à principali cauſa,qua actor ipſe cadet, niſi id verum in ipſa principali cauſa oſtendat , per l.cùm quædam puella,quæ eſt pen.§.quoties,ff.de iuriſd.omn.iudi.& l.ordinata,C.de libera.cau. Nam & ita in ſimili voluit glo.ordi.in cle.diſpendioſam,in verbo,vſuris,in princip.& ibi Imo.ſuper ea glo.de iudi.Inno.in c.cùm ſit generale,poſt medium,extrà de fo.compe.Guid.Suza.Bart.Rapha.Fulg.& Alex.in l.ij.ff.ſi quis in ius vocat. idem Fulgo.in l.præſcriptione,C.ſi contra ius vel vtili.publi.Lapus latè allega. lix.in Dei nomine amen,Prælatus.& alleg.lxv.nunquid eccleſia.& allega.lxxij. in quæſtione: vbi tamen obſcurè loquitur.Paul.Caſt.in d.l.cùm quædam, tum poſt prin.tum verſicu.item quæro,ff.de iuriſdi.om.iudi.Ioan.Ray.in c.1.§.præterea ſi inter,char.7.in paruis,verſi. quæro iuxta ſtatim dicta,tit.de prohibi.feud.aliena.per Feder.

*Si emptor declinet iuriſdictionem, an id impediat ingreſſum litis, an uerò in cauſam principalem ſit reiiciendum.*

19 ¶Verùm ſunt,qui in huiuſmodi ſpeciebus dicunt requiri ſummariam cognitionem , antequàm reus cogatur litem conteſtari in principali.& inter hos gloſ.in c.1.de offic.delega.lib.6. Inno.ſibi contrarius,Anto.Imo.& Panor.in c.ſuper literis,de reſcrip.Idem Inno.in c.Romana,§.contrahentes,in verbo,contractibus,& ibi quoque Archi.Ioan.Andr.ſibi etiam contrarius,& Domi.de fo.compe.lib.6.& rurſum ipſe Innoc.& Anto.in c.cæterùm.de iudici.Archi. in c.1.§.notaria,de cenſib.lib.6.Ioan,And.& Anto.in c.ſi clericus, & ibi latè Panor.tum col.ij. in vlti.notab.tum col.ſeq.verſic.ſed pro ſubtili.& ibi quoque Cardi.Flor. & latiſsimè Maria. Socin.id multis modis poſt Anton.diſtinguens,col.vj.verſi.circa vndecimum argumentum, extrà de foro compe.Ioan.Calde.in c.1.in iiij.q.extrà de rapto.Cy. qui & ipſe diſtinguit,Iac. Butri.Bart.ſibi contrarius, & Bal.in iiij.q.in d.l.præſcriptione. Idem Bald.& Raph.in l.ſi quis ex aliena,ff.de iudi.Alberi.poſt Petr.in d.l.ij.col.v.verſic.ſed pone quòd iudex,& ibi quoque Bart.Soci.qui hanc dicit eſſe communiorem opi.col.vlti.ff.ſi quis in ius voc.Petr.Anch.in c. poſtulaſti,de fo.comp.Imo.in l.quidam conſulebat,ff.de re iud.Matthæ.Afflict.Deci.Neapo. ccxcvij.pluries,Carol.Ruin.conſi.lxix.viſo proceſſu,col.iiij.num.10.lib.5.

*De eadem re.*

20 ¶Et ſi hanc opinionem ſequamur,quæſtionis eſt,ſi huiuſmodi habita ſummaria cauſæ cognitione, emptor repulſus eſt ab huiuſmodi exceptione propoſita in vim dilatoriæ:an nihilominus poterit proponere in vim peremptoriæ , vt repellat conſanguineum à retractu ex eo capite,quòd citatio facta non fuerit coram iudice competenti,vt hæc conſuetudo noſtra requirit. Et ſanè omnes propè,quos citauimus pro vtraque opinione,ſentiunt,vt poſsit, præſertim verò,& expreſsè Alb.in d.l.ij.col.vj.verſi. ſed nunquid poterit,ff.ſi quis in ius voc. & Bald.in d.l.præſcriptione,col.vlt.verſi.vlti.not. & præter hos Archi.& Ioan.Andr.in c.1.de litiſconteſt.lib.6. Quanquàm contrarium tenet Ioan.Mona.ibi. & Pet.Ancha.conſi.ccclxxij. pro declaratione , colum.ij.verſicu.item aduertendum.Signo. autem hanc rem latè diſputat

*An emptor repulſus ab illa declinatoria, poſsit illã proponere in uim peremptoriæ.*

conſi.xxvij.quæritur an exceptio, & tandem diſtinguit,vt ibi videre poteris. Sed & tu vide Bart.Bal.Ang.Raph.Fulg. & Alex.in l.eleganter,§.j.ff.de condi.indeb.Bal.in l.nam & poſteà, in prin.& ibi Zaſium,qui eam l.legit cum l.ait Prætor,ff.de iureiur.

21 *An acta facta in illa cognitione dilatoria, faciunt fidem in principali negotio.*

¶CAETERVM ſi priorem teneas,quæ & ipſa cõmunior eſt,in dubium vocari poteſt,vtrum probationes,& cætera acta facta in ea,ſummaria cognitione adhibita,cùm propoſita fuit hęc exceptio in vim dilatoriæ,faciant fidem in principali negotio, in quo & ea exceptio proponitur in vim peremptoriæ. De qua re etiam Alber.loquens in d.l.ij.col.vj.verſi.ſed nunquid acta,ff.ſi quis in ius vocatus. negat facere fidem,cùm ad alium finem facta fuerint. Et in hac quoque ſententia eſt Panormita.in d.c.ſi clericus,col.penul.de foro compet. Sed id quidem hinc pendet,an acta facta in iudicio ſummario faciant fidem in plenario, de quo latè per omnes in l.is apud quem,C.de eden. vbi Recentiores adferunt multas concordan. vbi videre poteris,ne hîc fruſtra inculcem. Sed etiam latè videbis per Maria.Socin.in d.c.ſi clericus,col. vlti.de foro compet.

22 *Quid, ſi conſiliarius Pariſienſis citatus fuit in loco ſui paterni domicilij.*

¶DENIQVE poſt priorem editionem noſtram editæ ſunt deciſ.D.Boër. Præſidis Burdig. quarum ſecunda loquitur de primo quopiam Præſide Pariſienſi,quem non nominat,qui emerat rem quampiam immobilem , quam conſanguineus venditoris volens retrahere,eum citari fecerat coram Seneſchallo Petragorienſi ( quæ erat domicilium habitationis paternæ & propriæ,) & ibi conſignauerat & depoſuerat pretium , quærebaturq; an ea citatio & conſignatio valeret.D.Boër.concludit valere , per multa iura illic per eum allegata , quæ tu videre poteris.

## AVTREMENT, ALIOQVIN, GLO. VI.

1 *Aliàs. Aliter. Alioqui. Hæ dictiones conditionem faciunt.*

HAEC vulgaris dictio *autrement*, ea eſt,quam Latinè dicimus, aliàs, ſiue aliter,& alioquin,ſiue alioqui:quæ quidem dictiones faciunt conditionem:tanquam ſi dicas,ſi id factum non fuerit. Quod probatur primùm de prioribus,in l.diuortio, poſt prin.& ibi glo.in verbo,aliàs,ff.de neg.geſt.& in l.aliàs, & ibi quoque glo.ff. de iureiur. De poſtrema,in l.ſi finita,§.ex hoc edicto,& ibi etiam glo.in verbo,alioquin,ff.de damn.infect.& in l.eleganter,§.ſi dolo malo,qui eſt penul.& ibi glo.ff.de dol.mal.& in l.omnino,& ibi item glo.ff.de impen.in re dota.fac.& in l.ſi cui,& ibi glo.ff.de fideicom.liberta.& in cap.conſtitutus,in verbo,alioquin,& ibi quoque Docto.extrà de teſtib.Et de vtraque voluit Barto.qui alia iura allegat,in l.j.col.iij.& iiij.in iiij.& v.ff.de condi. & demonſt. vbi etiam oſtendit,has dictiones habere alias ſignificationes.& rurſus in tracta.de alueo,col.ij.in verbo, aliàs.& Corne.conſi.ccliij.licet,col.ij.verſicu. & maximè.lib.1.conſil.cccxiij.aliàs per me,col.j. verſi.nam huius,lib.4.& Soci.conſi.lj.præſtantiſsime,col.vlti.verſic.quartò principaliter,lib.1. Et de dictione,alioquin,vide etiam Alberi.in ſuo Lexico, in verbo,alioquin, vtrunque Sali. & Roma.in l.ij.in fin.princi.& ibi etiam Philip.Deci.col.ij.in v.notab.ff.ſi cert.peta.& Panor. in cap.quoniam,paulò ante fin.extrà de deci.& Iaſ.in §.in perſonam,colum.iij.num.8.Inſtit. de actio. Et vide denique quid de eis dictionibus dicemus titu.procedente,§.iiij.gloſſ.vij. in verbo,*en main de court*,num.14.& ego id puto.

2 *Et reſoluunt diſpoſitiones, in quibus ponuntur.*

¶Porrò huiuſmodi dictiones ſunt reſolutiuæ eius diſpoſitionis, in qua proferuntur : ſi non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes,vt de dictione,alioquin,dicit Domin. qui id dicit not.pro ſtatutis & priuilegiis,in quibus ponuntur,in cap.vt circa. §. alioquin , & ibi quoque Philip.Franc.col.j.per glo.ibi,in eo verbo,de elect.lib.6. Tu autem prætereà vide de dictione,aliter Bal.in l.vlti.col.vlt.verſi.tex.autem,C.de ſuis & legit.Et de dictione,alioquin, Philip.Franc.poſt Archi.& Ioan.And.in c.mandato,col.j.de præben.lib.6.

3 *Nõ aliter,nec alio modo.*

¶De via autem huiuſmodi verborum,non aliter,nec alio modo , vel ſimpliciter,non aliter, vide Bald.poſt glo.in l.ſi quidem,col.ij.verſi.not.glo.C.de except.& eundem Bald.in authen. ingreſsi,col.iij.verſi.item ſi proteſtor,C.de ſacroſ.eccle.& in c.1.§.denique,col.vlti.& ibi Mart. Laud.& Card.Alex.vtrunque in fi.tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit.Ang.conſi.ccliiij. hæc quæſtio,poſt princ.Panor.in c.2.col.vlt.verſi.vlti.hîc quæro , extrà de feu. & eundem Panor.in c. vlt.col.ij.verſi.Item ſi fiat,extrà,qui cleri.vel vouentes.Iac.Aluar.in c.1.in prin.verſicu.quæro quid ſi vaſallus,tit.de prohib.feu.alie.per Fede.Alex.conſi.iij.viſo inſtrumento,col.ij.verſicu. confirmo,lib.1.Franc.Curt.ſenior.conſil.viij.viſo inſtrumento,propè per totum. vbi & alios allegat.Soci.conſi.xl.in præſenti,col.pen.lib.1.& conſi.cclj.quoniam,col.v.verſi.poſtremò,lib. 2.& Iaſ.in l.non ſolum,§.morte,col.xiij.verſi.quartò ad iſtam regulam.ff.de ope.no.nunti.& conſil.iiij.Nicolaus,col.pen.verſi.quintò moueor,lib.1.& conſi.clxij.in cauſa contradictionis, col.iiij.verſic.ſecundò quòd dicta,lib.2.& conſi.ccij.magnificus,col.vij.verſi. tertiò & fortius, eod.lib.2.& Philip.Deci.conſi.cclxxxj.viſo puncto,num.4.& iterum in fi.& conſil.ccclx.perſcrutatis,col.iij.verſi.ſed reſpondetur.& Fran.Rip.in c.cùm Marti.Ferra.num.80.de conſtit.& lib.3.reſpon.c.1.donauit,num.3.Anto.Rub.conſi.cxlvj.circa primum,poſt prin.& Lud.Goza. conſi.iij.in cauſa,col.v.num.22.& ſeq.& quæ dicemus infrà,titu.procedente,d.§.iiij.glo.vij.in verbo, *en main de court*,num.17.& ego id puto.





## LE RETRAYANT EN DECHERROIT, RETRAHENS RETRACTV CADERET, GLO. VII.

1 *Omnes qualitates ſtatuti obſeruari & probari debent.*

NAM vbicunque agitur ex conſuetudine vel ſtatuto, vt in hoc caſu,debent ad vnguem obſeruari,concurrere,& probari omnia,quę à ſtatuto ipſo,aut conſuetudine requiruntur:aliàs agens ſuccumbit:vt voluit Soci.qui id dicit ſing.conſi. lv.le j.(nam ſunt duo eiuſdem numeri ) præſtantiſsime Doctor , col.ij.lib.1.allegans id voluiſſe Bar.& Bal.in l.in cauſis.C.de accuſa.apud quos tamen id non reperi. Sed ad id optimè facit,quod dicit glo.quam & ipſe dicit ſing.in l.mancipia,in verbo, aduocandum, & ibi Iac.Butr.Raph.Fulg.& Pau.Caſt.C.de ſeruis fugi.Nico.Neap. & Bal.in l.j.§.item illud, ff.de S.C.Syllan.Barto.in l.Diuus,ff.de teſta.mili.& in l.abſentem,ff.de pœnis.Et facit etiam, quòd omnes qualitates requiſitæ à ſtatuto,præſertim exorbitante,ſunt expreſsim intentādæ, & probandæ,ſecundum Ioan.And.in c.1.in verbo,Chriſtianorum,de homi.lib.6. Bald.in l.ſi quis non dicā rapere,col.iij.verſi.& in iſtis omnibus,C.de Epiſc.& cler. Pet.Anc.conſi.xxvij. de titulis,col.ij.verſi.iſtæ autem qualitates.Corn.conſil.cxcix.in præſenti,col.xxij.verſic.item ad impugnandū,lib.2.& conſi.lxxxvij.viſis actis,col.j.verſi.tamen his non obſt.lib.3.& conſi. clxv.profectò,col.j.verſi. & primo,eod.lib.3.& conſi.clxxv.licet in præſenti,col.vlti.eod.lib.3. & conſi.ccxvj.in cauſa vertente,col.ij.verſi.his tamen non obſtan.eo.lib.3.& conſi.ccxlj.videtur in hac,col.ij.verſi.his tamen non obſtantibus.eod.lib.3.& conſ.ccxlj.videtur in hac,col.ij. verſi.ſolum eſt inſtandum,eo.lib.3.& conſi.cccxxvij.animaduertens,col.j.verſicu.qui autem, lib.4.Alex.conſi.clxxij.viſis & opportunè,col.ij.verſi.quinimo,lib.2.quod repetitur conſi.xlj. lib.4.& idem Alex.conſi.ccxxv.eodemq; vlti.viſo proceſſu,col.j.verſic.& vbicunque,lib. 2.& conſi.j.viſo proceſſu inquiſitionis,col.vj.verſi.hoc probo per id,lib.3.& conſi.lxxxij.viſo proceſſu cauſæ,col.iiij.verſi.ſed ad hoc ſtatutum.eod.lib.3.& conſil.iij.ſuper proceſſu,col.ij.lib.4. & conſi.cxxix.ſuper primo,poſt princ.lib.7.& conſi.cxxxviij.viſo puncto,col.vlti.eod.lib.7. vbi loquitur nuncupatim de ſtatuto requirēte certas quaſdam qualitates in retractu, de quo loquimur.& conſi.clxxxiiij.viſo proceſſu,col.pen.nume.12.eod.lib.7. & Franc.Curt. ſenior. conſi.lxxiiij.ſuper memorata,col.iij.caruit ergo.& Socin.d.conſi.lv.poſt princi.lib.1.& conſil. lxiij.in cauſa vertente,col.ij.verſi.capiendo etiam,eod.lib.2.& conſi.ccxx.viſis compromiſſo, col.pen.verſi.primò quia illa verba,eod.lib.2.& conſi.lvij. in cauſa filiorum,col.vj.verſi.prætereà Carolus,lib.3.& conſi.xxvij.viſis inſtrumentis,col.iij.verſicu.ſecunda eſt, lib.4.& conſi. xlvij.in præſenti,col.ij.verſi.nec ſtatutum,eod.lib.4.& conſi.lxv.concluſio,colum.j.ad fin.eo., lib.4.& conſi.ciiij.viſis compromiſſo,col.v.verſi.primò quia illa,eod.lib.4.& Franc.Curt. ſeniorem conſi.lxxiiij.ſuper memorata,col.ij.verſicu.caruit ergo.Iaſ.conſi.clxiiij.abſolui,col.ij. verſicu.quartò facit,lib.2.& clxx.nomine,col.antepenul.verſi. primò quia non eſt,eo.lib.2.& Philip.Deci.conſi.xiij.cuius ſuperſcriptio incipit,an appellatione,col.ij.verſi.difficultas eſt,& conſi.xviij.an ſtatutum,col.ij.verſi.cùm ergo ſtatutum.& conſil.ccclvj.in cauſa dominæ Mariæ,col.j.& conſi.ccccxxxiiij.placet.& conſi.ccccxl.ſuperioribus,col.item j.& conſil.ccccxliiij. concurrit patruus,colum.iij.num.16.& conſi.cccccxx.in cauſa Piſtorienſi,col.vltim.& conſil. cccccxxiiij.viſis his,col.j.& conſi.cccccxl.quæritur in effectu, col.j. & conſil.cccccl.iuridicam, circa medium.& conſil.cccccIxxxix.in cauſa quæ in ciuitate,colum.ij.verſic. ſecundò principaliter.& conſi.dcxxvj.ad dubium,colum.j.& conſi.dclxj.in caſu,de quo,colum.j. & Stepha. Bertrand.conſil.xxx.lecto proceſſu , col.j.lib.1.Anton.Rub.conſi.xvj.in cauſa Ioannis,col.v. verſicu.tertium dubium.

2 *De eodem.*

¶Et bene facit tex.in l.j.§.ait Prætor, & quod ibi not.Bart.ff.ne quid in flu.publ.& in l.pen.§. docere,ff.ne quis eum qui in ius voc.& in l.iiij.§.docere,& ibi Ange.ff.vi bono.rapt. & l.cùm actum,ff.de neg.geſt.& l.ſi fortè,in fi.& ibi Bar.ff.de caſtr.pecu. & in l.Fulcinus,§.cùm hoc edictum.& ibi idem Bart.ff.ex qui.cau.in poſ.eat.& in l.Diuus,& ibi Bart.& alij,ff.de re iudi.& quod ſcribit glo.in c.1.§.ſanè,in verbo,abſque penuria,& ibi etiam Io.And.de ſtatu reg.lib.6. & glo.in cle.vlti.de reſcrip.Bar.in l.non ſolùm,§.ſed vt probari,& ibi Iaſ.ff.de oper.no.nunc. & in l.j.§. idem quæſitū,ff.de aqua quoti.& æſti.& in l.abſit,C.de priui. domus aug.lib.11.Bal. in repe.l.edita,col.xj.verſi.circa ſextum,C.de eden.& in l.hi qui ad ciuilia,col.vlt.verſi.modò ex hoc,C.de app.& in l.certi condictio,§.quoniā,col.vlti.ff.ſi cer.pet.& in l.Titia, & ibi Imo. & Ro.ff.ſol.mat.& in c.licet cauſam,col.v.verſic.ſed quæro vnde,& ibi Panor.nu.31. extrà de proba.Anto.Imo.& Panor.in c.2.& ibi latè Feli.col.xij.verſi.reſtringitur quinque modis, extrà de reſcrip.Panor.in c.Piſanis,per eum tex.extrà de reſti.ſpolia. & in c.Abbas.col.ij.verſic. item probatur,extrà quod met.cau.& in c.ſignificauit,in vlti.no.per eum tex.extrà de appel. & conſi.xlij.ex multis,col.ij.verſicu.ſed his non obſt.lib.1.& conſi.lxxviij.viſo toto proceſſu, col.j.verſic.item videtur mihi,eod.lib.1.Barb.qui & alios citat,conſi.xv.clementiſsimi, col.vj. verſi.prætereà accedat,lib.1.& conſi.xliiij.ſcribitur.col.v.verſi.& faciat,eo.lib.1.& conſi.xvij.clementiſsimi,col.v.verſi.prætereà eſt aduertendum,lib.2.& Fran.Rip.lib.2. Interpretationum, & in c.inter cæteras,num.66.de reſcrip.Hippo.Marſil.conſi.xcvj.proximis,col.j.& in practica cauſarum criminalium,§.quoniam,num.52.& iterum §.& quia,num.11.

*Vtrùm conſanguineus, qui non obſeruauerat ſolennitates, iterum audiatur intra annum.*

3 ¶QVID igitur,ſi cùm conſanguineus has ſolennitates non obſeruaſſet,fuit ob id repulſus, excluſusq; ab huiuſmodi retractu,& emptor contrà abſolutus : tamen quia nondum annus effluxerat,iterum intra ipſum annum conſanguineus facit oblationem retractus, obſeruatis iſtis ſolennitatibus:an ſit audiendus.quod videtur,exemplo eius, qui agit pendente, & non impleta conditione, ideoq; reus abſoluitur:nam nihilo minùs exiſtente conditione, poterit iterum agere : nec ei obſtabit exceptio rei iudicatæ,l.ſi mater,§.eandem,verſi. & ideò ſi fortè ſub conditione,ff.de excep.rei iudicatæ,& l.grege,§.ſi ſub conditione,ff.de pign.& l.bouem, §.ſi ſub cōditione,ff.de Aedil.edic. Quorum tex.autoritate glo.in l.j.in prin.in verbo,nec tenere,ff.ſi men.fal.mod.dixe.ſcribit,quod qui propoſuit intentionem ſiue actionem ineptam, ideoq; à iudice repulſus eſt, poteſt tamen redire ad aptam. De quo etiam text.in l.ſed & ſi pupillus,§.ſi inſtitoria,& ibi glo.Bal.& expreſsius Alberic.& Sali.ff.de inſtit.actio.& l.Bebius. in fin.& ibi Albe.ff.de pac.dotal.& in c.coram.& ibi Pet.Ancha.in quarto notab.extrà de reſcript.& in cap.examinata, extrà de iudic.& voluit etiam Signo. quia alia multa iura allegat, conſi.cxlij.in quæſtione vertente inter dominum Gabrielem,col.ij.verſic. præterea in ſimili. Et de procuratore,qui ineptam actionem propoſuit, voluit Alberi.in l.ſi procuratorem,col. iiij.verſi.quid ſi procurator,ff.de procur. Sic & in hoc caſu qui ſummotus eſt, quòd ſolennitates non obſeruauerit,idem iis obſeruatis,ſi ſit intra tempus,eſt audiendus.

*Victus ob ineptam actionē poteſt ad aptam redire.*

*Exceptio rei iudicatæ non nocet, ſi noua cauſa ſuperuenit.*

4 ¶Et ſimile eſt,quòd ſi actor petēs rem quampiam,ideò victus eſt, quòd reus rem ipſam non poſsideret,ſi poſtea reus poſsidere cœperit,poterit idem actor iterum agere, nec ſummouebitur exceptione rei iudicatæ,l.ſi à te,in princi.& l.ſi rem meam, & l.ſi quis ad exhibendum, quæ continenter ſequitur,ff.de excep.rei iudi. & l.procurator ad exhibendum.in prin.ff.rem rat.hab.& l.quoties,§.vlti.& l.ſed ſi poſteà,ff.de noxa.actio.& l.neque,quæ eſt iij.C.ad exhib. nempe quia cauſa illa repulſionis ceſſat.Et generale eſt,vt non obſit huiuſmodi exceptio rei iudicatæ.ſi noua cauſa ſuperuenit,d.l.ſi mater,§.eandem,in prin.& l.ſi is qui hæres,in prin.ff. de excep.rei iudi.vbi ſi is,qui hæres non erat,hæreditatem petierit,& poſteà factus hæres eandem hæreditatem petat,exceptione rei iudicatę non ſummouebitur.& l.hæreditas.C.de peti. hæred. Hincq; Paul.Caſtr.conſi.cccxiij.iſta pronuntiatio,lib.2.reſpondit, quòd ſi quis iudicem ineptè,& non obſeruata forma ſtatuti,recuſauit,ob idque fuerunt dictæ recuſationes reiectæ,non prohibetur poſtea rectè atque ordine eaſdem proponere.

*Actus nō conſumitur ex primo ipſo actu, qui non ſortitur effectum, uide xiiij.*

5 ¶Et facit,quod ſcribitur in l.hæc conditio filiæ,in prin.ff.de condi. & demon.quòd ſi legatū relictum eſt filiæ,ſi nupſerit:ſi ea nondum nubilis ætatis nupſerit, vel etiam coniuncta ſit ei, cuius nuptiis ei interdictum ſit,non cenſetur paruiſſe conditioni.Sed ſi poſtea alteri vtiliter nupſerit,conditioni paruiſſe cenſetur,& legatum obtinebit. Cuius l.autoritate Bal.in l.inuitus,in fin.C.de procur.dicit, quòd quando primus actus non conſumit effectum ſecundùm intentionem diſponentis,non intelligitur tantùm de primo actu, ſed & de vlterioribus. Infertque ex eo poſt Pet.quòd ſi procurator conſtitutus ſi ad appellandum,non ſolùm de prima appellatione intelligitur, per quam non habemus effectum ſecundùm intentionem mandantis,ſed de aliis quoque. Et ſequitur Ro.in l.ij.char.pen.ff.de re iudic. & conſil.ccccciiij.in caſu propoſitæ conſultationis,vbi & ad hoc multa alia iura allegat. quæ tu videre poteris.& Maria.in c.de illis,col.ix.verſi.& prædicta faciunt,extrà de cond.appo.& Feli.in c.2.in quinta limitatione,de treu.& pac.& Iaſ.in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui, col.vlti.ff.de verb.oblig. Philip.Deci.conſi.xxij.cuius ſuperſcriptio incipit,ſi pronuntiatur,col.j.

*De eodem.*

6 ¶Et huc quoque ſpectat tex.in l.qui per ſalutem,ff.de iureiur. Ex quo not.Sal.ibi, quòd qui nullam & inutilem electionem fecerunt,poſſunt aliam validam facere. Sed & Bald.ibi ex eo quoque not.quòd licet omiſsio formæ reddat actum nullum, tamen idem actus poterit iterum fieri cū debitæ formæ obſeruatione:& id,quod alibi dicitur,diſpoſitiones debere intelligi,de primo actu,l.boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſigni.cum ſi.intelligi de primo actu valido,& ritè facto. Ad quod etiā allegat d.l.hæc conditio filiæ. Et idem quoque per illos duos tex.voluit ipſe Bal.in c.olim,col.ij.verſi.ibi & iterum,extrà de reſcrip.& conſi.cxlij. quod iudex non potuerit,paulò poſt medium,lib.4.Pau.Caſt.conſil.ciij. viſo teſtamento, tum col.j. tum ante fin.conſi.lib.1.Fely.in d.c.2.in prima limitatione,de treug.& pace. Iaſon in l.diuortio,§.quod in anno,in tertia limitatione,ff.ſolu.matri.Alcia.in d.§.hoc ſermone.

*De eodem.*

7 ¶Quibus adde optimum tex.in l.is cuius,§.vlt.ff.de adult.vbi ita ſcribitur,ſi quis adulterum & adulteram ſimul detulerit,nihil agit,poteritq; quaſi neutrum detulerit,rurſus à quo velit, initium facere:quia nihil prima delatione egit.& tex.in l.ij.in prin.in verſi.data,& ibi glo.Bar. & alij,& iterum in l.cùm ita,§.j.verſi.ſecundum quod,ff.de opti.lega.vbi per electionem nulliter factam non conſumitur ius eligendi.& ita eum quoque priorem tex.not.glo.Bar.Albe. & alij in l.ſerui electione,ff.de leg.j.& Roffre.Bened.quæſt.Sabb.j.Romana. Adde etiam gloſ. in c.Daibertum,in verbo,reiterari.j.q.vij.& quod de arbitro, qui perperam eſt arbitratus,an iterum poſsit arbitrari,tradunt gloſſ.in l.propoſita, & ibi Dyn.& Bart.qui eam l.legit cum l. ſocietatem,§.arbitrorum,col.ij.verſi.quærit glo. & Sal.qui hæc omnia legit cum princ.d.l.ſocietatem,col.ij.verſi.quæro primò,ff.pro ſocio.Cyn. poſt Petr.in l.vlti.in vij.q. & ibi quoque Bal.in iiij.q.C.de contrah.empt.Et quod de compromiſſo,quod non eſt ſortitum effectum,

voluit



voluit Bal.in l.veluti,§.hæc vox, & ibi Alex.& Recentiores,ff.de eden. & in l.fideicommiſſa, §.ſi quis decem,ff.de leg.iij.& conſi.ccclxij.primò videndum eſt,lib.5.& Roma.conſi.ccccciiij. in caſu propoſitæ,cum ſimil.

*Maximè cùm irritus eſt ob formam non ſeruatam.*

8 ¶Et hæc quidem haud dubiè vera eſſe videntur,cùm primus actus irritus eſt ob formam vel ſolennitatem non ſeruatam.nam & is reiterari poterit, quamuis ſecus eſſet ſi peccatum ſit in materia. Ita enim voluit coryphæus ille Gallorum Doctorum Pet.à Bel.Pertic.vti illum refert,& ſequitur Practicorum excellentiſsimus Alberi.in d.l.ſerui electione,in prin.ff.de leg.j. per tex.in l.quid tamen,ff.de arbit. Hic autem retractus fit irritus ob non ſeruatam ſolennitatem:igitur ea ſeruata iterari repetiq; poteſt.

*Et quando eſt facta cōceſsio, uel facultas ad certū tempus, uide 18.*

9 ¶Denique illud,quod dictum eſt de primo actu,non procedit, quando eſt facta cōceſsio vel facultas ad certum tempus,vt in hoc caſu, in quo poteſt conſanguineus intra annum redimere:quia non intelligitur pro vna vice,ſed toties quoties,& quādiu durat huiuſmodi tempus,l.ſicut in annos,in princip.ff.quib.mod.vſufru.amit.quem ad hoc expendit Rapha.in l.ſi mihi,& Titio,ff.de verb.oblig.& Alex.in addi.Bar.in l.j.ff.ad leg.Iul.maieſt. vbi & ad hoc dicit facere tex.in l.Græcè,§. & poſt litem,ff. de fideiuſſ.& Felin.in d.c.2.in iiij.limit.de treug.& pac.& ante hos Bald.quem nullus citat,conſi.xxxiiij.ſtatuto ſeu cap.col.vltim.lib.5.vbi & ad hoc allegat l.ſi ſterilis,§.vlti.ff.de actio.empt.& l.qui fundum vendebat,ff.de contrah.emp.Et his adſtipulatur, quod idem Bald.reſpondit conſi.lxxvj.forma ſtatuti,col.ij.lib.2.quòd ſi ex ſtatuto poſsit maior intra annum,obſeruatis quibuſdam ſolennitatibus,repudiare hæreditatem,poſteà autem ad id non admittatur: ſi quis maior non ſolenniter repudiauit, & ſit elapſus annus,non amplius audietur.at ſi nondum annus tranſierit, poterit iterum ſolenniter repudiare,cùm ſit actus iterabilis. Nihil tamen in id allegat.

*Somnia & fata non primo actu conſumi.*

10 ¶Sed non omiſerim tamen,oblectamenti cuiuſpiam externi gratia,ſomnia fataq;,quæ natura duce veluti feruntur,vno ac primo actu non conſumi,aut finiri. Nam vt ſcribit Artemidorus Daldianus lib. de Somniorum interpret.2.c.12. cùm quidam procus puellam ſibi deſponſatam habēs,in ſomnis ſibi viſus fuiſſet deſidere ſuper ariete,& ex ipſo ex anteriore parte decidere:quiſpiam ſomniorum interpres id ſomnium ſic expoſuit: Vxor tua ſcortabitur, & vt dici ſolet, cornua tibi faciet. Ob quod ſomnij præſagium recuſans diutiùs nuptias, & tandem vix ab amicis perſuaſus,duxit illam ipſam,quæ illi deſponſata erat,eamq; præ ſomnij timore obſeruanter & anxiè cuſtodiebat. Et illa quidem, cùm annum inculpata vita vixiſſet,deceſsit. At ille putans ſomnij minas iam prætergreſſas eſſe,idque ſuum impetū perfeciſſe,aliā duxit vxorē,quæ ad vltimam ſcortationē progreſſa eſt.Atque ita is fatū ſomnij impleuit.Ex quo planè vides naturæ vim,quā vbiq; leges,vti magiſtrā,ſequuntur,nō vno actu, nō vnis iiſdemq; primis nuptiis fuiſſe contentā, ſed eam ad alias quoq; ſequētes produxiſſe.

*Contra præcedentia.*

11 ¶ET HAEC quidem ſunt quę fortiter defendunt eam ſententiam,vt iterum admitti debeat conſanguineus,qui à retractu ſummotus eſt,quòd ſolennia non obſeruarat : modò ſit intra tempus ipſius,& eum ſolenniter exequatur. Verùm ſunt aliæ multæ magnæq; rationes, quæ in contrariam ſententiam nos quoque vocant,imò verius trahunt. Quarum hæc prima eſt: Nam hic conſanguineus in noſtro caſu victus eſt,& repulſus à retractu,quòd non adhibuit aut non probauit adhibuiſſe ſolennitatem, quæ neceſſariò ex ſtatuto requirebatur:ergo perpetuò repellitur,atque excluditur exceptione rei iudicatæ,per not.in l.Iulianus,ff.de condic. indebi.& per Bart.in d.l.ſi quis ad exhibendum,ff.de excep.rei iudi. Et quod voluerunt Pet. & Sal.in l.j.in fi.C.ſi ſæpius in integ.reſti.quòd minor,qui ſemel petiit reſtitutionem in integrum,& victus eſt,quia non probauit,non eſt audiendus,ſi iterum petat reſtitutionem, probare volens. Sed nec aliàs regulariter huiuſmodi reſtitutio poteſt,niſi ſemel,intentari,vt videre licet in illo eodem titulo,& per Signo.conſi.lxxij.factum ſic præſupponitur: quod huc bene facit,cùm & illud remedium extraordinarium ſit,vti & hic noſter retractus.

*De eodem.*

12 ¶Præterea qui ante ſolutionem agit pignoratitia,licet non rectè egerit,tamen ſi offerat in iudicio pecuniam:debet rem pignoratam,& quod ſua intereſt,conſequi. Hæc ſunt expreſſa & formalia,vt noſtri vocant,verba,l.ſi rem alienam,§.vlti.ff.de pigno.acti. Ex quibus apertiſsimè declaratur,huiuſmodi oblationem eſſe inutilem, niſi fiat ante ſententiam,vt etiam ex eo tex.colligit Bald.conſi.l.ſecundus creditor,lib.1. vbi hoc argumento reſpondit, cùm ex facto interrogaretur, quòd ſi ſecundus creditor habens ius offerendi priori creditori, ex l.j. C. ſi antiq.credi.in id egit,vt reciperetur,nec tamen poſtea debitè obtulit,ideoq; prior creditor abſolutus eſt,non amplius ei patet via iterum offerendi priori creditori.

*Oblatio ante ſententiam facienda.*

*Secunda oblatio cautionis non conceditur.*

13 ¶Quò etiam ſpectat tex.in l.ſi finita,§.poſtea,ff.de dam.infect.vbi poſtea quàm quis poſsidere iure dominij iuſſus eſt,ob omiſſam cautionem, non amplius erit locus oblationi cautionis,ne nullus rei finis inueniatur,niſi ſi quibuſdam vel ætate,vel qua alia cauſa ſubueniatur. Hæc enim propemodum verba ſunt illius tex.Et id ita intelligit communis opin.vt ne intra biennium quidem admittatur debitor,quod aliàs datur ad rem recuperandam,ex l.vlt.C.de iure domi.impe.vt voluerunt Imol.& Paul.Caſtr.in d.§.poſtea,Angel.in eadem l.§.ſi plures, col.vlti.Alex.in eadem quoque l.§.Iulianus,col.pen.verſic. item inquantum contra Bart.ibi, cum aliis multis concord.ibi ab eo traditis,& Philip.Dec.conſi.cccclviij.in cauſa magnifici,

colum.j.& conſi.cccccxcij.in cauſa dominæ,per totum. Quod eò voluimus dicere,vt intelligeres nihil quantum ad hanc rationem,obſtare,ſi quis diceret,nullum hîc finem non fore, cùm conſanguineus non niſi intra vnum annum admittatur:nihil ergo prohibet, quin pluries intra id tempus admittatur,cùm finis omnibus oblationibus lapſu eius temporis imponatur,atque ita ceſſabit ea ratio infinitatis. Nam & illo caſu d.§.poſtea , volebat Bart.admittendum eſſe debitorem ad offerendum intra biennium,tanquam ſcilicet is finis foret ei oblationi,& tamen ab omnibus eius opinio reiicitur.

*Sed nec prima oblatio poſt concluſionem in cauſa. Actio emendari non poteſt poſt ſententiã.*

14 ¶Et hæc ſanè eò magis obtinent,quòd poſt concluſum à partibus in cauſa, non licet iiſdem offerre,vt probat tex.in c.paſtoralis,extrà de cau.poſ.& propri. Ergo multo minus poſt ſententiam abſolutoriam, quæ tranſiuit in rem iudicatam : niſi ius offerendi reſeruatum fuiſſet per ipſam ſententiam,l.cùm eorũ,C.de ſenten.& interlo.om.iudi.& arg.l.ſi ſoror.C.de colla. Nam & in ſimili videmus,quòd emendare actionẽ ſiue libellum nullo caſu licet, niſi vſque ad ſententiam,idipſum atteſtante Bar.in l.edita,col.ij.verſi.hoc præmiſſo, & ibi quoque aliis, C.de eden. Lata igitur ſententia nullus emendationi locus relictus eſt.Et facit etiam tex.in l. in delictis,§.vlti.ff.de noxa.act.vbi ſententia abſolutoria parit exceptionem rei iudicatæ,ſi iterum eadem actione agatur,etiam cum adiectione alterius qualitatis,& ibi id not.Bart.& Bal.

*Priuilegium amittit,qui eo abuſus eſt.*

15 ¶Ad hæc,hic conſanguineus offerendo pretium & petendo retractum,à conſuetudine introductum,ſe veluti adſtringit ad ea omnia facienda,quæ conſuetudo iubet obſeruari ad retractum obtinendum quod tamen non fecit pendente iudicio. Ideò amplius agere non poterit,niſi ei ſubueniatur ob iuſtum errorem,l.qui habebat,& ibi glo.& Docto.ff.de inſtit.actio. Præſertim cùm hic non vſus ſit beneficio conſuetudinis,vt vti debuit,ſed abuſus ſit, non vtendo forma ab eo tradita:ideò id omnino amittere debuit,ar.c.vt priuilegia,extra de priuil. cum ſimi. Nam & qui legem contempſit, eius auxilio vti non poteſt,l.auxilium,in fin.ff.de minori.& expreſsius in l.vlt.§.ſinautem poſtquam,C.de iure delib.& ibi aliæ concor.in gloſ. quibus adde c.quia fruſtra,extrà de vſur.vbi etiam glo.affert concor.Et eius arg.Soc.conſi.lj. præſtantiſsime,col.j.verſi.octauò & vltimò,reſpondit,quòd qui ſtatuto vtitur non obſeruata ſolennitate illius,priuatur beneficio ipſius,& in id alia quædam allegat. Porrò Barpt.Brixi.q.venerabil.lxxxij.quæritur vtrùm committens,dicit id generale eſſe,& ſi aliquo caſu contrarium reperiatur,id eſſe ſpeciale.vti etiam poſt eum dicit Alber.in d.l.auxilium,§.j. Et facit quòd faciens ſemel contra priuilegium, illud perpetuò perdit,l.ij.C.de iure domi.impe.& c. cùm acceſsiſſent,& ibi not.extrà de priuil.& notab.Inno.in c.accedentibus,de priuil.& Paul. Caſt.conſi.ccccxxxj.videtur dicendum quòd dicta,col.j.lib.1.cum ſimil.

*Et beneficium ſtatuti qui eius ſolennitatem non obſeruat.*

16 ¶Adde & hîc duos tex.alterum Iuris ciuilis,alterum canonici,primum in l.accuſaturus,ff.de adulte.cuius hæc verba ſunt:Accuſaturus adulterij, ſi quidem circa inſcriptionem errauerit, & tempora largiuntur,emendare non prohibetur, ne cauſa criminis aboleatur. Vides enim ibi,eum qui accuſationem inſtituerit,nec ſolennia impleuerit, iterum admitti implendo ſolennia intra tempus accuſationi præſtitutũ:ſed hoc quidem ſpeciali quadam ratione, ne ſcilicet cauſa criminis aboleatur:quæ ratio huc nihil omnino pertinet:quare ea ceſſante,ceſſat & diſpoſitio,l. quod dictum eſt,ff.de pact. cum ſimil. Et cùm id fiat ſingulari ſpecialiq; illa ratione,ſatis declaratur Ius commune eſſe in contrarium,l.ius ſingulare , & l.quod verò,ff.de legib. Secundum eſt in c.commiſſa,in verſic.porrò, de elect.lib.6.vbi ſi quis ſemel fuerit priuatus beneficio curato,quòd intra annum ad ſacerdotium non ſit promotus,non poterit ea vice iteratò id beneficium eidem conferri. Ex eoque no.Pet.Anch.ibi,in v.notab.quòd priuatus eccleſia propter culpam ſuam,eſt effectus inhabilis ad eandem illa vice.

*Diſpoſitio intelligitur de primo actu.*

17 ¶Poſtremò facit illa regula, de qua ſuprà locuti ſumus , quòd diſpoſitio aliquid concedens intelligitur de primo actu,nec iterari poteſt,per d.l.boues,§. hoc ſermone,ff.de verbo.ſignifi. cum multis ſi.& concor.tex.& Doct.adductis à Felin.in d.c.2.de treug.& pac.& Iaſ.in l.duobus,§.j.ff.de iureiur.& in d.l.diuortio,§.quod in anno,ff.ſolu.matr.& à nobis ( quòd citra iactantiam dictum ſit ) omnium latiſsimè in tractatu, cui titulum fecimus , Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo actu. Nec quantum ad id,ſemper verum eſt, quod in contraria parte diximus,id procedere in primo actu valido,vt videre licet per Barto. & alios in l.ij. §.j.ff.de opt.leg.Ray.Bal.Imo.Alex.& alios in d.l.ſerui electione,ff.de leg.j.Bal.in l.vlt.col.iiij. verſic.quartò quæro,C.de contrah.emptio.& in d. l.qui per ſalutem,ff.de iureiur.Ioan.And. Domi.& Imo.in cap.ſi compromiſſarius,§.j.de elect.lib.6.Feli. poſt Antiquiores in cap.in literis,in viij.limitatione,extrà de offic.deleg.

*Etiam inualido.*

18 ¶Ad id autem,quod primo loco dictum eſt, de eo qui primùm propoſuit actionẽ ineptam, & ſuccubuit,vt nihilo minùs poſsit ad aptam redire:illud verum eſt, cùm illa apta actio cõpetit alio iure,vt ſatis declaratur.in d.l.Bebius,ad illud allegata,in fin.ipſius l.& ibi glo.j.in fi. & Alberic.ff.de pact.dot. & hoc quoque adſtruunt omnia iura allegata pro parte contraria. Quod autem poſtea ſequitur, de facultate conceſſa ad certum tempus : vt iterari poſsit durante eo tempore,illud poteſt reſponderi procedere in actu ſucceſsiuo,vt in caſu d.l.ſicut in annos.ff.quib.mo.vſufr.ami.vbi legatus ſiue cõceſſus eſt vſusfructus alicui vſque ad aliquod certum tempus. Hîc autem loquimur de actu momentaneo , & qui breui aliquo tempore conficitur,

*Etiam in facultate conceſſa ad certũ tempus.*



conficitur,atque expeditur,videlicet de iure offerendi,quod quidem ipſum permititur fieri intra aliquod tempus:ſed id fit atque expeditur vno atque momentaneo actu. Sicuti & ius eligendi conceditur etiam intra aliquod tempus,ſcilicet triũ menſiũ,c.ne pro defectu,extrà de elect.& tamen aliquando , ſi ſemel ea facta fuerit etiam inutiliter, id ius extinguitur. nec iterari poteſt,etiam intra tempus in id cõceſſum,vt ſuprà diximus ex Saly.& no.in c.auditis extrà de elect.cum ſi.à me collectis in repe.l.ſi vnquàm.in verbo, reuertatur.nu.375. { incip. triceſimooctauò quod eſt admodum,& ſeq.} C.de reuo.don.

*Præſertim ſi is qui fecit,ſit in culpa.*

19 ¶Et hæc quidem omnia maximè procedũt,cùm is,qui primũ actum fecit inutiliter,in culpa fuit:tunc enim haud dubiè eundem iterare non poteſt:vt pulchrè voluit Bald.conſi.ccxxij. per ſanctiſsimum,lib.4.ar.l.j.§.quæſitum,ff.quan.act.de pec.eſt anna.Et ſatis probatur ex d.c. commiſſa.& quod ibi dicit Pet.Ancha.de elect.libr.6.à nobis ſuprà cita.Ex eoque quòd qui ſcienter eligunt aut poſtulãt indignum,iterũ eligendi facultatem amittunt,c.gratũ, extrà de poſtu.præla.& c.bonæ,le ij.& c.cùm in cũctis,§.vlt.& c.cùm Vintoniẽſis.§.vlt.de elec. cum ſi. Et idem de fideicommiſſario,qui ſcienter elegit pauperes incapaces,voluit Bar.in d.l.ij.verſi. data,col.j.ff.de opt.leg.Atque ex eo,quòd executor datus à Papa ad conferendũ beneficium ſi inutiliter contulit,poteſt iterum conferre vtiliter, niſi id primùm faciens errauerit in iure: vt voluit Inno.in c.j.de re iud.& Card.Flo.qui id dicit not.conſi.ciiij.poſt redditum, col.ij. verſi.ad aliud dubium.

*Litium ſumptus,labores, moleſtiæ.*

20 ¶Hîc autem maxima eſt in eo culpa,qui vti volens beneficio huius conſuetudinis , omittit formam & ſolennitatem illius,errans in iure municipali omnibus lippis & tonſoribus cognitiſsimo:& interim tamen fatigans vexánſque emptorem multis magniſque ſumptibus, impenſis,laboribus,moleſtiis,quæ ſequi ſolent litigantes, etiam ſi victoriam reportarint , vt ſatius ſit ſemel vinci,quàm ſæpius vincere,aut diutius litigare,vt docet experientia , & non obſcurè innuit text.in l.minoribus xxv.annis ſubuenitur,ff.de minorib.Ex quo illud Martialis lib.7.Epigrammaton,

*Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ*
*Conterit vna tribus Gargiliane foris.*
*Ha miſer, & demens,viginti litigat annis*
*Quiſquam,cui vinci Gargiliane licet?*

*De eadem re.*

21 ¶Vt non immeritò ſcriptum ſit in l.item ſi res, §.vlt.ff.de alien.iud.mut.cau.fact.Hæc enim verecunda cogitatio eius qui lites execratur,non eſt vituperanda, cum aliis multis in hanc ſententiam adductis ab Alb.in l.etiam, in princ.ff.vt leg.nom.cau.& Luc.Pen.in l.litibus,C. de agr.& cenſi.lib.xj.& nouiſsimè à Matth.Paco.in ſuis commentariis in tit.de mand.Apoſt. §.& vt obuietur,in princ.& Pet.Rebuffo in procemio concordatorum,in verbo,ſumptibus. Vt tamen interim non omittas , quod ſcribit Tullius lib.2.Offic.admonens à litibus,quantum liceat,& neſcit an paulò plus etiam quàm liceat, abhorrere:eſſeque non modò liberale nonnunquam de iure ſuo decedere, ſed etiam fructuoſum. Cui concinens glo.in cap.pen. extrà de empt.& vend.tradit eum magnum commodum conſequi , qui à lite recedit , ideo (inquit) propter inſtrumenta poſt tranſactionẽ reperta non inſtauratur lis. Et ſequitur Ant. qui & ex hoc dicit (quam vere cæteri videãt) valere tranſactionem factam ab eccleſia,etiam non probata alia vtilitate.& Panor.in c.j.in [illegible] Alex.conſi.lxvj.viſa facti narratione,col.iiij.verſi.ſed in propoſito,lib.6.& Philip.Dec.conſi.ccccclxxix.in cõtrouerſia col.iij. Idem autem Tullius in Oratione pro Cecinna,appellat ſolicitudinem & periculum litium. Finis(inquit) ſolicitudinis ac periculi litium non à patre relinquitur,ſed à legibus.Si autem hunc iterum admittamus ad retractum , quo iam ſua culpa decidit, quid aliud quàm lites tam moleſtas & execrandas , vt diximus, ex litibus ſerimus? contra l.iiij.§.ait prætor.ff.de re iudi. & l.terminato,in fi.C.de fruct.& lit.expen.

*Cõſanguineus certat de lucro.*

22 ¶Nec tamen omittendum eſt conſanguineum , qui hîc vult retrahere rem ab emptore vi huius conſuetudinis,certare de lucro captando , non de damno vitando, vt patet ex not.à Bar.in l.vlt.in fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſt.neceſ.non eſt,& in l.etiam,la ij.ad fi.ff.de mino. dum vtrobique alleg.c.cõſtitutus.extrà de in integ.reſti.quod expreſsim loquitur de noſtra cõſuetudine retractus,& plenius diximus ſuprà §.j.gl.x.nu.125.certũ eſt,& ſeq.Ideoq; ſi quæ iura videntur iterum admittere eum qui ſemel in ſolennibus errauerit,ea certè loquuntur, cùm tractatur de damno vitando:nec ad hunc noſtrũ caſum trahenda ſunt:neque enim par eademq; ratio videtur admittere debita,& lucra non capere.l.vlt.C.de codic.Nec ignorantia iuris excuſat in lucro,aut quaſi lucro captando.l.iij.& ibi gloſ.& omnes.C.de iur.& fac.ign. & non tantùm maſculos , ſed nec fœminas quoque.l.quamuis.C.eod.tit.cum ſi.Et vide hîc quæ dicam latius infrà eo.tit.§.xxxv.eodemq; pe.gl.ij.in verbo,*mineurs*,nu.7.& hæc maxime, & ſeq.& iterum in glo.iiij.quæ eſt in verbo,*ignorans*, nu.27.quintum quod ignorantia.

*Ignorantia iuris nõ excuſat in lucro.*

*An ſubueniendum ſit cõſanguineo errãti.*

23 ¶Id quod etiam notandum eſt ad ea quæ ſuprà diximus de ſubueniendo in hac re ob ætatem,iuſtum errorem,aliámve iuſtam cauſam.Quanquàm & illud quoque dici poteſt, hoc in caſu non eſſe ſubueniendũ,nec ætati nec ſexui,nec ruſticitati,nec ignorantiæ,aliis duabus rationibus,præterquàm quòd hîc tractatur de lucro captãdo. Quarum hæc prior eſt, quòd

hæc omnia à noſtra conſuetudine obſeruari iuſſa in retractu ſunt formæ & ſolennitatis, vt hic declaratur:cuius quidem omiſsio nullos omnino excuſat.l.vlt.C.de teſta.iuncta gloſſ.in l.ambiguitatis,eod.tit.cùm aliis concord.à me adductis infrà tit.procedente.§.iiij.gloſſ.vij.in verbo , *en main de court*,nu.14.& ego id puto.Altera hæc eſt,quòd in his quæ ad rigorẽ iuris conſeruandum ſunt introducta,cuiuſmodi hæc ſunt, nemini etiam parcitur, vt voluerunt glo.Bart.Bald.& Pau.Caſt.in l.cùm quis.C.de iur.& fac.igno.cum aliis concord.etiam à me collectis in illa eadem glo.nu.16.& quia etiam,& ſeq.Ex quo fit etiam , vt tempus retractus currat minoribus abſentibus & ignorãtibus,vt cauetur infrà eod.§.pen.etiam ſine ſpe reſtitutionis,vt ibi dicemus.

24 ¶Et hæc certè multò magis obtinerent in caſu §.iij.ſuprà eod. vbi ſi emptor admiſerit conſanguineum ad retractũ,debet conſanguineus intra octo dies ſoluere emptori pretium venditionis,aliâs non recipietur amplius ad eundem retractum, id eſt, (vt vtar verbis illius §.) *il ne ſera plus receu audict retraict*,quæ verba ſignificant perpetuã excluſionem.Niſi quis diceret ea intelligi de eo retractu,quem prius intentauerat, ex natura illius dictionis, *dudict*, id eſt, dicti,ſiue eiuſdem,ſine ſuprà dicti,aut ſimilium quæ referuntur tantùm ad præcedentia,nec habent tractum ad futurũ tẽpus,l.j.§.eum qui,& ibi Bart.qui eum §.legit cum §.hoc edicto, ff.de poſtul.& declarat etiam idẽ Bar.in l.talis ſcriptura, §.vlt.verſi.quæro ergo quid ſi teſtator.ff.de leg.j.& Fran.Are.conſi.xxj.ſi diligẽter,col.j.vbi loquitur de dictione,dicta,& Corn. conſi.ccxlviij.circa hanc,col.j.verſi.quia ad hoc:lib.1.& Socin.conſi.ccl.in cauſa Bononienſi, col.pen verſi.ſecundò hoc deducunt, lib.2.vbi loquitur de dictione,eidem,Phil.Deci.conſi. cclxxvij.conſultus.col.j.& conſi.ccclxxvij.viſis,col.iij.verſi.nec obſtat.& Franc.Ripa qui loquitur de dictione,dictos,in l.filiusfamilias,§.Diui.nu.111.ff.de leg.j.& Lud.Goza.conſ.xxix. videtur,col.iij.nu.15.& conſi.xxxj.in hac cauſa,in princ. Et hanc interpretationem adiuuat, quod tenuit Lapus in quadam ſua diſputatione,negligẽtem petere apoſtolos intra dies ſibi præſtitutos,licet ſit ob id excluſus à proſecutione prioris appellationis à ſe interpoſitæ , tamen durante grauamine , poteſt iterum appellare,ſi ſit intra tempus appellandi. & ſequitur Domi.in c.ſi clericus,§.verùm,& ibi quoque Philip.Franc.in iiij.not.de præbend.libr.6.

*Dictiones dicti,& eiuſdẽ.*

25 ¶Sed dici poteſt in caſu noſtro,hunc retractum,quem vult nunc facere cõſanguineus,eundem eſſe,quem facere voluit,quamuis ſint diuerſæ oblationes,cauſæ,& inſtantiæ , vt ſi quis eandem rem alia inſtantia vendicare voluit, à qua re ante ob defectum quempiam repulſus fuerat:eſt enim ſemper eadem res. Vt tamẽ intelligas,huiuſmodi dictiones,idem,& dictum non per omnia referri ad præcedentia,nec cum omnibus qualitatibus,vt per ipſum Bar.in l. ſi cui.§.j.ff.de leg.j.& Ang.Are.in §.j.col.j.Inſti.de legi.patr.tutel.At apud Cenomanẽſes ſunt verba clariora pro perpetua excluſione,cùm dicit,loquens in eodem caſu, *iceluy lignagier n'y ſera iamais receu*, vt patet c.cõſuetudinum eius loci ccclxxxvj. Et eadem quoque verba in illo ipſo caſu ſcribuntur in Andegauenſiũ conſuetudine,ca.ccclxxvj.Et ſimilia verba apud Bleſenſes,c.xcvj.quæ ſunt huiuſmodi, *ſans ce qu'il puiſſe iamais demander ledict heritage par retraict.* Et idem videntur intellexiſſe Melodunenſes,c.lx.dum faciunt ius alteri cõſanguineo retrahendi,ſi ſit intra annum.quaſi huic qui cecidit retractu ob aliquem defectum,vt ibi dicitur, præcludãt viam retrahendi.Porrò Ferro.in cõſuet.Burdig.hoc eod.tit.§.xv.col.ij.verſ.ait lex noſtra tenuit in caſu illius §.qui omnino ſimilis eſt d.§.iij.huius noſtri tit.non amplius admitti conſanguineum,qui intra octo dies pretium venditionis non ſoluerit.

*De iiſdẽ illis dictionibus.*

26 ¶Sed & videri poſſet,continuò quàm agitari cœptũ eſt de viribus oblationis retractus, quia emptor conuentus dicit ipſam oblationem eſſe nullam ob non ſeruatam ſolẽnitatem conſuetudinis,viam eſſe præcluſam conſanguineo ad adhibendam poſthac eam ſolennitatem, etiam intra tempora retractus,eo quidem argumento,quòd licet facultas inſinuandæ donationis aut alterius cõtractus,ſi ei non ſit à ſtatuto tempus præſtitutum,duret triginta annis, argu.l.licet.C.de iure delib.& l.cùm notiſsimi,§.ſed cùm illud,& ibi glo.in verbo opponere, C.de præſcr.xxx.vel xl.ann.& glo.in l.j.§.ad hoc,in verbo,pro ſocio.C.de ann.excep.cum ſi. Tamen ſi iam fuerit obiectum aduerſus donationẽ, quòd nulla eſt ob omiſſam inſinuationem,non amplius poterit confugi ad remediũ inſinuationis.Ita enim reſpondit ſubdubius tamen,Ange.qui id dicit not.conſi.clxxix.viſis prædictis inſtrumentis.col.vlt.verſi.ſecundò eſt videndum,per §.illud,in Auth.vt fili.frat.& auth eò decurſum,C.de dona.ante nup.& l. vlt.C.de iure dot.& ſequitur Alex.in addit.Bar.in l.Modeſtinus,in princ.ff.de donat.& cõſi. ccxxxvij.perſpectis his,in fin.libr.6.vbi & id dicit no.& Franc.Are.conſi.cxxiij.in cauſa quæ vertitur,col.ij.verſi.præterea cùm ibi dicatur.& Hipp.Marſi.ſingul.489.quando à lege,vbi id dicit ſing. Sed id non probat Anto.Cana.in tracta.de inſinuationibus,colum.iij.in iij.quæſt. Ideo & in hoc amplius cogitandũ relinquo.Vide tamen interim Bald.in l.vnica.§.ſi autem ad deficientis,ad fin.C.de caduc.tollen. Et quod etiam in ſimili tradit.Iac.Alua.poſt Iacob. Ardi.in c.j.in prin.col.ij.verſic.quæro quid ſi vaſallus,tit.quid iuris ſi poſt alien.feud.Quòd eo caſu,quo recuperatio feudi à vaſallo venditi ei prodeſſet,ne eo caderet,intelligitur dummodo nondum ſit ſuper ea re mota controuerſia,arg.l.mancipiorum, ff.de optio.leg.& ſequitur & dicit not.Philip.Dec.conſi.clx.in cauſa monaſterij.in fi.

*Cõſanguineus an poßit emẽdare defectum ſolennitatis, poſteaquam ei obiectus fuerit.*

¶ILLVD



27 ¶ILLVD autem certũ eſt,quòd ſi interim ſcilicet pendente illa inſtantia retractus,qua conſanguineus cecidit ob non ſeruatas ſolẽnitates,vel alia quacunq; cauſa,exierit dies actionis, ſcilicet annus poſt notificationẽ,non poterit amplius ipſe cõſanguineus venire ad retractũ, quia fortè dicit per illam priorem inſtãtiam fuiſſe id tempus interruptũ:quia per iudicium, in quo actor ſuccubuit,non interrupta eſt præſcriptio tẽporis,vt poſt Paul.Caſt.in quodam conſi.voluit Fel.in c.illud,col.vlt.in decimaquarta cõcluſione,extrà de præſcrip.& Io.Fran. Balb.in tracta.præſcrip.in tertia parte ſextæ,eiuſdemq; vltimæ partis princ.nu.57. Et faciunt quæ diximus ſuprà,in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.85.ſed illud interim.

*Cõſanguineus qui ſuccubuit, non poterit agere poſt tempus.*

28 ¶Si tamen illud admittamus,vt ante ſententiã poſsit id fieri,etiã ſi fuerit oppoſitum,modò ſit intrà tempora,fatendum eſt,& poſt ſententiam quoque in cauſa appellationis fieri poſſe, ſi nondum annus exierit,per id quod generaliter ſcribitur in l.per hanc , C.de temp.app.& quod de denuntiatione,quæ fit venditori,voluit glo.in l.ſi rem quam.§.quolibet, in verbo, præfinitur,in fi.& ibi Doct.ff.de euict.& quod de oblatione pretij,ad quam tenetur ſecũdus creditor,ex l.j.C.ſi antiquior creditor,tradit Matth.Affli.deci.Neap.xvj.fuit in relationibus, in fin.vide tamen in contrarium tex.in cle.ij.de teſtibus.Sed ibi illud ſtatuitur,quòd eadem eſt ratio non admittendi in cauſa appellationis in eo caſu, quæ & in cauſa principali.

*An cõſanguineus in cauſa appellationis implere poterit ſolennitates.*

## POVRVEV, DVMMODO, GLO. VIII.

1 HAEC gallica dictio,*pourueu*,ea eſt,quam Latinè dicimus dũmodo , quæ modum facit Bar.in l.quibus diebus.§.vlt.col.ij.verſi.quid de dictione,dummodo , ff.de cond.& demon.per l.cùm ab eo,ff.de contrah.empt.& Bal.in c.dudũ,le ij.col.vj. verſi.& hæc faciunt ad quæſtionem,extrà de elect.vbi dicit,eam non facere conditionem,ſed obligare ad ſic faciendum.& Corne.conſi.cxxx.viſo,col.iij.verſic.poteſt,libr.3. & Phili.Deci.conſi.cccxxvij.viſo caſu,col.ij.verſic.nec prædictæ.Ex quo & illud potes intelligere, neceſſariò hîc requiri duos teſtes : alioqui non credetur nuntio. Nam & aliquando quoque huiuſmodi dictio conditionẽ facit,præſertim cùm rei imperfectæ iungitur,vt patet ex c.vt præteritæ.de elect.lib.6.& voluit Domi.poſt Pau.Eleaz in c.non poteſt,§.j.col.vltim. verſi.nota bene,de præben.lib.6.& Steph.Bertr.conſi.ccj.Chriſti,col.iij.nu.5.libr.1.Sed & alia de huiuſmodi dictione vide per glo.in dicto c.non poteſt.in verbo,retinere.& Do.Rot.dec. ccxxxj.ordinatio,in nouis.Porrò Guid.Pap.conſi.ccv.circa proceſſum, col.antepen.verſicu. ſecundò eſt dictum,dicit nuncupatim hanc vulgarem dictionem,*pourueu*,facere cõditionem. & eum ſequitur Franc.Ripa.lib.2.Reſpon.c.ix.princeps,col.j.

*Dummodo.*

*An neceſſe ſit nuntium habere duos teſtes,ut ei credatur de oblatione.*

*Pourueu.*

## DEVX RECORS, DVOS TESTES, GLO. IX.

1 MAGNVM diu inter veteres certamen fuit,ſoline nuntio (ita vulgò apparitorem vocamus,nec fortè malè,cum Cicero in vj.in Verrem actione ſcripſerit,nuntio Prætoris accerſitus) an igitur ſoli nuntio, ſine teſtibus credendum ſit. Fuerunt enim,qui ſimpliciter negarunt eſſe credendum, afferentes in eam ſententiam l. vlt.C.de bon.vac.lib.10.& l.j.C.de curioſ.lib.xij.& quod in ſimili habetur in l.j.C.de mand. princ.& in c.cùm contingat.extrà de reſcrip.& in c.cùm in iure.de offic.iudic.deleg.Et quòd vnius vox nec condemnat, nec iuſtificat,c.admonere,xxxij.quæſt.ij.& cap.licet ex quadam. extrà de teſtib.cum ſimi.Ideoq; nec ſoli tabellario creditur,§.ſi verò abſunt.in auth.de hær. & Falci.Ac nec ſoli quidẽ iudici, aut arbitro,l.ne in arbitris,§.pen.C.de arbitr.& c.quoniam contra falſam,de probat.Ergo multò minùs nuntio ſoli,cùm pro iudice aliàs præſumatur, l.ij.C.de offic.ciuil.iudi.pro nũtio nequaquam,l.ne diu.C.de pœnis. quæ loquitur de praua & venali perfidia horum apparitorum.

*An nũtio ſine teſtibus credatur.*

*Nuntius.*

*Ciceronis uox pro apparitore.*

2 ¶Ideo viles eſſe dicit Feder.Senen.conſi.cxix.nulli,col.vlt.& Bal.in l.ſi vt proponis.in princ. C.de execu.rei iudic.& Matth.Afflict.in conſti.Siciliæ,incipien.proſequẽtes, col.iiij.in octauo notab.Imò & viliſsimos quoque ipſe Bal.in l.vlt.col.pen.in viij.q.C.de edi. Diui Adria. tollen. Nam & videmus hodie in id munus aſſumi viles atque etiam infames , vt & ſcribit Collect.in c.cùm dilecti,ad fi.extrà de dolo & cõtu.& Bar.in extrauag.ad reprimendum, in verbo,nuntium.ex quo dicit,nec infames ab eo munere repelli, l.nec infamis , C.de Decur. lib.10.& l.j.C.de infa.eod.lib.& idem poſt eum dicit Ang.Are.in §.quadrupli, col.v.verſicu. quæro an credatur,Inſtit.de act.& in tract.malefic.in verbo,Petro publico & iurato nuntio, in princ.Quod & voluerũt Hoſt.& Ioan.And.in cap.prudentiam.in verbo, nuntium.& ibi quoque Bal.qui id dicit notatu dignum,col.ij.& Feli.ad fi.princi.extrà de offic.deleg.Sali.in l.tres denũtiationes,C.quomodo & quando iud.vbi viles ribaldos eos vocat.& Phili.Fran. in c.cùm teneamur,col.vlti.extrà de appel.An tamen verum ſit hoc poſtremũ dictum, vide Auguſt.Ari.in adddit.Angel.Are.vbi ſuprà.

*Nuntios uiles aſſumi.*

*Infames an poßint eſſe nuntij.*

3 ¶Et in hac quidem ſententia,vt ſoli nuntio non credatur,fuiſſe videtur glo.in d.c.quoniam contra falſam.in verbo, citationes.de probat.cùm dicit,ſoli nũtio publico & iurato credi in foro ciuili ſecundùm cõſuetudinem. At de iure communi (ait) videtur non eſſe ei credendum,niſi aliàs legitimè cõſtet.Et alia quoque gl.in c.quòd ſicut.in verbo , vocatos.extrà de elect.

*Qui ſoli nuntio credi negant.*

elect.& ibi Vincent.qui dicit citationem eſſe probãdam duobus teſtibus,vel publico inſtrumento,& Iac.Bal.in ſuo tract.de primo & ſecundo decreto,poſt princ.vbi ob id conſulit, vt duo nuntij mittantur.Et hanc opin.ſecuta eſt hæc noſtra conſuetudo , quæ generalis eſt in Francia ex regiis conſtitutionibus,vt dicemus poſteà.

*Qui credi aſfirmant, ſi nõ fuerit negatũ.*

4 ¶Alij dixerũt illi eſſe credendum,ſi non fuerit negatum.At ſi is,qui dicitur citatus,id neget, & ſecundum aliquos iuret ſe non fuiſſe citatum,illi magis credendum eſt. In qua ſententia videri voluit Hoſt.qui ſimplicem negationem requirit, in d.cap.quoniam contra falſam. in verbo,citationes,l.ij.in fi.de prob.Spec.qui iuramentum exigit.& alios Antiquiores allegat, in tit.de citatione.§.ſequitur.verſi.ſed nunquid credetur ſoli nuntio.Ioan.Fab.in l.ea quidẽ, col.ij.C.de accuſ.cum ea tamen moderatione,vt nuntio in modicis tantùm credatur : ſed & adhuc pars (inquit) auditur,ſi iuret contrarium.& Nico.Mate. qui etiamde iuramento loquitur in lectu.Bar.in l.ſcire oportet,§.ſufficit.in fi.ff.de xcuſat.tuto.

*Qui & id affirmant in iis, quæ cõcernũt eorũ officiũ.*

5 ¶Alij quoque voluerunt iis credi in iis,quæ cõcernunt officium eorum, verumtamen contrarium poſſe probari à parte. Quam ſententiã ſecuta eſt glo.in c.propoſuiſti.in verbo,non probatur,poſt princ.lxxxj.diſt.& poſtea ſubdit,contrarium ipſum probari per iuramentum partis, per quædam iura illic allegata:quod omnino conuenit cum præcedenti opin.& alia gloſ.quæ omnino idem voluit in §.item teſtes.in verbo,in executoribus.4.qu.3. Et diximus ſuprà eod.tit.§.iiij.in gloſſ.j.num.6.ſed & hinc prodiit,& in ea glo.alia multa ſi.adduximus. Quibus adde Bonif.Vitel.in tract.maleſi.tit.forma citat.accuſati.nume.16.

*Qui & id ipſum affirmant in citationibus tantùm.*

6 ¶Alij rurſus cenſuerunt credendum eſſe nuntio publico, & iurato in citationibus tantùm, non etiam in cæteris:quæ ſentẽtia fuit glo.in c.cùm parati,extrà de appel.Io.de Deo,Aegid. Guid.Suza.Rolan.& Gand.prout eos retulit Io.And.in addi.Spec.in d.tit.de cita. vbi ſuprà. & voluit etiam de citatione Io.Regius apud Fed.Senen.conſi.cxlij.cuius exordium eſt, domino Ioanni.col.pen.verſi.non obſtat relatio nuntij.Barto.in tract.de citatione, in xj.quæſt. Et de citatione itẽ voluit Bal.in l.vt perfectius,col.vlt.verſi.xj.C.de anna.excep. vbi ita dicit obſeruare generalem conſuetudinem.& Alb.in l.j.§.quies,ff.de offi.Præfect.vrb.

*Qui in modicis tãtùm,uide infra xxx.*

7 ¶Alij item dixerunt, nuntio credi debere in modicis, vbi ſcilicet verſatur paruum aliquod præiudicium,non autem in iis,quæ ſunt maioris cuiuſpiam præiudicij.& ij ſunt Vber.Bob. & Albert.Gal.vt retulerunt Spec.& Io.And.vbi ſuprà.Sed & eius opi.fuit Iaco.But.in d.l.j. §.quies,ff.de off.Præfect.vrb.Bald.in l.magis puto,§.illud, ff.de reb.cor.& in d.c.cùm parati, poſt princ.verſi.quæro vtrùm credatur.Lucas Pen.in d.l.j.col.ij.verſi.vel de breuitate , C.de curioſi.lib.12.Ioan.Fab.vt ſuprà diximus,in d.l.ea quidem.C.de accuſ.Ioan.Plat.in l.apparitores,in 3.not.C.de exact.tribut.libr.10. Et ſic videtur quoque voluiſſe Specu.tit.de remiſ.§. vtile verſic.ſed nunquid remiſsio,in fin.

*Qui intelligunt , niſi ſit ſuſpecta perſona.*

8 ¶Alij prętereà fuere in ea ſentẽtia,vt ſoli nũtio qui dicit ſe citaſſe,credi debeat,niſi ſit perſona ſuſpecta.Ita enim voluit Ange.laudatiſsimus Iuris interpres.in d.l.vt perfectius, col.vlt. verſ.itẽ nota quòd nuntio,C.de anna.excep.vnde vt ſubiũgit,cautela eſt,vt nuntij ipſi faciãt cõficere inſtrumẽta de eorum citationibus,ne ſcilicet ſua ipſorũ fides in dubiũ & diſcrimen vocetur. Et cum hac ſententia propemodum conuenit ea, quæ mox continenter ſequitur.

*Qui arbitrio iudicis relinquunt , uide xxxj.*

9 ¶Nam & alij id totũ,de quo diſputamus,arbitrio iudicis reliquerũt, potiúſne ſcilicet credet nuntio,an verò ei quem dicit ſe citaſſe.Quid enim(inquiunt)ſi nuntius ſit vitæ diffamatiſſimæ, alter notæ fidei & integritatis? Cõſiderabit ergo iudex qualitatẽ perſonarũ,& negotij: & huic vel illi magis credet,iuramẽto ab eo exacto,vel etiã non exacto.Et ita voluit Hoſti. in d.c.cùm parati.col.ij.in verbo,ſuus nuntius.& ibi etiam Collect.in fi.& Pan.col.iij. & idẽ Hoſt.in Sũma tit.de contu.§.qualiter depræhendatur,qui eſt ij.col.ij.verſi.quid ſi abſens eſt. Arch.in d.c.propoſuiſti.col.ij.verſi.in ea.glo.ibi.verbo nuntij.& in c.venerabilibus, col.ij. in verbo citatus.de ſent.excom.libr.6.latè Pet.Iac.tit.de act.de conſtituta pecunia libellus , col. pen.verſi.nec etiam deberet credi.Ioan.And.in addi.Spec.vbi ſuprà,in tit.de citat.Collecta. in c.cùm dilecti.in fi.extrà de dolo & contu.Bal.poſt Iac.Are.in l.j.§.j.in fi.ff.quẽad.teſt.aper. & in d.c.quoniam contra falſam.col.vij.verſ.quæro an relationi.extrà de prob.Ang.in l.hæc autem.§.non defendi,ff.quib.ex cau.in poſſ.eat.Sal.in d.l.tres denuntiationes,col.ij.verſi.ſed an credatur nuntio.C.quomodo & quãdo iud.& in l.abſentem,col.iij.in vj.q.C.de accu.latè Maria.qui alios adducit in repet.rub.de dilat.in xvj.art.Ang.Are.in d.§.quadrupli,col.5.verſ. quid autem ſi dicat,Inſtit.de act.& in d.tract.maleſi.in verbo,Petro publico & iurato nũtio. Guid.Pap.deciſ.Delphi.dcxxviij.non debet de iure.& in tract.Præſumptionum,col.v.verſi. ſed an debeat præſumi.& Iaſ.in l.properandum.§.& ſi quidem , col.iij.verſicu.quid autem ſi nuntius.C.de iudic.Matthæ.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip.edictorũ,col.iij.verſi.quartò not. & Stepha.Bertran.conſi.xxvij.ſi hic eſſet,nume.j.lib.j.

*Qui ſimpliciter dicũt credi.*

10 ¶Alij denique ſimpliciter aſſerunt credendum eſſe nuntio,per d.l.j.§.cura carnis.verſi.quies. vbi & hoc voluit Bal.ff.de offic.præfect.vrb.& l.magis puto.§.ne tamen.& ibi etiam gloſ.& Bart.ff.de reb.cor.& l.ſi quis Decurio.C.de fal.& l.apparitores , C.de exact.trib.lib.x.& dicto cap.cùm parati.de appel.cap.bonę.le j.de elect.& d.c.cùm dilecti.de dolo & contum.& cap.ſi fortè.lxv.diſt.Et ita quoque voluit Inno.in dicto cap.quoniam contra falſam,col.j.in verbo,





citationes.& ibi Imo.& Fel.& Feder.Senen.conſi.cxix.nulli dubium eſt,ante fin.Barto.in d. extrauag.ad reprimẽdum.in verbo, per nuntium ad fi.vbi id dicit ſeruari in practica.& in l. Diuus,la ij.col.ij.verſic.tertiò quæro,ff.de cuſto.reo.Bal.in l.j.§.ſi quis neget.ad fi.ff.quemadmo.teſta.aper.Imo.qui ita quoque dicit ſeruari,& Philip.Fran.& Philip.Deci.qui hanc dicit eſſe cõmunem opi.in d.c.cùm parati.Roma.qui alios multos citat,conſi.ccccxcvij.diligenter perſcrutatis,col.ij. verſicu.ſecundò poteſt reſponderi. Ludo.Bolog.qui etiam alios adducit conſi.lij.cor mundum,&c.& in præſentia breuibus vtar.colum.ij.Et hanc opin.dicit vbique ſeruari Specul.d.tit.de citat.vbi ſuprà.

*Et id uerum, modò ſit publicus & iuratus.*

11 ¶Et hæc quidem eſt,vt diximus , communior opi.quam & ſequendam ( quantum ad Ius commune pertinet) ducimus:nam aliter (vt dictũ eſt,& dicemus latius poſteà) in hoc regno Frãciæ vtimur.Sed id cum moderationibus quæ ſequũtur,intelligi debet.Et primùm dummodo is nuntius ſit publicus & iuratus,ſecundũ gl.in d.c.cùm parati.Bar.in d.§.cura carnis. & Bal.in l.ij.C.de ſportu.vbi dicit quòd propter iuramentum ſtatur renũtiationi nuntij. Et ita ferè omnes,qui de hac re loquũtur,intelligũt,vt videre licet ex iis,quos ſuprà citauimus.

*An neceſſe ſit nuntiũ in quolibet actu iurare.*

12 ¶Sed hoc tamen intelligas,vt non neceſſe ſit in quolibet actu nuntiũ iurare,ſed ſatis eſt cum in principio iuraſſe,ſe fideliter ſuum officiũ executurum,vt fieri ſolet,& debet.& ita voluit Bal.in d.l.magis,§.illud,ad fi.ff.de reb.eor.& in d.l.ij.de ſpor.ar.auth.in iſto iuramento, C.de iura.cal.vbi id dicit ſeruare conſuetudinẽ.& non obſcurè Ang.Are.in d.tract.malc.in verbo, necnon ad denuntiationem,nu.5.& iterum in d.verbo,Petro publico & iurato nuntio,poſt prin.& Barb.in tract.de præſtan.Card.in ij.parte,q.ij.col.iiij.verſi.tu adde quòd iura.& apertiſsime Car.Alex.in d.c.cùm parati,col.vj.verſ.& ante omnia,de appel.& Matth.Affl.in cõſt. Siciliæ,incip.in ciuilibus,in ij.not.in princ.Sicuti è diuerſo ſufficit ſemel in perpetuum eſſe remiſſum,nec per ſingula remittendum eſſe,l.quæ ſub conditione,§.vlt.ff.de cond.inſtit.

*Et in iis tantùm quæ illi ſunt cõmiſſa, creditur.*

13 ¶Secundo intellige,vt ei tantùm credatur in iis,quæ ſunt illi à iudice demãdata,vel commiſſa & ex officio quoque ipſius dependent:non etiam in aliis,vt voluit nominatim Cy.in l.ea quidem,col.pen.verſ.iuxta præmiſſa,C.de accuſa.Bar.in d.§.cura carnis,& ibi etiam Bal. in verſic.& ſanè.& idem Bar.in d.extrauag.ad reprimendum,vbi ſuprà citauimus, & omnes penè , quos ſuprà adduximus:& præter eos latiſsimè Corneus , conſil.lxxix.viſo proceſſu, col.ij.lib.3.& omnes,quos ſtatim citabimus.

*An credatur nuntio dicenti ſe fuiſſe uerberatum, aut iniuriis affectũ.*

14 ¶Hinc non creditur nuntio renuntianti citatum ſe verberaſſe, aut aliam ſibi intuliſſe iniuriam,Io.And.in addi.Spec.tit.de contu.§.j.verſ.circa ſecundum.& Bal.aut quiſquis is fuit, in practica,quæ vulgò tit.ipſius circunfertur.in rub.de quæſtio.& citat in xj.quæſt.Ant.Imo. & Pan.in d.c.cùm parati.Pet.Iac.d.tit.de conſtit.pec.Pau.Caſt.conſi.clxv.viſis & pònderatis. col.ij.verſi.tum etiam quia licet, lib.2.Card.Flor.in cle.j.in viij.q.de dolo & contu.Domi.in c.venerabilibus,§.ſecus,de ſent.excom.lib.6.Corne.d.conſi.lxxix.lib.3.Ange.Are.in d.§.quadrupli,col.5.verſi.quæro an credatur,Inſt.de acti.Guid.Pap.in d.tract.præſump.vbi ſuprà.& d.deci.dcxxviij.vbi dicit id verum eſſe de iure , ſed aliter ex conſuetudine Franciæ & Delphinatus obſeruari,& ſing.ccccix.verſi.Pet.Iac.vbi nihil dicit de ea cõſuetudine.Card.Alex. in d.cap.cùm parati,col.pen.verſi.ſed pone quòd nuntius de appel.Id dicens eſſe not.in d.l. properandum,§.& ſi quidem,col.ij.verſi.adde quòd cõmunis concluſio.C.de iud.& in l.age, col.pen.C.de tranſactio.& Hippo.Marſi.ſing.360.habemus.Steph.Bertran.conſi.ccxlix.quoniam,col.j.lib.1.Matth.Affli.in conſti.Siciliæ incip.in ciuilibus.in ij.nota.ad fi.Alcia.in tracta. præſump.regula iij.præſum.xiiij.nume.5.

*Et utrum ſaltẽ, ut inquiſitio formetur.*

15 ¶Nam & quod facit ad huius opinionis cõprobationẽ.Bart.& Bal.in d.§.cura carnis,aſſerũt nũtio credendũ eſſe,cùm de ſuo ipſius facto agitur,non ſi de alieno:niſi afferat alias probationes,d.l.j.C.de curioſ.lib.12.non ad hoc quidem (vt ſubdit Bar.) vt ad eius ſimplicẽ renũtiationẽ puniatur maleficiũ:ſed bene ad eum finẽ,vt inquiſitio poſsit formari:per d.l.Diuus, la ij.ff.de cuſto.reo.& d.l.ea quidem,C.de accuſa.& idem dicit Bald.conſi.xxxiiij.ſtatuto ſeu capitulo,col.iij.verſ.item ſecundum,lib.5.& Ang.Are.vbi ſuprà proximè.Illud autẽ planum eſt,aliâs ſemper magis alicui credi de ſuo ipſius facto,quàm alieno, vt latè docuimus ſuprà in §.j.in glo.xiiij.in verbo , *ou equipollent à vente,* nu.47.imò vt ſubdit,& multis ſeq.

*An ei credatur,quòd citatus reſpondit ſe non uenturum.*

16 ¶Hinc quoque non creditur nuntio renuntianti citatum reſpondiſſe ſe non venturũ, aut alia ſimilia:quia non ſpectant ad eius officium,vt voluit idem Io.Andr.vbi ſuprà proximè, & Bal.in d.§.cura carnis.in addit.& in l.Diuus.in j.lect.col.j.& ibi etiam Angel.col.ij.ff.de in integ.reſtit.& in addi.Spec.tit.de ſenten.verſi.citatio debet eſſe legitima,& in d.c.cùm parati, col.j.verſic.ſed ecce nuntio.& ibi quoque Anto.Imo.& Pan.de appel.Imo.in clem.j.col.viij. verſi.in quarto & vltimo caſu.de dolo & contu.Domi.in d.cap.venerabilibus.verſi.ſecus. de ſenten.excom.lib.6.Pau.Caſt.dicto conſi.clxv.lib.2.Nico.Mil.in reper.verſi.nuntius ſi refert. Corne.dicto conſi.lxxix.lib.3.Iaſon in d.§.& ſi quidem.col.iij.Matth.Afflict.in dicta conſtit. Siciliæ incip.in ciuilibus.col.ij.in fi.ij.not. Et bene facit,quod ex Bar.& Bald.in dicto §.cura carnis.diximus in præced.verſic.

*De eadem re.*

17 ¶Sunt tamen,qui in hoc tenent contrarium,vt ſcilicet credatur nuntio de reſpõſione citati, qui ſe negauit venturum.In quibus eſt Bar.in l.tres denuntiationes.C.quomodo & quãdo iud.

iud.& Card.Flor.in d.clemen.j.in 8.q.verſic.ego puto quòd relationi.de dolo & contumac. Imo.ſibi contrarius,in l.ſi finita §.Iulianus.ff.de damno infect.& latè in dicta l.ex conſenſu, §.vlt.colum.5.verſicu.circa primum,ff.de appel.& in c.ad petitionem.& ibi quoque Io.Ana. extrà de accuſat.Philip.Franc.& Dec.vterque latè,in dicto cap.cùm parati. Et hoc quoque à multis dicitur voluiſſe Bart.in d.l.ex conſenſu.§.vlt.poſt gloſſ.ibi de appel.& in l.vlt.ff.de in integ.reſtit.quibus tamen locis nihil de hoc dicit,ſed tantùm diſputat, an ea reſponſio facta nuntio,faciat verum contumacem , vt poſthac citari non debeat : de quo etiam per ipſum Bart.in d.l.tres denuntiationes.& Bald.in l.deberi.C.de fideicom.liber.Cardina.Florent.vbi ſuprà,& alios multos collectos à Feli.in dicto cap.ad petitionem,col.ix.verſi.item dicit hic. & col.ſeq.verſic.item circa prædicta.de acuſat.

*An reſponſio negãtis faciat eum contumacem.*

18 ¶Et horum quidem firmiſſima omnium ratio eſt,quia hæc reſponſio eſt veluti de appendicibus & connexis ipſius citationis:quæ cùm ei commiſſa ſit,& ei in hoc credatur , videntur eſſe commiſſæ appendices,& ea quæ veniunt in ſequelam & cõſequentiam ipſius citationis, cuiuſmodi eſt reſpõſio citati,vt ex ea ſciatur,an citatus velit comparere,arg.l.ij.ff.de iuriſdi. omni.iudic.& cap.præterea.de offi.deleg.Sed huic rationi reſpondet Iaſ.in d.§.& ſi quidem. quòd vera cõtumacia,quæ ex huiuſmodi reſponſione efficeretur,eſt aliquid grauius, quàm ipſa citatio : & cum conſequens maius eſt antecedenti,non ei accedit,ex ſententia Bar.in d. l.ij.& Roma.in l.illud.ff.de acquir.hæred.& probatur in l.pen.§.illo , C.de neceſ.ſer.inſtitut. Sed hæc Iaſ.reſponſio non omnino tuta eſt, quando non omnes conſentiant, huiuſmodi reſponſionem citati inducere veram contumaciam,vt per Doct.in locis ſuprà allegatis.

*An credatur nuntio de ea reſponſione. Cõſequens maius nõ accedit antecedẽti minori.*

19 ¶Vtruncunque autem ſit de hac ratione,certè in hoc omnes conueniunt,quòd nuntio creditur in his tantùm,quæ commiſſa ſunt eius officio,ſiue quæ ad eius officium pertinẽt,non etiam in cæteris. Sed non inter eos conueniunt,vtrùm hoc,de quo agimus,ſcilicet reſpõſio citati,ad nuntij officiũ pertineat,vt ſcitè ſicut cætera omnia,annotauit Corne.d.conſi.lxxix. libr.3.vt ibi latè videre poteris. Illud autem crediderim, quòd licèt non omnino crederetur nuntio de huiuſmodi reſponſione,tamen non adeò plena exactaque probatio ipſius requiritur : vt non obſcurè ſentit Bald.in d.§.cura carnis. cùm dicit ſimpliciter non credi nuntio de hac reſponſione,quantum ad plenum præiudicium.

*Licet non credatur nuntio, non tamẽ exacta probatio requiritur.*

20 ¶Hinc denique procedit,quòd non creditur nuntio dicenti ſe citaſſe mandato iudicis,niſi aliter de mandato appareat, vtpote cùm id non dependeat ab eius facto & officio:vt voluit Ioan.And.in addi.Spec.tit.de contuma.vbi ſuprà,Cyn.& Bal.in l.vlti.C.de exhib.reis.Bar.in d.§.cura carnis,& in l.ſciendum,ff.de verb.oblig.Bal.in d.l.magis puto.§.illud, ff.de reb.cor. & in cap.j.col.iiij.verſi.tertiò quæro vtrum,tit.de mili.vaſ.qui contu.eſt.& conſi.lxiij. ſolùm de ſubſcriptione,circa medium,lib.5.Sal.in l.cùm clericus,in ij.not.C.de epiſc.& cleri.& in l. abſentem,col.ij.in 5.q.C.de acuſa.Pau.Caſtr.dicto conſi.clxv.libr.2.Imo.& Philip.Franc.in dicto cap.cùm parati.vbi hoc tamen ipſe Imo.intelligit , niſi aliter ex conſuetudine diutina obſeruatum fuiſſet.& ibi Cardi.Alex.col.vij.verſicu.ſed qualiter.Alex.qui alios allegat, in l. ſciendum , col.x.nume.46.ff.de verb.oblig.Guid.Pap.ſingu.lxxxvij.verſic.non ſtatur dicto. Nicol.Milis,in d.verſi.nuntius ſi refert,latè Corne.dicto conſi.lxxix.lib.3.& Franc.Ripa , in cap.j.char.penul.verſi.tertiò amplia,extrà de iudic.& Stepha.Bertr.conſ.ccxxxiiij. vnicuique. nume.6.libr.52. Et dicemus latius infrà in tit.*des ſergens* , §.j. Et vide etiam Alciat.in d.xiiij. præſumptione iij.regu.nume.3.

*An ei credatur dicenti ſe citaſſe ex mãdato iudicis.*

21 ¶Hanc autem limitationem,qua negauimus credi nũtio in his quæ ad ſuum ipſius officium non pertinent,nec ex eo dependẽt,intellige,niſi agatur de minimo aliquo præiudicio: vt de omnibus in vniuerſum officialibus voluit Inno.in c.j.extrà de fi.inſtr.Bal.Pan.& omnes recẽtiores in c.poſt ceſsionem.extrà de prob.idem Bal.poſt Cy.in l.pacta nouiſſima,col. vlti.C.de pact.Panor.in c.cùm in eccleſiis.col.vlt.extrà de maior.& obed.& in d.c.j.char.vlt. verſic.an autem ſi appareat.extrà de iud.& benefacit tex.in c.j.extrà de cler.pereg.

*Si de minima quapiã re renuntiet.*

22 ¶Porro autem ex eo quod diximus credi nuntio in his quæ pertinent ad eius officium, procedit,quòd ſi mandatum fuerit mittere creditorem in poſſeſſionem bonorum Titij debitoris:idq; renuntiet nuntius ſe feciſſe,non ſolùm ei creditur in eo,quòd miſit in poſſeſſionem,ſed & quòd bona illa ſunt Titij,niſi aliud oſtendatur,ſecundùm Bal.in l.j.per gloſſ.ibi. C.de priuil.fiſ.& in l.ij.col.iij.verſi.ſed hîc dubitatur. C.quando fiſ.vel priua.prout à multis citatur,quanquàm ibi loquitur,cùm fuit expreſsè cõmiſſum,vt inquireret,quæ eſſent bona debitoris:ideò huc nihil pertinet. Sed illud clarè voluit Sal.in l.ob maritorum.col.j.verſicu. iuxta dictum.C.ne vxor pro mari.& Imo.in l.à diuo Pio. §.ſic quoque.ff.de re iudi.Alex.in ea ipſa l.§.ſi ſuper rebus,col.vij.verſi.item circa hoc.Philip.Dec.qui ita dicit ſe Senis reſpondiſſe,in d.c.cùm parati.ad fi.& Alcia.in d.xiiij.præſumptione regu.iij.num.4.

*Si dicat miſiſſe in poſſeſſionem bonorum alicuius.*

23 ¶Ex eo quoque fit,vt credatur nuntio,dicenti ſe non potuiſſe reperire citandũ:ideoq; cum domi citaſſe,d.l.properandum,§.& ſi quidem,ibi, nec ita actoris pars fuerit inuenta, iunctis illis præcedentibus verbis,per executorem negotij.& ibi Bald.col.ij.verſic.etiam ex hoc text. Et videtur etiam voluiſſe Bart.in l.j.§.permittitur.ff.de liber.agnoſ.in fin.ij.notab.dum conſulit,vt nuntius dicat ſe eum diligenter perquiſiuiſſe:& quia illũ non potuit reperire,ad do-

*Si dicat ſe ad domũ citaſſe: quia citãdum præſentem nõ reperit.*

mum



mum citaſſe,& expreſsius voluit ipſe Bart.in l.ſi tamen,in fi.ff.de legat.ij. & in l.iiij.§.Prætor. col.j.verſi.ſed qualiter apparebit.ff.de dam.infe.& Bal.etiam ſubobſcurè in l.vlt.col.j.C.de iure domi.impe.& Panor.apertè in c.cauſam,col.iij.verſi.quid autem ſi iudex.extrà de dolo & contu.& Phil.Deci.in d.c.cùm parati.& Alcia.in d.xiiij.præſumptione regulæ iij.num.3.

24 ¶Quod tamen intellige,ſi ipſe nuntius renuntiet id ſe feciſſe : quòd ſi ſimpliciter diceret citaſſe ad domum,non præſumitur eum perquiſiuiſſe , vt dicit Barto.in d.l.iiij.§.prætor.col.ij. verſi.ſed quid debet nuntius referre.& ſequitur Anto.in d.c.cauſam.col.penult. & ibi Panor. col.iij.de dolo & contu.& idem Panor.conſi.lxxxiiij.arbitror,poſt prin.lib.2. vbi & hoc dicit procedere,etiam ſi nuntius in fine ſubiungeret omnia ſe feciſſe ſecundum Ius commune,& formam ſtatutorum:non enim pro eo præſumitur,qui vilis eſt perſona , vt pro iudice,argu. not.in l.j.C.de vſur.& idem quoque voluit Imo.in l.ſciendum. & ibi latius Franc.Areti.col. xij.verſi.adde etiam inquantum.ff.de verb.oblig.vbi ipſe Aret.nuncupatim palinodiam canit contrariæ ſententiæ,quam ſtatim adducemus,& Roma.conſil.ccccliiij.in re præſenti.col.ij.& Alex.in l.hæres inſtitutus.col.ij.verſi.refert etiam.ff.de acqui.hære.& conſi.cxxxvij.in cauſa & lite vertente inter Lancelotum.col.iij.verſi.prætereà in citatione.lib.2.& conſil.ccj.in cauſa & lite vertente inter magiſtrum.col.j.verſi.& licet in actis,dicto lib.2.& conſi.ij.conſideratis his, in prin.lib.3.Phil.Deci.in c.quoniam.col.x.verſi.& prædicta concluſio.extrà de probat.

*An præſumatur perquiſiuiſſe, ſi non dicat expreſsè.*

25 ¶Quanquàm huius cõtrarium voluit Bal.in l.ſcire oportet.§.multa verò. ante fi.ff.de excuſ. tut.vbi id dicit ſeruari in practica iudiciorum.Pau.Caſt.in d.l.iiij.§.prætor ait,poſt prin.ff.de dam.infect.ipſe Roma.hîc ſibi palàm contrarius,in d.l.hæres inſtitutus.& ibi quoque Franc. Aret.col.j.in fi.& iterum col.ij.verſi.ſed ad primam quæſtionem,ff.de acqui.hære.quia vt ipſi dicunt,præſumitur legitimè factum propter facientis officiũ, vt in ſimili not.in l.acta,ff.rem rat.hab.& in d.l.iiij.§.abeſſe,ff.de dam.infect.cenſeturq; ipſe nuntius voluiſſe facere actum validum,& efficacem.l.pro hærede.§.Papinianus,ff.eod.tit.ff.de acqui.hæred.

*De eadem re.*

26 ¶Sed prior ſententia verior eſt,& ſeruatur in hoc regno. Sed illam tu tempera, vt procedat, niſi nuntius renuntiet citaſſe ſe ad domum,prout illi mandatum erat: quia tunc æquè valet, ac ſi expreſsè declaraſſet,eum reperire non potuiſſe,ideoq; ad domum illum citaſſe,vt colligitur ex dictis Bal.in d.l.properandum,§.& ſi quidem,C.de iudi.Petr.Anch.& Card.Flor.in d.cle.j.de dol.& contu.& eiuſdem Card.in d.cle.j.de iud.& Ro.conſi.ccccxvij. diligenter perſcrutatis.& Alex.in d.l.iiij.§.Prætor ait.vbi & hoc ſenſiſſe videtur Bart.col.j.& eiuſdem quoque Alex.conſi.ccxix.ponderatis his,col.ij.verſi.& ſimiliter præſuppono,lib.6.

*De eadem re.*

27 ¶Ad hoc tamen intellige,ſi in commiſsione,ſiue mandato iudicis de citando, ſit nominatim expreſſum,vt citetur quis perſonaliter,ſi reperiri poſsit:ſin minus,ad domum:quia tunc cùm nuntius ſimpliciter renuntiat citaſſe,ſecundùm formam ſui mandati,vel commiſsionis,ſatis videtur renuntiare illum ſe perquiſiuiſſe , vt mandatum erat. Secus ſi id non exprimeretur in mandato iudicis : nam licet ita intelligatur ſecundum intellectum iuris , tamen ad illud, quod de iure tantùm intelligitur,nec aliter expreſſum reperitur, non refertur relatio nuntij: vt ſatis declarant ij,quos ſuprà citauimus,& præterà Panor.d.conſi.lxxxiiij.lib.2. Alexand.d. conſi.ij.lib.3.Soci.conſi.lvj.viſo proceſſu,col.ij.lib.4.& Philip.Deci.in d.c.cùm parati,col.pen. & in d.c.quoniam,vbi ſuprà,de probat. Et aperta eſt vtriuſque differentia : quia primo caſu fit relatio ad id,quod facti eſt,ſcilicet ad mandatũ iudicis:ideò perinde habetur pro expreſſo in ipſa relatione,atque in ipſo mandato expreſſum eſt,l.ait Prætor,§.j.& ibi Bar.ff.de re iudi. & l.in ſumma,in princip.eod.titu.cum multis ſimi.à me collectis in Legibus connubialibus, in verbo,*expres*,verſicu.ſed & ſextum genus.Secundo autem caſu fit relatio ad ius,quod veriſimiliter non cadit in ſenſum nuntiorum iuris omnino imperitorum, vt etiam de teſtibus dicitur in d.l.j.C.de vſur.

*De eadem re.*

28 ¶Postremo ex eo,quòd diximus credi nuntio in his , quæ ad ſuum officium pertinent, illud quoque manauit,quòd illi creditur de diſcuſsione bonorum alicuius,videlicet cùm renuntiat nulla illius bona mobilia reperiſſe,ideoq; manum in immobilia miciſſe, ſecundùm ordinem l.à diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iudi. vel etiam ſi renuntiat nulla omnino bona rei principalis reperiſſe,nulla alia opus eſt diſcuſsione , vt agi poſsit contra fideiuſſorem. Hæc enim fuit ſenten.Barto.qui id dicit ſeruari de conſuetudine, in d.§.in venditione,col.ij. verſicu.quæro qualiter conſtabit,& ibi Alex.tum col.ix.verſi.alia practica,tum in fin. & eiuſdem Bart.poſt Iaco.Aret.in auth.hoc ſi debitor , quam legit cum l.perſecutione,col.ij.verſic. quæro,dicitur hic & ibi quoque Sal.col.ij.in ix.q.C.de pigno. vbi tamen ipſe Bart. dicit cautius & tutius in hoc adhiberi duos nuntios,& ipſius Bar.in l.in illa ſtipulatione,ſi Calendis, col.vlti.verſi.quæro qualiter,& ibi Alex.colum.quoque vlti.& Fran.Aret.col.pen.verſi. & ad modos.ff.de verb.oblig.& rurſum ipſius Bart.in l.ſtipulatio,§.habet,col.ij.verſi.formo vobis, & ibi latè Iaſon.col.j.verſi.quærit Barto.ff.de oper.no.nuntia. & eiuſdem Bart.in l.ij.§.ſi dubitetur,col.ij.ff.quemadmodum teſta.aper.& conſil.xc.dilecto domino, col.pen.verſicu.item ſciendum eſt. Sed ipſe Bart.in dictis locis,ne quis erret,expreſsim loquitur,quando nuntius ad hoc nominatim mittitur,vt inquirat.

*An ei credatur de bonorum diſcuſsione.*

29 ¶Sed & quòd nuntio de huiuſmodi re credatur,ſimpliciter tenet Sign. qui pulchrè declarat,

*De eadem re.*

quid hoc caſu facere debeat nuntius,vt executio legitimè facta dicatur , conſil.lvij. creditor, ferè per totum,& Bal.in auth.ſed hodie,circa medium,C.de act.& obli.& in d.l.ij.C.quando fiſcus vel priua.& in l.magis puto,§.illud,in fi.ff.de reb.cor. & Alex.in l.exitus, in princi.ff.de acquir.poſſ.& Maſuer.tit.de execut.verſic.item quanquàm de iure.& Guid.Pap.deci.Delphi. dcxxviij.non debet. Et idem de diſcuſsione,quæ fit de perſona, an ſcilicet inuêta ſit ad hoc, vt poſsit procedi contra correum,vt ſcilicet credatur nuntio, voluit Bart.in l.iij.§.j.in viij.q. eademq; penulti.ff.de duobus reis. Sed illud hîc obiter dixerim,poſtremis conſtitutionibus Regis noſtri Franciſci ſancitis menſe Auguſti anno Domini M. D. xxxix.artic.lxxiiij. illum ordinem mobilium & immobilium in executionibus fuiſſe ſublatum : vti etiam in Delphinatu iam diutius factum fuiſſe teſtatur ipſe Guid.Pap.deciſ.Delphin.cclxxxj.in ſtatuto.& iterum deciſio.ccccclxviij.de iure.

*Conſtitutio regia.*

30 ¶T e r t i o principaliter intellige,vt credatur nuntio,præterquàm tamen in his, in quibus verſatur graue aliquod alterius præiudiciũ,nam tunc ei ſoli non creditur,vt not.voluit Bar. in d.l.Diuus,la ij.cc l.iij.verſi.tertiò quæro.ff.de cuſto.reo.& Alex.conſi.lxxv. videtur in præſenti conſultatione,col.pen.verſic.& ſi dicatur,lib.4.& Philip.Deci.conſi.xciiij.in caſu ad me tranſmiſſo,col.ij.verſi.ſimiliter ſcriptura,& ij omnes quos ſuprà citauimus,nume.7. alij item dixerunt. Et bene etiam facit,quod ſcribit Federicus Senen.conſil.cxlij. domini Ioanni, col. pen.& Bal.in c.cùm dilecti,col.pen.verſi.oppo.dicitur hic,extrà de dolo & contu.

*An ubi uerſatur graue præiudicium.*

31 ¶Q v a r t o item principaliter intellige,vt nuntio credatur , niſi ipſius qualitas, eiuſq; qui citatus dicitur:& id negat,aliud ſuadeat. Quid enim,ſi fortè nuntius ipſe eſt opinionis prorſus illaudatæ:contrà autem alter,qui dicitur citatus,& tamen negat,integerrimæ fidei? Tunc certè iudex poterit ex iis,atque etiam ex qualitate negotij,& cæteris argumẽtis, arbitrari non eſſe ſoli nuntio credendum,ſecundùm eorum opinionem, quos ſuprà adduximus nume.9. nam & alij. Quam quidem opinio.cũ cæteris ita concordauit,atque veluti conciliauit Phil. Deci.d.c.cùm parati,col.penul.de appel.

*Quid ſi eius et citati qui id negat , qualitas aliud ſuadeat.*

32 ¶E t h a e c quidem, quantum ad Ius commune pertinet, obtinent. Sed quia quotidiana propè experientia compertum eſt, huiuſmodi nuntios non eſſe admodum probatæ fidei, multaſq; fraudes,calumnias,ac falſitates anteà perpetraſſe. Ideò primis ordinationibus (quas vocant) regiis Ludouici duodecimi,cap.56.ſancitum eſt (quod & noſtra conſuetudo hoc in loco ſtatuit) vt tum demum eis credatur,ſi ſecum habuerint duos teſtes in ſuis renuntiationibus inſcriptos : nec hoc caſu ( vt ſubdit ea regia ſanctio ) admittendam eſſe partem ad dicendum contrarium:quod intelligendũ eſt,niſi nuntij renuntiationem falſam aſſerat, & aduerſus eam de falſo inſcribat,iuxta ea,quæ ibi latè diximus.

*Deciſio principalis quæſtionis. Regia ordinatio.*

33 ¶Sed quæritur,an ſtante noſtra conſuetudine,aut etiã dicta ordinatione regia,credatur duobus nuntiis ſine teſtibus. Et id quidem verum eſt,vt multi voluerunt, qui in ea opinio.fuerunt,vt ſoli nuntio non credatur,ſed tum demum,ſi ſint duo: & qui etiam conſulunt adhiberi duos nuntios ad tollendam dubitationem,quam ſuprà tractauimus,an ſoli nuntio credatur.& inter hos apertè id voluerunt Vber.Bob.Alber.Gal.& alij , quos citat Ioan.Andr.in addit.Spec.tit.de citat.§.ſequitur.verſi.ſed nunquid.& ipſe Specu. in eo ipſo §.ſequitur,verſi. præced.Iac.Bal. in ſuo tractatu de primo & ſecundo decreto,poſt prin.Sign.dicto conſi.lvij. creditor,col.iij.verſi.item præmitto.Bar.poſt Iaco.Aret.in dicta authen.hoc ſi debitor. quam legit cum l.perſecutione,col.ij.verſi.quæro dicitur hîc,C.de pign. Sal.in d.l.tres denuntiationes,col.ij.C.quomodo & quando iudi.& in d.l.abſentem,col.iij.in vj.q.C.de accuſ.Ange.in l. hæc autem,§.non defendi,ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat.Ang.Aret.in tracta.malefic.in verbo,Petro publico & iurato nuntio.

*An autem omnino credatur duobus nũtiis.*

34 ¶Sicuti & ſimili dicitur,quòd licet iudici ſoli non credatur de actis cauſæ,cap.quoniam contra falſam,de proba.tamen ſi ſint duo,illis creditur,vt voluerunt Inno.& Hoſt.ibi,in princi. arg.c.cùm dilecti.extrà de accuſ.& c.inter dilectos.§.prætereà.extrà de exceſ.prꝛla.& ſequitur Bald.cum quadam tamen limitatione ibi,col.vij.verſic. reſtat aliqua dicere. Et idem quoque voluit Archid.in c.ſtatuendum,ij.q.vj. vbi & id dicit Romanam curiam obſeruare:& Lucas Pen.in d.l.j.col.ij.verſi.vltimò not.C.de curioſ.lib.12.Et facit,quod in ſimili ſcribit Bal.conſi. xlv.ſtatuto Papiæ,circa medium,lib.1. Et quod etiam vbique traditur,regulariter duobus teſtibus,omnimodam fidem adhiberi.

*Duobus iudicibus creditur.*

35 ¶Et ex his nonnulli ex noſtratibus illud aſſumunt,quòd cùm de Iure communi inſtrumentum à ſolo notario ſubſcriptũ non faciat fidem ſine duobus teſtibus, vt not.glo.in §.ſi verò abſunt.in verbo,quantùm ad hoc.& ibi Doct.in auth.de hæred.& Falcid.ſatis eſt, ſi duo notarij ſine teſtibus inſtrumentum conficiant. & ita vtimur in Gallia propè vniuerſa. Quanquàm cõtrarium nuncupatim in hoc caſu tenuit Bal.in c.2.col.ij.verſi. ſed pone quòd vnus. extrà de fide inſtru.& conſi.ccccxiij. duo ſunt ſtatuta,lib.1.& iterum conſil.ccccxliiij. ſtatuto cuiuſdam oppidi,lib.5. Pro cuius ſententia optimè facit, quod ſcribit gloſ.in d.§.ſi verò abſunt.in verbo,tabulariis.cum qua ſimpliciter tranſeunt Docto.ibi.& Ioan.Fab.in §.item verborum,col.vlti.verſi.item quæro,Inſtit.de inuti.ſtipul.

*An duobus notariis ſine teſtibus.*

36 ¶Faciunt quoque multa,quæ in ſimili tradit Bald.ipſe conſi.cxxviij.cum quidam vſurarius, col.ij.



col.ij.verſi.ſed ponamus,lib.3. & Corne.in ſubſcriptione conſi.lxviij.conſuluit, col.eiuſdem ſubſcript.j.lib.1.& conſi.lxxvij.licet autem per totum,eod.lib.1.& Iaſon conſil.xcvij.ſtatutum Bononienſe,lib.4.quæ in illis locis videre poteris. Ex quibus intelliges,non tutum eſſe conficere inſtrumentum coram duobus notariis ſine teſtibus , ceſſante conſuetudine contraria aut generali,cuiuſmodi eſt in tota penè Gallia,vt diximus:aut ſpeciali, qualem habemus infrà titu. *des notaires.* §.ij.qui eſt omnium huius volu.cccxiij. ex quo cognoſces,maius robur tribui inſtrumẽto à duobus notariis confecto, quàm ab vnico cum duobus teſtibus.de quo nos ibi latius dicemus. Nec mouet,quod dictum eſt,de duobus nuntiis. nam bona pars noſtrorum cenſent credendum vni nuntio,nulluſq; requirit duos teſtes cum eo. Magis autem vrget illud de duobus iudicibus, quandoquidem cũ vno iudice requiritur publica vna perſona,aut alij duo,vt nuncupatim ſcribitur in d.c.quoniam.

*De eadem re.*

## §. NONVS.

SI le retrayant ne peut trouuer l'achepteur,il ſuffit de faire l'offre à ſa femme [a], ou à ſon [b] domicile.

*SI retrahens emptorem in faciem conuenire non poßit, ſufficit oblationem fieri vxori [a] illius,aut ad ipſius [b] domicilium.*

### A SA FEMME, VXORI ILLIVS, GLO. I.

1 HA b e m v s tex.in l.aut qui aliter,§.ſed & Seruius,ff.quod vi aut clam. quo cauetur,abſente fœmina ſatis eſſe viro eius aliquid denuntiari.id quod Accurſ.ibi in princ.aſsignat ei quod ſcribitur in l.ij.& in l.maritus,C.de procura.ſcilicet maritum pro vxore poſſe agere ſine mandato,tanquam ſcilicet is ſit legitimus procurator. Vel id fit (inquit) quia vxor id ſcire ſtatim præſumitur,quod maritus ſcit.argu.l.ſi legibus.C.de epiſco.audien. de qua poſteriori ratione ſatis multa diximus in Legibus noſtris connubialibus,in l.xij.in princ. Et dicit Barto.in d.§.ſed & Seruius.quem legit ( ne tu erres) cum §.& ſi fortè,quòd ſufficit proteſtari aut denuntiare marito ad excuſandum à dolo, nõ tamen in præiudicium vxoris,cui factum mariti præiudicare non debet : vt patet per totum titu.C.ne vxor pro marito.

*An oblatio retractus poßit fieri uxori pro uiro.*

2 ¶Et autoritate illius tex.ſcribit not.Iaſon in l.vlti.char.vlti.verſic. decimoſeptimò quæro, de iure emphyt. quòd ſi emphyteuta fœminæ velit fundum emphyteuticum alienare , ſatis eſt id marito denuntiare,eritq; perinde ac ſi ipſius vxori fuiſſet denuntiatum. & dicit ad hoc illum tex.not.iuncta gloſ.declarando tamẽ,vt ibi per Bart. In quo tamen ipſe Iaſ.palinodiam cecinit in l.non ſolùm,§.morte,col.x.verſi.quærit Bar.ff.de oper.no.nunti.vbi illud latiſsimè diſſerit,an ſufficiat denũtiare marito pro vxore,poſt Bart.ibi,& in d.§.ſed & Seruius,& Ang. in l.mora,in prin.col.ij.verſic.tertiò quæro.ff.de vſur.quos omnes vide, ne hîc te diutius teneam.& ſimiliter Fel.in c.cùm M.Ferrarienſis,col.xx.verſi.nona concluſio.extrà de conſtitu. Vt tamen non omittam,quod Ioan.And.in c.in generali,col.vij.in paruis,verſicu.ſed quæro habeo,de regu.iur.in Mercur.tenet ſimpliciter ſufficere proteſtationẽ fieri marito pro vxore, per d.§.ſed & Seruius.& id quoque voluit Alberi.in d.l.maritus,in fin. & in l.ſi rem,§.quolibet.paulò ante fi.ff.de euict.per d.l.maritus.& quia ( inquit) vir & vxor ſunt vna caro,l.ij.C. rer.amot.& l.vlti.§.vlt.ff.de furt.

3 ¶S e d an è diuerſo cùm aliquid denuntiandum eſt marito,ſatis ſit vxori pro marito denuntiare,qui eſt caſus noſtræ conſuetudinis. Et certè ſi illa ſecunda ratio Accurſij habet aliquid in hac re momenti,cùm dicit , vxorem id ſtatim ſcire præſumi,quod maritus ſcit : ea multò plus ponderis hîc habebit. Quis enim neſcit,mulieres loquaciores viris eſſe, nihilq; non effutire ſolitas ? vt omnium copioſiſsimè docuimus in illis noſtris Legibus connubialibus, in ea l.xij.verſi.quamuis ergo & multis ſeq. Sed & ea ratione ceſſante , quod diſpoſitum eſt in viro,in d.§.ſed & Seruius,vt ſcilicet ſatis ſit viro denuntiare in cauſa vxoris,ea abſente,idem quoque diſpoſitum in fœmina debet cenſeri , vt ſcilicet ſufficiat abſente viro vxori eius denuntiare,per l.vlti.& ibi latè Bar.Bal.Ang.& alij præſertim Recentiores,qui afferunt concor. C.de indict.vidui.vti etiam faciunt in l.ſi priuſquam,col.pen.verſi.ſed aduerte.ff.de oper.no. nunti.& in authen.quas actiones.col.vij.verſi.tertiò principaliter.C.de ſacroſan.eccle.

*An è diuerſo, uiro pro uxore.*

*Argu. à reciprocis in uiro & uxore ualet.*

4 ¶Sed hæc poſtrema ratio (alia enim ſimul excutietur) tum demum procedit,cùm qualitas & ratio,ob quam in vno eſt aliquid ſtatutum,eſt in altero:quòd ſi abeſt,ceſſat diſpoſitio,l.curatorem.C.de interd.mat.& l.vlti.cum glo.vlt.C.de reſcin.vend.glo.in c.1.in verbo,ſub excommunicatione,& ibi Doct.extrà de loca.Bart.Bal.Ang. & alij in l.multùm intereſt,ff.de verbo. obliga.idem Bar.Bal.Ang.& recentiores in d.l.vlti.C.de indict.vidui. & ibi concordan.à Iaſ. Ceſſat autem in fœmina illa qualitas procuratoris,quæ eſt in viro:qui ( vt diximus) eſt legitimus vxoris procurator:quæ quidem qualitas eſt vera, aut certè præcipua & principalis ratio,quare quod denuntiandum eſt vxori , poteſt ea abſente eius viro denuntiari:nam vt di-

*Niſi ſit diuerſa utriuſque ratio.*

cit Barto.in d.§.morte,col.vj.verſi.circa quartum,& iterum colum.penul.verſicu. quæro cui debet fieri,denuntiatio ſiue proteſtatio debet fieri parti principali, ſi reperiri poſsit:aliàs fieri poteſt procuratori vel viro,vel etiam amicis,vt dicit in priori loco,l.ſi dictum,§.vltimo.ff.de euict.& d.l.aut aliter.§.& ſi fortè.

5 ¶Sed quia Bart.loquitur etiam de amicis,in quorũ, & quidem præcipuorum numero vxor collocanda eſt,ex illo verſu Propertij lib.4.

*Omnis amor magnus, ſed aperto in coniuge maior.*

Et latè diximus in l.ſi vnquam,in præfat.nu.12. ſed vt redeamus. Certè & alia quoque ratio eſt,cur non æquè admittenda eſt denuntiatio facta vxori pro marito, ac marito pro vxore: quia mulier non ita poteſt intelligere, quod ſibi denuntiatum eſt, vt poſteà viro renuntiet, illumq; certiorem faciat, ſicut vir facit:cuius quidem ob eam cauſam inter cæteras id minus eſt peculiare ac proprium, vt cauſas ac negotia forenſia & extranea curet atque adminiſtret, quæ ſunt mulieribus interdicta,l.ij.ff.de reg.iur.& plenè diximus in illis noſtris Legibus connubialibus,l.x.proindeq; & ipſe vir vxorem ſuam defendat,nõ vxor virum,l.j.§.vlti.& l.ſeq. ff.de iniu.qua ratione innixus ipſe Accur.in d.§.ſed & Seruius,expreſsim tradit, nõ ſatis eſſe vxori denuntiare,quod viro eſt denuntiandum:licet è diuerſo fieri poſsit,per illum text. Et aliàs videmus,quod diſpoſitum eſt in vno correlatiuorum,non habere locũ in altero,quando eſt diuerſa ratio,vt præter Bal.in d.l.vlti.C.de indict.vid. voluerunt Bar.Ang.Flor.Nell.à S.Gemini.& alij Recentiores ibi,per d.l.vlt.C.de reſcin.vend.& l.j.in fi. cum l.ſeq.ff.de iniur. nam & has quoque in id citat Iaſ.in d.l.vlti.cum aliis multis,vt ibi videre poteris.

6 *Citatio uiri in perſonã uxoris, an ualeat.*

¶Ex quibus ſatis apparet,non perperam ſcripſiſſe Iac.Are.& poſt eum Guid.Pap.dec.Delph. ccccxlv.an valeat citatio,in prin.& iterum conſi.cxxj.indubitanter,in v.dubio non valere citationem mariti in perſonam vxoris,vt contra eum,tanquã contra contumacem poſsit procedi. Quod tamen intelligit ipſe Guido in dictis locis,niſi ea citatio fieret in perſonam vxoris,in domo habitationis viri,per quædam iura,quæ in id allegat: præſertim ſi ei detur copia (exemplar,ſiue etiam exemplum vult dicere) citationis,per gloſ. quam dicit not.in l.licet.C. de repud.Subditq; quòd in curia Parlamenti Delphinatus hic ſtylus obſeruatur,quòd quando citatio facta in domo habitationis,& in perſonam vxoris veriſimiliter præſumitur veniſſe ad notitiam viri:ea citatio reputatur valida,& proceditur contra eum,tanquam contumacem,vbi maximè non agitur de magno præiudicio. Illum vide, & quæ ibi allegat. Senatus autem Pariſienſis,vt audio,non admittit huiuſmodi citationes, niſi citatio affixa ſit domui. Ideo nec quòd hîc dicitur in retractu,trahendum eſt ad alias citationes,ſiue denuntiationes, l.ſi verò,§.de viro.ff.ſolu.matri.cum ſimil.

7 *Vir cenſetur habere domiciliũ in ea domo in qua uxor habitat.*

¶Illud autem ſciendum eſt maritum cenſeri habere domicilium ea in domo, in qua vxor & familia ipſius habitat,l.j.§.domum. ibi vbi larem matrimonio collocauerint,ff.de lib.agnoſc. Ideoq; ſufficit,eum citare ad eam domum habitationis vxoris,vt apertè voluit Inno.in ca.ſi aduerſarius.quod eſt vlt.col.j.& ibi quoque Hoſt.& Ioan.And.extrà de eo qui mit.in poſſ.& idem Inno.in c.ex parte B.poſt prin.extrà de fo.compe.Bart.qui intelligit etiam,ſi tunc abſit ab ea domo,in d.l.j.§.permittitur.per tex.ibi,iuncta gl.in verbo,manere.ff.de liber.agno.Matthæſ.& poſt eum Card.Floria.in cle.j.col.iij.in ij.q.de iud.Bened.Capra.conſil.cxlij.punctus, quidam Bartholomæus,in ij.dubio.& Guid.Pap.in tracta.præſump.col.ix.verſic.præſumitur clericus.& Alcia.in tract.eiuſdem tit.regu.j.præſumpt.xxxv.& facit tex.in l.ij.C.vbi ſenat. vel clariſsi. Nam vbi maritus abeſt ab vxore,præſumitur eum latitare, vt dicunt Inno.Hoſti.& Ioan.And.in d.c.ſi aduerſarius,& Ange.in l.properandum,§.& ſi quidem.paulò ante mediũ, C.de iudi.& Barb.in cle.cauſam,char.antepenul.de elect.vbi id dicit ſing.

8 *Sed quid ſi uir & uxor ſeorſum habitant.*

¶Sed vide,an id procederet etiam ſi vir & vxor ſeorſum habitarent,honorem tamen matrimonij inuicem habentes,vt nonnulli faciũt,præſertim principes viri,vti atteſtatur Iuriſconſultus in l.cùm hic ſtatus. §. ſi mulier.ff.de donat.inter vir.& vxor.& facit l.nihil.ff.rer.amot. {Et facit quod ſcribit Bal.conſi.liij.quædam domina Richabella, in j.dubio,lib.4.} Et ex his potes intelligere,an & huiuſmodi oblatio & citatio in cauſa retractus poſsit fieri ad eam domum,in qua vxor emptoris habitat.

## A SON DOMICILE, AD IPSIVS DOMICILIVM, GLO. II.

1 *Oblatio, citatio, denuntiatio, & alia huiuſmodi, an poßint fieri ad domum.*

POTEST denuntiatio,atque citatio fieri ad domum illius,cui aliquid eſt denuntiandum,aut qui citandus eſt,l.ſcire debemus,§.qui autem,ff.de excuſ.tut.& l.aut qui aliter,§.& ſi fortè.& ibi glo.& Doct.ff.quod vi aut clam,& l.j.§.permittitur.ff. de lib.agno.& l.iiij.§.Prætor ait,& ibi Bar.& alij,ff.de dam.infect.& l.vim paſſam. §.nupta priuſquam.ff.de adulte.& l.vt perfectius,§.ſinautem.C.de anna.except.& ca.cauſam. extrà de dolo & contu.& cap.ſi aduerſarius,quod eſt vlti.de eo qui mit.in poſſeſ. & cle.cauſam,verſi.quòd ſi forſan,de elect.& voluit gl.in l.vlti.in glo.magna,in fin.ff.de reſtit.in integ. & Spec.tit.de cita.§.ſequitur.verſicu.ſed nunquid ſufficit denuntiare.Barto.in l.licet.C.de repud.Alber.loquens de peremptorio,in l.j.§.item cum edicto,ff.quæ ſent.ſine app.reſcin.idem Alber.



Alber.loquens de denuntiatione,in l.ſi item,§.quolibet.ff.de euict. & in l.mora,col.iiij.nu.16. ff.de vſur.& in c.præſumitur.de regu.iur.lib.6.nam is (ne erres) in fi.tit.ff.de reg.iur.commentaria edidit in quædam cap.eiuſdem titu.lib.6.Bald.in c.Cumana,col.iiij.verſicu. quædam eſt proteſtatio.extrà de elect.vbi loquitur de proteſtatione.& in c.quoniam,in prin.col.vlt.verſi. quæro nunquid ſufficiat,extrà vt lit.non conteſta.& in cap.1.col.iiij.tit.de mil.vaſ.qui contu. eſt.& Doctor.vbique.

2 *Et quid in criminalibus.*

¶Idque non ſolum in ciuilibus,ſed & in criminalibus quoque,vt voluit gl.in c.caueãt,quod eſt ij.iij.q.ix.Cy.in l.ſi accuſatoribus,poſt medium,verſi.quæritur hîc qualiter. & ibi quoque Bal.col.ij.verſi.in eadem glo.ibi,non inuentus,C.de accu.Spec.titu.de accuſ.parte iij.§.j.verſi. ſed nunquid ſufficit ſi ad domum.Alb.in l.j.col.pen.verſi.ſed nunquid,C.de hære.inſti.& in d.l.vim paſſam,§.nupta,ff.de adulte.per eum tex.Bar.in l.inter accuſatorem,verſic.ſed quæro vbi debet citari.& ibi etiam Imo.ff.de publi.iud.Bal.in d.l.vt perfectius,col.ij.verſicu.attende etiam,quia citatio,& ibi quoque Ang.col.ij.& idem Bal.in l.& poſt edictũ, in prin.ff.de iudi. Sal.in l.abſentem,in ij.q.C.de accuſa.Ang.Aret.in tract.malefi.in verbo, iudex cõmiſit,quod Caius & alij inquiſiti citarentur,col.iij.verſi.quæro an ſufficiat citari.Alex.qui hanc dicit eſſe communem opin.in l.iiij.§.Prætor ait,col.ij.ff.de dam.infect.Alex.conſi.cxx.viſo proceſſu,in fin.lib.6. & hoc de conſuetudine obſeruari dicunt Albe.Gand.in tract.malefi.tit.de citatione facienda,col.ij.verſi.ſed nunquid ſufficit.& Alb.Roſ.in tracta.ſtatu. in iiij.parte q.lj. ſed nunquid ex citatione,qui tamẽ videntur ſentire aliud eſſe de Iure communi, rationibus per eos allegatis,vti etiam facit Augu.Ari.in addi.Ange.Aret. vbi ſuprà. Sed nos in Francia priorem partem ſequimur,vti etiam olim ſequebãtur priſci Romani,apud quos,vt tradit Plutarchus in vita Gracchorum, more maiorum, ſi quis capitali iudicio accuſatus non veniebat ad ſe defendendum,eum domi ante ianuam conſiſtens nomenclator citabat.

*Mos antiquus Romanorum.*

3 *In quibus caſibus non ſufficit citatio ad domum.*

¶In nonnullus tamen caſibus non ſufficit huiuſmodi citatio ad domũ, vt videre licet apud Inno.Bal.Pan.& cæteros in d.c.vlti.extrà de eo qui mit.in poſ. D.à Rota in addi.deciſ.xlviij. valet citatio ad domum,in nouis.Ioan.And.in d.c.præſumitur,de reg.iur.lib.6.in Merc.Bart. in l.ſi tamen.ff.de leg.ij.Io.Fab.in §.vltimo.col.vlt.verſi.quid ſi non reperiatur,Inſti.de pœn. teme.litig.Bald.in d.l.vt perfectius,C.de anna.exc.Ant.& Imo.in d.cle.cauſam, de elect.Paul. Caſt.in d.l.iiij.§.Prætor ait,ff.de dam.infect.Soci.in tracta.fal.regu.ij.incip. abſens regulariter, & iterum regu.liij.citandus perſonaliter.

4 *Excommunicari an quis poßit ex citatione ad domum.*

¶Ex quibus duos tantùm,qui quotidie occurrunt,numerabo:primus eſt,quòd ex huiuſmodi citatione quis non poteſt excommunicari tanquam contumax,ſed debet perſonaliter appræhendi.Inno.in d.c.vlt.col.j.& ibi etiam Collect.poſt prin.& Pan.col.vlti. de eo qui mit.in poſ.per c.ſacro,extrà de ſent.excom.Vincen.in c.ad reprimendum,in fi.de offi.ordi.Bal.in d. l.vt perfectius,col.ij.verſic.in glo.ſuper verbo,domiciliũ.& in l.in actionibus,in antiqua lect. in fi.ff.de in litem iur.Ioan.Fabia.in d.§.vltimò.vbi ſuprà,Inſtit.de pœn.teme.litig.D. à Rota deciſ.cclxxj,ſi de mandato,in nouis,& deci.ccclxvij.ſi cõmittatur,col.ij.etiam in nouis.Paul. Caſt.in d.§.Prætor ait,col.j.Rom.conſi.ccccl xxxij.in caſu præmiſſo,col.ij.verſi. quo ad ſecundum.Fel.qui id dicit ſing.in c.cùm ſit Romana,col.v.verſi.& circa,de app. vbi declarat quomodo id ſit intelligendum.Quanquàm glo.à paucis annotata apertè ſentit contrarium in c. caueant.iij.q.ix. Sed Cardi.Alex.ibi eam reprobat,& priorem ſententiam ſequitur.

5 *Citatio, quæ fit ad excommunicationem teſtiũ ad perpetuã memoriam, an poßit fieri ad domũ.*

¶Secundus caſus:cùm quis citatur ad examinationem teſtium ad perpetuam memoriã. nam nec iſto caſu ſufficeret citare ad domum,niſi periculum eſſet in mora.Inno.in c. ſignificauit, ad fi.de teſti.Ioan.And.qui tamen diſtinguit,in d.c.præſumitur,Cy.in authen. ſed & ſi quis, verſi.quæro modò,& ibi quoque Ioan.Fab.qui id declarat,Bal.& Sal.C.de teſtib.per tex.in §. & hęc omnia,in verbo,admonitum,& iterum ibi,propter eius proteruitatem & audaciam,in auth.eo.tit.Bar.& Albe.poſt Dy.in d.§.Prætor ait,ille,col.ij.verſic.Dyn.inducit,hic col.j. poſt prin.vbi etiam diſtinguunt,ſed aliter.Albe.in d.l.vt perfectius,C.de anna.excep.& in l.de pupillo, §.ſi quis fortè,in fi.ff.de ope.no.nunt.Bal.in addi.Spec.d.tit.de cita.§.ſequitur,verſic.ſed nunquid ſufficit.& in ſua Marg.in verbo,citatio,col.ij.verſi.citatio non ſufficit.Ant.& Imol. in d.cle.cauſam,idem Anto.in c.vlt.extrà qui mat.accu.poſſ.Flor. in l.in lege Aquilia.§.j.col. ij.ff.ad legem Aquil.Matheſa.nota.cxxxiij.nota quòd citatio, Firmia.in tracta.de Epiſc.in iij. parte lib.1.col.iiij.verſic. nec quando examinatio.Alex.conſi.cciiij.ſuper themate,& dubiis,ad fin.lib.2.Matth.Afflict.in conſti.Siciliæ,incip.probationum incurſibus, col.iij.in iij.notab. {& in cap.vlti.col.vj.num.80.tit.de capi.qui cur.vend.}

6 *An hæc citatio ad domum, ualeat in his, quæ ſunt magni præiudicij.*

¶Nec defuerunt,qui tenuerunt generaliter,hanc citationem non adſtringere citatum in omnibus,quæ ſunt magni præiudicij,ſed tantùm in his,quæ ſunt leuioris cuiuſpiam præiudicij. Id enim voluit Pet.Anch.in cle.j.in vlt.not.de iudi.per id quod ſcribit Inno.in d.c.vlti.de eo qui mit.in poſ.& voluit etiam Mattheſa.d.no.cxxxiij.& Augu.Ari.qui id valde commendat in d.l.iiij.§.Prætor ait,ff.de nou.ope.nunt.& in addi.Ang.Are.in tract.malefi.vbi ſuprà.Quin etiam fuerunt,qui generaliter negauerunt,citationem fieri poſſe ad domum, niſi in caſibus in iure expreſsis. Nam & id voluit Inn.in d.c.ſignificauit,ad fin.extrà de teſtib.& Card.Flo. qui id dicit not.conſi.xiij.dominus Cato.& Philip.Deci.conſi.ccccl x.viſo puncto,col.vltim,

verſicu.& vlterius. Sed vt ſuprà diximus ex cauſis criminalibus,ita & in omnibus in Gallia ſeruamus,vt valeat huiuſmodi citatio ritè facta,ſecũdum ea, quæ ſtatim poſteà ſubiiciemus.

*Quid, ſi illis caſibus citandus latitet.*

7 ¶Illos autem caſus,in quibus de iure talis citatio non ſufficit,intelliges, niſi citandus latitet, vt per Inno.& alios in d.c.vlt.de eo qui mit.in poſſ.Dyn.Bart.Paul.Caſt.& alios in d.§.Prætor ait.Ioan.And.in d.c.præſumitur,Bald.in d.l.vt perfectius.col.ij.& in d.c.ſignificauit.col.ij. verſi.quæro an iſti fundatores.extrà de teſtib.Imo.in d.cle.cauſam,col.xj.verſi.vult ergo glo. Matheſ.in d.not.cxxxiij.in fi. Et ad id bene facit tex.in c.1.extrà qui matr.accu.poſſ.& in cap. quoniam,§.j.& ſeq.extrà vt lit.non conteſta.& in c.perlatum , qui fil.ſunt legit. Quis autem latitare dicatur,videbis in l.Fulcinius,§.quid ſi autem latitare,ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eat.& in l.eum qui,ff.de priui.credi.& per glo.in l.ſatiſq;,ff.de in ius voc.Inno.Ioan.And.& Barb.in c. conſultationibus,extrà de offi.deleg.Spec.titu.de pri.& ſecun.decreto,§.nunc dicamus,verſi. illud autem,Bal.in auth.& qui iurat,col.antepen.verſi.modò ego quæro,C.de bon.auto.iud. poſsid.& Philip.Dec.in l.non videtur defendere,in princip.ff.de reg.iur.& Matthæ.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip.ſi quis poſt litem,col.iij.in iij.not.

*Quæ requiruntur in hac citatione. Et primùm debet fieri literis ad domum affixis.*

8 ¶Cvm autem fit hæc citatio,ſiue denuntiatio ad domum,multa requirũtur: Primum vt ea fiat in ſcriptis,ac per literas ad domum affixas.Inno.Io.And.& alij,in d.c.vlti. de eo qui mit. in poſſeſ.Bald.& Ange.in d.l.vt perfectius,vbi etiam eſt bonus tex.Alber. in d.l.iiij.§.Prætor, col.j.verſi.eſt etiam notandum,ff.de dam.infect.Bal.in l.conſentaneum,col.j.& iterum vlti.& ibi quoque Sal.col.j.in ij.not.per illum tex.in verbo,literis,C.quomodo & quando iud.& in l.ſi finita,§.non autem,col.ij.ff.de damn.infect.& in auth.hodie,col.j.C.de appel.& in dicto c. Cumana,vbi ſuprà in princ.de elect.& in ſua Margar.in verbo citatio.col.pen.verſicu.citatio quando fit ad domum.Ange.in §.omnem,col.antepen.verſi.ex hoc caſu patet. in auth.de litigio.vbi expreſsiſsimè omnium illud dicit de affixione ſchedulæ citationis. Firmia.in tract. de Epiſc.in iij.parte lib.1.verſi.concluditur ergo valere.Alex.in addit.Barto.in l.ij.C. de colla. fund.fiſca.lib.11.Barb.in cle.cauſam,col.xix.in paruis,verſicu.vnde poterit.de elect.Guid.Pap. ſingu.ccccxix.ſi quis mandetur,in princ.Card.Alex.in c.1.col.ij.tit.de mil.vaſal.qui contu.eſt, & Iaſ.in §.quadrupli,col.iiij.verſi.illud autem diligentiſsimè, inſtit.de actio. Et eſt etiam bonus tex.in l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect.cùm dicitur, libellum ad ipſas ædes proponere,& ibi glo.in verbo,libellum,& ibi id expreſsim not.Bald.in fin. Et facit, quod ſcribit Sali.in l.vlti. in fi,C.de neg.geſt.& tex.in l.item veniunt,§.præter hæc,ibi, aut denuntiatum eſſet ei literis, ff.de petit.hæred. Et hoc videntur intelligere nonnulli, cùm nemo domi reperitur , & inter cæteros Inno.in d.c.vlti.& Guid.Pap.d.ſingu.ccccxix. Sed nos ita vtimur, vt ſemper neceſſe ſit ſchedulam citatoriam appendi ædibus.

*Idq; in loco patenti.*

9 ¶Secundum,vt huiuſmodi ſchedula citationis ponatur in loco patenti , non in angulo,aut ſub oſtio,vt tradit.Bal.in l.ſed & ſi pupillus,§.de quo palàm,per illum text.in verbis, non in loco remoto,ſed euidenti,ff.de inſtit.actio.in lect.antiq.Ange.in d.§.omnem,vbi nuper deſignauimus,in auth.de litig.vbi nuncupatim dicit , quòd ea ſchedula inſigenda eſt ipſi oſtio, ſiue valuis domus:quod & nos in Gallia obſeruamus.Cataldinus in tracta.ſyndicat.cap.125. incip.adde quòd ſi ſchedula,Feli.in c.ex parte Decani,col.iiij.verſi.facit quod notat,extrà de reſcrip.Hippo.Marſil.in repet.rub.de fideiuſ.nu.177.& conſi.cxxij.clementiſsimi,col.ij.verſic. & faciunt dicta. Et id voluerunt,qui dicunt hanc citationem publicè fieri debere,inter quos eſt Archid.in c.1.col.vj.in verbo,infra menſem,de elect.lib.6.

*Nec ſchedula continuò amoueatur.*

10 ¶Tertium requiritur,vt ea ſchedula citatoria non confeſtim amoueatur,ſed illic dimittatur, vt poſsit peruenire ad notitiã citati:aliàs non valet citatio.Bal.in d.l.ſed & ſi pupillus,§.proinde ſi dominus,ar.illius tex.ff.de inſti.act.Pan.in d.c.vlt.in iij.not.extrà de eo qui mit.in poſ. per text.ibi qui dicit,eam publicè fieri debere.quod bene facit ad præcedentem verſicu.atque etiam per c.vlti.de elect.lib.6.ipſi Catal.Fel.& Hippol.Marſi.in locis alleg.in d.præced.verſic. Nam & aliàs appoſitum non cenſetur quod continuò remouetur,vt latè diximus & probauimus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.141.hæc autem,& multis ſeq.

*De eadem re.*

11 ¶Nec tamen neceſſe eſt,vt nuntius referat quãto tempore ea ſchedula manſerit,vt dicit Bart. in extrauag.ad reprimen.in verbo,publicè, & Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ incip.citationis literæ,col.iiij.in v.not.verſi.ſed an dicta citatio.Nam vt id certò referre poſſet,neceſſe eſſet,vt is longo tempore dies nocteſq; continuò ante ianuam citati maneret:quod admodum difficile,ac durum eſſet. Porrò ſi ea citatio peruênit ad notitiam citati,is ea adſtringitur, etiam ſi illico ſchedula citatoria amota aut abraſa fuerit,vt not.dicit Bald.in auth.qui ſemel, col.pen. verſic.in gloſ.vt veniat,per gloſ.ibi in verbo,tribus edictis,C.quomodo & quando iudex.& facit quod dicam infrà num.16.quid autem.

*Et fiat hora congrua.*

12 ¶Quartũ,vt ea citatio,ſiue appoſitio eius ſchedulæ citatoriæ, fiat hora & tempore congruo, vt dicit Pan.in d.c.vlt.vbi ſuprà,de eo qui mit.in poſ.& Felin. in d.c.ex parte Decani,col.iiij. verſi.& nota quòd talia:vbi dicit,id non debere fieri clandeſtinis temporibus, quibus rerum geſtarum veriſimiliter non habetur notitia,puta, hora prandij,aut veſpertina. Et licet quantum ad horam prandij,vix illud reciperemus,tamen horam ſerotinam omnes (ni fallor) intempeſtiuam huic rei dicerent, & multò magis nocturnam:neque enim id ea hora fieret pa-





tenter atque palàm, vt fieri debet,ſicuti ſuprà diximus,& mox dicemus , quamuis Chaſſen. videatur de iure admittere citationes noctu factas in tit.*des iuſtices*,§.vj.in glo.j.ad fin.

*Atque alta uoce.*

13 ¶Quintum,quòd huiuſmodi citatio fiat alta voce, vt voluit Archi.in d.c.j.col.vj.in verbo, infra menſem,de elect.lib.6.& Bal.in l.diffamari,per illum tex.in verbo,vocitaſſe,C.de ingenuis manum.& conſ.cxxvj.citatio facta,in j.dubio,lib.4.Lucas Pen.in l.quoties,quæ eſt pen.in fi. C.de dign.lib.12.& Car.Flo.poſt.Matt.in cle.j.in ij.q.in fi.de iudi.& Barb.qui ad id illum tex. in d.l.diffamari,dicit not.in l.ſciendum.col.lix.in princ.verſi.quartò,ff.de verb.oblig.& Soci. conſi.lvj.viſo proceſſu,col.ij.verſic.ſed clarum eſt,lib.4.Et optimè facit text.in d.c.vlt.extrà, de eo qui mitti.in poſ.in illis verbis , denuntiatione publicè domi facta.& gloſ.quæ iiſdem verbis vtitur,in c.quoniam,§.porrò,in verbo,impedit.in prin.vt lite non conteſt.quomodo enim publicè fiet,niſi alta voce,& cunctis audientibus id fiat?& quod dicit glo.in c.caueant, iij.q.ix.ſufficere,ſi citetur aduerſarius publicè ad domũ , &c.facit quod dicit Bar.in d.extrauag.ad reprimendum,in verbo,publicè. Verùm id in Gallia non obſeruamus.

*Et requiſitis amicis aut uicinis.*

14 ¶Poſtremum,quòd requirendi ſunt amici, aut vicini , qui id citato renutient,aut ſi velint, defendant,l.item ait,in fi.& l.ſeq.ff.ex quib.cau.maio.glo.in d.c.cauſam de dolo & contu.& in d.cle.j.in verbo,ex certa ſcientia,& ibi Pan.& Card.Flor.in vj.q.de iudi.Inno.in d.c.vlt.in fi,extrà de eo qui mit.in poſſ.& Io.Fab.in §.vlt.verſi.quid ſi non reperiatur, Inſtit. de pœna teme.litig.vbi dicit,quòd hæc citatio,quæ fit domi,ita debet publicè fieri,vt familia citati, ſi quæ ſit,eam ſciat:ſin minus,vicini & cognati.& Ang.in d.l.vt perfectius,col.ij.C.de ann.except.Et id quidem in Gallia obſeruamus vt non valeat talis citatio , niſi nuntius iniungat cuipiã ex familia citati,aut vicinorum,vt citatũ ipſum certiorem de ea re faciat.Et id vulgò iniunctionem vocamus non ineptè,quando Plautus in Bacchidibus , & Suetonius tum in Tiberio,c.xviij.tum in Caligula,c.itẽ xviij.hoc iniũgendi verbo in hac ſignificatione vſi ſint.

*Iniunctio uerbum Latinum in ſignificatione uulgari.*

*Nec tamen illi ſunt citandi.*

15 ¶Nec ſunt tamen (ne quis erret) ipſi vicini,aut amici propterea citandi,l.cùm proponas , & ibi Pet.Cyn.& alij,C.de bon.auto.iudi.poſſ.& glo.& alij in d.c.cauſam,de dolo & cõtu. Collect.in c.cõſultationibus,in fi.de offi.deleg.Bal.in auth.qui ſemel,col.ij.verſi.nota quòd vox. & ibi quoque Sal.col.etiam ij.verſi eiuſdem prin.C.quomodo & quãdo iud.& idem Bal.in d.c.vlt.col.vlt.verſi.quæro quando reus,de dolo & cõtu.Card.Flor.in d.cle.cauſam,§.quòd ſi forſan,in iij.q.de elect.Niſi tamen in quibuſdam caſibus,annotatis à Bal.in d.auth.qui ſemel,vbi ſuprà,& Soci.in tract.fallen.regula lij.citatio amicorum. Nec etiam neceſſe eſt,nuntium ingredi eam domum,ad quam fit citatio,ſed ſatis eſt,hæc omnia fieri ante eam , gloſſ. d.cle.cauſam,in verbo,in domo.& ibi Imo.col.ix.verſi.glo.in domo de elect.

*An hæc citatio non rectè facta officiat, ſi perueniat ad notitiam.*

16 ¶Qvid autem,ſi hæc omnia non fuerint obſeruata,tamen citatio peruênit ad notitiã non rectè citati,an illi officiat,vt comparere teneatur,quod videtur ex d.cle.cauſam,in fi.de elect. Et ita per eum text.tenuit Ro.conſi.ccccx.vt clarior reddatur,verſ.ſecundò quod quamuis. vbi & id dicit generaliter,quòd citatio illegitima cum notitia ſubſecuta ita ligat,ſicut citatio legitima,& ad hoc dicit illum tex.not.Et id ſequitur & extollit Hippo.Marſil.in repet.rubr. de proba.nu.371.teneas tamen menti,vbi & id dicit ſing.& iterum ſing.cclix.generalis citatio valet,in fi.& Gomes in regulas Cancel.regula de non iudicãdo iuxta formã ſupplicationis, q.xvj.nu.68.& voluit etiã Carol.Rui.conſi.lxj.in lite,col.ix.nu.33.lib.5.Et facit, quod ſcripſimus ſuprà nu.11.nec tamen in fin.Sed id certè vix reciperetur in noſtra Gallia.Si tamen vis ſcire,quomodo probatur citatum habuiſſe hanc citationis notitiã,vide glo.in d.cle.cauſam, in verbo,plena.& Card.Flor.ibi in v.q.poſt alios Antiquiores.

*Quomodo id probatur.*

*Quid ſi non rectè citatus compareat.*

17 ¶Sed illud eſt indubitatum , quòd ſi quis non rectè citatus ad edictum reſpondeat , id eſt compareat,is purgat omne vitium citationis,nec eam impugnare poteſt,l.j.in princ.& ibi gl. in verbo,ſententia valebit,in fi.Iaco.Ra.Alb.col.j.verſi.ex iſta,Bal.in iij.not.& Alex.in ij.not. & Iaſ.in iij.quoque not.ff.de feriis.Nam vt & ipſi dicũt,citatio non fit,niſi vt quis cõpareat, & ideo pręſentia ſine citatione ſufficit,ſecundum cõmunem opi.vt no.in l.j.ff.de in ius voc. & per Canoniſt.in c.j.extrà de iudic.& nos latè diximus tit.omnium primo , §.vlt.in verbo, *ne excepter d'adiournement*, qui quidem §.eſt omnium huius vol.ccclxv.ſed quia perperam & ineptè collocatus eſt,eum ſub d.tit.j.poſuimus,vt ſæpe aliâs fecimus.

*De eadem re.*

18 ¶Sed,vt redeamus, id quod diximus omne citationis vitiũ tolli per comparitionem partis, tenet etiam Pan.cõſi.xxxviij.tria ſunt,col.j.verſ.nec obſtat aliud motiuum,lib.1.vbi ita dicit debere intelligi text.& Bart.in l.aut qui aliter,ff.quod vi aut clam.& eandem quoque, quam ſuprà,rationẽ adducit.Et idem quoque tradit Domi.in c.quoniam,col.iij.verſi.quæro quid ſi fuit facta,de elect.lib.6.Alex.conſi.cxxiij.viſo proceſſu cauſæ,col.ij.verſicu.pro quo etiam facit,lib.2.vbi & ad hoc allegat,& dicit not.glo.in d.l.j.de fer.& Fel.in c.ex tenore,colum.iij. verſi.regula non præſtat,extrà de reſcrip.& in c.illud,col.iiij.verſi.quarta declaratio,extrà de præſcript.vbi & ad id alia quædam allegat,& in c.gratum,col.ij.verſi.ſecundò not.& limita, de offi.deleg.vbi id dicit diligenter not.Caro.Ruin.d.conſi.lxj.vbi ſuprà,lib.5.& conſi.cxvij. in lite,col.iij.nu.5.eod.lib.5.Philip.Dec.in cap.cùm cauſa,col.j.in iij.not.in fin.extrà eod.tit.& conſi.clxxxvij.cuius ſuperſcriptio incipit,contra tertium,colum.iij.verſi.non obſtat , quòd citatio.& conſi.ccccxlix.viſis duabus conſiliis,col.ij.verſic.prætereà dato quòd in citatione,



BIBLIOTECA UNIV

Matth.Afflict.deciſio.Neapo.ij.ſereniſsimus,col.ij.verſic. nec obſtat,quòd non fuit.Io.Fran. Balb.in tract.pręſcrip.in iij.parte vj.& vlt.partis prin.nu.48.Io.Lupus in repet.c.per veſtras, char.totius tit.66.col.j.verſi.& ratio huius,extrà de donat.inter vir.& vxor.Fran.Ripa.in c.j. char.pen.nu.90.in fi.extrà de iudic.& Ferro.in conſuet.Burdig.hoc tit.de retractu.§.xv.in fi. Et facit quod ſcribit Inno.in d.c.cùm cauſa,in prin.& ibi Panor.extrà de offi.deleg.& Bald. in auth.ſi omnes,col.ij.verſi.deinde nota.quòd tex.C.ſi minor ſe ab hæred.abſtin.& Iaſ.in l. vlt.in prin.col.iij.verſi.iſta limitatio,ff.de eo per quem fact.erit.

*Quid ſi nõ tenebatur comparere.*

19 ¶Quod tamen intellige de tali vitio,ob quod citatus non arctabatur,ſiue adſtringebatur ad comparendum,vt in caſu d.l.j.de feriis.vbi citatus ad tempus feriarum,non tenebatur comparere,& ideo comparendo purgat vitium, ea ratione,quod citatio non fit, niſi vt citatus compareat:ideò ſi compareat ceſſat effectus citationis,quantùm ad id.Et ſecundum eam rationem,quam omnes ei,quod diximus,aſsignãt,debemus id dictum intelligere,& ad limites eius reſtringere:nam limitata cauſa limitatum producit effectum, l.in agris, ff.de acquir.rer. domin.cum ſimi. Quid enim (vt loquamur in caſu noſtræ conſuetudinis) ſi nuntius, qui citare poterat, citauit emptorem reſponſurum petitionibus cõſanguinei generaliter? Certe hæc citatio in materia retractus non valet,cùm debeat eſſe ſpecialis in cauſa retractus,& ſuper refutatione pecuniæ,vt cauetur ſuprà eo.tit.§.viij.ideoq; ea non interrumpit pręſcriptionem anni,qui datur conſanguineis ad retrahendum,vt diximus in eod.§.viij.in gloſ.ij.nu.3. quod tamen intellige,& ſequen.Vel etiam,quid ſi ea citatio fit ſpecialiter, ſed anno illo iam tranſacto, intra quem fieri debuit:aliàs conſanguineus cadit retractu, vt etiam ibi dicitur. Tamen vtroque caſu debet comparere emptor citatus,aliâs vt cõtumax condemnabitur & mulctabitur,l.j.ff.ſi quis ius dic.non obtemp. & l.ſi quis ius ex aliena,ff.de iud.& c.veniens, & ibi gl.in verbo,propter contumaciam,in prin.quæ adducit concor.extrà de accuſ.& voluit etiam Inn.qui & alia iura citat,in c.2.col.pen.ver.ſi autẽ nihil turpe,extrà de dilat.Quis ergo dicet,quòd cõparendo purgauit ea citationis vitia, vt ſcilicet in primo caſu interrupta ſit præſcriptio,& ſecundo caſu admitti debeat cõſanguineus,quamuis non ſit intra annum, ob id quòd emptor comparuit,vt comparere debuit?

*Hæc citatio in qua domo,originíſne,an domicilij,fieri debeat.*

20 ¶Sed & hìc de aliis multis,præter ea quæ iam tractata ſunt circa huiuſmodi citationẽ,quæ fit ad domum,vt ad eam redeamus,tractãdum ducimus.Primò igitur quæro,in qua domo, quóve domicilio poſsit hæc citatio fieri,originíſne illius, qui citatur,an habitationis ipſius Et videtur originis,l.libertus,§.præſcriptio,ff.an municip.glo.in l.ciues.C.de incol.libr.10.& in l.j.C.de municip.& orig.eod.lib.magis enim debet attendi cauſa naturalis,quàm accidentalis,l.qui habet, in princ.& ibi Bart.ff.de tutel.cum ſi.à me adductis infrà eod.titu.§.xxx.in glo.j.nu.26.ſecunda ratio.Ex quo etiam dicit Ang.conſi.ccccxl.magiſter Iacobus,col.j.quòd domicilium originis potentius eſt quouis alio domicilio.

*Domiciliũ habitationis cæteris præfertur.*

21 ¶Contrarium tamen eſt verius,nam cùm ſimpliciter fit mẽtio de domicilio,intelligitur habitationis,glo.in c.ſtatutum,§.cùm verò.in verbo,vnam dietam,& ibi Petr.Anch.Domi.qui eam dicit ſingu.& Phil.Fran.qui dicit not.de reſcr.lib.6.Bal.in l.vlt.col.xij.verſ.ſed hìc quæritur,C.de edicto diui Adr.tol.& in l.de quibus,col.viij.verſi.quintò quæritur, ff.de legib.& cõſi.xxxj.ſtatuto ciuitatis,circa mediũ,lib.3.Ant.qui eam glo.dicit ſing.conſ.xxj.viſo puncto & quæſito,ad fin.idem Ant.Imo.& alij in c.vlt.& ibi præcipuè Fel.col.xj.verſic.circa forum domicilij,de foro compet.Alex.in l.cùm quædam, col.ij.ff.de iuriſd.omn.iud.vbi dicit eam glo.ſignãter not.& in addi.Bar.in l.aſſumptio.§.j.ff.ad municip.& conſi.xvj.viſo tit.quæſtionis,col.vlt.lib.1.vbi eam dicit valde not.& conſi.cj.ex inſpectione dictorũ ſtatutorum, col.ij. verſi.comprobatur,lib.3.Soci.in d.l.cùm quædam,col.ij.verſi.notabis tamẽ,ff.de iuriſd.omn. iud.& conſi.lxxix.ſi eſſemus in terminis.col.iij.verſi.primum principale,lib.4.Fel.in c.j.in fi. de ſponſal.Iaſon in l,j.col.v.verſi.circa hanc concluſionem,C.de ſum.Trinit,in lect.Padua. Philip.Dec.in l.ſi eadem,in ij.not.ff.de offic.aſſeſ.Steph.Bertr.conſi.cix.etiam ſi verum, poſt prin.lib.1.& Matthæ.Afflict.deciſ.Neapo.ccclxxxiij.non ponam,nu.7.

*Subditus propriè ratione habitationis.*

22 ¶Et facit gl.quã vbiq; Doct.dicũt ſing.in cle.j.in verbo,ſubditos,in fi.de for.cõpe.quòd quis dicitur propriè ſubditus ratione habitationis.quã ſequitur Imo.ibi,qui in id multa allegat & Bal.in l.omnes,§.ſi non apparitor,C.de Epiſ.& cler.Pet.Anch.in c.Roma.§. contrahentes.de fo.compe.lib.6.Pan.qui eam gl.dicit not.in c.j.in fin.& ibi quoq; Fel.extrà eod.tit.Pau.Caſt. conſi.xliij.videtur dicendum dictum cõpromiſſum,col.vlt.libr.1.Alex.in l.aſſumptio,§.j.in addi.Bar.ff.ad municip.vbi eam quoq; dicit no.& in d.l.cùm quædã,vbi eam dicit elegãtem, & ibi etiã Soci.ſequitur.& Corne.conſi.cccxxiij.animaduertẽs,col.ij.lib.4.Barb.in procemio cle.§.hæc ſanè,col.iiij.verſi.quis autem propriè,Soci.in d.conſi.lxxix.Fel.quem tamen videas ſuper ea.glo.in d.c.vlt.vbi ſuprà,de foro cõpe.& in d.c.j.in fin.de ſponſa.Ex quo Pet.Anch. conſi.ccccxxxviij.iſta ſententia,pulchrè dicit, eum propriè dici Genuenſem qui ibi habitat, per l.prouinciales,ff.de verb.ſig. Et id ſequitur,& dicit no.Phili.Dec.cõſi.ccclij.viſo puncto, col.j.Imò & quod plus eſt,iura etiam exorbitantia,loquentia de domicilio originis, habent locum & in domicilio habitationis:vt voluit glo.not.in c.præſenti.verſi.ſanè:in verbo, originis.& ibi Domi.& Philip.Fran.qui id trahunt ad repreſalias,quas vocant de præb.lib.6.

¶Et



*De principali quæſtione.*

23 ¶Et in ſpecie huius quæſtionis, quòd videlicet citatio debet fieri ad domum habitationis, eſt text.expreſſus in l.iiij.§.Prætor ait,ibi,domum in qua degit,& rurſum ibi, habitationem habeat.& ibi not.Alberic.ff.de damno infect. & in l.j.§.domum.ibi, hoſpitium ſi in ciuitate maneat,& quæ ſequuntur,& ibi Barto.ff.de liber.agnoſ.& in d.clem.cauſam.verſicu.quòd ſi forſan,in illis verbis,in domo,quam ipſe appellatus habitare cõmuniter conſueuit,de elect. Et voluit gloſſ.in d.clem.j.in verbo,domum,& ibi Imo.col.ix.verſic.gloſſ.habitare, de foro compet.Spec.tit.de accuſat.§.qualiter,verſi.ſed nunquid ſufficit citatio.& rurſus tit.de appel. parte 2.§.qualiter autem.verſic.cautus etiam ſit.Ioan.Andr.in d.c.vlt.col.pe.de eo qui mit.in poſ.Compoſtel.in c.nonnulli,de reſcr.Alb.in iiij.parte ſtatutorum,q.lj.ſed nunquid ex citatione.Bal.in d.l.vt perfectius,col.ij.C.de annali excep.& in l.ab eo, col.iij.verſi.ibi requiſiuit. C.quomodo & quando iud.& Raph.Co.conſi.cxlvj.Simon Helias,in j.dubio, Rom.conſi. cccccliiij.in re præſenti,col.ij.

*De eadem re.*

24 ¶Et id quidem omnino verum eſt, & eſt communis omnium opinio, & eſt optima ratio: quam etiam adducit Raph.Co.vbi ſuprà,quia ideo fit citatio ad domum,cùm perſona non reperitur,vt familia citati ei citationem renuntiet.Nam illa,quæ in contrarium adducta ſunt in prin.huius quæſt.loquũtur & intelliguntur procedere,quoad munera perſonalia, iniũcta ſcilicet perſonæ ratione ſuæ originis:non autẽ quantùm ad alia,quæ accidentaliter,vt noſtri loquuntur,contingunt:in quibus potius inſpicitur,quod accidentale eſt,quàm quod originale,vt pulchrè & ſcienter ſcribit Bald.in d.l.j.C.de munici.& orig.lib.10.& Iaſon in d.l.j.vbi ſuprà citauimus,C.de Summa Trinit.

*An valeat hæc citatio, quæ ſimpliciter dicitur fuiſſe facta ad domũ ſine mẽtione habitationis.*

25 ¶Hinc autem fit,vt ſi nuntius referat ſe citaſſe reum, aut aliquid ei denuntiaſſe ad domum ſimpliciter,ſine illa adiectione,in qua habitat ſiue habitare cõſueuit,non valet ea citatio,tanquam incerta atque indiſcreta,etiam ſi dicat illum non reperiſſe:vt expreſsim voluit Bart.in d.l.iiij.§.prætor ait,col.ij.verſi.ſed quid debet nuntius referre, & Alex.conſi.ij.cõſideratis his de quibus,col.iij.verſi.alia ratione poſſet,lib.3.vbi tamen dicit, id non omnino ponere pro conſtanti,tanquã ſcilicet de ea re ſubdubitare videatur.Sed tu ſuper hoc omnino vide Ro. eundem Alex.& Fran.Are.in l.hæres inſtitutus.ff.de acq.hær.& quæ in ſimili diximus ſuprà, §.præced.glo.vj.quæ eſt in verbo,*deux recors*,nu.24.quòd tamen intellige,& duobus ſeq.

*Quid ſi citandus habet multa domicilia, in quibus habitet.*

26 ¶Ex iis autem,quæ diximus,ſatis patet, quòd ſi citandus habet multa domicilia, in quibus habitet,nunc hìc,nunc illic,inſpiciendum eſt illud,quod frequentius habitare conſueuit,de quo præter tex.in d.cle.cauſam,& ibi glo.in verbo cõmuniter.Io.And.& alios vide & Bart. & Bal.in l.quòd ſi dubitet,ff.de acq.hær.& Bar.in l.cùm de lanionis,§.Sabinus,ff.de fun.inſt. Bal.in c.dilectus,le ij.col.ij.verſi.quæro an ſi quis habet, & ibi Card.Flor.extrà de reſcript.& ipſum Bald.conſi.ccxxxiiij.decretum magnifici,col.ij.lib.1.& ipſum Card.in c.ex parte B. de foro compet.& in cle.j.in xxv.q.eod.tit.Ant.in d.c.cauſam, de dolo & contu.Io.Ferra.in tit. forma reſpon.rei conuenti,in verbo,in termino,col.iij.verſi.ſed pone in caſibus. Firmian.in tractatu de Epiſcopo,in tertia parte,lib.1.col.iij.Lanfran.Oria.in repet.c.quoniam.contra falſam.in materia citationum,q.iiij.Alexand.d.conſi.ij.col.iij.verſi.alia ratione, lib.3.Phili.Fran. in c.ſtatutum,§.cùm verò,colum.pen.verſic.quid autem ſi reus,de reſcrip.lib.6.Carol.Ruin. conſi.lviij.viſis,colum.iiij.nu.8.lib.1. Nam & quis in eo loco habitare dicitur,in quo habitat maiori parte anni,licet tunc præſens non ſit,gloſſ.in d.l.j.in verbo,maneat,& ibi Bart.col.ij. ff.de lib.Agno.Bal.in l.ſi quis ad declinandam,col.pen.verſi.nunc breuiter,C.de epiſc.& cle. Pau.Caſt.in l.ij.col.j.C.de iuriſd.om.iudi.vbi plus dicit,illum cenſeri in eo loco aſsiduè habitare,& Matth.Afflict.deciſ.Neap.ccclxxxiiij.non ponam,nu.11.Et facit ad ſupràdicta quòd voluerunt gloſ.& Innoc.in c.omnes,de maio.& obed.& Bar.in l.aſſumptio,§.iuriſprudentibus,ff.ad municipa.

*Quid,ſi certũ ſit,in qua domo habitat tempore citationis.*

27 ¶Sed hoc intelligũt multi,cùm ignoratur,vbi tunc cùm fit citatio, habitet:nam ſi id certum ſit,debet citatio fieri in ea domo,in qua eo tempore habitat,cum citatur:etiam ſi æquali aut maiori parte anni alibi cõſueuerit habitare.Id enim voluit Bar.in d.l.iiij.§.Prætor,col.j.verſi. ſed quid ſi maior,& ibi quoque Ang.circa med.Pau.Caſtren.qui id dicit procedere,etiam ſi necdum ibi habitaſſet tres dies,col.ij.verſicu.item inquantùm,ff.de damno infecto. Nam & tempus citationis in hoc inſpiciendum eſt, ſecundùm Specu.tit.de competent.iudi.aditi.§.j. verſicu.ſed nunquid ſufficit eum citare,& tit.de citat.§.ſequitur,verſicu.ſed nunquid ſufficit denuntiare.Boniſa.Vitel.in tracta.malefi.tit.forma citat.accuſa.col.j.verſic.ſed qualiter debet fieri citatio.Bald.in l.vlti.ante finem,in prima lect.ff.de in integ.reſti.Pau.Eleaz.Ant.& Imo. in d.cle.cauſam,& ipſe Imo.conſi.cv.in cauſa quæ vertitur.col.j.Rom.d.conſi.ccccliiij.col.ij. Card.Flor.conſi.cxiij.Do.Cato,in fi.Raph.Com.d.conſi.cxlvj.col.j.Corn.conſi.lvij.in cauſa vertente inter Priorem,col.iiij.verſicu.aduerte etiam,libr.3.& conſi.lij.in hac conſultatione, col.ij. & iterum vlt.lib.4.Fran.Are.ſuboſcurè,in d.l.hæres inſtitutus, tum col.ij.tum iij.ff.de acq.hæred.& Philip.Deci.conſi.ccccclx.viſo puncto,colum.vlt.& eſt optimus text.in d.l.iiij.§. Prætor ait,in illis,verbis,domum in qua degit.

*Quid, ſi æqualiter habitat in*

28 ¶Quanquã ſunt,qui ſimpliciter tenent,quòd ſi quis æqualiter habitet in duabus domibus, poterit citari in alterutra earum. Id enim voluit gloſſ.in d.cle.cauſam, verſi.quòd ſi forſan.

in verbo,

*duabus domibus.*

in verbo,communiter,& ibi Io.And.& Card.Flo.in 4.q.de elect.Bar.in d.l.quòd ſi dubiter, ff.de acq.hære.Bal.in c.j.col.iiij.verſi.ſi ſtatutū dicit,tit.de mil.vaſ.qui con.eſt.Firmia.in tract. de Epiſcopo,in tertia parte lib.1.col.iij.verſic.poſſet autem dubitari. Et hoc videtur probare text.in l.Labeo,& melius in d.l.aſſumptio,§.iuriſprudentibus,& in l.eius qui manumiſit, §. Celſus , ff.ad municipa. Et benefacit, quod tradit Hoſtien.in Summa,tit.de foro compet.§. quib.ex cau.qui eſt ſecundus.colum.j.verſic.& nedum in vno.A quibus non longè diſsidet quod ſcribit Rapha.Fulg.conſi.lxxvj.factum ſuper quo, colum.ij.quòd quis poteſt citari ad eam domum,in qua ſolet habitare, etiamſi tunc non habitat , cùm citatur. Sed has contrarias opinio.concordare nititur Alexaand.in d.l.iiij.§.Prætor ait,colum.iij.verſic.ex prædictis infert.& ante eum Ange.& Pau.Caſt.ibi,& Panor.in d.c.cauſam,colum.iij.extrà de dolo & contu.vt apud eos videre poteris.

*De eadem re.*

29 ¶Nec omiſerim,quod ſcribit Ang.Aret.in §.vlt.col.iij.verſi.quid ſi habet plures,Inſt.de pœna teme.liti.quòd ſi quis habitat duas domos diuerſis temporibus,poteſt citari vel in ea , in qua ſæpius habitat , vel in ea quam tempore citationis habitat.At Bald.fuit in opin.prorſus omnibus contraria,nempe,quòd ſi quis habitat duas domos diuerſis temporibus,vt ſuprà, poterit etiam in ea citari,in qua non frequentius habitat.Ita enim reſpondit conſil.ccxxxiiij. decretum magnifici,col.ij.libr.1.Et idem voluit Alberi.poſt Guid.Suz.in d.l.iiij.§.prætor ait. col.j.nu.5.ff.de damno infect. Quod poſſet procedere ſi tunc habitaret in ea domo , in qua non tam frequenter habitat,ſecundùm illam Ange.Aret.ſententiam.Sed Bald.videtur aliter intelligere.Cæterùm Corne. (ne id quoque prætermittam) dicto conſi.lij.col.vlt.libr.4.dicit ſolitam habitationē in hoc caſu eam dici,quæ ſolita eſt habitari tempore citationis, ſcilicet eo anno,& aliis proximis. Nam ſi fuit ſolita habitatio,iam ſunt multi anni,quæ deſiit ſolita eſſe hoc anno,& aliis proximis,non valeret citatio ibi facta:id eſt,illa qualitas ſolitæ habitationis conſideratur reſpectu anni citationis,& aliorū proximorum,non etiam remotiorum, & ad hoc allegat multa,quæ tu videre poteris.

*Scholaſticus an citari poſſit in domo, quam habitat in uniuerſitate.*

30 ¶S ED ſuper hoc illud dubitari poteſt,an quis citari poteſt in ea domo,quam nunc habitat, & habitauit diutius,in qua tamē domicilium non cōſtituit:verbi gratia,ſcholaſticus in loco ſtudij non cenſetur conſtituiſſe domicilium , niſi per decennalem habitationem , l.ij.C.de inco.libro.10.vtrùm igitur poterit citari in ea domo,quam in loco ſcholarum habitat ſtudij gratia? Dic quòd ſic,vt voluit Zenzel.in d.clemen.cauſam, & ibi Imo.col.iiij.verſi.reſpōdet ad materiam,de elect.& Hoſt.in d.cap.vlt.extrà de eo qui mit.in poſſ. Et bene facit text.in l. lex Cornelia,§.ego puto,ff.de iniur.& quæ ſcribit Hoſti.in c.quòd clericis,in verbo,Pariſiis commorantes,extrà de foro competenti.

*An hæc citatio poßit fieri in domo diuerſorij.*

31 ¶V TRVM autem quis citari poſsit ad domū hoſpitij,ſiue diuerſorij? Dic quòd non , quia ibi habitare non cenſetur,l.j.§.habitare,ff.de his qui deiece.vbi Bar.Albe.Bald.& Flo.ex hoc nuncupatim not.citationem ibi fieri non poſſe.& allegat præterea ipſe Bal.not.à Iacob.in d. l.iiij.§.Prætor ait,ff.de damno infe.& not.quoque in d.cle.cauſam,in verbo, communiter.de elect.& idem etiam voluit ipſe Bal.qui & id dicit voluiſſe Vber.Crem.in l.ea quæ, in fin.C. quomod.& quando iud.vbi & ad hoc quoque allegat l.j.§.domum,ff.de iniur.& idem quoque Bal.in d.c.vlt.col.ij.verſ.& eſt tertia domus,extrà de eo qui mit.in poſ.Sed & idē voluit ipſe Bar.in d.l.j.§.permittitur,paulò poſt medium.ff.de liber.agn.Ang.in l.j.§.vlt.in princ.per eum tex.ff.fur.aduer.nau.& Alex.in d.§.prætor ait,col.ij.& Barb.in repe.rub.de reb.eccl.non alie.col.vj.in fi.ſeptimæ limit.& in d.cle.cauſam,col.xxxix.verſi.quid autem dicatur.& Phili. Dec.in l.nemo de domo,nu.3.ff.de reg.iur.dum allegat.Bal.in d.l.ea quæ.

*Quid autem, ſi citandus nō habet aliam habitationem. Quid item, ſi decreuit ibi diutius habitare.*

32 ¶Sed hoc tamen duobus modis intellige. Primo quidem,vt id non procedat,ſi is,qui citari debet,non habet aliquam habitationem propriam:tunc enim poſſet citari in eo hoſpitio, in quo frequentius conuerſari conſueuit,vt voluit Bar.in eo ipſo §.Prætor ait,col.ij.verſi.quid ſi non habet,per l.ij.& ibi not.C.vbi de crimi.agi opor.& not.per Inn.in cap.quia propter.in verbo,illud autem penitus.extrà de elect.Secundo etiam modo intellige procedere,niſi quis decreuiſſet in hoſpitio diutius habitare : nam quandiu illic habitabit , videtur & illic poſſe citari,per d.l.lex Cornelia,§.domum.& ibi Barto.& iterum d.§.ego puto.ff.de iniur. Et hoc ſatis videtur voluiſſe Floria.in d.§.habitare,dum loquitur de eo,qui conduxiſſet hoſpitium ad non modicum tempus,per d.l.lex Cornelia,§.domum.

*An in domo conductitia.*

33 ¶Ex quibus omnibus ſuprà dictis ſatis intelligis,denuntiationem ſiue citationem fieri poſſe ad domum habitationis citati,etiamſi non ſit eius propria,ſed conductitia,aut precaria , aut alia id genus. quod apertè declarat text.in dicta l.iiij.§.Prætor ait.verſicu.ſed domum , & ibi Bal.& alij not.ff.de damno infe.& voluit etiam gloſ.in dicta clem.cauſam , §.quod ſi forſan. in verbo, habitare.& ibi Cardin.Flor.in clem.j.in j.notab.& Imo.tum col.iiij.verſicu.quid ſi non habet,tum col.ix.verſi.gloſſ.habitare,de elect.Innoc.in dicto cap.vltim.ad fin.de eo qui mit.in poſſeſſ.Bald.conſi.ccxlij.quia veritas,col.j.lib.1.per l.hæres abſens,§.at ſi quis,& §.at ſi quo,ff.de Iudic.& Card.Flo.in cle.j.in x.nota.de foro compet. Et facit etiam text.in dicta l. lex Cornelia,§.domum.ff.de iniur.& in d l.j.§.habitare,de his qui deiec.& in l.qui domum, verſicu.appellamus , & ibi Alberic.ff.ad legem Iuliam de adulter. {Et quod ſcribit Bartolus in rub.



in rub.ff.de oper.noui.nun.num.5.verſicu.ſed circa vnum.quòd ſtatutum puniens eum qui offendit alium in domo ſua, habet locum in offendente alium in domo conducta. quod dictum pro eleganti ſequitur Barb.in cap.ij.col.ij.nu.10.de conſuet.}

*Quid de uagabundo.*

34 ¶S ED quid de vagabundo , aut alio qui non habet propriam , aut conductitiam habitationem? { Is enim nullum domicilium habere cenſetur. Nam , vt ſcribit Martialis libro 7. Epigram.lxxij.

*Quiſquis vbique habitat,Maxime,nuſquam habitat.*}

Qua igitur in domo,quóve alio in loco citari debet,& poteſt? vide glo.Cyn.Bart.Bal.Sal.& Angel.in l.j.C.vbi de crimi.agi opor.glo.in d.l.iiij.§.Prætor ait.in verbo,habitationem.& ibi Bar.col.ij.verſi.quid ſi non habet.& Alb.col.j.verſi.eſt etiam valde.Inno.in d.c.vlt.ad fi.& ibi quoque Hoſt.de eo qui mit.in poſſ.& in c.quia propter.col.v.in verbo,illud autem penitus. extrà de elect.Spec.& Io.And.in Addit.illius in tit.de compet.iudi.adi.§.j.verſic.ſed quid ſi debitor vagatur,qui quidem verſi.eſt ſub xl.caſu.& eundem Spec.tit.de accuſ.parte iij. verſi. ſi autem ſit vagabundus.Bal.in d.l.vt perfectius,col.ij.in duobus locis. & ibi etiam Ang.col. quoque ij.C.de annali excep.Ang.in d.l.hæres abſens,§.j.col.iij.verſi.& qualiter ſit citandus, ff.de iudic.Imo.in d.cle.cauſam,col.ix.verſic.an autem ſufficiat.de elect.Card.Flor.in d.cle.j. in xxviij quæſt.de foro compet.Panor.cap.vltim.colum.vj.verſicu.poteſt intelligi. & multis ſeq.eod.tit.Ioan.Ana.in c.j.extrà de rapto.Marian.Socin.latè in c.licet,col.xx.verſic.ſecundò quæro,vbi vagabundus.extrà de foro compet.Petr.Ferrar.in tit.forma reſpon.rei conuenti. col.iiij.verſi.quid autem ſi nullam.Carol.Ruin.Conſi.xviij.de pluribus.col.j.numer.3.libr.5. Matthæ.Afflict.in conſtit.Siciliæ,incip.citationis literæ,col.iiij.verſicu.quartò, not.Firmia.in tracta.de epiſcop.parte 3.lib.1.col.iiij.verſi.octauò quæro.

*Quid de exule.*

35 ¶Q VID autem de exule,ſiue banniro vel perpetuò,vel ad tempus, qua item in domo aut loco citari poſsit?Nam & de hoc aliquādo in materia retractus dubitari vidimus.Id autem cognoſces ex l.ad cognitionem,& ibi not.à Docto.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat.& Albe.illo cui laus practicæ præ cæteris tribuitur,in l.relegatorum.§.hæc eſt differentia , ff.de interdict. & releg.vbi dicit,non meminiſſe ſe ita clarè legiſſe,quàm in d.l.ad cognitionem. {& Bald.& Saly.poſt antiquiores in l.ij.C.de iuriſdict.omn.iudic.ipſo Bald.in l.ſi qua.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& in rub.C.ſi à non compet.iudi.} Sed vide tamen text.in l.filij,§.relegatus,& iterum in l.eius qui manumiſit,§.vlt.ff.ad municip. {& Pet.Anch.in c.cum olim.in ij.notab. de teſtibus.}

*Quid de monacho.*

36 ¶Q VID item de monacho?& certè Inno.in c.ex ore,circa medium,& ibi quoque Hoſtien. col.vlt.Io.Andr.etiam circa med.& Panor.col.item vlt.extrà de priuileg.dicunt monachum non alibi habere domicilium,quàm in ſuo monaſterio,& ſequitur Bal.in ſua Margarita,vbi dicit,de hoc eſſe meliorem text.totius iuris in l.omnes,in fin.princ.ibi,in ſuis laribus & domicilis conſtituti,C.de epiſc.& cler.vbi & hoc quoque not.Bald.& ſequitur etiam Barba.in cle.cauſam,col.liiij.verſi.& limita prædicta,de elect. Et vide Bart.in l.j.col.ij.verſi.iuxta prædicta,ff.ad municip.& in l.ciues , circa med.C.de incol.lib.x.Docto.in cap.poſtulaſti,de foro compet.& Petr.Anch.poſt Lap.in c.vlt.in iiij.not.de officio deleg.lib.6.dum tractant , cuius loci monachi ſunt ciues.

*An clericus citari poßit in domo beneficij.*

37 ¶Q VID autem de domo beneficij eccleſiaſtici, id eſt ſacerdotij? nam & hoc quotidie verſatur in cauſis forenſibus. Id quod intelligo , ſi citandus ibi non habitat:quia ſi habitet, res eſt ſine dubio,per ea quæ ſuprà diximus.An igitur valeat citatio facta in domo beneficij in quo beneficiarius non habitat? vide text.glo.Inno.tum col.j.non ſemel,tum in fi.in d.c.vlt. & ibi quoque omnino Bal.circa med.Imo.Cardin.Flor.Panor.& Barb.extrà de eo qui mit. in poſſ.gl.in c.quia in tantum.in verbo,plures,in fi.& ibi quoque Pan.ad fi.& latius Philip. Dec.extrà de præb.Inno.Hoſt.Ioan.Andr.Ant.& Panor.in d.c.ex ore,quibus locis ſuprà citauimus,extrà de priuileg.Archid.omnino in c.ſtatutum,col.v.in verbo,actor & reus. & ibi Ioan.Andr.colum.penul.& Do.& Philip.Fran.vtrumque in §.cùm verò,illum col.iiij.hunc col.j.de reſcrip.lib.6.eundem Archid.in Summa,iij.quæſt.vj.& in cap.ſi clericus.xj.quæſtio.j. Specu.titu.de accuſatione,§.j.verſicu.ſed nunquid.ſufficit.& §.ſequenti.& titu.de citatio.§.j. verſicu.& not.quòd ſi.Collect.in cap.ex parte,colum.vltim.extrà de foro compet.Io.Andr. Anto.Panormit.Maria.& Barba.in d.c.poſtulaſti.eod.tit.Ioan.Andr.& Anton.in cap.vltim. eodem quoque titu.Bald.in dicta l.omnes in ij.notab.C.de epiſco.& cleri.& in l.Senatores, in fin.ff.de Senat.& in l.ab eo , colum.vltim.verſic.& not.quòd quoddam , C.quomodo & quando iud.& in dicta l.vt perfectius,col.vlt.verſicu.ad ſententiam non ſufficit, in duobus locis.& ibi quoque Albe.col.ij.nume.4.& Ange.etiam in duobus locis, C.de annali except. & eundem Bal.in c.dilectus,le ij.circa med.& ibi etiam.Anto.Imo.Do.extrà de reſcript. D.à Rota deciſ.xlviij.valet citatio ad domum,in j.addi.in nouis, & iterum deciſ.lxxxij.in cauſa, etiam in nouis,& deciſ.ccxxviij.voluerunt,etiam in nouis, & deciſ.cccccxxiij.nota quòd in cauſa,in antiquis.Ioan.Fab.in §.vlt.col.pen.verſi.quid ſi non reperiatur,Inſti.de pœna teme. litig.Anto.& Panorm.in cap.cauſam,de dolo & contu.Rom.conſi.cccxlij.quo ad primum, col.ij.verſic.eſt etiam nulla, & conſil.ccclxj.in caſu,colum.ij.verſi.nec refragatur.& omnino

Card.

Card.Floren.in d.cle.cauſam,§.quod ſi forſan,in iij.notab.& latius in iiij.oppoſ.rurſumque in ij.q.& ibi latè Barb.col.xlix.verſi.nota quòd licet quis,de elect.& eundem Card.in clem.j. in ij.q.de iudic.& Maſue.tit.de adiornamentis,qui eſt omnium j.in §.item & ſimiliter.Steph. Bertran.conſi.cj.quamuis non ſit,lib.3.& omnium latiſsime Feli.in d.c.dilectus, le ij.col.j.& multis ſeq.extrà de reſcript. Suprà autem in præcedenti glo.diximus quid de domo habitationis vxoris,vtrùm vir abſens ad eam domum citari poſsit.ibi vide.

*Incarceratus qua in domo citari debet.*

38 ¶SED & quæſtionis eſt de eo qui detinetur in carcere,fortè ob maleficium,an poterit citari ad domum ſolitæ habitationis, aut quo alio in loco. Et certè gloſſ.not.in l.ij.& ibi quoque Bald.Sal.& Ange.C.quib.ex cau.maio.in integ.reſtit.tradunt eum citandum in domo ſolitæ habitationis.& ſequitur idẽ Bal.in l.vlt.in ij.lectu.poſt prin.ff.de in integ.reſtit.vbi eam dicit notab.& in cap.dilectus,col.ij.verſic.ibi,plenariam.& ibi quoque Philip.Franc.col.j.extrà de appellatio.vbi ipſe Bal.eam dicit ſingul.& Guid.Pap.ſingul.lxxxv.citatio ad ſententiam.Sed ſi ſcire vis plenius,an & quomodo incarceratus citari debeat,& poſsit,vide Barto.in l.ij.in fi.& ibi Salic.Ange.Pau.Caſt.Rom.Alexand.colum.j.in fin.& pleniſsime Iaſ.in vij.notab.ff.de in ius vocand.Bart.in l.is qui reus,col.vlt.& ibi Imo.ff.de publ.iudic.& ipſum quoque Bart.conſi.ccxxviij.Catharina accuſauit,colum.ij.verſicu.quintò quia ipſa.Bald.in l.ignorare,in fin.C.de reſtit.milit.& in ſua Margar.colum.iij.verſicu.citandus non eſt. Salice.in dicta l.ij.quibus ex cauſis maior.Angel.conſil.lxv.per habentem, verſicu.ſuper ſecundo.Imol. Paul.Caſtr.in l.quæſitum, ff.de re iudicata,eundem Paul.in d.l.ij.C.quibus ex cauſis maior.& in l.ſed & ſi quis, §.j.ff.ſi quis cautio.& conſil.cccxxj.viſis actis,in fin.libr.1.& Franciſc.Aretin.conſi.cxxxj.conſultiſsimè domine Collateralis,in cauſa Ioannis,in fin.& Philip.Francum,in dicto cap.dilectis.Matthæ.Afflict.in tractatu Protomixeos, in verbo, vt intra xxx.dies,col.x.verſicu.quintò nota.

*An neceſſe ſit hanc citationem uenire ad notitiã citati.*

39 ¶SECVNDO principaliter quæro, An neceſſe ſit citationem domi factam veniſſe ad notitiam citati,vt ob eam adſtringatur.Plerique omnes negant id neceſſarium eſſe, tanquam ſit in culpa,quòd non reliquerit procuratorem,aut alium qui nuntiare poſsit.& inter hos glo.in l.ex conſenſu, §.vltim.ff.de appel.& expreſsius in l.j.§.vlt.ff.quando appelland.ſit.& in l.j.§.item cùm ex edicto,in verbo,propoſitum:& iterum in verbo notitiam,ff.quæ ſentent.ſine ap.reſcind.& in d.l.vt perfectius,in verbo,domicilium,per illum text.& ibi quoque Bal.qui & hoc dicit procedere in criminalibus,col.ij.verſi.attende etiam,& Sal.etiam colum.ij.in iij.oppoſitione,C.de anna.exceptio.& in c.caueant.& ibi Cardin.Alexand.iij.q.ix.Inno.in c.ex literis,extrà de exceſ.Prælato.& in ca.ex tuę,col.ij.in verbo edictum,extrà de cler.non.reſid.Spec.tit.de citat.§.ſequitur.verſi.ſed nunquid ſufficit denuntiare.Io.Andr.in c. præſumitur,de reg.iur.libr.6.in Mercur.Dy.in l.iiij.§.abeſſe,& ibi Pau.Caſtr.in d.§.Prætor ait,col.j.& iterum ij.ff.de dam.infect.Iaco.Ra.& Albe.in l.ſi quis poſteà,ff.de iudi.Goſ.in Summa, vt lite non conteſt.§.item quæritur quid ſi edictum.& Albe.in l.properandum, in prin.col.5.nu.11.C.de iudi.Bar.& Sali.in l.licet.per illum tex.iuncta glo.C.de repud.& idem Sal.in d.l.ab eo,& ibi quoque Ang.per illum text.& Barb.in addi.Bal.C.quomodo & quando iud.Cardin.poſt.Zenz.in cle.j.in xj.nota.de fo.compe.& omnes vbique.Et idem de citatione,quæ fit per edictum,voluit Bart.in l.& poſt edictũ,in ij.quæſt.ff.de iudi.licet nonnulli in citatione, quæ domi fit,teneant contrarium,niſi ſaltem ei familia denuntiarit,ſcilicet Iaco.Ra.& Alber.in l.ſatiſque,ff.de in ius vocand.Matth.Afflict.in conſtitu.Siciliæ, incip.citationis,in primo nota.in fin.vbi & alios allegat qui id tamen non dicunt. & iterum col.eiuſdem conſtitutionis v.verſi.an autem ſi iſta,rurſumque col.penul.in xiiij.notab.

*Præſumitur quis ſcire, quod ad domum eius eſt denũtiatum.*

40 ¶Eſt tamen illud veriſsimum,quòd quilibet ſcire præſumitur,quod ad eius domum, quam inhabitat, eſt denuntiatum.gloſſ.in l.ſi tutor.in verbo,oſtenderis.& ibi Barto.& Bald.C. de peric.tut.Iaco.Aret.& Bald.in l.ſcire oportet,§.oportet,ff.de excuſa.tuto.& Bart.in l.quidam decedens,§.vlt.ff.de adminiſtr.tutor.Albe.in d.l.vt perfectius,col.ij.nu.5.C.de annali except.vbi id dicit notandum.Bald.in c.quoniam frequenter,§.porrò.extrà,vt lite non conteſta.vbi id tamen ita intelligit, vt ſit eius rei leuis præſumptio, nec ob id quis conſtituatur in vera contumacia, niſi ei fuerit denuntiatũ à domeſticis & amicis,de quo poſteà dicemus.& idem Bald.in repet.l.j.col.antepen.verſi.tertiò quæritur,ff.de leg.ij.& in dicta l.ab eo.col.iij.verſicu.ſed nunquid præſumitur. vbi & poſt Iaco.Areti.vbi ſuprà,hoc intelligit,niſi eſſet abſens in loco multùm remoto.Idem Bald.aut quiſquis is fuit,conſi.illius conſi.ccxcv.Petr.Lombar.col.j.lib.3.& conſi.cxxvj.citatio facta ad dommum,in j.dubio,lib.iiij.Ang.in l.de tutela,in 2.notab.C.de in integ.reſti.Fulg.conſi.lxxvj.factũ ſuper quo,col.vlt.Firmia.in tract.de Epiſcopo,lib.1.parte iij.verſi.ſubdi poteſt alia.

*De eadem re.*

41 ¶Porrò ipſe Ang.conſi.clxxxvj.repetito conſi.ccxvj.viſis igitur ſuprà dictis,col.j.ſcribit, ex citatione domi facta, præſumi domeſticos & familiares id denuntiaſſe citato, per notata à glo.in l.ſi legibus,C.de epiſcop.audien.intermiſſo tamẽ aliquo ſpatio,intra quod veriſimile ſit citatum eorũ notitiã habuiſſe,quæ domi geſta ſunt.l.Titius,§.Lucius,ff.de lib.& poſthu.Ideoq; Iaſon (ſi is eſt,quidam enim non leuibus argumentis ducti dicũt eſſe Alex.)in §.ſed iſtæ,col.xxv.verſi.& per iſta puto,Inſtit.de actio.reprehendit Bald.qui in l.ij.§.pen.in fi.ff.ſi





quis caut.dicit ſtari iuramento alicuius, an quod ei denuntiatum eſt ad domum ipſius, ad ſuam ipſius notitiam peruenerit:quoniã vt dicit ipſe Iaſon, cùm præſumptio ſit ad eius notitiam perueniſſe,non creditur eius iuramento,ad probandum contrarium, per multa,quæ ibi allegat.Tamen illud dictum Bal.ſequitur ipſe Alex.in l.de pupillo,§.nuntiationẽ,col.vlt.ff.de noui ope.nunt.& in addi.Bart.in l.inter omnes,§.rectè,ff.de furt.& Alcia.in tracta. Præſumptionum,regula iij.in xvj.præſumptione,num.2. Sed & idem quoque voluit Nico.Mat.in lect.Bart.in l.ſcire oportet,§.ſufficit.in fin.ff.de excuſa.tut.& ſequitur etiam & dicit ſingul.Firmia.in tract.de Epiſco.lib.1.parte iij.col.iij.verſi.poteſt autem citatus.

*De eadem re.*

42 ¶Ex iis autem illud conſequitur,quòd ex hac citatione,ſiue denuntiatione,aut notificatione facta domi,inducitur præſumpta tantùm ſcientia,& non vera,ſicuti nec vera contumacia, vt voluit gloſ.in cle.cauſam,in glo.penul.& ibi Barb.col.xix.verſi. vnde poterit citari,de elect.& Oldra.& Alberic.in l.j.§.item cum edicto,ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcind.& D.à Rota deciſ.xlix.ſi fertur ſententia, in nouis. & iterùm deciſi.ccclxiiij. cùm iura,etiam in nouis.& deciſi.ccccc.nota ſi feratur,in antiquis. vbi ex hoc dicunt, tempus appellandi non currere ſtatim à tempore huius denuntiationis,ſed tantùm à tempore notitiæ:vt & ipſi voluit deciſ.cxxxvij.appellatus,in nouis.& ſequitur Philip.Franc.qui tamen limitat in cap.bonæ.colum.vj.verſic.octauò debet appellari,extrà de appel.& in c.concertationi,paulò ante fi.eo.tit.lib.6.& Firm.in dicto tract.de Epiſcopo,lib.1.parte j.col.ij.in vij.q.& iterum eiuſdem lib.parte iij.verſic. extrà dicit.vbi ex hoc tradit,eum cui denuntiatum eſt domi,poſſe appellare,etiam poſt tempus appellationi præſtitutum. Quod & voluit Bal.in l.ea quæ,col.ij.C.quomodo & quãdo iud.& iterum in l.conſentaneum,col.iij.verſi.quæro vtrùm in hac,eo.tit.& Petr.Anch.conſi.ccclxxij.pro declaratione,paulò ante fin. Et ita in hoc regno vtimur. Vide tamen gloſ.in d.l.j.§.vlti.ff.quando app.ſit.& Bal.in l.j.C.quibus ex cau.maio.& in auth.hodie,col.ij.verſi.& ſcias,C.de appel.vbi de hoc latiùs. Sed & eundẽ vide in c.1.col.iij.verſi.item no.quòd iudex,tit.de milit.vaſal.qui contu.eſt.vbi dicit poſt Iacob. Arenarium, quòd verus contumax eſt,ſi quis citatus ad domum,ſciuit ſe citatum,& non comparuit. Quod & voluit,eo non memorato, Alex.in l.properandum.§.& ſi quidem,col.ij.verſi.ex hac ſolutione,C.de iudi.de quo tamen vide Alber.poſt alios ibi col.x.verſi.ex prædictis.

*Appellandi tẽpus non currit à tempore denuntiationis factæ domi.*

*Citatio,aut denuntiatio, an fieri poſsit ſine perquiſitione perſonæ. Qui dicunt fieri poſſe.*

43 ¶TERTIO principaliter quæro,an iſta citatio,ſiue denuntiatio,aut oblatio,ad domum fieri poſsit,etiam ſi citandus poſsit reperiri, an verò tum demum tantùm,ſi fuerit perquiſitus,& non inuentus. Aliqui dicunt indiſcriminatim hanc citationem fieri poſſe, etiam ſine perquiſitione citandi,per d.l.ſcire oportet,§.qui autem,ff.de excuſa.tutor.cùm dicitur, vel in faciem,vel ad domum:quaſi nihil interſit,vtrum horum fiat,cùm in alternatiuis ſufficiat alterum fieri,cap.in alternatiuis,de reg.iur.lib.6. cum concord. ibi adductis. Et eſt propè ſimilis tex.in d.cle.j.de fo.compet.cùm dicitur perſonaliter,vel ad domum. Et in hac opinione expreſſum fuit Dyn.in l.j.in prin.ff.de liber.agno.& Lucas Pen.in l.prouincialium, col.j.in fin.C.de errogat.mili.anno.lib.12. & Floria.in l.j.§.habitare,col.j.ff.de iis qui deiecer. vel effud. & Nicol.Neap.in lect.Bart.in l.ſcire oportet,§.oportet.ff.de excuſ.tutor.

*Qui contra negant.*

44 ¶At maior pars,atque potior,conſtanter affirmat,hãc citationem eſſe ſuccedaneam eius,quæ fit in faciem,vt videlicet fieri non poſsit, niſi cùm citandus perquiſitus inueniri non potuit: per tex.optimum in d.l.j.§.permittitur,ff.de liber.agnoſc.cùm dicitur,aut ad domum denuntiare,ſi nullius eorum copiam habeat.& ibi not.Iaco.Aret.Albe.& Bart.& tex.in d.l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.infect.ibi, dum ei qui aberit, prius domum denuntiari iubeam. & ibi etiam not.Dy.ſibi contrarius,Ricard.Malumb.Bart.Alber.Imo.Paul.Caſt.Alex. qui hanc dicit eſſe communem opin.& alij,ff.de dam.infect.& etiam tex.in l.aut qui aliter,§.j.ibi,& ſi fortè non ſit,cui denuntietur.& ibi Albe.in iij.notab.ff.quod vi aut clam.& in d.c.cauſam.& ibi gloſ.in verbo ad domum.Panor.col.j.verſi.& primò not.Barb.& alij,de dolo & contu. & in d.clem.cauſam,verſi.quòd ſi forſan.& ibi Pau.Eleaz.Imo.col.j.& iterum iij.verſi. ex prædictis patet.& Barba.char.antepen.verſi.quid autem ſi iudex.de elect.gl.in l.ſi finita,§.ſi plures.paulò poſt princi.gloſ.magnæ,ff.de dam.infect.Inno.& propè omnes in d.c.vlti.de eo qui mit.in poſſeſ.Specu.tit.de accuſa.§.j.verſi.ſed nunquid ſufficit.Archid.in c.1.col.vj.in verbo,infra menſem,de elect.lib.6.Guliel.à monte Laud.in c.1.in verbo,contemnant.de foro compet.lib.6.Bonifa.Vitel.in tract.malefi.in tit.forma citationis accuſati,col.j.verſi.ſed qualiter debet fieri.Collect.in c.cùm in tua,verſicu.quid ſi apparitor, qui matr.accuſ.poſſ. vbi ex hoc quoque dicit poſt Petr.Bo.quòd ſi apparitor veniens ad domum eius,quem vult citare, eum in itinere reperit,nec aliquid ei dicit,ſed iter ſuum continuans,domum eius adit, ibique eum citat,non valet huiuſmodi citatio.Bart.in tracta.de citat.quæſt.ij.Alber.in l.j.col.penul.verſi.ſed nunquid,C.de hæred.inſtit.& in l.vt perfectius,C.de anna.excep.vbi tamen dicit,vidiſſe ſe vbique ſeruari contrarium.& in iiij.parte ſtatutorum,quæſt.ij.ſed nunquid ex citatione, Bal.in l.vlti.col.j.C.de iure domi.impet.& in d.l.ſcire oportet,§.j.ff.de excuſ.tutor. & in l.ſi accuſatoribus,col.ij.C.de accuſa.& in cap.1.col.iiij.verſic.dicit Andr.de Piſ.tit.de milit.vaſal.qui contum.eſt. & conſi.xlviij.ſi creditor,lib.3.vbi & id dicit procedere in oblatione,quæ alteri debet fieri,vt ſcilicet ad domum fieri non poſsit,niſi perquiſito eo,cui fieri debet.& conſi.cxlv.inuentarium,

colum.j.lib.4.& in ſua Margar.in verbo,citatio,col.j.verſi.citatio. ad domum non eſt, vbi in id dicit ſing.glo.in d.§.ſi plures,Lucas Pen.in l.penult.in fin.C.de dignit.lib.12.Fulgoſ.conſil. lxxvj.factum ſuper quo. col.j.Panor.in clem.j. & ibi quoque Cardin.Flor.in ij.q.de iudic. & idem Panor.conſ.xliiij.ex omnibus.colum.j.lib.2.& conſi.lxxxiiij.arbitror indubiè,eod.lib.2. idem Cardi.in cle.j.in d.not.de foro compet.Ang.Aret.in §.feræ,col.vlti.Inſtit.de rer.diuiſio. & in §.omnium autem,qui eſt vlti.col.ij.verſicu.quæro an ſufficiat,Inſtit.de pœna teme.litig. Roma.conſi.ccccliiij.in re præſenti,col.ij.Nicol.Mil.in ſuo repertorio,in verbo,citatio prima debet fieri perſonaliter.Maria.in tracta.de citat.artic.xvij.verſi. circa ſeptimum. Ferra.in titu. forma reſpon.rei,in glo.ij.col.iij.verſi.amplius quæritur.Alex.conſi.ij.conſideratis,in princip. lib.3.Lanfrand.in repet.cap.quoniam contra falſam, in materia citationum.col.j.verſic. tertiò quæro,de probat.Firmi.in tract.de Epiſcopo,in iij.parte lib.1.col.iij.verſi.congruenter,Corn. conſi.lij.in hac conſultatione,col.ij.verſicu. eſt etiam aliud,lib.1.col.iiij.Guid.Pap.conſi.cxxj. indubitanter,in v.dubio,& ſingu.lxxxij.citatio poteſt fieri.Card.Alex.in c.1.col.ij.tit.de milit. vaſal.qui contu.eſt.& omnes vbique de hac re loquentes. Et hoc apertè exprimit noſtra conſuetudo hîc,cùm dicit , *ſi le retrayant ne peut trouuer l'achepteur.* Alternatiua autem, quæ in quibuſdam iuribus reperitur,vt diximus in præced.verſic.non electionis eſt,ſed ordinis:vt ſcilicet ſeruetur prior,ſi fieri poſsit:ſin minus,poſterior,vt alia iura declarant in prin.huius verſ. allegata:nam & ſimilis interpretatio fit in c.mandato,de præb.lib.6.cum aliis concord.adductis per glo.ibi,& in d.c.in alternatiuis,de reg.iur.lib.6.

45 *Quid ſi ſemel fuerit citatus in faciem.*

¶Id quod tamen nonnulli intelligunt,niſi quis ſemel fuerit citatus in faciem. Nam ſatis erit poſteà,vt dicunt,eum citari ad domum,etiam ſi ipſe poſsit reperiri. Ita enim voluit Inno.in d.c.vlti.col.j.de eo qui mit.in poſſeſ.D.à Rota deciſ.xlviij.valet citatio,in princip.in nouis.& deciſio.cccxcv.nota valet citatio , in antiquis Bartol.in d.l.j.§.permittitur,colum.j.ff.de liber. agnoſcen.& in d.l.iiij.§.Prætor ait,col.j.verſicu.ſed quæro an eſt neceſſe,ff.de damno infecto. per not.in l.& poſt edictum,ff.de iudic.& in authen.qui ſemel,C. quomodo & quando iud. Bald.in d.l.vt perfectius,colum.ij.& ibi quoque Ange.col.item ij.C.de anna.excep. & in cap. ſignificauit,col.ij.verſicu.quæro an iſti fundatores,extrà de teſtib.& in d.c.1.tit.de milit. vaſal. qui contu.eſt:& in ſua Margar.in verbo,citatio.col.j.verſic.citatio ad domum ſufficit.Matth. Afflict.in conſti.Siciliæ incip.citationis literæ,in j.not.Nico.Mil.in verbo, citatio ad domum ad ſententiam.

46 *Quid ſi lis ſit conteſtata.*

¶Intelligunt & alij,vt ante litis conteſtationem omnino quis debeat citari in perſonam, ſi reperiri poſsit. Poſt autem litem conteſtatam poſsit indiſcriminatim, & ſine alia perquiſitione citari ad domum. Nam hoc quoque voluit ipſe Inno.in d.c.vlti.col.ij.de eo qui mit.in poſſ. & Cyn.in auth.ſed & ſi quis,in j.q.C.de teſtib.per tex.in d.l.ab eo.vbi idem voluit Bald.col. vlti.verſi.& nota quòd poſt litem conteſtatam,C.quomodo & quando iudi.Bart.in d.l.iiij.§. Prætor ait,col.vlt.verſi.& dico quia ille,& ibi Albe.col.j.ff.de dam.infect. & idem Alber.in d. l.vt perfectius,poſt medium.C.de annali excep.Bal.in d.c.1. col.iiij.verſi. quæro vbi quis citatur,tit.de mili.vaſal.qui contu.eſt.& Roma.dicto conſil.ccccliiij.in re præſenti,col.ij.Floria.in l.in lege Aquilia,§.ſi debitum,col.ij.verſic.item aduerte quòd quando,ff.ad leg.Aquil.Matth. Afflict.qui alios allegat,in conſtit.Siciliæ incip.probationum incurſibus, col.iij.in iij.no.Car. Alex.in c.caueant,col.ij.iij.q.ix.

47 *Quid ſi ſemel comparuit in iudicio.*

¶Intelligunt item alij,vt citatio ſemper fieri poſsit ad domum,quando citatus antè etiam ſemel comparuit in iudicio. Hæc enim fuit ſententia Barto.in d.l.j.§.permittitur,in ij.not.ff.de liber.agnoſ.& in d.l.iiij.§.Prætor ait,col.j.vbi ſuprà,in illis verbis,ſi verò ab initio, & rurſum col.vlt.verſi.& dico quia ille,& ibi etiã Pau.Caſt.poſt prin.& Alex.qui affert concord.col.iiij. ff.de dam.infect.& D.à Rota,d.deci.xlviij.in nouis,& d.deci.cccxcv.in antiquis.Collect.in d. c.vlti.col.j.de eo qui mit.in poſſ.Petr.Ferra.in tit.forma reſp.rei conuenti, col.iij.Firmia.in d. tract.de Epiſco.vbi ſuprà,verſi.nec prætereo quòd citatio.D.Aufrer.in ſtylo curiæ parlamenti,§.item ſciendum eſt.Nico.Mil.vbi ſuprà proximè,verſi.ab hinc ij. Sed tu de hoc vide pleniſsimè per Alex.in d.§.Prætor ait,col.vlti.vbi hanc opin.defendit aduerſus Imol. & Ro.ibi, & alios citat,qui & ab hac opi.ſtant.eum ibi omnino videto. Nos autem paſsim vtimur, vt ſemper in perſonam fiat,ſi inueniri poſsit,aliàs ad domum.

48 *Quid in cauſis extraordinarijs.*

¶Sed & denique id nonnulli intelligunt,vt procedat in cauſis ordinariis, & quæ nullam celeritatem deſiderant extraordinariã. In aliis autem,vt in cauſa damni infecti,ex l.j.ff.de dam. infect.aliiſq; quæ ponuntur in l.vlti.ff.de appel.recip. ſufficiat partem nõ reperiri in iudicio, vt ad domum citari poſsit:vt expreſsim voluit Bart.in d.l.iiij.§. Prætor ait,col.j.ff.de damno infecto.vbi eſt optimus tex.in hæc verba, Prætor ait,dum ei qui aberit , domum denuntiari iubeam. Abeſſe autem videtur,& qui in iure non eſt. Is enim loquitur in cauſa damni infecti,quæ celeritatem deſiderat,vt diximus. nam in aliis,vt ſubdit Bart.non ſatis eſſet illum abeſſe in iudicio,de quo dicemus in quæſt.ſeq.

49 *An neceſſe ſit, citandum perquirere in tota urbe, uel quomodo.*

¶QVARTÒ igitur conſequenter quæro,an citandus,vt reperiri poſsit , conquiri debeat in tota ciuitate vel prouincia:an verò ſatis ſit in ſua tantùm domo?Et hoc quidem ſufficere videtur,vt tradit glo.not.in §.ſi verò etiam quidem,aliàs incipit,ſi verò ſemel.in verbo,examinet.in



authen.de exhib.reis.quam ſequitur Bald. qui eam dicit ſingu.in l.conſentaneum,col. vlti.C.quomodo & quando iudi.& rurſus in ſua Margar.in verbo,citatio.col.j.verſic.citatio ad domum non eſt.& Roma.qui & eam dicit ſingu.d.conſi.ccccliiij.col.ij.verſic. nec quidem neceſſe.& Barba.in d.cle.cauſam,char.antepen.de elect.atque ita in Gallia vtimur. Sed tu tamen de hoc vide plenius Inno.& Card.Flor.in d.c.vlt.de eo qui mit.in poſſ.Hoſti.Anton.& Panor.latè in d.c.cauſam,de dolo & contu.Bart.in d.l.j.§.permittitur,ff.de liber.agnoſc. & in d.§.Prætor ait,col.j.& ibi quoque Recentiores , & maximè Alex. & Panor.d.conſi.xliij.col.j. verſicu.ſecundò moueor,lib.2.Cardi.Floren.poſt Antiquiores in d.cle.cauſam, verſi.quòd ſi forſan.in j.q.& ibi quoque Imo.col.iij.de elect.Pet.Ferra.tit.forma reſpon.rei,in gloſ.ij.col.iij. verſicu.ſed circa hoc.Lanfran.in repet.d.c.quoniam contra, in materia citationum,colum.ij. verſicu.ſed dubitatur in caſu.Cardi.Alex.qui eam glo.dicit ſing. in d.c.1.col.ij.tit.de mili.vaſ. qui contu.eſt & Matth.Afflict.in d.conſtit.Siciliæ incip.probationum incurſibus,col.iij.verſi. an autem nuntius. Sed ante omnia vide tex.in l.j.§.dies.verſicu.adeundi,ff.quando appel.ſit. An autem credatur nuntio,dicenti ſe perquiſiuiſſe citatum , nec inueniſſe,ideoque ſe ad domum illum citaſſe,diximus ſuprà,§.proxi.gloſ.vj.quæ eſt in verbo, *deux recors,* num.23.ex eo quoque ſit,& duobus ſequen.

50 *Si ſtatutum dicat, quẽ poſſe citari in faciẽ uel ad domũ, an conquiri prius debet.*

¶QVINTO item conſequenter quæro,quid ſi ſtatutũ dicat ſimpliciter,quòd quis poſsit citari in faciem,vel ad domum,vt fit de iure communi, vt ſuprà diximus in princip.iij.q.non aliter exprimendo,vt prius conquiratur,quàm citetur ad domũ : an & tunc tamen primùm conquiri debet,vt ad domum citari poſsit, vt de iure communi diximus in d.iij.q. In qua re Docto.noſtri variant. Sunt enim nonnulli,qui dicunt,id ſtatutum eſſe intelligendum ſecundum ius commune, ideoq; nec tunc citationem ad domum fieri debere , niſi cùm citandus inueniri non poteſt. In hac enim ſententia fuit Franc.Rampo.in l.vlt.§.in computatione,C. de iure deliberan.prout enim retulere Imol.eius diſcipulus, & Roma.in d.l.iiij.§.Prætor ait, ff.de damno infect. Fuit & in hac ſententia Matheſa.in lxxxv.notab.mirabile dictum,& Stephan.Feder.vir cui paucos anteponere, ac ne æquare quidem , ſiue comparare auſim,in ſuo laudatiſsimo opere de legum interpretatione,in ij.parte princi.pag.ij.dum repræhendit Bart. contrarium tenentem in d.l.iiij.§.Prætor ait,de damno infecto.vt poſteà dicemus. & rurſum expreſsius,eiuſdem partis pag.xij.verſi.& ex prædictis.Nam & ſunt,qui generaliter dicunt ſtatuta omnino eſſe interpretanda ſecundum ius commune , & non vt aliquid addant.& inter cæteros Inno.Hoſtien.Ioan.And.& Compoſtel.in cap.cauſam quæ,de reſcrip. & Salic.in d.l. vlti.§.in computatione,C.de iure delib.cum concord.ibi adductis à Corne.& cæteris Recentioribus. Quibus adde Alci.Paradoxorum lib.5.cap.15.

51 *Statuta iuri conſona,idipſum confirmant.*

¶Cuius ſententiæ multæ ſunt,nec leues rationes:Prima,quia ſtatuta iuri communi conſona, videntur inducta ad confirmationem ipſius,l.quia actionum,ff.de præſcript.verb.& §.j.verſi. aliquando,inſtit.de bon.poſſeſ. Ergo non debent eius contrarium inducere,aut operari,l.legata inutiliter,ff.de leg.j.& l.cùm vinum,& ibi Alberi.ff.de triti. vino & oleo lega. cum ſimil. præſertim cùm eadem res non debeat iure diuerſo cenſeri, l. eum qui ædes,ff.de vſucap.& c. quia circa,extrà de priuil.cum aliis concord.à me collectis in repet.l.ſi vnquam.in verbo,donatione largitus,num.232.tertia ratio. Id quod tamen eſſet,ſi huiuſmodi ſtatuta ius commune confirmarent,& idem infirmarent. Et hanc item rationem ita confirma , quia lex in dubio non præſumitur iiſdem verbis vnã rem diuerſis modis terminare,l.nam hoc iure,ff.de vulg. & pupil.& l.quamuis,ff.de impub.& aliis ſubſtit.cum ſimil.

52 *A legibus antiquis non facilè diſcedendum.*

¶Secunda ratio , quia cùm leges communes ſint multò antiquiores iſtis legibus municipalibus,& longiori tempore, & pluribus in locis, vtpote in vniuerſo propemodum orbe obſeruatæ,non eſt ab ipſis facilè,& indubio diſcedendum,l.minimè, & l.ſi de interpretatione,ff.de legib. Nam & à conſiliis maiorum noſtrorum & prudentiorum non eſt recedendum, c.1.& cap.ne innitaris,extrà de conſtit.& hinc vetuſtatis autoritas dicitur in §.illud,in prin.in auth. de appel.& facit cap.ita dominus,xix.diſt.cùm dicitur,quod accepit à veteribus,non ſequendo,& ibi glo.& tex.in l.teſtamenta omnia,C.de teſta.vbi ita ſcribitur , mos namque retinendus eſt fideliſsimæ vetuſtatis,& alia propè infinita à nobis congeſta in præfa. noſtri tractatus Primigeniorum. Conſtat autem,præter legum noſtrarum antiquitatem , eas à Deo per ora Principum fuiſſe promulgatas,l.ij.& ibi not.ff.de legib.& l.vlti.C.de præſcrip.longi temp. & diximus ſuprà in præfat.num.11.igitur ſatis. Aut certè per Iuriſconſultos,ſummos æquitatis arbitros,cap.reſponſa.ij.diſtinct.

53 *De eadem re.*

¶Tertia ratio hæc eſt : licet aliquando liceat,atque expediat leges antiquas mutare , cap.non debet,in prin.extrà de conſan.& affi.& ibi concor.à glo.& Doct.quod & ex externis ſcriptoribus adſtruit Liuius grauis autor,ex L.Valerij oratione,lib.4. Belli Macedonici , & Epiſtola Artaxerxis , quæ ſcribitur Eſther 16. eodemque cap.vlti. Tamen in rebus nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet,vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt,l.ij.ff. de conſtit.princi.& cap.cùm conſuetudinis,& ibi glo.vlt.extrà de conſuc.& d.c.non debet.& Ariſtoteles ille Stagirita,omnium Philoſophorum ſummus,lib.2.Politic.cap.6.ad fin.multis magniſque rationibus oſtendit,veteres leges, vel paulò deteriores non facilè mutandas eſſe.

Ipſe autem Liuius eo lib.4. Adeò (inquit) nihil motum ex antiquo, probabile eſt: veteribus, niſi quæ vſus euidenter arguit, ſtari malũt. & Plutarchus in lib. Politic. ad Traianum, ſcribit, Nouis legibus ingenia populi moderari velle, non modò non facilè, ſed nec tutum quidem omnino eſſe. Vt omittam Platonem in Minoe, miris multisq; modis ac rationibus oſtendere legem immutabilem, eandemq; eſſe, & permanere debere. Cui concinens Cic. lib.3. de Repub. apud Lactantium de vero cultu, qui eſt lib.6. cap.8. Eſt quidem ( inquit ) vera lex recta ratio naturæ, congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, &c. Et poſt pauca. Huic legi nec propagari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. Nec verò aut per Senatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus.

*Statuta Iuri communi conſona, cenſeri eſſe Ius commune.*

54 ¶Quarta, Non eſt abſurdũ, ſtatuta idem omnino concedere, atque ſtatuere, quod Ius ipſum commune, atque ſic exiſtimari, cenſeriq; ipſum Ius commune & vetus, non autem ſtatutum aut Ius nouum: vt per glo. & Docto. in c.1. de conſti. lib.6. Bart. & alios in l.j. in prin. ff. ad leg. Falci. cum aliis multis concord. ibi adductis à Recentioribus. Et eſt bonus tex. in c. paſtoralis, extrà de fid. inſtru. & in c. ex parte, *le dernier*, & ibi Anto. de verb. ſigni. Quia potius credendum eſt, ſtatuẽtes voluiſſe aut legem veterem, fortè obſcuram, aut ignotam, declarare, & omnibus innoteſcere, aut aliquam prauam conſuetudinem apertè cõtrariam, vel etiam dubiam tollere, l. vlt. ibi, Ne tamen ſimplices animos ambiguitas moueat, C. de indi. viduit. tol. & l.j. §. ſed ſciendum, ibi, idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet, ff. de Aedil. edic. & l.j. in prin. ff. de æſti. acti. cum aliis ſi. à me adductis infrà, eo. tit. §. xxj. glo. j. nu. 5. at vnum hîc non omiſerim.

*Statuta loquẽtia in materia Iuris communis ab eodem interpretationem recipere.*

55 ¶Quinta ratio, eademq; huius loci poſtrema, hæc eſt: Statutum loquens in materia Iuris cõmunis, recipit omnes interpretationes, limitationes, ampliationes, & reſtrictiones ipſius iuris, l. Ius autem ciuile, à contrario ſenſu, ff. de iuſtitia & iure, & l. Cæſar. ff. de publi. & vectiga. & l. ij. C. de noxali. actio. & l. vlti. C. de teſtamen. milit. & cap. cùm dilectus, & ibi Anto. Imol. & alij extrà de conſuetud. vbi etiam verba conſuetudinis ſunt improprianda, vt concordent conueniantq; cum iure communi, & cap. cùm ad audientiam. & ibi Panor. de cler. non reſiden. & iterum cap. cùm dilectus. & ibi Ioan. And. & idem quoque Panor. eod. titu. & voluerunt Innocen. Hoſtien. Compoſtel. Ioan. And. & Panor. in c. cauſam quæ, de reſcript. cum infinitis ſimil. & concord. à me congeſtis, in lib. cui titulum nuncupaui, Nihil fruſtra: vbi & alias multas rationes pro hac parte afferemus.

*Qui contrarium tenent.*

56 ¶Contrarium tamen, vt ſcilicet in caſu dicti ſtatuti poſsit reus citari in faciem, vel ad domum primo loco, & ſine alia perſonæ perquiſitione, vt id ſtatutum hoc addere videatur iuri communi, nec ſit ſuperuacuũ, magna autoritate cenſet Bart. vt iam diximus, poſt Dy. in d. l. iiij. §. Prætor ait, col. ij. verſi. quæro quid ſi ſtatutum, & ibi quoque Imo. Pau. Caſt. Rom. & Alex. ff. de dam. infect. Ant. in c. cauſam, & ibi etiam Pan. col. iij. de dolo & contu. Idem Anch. in cle. cauſam, & ibi quoque Imo. col. iiij. verſi. quid etiam, ſi ſtatutum, de elect. ipſe Pan. in d. c. cauſam, ad fi. de reſcri. & in d. c. cùm dilectus, col. v. verſi. tertio modo, de conſuet. & in rub. de reg. & in c. paſtoralis, in prin. dum allegat Bar. in d. §. Prætor ait, extrà de appel. & in d. c. ex parte, col. ij. de verb. ſigni. & conſi. xix. videndũ eſt primò, poſt medium lib.1. & conſil. xcj. poſtulato, & c. quo ad primum, col. ij. eo. lib.1. & conſil. xxxvj. circa primum dubium, col. vlti. in prin. lib.2. & conſi. xlij. in quæſtione domini, poſt medium, eo. lib.2. Imo. in d. c. vlti. de eo qui mit. in poſſeſ. Fulgoſ. conſi. lxxvj. factum ſuper quo, in j. dubio, Ioan. Plat. in l. palatinas, C. de colla. fun. fiſc. lib.11. Barba. in l. ſtipulationum, § ſatiſacceptio, col. iiij. ff. de verb. oblig. & conſil. xviij. clementiſsimi, col. vlt. lib.1. & conſi. lj. ſcripſit ſapientiæ fons, col. xij. eo. lib.1. & conſi. xxiij. ſapientiſsimus, col. iij. lib.2. & conſi. 50. præclarè, col. v. eo. lib.2. & conſi. lj. illud in medium referam, col. iiij. lib.3. & inter conſi. Calca. conſi. xxviij. illud afferam, col. iiij. verſi. procedo ad inceptum. Ferra. in tit. forma reſpon. rei conuenti, in glo. ij. col. iiij. ſed quid dices. Lanfran. in repeti. c. quoniam contra, in materia citationum, col. j. verſic. ſi tamen ſtatuto. Philip. Franc. in c. paſtoralis, col. j. extrà de appel. Socin. ſi is eſt, in tract. fallen. regula liij. citandus perſonaliter, in vlti. fallen. & nouiſsimè Alcia. in lib.1. de verbo. ſignifi. char.5. Suntq; huius partis multæ, magnæq; rationes, quas huc adducere eſſet immenſi & operis, & laboris. Sed nos hæc affatim abundeq; tractabimus in noſtro illo libro, Nihil fruſtra, vbi videre poteris.

*Qui diſtinguunt.*

57 ¶Nec deſunt tamen, qui in hac re diſtinguunt, sítne quæſtio magni præiudicij, an modici: vt priori caſu obtineat prima opinio, quæ dicit neceſſe eſſe prius perſonam inquiri, etiam in caſu huius ſtatuti: poſteriori, ſecunda præualeat. In hac enim opinione fuit Imol. in d. l. iiij. §. Prætor ait, & ibi quoque Roma. qui id dicit ſatis eſſe æquum, ff. de damno infect. de quo latiſsimè diſputat Barbat. in d. clemen. cauſam, vbi ſuprà citauimus, de elect. vbi omnino vide: neque enim decreuimus hanc rem aliter diſputare.

## IN FI. EIVSDEM §. GLO. III. ET VLT.

*Vtrum oblatio retractus primo loco poßit fieri apud acta.*

HIC ergo dicitur, quòd ſi conſanguineus non poteſt reperire emptorem, debet offerre vxori, vel domicilio. Sed quid de eo, quod iam ſæpius ex facto vidimus. Nam plerunque conſanguineus primo loco facit huiuſmodi oblationem apud acta iudicis, eamq; per nuntium publicum denuntiari facit emptori, eumq; citari ſuper



ſuper ea oblatione retractus proceſſurum: & interim fortè tranſit annus retractus, nec fit alia oblatio emptori, aut eius vxori, vel domicilio, vt hîc iubetur fieri: an ſatis erit? Ego de ea re aliquando interrogatus, reſpondi, id quidem non eſſe ſatis. Nam cùm ſtatutum noſtrũ nuncupatim requirat adiri emptorem: & ſi reperiri non poſsit, eius vxorem, aut domicilium: non eſt ſatisfactum ſtatuto. Nam & de Iure communi citationes, denuntiationes, & alia id genus fieri debent vel perſonæ, vel domicilio, vel certis caſibus procuratori, vel ſi cætera deſint, proclamatò, ſiue edicto publico, vt plenè not. in l. iiij. §. Prætor ait, ff. de dam. infect. cum ſi.

*Perſona primùm requirenda, etiam in extraiudicialibus.*

2 ¶Imò nec cætera locum habent, niſi cùm perſona reperiri nõ poteſt, vt plenè diximus ſuprà in gloſ. præcedenti, in iij. q. princ. & apertè declarat noſtra conſuetudo, cùm dicit, *ſi le retrayant ne peut trouuer l'acheptem.* Nam & id non ſolùm procedit in citationibus, ſed & in aliis denuntiationibus, etiam extraiudicialibus, vt ſcilicet in eis quoque ſit primo loco requirenda perſona: vt nuncupatim ſcribit Ioan. Fab. in §. vlt. paulò ante fin. Inſti. de pœ. teme. litig. Et quod fit per edictum publicũ, ſiue per præconem ( vt id obiter & plenius dicam: dixi enim ſuperius) eſt omnium poſtremum, id eſt, cùm cætera illa remedia deſunt, vt per Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo, per edictum, poſt prin. Bal. in l. vt perfectius, col. ij. non ſemel, C. de annal. excep. & in l. inter minores, in j. lect. in fi. ff. de reſti. in integ. Card. Flor. in cle. j. in j. q. de iudici. & eſt bona glo. in l. ſi finita, §. ſi plures, poſt princi. in verſi. vel ſi non inuenitur, ff. de dam. infect. quam ita allegat, & dicit not. Bal. in ſua Margar. in verbo, citatio per præconem: vbi tamen erranter eam citat ex §. Iulianus, eiuſdem l.

*Citatio per edictum publicum omnium poſtrema.*

*Conſignatio et depoſitio non debet fieri, niſi cùm pecunia oblata recuſatur.*

3 ¶Quin cùm ſolutio facienda eſt alicui, tum demum oblatio, conſignatio, & depoſitio debet fieri, quãdo ille doloſè recuſat accipere, & non aliâs: vt eſt tex. not. in §. illud quoque, in auth. vt exact. inſtan. dot. cum ſi. Nec enim conſignare & deponere, ſoluere eſt. Bar. in l. item liberatur, §. j. ff. qui. mo. pig. vel hyp. ſoluit. Vt nec reſtituere eſt, Pau. Caſt. conſi. lxv. viſo quodam libello, col. j. verſi. quædam aliæ cauſæ, lib.1. in id allegans Bart. in l. ſi conſtante, in v. q. ij. q. princ. ff. ſolu. mat. & in l. ſi quis ſic ſtipuletur, eo. tit. Nam ſolutam pecuniã intelligimus, ſi numerata ſit creditori, l. ſolutã. in prin. ff. de ſolu. Et bene facit, quod tradit Phil. Dec. loquens de expenſis contumaciæ, conſi. xxxiiij. cuius ſuperſcriptio incipit, an & quãdo, col. vlt. verſi. proſtremo.

*Oblatio ei facienda eſt, qui poteſt liberare.*

4 ¶Sed & quod plus eſt, cùm oblatio neceſſaria eſt, ea facienda eſt ei, qui poteſt recipere, & offerentem liberare, non aliis, l. ſi reus paratus, ff. de procur. in illis verbis, huic loco accommodatiſsimis, Suſpectus videri poteſt, qui præſente domino pecuniã non obtulerit, quam quidem l. ad hoc annotat Bald. in l. acceptam, col. iij. in iij. q. C. de vſu. Ideò Bald. ipſe in ea l. ſi reus, eam not. pro debitoribus abſentium creditorum, qui non reperiunt, cui offerant: vt adeant iudicem, & illius mandato deponant. Subditq; tamẽ tutius eſſe, vt prius fiat aliqua proclamatio, per not. in l. ſi eo tempore, C. de diſtra. pigno. & in l. ſi prædio, ff. de in diem adiect. & in l. Labeo, ff. de nauti. fœno. & hoc quoque voluit ante eum Bart. in d. l. ſi reus paratus, in fin. & eos ſequitur Corn. conſi. cccxij. videtur in hac, col. vlti. verſic. licet non ſit, lib.4. & Steph. Bertran. conſi. cccxx. ſententia, col. ij. verſi. fuerunt item. lib.1.

*Prædictorum confirmatio.*

5 ¶Quid plura? cùm tex. habeamus, id expreſsim probantẽ, nihil ſcilicet prodeſſe conſignationem & depoſitionem pecuniæ, niſi ea prius fuerit oblata ei, cui ſolui debet, in l. ij. & ibi Sal. in 1. not. C. de vſur. quam ad hoc expendit, & citat gl. in d. l. acceptã, in gl. vlt. poſt prin. & ibi quoque Ange. col. vlti. verſi. ſola verò depoſitio, C. de vſur. Niſi tamen (vt dicit ea glo.) abſens ſit is cui ſolutio, proindeq; oblatio faciẽda eſt, per tex. optimum, qui & id quoque probat, quod diximus, adeundum ſcilicet eſſe primo loco creditorem, in l. ſi creditor, C. eod. tit. & ſequitur Pau. Caſt. qui optimè eam glo. declarat, in d. l. acceptam, col. pen. verſi. quantùm ad ſecundum, & ibi ante eos Azo, in Summa eiuſdem tit. in fin. Et idem quoque voluit & reſpondit Iaſon conſi. ix. venerabilis ac reuerende, col. pen. verſicu. minus etiam valet, lib.1. & facit, quod tradit Bal. in l. cùm hi, §. vlt. in j. lect. ff. de tranſac. quòd ſi ex ſtatuto pœna corporalis ſuccedat pecuniariæ, ſi hęc ſoluta non fuerit, non ſufficit pecuniã deponere apud fiſcum, vt euitetur pœna corporalis. Et tradit generaliter Ludo. Gozad. conſi. lxxj. in cauſa domini, col. iij. nu. 7. depoſitum nihil prodeſſe, quãdo eſt perſona, cui ſolui poteſt, & allegat alios, vt ibi videre poteris.

*De eadem re.*

6 ¶Ideoq; Iaſon ipſe, aut ſi quis alius fuit, inter conſil. ipſius, conſi. ccxvj. Gabriel, reſpondit in caſu eiuſdem Iaſo. qui fundum emerat ea lege, vt venditor poſſet redimere intra certum tempus, offerendo pretium venditionis: venditorem non ſatisfeciſſe ei legi, qui non adito Iaſone fecerat oblationem, & conſignationem pretij apud acta, vel alibi iuſſu iudicis, eumq; citari fecerat, proceſſurum in ea cauſa reuenditionis. Nam eum primùm debuiſſe ire ad domum Iaſonis, & ei offerre pretium, & eo recuſante conſignare, ex ſententia Bart. in l. item illa, in prin. col. ij. ff. de conſtitu. pecu. vbi dicit, quòd quando per ſolutionem vel oblationem volo mihi aliquid acquirere, teneor ire ad domum creditoris, licet etiam ſit diuerſi fori, per l. cùm quidam, C. de condi. inſer. & l. pen. in fin. ff. de condi. & demonſt. Et idem tenent Cano. in cap. ſignificante, extrà de pig. & Sali. in d. l. acceptam. col. iij. verſic. diſtinguo ſic pro præſenti. & Pet. Ancha. conſi. lxxxvj. pro faciliori: vbi & alia multa in id allegat. & Paul. Caſtr. in d. l. penul. de condi. & demonſt. Bald. autem in d. l. item illa, etiam in princi. col. j. dicit, quòd cùm volumus conſtituere aliquem in mora per interpellationem, debet ea interpellatio fieri ad perſonam

*Ad domũ creditoris etiam diuerſi fori debet ire, qui ſibi uult acquirere.*

Ff 3

eius,cui fit:& ſi is non reperitur, debet fieri ad domum ipſius,per l.ſi dictum.§.vltimo.ff.de euict.& alia iura.

*An ſatis ſit offerre procuratori.*

7 ¶Et ex iis quoque potes intelligere, non ſatis eſſe, conſanguineum offerre procuratori emptoris,quod & in ſimili voluit glo.in cle.cauſam,verſic.intimatio verò,in verbo, appellatum,& ibi Cardi.Flor.in vij.q.& Imo.col.antepen.de elect.lib.6.Bart.loquens de proteſtatione,in l.iiij.§.Prætor ait,col.ij.verſi.an debeat fieri.ff.de dam.infect.& in l. non ſolùm,§.morte, col.pen.verſi.quæro cui debeat fieri iſta proteſtatio.ff.de ope.no.nunti.Bal.in l.item veniunt, §.petitum,per eum tex.ff.de peti.hære.Albe.in d.l.ſi dictum,§.vlti.ff.de euict.& in l.mora,col. iiij.num.15.verſi.ſed nunquid,ff.de vſur.hoc intelligens,niſi ſit procurator cum libera.Et rurſum in l.j.in prin.col.vlti.ff.de liber.agnoſ.vbi reſpondet ad eum tex.qui videbatur adſtruere contrarium.Rom.& Alex.qui eam glo.dicunt ſing. & Iaſon,qui eam dicit not.in illo ipſo §. in ead.quæſt.cui & quo tempore fiat proteſtatio inhibitiua.Ioan.Mo.& Io.And.in c. generali,de reg.iur.lib.6.idem Ioan.And.in c.vlt.de do.& contu.Ioan.Fab.in §.vlti.col.pen.verſi.ſed nunquid ſufficit,& ſeq.Inſti.de pœna teme.litig.& in l.in minorum,colum.j.C. in qui.cau.in integ.reſt.non eſt neceſ.vbi etiam intelligit,niſi habeat liberam.Et idem fortè (inquit) ſi generalem.Paul.Caſt.in l. ſi procuratori,in fin.ff.de verb.oblig.cum his,quæ diximus ſuprà,§.j.in glo.xiij.in verbo,*l'achepteur*,num.31.an autem ſit,& ſequen. Sed quibus adde, non rectè ſolui, niſi creditori,aut ei qui ab eo habet mandatum ſpeciale, vel generale cum libera,l.vero procuratori,in princi.& l.qui hominem,§.ſi Titium,ff.de ſolut. & id per eos tex.voluit Alexan. conſi.cxx.ponderatis,col.ij.lib.5.& Doct.vbique.

*An in ſubſidium.*

8 ¶Quod intelligunt omnes,niſi in ſubſidium, cùm ſcilicet copia domini haberi non poteſt, ſecundùm tex.no.in l.aut qui aliter,§.& ſi fortè.ff.quod vi aut clàm.vbi ita ſcribitur:Et ſi fortè non ſit,cui denuntietur,neque dolo malo factum ſit,ne ſit:amicis denique,aut procuratori,aut ad domum denuntiandum eſt. Et in d.l.iiij. §. Prætor ait.de damn.infect.cùm dicitur, Quòd ſi nec habitationem habeat,ad ipſum prædium erit denuntiandum, vel procuratori eius.& ibi Alber.col.j.verſi.vidi dubitari,dicit citationem ad domum debere præcedere eam, quæ fit ad procuratorem,& dicit ita ſe obtinuiſſe,per eum tex.& text.in l.meminerint,C.vnde vi,vbi ſcribitur in hæc verba, Conueniendos dominos locorũ eſſe:aut ſi fortè defuerint, eorum actores ad inſinuandas ſententias,procuratoresq́; eſſe quærendos.& ibi Bar.colum.ij. verſi.quæro dicitur hìc atque etiam optimus tex.in c.cauſam,& ibi glo.in verbo,ad domum poſt prin.& alij,extrà de dol.& contu.Albe.loquens de denuntiatione,in d.l.ſi dictum.§.vlti. ff.de euict.& Docto.vbique. Sed ad illud,quod diximus ſuprà ex Alberi. ſcilicet citationem procuratoris eam præcedere debere,quæ fit ad domum, vide omnino Bart.in l.iiij.§.Prætor ait,col.ij.verſi.quæro an debeat,& ibi quoque Imo.& Roma.ff.de dam.infect.Ant.in cle.cauſam,& ibi quoque Imo.col.iiij.verſi.quæro vlterius,& Barb.char.pen.verſi. ſed antequàm citatio,de elect.Anto.& Panor.in d.c.cauſam,de dol.& contu.

*Sed an primũ procuratori, an domicilio offerri debeat. In dubio quod tutius eſt, ſequendum eſt.*

9 ¶Ego verò in hoc caſu noſtræ conſuetudinis tutius eſſe arbitror,vt ſi emptor abſit, fiat oblatio vxori,aut domicilio,vt ſatisfiat huic noſtræ conſuetudini:& ſi deſint,procuratori.Quanquàm ſuſtineri poteſt,ſatis eſſe,ſi fiat procuratori,cùm ipſe dominus abeſt, per ea quæ dicta ſunt. Sed obuiandum eſt,quantùm maximè fieri poteſt,periculo diuerſitatis opinionum, & quod tutius eſt,ſequendum,exemplo ſummi Pontificis,in c.vlt.verſi.quia verò,ibi,quod tutius eſt ſequentes, extrà de presbyt.non bapt. Nam & id in dubio aliàs ſemper faciendum monet c.ad audientiam,extrà de homi.& c.illud,de cleri.excom. & ibi concor.in gloſ. Quibus & tu addere potes l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect.& l.ea quæ in partes,§.j.ff.de reg.iur.

*Quid ſi fiat procuratori, non ignorante domino.*

10 ¶Sed & id,quod de procuratore dictum eſt,poſſet fortè alio modo intelligi, vt ſcilicet non valeat oblatio ei facta,niſi nõ ignorante emptore ipſi procuratori facta ſit,vt de denuntiatione,quam facit emptor venditori,vt adſit liti motæ ſuper re vendita, dicitur in d.l.ſi dictum, §.ſi præſente,ff.de euic.Verùm nec id mihi tutum ſatis eſſe videtur,illis rationibus ſuprà adductis:præſertim quòd oblatio ei faciẽda eſt,qui recipere poteſt,& liberare,vt diximus ſuprà num.4. Id quod procurator minimè facere poteſt ſine ſpeciali mandato,aut omnium negotiorum adminiſtratione,vt ſuprà diximus nu.7. Adeò vt dubitetur, poſsítne ſolui procuratori dato ad exigendum,quãdo & nonnulli teneant,ei ſolui non poſſe, & inter hos Spec.tit. de procura.§.vt autem,verſi.notabiliter,& Ro.in l.non ſolùm,quæ eſt iij.ff.ſol.matr.& Guid. Pap.deci.Delphi.DXXVj.executio, in fine. Quanquàm in hoc vltimo maior pars noſtrorum contrarium tenet,vt videre poteris apud Alex.in d.l.non ſolùm,col.ij.in ij.nota.Illud autem inter omnes conuenit,procuratorem ad lites, etiam cum libera, non poſſe recipere ſolutionem,l.hoc iure,& ibi Doct.ff.de ſolu.& not.in l.ſi procurator,ff.de cond.indebit.Bar. in l.qui Romæ,§.Callimachus,ff.de verb.obligat. Quid autem de alio procuratore cum libera diximus ſuprà,§.j.gloſ.xiij.in verbo,*l'achepteur*,d.nu.31.an autem ſit ſatis.& ſequen.

*An ſolui poſſit procuratori dato ad exigendum.*

*Quid de procuratore dato ad lites cum libera.*

*Quid ſi procurator emptoris præſentis, & tacentis,*

11 ¶Verùm,ſi procurator, præſente domino & tacente, nomine illius admitteret conſanguineum offerentem ad retractum, poſſet videri id præiudicare domino non contradicenti,ex ſententia Inno.in c.ex parte Decani,in verbo,protuliſtis.verſ.& ex hoc.extrà de reſcrip.cum multis concord.adductis per Roma,conſi.clxx.ſciebant,in prin.& Alex.in l.ij.§. voluntatem,

col.ij.



col.ij.verſi.& de materia,ff.ſol.mat.& in l.vlt.col.xxvj.verſicu.pro hoc etiam, & quartò,cum multis ſeq.ff.de re iudi.& conſi.clvij.viſo inſtrumento.col.iij.verſi.bene facit,libr.2.& Barba. conſi.vj.ſcriptum eſt,col.v.lib.1.& conſ.lxx.præclarè,col.iij.verſ.præmitto,lib.2.& conſi.xvij. à Ioue,col.ij.& iij.libr.3.& conſi.lxxiij.eiuſdem initij,colum.v.libr.3.& conſi.xlvj.illud adducitur,col.iiij.verſi.prætereà videtur,libr.4.& conſi.lxij.Paulus,col.pen.eod lib.4.& conſ.lxxj. illud afferam,col.2.eod.libr.4.& Fel.in c.fraternitatis,col.iiij.extrà de teſtib.& Matth.Afflict. deci.Neap.cccviij.Franciſcus,nu.6.7.8.Sed ij propè omnes loquũtur de actibus iudicialibus, & multi eorum expreſsè dicunt,aliud eſſe in extraiudicialibus,& præter eos Cardin.Flor.in d.c.ex parte,& iterum in c.cùm olim, le j.de offi.deleg.& Alex.conſi.lxxx.viſo,col.iiij.verſi. tertiò reſpondeo,lib.4.vbi & alios citat.

*admittat conſanguineum.*

*De eadem re.*

12 ¶Sed nec omnes id concedunt in iudicialibus,& inter hos ipſemet Inno.ſibi cõtrarius,Ant. & Imo in c.quamuis,de re iudi.allegantes in d.l.j.C.quib.res iud.non nocet,& l.ſed & hæ,ff. de procu.& alia quædam iura,atque etiam Dy.in l.vlt.in ſua diſtinctione,& ibi etiam Raph. Com.ff.de re iudic.per l.iam tamẽ.§.in hac,le ij.ff.iudic.ſol.& no.in l.etiam, C.mãda.& in l. ex parte.in prin.in glo.ff.famil.erciſ.& prætereà Cy.in l.ſi pecuniam,C.de nego.geſt.per d.§. in hac.Anto.& Imo.in d.c.ex parte Decani,de reſcript.Idẽ Imo.in d.c.cum olim,le j.de offi. deleg.& in d.§.voluntatem.Card.Flo.in cle.j.de procur.Domi.in c.qui ad agendum, eod.tit. lib.6.Alex.d.conſ.lxxx.quo loco ſuprà citauimus,lib.4.vbi & alios quoque citat,& Barb.qui alios item allegat,conſi.xlvj.ſcripſit,col.iij.verſi.capio modò,libr.2.Ea autem l.ſi dictum, §.ſi præſente, quæ alias ſententias iuuat (ne id omittam) loquitur in ſimplici denuntiatione.

*Dominus ſciẽs & tacens, uidetur cõſentire procuratori excedenti mandatum.*

13 ¶Quanquàm & aliud eſt,quod & priorem illam ſententiam confirmat,nempe quòd dominus ſciens procuratorem excedere mandatum,& non contradicens, videtur conſentire, per d.c.cùm olim,le j.iuncta glo.in verbo, protinus.in prin.& ibi Pan.& alij,extrà de offi.deleg. & c.j.in fi.extrà vt lite non conte.Ioan.Mona.in c.cùm quis,& ibi quoque Io.And.& Dom. vterque col.j.de ſenten.excom.lib.6.vbi allegant alia iura.And.Iſer.in c.j.§.pen.tit.de prohib. feud.alien.per Feder.Oldr.conſi.cxcix.pro fundamento,col.ij.verſ.ad iſtud reſpondetur:vbi & alia multa iura allegat.D.à Rota deci.ccccxxviij.ſi habent,col.ij.in nouis.Anto. in c.cæterum,col.vlt.verſi.quid ſi dominus,extrà de re iudic.Imo.in d.l.vlt.in vlt.chart.ff.de re iudic. Nicol.Mil.in ſuo repertorio,verſi.procurator ſi aliquid,& iterum verſ.ratificare poteſt.cum aliis multis concord.collectis ab Alex.d.conſi.lxxx.col.iiij.verſi.nec obſtat,lib.4.& conſi.84. ſuper conſultatione,col.j.lib.5.& Fel.in d.c.cùm olim,le j.col.ij.verſi.nota ibi ſtatim. ex quibus etiam poteris intelligere, id procedere in actibus requirentibus ſpeciale mandatum. Quibus etiam adde Philip.Dec.conſil. ccccxxxvij.repetito conſil.DCLXXij.quæritur breuiter, col.j.& conſi.DCLXXij.poſt princip.

*Tacẽs an pro cõſentiẽte habeatur, uide 16.*

14 ¶Sed & id quoque multi non admittunt,conſtanter affirmantes,id tantùm procedere in caſibus quibuſdam ſpecialibus. Aliàs autem regulariter ſciens & patiens non haberetur pro conſentiente,niſi in iis,quæ ad ſui ipſius cõmodum ſpectarent,per l.filiusfamiliâs,§.inuitus, ff.de procu.Ita enim expreſsè & intrepidè voluit Sal.Doctor non paruæ authoritatis, in l.j. §.magiſtrum autem,ff.de exercit.actio.& ſequitur ipſe Alexand.d.conſi.lxxx.vbi etiam ſuprà citauimus. Et idem ante eos,licèt non allegent,propemodum voluit Bal.qui nulli vnquam ſententiæ defuit,vt ſæpius diximus,quique omnium noſtrorum Docto.copiam ſuperauit, in d.cap.ex parte Decani,col.iij.verſi.ſed imò videtur, extrà de reſcrip.dum reſpondet ad d. §.magiſtrum:& ante omnes expreſsim Bar.in l.j.in princip.ff.de neg.geſt.quem nuncupatim citat & ſequitur Alex.loquens in caſu ſolutionis factæ alteri,qui eſt caſus noſter, conſi.cxx. ponderatis,colum.ij.lib.5.

*Mandatũ renouare uidetur,qui reuocatũ patitur exercere.*

15 ¶Sunt autem (ne & id prætermittam) qui dicunt, quòd ſi procurator meus,à me ſcilicet ad aliquid conſtitutus,& poſteà reuocatus,exerceat id ſuum munus me ſciente,& patiente, videor tacitè mandatũ meũ renouare.Ita enim voluit Imo.in d.c.ex parte Decani, de reſcript. & in d.c.cùm olim,le j.de offi.deleg.& in d.l.ij.§.voluntatẽ,ff.ſol.mat.& in d.l.vlt.ff.de re iudic.& Domi.in d.c.qui ad agendum, de procur.lib.6.Alex.d.conſi.cxxviij.in fi.libr.6.ar.not. per glo.in l.ſemper qui non prohibet,ff.de reg.iur.& in l.ſi pecuniã,C.de nego.geſt.& l.cùm quis,§.j.ff.de ſolu.& in l.cùm filius,§.hæres,ff.de leg.2.Et id quidem ex eo cõfirmatur, quod in ſimili dicimus de renouatione locationis in l.itẽ quæritur,§.qui impleto,ff.locat.cum ſi.

*Deciſio quæſtionis.*

16 ¶Ego autem,vt id tandem diffiniam,arbitror emptorem præſentem & non contradicẽtem, cùm conſanguineus alteri, tanquam procuratori, aut negotiorum geſtori nomine ipſius emptoris pecuniam offert,& ſoluit pro retractu,ſibi præiudicare:hac ratione quòd cùm aliquis ſcit aliũ gerere actum,qui eo inuito geri non poteſt,nec contradicit, is videtur ei actui conſentire,l.vlt.ff.quod cum eo.& not.gl.in c.is qui tacet,circa medium,de reg.iur.lib.6.cum ſimi.Nemo autem inuito & contradicente me poteſt recipere ſolutionem, quæ mihi fieri debet,l.inuito,C.de ſolu.& l.vero procuratori,ff.eod.tit.& c.ea te,extrà de iureiur. Qua ratione Guid.Pap.deci.Delphi.clxxiij.in dicto,tenuit dominum ſcientem & patientem alium recipere ſolutionem penſionis emphyteuticæ nomine ipſius,ſibi ita præiudicare,vt emphyteuta,qui ſic ſoluit,liberetur, nec cadat emphyteuſi.

*Quid faciẽdũ eſt, cùm emptor nec uxorem, nec domiciliũ, nec procuratorem habet.*

17 ¶Sed quid, ſi ignoratur, quo in loco ſit emptor qui abeſt, nec fortè habet vxorem, nec domicilium, nec procuratorem, quibus hanc retractus oblationẽ poſsit facere. Quid ei faciendum eſt? Et tunc certè ſatis erit adire iudicem, vt in ſimili dicitur in l.in contractibus, §.in omni, ibi, vel ſi abeſſe, &c. C.de non nume.pecu.& in l.ſi creditori, in fi.cùm dicitur, Abſente verò creditore, Præſidem ſuper hoc interpellare debueras, & ibi Bal.& Sal.C.de vſur. Et facit tex.in l.vt perfectius, poſt prin.& ibi Bar.C.de anna.except.& in l.ij.ff.de naut.fœno. & in §. hæc de præſcriptionibus, verſi.is autem, xvj.q.iij.& quod voluit Bar.in l.ſi reus paratus, in fi. & ibi poſt eum Pau.Caſt.paulò ante medium, ff.de procu.quòd quãdo aliquis vult ſoluere, vt pœnam euitet, nec reperitur is, cui ſoluere debet, poteſt adire iudicem, & corã eo offerre. Quod & voluerunt Inno.Hoſt.& Io.And.in c.ſignificante, in verbo, remiſerit extrà de pig. Multæ autem huius regni conſuetudines ſuper hoc caſu priuatim prouiderunt, vt apud Senonẽſes, c.xlvj. Trecenſes, c.clix. Turonenſes, tit.*de retraictz*, c.xxxviij. Cenomanenſes, cap. ccclxij.& ccccxxiij. Andegauenſes, c.cccl j. Borbonienſes, c.ccccxxix.

*Cõſuetudines de ea re.*

*An neceſſe ſit adire iudicẽ.*

18 ¶Haec tamen intellige, vt ſcilicet poſsit adiri iudex à conſanguineo. Sed vtrùm id neceſſariũ ſit, ne tempus ei labatur, quæſtionis eſt. Et profectò neceſſariũ eſſe tradit, & expreſsim, in huiuſmodi rebus, Hoſt.in Summa tit.de obla.§.j.verſi.item requiritur, & Bar.in d.l.ſi reus paratus.& non obſcurè ſentiunt cæteri ſuprà citati. Quibus addere potes, quod tradit Bald. in c.j.paulò ante fin.poſt gl.ibi, extrà de eo qui mit.in poſſ.quòd cautio, quam text. ibi iubet dari, debet offerri & præſtari parti, ſi abſit: ſin minus, iudici: & ſi is quoque abſit, apud acta nomine publico actorum, per l.non quaſi, ff.rem pupil.ſaluam fore. Et facit etiam text.in d.l. vt perfectius, C.de anna.except.cum ſimi.

19 ¶Verùm Alex.conſi.xcij.perſpectis, col.iiij.verſic.nec obſtat quod not.libr.1.tradit illam ſententiam intelligi in caſibus, in quibus requiritur conſignatio & depoſitio, vti etiam loquitur d.l.ſi reus, & ibi declarat Bald.& Pau.Caſtr.& ipſe Bar.in l.ſi ſeruum, §.videamus, in fin.ff.de verb.obli.& in l.item illa, ff.de conſti.pec.vbi dicit, ſatis eſſe, ſi debitor non habeat cui ſoluat, proteſteturque ſe paratum ſoluere, ſi haberet. Sed & Albe.in l.acceptam, col.iij.verſi.ſed quid ſi creditor, C.de vſur.dicit, quòd ſi creditor abeſt, nec reliquit procuratorem, non incidit debitor in pœnam, per l.pecuniæ, §.j.& l.cùm quidã.§.ſi pupillo, ff.de vſur.& l.item illa, ff.de conſti.pecu. Cautius tamen eſſe, adire iudicem, & proteſtari, per d.l.ſi creditrici.& Bal.in l.in contractibus, §.vlt.C.de non nume.pecun.dicit, quòd cùm aduerſarius non poteſt reperiri, ſufficit proteſtari.& idem quoque voluit ipſe Alex.conſi.xx.circa conſultationẽ, col.ij.lib.7. Et facit quod in ſimili tradit Card.Alex.in c.j.col.ij.verſi.quæro ſi vaſallus, titu.quę fuit pri. cau.amit.bene.quòd ſi vaſallus non poſsit inuenire dominum, vt ab eo petat inueſtituram, ſufficit idipſum proteſtari coram teſtibus.

*An neceſſe ſit proteſtari.*

*De eadem re.*

20 ¶Quin Alex.ipſe d.conſ.xcij.vbi ſuprà lib.1.cõſtanter aſſerit, cùm aduerſarius non reperitur, non neceſſe eſſe, id proteſtari, per l.ſi fundus, §.Marcellus, qui eſt vlti.ff.de lege cõmiſ.& d.l. pecuniæ, §.j.verſi.ſi tamen.& iterum d.l.cùm quidam, §.ſi pupillo, ff.de vſur. Quod & idem reſpondet Io.Ana.conſi.v.viſa narratione, col.ij.verſi.& dato quòd non, & ibi Ludo.Bolor. in addi.illius conſi.verſi.nec obſtat doctrina, & latè Franc.Are.conſi.clxiij.verum eſt: quem omnino vide in iij.primis col. & Philip.Deci.conſi.ccccclxvj.promiſit Anto.paulò ante fin. Et faciunt quæ ſcribit ipſe Alex.cõſil.xl.viſis, col.j.& ſeq.lib.4. Et quod ſcribitur in l.ſi dictũ, §.ſi præſente, verſi.& ſi nihil, ff.de euict.vbi ſi emptor, qui vult denuntiare venditori, vt adſit liti motæ ſuper re vendita, non poteſt ſcire vbi venditor ſit, æquè committitur ſtipulatio aduerſus eum, ac ſi ſibi denuntiatum fuiſſet: etiam ſi nihil venditor fecerit, quo minùs ei denuntiari poſsit. Et in hanc ſententiã inclinant, qui in huiuſmodi rebus dicũt eſſe tutius, aut conſulunt proteſtari: tanquã id ſentiant non eſſe neceſſarium. Id enim facit Bar.in l.j.§.dies, verſi.vltimò not.C.quando appel.ſit.& Panor.in c.cauſam, col.j.in fi.extrà de re iudic.

*De eodem.*

21 ¶Verùm text.in d.l.ij.& ibi Albe.ff.de nauti.fœno.requirit proteſtationem.nam ita ſcribitur, Si nemo ſit, qui à parte promiſſoris interpellari poſsit, id ipſum teſtatione cõplecti debere, vt pro petitione id cederet. Et facit etiam text.in l.de pupillo, §.ſi quis ipſi Prætori, & ibi glo. Bart.in xvj.q.Ro.Alex.ſibi contrarius, col.iij.verſi.item not.& cæteri, ff.de no.ope.nunt.& in l.vlt.ff.de lege commiſ.& in c.paſtoralis, in fin.& ibi Anto.extrà de offi.ordi.& in c.vlt.& ibi quoque Ant.& Imo.extrà de app. Et voluit etiam glo.in c.j.§.ſi quis verò aliquod, in verbo, poteſtatem, tit.de pac.tenen.& in c.j.in verbo, mandatũ, verſi.ſi verò primus, extrà de reſcrip. & in c.plerunque, in fi.& ibi Ant.& Imo.eod.tit.& in c.cupientes, §.quod ſi per xx.in verbo, propoſita, poſt prin.de elect.lib.6.quæ etiam dicit, tutius eſſe, non ſemel tantùm, ſed pluries proteſtari.& ibi quoque Archi.in glo.magn.Ioan.Andr.Imo.& Domi.& Lucas Pen.qui alia multa in id citat, in l.qui grauatos, col.ij.in verbo, muneribus, C.de cenſib.& cenſit.libr.11.& Barb.conſi.l.præclarè, col.vj.verſi cùm ergo in caſu, lib.6.

*De eadem re.*

22 ¶Et faciunt notata ab Inno.in c.ex tranſmiſſa.col.j.de præſcr.& Alb.loquẽte de vaſallo, qui non poteſt reperire dominũ, à quo inueſtituram petat, in l.ſi Præſes, C.de Epiſc.audi. Bal.in d.l.ſi reus, ff.de procur.Bar.in d.l.j.§.dies, in vlt.not.ff.quan.appel.ſit.Bal.in d.c.j.vbi ſuprà, de eo qui mitt.in poſſeſſ.vbi in caſu illius cap.ſi pars & iudex abſint, dicit neceſſariam eſſe eius

rei



rei proteſtationem, per d.l.vt perfectius.& idem Bald.de intimatione loquens, in l.in contractibus, §.vlt.C.de non nume.pecu.etiã per d.l.vt perfectius. Ant.in c.ex ratione, circa medium, de appel.& conſi.xxvij.viſis præſentibus, col.j.Iaco.Aluaro.& Card.Alex.in d.cap.j.in prin.vterque col.iij.titu.quæ fuit pri.cau.amit.bene.& Marti.Laud.in c.j, titu.de leg.Corra.loquentes etiam de vaſallo, qui non reperit dominum.& Panor.in c.plerũque, col.vlti.extrà de reſcript.& Alex.late poſt Bald.in l.properandum, §.ſin autem vtraque, col.ij.verſic.vt autem appareat, C.de iudic.& conſi.clxiiij.viſo proceſſu, col.ij.verſicu.bene facit, lib.2.& conſi.cxx. ponderatis, in fi.lib.5.vbi nuncupatim loquitur, cùm abeſt is, cui ſolutio fieri debet, cum aliis multis concor.adductis à Card.Alex.in c.vlt.col.ij.verſic.habens aliud, extrà de appel. Scio autem nonnullos diſtinguere, an impedimentum ſit ex facto aut abſentia iudicis, an aliunde: vt per Matthæ.Afflict.poſt alios deci.Neapo.l.iudices, nu.3.& 5. Et vide quę dicam infrà, eod. tit.§.xv.gloſſ.ij.nu.9.ſecundò intellige.& quæ etiam diximus ſuprà, eod.tit.§.j.in gloſ.xiij.in verbo, *l'achepteur*, nume.21.quid denique.

*An ſit neceſſe ſæpius proteſtari.*

23 ¶Et licèt, ſi proteſtatio ſit neceſſaria, cautius ſit ſæpius proteſtari, vt ſuprà numero abhinc ij. diximus ex quorundam ſententia. Illi tamen non dicunt id eſſe neceſſarium, vti certè non eſt: ſufficit enim ſemel proteſtari, vt nuncupatim tradit Fel.in cap.cum Marc.Ferra.col.xxv. verſi.ſexta concluſio, extrà de conſtit.per.tex.in l.Titia Seio, §.vſuras, qui eſt j.& ibi Barto.& Imo.ff.de leg.ij.& glo.in cle.j.§.requiſierunt, de hæreti.& Barto.in l.mora, in prin.ff.de vſur. qui quidem loci loquuntur in interpretatione, vt eam ſemel fieri ſufficiat. Cui in hoc adde glo.in d.c.cupientes, §.quòd ſi per xx.vbi ſuprà, & ibi quoque cæteros, de elect.libr.6.& gloſ. in clemen.j.in verbo, factam, in fi.& ibi Imol.col.v.ſuper eadem glo.& Card.Flor.tum in ij. notab.tum in quæſt.xxv.de deci.cum aliis multis concord. traditis ab eodem Fel.in c.ex literis, col.iiij.ſuper glo.j.illius c.extrà de conſtit.& Matth.Afflict.in tract.Protomix.in verbo, vt intra xxx.dies, col.5.verſi.item quæro. Niſi tamen (inquit Feli.ibi) in certis caſibus, quos illic adſcribit: vt videre apud eum poteris, nihil enim pertinẽt ad noſtrum caſum. Sed quòd ſufficiat ſemel proteſtari, tenuit Barto.quem ipſe Fel.non allegat, in d.l.de pupillo, §.ſi quis ipſi Prætori, col.ij.in iij.oppo.ff.de no.ope.nunt.& Bal.in l.Aemilius, col.ij.verſ.ſæpe non eſt, ff.de minorib.& Nico.mil.in ſuo repertorio, verſic.proteſtationẽ ſufficit. De quo & tu prætereà vide Bal.in c.ex ratione, in fi.extrà de appel.& Card.Alex.in d.c.vlt.col.ij.verſic.not.ex text.extrà de app.vbi alios multos citat.

*An ſit itẽ neceſſe cõſignare.*

24 ¶Verùm illud ambiguum eſt, an hoc caſu, quo emptor non comparet, nec eſt, cui hæc oblatio fieri poſsit, neceſſe habeat conſanguineum conſignare & deponere. Et ego ſanè id non neceſſarium eſſe arbitror, arg.l.pecunię, ff.de vſur.& l.Celſus, ff.de arbit.& c.cùm tu, extrà de vſur.& quod in ſimili caſu voluit Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua, verſ.vigeſimoprimò, loquẽs de emphyteuta, cui non comparet dominus, cui ſoluat penſionem, vt non opus ei ſit conſignare & deponere, per iura ſuprà allegata. Præſertim cum priuatis moribus noſtris in caſu retractus non neceſſaria ſit conſignatio, vt ſcribitur ſuprà §.vij. Ideò ſatis eſt, non eſſe cui offerri, aut ſolui debeat, ſine conſignatione, & depoſitione, vt latè per Alexand.conſi.xcij.per Specul.col.iij.verſi.haud obſtat, quod not.gloſſ.libr.1.ſed quantum ad illud de emphyteuta, vide eundem Spec.in d.§.nunc aliqua, verſi.xix.& item verſic.xxxiiij.& Iaſ.qui alios multos citat, in l.ij.col.xxj.verſi.vigeſimò quæro, C.de iure emphyt.

*An illis confectis, ſi poſtea emptor cõpareat, opus ſit iterum ei offerre.*

*Et quid ſi tempora iam lapſa ſunt.*

25 ¶Sed id tamen omnino animaduertendũ eſt, quòd in eo caſu noſtro, cùm ſcilicet nullus eſt, cui offerri poſsit, & ideò conſanguineus vel adiuit iudicem, vel proteſtatus eſt, & conſignauit ſi hæc neceſſaria ſunt: tamen ſi poſteà emptor ipſe comparuit, debet conſanguineus intra tempora retractus, ſi nondum lapſa ſint, & fieri poſsit: aut ſi lapſa ſint, non indigenter cum cõuenire, eiq; hanc retractus oblationem facere: per id, quod in ſimili voluit Bart.in d.l.de pupillo, §.ſi quis ipſi Prætori, col.ij in iij.oppo.& ibi quoque Imo.Ro.Paul.Caſtr.colum.j. & Alexan.col.ij.verſic.item fallit ſi habeo, ff.de no.oper.nuntia.quòd ſi emptor fuerit proteſtatus, non poſſe ſe denuntiare venditori litem motã, quia abeſt, & ignoratur vbi ſit, ſi poſteà compareat, debet ei denuntiare.& Anton.in cap.vlt.extrà de appel.qui & id trahit ad caſum illius c.vti etiam facit Imo.ibi, col.pen.& Matthæ.Matheſ.in d.l.j.§.dies, & ibi quoque Ange. Aret.col.iij.verſi.quæro ſi volens, ff.quan.appel.ſit, per tex.in d.§.ſi quis ipſi Prætori. Et quod etiam in ſimili voluit Andr.Iſer.Mart.Laud.Iaco.Aluar.& Cardi.Alexand.in cap.j.titu. quo tempor.mil.loquentes de ceſſantibus inimicitiis, in cauſu illius c. Et hæc omnes intelligunt ſemper procedere, cùm proteſtatio ſit ad conſequendum ius quodpiam de nouo, vt hîc ſit in caſu noſtri retractus, quo conſanguineus tendit ad retrahendum acquirendumque rem nondum ſibi competentem. Et ad id optimè facit gloſſ.in d.§.quòd ſi per xx.in verbo, propoſita, paulò ante fi.dum dicit, Sibi tempus non curret, donec Papa copiam ſui fecerit, & ibi Archid.Ioan.And.in nouella, Domi.& Philip.Francus: & prætereà Anto.in c.plerumque, & ibi quoque Imo.col.ij.extrà de reſcript.

*De eodem.*

26 ¶Ad id autem, quod diximus ſuprà in prin.præcedẽtis verſi.quòd ſi tempora retractus lapſa ſint, cùm emptor apparet, is non negligenter admonendus ac conueniendus eſt à conſanguineo, qui illi faciat oblationem. Facit ea glo.in dicto §. quod ſi per xx.in d.verbo, propoſita, in

ſita,in prin.dum dicit,Dummodò poſteà non ſit negligens,per text.in eod.ca.§.inſuper,vbi tamen omnino vide gloſ.in verbo,præſentauerint.Et facit etiã id,quod ſcribitur infrà eod. tit.§.xij.in fi.in illis verbis, *pourueu toutesfois qu'il n'y ait negligence notable,* vbi & nos aliquid de ea re dicemus.Id autem totum arbitrio iudicis relinquimus,per not in ſimili à gloſſ.in c.j.§. cùm verò,in verbo,in mora,verſiculo,ſed quando,& ibi Archid.Ioan.Andr.Domi.& Phili. Franc.ne ſede vacante,libr.6.& alia gloſſ.in c.ſi clericus,in verbo,negligenter, verſic.quando autem,& ibi etiam Ioan.And.Domi.& Philip.Franc.de præb.eod.lib.& gloſſ.in cle.cauſam, in verbo,commodè,in prin.& ibi quoque Paul.Eleaz.Cardi.Floren.in xx.quæſt.de electio. Ioan.And.in c.vlt.in verbo,mora.& ibi etiam Bal.col.ij.verſic.not.hîc dicit,extrà de electio. Et eodem Bal.poſt Iacob.in l.tutor ſi petitus, paulò ante fin.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.& quod item in alio ſimili voluit gloſ.in l.& ſi poſt tres, in princ. & ibi quoque cæteri Doct. ff.ſi quis caut.cum aliis concord.à me traditis in repet.l.ſi vnquam,in verbo,omnia vel partem aliquam,nu.30.quin & alias,verſi.& cùm ſemel,& verſicu.& in vniuerſum,C.de reuoc. donat.Arbitrari autem ita iudex debet,vt nec præcipiti feſtinatione,nec moratoria cunctatione cõſanguineus vtatur,iuxta text.in l.tutor qui repertorium,§.j.ff.de adminiſt.tut.& ibi concord.in gloſ. Quod non aliud eſt,quàm ſi dicas eum maturare, & quod in vetere prouerbio dicitur σπεύδειν βραδέως, id eſt feſtinare lentè debere,ídque ex qualitate negotij,perſonarum,& loci,vt dicit glo.in d.c.ſi clericus.Et vide quæ ſcripſimus ſuprà, §.j.in gloſſ.x.in verbo,*dedans l'an,*nume.23.nec tamen.

*Feſtina lentè.*

27 ¶Ex ſuprà dictis autem potes intelligere,quid conſanguineo faciendum ſit,ſi fortè emptor mortuus ſit,nec ſit qui eius hæreditatem adierit,ſed ea iacet toto illo tempore quod præſtitutum eſt retractui,ita vt nemo ſit,cui conſanguineus offerre poſsit. Sed & tu prætereà vide quæ in ſimili diximus ſuprà,§.j.glo.xij.in verbo,*l'achepteur,* nu. 14. quid igitur ſi emptor, & multis ſequen.vbi tracto quid conſanguineus facere debet, ſi emptor deceſſerit, relicto infante hærede,qui necdum habet tutorem. Et quod etiam à noſtris diſſeritur,quid agendum ſit emphyteutæ,cùm dominus deceſsit,relicta hæreditate iacente toto tempore, quo is penſionem ſoluere debet,ne cadat emphyteuſi. De quo vide Spec.titu.de locat.§. nunc aliqua, verſ.xix.Hoſti.in Summa,eod.tit.§.quid ſi de natura,col.ij.verſic.quid ſi hæreditate. Dyn.in cap.cùm quis in ius,de reg.iur.lib.6. Albe.in l.iiij.§.cæterùm,ff.de dam.infect.& in l.ij. col.iiij. verſic.nunc ad alias.& ibi quoque Bal.ad fi.& Iaſon in xxj.quæſt.quæ eſt ſub nume.61.C.de iure emphyt.& eundem Albe.in l.iiij.§.Prætor,col.ij.verſi.item collige,ff.de dam.infect.Alex. conſi.xcij.perſpectis his,col.iij.verſi.ad hoc quod not.libro primo,& conſi.clxxij.viſis & opportunè,col.ij.verſicu.& propoſito,libr.2.

*Quid ſi hereditas emptoris iaceat.*

## §. DECIMVS.

LE MARY à cauſe de ſa femme peut faire offre de retraict, & requerir adiournement, ſans ce que la femme y ſoit, pour cauſe des choſes vendues par les lignagiers de ladicte femme.

*MARITVS vxoris cauſa poteſt offerre retractum, citationémque in eam rem requirere, ídque ſolus & ſine vxore, in rebus venditis à conſanguineis ipſius vxoris.*

### GLOSSA I. ET VNICA.

1 NEC id quidem tãtùm facere poteſt,ſed & proſequi in iudicio,ídque etiam ſine conſenſu vxoris:vt cauetur ſuprà tit.xv.§.iiij.qui eſt omnium huius vol.cxcvj. De iure autem communi maritus pro vxore poteſt agere ſine mandato,& ſine cautione rati in rebus paraphernalibus, vel cum cautione in cæteris rebus. De dotalibus non loquor,in quibus maritus ius habet vberius,l.doce ancillã.C.de rei vẽd.cum ſi.Sed quæ de aliis diximus,ſcribuntur ac nótantur in l.iij.§.ſed & ſi,ff.iudi.ſol.& in l.ij.& l. maritus,C.de procu.& in c.cõſtitutis,extrà eo.& vbique glo.& Doct.& latè Alex.conſi.xlij. ſuper præmiſſo,col.vj.verſi.nec obſt.quòd dicta bona, lib.1.& Corne.cõſi.cxc.ad euidẽtiam, col.iij.lib.3.vbi plus dicit,quòd maritus cenſetur habere mandatum ad adminiſtranda bona paraphernalia,per tex.quem dicit ad hoc ſig.in l.ſi ego,§.pen.& vlt.ff.de iure dot.

*Maritus an pro uxore poßit oblationem retractus facere.*

2 ¶SED quæritur,an admittatur maritus ad hunc retractum nomine proprio ſine mentione vxoris. Et vt intelligas,quam vim habeat id dubium,fac maritum Titiæ cõſanguineæ venditoris,non tanquam maritũ iſtius Titiæ,ſed proprio ſuo nomine & ſimpliciter oblationem feciſſe,emptorémque renuentem illum admittere,citari feciſſe, interimque annum & diem retractus tranſiiſſe. Reum autem conuentum defendere retractum,quia hic non ſit conſanguineus venditoris. Hunc autem replicare ſe maritum eſſe Titiæ conſanguineæ, poſſéque ex hac noſtra cõſuetudine facere oblationem retractus.Reum duplicare,illum in oblatione nullam feciſſe vxoris mentionem,id eſt,non tanquam maritum illius,ſed ſimpliciter & ſuo nomine obtuliſſe. Ideoq; ſe iuſta de cauſa illum non admiſiſſe, interimq; tempus retractus tranſiiſſe,nec poſſe illum mutare ſuæ oblationis nomen ac qualitatem, aut eam aliter declarare poſt tempus,in præiudicium ipſius emptoris, vt in ſimili tradit Ioan.Andr.loquens in declaratione rei obſcuræ,in c.in alternatiuis,de reg.iur.lib.6.

*An autem admittatur nomine proprio.*



3 ¶Ego cenſeo,maritum oblationem non ſimpliciter ſuo nomine, ſed tãquam maritum talis vxoris ſuæ,facere debere, vt etiam declarat hæc noſtra conſuetudo in illis verbis, *le mary à cauſe de ſa femme.* & id quidem iuris eſt,per text.in l.iij.§.ſed & ſi fortè, ibi, vel vir vxoris nomine.ff.iudic.ſol.{Et idem de tutore,in eadem l.} §.ſed quod de tutore,ibi,non tamen quaſi tutor. Et de patre legitimo adminiſtratore filij voluit Petr.Ancha.in c.acceſſorium,col.xiiij. verſi.quid ſi excommunicato,de reg.iur.libr.6. Nam & aliàs in dubio quis actum facere videtur nomine proprio,non alieno,l.& magis,ff.de ſolutio.& l.Papinianus,& ibi glo.& Alb. ff.manda.& l.ſi ita ſtipulatus fuero,§.Chryſogonus,& ibi Bar.ff.de verb.oblig.& l.pro hærede,ff.de acquiren.hæred.quod pulchrè & ſcienter declarat Maria.Soci.in cap.j.in.vij.art.q.vj. extrà de libel.obl.Et facit etiam tex.in l.j.§.vlt.ff.de no.ope.nuntia.vbi vſufructuarius poteſt nuntiare nomine proprietarij,non ſuo, & text.in l.j.ff.de offic.procu.Cæſar.& quod tradit gloſſ.in l.ſciendum,§.tutores,in verbo,habentur,ff.qui ſatiſd.cog.& quod idem ſcribit Ioan. And.poſt.Guid.Suz.in addi.Spec.tit de cõiuncta perſona,§.j.col.j.quòd coniuncta perſona, quæ admittitur ad agendum,debet agere nomine coniuncti,non proprio nomine,per l.exigendi,C.de procur.ibi,actionem patris nomine dirigat. De quo etiam per Bar.in l.vero, in princ.ff.de ſol.& Mari.in d.c.j.colum.xxxvij.verſic.decimoquintò quæro,de libel.obla.Et ita quoque tradit in ſimili Carol.Molend.nihil tamen allegans,in conſuet.Pariſ.tit.j.§.j.glo.j.in ix.q. Ideò ſi interim ante huiuſcemodi declarationem annus exierit,non erit poſtea admittendus,per ea quæ dicta ſunt.

*Tutor nomine proprio agere nõ debet. Nec pater legitimus adminiſtrator. In dubio quis cenſetur actũ facere nomine proprio.*

4 ¶SED id intelligas,ſi ſimpliciter & nomine ſuo hic maritus hanc oblationem faciat,vt ſi dicatur,Mæuius fecit oblationem,&c. Secus ſi dicatur,Mæuius maritus Titiæ: nam licet non aliter dicat id ſe facere nomine vxoris,ita tamen ſatisfacere videtur,adiiciendo eam qualitatem maritus Titiæ:vt in ſimili dicitur de eo, qui ſe dicens procuratorẽ alicuius, actũ quempiam facit:nam id videtur facere nomine,& tanquã procurator illius:licet aliter non exprimat,per text.loquentem in inſtitore,in l.vlt.& ibi Bar.qui etiam trahit ad procuratorem, ff. de inſti.act.& voluit glo.in l.quacunque,in verbo,procurator, ff.de procu.& Bar.in d.l.iij.§. ſed etſi cùm tutor,ff.de iudi.ſol.& in l.j.§.nuntiatio,col.ij.verſic.aut apponitur nomen, ff.de ope.no.nunt.Alb.in rubr.C.de procu.nu.4.& in l.quoties quis aliã, ff.de verb.oblig.& in l.j. §.j.ad fi.ff.de admini.tut.vbi loquitur de tutore.& in id quoq; allegat text.loquẽtem in procuratore,in l.pen.ff.ſi quis cautio.& idẽ Albe.in l.cùm poſt mortẽ,§.j.nu.2.eod.tit.de admini. tuto.Bal.qui eam gl.in d.l.quacunque,dicit no.in l.j.in fi.C.de ſent.& interlo.om.iud.Maria. Soci.in d.c.j.in vij.art.prin.q.vj.de libel.obla.vbi id latè proſequitur.Et bene facit gl.in l.poſt mortem,§.j.in verbo rectè recuſat,ff.quan.ex fac.tutor.Et ita nuncupatim voluit in eo, qui tanquam maritus agit,Bal.in c.conſtitutis,verſi.quæro,cum glo.extrà de procurato.

*Quid ſi dicat ſe maritũ ſimpliciter.*

5 ¶ET idem,ſi retrahens aliter declaret negotium ad vxorem pertinere,vt ſi dicat ſe velle retrahere rem venditam à tali conſanguineo vxoris ſuæ.Is enim ſatis ex hoc declarat,ſe facere nomine vxoris,tametſi aliter non exprimat, per ea quæ in ſimili tradit Bar.in l.ſi pupilli.§.j. col.ij.verſi.ſi verò non dicit,ff.de neg.geſt. quòd licet quis non dicat expreſsim ſe negotium facere procuratorio nomine alicuius:ſi tamẽ expreſsit cauſam,quare id faciebat, tangentem illum alterũ,ſatis videtur facere nomine illius,per tex.ibi,in illis verbis,vt creditorem tuum vel pignus tuũ liberet.Quod nota(inquit)quia ob expreſsionẽ cauſæ præſumitur actus fieri cõtemplatione ſiue nomine eius,ad quem ea cauſa ſpectat. Ad quod etiam facit,quod aliàs dicimus,limitatam cauſam limitatum producere effectum, l.in agris,ff.de acquir.rer.domi. cum multis ſi.& concord.à me traditis infrà eod.tit.§.xxxij.nu.49.ſed nec omiſerim.

*Quid ſi aliter declaret negociũ ad uxorẽ pertinere.*

6 ¶QVID autem,vides hîc maritũ ſuo iure,& per ſemetipſum ſine vllo vxoris adminiculo, tanquã maritum tantùm,hanc actionem poſſe intendere & proſequi. Quid igitur, vt repetam,ſi id non ita facit,ſed nuncupatim tanquam procurator vxoris,cùm tamen mandatum non haberet,vtrũ valebit iudicium,ac ſi ſuo illo iure ac nomine feciſſet,quo facere poterat? De qua quæſtione Ro.interrogatus,multa è re nata in vtranque partem adduxit,conſi.446. primus propoſitæ conſultationis articulus,in primo dubio,& tãdem concludit, non valere iudicium. Vbi illum vide,atque etiam in conſil.ccccxcvj.primus conſultationis articulus, etiam in primo dubio,vbi in non longè diſsimili caſu idem reſpondit,multis quoque in id adductis,quæ ibi videre poteris.

*Quid,ſi expreßim ut procurator uxoris faciat,cum non haberet mandatum.*

7 ¶Sed tu tamen illis addere poteris,quod tradunt Bal.& Sal.in l.j.ille col.j.verſic.vlterius oppono.hic col.ij.verſi.oppo.quòd etiam, & ibi quoque Ant.ab Alex.C de procura.quòd licet coniuncta perſona admittatur ad agendum ſine mãdato, ſi tamen vult agere vt procurator ſine mãdato,non valet iudicium,per ea quæ not.glo.in l.filius,in glo.vlt.ibi,vel hîc pater,ff. qui ſatiſ.cog.& idem voluit ipſe Bal.in c.nõnulli,col ij.verſ.nota ſi quis impetrat,& ibi quoque Barb.in §.ſunt & alij,vbi item Fel.col.xiiij.verſi.limita ſecũdò,extrà de reſcrip.& rurſus idem

*Cõiuncta perſona, ſi agat ut procurator ſine mãdato, non ualet iudicium.*

idem Bal.in c.ex parte Decani,col.iij.verſi.ſed quid ſi coniuncta,eod.tit.Alex.& Iaſ.in l.exigendi,ille col.ij.in vlt.fal.hic col.iij.in vj.fal.C.de procu.vbi & Iaſ.nũcupatim ſequitur illud Roma.conſi.ſicuti etiam facit,in d.l.ſi maritus,col.ij.verſic.quid autem maritus,C.eod. titu. Quibus ego malo accedere,quàm Barba.ſibi contrario in d.c.ex parte Decani.Et ad id facit optimè text.in l.iij.§.ſed & ſi fortè,ff.iudi.ſol.vbi nuncupatim ſcribitur, quòd eis agere permittitur,non facit eos procuratores.Ex quo Dy.& Alb.ibi negant hoc,etiã poſt litem conteſtatam,poſſe procuratores conſtituere.Adde item, quæ etiam in ſimili latè diximus ſuprà titu.omnium vij.§.ix.in glo.ij.Et vide etiam Bal.in l.j.C.quibus res iudi.non nocet.

*An ſponſus pro ſponſa poßit hunc retractum facere.*

8 ¶An autem & idem poſsit facere ſponſus,ſicuti & maritus? Alb.in d.l.maritus, dicit eam l. habere locum in ſponſo de præſenti,per l.non ſine,C.de bonis quæ lib.& l.ſi vxor, §.ij.ff.de adulter. Et id approbat Iaſ.in d.l.maritus,col.ij.verſi.ſecundò extende, & hac ratione confirmat,quòd priuilegia vxoris habent locum in ſponſa de præſenti, l.ij.§.vltim.ff.de priuile. credit. Tamen ſubdit, illud tantùm procedere in his quæ pertinent ad dotem, non etiam cæteris in rebus. Ideoque cauendum, propter illud,quod tenet Bart.in l.quod Seruius, per illum text.ff.de condi.ob cauſ.Hæc ille. Sed tu de his vide quæ pleniſsimè omnium ſcripſimus in noſtris Legibus connubialibus,in gloſſ.j.poſt vltimam legem cõnubialem:quo loco tractamus,an ſicut vxor ex noſtra conſuetudine eſt in poteſtate mariti, nec poteſt ſine eius autoritate cõtrahere,ita & ſponſa ſponſi.& ex ibi ſcriptis intelliges,quid & hìc dicẽdum ſit. Has autem duas quæſt.Ferronus appoſuit in §.xix.tit.de retractu conſuetudinum Burdigà. qui quidem §.eſt huic omnino ſimilis,quo in loco videbis quid de hoc ſentiat,& iterum in §.xxiij.col.vlt.tractat hanc de ſponſa quæſtionem.

*An maritus putatiuus.*

9 ¶Sed vtrum maritus putatiuus id quoque poſsit facere? Quod videtur ex ſententia Albe. poſt Vber.Bob.in d.l.maritus,C.de procu.vbi tenet maritum putatiuum, ſicuti & verum, poſſe interuenire pro vxore ſine mandato.Sed Iaſon ibi tenet cõtrarium, præterquàm cùm dotis quæſtio eſt: propterea quòd credit matrimonium putatiuum habere priuilegia veri circa dotem,non etiam in reliquis.Et eum ſimpliciter ſequitur Chaſſ.in tit. *des droictz appartenans à gens mariez* §.v.in prin.col.iij.verſic.extende.Sed tu circa hoc vide, quæ latè ſcripſimus in noſtris Legibus connubialibus,in gl.vj.eademq; pen.in xxxiij.q.in qua tractamus,an conſuetudo quæ contractibus interdicit mulieribus ſine autoritate mariti, habeat locum in viro putatiuo:& mulò abundantius declarabimus in ij.editione.

*Si maritus ſit filiusfa.an requiratur patris conſenſus. Et quid ſi is ſit minor. Quid item ſi uxor ſit minor.*

10 ¶Qvaestionis quoque eſt,an ſi maritus ſit filiusfa.requiratur cõſenſus patris?De quo vide apud Chaſſeneum in d.tit.& §.in glo.j.col.v.verſic.pro ſexta extenſione.Et ibi quoque in col.vj.verſic.maius eſt dubium,videbis:quid ſi maritus ſit minor. Cui in hoc adde, quæ ſcripſimus in Legibus connubialibus in gloſ.vj.in v.q.vbi tractamus,an vir minor poſsit vxori accommodare conſenſum & autoritatem ad contrahendum.Et paulò pòſt ipſe Chaſſ. etiam diſſerit,quid in noſtro caſu,cùm vxor è diuerſo minor eſt, maritus autem maior, an poſsit ipſe maritus pro vxore ſine alia autoritate curatoris interuenire.Cui adde Pau.Caſtr. conſi.cvj.incipiendo à ſecundo,col.j.lib.2.vbi diſſerit,an vxor minor poſsit contrahere cum autoritate & conſenſu mariti maioris in caſu ſtatuti requirentis conſenſum & autoritatem viri in contractibus vxoris.

*An uxor poſſit prohibere uirum.*

11 ¶Idem quoque Chaſſe.in eodem §.& glo.j.col.v.verſic.extendo quintò, rurſumq; in eod.§ in glo.ſuper verbo, *es droitz poſſeſſoires.* col.vlt.verſi.vtrùm autem mulier,tractat,an vxor hoc in caſu poſsit intercedere, ne maritus agat nomine ipſius.& reſpondit,non poſſe.Cui adde Carol.Moſend.in conſuetud.Pariſien.tit.j.§.xiij.glo.j.nu.47. Deinde verò idem Chaſſe.col. vlt.eiuſdem glo.j.verſi.quæro de quæſtione,etiam tractat,quid ſi in contractu matrimoniali conuentum ſit,ne maritus inuita vxore poſsit,pro iuribus ipſius agere, non obſtante contraria conſuetudine.Cui adde,quæ in ſimili diſſerit Ioan.Fab.in rub.Inſtitu.de nupt.& in l. de fideicõmiſſo,C.de tranſact.& quæ dicemus in noſtro tract.Primigeniorum,in quæſt.qua quærimus, poſsitne primogenitus renunciare iuri primogenituræ,ei à ſtatuto delatæ.Sed & de his omnibus nos abundantiſsimè tractauimus ſuprà,noſtrarum conſuetudinum tit.xv. qui eſt, *de la puiſſance, autorité & adminiſtration des marys,* §.iiij. qui eſt omnium conſuetudin. cxcvj.quo cautum eſt, ius eſſe marito ſine vxore agendi pro iuribus ipſius vxoris & eadem defendendi: vbi omnino videas,ne hìc repetam.

*Quid ſi in cõtractu matrimonij dictum ſit uirum non poſſe pro iuribus uxoris agere ea inuita*

*Quid de marito,qui uxorem domo exegit.*

*Maritus, qui ſine cauſa uxorem exegit, indignus lucro dotis.*

12 ¶Illvd item quæritur,an maritus,qui domo ſua vxorem exegit atque expulit,poſsit nihilo ſecius ad hunc retractum rerum à conſanguineis ipſius vxoris venditarum venire. Ferro.in d.tit.de retractu,c.xxiij.ad fi.negat eum admittendum,ſi ſine iuſta cauſa eam expulit, cùm etiam lucro dotis ſe reddat indignum, ex ſententia Bald.in l.j.§.ſed ſcimus, C.de Lati.liber.tol.Ioan.Ana.in c.j.col.iij.verſi.& facit quod dicetur,extrà de infir.& langui.expo. Pau.Caſt.& Alex.qui id dicit not.in l.ſi ab hoſtibus,§.j.ff.ſolu.matrimo.& eiuſdem Alexan. conſi.lxxviij.viſo & diligenter, col.j.libr.5. quod repetitur conſi.xxvj.libr.6. Iniquum enim eſſe,maritum propter facinus ſperare lucrum dotis,d.l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir.ff.ſol.matri.& l. ſine,C.de nego.geſt. At ſi iuſta cauſa expulit,audiendum eſſe maritum: neque enim debere eum ex facto legitimo prægrauari,arg.l.ſancimus,C.de adminiſtr.tuto.& l.nemo damnum,





ff.de reg.iur. Hæc ille,quibuſdam à nobis adiectis.

*Is tenetur reddere dotem.*

13 ¶Sed quibus addere potes, quantum ad primum caput pertinet, quòd ſi maritus ſine cauſa vxorem expulit,tenetur ei reddere dotem,ex ſententia Ioan.And.in addi.Specu.titu.de dote poſt diuor.§.j.col.iij.in addi.incip.dicit Odof.& Bal.in l.vlti.in fin.C.de ſenten.quæ ſine cert. quanti.& in l.j.col.j.C.de priui.dot.& in c.ex parte,col.ij.verſicu.item not.quòd mulier,extrà de conſuet.& Pau.Caſt.in l.cùm mulier,la j.col.ij.in iij.notab.ff.ſolu.matr.Fran.Aret.& Soci. in l.ij.in princ.illius,col.ij.verſi.reperitur alius,huius autem col.iij.verſic.item limita,ff.eo.tit. Et id quidem credo veriſsimum,quicquid dubitarit Alex.in d.l.ij.col.iij.verſi.item adde ſextum,& d.conſi.lxxviij.lib.2.repetito conſi.xxvj.in princi.lib.6. Neque ei quoque ſuccedit ex capite,vnde vir & vxor,vt conſtanter affirmant Pau.Caſt.Alex. & Iaſon in l.j.C.vnde vir & vxor,de quo & tu vide Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam, num.800.verſic.ſecundò fallit,de teſtam.

*Nec ei ſuccedit.*

*Et uxorem alere tenetur.*

14 ¶Et quòd ſimiliter tenetur hoc caſu vir vxorem ſic iniuria exactam alere, vt tenent Iac.Are. Cy.Alb.Bal.& Sal.in l.quod in vxorem,C.de neg.geſt.& Bar.in eo tractatu,quem de alimentis edidit,col.vlt.verſi.quæro an maritus.& Bal.in l.ij.col.item ij.verſic.tertiò dubitatur, C.de leg.Ang.Imo.& Alex.in l.ſi cùm dotem,§.ſi autem,quem ipſe Ange.legit cum §.ſi maritus,ff. ſol.mat.& Raph.Co.conſi.clxxv.domina Andreola.Rom.conſil.ccccxvij.in caſu propoſitæ conſult.col.j.Pau.Caſt.conſi.lxv.viſo quodam libello,col.ij.& iij.lib.1. Guid.Pap.deci.Delph. ccccxxxix.an vir teneatur,verſi.ſi vir verberet.& conſi.cxxvij.de hoc anno,col.j.& iterũ paulò ante fi.& Soc.conſi.cclxxxvj.viſa proteſtatione,per totũ,lib.2.& idem nõ obſcurè videtur ante hos voluiſſe gl.in c.ſignificaſti,in glo.j.ad fi.& ibi quoque alij,extrà,de diuort. & Hoſti. in Summa,tit.ſi mulier petat in virum.&c.§.j.verſi.quid ergo de expenſis.& Spe.tit.de ſponſ. §.vlti.verſic.quid de expenſis,qui eſt ij.{Et quod tradit Ioan.Lup.in repe.rub. de donat.inter vir.& vxo.§.lxx.col.vlt.verſi.quid autem ſi maritus, quòd ſi vir vxorem ſine iuſta cauſa domo expulerit,cenſetur reuocata donatio ei ab vxore facta.} Et adde glo.loquentem de monaſterio expellente monachum in c.1.in verbo,languidis,& ibi Io.And.ad fi.de infir. & langui. expo.de quo etiam Inno.in c.cùm olim,le ij.col.ij.in verbo, dederat, {& ibi quoque Hoiti.} extrà de priuil.Spec.tit.de ſtatu mona.§.j.verſicu.vigeſimoquartò quæritur, quid ſi Abbas,& Bald.in ſua Marga.in verbo,monaſterium,verſic.monachus expulſus. {& Collect.in c.quantò,& ibi quoque Aegid.Bellame.col.pen.verſi.ſeptimò quæritur,de offic.ordin.}

*De monacho iniuſtè expulſo.*

*Quid, ſi uxor exacta uult retrahere ad ſuum commodum.*

15 ¶Ego tamen non parum dubito de primo illo dicto Ferro. Nam ea,quæ allegat,& quæ adduximus ad ipſius ſententiæ confirmationem,haud dubiè procedunt, quando agitur de lucro & commodo mariti,& damno vxoris. Nam tunc, cùm vir vxorem iniuria pepulerit,id proculdubiò non debet cedere ipſius viri lucro,& vxoris incommodo. Hìc autem è diuerſo tractamus de lucro vxoris. Quis enim non videt, ſi maritus eo nomine retrahat rem à conſanguineo ipſius vxoris venditam, eam totam quæri vxori ratificanti, ſi Ius commune inſpicimus,aut certè ipſius dimidiam partem cum facultate retrahendi alteram partem intra annum à ſoluto matrimonio,reſtituta media parte pretij, ex noſtra conſuetudine infrà eod. tit.§.xvj.& ſequen. Quod igitur fauore vxoris ſine cauſa expulſæ introductum eſt, non debet in eius læſionem retorqueri,l.quod fauore,C.de legib. Niſi ſi fortè hoc caſu vellet vxor ſuo ipſius nomine rem totam ab initio retrahere, atque ſic maritum à retractu & beneficio conſuetudinis,ob iniurioſum illud & iniquum repudium, repellere,quod æquius eſt.

*Quid, ſi uxor ſua ſponte uirum dimiſit,an uir nihilo minus poterit retrahere.*

16 ¶Illud autem minimè dubium eſt, quòd ſi vxor ſua ſponte nulla vi, nulla ratione maritum dimiſerit,non tamen ob id perdit ipſe maritus id ius retrahendi nomine vxoris, vti nec alia iura,quæ ſibi in eam competunt,vt nõ obſcurè voluerunt propè omnes, quos ſuprà citauimus.Cui etiam ſentẽtiæ adſtipulatur,quod in ſimili tradidit Spec.tit. de ſtatu mona.§.j.verſi. xlj.vagationẽ monachi ſine expulſione non priuare monaſteriũ iure ſuo,quod habet in monachum.& ſequitur Pet.Anch.conſi.ccccxxiiij.pro clariori intelligentia,col.ij.Et idem voluit Inn.cuius illi non meminerunt in d.c.cùm olim,vbi ſuprà de priu.per tex.optimũ in c.quantò,extrà de offi.ord.& Gaſpar Calde.inter conſi.Io.Cald.tit.de hæret.conſi.x.Diaconus,in fi. Et id quoque in noſtro caſu retractus non obſcurè voluit Ferro.d.§.xxiij.huius tit.in fi.

*Quid denique ſi matrimoniũ utriuſque conſenſu ſit dirẽptum.*

17 ¶At ſi matrimonium inter eos fuerit diremptum,quo ad thorum,vt plerunque fit communi vtriuſque conſenſu,aut aliàs, videtur id ius non amplius competere viro, vti nec cætera iura matrimonialia,per tex.in l.j.§.j.ff.vnde vir & vxor.vbi ſi diuortium inter virum & vxorem ſecutum ſit,non inter ſe ſuccedunt,vt aliàs facerent, etiam ſi iure duret matrimonium, vt in quibuſdam caſibus illic declaratis. Et illum tex.annotarunt gloſ.Pet.Cy.Bal.Ioan.Fab. Pau.Corn.Alex.& Iaſ.in l.j.C.eo.tit.in id quod diximus coniuges non ſibi ſuccedere,ſi ante mortem diuerterunt. Tu tamen de hoc vide omnino Philip.Deci.ibi,col.ij.verſi. quartò pari ratione.vbi in hac re ponit tres caſus. Primum, quando de iure facta fuit ſeparatio thori. Secundum,quando ſine iuſta cauſa id factum fuerit:ſed ob quampiam controuerſiam, quæ inter eos interceſsit.Tertium,cùm communi vtriuſque conſenſu licitè factum fuerit.ibi eum omnino vide. Ex quibus intelliges quòd ſi facta fuerit ſeparatio quantùm ad bona, vt ſæpe fit apud nos,nullum ius adminiſtrationis,aut aliud,marito ſupereſſe in bona vxoris. Ideoq;

nec licere marito hanc oblationem facere,non magis,quàm extraneo.

*Vtrum maritus qui retraxit consanguineis uxoris,teneatur ſolut. matrim.ei,uel eius hæredibus reddere.*

18 ¶Caeterum illud quoque quæri poteſt, vtrùm ſoluto matrimonio teneatur maritus aut eius hæredes hanc rem ita retractam à conſanguineis vxoris,reddere ipſi vxori, aut hæredibus eius. Et primùm videtur,quòd non,per l.vſufructu legato.ff.de vſufru.vbi ſi vſufructuarius miſſus ſit in poſſeſsionem vicinarum ædium damni infecti cauſa,is iure dominij poſsidebit,nec quicquam amittit vſufructu finito.Et facit,quod ſcribitur in l.cùm manifeſtiſsimi, §.ſed cùm in ſecundum,C.de fur. vbi ſi commodatarius rem commodatam & pœnam exegit à fure,non tenetur domino pœnã reſtituere,cùm ſuo periculo perſecutus fuerit. In contrarium autem facit l.quoties,& l.non ſolum,ff.de iur.dot.vbi ſi maritus occaſione dotis aliquid conſecutus fuerit,id quidem ſoluto matrimonio cum dote reddere debet.Sed hoc poſtremum intelligit Ang.poſt Fran.Tigri.in l.at vbi.ff.de pet.hære.in eo quòd vir conſecutus eſt ab vxore,vel patre ipſius,vti ea iura loquũtur.Secus ſi ab alio extraneo:tũc enim reſtituere non tenetur,cũ omnia incrementa ad ipſum pertineãt, per l.dotis fructus,ff.de iur.dot. & l.pro oneribus,C.eo.tit.Et id ſequitur & dicit valde notandũ Fran.Cre.ſing.lxviij.ſi maritus.

*De eadem re.*

19 ¶Porrò Bald.in tract.Protomixeos,ſtatim poſt princi.poſtea quàm dixit marito, vt domino rei dotalis , vicinæ alterius rei venditæ competere ius congrui : per l.doce ancillam.C.de rei vend.ſubiungit hanc noſtram quæſtionem,vtrùm ſcilicet ſoluto matrimonio tenebitur maritus reſtituere rem à ſe retractam eo iure congrui. & allegat in vtranque partem nonnulla ex iis quæ ſuprà citauimus. Tandem verò monet,videri Doct.in l.vlti.ff.de ſolut.matri. quo in loco Petr.Dy.Bar.& ipſe Bal.& Ang.tractant,an ſi maritus conſtante matrimonio conſecutus fuerit occaſione caſtri dotalis bonorum confiſcationem,mulctas,aut cætera huiuſmodi,ea debeat ſoluto matrimonio reſtituere. In qua re Dyn.ibi cenſuit reſtituenda,Pet.& Bar. contrà non reſtituenda.Bal.& Ange.diſtinguunt inter bona immobilia confiſcata,quæ territorio ſiue ſolo cohærent,& alia , quæ non cohærent, cuiuſmodi ſunt pœnæ pecuniariæ. illa enim reſtituenda eſſe,hæc minimè.& ſequitur Ioan.Ana.in c.2.in vlti.notab.extrà ne Præla. vices ſuas.Sed Imo.in d.l.vlt.ſequitur Bart.niſi ſi delictum eſſet tale,ex quo res feudalis conceſſa in feudum à muliere deberet confiſcari.de quo & tu vide latius per Albe.in d.l.vſufructu legato,ff.de vſufru.& in l.ſi verò, in prin.col.iij.num.5.ff.ſol.mat.& Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,cætera bona,nu.36.vide Boër.deciſ.clxxx.num.4.& 5.& 6.

*Conſuetudo.*

20 ¶Apud nos autem habemus conſuetudinem expreſſam in hoc caſu noſtro,qua ſcilicet cautum eſt , rem ita à marito retractam manere communem inter maritum & hæredes vxoris, vel econtrariò,iure ſocietatis matrimonialis,quæ locum habet in Gallia inter virum & vxorem. Verùm vxori aut eius hæredibus ſoluto matrimonio competere ius retrahendi partem mariti aut hæredem ipſius,reſtituto dimidio pretio : nam hæc nuncupatim ſcribuntur infrà eod.tit.§.xvij. vbi etiam oſtendemus multas tales eſſe in Gallia conſuetudines. Sed & tu in hac quæſtione vide omnino,quæ dicam infrà in fi.huius tit.q.xxv.vbi tracto, ſi durante tempore retractus,& ante ipſum factum,res quæpiam cecidit in commiſſum,an cedat lucro emptoris,an retrahentis:nam ea res nonnihil ad hunc locum pertinet.Et quæ etiam alibi diſputo,an quæ alluuione rei venditæ accreuerunt poſt venditionem ante retractũ ſint retrahenti reſtituendæ,infrà tit.ſeq.in fin.q.xiiij. Et vide etiam Carol.Molen.in caſu huic noſtro ſimili, titu.Pariſi.conſuetu.j.§.xiij.glo.j.num.48.

*Si maritus pro uxore egit,& ſuccubuit , an uxori poſtea agenti obſtabit exceptio rei iudic.*

21 ¶Sed & illud quæro,maritus nomine vxoris egit ad retractum, & victus fuit:vel quia non docuit de conſanguinitate vxoris,vel ob aliud quippiam:& necdũ tempus retractus tranſiit: vtrùm vxor ipſa nunc fortè vidua,aut à iudice autorata,poſsit intra tẽpora de integro oblationem facere,vt ei non obſit exceptio rei iudicatæ.Hæc quęſtio ab illa dependet,qua noſtrates quęrunt,vtrùm poſtquàm maritus egit rei vendicatione pro re dotali,& ſuccubuit,poſsit nihilo minus vxor ſoluto matrimonio iterum agere ad eandem rem. de qua per Pet.à Bella Perti.Cy.Guil.Cu.Ray.Bar.Bal.Alb.Ang.& Pau.Caſt.in l.doce.C.de rei vend.Gul.Bar.Ang. Fulg.Alex.& Iaſ.in l.de die,§.quidam,quẽ nonnulli legunt cum §.j.ff.qui ſatiſ.cog.Pau.Caſt. in l.maritus,C.de procu.& in l.Titio centum,§.vlt.col.ij.verſi.quintò & vltimò,ff.de cond.& demon.Alex.in repe.l.ſæpe,ſuper glo.quæ eſt in verbo,de proprietate,ad fi.ff.de re iudi.

*An procurator mariti poſſit hoc caſu agere ad retractum.*

22 ¶Postremo & illud quærendum ducimus,an procurator mariti poſsit agere ad retractũ rei venditæ à conſanguineo vxoris:& fac hunc procuratorem conſtitutum à marito cum libera,vel cum ſpeciali mandato agendi ad retractũ conſanguinitatis,ne incidamus in dubium à nobis alibi tractatum,an procurator ſimplex poſsit hanc oblationem facere.Hanc quęſtionem in genere poſuit Chaſſe.in loco ſuprà ſæpius citato,ſcilicet tit.*des droictz & appartenances à gens mariez*,§.v.in glo.j.col.ij.verſic.ſed quæro quid in procuratore,& duobus ſeq.vbi quærit,an procurator mariti,eo abſente,poſsit comparere pro vxore illius, tanquam procurator mariti:& multa in vtranque partem allegat , & tandem concludit procuratorem ſimpliciter conſtitutum à marito non poſſe comparere in cauſis, quas poteſt maritus intentare nomine vxoris. Sed nec poſſe maritum conſtituere procuratorem ad comparendum pro vxore. Et ego ſanè in priore caſu idem cenſeo,quod Chaſſe.tum per ea quæ allegat , tum quoque per ea quæ diximus ſuprà num.2.& 3.nam ſi maritus ſuo nomine id facere non poteſt,vt ibi dicitur,

*An maritus poſſit conſtituere procuratorem in hunc caſum.*



citur,multo minus procurator illius,ſuo quoque nomine conſtitutus.

*De eadem re.*

23 ¶In ſecundo autẽ caſu aliter cenſeo,quantùm ad caſum noſtræ conſuetudinis pertinet.Nam ſatis conſtat,eos,qui ſuo nomine actionem habent ex perſona alterius,ob id quòd ſua priuatim intereſt,procuratoris dandi facultatem habere,l.ſed ſi vnius,§.idem ait , etſi nepoti,ff.de iniur.quam in hoc expendit Bald.in c.vlt.col.j.extrà de iur.calum. Imò verò & ſi alieno nomine actionem habent,ſi tamen ſua quoque intereſt , idem quoque ius habent conſtituendi procuratoris:vt de patre adminiſtratore filij,quem habet in poteſtate,& in cuius bonis vſumfructum habet,probatur,in l.j.C.de bon.mater.ita enim eam intelligunt.Bart.Bald.& alij, reprobata gloſ.ibi & Pau.Caſt.conſi.xxxiiij.ſuper primo dubio,ad fi.lib.2.Alex.& Iaſ.in l.præſes,C.de tranſact.& latius diximus in repe.l.ſi vnquam,in præfat.num.29.quorum omnium. Eſt autem ex noſtra conſuetudine,eademq́; propè generali in Gallia,vxor in poteſtate mariti:bonorumq́; ipſius habet maritus ipſe adminiſtrationem , eorumq́; fructus,perceptos conſtante matrimonio,ſuos facit. Quid igitur impedit,ne procuratorem facere poſsit?

*Pater adminiſtrator poteſt cõſtituere procuratorem.*

*Reſponſio ad rationẽ Chaſſ.*

24 ¶Quod autem Chaſſ.pro ſuæ ipſius ſententiæ fundamento allegat Spec.tit.de cõiuncta perſona,col.j.dicere,quòd licet coniuncta perſona,& alij quidam,admittãtur ad agendum , non tamen eorum procuratores,per text.in l.iij.§.ſed & ſi fortè,ff.iudica.ſolui. admodum fallitur Chaſſe.neque enim id dicit Spec.neque is tex.in d.§.ſed & ſi fortè,ſed illud tantùm,quòd licet eis permittatur agere,id tamen non facit eos procuratores,vt etiam ex eo tex.diximus ſuprà num.7.& voluit etiam per eum tex.Bal.in c.ex parte Decani,col.iij.verſi.quæro nunquid coniuncta,extrà de conſtit.& idem quoque voluerunt D.à Rot.deciſ.cxlij.in cauſa, ad fin.in nouis. Sed & prætereà allegat Chaſſe.ipſos D.à Rot.deci.dclxxvj.no.quòd coniuncta,in antiquis:qui id re vera dicunt,coniunctas perſonas,licet poſsint agere,non poſſe tamen conſtituere procuratores,qui agant pro coniuncta perſona. Sed id nihil facit ad noſtram quæſtionem,in qua mariti priuatim intereſt,proque ſuo iure maritali agit,vt ſatis ſuprà diximus.

*De eadem re.*

25 ¶Nec tamen putes,id aduerſari iis,quæ diximus ſuprà d.nu.2.& 3. nam illic locuti ſumus de eo,qui ſimpliciter ſuo nomine actionem intendebat:hîc de eo,qui iure maritali id facit,quãuis non addas nomine vxoris ſe facere. Verbi gratia,vt melius intelligas,Si Sempronius maritus Titiæ agat ad retractum rei venditæ à Mæuio:qui quidem eius conſanguineus non eſt, ſed vxoris,ſed id tamen non exprimit,ſed ita agit, Sempronius petit ſe admitti ad retractum rei venditæ à Mæuio:is certè non erit audiendus,ſed ſuccumbet,etiam ſi ſe probet eſſe maritum Titiæ,& Mæuium eſſe illius conſanguineum.Et id eſt,quod diximus ſuprà d.nu.2.& 3. Si autem ſic dicit, Sempronius maritus Titiæ petit ſe admitti ad retractũ rei venditæ à Mæuio conſanguineo vxoris,ſatis eſt etiam ſi non dicat,nomine vxoris:vt etiam diximus nu.4. & ita haud dubiè poterit procuratorem conſtituere,vt agat ad retractum. Et ſi aliter diceremus , ſequeretur nunquam maritum iure mariti poſſe procuratorem conſtituere. Et hanc noſtram ſententiam videmus vbique & citra omnem controuerſiam obſeruari.

*Vtrum uxor ſine marito fortè abſente poſſit retrahere.*

26 ¶Nec tamen illud prætermiſerim,quod aliquando ex facto contingere vidimus.Quia hîc dicitur,maritum pro vxore poſſe offerre & retrahere : vtrùm vxor ipſa ſine marito idipſum poſsit facere. Et quod hanc rem magis dubiam apud nos facit , illud eſt, quòd moribus noſtris vxor eſt in poteſtate viri,nec habet ſuorum bonorum adminiſtrationẽ, ſed vir:nec poteſt adeſſe in iudicio , aut litigare ſine autoritate ipſius,vt ſcribitur ſuprà tit.noſtrarum conſuetudinum,xv.§.j.qui eſt omniũ totius voluminis cxciij. in quem Leges noſtras connubiales conſcripſimus, & aliis §§.ſeq. Et ſi quidem maritus abſit,& in adeò longinquis partibus, vt periculum ſit,ne tempora labantur,poterit vxor,eo non expectato,retrahere, per id quod in ſimili reſpondit Bald.conſil.ccccIxxxviij. ſequens quæſtio,lib.1. & conſil.cccxciiij.ſtatuto, lib.5.cum aliis multis ſimil.à me adductis in dd.Legibus connubialibus,glo.viij.in verbo, *de ſon mary*, in j.q.vbi etiam videbis num neceſſarium ſit in id adhibere autoritatem iudicis, qui mariti præſentiam ſuppleat. Sed ad id quod de periculo diximus, vide prætereà Panor.in c. cùm in veteri,col.penul.extrà de elect.

*Quid ſi ſit præſens , & contradicit.*

27 ¶Sed magis ambiguũ eſt,an id poſsit vxor facere,marito non abſente,& fortè eo reluctante,vel quia dicit hunc retractum non eſſe ſibi & vxori commodum, vel quia non vult. Tu hîc omnino vide,quæ in ſimili ſcribunt Bart.Bal.Ang.Imo.Ro.Paul.Caſt.Alex.& omnes in l.ſi cùm dotem,§.eo autem tempore,ff.ſol.mat.Iac.Aret.Cy.Bar.Bal.& alij in l.vlt.§.neceſsitate,C.de bon.quæ lib.cum aliis multis à me quoque congeſtis,in dd.noſtris Legibus connub. vbi ſuprà in xv.q.Ex quibus clarè intelliges,quid dicendum ſit in hoc caſu noſtro.

## §. VNDECIMVS.

LE PLVS prochain [a] lignagier du vendeur , s'il vient dedans l'an & iour de la dicte vente,doit eſtre receu & preferé auant autres lignagiers [b], ſi pluſieurs lignagiers y viennent [c]. Mais l'achepteur doit receuoir le premier lignagier [d],qui y vient. Et s'il l'a receu,ou luy a tranſporté la choſe [e] autrement que par retraict, &

apres ce au dedans de l'an & iour vient vn autre lignagier,qui vueille eſtre receu audiƈt retraiƈt, il luy doit notifier, comme il a tranſporté la choſe à autre, & le nommer. Et lors à celuy à qui auroit eſté faiƈt lediƈt tranſport, pourra venir lediƈt lignagier dedans l'an & iour faire ſon offre de retraiƈt, & y deura par luy eſtre receu s'il eſt plus proche.[f] & s'il eſt en pareil degré, il y ſera receu pro[g] rata.[h] Et ſi pluſieurs lignagiers y viennent dedans l'an & iour,qui ſoyent en pareil degré,ou ceux qui les repreſentent,[i] tous y doyuent eſtre receuz pro rata.[k] Car repreſentation a lieu en retraiƈt,comme en ſucceſsion.Touteſuoyes ſi celuy qui vient par repreſentation,auoit freres & ſeurs,leſquelz ne viennẽt audiƈt retraiƈt, en ce cas luy ſeul[l] repreſente ſon pere & ſa mere,& viendra au retraiƈt pour telle part & portion que ſon pere ou mere euſt peu venir. Mais ſi ſes freres ou ſeurs venoyent au retraiƈt auec luy par repreſentation,tous enſemble ne ſeront receuz audiƈt retraiƈt, que pour vne teſte[m].

*PROXIMIOR[a] venditoris conſanguineus ad retractum veniens intra annum & diem venditionis debet admitti & præferri cæteris conſanguineis[b], ſi plures concurrant[c]. Tenetur autem emptor admittere primum[d] offerentem. Quem vbi admiſerit,aut illi re vendita ceſſerit[e] alio quouis modo quàm per retractum, poſteaq́ alius conſanguineus intra annum & diem poſtulet ſe admitti, tenetur emptor hunc certiorem facere ceſsionis à ſe factæ,priori illi,eúmque diſertè nominare : poteritque tunc hic poſterior intra id tempus retractum priori offerre,à quo admitti debet, ſi ſit proximior.[f] At ſi ipſe ſit in pari gradu, admittetur pro[g] rata[h]. Quòd ſi intra id anni & diei ſpatiũ accedant plures cõſanguinei eiuſdem gradus, aut qui eos repræſentent[i],omnes pro rata admittentur[k]. eſt enim locus repræſentationi in retractu, vt & in ſucceſsione.[l] Attamen ſi is,qui iure repræſentationis retractum offert,habeat fratres & ſorores ad retractum minimè accedentes,tunc ſolus ipſe patrem & matrem referet,& admittetur ad retractum pro portione qua ipſi parentes admiſsi fuiſſent. Verùm ſi fratres aut ſorores eius iure repræſentationis ad retractum conuenirent,vniuerſi pro vno tantùm capite[m] admittentur.*

## LE PLVS PROCHAIN, PROXIMIOR, GLO. I.

1 **Proximus quis dicatur.**

NIHIL video intereſſe,dicas,Proximus,an Proximior:ſicuti nec videt Bal.conſi cxlvj.præmiſsis verbis,col.j.in fin.lib.2. Nam proximo quis proximior eſſe non poteſt:cùm proximus is ſit, quem nemo antecedit,l.ij.§.hæreditas,& §.legitima. ff.de ſuis & legit.hære.& l.j.§.proximus,ff.vnde cogn.& l.proximus,ff.de verbo. ſignifi. Idq́ue etiam,ſi ſolus ſit,vt hoc addam ex d.§.legitima,& d.§.proximus,& l.qui duos, in prin.ff.de reb.dub.& l.proximi,& l.in vulgari,in princ.ff.de verb.ſignifi.Sed id tamen impropriè,vt declarat d.§.proximus,cuius hæc verba ſunt:Proximus etiam accipitur,qui ſolus eſt:quamuis propriè proximus ex pluribus dicitur. Et voluit Cardin.Flor.conſi.xxx. in hac dubia.col.iij.verſi.item nulla. Idq́ue optima ratione, quia proximus eſt ſuperlatiuum eius, quod propè dicitur,ex quo fit nomen comparatiuum propior, & ſuperlatiuum proximus, vt tradit Priſc.lib.3.cap.2. Sicuti ab intro,vel intra,vl intus, fit interior, & intimus:ab vltra, vel vltro,vlterior,vltimus:& à poſt,vel poſtea,poſterior, poſtremus:quáquàm ex proximus, cùm pro cognato accipitur,vt ſcribit Priſc. vbi ſuprà, fit aliud illud comparatiuum proximior,vt etiam (vt hoc illi addas) ex intimus,intimior, & ſuperlatiuum intimiſsimus, & ex poſtremus,poſtremiſsimus apud Tertullianum, ſtatim in initio libri de Cultu fœminarum, & Apuleium in Apologia,& in Oratione Caij Gracchi ad populum, apud Gellium lib.15.c. 12. { & ex minimo minimiſsimus apud Arnobium lib.5. aduerſus gentes, in duobus locis.} Quæ ſi regularia eſſent,ſequeretur proximo quopiam alium eſſe proximiorem, & multorũ proximorum alium eſſe proximiſsimum,ſi ita nobis loqui permittamus, vt in ſimili dicitur in l.vbi autem.ff.de verb.obliga.& dicemus pleniſsimè in noſtro tract. *le mort ſaiſit le vif.* in 6. decla.præfat.nu.6.ego verò dico.Vix autem reperies huiuſmodi comparatiuum,proximior, apud antiquos,præter quàm apud Iureconſultos,vti & Priſci.ſuprà expendit.

*Proximus ſuperlatiuum, Intimus. Vltimus. Poſtremus. Intimiſsimus. Poſtremiſsimus.*

*Proximior.*

2 ¶Sed vt redeamus,proximus quis dicitur,etiam ſi longo interuallo ſit remotus, modò inter duos diſcreta nihil medium interpoſitum ſit:vt probat illud Virgilij lib.5.Aeneidos,

*Proximus etiã longo interuallo remotus.*

*Proximus huic,longo ſed proximus interuallo, Inſequitur Salius.—*

Quo



Quo in loco id notat Seruius interpres,atque etiam Nonius Marcellus in lib.quem de Proprietate ſermonum ſcripſit. Paulò autem ante Virgilium Tullius in lib. de Claris Oratoribus ad Brutum,Duobus ait,ſummis,Craſſo & Antonio, L.Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. Auſimq́; conſtanter aſſeuerare Virgilium illud à Cicerone deſumpſiſſe, adeò verba ſunt ſimilia. nam & Virgilius ipſe illud ex ore eiuſdem Ciceronis excerptum vſurpauit lib.12.Aeneidos,

*modò nihil ſit medium.*

*Virgilius à Cicerone multa mutuatus.*

*—Magnæ ſpes altera Romæ,*

vt tradit Donatus,aut vt alij malunt Seruius,aut ſi quis alius eſt, qui vitam illam Virgilij edidit, Et alia quædam Ciceronis ab ipſo vſurpata recenſuit Macrobius lib.Satur.6.cap.2. ad fin.vbi inter ea & illud quod de proximo diximus poſuit. Sed & hanc proximi ſignificationem ſatis quoque declarat Auſonius ad Vrſulum:

*Proximus ex longo gradus eſt,&c.*

3 ¶Si tamen plenius ſcire velis,qui proximi ſint,vel proximiores,vide Oldr.conſi.cliij.videretur quòd filius,Ioan.Ang.in c.2.col.j.in verbo,proximi, extrà de conceſ.præben.Bal.in l.dudum.C.de contra.emp.& conſi.ccccl xix.ſtatuto cauetur,lib.& conſil.cccxxxix.quæritur vtrũ de linea.in prin.lib.3.& conſi.cccxxxiiij.in quæſtione quæ vertitur, eo.lib.3. vbi & de propinquo & propinquiore loquitur,eſtq́; id conſi.commune ipſius Bal.& Sal. idq́ue ipſum inculcatur inter conſi.Pet.Anch.conſi.xcv.vide etiam Bar.conſi.x.viſo ſtatuto communis Tuderti,& ibi concor.Landri.in addi.eius conſi. Quibus adde Lucam Pen.in l.pro locis,C.de anno.& trib.lib.10.& in rubri.C.de proxi.ſacro.ſcri.in princi.lib.12.& Corne.conſi.cliiij. licet in themate,col.ij.lib.3.& Philip.Deci.in l.ſi bonorum,in prin.C.qui admit.

*Iterum de ſignificatione proximi & proximioris.*

4 ¶Vnum tantùm illud hîc dicere voluimus, quòd licet proximus is ſit propriè, quem nemo antecedit,vt diximus,eò tamen ventum eſt,vt proximos vocemus omnes qui conſanguinitatis iure aliquem attingunt,etiamſi ante ſe alios habeant. Quod probatur ex l.quãuis adulterij,C.de adul.vbi proximis neceſſariisq́; perſonis ſolummodò defertur copia accuſandi de adulterio. Nam vt ibi dicitur,licet patruo accuſare,etiã ſi frater extet. vides igitur ibi patruũ dixi proximum,quamuis frater extet,eo quidem proximior. Et ex l.cùm rem alienam,C.de lega.vbi legatum rei alienæ ab ignorante factum non valet, niſi proximæ perſonæ relictum ſit. quod intelligitur,etiam de iis qui non ſunt priores gradu: nam omnes intelligunt eam l. de coniunctis perſonis ſimpliciter.Et hoc ſatis apertè indicat glo.vlt.in prin.cùm dicit, quòd iudex æſtimabit,quæ dicitur coniuncta perſona:quam ſequuntur Bart.Franc.Tigr.Ang.Sali. Raph.Fulg.& Corne.ibi.Pet.autem & Cy.conſiderandam dicunt coniunctam perſonam vſque ad decimum gradum,qui tantùm ſuccedere poteſt,ſecundum notata in l.octaui,C.vnd. cog. Et ſic apertè declarant omnes,nõ neceſſe eſſe,vt quis ſit in gradu priori. vt faciat locum ei l.loquenti de proxima perſona. Et id expreſsè annotat Alcia.in d.l.proximi, de verb.ſigni. & ſatis apparet ex ſcriptis à Corne.conſi.xxxij.licet prima facie,col.ij.verſ.quia prout dictum eſt.lib.1. Et ſic quoque proximitas pro conſanguinitate ponitur,vt latè diximus ſuprà eo.tit. §.j.glo.ix.quæ eſt in verbo,*ou lignagier*,num.16.à proximo item.

*Propinquus propinquior. Proximos omnes dici qui iure ſanguinis alios attingũt, etiam remotiſſimos.*

*Lex cùm rem alienam, C.de legat.*

5 ¶QVID autem,ſi quis dicat ſe tanquam conſanguineũ proximorem debere defuncto ſuccedere,an ſufficiet,ſi probet ſe ſimpliciter eſſe conſanguineum mortui, de cuius ſucceſsione agitur,an verò neceſſe ſit,vt is probet nullum alium eo eſſe priximiorem. Et certè,ſi controuerſia ſit inter duos conſanguineos,is qui agit aduerſus alterum poſsidentem,debet probare ſe eſſe proximiorem,cùm id ſit fundamentum intentionis ſuæ,etiam ſi id negatiuum eſſet,l. hoc iure,& ibi Bart.& alij,ff.de verb.obligat.& voluerunt etiam Barto.& alij in l.in illa ſtipulatione,ſi Kalendis,eod.tit.Inno.& Io.And.in c.ſuper his, de accuſ.cum multis ſi.& concor. à me collectis,infrà eo.tit.§.xxxij.glo.j.nu.94.nam & videmus,& ſeq. Et ita in hoc caſu priuatim reſpondit Philip.Deci.conſi.cccxxj.in cauſa quæ Alexandriæ agitatur,col.ij.verſic. vlterius etiam aduertendum,per multa quæ ibi allegat.

*An ſatis ſit dicenti ſe proximiorem, probare ſe eſſe cõſanguineum.*

6 ¶At ſi extraneus teneat,aut ſit quæſtio inter vxorem aut fiſcum,& hunc qui ſe dicit conſanguineum,ſatis erit probare ſe ſimpliciter eſſe fratrem,aut patruelem, aut aliter coniunctum: vt voluit Raph.Co.in l.is poteſt,& ibi etiam Alex.col.iiij.verſi.ſed iuxta prædicta, & Iaſ.col. pen.verſic.pone ago contra.ff.de acqui.hæred.& idem Raph. in l. ſed & ſi de ſua, quam legit cum l.hæres inſtitutus,& ibi quoque Rom.in fi.eo.tit.per l.ſi ſcriptum, C.de proba.& l.amitæ,C.commu.de ſucceſ.& l.ij.C.de ſucceſ.edic.& idem quoque Raph.conſi.xliij. in quæſtione Franciſci,vbi dicit,nunquam vidiſſe ſe aliter in practica obſeruari, & Corn.conſi.xcv.viſo proceſſu,col.ij.verſi.ſufficit enim,lib.4.& conſi.cxcvij.licet in hac cõſultatione,col.ij.verſi. ſed licet hæc,eod.lib.4.vbi dicit,idem ſe aliâs bis conſuluiſſe.& Alexan.conſi.clxxix. viſis ac ponderatis dubitationibus,col.vlti.lib.7.& Soci.in l.ſi inter, col.ij.verſi.tertiò colligitur,ff.de reb.dub.& conſi.lxxxix.in cauſa agitata,col.iiij.verſi. & ſi iterum,lib.1.Caro.Ruin.conſi.cliiij. colum.ij.num.4.lib.3.& Stepha.Bertrand.conſi.ij.examinato,in ij.dub.col.eius dubij vlt.lib.2. & nouiſsimè Alciat.in d.l.proximi,ff.de verbor.ſignific.& Fran.Ripa in d.l.in illa,col.vlti.ff. de verbo.oblig.& nouiſsimè Carol.Molend. in ſuis comment.Pariſi.conſuetud.titu.j.§.xxij. num.90.per multa quæ in eis locis videre poteris.

*De eadem re.*

7 *De eadem re.*

¶Quanquàm Ang.Aret.in §.actionum,col.pen.verſi.ſi autem ab inteſtato, Inſtit.de act.in ea eſt ſententia,vt non ſufficiat probare eum,qui vult ſuccedere, eſſe conſanguineum,niſi & ſe probet proximiorẽ eſſe.Et idem quoque voluit Fran.Aret.in d.l.ſed & ſi de ſua,col.iiij.verſi. tangit etiam hîc.vbi & id dicit ſe aliâs reſpondiſſe,cùm ex facto ageretur,in ciuitate Aretij:vt etiam retulit in d.l.is poteſt,col.pen.ſed eius in id conſi.non reperi,credoq; non fuiſſe cũ cæteris impreſſum. nam in poſteriori loco quæritur exemplum eius ſibi abeſſe. { Et nouiſsimè Maria.Soc.iunior conſi.xxvj.quatenus dubitatur,col.iij.verſi. & ad contrarium,lib.2.} Sed & eius ſententiæ fuit Alexan.ſibi contrarius,ſed foro (vt credere eſt) ſeruiens,conſi.cxxiiij.viſo proceſſu,col.j.lib.7. Suntq; qui pro hac parte citant Spec.tit.de teſta.§.ſequitur videre,verſic. eſt & alia bonorũ poſſeſsio,quæ dicitur,Vnde cognati,propterea quòd in libello actoris hęc ponit,quod P.mortuus eſt,item quòd inteſtatus,item quòd ſum illi agnatus,item quòd proximior.Et id quoque ſenſiſſe videtur Raph.Fulg.conſ.clxxxiiij.viſis quodam proceſſu.col.j.

8 *Ad lucrum omnes ſua ſponte accedunt.*

¶Afferunt autem vtrique multas magnasq; rationes, quibus ſuam ſentẽtiam defendunt. Sed ego priori ſententiæ magis accedo,illa potiſsimum ratione adductus,quòd is,qui ſe propinquum eſſe dicit,& probat,proximus,& idem ſolus,eſſe præſumitur, cũ ſocij nulli appareant: ſitque veriſimile & alios,ſi qui eſſent , ad aucupandum & occupandum id lucrum, atque vt ſic dicam,hæreditatem,ſine ſacris quamprimùm aduolaturos, ſecundùm illud Terentianum in Phormione:

*At ſi talentûm rem reliquiſſet decem,*
*Primus eſſes, memoriter progeniem veſtram*
*Vſque ab auo atque atauo præferens.*

Cui concinit illud Græcorum carmen,vice prouerbij celebratum:

Τῶν εὐτυχόυντων πάντες ἐστὶ συγγενεῖς. Id eſt ad verbum,
*Felicium*(ſiue mauis diuitum) *omnes ſunt conſanguinei.*

*Diuitum omnes conſanguinei.*

Ex quo & non accedimus Iaſ.dicenti hanc negatiuam,alios non eſſe hæredes, proindeq; locum eſſe ſubſtitutioni,hoc ipſo probari, quòd contrarium non probatur. Ita enim reſpondit conſi.xxxiiij.ad motiua,in prin.lib.1.vbi alia multa ſimilia affert.

9 *De eadem re.*

¶Sed hanc tamen ſententiam noſtram velim intelligas,ſi is, qui ſe probauit eſſe conſanguineum,probauit quoque certum gradum ſuæ conſanguinitatis. Nam non ſatis eſſet,probare ſe ſimpliciter conſanguineum,per ea quæ latè diximus ſuprà eo.tit.§.j.in verbo, *declarer le lignage*,quæ eſt glo.xvj.quando non omnes gradus admittuntur ad ſucceſsionem,ac nec ad retractum,vt etiam diximus in eodem §.j.glo.ix.in verbo,*ou lignagier*, nume.23.ſed & id intelligendum. Et ita nuncupatim in hoc caſu intellexit,& limitauit Phil.Dec.d.conſi.cccxxj.col.j. verſi.vlti.non obſtat.iunctis his,quæ prius ſcripſerat,col.j.eiuſdem conſi.verſi. & pro agentibus bene facit,& Alcia.in tracta.Præſumptionum,regula j.præſump.xxviij.num.9.

10 *De eadem re.*

*Præfertur,qui de tempore certo probat, ei,qui de incerto.*

¶Et quòd haud dubiè is qui ſe probauit eſſe conſanguineũ certo gradu , debeat præferri iis, qui ſe ſimpliciter conſanguineos eſſe probant,facit vltra ſuprà dicta,quod in ſimili dicimus, quòd cùm eſt quæſtio de prioritate,aut poſterioritate (vt ita cum noſtris loquamur) emptoris,is qui de certo tempore probat,etiam ſi aliter nõ probat de prioritate,præfertur ei qui de incerto tempore probat:vt ſi alter de die probet,alter de hora eiuſdẽ, hic prior præſumitur, ſecundùm Marti.Sil.Cy.& Bal.in l.de rebus,C.de dona.ante nup.Bal.in l.creditor qui,in lect. antiqua,ff.qui pot.in pig.hab.Sal.in l.ſi debitor,verſiculo,quæro,pone fiſcum, C.de priui.fiſ. Io.Plat.in l.j.circa mediũ,C.de iure fiſ.lib.10.Soc.in l.j.col.ij.verſi.tertiò limita, & ibi quoque Iaſ.qui id dicit ſing.col.item ij.verſi. ſecundò ſing.limita.Tho.Parpalia.col.quoque ij. verſic. iſta regula,& nouiſsimè Fran.Ripa,col.iij.verſi.ſecundò limitatur,ff.ſol.mat. & Carol.Ruin. col.viij.verſi.& ex tertia limitatione.Fran.Cur.iunior in l.vlt.col.antepen.verſi.xiij.quærit,C. de edic.Diu.Adri.tol.& Philip.Deci.conſi.clxix.cuius ſuperſcriptio incipit,diſpenſatio facta, col.vlt.& Hipp.Marſi.ſing.cccxix.hora in inſtrumentis.Cat.Cotta,memor hora quandoque, & nouiſsimè Matt.Pac.in tract.de mand.apoſtoli.in vj.parte,num.1.& ſeq.& Franc.Ripa,in l. ſi debitor,col.iiij.nu.8.& ſeq.ff.de pigno.De quo tamen vide eundem Soci.conſi.lxvij.eadem die prouidet,lib.3.& Feli.in c.paſtoralis,col.iij.verſi.ratione vnius horæ, & ibi omnino Phil. Deci.diſtinguentem,col.ij.verſic.ſed dubium eſt,extrà de reſcript.& ipſum Dec.in l.in ambiguis,col.ij.ff.de reg.iur.& Rebuf.in tract.de pacif.poſ.nu.299.& Alcia.in tracta. Præſumptionum,regula iij.præſumptio.xliij.ante fin. Neque enim omnino accedo priori illi ſententiæ. Quid enim,ſi quis probet de poſtremo die vnius anni,aut de poſtrema hora vnius diei,præferetúrne alteri,qui tantùm de eo anno aut die probauit , ſine alia ſpecifica probatione temporis ? & certè non præferetur,vt etiam nuncupatim voluit Franc.Ripa in d.l.j.vbi ſuprà,ff. ſolu.matr.& nouiſsimè Guli.Ponta.Peru.in d.l.j.col.vj.nu.13,quartò limitatur,& ſeq.ff.ſolut. matri. De quo & tu vide Bal.Nouel.in tract.dot.in ix.parte,in ij.priuilegio,in fin.

11 *Qui ſe petit admitti , tanquã proximiorẽ,an probare debeat alium proximiorem mortuum , an alius qui eum dicit uiuere.*

¶Illvd quoque in dubiũ hoc in loco vocari poteſt,quòd ſi conſtet, alium proximiorem aliâs natum fuiſſe,& vixiſſe,qui nondum excederet centum annos,ſi viueret,(hæc enim longiſsima eſt hominum vita,l.an vſusfructus,ff.de vſufr.& l.vlt.C.de ſacroſ.eccl.) verùm igitur neceſſe eſt,hunc qui nunc ſe dicit eſſe proximiorem,ideoq; tanquã talis vult ſuccedere,probare,





bare,illum,qui re vera eſſet proximior,ſi viueret,mortuum eſſe:an verò alius, qui defendit, teneatur probare illũ adhuc viuere. Vide Rapha.Co.d.conſi.xliij.in quæſt.Franciſci,nam id conſi.ſuper hoc priuatim editum eſt.Et hæc quoque non inutilia ſunt in materia retractus, ſtante ſcilicet ſtatuto,vt ad eum proximior tantùm conſanguineus admittatur.

*Proximior an dicatur habito reſpectu ad uẽditorem, an ad eum,à quo primùm res proceſſit.*

12 ¶Sed & illud quæri poteſt,an hîc in noſtra cõſuetudine proximior dicatur,& intelligatur, habito reſpectu ad venditorem,an ad eum,à quo primùm res vẽdita proceſsit eius familiæ. hoc enim à nonnullis in dubiũ reuocatum eſt.Et quod dubiũ facit, illud eſt præcipuè quia ex multis Galliæ conſuetudinibus illi tãtùm cõſanguinei admittũtur,qui ſunt ex eo ſtipite, vnde res vendita proceſsit:ex noſtra autẽ conſuetudine,licet omnes admittantur,etiam qui non ſunt eius ſtipitis,præferuntur tamẽ ij,qui exeodẽ ſtipite deſcenderunt,vt ſcribitur infrà c.xiiij. Et quidem videntur præferri ij, qui ſunt proximiores ſtipiti, vnde res ipſa proceſsit, etiamſi non ſint proximiores venditori,per tex.in l.is qui complures,iuncta gloſſ.in fi.ff.de leg.iij.vbi ſi fideicommiſſum fuerit relictũ quibuſdam ex libertis teſtatoris,ea lege ne de nomine ſuo,aut familia exiret,vno eorum mortuo,qui grauati fuerant, omnes pariter admittuntur,ſi velint:nec præferuntur coniuncti in re legata cæteris:quia vt dicit gloſſ.ibi, omnes ſunt pariter proximi teſtatoris,per text.in l.peto,§.fratre,ff.de leg.2.Et ita eam declarãt Dyn. Rayn.& Bart.ibi:& idem voluiſſe videtur ipſe Bart.in l.ſi cognatis,verſicu.quæro quo ordine,iunctis his quæ dicit in fin.illius l.ff.de reb.dub.Ex quo apertè vides,quòd attendi debet proximitas gradus,reſpectu teſtatoris,non reſpectu grauati,in fideicõmiſſo reſtituendo iis, qui ſunt è familia,in ſpecie d.§.fratre.

*Fideicõmiſſo inter fratres relicto,admittũtur fratres ex uno tãtùm latere cum utrinque coniunctis.*

*Conditio grauãtis inſpiciẽda,non grauati.*

13 ¶Et hoc quoque videtur probari ex l.vlt.ff.ad Treb.à cõtrario ſenſu. Nam ibi dicitur,quòd ſi ſit fideicommiſſum inter fratres , pariter admittuntur fratres ex vno latere tantùm , cum fratribus ex vtroque:quia fuerant prius directo inuicem ſubſtituti. Ergo à cõtrario ſenſu,ſi non fuiſſent inuicem ſubſtituti,& ſic prælati aliis fratribus in aliqua parte teſtamenti,ex ſola inter ſe coniunctione non præferrentur.Ex quo etiam planè liquet,attendi coniunctionem reſpectu primi teſtatoris,non grauati.Quod & probat alius tex.iuncta glo.& notatis à Bar. in l.hæredibus,§.vlt.ff.eod.tit.vbi licèt,quando appoſita eſt conditio,ſi deceſſerit ſine liberis, naturales non faciant deficere fideicommiſſum,ſecundùm notata in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,eod.quoque tit.tamen quando huiuſmodi conditio apponitur à fœmina teſtante,deficit:quia ei naturales ſuccedunt,niſi ſit illuſtris,l.ſi qua illuſtris, C.ad S.C.Orphi. Et idem propè voluerunt Ang.& Imol.in d.§.ſi quis rogatus,vbi generaliter dicũt, in eadem conditione inſpiciẽdam eſſe perſonam grauantis,& non grauati,ſi ſint diſsimilis qualitatis,vt ſciamus,an naturales faciant deficere fideicommiſſum.

14 ¶Et vt ex tex.ad Doct.tranſeamus (quamuis nec ij ſuprà omiſsi ſunt) hoc idem confirmat, quod tradit Bar.in l.Lucius,col.vlt.in vlt.quæſt.ff.de vulg.& pupilla.ſubſtitu.quòd ſi fratres ſunt inuicem ſubſtituti,pariter admittuntur fratres cõſanguinei, & fratres vtriuſque lateris, ea inter cætera ratione,quia ſubſtitutio intelligi debet ſecundùm voluntatem teſtatoris,l.qui liberis.§.hæc verba,eod.tit.Sed pater eandem affectionẽ habet ad filios vtiuſque matrimonij, vt ęquum eſt,§.pen.in Authen.de nupt.& ſequuntur Imol.Alex.Fran.Are.Fran.Ripa & alij Recentiores in d.l.Lucius.& idem voluit ipſe Bar.conſi.liiij.Angel.Maciæ habebat.& Bal.& Nic.Neapo.in l.iam hoc iure,§.j.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& in l.cohæredi,§.qui diſcretas,& §. qui patrem,eod.quoque tit.Bal.in 5.q.Ang.Sal.& Ro.in l.in teſtamento,C.de teſtamen,mil. Imol.in ca.Raynutius,in materia reciprocæ ſubſtitutionis, extrà de teſta.vbi hanc dicit eſſe communem opini.Paul.Caſtr.in l.j.C.de impube.& ali.ſubſtit.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe.& Alex.conſi.xxx.viſo teſtamento,in primo dub.lib.2.quod conſi.iterum repetitur conſi.xvj. lib.6.& Philip.Deci.conſi.clxxxvj.quoniam ex facto, colum.j.verſicu.tertiò hoc in ſimili,& col.iij.verſi.tertiò non obſtat. Ex quo non obſcurè intelligitur,conſiderari affectionẽ primi teſtatoris,& ſic coniunctionem eiuſdem. *De eadem re.*

15 ¶Quod & hinc quoque probatur,quod ſcribit ipſe Bar.in l.ij.in prin.in 5.q.prin.in 3.effectu, verſ.vlterius quæro,an tacita,qui eſt in col.pe.ff.de vulg.& pupil.quòd tacita pupillaris non excludit fratrem pupilli,arg.l.cùm acutiſsimi,C.de fideicom.ne ſcilicet videatur fratrem filio prætuliſſe,& ſic conſiderata affectione & voluntate teſtatoris.Et idem dicit in fratre conſanguineo tantùm,quia eadem eſt ratio,per d.l.cùm acutiſsimi.Secus autem in vterino,vt hinc intelligas non conſiderari coniunctionem & affectionem ex parte pupilli , ſed teſtatoris, Quod & confirmat,quod tradit idem Bar.in l.re coniuncti,col.pe.verſi.tertiò quæro iuxta hoc,ff.de leg.ij.quod quando agitur de hæreditate paterna teſtatoris, non attenditur maior coniunctio inter fratres. Ideoque vno mortuo ita admittitur conſanguineus tantùm, ſicut vtrinque coniunctus.Et ſequitur Crotus ibi,& Fran.Are.Iaſon,& Ripa.in d.l.Lucius. *De eadem re.*

16 ¶Et hæc quidem propemodum,& alia multa in eandem ſententiam affert Soc.conſi.ccxlix. materia.col.xj.verſi.circa ſecundam difficultatem,cum multis ſeq.lib.2.vt oſtenderet , poſſe videri admittendum eſſe ad fideicommſſum eum,qui proximior ex primo illi teſtatori , & non illi vltimo,qui deceſsit,aut alienauit.Id quod etiã aſſeuerãter reſpondit Iaſ.conſi.ccxv. ex Valentia,in prin libr.2.iterúmque conſi.clix. Odericus,etiã in prin.lib.4. Et per quædam *De eadem re.*

ex iis rationibus,tacito nomine ipſius Socin.Io.Crotus in repe.l.filiusfamiliâs.§.Diui, char. pen.verſic.quartò quæritur,ff.de lega.j.tenuit,quòd ſi teſtator quiſpiam prohibuit bona ſua alienari extra familiã,(quo caſu ſi alienatio facta fuerit,poſſunt ij,qui ſunt eius familiæ,alienationem reuocare,ita vt proximus quiſque primo loco admittatur,per d.l.peto,§.fratre.ff. de leg.ij.) tunc proximitas conſideratur ex perſona teſtatoris prohibentis, non hæredis qui alienauit.Et illũ ſequitur Ferdi.Loaz.in repeti.eiuſdem §.col.antep.verſi.& vt nihil omittatur.qui eſt nu.545.& ibi quoque Fran.Ripa col.vij.nu.31.& idem Ripa in d.l.Lucius, col.vlt. & in l.ex facto,in prin.ff.ad S.C.Tre.quibus etiam locis dicit,quòd vltima ſubſtitutio , qua teſtator ſubſtituit proximiorem ſui generis,intelligitur de proximiore ipſius teſtatoris,non hæredis,aut præcedentis teſtatoris. Quod huc admodum pertinet,cùm ſtatuta & teſtamẽta ſint veluti eiuſdẽ iudicij & interpretationis, ſecundùm glo.Bar.& alios in l.j.C.de his quib. vt indig.cum concord.à me adductis infrà in fi.huius tit.nu.13.denique oblatio.

17 ¶Suprà dictis autem adde,quod reſpõdit Bal.quodam conſi.incip.præmiſsis verbis ſtatutorum,quòd ſi emphyteuſis ceſsit in portionem vnius ex fratribus, illo decedente non ſuccedit in ea,eius proximior,ſed is , qui ſtipiti proximior eſt,id eſt ei, qui emphyteuſim acquiſiuit pro ſe & generatione ſua.quod conſi.reperire non potui,ſed id citat Corne.Conſi.cxc. pluries,col.j.verſi.& licèt,& iterum col.vlt.verſi.non obſtat,quod dicit,lib.3.& iterum conſi. xlij.videtur prima facie,col.ij.verſi.his tamen non obſtant.libr.4.vbi & in idem dicit vidiſſe cõſultum à Bal.à Bar.& Bened.Capra.verùm ipſe in hoc admodùm dubitat. Et facit etiam, quod tradit Pau.Caſt.conſi.cccxxxviij.ad primum quæſitum,col.ij.lib.2.

18 *Deciſio principi.quæſtionis.*

¶At ego nihilominus cenſeo proximiorem venditoris præferri, non proximiorẽ ſtipitis: tum quia noſtra cõſuetudo hîc & vbique loquitur de proximo, aut proximiore vẽditoris: tum quia in ſucceſsionibus,quas retractus in omnibus ſequitur,vt hîc dicitur,& infrà §.xiij. præfertur proximior defuncti, non ſtipitis. Quod hinc videre licet, quòd leges noſtræ de ſucceſsionibus ab inteſtato,eas vbique deferũt proximioribus defuncti.Nam de ſucceſsione & hæreditate eius agitur,non ſtipitis ipſius,cuius deſiit eſſe hæreditas, per aditionẽ ſequentium,quorum gradatim facta fuit hæreditas,& patrimoniũ proprium,l.ſed & ſi plures, ff.de vulg.& pup.ſubſti.gl.Roma.Alex.Franc.Aret.& cæteri Recentiores in l.j.§.veteres, ff.de acq. poſſ.Bar.in l.vlt.col.j.ff.ad S.C.Treb.cum aliis multis concord.adductis à Iaſ.in d.§.veteres, & Franc.Curt.ſeniore,conſi.xlv.ſtatuto ſeu conſuetudine,colum.viij.in vj.ratione,& Claudio Marleto inter conſil.Chaſſen.conſilio xxiij.deceſsit Catharina : vbi nuncupatim , & in ſpecie huius noſtri caſus , aſſeueranter reſpondit proximiorem reſpici ex venditore rei venditæ,cuius retractus petitur , non eius,à quo primùm ea res proceſsit. Quod & ipſum tenuit Chaſſen.in conſuetudin.Burgundiæ hoc eodem titulo , *de retraict*, §.j.in verbò *dont vient l'heritage*.

*Hæreditas deſinit eſſe defuncti per aditionem hæredis.*

19 *In feudis inſpicitur proximitas vltimi vaſalli,nõ primi acquirentis.*

¶Et hoc quoque in ſucceſsionibus feudorum obſeruatur , vt inſpiciatur proximitas vltimi vaſalli,non primi acquirentis,per c.j.& ibi Andr.Iſer.ad fi.tit.de natu.ſucceſ.feud.vti etiam expendit Bal.conſi.cc.feudũ,paulò ante fi.lib.5.& Soci.conſi.lxxxvj.viſis teſtamento, col.vlt. lib.3.& conſi.lxxiij.capiendo primum,col.5.verſi.prædicta etiam probantur.libr.4.& Philip. Deci.conſi.ccccxlv.in caſu ad me tranſmiſſo,col.iiij.nu.19.& ipſe Ripa in d.l.ex facto. Licèt aliâs in feudis ſemper reſpiciamus primũ ſtipitẽ.Bald.in c.j.col.j.ad fi.& ibi Mart.Laud.col.ij. tit.de eo qui ſibi & ſuis hæred.& iterũ in c.j.§.vlt.col.ij.in verbo,magnum,tit.de ſucceſ.fratr. vel grad.ſucceſ.in feud.per eum text.quem dicit notandum.& poſt eum Iaſon.conſi.vij.pro reuerendiſsimi , colum.iiij.verſi.in primis,& iterum col.ſeq.verſi.tertiò deueniendo,libro 3. & Phil.Deci.conſi.cxciij.cuius ſuperſcriptio incipit,in ſucceſsione, colum.ij.& conſi.cccxc. quoniam ex facto, colum.ij.& Franc.Ripa.libro primo Reſpon.cap.j.defuncto , numer.78. Et bene facit,quod ſcribit Angel.conſil.cx.ſanctiſsima,columna penulti.& Calde.conſi.xiij. tit.de feudis,conceſſum eſt. Ex quibus intelliges id, quod dictum eſt de proximitate vltimi vaſalli, non procedere in feudo non hæreditario,de quo etiam per Ant.Rube.conſi.lxxxv. circa dubium.col.vlt.verſic.vltimò eſt aduertendum.

20 *Per fideicommiſſum ſuccéditur teſtatori, non grauato.*

¶Ex hoc quidem in caſu noſtri retractus nullo modo dubiũ eſſe poteſt apud nos,cùm conſuetudo noſtra,vt ſuprà diximus,in hoc ipſo §.vtatur nuncupatim his verbis,*le plus prochain lignagier du vendeur,* & alibi ſemper loquimur de cõſanguineo vẽditoris,vt ſuprà §.j.& infrà §.xiiij.Quæ autem ſuprà de fideicommiſſo dicta ſunt,nihil huc pertinẽt:quia per fideicommiſſum ſucceditur primo teſtatori,non ipſi grauato,l.cohæredi,§.cùm filiæ,ibi,nec fideicõmiſſo,ff.de vulg.& pup.ſubſtit.& not.Docto.vbique.Ideò fortè non abſurdum eſſet,vt proximitas in eo conſideretur ex perſona ipſius teſtatoris,cuius ſucceſsio eſt.Quanquàm & in hoc quoque contrariũ conſtantiſsimè tenuit Soc.d.conſi.ccxlix. Idq; plurimis maximíſque rationibus,vt ibi omnibus videre in promptu eſt, dicitq; ſe aliâs ita conſuluiſſe,& ſuo cõſi. ſubſcripſiſſe.Bal.à Bart.& Corne.& ita fuiſſe obtentum,& idem conſuluiſſe quoque Angel. & Paul.Caſtren.nec tamen loca deſignat.& idem voluit ipſe Socin.in d.l.ſi cognatis,colum. penulti.verſicu.ſexta & vltima concluſio,ff.de rebus dub.vbi & præter illos dicit ita conſuluiſſe Alexand.& Ioan.Bapti.à S.Seuer.& ſeipſum ter aut quater.Iterúmque ipſe Socin.in l.

hæredes



hæredes mei,§.cùm ita,col.vj.verſi.ſecundum eſt, ff.ad Trebel.vbi & idem dicit conſuluiſſe Bald.nec tamen locum deſignat.At Iaſ.d.conſi.ccxv.lib.2.& d.conſi.clix.lib.4.dicit illud eſſe conſilium ccccIxxxviij.incip.talis caſus eſt,quidam Titius,lib.3.quod tamen ad hunc locum nihil pertinet.Sed & idem conſuluit ipſe Socin.d.conſi.lxxxvj.viſis teſtamento, col.v.verſi. aliquando & quartò,& multis ſeq.vſque ad fin.conſi.lib.3.vbi & multa in id allegat, traditq; & illos,quos ſuprà ex eodẽ citauimus,conſuluiſſe.Iterumq; idem Soc.conſi.lxxiij.capiendo primum,col.iiij.verſi.ſed ſi excluderentur,& ſeq.lib.4.& Caro.Ruin.conſi.xiij.præſupponitur,colum.vj.nume.12.libr.1.& conſil.cci.ſuper his,colum.vij.nu.18.libr.2.& conſi.cxvij.viſo, colum.vltim.nume.25.eod.lib.2.& conſi.cxxiij.quia circa,col.5.nume.18.eod.libr.2.& conſi. clxij.proponitur,colum.iiij.numero.8.eod.libro 2.& conſil.clxvj. quod eſt eodem exordio, colum.iiij.nume.5.eod.lib.2.& conſi.ſequen.viſo, col.iiij.verſicu.ſecundò probatur , eodem libro.2.& conſi.clxviij.proponitur,colum.iiij.nu.8.eod.lib.2.& conſi.clxxj.caſus ad fin. eod. lib.2.& conſi.xlvij.circa dubia,col.vlt.lib.3.& Steph.Bertran.conſi.ccc.ſuppoſito teſtamento, columna ij.verſicu.& primò ad primum libro 3.vbi etiam dicit ita ipſum Paul.conſuluiſſe, ſed eius conſilium non fuiſſe impreſſum,ſicuti certè non eſt,niſi id ſit conſi.ccc.libr.2.cuius initium eſt , viſo quodam proceſſu,vbi aliquid de ea re dicit. Idem quoque voluit Anton. Rub.conſi.xxxvj.eximij.col.ij.verſi.ſtante iſto,& conſi.xxxviij.memini,col.vlt.verſicu.ſed vt dixi,& conſi.xl.circa dubium,col.ij.verſicu.nec obſtat,ſi fortè , & conſi.lxxxij.viſo eleganti, col.j.& iterum vlt. Vide tamen eundem conſilio.cxxvj.viſo teſtamento.Idem denique conſuluit Ludo.Gozad.conſilio iiij.prima facie,colum.v.nu.17.vbi & idem dicit ipſum Soci.in aliis tribus conſiliis non impreſsis conſuluiſſe,quæ dicit apud ſe habere. Quamuis contrarium teneat Carol.Rui.ſibi cõtrarius conſi.cxlij.viſo & perlecto,col.pe.nu.15.& ſeq.lib.3. vbi dicit,idem voluiſſe Alex.conſi.iiij.ponderatis,lib.4. Tametſi id ille non adeò clarè dicit.

## ET PREFERE' AVANT AVTRE LIGNAGIER, ET PRAEFERRI CAETERIS CONSANGVINEIS, GLO II.

1 ET ita expreſsè in caſu noſtro voluit Alex.conſi.xxvij.viſo themate,in iij.dubio,lib.6.per text.in l.vlt.& ibi no.per Doct..maximè.Bal.& Sal.C.de verb.ſign. & in l.cùm ita.§.vlt.ff.de lega.2.Et ſimile eſt quod ſcribit Bald.in tract.Pro tomixeos,col.iij.verſi.ſunt duo vicini,quòd ſi extet ſtatutum , vt in venditione præferatur vicinus rei venditæ, & ſi alteri fuerit vendita, poſsit eam vicinus retrahere reſtituto pretio:ſi duo ſunt vicini,ſed vnus altero propinquior , is in ſolidum poterit ſibi retrahere, excluſo remotiori,per l.adeò.§.inſulam.ff.de acq.rer.domi.& l.triumuiri.in fi.ff.de re mili.& §.inſula,Inſti.de re.diui.Et idem in reuocatione feudi alienati,vt ſcilicet ex agnatis,qui prior eſt gradu,prius admittatur,voluit Mart.Laud.in c.j.§.hoc quoque notandum, col.iiij.verſic. quæro an omnes:& ibi quoque Aluaro.& Card.Alex.col.iiij.verſi.eiuſdẽ initij,tit.de ſucceſ. feud.& omnes quidem per text.in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.ij.

*Cõſuetudo retractus ſimpliciter admittẽs cõſanguineos, an cenſeatur proximiores cæteris præferre.*

2 ¶At illud dubium eſt, Si tempore contractus venditionis factæ à tuo conſanguineo tu illi proximior eras,ſed interim intra annum retractui à noſtra cõſuetudine præſtitutũ naſcitur alius te proximior.Pone enim vt id intelligas, quòd tu ſis conſanguineus in quarto gradu, ſed poſteà naſcitur filius ex fratre venditoris,qui fortè relicta vxore grauida mortuus eſt, is eſt te proximior:vter igitur veſtrum præferetur,vide quæ latæ diſſeruimus ſuprà eod.tit.§.j. in verbo, *ou lignagier,* quæ eſt glo.illius §.ix.nu.81.& hæc quidem intelligo , cum multis ſeq. præſertim verò nu.98.quod ſi tibi & ſeq.

## SI PLVSIEVRS LIGNAGIERS Y VIENNENT, SI PLVRES CONCVRRANT, GLO. III.

1 IGITVR cum plures conſanguinei veniunt , debet admitti proximior. Quid autem ſi nullum ipſorũ emptor admittit,quia eos negat eſſe conſanguineos,vel eoſdem veniſſe intra tẽpora retractus,vel etiam ſuum contractũ eſſe obnoxium retractui,quia eum dicit eſſe permutationis,vel alterius qui non ſonat in venditionem:ob idque iſti conſanguinei eum in ius vocarunt in materia retractus,diuerſis tamen inſtantiis & iudiciis. Tandem verò vnus eorum vincit. vtrùm victori ipſi perinde rem cedi reſtituiq; oporteat,atque ſi aduerſus alios res defenſa non eſſet. Hanc quæſtionẽ non ſemel in facto vidimus. Habes autẽ tex.eam expreſsim decidentem,in cauſa petitionis hæreditatis, in l.cùm idem,quæ eſt pen.ff.de peti.hære.quæ iubet rem victori reſtituendã,data prius victo cautione aduerſus alios rem ipſam defendendi. Is enim eſt proprius peculiariſq; caſus eius l.tametſi multi è noſtris eam intelligũt de tertio opponẽte ſe executioni ſentẽtiæ,eamq; dicit multũ no.& ſing.Bal.ibi.Et id quidẽ intelligas quantùm ad reſtitutionẽ rei pertinet, de qua tantùm loquitur ea l.Nam quantùm ad expẽſas cauſæ,in quibus emptor condenatus eſt,eas ſine vlla cautione aut ſpe reſtitutionis refundere debet,cùm temere litigauerit.l.eum quem. ff.de iudi.cum ſi.Sunt autem & aliæ conſuetudines declarantes quid agendũ ſit,cùm plures conſanguinei veniunt ſimul ad retractum,vt apud Auxerrenſes , ſiue Altiſsiodorenſes,hoc eod.tit.§.xvj.qui eſt omnium xlvij.Niuernienſes hoc item titu.cap.17.

*Si duo cõſanguinei petunt retractum diuerſis iudiciis, & alter uicit,quid agendum eſt.*

*Quid de expenſis cauſæ. Cõſuetudines.*

DOIBT

## DOICT RECEVOIR LE PREMIER LIGNAGIER, TENETVR ADMITTERE PRIMVM, GLO. IIII.

*An remotiores admittantur antequàm proximior ueniat.*

1 NISI id noſtra conſuetudo expreſsè adieciſſet,potuiſſet videri, emptorem non teneri admittere,niſi proximiorẽ.Nam cùm à lege vel ſtatuto aliquid intra certum tempus defertur pluribus,ea lege vt aliqui eorum cæteris præferantur,non admittuntur poſteriores,dum locus eſt iis, qui priori gradu ſunt , l.ſi filius qui patri.§.cum filius,ff.de bo.liberto.in illis verbis : Et ſine dubio,qui ſequẽtis gradus ſunt,non admittuntur interim.& l.iij.ff.de acq.hær.& l.ſi plures.ff.de iure delibe.vbi aſsignandum eſt tempus iis,qui priori ſunt gradu , vt deliberent , num ſe admitti velint antè , quàm cæteri admittantur.& l.j.§.ſi intra centeſimũ,ibi,ſi mortuus ſit prior,ſtatim ſequens admitti debet, ff.de ſucceſ.edict.& c.ne pro defectu,extrà de elect.cum ſi.

*Plures perſonæ cũ uocãtur nomine generali, indefinito uel collectiuo intelligitur ordine ſucceſſiuo.*

2 ¶Et quia etiam,quãdo plures perſonæ ſunt vocatæ ſub termino generali,vel indefinito,vel collectiuo,puta familiæ,generis,cognatorũ,conſanguineorũ,liberorũ,poſterorũ,deſcendentium,& id genus ſimilium,intelligitur ordine ſucceſsiuo, vt ſcilicet proximior primo loco admittatur,& hoc ceſſante,vel deficiente,is qui eum proximè ſequitur, & cæteri deinceps, l. peto,§.fratre,qui eſt vlt.& iterum l.cùm ita,§.in fideicõmiſſo,& ibi Bart.Bal.Imo.& alij,ff.de leg.2.& l.hæredes mei,§.vlt.ff.ad Treb.& l.vlt.& ibi Bald.Ang.Raph.Fulg.& Pau.Caſt.C.de verb.ſig.& voluerũt Bar.vterque Raph.& Fulg.& Co.Fran.Aret.qui id dicit ſing.quantum ad nomen collectiuũ,Alex.Soc.qui id optimè declarãt,& Iaſ.in l.Gallus,§.quidã rectè, ff.de lib.& poſth.Bar.in l.ſi cognatis,col.vlt.ff.de reb.dub.Bal.in l.j.poſt medium,per glo.ibi,C.de ſecun.nupt.in ij.lect.& in l.quoties ab omnibus,col.ij.verſi.quæro quando eſt relictum,C.de fideic.vbi loquitur in caſu huic propè ſimili.Ioan.Raicinius inter conſi.Ang.conſi.xxxviij. quidam Ioan.deceſsit.& ipſe Ang.conſ.ſeq.viſis inſtrumẽtis.Pet.Anch.& Imo.in c.indicãte, extrà de teſta.idẽ Petr.in rep.c.j.in xiiij.q.prin.verſi.& videtur quòd prædicta, extrà de cõſti. Raph.Co.conſi.cvj.mulier,col.ij.verſi.accedat.Pau.Caſt.conſi.ccclxxxiij. notandum eſt , in prin.lib.1.Alex.conſi.xxvj.videretur fortaſſe,col.ij.verſ.ſecundò principaliter,& colum.pen. verſi.non obſt.id quod habetur,lib.3.& conſi.xxv.in cauſa vertẽte inter Antoniũ,col.j.lib.4. & quiſquis is fuit,inter conſi.ipſius conſi.xiiij.adſit ſpiritus,col.iiij.verſi.ſecunda concluſio, eod.lib.4.Barb.conſi.xxvij.ſcripſit doctiſsimus,col.x.verſi.& adduco in mediũ,lib.1.& cõſil. xxviij.clementiſsimi Dei patris,col.j.& ij.lib.2.Corn.conſi.xxxvij.in hac cõſultatione,col.ij. lib.1.& conſi.lij.pro deciſione,col.vlt.eod.lib.1.& conſi.lxxiiij.de duobus, col.j.eod.libro 1.& conſi.cclxiij.primo aſpectu,col.ij.verſi.confirmantur prædicta,eod.lib.1.& conſil.xxij. in hac conſultatione,col.v.verſ.expedito,lib.2.& conſi.cxlvj.cuius eſt ſimile initiũ,col.vj.verſicu.& licet collectiuè,eod.lib.2.& conſi.xcv.diu poſt reditum,col.ij.verſi.& inſuper,lib.iij.& conſi. clix.in hac præſenti,col.iij.verſi.vltimò hæc pars.lib.4.Soc.conſi.xliiij.capio primã.col.j.lib.1. & conſi.xc.abundè & ſubtiliter,col.vlt.lib.1.vbi id dicit ſing.in nomine collectiuo.& conſil. lxxxj.viſis teſtamento,col.iiij.verſi.capio nunc primum,eo.lib.j.vbi & id pulchrè declarat.& conſi.cxiij.ſuprà ſcripti,col.j.verſi.prima,quia verbũ,eod.lib.1.& conſi.xxxvij.viſo teſtamẽto domini,col.j.lib.3.& conſi.ciiij.quoniam præſens conſultatio,col.pen.eo.lib.3.& conſi.lj.viſa facti enarratione,col.ij.lib.4.& Franc.Cur.ſenior conſi.lxxiiij.ſuper memorata,col.vj.verſic. ſiue igitur & Steph.Bertr.conſi.xxx.pũctus,in fi.lib.4.& conſ.cv.quia in loco poſt.prin.eod. lib.4.Phil.Dec.conſi.ccv.in cauſa iſtorum , col.j.& conſi.ccviij.ad clariorem rei demonſtrationẽ,col.ij.verſi.ſed iſta æquiparatio.& conſi.ccxlviij.viſa petitione,col.ij.& conſi.cccccxiij. in ciuitate,col.iij.nu.9.& conſi.dlxxviij.viſo conſi.col.vlti.& conſi.dcxix.in caſu propoſito, col.vltim.vbi loquitur in terminis ſimilis ſtatuti huius noſtri,& conſi.dclxij.accuratè.Et per multos ex ſuprà dictis,intelliges id procedere,etiam cùm vocantur copulatiuè.& vide quæ dicam infrà,eod.§.in glo.vj.nu.2.porrò hæc noſtra.

*Etiamſi uocẽtur copulatiuè.*

3 ¶Tamen in ea ſum ſententia,vt ſi etiã hæc noſtra conſuetudo non expreſsiſſet conſanguineum remotiorẽ eſſe admittendũ,id tamen obtinuiſſet ex generali cõſuetudine,quæ ſimpliciter admittit conſanguineũ,per ea quæ diximus ſuprà eod.tit.§.j.in verbo, *ou lignagier*,quæ glo.eſt omniũ illius §.ix.nu.21.ex eo autẽ & ſeq.Quibus adde,quòd cùm aliquid non integrè,nec in ſolidum multis defertur,quilibet eorum ad id admittitur, etiam ſi non ſit primi gradus.l.iij.§.ſi ad plures,ff. de ſepulcr.viola.Licet is,qui eſt in primo gradu,quandocunque veniat,ſit præferendus , quantumlibet præuentus:modò ſit intra tempus à lege vel ſtatuto præſtitutum.l.ſi maritus,per totam illam l.& maximè in §.vlt.ff.de adulter.& latius dicemus infrà tit.procedente,§.ij.in glo.j.nu.82.ad vigeſimumprimum,& alibi ſæpe in ea glo.

*Mora non eſt, ubi non eſt petitio.*

4 ¶Id quod & hoc caſu ſtatuit noſtra cõſuetudo,& eſt æquiſsimum.Nam ſi aliter non admitteretur vlterior cõſanguineus,quàm annus eſſet tranſactus,ſequeretur quòd ſuus cuiq; conſanguineo annus daretur ſecundùm ordinẽ graduũ,atque etiã in infinitũ:nec poſterioribus obeſſet annus priorũ,quin ex ſuo quique capite annũ haberẽt,per notata in c.j.tit.quo tẽpo. mil.inue.pete.debe.cum ſi.quæ affatim colligemus in eo.§.ij.tit.ſeq.Et quia etiam,vbi non eſt petitio,ibi mora non eſt.l.lecta.§.pen.ff.ſi cert.pet.cum ſi. nec valẽti agere currit præſcriptio. l.j.in fin.C.de anna except.& c.quia diuerſitate,de conceſ.præb. Quæ autem in priori parte adducta



ſunt,loquuntur in iis,quæ integrè & in ſolidum alicui deferũtur, & eo ſummoto, aliis,quo caſu haud dubiè,quãdiu priori competit id ius, alij poſteriores non admittuntur: nam contra naturam eſt,vt quod ego habeo,tu idem habeas.l.iiij.§.à cõtrario,ff.de acq.poſſ.

## OV LVY A TRANSPORTE' LA CHOSE, AVT ILLI RE VENDITA CESSERIT, GLO. V.

*Si emptor uẽdat rem cõſanguineo uenditoris,an alius proxmior poterit ab eo retrahere.*

1 ERGO EX noſtra conſuetudine, ſi emptor vendat rem conſanguineo venditoris, alij tamen cõſanguinei proximiores ipſius venditoris poſſunt retrahere. Aliud tamen ſtatuitur in multis conſuetudinibus aliarum regionum Franciæ, videlicet apud Meldenſes,cap.xcix.& ſeq.Senonenſes,cap.xlj.Trecenſes,cap.cxlvj.Caluimontenſes in Baſsigniaco,cap.cxiiij.Vitriacenſes,cap.cxxvj.& Borbonienſes,cap.ccccxxxix.Altiſsiodorenſes,ſiue Auxerrenſes,hoc eod.titu.cap.xij.qui eſt omnium xliij.vbi intelligitur modò id fiat ſine fraude,& necdum emptor fuerit in ius vocatus.Et id iuris eſſe multis contendit Carol. Rui.conſi.lxxvj.circa caſum,per totum lib.1.vbi id longè lateque diſputat,vt quiſque videre poterit,qui volet. Tu autem hîc vide quæ dicam infrà in gloſſ.ſeq.num.6.& quia noſtra , & multis ſequent.vbi abundè tracto , vtrùm ſi qui primo loco vendiderit ſuo conſanguineo remotiori,poſsit conſanguineus proximior retrahere.

## S'IL EST PLVS PROCHE, SI SIT PROXIMIOR, GLO. VI.

*Si & remotior retraxerit , an ab eo poßit retrahere proximior.*

1 ET hoc quidem probabile,ne alterius ſcilicet remotioris feſtinationẽ,huius proximioris ius lædatur.l.cùm ſolus,ff.de acq.hær. Et quia cùm aliquid multis defertur non integrè,nec inſolidũ,is qui primo gradu eſt,ſemper admittitur intra tẽpora legis vel ſtatuti,quãtuncunque præuẽtus ab vlterioribus.l.maritus,§.vlt. ff.de adul.& diximus ſup.in gl.iiij.huius §.nu.3.tamen in ea ſum. Super hoc autẽ variè conſtitutum eſt à conſuetudinibus Galliæ,vt videre licet apud Pariſienſes, c.clxviij.Meldẽſes,c. xc.& c.xcviij.& ſeq.Meldunẽſes,c.xxiiij.Turonẽſes,tit. *de retraict*,c.v.& viij. Cenomanẽſes,c. ccclxxx.& ſeq.& iterũ c.ccccvj.Andegauenſes.c.ccclxx.& ſeq.& iterum,cccxcv. Carnutẽſes,c. lxix.Aurelianenſes,c.cclxxvj.Bleſenſes,c.cxcix.& duobus ſeq.Aruerniẽſes tit. *de retraict*,c.xvj. atque etiam duobus ſeq.Borbonienſes,c.ccccxxxix.& ccccxlj.Belquercẽſes,c.x.Arteſienſes c. lxxxvj.Burdigalenſes,c.ix.vbi eadem propè,& iiſdem verbis eſt conſuetudo,cuiuſmodi hæc noſtra eſt.Engoliſmenſes,c.lxj.Sanctonenſes Angeriacos,c.xlvij.& lj.Britonienſes, hoc eod. tit.§.iij.Altimarchienſes,c.cclxvij.Marchienſes, c.cclxxiiij.qui eſt xiiij.eiuſdem tit.Lorrienſes in præfectura Mõtargij,hoc tit.c.iij.Niuernenſes,hoc quoque tit.c.xvij. Laudunenſes alióſq; Veromandenſes,iij.partis.titu.viij.§.ij.qui eſt lxxvj.illius iij.partis,& §.ſeq.Comitatum Burgundiæ tit.*reachatz*,§.iij.Senlites,ſiue Syluanectẽſes,hoc tit.§.iiij.Normanẽſes,tit.cxvj.qui eſt, *de querelle de fiefz vendu*,§.chacun.& ſeq.Lodunenſes hoc tit.§.v.vj.vij.

*Cõſuetudines uariæ de ea re.*

*De eadem re.*

2 ¶Porrò hæc noſtra conſuetudo vltra præcedẽtia non mediocriter iuuatur argu.l.peto,§.vlt. ff.de leg.ij.vbi ſi teſtator fratre hærede inſtituto,petiit,ne domus alienaretur , ſed in familia relinqueretur:ſi hæres alienauerit,omnes qui in familia fuerunt, fideicõmiſſum petent , ſed ita, vt proximus quiſque primo loco inuitatus videatur,cuius textus autoritate Oldr.cõſil. clxxviij.factũ tale eſt,quidã nobilis,ita intelligit tex.in c.j.ad fin.tit.de natura ſucceſ.feud.qui in fi.dicit,omnes lineas æqualiter vocari, vt ſcilicet proximus quiſque primo loco cẽſeatur eſſe vocatus. quod autem is tex.dicit,æqualiter,non ſignificare æqualitatem vocationis,ſed diſtributionis inter vocatos,vt ſcilicet in capita veniãt,non in ſtirpes,arg.l.libertus, §.præterito,in fi.ff.de bo.libe.Et ita quoque illum text.intelligunt Iac.Bel.Andr.Iſer. Aluaro.Mart. Laud.& Card.Alex.in d.c.j.Ant.conſi.xlvij.præmittendum eſt quòd quanquàm, in fi.& Iaſ. conſi.clxxxij.in præſenti cõſultatione.col.iij.verſi.iſta concluſio,& multis ſeq.& iterum col. pe.verſi.nõ obſtat,quod dicit,lib.2.& neſcio quis Goneus (huius enim hoc nomẽ eſt) inter conſi.Albert.Brun.conſi.lxxij.tota,poſt mediũ,& Io.Ligna.& alij plerique inter conſ.eiuſdẽ, conſi.lxxvj.thema ſeu caſus,col.vlt.vbi etiam dicitur Bar.Sal.& Fran.Rampo ita cõſuluiſſe. Tu tamen vide Signo.conſi.xij.in caſu per vos,ante fi.& conſi.xciij.factum ſic ſe habet,quidam nomine,& quæ etiam diximus ſuprà eod.§.in gloſ.iiij.nu.2.& quia etiam.

*Aequalitas in ſucceßione feudi quomodo intelligatur.*

*Sed an proximior , qui retrahit à remotiore,qui antè retraxerat,teneatur ſoluere impenſas prioris retractus.*

3 ¶SED dubium eſt,an proximior qui retrahit à remotiori,qui antè retraxerat à primo emptore,teneatur ſoluere expenſas,quas ipſe remotior fecit ad retrahendum.Chaſſen. in commentariis Burgundiæ hoc eod.tit.§.iij.verſi.ſed quæro an iſte,dicit quòd non, niſi remotior prius interpellaſſet proximiorem, vt retraheret : nam cùm proximior non poſsit per ſuum retractum deteriorem facere conditionem proximioris, quin ipſe poſsit totũ eodem pretio retrahere,nec in parte quidem illi poteſt præiudicare,augendo pretiũ impenſarum:maximè cùm cogitare debuit,id euenire poſſe,vt proximior retraheret, l.ſi domũ , §.idem quærit,ff. loca.& l.quibus diebus,§.j.ff.de condi.& demonſtr.

*De eadem re.*

4 ¶Cui addere potes, quod plenè not.Bart.in l.inter ſtipulãte,§.ſacram,& ibi Recentiores poſt eum,ff.de verb.oblig.conſideranda eſſe atque attendenda,quæ veriſimiliter & facilè euenire poſſunt,

poſſunt,cuius rei bonus eſt tex.quem ipſe Bart.allegat in l.bona fide,§.cùm inter, vbi & id no.Bal.ff.de dam.infect.cum aliis multis ſi.à me adductis ſuprà eod.tit.§.j.in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*,quæ eſt gl.xviij.in 7.q.nu.41.huic ita. Et nuncupatim in caſu ſtatuti, præfe-rentis conſortem in venditione rei communis,tradit Flor.inter conſi.Pet.Ancha.cõſi clxxj. quòd dicta domina,attendendum eſſe,ac cogitandum ab emptore id quod ſuprà ex Chaſſ. diximus,ſcilicet cõſortem rem ipſi emptori venditam,poſſe ad ſe reuocare, imputandumq; ſibi eſſe,ſi id non cogitauit.Verùm in hoc caſu tu amplius cogitato:neque enim id ſine du-bio eſt:ſed nunc,non abs re,aliter non decido.

*Queſt.retra-ctus.*

5 ¶Q V I D autẽ,ſi cùm poſt venditionẽ cõſanguineus quiſpiã remotior vẽditoris adit, cõue-nitq; teſtatò aliũ cõſanguineũ proximiorẽ,eiq; denũtiat,velle ſe rem venditã retrahere,ſi ipſe proximior nolit:ſi autem velit,negat ſe retracturũ:quandoquidẽ id fruſtra faceret,cum ipſe proximior nihilò minùs poſſet iterũ ad ſe retrahere:proximior autem reſpondet remotiori, ſe omnino non retracturũ,vtrùm poſteà audietur,volens ad ſe retrahere ex proximiore qui iam retraxerat,dicam poſteà in fi.huius tit.q.8.ſed hîc eius loci admonere Lectores volui.

*Quid,ſi res ab initio uen-dita fuit con-ſanguineo uẽ-ditoris,an cæ-teri propin-quiores pote-runt ab eo re-trahere.*

6 ¶E T quia noſtra conſuetudo hîc loquitur,cùm res initio vendita fuit extraneo,à quo con-ſanguineus remotior retraxit,vt liceat nihilo ſecius propinquiori ab eodẽ retrahere,tametſi res iam in ſuam familiam rediiſſet:quæro,an & id procederet, ſi ab initio res vendita fuerit cõſanguineo remotiori,vt ſcilicet poſsit propinquior ab eo retrahere.Quod videtur ex hac noſtra conſuetudine,cùm eadem videatur eſſe ratio.Quid enim intereſt,vtrùm res ab initio fuerit vendita conſanguineo remotiori,an extraneo,à quo remotior retraxit? Cui etiam rei argu.præbet,quod cauetur infrà,§.xxvj.ius retractus non poſſe transferri alteri, qui non ſit ex ea conſanguinitate,quaſi cuilibet cõſanguineo cedi poſsit.Sed ibi non dicitur,an ea ceſ-ſio,quæ fieret remotiori præiudicet proximiori:de quo nos illic tractabimus. Verùm quan-tum ad hanc noſtram conſuetudinẽ pertinet,conſtabit ex iis,quæ ſtatim dicemus,non idem eſſe,cùm quid ab initio venditur extraneo,à quo conſanguineus retraxit: & cùm etiam ab initio venditur cõſanguineo.Nam cùm primùm res vẽditur extraneo, ius apertũ eſt omni-bus conſanguineis retrahendi,ita tamen vt proximus quiſque præferatur,vt diximus ſuprà in eod.§.in verbo, *doit receuoir le premier*,quæ eſt glo.iiij.Cùm autẽ primùm venditur conſan-guineo,etiam remotioris gradus,non videtur eſſe locus retractui,ceſſante eius ratione, quæ eſt,ne res exeat è familia:neque enim hîc exiit,cùm conſanguineo vendita ſit. Qua ratione hanc opi.ſequutus ex Geral.Bag.in ſua diſputatione retractus, verſi.quæro cõſequenter res eſt vendita alicui de genere,& Arnol.Ferronus in conſuet.Burdi.hoc eod.tit.§.v.licet cone-tur etiam probare magna ratione contrarium ſtatutum fuiſſe in eod.§.v.

*Alienatione prohibita ex-tra familiam, an ſufficiat u-ni è familia, etiam remotio ri relinquere.*

7 ¶Et hanc opi.præter illam rationis ceſſationem,adiuuant & alia multa.Primùm tex.in l.pe-to,§.fratre, qui eſt vlt.ff.de leg.ij.in illis verbis,in familia relinqueretur, iunctis illis verbis, extero hærede inſtituto,& iterum in illis verbis,familiæ domini reſtituturum,iunctis etiam illis verbis,ſed ſi domus ad exterum quandoque peruenerit. Ex quibus verbis colligitur à contrario ſenſu, quòd cùm res ex præcepto teſtatoris debet manere in familia, ſatis eſt vt relinquatur vni è familia.Sed de hoc eſt apertior tex.in d.l.vnũ ex familia,in prin.& iterum in §.j.iuncta glo.eod.tit.vbi ſi teſtator iuſſerit hęredem fundũ reſtituere vni ex familia,poteſt hæres vnum quemlibet,etiam poſterioris gradus eligere: nec alij proximiores ex hoc con-queri poſſunt.Et tamen ſi non eligat,admittũtur ad fideicommiſſum omnes,qui ſunt de fa-milia,ſed ita vt proximiores cæteris præferantur, vt dicit gloſſ.ibi,in verbo,neceſſariæ, per multa iura,quæ allegat,&,ſequũtur Raph.Co.& Pau.Ca.in d.l.peto,§.fratre & Soc.cõſi.227. præſens cõſultatio,col.ix.verſi.ex quibus inferẽdo,lib.2.& Caro.Rui.cõſi.cj.ſuper his col.vj. nu.14.& ſeq.libr.2. Ex quibus apertè intelligis,ſatis eſſe alienationẽ fieri in aliquẽ de familia, etiam vlterioris gradus,vt ceſſet fideicommiſſum:licet ſi adueniſſet caſus fideicommiſsi,ille tanquam remotior non fuiſſet admiſſus.Quod & ſolerter expendit Socin.vbi ſuprà:quod multum facit ad id,quod diximus in præcedenti verſi.vt ſcilicet hæc conſuetudo, quæ facit ius proximiori retrahendi à remotiori,qui retraxit ab extraneo emptore,habeat locũ in ſuo caſu:nec ſimile ſit,cùm res ab initio vendita eſt conſanguineo etiam remotiſsimo.

*De eadem re.*

8 ¶Sed & quòd iuſſus in familia relinquere,poſsit vnũ aliquẽ vel remotiorẽ è familia delige-re,tenet vltra ſuprà dictos Raph.Co.conſi.cxiij.ſtatutũ,col.ij.Paul.Ca.cõſi.32.proprietarius, in fi.lib.1.Alc.in l.pronuntiatio,in verbo agnatorũ,ad fi.ff.de verb.ſigni.Ferdi.Loaz.in repet. l.filiusfamilias,§.Diui,char.5.nu.105.ff.de leg.j.vbi etiam nũcupatim facit differentiã illã inter alienationem primo loco factam extraneo,& eam quæ fit alicui è familia, vt ſcilicet priore caſu proximior pręferatur remotiori in reuocatione rei alienatæ, in ſecũdo autẽ non poſsit proximior reuocare à remotiore. Et hæc quidem obtinere debent in interpretatione ſtatuti, quoniam iudicium ſtatuti & teſtatoris à pari procedit,ſecũdùm glo.Bar.& alios in l.j.C.de his quib.vt indig.cum aliis multis ſimi.à me adductis infrà,in fi.huius tit.in iij.quæſt.

*De eadem re.*

9 ¶Sed ita tamen,vt ſcias,alios eſſe tex.in hanc ſententiã,videlicet in d.l.filiusfamilias, §.cùm pater,ff.de leg.j.vbi dicitur. Verum eſt enim in familia reliquiſſe, licet vni reliquiſſet & in l. pater,§.quindecim.ff.de leg.3.vbi ſi multis liberis teſtator fundũ legauerit, iuſſeritq;, ne quis

corum



eorum partẽ ſuam alienaret,poterit tamen vnus eorũ,in alterum eorũ alienare, quamuis nõ in extraneum.Et in l.volũtas,C.de fideic.vbi Bal.col.ij.verſi.quæritur de duobus,dicit, quòd vnus ex feudatariis poteſt vendere ſuam partem feudi paterni alteri ex feudatariis ſine cõſen ſu domini.Et iterum in verſi.pone conceſſum eſt,ſcribit quòd agnatus poteſt in alterũ agna-tum feudum alienare. Quod & voluit idem Bal.conſi.ccxvj.fuit quidam nobiliſsimus,in fi. lib.2.& conſi.ccc.hoc initio,tex.in c.1.in prin.lib.2.vbi rationem reddit,quia non videtur alie natum quod eſt in agnatorum corpore vel linea conſeruatum, per d.l. voluntas, & l.j.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10.De quo latè ſuprà diximus in præfat.huius tit.nu.52.item feudum.

*Feudum an in agnatum alie-nari poßit.*

*An autem in remotiorẽ, in præiudicium proximiorum uide nu. 14.*

10 ¶Quòd ſi quiſpiam dicat,hos non declarare, vtrùm hæc alienatio facta in agnatos remotos, valeat in præiudiciũ proximiorum,vt ad ſe eam reuocare non poſsint,ſciat,collegiũ Medio-lanenſe,& præterea Sal.& Chriſto. Caſtel.reſpondiſſe,vt retulerũt Mart.Laud. & Card.Alex. in c.Titius,col.vterque pen.verſi.circa vltimũ dubium,tit.ſi de feud. fuerit contro. inter do. & vaſal.feudum antiquũ alienari poſſe in agnatos remotiores,ſine permiſſu domini, idq; in præiudicium proximiorum agnatorum,per tex.in c.1.tit.de ali.feu.pater.& in c.1.§.ſed & res, ibi,tibi vel proximiori,& iterum ibi,à te vel ab alio proximiori,tit.per quos fi.inue. & in c.1. §.& ſi cliẽtulus,ibi,fratri vel nepoti,tit.de alie.feu.& in l.fœminæ,C.de ſecun.nup. vbi mulier prohibita alienare lucrum,quod ex matrimonio percepit, id poteſt aſsignare vni ex liberis. Et quia etiam,vt dicunt,ceſſat ratio,prohibens,ne feudum vadat ad extraneos, quæ ratio ad noſtrũ caſum,vt ſuprà diximus,multùm pertinet.Et facit,quod ſimpliciter dicit Card.Alex. in c.1.§.præterea Ducatus,tit.de prohib.feu.alie.per Fede. quòd vaſallus etiam ſine conſenſu domini poteſt vni ex agnatis feudum antiquum relinquere,per d.l.peto,§.fratre.ff.de leg.ij.

*Prohibitio a-lienationis nõ compræhendit filios inter ſe.*

11 ¶Et hanc quoque partem confirmat tex.in l.is qui complures,ff.de lega.iij. & in l.4.C.ne lice. habi.lib.11.& quod ſcribit Bal.conſi.ccccxcviij.factum ſuper quo,in fi.lib.1. prohibitionẽ alie-nationis non compræhendere filios inter ſe. Apparet enim teſtatorem ſenſiſſe, ne in extra-neos alienarent,non in ſeipſos. Quod idem penè voluit idem Bal.conſi.xxxvij.decreto, col. ij.verſi.item non dicitur,lib.3.& conſi.ccclxxvij.quidam Alexander,ad fi.eo.lib.3.Et quod ab eodem Bal.ſcriptum eſt in l.j.col.j.C.de com.ſeru.manu.quòd in caſu ſtatuti Florentini,pro-hibentis domũ alienari extra conſortes, poterit alienatio fieri in conſortem minimæ partis, nec cæteri qui habent maiorem partem,conqueri poſſunt.quod dicit menti tenendum, tan-quam ſcilicet ſit ſatis,quantacunque parte eſſe conſortem, vt excludantur cæteri.& ſequitur Pantal.Cald.in repe.l.ij.col.xiij.in fi.xj.extenſionis,C.de reſcind.vendi.& Carol.Ruin. conſi. xxvij.ſtante pacto facto,col.ij.nu.5.& iterum col.vj.nume.12.lib.4. Et facit etiam,quod tradit Iaſon conſi.ccxxxvj.an Rex Romanorum,col.penul.verſi.item ſi aliquis,lib.2.

*Emphyteutæ an inter ſe poſ ſunt alienare.*

12 ¶At dicet aliquis aduerſus hæc,text.habemus in l.cùm hi,§.ſed ſi pluribus,ff.de tranſact.quo cautum eſt,alimentarios inter ſe non poſſe tranſigere ſuper alimentis futuris, ſicuti nec cum extraneis. Cuius rei argumento Bal.ibi voluit,quòd ſi teſtator rem quampiã pluribus lega-uerit,prohibueritq; eam rem alienari,nec inter ſe quoque alienare poterunt.Sed nec (inquit) emphyteutæ eiuſdem rei poterit vnus alteri inſcio domino vendere. Sed id certè fit, vt dicit Bal.eodem in loco,in huiuſcemodi caſibus, quoniam prohibitio alienationis eſt in rem. In aliis autem caſibus,de quibus ſuprà diximus,in perſonam eſt,ne ſcilicet fiat alienatio,in per-ſonas extraneas,& qui non ſunt de familia,ſicuti & in noſtro caſu retractus. Sed & dici po-teſt,in caſu d.§.ſed ſi pluribus,illud ſtatui,quia eadem eſt ratio prohibitionis inter ſeſe, & in-ter extraneos,nempe ne alimentarij fame pereant:neque enim minus peribit, qui cum con-ſorte tranſigit,quàm qui cum extraneo. Hic autem longè diuerſa eſt ratio,vt dictum eſt.

*Conſuetudines de prin.quæſt.*

13 ¶Denique ſunt apud noſtros Gallos multæ in hanc ſententiam conſuetudines, quæ ſcilicet ius non faciunt retrahendi rem venditã conſanguineo remotiori,videlicet apud Pariſienſes, ca.172.& 174.& expreſsius apud Meldenſes,c.91.Meldunenſes,c.22.& 27.Victriacenſes, c.26. Carnutenſes ſubobſcurè,c.175.& c.ſeq.Aurelianenſes,c.276.Aruernienſes,tit.*de retraictz*, c.21. Borbonienſes,cap.422.& expreſsius,c.439.Dunenſes,c.79.& Bituricenſes.tit.*de retraictz*, ca.3. Senonenſes,c.41.Altimarchienſes,c.264. Niſi (vt ibi dicitur) volens retrahere eſſet ſocius in re vendita.Niuernenſes,hoc tit.c.16.vbi nuncupatim id dicit procedere,ſi venditio facta ſit à principio vni conſanguineo,etiam remotiori,nõ item ſi extraneo. Valeſienſes,tit.j.§.xv. con-trario ſenſu & iterum hoc tit.§.j.qui eſt omnium lxxxij.etiam à contrario ſenſu.Laudunen-ſes,cæteroſq; Veromandenſes partis iij.tit.viij.§.primò.qui eſt lxxv.illius iij.partis, à cõtrario quoque ſenſu.& apertiſsimè §.xvij.eiuſdem tituli,qui eſt omnium eius partis xcj.Senlites,ſi-ue malis Syluanactenſes,hoc titu.§.j. Vt non leui ratione id factum conſtitutumq; fuiſſe à tot populis videri debeat,arg.c.prudẽtiam,in prin.extrà de offi.deleg.vbi ſcribitur, integrum eſſe iudicium,quod plurimorum ſententiis confirmatur.& ibi gloſ.concord.adducit. Quin ſunt præter has,quæ etiam cùm cõſanguineus remotioris gradus ſemel retraxerit ab empto-re extraneo,negant proximiorem admittendum,videlicet Senonenſes d.ca.41.Trecenſes au-tem,cap.145.& ſeq.diſtinguũt,vtrùm res ab initio fuerit vendita extraneo, an conſanguineo: primo enim caſu poſſe proximiorem retrahere à remotiori, qui retraxit ab extraneo:ſecun-do non poſſe. Et ſimiliter Caluimontenſes in Baſsigniaco,cap.113.& ſequen.Et huc denique

*Aliæ conſue-tudines.*

ſpectat, quod ſcribit Ioan.Fabia.in §.j.in prin.Inſtit.de emp.& vend. conſuetudinem Franciæ eam eſſe,vt cum quid venditur extraneo,poſsit proximus venditoris retrahere, tanquam ea conſuetudo non habeat locum,niſi cùm venditur extraneo.

*Contra priorem ſententiã.*

14 ¶VERVM hæc res non adeò clara eſt,quàm videri poſſet ex præcedẽtibus rationibus.Nam primùm cõtra id quod ſuprà diximus,ſi vaſallus alienauerit feudum paternum in agnatum remotiorem,perinde poterunt proximiores ab eo reuocare,niſi ipſi conſenſerint, atque ſi in prorſus extraneum alienatum fuerit,vt eſt text.omnium optimus in d.c.Titius, & ibi Doct. præſertim Mart.Laud.& Card.Alex.tit.ſi de feu.fuerit contro.inter do.& agna.& voluit quoque And.Iſer.& Card.Alex.in d.c.1.per illum tex.de alie.feu.pater.& idem And.in c.1.titu.de ſucceſ.feud.Iac.Bel.in c.1.ad prin.& ibi quoque Bal.col.ij.verſic.quæro an inter,tit.de prohib. feud.alie.per Fede.& collegium Bononienſe,vt etiam retulerunt Mart.Laud.& Cardi. Alex. in d.c.Titius,dicitq; ipſe Mar.ita iudicatum fuiſſe in cauſa nobiliũ de Scarampis,in qua fuerunt producta dicta conſil.contraria collegij Mediolanenſis, & Bononienſis. Et reſpondet vterque ad ea,quæ in eodem conſi.collegij Mediolanenſis fuerunt adducta, vt ibi videre poteris,ne hîc repetam. Et Bal.in c.1.col.vlt.tit.de vaſal.qui cont.conſti.Lothar.& latè in c.1.col. iij.verſic.pro vberiori,& ſeq.vſque ad fin.propè.& ibi quoque Aluar.tit.de ali.feu.& ipſe Bal. conſi.xvj.facti euidentia,col.j.lib.1.& conſi.clxx.ad euidentiam,col.j.lib.2. & conſil.cclxv.ſuper eo quod excipitur,col.ij.verſi.ſecundò probatur,lib.5.Ioan.Ligna.in cle.vlt.& ibi quoque Imo.in fi.de iur.patr.idem Ligna.inter conſi.Alber.Bruni,conſi.lxxvij.caſus talis eſt, nobilis vir:vbi ad id multa allegat,quæ illic videre poteris.Ro.conſi.xxij.propoſitæ,ad fi.vbi ad hoc dicit ſing.tex.in d.c.Titius.Card.Alex.& alij in d.c.1.§.& ſi clientulus,tit. de alie.feud.Iac.à S. Georg.in tract.feu.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.v.verſicu. & aduertite quòd præmiſſa,& latius col.ix.verſi.ſed moueo vobis:vbi & alios in id citat idem tenentes,& Phil. Deci.conſi.cccxcv.in cauſa magnifici,col.j.& ipſe Albe.Bru.conſi.xxxvj.circa præmiſſa,col.ij. & omnes propè,quos citauimus in præfat.huius tit.nu.52.item feudum.

*Fabi.ſententia de quæſtione princ.*

15 ¶Et per eum tex.in d.c.Titius,Ioan.Fab.in §.ita tamen demum,Inſti.de hære.quæ ab inteſta. defer.nuncupatim hãc noſtram quæſtionem decidit pro iſta parte, vt videlicet ſi res vendita fuerit alicui de genere remotioris gradus,poſsit proximior retrahere vi cõſuetudinis admittentis ſimpliciter conſanguineos ad retractum. Ad quod etiam allegat l.filio,ff.de inoffi.teſt. quæ non admodum mihi huc facere videtur:& d.l.vnum ex familia,§.j.cum ibi notatis,ff.de lega.ij.quem tex.& nos ſuprà pro contraria parte adduximus. In qua re illud animaduertendum eſt,quòd id,quod in ea contraria parte diximus ex illo tex. vt ſcilicet ſatis ſit vni ex familia reliquiſſe,vt non ſi locus fideicommiſſo,intelligit gloſ.ibi,quam nullus ſcriptorum improbat,(veluti omnes ſequantur) ſecundùm l.item quod Sabinus,in fi.ff.de hære.inſtit. cum ſi.à me adductis infrà,§.xxxv.eodemq; penul.in glo.vlt.nu.46.nam minores: intelligit igitur ea gloſſ.vt illud procedat; cùm vni ex familia relictum eſt:tunc enim poterit hæres vnumquemlibet ex ea familia eligere. Secus, ſi familiæ ſimpliciter relictum fuerit:nam tunc hæres non poterit eligere remotiorem:quem ſi fecerit, admittantur proximiores ad reuocationem alienationis,per l.cùm ita,§.in fideicommiſſo,eo.tit.& not.in l.vlti.C.de verb.ſigni cum concordan.à me adductis ſuprà eo.§.glo.iiij.in verbo,*doit receuoir le premier lignagier*,num.2.

*Fab.aſſeclæ.*

16 ¶Et ita intellectus text.in d.l.vnum ex familia.§.j.bene facit pro ſententia ipſius Fabia. quem etiam expreſsim,& in eius ſpecie,ſequitur D.Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.nu.606.extrà de teſta.vbi & alios allegat,qui tamẽ id non dicunt.Verùm idem reſpondit Philip.Deci.conſi.dcxix.licet in caſu propoſito.vbi & idem dicit conſuluiſſe Nicolaum à nobilibus,& Hormanotiodetũ. Sed & idem voluit D.Io.Igneus, multa in eam ſententiam allegans,in repe.l.dudum,col.xvij.verſi. quid autem ſi res fuerit,qui eſt in nu.24. cum multis ſeq.per iij.aut iiij.col.C.de contrah.empt.& Chaſſe.in hoc eod.tit.§.iij.in prin.

*Alienatio probibita inter conſortes.*

17 ¶Et ad hanc quoque ſententiam facit,quod reſponſum comperimus à Petr.Anch.& Floria. à S.Petr.inter conſi.ipſius Ancha.illo ſcilicet,conſi.ccclxx.ante omnia videndum eſt, Floria. autem conſil.quod illud continenter ſequitur,cuius initium eſt,quòd dicta domina:quòd ſi ſtatutum præbeat facultatem conſorti reuocandi rem communem alienatam,ſi res quæpiam vendita fuerit vni ex conſortibus ex minore parte,poterit alius conſors ex maiore parte reuocare alienationem ab illo cõſorte minoris partis,per multa in illis conſil.allegata. Et idem quoque voluit Fabia.in tract.emptionis & venditionis,in xx.q.iij.q.princip. paulò ante fi.per multa etiã illic allegata,quibus probatur,multis in rebus eos præferri, qui maiorem partem habent. Et priores illos ad hunc noſtrum caſum citat,& ſequitur Boër.in conſuet.Bitur.hoc titu.*de retraictz*,cap.3.in princ. Et id certè omnino contrarium eſt ei,quod ſuprà in contraria parte adduximus in num.11.ex Bald.in d.l.j.C.de com.ſeruo manu. Sed aduerte hîc, Lector, quia Flori.vbi ſuprà,illud quod ex eo diximus,negat procedere,ſi ſtatutum ſimpliciter præfert conſortem:quia tunc nõ eſt ratio præferendi eum,qui habet maiorem partem,alteri. Sed ad contrarium dicendum,ſcilicet præferẽdum conſortem maioris partis,in ea ſpecie, de qua conſulebatur,motus eſt,ſicuti & ipſe Pet.Anc.ex aliis verbis ſtatuti,vt inibi videre licet.Ideò non video,quomodo ex illis hæc pars fulciri queat.

¶Sed



18 ¶Sed in eam non obſcurè inclinat gloſ.in c.conſtitutus,in verbo,conſuetudinem,& ibi Pan. in v.not.extrà de in integ.reſti. Nam cùm in eo tex.fiat mentio huius conſuetudinis ſimpliciter,vt ſcilicet intra annũ & diem liceat proximioribus offerre emptoribus pretium.Ea glo. & Panor. loquentes etiam de ea conſuetudine,dicunt eam talem fuiſſe, vt ſi quis rem ſuam venderet extraneo,vel etiam alicui cõiuncto remotiori,is qui proximior eſt alienanti, poſsit intra illud tempus offerre pretium. Vides enim quòd glo.& Panor.vltra illum tex. qui eam conſuetudinem ſimpliciter appoſuerat,ſine mentione qualitatis emptoris, adiiciunt illa verba,extraneo,vel coniuncto magis remoto,tanquam illam conſuetudinem intelligant, vt locum habeat,non ſolùm ſi extraneo,ſed etiam ſi coniuncto remotiori fuerit res vendita. Niſi tamen diceres,& illud quoque intellectum fuiſſe ex verbis illius conſuetudinis in tex. appoſitis,cùm dicit, proximioribus, quaſi id ius ſemper cõpeteret ipſis proximioribus,qui ſcilicet ſunt in propinquiori gradu,ſi remotioribus res fuerit vendita.Proximiores enim ij dicũtur, quos alius nemo antecedit,l.ij.§.hæreditas,& §.legitima,ff.de ſuis & legit. Nam & Bar.Bal.& alij in l.tranſactionem,C.de tranſac.faciunt diſcrimen, vtrùm ſtatutum requirat conſenſum propinquorum ſiue conſanguineorũ ſimpliciter in alienatione rerum minoris aut mulieris: quo caſu ſatisfactum dicunt ſtatuto,ſi adhibiti fuerint conſanguinei remotiores,an verò requirat conſenſum proximorum,ſiue proximiorum, quod idem eſt, aut propinquiorum,& tunc ſint adhibendi ij,qui cæteros gradu antecedunt.Igitur cùm conſuetudo illius cap.conſtitutus,loquatur ſimpliciter de proximioribus, ſatis declarat proximiores ipſos admittẽdos ad redimendum retrahendumq; à minus propinquo,cui res vendita fuit oblato pretio,ſicuti & ab extraneo. Cum autem conſuetudo ſimpliciter admittit conſanguineum aut popinquum,vt facit noſtra conſuetudo ſuprà §.j.quæ vtitur his verbis, *le parent ou lignagier*, poſſet videri ſatis eſſe,ſi vendita fuerit conſanguineo etiam remotioris gradus,vt ceſſet ratio ipſius.

*Aliæ conſuetudines de princ.quæſt.*

19 ¶Tu tamen cogita,neque enim auſim diſcedere à tam clara Ioannis Fabr. & aliorum in hac re ſententia,quã etiam ſecutæ ſunt aliæ huius regni conſuetudines,ſcilicèt apud Burgundos hoc eo.tit.c.3.vbi & Chaſſe.quod iam diximus,hanc partem ſecutus eſt, Cenomanos,c.406. Andegauos,c.395.Aquitanos Burdigalẽſes,c.8.quod eſt v.huius tit.& Sanctones Angeriacos, cap.51. Pro quibus vltra ea quæ diximus & illud quoque dici poteſt,quòd res alienata in cõſanguineum remotiorem,non eſt in tam propinqua familia,tam coniuncta venditori,quàm ſi proximus quiſque eandem retraxerit:tunc enim erit in intima,&(vt ſic dixerim)penitiſsima familia,ita vt ſi poſteà ab eodẽ vendatur alteri extraneo, præponentur qui erunt proximiores ipſius,& ſic primi venditoris. Contrà verò poſtponẽtur,ſi res manet apud illum vlteriorẽ,qui extraneis vendat,vt qui erunt eiuſdẽ gradu remotiores.Imò verò poteſt euenire, vt propinquiores ipſius primi venditoris nõ admittantur. Fac enim rem primùm venditam conſanguineo,qui decimo gradu diſtat à vẽditore.( is enim eſt vltimus omniũ,qui recipitur ad ſucceſsionem & retractũ,vt diximus ſuprà,§.j.gl.in verbo,*ou lignagier*,nu.23.ſed & id intelligendum)poſteà verò à nepote ipſius emptoris,cui ſucceſsit,venditam extraneo: certè filius primi illius venditoris non admittetur ad retractũ huius rei,vt qui ab iſto poſteriore venditore diſtet vndecimo gradu.Et vt ſummatim id concludã, licèt res vendita conſanguineo in remotiori gradu non exierit è familia ſiue genere venditoris, propior tamen eſt vt omnino exeat,niſi à proximiore retrahatur.Igitur iterũ cogita,& vide omnino,quę dicã in ſeq.quæſt.

*Si res uendita eſt uni ex proximioribus,an cæteri eiuſdem gradus poßint retrahere in totum uel pro rata, uide ni glo.ſeq.nu.1.*

20 ¶NAM maius illud dubium eſt,ſi res vendita fuerit vni ex multis proximioribus, an cæteri eiuſdem gradus admittentur ad retractum. Nam non admittendos adſtruit tex. in l.filiusfamiliâs,§.cùm pater,ff.de legat.j.vbi ſi pater,filio hærede inſtituto, ex quo tres habebat nepotes,fidei ipſius filij commiſit,ne fundum alienaret:& vt in familia relinqueret:ſi extraneo reliquit,omnes admittuntur ad fideicommiſſum:ſinautem vni eorum tantùm reliquit, cæteri non admittuntur. Verum eſt enim,in familia reliquiſſe, licet vni reliquiſſet. Præterà nemo dixerit ſi proximiori res vendita fuerit,alios conſanguineos queri poſſe:quando & feudum in proximiorẽ,vel cæteris contradicentibus,alienari poſsit.c.1.§. ſed etiam,ibi,niſi tibi vel alij proximiori,tit.per quos fiat inueſt. Is autem dicitur proximior, quẽ nemo præcedit,etiamſi alij ſint eodem gradu.l.qui duos,in prin.ff.de reb.dub. & §.proximus,Inſtit.de leg.agna.ſucceſ. Ideò Bal.in l.vlti.col.vlt.C.de ſuis & legi.tenet, quòd vnus fratrum poteſt eligere ex ſuis fratribus,quem volet inueſtiri de feudo,per c.1.tit.de alie.feu.pater.& alia, quæ ibi allegat. Et ita nuncupatim in caſu noſtri retractus voluit Ferro.in conſuet.Burdig. hoc tit. de retractu, §.iij.pag.3. Et in eam rem eſt expreſſa conſuetudo in comitatu Burgundiæ,§.vij. Et faciunt, quæ diximus in præcedenti quæſtione,in priori parte.Nam ſi à remotiore qui emit,nõ poſſit proximior retrahere,multò minùs ab eo,qui æquali cum eo gradu eſt.

*Conſuetudo.*

*De eadem re.*

21 ¶Verùm Bald.conſi.xxxviij.dominus Thomas,lib.1.reſpondit in hac ſpecie,quòd ſi vnus ex multis fratribus feudatariis partem ſuam alienauerit in alium vnum ex pluribus, poterunt cæteri pro ſua quiſque portione reuocare,per multa illic allegata, quæ tu videre poteris. Et idem voluit ipſe Bald.conſi.cccix.cùm eſſent plures,poſt prin.eod.lib.1.per c.1.in princ. tit.de ſucceſ.feud.& c.1.§.donare,tit.quali.olim feu.ali.pote.& c.1.tit.de grad.ſucceſ.in feud. & idem quoque Bal.in d.c.1.§.hoc quoque,col.vlti.verſi.ſeptima concluſio,tit.de ſucceſ.feu. quem in

hoc poſtremo loco refert & ſequitur Fel.in c.quæ in eccleſiarum,char.vlt.verſic. ſeptima declaratio,ibi,& adde quòd ſi ſimul multi,de conſtit. Et idem quoque voluit Ioan.Ligna.inter conſi.Alb.Bru.conſ.lxvij.caſus talis eſt,nobilis vir:vbi & ad hoc multa allegat,& Card.Alex. in c.Titius,col.iiij.& ſeq.tit.ſi de feud.fue.contr.inter do.& agna.Iac.à S.Geor.in tract.feudorum,in verbo,& cum pacto de non alienando.col.ix.verſic.in iſta materia,& iterum col.ſeq. verſi.ſecunda concluſio.Caro.Ruin.conſi.viij.in propoſito,col.iij.num.6.lib.1. Zaſius in epitome feudorum,parte ix.char.3.verſic.item & ſecundo. Nec ij duo allegant Bald. in d.locis, ſed tantùm in c.1.titu.de vaſal.qui cont.conſtit.Lothar.vbi de hoc nihil dicit, ſed tantùm loquitur de alienatione,quæ facta eſt in remotiorem,vt ſcilicet ea reuocari poſsit à proximiore,de quo latè diximus in præcedenti quæſt. Et nouiſsimè Albe.Bru.conſi.xxxviij.viſis conceſsionibus,col.j.vbi illud expreſsè dicit,non valere alienationem feudi in agnatum,pro portionibus peruenturis ad alios agnatos æquè proximos,in præiudicium eorum.Et bene etiam facit,quod ſcribit Bal.in c.1.§.ſed res,verſi.ego fui interrogatus,tit.per quos fiat inueſt.

*De eadem re.*

22 ¶Cæterùm Sal.vir vtique Iuris ciuilis prudentia clariſsimus,duo ſuper hoc conſilia, & quidem contraria edidit. Primum,quo tenebat, eos agnatos vaſalli,qui æquali ſunt gradu cum eo,in quem feudum alienatum eſt,poſſe ab eo pro ſua quęque portione reuocare.Alterum, quo prioris meminit,& ſe in illo erraſſe ingenuè fatetur,aſſeritq; conſtantiſsimè,poſſe feudũ vni ex proximioribus alienari:nec alios æquè propinquos conqueri,aut alienationem reuocare poſſe,per tex.in c.generali,iuncta glo.in prin.tit.de alie.feu.pater. Et ita eum retulit Pet. Fer.in tit.forma libelli,quo agitur ad reuocationem feudi, in verbo, nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis,col.viij.verſi.circa autem præmiſſa: vbi & hoc in vtranque partem diſputat, nec tamen aliud concludit. Pro ea autẽ ſententia,quæ admittit æquales gradu pro ſua quenque portione,eſt conſuetudo Cenomanorum,cap.406.& Lodunenſium hoc tit.§.viiij.

*Conſuetudo.*

*An pater poſſit uni ex filiis feudũ aut emphyteuſim relinquere.*

*Qui dicunt poſſe.*

23 ¶Et huc ſpectat alia controuerſia,quæ etiam inter noſtros Doct.eſt,vtrùm pater poſsit feudũ vel emphyteuſim vni ex filiis relinquere,ita vt cæteri reuocare non poſsint. Sunt enim,qui dicunt poſſe,videlicet Spec.nutans tamen,tit.de loca.§.nunc aliqua,verſi.lxxviij.Iaco.Ardiz. in Summa tit.quib.mod.feud.amit.char.12.§.ad prædictum,verſi.verùm licèt non poſsit.Bal. in auth.ſi quas ruinas col.iiij.verſi.iuxta hoc quæro,C.de ſacroſ.eccle.& in c.1.§. & quia vidimus,col.ij.verſi.ſed quæro de vno,poſt Iac.Bel.ibi,tit.qui feud.dar.poſſ.& conſi.ccccl j.nobilis Marchio,in fin.lib.1.modò (inquit) cæteris liberis relinquat legitimam,& conſil.cxcvij. quòd conſentiente,lib.3.Imo.in l.ſi domus,§.vlt.ad fi.ff.de lega.j.& in l.cùm ſeruus,aliàs l.idem Iulianus.§.ſi quis alicui,& in d.l.filiusfamiliâs,§.cùm pater,ff.eo.tit.& in c.potuit,ante fi.in pen. quæſt.verſi.pro cuius declaratione,extrà de loc.Pet.Anch.conſi.cxliij. pro domina Paula,in 1.dubio.Pau.Caſt.conſ.clxxix.in cauſa quam magnificus,col.iij.verſi.ſed in contrarium.lib.1. Roma.conſi.xxxv.viſa facti ſerie,in vlti.dub.Barba.latè conſi.lxvj.afferam in medium,col.v. verſi.& licèt iſta ſint,& multis ſeq.lib.4.& inter conſil.Alex.poſt conſi.lv. proſpectis his, col. pen.& vlti.lib.4. Ipſe Alex.ſubdubius tamen,conſi.xij.perſpectis,col.ij.verſ.fortificari,lib.5. & aſſeuerantius conſi.xxvij.videretur,col.j.eod.lib.5.Maria.conſi.xxv.dominus Franciſcus,col. iiij.verſic.verùm his & ſimilibus.Bened.in repet.c.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens,le j.nu.186.de teſta.Phil.Deci.& ipſe ſubdubius,conſi.cxciiij. viſo tenore,ante fin. Ludo.Gozad.conſi.xxv.in hac cauſa,col.pen.verſi.vij.

*Qui contrà non poſſe.*

24 ¶Sunt qui contrà negant,poſſe patrem vni filiorum relinquere,& in his And.Iſer.& Iac.Bel. in c.1.tit.an agna.& in c.1.& ibi Bal.ſibi contrarius,tit.de alie.feud. & idem And.in c.1.in prin. & ibi Bal.col.ij.verſi.pone ego recepi,& Aluar.col.j.tit.de ſucceſ.feud.Oldr.conſ.cxxxvij.perlectis,in primo dubio,Bar.in l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,col.ij.verſic.ſecundum dubium,ff.de oper.libe.& conſi.lv.dominus Amatus,quod conſi.repetitur,conſi.lx.quæſt.niſi quòd in huius prin.aliquid priori additur.Fede.Senen.conſil.ccxxviij.factũ tale eſt,duo fratres,in fi.Bal. in vtraque lectu.& Angel.poſt Iaco.Butr.quem ita dicunt conſuluiſſe,in l.item videndum,§. nunc videamus,ff.de peti.hære.idem Bal.& Sal.in l.ſi adulta,C.de hære. ipſe Bal.in l,j.in ix.q. ff.de re.iudi.& in c.imperialem,col.iiij.verſi.quæro vtrùm pater,& ibi Mart.Laud. paulò ante fin.& Io.Ray.in §.habito,col.xiij.in paruis,verſic.nec etiam poteſt,tit.de prohib.feud.alie,per Fede.Ang.conſi.cxcix.Sal.in l.vlt.col.iij.verſi.quæro an res emphyteutica, C.de iure emphy. Pet.Anch.ſibi contrarius,conſi.cccxix.themate præſuppoſito,in ij.dubio.& Ro.ſibi item contrarius,in l.j.in xij.q.C.quando non peten.part.Raph.Co.conſi.clxvj.viſa copia, col.ij.verſic. tertia conſideratio.Iac.Aluar.in c.1.§.& quia vidimus, tit.qui feud.dar.poſſ.Ioan.Ana.conſil. xxxvij.viſo puncto,in ij.dubio.Pet.Ferra.tit.forma libel.quo agit.ad rem feud. in verbo,nec ſuperſtitibus,col.iiij.verſi.ex quo infertur.Alex.conſ.viij.viſis ſubtiliſsimis,col.iiij.verſi.quinimo fortius,lib.3.Corn.latè conſi.cxcix.in præſenti conſultatione,col.xix.verſi.his tamẽ non obſtantibus.lib.2.Bart.ſibi etiam contrarius,latè in rub.extrà de feud.col.pen.verſi.vtrùm autem pater:vbi dicit ita ſe conſuluiſſe,vti conſuluit,conſi.lxvj.afferam, col.ij.lib.4.Fran.Curt. ſenior conſi.xxv.tria,in ij.dubio.Iaſ.qui hanc dicit eſſe communem opin.conſi.ccxiij.in præmiſſa,col.iiij.verſi.ad prædicta,lib.2.Phil.Deci.ſecum item pugnãs conſi.ccxxxix. primò non videtur,col.iij.verſi.vltimò non obſtat,& conſil.ccclxxxix. viſa longa ſerie,col.j.Carol.Ruin.

consi.



conſi.viij.in propoſito,col.ij.num.7.lib.1.& conſil.xxv.dubitabilis,col.v.nu.13.eod.lib.1. vbi & hanc dicit eſſe communem opi.& conſi.ccxiij.in quæſtione,col.iij.num.4.eo.lib.1.Io.Oldendorpius Actionum iuris claſſe iiij.in actione emphyteutica,cap.7.in fin.

*Qui diſtinguunt.*

25 ¶Sunt autem,qui in hoc faciunt diſcrimen inter feudum & emphyteuſim: vt ſcilicet in feudo non poſsit,in emphyteuſi poſsit,ex iis quæ ſcribũtur à Bal.in d.c.1.col.iiij.verſi.quęrit hîc glo.tit.an agna.vel filius.& hanc opin.dicit cõmuniorem Alex.in d.l.idem Iulianus,§.ſi quis alicui,ff.de leg.j.de quo etiam plenè per Barb.conſi.lxxxix.illud,col.vlti.lib.3. Sunt & qui diſtinguunt inter feudum antiquum,& nouum,vt illud vni non poſsit pater relinquere, hoc poſsit:vt per Andr.Iſer.in c.1.per illum tex.à contrario ſenſu,tit.de aliena.feu.pater.& Bal.in l.qui ſe patris,col.vj.verſ.item quæritur ſi vaſallus,C.vnde lib.& per Alex.qui id tamen non admittit,conſi.cvj.viſo themate inſtrumenti,col.vlti.lib.4.& conſi.ſeq.in cauſa Nico.in prin. & Caro.Rui.conſi.xlv.habita,col.viij.nu.17.lib.1. & dicam infra eo.tit.§.xxxij.nu.2. Sed & in feudo nouo à nonnullis diſtinguitur,an id gratis fuerit conceſſum,an non gratis: vt primo caſu non poſsit pater vni ex filiis donare,in ſecundo poſsit:vt per Bal.in l.j.ad fi.C.per quas perſo.nobis acquira.vbi etiam diſtinguit,vtrùm filij ſint in poteſtate patris,an non.& Corne. conſi.xxxvij.circa primum,col.iiij.in litera l,lib.3.& Bened.Ca.inter conſi.illius conſi.lj. videtur primò,col.ij.eo.lib.3.& Ludo.Gozad.conſi.lxxv.primò,col.ij.nu.14. Et vide etiam Maria. Soci.d.conſi.xxv.dominus Franciſcus,col.iiij.verſi.vnde ſupereſt.Nec deſunt,qui indiſtinctè dicant,id poſſe patrem,modò aliis legitimam relinquat,vt per ipſum Bald.conſi.ccclvj.ſi vaſallus,in iiij.dubio,lib.5. Sunt præterea,qui hanc rem ita diſcriminãt,vt inter viuos poſsit, in teſtamento non poſsit:vt per Ludo.Bolo.in addit.Ioan.Ana.d.conſi.xxxvij.in prin.eius add. Sed & ſunt qui referre dicunt,vtrúmne feudum ſit hæreditarium,an non:vt primo caſu poſſit,ſecundo minimè:vt per Alexan.conſi.xxviij.in cauſa & lite vertente ſuper feudo,col.vlti. verſi.confirmari poſſunt,lib.5.& Card.Alex.in d.c.1.col.vj.verſi. quæro poſt Bal.tit.de prohi. feud.alie.per Fed.vbi id latè diſputat. Sunt denique qui aliter atque aliter diſtinguunt,aut limitant,vt plenè videre poteris apud Corne.conſi.cclxxxij. viſo dicto puncto,col.vj.verſicu. tertiò videtur,cum multis ſeq.& pleniſsimè Iaſ.in l.ij.in xxij.eademq; vlti.q.C.de iure emph. & Fran.Curt.iuniorem in tract.feudor.in iiij.parte prin.char.totius operis 47.verſi.ex prædicta regula.quos item omnes videre poteris,& ex iis depromere, quæ ad caſum noſtri retractus in hac quæſtione,quam tractamus,pertinent,ſatis enim mihi viſum eſt, Docto.nominatim ex locis deſignaſſe,eorumq; opin.ſtrictim indicaſſe. Tu tamen ſuper ea noſtra quæſt.vide etiam,quæ dicam infrà eod.tit.§.xxvj.in verbo,*non eſtant du lignage.*

## IL Y SERA RECEV PRO RATA, ADMITTETVR PRO RATA, GLO. VII.

*Vide in gloſſ. præcedenti,nume.26.& ſeq.*

1 SIMILE eſt quod à quibuſdam dicitur voluiſſe Bal.in c.1.tit.de vaſal. qui contr. conſtit.Lothar.quòd ſi ſint plures agnati eiuſdem gradus, & fiat alienatio feudi antiqui in vnum eorum,cæteri æqualis gradus poterunt reuocare eam alienationem,pro rata eorum portione. Et ita eum refert, & ſequitur Iaco. à S.Georg.in tract.feud.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.x.verſic.item & ſecundò. Quamuis Bal.vbi ſuprà,id non dicat,ſed loquitur de alienatione,quæ facta eſt in remotiorem,vt diximus in glo.præcedenti non ſemel. Verùm ipſe Bal.& alij,à Iac.à S.Geor.& Zaſio minimè citati,illud ipſum voluerunt in aliis locis à nobis deſignatis,in d.gl.præced.nu.21.Verùm. Cæterùm pro hac conſuetudine,& cõtra eam quoque diuerſis reſpectibus facit tex.in l.ſi finita, §.ſi plures,ff.de dam.infe.quo in loco illinc occaſione ſumpta,Dy.& Bar. tractãt an & quando ordo temporis ſpectetur,vt inducat prælationem in Iure:vti etiam faciunt in l.priuilegia, ff.de priuileg.cred.& in l.cùm vnus,ff.de bon.auto.iud.poſ.& ipſe Dy.in l.qui prior,de regu. iur.lib.6. Vnum autem eſt.quod videtur ſuadere,hoc caſu hunc proximum, qui primus retraxit,cæteros eiuſdem gradus debere anteire:quia ex duobus æquale ius habentibus, potior eſt conditio occupãtis,aut alio modo præuenientis,vt tradit Rom.conſi.xlvij.viſis,poſt prin. per multa iura,quæ nihil mihi facere videntur. Sed ſunt alia multa, probantia in his locum eſſe præuentioni,ſiue præoccupationi:vt cap.ſi duo,de procu.lib.6.& aliis vulgaribus.

*Vtrũ emptor, qui eſt in pari gradu, poſsit retinere pro rata portione.*

2 ¶Sed & videtur,quòd emptor, qui eſt in pari gradu,non poſsit retinere pro rata, ſed quòd omnino debeat cedere alteri conſanguineo,etiã remotiori.Nam ex quo ipſe emit,confuſum eſſe videtur illud ius,quod ex ſtatuto competit,quantum ad eum pertinet.argu.l.Stichum,§. aditio.ff.ſolu.matri.& l.ſi debitori meo,C.de pact.cum ſimil. Tamen Matth.Afflict.in tracta. Protomixeos,in §.j.col.xiiij.verſi.iuxta hoc quæro Titius,dicit,quòd in hoc caſu, de quo loquimur, licet actio quæ competebat huic conſanguineo emptori ad retrahendum ratione proximitatis ſit confuſa,non tamen exceptio quæ competit ad retinendum, per not.in l.debitor,ff.ad Trebel.& in l.j.§.penul.ff.de capi.dimi.Et ita dicit concludere Sebaſt.Neapodanũ, in conſtit.incip.ſi in vno,in glo.vlti.ad fin. Et facit,quod ſcripſi ſuprà in hoc titu.§.j.gloſ.vij. in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles,*num.20.& quod in ſimili,& ſeq.Sed & hîc vide quæ dicemus infrà eodem §.gloſſ.x. in verbo, *tous y doyuent eſtre receuz pro rata.* Tantum au-

tem abeſt,vt de hac re ſit dubitandum, vt etiam ſint, qui dicant hunc conſanguineum emptorem cæteros cõſanguineos repellere,etiam proximiores,nedum æquales, vt latè diſputauimus in gloſſ.præcedenti. Sed aduerte interim, quòd noſtra conſuetudo hîc non loquitur in conſanguineo emptore,ſed redemptore. Ideò quod hîc diximus,non omnino huic loco conuenit,ſed tamen dicendum fuit.

3 *Quid ſi emptor cõſanguineum uult in totum admittere cõſanguineum petentem ſe admitti pro rata.*

¶At in caſu noſtræ conſuetudinis illud non intempeſtiuè quæri poteſt,Quid,ſi iſte vnus ex proximioribus,qui primo loco retraxerat,alteri eiuſdẽ gradus venienti ad retractũ,petentiq́; ſe admitti pro rata, vult offertq́; totum cedere reſtituto pretio:negatq́; ſe illum aliter admiſſurum,niſi totum retrahat,quia nec ipſe,niſi totum quoque emiſſet:nec vult manere in communione eius rei. Igitur vel totum (inquit) retrahe,vel totum dimitte.Ille autem contrà petit ad ſuam tantùm ratam portionem admitti ex hac noſtra conſuetudine,in his verbis, quæ nunc commentamur. Et ſanè in fauorem huius,qui primùm retraxit,ſtatutum eſt, vt poſsit, alio eiuſdem gradu veniente,ſuam quoque ratam portionẽ retinere,ob id quòd ipſe ſit conſanguineus in eodem gradu,quodq́; primus ipſe retraxit. Quòd ſi contrà potius eligat totũ cedere,quàm partem tantùm retinere, non video,cur alter idipſum recuſare poſsit, tum ne quod in fauorem iſtius introductũ eſt,in ipſius odium & læſionem retorqueatur,l. quod fauore,C.de legib.cum ſi.tum quoque arg.atque exemplo eius, quod ſcribitur in l.tutor,§.j.ff. de mino.vbi ſi curator adoleſcentium prædia eis & ſibi communia vendidit,eatenus tantùm venditio reſcindenda eſt,quatenus adoleſcentiũ pro parte fundus cõmunis fuit: niſi emptor à toto contractu velit diſcedi,quòd partem empturus non eſſet. & quæ etiã in ſimili ſcribuntur in l.ſi quis aliam,& quod ibi tradunt Bar.Ang.& Pau.Caſt.ff.de ſol. cum multis concor. & ſimi.à me cumulatè traditis infrà §.xxiij.gl.j.nu.1.& aliis multis ſeq. quæ ibi videre poteris.

4 *Conſuetudines de hac re.*

¶De quo & tu vide,quod in ſimili ſtatuitur, conſuetudinum Turonenſium hoc eo.tit.c.22. & Cenomanenſium,cap.378.Andegauenſium,c.368.Aruernienſium tit.*des emphyteoſes & louages*,cap.10.iunctis duobus præcedentibus. Et iterum titu.*de retraict*,cap.29.iunctis etiam duobus præcedentibus,Borbonienſium,c.448.& ſeq.vt non contemnendum id videatur,de quo tot gentes & populi conſenſerunt. Quibus etiam concinit,quod ſcribit Maſue.hoc tit.de retractu,§.vna vel pluribus.& Fran.Rip.in l.quò minus,col.vlt.verſi. ſed pone quòd volens,ff. de flumi.quòd ſi ex duobus dominis alter vult laudare, atque ſic laudimia recipere pro ſua portione,alter verò vult partẽ ſuam,reſtituto huius partis pretio,retinere : id quidem poteſt ex ſententia Alber.in l.per fundum,ff.de ſeruit.ruſti.prædio.per l.hæredes,§.ſi meritò,ff.fami. erciſc. Tamen ſi emptor ei totum offerat,reſtituto integro pretio, is debet & cogitur totum retinere,vti etiam voluerunt Guli.Cu.& Albe.in l.ſi duo patroni,in princip.ff.de iureiur. Et quod poſt eundem Guliel.Cuma.ſcribit Angel.n l.item cum teſtamento, quam legit cum §. non ſolùm, l. ſi noxali,ff.de pecul. quòd ſi inconſulto domino emphyteuta vendiderit emphyteuſim,poterit vnus ex pluribus hæredibus domini pro parte ſua reuocare. Tamen emptor poterit dicere,aut totum reuocetis,aut nihil. Quodq́; tradit Alber.in l.patri,§.j.ad fi.ff. de minorib. Sed interim tamen vide quæ dicam infrà eod.tit.d.§.xxiij.in glo.vlti.num.4.cæterùm.iterumq́; nume.6.ex iſtis denique, & duobus ſequen. Vide etiam quæ in ſimil. tractat glo.in l.ij.in princi.C.de liber.& eor.libe. Bald.in l.j.in xxxvj.quæſt.ff.de rer.diui.Matt.Laud. in c.vlti.col.ij.verſi.quæro vaſallus,& ibi Cardi.Alex.col.ij.verſi. pro complemento,tit.quib. mod.feud.amit.l.j.vbi ſequitur Ange.vbi ſuprà.

*Si ex duobus dominis alter uult laudimia capere, alter rem redimere. Quid ſi emptor totum offerat.*

## PRO RATA, GLO. VIII.

1 *Pro rata quid ſignificet.*

QVID hoc pro rata,ſignificet,& quibus modis ſumatur,videbis per gl.in l.j.in prin. & ibi omnino per Philip.Deci. etiam in princ.C.vnde lib.& in l.vlti.in verbo, pro rata,& ibi Bal.C.de dot.promiſ.& Innoc.in c.conſtitutus, extrà de religio.domi.& Bald.in authen.defuncto,col.vlti.verſi.ſed oppo.quòd pater,& iterum verſi. modò quæro,C.ad Senatuſconſ.Tertul.& in l.j.§.quòd ſi nemo, colum.j.verſicu. ſuper prima quæſtione,ff.quod cuiuſque vniuerſi.& in l.vlti.colum.j.verſicu.ſcias ergo,C.de impub. & alien. ſubſtitu.& Petr.Vbal.in tract.collectarum.quæſt.xlij. Sæpius autem reperies,hoc, pro rata,ſignificare,non æqualiter,ſiue pro virili,ſed pro portione,vt in l.in iis,§.Imperator,ff.de ſolut. vbi æqualiter,& pro rata,vt diuerſa ponuntur, cùm dicitur, æqualiter ad vtranque cauſam proficit,quod ſolutum eſt,non pro rata.& in authen.ſi quando,C.de conſtit.pecu. & in cap. Raynaldus,verſic.demum,extrà de teſtamen.& ita eos tex. expendit Alexan.conſi.lxxij.viſo proceſſu,col.iij.verſic.ſed aduertendum,lib.5.

2 *De eodem.*

¶Illud autem ſciendum,id nonnunquam,pro rata,ſimpliciter, & ſine alia adiectione dici,vt in dicto §.Imperator,& rurſus in eadem l.§.apud Marcellum,ibi,vtrùm pro rata.atque etiam in l.Plautius,in princip.ff.de conditio.& demonſtr.& in l.& ſi pauciores, & l.ſorori,ff.ſi pars hæredi.peta.& in l.ſi pro rata,ff.de religio.& ſumpt.fune.& in l.procuratoris, §.vlti. & in l.illud,in princip.ff.de tribut.actio.& in l.hinc quæritur,verſic. ſinautem,ff.de pecu. & in l.inſulam,ff.qui potio.in pigno.habe.& in l.interdum,§.j.ff.de hæred.inſti.& in l.ſi verò,ff.de milit. teſta.& in l.ſi libertus,§.j.ff.de iure patr.& in l.iij.ff.de alimen.& cibar.lega.& in l. ſi pro patre, §.idem quoque,ff.de in rem verſo.& in l.apud eos,C.de debi.ciuit.lib.11.& in d.c.Raynaldus.





Sicuti & apud Liuiũ lib.ab Vrbe condita xlv.Pediti in ſingulos dati centenni, duplex Centurioni,triplex equiti:tantũ pediti daturum fuiſſe credunt,& pro rata aliis.& Capitolinũ in Antonino Philoſopho,Vicena millia nummûm ſingulis ob participatũ imperiũ militibus promiſerunt,& cæteris pro rata.Quanquàm illud,pro rata, ſignificare ibi videtur pro certa aliqua portione.In quibus locis,rata,eſt ſubſtantiuum.Ab alliis tanquam adiectiuũ ponitur. Tullius in Tuſcul.Omnia iſta,perinde vt cuique data ſunt,pro rata parte,à vita, longa aut breuia dicuntur.Cæſar lib.1.belli Gallici:Quadraginta iugera in ſingulos proponit, & pro rata parte Centurionibus,euocatiſque.Et Vitruuius lib.4.c.item iiij.Sinautem nona aut decima pro rata parte fiat.Pro rata quoque portione,ſcribitur in d.l.j.C.vnde libe.& in d.l.vlt. de dotis promiſ.& in l.adhuc,in princ.ff.de vſufructu.& in l.vlti.C.de repud.& in d.Auth.ſi quando, & in l.ſi ſeruus.§.j.ff.ſi quis cauti.& in l.omnes,C.de col.fund.patri.libr.11. & apud Tullium in Somnio Scipionis:Hic eſt ille, qui interuallis coniunctus imparibus,ſed tamen pro rata portione diſtinctis,impulſu & motu ipſorum orbium efficitur.

*Pro rata parte. Pro rata portione.*

3 ¶Et pro rata regionis, in l.ex mile,§.quæſitum, ff.de euict.Pro rata patrimonij, & prò rata pecuniæ,in l.Titius,ff.ad Senatuſc.Trebel.& in l.ſed & ſi lege,§.quod autem,ff.de peti.hære. Et pro rata ponderis,in l.iij.§.vlt.ff.de rei vendic. Et pro rata temporis,in l.ſi quis domũ,§.j. ff.loc.& in l.ſi vno,§.vbicunque,eod.titu.& in l.cùm in fundo, §.quòd ſi vxor,ff.de iur.dot. Quod alibi,pro portione temporis,dicitur,in l.quòd ſi domus,ad fi.iterúmque in l.qui inſulam,§.j.ff.loca.Et pro rata debiti,in l.procuratoris,§.in tributum,& §.vlt.ff.de tribu.actio. Et pro rata ſuæ quantitatis,in l.in imponenda,C.ad leg.Falci.Interdũ ſimpliciter, pro portione dicimus,quod & ſimpliciter,pro rata, dicitur:vt in l.Celſus,ff.de religio.& ſum.fune. Nam & in d.l.ſic pro rata, quæ paulò pòſt ſequitur,pro eodem ponit, pro rata. Sed & pro portione dicitur,in l.ij.in prin.& iterum §.cùm in eadem, ff.ad leg.Rho.de iactu.& in l.ſed ſi cõmunis,ff.de contrah.empt.& apud Catonẽ in Re ruſtica,pro portione omnia ea facito.& Varronem in libro eiuſdem titu.Vt & lac pingue habeant,& multùm pro portione. Et pro portione rerum,apud Tulliũ in lib.de Oratore : Sed oportet,vt ædibus ac templis veſtibula & aditus,ſic cauſis principia pro portione rerum proponere.

*Pro rata regionis. Pro rata pecuniæ. Pro rata ponderis. Pro rata temporis. Pro portione temporis. Pro rata debiti. Pro rata quãtitatis. Pro portione.*

## OV CEVX QVI LES REPRESENTENT. AVT QVI EOS REPRAESENTANT. GLO. IX.

1 NISI id conſuetudo noſtra expreſsiſſet, fortè non fuiſſet locus repræſentationi etiam inter eas perſonas,in quibus de iure cõmuni locum habet repræſentatio: quia noſtra cõſuetudo in prin.huius §.nuncupatim præfert proximiorẽ cæteris, cùm dicit, *le plus prochain lignagier du vendeur*, &c. Et cùm ſit mẽtio proximi,ſiue proximioris,non compræhẽditur,qui ſequenti gradu eſt,licèt is ſit,qui priorẽ repræſentare ſoleat,l.iubemus,in princip.iuncto §.vlt.& ibi doct.C.ad Treb.& l.ſi libertus præterito, §.ſi libertus,ff.de bo.lib.& voluit Soc.conſi.cclij.viſis inſtrumentis,col.ij.verſi.ad idẽ adducitur, & latiùs diximus in noſtro tractatu Primigeniorum,quæſt.xl.in quo tracto, vter in eo iure primogenituræ præferatur,nepóſne ex filio primogenito ante patrem mortuo, an ſecundò genitus filius,in xxiij.ratione pro patruo contra nepotem.

*Repræſentatio an habeat locum in retractu.*

2 ¶Hincque fit,quòd cùm, vbi relictum eſt aliquid familiæ, vocetur primo loco proximus quiſque,l.peto,§.vlt.ff.de leg.ij.& l.cùm ita,§.in fideicõmiſſo,eod.tit.& plenè diximus ſuprà in eo.§.in gl.iiij.in verbo,*doibt receuoir le premier lignagier*, verſi.ij.Certè ob id non admittũtur filij fratrum cum patruis:quia vbi conſideratur prioritas gradus, frater excludit filiũ fratris, l.iij.§.ſi duo,ff.de legit.tut.In qua ſententia fuere Bal.qui id dicit not.Raphael Co.Flori.à S. Petr.Iaco.Pute.& Ang.Peruſ.in d.§.in fideicommiſſo,cum aliis multis concord. quorũ tibi ingentem cumulum fecimus in d.noſtro tractatu Primigeniorum,in illa ipſa concertatione nepotis & patrui,in xxxiiij.ratione patrui:vbi etiam videbis,an id verũ ſit.nam multi etiam contrarium tenuerunt,non contemnendis ſubnixi rationibus,vt ibi quoque videbis.

3 ¶Eſt & aliud, quod potuiſſet videri impedire in hoc caſu repræſentationem,quia retractus non competit de Iure communi,ſed ex ſtatuto aut cõſuetudine,edictum autem ſtatuti non ſic aperitur nepoti, vt edictum Prætoris:quod etiam ei apertum non fuiſſet, niſi id Prætor expreſsiſſet,l.ſi poſt mortem.§.vlt.ff.de bo.poſ.cont.tab.Ita enim voluit Bal.conſi.xxx.præſuppoſito ſtatuto,col.ij.verſi.ſecundò quæritur,lib.1.vbi ex hoc cõſuluit, filium fratris non admitti cum patruo per repræſentationẽ patris ad ſuccedendum ex ſtatuto, tanquã ſcilicet repræſentatio locũ non habeat in his quæ ex ſtatuto deferũtur.Et ita illum refert D.Bened. in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorẽ nomine Adelaſiam,nu.64.& rurſum nu.625.de teſt. vbi tamen corruptè eum allegat,nec ei tamen aſſentitur. Sed de hoc nos multa dicemus in tractatu primigeniorum,in ea quæſtione, Vter in iure primogenituræ præferatur nepos ex filio primogenito,an filius ſecundò genitus.

*Repræſentatio an habeat locum in ſtatutis.*

4 ¶Illam tamen ſententiam Bald.confirmat, quòd in ius repræſentationis competit ex Iure quodã ſpeciali,non autem cõmuni,vt probat text.qui id appellat priuilegium.in §.ſi autem defuncti, in Authent.de hæred.ab inteſta.quem ad hoc ſingu.dicit ipſe Benedi.in d.repetit.

*Repræſentatio iuris ſpecialis eſt.*

in eodem verbo,num.616.Igitur cùm & retractus ſit etiam ex iure ſpeciali, non poteſt in eo habere locum repræſentiatio, quæ & ipſa eſt Iuris ſpecialis,ne duo ſpecialia in re eadẽ concurrant,contra not.in l.j.C.de dot.promiſ.cum ſimi. Quin & ſi repræſentatio eſſet beneficium Iuris communis,id tamen non haberet locum in iis quæ deferuntur Iure ſpeciali, per tex.not.in l.mulieri & Titio, ff.de condi.& demon.quem & ipſum dicit ſing.idem Benedic. in d.repet.in verbo, mortuo itaque teſtatore , le ij.nume.119.Et huc ſpectat ea controuerſia, an ius ſtatutarium vel conſuetudinarium ſit tranſmiſsibile:de quo per Salic.in l.j.C.ad leg. Iul.de adul.& Roma.in l.ventre,ff.de acquir.poſſ.& ipſum Bened.loco ſuprà allegatto , nu. 118.& multis ſequent.vbi & alios citat.

*Sed an hæc repræſentatio habeat locũ, ut quis eum repræſentet, quo uiuo non erat cõceptus.*

5 ¶S E D id vnum tamen hoc in loco notandũ eſt, quod à paucis animaduerſum admodum miramur,tum demum repræſentationem habere locum , ſi is qui vult alium proximiorem repræſentare,viuo eo conceptus erat:aliâs enim ex perſona illius,quo ſcilicet viuo nondum conceptus erat,in eius locum venire non poteſt,vt pulchrè & ſcienter reponderunt Franc. Rãpo.& Pet.Anch.inter conſi.ipſius Anch.conſ.365.in themate propoſito,col.j.per l.Titius. ff.de ſuis & legit.& l.j.§.quis proximior,ff.vnde cog.& glo.in §.hi autem, in princi.Inſtit.de legiti.agnat.ſucceſ.Ad quod etiam faciunt alia multa , quæ nos abundantiſsimè collegimus ſuprà eod.tit.§.j.glo.ix.quæ eſt in verbo,*ou lignagier*, nu.81.& hæc quidem, & multis ſeq. vbi & hoc tranſeunter attigimus,& quod dicemus nu.ſeq.in fi.& in loco inibi citato.

*De eadem re.*

6 ¶Verùm ego id vix reciperem in hoc caſu noſtræ conſuetudinis, quæ hîc in verbis ſequẽtibus dicit repræſentationẽ habere locum in retractu,vt in ſucceſsione.Alibi autem , videlicet tit.*de ſucceſsions*, qui eſt omniũ xvij.§.j.qui eſt ccxij.omnium §.totius huius voluminis cõſuetudinum noſtrarum,ſcribitur,repræſentationẽ habere locum in infinitum,eatenus quidem, quatenus gradus conſanguinitatis computari & probari poteſt. Quibus verbis ſatis oſtenditur, non eſſe neceſſe,vt quis ſit conceptus eo viuo,quem vult repræſentare,neque enim id fieri poſſet in infinitum,vt dicit ob eadem verba in ſimili caſu Bald.in c.j.tit.an agna.vel fili. & conſi.ccxv.proponitur,col.ij.lib.2.& diximus ſuprà eod.tit.§.j.in dicto verbo, *ou lignagier*, nu.89.& id quidem.Vt interim illud omittam,quòd licet ij qui poſt mortem concepti ſunt, non admittantur ad ſucceſsionẽ ex propria eorum perſona,tamen admittuntur ex perſona parentum,ſcilicet iure tranſmiſsionis,ac veluti repræſentationis,ex ſententia Cyn.Bar.Bald. Sal.Pau.Caſt.Corn.& aliorum in l.j.C.de his qui ante apert.tabu.& aliorum multorũ, quos collegi ſuprà in eadem glo.in verbo,*ou lignagier*,nu.92.denique licet.

## TOVS Y DOIVENT ESTRE RECEVS PRO RATA, OMNES PRO RATA ADMITTENTVR. GLO. X.

*Si plures conſanguinei eiuſdẽ gradus ueniunt,quid agendum. Quid ſi unus eſt utrinque coniunctus, alter ex altero latere tantùm.*

1 IOAN. Fab.in §.ſi plures , Inſti.de legi.agnato.ſucceſ.loquens nuncupatim de caſu noſtræ cõſuetudinis, Si ſunt plures (inquit) eiuſdem gradus,qui veniãt ad retractum,dicunt aliqui,quòd ſi ſit eadem ratio omnium , vt quia æquè admittuntur ad ſucceſsionem,admittuntur etiã omnes ad retractum. Et ex hoc dicũt, quòd frater vtrinque coniunctus excludit omnes,qui ex vno tantùm latere ſunt.Idemq; eo in loco voluit Bart.ſi is eſt,in ea lect.Inſti.quæ nomine eius circunfertur,quod minimè credo : & ante vtrunque Petr.à Bel.Perti.nuncupatim etiam loquens de retractu , in authent. itaque,in fin.C.commu.de ſucceſ.Subdit autem Fab.quòd ſi nulli ſint vtrinque coniuncti, tunc agnati in quæſitis ex parte patris,cognati matris admittuntur, l.de emancipatis , C. de legiti.hæredit. Vltra fratres, & fratrum filios veniũt proximiores æqualiter, nulla ratione habita,vnde bona venerint.authen.poſt fratres,C.eod.& d.auth.itaque.Sed & ſubdit , quòd quicquid ſit de Iure,certum eſt de cõſuetudine,eos qui æquales ſunt,vt fratres cõſanguinei, vel ex iis deſcendentes,æqualiter admitti. Si non ſint conſanguinei,eos qui attinent ex parte eius,à quo bona proceſſerunt,admitti non alios.Sed ſuper hoc vide quæ dicam infrà,§.xiiij. glo.ij.nume.10.illud autem.& ſequent.

*Si unus ex pluribus eiuſdem gradus præuenerit, an cæteros excludat. Ius redimendi indiuiduum. Et an cuilibet inſolidũ competat.*

2 ¶Bal.autẽ in tractact.Protomixeos,col.iij.verſ.ſed quid ſi ſunt æqualiter,dicit hoc caſu,cùm ſcilicet plures eiuſdẽ gradus volunt admitti ad retractum,ambo debent conſequi : aut præfertur,qui prior prouocauit:aut ſi ſimul prouocauerint,locus eſt gratificationi : per multa, quæ illic allegat,quibus addere poteris & alia multa,quæ nos cõgeſsimus in tractatu Primigeniorũ in xv.q.in ij.opinio. At illud primum caput,de eo qui prouocauit, voluit quoque & in hoc caſu Pau.Caſt.qui Bal.non meminit,conſi.ccxxj.in hoc paſſu duo ſunt,col.ij.lib.1. motus,quia id ius reuendendi alteri,eſt indiuiduum,vtpote quod continet rem tradi,quod & ipſum indiuiduum eſt,l.ſtipulationes non diuidũtur.ff.de verb.oblig.& not. Bar.in l.cùm vſusfructus.ff.de vſufruct.Ideò cuilibet in ſolidum competit,l.ij.ff.de verb.oblig. Ex quo fit (inquit) vt locus ſit præoccupationi,l.ſi pluribus,in fi.ff.de leg.j.& l.ij.ff.de duob.reis , & l.ſi rem,§.ſi duo,ff.de donationibus.& l.ſi Titius,ff.de verbo.obligatio. Et idem quoque voluit Alex.qui ſolùm Pau.memorat,conſi.xxvij.viſo themate,in iij.dubio,libr.6.vbi dicit præoccupatum cenſeri per litem conteſtatam. & Ioan.Igne. qui nullum horum allegat, in repet.l. dudum,colum.xxviij.verſi.adde tamen vnum,C.de contrah.emptione,per alia multa iura,

quæ



quæ præoccupantem præferunt,cæteris paribus.ibique etiam declarat,quis præoccupaſſe dicitur , poſt Bart.Bal.& recentiores in d.l.ſi pluribus,ff.de leg.j. De quo etiam per gloſſ.Bart. Bald.& alios in l.pluribus,ff.de procur.gloſſ.j.& Doct.in c.capitulum,extrà de reſcrip.Ioan. Andr.in c.ſi duo,de procu.lib.6.in Nouel.Bal.in l.ſi quis à multis,in ij.lect.ff.de noxa.actio. Pau.Caſtren.& Alexand.loquentes in ſpecie huius caſus,quibus locis ſuprà allegauimus. & eundem Alex.in l.inter eos,quam l. legit ſub.l.ſunt qui.col.j.ff.de re iudic.& in d.l.ſi Titius, in j.not.ff.de verb.obligat.

*Præoccupare quando quis dicatur.*

*Iterũ de principali quæſtione.*

3 ¶Hæc autem noſtra conſuetudo apertè declarat,omnes eiuſdẽ gradus admitti pro rata,nulla præoccupationis ratione habita. Quod & idem de Iure cõmuni procedere cenſet Sebaſt. Neapodanus in conſti.de Iure congrui,in fi.& in conſtit.ſi ex vno,in verbo,vnius.& Bened. in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiã,nu.608.de teſt.& Matth.Afflict. in tract.Protomixeos,§.j.col.antep.quæ eſt xxj.totius tractatus,verſicu. vltimò not. Quibus accedo,hac ratione motus,licet ipſi non dicant,quòd cùm aliquid cõpetit pluribus nomine collectiuo cognationis vel familiæ,tunc proximiores exiſtentes in eodem gradu ſimul concurrunt,l.cùm ita,§.in fideicommiſſo,& iterum l.peto,§.fratre,ff.de leg.ij.Bar.in l.ſi cognatis col.vlt.verſi.quæro quo ordine,ff.de reb.dub.cum multis cõcord.adductis à Iaſ.conſi.ccxv. ex Valentia,col.ij.verſi.ſed præmiſsis,lib.2.& à me ſuprà,eod.§.glo.iiij.nu.2.nam propè omnes ibi à me citati ad aliud quippiam,id quoque voluerunt.Nec etiam æquum videtur , vt alterius feſtinatione alterius ius lædatur,l.cùm ſolus,ff.de acqui.hæred.

*Quid ſi res empta ſit indiuidua.*

4 ¶Sed id tamen intelligo,vbi res empta diuidua eſt. Quòd ſi ea indiuidua ſit,putarem etiam extante noſtra conſuetudine, locum eſſe præoccupationi. Pone enim quòd vẽdita ſit ſeruitus,in qua,vt dictum eſt expreſsè ſuprà §.j.retractus habet locum,aut aliud quidpiã indiuiduum, & quod ſimul plurium eſſe non poſsit : tunc inter multos eiuſdem gradus præferretur,qui prior occuparet : & ſi ſimul prouocarẽt,ſorte eſſet res dirimenda,vt expreſsè & in hoc caſu voluit ipſe Matth.Afflict.in d.tract.Protomixeos,in d.§.j.col.pen.verſic.item pone quòd pluribus,per quædam iura ibi allegata,quibus & alia multa addidimus in d.tract.Primigeniorum,d.quæſtio.x.Et idem in ſimili ſtatuto reſpondit Pau.Caſtr.conſi.ccxxj.in hoc paſſu,col.ij.verſi.ſimiliter non obſtat,lib.1.Et tu tamen vide,quæ dixerim ſuprà,§.j.in glo.ix. quæ eſt in verbo, *ou lignagier*, numer.177.rurſus quæritur.Et vide item Ferro.in conſuetud. Burdigal.hoc titu.§.iij.ſtatim poſt princi.

*Conſuetudines de ea re.*

5 ¶De hoc autẽ,an ſcilicet & quomodo ſit locus præoccupationi inter multos cõſanguineos venditoris eiuſdem vel diuerſorũ graduum , ſunt multæ expreſſæ Franciæ conſuetudines, videlicet Pariſienſibus,cap.clxxix.Meldẽſibus,xc.Meldunenſibus,xxxiiij.Senonẽſibus, xlvj. Trecenſibus,cxlv.Caluimontenſibus,cxiij.Aurelianenſibus,cclxxix.Turonenſibus hoc tit. c.j.Cenomanenſibus,ccclxxx.Andegauenſibus,ccclxx.Aruernienſibus,hoc ipſo titu.cap.xv. & tribus ſequentibus.Borbonienſibus,ccccxxxix.& duobus ſequẽtibus.Bleſenſibus,c.cxcix. & duobus ſequentibus.Engoliſmenſibus,lxj.Rochellenſibus, xxx.Bituricenſibus,hoc quoque tit.c.ij.Burgundienſibus hoc item tit.c.etiam ij.Arteſienſibus,c.lxxxvj. Burdegalenſibus, cap.vj.Sanctonenſibus xlvij.& ſimil.quas tu ipſe videre poteris.

*Si ex duobus eiuſdem gradus alter alteri mandauerit retrahi fundũ qui utriuſque commodo cedat,an hic tenebitur cõmunicare lapſo tẽpore retractus.*

6 ¶S E D hîc in mentem venit quæſtio,quam nos ſemel ex facto cõtingere vidimus: Titius & Mæuius erant eodem gradu propinqui venditoris: Titius Mæuio mandauit, vt rem ipſam venditã retraheret,quæ vtriuſque cõmodo cederet.Mox verò Titius ipſe,ignorãte Mæuio, eandẽ ab emptore retrahit:an Mæuius habeat actionẽ aduerſus Titiũ, vt ei dimidiã partem rei redẽptæ cedat,reſtituta etiã dimidia parte pretij,ſi tranſactus fuerit annus retractus.Nam ſi nondũ exiiſſet,haud dubiè agere poſſet ex hac noſtra conſuetudine,quæ ius facit conſanguineo retrahendi ab alio cõſanguineo eiuſdẽ gradus pro rata,ſi intra tempora retractus veniat. Sed hîc quærimus,an poſt annũ admittatur ob id mandatũ,ſiue cõuentionẽ,de qua locuti ſumus.Et id quidẽ dubiũ decidimus ex caſu l.cùm duobus, ff.pro ſocio.vbi ſi id ſolùm actũ eſt,vt fundus vẽditus emeretur: & mãdãti cõmunicaretur,aduerſus eum qui emit nullam actionem cõpetere.Si verò id actum ſit: vt quaſi cõmune negotium gereretur, ſocietatis iudicio emptorẽ teneri,vt pro rata cõmunicet. Niſi (vt dicit glo.ibi in verbo,tenebat) is cui mandatum eſt,dolo vel culpa emere noluit: tunc enim fortè nihil ei cõmunicabitur,arg. l.ſi fratres,§.ſi quis ſocietatẽ,eo.tit.Et ibi Bar.& Bal.dicunt vtriuſq; rationẽ eſſe , quòd in priori caſu mandatũ eſt,quod poteſt liberè reuocari.In ſecundo ſocietas,in qua non eſt locus pœnitentiæ. Et idẽ quoque in retractu conuentionali dicere poſſumus,ſi fortè alter ex duobus, qui fundum ſub lege reuenditionis vendiderant,alteri eorum mandauerit retrahendum.

## LVY SEVL, SOLVS IPSE, GLO. XI.

*Si plures ſunt eiuſdẽ gradus, quilibet inſolidum admittitur.*

1 ET id quidẽ iuris eſt,quoniã ex multis,qui ſunt eiuſdẽ gradus,quilibet in ſolidum admittitur iure accreſcendi,ſi cæteri nolint: vt & nuncupatim in hac ſpecie,de qua loquitur hæc noſtra conſuetudo,voluit & reſpondit Pau.Caſt.conſi.ccxxj.in hoc paſſu duo ſunt,col.ij.lib.2.iterumque & expreſsius conſ.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam,ad fin.lib.2.& aliquid diximus in præcedente gloſ.vt videre poteris.

POVR

## POVR VNE TESTE, PRO VNO TANTVM CAPITE, GLO. XII.

1 *Si plures ad retractum ueniunt, an in ſtirpes, an uerò in capita ueniant. Quid in deſcẽdentibus.*

MAGNVM inter noſtros certamẽ fuit, eſtque etiamnum, vtrùm, cùm filij fratrum ſoli & ſine patruis ſuccedunt, in capita, an in ſtirpes veniant. Sed illud primum Lectores ſcire oportet, quòd in ſucceſsione aſcendentiũ deſcendentes ſemper in ſtirpes vocantur, tam de iure C. vt ſcribitur in l.ij.& ibi Albe.C.de ſuis & legit. & §.cùm filius,& iterũ §.vlt.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſta.defer.quàm etiam de iure Auth. vt patet ex authen.in ſucceſsione,& ibi Pau.Caſt.& Corne.C.de ſuis & legit. {quàm denique de iure feudorum, per c.j.in princip.& ibi Doctor.titu.de ſucceſsion.feud.} Et id nemo non admittit, quod ſciam, præter Ioan.Fab.in authent.ceſſante, C.de legit.hæred.& Socin conſi.ciiij.quoniam præſens, col.iij.verſi.ſecundum autem probatur, libr.2. & ex Antiquioribus Alber.Papien.vt eum retulit Alberi.in l.ij.de ſuis & legit.negans eam l.loquentem de nepotibus trahi ad poſteriores.

2 *Quid in ſucceſsione conſobrinorun ſiue patruelium.*

¶In ſucceſsione autem collateralium, qui ſunt poſt fratres & fratrum filios, haud dubiè veniunt in capita, ex omnium ſententia. At in ſucceſsione conſobrinorum, ſiue patruelium, verbi gratia, tres erãt fratres, aut ſorores: deceſsit vnus, relicto vno filio, alter duobus, tertius tribus filiis: deinde ille vnus ex primo deceſsit, cui cæteri patrueles ſuccedunt, & nonnihil dubij eſt, ſuccedántne in ſtirpes, an in capita. De quo per Bal.conſi.cxcviij.ad euidentiam, in iij.& iiij.dubio, lib.3.Ioan Lig.inter conſi.Albert.Brun.conſi.lxxvj.thema, col.penul. & Mart. Laud.in c.j.§.& quia vidimus, col.vlt.verſi.tertia regula, tit.qui feud.dare poſſunt, & in cap.1. col.vlt.titu.de gradibus ſuc.in feu. Si autem filij fratrum, id eſt, patrueles, ſuccedunt patruo ſimul cum alio patruo: in ſtirpes proculdubiò ſuccedunt: nam neceſſe eſt, vt tunc in locum patris veniant: aliàs patruus, tanquam proximior, eos excluderet.

3 *Quid cũ ſoli ſine patruo inter ſe ſuccedunt. Qui in capita dicũt eos ſuccedere.*

¶Quid ſi ſoli inter ſe ſine patruo ſuccedunt? Et hoc quidem Cimmeriis propè tenebris obſcurius eſt, magníſque teſtibus res iſta agitur. Nam in capita eos ſuccedere, tradidit Azo, huius opin.veluti anteſignanus, in Summa, C.de legit.hæred.col.ij.§.item iure nouiſsimo. verſicu.illud dubitari poteſt, & Accur.ipſius diſcipulus, nec eo magiſtro indignus, in §.hoc etiam, in verbo, ſuperſtites, in fi.Inſti.de legit.agna.ſucceſ.in quo illud ſcire debes, ob id præſertim, quòd idem Accur.aliis in locis fuit in contraria ſententia, vt poſtea dicemus, quòd Accurſ.ipſe poſtremo loco ſcripſit in Inſtitutiones, vt dicit Bald.conſi.cclxxij.caſus talis eſt quidam teſtator, col.ij.lib.2.vt hinc intelligas, hanc ſuam in eo loco opinionem cæteris eſſe veluti maturiorẽ, iuxta illud Diui Pauli j.ad Corint.xiij.Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, & cætera quæ ſequuntur. Quam ſententiam ſæpiſsimè aduocat Barb.noſter, cùm mutat ſententiam. {Atque illud Euripidis in Hippolyto,

—Κἀν βροτοῖς
Αἱ πῶς φροντίδες σοφώτεραι
δεύτεραι.—
*—Nam mortalibus*
*Poſteriores ſemper cogitationes prudentiores.*

Ex quo (ni fallor) depromptum eſt illud Tullij Philip.12.Poſteriores enim cogitationes (vt aiunt) ſapiẽtiores ſolent eſſe.} Sed & è noſtris Fran.Curt.ſenior, conſi.xlv.ſtatuto ſiue conſuetudine, col.viij.verſi.& ideò huic deciſioni, dicit quòd cùm Doct. noſtri reperiuntur diuerſas ſecuti fuiſſe ſententias, poſtremas præſumi meliores & maturiores, & in id alios multos allegat, & idem dicit Philip.Deci.in poſtrema addi.conſi.xxxiiij.præſtantiſ.Doctor, col. eiuſdem additio.ij.verſi.ſecundò principaliter. {Idque prouerbio dicere ſolemus δευτέρων ἀμεινόνων.} Sed non omnino certũ eſt (neque enim poſteaquàm huc peruenimus, id omittendum eſt) quod ex Bal.dictum eſt gloſ.Accur.in Inſtitutiones, eſſe omnium poſtremas, quia Petr.Iacob.tit.de actio.in rem pro re emphy.char.antepenul.verſi.item quod gloſſator, dicit Franciſc.Accurſ.ipſius Accurſij noſtri glaſſatoris filium dixiſſe, patrem admodum iuuenem ſcripſiſſe gloſſ.in Inſtitut.

*Accurſius quãdo in Inſtitutiones ſcripſerit.*

4 *Qui itẽ fuerãt illius prioris ſententiæ.*

¶Sed vt ad inſtitutum redeamus, eandem illam Azo.opi.ſecutus eſt ipſe Accurſ.in l.ij.§.hæreditas in verbo, in tres partes.ff.de ſuis & legit.hæred. Alter Azo diſcipulus Roffre.in tit.de bon.poſſ.vnde cognati.§.vlti.verſi.vltimò quęritur. Hoſt.in Summa, tit.de ſucceſ.ab inteſt.§. viſo igitur, col.vlt.verſi.quid ſi factũ filij. Vbert.aut vt alij vocant, Obert.Bob.in d.auth.ceſſante, C.de legit.hæred.prout ab aliis citatur: neq; enim lectu.eius habemus, nec quorundam aliorum, quos & poſteà citabimus, vt ſi neceſſe ſit ſententias omniũ numerare, magis quàm ponderare, (quod queritur Plin.iunior lib.Epiſtol.2.ad Arrianum: id eſt ponderare cauſas vocibus, non ratione, vt loquitur Cicero in Oratione pro Cecinna. Quod & Plato quoque apud Stobæum ſermone xliij improbat: Ἐπιστήμῃ γὰρ οἶμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ᾽ οὐ πλήθει, τὸ μέλλον καλῶς κριθήσεσθαι, id eſt, Iudicandum eſt ſecundum ſcientiam, non multitudinem, quicquid certè iudicari debet) vt ſi inquam numerare opus ſit, cognoſcant Lectores, vtra earum numero vincat. In hac igitur ſententia fuit & Alber.in d.auth.ceſſante. vbi & Oldr. dicit fuiſſe in hac ſententia, & Guido.Suza.in quibuſdam reportatis: vt vocant, & Cyn.& Bal.in



Bal.in l.j.§.vlt.ff.ſi pars hæred.pet.Iac.But.Bald.qui hanc dicit eſſe magis conſonam literæ & naturæ, licet aliàs conſuluerit pro altera, & Sal.qui hanc dicit fortioribus argumentis fundatam, in d.auth.ceſſante.Idem Sal.in auth.poſt fratres, la ij.& ibi quoque Io.à Monte, C.de legi.hæred.& ipſe Sal.in l.lege, in fi.eod.tit.Iac.Bal.in c.j.in fin.titu.de natur.ſucceſ.feud.Bald. conſi.ccccliij.ſtatuto ciuitatis maritus, col.j.verſi.ex tertio lib.1.Iaco.Ardis.in Summa, titu.de ſucceſ.in feud. {§.item ſuccedunt collaterales.} Mart.Laud.in d.c.j.col.vlt.tit.de gradi.ſucceſ. in feud.Bened.Capra.conſi.xxj.cum de duobus, col.vlt.vbi & hoc dicit communiter teneri, in quo admodum fallitur, & iterum conſi.ciiij.viſo & conſiderato, in j.dubio.Ang.Are.in §. cùm filius, Inſtit.de hæredi.quæ ab inteſt.defer.vbi hanc dicit eſſe veriorem de iure, quamuis ſi caſus accideret, vereretur diſcedere ab opin.gloſ.Bart.& Bal.qui contrariũ tenent, propter immenſam eorum autoritatem.Fortu.Guar.in repetit.l.Gallus, §.idem credendum, col.xix. verſic.ex ſuperioribus, ff.de libe.& poſthu.vbi hanc latiſsimè doctiſsimeque defendit Zaſius in ſuis ſingu.intellect.iuris: vbi & hanc multis magníſque rationibus fulcit, atque iterum in epitome feudorum, parte viij.in vj.concluſione, vbi dicit, hanc opinionem ſeruari in Germania, & approbatam fuiſſe cõſtitutione Caroli Quinti, præſentis Imperatoris, in eam rem edita in conuentu Imperij, vti etiam affirmat Ioan.Ferrarius in commentar.Inſtit.titulo de hæredit.quæ ab inteſt.defer.in verbo, non in capita, ſed in ſtirpes, in fi.vbi & dicit eam conſtitutionẽ editam fuiſſe anno Domini M.D.xxix.& nouiſsimè Iacob.Spigellius in Lexicon Iuris ciuis, in verbo, in capita ſuccedere, & Ferro.in conſuetud.Burdiga.hoc titu.§.vj.col.iij. verſic.de ſucceſsione. Et hanc quoque opinio.ſecutum fuiſſe Bul.& Ray.Forl.tradit.Bal.in cap.j.in princip.titu.de ſucceſsione feud.& dicit idem Bald.in d.c.j.tit.de natu.ſucceſ.feudo. quòd omnes, qui fuerunt ante Accurſium, tenuerunt hanc opinionem. Et citatur quoque in hanc opinio.Albe.Papi.

5 ¶At ſunt multò plures alterius ſentẽtiæ, vt ſcilicet ij ſuccedãt in ſtirpes, videlicet ipſe Acur. ſibi contrarius, in d.auth.ceſſante, & ibi quoque Dyn.Iacob.Aret.Pet.Cyn.ſibi quoque contrarius, Guil.Cu.Franc.Rampo.Ioan.Fab.Bart.qui dicit hanc fuiſſe ex opinionib.in quibus Accurſius primùm deſciuit à maioribus, illumque in hanc partem cõſuluiſſe, Bene.Plumb. Ang.qui dicit opin.Azo.de iure antiquo ſecuriorem eſſe, ſed hanc de iure nouo procedere, & communiter practicari.Pau.Caſt.dum hanc ponit poſteriorem, alioquin obſcurius.Raph. Fulg.& Corn.qui & hanc dicit, tanquam communem, in deciſionibus tenendam, C.de legi. hæredi.idem Accur.in d.l.lege, in fi.C.eod.tit.& in d.l.j.§.vlti.in verbo, vtputa, & iterum in verbo, vendicationem, & ibi etiam Bart.Ang.& Pau.Caſt.clariùs, quàm ſuprà, ff.ſi pars hære. pet.idem quoque Accurſ.in §.reliquum, verſi.ſi autẽ defuncto, in verbo, fuerint, & ibi etiam Iaco.Butr.ſecum pugnans, Bart.& Ange.in Auth.de hæred.ab inteſta.veni.idem Iacob.Butr. Iacob.Belui.ſibi etiam contrarius, & Aug.in §.ſi verò neque fratres, eod.tit.Iac.Aret.in l.antiqui libero, ff.ſi pars hæred.peta.Spec.Io.And.& Bal.hîc, vt aliàs ſæpe, ſibi malè cõſtans, in tit. de ſucceſ.ab inteſt.§.j.verſi.ſed an filij, & ſeq.vbi & ipſe Spec.aſſerit Alber.Gal.idem tenuiſſe. Dy.in tract.de ſucceſ.ab inteſt.col.iiij.verſi.ſed pone quòd aliquis.And.Iſer.in c.j.& ibi quoque Bal.in verſi.his verò.Mart.Laud.& Car.Alex.tit.de ſucceſ.frat.ſiue de grat.ſucceſ.in feu. Bar.in l.poſt conſanguineos, §.hæreditas, quem legit cùm §.agnati, & ibi quoque Ange.ff.de ſuis & legit.hæred.& conſ.clxxiij.ſuper hæreditate.Ioan.Ligna.in clemen.plures, & ibi Imo. colum.vltima, & Card.Floren.qui hanc dicit communiter approbari, colum.j.de iure patro. Bald.in d.§.hoc etiam, & ibi etiam Ioan.Plat.& Chriſto.Por.Inſtit.de legit. agna.ſucceſ. vbi & ipſe Bald.dicit hanc eſſe communem opinionem, & idem Bald. qui idem dicit tenuiſſe Iacob.Vero.in cap.j.§.& quia vidimus, colum.j.in verbo, æqualiter, & ibi etiam Marti.Laud. colum.vltim.& Cardin.Alexand.etiam col.vlt.titu.qui feud.dare poſſ.& idem Bald.in d.c.j. in princ.col.ij.verſic.ſed dubium eſt. & ibi etiam Aluar.tit.de ſucceſ.feud.& ipſe Bal.in d.c.j. ad fin.& ibi quoque Barba.in addi ipſius, & Mart.Laud.titu.de natu.ſucceſ.feudor.& idem Bal.in dicto.§.hoc etiam, Inſtitut.de legit.agnat.ſucceſſ.& conſi.ccxciij.primò dicam, in prin. libro 2.& conſi.cccxlij.caſus ſuper quo, in ij.dubio, libro 2.vbi tamen obſcurè loquitur, & conſilio clxxxv.factum eſt tale, Fagonus, colum.ij.lib.3.& dicto conſi.cxcviij.ad euidentiam, colum.j.verſicu.ſecunda quæſtio, & iterum colum.ij.verſicu.venio ad tertiam, eod.libr.3.& conſi.ccccviij.ſuper eo, in fin.lib.4.Io.Fab.in §.cæterùm, Inſti.de legit.Agna.ſucceſſ.vbi hanc quoque dicit communem, Imo.in l.interdum, in princip.ff.de hæred inſtitu. Rapha.Fulgo. conſi.xij.ad id, de quo quæritur, colum.vlti.vbi & hanc dicit communem.Matheſ.in tractat. de ſucceſ.ab inteſt.in iij.arti.princip.verſicu.ſecundò dubitatur, & verſic.quando autem ſuccedunt: vbi etiem dicit communem, & vtrobique etiam Ludo.Bol.in additio.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe.Nico.Vbal.in ſimili tracta.in iij.parte princip.colum.j.verſi.ſed circa hoc quæro, vbi etiam dicit communem.Petr.Ferra.tit.forma libel.pro hæredi.ab inteſta.in verbo, nulliſque ſuperſtitibus, colum.xiiij.in paruis, verſicu. vlterius quæritur.Alexander latè conſi. lv.proſpectis his, colum.iij.verſic.confirmantur prædicta, & multis ſequentib.libr.4. & ibi etiam Barba.conſilio quod illud continenter ſequitur ſub eodem numero.& idem Alexan. conſi.xxix.perſpectis conſideratiſque colum.j.libr.5.vbi & hanc aſſerit eſſe communem, nec ab ea

*Qui contrà tenuerũt illos in ſtirpes ſuccedere.*

ab eà in iudicando eſſe diſcedendum. Franciſc.Aretin.conſil.clxiiij.diligenter, columna j. Corne.conſi.xlviiij.pluribus,colum.vlt.lib.1.Guid.Pap.deciſ.Delph.cxxxiiij.ſed qualiter.vbi dicit non eſſe ab hac iudicando recedendum.Iaſon conſi.clxxiiij.circa primum,col.ij.verſic. ſed præmiſsis non obſtantibus,lib.4.Philip.Dec.qui & hanc dicit communem,in l.nepotes, in princ.C.de legi.liber.Carol.Ruin.qui & hanc dicit eſſe communem, conſi.viij.in propoſita,ad fi.lib.1.Benedic.in repeti.c.Rainutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.631. de teſta.Stephanus Bertrand.in l.hac edictali,verſi.quam obſeruationem,nu.4.C.de ſecund. nupt.vbi hanc dicit eſſe communem,& conſi.xcvij.ponitur in facto quòd dudũ anno, inij. dubio,lib.1.& conſi.exponitur in facto quod Iacobus, eod.libr.1.& conſil.ccxxv.ponitur in facto,quòd dudum fuit,ad fi.lib.3.vbi tamen nonnihil dubitat.& conſi.ij.viſo cõſultationis themate.in ij.dubio,lib.4.vbi dicit eſſe communem.Iacob.à S.Georg.in tract.feud.in verbo, præſentes,colum.iij.verſi.ſed vlterius, vbi dicit ita ſe ſæpius conſuluiſſe.Franc.Curt.iunior in ſimili tracta.feud.char.3.verſic.quartò circa iſtam materiam:vbi item dicit eſſe cõmunem, nec ab ea diſcedendum.Boer.latè conſi.incip.an filij duorum: quod conſi.poſuit poſt Dyn. de reg.iur.Rochus Cur.in tracta.de Iure patron.in verbo, ipſe vel is à quo cauſam habuit, in ij.quæſt.Fab.Gioch.in repet.authen.nouiſsima,in 5.quæſt.iiij.quæſt.princ.C.de inoffi.teſt. Chaſſen.conſi.xlvij.ſuper deductis.col.vij.verſi.ſed quicquid ſit.Ioan.Olden.in cõmentariis leg.xij.tabularum, titu.vj.

*Naturale exẽplum pro poſteriore ſententia.*

6 ¶Et omnium ſunt vtraque ex parte multæ & non contemnendæ rationes, quas apud eos videre poteris,& hãc controuerſiã alicubi in loco opportuniori copioſiſsimè tractabimus, oſtendemúſque apertiſsimè,ni fallor,quis iuſtiùs induit arma. Vnum tamen παραδειγμα à natura ipſa profectũ,nec omnino quoque contemnendũ pro poſteriori opinio.hîc ſubiicimus. Nam ſi caudex quiſpiam ſiue truncus arboris duos ramos æquales emiſerit,vnus autẽ eorum in duos alios diuiſus ſit,vt plerunque fit,an ſinguli iſti duo ex vno producti tãtùm excipiant alimenti ſuccique ex eo trunco,ſiue caudice, ac ille alter? Et ſanè videmus hunc multò craſsiorem,ampliorem,obeſiorem,atque etiam longiorẽ euadere quàm ſingulos illos duos: veluti natura legis magiſtra parénſque nos doceat ſingulos nepotes,qui ex vno filio prodierunt,non tantùm debere ab auo percipere, quantum vnus ex alio filio. Satis autem conſtat,naturalem rationem tacitã quandam legem eſſe,l.cùm ratio,ff.de bonis dam. Sed ita vt id nunc tamen animaduertas,ſi id exemplũ haberet aliquid momenti,non tantùm in hoc caſu,ſed ſemper aliàs concluderet,in ſtirpes non in capita,ſuccedere oportere.

## §. DVODECIMVS.

ET SI LEDICT achepteur,qui ainſi auroit receu au retraict autre lignagier, ou auroit tranſporté la choſe à autre [a] ne declaire & nomme celuy qu'il auroit receu audict retraict, ou autre, à qui il auroit tranſporté la choſe, & ne le notifie au lignagier qui vient audict retraict: iceluy lignagier en peut auoir ſon recours & action contre luy, & ſon intereſt. Et ne court point le temps [b] dudict retraict contre luy, iuſques à ce qu'il ſoit & puiſſe eſtre informé qui eſt celuy à qui ledict achepteur a tranſporté la choſe, & à qui elle appartient. Pourueu toutesfuoyes qu'il n'y ait negligence notable[c].

*QVOD SI EMPTOR qui vel alium conſanguineum ad retractum admiſerit,aut rem alteri ceſſerit [a], non indicet nomen eius quem ita admiſit, eúmve cui rem ceßit, conſanguineo qui ad retractum accedit, erit ipſi conſanguineo aduerſus illum actio in id quod intereſt. Neque interim eidem conſanguineo currit tempus [b] retractus,donec ſit aut poßit fieri certior, cuínam emptor rem ceſſerit, aut ad quem ea pertineat: dummodò tamen non interuenerit inſignis negligentia[c].*

### TRANSPORTE LA CHOSE A' AVTRE, REM ALTERI CESSERIT, GLO. I.

*1 Vtrũ emptor tempore retractus nondum trãſacto, poſſit rem alteri vendere.*

POTEST ergo emptor, durante anno retractus, rem alij vendere: eſt enim dominus, antequam ab eo retrahatur: cùm interim non poſsit manere res in pendenti, ſiue in aere,vt noſtri loquuntur, iuxta not.per gloſſ.in l.ſi ego, ff.de ſolut.& per text.in l.ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus,ff.de in diem add. Ideò ſi primus venditor erat dominus,ipſe emptor alteri vendendo & tradendo, tranſtulit dominium: ſi non erat dominus, tranſtulit vſucapiendi conditionem: atque vſucapit emptor ad commodum conſanguinei poſtea retrahentis,arg.l.ſi alienam,ff.de dona.cau.mort. & l.indebiti,§.ſed ſi nummum,& quod ibi voluit glo.in verbo,agerem,ff.de condi.indeb. Hæc Paul. Caſtr.conſi.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam,poſt princip.lib.2.& de hoc alibi quoque dicemus.



*An poſſeßio emptoris cedat commodo conſanguinei retrahentis.*

*An conſanguineus poßit retrahere à ſecundo emptore.*

2 ¶SED ceſſante conſuetudine poterat in dubium vocari,vtrùm conſanguineus poſſet retrahere à ſecundis emptoribus, propter id quod in ſimili traditur à Raph.Fulg.in l.ſi cùm venderet,ff.de pigno.& Alex.latè conſi.x.videretur fortaſſe,lib.1.& Fran.Cur. Seniore conſil.xij. Lucius Titius,cum concord.à me adductis infrà titu.ſeq.§.j.in verbo, *ſeront preferez*, nu.6.at in pacto,& ſeq.& iterum §.iij.in glo.j.tamen in hoc caſu poſſe retrahi à ſecundo emptore voluit Maſuer.hoc eodem titu.de retractu,verſic.item retractum petens,motus,quia id ius rem ipſam afficit,arg.l.ſi via,§.ſi fundus,ff.de ſerui.ruſti.præd.& melius (inquit) facit l.ſed vbi reſtitutio,ff.de minori.& l.poſtliminium,§.ſi is qui emerat,qui eſt pen.ff.de capti.& poſtlim.reuer. Idem quoque conſuluit Paul.Caſt.d.conſi.lxxiiij.col.iij.verſic.concluditur ergo,lib.2.& Lud.Bol.conſi.xxv.in ampliſsimo,col.v.verſic.& nota quòd tale ius. vbi dicit,quòd ſi etiam res vendita tranſiiſſet per mille manus, poſſet tamen conſanguineus eam vendicare ab vltimo emptore,arg.eius quod in ſimili not.in l.ij.C.de reſcin.vend.& in l.minor, in princ.ff.de euict.& in l.in cauſæ,in fi.ff.de minorib.& ſequitur Chaſſe.conſi.xxij.conſuetudine cauetur, col.v.verſi.& ſic eſt,& in conſue.Burgund.hoc eo.tit.§.xj.in glo.vlt.in prin. vbi tamen nullũ illorum allegat.& Boër.hoc quoque titu.§.ij.

*Quid, ſi res tranſierit per multas manus.*

*Conſuetudines de ea re.*

3 ¶Et eſt etiam expreſſa conſuetudo Aruernorum hoc eodem tit.c.12. & Normanorum,c.c15. cuius titulus eſt, *de querelle de fief vendu*,§.vlti.Marchianorum, hoc tit.§.vlti. qui eſt omnium cclxxxvij.Auxertanorum,ſiue vt alij vocant Altiſsiodorenſium,hoc quoque tit.§.xx.qui eſt omnium lj.& Comitatus Burgundiæ tit. *reachaptz*,§.xiij. Et facit bonus tex.in c.conſtitutus, de in integ.reſt.qui dicit huiuſmodi retractus oblationem fieri poſſe emptoribus,vel eorum ſucceſſoribus. Succeſſores autem dicuntur etiam ij,qui in rei tantùm dominiũ ſucceſſerunt, l.fluminum,§.adiicitur,ff.de dam.infect.cum ſimi. Et facit etiam tex.in l.vlt.§.j.ff.ad S.C.Velleian.& in l.debitor,vlti.ff.de pig.acti. Et idem de iure prælationis competente domino, aut eius ceſsionario,vt in tertium exerceri poſsit,reſpondit Pau.Caſt.conſil.cccxxxv.laudatio & inueſtitura,in vlti.dubio,lib.1.ſed tamen vide quæ dicam in d.tit.ſeq.vbi ſuprà.

*Succeſſores qui dicuntur.*

*Quid, ſi tertius rẽ habeat ex donatione, aut alio titulo retractui non obnoxio.*

4 ¶At hoc à quibuſdam intelligitur,cùm iſte tertius emit rem,de qua agitur:ſecus ſi titulo donationis,aut alio non obnoxio retractui ab emptore habuit:quia tunc (vt illi dicũt)non poterit conſanguineus ab eo reuocare. Ita enim tenuit expreſsim Sebaſt.Neapo.in tract. de Iure congrui,in verbo,poſſedit.& eius autoritate Matth.Afflic. in tract.Protomixeos,in verbo, vt intra xxx.dies,col.pen.verſi.vndecimò not.& iterum in verbo, licet enim ſuprà diximus, col.iij.verſi.ſextò not. Niſi (inquiunt) facta fuerit donatio,poſtquã cauſa fuit conteſtata ſuper retractu inter conſanguineũ & emptorem,& ita re effecta litigioſa, l.ij. & auth.ibi poſita, C.de litigio. Vel niſi (vt illi ſubdunt) id factum fuerit in fraudẽ conſanguinei:tunc enim locus eſt tit.quæ in frau.cre.Et fraus præſumitur, ſi præuentus à cõſanguineo poſteà donauit, l.ſi quis poſteà,ff.de iudi.Vel ſi id fiat clam,l.is qui,C.de reſcin.vendi. vel ſi poſt donationẽ, alienans reperitur poſsidere,l.ſicut,§.ſuperuacuum,ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſol. Hæc illi.

*Quid, ſi donatio fuit facta poſt litem cõteſtatam.*

*Quid, ſi poſt præuctionem.*

*Quid, ſi clam fiat.*

*Quid, ſi emptor,qui donauit, poßideat.*

5 ¶Sed horum ſententia, in eo quod primo loco dictum eſt,ſcilicet non poſſe rem retrahi ab eo,qui titulo donationis,aut alio huiuſcemodi rẽ ipſam ab emptore accepit, apud nos omnino non reciperetur.Nihil enim refert,quantùm ad id de quo tractamus, an tertius ille habeat titulo donationis,an venditionis,vt apertè ſentiũt cæteri omnes, quos ſuprà citauimus. Imò verò maior videtur ratio,vt poſsit euinci retrahiq; ab eo, qui titulo gratuito,liberali & lucratiuo rem ipſam ab emptore obtinuit,quàm oneroſo,vt qui minus ex hoc ſentiat incõmodi.Ideò Sebaſt.& Matthæ.non innituntur aliquo iure communi, ſed tantùm quibuſdam conſtitutionibus,quæ apud nos non ſunt. Quanquàm pro eorum ſententia nonnihil facit, quod à quibuſdam Doct.ſcriptum eſt in l.ij.C.de reſcin.vend.eam l.non habere locũ aduerſus tertium,niſi cùm in illorum contractu interuenit læſio vltra dimidium iuſti pretij, vt in primo.Super eo autem,quod ab illis dictũ eſt de venditione clàm facta, vide quæ dicam infrà tit.ſeq.in præfat.nu.12.ſecundum,& ſeq.Et ſuper eo, quod poſteà dictum eſt de alienante nihilominus poſsidente,vide etiam quæ latè diximus in tractatu Conſtitu.in ix.limitat.

*An conſanguineus teneatur reddere pretiũ primæ venditionis,an aliarum.*

*An poſterior emptor habeat euictionẽ contra priorem.*

6 ¶SED quæſtionis eſt,an conſanguineus debeat reddere pretium prioris venditionis factæ à ſuo ipſius conſanguineo:an verò pretium ſecundæ, quod fortè maius eſt. Et tu dic,prioris: ſed poſterior emptor habebit actionem ex empto aduerſus priorem emptorem, qui ei vendidit:vt in ſimili dicitur in d.l.poſtliminium, §.ſi is qui emerat,ff.de capt.& poſtli.reuer.& in ſimili quoque voluit Pau.Caſt.in l.iij.col.ij.verſi.in fin.glo.C.quod met.cau.Et nuncupatim in noſtro caſu cenſuit Geral.Bago.in ſua diſputat.retractus,verſic.quæro conſequenter, rem Titio venditam,in ij.concluſione. Et in hanc ſententiam eſt expreſſa conſuetudo apud Melodunenſes,c.35.& Victriacenſes,c.127.Cenomanenſes,c.411.Andegauenſes,c.400.Borbonienſes,c.460.vbi tamen requiritur conſanguineũ feciſſe ſuam diligentiam (vt vulgò loquimur)

*Conſuetudines de ea re.*

erga emptorem.Bleſenſes,c.205.vbi tamen non loquitur de euictione.& ſimiliter Niuernenſes hoc tit.c.13.Et vide tex.loquentem in non longè diſsimili caſu in l.ſi tibi alienam,& l.ſeq. ff.loc.& alium in alio ſimili in d.l.debitor.§.vlt.ff.de pigno.act.ibi,pecuniam quam debuit.

*Quid,ſi prior poſteriori declarauerit rē eſſe obnoxiam retractui.*
*Quid ſi ſecundus emptor id ſciebat.*

7 ¶Sed hoc de euictione intellige,niſi prior emptor poſteriori declarauerit rem adhuc eſſe obnoxiam retractui:aut ipſe ſecundus emptor eius rei ſciens prudensq; fuerit, quia fortè fuerit præſens priori venditioni:ideò id ſciebat aut ſcire debebat ex conſuetudine nō lippis & tonſoribus,vt eſt in veteri prouerbio,quo è noſtris vſus eſt Bal.conſil.ccclxxij.contrarium,col.j. lib.5. Nec enim tunc aget de euictione,niſi de ea expreſsim conuenerit,l.ſi fundum,& ibi gl. & Doct.C.de euict.& l.ſi à matre,& ibi glo.& Doct.C.de iure dot.& l.ſi fratres,C.commun. vtriuſque iudi.& l.vlti.& ibi gl.& Sal.C.de com.re.ali.& glo.in l.non dubitatur,C.de euict.& in l.j.in verbo,emptor,ff.eo.tit.& in c.ad audientiam, in fi.extrà de reb.eccle.non alie.Bart.in l.cùm vir,col.j.verſi.oppo.dixi.ff.de vſucap.Bal.Aluar.& Cardi.Alex.in c.rurſus ſi fidelis:vbi & ipſi loquuntur de euictione in caſu huic propè ſimili,tit.quib.mod.feud.amit.Sal.in auth. qui res,verſi.quæro circa primam.C.de ſacroſ.eccle.Raph.Co.conſi.clxx.dominus Zambertus,col.vlt.Pau.Ca.conſi.cccxxxiij.viſo puncto,ad fi.lib.1.Alex.conſi.lxix.ſuper eo,poſt prin. lib.4.Corne.conſi.clxx.quia cauſa,col.iij.verſi.& venditor,lib.4.& Docto.vbique.Super quo etiam vide quod in ſimili tradit gloſ.in c.1.in prin.in verbo,bonæ fidei, & ibi etiam Doct.tit. de prohib.feud.alienat.per Fede.& in l.vlti.§.vlt.C.commu.de legat.

*Quid ſi ſciens à ſciente quoque emit.*

8 ¶Quæ & tu notanter intellige , etiamſi ſciens à ſciente quoque emit. nam nec tunc quoque agit de euictione,niſi de ea expreſsim caueat,vt ſatis probat tex.in c.1.ti.de inuc.de re ali.ſuc. & expreſsim reſpondit Rom.conſi.cccxcvj.in caſu,col.ij.verſi.quo ad ſecundum. & Alexan. conſi.lxix.ſuper eo quod quæritur,col.j.verſi.nec etiam poteſt dici,lib.4.quia ſcienti(inquit) non fit iniuria neque dolus,l.cùm donatio.C.de tranſact.& l.j.§.j.& iterum §.vlti.ff.de actio. empt.vbi & de hac quoque re eſt bonus tex.& idem quoque voluit Ang.Aret.in §. vlti.col.j. in princ.Inſtit.de emp.& vend.vbi etiam tractat,an ſaltem poterit emptor ſciens repetere pretium à venditore etiam ſciente. De quo & tu vide Ioan.Lupum in repetit.rubric. de donat. inter vir.& vxor.char.37.col.j.ad fin.

*Paria ſunt ſcire & ſcire debere.*
*Et nolle ſcire.*

9 ¶Et ad id,quod diximus de eo qui ſcire debet,illud certè perpetuum eſt,vt inſpiciatur quod quis ſcire & intelligere debet. Id eſt paria ſunt ſcire,& ſcire debere,l.quod te,in fi. & ibi gloſ. Alber.Bar.Bal.Ang.Sal.& propè omnes,ff.ſi cer.pet.& l.ſi duo,& ibi Alber.Ange.{ & Roma. in fin.}ff.de acqui.hær.ex quibus ipſi dicunt paria eſſe ſcire,& facilè ſcire poſſe, & l.ſi Titius, in princ.ff.de fideiuſſori.& l.Iulianus,quæ eſt pen.ibi,qui ſciret aut ſcire potuiſſet,& ibi Alb. ff.ad S.C.Macedo.& l.quiſquis,& ibi glo.vlt.C.de reſcin.vendi.& l.idem,§.j. ibi, intelligit vel intelligere debet,ff.ad leg.Aquil.& l.qui fundum,§.ſeruus.& ibi Dyn.& Alber.ff.pro empt.& l.j.C.de peric.tuto.& l.prohibere.§.vlti.& ibi Alberi.ff.quod vi aut clam.& gloſ.in l.mora, in verbo,difficilis,poſt princ.& ibi Sal.col.iij.verſi.proſequor alia verba,ff.de vſur. Et facit text. in c.1.§.ſi vaſallus feudum,ibi,emptori ignoranti,& ibi Aluaro. in j.not.titu. ſi de feud.fuerit controuer.inter do.& agna.& quod ſcribit glo.in l.quòd ſi minor,§.reſtitutio, in verbo,non ignoraret,ff.de mino.& in l.qui cum alio,in gloſ.magna,in fin.ff.de regu.iur.vbi dicit parem culpam eſſe ſcire,& debere ſcire.& Pet.Iaco.titu.de actio.ex empto, melior & æquior.colum. vlti.in prin.Bald.in l.qui contra,C.de inceſt.nupt.vbi dicit eum haberi pro ſciente, qui non vult ſcire.& conſi.ccxl.præſuppoſito ſtatuto,lib.2.& conſi.cccxcv.pro domino Dinaldo,col. ij.verſi.vnum tamen dico,eod.lib.2.& Paul.Caſt.conſi.lxv.viſo quodam libello, col.ij.verſic. item narrari debebat,lib.1.& Alexand.conſi.xxxiiij.conſideratis his,col.j.lib.7. Et facit etiam optimus text.à multis ex ſuprà dictis allegatus in l.ſi quis domum,§.vlt.ff.loca.& alius quoque optimus in l.regula,§.ſed iuris,ff.de iur.& fact.ignoran.vbi paria ſunt ſcire, & facilè ſcire poſſe.Suntq; & alij propè infiniti textus,qui omnibus obuij ſunt.Sed & facit prætereà,quod tradit gl.in l.j.in verbo,neſcienti,& ibi Bal.col.ij.verſi.quæro quid ſi venditor,C.de ædil.acti. & quæ diximus ſuprà eo.tit.§.j.gloſ.xviij.quæ eſt in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,nu.41. huic ita,& quæ dicemus infrà §.xxxv.in verbo,*ignorans*,nu.28.ſextum quòd in caſibus,& ſeq.

*Sed an illis poſtremis caſibus repetet ſaltem ſecundus emptor pretium eius quod pluris emit.*
*Quid ſi actum ſit,ne & is teneatur de pretio,vide n.14.*

10 ¶Et hæc quidem haud dubiè ita obtinent,vt primus emptor non teneatur de euictione,in id quod aliâs intereſt ſecundi emptoris,ne ab eo res retrahatur,vt regulariter venditor tenetur, l.euicta re,ff.de euict.ſed quātum ad pretium,in id videtur teneri,vt ipſum reddat, per l.emptorem,§.vlti.ff.de act.emp.vbi qui etiam ex pacto non tenetur de euictione , tamen tenetur ad reſtitutionem pretij.niſi etiam actum ſit,ne teneatur de pretio,vt dicit glo.ibi, quam gloſ. dicit not.Bal.in l.j.col.vlti.verſi.tertiò non operatur,& ibi quoque Sali.col.quoque vlti.in v. q.C.de peri.& commo.rei vendi. Sed & illum text.dicit not. idem Sal.in l.ſi rem, §. quolibet tempore,ff.de euict.& Ioan.Rai. in c.1.§.habito,char.13.verſi.quæro quid ſi actum eſt, titu.de prohib.feu.alie.per Fede.Ang.Aret.in §.vlt.Inſtit.de empt.& vendit.& in §. actionum autem, col.xiij.verſic.& aduertas,de act. Et ſingu.quoque eum tex.dicit Iaſon in l. ſtipulatio iſta habere,colum.penulti.verſicu.& aduerte,ff.de verbor.obligat. licet ſimilis propemodum ſit in l.cùm ea conditione,in princ.ff.de euictio. Et id quoque voluit gloſ. in d.l.non dubitatur,& ibi etiam Alber.C.de euictio.& in l.ſi familiæ,in gloſ.magna,ibi,ſed hoc caſu. C. famil.erciſc.

vbi id



vbi id limitat.& Ioan.And.poſt alios multos Antiquiores in addi.Spec.tit.de empt.& vendi. §.vlti.in prin.Pet.Ferra.titu.forma libel.in cauſa vendi.in verbo , promittens de euictione,in prin.& latè Corne.conſi.ccxxvj.in præſenti,lib.2.

*De eadem re.*

11 ¶Verùm nec hoc caſu , videlicet cùm ſcienter emit rem huiuſcemodi , videtur agi poſſe ad pretium,niſi de eo ſtipulatus fuerit,per d.l.ſi fundum,& ibi glo.& Doct.C.de euict.& glo.& Bald.in d.l.non dubitatur,& gloſ.in l.iubemus,la ij.§.ſanè, & ibi Iac.Butrig.Bald.& Sal. C.de ſacro.eccl.& glo.in d.l.vlt.C.de com.re.ali.& in l.quemadmodum,in verbo,& emptor, & ibi Ioan.Plat.col.iij.verſi.ex qua not.C.de agri.& cenſi.lib.11.& in l. vlti.in glo.vlt.C.de fun. limi. eod.lib.11.& in l.j.in gloſ.quoque vlti.C.non lice.habit.eod.lib.& in §.ſi quis igitur iurauerit, in authen.de non ali.& in c.1.in verbo,bonæ fidei,& ibi Iac.Bel.in xj.quæſt.Marti. Laud.Ioā. Ray.in §.habito,& cæteri,tit.de prohib.feud.ali.per Fede.& gloſ.in d.c.ad audientiam,in fi.& ibi Lauren.Vincen.Goſ.Innd.Pet.Peruſ.& Cardi.Floren.extrà de reb.eccleſ.non alien. idem Innoc.& Ioan.Cald.in cap.ſi quis presbyterorum,eodem titu.Pau.Eleaz. in clem.ij.eo. quoque tit.Sal.Rapha.& Paul.Caſtr. in authen.qui res.C.de ſacroſanct.eccleſ.Petr.Ferra. vbi ſuprà,Marti.Laud. in c.1.§.ſed etiam res,colum.ij.verſi.nota pulchram,titu.per quos fiat inueſt. & omnes vbique,præter Ange.Aret.qui videtur tenetur contrarium,in d.§.vlt.col.vlti.Inſtit. de emptio.& venditio.

*Quid, ſi quis emerit contra interdictum legis,an recuperabit pretium.*

12 ¶Sed quod de ſtipulatione dictum eſt,intelligi debet , niſi ſi quis contra interdictum legis emerit:tunc enim nec ad pretium quidem agit,etiamſi ſibi ſtipulatione prouiderit, vt dicit gl. in d.c.1.de prohib.feud.alie.per Feder.quam ſequitur Bal.col.vlti.Iac.Aluar.col.iij.verſ.quæro ſubſequenter.Ioan.Ray.ibi in verſi.habito,chart.14.in paruis,verſic.quæro quid ſi cautum;& Cardi.Alex.col.ij.verſi.nota quòd ſolus,& colum.ſequen.verſi.quæro ſubſequenter,& And. Iſer.in cap.1.& ibi quoque Marti.Laud.& Cardi.Alexan.vterque colum.j.titu.de inueſt.de re ali.fac.& dicit Mart.id eſſe not.& Ioan.Fab.in d.l.ſi fundum.Quanquàm gloſ.teneat contrarium in d.l.quemadmodum : quam videtur ſequi Cyn.in l.vlt.C.de litig. Sed tu vide Sal.in l.iubemus,la ij.§.ſanè,C.de ſacro.eccle.& Card.Flor.in cle.j.in prin.in xxv.quæſt. de reb.eccl. non ali.& Ang.Aret.in d.§.vlt.col.j.Inſtit.de empt.& vendi.& Anto.Rub.conſi.clij.videretur primò,colum.j.nume.2.& 3.

*Quid in re ſubiecta reſtitutioni.*

13 ¶Sed & hæc procedunt,cùm ſciens rem alienā emerit.Is enim(quod iam diximus) haud dubiè nec ad pretiū quidem agit,niſi de euictione expreſsim conuenerit. Secus in eo,qui ſciens emit rem venditoris ſubiectam reſtitutioni:tunc enim indiſtinctè agit ad pretium,etiamſi de euictione non ſibi cauerit,per d.l.vlt.§.emptor autē, qui eſt vlt.C.com.de leg.ſecūdùm vnam lectu.glo.quam ſequuntur Mart.Sy.& Io.Fab.ibi,Bald.& Ang.in d.l.ſi fundum,& vbi id agit glo.in verbo,contra iuris poſsit.poſt prin.De quo tamen vide glo.in d.c.ad audientiam. Bar. Sal.Raph.Fulg.Pau.Caſt.Corn.in d.§.emptor autem,Imo.in c.cùm contingat, col.xij.verſic. ſed iuxta prædicta inſurgit,& multis ſeq.extrà de iureiu.& Raph.Co.d.conſi.clxx.in fi.& Io. Plate.in d.l.quemadmodum,col.iij.verſi. item fallit in emente.Corne.conſi.ij.circa primum, col.iij.verſi.nec obſt.d.§.& ſeq.lib.3. Nam multi dicunt illud ſpeciale eſſe in caſu d.§.emptor.

*Quid ſi ſpecialiter dictū ſit, ne teneatur ob cauſam retractus.*

14 ¶Porrò vnum aliud non prætermiſerim,id quod ſuprà diximus,venditorem re euicta teneri ad reſtitutionem pretij,etiam ſi ex pacto non teneatur de euictione,tum demum procedere,ſi generaliter ita dictum ſit,eum nō teneri de euictione. Secus ſi ſpecialiter,ne teneatur ob aliquam certam cauſam:tunc enim re euicta ob eam ipſam cauſam,non tenebitur ad reſtitutionem pretij,per tex.not.in l.qui libertatis,in prin.& ibi glo.j.Mar.Fan.Bar.& Bal.ff.de euict. Bald.qui dicit menti tenendum,in d.l.j.col.vlt.verſi.tertiò non operatur, & ibi quoque Sali. col.item vlt.in v.q.C.de peri. & commo.rei vend.idem Bal.in l.non dubitatur,C.de euictio. poſt Odoſ.& Cy.ibi,& Pau.Caſt.in d.l.emptorem,§.vlti.ff.de act.emp.Ro.qui illum tex.ſing. dicit ſing.384.ſi vendo rem.vbi etiam intelligit,cùm ſpecialiter de certa perſona cautum ſit.& Ange.Aret.qui etiam dicit ſing.in d.§.actionum autem,vbi ſuprà.Carol.Ruin.conſi.xciiij.diligenter,col.v.verſi.quartò etiam reſpondetur,lib.1.& Ant.Burg.qui id quoque dicit ſingu.in c.vlti.col.viij.verſi.quid autem econtra.extra de emptio.& vend.Hippo.Marſi.ſing.dclvj.venditor.& Carol.Molen.in conſuetu.Pariſ.tit.j.§.j.gl.viij.nu.41.& Fran.Rip.in l.ſi aliquam rem. col.pen.num.47.ff.de acquir.poſſ. Ex quo intelligis,quòd ſi expreſsim & ſpecialiter cautum ſit in hac ſecunda venditione,ne venditor,qui prius ab alio emerat,teneatur de euictione retractus prioris venditionis , tunc haud dubiè nec ad pretium quidem teneatur. Nec tamen interim omittemus,quod ad hanc euictionis materiam pertinet , etiam ſi nihil ad retractum faciat,quòd pactum ne quis de euictione teneatur,non ei prodeſt,qui ſcit cauſam ex qua res poſteà euincitur,& eam tacet.l.tenetur,§.vlti.& ibi Bart.ff.de act.empt.& d.c.emptorem.§.denique,eo.tit.nam vt dicitur in poſteriori loco,hic dolo non caret.

*Si ſecūdus emptor minoris emit,quā prior emerat , quod pretiū reddet cōſanguineus.*

15 ¶Sed hæc obtinent,cùm ſecundus emptor pluris emit,quàm prior emerat. Quid igitur, ſi minoris emit? Verbi gratia,Titius conſanguineus meus tibi vendit rem quampiam immobilem centum aureis. Tu intra annum,quo poteram rem eandem retrahere,eam ipſam vendis Sempronio ſexaginta tantùm aureis , vtrùm ego, qui volo retrahere ab iſto Sempronio ſecundo emptore,debeam reſtituere illud pretium prioris venditionis, quod eſt centum au-

redrum,an verò pretium tantùm poſterioris,quod eſt ſexaginta ? Quòd quidem ſtatim prima facie videri poſſet. Nam aliàs iſte ſecundus emptor ſine vlla ratione lucrabitur quadraginta aureos, vltra illos ſexaginta ab eo tantùm numeratos:niſi diceres & hos priori emptori,quòd indemnis reddatur,eſſe reſtituendos : nam & aliàs ſecundus emptor locupletaretur cum iactura ipſius prioris emptoris,contra l.nam hoc natura,ff.de condict.indeb.

16 ¶Poſſet item videri integrum prioris venditionis pretium eſſe reſtituendũ ſecundo emptori,à quo res retrahitur. Nam vi prioris huius venditionis,& ad eam retrahendam venit conſanguineus,vt ſcilicet eam in ſe transferat,ſeque in locum prioris emptoris reponat. Ideoq; vt non tenetur ſoluere,niſi pretium illius prioris,ſi poſteà alteri pluris vendatur,vt diximus in præcedenti quæſt.ita & ſi minoris poſteà vendita ſit,debet tamen reſtituere integrum pretium ipſius prioris,vt contrariorum eadem ſit diſciplina,vt multis legibus probatur , ſed iis potiſsimùm,quæ proximè ad hunc locum pertinent,ſcilicet l.ſi ex toto,in princ.& l.quod in rerum,§.ſi quis poſt,ff.de legat.j.vbi quemadmodum ſi teſtator aliquid ex toto fundo alienauit,id eatenus minuit legatum,quatenus alienatum eſt:ſic ſi adiecit, auget ipſum legatum, eo quod adiectum eſt:ita vt id augmentum legatario cedat : ſicuti id, quod ſublatum erat,ei deperibat. Et l.vlt.in fin.ff.de leg.iij.vbi hæc verba ſcribuntur, Quomodo enim augetur,vbi amplius eſt in bonorum poſſeſsione:ſic vbi minus eſt,deducitur. Ex quibus Bartol.ibi illud aſſumit.quod operatur propoſitum in propoſito,idem operatur oppoſitum in oppoſito. Et l.ſi mortis,in princ.ff.qui & à quibus,cùm dicitur,Nam ſicut aucta hæreditas prodeſt libertatibus,ita nocet diminuta. Nam & ſicuti iſte ſecundus emptor,ſi ſciens pluris emiſſet , id incommodum ſenſiſſet,vt quòd ſuprà prius pretium dediſſet, non accepiſſet à conſanguineo: ita & id commodum ſentire debet,vt id accipiat,quod eſt infra illud prius pretium : quia ſecundùm naturam eſt,commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda,l.ſecundùm naturam,ff.de reg.iur.& c.qui ſentit,eo.tit.lib.6.& vtrobique concord.in glo. Quanquàm contra hanc rationem facit l.ea lege,in princ.ff.loca.

*De eadem re.*

*Contrariorum eadem diſciplina.*

17 ¶Nec eſt,quod queri debeat primus emptor,qui poſteà minoris vendidit,quàm ipſe prius emerat,cùm id ſciens prudenſq; fecerit,l.cùm donationis,C.de tranſac.& l.j.§.vſqueadeò,ff.de iniur.& l.nemo fraudare,ff.de reg.iur.& ibi concor. quibus probatur illud vulgatum & vice prouerbij celebratum, Volenti iniuriam non fieri,neque dolum:quę eſt Ariſtot.ſententia lib. Ethic.ad Nicomachum 5.cap.11.eodemq; vlti. At ſi ignorans id fecerit,vt quia non ipſe prior emptor,ſed hæres ipſius alteri vendidit , & quia ideò iuſtam habet ignorantiæ cauſam, l.qui in alterius.ff.de reg.iur.forte dici poſſet,huic reſtituẽdum eſſe, quod poſterior emptor ſuprà pretium à ſe numeratũ recepit à conſanguineo,ſicut è diuerſo reſtituere teneretur, quod ſuprà idem pretium recepiſſet à ſecundo emptore,re euicta & retracta à conſanguineo,reſtituto tamen pretio prioris venditionis, vt diximus ſuprà in præced.quæſt. idque ex eadem illa regula contrariorum.

*De eadem re.*

*Quid,ſi hæres primi emptoris ignorans minoris uendidit.*

18 ¶Quid igitur hìc dicendũ eſt ? Et certè hæc res admodũ dubia eſt,cùm in re ſimili variarint principes noſtrarũ legum interpretes.Nam in l.ſi vi,quæ eſt iij.C.quod metus cauſ.ſcribitur, quòd ſi vi vel metu fundum venditũ emptor alteri vendidit,venditor poteſt à ſecundo emptore repetere reddito ei pretio. Et Accurſ.ibi in eo verbo,reddito,quærit quod pretiũ reſtituendum eſt:Et dicit reſtituendũ eſſe primum pretium tantùm,ſi minus eſt,arg.l.ſuper,C.de euict. Quod ſi maius ſit primũ illud pretiũ,quia ſcilicet ſecũdus minoris emerit,& illud quidem quod minus eſt,id eſt ſecundũ pretium,ſi agens volet,reſtituet.l.ſi cum militaribus, C. de reſtit.mil.At Pet.Cy.& Raymun.in ead.l.iij.conſtanter tenent illud omnino reſtituẽdum, quod à primo emptore fuit datũ,ſiue maius, ſiue minus ſit:quia ſicut illi,ſi contra eum ageretur,illud primũ pretium eſſet reſtituendũ:& ita quoque ſecundo,in quem primus totũ ius ſuum tranſtulit,l.emptor,ff.de rei vend.& l.ſi in venditione,ff.de acti.empt.& l. dolia,§.j.ff.de contra.emp. Nec obſt.(inquiunt) d.l.ſi cum militaribus,quia ibi ſpeciale eſt,cùm creditor nõ remaneat in damno:quia ſua ſibi actio ſalua remanet ad reſiduum debitum,arg.l.creditor.ff. ſi cert.pet. Subditq; Cy.poſt Pet.in iij.q.quòd ſi poſſeſſor rei nõ habeat cauſam à primo emptore,non eſt illi reſtituendum pretium,cùm id non ob aliud repetat, quàm quòd repræſentat perſonam prioris. Hic autem,cùm nullam ab eo cauſam habeat,eum non repræſentat.

*De principali quæſtione.*

19 ¶Bar.autem in d.l.iij.col.ij.verſ.quæro quid ſi pretiũ,dicit quòd ſi in inſtrumẽto venditionis dictum eſſet hoc modo,vendidit illã rem & omnem rationẽ,quam habet in dicta re,ſiue pro dicta re,vt ſæpe fieri aſſolet,& tunc ea opinio Petri & Cyn.procederet.Sed ſi res eſſet ſimpliciter vendita,tunc nõ tranſit niſi ius reale:nã iura quæ cõpetunt perſonæ,non tranſeunt,niſi cedantur,l.in creditore,ff.de euict.Et ideò(inquit)puto aduertendũ,quomodo à reo opponatur exceptio.Nam ſi is opponat,non debere ſe rem reſtituere,niſi & ſibi reſtituatur pretiũ,à ſe datũ,tunc habet locũ d.l.ſi cũ militaribus. Quòd ſi opponat,reſtituendũ eſſe pretiũ ſimpliciter,nec adiiciat,ſibi,aut etiã adiiciat,primo emptori, optimè procederet huiuſmodi exceptio: quia exceptiones ex perſona venditoris tranſeunt in emptorẽ,l.ſi à te,in fi.& l.ſi mater,§.vlt. ff.de excep.rei iud.& hanc Bart.ſententiã ad vnguem ſequuntur Ang.Sal.& Raph.Fulg.in d. l.iij.& idem Sal.in d.l.ſi cum militaribus,in vlt.opp.Et ad hanc rationem adde quæ diximus

*De eadem re.*



ſuprà



ſuprà eo.tit.§.j.glo.ix.quæ eſt in verbo,*ou lignagier*,nu.129.his tamen non obſtantibus,& ſeq.

20 ¶At Bal.in ea ipſa l.iij.circa mediũ,dicit opinio.Petr.eſſe veriorẽ, quia hoc ius retentionis,vt ſcilicet ſecundus emptor poſsit rem retinere,donec reſtituatur pretiũ,ſapit defenſionem. Ius autem defenſionis tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem ſine vlla ceſsione,vt plenè not.à Dy. in l. fluminum,§.adiicitur,ff.de dam.infec.& probatur vltra eum in l.in hoc iudiciũ,in prin.verſ. cæterùm ſi partem,ff.commu.diui.Nec obſt.(ait) d.l.in creditore,de euict.ſicut nec l.vlti.ff.de contrahen.empt.quia loquuntur in iure agendi. Hincq; ſubinfert ipſe Bal.quòd ſi etiam iſte tertius ſucceſsiſſet ex cauſa lucratiua, vt quia ei primus emptor rem donauit , nihilò minùs eſſet ei reſtituendũ pretiũ venditionis factæ ab actore. Aliud autẽ,ſi poſſeſſor nullũ titulum haberet ab ipſo primo emptore:quia nullum pretiũ ei eſſet offerendum. Et per omnia eum ſequitur Pau.Caſt.in d.l.iij.poſt mediũ:ſed addit,quòd id quod percipiet ſecundus emptor, plus quàm ipſe ſoluerit,tenebitur reſtituere primo emptori, vt omnes reponãtur in ſuo ſtatu:quod voluit,vt ipſe dicit,fieri glo.ibi in d.verbo,reddito,poſt prin.niſi ipſe primus emptor ex cauſa donationis ceſsiſſet tertio omne ius,quod habebat occaſione dictæ rei:nõ enim iſte ſecundus emptor aut donatarius debet lucrari cũ aliena iactura.De quo tamẽ dicemus poſteà.

*Quid, ſi tertius habeat ex cauſa lucratiua,uide nu.23.*

*Quid,ſi nõ habet titulum à primo emptore.uide nu.23. & 24.*

*Si maius pretium prioris uenditionis reſtituitur,cuius commodo cedet,primi , an ſecundo empt. uide 23.*

21 ¶Poſtremò autem Alexand.in eadem l.iij.col.j.& ij.iis propemodum omnibus ita recenſitis, maluit ſequi opinio.Bartol.& aſſeclarum illius,hac potiſsimùm ratione motus,quia licèt iura dicant,quòd ius excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem,non tamen dicunt,quòd ſecundus emptor ſine mandato poſsit conſequi ſibi dari pretium primi emptoris. Nec obſt. (ait) reſponſio data ad dictam l.ſi cum militaribus, quia ſimiliter & in hoc caſu primus emptor poterit repetere per condictionem ſine cauſa,aduerſus primum venditorem,iuxta l.j.ff. de condict.ſine cauſa. Et ita reſidet Alex.

*De principali quæſtione.*

22 ¶In eo autem,quod dictum eſt de re,quæ ad tertium peruenit ex donatione , aut alia cauſa lucratiua,Bart.& poſt eum Sal.ſimpliciter tenet,idem dicendũ,quod ſuprà ex ipſis diximus, quando res minoris vendita eſt ſecundo emptori.Nam & ius excipiendi etiam tranſit in ſucceſſorem ex cauſa lucratiua,l.ſi tibi,§.pactum,in fi.ff.de pact.Verùm in hoc nutat & cogitandum relinquit Fulgo.propter tex.in l.qui ſolidum,§.j.ff.de lega.j.vbi ſi emptor legauerit rem à ſe prius emptam,& poſt mortem ipſius reſcindatur vẽditio,reſtituto illius pretio , debet id pretium legatario ſolui,quamuis aliàs regulariter euicta re legata non teneatur hæres de euictione,l.ſi à ſubſtituto,in fi.ff.eo.tit.& plenius in l.ſi domus,§.de euictione,eo.quoque tit.

*Iterum de cauſa lucratiua.*

23 ¶Sed huic Alexan.ipſe continuò occurrit,negatq; in d.l.qui ſolidum,§.j.dici quòd legatarius poſsit contra reſcindentem contractum opponere de pretio ſibi reſtituendo:imò potius contrarium, ſcilicet quòd hæredibus emptoris eſt reddẽdum:poſteà verò ab iis ipſis hæredibus, legatario,vt etiam intelligit gloſ.ibi,quæ dicit in hoc vtilem actionem ex teſtamento,vel officio iudicis competere legatario. Quod omnino facit ( ne id omittam ) contra illud,quod Pau.Caſt.dicit,vt ſuprà ex eo diximus,quòd tertius debet reſtituere primo emptori id quod plus recepit,quàm quod ei dederat. Poſteà autem idem Alex.multis interiectis, & in fine illius legis dicit,quòd poteſt probabiliter ſuſtineri , quòd licet in ſucceſſore ſingulari ex cauſa oneroſa poſsit procedere opinio ipſius Bartoli,cùm totum pretium primi emptoris non debeat peruenire ad ſecundum: tamen ſecus videtur in ſucceſſore ſingulari ex cauſa lucratiua, per d.l.qui ſolidum,§.j.& hoc maximè cauſa euitandi circuitus,argu.l.dominus teſtamento, ff.de condict.indeb. Sed & ipſe Alex.ſequitur id,quod diximus ex Pet.Cy.Bal.& Paul.Caſt. quòd ſcilicet tertius,qui non habet cauſam à primo emptore,non repetit pretium:& reſpondet quibuſdam rationibus,quæ ambiguum in hoc reliquerant Sali.vt ibi videre poteris.

*De eadem re.*

24 ¶Et ex his quidem omnibus potes hìc in noſtro caſu intelligere,quid dicendum ſit,quando ſecundus emptor minori pretio emit,quàm quo primus emerat, vtrùm ſcilicet ipſi ſecundo emptori,à quo conſanguineus retrahit , reſtituendum ſit pretium ſuæ ſecundæ venditionis tantùm,quod minus eſt:an verò primæ,quod maius eſt. Et cùm maius reſtituitur, vtrùm ei lucro cedat,an verò ſit reddendũ primo emptori. Quid item in vtroque,ſi iſte ſecundus nõ emit,ſed ex cauſa lucratiua à primo habuit. Quid denique,ſi ab eo non habuit,ſed aliunde, quia fortè ab alio emit,cùm res aliena vendi poſsit,l.rem alienã,ff.de contra.emp.cum ſi. aut etiam rem ipſam,quam vacantẽ reperit,aut derelictã,occupauit.Sed & ſi præterea ſcire velis, vtrùm agens poſsit reſtituere pretiũ primo emptori inuito ſecundo , videbis per gl.in d.l.iij. in verbo,reddito,in prin.& ibi quoq; per Bar.Ang.Sal.Fulg.& Alex.quos tu omnino videas.

*An retrahens poſsit reſtituere pretiũ primo, inuito ſecundo.*

25 ¶Sed vltra prædicta quoque illud quæri poteſt,vtrùm ſi conſanguineus rem euicerit retraxeritq; à ſecundo emptore,reſtituto ei pretio,quod ipſemet tradiderat,ita vt eo nomine con queri non poſsit aduerſus primum emptorem, qui ei ſecundo loco maiori pretio vendiderat,poteritne alio nomine agere de euictione.Pau.Caſtr.in d.l.iij.col.ij.verſic. aduerte tamen, dicit in caſu illius l.quòd ſi res pluris valebat,quàm fuerat ei vendita, & quàm à conſanguineo retrahente recuperauit,poteſt in id agere de euictione,per l.Titius,§.vlti.ff.de actio.emp. vbi expreſsim ſcribitur, quòd actio de euictione non tantùm continet pretium,ſed & aliud omne,quod intereſt emptoris rem non euinci. Ex quo etiam potes intelligere,quòd ſi aliter eius intereſſet,quàm ob illam pluris æſtimationem, illud eum conſecuturum. Vel vt ſubdit

*An ſecundus emptor,qui recepit pretium, poſsit alio nomine agere cõtra primum.*

Paul.poteſt agi ad duplum, ſi fuerit promiſſum, deducto pretio quod recepit à conſanguineo, per l.cùm fundus vti optimus, ff.de euict. Sed id tamen, quod diximus de æſtimatione pluris, & eo quod aliunde intereſt, intellige ſecundum ea quæ diximus ſuprà, in eadem gloſ. nume.7.ſed hoc de euictione, & duobus ſequent.

26 *An conſanguineus poterit ſe qui primũ emptorem, qui declarauit alteri ſe uendidiſſe.*

¶Nec tamen hinc abeundum ducimus, priuſquàm Lectores admonuerimus, quòd ex hac noſtra conſuetudine ſatis datur intelligi, conſanguineũ facta ei declaratione venditionis alteri factæ, non poſſe vlterius ſequi primum emptorem, ſed poſtremum. Quod & de iure dicit procedere Pau.Caſt.conſi.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam, col.iij.verſicu. concluditur ergo, lib.2.per l.quod ſæpe, §.ſi res, circa mediũ, ff.de contrah.empt.& l.cùm fundum, §.ſeruum tuum imprudens, & ibi gloſ.vlti.ff.ſi cert.peta. Quanquàm Cæpolla cauſarũ ciuilium conſil.lxv.quod dominus Hieronymus, tenet in caſu ſimilis ſtatuti, quòd primus emptor conueniri poteſt, teneturq; rem vendere & tradere conſanguineo: nam vendẽdo (inquit) alteri, videtur facere in fraudem, & malè facere, arg.l.vlti.§.ſinautem, C.commu.de lega. ergo & ipſe conueniri poteſt, l.j.C.de alien.iudi.mut.cau.fact.& allegat etiam glo.in l.ij.C.de reſcind.vendi. Non negat tamen aduerſus vtrunque agi poſſe, ſed ita vt conuentione vnius alter non liberetur, quin & ipſe conueniri poſsit, per l.vlti.C.de fideiuſ. Sed Cæpol.fortè loquitur in ſtatuto prohibente alienationem fieri in alium, quàm in conſanguineum, quia in vniuerſa penè Italia huiuſmodi ſunt ſtatuta. Veruntamen non id declarat aliter ipſe Cæpol. At idem conſi.xliij.clariſsimè, col.iij.verſic.ſecundò principaliter, tradit poſſeſſorem tantùm hac actione conueniri poſſe, cùm ea ſit in rem ſcripta.

*An alter alterius conuentione liberetur.*

27 *Si emptor, durãte retractus lite, rem alienet, & ſuccumbat, an ſententia exequi poſſit contra poſſeſſorem.*

¶Et haec quidem locum habent, cùm primus emptor alteri vendidit ante oblationẽ retractus factã à conſanguineo. Quid igitur ſi poſteà vendidit, & reticuit ipſi conſanguineo offerenti atque etiam in ius ſuper retractu vocatus litem defendit, cauſatus fortè contractum ſuum non eſſe obnoxium retractui, quia negat eſſe venditionis, aut alterius æquipollentis, & tandem victus eſt: an conſanguineus, qui obtinuit, poterit petere executionẽ ſententiæ aduerſus ſecundũ emptorẽ, an verò neceſſe erit illum deintegro cõpellare? Et idem quoque quæri poteſt in retractu cõuentionali. Vide omnino Bar.Pau.Caſt.Alex.& alios Recentiores in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, ff.de re iud.& ipſum Bar.in l.ſi quis miſſum.§.j.verſ.quæro quid ſi ante, ff.de dam.infe.& in l.ſi creditores.col.vij.verſi.videamus ergo, C.de pigno.Bal.in l.j.ante fin.C.de ali.iud.mut.cau.fac.& in l.ob maritorum, C.ne vxor pro marito, & in c.quia V.col. vlti.verſi.tertiò quæritur, extrà de iudi.& Roffr.Beneuen.q.Sabbat.xviij.Albertus.Alber.in l. chirographis, §.j.ff.de admi.tut.& Sal.in l.vlt.in vlt.q.C.de execu.rei iud.Paul.Caſt.in l.certa, C.vt in poſ.leg.Pet.Ferra.tit.forma libel.ſent.diffin.in glo.j.col.pen.verſi.quæro an ſententia. Matth.Afflic.deci.Neapol.cccxcvj.in cauſa comitis, col.iij.nu.9.& Card.Alex.in c.ex ratione, col.xxij.verſi.ſexta eſt quæſtio, extrà de app.& conſuetudinem Victriacenſem, cap.127.

*Conſuetudo.*

28 *Si res fuit euicta ab emptore per aliũ, an conſanguineus retrahere poſſit ab hoc alio.*

¶Intellige autem noſtram hanc conſuetudinem, ſtatuentem vt poſsit conſanguineus retrahere à tertio emptore, vt procedat, ſi primus emptor ei ſpõte ceſsit. Sed quid, ſi ab eo res euicta eſt per aliũ, an & tunc ab iſto poterit cõſanguineus retrahere? Matth.Affl.in tract.Promixeos in verbo, ſcriptũ eſt, col.iiij.verſi.ſed iuxta prædicta, negat tunc locũ eſſe retractui, quia huiuſmodi alienatio neceſſaria ſit. Pro cuius ratione adde, quæ ſcripſimus ſuprà eo.tit. §.j.gl.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.8.ſecundò intellige, & ſeq. Sed id vtique nõ perpetuum eſt. Quid enim, ſi ideò euicta ſit ea res, quoniã venditor ille primùm eandẽ huic euincenti vendiderat, & tradiderat. Nónne & tunc admittetur conſanguineus aduerſus eundẽ? & certè admittetur, nõ vt trahat vi illius poſterioris venditionis, ſed prioris factæ ipſi euincenti.

## ET NE COVRT POINT LE TEMPS, NEQVE CVRRIT TEMPVS, GLO. II.

1 *Si primus emptor qui alteri uendidit id nõ declaret conſanguineo, non ei currit tempus.*

HOC iuris eſt: aliâs nemo non fraudaretur colluſione emptoris & alterius, cui iterum clàm venderet. Idque confirmatur multis ſimilibus. Primò enim non currit inſtantia actori, ſi reus ſubterfugiens, cauſam trahat ac protelet, vt voluit glo.in c.venerabilis, in gloſ.magna, extrà de iudic.quem dicit valde ſingu.Maria. Soci.ibi col.j.& eſt bonus tex.in l.intra vtile, in princ. & ibi Bald.in iiij.nota, ff.de minorib. & in l.petendæ, C.de temp.in integr.reſtit.& in l.contra, C.de inoffi.teſtam.vbi & Bal.ponit alia multa ſimilia.& Alexand.conſi.xlij.in cauſa & lite, colum.iij.verſi.& iſtud, lib.3.vbi alios allegat.& conſi.lxxj.videretur, in princip.lib.5.& Philip.Deci.in c.ex ratione, col.viij.verſicu.vnde alia, extrà de appel. De quo tamen dic, vt per Docto.in authen.ei qui, C.de tempo.appella.& in c.ex ratione, extrà de appel.& Roma.in l.ij.ff.de re iudi.& Maria.Soci. poſt alios in d.c.venerabilis, in xxiij.artic.princip.

2 *De eadem re. Tempus non currit impedito per moras aduerſarij.*

¶Secundò, quòd ſi ex forma ſtatuti cauſæ debẽt expediri intra certũ tempus, alioqui pereunt litigatoribus: id tempus ei non currit, qui impeditur per moras & dilationes aduerſarij, vt voluit Cy.in l.vlti.in fi.& ibi quoque Bal.& Sal.per illum tex.C.de adul.Iac.But.Bar.& Bald.in auth.clericus, C.de epiſ.& cle.Ioan.And.in addi.Spec.tit.de dilatio.§.j.verſi.ſed pone.Dy.Cy. Bald.& Alex.in addi.Bart.in l.ſi cùm ipſe, per tex.& gloſ.ibi.ff.de excu.tuto. Vbi & id dicunt

procede



procedere, cùm & aduerſarius petit dilationẽ vltra illos tres mẽſes, quia dicit habere ſe teſtes in lõginquis partibus. Idque dicit ipſe Bal.ibi notatu dignum, declaratque quomodo id intelligatur.& Alex.d.conſi.lxxj.lib.5.& Iaſon conſi.xxxv.in quæſtione, in ij.dubio, lib.1.

3 ¶Tertiò quòd tempus alicui ſtatutum ad probandum, ei non currit, tantiſper dum aduerſarius differt reſpõdere eius poſitionibus, l.j.& ibi Bal.col.ij.verſi.vlterius no.C.de iura.calum. glo.vt à multis allegatur, in cle.ſæpe, verſicu.& quia poſitiones, in verbo, poſt dationem, & ibi Imol.col.xiij.in declaratione illius gloſ.& Card.Flor. in ix.q.poſt alios Antiquiores, de verb.ſig.Bal.in d.l.ſi cùm ipſe.verſ.ſecundò not.& ibi etiam Alex.in addi.Bar.ff.de excu.tut. dem Bal.qui id dicit eſſe perpetuò notandum, in l.vlt.col.iiij.verſi.iuxta prædicta quæro, & ibi quoque Pau.Caſt.col.iij.verſi.vlt.Bal.dicit.ff.de fer.vbi Pau.ipſe declarat.& Alex.d.conſi. xlij.lib.3.& d.conſi.lxxj.lib.5.& Iaſon conſi.x.ex caſu, col.ij.verſic.iſtis ſic in facto, libr.1.& d. conſi.xxxv.vbi ſuprà lib.1.& Phil.Dec.in d.c.ex tenore, vbi ſuprà, de appel. Et facit, quod in ſimili tradit Innoc.in c.pia, col.j.in verbo, octo, in fi.extrà de except. *De eadem re.*

4 ¶Quartò, quòd terminus (ita enim ſæpe eo verbo in hac ſignificatione poſt noſtrates vtimur) præſtitutus actori ad probãdum, non ei currit, donec aduerſarius impugnat articulos ipſius, vtpote quos dicit non admittendos. Ita enim voluerunt Bal.Imo.Rom.& Fran. Are. in l.quandiu inſtitutus, ff.de acqui.hære. Quod tamen intelligunt ipſi Ro.& Fran.Are.cùm articuli erant admittẽdi, aut certè tales, vt probabiliter potuerit dubitari, admittẽdi ne eſſent an non, alioquin ei eſſet imputandum, quòd haud dubiè non admittendos propoſuerit, per l.ij.§.non ſolùm, ff.ad Tertul.Alex.in addi.Bal.in d.l.j.C.de iura.calum. Et vide quod in ſimili diximus ſuprà eod.tit.§.j.glo.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.42.quod tamen.& iterũ in §.iiij. glo.iij.in verbo, *aura cours contre le retrayant*, nu.1.& 2.& quod tradit glo.in c.cupiẽtes, in verbo, videbitur, & ibi Domi.& Philip.Franc.qui adducit concord.de elect.lib.6. *De eadem re.*

5 ¶Quintò, quòd ſi actori ſtatutus eſt terminus ad producẽdum, iſque petat ſibi inſtrumenta edi à reo, vt ea producat, in caſibus, in quibus reus tenetur edere actori, qui ponuntur à noſtris Docto.in l.vlt.C.de edend.& Cano.præſertim recentioribus, in c.j.extrà de proba. non currit terminus probationis actori, quandiu reus differt edere, ex ſententia Bald.in l.j.§.vlti. per gloſ.vlt.ibi ff.de eden. & idem propemodum voluit Alber.poſt Iaco.But.in ea ipſa l.j.§. edenda. Et hæc quidem omnia propè retulit, & ſecutus eſt Iaſon in l.ſi eum, §.qui iniuriarum, col.iij.& ſeq.ff.ſi quis cautio.& d.conſi.xxxv.in ij.dubio, libr.1.eaque dicit notanda eſſe diligenter, quia quotidie veniunt in actum practicum. Nec tamen meminit Alex.cuius in d. conſi.lxxj.libr.5.hæc omnia propè ſunt. Et hoc quoque vltimum ſequutus eſt ipſe Iaſon d. conſi.x.vbi ſuprà lib.1.vbi id dicit ſingu. *De eadem re.*

6 ¶Poſtremò adde tex.optimũ præter eos, quos ſuprà citauimus in d.l.ſi cùm ipſe, ff.de excuſ. tuto.cuius hæc verba ſunt: Si cùm ipſe inſtitueret, vt proferret excuſationem, mora cõtradictionis impeditus eſt, quo minùs decreto liberaretur, excuſatione rectè probari, ſcilicet poſt tempus in id conſtitutũ: nam de eo loquitur, vt patet ex l.præcedenti. Vt tamẽ non omittas, quod à Pau.Caſt.reſponſum eſt conſi.cxxxv.in cauſa deſertionis, col.pen.verſi.illud etiam videtur, iterumq; in fi.lib.2.tempus appellationis proſequendæ non currere appellanti, dum aduerſarius impugnat appellationem de deſertione, per quædam ex iuribus ſuprà allegatis. & ſequitur Deci.in d.c.ex ratione, vbi ſuprà, de appella. Et facit, quod traditũ eſt à D.à Rota. deci.cij.fatalia, in nouis, & deciſi.ccccxlviij.nota quòd fatalia, in antiquis.& ab Alberico poſt Gui.in l.vlt.in fi.C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ. *De eadem re.*

## POVRVEV TOVTESFOYS QV'IL N'Y AIT NEGLIGENCE NOTABLE, DVMMODO TAMEN NON INTERVENERIT INSIGNIS NEGLIGENTIA, GLO. III.

1 NAM etsi ſtatim non potuerit conuenire iſtum ſecundum emptorem, quem ignorabat: tamen cùm primùm eius notitiam habuerit, debet ſe non negligenter parare ad retractum, illique oblationem facere: per id quod in ſimili voluit gloſ. in c.cupientes, §.quòd ſi per xx.in verbo, propoſita, in princi.de elect.lib.vj.quòd ſi quis miſit nuntium ad proponendũ ea, quæ in eo tex.fieri iubentur intra xx.dies, fueritq; is nũtius impeditus, non ei nocebit, dũmodo poſteà non ſit negligẽs. De quo & nos plenius diximus ſuprà §.ix.in vlt.glo.nu.24.ſed id tamẽ, & ſeq.vbi videre poteris, id arbitrio iudicis æſtimandũ eſſe, vti & in hoc eodem caſu voluit Ferr.in conſuet.Burdig.hoc quoq; tit.§.viij. in prin.Sed & tu vide quæ ſcripſimus §.j.in glo.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.23. nec tamen. *Si conſanguineus reſciuerit emptorem alteri uendidiſſe, an continuò debet illum alterum conuenire.*

## §. *XIII.*

ET EST & doit eſtre aucun reputé plus proche, & preferé quant au faict deſdictz telz retraicts, ainſi & en ce qu'il ſeroit plus proche & preferé en faict de ſucceſsion.

*IS EST, & cenſeri debet proximior,vt præferri debeat in retractu,qui in ſucceſsione proximior eſt, & præferri debet.*

## GLOSSA I. ET VNICA.

*1 Quis cenſeatur eſſe proximior in materia retractus, Cõſuetudines.*

HIC ſpecialius exprimit,quod ſuprà dixerat,§.xj.ſcilicet,retractũ imitari naturã ac ius ſucceſsionis,quod & tradit & Maſuer.in hoc tit.de retractu,in prin.Ex hocque iam multas quæſtiones in hac materia retractus decidimus,& poſteà,vt locus occurret,decidemus. Et vide quæ dicemus in §.ſeq.in fi.nu.2.ex hac autẽ,& ſeq.Cum hac autẽ conſuetudine propemodum concordat & Pariſienſiũ conſuetudo,c.cxcvj.Cenomanẽſium, c. ccclxxiij.& ſeq.Andegauenſium,c. ccclxviij.& ſeq.Angoliſmenſium,c. lxij.vbi eadẽ propè verba ſunt,quę in hac noſtra conſuetudine,Sanctonum Angeriacorum,cap.lij.vbi & eadem quoque ſunt verba,Burdigalenſium,cap.xij.

## §. XIIII.

TOVT homme lignagier d'aucun vendeur,ſoit de prochain ou loingtain degré,doit eſtre receu au retraict dedans l'an & iour de la vendition faicte par ſon dict lignagier : poſé que la choſe vendue ne ſoit pas du branchage, [a] dont le retrayant & le vendeur ſe appartiennent. Mais ſi dedans ledict an & iour vn autre lignagier du vendeur, & dont la choſe vendue ſoit deſcendue,& regardant ſon branchage,venoit contre l'autre lignagier, qui premierement l'auroit prinſe: poſé que iceluy ſecond lignagier ne fuſt ores ſi prochain du lignagier du vendeur,comme ſeroit le premier, iceluy ſecond la doit auoir, & touſiours ſeroit preferé, veu que la choſe ſeroit regardant ſon branchage.[b]

*QVILIBET conſanguineus,ſiue proximior,ſiue remotior gradu,admittitur ad retractum intra annum & diem venditionis, etiamſi res vendita non ſit eius lineæ, [a] qua retrahens & venditor ſe contingunt.Verùm ſi intra id tempus alius venditoris conſanguineus ex ea parte qua res proceſſerit, mouerit controuerſiam alteri conſanguineo, qui præuenir et, is vtique præferetur, eamq; rem obtinebit: etiam ſi non ſit tam propinquus genere quàm ille qui præuenit, propterea quòd lineam ipſius res vendita reſpiciat.[b]*

## NE SOIT PAS DV BRANCHAGE, NON SIT EIVS LINEAE, GLO. I.

*1 An admittatur conſanguineus nõ ex ea parte ex qua res proceſsit.*

Contrarium tamen dicit obſeruari de conſuetudine Ioan.Fab.in §.ſi plures,in fi Inſtit.de legit,agn.ſucceſ.& contrariũ etiam de Iure cõmuni obtinere, expreſsè & in hac ſpecie voluit Signo.conſi.lxxxj.in quæſtio.vertẽte inter Nigrũ, col.ij. per tex.in c.j.tit.de gradi.ſucceſ.in feud.idq; maximè ſi ex noſtra conſuetudine in ſucceſsionibus bona ſemper veniunt ad eos, qui ſunt eius ſtipitis, vnde ea proceſſerunt, etiã ſi ſint remotiores:de quo dicemus in glo.ſeq. Nam & retractus per omnia ſequitur ius atque naturam ſucceſsionis,vt dictũ eſt in §.præced.Ex maiori autem parte cõſuetudinum Franciæ,ij tantùm admittuntur ad retractum,qui ſunt ex ſtipite ſiue linea rerũ venditarum, vt apud Pariſienſes,cap.clxxij.Meldenſes,cap,lxxxvij. Melodunenſes, c.xxij.& c. xxviij.Senonenſes,ca.xxxj.Trecenſes,c.xliiij.Caluimontenſes in Baſsigniaco, cap.cxij. Victriacenſes, cap.cxxv.Ambianenſes,c.xlvij.Monſtrolienſes maritimos,cap.lxxij.Carnutenſes cap.clxxvj. Aurelianenſes,cap.cclxxvj. quod tamen videtur limitare, vt non procedat inter fratres & fratrum filios,cap.cclxxviij.Turonenſes hoc tit. *de retraict*,cap,j.Cenomanenſes, c. ccclxxiij. Andegauenſes cap.ccclxviij.Aruernenſes eod.tit.*de retraict*,qui eſt omnium eius gentis conſuetudinum xxiij.cap.j.& expreſsius cap.xxiiij.Borbonienſes,c.422.& 434. Bleſenſes, c.193. Dunenſes cap.lxxix.Bituricenſes, hoc titu.*de retraict lignagier*, capit.j.& ij.& iij. Arteſienſes, cap.lxxxv. Normanienſes,cap.conſuetudinum eius nationis cxv.cuius titulus eſt, *de querele de fief vendu.§.nul qui apartienne.* Quanquàm ſunt & aliæ conſuetudines huic noſtræ ſimiles, quæ ſcilicet admittunt conſanguineos,qui non ſunt ex linea aut ſtipite,vnde bona vendita prodierunt : ita tamen,vt ij qui ſunt ex ea linea,præferantur : vt apud Angoliſmenſes, cap. lxiiij.Rochelenſes, cap.xxxij.Burgundienſes,hoc eodem titu.cap.iiij.Burdigalenſes,cap,iiij. quod eſt j.titu.*de retraict lignagier.*

*Cõſuetudines.*

*Cõſuetudines contrariæ.*





## IN FI. EIVSDEM §. GLO. II.

*Et ſi admittatur,an ei præferatur, qui eſt ex ea linea.*

1 IDEM vt ſcilicet præferatur is,qui eſt ex linea,vnde bona manarũt,aliis qui non ſunt ex ea linea,voluit expreſsè in retractu Ioan.Fab.in §.ſi plures.Inſti.de legit. agna.ſucceſ.per text. in l.de emancipatis,C.de legit.hæredi. Sed ille tex.vt etiam dicit idem Fab. loquitur inter fratres & fratrũ filios:nam poſt eos de Iure communi non inſpicitur,vnde bona proceſſerint, ſed ſemper admituntur proximiores,excluſis remotioribus.authen.poſt fratres, C.eod.titu.& diximus ſuprà §.xj.in gloſſ.x.quæ eſt ſuper verbo, *tous y doibuent eſtre receuz pro rata,* poſt prin.At conſuetudo noſtra indiſtinctè & generaliter diſponit,vt proximi ex parte patris præferantur in bonis paternis : matris autem, in bonis maternis. Quod etiam dicit obſeruari ex alia quadam conſuetudine Flor.à S.Petro, inter conſi.Pet.Anch.cõſi.ccclxxj.quod dicta domina.& Bene.in rep.c.Raynutius,in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,nu.636.extrà de teſta.

*An ex conſuetudine Pictauienſium paterna paternis, materna maternis ſemper cedãt vide. uſque ad nu.14.*

2 ¶Ex hac autem conſuetudine,quæ ita indictinctè & generaliter,vt diximus,præfert in retractu eos,qui ſunt ex linea,vnde res vẽdita exiit,iuncto eo,quod ſcribitur in d §.xj.ſuprà eod. repræſentationem habere locum in retractu, vt in ſucceſsione, in qua vt ſcribitur ſuprà in tit.xvij.qui eſt *des ſucceſsions,* §.j.qui eſt omnium huius voluminis conſuetudinum ccxij. repræſentatio habet locũ in omnibus ſpeciebus ſucceſsionum,& in infinitum : quandiu conſanguinitas computari & probari poteſt.& quod item ſcribitur in §.xiij.ſuprà hoc tit.eum cenſeri proximiorem & præferendum in retractu,qui & in ſucceſsione præfertur,quodque prætereà ſcribitur in §.xxxij.eiuſdem tit.in retractu acquæſtuum admitti conſanguineos ex parte patris pro dimidia parte, & matris pro altera dimidia. Atque eo quod ſcribitur ſuprà in tit.xiiij.qui eſt *de donations,* §.j.qui eſt omnium §. huius voluminis clxxxj.quòd cùm quis non poſsit donare vltra tertiam partem bonorũ patrimonialium, in præiudicium ſuorum hæredum,& quis habeat bona patrimonialia alia ex linea patris,alia matris,videlicet centum patris,ducenta matris,non poterit donare integra illa centum patris,quamuis non excedant tertiam partem omnium,ſed tantum donare poteſt tertiam partem illorum centum,in præiudicium hæredum lineæ paternæ. Et ex eo denique,quod etiam ſcribitur ſuprà tit.xvj.qui eſt *de teſtamens,*§.iij.qui eſt omnium eiuſdem volu.ccvij.non poſſe quempiam ex ſuis bonis patrimonialibus aliquid donare,& relinquere vni ex ſuis præſumptis hæredibus,pluſquàm alteri,ſiue bona reſpiciant lineam, vnde is deſcendit,ſiue aliam.

3 ¶Ex his igitur omnibus aſſumunt multi ex noſtratibus, ſemper,& in omni ſucceſsione, & inter quoſcunq; bona paterna paternis,materna maternis deferri:id eſt, bona ſequi lineam, ex qua primùm prodierunt. De quo tamen nullam aliam conſuetudinem expreſſam habemus, nec quæ huc quicquam faciat,præter ſuprà dictas.At ex maiori parte cõſuetudinum Franciæ,ſicuti in retractu,vt diximus in glo.præcedenti,ita & in ſucceſsione, ſemper bona ſequuntur lineam,vt apud Pariſienſes,c.cxlv.& cxlvij.Meldenſes, c.xlij.& duobus ſequenti. Meldunenſes,c.xcix.Senonenſes,c.lix.& aliis.Ambianenſes,c.xl.Monſtroliẽſes,c.x. Aurelianenſes.c.cclj.Cenomanenſes,c.ccclxxviij.Andegauenſes,c.cclxviij.& cclxx.Aruerniẽſes titu. *de ſucceſsions,* §.iiij.Borbonienſes,c.cccxv.Bleſenſes,c.cl.& ſeq.& iterum clvj.Dunenſes,c.lxxj. niſi in caſu c.ſeq.Angoliſmenſes,c.xciiij.Rochellenſes,cap.50.Bituricenſes,titu. *des couſtumes concernans les teſtamens,* c.ij.Burgundienſes,tit.*des ſucceſsions,* ca.viij.Arteſienſes,c.lxxij.& lxxv. Sanctones Angeriacos,c.xcvij.& cap.c.

*Cõſuetudines aliæ de ea re.*

4 ¶Quantum autem ad Ius commune pertinet,inter fratres conſanguinei ſuccedũt in bonis paternis,vterini in maternis.gl.& Doct.in d.auth.poſt fratres, C.de leg.hær.& in auth.itaq;, C.cõmu.de ſucceſ.Fran.Albe.inter cõſi.Ang.conſi.82.huic parti inhæreo,col.ij.Dy.in tracta. ſucceſ.ab inte.col.iiij.verſi.ſed pone quis moritur.Alex.conſi.v.conſideratis,col.ij.verſic.hæc cõfirmo,lib.vj.vbi poſt Pau.Caſt.in quodã conſi.dicit & hoc procedere in ſpecie cuiuſdam ſtatuti,de quo ibi videre poteris,& Doct.vbique. Et ad hoc quoque vbiq; citatur tex.in d.l. emancipatus,C.de legi.hære.quem ad hoc dicit ſing.Bar.ibi,& Matth.Mattheſ.in tracta. ſucceſ.ab inteſta.in iij.art.princ.verſi.hoc procedit,& ibi Ludo.Bolo.in addi.eius loci, & iterum in addi.incip.vera eſt hæc deciſio.& conſi.lxix.Corn.poſt princ.quibus etiam locis eum tex. dicit ſing.Sed & eum quoque ſingu.dicit Ange.Aret.in d.§.ſi plures, col.j.Inſti.de leg.agna. ſucceſ.& poſteà etiã per multas quæſtiones declarat,quomodo id intelligendũ ſit, & Iaſon qui etiam dicit ſing.in l.poſt dotem,in fi.ff.ſolu.matri.Et nullum reperio,qui contrarium in hoc teneat,præter Fulg.in d.auth.itaque,& Soci.conſi.lxxxix.circa præmiſſum,col.iiij.verſi. non obſtat tertium,lib.4.quibuſdam rationibus ibi adductis:licèt tandem dicat,non eſſe tutum recedere à priori ſententia,vt quæ ſit communis.

*Conſanguinei in paternis,uterini in maternis ſuccedunt.*

5 ¶Sed ea tamen intelligitur,cùm vtrinque ſunt ab vno tantùm latere cõiuncti.Quòd ſi cum illis ſint alij ex vtroque,hi quidem alios ex vno tantùm repellunt in quibuſcunque bonis, vt non obſcurè voluerunt glo.& Doct.in d.auth.poſt fratres,& in d.auth.itaque. Dyn.in d. tract.ſucceſ.ab inteſt.col.iiij.verſi.quid ſi decedit.Bar.ſi is eſt,& Io.Fab.in d.§.ſi plures,Inſtit. de legit.agnato.ſucceſ.Bal.in d.l.de emãcipatis, C.de legit.hære.& conſi.ccxxij.caſus talis eſt, primò dominus,libr.3.& conſil.lxxiiij.præmittendum eſt,in prin.eod.libr.3.Roma.qui & id dicit

*At utrinque coniuncti in omnibus ſuccedunt aliis excluſis uide nume.7.*

*Etiam in filiis fratrum, uide nume. 7.*

dicit procedere in ſucceſsione eius qui ingreſſus eſt monaſteriũ incapax bonorũ,conſ.296. circa declarationem,in fi.Raph.Co.conſi.lxvj.Ioannes deceſsit,in prin.Petr.Ferra.tit.forma libel.pro hære.ab inteſt.in verbo,nullíſque ſuperſtitibus,col.x.in paruis,verſi.ſi ergo quæramus.Barb.conſi.xxxviij.ſcribitur.col.pen.lib.2.Bertran.conſi.lxviij.viſo caſu, lib.2.& conſil. ccxj.ponitur,eod.lib.2. Id quod etiam procedere in filiis fratrum dicit Lud.Bo.d.conſi.lxix. col.iiij.& ante eum Franc.Are.conſi.clxiiij.diligenter,col.v.verſi.& primo viſo , & ante hos Bal.d.conſi.lxxiiij.in prin.lib.4.& ante hunc quoque Ioan.And.in addi.Spec.in rubr.de feu. verſi.item præſuppoſito,per tex.in §.reliquum,in auth.de hære.quæ ab inteſtat.defer. quem tex.ad hoc dicit ſing.Fran.Are.vbi ſuprà.

*Etiã ſi ex ſtatuto maſculus præferatur fœminæ. Etiã quoque, ſi ex ſtatuto decedenti ab inteſtato ſuccedãt proximiores ex linea paterna.*

6 ¶Et hæc ita procedunt,vt ſi etiam ex ſtatuto maſculus præferretur fœminæ, tamen fœmina vtrinque coniuncta præferretur maſculo ex vna tantùm parteconiuncto:vt ſing.voluit Bal. conſi.lix.de Iure communi,in fi.lib.4. Sed & ſi ſtatuto cautum ſit,vt decedenti ſuccederent ab inteſtato proximiores ex linea paterna,tamen coniuncti ex vtroque latere nihilò minùs cæteris patruelibus ex linea paterna tantùm,præferrẽtur,vt dicit Pet.Anch.in repe.c.j.char. 60.in paruis,verſi.per prædicta non puto,extrà de conſti.& Soci.conſi.cclij.viſis inſtrumentis,col.xij.verſi.ſecundò ego reſpondeo,lib.2.& Philip.Dec.conſi.cccclxxxiiij.æquitati,col.ij. verſicu.& ſpecialiter.

7 ¶Sed tamen,quod de filiis fratrũ diximus,non admittũt Matheſ.& Lud.Bol.in addi.ipſius, in d.tract.ſucceſ.ab inteſt.in ij.arti.prin.verſ.itẽ no.& Corn.in l.quod ſcitis,§.ſinautẽ,col.vlt. verſi.nec obſtat,C.de bonis quæ libe. De quo etiã per Pau.Caſtr.in d.auth.poſt fratres,la ij. & conſi.lxxxiij.id quod ſuprà cõcluſum eſt,lib.1.& Alex.qui alios multos allegat,cõſi.clxvj. ſuper propoſita,lib.5. Sed & ſunt,qui inter fratres illud,quod ſuprà diximus,non ita generaliter admittunt:quin dicunt, vtrinque coniunctos non excludere conſanguineos tantùm à bonis paternis,nec vterinos à bonis maternis:vt per Soc.conſi.lxxxiiij.viſa prædicta,col.5. verſi.quia qua ratione,lib.1. Vtrùm autem iſtud procedat in iure accreſcendi , videbis apud Bart.in l.re coniuncti,col.pen.verſic.tertiò quæro iuxta hoc.ff.de lega.iij.& Soci.qui id trahit ad ſubſtitutiones,conſi.ccxlix.materia,col.xij.verſi.quintò corroboratur,lib.2.

*Quid in iure accreſcendi.*

*Quid inter patruos.*

8 ¶Sed & vtrùm id procedat in patruis , vt vtrinque coniuncti alios ex vno excludant ( hæc enim obiter & remiſsiuè dicere volui) vide Bal.conſi.clxxxviij.in ſubſtitutione,libr.1.quod repetitur iiſdem verbis,niſi quòd aliud princi.eſt , conſil.ccccxxiij.punctus talis eſt , Titius deceſsit,lib.3.& rurſum eundem Bald.conſi.cccxlvj.quoniam vt proponitur,libr.3. & conſi. cccxxx.dictus patruus,eod.lib.4.& latiſsimè Corn.conſi.ccxix.licet in hac.col.ij. verſi.itaque videndum eſt,cum ſeq.vſque ad fi.cõſi.lib.3.& Ant.Rube.conſi.cij.viſo caſu.Et vtrùm quoque in fratribus patruelibus,latè diſputat Alexan.poſt alios multos à ſe citatos d.cõſi.clxvj. lib.5.vbi videre poteris,& Pau.Caſt.d.conſi.lxxxiij.lib.1.Et vtrùm denique in aliis, vide Iac. Bel.in §.ſi verò neque fratres,in penul.quæſt.& ibi quoque Bar.in Auth.de hæred.ab inteſt. & eundem Barto.in l.ij.§.legitima,ff.de ſuis & legit.

*Quid in fratribus patruelibus.*

*Quid in aliis. Aſcendentes an præferantur fratribus ex uno tantùm latere.*

9 ¶Nectamen ſpecialiter omiſerim,vtrùm etiam procedat in patre,& matre , auo & auia , vt ſcilicet præferantur fratribus ex vno tãtùm latere:de quo vide glo.in l.j.in verbo, potiorem, ff.de iuris & fac.igno.Dy.in tract.de ſucceſ.ab inte.Cy.in d.auth.itaque.col.vlt.Sign.conſi.vj, Titius,col.j.Bart.in l.ij.in prin.col.antepe.verſic.vlterius quæro,an tacita pupillaris excludit fratrem,ff.de vulg.& pup.& eundem Bar.& Ang.in l.j.§.filium,ff.de bono.poſſeſ.cõtra tab. Bald.latè in auth.defuncto,col.ij.verſi.iuxta iſtum verſi.C.ad Senatuſc.Tertul. & in l.ſi quis filium,col.vlt.C.de inoffi.teſta.& conſi.ccccxxvij.factũ tale eſt,Ioannes,ad fin.lib.3.& conſi. cclx.proponitur quod mater,lib.4.& conſi.ccclxvj.mater quę tranſiuit,in fi.eo.lib.4.& conſi. ccccxxxviij.iſta quæſtio,in prin & iterum,in fi.eod.lib.4.& conſi.ccccxlvj.æqua opinio,eod. lib.4.Ange.in §.conſequens,in auth.de hære.ab inteſt.& conſi.clxvj.ſi teſtator, paulò ante fi. & Card.Flor.conſi.lj.Titius condidit teſtamentũ,in j.dubio,Paul.Caſtr.conſi.ccccxxj.quòd iſta mater,col.iij.verſi.vj.& vlt.lib.1.& Alex.conſi.clxvii.videretur,col.ij.verſicu.quintò,quia licet,lib.5.& conſi.5.conſideratis,col.j.lib.6.Barb.conſi.xxxvj.ſcribitur ſapienter,col.antepen. verſicu.capio modò aliam dubitationem,videlicet vtrùm præfatus,libr.2.Corn.conſi.clxix. multùm diffuſè,col.ij.verſi.& per illum,lib.4.Guid.Pap.cõſi.clxvij.pupillus.Soc.cõſi.ccciiij. eodemq; vltimo,viſo ſtatuto,per totum,lib.2.quod repetitur conſi.xxv.lib.3.& Steph.Bertr. conſi.cxxv.viſo caſu,in iij.dubio,lib.2.& conſi.ccxx.Chriſti,&c.viſo caſu,libr.2.& conſi.132. prouidus,nu.1.lib.3.& conſi.xcij.ponitur,etiam nu.1.eod.lib.3.Et quid ſi ex ſtatuto,ſoror excludat matrem,an tunc intelligatur de ſorore ex vno tãtùm latere coniuncta, vide omnino Alex.conſi.xlv.habita.lib.7.

*Quid ſi ex ſtatuto ſoror excludit matrẽ.*

*In rebus feudalibus, utrinque cõiunctus nõ præfertur coniuncto ex parte patris.*

10 ¶Illud autem inter omnes,ſi non me fallit memoria,conuenit,illud quod dictum eſt,vtrinque cõiunctos præferri coniunctis ex vno tãtùm latere,non procedere in rebus feudalibus. In his enim æquè ſuccedũt cõiuncti ex parte patris tãtùm,ac vtrinque coniuncti:quia coniunctio ex latere matris non cõſideratur,per tex.in c.j.§.ex his verò, & ibi Bal.in prin.Mart. Laud.col.eiuſdem c.ij.verſi.quæro circa iſtam,& Card.Alex.col.iij.verſi.eiuſdem initij,tit.de ſucceſ.feu.vel de grad.ſucceſ.in feud.& voluit Iac.Ardiz.in ſum.in rubr. de ſucceſ.feud.ſub

rubricella,



rubricella,an frater ex vtroque parente excludat fratrem ex patre tantùm,& And.Iſer.in c.j. col.ij.tit.de nat.ſucceſ.feud.Bal.in l.j.poſt prin.verſi.& per hoc determinatur:& ibi Pau.Caſt. & Corn.C.de leg.hæred.& idẽ Bal.conſi.clxx.ad euidentiam,col.ij.verſi.item ſciẽdum,lib.2. & conſi.ccciiij.donatio,in fin.eod.lib.2.vbi hanc dicit eſſe cõmunem opin.& veram magnorum Doct.& conſi.liiij.proponitur quòd quidam nobilis,lib.3.& conſi.ccxxij.caſus talis eſt, primò dominus,eod.lib.3.Mart.Laud.in c.j.§.& quia,col.vj.verſ.quero an vtrinq; coniũctus, & ibi quoque Card.Alexand.col.vlt.verſi.eiuſdem initij.tit.qui feud.dare poſ.Alex.conſi.ix. ponderatis his,in fi.lib.5.Petr.Ferra.tit.forma libel.quo agit.ad reuoca.feud.in verbo nec ſuperſtitibus,col.iiij.verſi.ſed quid ſi vnus.Soc.d.conſi.ccciij.ad fi.lib.2.Philip.Deci.conſi.444. concurrit patruus,col.j.Ioan.Crot.in repe.l.filiusfamilias,§.Diui, col.ij.poſt princ.& iterum charta antepenult.verſic.quartò quæritur.ff.de leg.j. {Franc. Curtius iunior in tracta. Feud. in iij.part.iij.partis princip.q.6.} & Franc.Ripa {in l.ſi ventri.§.in bonis,col.iij.verſi.item intellige quando vtraque ratio conſideratur.ff.de priuileg.credit.} in l.ex facto, colum.xxiiij.nu. 98.ff.de vulga.& pupillari.

11 ¶Quo in loco Ripa & illud ſimile adducit,quod traditũ eſt à Iaſo.& Recẽtioribus in d.l.re cõiuncti,vbi & ipſe Ripa,nu.13.ff.de leg.iij.quòd ſtante ſtatuto,vt agnati ab inteſtato præferãtur cognatis,frater vtrinq; cõiunctus non præferetur fratri ex parte patris tãtùm cõiuncto. Ex hocq; dixerim,quòd ſtante ſtatuto,vt ad retractũ admitantur ij tantùm cõſanguinei,qui ſunt ex latere vnde res vendita proceſsit,aut quod ij præferantur cæteris , qui ſunt ex alio latere,tunc non præferretur conſanguineus vtriuſq; lateris alteri,qui eſſet ex eo latere,vnde res proceſsit tantùm.Id quod adde ad id quod ſuprà diximus ex Ioan.Fab.in §.xj.gl.x.nu.1. Et facit etiam,quod in ſimili tradit Bal.conſi.ccv.præmiſsis verbis.lib.4.& Ro.conſi. ccccxj. quatuor,& Iaſ.conſi.lxvij.perſpectis,col.vlt.verſi.confirmo etiam ex eo quod cõſuluit,libr.1. dum volunt, ex ſtatuto præferente agnatos fratris ſiue fratrum filiæ , æqualiter ſuccedere fratrem ex vno tantùm latere,cum fratre vtrinque coniuncto.Sed huius,ne fallaris, contrarium nuncupatim voluit Pet.Anch.in repe.c.j.col.cl.verſi.occurrerũt aliæ quæſtiones, extra de conſtit.Raph.Fulg.conſi.lxxxv.in propoſita quæſtione,& Pau.Ca.in auth.itaque.C.com. de ſucceſ.Ioan.Bapt.à S.Seueri.in repet.l.omnes populi, char.15.verſic.ego reſpondeo, ff.de iuſti.& iure.Soci.conſi.cclij.viſis inſtrumentis,col.xij.verſi.ſecundò ego reſpondeo.libr.2.& latè Carol.Rui.conſi.xxviij.viſo ſtatuto per totũ j.dubium,lib.3.Sed tu tamẽ vide eundem, conſi.xxxij.quia ex facto,col.j.& ij.& iterum col.viij.nu.14.& ſeq.eod.lib.3.

*Quid in ſtatuto ut agnati præferantur cognatis. An in retractu præferatur utrinque coniunctus ei qui eſt eius tantũ lateris ex quo res proceſsit.*

12 ¶Sed vt è ſemita in viam redeamus , inter aſcendentes quoque paterna paternis,& materna maternis deferuntur , vt nonullis placere video,per text.in d.l.quod ſcitis.§. ſinautem.C.de bon.quæ lib.Ita enim eum intelligunt Bar.Ang.Pau.Caſt.& Alex.in add.Bal.ibi idem Bart. & Ang.in d.Auth.itaque,ipſe Bar.in d.l.poſt dotem,in fi.& ibi quoque Imol.qui eam gloſſ. dicit ſing.paulò ante fi.Ro.& Iaſ.col.pen.& vlt.ff.ſol.mat.& rurſus idem Bart.conſil.xviij.in nomine,&c.viſo teſtamento condito,in iiij.dubio,& iterum conſi.ccxv.an ſi teſtamentũ ſit nullum,etiam in iiij.dubio:nam & idẽ prope eſt conſi.Quibus locis ipſe Bar.dicit eum tex. ad hoc eſſe ſing.Bal.conſi.ciiij.factũ tale eſt.Ser Teus,ante fi.lib.2.& Marc.Peruſ.inter conſi. ipſius conſi.cxj.viſo dicto puncto,lib.4.atque iterũ idem Bal.d.conſi.446.æqua opi.eo.lib.4. Pet.Anch.conſi.cccxlix.de iure cõmuni dos,& latè Ro.conſi.xl.viſis ac diſcuſsis.in ij.dubio. Pau.Caſt.in d.auth.poſt fratres autem,C.de legit.hære.Mattheſ.in trac.ſucceſ.in ij.art. princ. verſi.& hæc procedunt,& verſic.aut ſuperſunt,& ibi etiam Lud.Bol.in addi.Corn.qui licet nutet,dicit tamen hanc opi.æquam eſſe,conſi.xlvij.videtur,col.ij.verſi.quia ſecundum,lib.1. Alex.conſi.cl.viſo themate,col.ij.verſi.prætereà iuri conſonum,lib.2. & conſi.clxviij.viſis ac ponderatis,col.iij.verſ.prædicta tamen aſſirmo,lib.7.Bal.Nouel.in tract.doti.in vlt.parte,col. lxiiij.cum multis ſeq.vbi dicit,quòd licet contrariũ in via diſputationis ſuſtineri poſſet,non auderet tamen ab hac opi.diſcedere.Guid.Pap.conſi.50.ex facto tradito, in iiij.dubio.Iaſon conſi.cxxvj.factum ſic ſe habet,quidam dominus Victor , col.iiij.verſic.decimò & vlt.libr.1. Bened.in repe.C.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,nu.636.de teſta.& Ant. Rub.conſi.lxxix.viſo inſtrumento.Et hoc quidem intelligit Ang.in d.l.quod ſcitis,vt etiam procedat,ſi is de cuius linea bona ſunt,remotior ſit.

*Inter aſcẽdentes an paterna paternis, materna maternis deferãtur.*

13 ¶At ſunt alij qui è diametro contrariũ tenent,videlicet non eſſe inſpiciendum ab vtro laterum bona proceſſerint.& in his Dy.Ray.Forli.Bal.ſibi cõtrarius,prætèrquàm in lucris dotalibus,Sal.nutabundus,Fulg.Ro.ſibi itẽ contrarius,Io.à monte Sperello,& latiſsimè Corn. in d.l.quod ſcitis,ex quibus ipſe Corne.ita dicit fuiſſe conſultum Peruſij,& ſe quoque conſuluiſſe.Idem Dy.Cy.cum dicit,aſcendentes eiuſdem gradus,æqualiter ſuccedere.Ray.Saly. item ſubdubitans,Fulg.qui ita dicit ſe conſuluiſſe,& Corn.in d.authen.itaque Bal.in auth. defuncto,col.j.in fi.& ibi quoque Sal.& Fulg.C.ad Senatuſcon.Tertul.Bal.conſi.xxxj.Ang. habet,in prin.lib.2.& conſi.cclx.proponitur quod mater,in fi.lib.4.latè Raph.Cum.cui ſubſcripſit alter Raph.Fulg.& alij multi conſi.cxxij.qualiter admittatur. Corne.etiam latiſsimè conſi.xciiij.dominus Petrus,col.ij.verſi.his tamen non obſt.lib.1.& conſi.clxxxvj.circa hanc conſultationem,col.iij.verſi.eiuſdem initij,cod.lib.1.& conſi.vij.& ſi videatur, lib.3.& conſil.

*De eadem re.*

cclxv.

cclxv.circa iſtũ articulum,lib.4.vbi & idem dicit conſuluiſſe Benedi.Capr.vt & ipſe conſuluit conſi.xxxiiij.etſi præfato puncto.Lud.Bol.ſibi contrarius,d.conſ.lxix.Corn.col.iiij.verſicu.nihilò minùs prædictis non obſtan.Idq; præſertim ſi aſcendentes ſint in diſparí gradu, quia ſcilicet ſint mater , & auus paternus. nam mater præfertur auo in bonis vndecunque obuentis,vt per Bened.Cap.conſi.cxlix.cùm de pluribus, in iij.dubio. Vtrorumque autem ſunt multæ magnæque rationes, quas huc adducere neceſſarium non ducimus, cùm apud eos omnibus ſint expoſitæ. Concedunt autem omnes , inter alios , quàm de quibus ſuprà locuti ſumus,non inſpici vnde bona prouenerint.

*De princip. quæſtione.*

14 ¶Cæterùm vt redeamus ad noſtram conſuetudinem, illud certũ eſt,in retractu haud dubiè procedere, vt conſanguinei ex ea parte , ex qua res vendita proceſsit , præferantur cæteris. Nam id expreſsè hîc cauetur. Quantum autem ad ſucceſsionem, nullas in Pictauia,vt iam diximus,conſuetudines alias habemus,præter eas,quas ſuprà adduximus, quæ omnes ſunt extrà titulum *des ſucceſsions,* præter eam , qua ſtatuitur repræſentationem habere locum in quacunque ſucceſsione in infinitum,vt etiam ſuprà diximus.Sed ea ſi ſolerter inſpiciatur, parum huc facit,neque vnum ex altero neceſſariò ſequitur. Quod hinc videre licet , quòd repræſentatio citra vllam cõtrouerſiam habet locum intra fratres & fratrum filios:poſt eos autem vocãtur quicunque gradu ſunt proximiores.auth.poſt fratres fratrumq; filios, C.de legit.hære.& tamẽ non omnes cõcedunt,inter ipſos fratres & fratrũ filios paterna paternis, materna maternis deferri:quin ſunt in vtriſque:qui contradicũt,vt ſuprà diximus. Præterea poteſt cõtingere,quòd ſi repræſentes vel altiſsimũ eorum,ex quibus deſcendiſti, ego tamen eſſem te potior in ſucceſsione omniũ bonorum.Pone enim,quòd ſum frater vterinus eius, qui deceſsit ſine aliis fratribus,aut filiis eorum:tu autem es nepos patrui ipſius,id eſt,fratris patris eiuſdem:tu patruũ illum defuncti,qui tuus auus erat,repręſentas:ego tamen te repellam à ſucceſsione fratris mei vterini,etiam in bonis paternis , cùm & ego repellerem illum tuum auum,patruũ fratris mei defuncti,quem repræſentas,ſi viueret,quantum ad Ius commune pertinet,& ceſſante conſuetudine, vt ſemper & inter quoſcunque materna maternis, paterna paternis deferrentur.Nec ſi noſtra conſuetudo dicit retractum per omnia ſequi ius ſucceſsionis, propterea concluditur è contrario ius ſucceſsionis ſequi ius retractus. Nec id dicit conſuetudo,ideò per argumentũ ab oppoſitis, aut aliud quodpiam non debemus nec poſſumus corrigere Ius cõmune,vt alibi latè diximus.Sed quicquid ſit,noſtrates mordicùs, eam opin.retentant , vt ſecundùm noſtram conſuetudinem bona in ſucceſsionibus ſemper ſequantur lineam.Et ita ſemper hactenus vſitatum eſt in noſtra hac regione Pictauia.

*Quæſtio optima retractus.*

15 ¶Illvd denique quæſtionis eſt, Duo fratres ex vtroque parente ita inter ſe vtranque & patris & matris hæreditatem diuiſerunt,vt vni paterna ceſſerint, alteri materna:poſteà alter eorum vendidit id totum quod ſibi ceſſerat:puta paternã illam hæreditatem:an conſanguinei ex parte patris præferentur omnino conſanguineis ex parte matris? Quod videtur,cùm ea bona à patre proceſſerint. Ego tamen cenſeo , & conſanguineos quoque maternos eſſe admittẽdos pro media parte,id eſt,pro rata eius portione quod is venditor ante diuiſionem habebat in altera hæreditate materna,quæ alteri remanſit.nam ea diuiſio vim permutationis habet,imo vera eſt permutatio,quantum ad eam rem pertinet,vt no.in l.cùm pater,§.hæreditatem poſt mórtem,ff.de leg.ij.cum aliis concord.à me traditis infra eod.tit.§.xxxij.nu.88. quid verò in hac,vbi ſimilem quæſtionem decidemus.Res autem,quam ex permutatione alterius rei habemus,cenſetur eiuſdem naturæ & qualitatis,cuius ea erat,quã dedimus, quantum ad id,de quo tractamus,vt dicemus in illo ipſo §. nume.26.neque enim. Ex quo etiam intelligis quid hîc dicendum ſit in retractu.

*An cõſanguineus uxoris admittatur ad retractum rei mariti ab eo uenditæ.*

*Vxor non eſt uiri propinqua.*

16 ¶Sed & hoc in loco in mentem venit huius ſpeciei,mihi aliquando propoſitæ. Quiſpiam vendiderat fundũ ad ſe pertinentem:cõſanguineus vxoris ipſius venditoris petebat admitti ad retractũ eius fundi:emptor dicebat,eum non admittendũ,cùm non eſſet conſanguineus venditoris,ſed tantùm vxoris eius,quæ non vendiderat,nec erat domina fundi.Actor replicabat,dicebátq;,quòd ſi venditor eum non vendidiſſet,liberi cõmunes eius & vxoris ipſius, eum ex ſucceſsione patris excepiſſent,& ſi eundem poſteà vendidiſſent , ipſi actor admitteretur,tanquã conſanguineus eorum,licet fundus non fuiſſet ex linea ipſius per huiuſmodi conſuetudem. Et cùm hæc controuerſia eſſet coram iudice quopiã ineptiſsimo , is ſua ſententia pronuntiarat,actorem admittendum:à qua emptor appellauerat:iudex appellationis me conſuluit. Reſpondi, malè iudicatum fuiſſe:nam conſuetudo admittit tantùm conſanguineos vẽditoris,non etiã affines,cùm vbiq; dicit *le parent du vendeur.* Conſanguinei autem vxoris,licèt ſint affines mariti,tamen non ſunt eius cõſanguinei,cùm nec vxor quidẽ ipſius ſit cõſanguinea,aut proxima ſiue propinqua,l.j.& ibi Docto. maximè Paul.Caſt.& Alex.C. vnde vir & vxor.& not.in l.cùm rem alienam,vbi Bar.Bal.Alex.Corne.C.de legat.& Steph. Bertr.cõſi.236.multa ſunt,col.vlt.lib.j.Ideò nec iura loquentia de coniunctis ſiue conſaguineis,habent locũ in affinibus.Quamobrem nec omnes hi admittũtur ad agendũ ſine mandato pro affine ex ſententia Inno.& Panor.in c.nonnulli,§.ſunt & alij,extrà de reſcript.

*Affines non admittũtur ad agendum ſine mandato.*

17 ¶Nec mouet,quòd iſte eſt cõſanguineus vxoris vel liberorum.Nam ſtatutum,vt diximus,

loquitur



loquitur de conſanguineis venditoris,non vxoris,aut liberorum:ideò ad eos non eſt trahendum,l.ſi verò,§.de viro,ff.ſol.mat. Nec inſpiciendum eſt id,quod futurũ fuiſſet,ſi liberi ſucceſsiſſent,& poſteà eam rem vendidiſſent,vt conſtat ex not.à glo.& Bart.in l.ſi idem,§.vlti.ff. de iuriſ.om.iud.& Cy.in l.vlt.§.ſinautem ſub conditione,& ibi Bal.in l. ſed quia,C.commu. de leg.& Bart.& aliis in l.inter ſtipulantẽ,§.ſacram,ff.de verb.obli. Proindeq; nec futura perſonæ capacitas,quã vocamus,conſiderãda eſt:ſed tantùm ea,quæ adeſt tempore actus,l.vſusfructus,& ibi Bar.ff.de ſtip.ſeruo.& c.ſi eo tempore,& ibi latè Doct.de reſcr.Et facit propius, l.ſi cognatis,& ibi not.ff.de reb.dub.& l.cùm ita.§.in fideicõmiſſo,ff.de leg.ij.& quę latè diximus ſuprà eo.tit.§.j.gl.ix.quæ eſt in verbo,*ou lignagier,*nu.83.vides igitur,& aliis multis ſeq.

*Capacitas præſens conſideratur non futura.*

18 ¶Vt prætermittam,non certũ eſſe hos liberos aliquando eam rem percepturos,vel quia fortè moriente ante patrem,vel quia pater poſſet alio modo eam rem alienare, quàm venditionis, aut alterius cõtractus æquipollentis venditioni:& alia multa interuenire poſſunt,ne capiant: vt in ſimili dicitur in l.naturalem,§.j.ff.de acqui.re.do. Cuius arg.tradit Bar.poſt Guli.Cu.in l.ſciendum,in pen.q.ff.qui ſatiſ.cog.quòd bona patris nõ releuant filium à ſatiſdatione: quia multa poſſunt accidere , ne bona ipſa patris ad eum perueniant. Et ſequuntur Recentiores ibi.& Alex.in l.in ſuis,col.iij.verſi.pro hoc facit.ff.de lib.& poſthu.cum aliis multis ſimi.à me collectis in Legibus connubialibus,in ea quæſtione,an ſponſa ſit in poteſtate ſponſi,vt vxor viri,ex conſuetudine. Et hæc quidem quæſtio adeò parum dubia mihi viſa eſt, vt eam indignam cenſuiſſem,quæ à me tractaretur,niſi in dubium aliquando vocatam vidiſſem.

*Bona patris non releuant filium à ſatiſdatione.*

19 ¶Quanquàm nonnihil dubium potuiſſet facere,quod tradit glo.vt plerique omnes eam intelligunt,in §.mariti,in verbo,poſteà,in fine,Inſtit.de nupt. quòd conſanguinei vxoris ſuccedunt marito,deficientibus conſanguineis eiuſdem,excluſo fiſco,& è conuerſo.Et ſequuntur Nico.Neapo.& Ioan.Plat.ibi,qui eam ſing.dicunt:& Guid.Pap.ſingu.lxxviij.conſanguineus. Verùm eam glo.reprobant Ioan.Fab.& Ang.Aret.d.§.mariti, quem multi legunt cum §.affinitatis,eiuſdem tituli,& idem Fab.in auth.præterea,in fi.C.vnde vir & vxor:nullo enim (inquit in priore loco) iure id poteſt probari. Imò verò ( vt hoc ipſum addas ) affinitatis iure nullam ſucceſsionem permitti,ſcribitur in l.affinitatis, C.commu.de ſucceſ.Bal.tamen in l.j. verſi.item quęro ſi non extat,C.eo.tit.vnde vir & vxor,dicit eam glo.eſſe veram in ſocero & genero,vt ſibi inuicem ſuccedant,excluſo fiſco,non etiam in cæteris tranſuerſalibus. Verùm Rapha.Fulgo.Paul.Caſt.Rom.Alex.Corn.Iaſ.& Philip.Dec.in d.l.j.id nec in ſocero quidem admittunt,ſicuti nec ipſemet Bal.in l.vlt.col.iiij.verſic. item quæritur an ſit inuenire,C.vnde legi.& Nico.Vbal.in tracta.de ſucceſ.ab inteſt.col.ij. & Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo, vxorem nomine Adelaſiam,nu.779.& iterum num.781.de teſta.& Stepha.Bertran.conſi.lix. voluiſſem,in vj.dubio,lib.2. Cæterùm ipſe Bald.in d.l.affinitatis,col.ij.verſic.extrà quæro,de hoc cogitandum relinquit,vt ſæpe aliâs,ita hîc malè ſibi conſtans.

*Affines an fiſcum excludant.*

## §. XV.

SI LE retrayant gaigne ſa cauſe,il doit auoir les fruictz [a] eſcheuz depuis la litiſconteſtation [b] de l'offre. Et doyuent eſtre deduictz en ſort.

*SI SECUNDUM conſanguineum iudicatum fuerit,is fructus [a] à litis conteſtatione [b] oblationis obtinebit, iiq́; in ſortem pretij imputabuntur.*

## LES FRVICTZ, FRVCTVS, GLO. I.

1 INtellige tamen,deductis impendiis & ſumptibus factis,præſertim in cultura,& colligendis ipſis fructibus. Nam lex,aut ſtatutum,aut alia quæuis diſpoſitio,loquens de fructibus,intelligitur deductis huiuſcemodi impenſis:vt voluerunt gl.Bar.& Ang.in l.in fundo,ff.de rei vend.& glo.in §.ex diuerſo,verſi. certè illud,& ibi Doct.Inſti.de rer.diui.glo.in c.cùm anteà,in verbo,fructus, & ibi Barba.col.ij.extrà de pigno.Iaco.Aret.Bar.& Alex.qui adducit concord. & alij Recentiores in l.fructus,per illum tex.ff.ſol.mat.idem Bar.in l.cùm quæreretur,§.vlt.ff.de leg.iij.& conſi.clxxxvj.Cucciarellus,& Spec.tit.de expen.§.j.verſi.expenſæ igitur.Bal.& Sal.in l.ſi quis ſciens,C.de rei vend. vbi & hoc dicunt procedere in malæ fidei poſſeſſore.idem Bal.in l.j.col.iij.per illũ text.& ibi quoque Ang.C.de fruct.& lit.expen.& in l.neque,ad fi.C.de compenſ. & in c.cùm Mart.Fer. col.ij.verſi.ibi prouentus,extrà de conſti.& in c.ad noſtram, le j.in iiij.not.per illum text.vbi etiam eſt bona glo.extrà de iureiur.& conſi.liij.remanentibus,in fi.lib.1.& conſi.cccxxiij.ponitur quòd dominus,col.ij.lib.2.Ro.conſi.ccxxx. præſupponitur primò.Paul.Caſtr.conſi. ccxxxix.ſuper hoc facto,col.vlt.lib.1.Fran.Are.conſi.xvij.cõſideratis,col.ix.verſi.intelligimus tamen.& Fel.quia alios concor.affert,in d.c.ad noſtram,col.j.& ij.& Doct.vbique.

*An in hac reſtitutione fructuum debeant deduci ſumptus culturæ & collectorũ fructuum.*

2 ¶Et vltra illos tex.ſunt alij plurimi in id optimi, videlicet in l.ſi à domino,vel à patre,§.vlti. ff.de peti.hære.vbi dicitur ad verbũ,Fructus dicuntur deductis impenſis,quæ quærendorum

*De eadem re.*

conſeruandorumq; eorũ gratia fiunt. Subditurq; & hoc procedere etiam in prædone, quem tex.dicit ſingu.& vnicum Rom.ſing.cccxxxiiij.malæ fidei poſſeſſor.& etiam text.in l.fundus qui dotis,ff.fami.erciſc.vbi dicitur quòd nullus caſus interuenire poteſt,qui hoc genus deductionis impenſarum impediat.Quem tex.ad hoc commendat,& dicit not.Ange.in l.ait Prætor,§.per hanc,ff.de his quæ in frau.credi. Et tex.in l.diuortio.§.impendia,ff.ſol.mat.vbi glo. & Doćto.adducunt quoque concord.& l.fructus,& l.vlti.ff.de oper.ſeruo. & l.ſi quis argentum,in prin.cum gloſ.& ibi quoque Cyn.C.de dona.& l.fundi Trebatiani,ff. de vſu & vſufruct.leg.& l.videamus,§.ex cauſa, & ibi Ang.col.ij.in x.notab.ff.de vſur.& l.quod in fructus, eod.tit.vbi ita ſcribitur,Quod in fructus redigendos impenſum eſt, non ambigitur ipſos fructus diminuere debere.& ibi quoque Ang.& l.ſi pupilli, §.ſed & ſi quis,ff.de neg.geſt.vbi etiã prædo repetit impenſas,& ibi Bal.idem dicit de intruſo,& l. quod priuilegium,ff.depoſ.& d. l.ait Prætor,§.per hanc,ff.de his quæ in fraud.cred.vbi etiam fraudator ſumptus & impenſas neceſſarias deducit { & in l.j.C.de fructi.& liti.expen.} & l.litibus,in fi.C. de agri. & cenſi.lib. 11.& cap.1.& ibi gloſ.& Hoſti.& iterum c.2.extrà de vſur.& eſt etiam glo.in c.vobis,in verbo, quid ad cauſas,xij.q.ij.& in c.grauis,& ibi Panor.de reſti.ſpol.vbi & ea glo.adducit concord. & in c.ex literis,in verbo,amplius,de iureiur. Idque etiam procedit in foro, quod conſcientiæ vocant,vt tradit è Theologis ſcholaſticis Ricard. in iiij.ſenten.diſtin.xv.arti.v.q.vj. Et intelliguntur hæc non ſolùm in diſpoſitione legis,de qua loquitur d.l.fructus,ſed & hominis, vt probatur d. l. fundi Trebatiani, & not.in d.l.ſi quis argentum. Et id nuncupatim voluit Bart.in d.l.fructus,& multi ex his,quos ſuprà citauimus , & prætereà Carol.Ruin.conſi.lxij. circa caſum,col.ij.verſi.ſed ad hoc reſpondetur,lib.1.

*Prædo impenſas deducit. Et intruſus. Et fraudator. Idq; etiam in foro conſcientiæ.*

3 ¶Et vt hæc ſpecialiter quibuſdam ſimilibus confirmemus, huc ſpectat tex.in l. Lucius,ff.pro ſoc.vbi dicitur,quòd lucrum dicitur,quod ſupereſt deductis impenſis. Cui affine eſt, quod tradit glo.in l.illud,in verbo,lucrum,& iterum in verbo poterat, per illum tex.& ibi Bald.& alij recentiores,C.de collat.lucrum id dici,quod ſupereſt deductis oneribus,quam dicit ſing. Bald.in ſua Margarita,in verbo, lucrum,verſic.vlti. Facit & quod voluit glo.in l.per diuerſas,in gloſ.vlti.circa medium,& ibi Bar.Bal.Sal.Angel.& alij,C.mand. quòd pretium iuſtum actionis debet conſiderari deductis expenſis litis & laboribus,quæ interueniũt ad rei exactionem. Quod dicit Bart.menti tenendum,& facere ad multa,& quòd ſemper actio debet æſtimari,deducto eo,quod cõmuniter impenderetur ad exactionem. Et voluit quoque ipſe Sal. in l.ij.col.ij.verſi.ſecundò ſi minori.C.ne lice.potent.& Barb.qui eam gl.dicit ſing.in d.c.cùm contra,col.ij.de pign.& Fabia.à monte S.Sabini,in trac.emp.& vendi.in v.q.prin.col.iiij.verſi. quid autem veniat. A quo nec longè abeſt,quod dicit glo.not.in c.quoniam,in princ. per illum tex.extrà de vita & honeſta.cleri.quòd in æſtimandis facultatibus eſt habenda ratio impenſarum.& idem in æſtimando reditu dicit Bal.& Sal.in l.cohæredibus,C.famil.erciſcun.& idem Bal.in d.l.neque,in fi.C.de compenſa.& in l.j.§.exercitorem,ff.de exercit.actio.

*Lucrum dicitur, quod ſupereſt deductis impenſis. Iuſtum pretiũ dicitur, deductis impenſis. Impenſæ deducuntur in æſtimandis facultatibus.*

*Et in æſti. reditu.*

4 ¶Nec ab his longo interuallo diſtat,quod ſcribit Bart.in l.quoties,per illum tex.ff.ad leg.Fal. quòd cùm donatio,quę excedit quingentos aureos requirat inſinuationem.l.ſancimus.C.de donat.ſi quis donet rem quampiam,quæ pluris valeat,ſi nihil deducatur:minoris autem, deductis impenſis & gabellis,non requiritur inſinuatio : debent enim ad æſtimandam rem deduci impenſæ.quam deciſionem pro ſing.refert & ſequitur Ro.ſingu.ccij.dico vnum:vbi dicit,ſuper hoc conſuluiſſe,& Fran.Cre.qui & id ſing.dicit,ſingu.clxxj.donatio vltra quingentos,& Alex.qui alios quoque adducit in d.l.quoties , & in l.vbi pura,ff.ad Senatuſc.Treb. & Franc.Aret.in d.l.fructus,col.iij.ff.ſolu.matri.& conſi.ij.intellecta,col.iij.verſi.& probatur primùm.& Iaſ.in l.cùm quædam puella,§.j.col.ij.verſi.quartò facit,ff.de iuriſd.om.iud.& Firmi. in tract.gabel.in iij.parte viij.partis prin.q.xxviij.Catel.Cot.qui id quoque dicit ſing.memor. ſtatuto Mediolani cauetur,ſub rub.de locat.

*Et in æſtimanda donatione ad effectum inſinuationis.*

5 ¶His finitimum eſt,quod ab eodem Bart. traditum eſt in l.ſed ſi hoc,quam legit cum l.ſi vir vxori,§.cuidam,per illum tex.ff.de condi.& demon.quòd ſtante ſtatuto , quòd de pretio rei venditæ ſoluatur gabella trium denariorum pro libra, debent è pretio deduci detrahique ea quæ impenſa ſunt in proxenetas,& proclamata. In quo tamen diſtinguit, vt ibi videre poteris. Et idem voluit ipſe Bart.in l.quantitas patrimonij,per text.optimum ibi.ff.ad leg.Falc. & in l.in lege Falcidia,etiam per illum tex.ff.eo.tit.& in d.l.vbi purè,§.vlti. & ibi Alex.& Franc. Rip.ff.ad Treb.Ang.& Imo.in l.ciuitatibus,§.eum cui.qui eſt vlti.ff.de leg.j.idem Imo.conſi. cxxxviij.præfatus Simus,colum.j.verſic.quòd autem dicti.Firmia.in d.tracta.gabellarum,quo loco nuper citauimus.Soci.in d.l.fructus,col.ij.& ibi Iaſon col.vlt.ff.ſol.mat.Fabia.in d.tract. emp.& vend.in v.parte prin.vbi ſuprà citauimus,& Iaſon in d.l.cùm quædam puella.§.j.col. ij.verſic.iij.cum Bart.& Catel.Cot.vbi ſuprà.

*Et in æſtimando pretio.*

6 ¶Eiuſdem farinæ eſt,quod tradit Bal.in d.l.j.col.ij.verſ.pone,impetraui à Papa,per illum tex. C.de fruct.& lit.expen.quòd ſi quis impetrauit à Papa beneficium æſtimationis centum ducatorum, & vacet beneficium ducentorum,ſed quæ deductis impenſis & oneribus decedant ad centum tantùm:illi debetur eiuſmodi beneficium , nec cenſetur valere , niſi illos centum ducatos. Quod & idem tenuit ipſe Bal.in d.l.ſed ſi hoc,§.cuidam,per illum text.ff.de condi. & demon.

*Et in æſtimando ualore beneficij.*



& demon.Raph.Co.in d.l.fructus,ff.ſol.matri.Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.Iaſon & alij Recentiores in l.non amplius,in prin.ff.de leg.j.è quibus tamen ipſe Pau.ſubdubitat, an curia Romana id obſeruaret,cùm tales gratiæ ſint reſtringendæ,tanquam odioſæ.& Fel.in c.ad aures, col.pen.verſi.duodecima concluſio,de reſcrip. & in c.cauſam quæ,col.viij.verſi.tertia declaratio,eod.tit.& in d.c.ad noſtram,le j.col.ij.verſi.ex his infertur, extrà de iureiur.Iaſ.in d.l.cùm quædam puella,§.j.in fi.ff.de iuriſd.om.iud.& in d.l.illud,in prin. & ibi quoque Philip.Deci. in j.nota.C.de colla.& idem Deci.conſi.clvj.ſtatuto cathedralis eccleſiæ,col.j.Ioan.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir & vxo.char.12.col.iij. vbi & id dicit ſtatuiſſe Martinum ſecundum, in regula cancellariæ, incip.Sanctiſsimus dominus noſter.Rebuf.in tract.Nominationum,in ix.q.prin.num.35.& in repe.c.poſtulaſtis,nu.150.extrà de cleri.excom.min.& Fran.Ripa,in l.j. §.ſi hæres,col.v.nu.27.ff.ad Senatuſ.Trebel. De quo,& ante hos omnes per Io.And. in addi. Spec.in rub.de conceſ.præben.in vlti.q. Cui cõſonat,quod tradunt D.à Rota deci.702. dic quòd ſi Papa,in antiquis, quòd ſi quis opponat beneficiũ pluris valere,quàm fuerit expreſſum in interpretatione,non auditur,niſi dicat deductis oneribus.

7 ¶Denique his omnibus adde text.ab ipſis Dominis à Rot.citatum, in c.præſenti,§.porrò,de offi.ordi.lib.6.vbi ſcribitur, quòd ſi quis ex priuilegio vel conſuetudine ſibi prætendat competere bona eccleſiæ vacantis,debet intelligi de his tantùm quæ ſolutis expenſis,& ſalariis famulorum,atque oneribus ſuperſunt.Quem text.ad hoc expendit glo.in c.ſi tibi conceſſo,in verbo,fructus,de præben.eo.lib.quæ & ex hoc declarat illum tex. & Domi.conſi.lxxviij.formantur iſta,col.vlti. vbi ex hoc dicit, generaliter appellationem fructuum eccleſiæ,intelligi, deductis expenſis miniſtrorum & onerum.Adde(inquam) quod voluerunt Bal.Ang.Raph. Co.Pau.Caſt.& Recentiores in d.l.non amplius,in prin.ff.de leg.j. quòd ſi ſtatuto debet ſolui gabella ex legato,intelligitur de eo,quod ſupereſt deductis oneribus,per illum tex.Quod & idem tenet Ange.in d.l.ciuitatibus, eod.titu.& Firmia.in tracta.gabellarum,in v.parte viij. partis prin.in ij.q.& alia,quæ in hoc colligit Iaſon in d.l.non amplius.

*Et in æſtimandis bonis eccleſiæ uacantis.*

*Et in æſtimando legato.*

8 ¶Et hæc quidem,quæ diximus de deducendis impenſis ex reſtitutione fructuum,intelligere debes,etiã ſi quis iubeatur inferre fructus integros,ſecundùm Bal.& Sal.in d.l.j.vtrunque,col.ij.C.de fruct.& lit.expen.per text.optimum in l.j.in verbo, fructus integros,C.de his quib.vt indig.nam ibi dicitur,quòd hæres,qui inultam reliquit necem teſtatoris, fructus hæreditatis integros reddere cogitur,vt malæ fidei poſſeſſor:ſed aliis iuribus probatur,malæ fidei poſſeſſorem expenſas deducere,vt ſuprà in prin.diximus,& probauimus.& hoc quidem ſequitur Fran.Are.in l.diuortio,§.vlt.col.ij.verſi.pro intellectu.ff.ſol.mat.idem Aret.& Alex. qui tamen diſtinguit inter diſpoſitionem legis,& hominis,in d.l.fructus,eod.titu. & allegant etiam ipſi Alex.& Iaſon tex.in l.diuortio, eo.tit.quæ ſimiliter loquitur de fructibus integris, & tamen intelligitur deductis impenſis,per d.l.fructus,quæ loquitur in eodem caſu.Et idem quoque voluit Corn.conſi.cclxxxix.videtur in hac,col.vlti.verſi.non obſtat quod dixi lib.1. & Carol.Rui.qui nuncupatim damnat illam diſtinctionem Alex.d.conſi.lxij.col.ij.lib.1.

*Quid ſi quis iuſſus ſit inferre fructus integros.*

9 ¶Quanquàm huius contrarium expreſsè tenuit Ro.in d.l.fructus,per text.in l.vlti.C.ad leg. Falc.& in l.Mæuio,§.à me,ff.de leg.ij.& per gl.in l.decem,ff.de fideic.lib.& eum nuncupatim ſequitur idem Alex.ſibi contrarius conſi.cxxxiij.ſuper quæſitis,verſic.& ſimiliter in propoſito,lib.5.& idem quoque voluit Barb.qui Ro.non meminit,in rep.c.Raynaldus,col.lxv.verſi. ſed adhuc poſſet argui,extrà de teſta.& Anto.Corſe.in ſuis ſing.in verbo,integrè,& Io.Lup. in repe.c.per veſtras,extrà de dona.inter vir.& vxo.char.totius illius operis 98.col.iij.verſicu. facit prætereà. Nec mihi obſtare videtur text.in d.l.j.C.de his quib.vt indig.& in d.l.diuortio,quia ibi non fit mentio integrorum fructuum reſpectu ſumptuum,ſed temporis:vt ſcilicet ſoluantur ab initio , & ante controuerſiam motam. Super quo vide quæ in ſimili à noſtris Doct.tradũtur in ea quæſtione, vtrùm ſi teſtator iuſſerit integram hæreditatem reſtitui, ex hoc videatur prohibuiſſe detractionem Trebellianicæ,vt per Barto.Ang.Fran.Aret.Alex. qui alios affert,in l.Centurio,ff.de vulg.& pupi.ſubſt.& eundem Alex.conſi.v.circa primum dubium,col.vlt.verſi.circa ſecundum,lib.3.cum aliis ſimil.

*De eadem re.*

10 ¶Fallit tamen primò quod generaliter dictum eſt de deductione impenſarum , vt non procedat in ſolutione decimarum prædialium:quia hæ debentur ex fructibus,ſine aliqua deductione impenſarum culturę,vel collectionis,per tex.in c.tua nobis,& c.paſtoralis,& c.non eſt in poteſtate,& c.cùm homines,extrà de deci.& voluit etiam gloſ.in d.l.ſi à domino,§.vlti. in verbo,impenſis,& ibi quoque Alberi.& Bal.ff.de peti.hære. & omnes propè in d.l.fructus. ff.ſolu.matri.Hoſtien.& Goſ.in Summa,titu.de deci.& Alber.in d.l.fundus,in princi.ff.famil. erciſc.& Doct.vbique ne quidem enim vnus contradicit. Nam tex.illi adeò ſunt in hanc ſententiam aperti,vt nullo pacto cauillari poſsint.

*Impenſæ non deducũtur ex decimis prædialibus.*

11 ¶Et ex hoc inferunt,(& hæc erit ſecunda fal.) Sal.& Pau.Caſt.in d.l.fructus,quòd cùm fiſcus & eccleſia æquiparentur,l.vlti.C.de ſacroſanct.eccle. certè etiamſi ex fructibus agri debet ſolui certa pars fiſco,intelligitur,non deductis impenſis , quemadmodum nec in decima ſoluenda eccleſiæ. Et idem videtur voluiſſe,licet à pleriſque in contrariam ſententiam allegetur,Bal.in d.l.ſi à domino,§.vlti. Et hoc quoque expreſsim voluit Matthæ.Affli.in conſti.

*Quid, ſi fiſco ſolui debet certa pars fructuum.*

*Argumentum ab æquiparatis uide nume. ſequen.*

Siciliæ,incip.quanto,in ix.q.& iterum in deci.Neap.cclij.magnificis,col.iiij.verſi.item,vbi datur.Et facit pro iis argumentum ab æquiparatis, vt ſcilicet diſpoſitum in vno habeat locum & in alio,gloſ.vt communiter allegatur in l.ſi quis ſeruo,in fi.C.de furt. Sed melior eſt gloſ. etiam loquẽs in pœnalibus,in c.ſi poſtquàm,§.vlti.in verbo,prouiſione,& ibi Domi.de elect. lib.6.cum ſi. Sed ita,vt non omiſerim,id quoque procedere in correctoriis,ex ſententia Bar. in auth.ſed cùm teſtator,col.ij.C.ad leg.Falc.& in l.Marcellus,in prin.ff.ad Trebel. & Iaſ.qui alia quædam affert conſi.cxxxiij.in caſu ad me tranſmiſſo,col.pen.verſi.ſecunda regula.lib.1. quibus adde glo.Zenze.in extrauag.Ioan.xxij.incip.ad onus,in verbo,electis.

*De eadem re.*

12 ¶Verùm huius contrarium, vt ſcilicet fiſco ſint deducendæ impenſæ,tenet idem Bal.vbique ſibi contrarius,in d.l.j.col.j.verſ.modò accidit,C.de fruct.ac lit.expenſ.vbi refert ita Bar.conſuluiſſe,idem Bal.Ang.Imo.Rapha.Co.Ro.Alex.Fran.Aret.Soci. & Iaſ.in d.l.fructus.ff.ſolu. matri.Fel.in d.c.ad noſtram,le j.col.ij.de iureiur.Neque enim(inquiunt) eadem eſt vtriuſque ratio:quia vt dicitur in d.c.tua nobis,decima eſt tributum animarum egentium : ideò eſt ſuper omnia fauorabilis,l.ſancimus,C.de ſacroſ.eccle. Id autem , quod fiſco debetur ex fructibus agrorum,eſt tanquam gabella quædam,quæ contrà odioſa eſt:vt per Bar.in l.ſi pupillus. §.vlti.ff.ad leg.Falc. Ideò non debet ſumi argumentum de vno ad alterum:vt etiam de æquiparatis voluit gl.notab.in c.præſenti,in glo.j.de ſenten.excommu.eod.lib.6. vbi Domi.col.ij. verſicu.nota bene. dicit eam bene not.ad limitationem gloſ.in d.c.ſi poſtquàm. Quo etiam in loco ipſe Domin.idem dicit. Præſertim verò in hoc caſu,in quo æquiparatio, quæ fit de eccleſia & fiſco,habet multas differentias;vt apud illos,maximè verò Alexand.in d.l.fructus, videre poteris.

*Quid in fructibus reſtituendis eccleſiæ.*

13 ¶Ego verò arbitror,& in eccleſia quoque , præterquàm in illo caſu ſpeciali decimarum, impenſas eſſe deducendas ex fructibus.nam tex. & glo.in d.c.grauis,extrà de reſtit.ſpol.qui ſtatuunt huiuſmodi deductionem fieri,loquuntur nuncupatim in fructibus eccleſiæ reſtituendis. Ex quo etiam præter ea,quæ diximus in præcedenti verſic. planiſsimè liquet, falſam eſſe priorem illam Sali.& Paul.Caſt.opi.in d.l.fructus. Quanquàm Soci.ibi col.j.ita de ea re loquitur,vt videatur generaliter velle,ex fructibus , qui debentur eccleſiæ,vel alteri piæ cauſæ, ex diſpoſitione hominis,ſiue legis,non deducendas eſſe impenſas.In qua re toto cælo,quod dicitur,errat,vt vides.Et quòd ſpeciale ſit in decimis,voluit etiam gl.in d.c.paſtoralis,in verbo,credimus:& ibi Doct.poſt eam,de decim.

*Quid in fructibus decimæ perſonalis.*

14 ¶QVOD autem diximus,non deduci impenſas ex decima eccleſiæ, intellige primò , ſecundùm ea quæ diximus in decima reali. Aliud enim eſt in decima perſonali, quæ ſcilicet ſoluitur ex aliqua negotiatione:nam ex ea deducũtur impenſæ,vt cauetur in d.c.Paſtoralis, & ibi Inno.& alij,extrà de deci.glo.Albe.Bal.& Ang.in d.l.ſi à domino,§.vlt.ff.de pet.hær.Bal.in d. l.j.col.j.& ibi quoque Ang.in fi.C.de fruct.& lit.expenſ.vbi rationem addit Bal.ipſe, quia decimæ reales percipiuntur Dei beneficio,ſed perſonales hominis ingenio: quãuis totum procedat à Deo,tanquam à prima cauſa & radice omnium entium:vt etiam probatur in d.c.tua nobis,de deci. Sed & alias huius rei rationes videbis apud glo.& Docto.in d.c.paſtoralis, & Socin.in d.l.fructus,colum.j.

*Quid in decima prædiali debita Papæ.*

15 ¶Intellige ſecundò,quod diximus non deducendas eſſe impenſas ex decima prædiali,procedere,præter quàm in ea,quæ Papæ debetur:nam ex ea deducũtur, per conſtitutionem Ioannis vigeſimi ſecundi incip.ſuſcepti regiminis,prout retulit glo.in cle.ij.in verbo,taxationem, & ibi cæteri poſt eam,de deci.& Anto.in d.c.cùm homines,extrà eod.tit.& Franc.Aret.in d.l. fructus,col.iij.ff.ſolu.matri.& Matthæ.Afflict.in d.conſti.Siciliæ incip.quanto.Sed illa conſtitutio,vt habetur in noſtris codicibus , qui vulgò circunferuntur, nihil omnino loquitur de detrahendis , vel non detrahendis impenſis : nec de decima quoque debita Papæ, ſed de alia quadam ſpecie decimæ,quæ illic iubetur dari vice ac loco neſcio quorum annalium:& Zenzel.ibi,in verbo,aliis eccleſiæ oneribus,diſputat an in ea deducenda ſint onera, & alia huiuſcemodi,vt ibi videre poteris.

*Quid in legato fructuum.*

16 ¶FALLIT ſecundò principaliter,quod dictum eſt, impenſas eſſe deducendas ex fructibus, vt ſcilicet non procedat in legato fructuum,quod omnino eſſet inutile, ſi deducerentur impenſæ:tunc enim non deducuntur,per tex.in l.qui concubinam,§.qui hortos,iuncta glo.not. ibi,qui id ſcienter declarat,ff.de leg.iij.& hoc quoque intelligit Bar.in l.his verbis.§.vlt.eo.tit. Fran.Are.& Iaſ.in d.l.fructus. Et hoc quidem (vt id illis addam) fulcitur ex regula illa generali,qua omnes diſpoſitiones ita interpretari & intelligere debemus,ne ſint inutiles,ſuperuacuæ,inefficaces,vt latè tractauimus in noſtro tracta.cui titulum nuncupauimus,nihil fruſtra.

*Quid de fructibus certæ menſuræ , aut quantitatis.*

17 ¶FALLIT tertiò,vbi ita cautum eſſet , vt de qualibet corbe frumenti, ex illo agro collecti, tantum ſoluatur nomine gabellæ:vel ſi dicatur,Dono tibi decem corbes frumenti ex eo fundo,aut aliis ſimilibus verbis , expreſſa ſcilicet certa & determinata quantitate , aut menſura. Tunc enim non deducuntur impenſæ,per l.ſi debitor.§.veriſimile,cum ibi not.ff.de contra. empt.& not.per Bar.& alios in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,ff.de verb.oblig. Ita enim voluit ipſe Bart.Bal.Imo.Alex.Fran.Aret.Soci.& communiter omnes in d.l.fructus.Bal.in d.l.j.col. iij.C.de fruct.& lit.expen.& ibi Alex.aut quiſquis eſt in addi.illius. Imo.in l.ſed ſi hoc,§.cuidam,ff.





dam,ff.de condi.& demon.Panor.in d.c.Paſtoralis,col.vlti.extrà de deci.Flor.in l. videamus, ff.de vſur.Firmi.in tracta.gabel.in ij.parte viij.partis princ.in v.q. Eſtque optima huius ratio: nam impenſæ non poſſunt minuere quod certum eſt & determinatum,l.meritò,§.à me,ff.de lega.ij.& facit l.quod dicitur,ff.de impenſ.in re dota.fac. Quanquàm Ro.in d.l.fructus,huic ſententiæ omnino non accedit,propter glo.in d.l.ſi quis argentum,§.j.C.de dona.Cui tamen reſpondet Alex.ibi col.iij.& in addi.Bal.ſi is eſt,in d.l.j.de fruct.& lit.expen.

*Quid, cùm quæritur de fructibus pendentibus.*

18 ¶FALLIT quartò, quando nominãtur fructus iam pendentes,ſiue extãtes,videlicet ſi quis donat omnes fructus,qui ſunt in tali agro meo,ſiue fructus huius anni talis agri mei. Tunc enim debent intelligi integri, vt nunc ſunt,& ſine deductione ſiue detractione expenſarum, l.ſi pendentes,in prin.& l.quoties,§.ſi colono.ff.de vſufr.& l.vlt.§. pen.ff.de his quæ in fraud. cred.& voluerunt Bar.Bal.& alij.in d.l.fructus,ff.ſol.mat.& Bal.in d.l.j.col.iij.& ibi Pau.Caſt. in fi.C.de fruct.& lit.expen.Pan.in d.c.paſtoralis,col.vlt.Flor.in d.l.videamus,ff.de vſur.Matthæ.Affli.in d.conſtitutione incip.quartò,Steph.Bertr.conſi.cclv. viſis petitionibus,col.j.lib.1.

*Quid cùm fundus ita datur, utdominus certam portionẽ fructuum accipiat.*

19 ¶FALLIT quintò,cum dominus locat,aut aliter dat fundum colendum,ea lege,vt certam aliquam portionem fructuum accipiat:tunc enim debet habere eam partem integram,& ſine deductione impenſarum culturæ, & colligendorum fructuum:tanquam ſcilicet colonus ponat impenſas & operas pro reliquis partibus,quæ ſibi ex fructibus agri alieni remanent,arg.l. ſi cum duobus,§.ſi in coëunda,ff.pro ſoc.& eſt text.expreſſus in d.c.tua nobis,de deci. vbi & hoc no.Inno.Hoſti.Ioan.And.qui hoc dicit obſeruari de generali conſuetudine.Card.Flor. & Panor.in iij.not.& idem Hoſt. & Panor.in d.c.paſtoralis,eo.tit.Iac.Aret.Albe.Bart.Bald. & omnes propè in d.l.fructus,ff.ſol.matri.qui & hoc dicunt obtinere de communi vſu & conſuetudine.Cy.poſt Iac.Aret.in l.j.in fin.& ibi quoque Bald.in vij.q.C.pro ſocio.Ioan.And.in addi.Spec.tit.de loca.§.poſtquàm,verſi.quid ſi tibi locaui fundum.Iac.Butr.Bar.Bal. & alij in d.l.j.C.de fruct.& lit.expen.Alb.& Bald.in d.l.ſi à domino,§.vlti.ff.de pet.hære.Corne.conſil. cclxxxix.videtur in hac,poſt princ.& iterum col.iij.verſicu.& hinc eſt quòd colonus,lib.1. & Matthæ.Affli.in d.conſti.quantò,& in d.deci.Neapo.cclij.col.iiij.verſ.propterà dicit,& Steph. Bertran.d.conſi.cclv.col.j.nu.4.lib.1.

20 ¶Et hanc quidem fallentiam (vt noſtri appellant) huc priuatim ſeparatimq; aſſcribere voluimus,vt res eſſet notior & apertior omnibus. Quamuis Panor.in d.c.paſtoralis,eam confundat,miſceatq; cum eo quod ſuprà diximus in decima prædiali, in prima fal.& cum eo quoque,quod diximus in iij.fallen.tanquam ſcilicet hæc omnia ex eodem veluti fonte oriantur. Cui tamen in hac re non omnino aſſentitur Iaſon in d.l.fructus,in fi.ff.ſolu.matri. Sed ſatis mihi eſt,hanc rem Lectoribus obuiam atque expoſitam exhibere, relicta illa non admodum vtili (ni fallor) diſputatione.

*Quid, ſi quis delinquat faciendo expenſas.*

21 ¶FALLIT ſextò,vt ſcilicet fiat expenſarum deductio in fructibus,niſi quis huiuſmodi expenſas faciendo delinqueret:vt ſi fructus immaturos decerpſerit. Nam tunc non vtitur illo beneficio deductionis impenſarum,nec repetitionis earum,l.ſi ſeruus ſeruum,§. ſi oliuam,ff. ad leg.Aquil.& ita generaliter voluit Flor.in l.fundus,ff.com.diuid. vbi & ad hoc allegat l. ſi fundi,ff.de rei vend.qui nihil mihi ad hoc facere videtur. Et fortè non habet locum, niſi in caſu d.§.oliuam,cùm videlicet decerpti ſunt fructus immaturi. Nam & prædo etiam has impenſas deducit,vt ſuprà diximus ex tex.in d.l.ſi à domino,§.vlti.ff.de rei vend. Et fraudator ex d.l.ait Prætor,§.per hanc,ff.de his quæ in frau.credi. Sed & quod de fructibus immaturis dictum eſt,intelligi debet ſecundùm l.in fructu,quæ eſt pen.ff.de vſur.legat.& in l.ſi abſente, §.ſyluam.& ibi gloſ.ff.de vſufru.& dicemus infrà tit.ſeq. qui eſt de retractu conuentionali,§. v.in verbo,pro rata temporis,quæ eſt glo.iiij.nu.15.illud quoque quæri.

*Quid in uenditione certæ portionis fructuum.*

22 ¶FALLIT ſeptimò,ſi quis venderet dimidiam, aut aliam certam portionem fructuũ.Nam is non deducet expenſas, cùm homines ita vulgò dicant,hoc anno tantum fructuum percepi:nec vulgari modo expenſas detrahunt , cui quidem vulgari modo ſtandum eſt,l.cùm de lanionis,§.aſinam,ff.de fund.inſtruct.& l.anniculus,ff.de verb.ſignifi. Ita voluit Bald.in d.l.j. col.j.C.de fruct.& lit.expen. Et id dicit generale,cùm nomen fructuum apponitur ab homine in contractu.Quæ verba ſunt Iac.Are.in d.l.fructus,ff.ſol.mat.& Fran.Piſa.vt refert idem Bal.in d.l.ſi à domino,ff.de peti.hære.& idem quoque ſequitur Sal.in d.l.j.poſt prin.& Pano. in d.c.paſtoralis,ad fi.de deci.& Matthæ.Afflict.in d.conſtitu.quanto. Sed tu hîc omnino vide Recentiores ſuper hoc,in d.l.fructus.

*Quid, ſi quid iubeatur ſolui ex fructibus.*

23 ¶FALLIT octauò,cùm fructus alteri nõ debent reſtitui,ſed tantùm aliquid præcipitur ſolui:verbi gratia,ſtatuto cauetur,vt omnium fructuum, ex prædiis collectorum,ſoluantur ſex denarij pro libra. Nam tunc non deducentur impenſæ,vt dicit Sal.in d.l.j.col.ij.verſicu.item quæro,pone quòd ſtatuto,C.de fruct.& lit.expen.Nam quod leges (inquit)dicunt,impenſas eſſe deducendas ex fructibus,loquuntur,cùm fructus ſunt alteri reſtituendi. In hoc autẽ caſu aliud eſt,in quo fructus ipſi æſtimantur, & pro libra ſex denarij ſoluuntur:vnde à verbis ſtatuti non eſt diſcedendum,quæ conſiderant tantùm quantitatem perceptorum. Licet ( vt ſubdit) Bal.ibi ſentiat contrarium. Et facit quod tradit Ang.in d.l.fructus,in fi.ff.ſol.matri.& Fabia.à monte S.Sabi.in tract.de empt.& vend.in v.q.prin.col.iiij.verſic. quid autem veniat,

ibi,aut ſimpliciter de qualibet.& Caro.Molend.in conſue.Pariſien.tit.j.§.xxiiij.in j.q.in fi.

*Quid de impē ſis factis ad perpetuam rei utilitatem.*

24 ¶SED præter ea, quæ dicta ſunt, Primò quæri poteſt, Quid de ſumptibus & impenſis non illis quidem,quæ factæ ſunt cauſa quærendorum colligendorumq; fructuum, de quibus ſuprà diximus,ſed quæ ad perpetuam rei vtilitatem pertinent:an & eæ deduci debent ex fructibus,vt illæ aliæ:Bald.in d.l.j.col.j.verſic.quod dixi,C.de fruct.& lit.expenſ.dicit has expenſas non minuere fructus,ſed ob eas cõpetere rei retentionem,donec ſolutæ fuerint, per l.planè, ff.de peti.hære.At idem in l.in inſulam,§.fructus,qui eſt j.ff.ſol.mat.tradit,& has quoque impenſas compenſari cum fructibus,per l.ſumptus,ff.de rei vend.& not.in l.in fundo,ff.eod.tit. Tu autem hîc vide tex.in l.vel ſi vitis,§.j.& l.quod dicitur, la j.ff.de impen. in re dota.fact.& ipſum Bald.in l.diuortio.§.impendia,ff.ſolu.matri. Sed & de his dicemus infrà titu.ſeq.§.vij. eodemq; vlti.nam ille §.de his ſpecialiter loquitur.

*Quid de impē ſis factis pro cuſtodia agri.*

25 ¶SECVNDO quæro,quid de impenſis factis pro cuſtodia agri,domus, aut caſtri,ne ſcilicet ab hoſtibus capiantur,néve à furibus diripiantur:an & hæ deduci debēt?De qua re non longius tractabo,ſed tantùm vide tex.& Bar.in l.cùm quæreretur,§.prædiis,& ibi omnino Alex. in addi.ipſius Bar.ff.de lega.iij.& tex.in l.quod dicitur impenſas,quę eſt pen.& ibi etiam Bar. ff.de impen.in re dot.fact.& tex.in l.ſi ita,§.vlti.ff.de fun.inſtru.& in d.l.diuortio,§.impendia, & ibi Imol.Raph.Co.Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.& Iaſ.ff.ſol.matr.Bal.in d.l.j.col.ij.verſi.quæro nunquid expenſæ,& iterũ col.vlti.verſi.quæro nunquid ſumptus,C.de fruct.& lit.expenſ. & conſi.ccciij.ad euidentiam.col.j.lib.1.Imo.Raph.Co.Pau.Caſt.Flo.Ang.Pet. & Iaſ.in l.ſumptus,quam nonnulli legunt cum l.domos,ff.de leg.j.Rapha.Com.conſi.xix.quidam nobilis. Paul.Caſtr.& Franc.Aret.in d.l.fructus,ff.ſolu.matr.Roma.{ in l.ſi à domino,verſic.not.vltimò.ff.de petit.hære.} ſingu.cccxxxij. malæ fidei poſſeſſor poteſt. & Barba.conſi.lvj.omnipotentiſſimi,col.iiij. Has autem eſſe neceſſarias,aut certè vtiles,ſuo nos exemplo docuit bonus ille paterfamiliâs,qui Matthæ.xxj.& Marci xij.poſteaquàm vineam plantauit,in ea continuò turrim ædificauit.qua enim alia de cauſa id egit, niſi illius cuſtodiendæ gratia, vt ſcilicet ea hoſtes, fureſq; arceret?

*Quid de bobus emptis pro cultura agri, & poſtea caſu amiſſis.*

26 ¶TERTIO quæro,Quid ſi emi boues pro cultura fundi mihi venditi, quos caſu quodam amiſi:vtrùm in reſtitutione fructuũ potero eos deducere? Bal.in d.l.j.C.de fruct.& lit.expen. negat deducendos:quia iſte ſumptus non eſt factus in re ipſa, arg.l.damnum,ff.loc.quod dictum pro pulchro cõmendat,& ſequitur Franc.Cre.not.cxxxiij.tu ſcis,quòd fructus, & pro ſing.Catel.Cot.memor.incip.fructus.vbi tamen de hoc dubitat,vt ibi videre poteris. Tamen pro Bald.facit tex.in l.j.§.in neceſſariis,& in d.l.quod dicitur,la j.ff.de impenſ.in re dota.fact. vbi dicitur, eas demum impenſas dotem minuere, quæ in dotem factæ ſunt:cæterùm ſi extrinſecus,non habent in ſe reputationem.

*Fructuum appellatione quid ueniat.*

27 ¶QVARTO quæro,quid veniat appellatione fructuum?Super quo vide tex.in l.qui fundũ, §.vlti.de contrah.emp.& in d.l.diuortio,§.ſi fundum,& ibi Docto. præſertim Alex.col.pen.ff. ſol.matr.& in l.pen.& ibi Bar.ff.de vſufruct.lega.& in l.venationem,& in l.in pecudum,ff.de vſur.Innoc.in c.in literis,col.j.de reſtit.ſpol.& in rub.de re iudi.poſt med.ibi, nomine autem fructuum.Ioan.And.in c.1.col.j.eo.tit.Spec.tit.de dec.§.j.verſi. vltimò quæritur,qui eſt pen.& tit.de loca.§.j.col.vlt.verſi.illud autem quæritur.& in tit.de hære.ad fi.Archi.in c.eccleſias,col. vlti.xiij.q.j.Zenzel.in extrauag.Ioan.xxij.incip.ſuſcepti regiminis,in verbo,fructus:vbi etiam docet,quid interſit inter fructus & obuentiones.Bart.in l.vlti.ff.ſolu.matri.& in l.ex diuerſo, col.j.ff.de rei vend.& in l.cùm in plures,circa medium,ff.loca. & in l.quædam, §.nihil, & ibi Ange.& Alex.ff.de eden.Bald.in d.l.j.col.iij.verſicu.extra no.C.de fruc.& lit.expen.& in l.pro oneribus,& iterum in l.vbi adhuc,col.pen.C.de iure dot.& in l.traditio, ad fi.C.de act.empt. & in c.1.§.his conſequenter,in fi.tit.hîc finit lex Corra.& in c.cùm Mart.Ferra.col.ij.verſi.nota,quòd nomine fructuum,extrà de conſti.Panor.in c.paſtoralis, in fi.de deci.& in c.ſalubriter,ad fi.& ibi Barb.de vſur.Ro.conſi.lxx.viſis themate & quæſtione,col.pen.verſi.ij.quia probatum eſt.Alex.& Iaſ.in d.l.diuortio,in prin.illum quidem col.ix.verſi.in glo.in verbo,quarta,hunc autem,col.ij.ff.ſol.matr.Alex.conſ.clxxxj.in cauſa & lite vertente coram arbitris,col. pen.& vlti.lib.2.& conſil.cix. viſo proceſſu,ad fi.lib.4.Io.Ferra.in tit.forma libel.in actio.real. in verbo,ſimul cum fructibus,in fi.& nouiſſimè Chaſſ.tit.*des droictz appartenans à gens mariez*, §.xvij.in verbo, *& faire les fruictz ſiens*, col.ij.verſi.& ſimiliter.

*Fructus percipiendi, nedum percepti, an ſint reſtituendi.*

28 ¶QVINTO quæro,vtrùm hîc ſint reſtituendi fructus,non modò percepti,ſed & qui percipi potuiſſent,aut à poſſeſſore,aut ab eo,cui reſtituendi ſunt:intelliges ex ſcriptis à glo. Albe. & aliis in l.ſi fundum,C.de rei vend.& glo.vlt.in c.cùm cauſa,& ibi Hoſti.Io.And.& Pan.de offi.deleg.D.à Rota deci.dxcvij.ſi ſpoliatus,in antiquis,& Bernar.Biſguet.in deci.ipſius Rotę tit.de reſti.ſpol.c.11.an in condictione.Bar.Bal.Sal.& aliis,in l.domũ.C.de rei ven.Bart. & aliis in l.fructus,ff.eodem quoque tit.& in l.ſi nauis,§.j.eod.item tit.& Bart. in l.apud Iulianum,§. fructus,& ibi Sal.Ang.Raph.Floria.Imo.Paul.Caſt.Alex.Fran.Aret.& Iaſ.ff.de leg.j.Bartol.& aliis in l.ij.C.de fruct.& lit.expen.Ange.in l.ſi nauis,in fin.ff.de rei vend.& conſil.cccviij.portio hæreditatis.Anto.& aliis in cap.grauis,de reſtit,ſpol.Imo.conſi.lxxiij.in caſu propoſito,in fi.Roma.ſing.cccxxxv.malæ fidei poſſeſſor tenetur,& iterum cccxlj. tu ſcis quòd malæ fidei.





Matheſi.not.c.lx.nota,quòd malæ fidei poſſeſſor.& Franc.Cre.ſing.134.tu ſcis,quòd titulus. Fran.Are.conſi.xvij.cõſideratis,col.antep.verſi.de parte autē Nicolai.Cano.poſt gl.in c.cùm contra,extrà de pig.Barb.conſi.lxxx.illud,col.vij.verſi.capio tertium,lib.3.Franc.Cur.ſenior conſi.lxxiij.princeps,col.j.& ſeq.& vide tex.in l.ſed & ſi,§.ſed fructus,ff.de pet.hæred.

*Quid, ſi emptor ſua induſtria fructus uberiores percepit.*

29 ¶SEXTO quæro, quid ſi è diuerſo emptor percepit ex fundo vberiores fructus ob ipſius artificium & induſtriam in his rebus ſingularem, quos conſanguineus ipſe retrahens non fuiſſet percepturus,ſi fundum ipſum poſſediſſet. An & hos quoque emptor reſtituet? Vide Bal.& Ang.par nobile fratrum,in l.cæterùm ff.de rei vend.& eundem Bal.in l.ſi traditio,col. vlt.in x.q.C.de act.empt.Sal.in l.poſt perfectam,in fi.C.eod.tit.Bart.in l.ratio, §.j.ff.eod.titu. Roma.dicto ſing.cccxxxv.malæ fidei poſſeſſor tenetur.Ex his enim facilè intelliges,quid in noſtro hoc caſu dicēdum ſit. Sed interim non omittas tex.in l.cùm hæreditas, ff.de petitio. hæred.& in l.cùm autem,§.vlt.ff.de ædili.edict.

*An emptor etiam pretium operarũ ſuarum poſſit imputare.*

30 ¶SEPTIMO quæro,an & emptor,à quo retrahitur,poſſit repetere, aut deducere non tantùm ſumptus & impenſas à ſe factas gratia colligendorũ fructuum,de quibus ſuprà in prin. latè diximus,ſed etiã pretium operarũ ſuarum.Et id quidem propè ſine dubio eſt:quãdo & malæ fidei poſſeſſor id quoq; imputet & repetat,ex ſententia Bal.& Sal.in l.ſi quis ſciens, C. de rei vend.vbi tamen Bal.dicit nullã eius rei eſſe legem expreſſam,cuius meminerit.& Pau. Caſt.qui id dicit no.in d.l.diuortio,§.impendia,col.ij.ff.ſolu.mat.Et vide Bal.in l.æde,col.iij. verſi.ſed nunquid colonus,C.de locat.vbi dicit colonum,qui propter non ſolutam penſionem expellitur maturis fructibus,huiuſmodi operarum ſuarum pretium repetere.

*Si emptor fructus integros reſtituit, an poſteà poterit impēſas repetere.*

31 ¶OCTAVO quæro,quid ſi ipſe emptor fructus integros reſtituit ſine deductione impenſarum & operarum collatarum gratia ipſorum fructuum, an eaſdem poterit poſteà repetere, vide gl.in l.qui exceptionem,§.j.in verbo,condici,& ibi Doct.ff.de condi.inde. Pet.Dyn.Cy. Bal.& Sal.in d.l.ſi quis ſciens,C.de rei vend.& quæ dicemus infrà tit.ſeq.§.vij.glo.j.numer.7. quartò declara,ex quibus cognoſces,quid hîc dicendum ſit.

## DEPVIS LA LITISCONTESTATION, A' LITISCONTESTATIONE. GLO. II.

*Litiſconteſtatio quando & quomodo ſit.*

1 APVD multos controuerſia eſt, quando & quomodo fiat litiſconteſtatio, aliis dicētibus,fieri per petitionem & reſponſionem negatiuam:aliis & per affirmatiuam quoque, vt ſcilicet cùm reus fatetur:aliis denique etiã per dubitatiuam. Quam rem aliter non ducimus ſpeciatim tractandã,contēti,vt ſæpe aliàs,ſedes huius diſſertationis pręcipuas deſignare.De hac re igitur multa per glo.in c.dudũ, in verbo, reſponſionem,extrà de elect.Doct.in l.j.C.de litiſconteſt.& in c.j.extrà eod.tit.Specu.eodem quoque tit.§.nunc dicam, ferè per totum,& ibi etiam Ioan.Andr.Domi.à Rota.deciſi.xij.ſi pars rea,in nouis.Cy.in l.ij.in iiij.q.C.de iura.calum.Bart.& Bald.in l.quòd ſi dubitetur, ff. de acquir.hæredi.Bart.& alios in l.ſi domus, §.in pecunia,ff.de leg.j.Bald.in l.ſi reus paratus, in vtraque lectu.& ibi quoque Paul.Caſtr.ff.de procurat.Maria.Socin.in tractatu,quem priuatim fecit de litiſconteſtatio.in prin.Corne.conſi.cccxxxij.licet plerunque,per totum,lib.1. Georg.Nat.in repe.cle.ſæpe,in princi.in gloſſ.ſuper verbo,liticonteſtatio, quæ eſt in colum. lxxxj.& ſeq.de verb.ſignific.

*Cõteſtatio unde dicitur.*

2 ¶Vnum tamen hoc potiſſimùm loco impinguam,ab inſtituto nihil prorſus diſſentaneum, quod ſcribit Feſtus Pompeius vir antiquitatis peritiſſimus lib.3.non ſemel, Cõteſtationem hinc dici,quoniã ordinato iudicio vtraq; pars dicere ſolebat,Teſtes eſtote. Quæ res mirum in modum fauet eorum partibus,qui negant conteſtationem fieri per confeſſionem : quòd tunc nullis ſit opus teſtibus,vel eorum teſtimonio, qui apud Diuum Matthæum cap.xxvj. clamabant, Quid adhuc egemus teſtibus? ſiue vt ſcribitur apud Diuum Lucam, capit.xxij. Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Nam & ſi verum huius vocabuli etymum tradit Pompeius,conteſtatio tantùm fieri dicitur,cùm propter partiũ controuerſiam opus eſt teſtibus,qui negotium dirimant.Ex quo & conteſtari eſt teſtes ciere,vocare, nominare. Tullius in actione ſexta in Verrem : Syracuſis flens ac deos homineſque conteſtans,clamare cœpit. Et in oratione pro L.Flacco: Cùm ego te Flacce cœlum noctemq; conteſtans,flens flentem obteſtabar.Quod & teſtari etiã ſimpliciter dicitur. Idem Tullius in oratione pro Cecinna: Ego omnes homines deóſque teſtor.Virgilius lib.2.Aeneidos:

*Cõteſtari quid ſit.*

*Teſtari.*

*Vos æterni ignes,& non violabile veſtrum*
*Teſtor numen.—* Et lib.3.
*—Per ſydera teſtor.* Et lib.4.
*Teſtor chara Deos.—* Et paulò pòſt,
*Teſtatur moritura Deos.—* Et Porcius Latro in ſua aduerſus Catilinam declamatione:teſtor noctē ipſam impiarum molitionum tuarum conſciam ac teſtem,&c. Et Hiero. in vita Pauli Eremitæ:Quod ne cui impoſſibile videatur,Dominũ Ieſum Chriſtum teſtor, & ſanctos Angelos,&c.In qua etiam ſignificatione Tullius teſtificandi verbo eſt vſus epiſt. ad Atticum lib.10.Nam Deos (ait) homineſque amicitiamque noſtram teſtificor.

*Teſtificari.*

*Emptor, à quo retrahitur, an reddat fructus antè perceptos.*

3 ¶Ex eo autem quod noſtra conſuetudo dicit,cõſanguineum,ſi obtineat,& fructus quoque à lite cõteſtata obtinere,ſatis declaratur,fructus præcedentes emptoris manere,nec eos reſtituere debere:nam & interim,ſcilicet durante tempore retractus eſt rei dominus,vt diximus ſuprà eod.tit.§.xij.in glo.j.in princ. Nec per huiuſmodi retractum venditio retrahitur,vt ex tunc,vt noſtri loquuntur,ſcilicet ex tempore venditionis,ſed vt ex nunc,id eſt, ex tempore ipſius retractus: quia cùm facultas ipſius dependeat ex mera voluntate conſanguinei , non retrotrahitur.l.vlt.ff.quæ res pig.obli.poſ.& l.j.in fi.ff.qui pot.in pig.hab.Et ita voluit expreſſim Alb.in j.parte ſtatutorũ,q.xcvij.ſed nũquid proximior.& Pau.Caſt.conſi.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam,colum.j.libr.2.& Gerald.Bagoil.in ſua diſput.retractus,per multas rationes,quas illic allegat,& ad alias reſpondet,quæ videbantur innuere cõtrarium, vt ibi videre poteris, neque enim diutius immorari volumus in re non admodũ ambigua: quando & id copioſiſsimè tractauit Io.Igne.in repet.l.dudum, col.xxvj.nu.41.verſi.ſed circa præcedentia,cum multis ſeq.C.de contrahen.empt.Et id quoque è Theologis tenuit Ioan. Gerſon in tracta.de contractibus,parte j.conſider.xvij.

*Emptor an reddet fructus à tempore oblationis, citationis,litiſcõteſtationis.*

4 ¶Et hæc quidem de tempore ante retractum,ſiue litem,quæ ſuper hoc mouetur. Nam de ſequenti poſſet dubitari,an emptor debeat fructus reſtituere,vel à tempore oblationis , vel citationis,vel litis conteſtationis. De quo nominatim diſſerit Pet.à Bella Pert.in l.vinum,ff. ſi cert.pet.vbi tandem concludit,fructus non reſtituendos,niſi à tempore litis conteſtatæ. & hoc ſequi videtur Albe.quo loco ſuprà citauimus:vbi & ad hoc in vtranque partẽ diſputat: quem ibi vide : nam cùm noſtra conſuetudo id apertè definiat , non eſt opus hîc diutius immorari. Sed tu tamẽ in hoc quoque vide Io.Fab.qui poſt Iac.Ra.iſtud expreſsim voluit, in §.actionum autem quædam,col.ij.verſi.& iſta faciunt,Inſtit.de actionib.Oldr.in l.vlti.C. in quib.cauſ.in integ.reſti.non eſt neceſ.Guid.Pap.conſ.cclvij.cauetur de cõſuetudine,col.ij. verſi.ſed nónne in caſu propoſito.& latiſsimè Igne.in dicta l.dudum, vbi nuper citauimus. & Boe.tit. *de retraict*, §.iiij.colum.ij.verſic.ſed quid an emptor. Super hoc autem variæ ſunt Galliæ conſuetudines,vt videre licet apud Meldenſes, cap.lxxxvj.Melodunenſes , cap.xlvj. Senonenſes,cap.xxxj.Trecenſes,cap.clij.& cap.clvj.Ambianenſes,cap.xlvij.Andegauenſes, c. ccclxxx.Borbonienſes,cap.cccclxxxij.Bleſenſes,cap.cxcviij.Angoliſmenſes,c.lxvj.vbi eadem omnino eſt conſuetudo,quæ hîc apud nos eſt.Rochelenſes.cap.xxxvj.vbi & eadem eſt.Arteſienſes,cap.lxxxvij.Lorrienſes in præfectura Montargij,hoc tit.§.xxj. Valeſienſes hoc titu. §.vij.qui eſt omnium lxxxviij.Laudunenſes,& alios Veromandienſes , huius quoque titu. §.xx.qui eſt xciiij.totius iij.partis.

*Cõſuetudines de ea re.*

*Quid, ſi emptor ſubterfugit,ne lis conteſtetur. Fugã,pro conteſtatione litis haberi.*

5 ¶Sed hîc quæritur,quid ſi emptor de huiuſmodi retractu in ius vocatus omnibus modis ſubterfugit,ne lis cõteſtetur,vel euocatus ad edictũ,non reſpõdet,aut alio modo morã facit litiſcõteſtationi,fortè vt interim lucretur fructus.Dic,quòd huiuſmodi fuga,cũctatio,mora, dilatio,cõtumacia,fruſtratio habebitur pro litiſcõteſtatione ; & operabitur eoſdem effectus, quos ipſa conteſtatio,l.ſi eum,§.qui iniuriarũ.& ibi Albe.col.j.& Bal.qui negat alibi reperiri, Fulg.Ro.Alex.Lud.Bol.qui dicit,eum text.ſingu in ij.interpre.& Iaſon,ff.ſi quis cautio.& l. electio,§.ſi is quem.iuncta glo.vlt.ff.de noxal.& l.cõſtitutionibus,ibi,quaſi lite conteſtata, ff. de act.& obli.prout illam intelligit glo.ibi,dum allegat dictũ §.qui iniuriarũ.& Ioan.Fab.in §.pœnales,col.j.Inſti.de diuer.& tempor.præſcript.& text.quoque in l.ſed ad eos, ff.ex quib. cauſ.maio.& in l.ij.C.vbi in rem actio, vbi ad interrumpendam præſcriptionem paria ſunt. litem eſſe conteſtatam,& quòd non poſsit conteſtari propter partis contumaciam.

*De eadem re.*

6 ¶Et generaliter hanc moratoriam rei cunctationem,aut contumaciam,haberi pro lite conteſtata,voluerunt,præter iam allegatos,Inn.in c.ſtatuimus,col.vlt.in verbo,abſentia,extrà de elect.Iaco.Aret.in l.j.ff.de vent.inſpi.Cyn.& Bal.in l.ſcire oportet, §.ſufficit,ff.de excuſ.tuto. idem Cy.poſt.Petr.in l.ſicut,in iiij.opp.& ibi Alb.nu.3.C.de præſcri.xxx.vel xl.anno.Bar.in l.j.ad fi.prin.ff.de priua.delict.Bal.in l.more,C.de rei vend.vbi & ad hoc dicit ſing.dictum §. qui iniuriarum.Idem Bal.in l.j.col.pe.verſi.quæro nunquid actiones. & ibi quoque Io.Fab. in prin.C.ex delict.defunct.ipſe Bal.in l.magnam,ad fi.C.de cõtrah.& cõmit.ſtip.& in repet. l.& ſi poſt tres,col.iiij.verſi.ſed contra iſtud opponitur,ff.ſi quis caut.& in l.vlt.in prin. poſt medi.verſi.vnũ eſt tamen.& ibi Alex.col.iij.in duobus locis.& Iaſ.col.vlt.ff.de eo,per quem fact.erit, vbi etiam ipſe Bal.dicit ſing.tex.in d.§.qui iniuriarum.& idem Bal.in cap.quoniam contra falſam,col.vj.verſi.& ſcias,quòd litis conteſtatio,extrà de proba.Ang.Imo.Roma. & Alexand.col.iij.in l.ſi inſulam,& ibi quoque Franc.Ripa col.vij.nu.34.ff.de verb.obligat.vbi ex hoc dicunt ita impediri moræ purgationem , ſicuti per litis cõteſtationem.Flor.in l.inde Neratius,§.hanc actionem,verſic.item quod dictum eſt,ff.ad leg.Aquil.Alex.conſi.c.diſcuſſis,poſt prin.lib.5.Fel.in c.illud.colum.penul.verſic.prima concluſio,extrà de præſcrip.Iaſon in l.j.colum.penul.C.quand.libel.princi.datus.Et facit tex.in l.vlt.ff.de procu.& in l.ſi finita. §.eleganter,ſecundum intellectũ Bar.ff.de dam.infect.& in l.& qui data,iuncta glo.in verbo, vel litis,ff.ex quib.cauſ.maio.vbi abſens litis vitandæ cauſa,pro præſente eſt.Et in illam ſententiam expreſſa ſunt ſtatuta Florentiæ,& Prati.& retulit Pau.Caſt.conſi.ccxc. viſis his quæ ſuprà,col.ij.verſic.cæterùm non comparitio,lib.6.





*Factum cenſeatur in eius præiudicium, per quem ſtat ne fiat.*

7 ¶Idque perpetuum eſt,vt cùm per alium ſtat,quò minùs quid fiat, id pro facto habeatur in eius præiudicium.l.ſi ideò,§.præſenti,& l.ſi dictum fuerit,§.ſi præſente,ff.de euict.& l.in executione,§.vlt.& ibi not.ff.de verb.oblig.& l.hæc venditio , & l.Labeo ſcribit , ſi mihi bibliothecam,ff.de contrahen.empt.& l.Iure ciuili,& l.quibus diebus,in princ.& ibi glo.& l.hæres, & l.cùm pupillus,ff.de condi.& demonſt.& l.dedi,§.vlt.& ibi Sal.in j.notab.ff.de condi.cauſ. dat.& l.ij.§.vltim.ff.quorum lega.& l.vlt.C.de condi.inſer.& l.Prætor,§.ſi quis paratus, & §. deinde,& §.adiicitur,ff.de oper.no.nunti.& l.Prætor ait,§.j.ff.de dam.infect.& l.cui vſusfructus,in princ.ff.de vſu & vſufr.leg.& l.ſi poſt diem,§.j.ff.quando dies leg.cedit.& l.j.§.qui ſub conditione,ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.& l.j.C.de his quæ ſub modo,& l.ſtatuliberos,§.j.& alibi ſæpe.in eadem l.& iterum,l.ſeruus,§.j.in prin.ff.de ſtatulibe.& l.in Iure ciuili, ff.de regu.iur. & c.cùm ſtat,eod.tit.lib.6.cum multis ſim.adductis à glo.& Doct.in duobus poſtremis locis. Et quod voluit gloſ.in rub.ff.de condi.& demon.& in l.qui concubinam,§.vlt.ff.de lega.iij. & in cap.vlt.extrà de empt.& venditio.& Bar.in conſi.cxxxiij.ſtatuto ciuitatis Eugubij.Albe. in l.& ſi poſt tres.colum.x.nume.25.ff.ſi quis cautio.Bal.conſi.cxij.præmiſſo,colum.ij.in fin. lib.3.& conſi.ccxix. Pontius,col.ij.verſi.hoc ad euidentiam,eod.lib.3.& conſi.444. quoniam ſubſtantia,poſt medium lib.4.Ange.conſi.cccxlix.conſultatio.col.ij.Raph.Co.in l.ſi marito, §.j.ff.ſol.mat.Paul.Caſtr.in l.iubemus nulli,§.ſanè,C.de ſacro.eccle.Roma.conſi.cccclxxxvj. in caſu propoſitæ conſultationis,circa medium.Franc.Aretin.conſi.cxx.in præſenti conſultatione,colum.ij.Soc.in l.de diuiſione,col.ij.verſic.circa ſecundum,ff.ſol.matri.& conſi.clxx. in præſenti conſultatione,colum.v.verſi.præterea reſpondeo,lib.2.Iaſon in l.hæc verba.quæ eſt iij.in fi.ff.de leg.j.& conſi.xlj.in duabus,colum.iij.verſi.ſecundò principaliter,lib.3.Philip. Deci.conſi.dcxxxix.in occurrenti,col.ij.verſi.ſolùm ergo,& Docto.vbique. Sed vnum non omiſerim à Roma.reſponſum conſil.ccccxxiij.quæſtio diſcutienda,colum.pen.ſi Papa , qui promiſit ſe Papatu abdicare , id requiſitus non fecerit , abdicationem ſiue renuntiationem haberi pro facta : per multa ibi allegata. & ſequitur Phil.Deci.in c.porrecta.colum.iij.verſic. & hoc cõfirmatur,extrà de confirma.vti.vel inuti. Nec ſine cauſa dixi in prin.in eius præiudicium, (vt id obiter dicam ) quia quo ad tertium, non id habetur pro impleto,l.ſi oleum, in prin.& ibi Bal.ff.de dol.mal.

*Num in alterius.*

*Quid ſi iuſtã cauſam habeat ſubterfugiẽdi.*

8 ¶Verùm quod dictũ eſt,huiuſmodi rei cunctationẽ moratoriam,ſiue contumaciam, haberi pro lite cõteſtata in ſuum ipſius præiudicium ( vt redeamus ad principale noſtrum propoſitum) intelliges duobus modis,ni fallor,haud cõtemnendis. Primo quidẽ,vt procedat,niſi reus ipſe iuſtam habeat cauſam,vel non veniendi ad iudicium,vel ſi venerit, ſubterfugiẽdi, vt nuncupatim voluit Io.Fab.noſter in d.§.pænales,Inſti.de diuer.& temp.præſcrip.per tex. in l.ait Prætor,§.vlt.ff.ex quib.cau.maio. Et huius quidem rei optima eſt ratio:nempe litem haberi pro conteſtata in odium rei,& vt eius dolus,aut certè culpa in hoc puniatur:vt patet ex omnibus iuribus in prin.huius quæſt.allegatis:ne ſcilicet quis ex ſuo dolo,aut culpa , id lucri reportet,vt fructus lucretur,vel præſcriptio ab eo incœpta non interrumpatur , vel vt ſemper moram purgare poſsit,cõtra l.ſed & ſi,§.planè,in fi.ff.ad exhiben.ibi,Ne ei ſua calliditas proſit,cum ſi.Igitur ſi nullus eius ſit dolus,aut culpa,nihil eſt cur id procedat.

*Quid ſi lis nõ fuiſſet cõteſtata,etiam ſi nõ ſubterfugiſſet.*

9 ¶Secundò intellige,ſi modò ceſſante mora,aut contumacia aduerſarij, lis fuiſſet conteſtata: ſecus ſi non potuiſſet conteſtari,etiam ſi comparuiſſet, nec cunctatus fuiſſet:quia dum reus fruſtratur,differt,cũctatur,moratur,non reſpõdet,interim vel iudex abeſt,vel moritur actor, antequàm lis potuiſſet conteſtari,aut alia mora iudici contingit , aut aliud impedimentum interuenit,quod impediuiſſet litem ipſam cõteſtari, etiã ſi reus ad edictũ confeſtim reſpondiſſet,nec tantillum quidem diſtuliſſet:nam tunc lis non habebitur pro conteſtata, arg.eius, quod dicitur in d.l.ait Prætor,§.vlt.in fi.ff.ex quib.cau.maio.& l.& in totum,ff.de impen. in re dot.fac.& l.vlti.§.j.ff.ad leg.Rhodiam de iact.& l.ſi alius,§.eſt & alia , ff.quod vi aut clam. Et quod à noſtris traditur,non nocere contumaciam non comparentis,quando ſi comparuiſſet,nihil actum fuiſſet propter abſentiam iudicis.Ita enim voluit Bart.Brix.quæſt. venerabili.xix.quidam citatus per l.ij.§.vlt.ff.ſi quis in ius voc.non ier.& Alb.in l.properandum, in prin.col.iiij.verſi.ſed quæro quid ſi actor,C.de iud.& Pet.Anch.conſi.xcvij.in quæſtione. Et idẽ,cùm pars aduerſa etiã non comparuit,vt eſt optimus tex.in c.j.ibi,venienti reo,& ibi glo.Io.And.Domi.& alij,de dolo.& contu.lib.6.& idẽ Io.And.in c.cõſuluit,col.ij.de officio delegati.Bar.in l.ſi finita,§.Iulianus,col.ij.verſi.procedo vlterius,& ibi Alex.col.viij.verſi. itẽ inquantum,ff.de dam infe.Pet.Anch.d.conſi.xcvij.vbi id pulchrè ampliat ad caſum ſtatuti, de quo ibi loquitur,& in c.cupientes,§.quòd ſi per xx.colum.j.de elect.lib.6.Alex.conſi.xcij. perſpectis col.pen.verſi.pro hoc facit,lib.1.Iaſon.in rubr.ff.de in ius voc.& in l.ij.ff.de eo per quem fact.erit.& Bertran.conſi.cclxvij.ſi pactum,in vlt.dubio,lib.3.cum ſimi.

*Quia iudex aberat.*

*Vel quia aduerſarius non comparuit.*

*Creditor debet probare ſe eo loci fuiſſe,ubi ſolutio fieri debuit.*

10 ¶Cui concinit,quod tradit Guil.Cu.in l.item illa,& ibi quoque Bar.col.ij.verſ.quæro pone, & Alb.ad fi.& Rapha.Fulg.ff.de conſtitu.pecu.quòd ſi ſolutio debet fieri Florentiæ die Paſchatis & reus non probat ſe eo die Florentiæ affuiſſe,vt ſolueret:nec ſimiliter actor probat ſe ibi affuiſſe, vt reciperet, non eſt probata mora contra reum ex lapſu eius diei , per eum text.in verſicu.proinde.& l.arbiter ſi Calendas,ff.de arbit.& idem voluit ipſe Barto.in l.cùm filius,

filius,§.vlt.ad ad fi.ff.de verb.obl.& in l.cõtinuus,§.cùm ita,circa med.eod.tit.Sign.conſ.cxlj. in quæſtione vertente inter Obertinum,in multis eius conſi.locis Pet.Anch.in c.ſignificãte, de pig.Floria.in l.pecuniæ.§.j.ff.de vſur.Alex.conſi.clxxij.viſis & opportunè,col.ij. verſic.ad idẽ facit, libr.2.& conſi.xlj.viſis & optimè diſcuſsis,col.ij.verſ.ad idem facit lib.4.& conſi.xc. viſo proceſſu,col.vlti.verſic.nec obſtat,ſi diceretur,lib.5.& conſi.ccx.ponderatis his,colum.j. libr.6.vbi & alios concord.affert,& Philip.Deci.conſil.dlxvj.promiſit Anton.poſt medium. Et facit l.ſi & per emptorẽ, ff.de act.empt.Et vide quæ diximus ſuprà,§.ix.glo.vlt.nu.19.verùm Alexan.& ſeq.Et id nuncupatim in caſu noſtro voluerunt Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in d.l. eum qui,§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cau.Nam & aliàs,vbi non habet locũ veritas, nec fictio quoque.l.qui ad certum,ff.loca.Igitur cùm ob aliud impedimentũ lis non potuit verè conteſtari, nec pro conteſtata quoque haberi debuit.

*Alia ſimilia.*

11 ¶Et id quidem his quoque ſimilibus comprobatur.Nec enim tenetur quis de caſu fortuito quem culpa præceſsit,ſi modò citra eam culpã contigiſſet.Bar.poſt Guil.Cu.in l.ſi vt certo, §.ſed interdum,ff.commo.& Bald.conſi.cxlv.caſus talis eſt,in quodam inſtrumento,col.iiij. verſi.prætereà cùm quæritur,lib.3. Nec mora debitoris certis caſibus ei obeſt,vt teneatur de interitu rei,ſi res ita fuiſſet peritura apud creditorem,vt periit apud debitorem,de quo in l.ſi plures,§.j.ff.depoſi.& l.ſi is qui,in prin.ff.de iure dot.per gl.Bar.& alios in l.quod te,ff.ſi cert. pet.glo.in l.mora,in prin.& ibi latiſsimè Sal.col.vlt.ff.de vſur.& glo.in l.item ſi verberatum, §.vlt.ff.de rei vend.& in l.nemo rem ſuam vtiliter,§.j.& ibi Doct.ff.de verbo.obligat.Hoſt.in Summa,de vſur.§.ex quibus cauſis,verſi.& facit etiam,Cy.in l.in minorum, C.in quib.cau. in integ.reſtitu.non eſt neceſ.Barto.in l.nemo,§.j.ff.de verb.oblig.Sal.in l.j.col.j.verſic.quæro nunc latius,C.quod met.cau.Paul.Caſt.in l.ſi mora,ff.ſol.mat.& facit ad hæc omnia, quod ſcribitur in l.vltim.§.j.ff.ad leg.Rhodiam de iact.& in l.is qui,ff.ex quib.cauſ.maior.& in l.ſi pecuniam,§.vltimo.ff.de condict.cauſ.dat.

*Nõ omnis morbus letalis interimit.*

12 ¶Nec imputari debet marito,qui non adhibuit curam medicandæ vxori laboranti morbo incurabili.Pau.Caſt.in l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir,ff.ſol.mat.per tex.in d.l.& in totum, ff.de impen.in re dot.fact.Quanquam huic nõ omnino accederem:quoniam non omnis,cui letalis morbus eſt moritur:vt probatur ex l.in ratione, la j.§.ſi ſeruus teſtamento,ff.ad leg.Falc.& ſcribit Galenus lib.Aphoriſmorum Hippocratis 6.c.xviij.vt nec omnis qui mortiferè vulneratus eſt,moritur.l.j.§.vlt.ff.ad Senatuſconſul.Sylla.& facit l.qua actione,§.ſed & ſi quis,ff. ad legem Aquil.vbi ſcribitur, aliud alij vulnus mortiferum eſſe ſolere.Et vt ſcribit Tullius ad Atticum lib.Epiſtolarum ix.epiſtola xij.Aegroto dum anima eſt,ſpes eſſe dicitur. Quod ſumptum eſt,ni fallor,ex Theocriti Idylio iiij.

*Aegroto dum anima eſt,ſpes eſt.*

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε. τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι ἢ θανόντες. Id eſt,
*Fidere Batte decet: melius cras forſan habebis.*
*Sperandum eſt viuis,functis ſpes nulla relicta eſt.*

Et huc haud dubiè alludit illud Virgilij,ſi is eſt,in obſcœno carmine,

*Dum viuis,ſperare decet.—*

*Extremis morbis extrema remedia adhibenda.*

Et quia etiam nunnunquam morbi videntur letales & incurabiles, qui non huiuſcemodi ſunt:ideò in illis non omittenda eſt cura atq; diligentia:ſed eò maior adhibenda,quò maius periculum imminere videtur : vt ſicuti extremis morbis extrema remedia adhibenda ſunt, (vt iubet Hippocr.libr.Aphoriſ.j.c.vj.& Tullius libr.Officio.j.) ita & extrema ſummaque & & exequiſitiſsima cura & diligentia hiſce ægrotis adhibenda.

*An de cõſilio vel mandato teneatur, qui aliàs facturo dedit.*

13 ¶Sed,vt redeamus,huc quoq; pertinet,quòd multi negant eum teneri ex conſilio vel mandato criminis cõmittendi,qui aliàs id facturo dedit. De qua re quia non omnes cõueniunt, vide glo.in l.ſæpe,§.item dubitatum,in verbo,condici,& ibi Bart.& Alci.ff.de verb.ſign.glo. in l.non ſolùm,§.ſi mandato,verſi.Attilicinus,in verbo,nolenti,& ibi Bar.col.vlt.& alij.ff.de iniur.& in l.conſilij,& ibi latè Doct.præſertim Philip.Deci.ff.de reg.ius.& in l.§. perſuadere. in verbo,furtum facturus,ff.de ſeruo corru.& in §.interdum quoque furti,verſi.ope.in glo. vlt.Inſtit.de obla.quæ ex delic.naſcun.& in c.nuper,in verbo,conſilium impendendo, & ibi Doct.extrà de ſent.exc.Hoſt.& Pan.in c.ex literis,de exceſ.Præla.Dy. in c.nullus ex cõſilio, extrà de reg.iur.lib.6.Pau.Eleaz.in cle.j.& ibi Imo.col.iiij.de pœnis.Gand.in tract.malefi.tit. de pœnis reorum,nu.36.Alb.& Bal.in l.ob hæc verba,ff.de his qui not.infa.Bal.in l.j.col.ij.& ibi Iaſ.col.iiij.verſi.non omitto.C.de ſeruis fugi.& eundem Bal.in l.data,colum.xij.verſicu. conſilium quoque pœna mortis,C.qui accu.non poſ.& in l.non ideò minus,col.pen.in xij. q.C.de accuſa.& in l.obſeruare,§.poſt hæc,in xij.q.j.de offic.Proconſ.& in c.j.col.iiij.verſicu. quid ſi præſtitit,poſt And.Iſer.ibi,tit.quib.mod.feud.amit.& conſi.ccl.in quæſtione domini, col.ij.verſi.ſecundò eſt videndum.lib.5.Ange.conſi.xxij.pro deci.Card.Flo.in cle.j.in vxj.q. & opp.eiuſdem,de foro.comp.Sal.in l.j.col.viij.C.de rapto.virg.Imo.in c.querelam, in fi.de elect.Docto.in cap.j.extrà de offi.deleg.Matheſ.notab.xcvij.not. quòd is, cuius conſi.Corn. conſi.lvij.egregiè allegatur,col.ij.verſi.& quando eſt par,lib.4.Ang.Aret.in §.j.Inſt.de mand. & in tract.malefic.in verbo,& Sempronium Rodulph.colum.pen.verſicu.vigeſimoſecundò quæro,



quæro & ibi Augu.Ari.in addi.Cæpollæ caute.lxv.vidimus quamplures,ad fi.Fel.in c.ſicut dignum, col.iij.verſi.not.ibi animum regis,extrà de homici.

*Vaſalli fuga in bello, licet domino non obſit, priuat feudo.*

14 ¶Et hæc quidem puto procedere in caſu noſtro:tametſi interdum aliis in caſibus aliter ſtatuitur.Nam vaſalli fuga in bello,licet non obſit domino, nec ipſius interſit, punitur feudi amiſsione,vt not.tradit Bal.in c.j.in prin.col.ij.verſ.quartò quæritur.& ibi Mart.Laud.col.j. verſicu.quæro ſi vaſallus,Aluar.col.ij.verſi.quæro ab extrà,Card.Alex.col.iij.verſic.eiuſdem initij,tit.quib.mod.feud.ami.& Fran.Curt.iunior in tract.feudorum,in iiij.parte princip.col. eiuſdem partis iiij.verſi.decimò quæro. Sed illud fit in eo caſu,tum aliis quibuſdam ſpecialibus rationibus,tum ea,quòd ea res eſt pernicioſi exempli,l.capitalium,§.famoſos,& l.ſi quis aliquid,§.qui abortionis,ff.de pœnis. Et vt illis id addas,illud poteſt de huiuſmodi fugientibus dici,quòd plus exemplo nocet,quàm peccato:quæ ſunt verba Ciceronis lib.3.de Legibus.vt proinde intelligas, nihil id ad ſuperiores caſus pertinere.

*Fructus à quo tẽpore debeantur in retractu cõuentionali.*

15 ¶Sed quia hæc noſtra conſuetudo loquitur de retractu ſanguinis tãtùm,nihil autẽ dicit de retractu cõuentionali,à quo ſcilicet tempore debẽt fructus reſtitui,nec hoc quoq; ſtatuitur in tit.ſeq.qui eſt de ipſo retractu cõuentionali. Ideò & nos hîc quærendũ ducimus,quid dicendũ ſit,ſi quis non admittat venditorem ad retractũ conuentionalem,ideoq; in iudicium trahitur,& tandem vincitur:quid de fructibus ſtatuendum? Videtur, quòd non debentur etiam,niſi à tempore litis cõteſtatæ,cum actio præſcriptis verbis,quæ competit pro retractu conuentionali,vt dicemus tit.ſeq.§.j.in glo.j.nu.2.ſit ſtricti iuris, vt dicit gl.in l.iuriſgẽtium, §.quinimo,ff.de pactis,& in l.pacta quæ contra,C.eod.tit.Ex quo ſequitur id quod diximus, fructus non venire,niſi à tempore litis conteſtatæ.l.cùm fundus,in prin.ff.ſi cert.pet.

*De eadem re.*

16 ¶Tu tamen dicito,hoc caſu fructus deberi ſtatim à tẽpore moræ,pretio oblato & depoſito, per tex.in l.ij.iuncta gl.in verbo,oblatam,& ibi omnes Doct.C.de pactis inter emp.& vend. quod & nos latius dicemus d.tit.ſeq.§.v.in glo.ij.in verbo,*qui ſont eſcheuz*, nu.4.ſed vt ad caſum.Nam quod dicitur,in actionibus ſtricti iuris non venire fructus,niſi à tẽpore litis conteſtatæ,procedit,vt dicunt Bal.Sal.& alij Recentiores in d.l.ij.cùm peto quod meũ non fuit: ſecus ſi meum fuit,per l.videamus,la ij.§.ſi actionem,ff.de vſur.& l.qui ſe debere,ad fin.ff.de cond.ob cau.& l.naturalis,in prin.ff.de condi.inde.& l.ſed Celſus,§.ſi fundus,ff.de contrah. empt. De quo & nos latè dicemus infrà eod.tit.ſeq.§.v.glo.ij.nu.5.vt hinc intelligas.

*Quid, ſi conſanguineus, qui litem mouerat,integrũ trienniũ ceſſauit.*

17 ¶Sed & illud non omiſerimus,quòd ſi cõſanguineus qui litẽ de retractu mouit,poſt litem conteſtatã triennio ceſſauit à proſecutione litis,ideoq; perempta eſt inſtantia ſecundùm no. in l.properandũ,C.de iud.ita vt non amplius admittatur ad eam cauſam exequendam, niſi impetrata à Rege gratia huius ceſſationis,vt ſcilicet ei liceat litem reuocare & proſequi,non obſtante perẽptione cauſæ,vt quotidie fit in Gallia. Certè ſi id fecerit,& admittatur,fructus tamen ab emptore ſunt præſcripti,ita vt ad eos non teneatur,etiã ſi in retractu ſuccubuerit, ſecũdùm glo.ſing.in l.ſequitur,quæ eſt in iiij.§.fructus,& ibi Bar.ad fi.Ang.Imo.& Pau.Ca. qui eam glo.dicit not.& perpetuò notandã,ff.de vſuc.& Bart.in l.iij.col.vlt.verſi.item ſcitis, & ibi quoque Pau.Caſt.col.ij.verſi.nota etiam caſum,& col.iij.verſi.pone ergo, & Alex.col. vlt.C.quod met.cau.vbi Bart.ipſe dicit id menti tenendũ,quia millies in practicã venit Bal. in l.eos.in v.oppo.C.de vſur.& in l.j.col.j.verſi.quæro nunquid fructus,C.de vſur.& fructi. lega.& in l.ancillæ,col.iij.verſi.item dubitatur,C.de furt.& in c.grauis,col.ij.verſ.ſed nũquid poſt triennium,vbi dicit eam gloſſ.ſing.& ibi quoque Anto.& Pan.col.v.verſi.aduertendum tamen, extrà de reſtit.ſpo.& idem Bal.in c.grauis, col.ij.verſic.ſed nunquid poſt triennium: vbi dicit eam glo.ſing.& ibi quoque Anto.& Panor.col.v.verſic.aduertendum tamen,extrà de reſti.ſpol.& idem Bald.in c.vigilanti,col.ij.verſi.quæro,emi rem,extrà de præſcript.vbi id dicit notatu dignum.Sal.qui eam quoque dicit ſing.in l.ij.col.j.C.de fruct.& lit.expen. idem Sal.& Flo.qui & eam dicũt ſing.& bene no.in l.in fideicõmiſsi,in fi.prin.ff.de vſur.& rurſus ipſe Sal.in l.neque.in fi.eod.tit.vbi etiam dicit ſingu.& in l.Vaccę,ff.de euict.vbi dicit vix reperiri ſimilem.Panor.in c.de quarta,col.pen.verſic.ſecundò limita.extrà de præſcript.Rom. conſi.cxlix.concluſionem,col.j.verſ.ſecundùm verò. Alexand.in addi.Bal.in l.& ex diuerſo, ff.de rei vendi.Soci.conſi.cclj.quoniam in præſenti, colum.vlt.libr.2.vbi videbis quomodo id intelligat.Et Franc.Curt.ſenior conſi.lxxij.princeps defunctus,colum.iiij.verſi.ſexta concluſio,& iterũ col.vlt.verſicu.limita tamen Barb.conſi.lxxx.illud,col.viij.verſ.& ſi quiſpiam, lib.3.Iaſo.in l.ſi me & Titium,col.j.verſi.no.tamen quòd in omni,ff.ſi cer.pet.vbi nuncupatim loquitur de fructibus,qui debentur in contractibus ſtricti iuris à tẽpore litis conteſtatæ. & ibi quoque Deci.qui tamen id intelligit in fructibus extantibus, non etiam in cõſumptis. & nouiſsimè Alciat.ibi idem Iaſon in l. Prætor ait,§.vlti.colum.vlt.verſicu.v.& propius, ff. de oper.no.nun.vbi & eam glo.dicit ſing.& Io.Fran.Balb.in tract.Præſcriptionum,in xxxv. q.iiij.partis iiij.item partis principalis.

*De eadem re.*

18 ¶Et huc quoque & propiùs ſpectat,quod voluit gl.ſing.in d.l.ij.in fi.primæ gloſ.C.de fruct. & lit.expen. quòd licèt poſt litem cõteſtatam reus teneatur de fructibus,vt ibi cauetur, cum ſimilibus,tamẽ ſi lis fuerit triẽnio interrupta,non tenebitur ipſe reus ad fructus poſteà perceptos.& eam gloſſ.dicit not.& ſing.Barto.ibi,licèt non ſit eius ſententiæ vt ſtatim dicemus.

ſed eam

ſed eam gloſ.expreſsè ſequuntur Io.Fab.& Sal.qui & eam dicit ſing.ibi & Bal.in d.c.grauis, ad fin.verſi.quærenti iniuſtè,extrà de reſtitu.ſpolia.& Maria.Soc.in tract.de inſtantia, quem ſcripſit in cap.venerabilis,de iudi.in xxvij.princip.artic.niſi (inquit) inſtantia perierit,intentione actoris priùs plenè probata. Dicitque, & idem tenuiſſe Fab.à monte S.Sab.idemque tenuit Fran.Balb.in tract.Præſcrip.in iiij.parte iij.partis vj.eiúſque vlt.partis prin.q.2.D.Coſ. Guy.in pragma.ſancti.tit.de pacific.poſſeſ.poſt prin.in verbo,proteſtari.At contrarium ſimpliciter tenent Pet.Cy.Bar.Alberi.Bal.Ang.& Pau.Caſt.in d.l.ij.Bart.etiam nũcupatim illam glo.repræhendens in l.cùm lite,col.j.ff.iud.ſolu.& Alber.qui tamen ſubdubitat,in d.l.properandum.in prin.col.v.verſi.cùm pradicta, C.de iudic.Pan.idipſum quoque faciens in c.cauſam quæ,col.vlt.extrà de teſti.& in c.illud.col.vlt.verſi.& ad prædicta,de præſcrip.& nouiſſimè Ioan.Copus in tract.de fructibus,lib.2.tit.iiij.c.v.

19 ¶Ego verò ſcio priorem ſententiam apud nos obſeruari, & ſecundum eam ſupremum Senatum Pariſienſem ſolere eos, qui gratiam litis peremptæ impetrarunt, admittere ad litis proſecutionem,ſine reſtitutione fructuũ præteritorum.Et ita cenſuit ſuo areſto lato die xiij. menſis Aprilis anno Domini mil.quingenteſimo decimooctauo,inter magiſtrum & fratres Xenodochij,id eſt hoſpitalis Pariſienſis actores,& religioſas & abbatiſſam ( vt vocant non malè,cùm Hieronymus ea voce vſus ſit) & cõuentum Porrus regalis.& iterum alio lato die octauo menſis Februarij anno mil.quingenteſimo quinto,& ſæpe aliâs. Eſt autẽ cõſuetudo Aureliis,c.cccvj.totius volumi.conſuetudinum eius loci,eodemq; xxxj.tit.*de retraict*,fructus perceptos tempore interruptionis,quæ (vt ibi dicitur) fit per ceſſationẽ vnius anni, & diei, non eſſe retrahentis, vbi commentarij nihil de hac re dicunt,niſi in id facere, quod ſcribitur in l.properandum,§.ſinautem,C.de iudic.& in l.conſentaneum,C.quom.& quand.iud. quibus locis ne verbum quidem de ea re ſcribitur. Et eadem quoque conſuetudo eſt apud Lorrienſes in præfectura Montargij,hoc tit.§.xxj.

*De eadem re. Areſtum.*

*Abbatiſſa dictio Hieronymi.*

*Cõſuetudines de ea re.*

20 ¶Et hæc quidem quãtùm ad fructus collectos poſt oblationem. Quid autem de fructibus pendentibus eo tempore,quo fit oblatio.Et ſanè hæc noſtra cõſuetudo in hoc toto tit.nihil de his ſcribit. Sed tantùm in tit ſeq.qui eſt de retractu cõuentionali.§.5.vbi ſtatuitur,quid de his agendũ ſit,tam in hoc retractu municipali,quàm in conuentionali,nempe hos diuidendos eſſe inter emptorem & conſanguineum pro rata temporis. De quo etiã vide quid ſtatuerunt Melodunenſes,c.conſuetudinum eius loci xlij.Cenomanenſes,c.cclxxxix.Andegauenſes,c.ccclxxx.Borbonienſes,c.ccccxxviij.& cap.cccclxxxij.

*Quid ſtatuẽdũ eſt de fructibus pendentibus.*

*Cõſuetudines de ea re.*

21 ¶Sed manet hìc ſcrupulus,quia dicitur hìc,fructus reſtituendos à litiſconteſtatione, in eo autem §.v.tit ſeq.dicitur fructus pendentes tẽpore oblationis & receptionis eſſe diuidendos pro rata temporis. Quid igitur,ſi fiat conteſtatio litis fructibus pendentibus? Et certum eſt, quòd ſi tunc emptor admiſiſſet cõſanguineum ad retractum,ij ſimul diuiſiſſent eos fructus pro rata ſecundùm illam aliam conſuetudinem. An igitur qui percepti ſunt poſt litẽ conteſtatam,eos integros emptor reſtituet, nulla habita ratione temporis præcedentis litiſconteſtationẽ? Et ego ſanè id non putarim,ſed eos deducendos:vt ſic vna cõſuetudo ſiue ſtatutum ſecũdùm aliud intelligatur.l.non eſt nouũ,& ibi Alb.& duabus ll.ſeq.ff.de legib.Bart.in extrauag.ad reprimendum,in verbo,non obſtantibus,Bal.in l.omnes populi,col.viij.verſic. modò quæro vtrùm,ff.de iuſti.& iure,& in c.j.col.j.extrà de præſcrip.Pet.Anch.in repet c.in xij.quæſt.prin.verſi.reperio ipſum Bar.& alibi ſæpe in ea quæſtio.de conſti.& in c.ſtatutum, §.cum autem,col.ij.de reſcr.lib.6.Iaſon in l.ſi quis ex argentariis,§.ſi initium, in 4.nota.ff.de eden.& in l.triticum,ſuper glo.ij.ff.de verb.oblig.& Fran.Ripa lib.Reſpon.j.c.iij.filia nu.24. Id enim fieri debet potius,quàm vt vnum alterum corrigat.gloſſ.in l.ſciendum,in prin.in ij. quæſt.& ibi Bar.in prin.& alij,ff.qui ſatiſd.cogan.Etiam ſi poſterius dicat,non obſtãte quocunque alio ſtatuto.glo.in §.j.in verbo,euacuatus,in auth.de hære.quæ ab inteſt.defe.Bar.in extrauag.ad reprimendum,in verbo non obſtantibus.verſi.ſed quæro ſi in l.& Roma.cõſil. xl.viſis,col.ij.verſi.breuiter.& conſi.lvij.in cauſa poſt medium. Et idem quoque dici poteſt in retractu conuentionali,de quo etiam loquitur d.§.v.tit.ſeq.

*Emptor victus, an reſtituet fructus pendẽtes tempore litiſconteſtationis, an pro rata temporis.*

*Cõſuetudo ſecundum aliam cõſuetudinem intelligitur.*

## DOIVENT ESTRE DEDVICTZ EN SORT, IN SORTEM PRETII IMPVTABVNTVR, GLO. III.

1 IGITVR hi fructus poſt litem conteſtatam percepti,extenabunt, id eſt, minuent ſortem,ſcilicet,pretiũ venditionis, quod à conſanguineo debet reſtitui:ita vt ipſe non teneatur reddere,niſi quod reſiduum erit,deductis his fructibus:vt de cõtractibus vſurariis & pignoribus dicitur in l.ex prædiis,C.de vſur.& l.j.& ij.C.de Pign.act.& l. ſi dominium, C.de pign.& l.j.C.de diſtrac.pigno.vbi id dicitur fieri ipſo iure, tanquam ſcilicet non neceſſe ſit id opponere : vt etiam dicit Iaſon conſi.xliiij.ad dubia, col.iij.verſic.ex prædictis,lib.1. Quod ad caſum noſtrum trahit Ferronus in hoc tit. *de retraict*, §.xxj. Idque multò commodius eſt conſanguineo, quàm ſi primo loco oneraretur integra reſtitutione pretij,& poſteà illi emptor hos fructus reſtitueret. Nam fortè conſanguineus, interim dum lis pendet,pretium,quod ad hunc retractum parauerat,vel conſumpſit,vel admiſit, vt ſæpe fit,&

*An fructus percepti poſt litem conteſtatam extenuẽt ſortem.*



fit,& fortè emptor illum venientem non admiſit, & de induſtria litem traxit, quò pretium ipſum interim abſumeret,& ſic retractu excluderetur,dum id amplius numerare non poſſet. Sed & id rationabilius eſt,& æquius: vt euitetur circuitus,l.cùm fundus,§.ſeruum tuum,ff.ſi cert.pet.& l.dominus teſtamento,ff.de condi.indeb.& ibi concor.in gl. Et quòd id aliâs ſemper cùm fructus reſtitui debent,fieri debeat, facit l.minor annis xxv. cui fideicommiſſum,§. prædia,& ibi expreſsè Barto.ff.de minor.& l.emptor, in princ.ff.de rei vendic. Ex qua etiam Bart.not. fructus compenſari cum pretio. Verùm illi textus non videntur mihi id probare: nec reperio in aliis caſibus,quàm in pignoribus & vſuris.

## § XVI.

EN TOVS LIEVX & cas, où le mary & la femme ſont communs en biens meubles & acqueſtz, ſi le mary retraict aucune choſe vendue par les lignagiers de ſa femme, ou par les ſiens propres, ou en ſon fief[a], ladicte choſe ſera aqueſt commun [b] entre eux,comme ſeroit vne autre choſe acquiſe d'vn eſtrangier.

*QVIBVSCVNQVE in locis aut caſibus vir & vxor ſunt communes in bonis mobilibus & quæſitis, ſi vir rem quampiam venditam ab vxoris, aut ſuiipſius conſanguineis, aut in ſuo feudo[a] retraxerit : cenſebitur ea res vtrique eorum communiter quæſita[b], perinde ac alia quæuis res ab extraneo quæſita.*

## OV EN SON FIEF, AVT IN SVO FEVDO, GLO. I.

1 IGITVR ſi maritus aliquid acquirit in ſuo feudo, licèt id cõſolidetur cum ſuo dominio,in quo vxor nihil habebat:ipſa tamen vi conſuetudinis,quæ facit communes virum & vxorem in quæſtibus factis durante matrimonio ( vt alibi ſtatuitur ) habebit dimidiam partem in hoc, quod ſic conſolidatum eſt, vt etiam nuncupatim & in ſpecie huius conſuetudinis tenuit Ioan.Fab. in §.ſi cui, per text.ibi,Inſtit. de lega.de quo nos latius dicemus infrà eo. tit.§.xxxij.glo.j.nu.72. quin & illud dubium eſt. Et eſt ſimilis conſuetudo apud Cenomanos,cap.3.Andegauos,c.284.Turones,tit. *de retraict*, cap.30.Britones,huius tit.§.xxj.xxij.xxiij.xxiiij.& xxv.Laudunẽſes, & cæteros Veromandenſes,huius quoque titu.§.vlti.qui eſt omnium totius iij.partis xcvj.

*Vxor habet mediam partẽ eorũ, quæ uir acquirit in ſuo feudo.*

## SERA AQVEST COMMVN, CENSEBITVR VTRIQVE EORVM COMMVNITER QVAESITA, GLOS. II.

1 ID QVIDEM mirum eſt,vt licèt maritus non ſit conſanguineus venditoris,poterit tamen vxoris ſuæ cauſa retrahere, & ſibi rem retractam pro dimidia parte acquirere. Et ideò caſus eſt,in quo qui non eſt conſanguineus, tamen retrahit, & ſibi quidem. Sed id fit propter illam bonorum mobilium & quæſtuum, durante matrimonio factorum, ſocietatem, ratione cuius ſibi acquirere poteſt,quæ aliâs non poſſet:vt latè dicemus infrà,eod.titu.§.xxvj.in glo.j.nu.30.quintò intellige, & aliis multis ſequent.vbi videre poteris.

*An uir acquirat mediã partem rei retractæ ab uxore, ut conſanguinea uẽditoris, uide §.ſeq.*

## §. XVII.

MAIS ſi la femme va de vie à treſpas la premiere, & la choſe vendue & retraicte ſeroit regardant ſon branchage, ou en ſon fief:les heritiers d'elle ſerõt receuz dedans l'an & iour de la mort de la dicte femme à auoir le tout de la dicte choſe,en payant le my denier au mary, ou à ſes heritiers: c'eſt à ſçauoir la moitié du pris que la choſe aura couſté à retraire. Et ſi c'eſtoit regardant le branchage du mary, ou en ſon fief,il ſera ſemblablement receu,& deura auoir le tout de ladicte choſe, en payant dedans l'an & iour de la mort de la dicte femme aux heritiers d'elle le demy denier. Et ſemblablement ſeroit par le contraire,c'eſt à ſçauoir,ſi le mary alloit de vie à treſpaſſement. Et n'a point lieu my denier,fors en vente,ou qui ſonne vente ſeulement.

*SED SI vxor prior de vita exceſſerit & res vendita retractaq́; lineam ipſius reſpiciat, aut ſita ſit in ipſius feudo, hæredes eius intra annum & diem mortis ipſius ad retrahendam rem integram admittentur, dimidio pretij marito aut eius hæredibus perſoluto. Quòd ſi res mariti lineam reſpiciat, aut in eius fundo ſita ſit, is ſimiliter admittetur ad rem integram, pretij dimidio intra annum & diem mortis vxoris ipſius hæredibus perſoluto. Idémque obſeruabitur in caſu contrario, videlicet ſi vir prior ab humanis decedat. Nec habet locum huiuſmodi retractus dimidij pretij, niſi in venditione, alióve æquipollenti.*

## GLOS. I. ET VNICA.

*Conſuetudines de ea re.*

1 QVOD hîc dicitur de rebus retractis vi huius conſuetudinis, idem infrà §.xx.ſtatuitur de rebus ſimpliciter emptis à conſanguineis alterutrius coniugum. Et his ſimiles ſunt multæ conſuetudines noſtræ Galliæ, videlicet Pariſienſium, c.conſuetudinum eius loci 184. Meldenſium, cap.93.& ſeq. Meldunenſium, c.36. Senonenſium, cap.55. Trecenſium, c.150. Ambianenſium, c.48. Carnotenſium, c.72.& iterum c.174. Aurelianenſium, c.281.& cap.283. Cenomanenſium, ca.300. & duobus ſeq.& iterum cap.407. Andegauenſium, ca.96.& ſeq.& iterum c.285. rurſumq́; cap.496. Sanctonum Angeriacorum, cap.64.& ſequen. Burdigalenſium, c.26.& ſeq. Britonenſium, cap.41.& 216.& 219. antiquarum conſuetudinum:& reformatarum, ca.21.& multis ſequen. Bleſenſium, c.207. Borbonenſium, ca.464. Lorrienſium in præfectura Montargij, hoc tit.§.v.& viij. Auxerrenſium, hoc quoque titu.§.vlti, qui eſt omnium liiij. Syluanectenſium, ſiue Senlitum, hoc item tit.§.viij. & ſequen. Rochelenſium, cap.40. ſic enim eos vocare malo, quàm Rupellenſium:& Rochellam, ipſum oppidum, quàm Rupellam: nam & vulgò, & lingua Gallica Rochele dicitur, non Rupelle. Eſt autem Rochela participium Hebraicum, quod ſignificat mercatrix, ſiue quæ mercatur: quæ appellatio mirum in modum ei oppido cõuenit, quo nullum aliud in tota Gallia, imò in vniuerſa Europa, eſt mercatura celebrius. Vereor tamẽ, ne iſta recens antiquiſsimę adeoq́; honeſtiſsimæ politiæ immutatio è mercatrice mendicatricem (meretricem nolui dicere) eam faciat. Id quod dolenter refero, ſortem miſeratus amicæ vicinæq́; vrbis. Super eo autẽ, quod hîc cauetur in hac noſtra conſuetudine, vide Ioan. Gal. in ſuis Areſtis, q.lxviij.

*Rochela.*

## §. XVIII.

ES PAIS de Touarçoys, & ailleurs [a], où les aqueſtz ſont au ſuruiuant du mary & femme, à exploicter le tout à viage, & moitié en proprieté, ſi eux, ou l'vn d'eux, font aucuns aqueſtz, où ledict my denier ayt lieu, & l'heritier du defunct fait ledict offre de my denier: ce nonobſtant le ſuruiuant prendra à ſa vie la moitié dudict aqueſt par le benefice de ladicte couſtume, qui veut, que leſdictz aqueſtz ſoyent au ſuruiuant, pour exploicter moitié en proprieté, & moitié par vſufruict:& l'autre moitié aura celuy, qui ſera receu à l'offre dudict my denier.

*IN REGIONE Tuarcenſi, & alibi [a], vbi res quæſitæ cedunt viro aut vxori ſuperſtiti, ex aſſe quidem in vſumfructum, ex ſemiſſe verò in proprietatem, ſi ambo altérve rem quampiã acquiſiuerint in eo caſu quo locus ſit retractui dimidij pretij, hæréſque defuncto dimidium pretij obtulerit, nihilominus ſuperſtes obtinebit vſumfructum medietatis rei acquiſitæ beneficio conſuetudinis, quæ diſponit huiuſmodi acquæſtus cedere ſuperſtiti, vno quidem ſemiſſe in proprietatem, ex altero autem in vſumfructum. Alteram verò medietatem obtinebit is qui ad oblationem dimidij pretij admiſſus fuerit.*

## DE TOVARCOYS ET AILLEVRS, IN REGIONE TVARCENSI, ET ALIBI, GLO. VNICA.

1 ID QVIDEM eſt, quod ſtatuitur infrà tit. huius totius voluminis conſuetudinum xxiij. qui eſt huiuſmodi, *le mariage ſolu, quelz droictz appartiennent au ſuruiuant des conioinctz*, §.vij. qui quidẽ eſt ccxciiij. totius eiuſdem volu. quem quidem §. atque etiam §. proximè præced. huius tit. declarat hic §. nec mihi videtur indigere alia interpretatione.

§. XIX.



## §. XIX.

ET SEMBLABLEMENT eſt l'on receu en payant le my denier dedans l'an, quand le mary & la femme, durant leur mariage, acquerent aucune rente [a], charges, ou ſeruitutes, qui eſtoyent deuës ſur l'vn d'eux parauãt leur mariage, ou ſur leur heritage. Mais ſi ce auroit eſté vendu par eux, ou l'vn d'eux, durant leurdict mariage, & par eux, ou l'vn d'eux retraict, durant iceluy: l'acqueſt, ou retraict, ne ſeroit pas commun [b], & ſeroit admorty des le retraict, que leſdicts conioinctz, ou l'vn d'eux en auroyent faict, & n'en porroyent rien auoir, ne demander l'vn d'eux, ne ſes heritiers ſus l'autre.

*SIMILITER admittitur quis reſtituendo pretij dimidium, cùm maritus & vxor conſtante matrimonio acquiſierint aliquem annuum reditum [a], aut onera, vel ſeruitutes, quæ ab altero eorum aut ſuper bonis ipſórum ante matrimonium debebantur. Verùm ſi res huiuſmodi per eos, alterúmve eorum conſtante matrimonio foret vendita, & per eoſdem alterúmve eorum eodem matrimonio redempta, ea res non eſſet communis, [b] ſed cenſeretur extincta protinus ab ipſo retractu, ab ipſis alteróve eorum facto, neque ea ex cauſa alter eorum quicquam petere poteſt.*

## ACQVERENT AVCVNE RENTE, ACQVISIERINT ALIQVEM ANNVVM REDITVM, GLOS. I.

1 SIMILIS eſt propemodum conſuetudo Senonenſibus cap.1. conſuetudinum eius loci clxxiij. & Trecenſibus, cap.82. Et vide etiam conſuetudinem Pariſienſium, cap.119.& Cenomanenſium, ca.391.& ſeq. & Andegauenſium, cap.286. quæ & de hoc quoque caſu loquuntur.

*Conſuetudines.*

## NE SEROIT PAS COMMVN, NON ESSET COMMVNIS, GLO. II.

1 TANQVAM ſcilicet patrimonium, quod primùm vendidi, poſteaq́; redemi, non ſit noua acquiſitio: ſed priſtinam retineat patrimonij naturã, contra tex. in l. ſi à me. ff. ad leg. Falci. vbi res recuperata non dicitur eſſe apud recuperantem eo iure quo prius erat. Ex quo Bar. ibi infert ad quæſtionẽ de emphyteuta, qui rem venditam recuperauit, vt propter id non liberetur à pœna, in quam vendendo incurrit. De quo Bar. dicto (ne rem iam ſæpius actam agamus) latiſsimè diſſerit Alex. ibi, ſed latius tamen Iaſ. in l. vlti. char. pen. verſi. vigeſimo quæro, C. de iure emphyt. & omnes in l.j.§. ſi rem, ff. depo. & in c.1. tit. quid iuris ſit, ſi poſt alie. feud. vaſ. id recup. & Fran. Cur. ſenior conſi. lxiiij. antiquiſſima, ante fi. & Phil. Dec. conſi. clx. in cauſa monaſterij, col. vlti. & aliquid dicemus infrà tit. ſeq. §.j. glo. vij. in verbo, *ſeront preferez*, nu.19. ideoq́; in ſimili. & in fi. eiuſdem tit. in xxx. quæſt.

*Patrimonium uenditũ & redemptũ an retineat naturã patrimonij.*

*Emphyteuta recuperãs rem à ſe uenditam, an effugiat pœnam commiſsi. Vide infrà nu. 3. & 4.*

2 ¶Sed quod diximus in prin. confirmat, quod in ſimili tradit Ioan. Fab. in §. ſi cui fundus, Inſtit. de legat. quòd ſtante conſuetudine vt mulier habeat partem in quæſitis à viro conſtante matrimonio, cuiuſmodi eſt apud nos: ſi vir habebat quædã feuda ſibi quæſita ante matrimonium, ideoq́; vxor nihil habebat in eis:& contingat vt conſtante matrimonio quædam conſolidentur cum iſtis feudis, vt quia redeunt ad ipſum maritum feudi dominũ ex aliqua cauſa: mulier debet habere partem in his rebus conſolidatis: quia cenſentur alia & alterius naturæ, quàm prius illud ius dominij, atque tanquam alia & per ſe ſunt iudicanda, per text. ibi, & in l. Mæuius, §. fundo. ff. de leg. ij. de quo nos latius dicemus infrà §. xxxij. nu.72. quin & illud, & ſeq. Confirmatq́; & hanc partem, quod ab Alex. reſponſum eſt conſ. xxviij. in cauſa & lite, col.j. lib.5. per d.l. ſi à me, & l. quidam in teſtamento, in prin. & l. rogo, ff. de fideic. libe. & quod ab Ange. ſcriptum eſt in l. quod dicitur, la j. ſuper glo. vlti. ff. de impen. in re. do. fac.

*Vxor an habeat partem in rebus conſolidatis cum feudo mariti.*

3 ¶Vnum tamen non omiſerim, quod ad eum caſum pertinet, de emphyteuſi ſiue feudo alienato & redempto, vt ſcilicet procedat, etiamſi res fuerit vendita cum pacto de reuendendo. nam & ſi vi huius pacti ea redimatur à venditore, tamen non tranſit in eum ipſo iure, ſicut tranſiret ex pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, ſed opus eſt retraditione, vt voluerunt Bart. & Ang. in l.j. ad fi. ff. de don. & in l. hominem, de vſuc. cum aliis multis concor. collectis ab Alex. conſi. x. videretur fortaſſe, lib.1. & Frã. Cur. ſeniore cõſi. xij. Lucius Titius. & dicemus etiã in tit. ſeq. qui eſt de retractu conuent. §.j. in verbo, *ſeront preferez*, nu.12. ſunt igitur.

*Quid ſi emphyteuta retrahat ex pacto appoſito in contractu.*

*De eadem re.*

4 ¶Verùm ſi huiuſmodi pactum reuendendi eſſet appoſitum in ipſo contractu venditionis,& vi illius res recuperaretur,non cenſenda eſſet noua acquiſitio,neque ex cauſa noua facta,ſed rediret in ſuam ipſius primam & propriam naturam,arg.l.ſi vnus,§.pactus ne peteret,ibi,ſed formæ ſuæ redditur,ff.de pact. Nec dicitur ea res fuiſſe tranſlata in priorem venditorem,ſed illi reddita,vt dicitur in l.filio quem pater,ff.de lib.& poſth.& in ſimili in l. ſi tibi pecuniam, ff.ſi cert.pet.& in l.cùm pater,§.fidei tuæ,ff.de lega.ij.& in l.cum quis,ff.de dot.præleg.Et facit etiam l.voluntate.§.j.ff.quib.mo.pig.vel hyp.ſol.cum dicitur, ſed in priſtinam cauſam res redit reſoluta venditione. Et quod ex ea voluerunt gl.Bar.Bal.Ang.& alij in l.vlt.C.de remiſ. pig.Et eſt in ſimili bonus tex.in l.peculium eſt,§.ſi ære alieno,ff.de pecu.vbi res peculiares dicuntur,licet totum peculiũ ære alieno ſit exhauſtum:ideò ipſo ære alieno ſoluto, non eſt opus noua conceſsione.nam origo & prima cauſa inſpicitur,l.qui id quod, in prin.ff.de don. & l.ij.§.paruiq; refert.ff.de priui.cre.cum ſi.adductis à Hier.Cagno.in repe.rubr.ff.de orig.iur. col.v.verſic.ferè igitur. Quibus adde & tex.in l.qui poſſeſsionem,ff.de vi & vi arma. vbi qui poſſeſsionem ſibi ereptam recuperat,in priſtinã cauſam reuerti intelligendus eſt,& in l.ſi mater,§.eandem,ff.de excep.rei iud.vbi res quæ poſtliminio rediit,eadẽ res eſſe intelligitur, & in l.ex hoc,§.ſi quis,ff.de ali.iud.mut.cauſ.fac.vbi ſi quis alienauerit.deinde receperit, non tenebitur eo edicto,quaſi ſcilicet alienaſſe non videatur. Et in l.ſi marito, verſi. planè ſi fundũ,ff. de fun.dot.ex quo facilè probatur rem alienatã,& poſteà redemptã,eodem iure cẽſeri, atque prius erat.& in l.ſi poſſeſſor,§.ait Senatus,in fi.ff.de peti.hær.vbi res redhibita manet hæreditaria,vt prius erat.Et quod per tex.in d.§.ſi ære alieno,reſpõdit Pau.Caſt.cõſi.clxxvj.videtur dicendũ dictam Mariam,in fin.lib.1.de quo dicemus infrà,§.xxxij.glo.j.nu.87.huius quoque.

*De eadem re.*

*Retractus an habeat locum in rebus venditis & poſteà redemptis,uti in patrimonio.*

5 ¶Et id quidem in ea ſpecie rei venditæ,& poſtea recuperatæ ex pacto de reuendendo in contractu venditionis appoſito,non admodum obſcurè voluit Bart.in l.in diem,verſic. tota die contingit,ff.de aqua plu.arcen.& Bal.in l.ab emptione,in prin.verſic. ex hoc not.ff.de pact.& expreſsiſsimè Philip.Deci.conſi.liij.placet mihi,col.ij.& iterum conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum.in j.dubio,vbi hãc rem latè tractat , & reſpondet ad d.l.ſi à me,ff. ad leg.Falci.ex hocq; dicit,quòd ſtatutum præferens conſanguineos in emptione rerum patrimonialium,habet locum in huiuſmodi rebus patrimonialibus venditis, & poſteà redemptis vi pacti redẽptionis appoſiti in contractu venditionis.& idem Phil.Dec.conſi.ccxxxviij. proponitur quòd nobilis,col.vlti.verſic.quintò quæritur.& Hier.Cagno.in repe.l.ij.in viij.q. C.de pact.inter emp.& vend.& Boër.deci.lxxviij.Sed an proximior,& Chaſſ.in tit.*des droictz appartenãs à gens mariez*, §.xxv.& iterum hoc titu. *des retraictz*, §.j.in verbo,*ancien*,verſic.idem etiam,& Ferro.in conſuet.Burdig.hoc item titu.§.xj.& iterum §.xxij.rurſumq; §.xxvij. Et eſt optimus tex.in l.ſequitur,§.item Labeo,ff.de vſuc.vbi & Bart.hoc idem tenet reſpectu ipſius rei,licèt alio reſpectu dicat eſſe diſtinguendũ,vt ibi per eum. Et facit item,quod ſcribit idem Bart.in l.ſi mihi & Titio,ad fin.ff.de verb.oblig. Et vide omnino quæ dicam infrà eod.tit.§. xxxij.glo.j.num.29.quid autem de fundo,& titu.ſeq.de retractu conuentionali, §.j. in verbo, in limine contractus,quæ eſt gloſ.iiij.in princ.

## §. XX.

SI LE MARY acquiert, durant le mariage de luy & de ſa femme, aucune choſe des parens & lignagiers de ſadicte femme, le ſeigneur feodal n'en peut demander ſinon les ventes & honneurs, & non pas auoir la choſe par puiſſance de fief. Car autant eſt,cõme ſi elle auoit eſté vẽdue à ladicte femme. Et en ceſtuy cas auroit lieu offre de my denier pareillemẽt que deſſus.

*SI MARITVS conſtante matrimonio rem aliquam acquiſierit à conſanguineis ſuæ vxoris, nihil inde domino feudi iuris competit, præter quàm laudimiorum : neque poteſt ſibi rem ipſam iure feudi vendicare. Perinde enim eſt, ac ſi vxori ipſi vendita fuiſſet, habetq; hoc caſu locum dimidij pretij oblatio,non ſecus ac ſuprà.*

*An hæc conſuetudo loquens de viro & uxore habeat locum in aliis ſociis. Conſuetudo.*

1 HIC §.erat antepen.huius tit.ſed eum hîc collocauimus,quia de eadem re loquitur vt præcedentes, qui & ipſi loquuntur de conquæſtibus factis à marito & vxore ex conſanguineis alterutrius ipſorum , nec loquuntur de aliis ſociis bonorum mobilium & conquæſtuum, cuiuſmodi ſunt vir & vxor, ſicuti nec vlla ex tot conſuetudinibus Galliæ,quæ idem ſtatuunt,quas tibi congeſsimus in §.xvij.præter vnam Borboniorum,cap.464. quæ nuncupatim loquitur de aliis ſociis,eoſq; in hac re æquiparat,vt ſcilicet in his locus ſit retractui dimidij pretij.Sed cùm noſtra,vt iam diximus,de illis non loquatur,ſed tantùm de viro & vxore,poſſet videri dubium , vtrùm ſi vnus horum

extraneo



extraneorum ſociorum, durante eorum ſocietate acquirat à conſanguineo alterius , poterit alter,aut hæredes ipſius intra annum ſolutę ſocietatis rem illam retrahere pro parte alterius, reſtituendo dimidium pretij venditionis , quemadmodum vir & vxor , aut eorum hæredes poſſunt. In qua re primùm conſideranda eſt ratio huius conſuetudinis,loquentis de viro & vxore tantùm,vt proinde ſciamus an trahenda ſit ad alios.Ratio autem ea eſt,vt res in ea familia conſeruetur,ex qua exiit,vt diximus ſuprà in præfatione huius titu.non ſemel, & dicemus poſtea in §.xxvj.glo.j.num.41.quare autem:in idque ſtatuit tempus anni à tempore venditionis & notificationis factæ apud acta : quod quidem tempus non poteſt currere viro & vxori,durante eorum matrimonio,atque ſic durante eorum ſocietate: nam non poſſet vnus ab altero retrahere, quin & eidem acquireretur ob ſocietatem:ideoq; illi eſſet inutile & ineſficax beneficium cõſuetudinis & retractus,eoque indebitè fraudaretur, niſi ei aut hæredibus ipſius,liceret ſoluto matrimonio,id eſt,finita ſocietate,rem retrahere.

*De eadem re. Eadem ratio omnes caſus decidit.*

2 ¶Ideoq; non tam ſimili,quàm eadem ratione,aliquando interrogatus, reſpondi, idem ſtatutum videri de aliis ſociis,vt ſi durante ſocietate aliquid ab eis aut eorum altero comparatum ſit à conſanguineo vnius,locus ſit retractui dimidij pretij intra annũ à finita ſocietate. Nam quando in pluribus caſibus eadem eſt ratio , ea decidit omnes caſus,non quidem per extenſionem:ſed ſicut genus compræhendit ſpecies,ſic generalis ratio compræhendit diuerſas ſpecies caſuum emergentium:vt pulchrè voluerunt Pet.& Cy.in l.iura non in ſingulas,ff.de legib.& in l.quod verò contra rationem,eo.tit.& Bal.in l.de quibus,eod.quoque tit.& in auth. poſt fratres,la ij.C.de legi.hære.& in cap.quia V.paulò ante fin.extrà de iudic.vbi dicit,quòd quæ rationis nexus connexuit,diſpoſitio iuris non ſeparat.Nec id quidem contingit per extenſionem,ſed verius per tacitam diſpoſitionem eiuſdem,vt ſingu.(inquit) notandum eſt,in l.his ſolis,C.de reuoc.donat.Pet.Ancha.conſi.xcvj.ſuper dicto, col.j.Pau.Caſtr.conſi.lxxxiij. præſens caſus,col.ij.lib.2.vbi id eleganter declarat,cum aliis multis concor.& ſimi.à me congeſtis in tractatu,Ceſſante cauſa ceſſat effectus,in j.parte,num.137.nam vbi eſt,& latius in noſtra repe.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,nu.45.quorum ſententia.

*De eadem re.*

3 ¶Propterea non videtur obſtare, ſi quis dicat conſuetudinem non eſſe extendendã ad alios caſus:quia vt iam diximus,hæc non extenſio eſt,ſed interpretatio, aut potius declaratio huius conſuetudinis,quæ de viro & vxore tantùm loquuta fuiſſe videtur, non tam reſtrictiuè, quàm exẽplariter,vt loquitur Bal.in re omnino ſimili in d.l.de quibus,col.xj.verſi. item not. quòd non dicitur,per l.imperium,ff.de iuriſd.om.iudi. Et vt ibi etiam dicit, non dicitur extendi conſtitutio etiam odioſa,quando extenditur ex mente eiuſdem conſtitutionis,per notata à Ioan.And.in c.ſi poſtquàm,de elect.lib.6.in Nouella. Imò verò ibi eſt gloſ.ordi.ipſius Ioan.And.in verbo,mente:& eſt ſimilis gloſſ.in c.1.in verbo , Italiæ,de tempo.ordi.eod.lib.6. Ratio autem legis eſt mens eiuſdem, vt dicit Dy.in c.vlti.ad fi.de reg.iur.lib.6.Cy.in l.j.& ibi idem Bald.C.quæ ſit longa conſue. & Alber.in l.ſed ſciendũ.ff.ad leg.Pompe.de parrici.cum aliis multis concord.à me collectis in duobus illis locis nuper citatis. Et illud dictum Bal. in d.l.de quibus,eò magis annotandum eſt,quod loquitur in materia odioſa, atque etiam pœnali,vt expendit Alexan.in l.ſororem,col.vlti.C.de his quib.vt indig. Et quanquam ea ratio noſtræ conſuetudinis,quam ſuprà diximus , non eſt expreſſa,ea tamen cùm ſola ſit, habetur pro expreſſa , ab eaque poſſumus ſumere argumenta à ſimili,à contrario,& alia huiuſmodi, ac ſi expreſſa eſſet,ex ſententia gloſ.quam omnes vbi & vbique ſequuntur , in l.quamuis,C. de fideicom.cum infinitis propè concord.à me latiſsimè cumulatis in d.noſtro tractatu.Ceſſante cauſa,in xxj.limitatione,num.8.& id quidem,& multis ſequen.

*Ratio frequentioris uſus nõ reſtringit.*

4 ¶Prætereà hęc conſuetudo cenſetur locuta fuiſſe de viro & vxore,ratione frequẽtioris vſus, quia ſcilicet vir & vxor ſemper, niſi aliud conuentum ſit, ſunt communes & ſocij omnium bonorum mobilium,& acquæſtuum immobilium,vel citra aliam conuentionem,ſed ex ſola vi & natura matrimonij,ex noſtra conſuetudine,vt cautum eſt infrà tit.xxiiij.qui eſt *de communité de biens* , §.j.qui eſt omnium huius volumi.cclxxxij. Ideò & ad alias ſpecies ſocietatis trahenda eſt,glo.in l.ij.in verbo,filio præcedente.poſt prin.ibi,ſed hoc frequentius contingit. & ibi quoque Iaſ.col.iiij.ff.de vulg.& pup.& gl.in l.ſi is qui,§.quod dicitur,in verbo,per partes,ff.de iure dot.& in l.non impoſsibile,ff.de pact.& in l.iij.in gloſ.j.de Publici.in rem acti.& in l.in facto,in gl.ij.in fi.ff.de condi.& demon.& in auth.caſſa,C.de ſacroſ.eccle. & in l.j.C.de his qui ad eccle.confug.& in authen.imò,C.de actio.& obligatio. & in l.j.in verbo,ſponſam, C.de rapto,quæ dicit,tex.ibi punientem virum rapientem mulierem, procedere & in muliere rapiente virum,licèt rarò eueniat : quaſi ſcilicet tex.ille tantùm de eo fuerit locutus,quod frequentius contingit,nec ad id tantùm ſit reſtringendus.Et hinc potes intelligere hoc etiam procedere in pœnalibus & odioſis & illam glo.ſequuntur Alber.Bal.& Ange.qui illam dicit ſingu.ibi.& idem Bal.in l.raptores,C.de Epiſc.& cleri.& in l.ſi ita,ff.de iniuſt.teſta.& in c.cauſam matrimonij,ad fi.extrà de probat.vbi & illam dicit ſingu.& in c.ex conquæſtione, col.ij. verſi.ſequitur quarta,extrà de reſtitu.ſpol.& Collect.in c.peruenit,de adulter.Barba.in l.ſcire debemus,col.ij.& iterum in l.ſciendum,col.lxxxvj.ff.de verb.obli.& in cle.j.char.6.in paruis, de elect.vbi illam quoque dicit ſingu. & in addi.Bald.in c.1.col.iiij.tit.quib.mod.feud.amit.&

*Etiam in pœnalibus & odioſis.*

Ll 3

conſil.vj.ſcriptum eſt,col.vij.verſi.& licèt iura,lib.1.& conſi.lxiiij.ſcribitur,col.penul. verſicu. & ſi opponatur, eod.lib.1.Franc.Curt.ſenior conſil.xj.ſtatuto Parmenſi,col.penul. Iaſon qui illam dicit no.in l.non hæc,col.xxxiij.verſi.ſextò adde,C.vnde legi.Hipp.Marſi. conſi.lxxxv. poſt redditum conſilium,col.iij.verſi.pro quibus etiam.

*Fœminæ, quæ uiros rapuerunt.*

5 ¶Secundùm quam ſententiam perhibent veteres hiſtorici,vxorem Phutifaris Aegyptij conatam fuiſſe rapere Ioſeph:Phædrã,Hippolytum:Anthiam,aut vt Homerus lib.6.Iliados, Antheiam,aut vt Hyginus,Sthenobœam,aut vt alij item Sthenoben , Præti,teſte Homero eod. lib.6.& Horatio lib.Carminum 3.Ode 7.Argiuorum regis vxorem,Bellerophontem,{Auroram Cephalum : nam id tradit Pauſanias lib.3.} Gidicam, Comminium priuignum ſuum: Auroram,Clytum:aliam,cuius nomen nunc non ſuccurrit,Perſeum. Aliam denique neſcio quam,Diuum Eugenium habitum viri mentitam,vt dicere poſsis, licèt id raròcontingat,vt dicit d.gloſſ.contingere tamen aliquando,ſicut etiam dicit Ange.in d.l.j. vidiſſe ſe Florentiæ comburi fœminam,quæ iuuenem rapuerat.

*Iterum de frequentiori uſu.*

6 ¶Sunt & aliæ glo.præſertim Iuris canonici,quæ & id adſtruũt,quod diximus,caſus frequentiores,qui in legibus aut ſtatutis memorantur,alios non adeò vſitatos,in quibus tamen eadẽ ratio eſt,non excludere:videlicet in c.diaconus, & ibi quoque Domi.xxvij.diſtin. & in procemio Decreta.in verbo,Bononiæ.& in cap.2.in verbo,reus,de confeſ.lib.6.quam & Domin. ibi dicit ſing.in ſuo caſu. atque etiam Barb.in l.qui ante Calendas,col.viij.ff.de verb.oblig.& valde ſolennem idem Barba.conſi.viij.vbi Chriſtus,ad fi.lib.3. & multùm elegantẽ ipſe Barb. conſi.lxvij.illud afferam,col.vj.lib.4.& aureis literis ſcribendam,ille ipſe conſil.vj.ſcriptũ eſt, col.vij.lib.1.Item glo.in cle.j.in verbo,præſidentes,in fi.de reſcrip. Ex qua Anto.Petr.Ancha. Imo.& Barb.ibi,illud generale aſſumunt,quod diximus,quòd cum de vno fit mentio ratione frequentioris vſus,fit & ad alium extenſio,licet de eo non fiat mentio. & illam gloſ. facit ſing.Alex.in addi.Bart.in l.j.ff.de verbo.ſignific.Barba.d.conſi.vj.col.vij.lib.1.& conſi.xxvj.ſapienter ſcripſit,col.viij.lib.2.& conſil.xxviij.clementiſsimi,col.ij.in fi.& ſequenti,eod.lib.2.& conſi.lxvij.eiuſdem initij,col.j.eod.lib.2.& Franc.Curt.ſenior,d.conſi.xj.col.penulti.& Iaſon in repe.l.admonendi,col.xlviij.ff.de iureiur.

*De eadem re.*

7 ¶Nec deſunt,qui præter eas glo.alias quaſdam,& etiam tex.in eam ſententiam allegant,videlicet gl.in l.tale pactum,§.vltimo.ff.de pact.& in l.Imperator,ff.de ſtatu homi.& in l.ſi mater, §.hoc iure,ff.de except.rei iudic.& in l.j.C.de his qui ante aper.tabu. & in l.j.C.de Nili agger. non rumpen. Et text.in l.ſcire oportet,§.j.ff.de excuſ.tuto. Nam & eum in id citat Barbat.in repe.l.cùm acutiſsimi,col.xxij.C.de fideicommiſ.vbi eum dicit aureum.& in repe.rub.de reb. eccleſ.non alie.in iij.dubio,col.eiuſdem iiij.quæ eſt totius illius repe.xlij.verſicu.tu pondera, ſub nu.172.vbi dicit ſing.& conſi.xlviij.clementiſsimum,col.iij.lib.4. Sed quantum illæ gloſ. & tex.ad hoc faciant, cæteri videant:mihi nihil aut parum facere videntur:ſed eius rei lectores admonere volui,vt omnibus ſatisfacerem.

*De eadem re.*

8 ¶Sunt quoque & aliorum Doct.ſententiæ huic rei adſtipulantes , videlicet Iac.Ra.in l.ſi minor,& ibi Ange.ff.de adul.Iac.Bu.conſi.x.viſo puncto,col.ij.And.Iſer.& Mart.Laud.in cap.1. poſt prin.tit.conſt.feud.dom.Lotha.Imper.Eug.Pap.Bar.in l.j.§.j.in j.oppo.ff.ad Trebel.& in d.l.ſi mater,§.hoc iure,ff.de excep.rei iudi.Bal.in c.à crapula,de vit.& honeſta.cleri. vbi dicit, ideò ibi mentionem de aromatibus factam non fuiſſe,quia pauci vtuntur,licet idem ſit iudicium,quod de vino ibi memorato.Ant.conſi.x.caſus talis eſt,quædam generoſa, col.iij.verſi. ex quibus concludo.Cardi.Flor.in c.plerique,in j.not.extrà de pactis.& in aliis locis,vti à Recentioribus citatur,vbi tamen id non dicit.Aluar.& Card.Alex.in c.1.§. ſi quis ruſticus,tit.de pace & treug.Alex.conſi.lxv.quoniam omne datum,ad fi.lib.6.quod repetitur conſi.cxix.eo. lib.6.Barb.in d.l.cùm acutiſsimi,char.7.col.j.C.de fideicom.& in c.ad noſtram,col.ij.extrà de empt.& vend.& in repe.d.rub.de reb.eccle.non alie.vbi ſuprà,& in c.vlt.col.ij.verſic.pondera etiam,extrà de ſolu.& conſi.xlij.illud in medium,col.ij.lib.1.& conſil.xxiij.ſapientiſsimus dicit,col.v.& ſequen.lib.2.& conſ.xxvj.ſapienter,col.viij.nu.19.eod.lib.2.& conſi.xxx.ſacro,col. ij.verſi.prætereà,& multis ſequen.eod.lib.2.& conſi.xxxvj.ſapienter,col.xj.verſi.item Bart.eo. lib.2.& conſi.lxvj.ſcribitur,col.ij.eod.lib.2.& conſil.50.illud afferam, colum.antepenulti.eod. lib.3.& conſi.lix.à Ioue principium,col.vj.verſicu.& ſi ſubtiliter,eod.lib.3. & conſi.lxxxij.clementiſsimi,colum.j.lib.4.& aliis locis ſuprà ex eo citatis.Iaſon conſil.cxij. in primis, colum. penul.verſic.nam dum dicunt,lib.4.& conſi.clxvj.procedendo,ad fi.eod.lib.4.& Benedict. in repe.c.Raynutius,in verbo,ſi abſque liberis,le ij.num.32.de teſta.& Franc.Curt. iunior { in l. iubere,col.j.nume.6.ff.de iuriſd.om.iudi.& } conſil.vj.præſupponitur in ciuitate,col.iij.& iiij. Philip.Deci.in d.authen.caſſa,colum.ij.C.de ſacroſanct.eccleſ.Anton.Corſet.in ſuis ſingu.in verbo,frequentia.& Rebuf.in repet.l.j.in glo.in verbo,in omnibus caſibus,nume.3.C.de ſent. quæ pro eo quod inter.& in tracta.Nominationum,in v.quæſt.princip.num.25. & ſequen.& Anto.Rube.conſi.xcij.viſo ſtatuto,in fi.{ & Maria.Soci.iunior conſil.viij.in præſenti conſultatione,col.iiij.num.11.lib.2.}

*De eadem re,*

9 ¶Et hanc quoque ſententiam fulcire poſſumus teſtimonio ſacrarum literarum.In lege enim Moſaica in Hebræo cautũ erat in hunc modum:Sacrilegam ne patiaris viuere.& ſic fœmina

tantùm



*ex ſacris literis.*

tantùm expreſſa. Hunc autem locum traducens D. Hieronymus maſculum in locum fœminæ ſubſtituit,in hæc verba:Maleficos ne patiaris viuere:vt ſcribitur Exodi 22.& repetitur in Decretis Canonicis,§.hinc apparet,xxiij.qu.v. Ideò autem ſcriptura Hebræa de fœmina tantùm loquebatur,quoniam in hoc crimen longè eſſet quàm mas,propenſior, proptereaq; etiam in ea res eſſet frequentior. Sed D. ipſe Hieronymus intelligens idem ſancitum videri in maſculis,quod in fœminis,maſculum quoque in ſua traductione expreſſit:vt interpretes Bibliorum eo in loco ſcienter annotarunt,atque etiam diximus in noſtris legibus cõnubialibus in viij.lege , verſicu.ex verberibus.quo etiam loco docuimus fœminas huic crimini, quàm viros,eſſe magis obnoxias. Sed & in eodem c.ita cauetur, Viduæ & pupillo non nocebitis. quo etiam in loco interpretes aſſerunt eam legem & de aliis quoque intelligendam: ſed eam tantùm expreſsiſſe,quod frequentius accidebat.Itẽ Deut.xxv.ſcribitur,Non ligabis os bouis triturãtis in area fruges tuas.Id quod Rabbi Solomon,cæteriq́ue interpretes,intelligendum dicunt de omni animali in re victui noſtro accommodata operanti:ſed tãtùm de boue expreſſum fuiſſe,quod in eo id frequentius accidit.

*De eadem re, ex Oratoribus.*

10 ¶Sed & Tullius id quoque comprobaſſe cenſetur,cùm ſcribit in oratione pro Aulo Cecinna:Vim enim multitudinis reſtitui voluerunt,non ſolùm cõuocatæ multitudinis : ſed quia plerumque,vbi multitudine opus eſt,homines cogi ſolent,ideò de coactis compoſitum interdictum eſt:quod etiam ſi verbo differre videbitur , re tamen erit vnum : & omnibus in cauſis idẽ valebit,in quibus perſpicitur vna eademq; cauſa æquitatis.Et paulò pòſt:Quibus enim rebus plerunque vis fit,eiuſmodi hæ res appellantur interdicto : ſi per alias res eadem facta vis eſt,ea tametſi verbis interdicti non concluditur, tamen ſententia iuris atque autoritate retinetur. Quanta ſit autem autoritas Tullij etiam in decidendis cauſis forenſibus,ex eo ſatis conſtat, quòd noſtri Iuriſconſulti illum non ſemel nuncupatim citauerunt , illius omnino autoritate innitentes:vt in l.Fulcinius,§.quid ſit autem,ff.quib.ex cau.in poſ. eat.& in l.Cicero,ff.de pœnis.Is enim fuit iuriſperitiſsimus,vt videre licet ex ſuis orationibus,præſertim pro P.Quintio,Aul.Cecinna,& Aulo Cluentio Habito,ex qua citatur in d.l.Cicero. & ex multis quoque epiſtolis ad Trebatium illum noſtrum Iuriſconſultum, & ex tribus item illis libris de legibus,quibus ſcientiſsimè interpretatus eſt legem xij.Tabularũ:tametſi eius rei peritiam aliquando diſsimulauerit.

*Omiſſum à ſtatuto, uel conſuetudine haberi pro omiſſo.*

11 ¶Ideoq́ue,vt reuertamur,ſi quis aduerſus hanc noſtram ſentẽtiam illud opponat, omiſſum à ſtatuto vel conſuetudine haberi pro omiſſo,c.pen.extrà de iureiuran.& cap.in noſtra , de iniur.& Bald.in l.ſi plures,col.viij.verſic.iuxta prædicta formatur, C.de condi.inſer.& in l.ſi mater,C.de inſtit.& ſubſtit.vbi & ad hoc multa congerit.& conſi.cccclij.ſtatuto ciuitatis , in prin.lib.1.Signo.conſi.xcviij.in Lombardia,col.ij.verſi.ex quo arguitur.& Alex.qui adducit concor.conſi.xiij.circa primum,col.v.verſi.bene facit, lib.3.Barba.conſi.xxxv.clementiſsimi, col.pen.lib.j.& conſi.x.ſapienter,colum.antepen.lib.2.& conſi.ſequen.illud afferam, col.xvj. eod.lib.2.& Philip.Deci.conſi.clxxxviij.in caſu propoſito,cum ſimi. Idq́ue ſemper procedit in diſpoſitionibus ſtricti iuris. Pet.Anchara.conſi.j.pro iſto, circa medium. Huic confeſtim reſpondebo,id verum eſſe,niſi illud ſit omiſſum ratione rarioris vſus , per ſuprà dicta.Aut etiam,niſi omiſſum ſit ſimile expreſſo,aut ſit in vtroque eadem ratio,per ea quæ item ſuprà diximus,& prætereà per l.ſi extraneus,ff.de condi.ob cauſ.& l.vltima,§.vltimo. ff.manda.& l.ſi quis mihi bona,§.ſed ſi mandaui,& ibi Bald.& Recentiores,ff.de acquiren. hæredi.gloſſ. in l.ſi cum dote,in prin.in verbo,mulieri,poſt princ.ff.ſolu.matri.& in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,in verbo,emancipatus,ff.de libe.& poſth.Oldr.conſil.ccxxiiij.iſtæ ſunt allegationes, col.viij.verſi.nec obſtat,quod dicebatur.Bal.in l.ſed & ſi mors,ff.de dona.inter vir.& vxor.& in c.inter corporalia, col.j.de tranſlat.Præla.per no.in l.vlti.C.de indic.viduit.& Sign.conſi. xiiij.ſuper infrà ſcriptis,col.vlti.per multa, quæ illic allegat. Vel in hoc vltimo reclamante Petr.Anch.in conſi.ccxlv.duo prima , colum.ij.verſic.contrarium,per text.in c.cui de non. de præben.lib.6.de quo vide quæ dicam infrà §.xxxvj glo.ij.in verbo,*notiſier au greffe*, nu.58. & ſanè,& duobus ſequent.

*Niſi ſit omiſſum ratione rarioris uſus. Aut niſi ſit ſimile expreſſo, aut niſi in utroque ſit eadem ratio.*

## §. XXI.

COMBIEN que le ſeigneur feodal puiſſe auoir par puiſſance de fief la choſe de luy tenue , en payant le pris qu'elle a couſté : toutesfuoyes ſi aulcun lignagier du vendeur vient dedans l'an du retraict, il ſera preferé audict ſeigneur feodal. Et auſsi ſera l'achepteur receu à retenir la choſe, s'il eſt lignagier du vendeur.

*QVAMVIS dominus feudi,refuſo emptori pretio,rem ſui feudi iure ipſius poßit retrahere:ei tamen præfertur conſanguineus venditoris intra annum & diem veniens , vti etiam ei præfertur emptor conſanguineus.*

## GLOSSA VNICA.

*Agnati præferũtur domino in reuocatione feudi.*

1 HOC vtique verum eſt ex conſtitutionibus feudorum,vt ſcilicet agnati præferantur domino in reuocatione feudi alienati,c.j.§.porrò,in fi.& ibi gloſſ.Iacob. Bel.Bal.Mar.Laud.& alij,tit.qualiter olim pot.feu.alie.gloſſ.Andr.Iſer.Iaco.Bel. Bald.qui hanc opin.dicit æquam,Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex.in cap.j.tit.de ſucceſ.feud.Io.Fab.in §.j.Inſti.de empt.& vend.Aluar.& Mart.Laud.in c.j.§.vlt.colum.vlt.& ibi etiã Card.Alex.col.antep.tit.quæ fuit pri.cau.bene amit.Card.Alex in ca.Titius,col.pen. titu.ſi de feud.fuer.contro.inter do.& agna.Maſuer.tit.de retractu,§.item ſciendũ eſt.& iterũ tit.de loca.§.item proximior.Iac.à S.Geor.in tracta.feud.in verbo,qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum,colum.xviij.verſi.quæro nunc nunquid. Licet Pet.Corne.huic opin. contradicat in d.c.j.de ſucceſ.feud.

*Cõſuetudines de ea re.*

2 ¶Sed priorem opin.ſecutæ ſunt pleræque omnes Franciæ conſuetudines,vt Pariſienſis cap. clxxxiij.& Meldenſis,c.cxiij.& ſeq.& Melodunẽſis,c.xxxiij.& clvij.& Senonenſis, cap.xxxvj. Trecenſis,c.xxvij.Victriacenſis,c.xxxviij.& iterum c.cxxiiij. Ambianenſis , c.xcvj.Monſtrolienſis,c.lxxvj.Belquercenſis,c.xvj.Carnutenſis,c.lxxj.& iterum c.clxxiij.Aurelianenſis, cap. cclxxxviij.Turonenſis,tit. *de retraict,* c.viij.& ſeq.Cenomanenſis,c.ccclx.& cap.cccc.Andegauenſis,c.ccccxlviij.& iterum,c.cccxc.Aruernienſis,tit.*des emphyteoſes & louages,* c.xv.& iterum tit.*de retraict,*c.item xv.vbi tamen eſt quædam exceptio.Borbonienſis,c.ccccxxxviij.Bleſenſis, c.ccviij.Engoliſmenſis,c.lxx.Rochelenſis,c.xxxvij.Bituricẽſis,tit.*de retraict,* c.v.Burgundienſis,eod.tit.c.x.Burdigalenſis,cap.v.Sanctonenſis,c.lj.Normanienſis,cap.conſuetudinum eius nationis,cxv.cuius titulus eſt,*de querelle de fief vendu,*non ſemel.Britonienſis,hoc eod.tit.§.ix. Altimarchienſis,c.cclxxiiij.Marchienſis,c.cclxxxj.Auxerrenſis,aut vt alij vocant,Altiſsiodorenſis,c.xxxvij.qui eſt vij.huius tit.Lorrienſis in præfectura Montargij eod.tit.§.xj.Laudenſis,& cæteri Veromandenſes,partis iij.tit.ix.§.v.qui eſt totius illius partis cij.& ſeq.Valeſienſis,tit.j.§.xv.& iterum titu.*de retraict,* §.vj.qui eſt omniũ lxxxvij.Syluanectenſis,aut vt vulgò appellant,Senlitenſis,hoc quoque tit.§.v.Niuernenſis,hoc item titu.§.xxij. Lodunenſis hoc eod.tit.§.viij. Vt vis aliam tam frequentem apud Gallos reperias.Tamen in comitatu Burgundiæ aliter ſtatuitur,tit.*reachaptz,* §.v.

*Secus in emphyteuſi.*

3 ¶De Iure autem communi ſecus eſt in emphyteuſi,vt voluerunt Guil.Cu.Ray. Forli.Alb. Bal.qui dicit no.& Ang.in l.Imperator,ff.de pactis.iidem Guil.Ray.& Alb.in l. ex facto , in prin.per illũ tex.ff.de pecu.Nico Neap.& Aluaro.in d.§.porrò,Bal.in tractatu Protomixeos, col.ij.verſi.cum venditur res,qui quidẽ omnes dicunt,quòd ſtante conſuetudine, quæ concedit facultatem vicino,aut conſanguineo retrahendi rem venditam,dominus emphyteuſis illis præfertur,ſi velit retrahere,ex l.vlt.C.de iure emphy.per tex.in l.ſi cùm dotem, §.vlti.ff. ſol.matri.& d.l.ex facto,ff.de pecu.& quia etiam,vt dicunt,conſuetudo generalis non vincit ſpecialem:quin è cõtrario ſpecialis generalem,l.legatorum,§.qui plures,ff.de leg.ij.& l.vxorem,§.Feliciſsimo,ff.de leg.iij.& l.ſanctio,ff.de pœnis,cum ſi.

*De eadem re.*

4 ¶Et idem quoque tenet Alex.conſil.xxvij.viſo themate col.ij.lib.6.& Franc.Are.qui id dicit no.in l.ſi mihi & Titio,col.vlt. ff.de verb.obli.vbi tamen erranter loquitur in feud.Cæpolla cauſarum ciuilium conſi.xlv.& ſi in aliis, col.ij.Maſuer.tit.de loca.§.item ſi emphyteuta.Iaſ. in d.l.vlt.col.iiij.in iij.not.verſicu.ex hoc tex.C.de iure emphy.vbi & hanc rationem adiicit, quoniam ſtatutum & conſuetudo recipit interpretationẽ à Iure ciuili.l.ij.C.de noxalib.& c. cùm dilectus,extrà de conſuetudine.cum ſi.Sed de iure communi præfertur dominus aliis quibuſcunque,per d.l.vlt.ergo ſecundùm eam debet intelligi huiuſmodi ſtatutũ,quæ etiam ratio affertur ab Aluar.in d.c.porrò,quem tamen Iaſ.non citat. Et præterea reſpondet ipſe Aluar.ibi d.c.porrò , præferenti in ſuo caſu agnatos domino,quia ibi vterque dominus , & agnatus reperitur eo iure & conſuetudine priuilegiatus. In emphyteuſi autem dominus de Iure communi id priuilegium conſequitur,ſcilicet per d.l.ij.vnde ſtatutum poſteà ſuperueniens debet intelligi ſine præiudicio domini iam priuilegiati,arg.l.reſcripta,C.de precib.Imperat.offer.Et facit quod no.in l.ex verbis, C.de donatio.inter vir.& vxor.& quæ latè diximus ſuprà eod.tit.§.j.gloſſ.xiiij.quæ eſt in verbo, *ou equipollents à vente,* nume.93.& generale eſt vt lex.& iterum num.104.& id quidem iure optimo.Et idem tenuit Ioan.Oldendorpius Actionum claſſe iiij.in actione emphyteutica, in practica illius actionis.

5 ¶AT vnum hìc non omiſerim , id quod hìc ſtatuitur , præferri conſanguineum domino, idem quoque ſtatutum fuiſſe ſuprà titu.omnium huius volu.ij.§.ix.qui eſt omnium totius vol.xxij.niſi quòd hìc prætereà additũ eſt,ipſum conſanguineũ præferri,non ſolùm quãdo res alteri fuit vendita,vt tunc ſcilicet ante dominum poſsit retrahere:ſed & cùm ipſe primo loco emit,vt poſsit retinere:quanquàm & in id alio ſatis cõtentum potuiſſet videri ob eandem rationem. Tamen quia hìc clarius & dilucidius id ſcriptum fuit,& alioqui poterat videri dubium,propter ea quæ ſcripſimus ſuprà eod.tit.§.xj.glo.vij.quæ eſt in verbo , *il y ſera receu pro rata,*nu.2.ſed & videbatur. Ideò ob id tolerabilior eſt ea ſuperfluitas (ſi ſic nominari debeat ) quæ ex repetitione huius §. oriri poſſet. Nam & aliàs ſemper toleratur ſuperfluitas ſiue eiuſdem rei repetitio , cùm fit , vt quod antè dictum eſt , clarius, apertius , dilucidius

*Superfluitas & repetitio toleratur, cùm res ſit clarior.*





enarretur,ex ſententia glo.in c.j.in verbo,& filio,& ibi Domi.& Philip.Fran.de ſum.Trinit. lib.6.& alia glo.in c.licet canon,in glo.ij.& ibi quoq; Domi.& Phili.Fran.de elect.eod.lib.6. & idem Domi.c.ſi Papa,de priuileg.eod.quoque lib.& in proœmio Decretalium,& ibi poſt eum Felin.in fi.vbi & ad hoc allegat tex.in c.ſuper quæſtionum, iuncto ca.cùm te, extrà de offic.deleg.& idem Domi.in cap.erit autem,ad fi.iiij.diſt.Pan.in c.certificari, col.ij.verſic.ſed quæro quid ſi,de ſepult.& in c.ſolitæ,in glo.tanquam.in fi.& ibi quoq; Fel.col.iij.verſi.idem quando id quod erat.de maiorita.& obedi.Caro.Ruin.conſi.lxxxix.caſus iſte, col.vj.verſic. nec obſtat ratio,lib.2.& Philip.Deci.in l.ij.§.vlt.col.vlti.ff.ſi cert.pet.& in l.quæ dubitationis, poſt princ.ff.de reg.iur.& Ant.Burg.in c.cùm cauſſa,in prin.extra de empt.& vend.vbi & ad hoc citat l.Gallus,§.nunc de lege.ff.de liber.& poſth.& ibi Franc.Aretin.qui tamen loquitur de repetitione,cùm aliqua additione:vt hic etiam eſt:qui tamen alius eſt caſus,in quo etiam excuſatur repetitio,vt voluit glo.in l.librorum,in princ.in verbo,quòd ſi in codicibus, ff.de leg.iij.vbi glo.dicit,repetit,vt addat,& gloſſ.ſimilis in §.ius autem gentium, in princ.Inſti.de Iure nat.gen.& ciui.quæ dicit,repetit de iure gentium,vt aliquid addat , & Domi.in c.ſi tibi abſenti,col.v.ſuper glo.j.per eam glo.de præb.lib.6.& Ange.Aret.in §.j.col.j.Inſtit. de his qui ſunt ſui vel ali.iuris.Fel.in locis ſupra allegatis,in quibus & alios pleroſq; modos excuſandæ ſuperfluitatis congerit,poſt ipſum Domi.in locis ab eo relatis.

*Et cum aliquid additur.*

*Et aliis quoque modis.*

6 ¶Quibus & Anto.Burg.in d.c.cùm cauſa,de empt.& vend.alios quoque modos addit : qui quidem omnes ſunt notandi , vt dicit ipſe Fel.ad ſtatuta prohibentia articulos ſuperfluos. Ad eum tamen modum excuſandæ ſiue tolerandæ ſuperfluitatis , ab illis inter cæteros adductum,cùm ſcilicet quid repetitur diuerſis reſpectibus,ſiue ob diuerſos effectus , adde illis Philip.Fran.& Philip.Deci.in c.ſignificantibus,in princ.de appel.& Franciſc.Cur.ſeniorem conſi.lxxviij.domina Franciſchina,col.antepen.verſi.& ſi diceretur , vbi & ipſe multos eius rei modos poſuit,vt per eum videre poteris,ne hìc tam copioſè ab aliis acta iterum agamus, quod nonnulli faciunt aliorum ſcriptis ſuos libros infarcientes:quòd cùm aliquando conqueſtus fuiſſem de Chaſſeneo,cui id vitium propemodum ſolẽne eſt,is adeò moleſtè tulit, vt in me neſcio quem Ennellanum hoſtiliter armauerit,ſed de his aliàs.

*De eadem re.*

7 ¶Verùm illis omnibus addere potes alium modum, ex Fran.Aret.in l.liber homo,§.decem, col.j.ff.ff.de verb.oblig.cùm ſcilicet id quod tacitè inerat,exprimitur:id enim,vt dicitur,toleratur:& poſt eum repetit Caro.Ruin.conſi.clxviij.Ieſu Chriſti,colum.vlt.nu.15.lib.1. Alium quoque modũ quem nobis ſuppeditat tex.in l.item apud Labeonem, §.ait Prætor ne quid. ff.de iniur.videlicet cùm poſt generalem clauſulam eadem res ſpecialiter annectitur.Ea enim quæ notabiliter fiunt,niſi ſpecialiter notentur,vidẽtur quaſi neglecta.& ibi gl. adducit concord.quos ibi videre poteris.Sed & hoc in loco in mentem venit veteris illis prouerbij, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Id eſt, bis & ter quod pulchrum eſt.quod adeò Platoni placuit,vt non ſit contẽtus ſemel atque iterũ aduocaſſe:illius enim meminit in Philebo,rurſumq; in Gorgia, atque etiam in libro poſtremo de legibus.Et ei quidẽ mirè concinit,quod apud nos ſcriptũ eſt,in l.j.§.ſuprà dictis igitur,C.de emẽda Iuſti.Codi.in hæc verba:Nemini venit in dubiũ, quòd repetita prælectio probauit,hoc eſſe ſatis validũ,ſatíſq; formoſum. Sed & ad primum caſum vide tex.in l.j.§.ſed ſciendũ:verſi.vitiumq;,ff.de Aedili.edic.vbi ſcribitur,Aediles tollendæ dubitationis gratia bis τὸ αὐτοῦ αὐτοῦ idẽ dixiſſe,ne qua ſcilicet dubitatio ſupereſſet. Vide etiam gloſſ.in cap.non exiſtimemus,in verbo,quia non diſcernimus.& ibi Archid.xiij. quæſt.ij.& in l.certi condictio,in prin.in glo.ij.ff.ſi cert.pet.& Spec tit.de procu.§.hoc autem, verſi.ſed oppone.& Panor.in ſua diput.incip.ſtante ſtatuto,char.vlt.col.ij.Nec omittendum, quod ſcribit Ioan.Andr.poſt Hoſt.in c.nimis iniqua , ad fi.de exceſ.prælat.verba in inſtrumentis non poſſe nimis ſpecificari ad tollendam dubitationem , & ſophiſticam interpretationem.& poſt eos Philip.Deci.conſi.xj.quoniam, col.ix.verſi.allegata.

*Bis & ter quæ pulchra ſunt.*

## §. XXII.

ET SI ledict ſeigneur eſt acertené du pris par lettres, [a] & ſerment dudict achepteur,& ledict ſeigneur ne vienne payer ledict pris dedans huict iours: [b] il en eſt forcloux,auſsi bien que ſeroit le lignagier, s'il ne veult monſtrer le pris eſtre moindre,comme dict eſt.

*QUOD SI ipſe dominus certior factus per tabulas [a] & iuſiurandum emptoris,intra octo dies [b] pretium non refuderit,omnino excluditur, non ſecus ac conſanguineus,niſi rem minoris emptam docere velit.*

## PAR LETTRES, PER TABVLAS. GLO. I.

1 ID EST, vt emptor oſtendat domino inſtrumentum emptionis,eiq; legendum præbeat , ſi id petat dominus,iuxta ea quæ latè diximus ſuprà hoc eod.titu.§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an,* in xviij.q.& iterum in §.ij.eiuſdem tit.in glo.j.ibi enim

*Emptor feudi debet domino oſtendere in-*

*ſtrumentũ emptionis.*

eſt eadem propè conſuetudo,illicque reperies,quid dicendum ſit, ſi nullum inſtrumentum de emptione confectum ſit, & alia multa ad hunc locum pertinentia.

## DEDANS HVICT IOVRS, INTRA OCTO DIES, GLO. II.

1 *Quod tempus hac in re de iure communi ſtatuitur.*

DE IVRE communi in emphyteuſi duo mẽſes huic rei præſtituti ſunt,in feudo autem annus:vt de primo tex.eſt in l.vlt.C.de iure emphy.De ſecũdo autem in c.j.§.porrò,tit.quali.olim feu.ali.pot. Hanc autem conſuetudinem intelligas ſecundum aliam,quæ eſt ſuprà tit.ij.§.iij.qui eſt omniũ huius volu.xvj. vt ſcilicet dominus ipſe tranſacto hoc octo dierũ tempore,non poſsit amplus rem ipſam ad ſe aduocare,reſtituto pretio iure feudi,non tamẽ priuatur ſuis laudimiis.Quod autẽ poſteà dicitur in noſtra conſuetudine,*S'il ne veult montrer*,&c.intellige omnino ſecundùm §.iiij.ſuprà codẽ titulo,& quæ ibi diximus in glo.ij.& iij.

## §. *XXIII.*

ET SI le lignagier ne veult retraire le tout, il ne ſera pas receu, [a] s'il ne paye le pris. Mais le ſeigneur du fief ſera receu pour la partie, qui ſera tenue de luy en fief.[b]

*SI CONSANGVINEVS rem integram retrahere nolit, non audietur, niſi refuſo pretio. Contrà dominus admittitur pro ea parte, quæ ſibi iure feudi eſt ſubiecta.*

## IL NE SERA PAS RECEV, NON AVDIETVR, GLO. I.

1 *Cõſuetudines. An proximus poßit retrahere partem rerum venditarum.*

HOC idem ſtatuit conſuetudo Meldenſium, c.conſuetudinum eius gentis ciiij. quod poſteà declarat cap.ſeq.& Aurelianenſium,c.cccv.quod eſt xxx.huius tit. *de retraict*, & Victriacenſium cap.cxxix.& Turonenſium, hoc eod.tit.*de retraict*, cap.xxiij.Borbonienſium,cap.cccxlix.Burdigalenſium.c.xxx.qui eſt xxvij.huius tit.in fin.Sanctonenſium,cap.liij. Niuernenſium hoc quoque titu.§.xxvij. Nullamque ſcio, quæ contrarium ſtatuerit, præterquàm Britonum,c.lj.antiquarũ conſuetudinum, & reformatarum hoc eod.titu.§,xj.& ſeq.& Comitatus Burgundiæ, titu. *reachaptz*, §.ix.Idq; quod hîc ſtatuitur,dicit procedere de Iure communi Maſuer.tit.de retractu,§.item vna vel pluribus,& Boer.hoc eod.titu.§.v.colum.ij.verſic.ſed nunquid ſi plura. Pyrrhus in d.c.xxx.titu. de retractu conſuetudinum Aurelianenſium.Ioan.Montolo.in promptuario vtriuſq; iuris, tomo j.in verbo,redimere,verſic.ij.in verbo,habebit licentiam,& Ferro.in d.cap.xxvij.huius tit.atque etiam,cap.iij.eiuſdem titu.

2 ¶Et id quidẽ æquũ eſt:nam emptor aliàs non erat veriſimiliter empturus,quàm ſi tota apud ſe maneret,aut tota redimeretur,vt poſteà dicemus.Et id ſatis cõprobat l.quod autem,§.vlt. & lex ſequens,& l.quòd ſi vno,ff.de in diem addic. quibus cauetur, quòd ſi plures diuerſis pretiis rem commmunem pro ſua quiſque parte vẽdiderint ſub pacto addictionis in diem, ſi duo alteri addixerint,vnus addictionẽ eam nõ admiſerit,huius pars priori emptori empta manebit. Et per illum text.in d.l.quòd ſi vno.reſpondit Bald.conſi.xxxij.præſupponitur in facto,lib.2.& iterum conſi.xxxiiij.in cauſa iſta allegantur,verſicu.ſed videndum, eod.libr.2. quòd venditio plurium rerum,facta vno pretio non poteſt ratificari, quantũ ad vnam rem tantùm,ſed debet in totum ratificari:nam non vnam rem (inquit) erat empturus.

3 *De eadem re.*

¶Et huc quoque ſpectant alij text.videlicet in l.cùm eiuſdem,& in l.Aediles aiunt,§.vlt. & l. ſi plura,& l.Labeo,quæ eſt pen.§.idem ait,ff.de ædili.edict.vbi ſi plura mancipia vno pretio fuerint vendita,& vnum eorũ fuerit morboſum, omnia redhibentur:nec cogitatur emptor non morboſa retinere pro rata pretij. Id quod etiã ex illis legibus tradit Bal.in l.ſi prædiũ, col.ij.verſi.ſed pone duas, C.de Aedilit.act.& Roma.conſi.cccxcvj.in caſu propoſitæ cõſultationis,col.j.De quo tamen vide Signo.conſi.liij.ſuper prima,in princ.

4 *De eadem re.*

¶Huius autem rei autoritate ſuffulti Richar.Mal.Oldra.& poſt eos ipſe Bal.in d.l.cùm eiuſdem,dixerunt,quòd qui plures res accepit in emphyteuſim ſimul ac eodem cõtextu,& pro vna omnium penſione.ſi malè verſetur in vna ex iis,cadit omnibus,etiam in quibus non eſt malè verſatus. Quod & voluit idem Bal.in l.æde,col.vlt.verſi.ſed quid ſi ex pluribus, & ibi quoque non obſcurè Alberi.col.pen.C.de loca.dum Bal.ipſe dicit in hac re diſtinguendum, vt in redhibitoria, per d.l.ſi plura,& Alex.conſi.cxviij.in caſu de quo quæritur, col.j.libr.5. & Barba.qui tex.in d.l.cùm eiuſdẽ,dicit omnium ſtupore dignum,in l.iiij.§.Cato,col.xxiiij. verſicu.& adduco text.ff.de verb.oblig.& iterum in l.ſcire debemus,col.vj.verſi.ego vidi dubitari,eo.tit.quibus locis ita dicit ſe cõſuluiſſe,ſicuti ipſe fecit,conſi.xxxvj.ſapienter ſcripſit, colum.vj.verſic.ſed circa hunc articulum. & multis ſeq.lib.2.& Iaſon in l.ſi ita quis promi-

ſerit,



ſerit,§.ea lege,col.vlt.ff.eod.tit.& Pyrrhus in comment. conſuetudinũ Aurelianenſium, vbi ſuprà. Vide tamen quæ dicam infrà in hac eadem glo.verſi.xxviij.tertiò intellige,& ſeq.

5 ¶Facit & text.in l.ſi quis aliam, ff.de ſolu.vbi ſi res in ſolutum data fuerit pro parte euicta, aut ex duobus fundis alter euictus ſit,remanet integra obligatio : quia creditor eas res non accepiſſet,niſi pro ſolido eius fierent. De quo & tu vide l.cùm plures,ff.de euict.& Barto.in l.j.eod.tit.Facit item tex.in l.ſi duos,ff.de contrah.empt.vbi ſi duos qui ſeruos euerit pariter vno pretio,quorũ alter ante traditionem mortuus fuerit,in vno quidem non cõſtat emptio: quia (vt dicit gloſ.ibi) fortè non erat empturus,niſi vtrunque ſimul.& ibi ſequitur Alberic. Et eius l.arg.reſpondit Imo.conſi.xxxix.viſis ac ponderatis, conductorem plurium rerum vno pretio,ſiue vna penſione pro omnibus,poſſe reſilire à conductione omnium, propter vnam earum,qua frui non poteſt:quia reperta fuiſſet eſſe cuiuſpiam monaſterij. Sed & illo tex.ſubnixi Iac.Ra.& Cy.in l.ſi mihi & Titio, & ibi quoque Alex.qui illum text.dicit not. col.j.ff.de verb.obl.dicunt poſt glo.ibi,in verbo,non augeat,quòd ideò in l.fundus ille,ff.de contrah.empt.eſt locus iuri accreſcendi, quia veriſimiliter venditor non erat partem venditurus:quod & dicit glo.in d.l.fundus ille. *De eadem re.*

6 ¶Et his quoque concinit tex in l.fiſtulas,§.qui fundum,ff.de contrah.emp.vbi qui fundum ea lege emerit,vt ſoluto pretio ei traderetur,ſi deceſſerit relictis duobus hæredibus,non poteſt vnus ſoluendo partem pretij agere ex empto.& ibi reddit rationem Barto.ex d.l.ſi quis aliam,quia ſcilicet venditor non niſi totum alienaſſet,& ſequitur Alex.conſi.lxxvj.viſis dubitationibus,col.iiij.verſi.pro iſta parte,lib.5.& illius text.autoritate dicit ipſe Bart.in d.l.ſcire debemus,in prin.circa medium,verſi.quæro cuius vtilitatis,ff.de verb.obl.quòd vbi tractatur de reſolutione contractus,tunc venditio plurium rerum facta vno pretio cenſetur eſſe vna venditio,ideoque ob vnam rem reſoluitur contractus & in alia.& ſequitur Iaſ.ibi, & Alex. conſi.clxxviij.viſo proceſſu,col.ij.verſi.alio principali fundamento.lib.6.& Fran. Aretin.qui declarat,quomodo id intelligatur,cõſi.129.cõſultiſsime domine Collateralis,licet,col.j. Sed & per illũ tex.dicit Pau.Ca.in l.Iulianus, §.offerri,poſt princ.ff.de act.empt.quòd ſi vnus de hæredibus emptoris offert partẽ pretij ipſũ tãgentẽ,nõ cõſequitur partẽ rei inuito creditore, *De eadem re.*

7 ¶Sed & eodem reſpicit text.in l.Tutor,§.Curator,ff.de mino.vbi ſi curator adoleſcentium prædia communia ſibi,& iis quorum curam adminiſtrat,vendidit eatenus reſcinditur venditio,quatenus adoleſcentium pro parte fundus cõmunis fuit:niſi emptor à toto contractu velit diſcedi,quòd partem empturus non eſſet.Et in l.ſi id quod,§.ſi ex decem, ff.de donat. inter virum & vxorem,vbi ſi ex decem donatis vxori à viro ipſa vxor ſeruos duos emerit, & eorum alter ſit mortuus, alter decem dignus ſit:intereſt vtrùm vno pretio venierint, an diuerſis,ſi vno,tota domus petenda : ſi diuerſis,hoc ſolum petendum,quãti emptus ſit, qui ſupereſt.Et in l.ſi libertus,§.ſi quis plures, ff.de iure patron.& in l.& ſi vno.& quod ibi not. Bart.ff.de act.emp.& in l.quòd ſi nolit,§.Marcellus,& §.ſeq.& §.ſi vẽditori,ff.de Aedil. edict. Et facit etiam tex.in l.qui pignori,ff.de pign.vbi qui pignori plures res accepit,non cogitur vnam rem liberare,niſi vniuerſo debito ſoluto. *De eadem re.*

8 ¶In hanc quoque ſententiam facit,quod à Bar.reſpõſum eſt,conſi.cxcv.Angelotus,quòd ſi quid detur à duobus in ſolutum creditori,cum pacto de reuendendo intra certum tempus: vnus illorũ non poterit pro parte redimere:quia non eſt veriſimile,quòd vnã partẽ voluiſſet emere,vel retinere ſine alia. & allegat quædam ex dictis iuribus,& hanc quoque rationem, quæ huc optimè quadrat.Nam quando conditio ſiue facultas, quæ conſiſtit in faciẽdo ſimpliciter,vel mixtim in dando & faciendo,ponitur etiam in perſona duorum,tũc non poteſt impleri per vnum eorũ pro parte,l.ſi ita fuerit,in prin.& §.quæſtio,ff.de manu.teſt.& not.in l.ſi plures,C.de condit.inſer.Sed hæc facultas redimendi ſiue retrahendi cõſiſtit in dando & faciendo,l.conſilio,& ibi not.ff.de cura.furio.& not.gloſſ.in l.certi condictio, ff.ſi cert.petat. Nec obſtat (inquit) l.legatum,§.vlt.& l.pen.§.j.ff.de condi.& demon. quia illæ loquuntur in conditionibus in merè dando conſiſtentibus : hîc autem in dando & faciendo. Sed & illæ loquuntur in legatis,vbi fauorabilis fit interpretatio pro legatario contra hæredẽ ſcriptum, qui certat de lucro,vt regulariter fit in teſtamentis.Hîc autem loquimur in contractibus, in quibus intereſt cõtrahentis,ne pars tãtùm apud ſe maneat. Hæres verò,ſiue totum,ſiue pars apud eum maneat,ſemper lucratur,argu.pro ea ratione,d.l.fundus ille,& quod ibi not.ff.de contrah.empt.& alia quoque addit ipſe Bar.huc pertinentia,quæ quiſque videre poterit. *De eadem re. Datio in ſolutum à duobus facta, an poſſit ab altero redimi. Facultas retrahendi conſiſtit in dando & faciendo.*

9 ¶Et de hoc ipſius conſi.meminit ipſemet Bar.in l.cui vſusfructus,ff.de vſufruct.legat.vbi & idem voluit.& ibi quoque Lance.Deci.& iterum quoque idem Bar.in d.l.ſi quis aliam,in fi. & ibi etiam Ang.& Pau.Caſt.poſt prin.ff.de ſolut.Bal.in l.ij.ad fi.& ibi Hier.Cagno.in xiiij. q.C.de pact.inter empt.& vend.& idem Bal.conſi.ccclxxxiiij.duo ſunt,col.ij.lib.1.& d.conſi. xxxij.lib.2.vbi prætereà adducit duas rationes ſatis efficaces. Prior hæc eſt, quia ſi aliud diceretur,quis inuitus compelleretur ad cõmunionem,quæ immenſas contentiones parit, l.in re cõmuni,ff.de ſerui.ruſt.præd.de qua re vide quæ dicam infrà,nu.17.ſed vt ad alias.Altera ratio Bal.eſt,quia pluris valet,pluríſque emitur totum in toto,quàm pars reſpectu rei.l.Mæuius,§.in fundo,ff.de leg.ij.de qua etiam ratione dicemus plenius d.nu.17. *De eadem re.*

¶Idem

10 ¶Idem quoque voluit ipſe Bal.conſi.xxxiiij.eo.lib.2.dum allegat Bart.vbi ſuprà.atque etiam Raph.& Io.Por.in d.l.ſi mihi & Titio,ff.de verb.obl.idem Raph.in l.cui fundus,ff.de cōdi.& demon.& Pau.Caſt.conſ.ccxxij.in hoc paſſu duo ſunt,ad fi.lib.1.Io.Plat.in l.vlt.verſ.quid autem ſi quis emit,C.de agri.& mancip.lib.xj.& Alex.conſi.cxliij.viſo ſtatuto Mediolanēſi,lib.7.Franc.Capiliſtra Padua.in l.j.in fin.C.quando non pet.part.Soc.conſil.cc.quoniam ex forma,col.pen.verſi.ſecundò dicitur, lib.2.quod iterum repetitur conſil.cxxv.libr.4.& idem Soc.conſi.xvj.anno domini.ferme vbiq; lib.4.vbi dicit,quòd clara eſt concluſio,cōtra quam non reperitur aliquis ſcribentium tenere.& Fabianus in tractat.de empt.& vendit.in ij.q.vij.q.princ.& Iaſon qui & ita dicit omnes tenere,in l.ſtipulationes non diuidūtur, col.xij.verſi.expedita theorica,ff.de verb.oblig.Phil.Dec.in l.eius qui,§.quas verò,col.j.in 5.not.ff.ſi cert.pet.Carol.Rui.conſi.lxxxij.videtur,col.ij.nu.4.lib.1.& conſi.xlvij.in cauſa,ad fin.lib.4.Andr.Alcia.qui & hanc dicit eſſe communem opi.in l.iiij.§.Cato,col.xviij.verſ.ex iſtis infertur, & ibi quoque Ant.Rub.ff.eod.tit.idem Alcia.in l.ſi creditores, colum.iij.verſic.ſed quid in hac quæſtione,C.de pact.& ipſe Anton.Rub.conſi.xc.viſo caſu.Steph.Bertr.conſil.xlj.licèt contractus, lib.3.Chaſſen.in comment.conſuet.Burg.tit.*de rentes vendues à reachapt*,§.j.in iiij.q.Io.Monto.in Promptua.vtriuſque iuris.vbi ſuprà citauimus,nu.1.huius glo.

De eadem re.

11 ¶Et certè nullos reperi,qui contrarium aſſererent,ſi me non prorſus fallat memoria, præter Obertum Cremo.doctor.antiquū in l.ſi legato,§.ſi Stichus,ff.de manu.teſt.per.text.ibi,& in l.legatarius, in prin.ff.de leg.j.& in l.cui fundus.ff.de condi.& demon.& Firmi.qui illū citat & ſequitur,in ſuo illo vberrimo repertorio,in verbo,emptor retrouendens,verſic.iij.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Senis in ardua quæſt.& iterum in verbo,obligatus,verſic.cxxv. Sed quid ij facerent aduerſus tot legum proceres,& eos quidem tot armis rationum & legū munitos: ex quibus aliquot ſuprà adduximus,& paulò pòſt quoque afferemus. Tu tamen vide quæ dicam infrà tit.ſeq.qui eſt de retractu conuentionali,§.j.in glo.vj.quæ eſt ſuper verbo, *ou ſes heritiers*,num.xxx.ſed vt iterum.& Franc.Areti.d.conſi.cxxix.conſultiſsime domine,col.j.& Iaſon in l.ſi duo patroni,ff.de iureiurand.

De eadem re.

12 ¶Præcedentibus quoque adſtipulatur,quod Bald.ex facto interrogatus reſpondit conſ.475.ad euidentiam,col.ij.verſi.quia quæſtio noſtra,lib.1.quòd cùm locatio ſiue emphyteuſis rei eccleſiæ poſsit fieri ad nouem annos tantùm , per not.in c.vlt.extrà ne prælat.vices ſuas:& ſi facta ſit ad prolixius tempus:vitietur,quod eſt ſupra eoſdem nouem annos tantùm l.ſancimus,C.de don.Tamen id debet intelligi , ſi ea locatio ita facta fuerit : vt pro ſingulis annis certa penſio ſoluatur:ſecus,ſi pro omnibus ſimul vna tantùm penſio ſolui debet:quia tunc propter vnitatem pretij eius contractus,diuidi non poteſt , totumque vitiatur, per d.l.cùm plura,ff.de Aedil.edicto.

De eadem re. *Locatio in longius permiſſo facta an in totum uitietur.*

13 ¶Quin ſunt,qui dicunt etiam in illo priore caſu Bal.eam locationē ſiue emphyteuſim non valere aduſque nouem annos,ob id quòd eccleſia poſſet dicere, ſe non fuiſſe conceſſuram, niſi ad totum tempus in conceſsione cōpræhenſum.argu.d.l.ſi quis aliam,& d.l.cùm eiuſdē. Ita enim voluit hac ipſa ratione Bart.conſi.clix.viſa quadam conſtitutione, in iiij. eodemq; vlt.dubio.& Lapus alleg.lxxx.quæris cùm locatio.& Alex.conſi.xvij.viſo inſtrumēto,col.iij.verſi.nec etiam ſi diceretur,lib.4.vbi & alios citat,qui ſunt eiuſdem ſententiæ,aliis tamen rationibus moti.& Soci.in l.j.§.ſed & ſi mihi,ff.de verb.obli.& Caro.Rui.conſi.lvij.quo ad ea,col.v.nu.12.lib.1.De quo tamen vide pleniſsimè apud Card.Alex.in c.j.in prin.col.pen.verſ.ſed ſtat punctus,tit.qui feud.dar.poſſ.& Phil.Dec.in authen.qui rem.col.vlt.C. de ſac.eccleſ.vbi plurimos allegat in vtranque partem,ſed hîc tātùm dicere volui,quod ad hunc locum pertinet,& aliquid quoque dicemus infrà tit.ſeq.in fi.nu.145.& id quidem,& ſeq.

14 ¶Huc quoque ſpectat,quod ſcriptum eſt à Raph.Co.conſi.xlj.ad primum quæſitum, verſi.ad ſecundum reſpondetur,& rurſum paulò ante fin.quòd vnus cenſetur cōtractus eſſe,ſiue ſuper vna re,ſiue ſuper pluribus contrahatur , quando eſt vnica quantitas expreſſa,per d.l.cùm eiuſdem,de Aedil.edict.Ideoque (inquit) non poteſt is,cui conceſſæ ſunt plures res in emphyteuſim pro vna penſione,ſoluere partē penſionis pro rata vnius rei, & pro aliis non ſoluere. Et à Corne.conſi.xxxviij.viſo libello,col.iij.verſi.& inſuper,libr.3.quòd ſi tibi dedi mandatū de permutando fundum Titianum,aut eius partem dimidiā cum fundo Sempro niano,aut eius parte dimidia,& tu permutaſti fundum illum Titianum cum dimidia fundi Semproniani, & cum fundo Seiano:non valet iſta permutatio,etiam quātùm ad dimidium fundi Semproniani,de quo habebas mandatum.per d.l.quòd ſi vno,& d.l.cùm eiuſdem.

De eadem re.

15 ¶Et vt generatim confuſimq; alia tibi congeram,facit ad ſuprà dicta , quod ſcribit Barto.in ſua diſputatione incip.publicanus,col.v.verſi.quintò probatur.Albe.in l.patri,§.j.in fin.ff.de minor.Bald.conſi.xliiij.iſte dominus Chriſtoforus,col.ij.verſi.ſecūdò quia non poteſt,lib.2.Alexan.conſi.lxxvj.viſis dubitationibus,col.iiij.in tertio dubio, libr.5.& conſil.clxxviij.viſo proceſſu.col.ij.ad fi.& iterum col.vlt.verſi.non obſtat etiam,lib.vij.& Corn.conſi.cxxv.viſo puncto,col.vlti.verſi.& ſic,& ſeq.lib.j.& conſi.lj.licèt in hac,col.ij.in litera F.lib.2.Soc..conſi.lxxxij.in cauſa & lite.col.vlt.lib.3.& Philip.Dec.in d.authen.qui rem,in fin.C.de ſacr.eccleſ.& conſi.xiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,vtrùm valeat aditio,col.j.verſi.comprobatur etiam.

De eadem re.

Et



Et priuatim ad id,quod dictum eſt de pluribus rebus venditis vno pretio,vt vnà cenſeri debeant,facit tex.in l.prædiis,§.Titio,& §.balneas,& iterum §.vlti.ff.de leg.iij.

16 ¶Et hæc quidem his rationibus fulciuntur. Nam obligatio de reuendendo continet rem tradi,per tex.in l.j.& l.ex empto,in prin.ff.de actio.empt.& l.ſi traditio.C.eod.& l.in conuentionalibus,in fi.ff.de verbo.oblig. Rem autem tradi eſt indiuiduum, d.l.ſtipulationes non diuiduntur,in prin.eo.tit.de verb.obli.quia etiam facta,cuiuſmodi eſt reuendere,l.conſilio,§.vlti.ff.de cur.furi.& l.qui quadraginta,ff.ad leg.Falcid.& l.ij.§.item ſi in facto,& iterum l.iiij.§.Cato,ff.de verb.obl.& gl.in d.l.certi condictio,in gl.magna,ff.ſi cert.pet.Bart.in l.vxorem, §.agri plagam,ff.de leg.iij.& in d.l.cui vſusfructus,ff.de vſufruct.leg.vbi loquitur de hoc noſtro pacto Bal.in l.ex hoc iure,ff.de iuſti.& iur.& Albe.in l.vſus,in prin.ff.de vſu & habi. & Docto.vbique. Igitur facta (vt repetam) ſunt indiuidua,l.fideicommiſſa,§.penul.ff.de leg.iij.& l.ſi is qui,§.j.ff.ad leg.Falc.& l.ſi ita fuerit,ff.de manu.teſt.& not.in d.§.Cato, & in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. Et quòd obligatio rem tradi,ſit indiuidua , tam quò ad ſolutionem,quàm quò ad obligationem,tenuit expreſsim Bar.in l.ſi vt certo,§.ſi duobus,col.iij.verſi.item opp.duo rei,ff.commo.& in d.l.ſtipulationes,quibus locis id probat multis rationibus,quas videre poteris. Tu tamen ad hanc rationem vide Franc.Aret.conſil.vj.viſo inſtrumento diuiſionis,& Socin.d.conſi.xvj.anno domini,lib.4.qui affatim tractant, an emptor qui promiſit reuendere,teneatur ad tradendum.& dicemus alicubi in ſequen.tit.

*Rationes præcedentium.*

17 ¶Sed vt ad alias rationes tranſeamus, non eſt tanta vtilitas & æſtimatio rei in parte reſpectu ipſius partis,quanta in toto reſpectu totius,d.l.ſi quis aliam,ff.de ſolu.& d.l.fundus ille. cum glo.ff.de contrah.emp.& l.Mæuius,§.vlti.ff.famil.erciſ.& l.ſi quis id quod,in fin.ff.de in diem addi.& l.Mæuius,§.in fundo,ff.de leg.ij.& glo.in l.j.in verbo,partis,& ibi etiam Bal.in quarto nota.Sal.in quinto nota.C.commu.diui.Bart.in d.l.vxorem,§.agri plagam,in fi.ff.de legat.iij.Bal.in l.filium quem,col.vj.verſi.ex qua lectura habes,& apertius col.ix.verſi. vlterius quæritur,C.fami.erciſ.& d.conſi.ccclxxxiiij.lib.1.& Carol.Rui.conſi.cxlix.quæſtio vertitur,ante fi.lib.4.& Doct.vbique.Præſertim cùm præter intentionem emptoris incideret in communem: ad quam nemo inuitus compellitur,l.ſi non ſortem,§.ſi centum,ff.de condi.indeb. Ea enim multa affert incommoda & difficultates.l.pater,§.dulciſsimis,& ibi Doct.ff.de leg.ij.& l.in re communi,& ibi Bal.& Floria.ff.de ſerui.vrb.præd.& l.ſancimus,§.ne autem,C.de donat. & l.qui neque,in fin.ff.de reb.eor.cum aliis multis concord. à me traditis infrà titu.xxiiij. qui eſt *de douaires* , §.iij.qui eſt cccv. omnium noſtrarum conſuetudinum. Vnde & venditio partis multa etiam adducit incommoda:vt dicit Bal.in l.j.§.in primo,col.iij.verſic. extrà quæro,C.de cad.tollen.per d.§.ſi centum,& l.ij.C.quando & quibus quarta pars,lib.10.

*Aliæ rationes.*

18 ¶Et hac ratione dicit Bal.vbi ſuprà,vnum huic loco maximè accommodatum,quòd ſcilicet in contractu venditionis eſt locus iuri accreſcendi, d.l.fundus ille:ſecus in cæteris contractibus,d.l.ſi mihi & Titio,ff.de verb.oblig.vt ſcilicet vterque & emptor & venditor maneat indemnis:quia veriſimiliter neuter erat partem venditurus aut empturus, cùm partis venditio non minima habeat incommoda,per dicta iura. Id quod etiam ante eum voluit gloſ.in d.l.fundus ille. Hanc autem rationem ita confirma, quòd cùm non ſit tanta vtilitas in parte reſpectu partis,quanta in toto reſpectu totius,vt diximus , ſequitur & ex hoc capite,id indiuiduum eſſe,l.j.§.ſi pecuniā,& ibi Bar.ff.depo.idem Bar.in d.§.Cato,& in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,in iij.q.per l.in executione,verſi.ſecunda ad opus,eo.tit.de verb.obli. & Bal.in d.l.ſi plures,C.de condi.inſer.& Io.Berbe.in Viat.iuris,tit.de loca.char.5.verſi.ſolet & quæri.

De eadem re.

19 ¶Reſtant aliæ duæ rationes,quæ mihi non viſæ ſunt omittendæ.Vna hæc eſt,quòd cùm vna res,aut plures,vno pretio emptæ ſunt, non debet pretium particulari ſolutione diuidi,l.planè,ff.fami.erciſ.& no.in l.quidam exiſtimauerūt,ff.ſi cert.pet.& in l.tutor,§.Lucius,ff.de vſur. Altera & omnium poſtrema ex eo procedit quod generaliter dicimus, aut totum admittendum,aut totum repudiandum,l.cùm quæritur,in fin.ff.de admi.tut.& l.nam abſurdum,ff.de bon.liber.& l.ſi ita ſtipulatio,in fi.ff.de oper.liber.& l.quidam elogio,C.de iure dot.cum aliis multis concord.à me adductis infrà tit.præcedente,in fi.nu.5.faciunt & alia quoque,& ſeq.

De eadem re.

20 ¶E x i i s autem quæ dicta ſunt,ſatis potes intelligere , quòd ſi etiam in vno contractu vel inſtrumento venditæ ſint plures res,pretiis in ſingulas res diuiſis,videlicet domus centū aureis,fundus aliis centum,cenſentur eſſe plures ac diuerſæ venditiones , vt probant iura quæ ſuprà in prin.huius glo.adduximus:præſertim verò,d.l.cùm eiuſdem,& d.l.ſi plura,ff.de Aedil.edic.& prætereà l.quod ſæpe,§.in his,ff.de contrahen.empt.& l.in bello,§.vlt.ff.de capti. & poſtli.reuer.& aſſerunt Fran.Aret.& Soci.in l.ſi ex toto,§.vlt.vterque in ſecundo notab.ff.de leg.j.& idem Aret.conſi.xj.procedendum eſt,col.j.& Fabianus in tractatu de emp. & vend.in v.q.prin.col.vj.verſi.item diſtinct.& ante hos Bal.conſi.lxvj.factum tale eſt,apparet,tum col.j.in princ.tum col.ij.verſic.alij dicunt,lib.3.vbi ex hoc decidit pulchrum caſum.& idem Bal.in l.vlti.§.prætereà,col.ij.C.de iur.dot.vbi dicit per text.ibi,in verbo,pro ſingulis,quòd ſi in eodem inſtrumento plures res continentur,quæ quidem habeant diuerſa pretia, dicūtur etiam plures venditiones. Ideò ſi alter contrahentium in vna re ſit deceptus vltra dimidium iuſti pretij,in illa tantùm habebit locum reſciſsio, ex l.ij.C.de reſcind vend.non etiam in aliis. Ita

*Quid in uenditione pluriū rerum,ſingulis pretijs in ſingulas res diuiſis.*

enim eum allegat, licèt id mihi dicere non videatur, Philip.Dec.conſi.ccccxxj. plenè & ſubtiliter, col.j. Sed id planè voluit ipſe Bald.alio in loco, cuius Deci.non meminit, ſcilicet conſil. xcj.facti narratio, in fi.lib.2.vbi tamen intelligit, niſi in aliis rebus etiam ſingulariter ęſtimatis tantũ eſſet lucri, vt in ea videri non poſſet fuiſſe deceptus: nam ex eodem contractu fit compenſatio vnius corporis ad aliud, l.ſi duorum, §.ſed rectius eſt, ff.de acti.empt. Hæc ille: qui & ipſe illud quoque poſtremum dixerat in d.l.vlt.§.pręterea, de iure dot.& eum ſequitur Fran. Aret.qui nec illius conſilij meminit, in d.l.ſcire debemus, col.pen.verſi.& adde duos effectus, ff.de verb.oblig. Sed & ipſe Bald.& Ang.in d.l.cùm eiuſdem, ff.de Aedil.edict.ſcribunt, quòd ſi ex ſtatuto debeat ſolui gabella ex omni contractu, in eodem inſtrumẽto venditæ ſunt plures res eodẽ pretio, vna tantùm gabella debetur: ſi diuerſis diſtinctiſq; in ſingulas res pretiis, tot debentur gabellæ, quot ſunt res.& ſequitur Firmi.in tract.gabel.in xv.quæſt.v.partis prin. & Barba.d.conſi.xxxvj.col.vij.verſicu.& licèt, lib.2.& Philip.Deci.conſil.cccxliiij.applaudent, colum.ij.verſi.ſecundus caſus.

21 *Quid, ſi uno pretio, quod diuiditur in ſingulas res.*

¶ET IDEM quoque cùm plures res ſunt emptæ vno quidem pretio, ſed quod poſteà in eodem contractu in ſingulas res diuiditur: verbi gratia, vendo domum & fundum trecentis aureis, ſcilicet domum ducentis, & fundum reliquis centum. Nam & eo caſu cenſebuntur plures venditiones, vt voluit glo.in d.l.Aediles autem, §.ſi plura, verſi.fortè, in prin.& iterum in glo.ſeq.rurſumq; in §.vlti.in verbo vno pretio, atque etiam in gloſ.vlti.ff.de Aedil.edict.& in l.cùm in ea, in glo.ij.eo.tit.& Bart.in ſua diſputa.incip.publicanus, ad fi. vbi dicit notandũ. & Fabia.à monte S.Sab.in tract.de empt.& vend.col.omnium pen.vbi ſing.ad hoc dicit gloſ. in d.l.Aediles, in fi.& Ant.Corſe.in ſuis ſingul.in verbo, venditio, incip.licet plures, qui eſt in fin.illius operis: vbi dicit de hoc eſſe tex.in l.cùm duo ſerui, ff.de in diem addict. Super quo tamen vide Signo.conſi.liij.ſuper prima, in princ.

22 *Quid, ſi è diuerſo, pretium in ſingulas res diuiſum, in unum cogitur.*

¶SED & idem denique, ſi ex contrario primùm fuerit diuiſum pretium in ſingulas res, & vnum ex omnibus coactum: videlicet hoc modo, vendo tibi domũ ſexaginta aureis, & fundum quadraginta, quæ quidem ſummæ in vnum retractæ faciunt centũ aureos. Nam nihilo minùs cenſentur eſſe plures venditiones, vt dicit Franc.Aret.in d.l.ſcire debemus.col.iij.verſ. & aduerte, ff.de verb.oblig.vbi de hoc dicit eſſe tex.not.& ſing.in d.l.ſi plura, idque ex eo dicit probari, quod ſcribit Barto.in l.vbi fideiuſſor, ff.de ſolut. quòd quando iudex in ſua ſententia exprimit diuerſas ſummas pro diuerſis cauſis, deinde dicit, quòd omnes ſummę ſimul faciunt ſummam centum aureorum, in quam reum condemnat, non dicitur reus condemnatus in centum, ſed in quantitates ſpecialiter & diuiſim expreſſas.

23 *Quid ſi conſtet, cõtrahentes non niſi omnes res empturos & uendituros fuiſſe.*

¶VERVM hæc omnia velim intelligas tribus aut quatuor modis. Primo, niſi conſtaret emptorem aut venditorem non niſi omnes res empturum aut venditurum fuiſſe: tunc enim licet in ſingula capita pretium ſit conſtitutum, cenſebitur tamen vna venditio: nec poterit in quibuſdam tantùm reſcindi: vt eſt tex.expreſſus in d.l.cùm eiuſdem, §.interdum.ff.de Aedili. edic.vbi ponitur exemplum, in quo id manifeſtum eſt. Quo ſubnixus Philip.Deci.d.conſil. ccccxxj.col.j.reſpondit, quòd ſi plures res ſingulis pretiis eodem inſtrumento ſint venditæ, quas tamen conſtat contrahentes non empturos aut vendituros fuiſſe, niſi omnes huiuſmodi contractus habebitur pro vna venditione: vnde & venditori agenti ad pretiũ obſtabit exceptio rei non traditæ, donec omnes traditæ fuerint. Quæ quidem omnia ad hunc noſtrum caſum ſunt notanda. Et faciunt ſcripta à Signo.d.conſi.liij.ſuper j.quæſt.in j.dubio.

24 *Pretio in ſingula iugera cõſtituto, an fertilia tantũ retrahi poßint.*

¶QVID enim dicemus in hac ſpecie, cùm quis ſimul emit centũ agri iugera, vel etiam fundum quempiam ſimpliciter, non deſignato numero iugerum, vno tamen eodemq; pretio in ſingula iugera conſtituto, quorum alia ſunt fertilia, alia ſterilia: dicemúſne, conſanguineum poſſe retrahere fertiliora, ſoluto illo ſingulorũ pretio, relictis ſterilibus? Et id certè iniquum foret & abſurdum, per l.qui vtilia, & l.quiſquis, C.de om.agr. deſer.lib.11. Et ita in hac ſpecie voluit, quiſquis is eſt, qui repet.fecit in l.j.C.de fund.rei pri.eo.lib.in 4.reg.fal.ij.conſiderationis. Nam & vt ad illam rationem redeamus, hic emptor veriſimiliter non erat ſterilia empturus ſine fertilibus, quamuis omnia æquali pretio emerit.

25 *An, quæ dicta ſunt in uenditione, habeant locum in datione in ſolutum.*

¶SECVNDO intellige procedere, niſi res duæ ſeparatim & diuerſo pretio fuerint datæ in ſolutum pro vno ac eodem debito: exempli gratia, tu mihi debes ex eadem cauſa trecentos aureos, pro quibus tu mihi das in ſolutum duos fundos, vnum ſcilicet æſtimatum centum aureos, alterum ducentos: nam cùm tunc conſiderata cauſa primitiua, eſſet vnum debitum indiuiduum, quod ſcilicet debitor non potuiſſet diuidere, & per partes ſoluere inuito creditore, l.tutor, §.Lucius, ff.de vſur.& habetur in d.l.quidam exiſtimauerũt, ff.ſi cert.pet.ideò etiam ex pòſt facto non debet admitti particularis redemptio conſanguinei, vt in hac ſpecie nuncupatim voluit Pet.Beſut.in d.l.ſcire debemus, ad fi.prin.ff.de verb.oblig.& ſequitur Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur, col.xiiij.verſi.ad iſta etiã adde, eo.tit.vbi dicit ad hoc facere duos tex.ſcilicet in l.tutor, ff.de fideiuſ.ibi, tituli cauſa reſpicienda eſt, & non titulus actionis.& tex. notab.in l.id quod, ff.de don.ibi cauſam & originem conſtitutæ pecuniæ præualere.

26 *Datio in ſolutum indiuidua.*

¶Quibus & adde, dationem in ſolutum omnino eſſe indiuiduam, eamq; totam, vel ob minimam partem reſcindi, atque infirmari.l.cùm amplius, ff.de reg.iur.& l.ſi non ſortem, §.ſi centum, ff.



tum, ff.de condi.indeb.vbi tex.rationem adducit huc admodum pertinentem, ne ſcilicet quis cogatur inuitus habere communionem. & Bartol.ibi dicit eſſe notandum pro dationibus in ſolutum, quæ quotidie fiunt, vt ſi fiant pro pluri quàm ſit debitum, vitientur omnino.& ſequuntur Fulg.Paul.Caſt.qui id dicit vtiliſsimum & quotidianum.& Alex.Fran.Cur. ſenior in addit.illius Socin. & Iaſ.ibi, & Bald.ſubobſcurè in l.ordo, in penulti.quæſt.C. de execu.rei iudic.& apertius in l.certi condictio, §.quoniam, {col.iij.} verſic.ſecundò ſi iudex, & ibi quoque Franc.Areti.Socin.colum.vlti.& Philip.Deci.col.j.in iij.notab.ff.ſi cert.peta.vbi Bald.ipſe ita dicit ſe conſuluiſſe, vti fecit conſi.ccccxcvj.tenor literarum, col.iij.verſicu.ſed hîc occurrit, lib.1.& quiſquis eſt inter conſilia eiuſdem conſi.ccxxiij.proponitur quòd vnus hæredũ, col.j. lib.2.& rurſus idem Bald.in c.quoniam, §.ſi autem, col.j.verſic.ſed quid ſi miſsio, extrà vt lit. non conteſta.Fulg.conſi.cxxxvij.quia ex facto ius oritur, in j.dubio, & conſi.clxxij.viſis proceſſu, col.ij.verſi.hoc itaque recepto, & conſi.cxc.viſis toto, col.ij.verſi. nec quenquã moueat. Raph.Co.in l.iuſtè poſsidet, & ibi etiam Alex.col.v.verſi.ibi autem decretum.& Fran.Aret.ff. de acquir.poſſeſ.Rom.Paul.Caſtr.& Alexand.qui id dicit not.& Iaſ.in l.j.§.ſed ſi mihi, & ibi quoque Alcia.num.22.ff.de verb.oblig.& idem Rom.in l.ſi is ad quem, ff.de acquir.hæred.& conſi.ccccl.præſens dubitatio, in fi.& conſi.ccccliiij.in re præſenti, col.ij.verſi.quinimo dicendum eſt.Flor.in l.in hoc iudicio, col.j.ff.famil.erciſc.vbi dicit Bart.ita ſe interroganti reſpondiſſe.Paul.Caſt.in d.l.ſi quis aliam, col.ij.verſicu.adde quartum caſum, ff.de ſolut.vbi id dicit ſingu.& conſi.clxv.viſis & ponderatis allegationibus, col.vlti.lib.2. vbi & id aſſerit procedere in minimo.Stepha.Bertrand.conſi.cclxix.viſo proceſſu, num.9.& 10.lib.3.Soci.conſi.lxxxij.in cauſa, paulò ante fi.lib.3.Philip.Dec.conſi.cccciij.quamuis in caſu, col.v.& conſ.cccclxxxvij. coram magnificis, col.ij.& Matth.Afflict.deciſ.Neap.ccxviij.petita, non ſemel, & iterum deciſ. ccclviij.in cauſa, ad fin.Carol.Rui.conſi.cxxxvj.primò videndum.col.ij.nu.5.lib.1. vbi & poſt alios dicit id quoque procedere in datione in ſolutum facta à parte, & conſil.clx.viſo, & col. pen.num.27.lib.2.& conſi.xvij.quia ſatis, col.iij.nu.6.lib.5.{& Franc.Curt.iunior conſil.clxx. ſacratiſsimæ, & c.habita, col.ij.num.3.}

27 *An ea procedant in datione in ſolutum conuentionali. An autem creditor poßit tunc pignori incumbere.*

¶Et facit etiam, quod in ſimili re diſtinguit Barto.inter venditionem, & dationem in ſolutũ. in d.l.ſi quis aliam, de ſol.& poſt eum Franc.Areti.conſi.ccxxix.conſultiſsime domine, col.j. Sed aduerte, quòd multi ex illis, quos ſuprà verſi.præcedenti citauimus, loquuntur in datione in ſolutum iudiciali. Suntq; qui negant id procedere in conuentionali, ſiue extraiudiciali: de quo vide Fran.Aret.& Soc.in d.§.quoniam, & Iaſ.in d.§.ſi centum, & Philip.Dec.in d.l. cùm amplius, & Alciat.in d.§.ſed & ſi mihi. Intellige autem (ne id omittamus) quòd etſi ea datio vitietur omnino, poterit tamen creditor rei ſibi datæ tanquam pignori incumbere, donec ſoluatur verum debitum.ita tamẽ vt fructus ſortem extenuent.l.Titia, cùm propter dotem, ff.de ſolu.quam in hoc dicit mirabilem Bal.in d.c.quoniam, §.ſi autem, vbi ſuprà.

28 *An quæ dicta ſunt procedãt in feudo & emphyteuſi. Vaſallus uel emphyteuta qui partẽ uendit, an eã tantùm partem amittat.*

¶TERTIO intellige, vt non procedant ſuperiora in feudo & emphyteuſi. Nam etſi plures res in feudum, vel emphyteuſim iiſdem pactis & oneribus conceſſæ fuerint, aut etiam vna eademq; res: tamen ſi vaſallus, vel emphyteuta, vnam rem ex multis, aut etiam partem vnius alienauerit, illam tantùm perdit, vt de feudo probatur in c.1.ibi, ſi totum, totum perdet: ſi partem, partem perdet, tit.de vaſal.qui contra conſtit.Lotha.& ibi gloſ.id intelligens ex eo colligit, neminem eſſe puniendum vltra quàm deliquerit: & allegat alia multa iura, & ibi quoque Bald.Mart Laud.& cæteri Recentiores & etiam text.in c.ſi quis miles, in verbo, totum, & ibi, Mart.Laud.& Card.Alex.qui id annotant & dicunt perpetuò not.titu.de feud.ſine culp.non amit.& in c.1.§.illud, & ibi gloſ.in verbo.retinet, & iterum in §.denique, in verbo, ſcriptum, & ibi quoque Aluar.in illo §.illud, in xxxij.concluſ.tit.quæ fuit pri.cau.benefi.amit. & glo.in c. vaſallus, in verbo, ex certa ſcientia. & ibi Marti.Laud.& Cardin.Alex.tit. ſi de feud.fuer.controuer.inter domi.& agna.& gloſ.in c.imperialem, §.callidis, in verbo, amittat.& ibi Bal.tit.de prohib.feud.ali.per Fed.glo.in c.1.§.aut ſi libellario, & ibi quoque And. Iſer.Bal. & Aluar.tit. quib.mod.feu.amit. idem Iſer.in c.1.in prin.col.ij.d.tit.ſi de feu.fuer.contro.inter do. & agna. Ioan.And.in c.2.ſuper glo.ij.& ibi quoque Imo.col.ij.& Panor.extrà de feud. contra glo.ibi. Ioan.Fab.in §.ſi verò, Inſtit.de leg.Bald.in c.1.colum.j.& iterum colum.iij.verſi.quæro vtrùm propter peccatum.& ibi latè Cardi.Alex.in prin.titu.de alie.feu.Soci.& Recentiores in l.iiij.§. Cato, ff.de verbo.oblig.Philip.Deci.conſi.dclxvij.non conſonat, circa medium.& Caro. Molend.in conſuet.Pariſien.titu.j.§.xiij.gloſ.v.num.7. Et de emphyteuſi voluerunt Guli.Cu. & Ang.in quibuſdam lecturis, vt aliqui referunt in l.cum Syllanianum, C.de his quib.vt indig. Raph.Co.vt à pleriſque citatur.in l.quidam in iure, §.donationem.ff.de donat. & Fran.Cur. ſenior conſi.lxxj.ſuper controuerſia, col.vlti, & Iaſon in l.vlti.chart.penul.verſi.decimotertiò quæro, C.de iure emphyt.

29 *De eadem re.*

¶Super quibus tamen vide ipſum Bal.Mart.Laud.& omnino Cardi.Alex. id latè tractantem in c.1.tit.quali.feud.olim ali.pote.& eundem Bal.in c.1.§.hoc quoque, col.v.verſic. tertia concluſio, tit.de ſucceſ.feud.& in d.c.1.col.j.in iij.notab.tit.de alie.feud. ipſum Card.in d.c.1.col.j. titu.de vaſal.qui contra conſtit.Lotha.Roffre.Beneuenta. quæſtione Sab.liij.Ioan.Hoſtien.in Sum.tit.de feud.§.quod hodie, poſt princ.& rurſum §.quibus modis, verſic.veruntamen. { &

Bald.conſi.cccxlj.qui litem habebat,lib.2.} & Rapha.Co.conſi.xlj.ad primum,in iij.dubio.& Barb.in d.l.iiij.§.Cato,col.xxj.verſi.mihi autem videtur,ff.de verb.obli.& conſi:xxxvj.ſapienter ſcripſit.col.pen.& vlti.lib.2.& Bapti.Cacia.inter conſi.Corne.conſil.xvij. dominus Ioannes,col.ij.verſi.ſextò præmitto,lib.2.& ibi ipſum Corne.in ſubſcriptione eiuſdem conſi.ad fi. & Fran.Aret.conſi.xiiij.viſo & diligenter,col.iij.verſi.vtrùm autem,& Franc.Curt. Iuniorem in tracta.feud.char.pen.iiij.partis,verſi.reſtat tamen adhuc.Lud.Gozad.conſi.lxxxvj. videtur, col.j.num.5.& iterum col.iij.nu.20. & vide quod in ſimili tractatur ab Angel.conſi.clxviij.ex iſto dubio,col.j.in ij.dub.vtrùm ſcilicet hæres qui in conficiendo inuentario vnam rem ſuppreſsit ac ſurripuit,ea tantùm priuetur,an omnibus.

30 ¶QVARTO modo intellige hunc §.noſtrum,qui negat admittendum conſanguineum volentem retrahere partem rerum venditarum vna venditione & pretio,vt non procedat in caſu nota.quem ponemus in gloſ.ſeq.nu.6.ex iſtis denique,iunctis præcedentibus:in quem locum volui id reiicere, quia in eum admodum quadrat:ſed hîc tantùm admonere Lectorem volui,vt ſciret caſum eſſe in quo hæc noſtra cõſuetudo locum non habet. Et cum his finem huic tractationi fecerim, modò & præter ea quæ ſuprà diximus, Lectores commonefaciam quorundam aliorum tex.ad hanc materiam pertinentium, videlicet in d.l.ſi ex toto,§.vlti.ff. de leg.j.& in l.vxorem,§.agri plagam,ff.de leg.iij.& in l.prædiis,§.Titio,& §.balneas, & §.vlti. eod.tit.& l.communi diuidundo,§.ſi debitor.ff.commu.diuid.

*Alij textus ad materiam pertinentes.*

31 ¶VERVM antequàm hinc abeamus, occurrit & hæc quæſt. Suprà locuti ſumus de venditione facta vni à duobus cum pacto de reuendendo. Quid, ſi è diuerſo vnus vendidit duobus fundum cum eo pacto: vtrùm venditor poſsit ab altero eorum partem ipſius redimere? In qua ſpecie interrogatus Steph.Bertr.reſpondit,eum poſſe: vtrunq; enim emptorem teneri in partes viriliter,l.reos,§.cum tabulis,ff.de duob.reis,vbi gloſ.adducit concord. Ita is voluit conſi.xlj.licet contractus,lib.3.vbi reſpondet ad id quod ſuprà diximus,quia vtriuſque caſus eſt aperta differentia:nam nihil hoc caſu,de quo nunc loquimur, intereſt vnius ex emptoribus,ſi partem ſuam reuendat:in alio autem caſu,de quo tam multa ſuprà ſcripſimus,intereſt ipſius emptoris,qui vnus eſt,ſi partem rei reuendit,vt ſatis ſuprà oſtendimus.

*Re ab uno duobus uendita,an poßit uẽditor ab altero partem ipſius redimere.*

32 ¶SED nec in hac tractatione illud omittemus,quod aliquando ex facto cõtingere vidimus. Quiſpiam conſanguineus meus vno eodemq; pretio ac contractu vendidit rem cõmunem, ipſius ſcilicet & meam,vti factũ in l.portionem,C.de commu.rer.ali.aut etiam duas res,quarum altera ipſius eſt,altera mea:an ego ſum audiendus,volens retrahere partem,aut rem venditoris tantùm,pro rata pretij,non etiam meam? Quod non videtur,propter noſtram hanc conſuetudinem,quæ non admittit conſanguineum volentem retrahere partem rerum venditarũ,& rationes,quas ſuprà adduximus: præſertim quòd emptor dicet ſe nõ fuiſſe empturũ, niſi rem ipſam integrã,aut illas duas res ſimul, ideò etiam nõ niſi vtraſque à ſe retrahendas.

*Si uno contractu & pretio, quis uendit rẽ ſuam & ſui conſanguinei, an conſanguineus poterit retrahere partem uenditoris tantùm.*

33 ¶Contrà quoque videtur:quia ſic ego cogerer emere partem ſiue rem meã,cùm rei ſuæ nulla ſit emptio,l.ſuæ rei,ff.de contrah.empt.Et ſi aliter diceremus, eſſet paratiſsima via atque apertiſsima volentibus fraudare conſanguineos: quia ſemper cum portione aut re venditoris iungerent portionem aut rem conſanguinei:qui ideò non poſſet rem & portionem venditoris retrahere,niſi & id damnum & incõmodum pateretur,vt ſimul portionem,aut rem ſuam emeret,eiuſq; daret pretiũ. Et ſi quis diceret,quantùm ad hanc rationem pertinet,quòd conſanguineus poſſet præſtando pretium rei ſuæ repetere:tamen ſi & id procederet, in eo quoque admodum incommodaretur,cùm multò ſatius ſit pretium ipſum retinere,quàm ſolutum repetere,l.iij.ff.de compen.& l.poſtulante,ff.ad Senatuſc.Trebel.cum ſimi.

*De eadem re.*

34 ¶Nec poteſt emptor,qui ſic emit rem aut portionem alienam cum re aut portione venditoris,ſe vindicare à mala fide,aut certè à culpa, ſi cauſari velit ſe ignoraſſe rem alienam emere: neque enim debuit ignorare rem huiuſmodi eſſe. nam ſicut qui cum alio contrahit, eſt vel eſſe debet non ignarus conditionis eius,l.qui cum alio,ff.de regulis iur.vbi glo.nuncupatim dicit eum eſſe in culpa,qui id ignorat:ita quoque pari ratione in culpa eſt, qui ignorat conditionem rei,quam emit,argumẽto illo receptiſsimo de perſona ad rem,l.qui plures liberos, ff.de vulga.& pup.& l.ſi quis inquilinos,§.ſi ita legatum,ff.de leg.j.

*De eadem re.*

35 ¶Vide igitur num diſtinguendum ſit,an venditor meus conſanguineus rem aut portionem illam meã poſsidebat,nécne:vt ſi poſsidebat,neceſſe ſit mihi totum pretiũ reddere, & poſteà ſi velim pro rata rei meæ idem pretium repetere,cùm & eam ipſam mihi neceſſe fuiſſet condicere,& repetere ab ipſo venditore conſanguineo meo poſsidente. Nam & videmus quòd in beneficio l.vlti.C.de edict.Diui Adria.tol. veniunt non ſolùm res, quæ fuerunt teſtatoris, ſed & eæ quoque,quas ipſe poſsidebat, etiam ſi non erat dominus. gloſ.in d.l.vlti. in verbo, fuerunt,& ibi Bart.Bald.Ioan.Fab.Ange.& alij.& facit text.in l.& non tantùm, in princi.ff.de petit.hæred.& in l.ſi quis libertatem,ibi,plus ait,eod.tit.& quod etiam ſcribit in ſimili Imo.in cap.cùm ad ſedem,poſt princ.extrà de reſtit.ſpol. Quodq; à noſtris traditur,poſſeſſorem ſacerdotij poſſe agere pro iuribus illius,& cogere debitores,vt ſibi ſoluant:nec eos poſſe domini quæſtionem referre,Fed.Sen.conſi.ciij.parœcianus. & Pan.in c.nihil,col.vlti.de elect.cum ſimil. Et propterea etiam liberatur,qui huic poſſeſſori ſoluit,vt reſpondit Pet.Ancha.conſil. cxvij.

*Quid, ſi ipſe uenditor rem ipſius conſanguinei poßidebat.*





cxvij.ſatis impertinens,circa medium.cum in fin.concord. Ad hæc,poſſum rem meam, quæ ab alio poſsidetur emere ratione poſſeſsionis,l.ſi aliquam,ff.de acqui.poſ.& l.ſi in emptione, §.rei ſuæ,ff.de contrah.empt. Nec prima facie præſumitur fraus ob poſſeſsionem, quæ facit, vt venditor poſsidens præſumatur dominus,l.ij.C.de probat.cum ſimi.

36 ¶An verò ego poſsim meo periculo contendere de proprietate rei meæ,antequàm eius pretium refundam,vt ſi ex euentu iudicij conſtet rem meam eſſe, nõ tenear pro eius rata pretiũ ſoluere:ſin aliter,tenear:ita tamen,vt ſi interim tempus retractus exierit,non ſim amplius admittendus,ar.eius quod in ſimili ſcriptum eſt ſuprà eo.tit.§.iiij.& eorum quæ ibi latè ſcripſimus in glo.iij.in verbo,*aura cours contre le retrayant*,num.1.& ſeq.atque etiam,§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.43.ſeptimò quia in præcedenti,& iterũ in §.xij.in gloſ.ij.nu.4.quartò quod terminus.Ego verò tutius crederem id facere,quod in præced.verſi.dictum eſt.

*An conſanguineus poßit euentum litis proprietatis expectare.*

## POVR LA PARTIE QVI SERA TENVE DE LVY, PRO EA PARTE QVAE SIBI IVRE FEVDI EST SVBIECTA, GLO. II.

1 HOC igitur intereſt inter conſanguineum,& dominum feudi,quòd conſanguineus non poteſt retrahere partem rerum venditarum, ſed debet totum retrahere,vel totum relinquere:dominus autem id poteſt tantùm retrahere,quod eſt in feudo ipſius. Prioris multas rationes adduximus in præcedenti glo. quibus hoc addere potes, conſanguineo ad ius competere non tantùm ratione vnius rei aut partis, ſed totius,vno pretio venditi:ideò non mirum eſt,ſi vnam rem tantùm retrahere non poſsit, & aliam non retrahere. At domino non competit niſi ratione rei, quæ eſt in ſuo feudo: ideò eam tantùm poteſt retrahere ſine alia. Alioqui ius domini poſſet illi auferri facillimè, facto contrahentium,miſcendo ſcilicet aliquid etiam minimum,quod nõ eſſet in ſuo feudo.quod fieri non debet,§.ſed non ſolùm,in authen.de nup. neque enim alteri per alterum debet iniqua conditio afferri.l.non debet.ff.de reg.iur.& ibi concord.

*Dominus an poßit retrahere eam partem tantùm, quæ eſt in feudo ipſius,uide infrà num.4.*

2 ¶Atque ita in ſimili ſtatuto,illo videlicet,vt vicinus habeat ius retrahendi reſtituto pretio vt hîc habet conſanguineus,ſi quis vno contractu ac pretio vendat res duas,quarũ vna ſit mihi vicina,altera non ſit: poſſum retrahere eam quæ mihi vicina eſt,& alteram non vicinam relinquere:vt per multa expreſsim,& in hac ſpecie tenuit Bald.in tracta.Protomixeos,col.pen. verſic.ſed pone quòd quis habens,& poſt eum Matthæ.Afflict.in eodem tracta.in verbo,ſcriptum eſt,col.ij.verſi.quartò not.vbi vterque dicit,aliud eſſe, ſi totum id quod venditum eſt, eſſet mihi vicinum,& vellem partem tantùm retrahere: tunc enim non eſſem admittendus: ſicuti diximus de conſanguineo,qui ius habet retrahendi.

*Et uicinus quoque rem uicinam.*

3 ¶EX QVO & ego infero ad caſum retractus feudalis, quòd ſi quis vno contractu & pretio plures res emerit,quæ quidem omnes ſunt in feudo eiuſdem domini,nõ poterit is dominus iure feudi aliquas earum retrahere,& alias relinquere:nam tunc non ſumus in caſu huius cõſuetudinis,quæ loquitur,quando pars tantùm eſt in feudo vnius, vt ipſe ſcilicet eam partem tantùm poſsit retrahere:quòd ſi res omnes ſunt in eiuſdem feudo,non video cur poſsit partem retrahere,per ea quę abundè diximus in præced.glo.& in hac etiam,in pręcedentib.verſ. Et ſecundum hanc noſtram ſententiam eſt expreſſa conſuetudo Aruernorum tit.xxj.qui eſt, *des emphyteoſes & louages*,cap.8.& ſeq.quibus ſtatuitur, non poſſe dominum retrahere iure feudali partem rerum feudalium, ſi omnes ſunt in ſuo feudo. Quòd ſi ſint in diuerſis feudis, poteſt eas retrahere,& reliquas relinquere,niſi emptor ei totum offerat. Quod idem repetitur tit.xxij.qui eſt *des fiefz*,cap.22.& duobus ſeq. & eſt eadem conſuetudo apud Altam Marchiam,cap.275.& ſeq.de quo vide quæ dicam inferius,nu.8.& hæc faciunt,& ſeq. An autem ceſſante ea conſuetudine in vltimo articulo,poſsit emptor totum relinquere,vide quæ diximus ſuprà eo.tit.§.xj.in verbo,*il y ſera receu pro rata*,quæ eſt glo.vij.eius §.nu.3.at in caſu.

*Dominus non poteſt rem unam ex multis quæ omnes ſunt in ſuo feudo,redimere. Conſuetudines.*

4 ¶Cæterùm Guid.Pap.deciſ.Delphi.cccccviij.pone aliquis,dicit quòd ſi quis vno pretio emit plures res,quæ ſunt in dominio directo vel emphyteuſi diuerſorum dominorum, nõ poteſt vnus dominorum partem retrahere iure prælationis: per quædam ex iis, quæ allegauimus. Quod & ante eum,licet non alleget,tenuerunt Guli.Cu.& Albe.in l.ſi duo patroni,in prin. ff.de iureiur.per l.fundus ille,ff.de contrah.empt.quos ſequitur Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur,col.xiij.verſic.ad idem pro iſta deciſione.ff.de verb.obli.& Fran.Rip.in repe.l.quominus,col.vlti.verſicu. ſed pone quòd volens,ff.de flumi. Licet contrarium videatur tenere idem Guid.Pap.deci.Delphi.ccccxj.dominus directus,verſi.ſunt duo domini,vbi dicit,quòd ſi in hoc caſu vnus dominorum velit retinere,alter nolit,ſed vult inueſtire emptorem ſolutis laudimiis,vterque ſuo iure vtetur,per l.j.§.ſi alter ex hæredibus,ff.quor.lega.licet (inquit) contrarium videatur,per l.quod ſi vno,ff.de in diem addict.quam citauimus in gloſſ. præcedenti,in princ.& idem repetit ſingu.cccclxv.verſic.ſunt duo domini. Sed tu hîc omnino vide quæ ſcripſimus ſuprà,d.§.xj.glo.vij.d.nu.3.& ſeq.& quod in ſimili tradit Albe. poſt Rayn. & Guli.Cu.in l.communis,ff.de in ius voc.

*Quid ſi unus dominorum uult retrahere,alter laudimia accipere.*

5 ¶Et pro hac vltima opi.& noſtra etiam conſuetudine,quæ ius facit domino retrahendi par-

*De eadem re.*

tem,quæ in ſuo feudo eſt,eſt Bal.& Matth.Affli.vbi ſupra,vide Old.conſi.xxxiiij.quæſtio talis eſt,& Ioan.And.qui præceptoris non meminit in addi.Spe.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſi. lxxij.& Albe.ipſum,qui vtriuſque nomen ſuppreſsit,in l.per fundum,col.ij.verſ.vltimò quærit.ff.de ſerui.ruſti.præd.quibus locis tradunt, quòd ſi quis teneat in emphyteuſim quædam molendina,videlicet à quodã capitulo pro octaua parte, & à quibuſdam nobilibus pro aliis ſeptem partibus, & iſte emphyteuta vendit molendina cum conſenſu capituli & nobilium, vno excepto,qui vult partem ſuam,quam etiam habet pro indiuiſo, ſibi retinere iure dominij:certè id facere poterit,per tex.in d.l.per fundũ, & alia quædam iura:nec poſſunt alij conſortes eundem in iure retentionis pro ſua parte impedire. Et ſequitur Franc.Rip.Alber.tantùm mentione facta,lib.reſpon.15.c.1.ſub rub.de feud.& iure emphy. & in l.j.col.xj.num.41.ff. de pigno. Sed tu hîc vide Fran.Curt.iuniorem in tract.feud.q.vj.quartæ partis,& Ioã.Berbe. in ſuo Viatorio iuris,tit.de locat.char.5.verſic.quæritur etiam è contrario,& omnino Carol. Molend.in conſuet.Pariſien.tit.j.§.xiij.q.iterumq; in vij. & Ferro.in conſuetu. Burdig.titu.de retractu,§.ij.verſi.& ſi plures.& iterum tit.de feudis,§.vij.& iterum §.ix.

*Si conſanguineus nõ poſſit unam partem retrahere, an poterit alteram.*

6 ¶Ex istis denique infero,quòd ſi conſanguineo non competeret ius retrahendi totum id quod venditũ eſt vno pretio:verbi gratia,Mæuius & Titius vendiderũt ſimul rem quampiam communem,quia fortè eandem ſimul comparauerant. Conſanguineus Mæuij non poteſt iure conſanguinitatis retrahere partem Titij, cuius non eſt conſanguineus:ſed certè poterit partem Mæuij tantùm retrahere. Et de hoc eſt caſus,ſi non oſcitanter inſpiciatur,in cap. conſtitutus,extrà de in integ.reſtit.Nam ibi ij qui reſtituuntur in integrum,non poterant redimere partem ſuam à patre eorum conſenſu venditam : ideò quantùm ad eam partem,alio remedio eis prouidetur. Tamen admittuntur ad retractum alterius partis vi conſuetudinis, quamuis vtraque pars eodem contractu & pretio fuiſſet vendita,vt ibi dicitur. Quod nota, quia nondum vidi eum tex.in id ab aliquo annotatum.

*De eodem.*

7 ¶Et hoc quidem confirmo alia ratione ex verbis noſtræ conſuetudinis, cùm dicitur , *& ſi le lignagier ne veut retraire le tout* : nam ea verba non poſſunt adaptari,niſi ad eum,qui poteſt retrahere totum,ſi velit,l.quis ſit fugitiuus, §.idem ait ſi ſeruus,ff.de Aedili.edict. vbi is dicitur non velle,qui poteſt facere,& non facit.& l.nolle adire,quæ eſt iiij.ff.de acqui.hæred.vbi non videtur nolle adire,qui non poteſt.& l.pater Seuerinam,in prin.ff.de cond.& demon.ex qua not.Bart.quòd non dicitur nolle nubere,quæ nubere non poteſt, quia nondum viripotens eſt,& l.ab adminiſtratione,C.de leg.ex qua no.Bal.quòd non nocet nolle ei,qui velle nõ poteſt,inſertq; poſt Iaco.Butr.ad ſtatutum, quod punit declinantem iuriſdictionem poteſtatis, vt non habeat locum in clerico , qui etiam ſi velit,non poteſt litigare coram iudice ſeculari, & ſequuntur Ange.Raph.Pau.Caſt.Alex.Corne.& Iaſ.ibi.

*Si res patrimonialis & acquiſititia ſimul uendantur, poteſt conſanguineus rem patrimonialem tantùm retrahere.*

8 ¶Et hæc faciunt pro conſuetudine,quæ eſt in quibuſdam locis Franciæ,videlicet, quòd cùm ex eorum locorũ conſuetudine retractus non habeat locum in quæſtibus,nec in rebus quoque patrimonialibus,quæ non proceſſerunt à linea retrahentium, ſi quis ſimul eodem contractu & pretio vendat rem patrimonialem,& rem acquiſititiam , aut etiam plures res ex diuerſis lineis:conſanguineus venditoris ex altera tantùm linea poterit retrahere rem patrimonialem,quæ ex ſua proceſsit linea,& alteram relinquere,quæ eſt acquiſititia , vel etiam eſt ex alia linea. Hæc enim eſt conſuetudo Meldenſibus,cap.104.& Melodunenſibus,c.57. Laudunenſibus,in Veromandia huius tit.§.xij.qui eſt totius tertiæ partis lxxxvij.& ſeq. Verùm Aurelianenſibus res patrimonialis attrahit ad ſe rem acquiſititiam , cap.299. At Turonenſibus eſt in facultate emptoris admittere conſanguineum,vel ad totum,vel ad eam partem,quę ex linea eius eſt,vt ſcribitur hoc eod.tit.conſuetudinum eius loci,cap.22. Similiterq; Cenomanenſibus,cap.378.& Andegauenſibus,c.368.Aruernienſibus,tit.*de retraict*, cap.29.iunctis duobus præcedentibus,& Borbonienſibus,cap.447.& ſequen. & Niuernenſibus,hoc quoque tit. §.xxvij,& Marchienſibus huius item tit.c.22.quod eſt omnium cclxxxij.& ſequen. Lodunenſibus hoc item titu.§.xx.

*Conſuetudines.*

*Sed quid,ſi emptor res omnes offerat reuendere.*

9 ¶Et ego ſanè in ea ſum ſententia , vt licet his caſibus , quibus conſanguineus poteſt tantùm partem retrahere,poſsit eandẽ petere ſine altera,oblato pro rata pretio: ſi tamen emptor offerat totum eidem relinquere,reſtituendo integrum pretium venditionis , tenetur conſanguineus totum retrahere,vel totum relinquere,per text.not.in l.tutor,§.j.ff.de minori.cùm dicitur:Reſpondi,eatenus reſcindi,niſi emptor à toto contractu velit diſcedi , quòd partem empturus non eſſet. Et facit optimè text.in l.communi,§.ſi debitor,ff.commun.diuidun. atque etiam id quod voluerunt Guli.Cu.& Alber.in d.l.ſi duo patroni,ff.de iureiur. & quod diximus ſuprà eod.tit.§.xj.gloſ.vij.quæ eſt in verbo, *il y ſera receu pro rata*, nume.3.at in caſu,& aliquid etiam diximus ſuprà hac eadem gloſ.num.3.& ſequen. Tametſi Bald.aliud videtur voluiſſe in tracta.proto.colum.penulti.verſic.ſed pone quòd quis, & ibi quoque Afflict. in verbo,ſcriptum eſt,col.ij.verſi.quartò not.

*Quid,ſi è diuerſo,ſi cõſanguineus uult totũ retrahere.*

10 ¶Sed hîc dubium aliud eſt,ſi è diuerſo conſanguineus vult totum retrahere, quod ſcilicet patrimoniale eſt,& quod acquiſititium,an cogetur emptor ei totum relinquere, reſtituto integro pretio. Dic quòd non,vt in ſimili voluit Alber.in d.l.ſi duo patroni,ff.de iureiu. quòd

vnus



vnus ex duobus dominis rei emphyteuticæ non poteſt inuito emptore retinere totam rem emphyteuticã reſtituto toto pretio,ſed ſuam tantùm partem,per tex.in l.in bello,§.ſi ſeruus plurium,ff.de capti.& poſtlim.reuer.& idem voluit ipſe Albe.in l.pen.§.j.ff.locat.per l.vlt.in prin.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& l.ſi ſeruus duorum,ff.de acq.hær.quæ l.nõ extat, & l.ſi ſeruus plurium,ff.de ſtip.ſeruo.quæ item non extat, & puto Codicem Alb.corruptum.Subditq; id videri expreſſum in l.ſi hac lege , §.quoties,ff.qui & à quib.manu.Et id quidem puto veriſſimum,licet contrariũ teneat Fran.Ripa.in d.l.quò minus,in fi.ff.de flumi.dicens id voluiſſe Soc.& Iaſ.in l.j.§.ſed & quoties,ff.ad Trebel.qui id tamen non dicunt.Sed Soci.aliud quidpiam ſimile,de quo dicemus tit.ſeq.§.j.glo.vj.in verbo,*ouſſes heritiers*,nu.33.at maius,& multis ſeq.vbi etiam multa videbis ad hanc rem pertinentia,quæ ibi omnino videas.

## §. XXIIII.

SI AVLCVN achepte in globo,& pour vn pris pluſieurs choſes eſtans en pluſieurs fiefz & ſeigneuries,à luy eſt eſtimer & liciter que vault la choſe eſtant en chaſcune deſdictes ſeigneuries. Et à chaſcun deſdictz ſeigneurs reſpectiuement appartient d'eſlire dedans le temps de la couſtume ( qui eſt huict iours apres ladicte exhibition de contractz ) les ventes & honneurs, ou prendre la choſe par puiſſance des fiefz.

*SI QVIS ſimul vnoque pretio res plures emerit in diuerſis feudis & dominiis ſitas,ipſius eſt æſtimare, quanti quæque res in vnoquoque feudo ſita valeant. Et ſingulorum dominorum, eligere intra tempus conſuetudinis ( quod eſt octo dierum ab exhibitione tabularum ) velintne laudimia accipere,an rem iure feudi vendicare.*

## GLOSSA VNICA.

*Si conſanguineus uno pretio emit res diuerſas diuerſorum feudorũ, quomodo fiet æſtimatio laudimiorum.*

1 HIC §.fortè melius collocaretur ſub tit.huius volu.ij.qui eſt *des droictz de ventes & honneurs,& de prendre la choſe par puiſſance de fief*, quem collocauimus ante §.14. totius huius volu. Hîc tamen non omnino ineptè ponitur , quia veluti obiter & tranſeunter declarat vltimã partem præcedentis §.vt plerunque fit in noſtris legibus. Atque etiam hinc occaſione ſumpta,declarabimus quæſtionem huic maximè loco & titulo conuenientem. Quid enim ſi conſanguineus emit vno pretio res diuerſas , & in diuerſis feudis ſitas (quo caſu domini feudorũ non poſſunt vti iure prælationis, cùm conſanguineus ipſe qui emit,eis præferatur, vt ſuprà cautum eſt huius titu.§.xx.& d.tit.ij.§.ix.) quomodo igitur fiet hæc rerum emptarũ æſtimatio? nam in hoc caſu fieri non poteſt,quod hîc ſcribitur,cùm hæc æſtimatio ab emptore fit,vt poſteà dominus eligat vel laudimia , vel rem iure prælationis.Igitur æſtimabit iudex,deducta ſcilicet aliarum rerum æſtimatione, & facta omnium collatione:vt in ſimili dicitur in l.quod ex Pamphila, & l.qui ſolidum , §.j.ff. de leg.ij.& optima glo.in l.ſi plura,ff.de Aedil.edict.& Bal.loquens in ſtatuto præferente vicinum extraneo,in tract.Protomixeos,col.vlt.verſi.ſed quomodo fiet æſtimatio.& Matthæ. Afflict.in eod.tract.in verbo,ſcriptum,col.iij.verſi.ſed iterum quæro,pone.

*An dominus poſſit queri licitationẽ in caſu huius §. ab emptore factã eſſe iniuſtam.*

2 ¶Illvd autem quæſtionis eſt,ſi cùm emptor licitauerit rem,quæ eſt in feudo alicuius,dominus ipſe queratur iniuſtam eſſe licitationem,id eſt,aut iuſto pretio minorem, cum ſciret emptor non vanis argumentis ductus,dominũ non redempturũ,quia fortè inops eſt nummorum:aut è diuerſo maiorem,cùm intelligeret dominũ omnino redempturũ propter vicinitatem,aut aliã huiuſcemodi veriſimilẽ affectionem.Ideò petit dominus,ne ſtetur licitationi emptoris,ſed res ipſa arbitrio boni viri æſtimetur:emptor autem negat id fieri debere,ſed ſequendam eſſe conſuetudinem : quæ primùm illi ius facit licitandi, deinde & domino eligendi:vt ſcilicet ſi emptor modicè æſtimet,dominus rem redimat:ſi immodicè,laudimia recipiat:eiúſque rei rationem eſſe,vt cogatur emptor iuſtè licitare : ne ſi iniuſtè ac malignè id faciat,mox ſuæ iniuſtitiæ & malignitatis pœnas luat:idq; fiat ſine lite aut ſumptibus.Et certè clara eſt & aperta noſtra conſuetudo,licitationem eſſe emptoris,optionem domini:ideoque dominum ipſum cauſari non poſſe iniquã eſſe aut iniuſtã emptoris licitationem,nec ſequẽdam eſſe conſuetudinẽ:nam vbi eſt caſus legis vel ſtatuti,ibi nulla eſt quæſtio vel dubitatio, l.ancillæ,& ibi gloſſ.in verbo , quæſtio. C.de furt.& cùm in verbis nulla eſt ambiguitas,non debet admitti quæſtio voluntatis,l.ille aut ille,§.cùm in verbis,ff.de leg.3.cũm ſimi.

*Quid ſi ex ſtatuto maior debet diuidere, minor eligere.*

3 ¶Et ita in ſimili quæſtione reſpondit Corn.conſi.234.licet in hac,per totum, libr.1.ibi enim huiuſcemodi ſpecies eſt:Statuto Senarum cautum eſt,vt maior natu fratrum diuidat hæreditatem,& poſteà minor eligat. Minor quiſpiam petebat recedi à ſtatuto , & diuiſionem fieri arbitrio iudicis,reſpondit Corne.cum non eſſe audiendum , ſed omnino ſtandum eſſe ſta-

tuto,& diuiſioni factæ à maiori,per multa alia illic allegata,quæ ſunt in promptu omnibus. Sed & idem Corne.de eodẽ ſtatuto loquens,conſi.ccxxxix.viſis ſtatutis,lib.3.negat arbitros poſſe ab eo recedere, ſed id omnino ſequi debere , ſi tamen ei locus ſit , quia nullum aliud extat,quod id in aliqua certa ſpecie impediat,aut partes tacitè vel expreſsè eidem renuntiauerint. Et ex illic ſcriptis intelliges,etiã maiorẽ non poſſe ſe huic diuiſioni eximere inuito iuniore,cui poſteà datur optio,vt ſic etiã intelligas in caſu noſtræ conſuetudinis,non poſſe emptorem hanc licitationem effugere.

*Quid ſi ſit euidẽs fraus aut iniquitas.*

4 ¶Quod tamen intellige in illo priori caſu,vt ſcilicet licitationẽ ab emptore factã non poſsit dominus impugnare,vt ſuprà diximus , niſi in ea licitatione eſſet euidens quædã fraus aut iniquitas:tunc enim eam poſſet dominus ad arbitrium boni viri reuocare,argu.l.in ſumma, verſi.ſinautem euidens calumnia , ff.de condi. indebi.vbi id quod datur ob tranſactionem, non poteſt repeti,tanquam indebitũ,licet nulla res media fuerit:nam hoc ipſum quod à lite diſceditur,cauſa videtur eſſe:niſi tamẽ euidens calumnia detegatur. Ex eoque limitant plerique omnes eam cõmunem noſtrorum ſententiam , quæ negat in tranſactione locum eſſe remedio l.ij.C.de reſcin.vend.vt ſcilicet non procedat,ſi in ea ſit euidens calumnia. Et facit quod per eum tex.voluit Bar.ibi,& in l.ſub prætextu inſtrumenti,C.de tranſ.& glo.in l.poſt rem,ff.eod.tit.& Ang.conſi.xciiij.cùm lis & quæſtio,col.vj.verſi.pro hac parte.

*De eodem.*

5 ¶Et vt id apertius intelligas,audi ſimile quidpiã,quod huic loco admodũ conuenit. Vetus lex erat cuiuſmodi eſt illud ſtatutum Senarum de quo ſuprà locuti ſumus,vt frater maior diuideret patrimonium,minor eligeret:cuius meminit Seneca libr.6.declamationum,idque etiam non pauci dicunt ex legibus noſtris eſſe obſeruandũ,vt latiſsimè ſcripſimus in noſtro tractatu Primigeniorum,quæſt.lx.Finge igitur & aliam quoque legem eſſe,qua liceat filium ex ancilla tollere:nam & id Seneca eodẽ in loco aſcribit. Quidã igitur cùm haberet filium legitimum,alium ex ancilla ſubſtulit,deinde deceſsit:maior frater ita diuiſit hæreditatem,vt totum patrimonium ex vna parte poneret,ex altera nothi matrem , ſicque cogetur minor frater,aut matre carere,aut integro patrimonio,id eſt , aut matrem apud alium in perpetua ſeruitute relinquere,aut mendicum & rerum omnium inopem manere.

*Senecæ elegãs declamatio.*

*De eadem re.*

6 ¶Et certè nemo hoc in caſu cenſeret ſtandum eſſe huic diuiſioni,ſed eam omnino reiiciendam,vt etiam nuncupatim è noſtris dicit Petr.Anch.in repe.c.j.char.15.in paruis,col.iij.verſi. in hac quæſtione,& eſt in fi.v.quæſt princ.extrà de conſtit.& Io.Plat.in in l.j.C.de his qui ſe defer.lib.10.& in §.vltim.Inſti.pro Soc.& Maria.Socin.conſi.lxv.circa primam quæſtionem, col.vj.verſic.fit enim.& Stepha.Fed.in ſuo opere de legum interpretatione,in ij.parte princ. chart.pen.motus hac ratione , quæ optimè facit ad hunc caſum:quia lex dans fratri maiori facultatem diuidendi,ſemper intelligenda eſt voluiſſe excipere dolum,& captioſam diuiſionem,arg.l.cùm Aquiliana,in fi.ff.de tranſact.& l.ſi vxori,ff.de aur.& arg.lega.de quo & nos latiùs diximus in d.tractatu. Primigeniorum , vbi ſuprà. Et ego quoque cenſeo , ſi ſimile quidpiam contingeret (quod vix fieret) eam licitationem eſſe reformandam.Eſt autem ( ne id omittamus ) eadem conſuetudo,& iiſdem omnino verbis,apud Engoliſmenſes,ca. lxxj. & Sanctones Angeriacos,cap.liiij.

*Cõſuetudines*

*Si dominus elegerit,an poterit uariare.*

7 ¶Sed & illud in dubium quoque vocatur,ſi ſemel dominus vnũ elegerit,vel laudimia,vel rem iure prælationis,vtrùm poterit poſteà variare.quod videtur ex l.eum qui certarũ , §.j.ff. de verbo.obligat.vbi qui habet electionem à lege,poteſt quoties volet,mutare voluntatem. Verùm hæc res in vniuerſum patitur multas diſtinctiones atque limitationes , quas hîc referre prolixũ foret.Ideò ibi vide pleniſsimè per glo.Bar.Bal.Ang.Imo.Pau.Ca.& Fran.Aret. ex quibus planè intelliges,an,quomodo,quãdo & quoties id fieri poſsit. Sed & tu vide tex. in l.ſi quis ſtipulatus ſit,& ibi quoque Doct.præſertim Alex.& Franc.Aret.ff.de verb.obli.& in l.ſi fundus,§.eleganter,& ibi doct.ff.de lege commiſ.& in l.huiuſmodi, §.Stichum , & ibi glo.Bar.& alios,ff.de leg.j.& in l.ſtatuliberum,§.j.& ibi glo.& Bar.ff.de leg.ij.& omnino gloſ. notab.in c.gratia,in verbo, eligas,quæ eſt vlt.glo.& omnes Doct.& quæ ab iis allegantur,de reſcript.lib.6.Dy.in c.quod ſemel,& iterum in c.mutare,de reg.iur.lib.6.Bart.conſi.cj.Giraldus,in iij.dubio.Albe.in l.ſerui electione,ff.de leg.j.Bal.conſi.ccccxij.verba teſtamenti, ad fi. lib.1.& Zenzel.in extrauag.Io.22.incip.ſuſcepti regiminis,in verbo tranſeat.Alex.Franc.Are. Iaſ.& Franc.Rip.poſt alios Antiquiores in d.l.ſerui electione,ff.de leg.j.Ex quibus item locis intelliges,an & hîc liceat emptori,qui ſemel licitauerit,variare.

*Quid ſi deceptio interuenerit facto partis. Quid,ſi facto alterius.*

8 ¶Modò illud non neſcias,poſſe ſemper vtrũque variare,atque ex integro licitari aut eligere, ſi deceptus fuerit alter in licitatione,alter in electione fraude alterius partis,l.ſcyphi,quæ eſt 4.cum l.ſeq.ff.de opti.leg. Quid autem ſi fraude tertij,videbis per glo.ibi,& in l.ſi quis affirmauerit,in prin.ff.de dol.mal.vbi etiã eſt bonus text.& quæ in ſimili dicuntur in l.eleganter, in princ.ff.de dol.mal.& in l.qui cum tutoribus,§.qui per fallaciam , ff.de tranſact.& in l.vlt. in princ.in verſic.planè,& ibi Bar.& alij,ff.de eo per quem fact.erit.& per glo.& Doct.in l.j. C.de inſtit.& ſubſtit.Spec.titu.de aduo.§.vlti.verſic.ſed quid ſi ex induſtria. & Barto.in l.in teſtamento ita erat ſcriptũ,ff.de condi.& demon.& Alb.in l.ſi quis cùm aliter, col.vlt.verſic. expeditis,ff.de verbo.obli.& Ioan.Fab.in l.j.col.vlt.verſi.illud autem conſtat.C.de teſti.mil.

Et in



Et in multis ex iis locis videbis,an aduerſus illum tertium agi poteſt , præſertim in d.l.vlti. de eo per quem fact.erit, de quo vide quid dicam infrà eod.tit.§.xxxv.in gloſſ.iiij.in verbo, *ignorans,* nume.33.ſed hîc in dubium. Quid autem,ſi ſine fraude,aut dolo partis,vel alterius, ſed mero errore eligentis,vide tex.in l.mater,& ibi Bald.in l.vlt.not.vbi allegat Ariſtotelem, ff.de inoffic.teſt.& Zenzel.vbi ſuprà.

*Quid ſi mero errore eligentis.*

*Electionem in alium trãſire, ſi intra tẽpus ea facta non fuerit.*

9 ¶Illvd autẽ ſcire debes,quòd cùm alicui datur electio intra certũ aliquod tempus facienda,ſi id non faciat,tranſit electio ad aliũ,ſiue detur electio à Iure vel ſtatuto.c.ſi pluribus, in fi.& ibi Domi.in verb.ſi verò,in iij.not.de præben.lib.6.& c.vlt.in fi.de cõſuet.eod.lib.6.& in extrauag.Io.xxij.in c.ſuſcepti regiminis,verſ.quã electionem,ſiue ab homine,d.l.ſtatuliberũ. §.j.ff.de leg.ij.& l.mancipiorũ,& l.ſi tibi,ff.de opt.leg.& c.ſi tibi,de præben.gloſſ.in d.c.vlti.in verbo,duntaxat,de conſue.lib.6.Et vtrũque voluit Zenzel.in d.extrauag.ſuſcepti regiminis, in verbo tranſeat.& Pet.Anch.in d.c.ſi pluribus,in vj.eodemq; vlt.not.Et facit quod voluit glo.in l.hæredes mei,§.ſi incerto,in prin.ff.fam.erciſ.& in l.legato generaliter , in gloſſ.j.circa med.ff.de leg.j.& in c.inter cæteras,in verbo,quodcunque,extrà de reſcript.

*De eadem re.*

10 ¶Et id generale eſſe dicit Ioan.Fab.in l.cùm quidã,in fi.C.de verb.ſigni.vt ſcilicet ſi tempus fuerit præſtitutum optioni,alteri deuolutum eſſe cenſeatur,trãſacto eo tempore,etiam ſi id dictum non fuerit.per d.c.ſi pluribus,& l.ſi quis, C.de fideicom.liber.& l.j.ff.de optio.leg.& rurſus idem Fab.in §.ſi generaliter,ad fi.Inſti.de lega.& Alb.& Bar.in d.l.eum qui certarum. §.j.ff.de verb.obl.vbi & ad hoc ipſe Bar.allegat l.j.cùm l.ſeq.ff.de ſol.Et hinc Pet.& Iac.Aret. & alij nonnulli in ead.l.eum qui certarum , §.j.aſſumunt eam practicam, vt cùm quid eſt in electione alicuius,ſtatuatur ei tempus ad eligẽdum:& ſi id non fecerit intra ſtatutũ tempus, transfertur electio in aduerſarium.De quo tamen vide Imo.& omnino Franc.Are.ibi,col.j. & ij. Sunt autem & qui dicunt tranſacto tempore ad eligendum præſtituto , ſi electio facta non fuerit,cenſeri electam rem,quæ deterior eſt ei,qui eligere debuit,arg.l.ſcimus, §.penult. C.de iure delib.vt etiam per Bart.in d.l.eum qui certarum,§.j.

*An dominus petendo laudimia uideatur elegiſſe.*

11 ¶Illvd quoque quæri poteſt,vtrum dominus ſimpliciter petendo laudimia ab emptore extra iudicium,videatur elegiſſe,ita vt amplius non poſsit petere rem ipſam:quod videtur, per id quod in ſimili dicitur in l.Aemilius,ibi,pretium petendo,ff.de minori.& quod tradit Albe.in l.ij.col.iiij.verſi.quid ſi dominus petit,& ibi quoque Iaſ.col.xlij.nume.128.C.de iure emphy.dominum ſimpliciter petendo ſolutionem canonis , ſibi præiudicare in iure expellendi,in iis caſibus , in quibus ſibi præiudicium facit recipiendo. Et quod item ſcribit ipſe Albe.& Sal.in l.commiſſoriæ, C.de pact.inter empt.& vend.& quæ dicam infra titu. ſeq.§.j. gloſſ.ij.in verbo, *à tel temps,* nu.62.quid autem ſi non.Sed tu de hoc vide Carol.Molend. in conſuetu.Pariſi.tit.j.§.xiiij.nume.4.Qua etiam in glo.alia multa tractat,quæ ad hunc locum pertinent , ibi eum omnino vide. nam cùm (vt iam diximus in princ.huius gloſ.) non ſint propria huius noſtri titu.ea omittenda ducimus.

*An hæc iura licitãdi & eligendi trãſeãt ad hæredes.*

12 ¶Sed quia noſtra conſuetudo nuncupatim tradit facultatem emptori licitandi , & poſteà domino eligendi , poſſet dubitari , an huiuſmodi facultas tranſeat ad hæredem vtriuſque. Sed tu vide text.in l.illud,& ibi Bart.& alios,ff.de opti.lega. Ex quibus facilè intelliges,quid hîc dicendum eſt,& vide etiam quæ dicam infrà eod.tit.§.xxvj.glo.j.nu.76.vigeſimoquartò. & iterum glo.iij.nu.33.incip.trigeſimoſeptimò.

## §. XXV.

EN CHOSE mobilaire [a] n'a point de retraict : ne en donation par prouiſion de corps.[b]

*IN RE MOBILI non eſt locus retractui [a] , neque in donatione facta nomine alimentorum[b].*

### EN CHOSE MOBILAIRE, IN RE MOBILI, GLO. I.

*An retractus habeat locum in mobilibus ſi uendantur cum immobilibus.*

HOC intellige,cùm ipſæ res mobiles per ſe venduntur. Quòd ſi ſimul cum rebus immobilibus,vel acceſſoriè,& in cõſequentiam earum venduntur, videtur & res ipſas mobiles tunc venire in retractum , argu.l.eum qui, ff.de vſucap.& l. longæ.ff.de diuer.& temp.præſcr.& l.j.§.planè ſi quæ,& l.pen.ff.de vi & vi arma. Sed tu de hoc vide quæ ſcripſimus ſuprà eod.titu.§.j.glo.vij.quæ eſt in verbo, *ou autres choſes cenſées pour immeubles,* num.81.nunc autem,vt ad alia,& multis ſeq.Ex quibus intelliges,quid hîc dicendum eſt.

### NE EN DONATION PAR PROVISION DE CORPS, NEQVE IN DONATIONE FACTA NOMINE ALIMENTORVM, GLO. II.

*Retractus non habet locũ in donatione.*

1 IN ſimplici donatione non eſt dubium retractũ non habere locum.nam ei locus eſt tantùm in venditionibus aut aliis contractibus ei æquipollentibus,vt dictũ eſt ſuprà,§.j.vbi de hoc quoque diximus in gloſſ.xiiij.quæ eſt in verbo , *ou equipollent*

*à vente,*

*à vente*,nu.90.ſed & ſi ſcire.Et idem vt hîc ſtatuitur in conſtitutione Protomixeos Federici, in verſi.cauſa verò dotis.Quanquàm ſcio venditionem in ſacris literis ſæpe pro donatione accipi:vt Pſal.xliij.Vendidiſti populū tuum ſine pretio.Et Iſaiæ lij.Gratis vēditi eſtis,& non cum argēto redimemini.Quod & annotat D.Aug.lib.7.Quæſtionū in lib.Iudi.c.17.illud in eundē ſenſum intelligēs,Et vendidit eos in manu inimicorū ſuorū in circuitu.Nā ſcripturarum(inquit) locutio eſt,vt venditus,etiam qui donatur,dici poſsit. Quod an procedat in noſtro iure,intelliges ex gloſſ.& Bart.in l.ij.ff.de vſucap.pro empt.Cyn.poſt Petr.in l.vlti.in 3.q.C.de reb.alie.non alie.& Bald.in l.voluntas,col.ij.verſi.modò reſtat quærere, C.de fideic. Quicquid ſit autem in aliis dictis caſibus , id non poteſt procedere in caſu retractus,in quo præcipitur reſtitui pretium,vt dicitur in dicto §.j.Ideò debet intelligi de venditione propriè ſumpta,vt ibi diximus in verbo, *a vendu*,quæ eſt gloſ.ij.num.1.& ſeq.vide tamen quos citauimus ſuprà eod.tit.§.j.in verbo, *ou equipollent à vente*, quæ eſt gloſſ. xiiij.d.nume.90.ſed & ſi ſcire vis. Nouiſsimè autem Ioan.Coraſ.lib.3.Miſcel.cap.iij.nume.4.tenuit retractum habere locum in donatione. Cui omnino accedere non poſſum.

*Venditio pro donatione in ſacris literis.*

*Quid autē in iure noſtro.*

2 ¶Caeterum hæc donatio,quæ fit ob prouiſionem corporis, id eſt ea lege vt donatarius alat donantem,de qua ſuprà tit.xiij.§.vij.qui eſt omniū huius vol.clxxxvj.& ſeq.eſt oneroſa: ideoq; potuiſſet videri habere aliquid ſimile venditionis,vt dicemus in ſeq.verſic.Idcirco & ex ea debentur laudimia, vt voluerunt Corſe.& Aufre.poſt alios in deſi.Tholo.q.279.item ſi aliquis dat.Tamen hæc conſuetudo noſtra expreſsè ſtatuit,non eſſe in ea locum retractui. Sed is , qui proximè ſucceſſurus eſt donanti, habet facultatem ſubeundi huiuſmodi oneris alēdi donantē,& ita res donatas ad ſe reuocādi,præterquā mobilia & acquęſtus, vt ſcribitur d.tit.xiij.§.viij.qui eſt omniū huius vol.187.& ſeq.Et quòd in huiuſmodi donationibus ob prouiſionem corporis non ſit locus retractui,ſunt aliæ multæ conſuetudines,videlicet apud Melodunenſes,c.conſuetudinū eius loci lij.Victriacenſes,c.39.& iterum c.cxxv.vbi redditur ratio.nam ita donans videtur elegiſſe perſonam , fidem,atque induſtriam donatarij , cui ſe alendum cōmittit.Borbonienſes,c.469. Tu tamen interim vide quod dicemus in ſeq.quæſt.

*Retractus an habeat locum in donatione ea lege facta ut donatarius alat donātem.*

*Cōſuetudines de ea re.*

3 ¶Quaero igitur,an in alia donatione remuneratoria,aut aliâs ob cauſam,ſiue mutua,aut reciproca habeat locū retractus?Et poteſt videri habere,ex noſtra cōſuetudine,quæ loquitur non tantùm de venditionibus,ſed aliis contractibus æquipollētibus venditioni:d.§.j.At huiuſmodi donationes habent vim vēditionum,vt dicit Io.Fab.in l.j.col.vlt.verſi.quid ſi duo, C.de inoffi.donatio.& Guid.Pap.conſi.ccxiiij.circa materiam,col.vj.verſi.ſed reſtat aliud,& conſil.ccxviij.indubitanter,col.antepen.verſiculo,ad octauum , rurſumq; ſing.878.donatio, verſiculo,ſi duo donēt,vbi ex hoc dicit deberi laudimia ex huiuſmodi donationibus,quod poſtremum ante eum voluit Pet.Iacob.quem non allegat tit. de act.in rem pro re emphyt. col.ix.verſicu.item excepta donatione in dotem.Et de hoc eſt expreſſa conſuetudo Caluimontenſium,c.xlj.Victriacenſium,c.xxx.Turonenenſium,tit.*des rachapz,& ventes*, c.xv.in fi. & Bleſenſium,cap.cxxj.vt non abs re.Chaſſen.in tit. *de retraict*, §.j.in verbo, *vendu* , nume.5. conſtanter affirmarit in huiuſmodi donationibus eſſe locum retractui. Quod & expreſsè ſtatuitur in cōſuetudine Turoniæ,hoc quoq; tit.c.34.Cenomaniæ , c.431.vbi tamen poteris videre,quid ſuper hoc dixerint viri eccleſiaſtici in proceſſu verbali (quem vocant) delegatorū principis.Vix tamen apud nos obtineri poſſet,vt in iis donationibus retractus locum haberet. Et non habere nuncupatim tradit Ferro.in conſuetudin.Burdigal.hoc tit.cap.xxv. verſiculo,idem erit. Et de hoc latiſsimè,vt ſolet,diſputat Igneus in l.iij.§.ſi cōditioni, verſiculo,& ſi aliud,nume.52.& multis ſequentibus vſque ad lxxvj.ff.de Senatuſconſulto Syllaniano , vbi tandem videtur concludere non eſſe locum retractui. Et vide conſuetudinem Valeſiorum hoc tit.§.iiij.qui eſt omnium lxxxv.quo ſtatuitur, non eſſe locum retractui in donationibus puris & ſimplicibus & minimè oneroſis,quaſi ſecus ſentiat in oneroſis.

*Quid de aliis donationibus remuneratoriis.*

*Cōſuetudines de ea re.*

*Conſuetudo.*

## §. XXVI.

DROICT de retraict,qui vient par proximité de lignage, ou conſanguinité, ne peult eſtre tranſporté [a] à autre,non eſtant dudict lignage [b] ou branchage. Autre choſe eſt du conuentionel.[c]

*IUS RETRACTUS gentilitij non poteſt transferri [a] in alium extraneū, qui ſcilicet non ſit eiuſdem gentis aut familiæ.[b] Contrà retractus conuentionalis [c] transferri poteſt.*

### NE PEVLT ESTRE TRASPORTE, NON POTEST TRANSFERRI, GLO. I.

1 IVS quod competit conſanguineis ex noſtra conſuetudine , & vicinis , & conſortibus ex aliis multis Italiæ ſtatutis,cedi non poſſe extraneo, expreſsè tenuerūt Pet.vt ab omnibus citatur,Cy,Bal.Albe.Ang.Sal.& Pau.Caſt.in l.ad officium,C. commu.

*Ius retractus proximitatis an cedi poſsit.*



commu.diuid.Alb.in prima parte ſtatutorum,q.lxij.item quæro ſi ex forma,& iterum q.89. ſed an proximior.Ioan.Fab.in §.j.col.vlt.Inſti.de acquiſ.quæ fit per arrog.Bal.in tracta.Protomixeos,col.ij.verſi.quæro nunquid iſtud ius.Matthæ.Afflict.in eod.tract.§.j. col.antepen. verſi.vltimò nota,& iterum in §.vt infrà triginta dies,col.ix.verſi.tertiò nota.& quiſquis eſt in Margar.ipſius Bal.in verbo,alienatio,col.vlt.Signo.conſi.lxxxj.in quæſtione vertēte inter Nigrum,col.ij.verſi.præterea omiſſo. Lucas Pen.in l.vlt.col.j.in verbo,permutationes,C.de prædi.cur.lib.10.Pau.Caſt.in l.apud antiquos,col.ij.veſi.vltimò iſtam regulam , C.de furt.& in l.j.§.vſusfructuarius,in fi.dum allegat Cy.vbi ſuprà , & ibi quoque Iaſ.col.iij.verſic.item circa iſtam,ff.de oper.no.nunt.idem Pau.conſi.j.videtur dicendū,quòd dictus Chriſtophorus,in prin.lib.2.Ro. {in l.poſt dotem,col.xxij.verſic.ſecundò ad idem deduco.ff.ſolut.matr. vbi id dicit ſingu.} conſi.cccclxxxiiij.hoc quod vicinus.Alex.in l.poſt dotem.ff.ſolut.matri. Ange.Aret.in §.actionū quoque,col.ix.verſi.quæro an iſtud ius,inſti.de act.& in §.præterea, le ij.colum.xxij.verſi.poſtquàm videmus de procuratore,Inſti de excep.vbi tamen quodam modo nutat.Barb.conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xix.verſiculo,& ſi opponitur,lib.1.Soc. in l.qui Romæ,§.cohæredes , col.iij.in quinto notab.ff.de verb.obli.Coſ.Guy.in prag.ſanct. tit.de colla.§.ſequitur,in verbo,alio.Lud.Bolo.conſi.xxv.in ampliſsimo,col.v.verſi.& nota, quòd tale ius.Iacob.à S.Georg.in l.Imperator,ff.de pactis.Carol.Ruin.conſil.xlvij.in cauſa, col.j.nu.2.& iterum,col.iiij.verſi.nec obſtat, dum dicebatur, libr.4.& omniū latiſsimè Ioan. Igne.in repet.l.dudum,col.xiiij.verſi.his adde vnum articulum, cum multis ſeq. per iiij.col. C.de contrah.empt.& Boe.in cōſuetud.Biturig.tit.*de retraict*, §.iij.col.iiij.verſi.ſed an hoc ius. & Chaſſe.conſi.xxj.*le cas de noble & puiſſant*, col.xij.verſic.*neantmoins par autant*.Ioan.Monto. in promptuario vtriuſque iuris,tomo j.in verbo,redimere,verſi.ſecundò ſuper verbo,licentiam habeat,in fi.Albe.Bru.conſi.lxxx.circa primum,col.antepen.verſi.nec obſtat ſi dicatur. Carol.Molend.in conſuet.Pariſien.tit.j.§.xiij.nu.20.Ferro.in conſuetud.Burdig.hoc titu.§.j. col.iiij.verſi.ex his ſimul.& iterū §.vj.col.pen.Paulus Pariſi.conſi.lxxxij.pro veritate, col.iiij. nu.26.lib.3.& Ioan.Coraſ.lib.3.Miſcel.c.iij.nu.7.

*Qui negant poſſe.*

2 ¶Et in id quoque eſt ſtatutū Lucanum,quod id ius recompræ,vt alibi diximus,appellat,ne ſcilicet liceat id ius alteri cedere,vt refert Philip.Deci.conſi.ccxxij.viſo pūcto.col.ij.verſi. ſed his nullo modo obſt. Et idem quoque ſtatuitur apud Turonos hoc eo.tit.*de retraict*,c.xxv. Aruernos tit.*des emphyteoſes*,c.xx.& iterum tit.*de retraict*, c.xiiij.vbi præterea additur conſanguineū,ſi ceſſerit,cadere hoc iure.Borbonios.c.457. Engoliſmos,c.lxxj. Sanctones Angeriacos,c.lv.Altimarchienſes,c.273.Marchienſes,c.280.qui eſt 20.huius tit.ibiq; ſtatuitur , illum priuari iure retractus,qui conuincitur eum proſequi in fauorem alterius.Auxerrenſes , ſiue Altiſsiodorenſes,hoc quoque tit.§.xix.qui eſt omnium 50.Niuernenſes,hoc item tit.§.xxiij. Valeſienſes,hoc etiam tit.§.viij.qui eſt omnium lxxxix.

*Cōſuetudines in eam rem.*

3 ¶Quanquàm huius rei contrariū nuncupatim in caſu noſtri ſtatuti voluerūt ſoli omnium, quos hactenus legimus,niſi me fallit memoria,Pet.in d.l.ad officiū,argu.illius text.in fi.vt in meo codice ſcriptū reperi.& Henr.Boe.in c.ſanè,in fi.extrà de priui.eo tantùm argu.motus quòd minor poteſt cedere in integrum reſtitutionem.de quo dicemus in vlt. gloſſ.huius §. Et contrariū quoque in caſu ſtatuti prohibentis alienare in alios,quàm in conſortes voluit Albe.ſibi contrarius in prima parte ſtatutorum,q.lxij.item quæro ſi ex forma.

*Qui dicunt poſſe.*

4 ¶Sed quod diximus primo loco in caſu noſtræ conſuetudinis,adeò verum eſt , vt ſi conſanguineus vi ipſius conſuetudinis emptorem conuenerit,vt ei rem cedat oblato pretio , & lite pendente ipſe conſanguineus moriatur,extraneo hærede inſtituto,non admittetur ipſe hæres extraneus,vt nuncupatim voluit Ioan.Fab.in §.ex contrario.in fin.Inſtit.de legat.vbi tamen hæc verba ſubdit,Contrà ff.de inoffi.teſta.l.poſthumis,§.vlt.qui non multùm ad hoc facit:tamen ex hoc potes intelligere Ioan.Fab.in ea re nutaſſe,ſeque ita obſcurum prębuiſſe, vt neſcias vtram partem ſequi velit.

*An admittatur hæres extraneus ad actionem retractus intentam.*

5 ¶Sed id ex eo pendêre videtur,an qui prohibitus eſt alienare in exrraneū,cum poſsit hæredē inſtituere.de quo in l.ex hoc,§.alienare,ff.de alie.iudi.mut.cau.fac.& per gl.in l.j.in verbo, loca,& ibi Doct.C.ne lice.habit.lib.11.& Doct.in l.peto,§.vlt.ff.de leg.2. Albe.Bar.Bal.Ange. Imo.Raph.Co.Franc.Aret.& alios recentiores,afferentes concor.in l.ſi ita quis promiſerit,§. ea lege,ff.de verbo.obligat.Oldr.conſi.cclxx.in quæſtione propoſita,in primo dubio. Bar.& Recentiores in l.filiusfamilias,§.diui.ff.de leg.j.Albe.in l.ſi quis prioris,col.j.& ibi Bald.in §. certum,C.de ſecund.nupt.Bal.in l.ea lege,col.iiij.verſicu.ſecundò quæro,& ibi Sal.colum.v. verſic.quæro ſecundò.& iterum col.pen.verſiculo,quæro ſucceſsiuè , C.de condict.ob cauſam,& conſi.cccxlix.ſtatuto Placētiæ,in primo dubio,rurſumq; in vlt.lib.1.& conſil.lxxxiij. an prohibita alienatione,lib.2.& conſi.cccx.ad euidentiam,col.ij.lib.3.Ange.conſi.lvij.ad declarationem,col,pen.& vlt.Sal.in l.ea lege,colum.5.verſicu.quæro ſecundò,& multis ſeq.C. de condict.ob cau.Rapha.Co.conſi.lxxxiiij.præſuppoſito,alter Rapha.Fulgo.conſi.ccxv. in primo.Pau.Caſtr.conſi.cxv.ſuper primo videtur dicendum,in primo dubio,libr.j.& conſil. cccxxiiij.ſuper ſecundo,in quinto dubio,eod.lib.j.Ioan.Plat.poſt gloſſ.& Bart.in l.quemadmodum,in iij.quæſt.C.de agricol.& cenſi.lib.11.Alex.conſi.clv.viſis & accuratè conſideratis, libr.2.

*Prohibens alienare in extraneum, an poſsit eum hæredem inſtituere.*

lib.2.& conſi.lv.ponderatis his,lib.3.Ioan.Ray.poſt gloſſ.in c.imperialem,§.habito,col.xij.in paruis, verſiculo, quæro vlterius & reddo,tit.de prohib.feud.alienat.per Fede.Corne.conſi. cxj.licèt videatur,per totum lib.3.Fabia.à Monte S.Sab.in tractatu emptionis & venditionis, in xvij.articu.xxij.q.quartæ partis princip.Socin.conſil.cclj.quoniam in præſenti, etiam per totum,lib.2.Franc.Curt.ſeniorem conſi.xlvj.ſæpe reuoluta,colum antepenul. & ſequentib. Philip.Deci.nuncupatim de hoc caſu loquentem dicto conſilio ccxxij.colum.ij.verſicu. his nullo modo obſt.Iaſon.conſi.cj.ſuper præmiſſa,libr.1.& conſil.clxiiij.ſuper terra, colum.iij. verſic.bene facit,lib.4.& Caro.Ruin.conſi.xcv.circa ea.col.iij.nume.10.lib.2.& conſi.cx.circa caſum,col.j.nume.2.eod.lib.2.

*Quid, ſi is hæres ſuccedat ab inteſtato. Prohibitus alienare extra familiam, an poſſit relinquere extraneo, qui ab inteſtato ei ſuccedit.*

6 ¶Sed ſi id recipias,vt non admittatur extraneus hæres inſtitutus,illud intelliges,ſi is extraneus ipſius conſanguinei ei non ſucceſsiſſet ab inteſtato. Secus ſi ab inteſtato erat ei ſucceſſurus,aut ſucceſsit:nam tunc videretur id ius ſemel intentatum à defuncto in eum tranſire, etiamſi non eſſet conſanguineus venditoris (quod accidere poteſt) per id quod dicitur prohibitũ alienare extra familiam,poſſe eum inſtituere,qui ei ab inteſtato eſt ſucceſſurus, etiãſi non ſit ex ea familia:ſicq; & is rem prohibitam obtinebit.glo.quæ in id ab omnibus citatur, quamuis mihi id dicere non videatur,in l.pater,§.Iulius,aut vt alij legũt,Iulianus Agrippa, & ibi Dyn.& Cyn.ff.de leg.iij.idem Dyn.Rai.Bar.Imo.Raph.Co.& Pau.Ca. in l.cùm pater. §.cùm inter,per eum tex.ff.de leg.2.Ex quibus Imo.& Raph.aſſeuerant eam gloſ.cõmuniter approbari,& dicit præterea Imo.in Practica obſeruari.Bart.in d.l.peto,§.fratre,& ibi Imo.qui illam glo.dicit ſing.ff.eo.tit.& idem Bart.in l.ſi ita quis,§.ea lege,col.pen.& ibi Ang. Imo.qui & illam gloſ.dicit ſing.Pau.Caſt.Franc.Aret.& cæteri Recentiores,ff.de verb.oblig.Bal.Ang. & Sal.in d.l.ea lege,ille col.iiij.verſi.tertiò quæro,alter ante fin.verſi. & ex prædictis cõcludo hîc,col.pen.verſic.quæro ſucceſsiuè,C.de condict.ob cauſ.vbi tamen Sal.ipſe dicit, quòd ſi ſtatutum conſiderauit onera ciuitatis,ipſe hæres tenetur alienare in ſubditum illius. Angel. conſi.vij.ex d.themate,col.ij.Fulg.d.conſi.ccxv.col.ij.Imo.in l.ventre,& ibi Fran.Are.col.xj. verſi.& attende quia licèt,ff.de acqui.hæred.& Pau.Caſtr.conſi.ccccxlvij.ſi iſte maſculus, in princ.lib.1.vbi dicit omnes in hoc concordare.Alex.conſi.lvj.conſideratis verbis teſtamenti, col.vlt.verſic.quinimo etiam,lib.1.quod repetitur conſi.xxiiij.lib.2.& idem Alex.d.conſi. lv. ponderatis his quæ in themate,col.ij.verſi.fortius voluit,cum multis.ſeq.lib.3.vbi dicit illam glo.cenſeri ſing.& hanc eſſe communem opin.à qua in iudicando non eſt diſcedendum, & conſi.lix.attentis verbis teſtamenti,col.iiij.verſi.quintò probatur,eod lib.3.Corn.conſil.cxiij. circa primum,col.ij.verſicu.nec obſtant adducta,lib.2.& d.conſi.cxj.licèt videatur, col.vlt.in prin.lib.3.Soc.conſi.ccxxvij.præſens conſultatio,col.ix.verſi.circa tertiam quæſtionem,lib.2. & conſi.ccxcij. viſis ſtatutis magnificæ ciuitatis, ad fi.lib.2.Franc.Cur.ſenior, conſi.lxiiij.antiquiſsima,col.xvj.verſi.ad tertium principale,Iaſ.in l.filiusfamilias,§.diui,in prima lect.col. antep.verſi.ad confirmationem prædictorum,& iterum in ij.lect.col.xviij.verſi.tu pro confirmatione.& ibi quoque Ioan.Crotus,col.xxiij.verſi.tertio limitatur. Et Ferdi.Loaz.char.8. nume.155.& iterum char.24.nume.481.ff.de leg.j.& idem Iaſ.in l.voluntas,col.ij. verſi.prima fallentia,C.de fideicommiſ.vbi dicit ea gloſſ.valde ſingu.& conſi.cxx.in præſenti, colum.ij. verſic.aliquando & tertiò,lib.1.& conſi.xcvj.dominus Ioannes,colum.v.verſi.condeſcendo, libr.4.vbi eam gloſſ.dicit not.dicitque id communiter approbari.Carolus Ruin.conſi.cviij. viſa, colum.ij.nume.1.lib.2.& conſi.cxxxiiij.viſo,col.ij.nu.4.& iterum col.iij.num.8.lib.2.& conſi.cciij.de duobus,colum.ij.nu.3.& iterum col.ix.num.7.& ſeq.eod.libr.2.& Philip.Deci. conſi.clxxxij.in caſu occurrenti, colum.j.& conſi.ccclxxvij.viſis & diligenter,colum.vltim. verſiculo, circa primum,& conſi.ccccxxij.cuius ſuperſcriptio incipit,filij quadãtenus, col.ij. verſicu.tertio in caſu,& iterum verſic.his tamen vt infrà.Stepha.Bertrand.conſil.cxxvij.non puto,nume.12.lib.3.

*Quid, ſi hic non fuerit inſtitutus, an admittetur ab inteſtato.*

7 ¶Nam & citra inſtitutionem & ſucceſsionem ex teſtamento,hæres legitimus admittitur ab inteſtato,etiam ſtante prohibitione alienandi extra familiam, quamuis is non ſit de familia. d.l.cùm pater,§.cùm inter, & ibi Bar.in fi.ff.de leg.lij.Bal.conſi.lij.ſubſtitutio facta,col.j.lib.2. Rom.conſi.457.circa propoſitam,colum.ij.verſi. cæterùm quòd eadem.Paul.Caſtr.conſi.lx. viſis ſtatutis communis Vicentiæ,col.j.lib.2.Ioan.Plat.in d.l.j.vbi ſuprà,C.non licere habit. lib.xj.Alex.in l.qui Romæ,§.cohæredes,col.iij.verſic.in contrarium,ff.de verbo.obligat.& d. conſi.lv.vbi ſuprà,lib.3.Petr.Ferra.in tit. forma libel.in actio.rea.in verbo veris ac legitimis, col.vj.verſic.venio ad primum.& Iaſ.conſi.iiij.Nicolaus, paulò ante fin.libr.1.& magna pars aliorum,quos in præced.verſic.citauimus,cum aliis concordantiis adductis ab ipſo Iaſone, in d.l.filiusfamilias,§.Diui,in priori lect.colum.quæ antep.præcedit,verſi.ſi verò prohibitio eſt.& d.conſi.xcvj.colum.v.verſi.confirmo,quia quando, libr.4.& Socin.d.conſi.ccxcij.viſis ſtatutis,col.vlt.libr.2.& conſi.ccxxvij.præſens,col.xj.verſicu.circa tertiam quæſtionem, cum multis ſequen.lib.2. Quibus adde,quæ diximus ſuprà eod.titu.in gloſſ.ix.quæ eſt in verbo, *ou lignagier,* num.167.ſed huius poſtremi,& ſequent.vbi & hanc ſententiam autoritate Tullij confirmamus,in oratione pro L.Flacco.

8 ¶Super eo tamen,quod de inſtitutione hæredis diximus,vide omnino Soci.qui ſibi contrarius,

rius,



*De eadem re.*

rius,latè tenet contrarium,poſt alios à ſe allegatos,conſi.xliij.viſis teſtamento,col.vj.verſi.circa ſecundum,lib.3.vti etiam facit Phil.Dec.conſi.xxiij.cuius ſuperſcriptio incipit, an & quando ex prohibitione,per totum.& ante hos Bal.cuius non meminerunt,conſil.lvij.item inſtituo:col.ij.verſic.modò deſcendi oportet,lib.2. Sed & in ſucceſsione ab inteſtato contrarium quoque tenuit Rapha.Fulgo.conſi.cxvij.Ioannes,col.iij.verſi.reliqua dubitatio, vbi id ſcienter tractat.& ipſe Soci.ſibi item contrarius,conſi.cclj.quoniam in præſenti,col.iij.verſi. ſecunda principalis,lib.2.vbi tamen fatetur aliam opi. eſſe communem,vti etiam ex aliis diximus. & Iaſ.d.conſi.iiij.ad fin.lib.1.& Philip.Deci.conſi.ccccIxxxj.in caſu de quo Peruſij,col.ij.verſi. tertiò reſpondetur:cum aliis concordan.adductis à Ioan.Croto, in repet.d.l.filiusfamilias,§. diui,col.xxxij.verſi.ſecunda eſt difficultas,ff.de leg.

*De eadem re.*

9 ¶Si tamen id procedit in ſucceſsione ab inteſtato,ſecundùm priorem opinionem,quæ communior eſt,vel eorum teſtimonio,qui cõtrarium tenuerunt:non video, cur etiam non procedat in teſtamento, cùm inſtituitur is, qui ab inteſtato ſucceſsiſſet. Id enim nihil aliud eſt, quàm id exprimere,quod intelligebatur:ideò nihil hæc res immutat conditionem iuris.l.nõ rectè,C.de fideiuſſo.& l.aliquando,ff.de condi.& demon. ex quibus illud omnes vbique aſſumunt,expreſsionem eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operari. Et qui expreſsè non teſtatur, id diſponere atque ordinare videtur,quod de eius ſucceſsione lex ordinat,& diſponit ab inteſtato:habetq; veniens ab inteſtato tacitam voluntatem defuncti, l. ſi quis cùm nullum,& l. conficiuntur,§.ſed ideò.ff.de iure codi.cùm dicitur, Creditur paterfam. ſponte ſua his relinquere legitimam hæreditatem.& l.ſi fundum per fideicommiſſum,§.j.ff.de lega.j. & l.ij.ibi,titulo largitionis,vel etiam inteſtati ſucceſsione contulerint,C.de bonis mater. & gloſſ.in l.j.§. toties,verſiculo,vel maximè,in verbo,meruit,& ibi Barto.& alij,ff.de collat.Bald.conſil.cxix. præſuppoſito quòd ſtatutum,poſt medium,lib.4.& Doctor.vbique. Ideoq; ſi legitimus non prohibetur ab inteſtato,minùs debet prohiberi ex teſtamento, cùm fauorabilior ſit in eadem perſona cauſa teſtati,quàm inteſtati,l.j.& l.ij.ff.ſi quis omiſſa cauſ. Et locus ille Ciceronis ſuprà citatus loquitur de ſucceſsione ab inteſtato,vt interim illud omittam,nihil referre, quid ex æquipollentibus fiat,l.iij.C.de inſti.& ſubſtit.cum ſimi. Porrò Iaſ.propè omnibus in hoc aduerſus in d.conſi iiij.ad finem,iunctis præcedentibus, in ea eſt opin. vt id procedat in ſucceſsione ex teſtamento,non etiam ab inteſtato.

*Si unus tantùm ſit cõſanguineus, an is extraneo retractum cedere poſsit.*

10 ¶Secundò intellige,niſi vnus tantùm ſit conſanguineus venditoris. nam is poterit id ius retrahendi extraneo cedere. vt nuncupatim voluit Paul.Caſtr.d. conſil.j. videtur dicendum quòd dictus Chriſtophorus,verſi.& ideò ſi non eſſent,lib.2.arg.eius quod dicitur, rem alienari prohibitam extra familiam,ſi non ſupereſt niſi vnus de familia, poſſe ab eo extra familiam alienari,quando nullus eſt,qui alienationem poſsit reuocare:vt probatur,licet non alleget,in l.cùm pater,§.libertis,in fi.& l.qui ſolidum,§.prędium,ff.de legat.ij.& vtrobique glo.& Doct.& idem dicit ipſe Pau.conſi.ccccliij.de eo quod primo loco quæritur, in ij.dubio,lib.1. Et ſequitur Iaſon primum illud conſi.tantùm allegans in d.l.filiusfamilias,§.diui,col.x.verſi. vndecimò limita,ff.de leg.j.in ij.lectu.vbi & ad hoc allegat tex.in l.Mutianæ,in fi. ff.de condi. & demonſtr. Sequitur item Lud.Bolo.conſi.xliij.viſo igitur puncto,col.iij.verſic.nonò præſuppono.& Iac.à S.Georg.in l.ſi mulier,§.ex aſſe,in fin.ff.de iure dotium,& Phil.Deci.conſi. dxj.viſo teſtamento,col.ij.verſi.poſtremò.& conſi.dlxxiiij.viſa prohibitione,ad fi. quod iterum repetitur conſi.dcxxxvij.& idem Deci.conſi.dcxxxv.viſo copioſo,col.ij.ad fin.Boër.hoc eod.tit.*de retraict,*§.iij.col.v.verſi.& maximè ſi ſint.& Deci.cxxxix.alia fuit quæſtio, & Franc. Ripa in d.§.diui,col.iij.num.17.& Ioan.Coraſ.lib.3.Miſcel.c.3.in fin. Et bene facit,quod in ſimili traditur in l.ij.quando non pet.part.& quod ibi tradit Bald.de vlti.ſuccedente in re ſubiecta reſtitutioni,vt liberè poſsit de ea diſponere:vti etiã voluit Iaſon,d.conſil.iiij.colum.iiij. verſicu.moueor primò,lib.1.

*De eadem re.*

11 ¶Sed huic ſententiæ,in caſu noſtræ conſuetudinis,non poſſum accedere:quãdo non tantùm interſit familiæ venditoris,ne id ius alteri extraneo cedatur, vt in ſpecie legum ſuprà allegatarum, in quibus nullius omnino intererat rem ipſam alienari in extraneum. Verùm & hîc intereſt quoque emptoris,ne ſcilicet ab eo res retrahatur prætextu huius iuris, quod tantùm familiæ competit,& ſic ne extraneo in eius præiudicium cedi poſsit:qua ratione,eius ſcilicet, quod ipſius intereſt,poteſt petere,vt cõſanguineus retrahens iureiurando affirmet, id pro ſe, & ad ſuum commodum retrahere,& ſine fraude,vt cauetur ſuprà hoc eo.tit.§.j.Sed & in caſu Paul.Caſtr.illius ſententiæ antiſtitis,vide omnino Alber.Brunum,conſi.lxxx.circa primũ, col.antepen.verſicu.& licèt adduci poſſet.

*An conſanguineus id ius poſſit cedere creditori in ſolutum.*

12 ¶Tertiò intellige,niſi conſanguineus fortè debitorum mole depreſſus,id ius retrahendi ſuo creditori cederet in ſolutum ſui debiti. Id enim poteſt facere, cùm ſit ex neceſſaria cauſa,ſi credimus eidem Pau.Caſt.in d.conſi.j.in fi.lib.2.argu.eorum quæ,vt dicit,ſingu.not.in l. pro hærede,§.ſi quid tamen.in fi.magnæ glo.ff.de acquir.hæred.vbi ea quæ non tranſeunt ad extraneos hæredes,tranſeunt tamen ad creditores,propter inopiam vel neceſsitatem,& ex ea not.Bart.Ang.& Recentiores,quòd quæ ſunt inſeparabilia à perſona,fiunt tamen ſeparabilia propter neceſsitatem. Et allegat prætereà Pau.d.l.filiusfamilias,§.Diui,ibi,ſed hæc neque cre-

ditoribus,ff.de lega.j. Cui adde alia multa à me collecta ſuprà,§.j.in gl.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*,nu.8.ſecundò intellige,& multis ſeq. dum ibi tractauimus, an retractus habeat locum in alienatione neceſſaria: multisq; ibi probauimus prohibitionem alienationis nõ intelligi in huiuſmodi alienatione.

*An creditores id ius poſſunt capere in cauſam iudicati.*

13 ¶Ex ſententia autem Pau.Caſt.d.conſi.j. potes intelligere creditores poſſe in cauſam iudicati capere id ius retractus competens debitori conſanguineo venditoris,qui aliàs non eſt ſoluendo. Nam & de hoc caſu loquuntur allegata ab ipſo Paulo. Et bene etiam facit text.in d.§.ſi quid tamen,cuius gloſ.tantùm Paul.citauit.ibi enim ſcribitur, operarum officialium petitionem creditoribus competere,quamuis ex aliis iuribus eæ cedi non poſſunt: vt eſt text.in l.ſi non ſortem,§.libertus,verſi.vlti.ff.de condi.indeb.& dicemus infrà hac eadem gl.nu.51. ſeptimò operæ. Sed & facit tex.in l.j.ff.de fun.dotal. vbi ob neceſsitatem creditor mittitur in poſſeſsionem fundi dotalis alioquin inalienabilis,& in l.peto,§.prædium.ff.de legat.ij.ſecundùm iij.lecturam,quam ſequitur Bart.ibi,& Ioan.Ana.conſi.xlvij.illud præſupponitur,col.ij.verſi. primò ergo non obſt. Et quod ſcribit Steph.Bertrand.conſi.xviij.viſo,col.j.lib.2.Et quæ latè diximus ſuprà,in §.j.in glo.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu.48.quòd autẽ fructus.& ſeq.ſcilicet eorum quæ alienari non poſſunt, poſſe commoditatem capi in cauſam iudicati. De quo etiam per Bald.Ang.Alex.& Franc.Aret.in d.§.ſi quid tamen.& latè Iaſ.qui poſt alios id intelligit,cùm deſunt alia bona in l.commodis,ff.de re iudic.

*De eadem re.*

14 ¶Sed & ad hanc ſentẽtiam non modicũ facit, quia ſi conſanguineus ipſe debitor rem ipſam retraxiſſet,poſſet confeſtim creditor eandem rem in cauſam iudicati accipere:nec poſſet dici id factum in fraudem creditoris,niſi aliud oſtenderetur. Cur igitur ante retractum non poterit & hoc idem ius retractus capere,aut à debitore in ſolutum accipere? præſertim ſi nihil habeat debitor conſanguineus,ex quo poſsit creditorem dimittere, vt ſæpe noſtri Iuriſconſulti loquuntur,id eſt,illis ſatisfacere,& ſe debito liberare:nec ei ſuppetunt pecuniæ, quibus retractum peragere poſsit:nam & id cedet commodo non ſolùm creditoris, ſed & ipſius debitoris conſanguinei,qui ita liberatur à debito,& conſequenter totius familię,cuius quodam modo intereſt,hunc ſuum conſanguineum liberari,& dignitatem communis familiæ conſeruari,arg.l.j.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de vent.in poſſeſ.mitten.& quæ in ſimili diximus ſuprà, in dicto verbo, *ou equipollent à vente,* nume.51.tum quoque quòd idem. Et aliàs ſæpe admittimus propter vtilitatem contrahentium,quæ aliàs non admitterentur,l.ſed an viæ,ff.de pig.Præſertim verò,quoniam cæteri conſanguinei poterũt & ab eodem creditore retrahere,vt diximus in eadem glo.num.2.huiuſmodi autem eſt,& multis ſequen.

*De eadem re.*

15 ¶Niſi tamen,ſi quis hîc diceret, quantùm ad illum caſum de creditore volente id ius capere in cauſam iudicati,debitorem poſſe in quęrendis obeſſe creditoribus,vel inuitis.l.qui autem, in princi.ff.quæ in fraudem creditorum,& l.non fraudantur,ff.de reg.iur. & vtrobique concordan.glo. Et id propè perpetuum eſt vt in quærendis nocere poſsimus, quibus aliàs non poſſumus.l.vlti.C.de acquir.poſſeſ.& l.cùm proponas,in fi.C.de hære.inſti.& l.quoties,ff.ſol. matri.& l.ſi duo,ff.ſi quis cautio.& l.j.§.vtrùm autem,ff.ſi quid in frau.patro.cum aliis multis concord.à me latè congeſtis titu.ij.vniuerſarum noſtrarum conſuetud.Pictauienſium §.xj.in verbo,*alienation de bien d'egliſe.* Quid ergo queri poteſt creditor,ſi debitor hoc iure retractus vti non poſsit aut nolit,poterítne eo iure loco ipſius vti? Cùm nec iura illis ſubueniãt, quibus in quærendis nocitum eſt, vt patet ex iuribus ſuprà allegatis. Niſi & illud reſpondeas,id ius retractus iam quæſitum eſſe à tempore contractus venditionis factæ ab ipſius conſanguineo,ex ſententia Bald.in rub.C.res inter alios act.verſic.nota quòd ex conſuetudine, & alibi latius diximus. Cùm igitur ei nata ſit & quæſita actio, poteſt in eàm creditor manus veluti iniicere,ſaltem iudicis autoritate. Cogita tamen,quia hæc res admodum noua eſt,& vide tamen Ange.conſi.ccxliij.multi conſortes.

*An id ius ſaltem ob famis neceßitatem poßit uendi.*

16 ¶ILLVD autem ſcio,Barb.in repet.rub.de rebus eccle.non alienan.col.xj.verſicu. vndecimò limita,tenuiſſe quòd ſtante ſtatuto,ne liceat in extraneum alienare, cuiuſmodi eſt propè noſtra conſuetudo,poteſt tamen ob neceſsitatem famis id fieri, ſi non inueniatur emptor non extraneus,inſtar eius quod dicitur patrem ob eam neceſsitatem poſſe vendere filium, in l.ij. C.de patrib.qui filios ſuos diſtraxere. Quo in loco ( vt id obiter dicam) dictio eſt à noſtris non intellecta,ea eſt,ſanguinolentus.ibi enim ſcribitur,Filium filiámve ſanguinolentos vendiderit.nam ſic legendum eſt,non ſanguinolentus. Quod vt intelligas in Codice Theodoſiano lib.5.cap.8.titulus eſt huiuſcemodi, De his,qui ſanguinolentos emptos vel nutriendos acceperint:ſub quo lex eſt Conſtantini Imperatoris, à qua haud dubiè decerpta eſt d.l.ij.ſub nomine eiuſdem Conſtantini.Cuius hæc verba ſunt,Si quis à ſanguine quempiam eiuſmodi comparauerit,&c.Paraphraſtes autem non indoctus,quiſquis is fuerit,Si quis (inquit) infantem à ſanguine emerit,&c. Ex quibus facilè intelliges ſanguinolẽtos illic vocari eos quos Græci ἀρτιγενὲς,ſiue ἀρτιβλάστους vocant,id eſt,recèns natos,& adhuc ſanguine menſtruo madentes,& vt vtar verbis Iuuenalis Saty.7.

*Sanguinolenti filij,qui à patre uendũtur, quare dicuntur.*

*——Modò primos incipientes*
*Edere vagitus,& adhuc à matre rubentes.*





Nam & in dicto C.Theodoſiano titulus eum præcedens, quem ſuprà citauimus, hic eſt,de expoſitis,cuius titu.l.j.lquitur de his qui ſeruos & liberos recèns natos domo abiecerunt. In noſtro autem Iuſtiniano C.lib.8. titulus eſt, illos vtroſque titulos ſimul iungens,his verbis, de infantibus expoſitis liberis & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperint. Vbi Azo in Summa,& Pet.à Bella Perti.in rub.dicunt hos infantes ideò ſanguinolentos vocari,quòd ſanguinis pœna luendum eſt tantũ ſcelus.Accur.autem ibi nihil dicit:ſed in priore illo loco,videlicet in d.l.ij.C.de patri.qui fili.diſtrax.cùm nec ipſe id intelligeret, nec illius poſterioris tit.(vt opinor) tunc recordaretur,ſcribit aliàs ibi legi, ſanguinolentus, aliàs ſanguinolentos:ſed priorem illam lectionem meliorem eſſe,vt ſcilicet legatur, ſanguinolentus, & ad patrem referatur:atque ſic dicatur,tanquã pater ſanguinolentus,id eſt,ſanguine ( vt dicit) & capitaliter puniendus,ſi ſine iuſta cauſa filiũ vendiderit.at Cy. & poſt eum Sal.dicunt id non congruere tex.qui loquitur de venditione licita:ideoq; ibi dici patrem ſanguinolentum,quòd ſanguis contradiceret neceſsitati famis,quæ venditioni aſſentiebat.Albe.autem ibi tradit ideò ita vocari filios à patre venundatos, quia eorum ſanguine alantur parentes : vel quia cor ſanguinolentum fiat per famem:vel quia pater occidit filium ciuiliter eum vendendo,atque ſic ſeruum faciendo:quia ſeruitus morti æquiparatur. Idem in ſuo dictionario interpretatur,vt Accurſius,ſanguinolentum in ea.l.ij.id eſt,ſanguine & capitaliter puniendum. Verùm nimium in iis noſtrorum nugis immorati ſumus.

17 ¶Igitur vt redeamus ad principale inſtitutũ,eadem l.ij.C.de patri.qui filios ſuos diſtrax. non tam aliena à paterna pietate videri debet,quàm pleriſque videtur:quandoquidem Nehemiæ 5.cap.populus fame oppreſſus in hæc verba prorupit: Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis,accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Idque etiam aliquando factitatum tradit tempore Maximini Imperatoris Euſebius Cæſarienſis lib.Hiſtoriæ eccleſiaſticæ 9.cap.8. Et longis antè temporibus Eriſichthon, cùm præ fame patrias attenuaſſet opes,tandem & filiam vendidit:

*Filij à parentibus ob famem aliquando uenditi.*

*—Et tandem demiſſo in viſcera cenſu,*
*Filia reſtabat non illo digna parente:*
*Hanc quoque vendit inops.—*

Hæc enim ſunt verba de eo Ouidij (ni fallor) viij.Metamorphoſeos.
Cuius etiam rei meminerunt Leucophron,Palæphatus,& Tzetzes.Hiſtor.Chil.2.cap.47.vbi & eam filiam Maſtram appellat.

18 ¶Illam autem Barba.ſententiam,quam ex d.l.ij.deprompſit ( vt ad eam tandem reuertamur) confirmat glo.in l.quemadmodum,in verbo,vendi,C.de agri.& cenſi.lib.11.quæ eum tex. vetantem omnifariàm ( ſunt enim hæc verba legis ) originarios atque etiam ruſticos cenſitosq; ſeruos vendi ſine terra:ita intelligit,vt propter neceſsitatem famis liceat.argu.d.l.ij. & eam ſequuntur Bart.& Ioan.Plat. ibi, id quoque trahentes ad quæuis alia alienari prohibita. Et alia gloſ.in l.ob æs alienum tantùm,C.de prædi.min.quæ & ipſa eam l. loquentem cum dictione illa taxatiua,tantùm,trahit ad famis neceſsitatem,per illam l. ij. & eam ſequuntur omnes ibi, & Ange.in authen.res quæ,col.vlti.C.commu.de leg. Quibus ſubſcribit, quod tradit Archi. in c.abbatibus,xij.q.ij.bona eccleſiæ alienari poſſe inconſulto capitulo.Et quod à Dy.ſcriptũ eſt in l.ij.ff.ſolu.matr.& à Cy.& Albe.relatum & comprobatum in l.j.C.de noua.domino licere vaſallum inuitum alienare imminente neceſsitate,per l.patronus,& l.medicus,ff.de ope. libe.quamuis aliàs non liceat,cap.1.§.prætereà ducatus,tit.de prohib.feud.alie.per Feder.& dicemus infrà eadem gloſ.num.78.viceſimoſextò.

19 ¶Quodq; Bal.ſcriptum reliquit in tract.Protomixeos col.iiij.verſi.ſed tunc quæro, & iterum col.ij.verſi.quid ſi vendo,quòd etiam ſtante conſuetudine Protomixeos,quæ id ius conſanguineis ſociis ac vicinis tribuit, vt præferantur extraneis intra xxx. dies à denuntiatione illis facta ab eo qui vult vendere:ſi tamen vrgeat iuſta quæpiam neceſsitas,poterit liberè vendere cuilibet,non expectato eo tempore,niſi illi confeſtim emant,quia neceſsitas non ſubeſt legi. l.j.ff.de off.Procon.& eum ſequitur Matth.Afflic.loquens in neceſsitate famis,in eodem tract. Proto.col.vj.verſi.ſed iuxta hoc quærit : vbi & alia multa de neceſsitate allegat. Et inter cætera,quòd feudũ ex cauſa neceſsitatis alienari poteſt,per c.1.tit.qual.olim feud.ali.pot. Quanquàm ille tex.probat contrarium,vti etiam annotant And.Iſer.Bal.Mart.Laud.Alua.& Card. Alex.ibi,& ipſi And.& Bald.in c.1.§.aut ſi libellario,titu.quib.mod.feud.amit. & ipſe quoque Aluar.loquens de neceſsitate famis,in c.vlti.in xxxiij.concluſione,tit.quæ fuit pri.cau.benefi. amit.& Phil.Dec.in c.quæ in eccleſiarũ,col.iij.in vj.not.per eum tex.de conſti. & Fran. Curt. iunior in tract.feud.in iiij.q.prin.quartæ partis,vbi item loquitur de neceſsitate famis.

20 ¶Porrò autem alia multa de neceſsitate collegit Albe.in d.l.ij.C.de patri.qui fil.diſtrax.& maximè de neceſsitate famis,& in l.j.ante fi.ff.de offic.Proconſul. & Lucas Pen.in l.j.col.ij.C.de delato.lib.10.& in l.Curiales,la ij.poſt prin.C.de Decur.eod.lib.& in l.j.col.j. & ij.C.de commeat.lib.12.Roma.in repe.l.ſi verò,§.de viro,in liiij.fal.ff.ſol.mat. Firmianus in ſuo vbere Lexico,in verbo,neceſsitas,ferè per totum.Franc.Curt. ſenior in repe.l.admonendi.char.16.col. iij.verſi.ad hanc deciſionem,& ibi quoque Iaſon in repe.col.lxxiiij.verſi. circa ſecũdam con-

*De neceßitate multa remißiuè.*

cluſionem,qui eſt in num.214.& ſeq.ff.de iureiur.& ipſe Iaſon in l.j.in prin.col.pen.verſi.glo. in verbo,non aliter,& ibi Fran.Purp.col.item pen.& ſeq.ff.de offi.eius,cui manda.eſt iuriſdi. & idem Iaſ.in auth.res quæ,col.iij.verſic.vndecimò,& iterum col.vj.verſi. ſextò & vltimò,C. com.de leg.& in l.principalibus,col.ij.ff.ſi cert.pet.Fel.in c.cùm acceſsiſſent,col.ix.verſi. tertiò reſtringitur,extrà de conſti.& in c.querelã,col.vlti.extrà de iureiur.& in c.2.col.pen.de ſponſ. Philip.Deci.in l.quæ propter,de reg.iur.Matthæ.Afflict.{ in c.licèt vaſallus,col.iij.in v.not.tit. ſi de feu.fuer.contro.inter do.& agna,&} in conſtit.Siciliæ incip.ſi quando contingit,in j.no. Fran.Cur.iunior in tract.feud.in iiij.parte principali,char.43.verſic.decimoſextò quæro.Hippol.Marſil.in l.j.§.prætereà.col.xviij.& duabus ſequen.ff.de quæſtio.Ferdi.Loaz. in repet.l.filiusfamiliàs,§.Diui.num.219.& multis ſeq.ff.de lega.j.Geral.à Petr.Sancta,ſing.cap.neceſsitas, Ioan.Lup.in repe.rub.de donat.inter vir.& vxo.§.xvij.col.v.verſ.quod procedit,& ſequen.& Alciat.in lib.1.ff.de verb.ſignific.ad fin.qui id integrum accedit à Ro.in d.§.ſi verò. Quorum dicta ſi hîc adiicere vellem,dies me prius deficeret.

*Neceßitas omnibus dominatur.*

21 ¶Sed illis addere potes, quod & de ipſa neceſsitate externi ſcriptores tradidere. Orpheus in Hymno Noctis,ſcribit,grauẽ neceſsitatẽ omnibus dominari, aut ſi mauis omnia fortificare,

—Δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει.

*Neceßitas & fatum connexa.*

Thales Mileſius apud Plutarchum lib.1.de Placitis Philoſophorũ,cap.25.& Diogenem Laërtium in ipſius vita,dicit validiſsimum, ſiue fortiſsimum quiddam neceſsitatem eſſe,vt quæ vniuerſæ naturæ præualeat ἰσχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων. { Nam & alibi apud eundem Plutarchum in conuiuio ſeptem ſapientum, idem Thales interrogatus τὶ ἰσχυρότατον, id eſt,quod fortiſsimum,ἀνάγκη,inquit,id eſt neceſsitas.μόνον γὰρ ἀνίκητον,id eſt,ſola enim immobilis,ſiue ſemper ſibi conſtãs,ſiue inuicta, ſiue inſuperabilis:hæc enim omnia ea dictio ſignificat.} Triſmegeſtus in libro de voluntate diuina,qui Aſclepius inſcribitur, cap.14. tradit εἱμαρμένην,id eſt fatum,& ἀνάγκην,id eſt neceſsitatem,ambas ſibi inuicem indiuiduo connexas glutino,alteram verò rerum omnium parere initia,neceſsitatem autem cogere ad effectũ. {Quod & propemodum aſtruit Seneca lib.2.Naturalium quæſtionum.}Parmenides verò & Democritus,atque etiam Heraclitus & Plutarchus vbi nuper citauimus, & iterum ca.27.neceſsitatem eandem atque fatum eſſe voluerunt,omniaq; ipſius præſcripto fieri. Plato ( vt & idem Plutarchus tradit,cap.26.)euentorum partem prouidentiæ,partem neceſsitati adſcribit. Idem,& cum eo Stoici,neceſsitatem quidem fixam cauſam & violentam dicunt, vti etiam refert ipſe Plutarchus in illo cap.27.Idem Plato libro de Republica decimo, atque Plotinus eiuſdem ſectæ Philoſophus Neceſsitatem Deam faciunt,Parcarum matrem,quæ & ipſæ ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Nam & Pauſanias lib.2. quo Corinthia tractat, ſcribit Corinthi Neceſsitatis ac Violentiæ ſacellum fuiſſe, quod ingredi minimè conſueuerant. Ex quo intelligis & neceſsitatem pro Dea fuiſſe habitam, eandemq; Violentiæ coniunctam, tanquam ea cuncta violet. Valerius Maximus,lib.1.cap.6. quo loco de Cn.Pompeio loquitur, inuictas leges neceſsitudinis eſſe dicit.ibi enim neceſsitudo pro neceſsitate ( vt ſæpe fit) ponitur.

*Neceßitas cauſa fixa & uiolenta.*
*Neceßitas Dea Parcarũ mater.*

*Neceßitati ne Deos quidem reſiſtere.*

22 ¶Simonidis ſententia eſt ex arcanis Homericis, quo loco de morte Sarpedonis loquitur, ni fallor,deprompta,Neceſsitati ne deos quidem reſiſtere,ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται. quam aduocat Plato tum in Protagora, tum lib.de Legibus 5. rurſumq; vij. Eamq; expreſsiſſe videtur {Dionyſius Halicarnaſſeus lib.6. in oratione Menenij Agrippæ,cùm dicit,Poſtremò cogitantes neceſsitatis vim,cui ſoli vel Dij cogũtur cedere. Et} Liuius lib.ab Vrbe cond.ix.cùm ſcribit:Pareatur neceſsitati,quam ne Dij quidem ſuperant. Sed & idem lib.4. ita facit loquẽtem Vectium Meſsium Volſcorum regem:Neceſsitate,quæ vltimum ac maximum telum eſt,ſuperiores eſtis. Vnde opinor illud vice prouerbij celebratum, Ingens telum neceſsitas. quod Plinij eſſe nonnulli tradunt. Cæterùm Euripides in Helena ex ſapientum ſententia dicit,nihil plus poſſe graui neceſsitate:

*Neceßitas telum ultimum.*
*Neceßitate nil plus poteſt.*

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον. Et in Alceſti,
Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκης εὗρον. Hoc eſt,
*Potentius nihil neceßitate inueni.*

*Neceßitas dura & rigida.*
*Sæua.*

Idem ſuam Hecubam ita claudit στεῤῥὰ γὰρ ἀνάγκη, id eſt, dura,ſiue mauis,rigida neceſsitas. Nam & hanc quoque duram ſæpius vocat Diuus Auguſtinus,enarrãs illud Pſal.30. Saluam feciſti de neceſsitatibus animam meam. Horatius autem libr.1. Carminum, Ode 35.eandem ſæuam vocat:

*Te ſemper anteit ſæua neceßitas.*

*Dira.*

Et lib.3.Ode 24.diram,quod non longè abeſt,

*Si figit adamantinos*
*Summis verticibus dira neceßitas*
*Clauos.—*

*Neceßitas uincit iuſtitiam.*
*Neceßitati parendum.*

Quintilianus auus Declama.cclx. Multum ( ait) contra iuſtitiam neceſsitas valet. Palladius lib.Rei ruſticæ 1.cap.6.Neceſsitas feriis caret.Valerius Maximus lib.7.tit.vj. qui de neceſsitate eſt,ſcribit,Abominandæ neceſsitatis leges amariſsimas eſſe,& truculẽtiſsima imperia.Tullius lib.2.



Officiorum : Neceſsitati parendum eſſe iubet. Et Herodianus lib.5. Parendum,inquit, neceſsitati fuit.Græcus eſt verſiculus Menandri,

*Neceßitas omnia in ſeruitutem redigit.*

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα. Id eſt ad verbum,
*A neceßitate omnia in ſeruitutem rediguntur velociter.* Et alter,
ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
*A neceßitate multa facimus mala.*

*Ab ea mala omnia.*
*Ea omnia audet.*

Græco autem Epigrammate,πάντολμος ἀνάγκη appellatur, quòd omnia audeat. Porcius autem Latro in illa in Catilinam declamatione,grauiſsimos pronuntiat morſus irritatæ neceſſitatis. Et Plato in Phædro tradit neceſsitatem omnibus in rebus cuique grauem eſſe : καὶ μὴν τόγε ἀναγκαῖον εἶναι βαρὺ παντὶ παράπαν ἂν λέγεται.
Homerus autem neceſsitatem fortem vocat,lib.6.Iliados,

—Κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.

Et rurſus lib.10.Odyſſ.

—Κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ' ἀνάγκη.

*Ob famẽ conſtituta, ad alias neceßitates non ſunt trahenda.*

23 ¶Sed tu hîc aduerte lector,nã quæ de neceſsitate famis priuatim noſtris legib. cõſtituta ſunt, ad alias trahenda non ſunt, vt in caſu d.l.ij.C.de patribus qui filios diſtraxe.voluerunt Azo in Summa eiuſdem tit.Accurſius,Petrus à Bella Perti.Cy.Bart. dum citat.Dy. quo loco ſtatim dicemus,Bal.Ang.Sal.& Pau.Caſt.in d.l.ij.& Dyn.in c.in argumentum, de regulis iuris, lib.6. Ex quo & Ioannes Fab.in §.j.col.ij.Inſtit.quib.alie.licet.vel nõ dicit, quòd licet maritus poſsit dotem alienare ex neceſsitate famis,non tamen ob aliam quamuis neceſsitatem,arg.d. l.ij.C.de patribus qui filios diſtrax.& ſequitur Ange.Aret.in d.§.j.col.j.in fi. Et facit quod in alio caſu voluit Ioannes Fab.in §.nullius.col.vlt.& ibi poſt eum Ange.Aret.in §.ſacræ,Inſtit. de rerũ diuiſio.& in alio item caſu Bald.in c.1.§.aut ſi libellario,col.ij.in verbo,poterat olim, tit.quib.mod.feud.amit.dum ibi loquitur de neceſsitate victus.

*Fames teterrimum mortis genus, atque miſerrimum.*

24 ¶Et hæc quidẽ optimo iure,quãdo nulla omnino neceſsitas fami par eſt. Teterrimum enim mortis genus famẽ eſſe pronũtiauit Homerus,qui lib.12.Odyſ.ita facit Eurylochũ loquentẽ:

πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν. Id eſt ad verbum,
*Omnes quidem terribiles mortes miſeris mortalibus:*
*Fame autem miſerrimum mori.*

Cuius ſententiæ meminere Plato in lib.de Repub.3.& Columella lib.2.Rei ruſticæ,c.item 2. & Cn.Pompeius in ea epiſtola ad Senatum,quæ dicitur fuiſſe deprompta ex libris Hiſtoriarum Salluſtij:Quantùm in vobis,fame miſerrima omnium morte confectus. Et his ſubſcribens Liuius lib.10.Secundi belli Punici,ſcribit famem & frigus miſerrima eſſe mortis genera. Hisq; alludens Plautinus paraſitus in Captiuis,Miſerrimum ait eſſe hominem, qui cùm eſſe cupit,quod edat non habet. Hinc Horatius lib.1.Carminum,Ode 21.miſeram famem vocat.

*Hic bellum lachrymoſum,hic miſeram famem,&c.*

*Fames miſera.*

Ouidius lib.8.Metam.appellat famem,miſerabile genus pœnæ:

*Moliturq; genus pœnæ miſerabile.—*

*Fames clades & acerbitates omnes ſuperat.*

Tullius autem ad Atticum lib.Epiſtolarum v. Fame nihil miſerius eſſe pronuntiauit. Ioſephus lib.6.Belli Iudaici,ca.14.ſcribit,famem rerum omnium clades ſiue acerbitates ſuperare. Quod & ex ipſo repetit Euſebius Cæſarienſis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib.3.cap.4.aut vt alij diuidunt,vj. Sed & idem Ioſephus lib.7. eiuſdem operis cap.11.tradit, Omne pereundi genus fame leuius videri. Et Menander,

λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ.
*Fames maximus dolor hominibus eſt.*

Quintilianus,ſi is eſt,in Cadauerum paſtis:Felix (ait) peſtilentia,felix præliorum ſtrages,denique omnis mors facilis. Fames aſpera,vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes,magiſtra peccandi,diriſsima neceſsitatum,deformiſsima malorũ. Hæc ad humile corpus nobiles manus mittit,hæc alienis pedibus mendicantes proſternit, hæc ſæpe ſociorum fidem fregit,hæc venena populis publicè dedit,hæc in parricidium pios egit. Quem citat Lucas Pen.in l.ij.col.ij.C.de quibus munerib.vel præſta.lib.10.

*Fames dira.*

25 ¶Plinius lib.2.cap.65.de terra loquens,Quin & venena,ait,noſtri miſerta inſtituiſſe credi poteſt,ne in tædio vitæ,diræ famis mors terræ meritis alieniſsima, lenta nos conſumeret tabe. Quibus vides,famem peculiariter diram vocari,vti & apud Virgilium lib.3.Aeneid.

*Sed non antè datam cingetis mœnibus vrbem,*
*Quàm vos dira fames,noſtræq; iniuria cædis,*
*Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.*

{Et Horatium lib.1.Sermo.ſatyra 2.haud multò poſt princ.

*—Inopi dare nolit amico,*
*Frigus quo diramq; famem propellere poßit.}* Et Ouidium lib.8.Meta.
*Tum quoque dira fames,implacatæq; vigebat*
*Flamma gulæ.—*

*Sæua.* Sæuam quoque (quod eiuſdem eſt ſenſus) vocat Lucanus lib.6.

*Sed patitur ſæuam, veluti circundatus arcta*
*Obſidione famem.—*

{Et Seneca Tragœdiographus in Octauia, actu 4.

*Turpiſq; egeſtas, ſæua cum luctu fames.*}

*Obſcœna.* Idem autem Virgilius eodem lib.3. eam obſcœnam vocat:

*Obſcœnamq; famem, quæ prima pericula vito.*

Quia, vt dicit Seruius ibi, homines ad obſcœna compellit: vt de maleſuada ſtatim dicemus. Nonius autem Marcellus, obſcœnã, in eo loco exponit, pro vitabili. Sic quoque eam, & *Tetra.* præterea tetram, vocat Euſebius Cæſarienſis Hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib.9.cap.8. Sed & ipſe Virgi- *Veſana.* lius (vt ad eum redeamus) veſanam eam vocat, lib.9.

*Suadet enim veſana fames: manditq;, trahitq;*
*Molle pecus.—* Et iterum lib.10.
*Suadet enim veſana fames, ſi fortè fugacem*
*Conſpexit capream.*

*Inſana.* Et poſt eum Apuleius lib.8. Metamorph. Cui non abſimile eſt, quod Lucanus eam inſanam appellat, lib.7.

*Inſanamq; famem, permiſſaſq; ignibus vrbes.*

*Maleſuada. Fames in veſtibulo inferni.* Idem Virgilius lib.6. eandem quoque vocat maleſuadam, quòd ſcilicet ad omne malum ſceluſq; ſuadendum ſit efficaciſsima, vt paulò pôſt dicemus: eamq; fabulatur ſedere in veſtibulo inferni inter tetra diraq; monſtra.

*Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucibus Orci*
*Luctus, & vltrices poſuere cubilia Curæ,*
*Pallenteſq; habitant Morbi, triſtiſq; Senectus,*
*Et Metus, & maleſuada Fames, ac turpis Egeſtas,*
*Terribili viſu formæ.—*

*Rabida.* Idem lib. Aeneidos ſexto, eandem Rabidam vocat, quòd in rabiem quãdam adigat homines.

*—Ille fame rabida tria guttura pandens.*

Hinc idem Virgilius lib.9. eiuſdem operis:

*—Collecta fatigat edendi*
*Ex longo rabies.—*

Et Silius Italicus, loquens de fame Saguntina, lib.2. Puni.

*—Rabidi ieiunia ventris Inſolitis adigunt veſci.—*

*Adagium. Peſtifera. Dura.* Ex quo eſt illud vetus adagium apud Plautum in Amphitryone, Fames & mora bilem in naſum conciunt. Ouid. lib.8. Metamorph. peſtiferam eam vocat:

*Peſtifera lacerare fame.—* Et duram lib.4. de Ponto:
*—Vix humili duram reppulit arte famem.*

Et ante eum Horat. lib. Sermonum 1. Saty.2.

*—Duramq; famem depellere poſſit.* Et atram Claudianus:
*Pallor & atra fames.—*

*Atra.* Quod accepiſſe videtur ab Heſiodo qui αἴθοπα λιμὸν lib.1. Operum & dierum vocat, id eſt, nigram, ſiue atram famem. At eidem Heſiodo lib. eiuſdem operis 2. λιμὸς quoque ἀτερπὴς, id *Iniucunda.* eſt, iniucunda, dicitur. Quod epitheton antè ei tribuerat Homerus, lib.19. Iliados:

*—ἵνα μή μιν λιμὸς ἀτερπὴς γούναθ' ἵκηται.*

*Imperioſa.* Sed vt redeamus ad Claudianum, is in Rufinum eam item vocat imperioſam, quòd extrema quæque imperet.

*Imperioſa fames, letho vicina ſenectus.*

*Violenta.* Et Lactantius in Phœnice, violentã, quod non multùm ab illo diſtat, quia ſcilicet violet iura omnia, etiam naturalia, vt paulò pôſt oſtendemus.

*Et curæ inſomnes, & violenta fames.*

*Pernicioſa. Omnia domãs. Mœſta.* Et pernicioſam, T. Liuius, Victoribus (ait) victiſq; pariter pernicioſa fames inſtabat. In lib.5. Epigrammatũ Græcorũ, vnum eſt nomine Callimachi in quo λιμὸς παντοδάματωρ dicitur, quaſi omnia domans. Mœſtam quoque illam vocat Seneca Tragœdiographus in Hercule furente:

*Fameſq; mœſta tabido rictu iacens.*

26 ¶Idem Liuius lib. Secundi belli Punici primo, dicit famem vltimum humanorum ſupplicium. *De fame alia multa.* Et Ammianus Marcellinus lib.19. eam vocat vltimum omnium malorum. Idem lib.25. ignotiſsimum mortis genus appellat, veluti admodum ignobile. Et paulò pôſt, Dies (inquit) quatuor ſunt euolati inedia cruciabiles, & omni ſupplicio triſtiores. Aegeſippus lib.5. Famẽ {vehementem} carnificem appellat. Diuus Hieremias Threnorum cap.4. dicit, Melius eſſe {occi} di gladio, quàm fame extabeſcere. Cui conſentiens Vegetius, Ferro (inquit) multò ſæuior fames eſt. Dauid autem peſtilentiam eligere maluit, quàm famem, cùm vtriuſque ei data eſſet optio, vt ſcribitur Regum lib.2.cap.24. Ouidius lib.8. Metamorph. famem Erebi & Noctis filiam dicit, eamque graphicè deſcribit. E' noſtris Bald. in l. pactum, colum. vltim. C. de pactis, tradit



tradit illud tanquam prouerbium vulgò celebratum, fames eſt acutiſsimus enſis. idem conſi. cccclviij. lata fuit ſententia, col.ij. lib.3. ſcribit, nihil triſtius eſſe, quàm fame necari, nihilq; fami comparari. Epicuri autem ſententia eſt, licere pro ſiti & fame depellenda, aduerſus Iouem pugnare, teſte Theodorico lib. de curatione Græcorum vndecimo.

27 ¶Et ſanè Lector hæc peſtis omniũ rerum teterrima eſt, & ad omne ſcelus ſuadendũ efficaciſſima. Ex nullo malorũ fonte fœdiora manarunt exempla. Hinc filiorum cædes, & infandæ epulæ: hinc præcipitationes, aliæq; feſtinatæ mortes: & quod omniũ atrociſsimũ eſt, reperti ſunt, qui ſeipſos laniarunt quando obſcœnos morſus in alios vertere non potuerũt. Nam in ea obſidione, quam inter ſecundum bellũ Punicũ paſſus eſt Spendius ab Amilcare Carthaginienſium Duce, eò inopiæ ventum eſt, vt Spendiani milites ſuis ipſorũ corporibus inedia, veſcerentur, captiuiſque (quod Polybius tradit) ac ſeruis cæſis eorũ carnibus ſuſtẽtarentur. Hanc autem rem ita explicat Porphyrius lib.2. de abſtinentia ab eſu carnium: Poſt primum (inquit) bellũ, quod de Sicilia à Romanis aduerſus Carthaginiẽſes geſtũ eſt, cùm Phœnices mercenarij milites defeciſſent, ſimulq; alios Pœnos in defectionẽ induxiſſent: Amilcar cognomẽto Baleas expeditione in ipſos facta in eam victus inopiã redegit, vt primùm eos qui in præliis caderẽt, in cibũ ſumerent: deinde vbi illi quoque defeciſſent, captiuos occiderent, eorumq; carnibus veſcerentur: poſteà in ſeruos omnes manus iniicerẽt: poſtremò verò, cùm omnia alia iam cõſumpta eſſent, in ſe mutuò cõuerſi ſorte eductos cõmilitones comederẽt. Numantini quoq; à Scipione obſeſsi, cùm omnia, quæ famem eorum trahere poterant, cõn ſumpſiſſent, ad vltimũ humanorũ corporũ dapibus vſi ſunt. Captaq; vrbe cõplures inuenti ſunt, artus & membra trucidatorũ corporũ ſinu ſuo geſtãtes: vt autor eſt Valerius libr.7.c.6. qui ſubdit, horum trucem pertinaciã in conſimili facinore Calaguritanorum, execrabilem impietatem ſupergreſſam eſſe: qui quia nullum iam aliud ſupererat animal, vxores ſuas notóſque ad vſum nefariæ dapis verterũt. Quoque diutius armata iuuentus viſcera ſua viſceribus aleret, infœlices cadauerum reliquias ſalire non dubitauit. Liuius lib.4. ab vrbe condita tradit, Cùm fames vrgeret Romanos, multos ex plebe, ſpe amiſſa, potius quàm vt cruciarentur trahẽdo animam capitibus obuolutis ſe in Tiberim præcipitaſſe. Herodotus lib.3. refert, exercitum Cambyſis Perſarum regis in expeditione, quam mouit aduerſus Aetiopes, tanta fame oppreſſum fuiſſe, vt ſortiti ex ſeipſis milites decimum quenque comederint. *Fames ad quæ nos mala impellat.*

28 ¶Tradunt & antiqui ſcriptores, Eriſichthonem, de quo nos ſuprà locuti ſumus, propter neglecta Veneris ſacra ad tantã famem adactum fuiſſe, vt propria ipſius membra corroſerit. Ex quo Ouidius libro octauo Metamorph. *Eriſichthon præ fame mẽbra propria dilaniauit.*

*Vis tamen illa mali poſtquàm conſumpſerat omnem*
*Materiam, dederatq; graui noua pabula morbo,*
*Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu*
*Cæpit, & infelix minuendo corpus alebat.* Et alter neſcio quis Poeta:
*Membra aliena fame lacerabant, eſſe parati*
*Et ſua.—*

Vt non abs re ſcriptum ſit Eſaiæ ix. cap. Eſuriet & comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur. Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit. Nec ideò mirum videri debet, quod multi tradiderunt Polypũ præ fame ſua ipſius brachia, ſiue cirros {aut, vt alij vertunt, pediculos} corrodere. Id enim Heſiodus libr. ſecundo Operum. Opianus libr. de piſcibus, & præter hos ij, Aelianus lib.xij. ſtatim poſt prin. & Albertus Magnus lib. animaliũ xxiiij. ſcriptis reliquerũt: Pherecrates, Comicus, Alceus, & alij multi, Athæneo, libr.vij.c.32. citati: tametſi Ariſtoteles lib. de natura animalium viij.c.ij. & Plinius lib.ix.c.29. & Athenæus ipſe reclamant. *Polypus. De eadem re.*

29 ¶Sed vt redeamus, in Hieroſolymitana expugnatione, cùm Iudæi arctius à Romanis obſiderentur, non ſolùm non abſtinuerunt à ſtercoribus hominum, & brutorum, & calciamẽtis & coriis à ſcutis detractis, quod ſæpe aliàs factitatũ eſt: ſed & reperta ſunt à militibus omnia ob inediã diſcutientibus, in priuata mulierculæ domo, puerilia mẽbra, quibus infelix mater nomine Maria, Eleazari filia, occultè veſcebatur, trahebatq; vitam illius viſceribus, qui omni vita ſolet eſſe parenti charior. Teſtis Ioſephus lib. Belli Iudaici vj.c.vlt. in fin. & lib.7.c.6. aut ex aliorum codicum ſectione, xj. & repetit Aegeſippus Excidij Hieroſolymitani lib.5.c.xlj. & Euſebius Cæſarienſis Eccleſiaſt. hiſtoriæ lib.3.cap.4. aut vt alij codices computant, vj. Diuus Chryſoſtomus libr.1. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ. Quin longo antè interuallo Doda rege Syriæ Ioram in Samaria obſidente, fames adeò inualuit, vt matres inedia adactæ filios necauerint, coxerint, comederint, vt ſcribit ſacra hiſtoria, iiij. Reg.c.6. & Ioſephus libr.9. Antiquit.c.4. Et in alia ipſius Samariæ obſidione, facta ab Ariſtobulo & Antigono Hyrcani filiis fames quoq; obſeſſos ad tetra humanorũ cadauerum alimenta coegit, vt tradit Aegeſyppus libr. Excidij Hieroſolymitani 1.c. item 1. Sed & imperante Iuſtiniano, eo anno, quo vrbs Roma, dum Belliſſarius inibi eſſet à Gothis obſideretur, tãta per vniuerſum orbem, & præcipuè apud Ligures fames excreuit, vt pleræque matres infelicium natorũ membra comederent, vt vir ſanctiſsimus Datius Mediolanẽſis antiſtes, & eius autoritate Paulus Diaconus retulere. Hincque dolẽter & flebiliter Hieremias, quo loco nuper citauimus, Manus (inquit)

mulierum coxerunt filios ſuos:facti ſunt cibus earum.Diuus ille Chyſoſtomus Homilia in Geneſim lxiiij.loquens de Iacob illo patriarcha,ſcribit,famis neceſsitatem patrię amorem in eo viciſſe.Et D.Hieronymus in Amos lib.3.Vetus narrat hiſtoria,nil fame durius,quæ ſæpe obſeſſos compellit humanis veſci carnibus,& in ſuam ſæuire naturam , ita vt nec parentes paruulis parcãt liberis,& maritalis affectus vxoris dudum amatæ membra dilaceret.Ex quibus ortum vetus adagium,Omnia eſculẽta obſeſsis.Quod quidem adagium, (vt id addas) ſumptum eſt ex veteri illo Senario cuiuſpiam Poëtæ,

*Adagium.*

ἅπαντα γάρ τοι βρωτὰ τοῖς πολιορκουμένοις.

Idem quoque de obitu Marcellæ ad Principiam,loquens de quadam fame,quæ tunc Romanos obeſſos tenebat:Terribilis (ait) de occidente rumor affertur,obſideri Romã,& auro ſalutem ciuium redimi,ſpoliatóſque rurſum cruciari,vt poſt ſubſtantiã vitam quoq; amitterent.Hæret vox,& ſingultus intercipiunt verba dictantis.Capitur vrbs , quæ totum cepit orbem:imò verò fame periit,antequàm gladio:& vix pauci,qui caperentur, inuẽti ſunt. Ad nephandos cibos erupit eſurientiũ rabies,& ſua inuicem membra laniarunt,dum mater non parcit lactenti infantiæ,& recipit vtero,quem paulò antè effuderat.Ex quibus eſt illud Leuitici 26.Corripiã vos ſeptem plagis propter peccata veſtra , ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum,& filiarũ veſtrarum.Et Deuter.c.28. Obſideberis intra portas tuas in omni terra tua,quã dabit tibi dominus Deus tuus:& comedes fructũ vteri tui, & carnes filiorũ tuorũ, & filiarũ tuarum,quas dederit tibi dominus Deus &c.Et Baruch.ij. Vt adduceret Dominus ſuper nos mala magna,quæ non ſunt facta ſub cælo,quemadmodum facta ſunt in Hieruſalem,ſecundum quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,vt mãducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ.Et Ezechias v.Patres comedent filios ſuos in medio tui.

30 *De eadem re.*

¶Non mirum igitur videri debet,quod Plinius lib.8.c.lvij.tradit Annibale Caſilinum obſidente,vænisſe murem CC.nummis,eumq́ue qui vẽdiderat fame interiiſſe, emptorẽ vixiſſe. Quod & ipſum tradit Valerius lib.7.c.6. Quanquàm apud Strabonem lib v. legimus non murẽ in ea obſidione,ſed modiũ frumenti venditum fuiſſe CC. drachmis , emptoremq́; ea alimonia incolumen ſeruatum, venditorẽ autem fame extinctum.Non mirum (inquam) quod in exercitu Marci Antonij quo tẽpore cum Phraorte,aut vt alij vocant,Phraarte rege Parthorum pugnaretur,chœnix Attica frumenti (tanta fames erat)quinquaginta drachmis empta ſit, & pro hordeaceis panibus paris ponderis argentum datum,vt ſcribit Plutarchus in vita ipſius Antonij. Et quòd in ea Samariæ obſidione,de qua nuper locuti ſumus, caput aſini venundatum eſt 80.argenteis,& quarta pars cadi ſtercoris columbarũ quinque argenteis:ſicuti quoque ſcriptum eſt eo.c.vj.lib.4.Regum.Et apud Ioſephum,vbi ſuprà,qui eam quartam partem cadi, ſextarium appellat.

31 *Deciſio prin. huius dubij.*

¶Quid igitur (vt ad principale noſtrum inſtitutum tandem veniamus) etiam mirãdum eſt, ſi quod aliâs venire prohibetur,liceat vendere vrgente tam tetra,diraq́;,atque omnia audẽte, ſuadenteq́ue,famis neceſsitate. Et ſi quæ cogit liberos proprios , vxores noſtras propriamq́ue noſtram carnem (vt diximus) mandere,quæq́ue permittit liberos ipſos vænundare, eadem permittat & ius familiæ,& generis etiam vẽdere;quod non adeò arctum eſt & peculiare , quàm liberorum,id eſt,noſtræ priuatæ geniturę.Retractũ dico,qui ratione generis & familiæ competit.Proinde (vt id caput concludam) facilè conceſſerim in hac tanta neceſsitate ius iſtud retractus cuiuis vendere,ſi cæteri conſanguinei emere differãt, hoc ſolo argumento,quòd liberos quoque tunc vendere liceat.In cæteris autem neceſsitatibus non auſim tam conſtanter aſſeuerare,tametſi Bal.& Paul.Caſt.vt ſuprà diximus,id aſtruant.

32 *An retractus cedi poßit ſalte in præiudiciũ cedẽtis.*

¶Qvarto intellige,vt huiuſcemodi ceſsio fieri non poſsit,quãtùm ad præiudiciũ cõſanguineorum,ſed quantùm ad præiudiciũ ipſius cedentis poſsit,vt ſcilicet locus pateat cæteris conſanguineis:vt quibuſdã placere video,arg.l.j.§.Titius filios,tit.ſi de feu.fuer.contro.inter domi.& agna.Ita enim voluit Ferronus in cõmentariis cõſuetudinũ Burdi.hoc eod.titu.§.j. Id quod ſine dubio verũ eſt,vt ſcilicet alter cõſanguineus etiam remotior venire poſsit,ſi ſit intra annũ.Sed an ſibi ita præiudicarit,vt propter ceſsionẽ non amplius audiatur,dicã pleniſsimè in gloſſ.ſeq.nu.5.ſed dubitari , & multis ſeq.Sed & an valeat ea ceſsio in præiudicium emptoris,ſi alius cõſanguineus nõ veniat,& ſic teneatur emptor admittere extraneũ ceſsionarium,ſatis patet ex iis quæ diximus ſuprà eadem gloſſ.nu.10.ſecundò intellige,& ſeq.

33 *Cõſanguineus retrahens, an acquirat ſocio omniũ bonorum.*

¶Qvinto intellige,vt ſi conſanguineus retrahens ſit ſocius bonorum alterius extranei, certè retrahendo per ipſum conſanguineum,alteri extraneo ſocio acquiritur in re retracta, pro portione ſocietatis,argu.l.ſi is qui duos,ff.de libe.lega.vbi ex duobus ſociis,qui incapax eſt,propter eum qui capax eſt,capit per cõſequentiam,hæc enim ſunt verba eius legis,cuius autoritate ſuffultus Dy.& poſt eum Bar.ibi in fi.tradit quòd licet ſpurius non poſsit capere à patre,tamen ſi ipſe ſpurius contraxerit ſocietatem cum alio capace, iſte alius poteſt inſtitui hæres à patre ſpurij,atque ita tranſibit dimidium bonorum in ſpurium.& idem voluit Bald.qui dicit menti tenendum,in l.j.colum.vlti.in 14.q.C.pro ſocio, vbi & illum text.dicit not.Sal.qui & eum not.dicit & ſingu.in l.ſi ſocietatis,C.eod.tit.& in l.ſocietatem, la j.ff.eod. tit.vbi & eum dicit & not.Pet.Ancha.Ioan.Ana.& Fel.in c.ij.extrà de Iudæis,& Lud.Sard.in tract.



tract.legitimationum,char.vlt.verſi.octauò ſi ſpurius,vbi & huius rationẽ reddit.& Cæpolla cautel.xxxviij.ſecundum vltimam computationem,& lxiiij.ſecundùm primam,incip.nunc videamus,verſic.octaua cautela eſt.Barba.qui propè vbique dicit,illum tex.ſing.in repe.cap. Raynaldus,char.antepen.extrà de teſta.& in repet.rub.extrà de reb.eccle.non alie.colum.xij. verſi.duodecimò limita.& conſi.xxxvj.ſapienter,col.viij.libr.2.& conſi.xliiij.quod eſt ſimili exordio,col.vlt.eo.lib.2.& conſi.lxxxiij.illud afferam,col.ij.lib.3.& conſi.v.illud in medium, col.vij.verſic.facit etiam,lib.4.& illius diſcipulus Anton.Corſe.ſing.Spurius,vbi dicit etiam illum tex.ſing. {& Cæſar Lamberti.in tract.de Iure patro.in 6.artic.j.q.princip.j. partis.1.libr. col.ij.nu.5.} & Io.Crotus in repet.l.filiusfamiliâs,§.diui,col.xxiiij.verſ.ſextò & vltimò fallit, ff.de leg.j.vbi ex hoc dicit, quòd ſi hoc ſtatuto prohibeatur res immobilis alienari in extraneum:tamen ſi extraneus cõtraxerit ſocietatem bonorum cum ciue,qui acquirat,iſte extraneus in conſequentiam ſocietatis etiam acquiret:quæ res proximè accedit ad caſum noſtræ conſuetudinis. De quo etiam eſt expreſſa conſuetudo apud Borbonios, cap.cõſuetudinum eius loci ccccclxiiij. Et de viro & vxore habemus etiam conſuetudinẽ expreſſam ſuprà eod. tit.§.xvj.vbi & nos aliquid diximus in ij.gloſ.

*Cõſuetudines.*

34 ¶Et hanc quoque ſententiam cõfirmat,quod voluit glo.no.in l.vlt.in verbo,fratribus, C.de hono.& mune.non conti.libr.10.quòd ſocius omnium bonorum conſequitur vacationem ſiue immunitatem munerum ex perſona ſui ſocij exempti. quam gloſ.ſequitur & dicit ſing. Alex.conſi.cxxij.viſo puncto,col.iiij.verſ.ad hoc etiam facit,lib.4.& Barb.locis ſuprà citatis, & prætereà in l.ij.in princ.col.xij.ff.de verbo.oblig.& iterum in l.iiij.§.Cato, col.xxix.verſic. mihi autem videtur,eod.tit.& Iaſon.qui & eam dicit ſingu.in l.j.col.j.C.de tranſact.& in l.ſi emancipati,col.iij.C.de colla. De quo tamen vide Fel.dubitantem in c.j.col.v.verſic.ex quo dubito,extrà de præſcr.nam & Bart.& Io.Plat.quorum tamen non meminit,in d.l.vltim.de hono.& mune.eam glo.ſententiam reiiciunt. Et vide alia quædam ſimilia apud {Rom.in l.j. col.ij.verſi.tertiò facit,& ſeq.ff.de cond.ob.turp.cau.& latiùs} Barb.in d.rub.de reb.eccle.non ali.& locis ſuprà ex eo citatis.& Hip.Marſ.ſing.clxxx.plura & Ant.Corſe.d.ſingu.ſpurius,& quod dicemus infrà in ead.glo.nu.42.nec mirum quidem,& quæ etiam diximus ſuprà eod. tit.§.j.glo.ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.68.& quanquàm pater.Et vide etiam aduerſus ea,quod ſcribunt Mart.Laud.& Card.Alex.in c.j.in fi.tit.de inue.de re ali.fac.

*De eadem re.*

35 ¶Sed quod de caſu noſtri retractus diximus , intelligendum eſt ſecundum Barto.in d.caſu ſpuriorum,in dicta l.ſi is qui duos,vt ſcilicet procedat,niſi de fraude appareret per quaſdam coniecturas:de quibus,vt ipſe ſubdit,dixit in l.poſt contractum,ff.de donat.& id ſequuntur Ludoui.Sard.& Cæpolla,quibus locis ſuprà citauimus : qui tamen dicunt in dubio præſumi fraudem. Sed ego quantùm ad caſum noſtri retractus , magis accedo ſententiæ Bart.ſimpliciter,vt ſcilicet debeat conſtare de fraude : quoniam fraus in dubio non præſumitur , l. meritò,ff.pro ſocio,& l.patronus,& l.quoties,§.qui dolo,ff.de proba.& l.ſi Prætor,§.Marcellus,ff.de iudic.& l.iij.§.vlt.in fi.& ibi gloſſ.ff.de tribu.actio.& l.dolum,& ibi Bar.& alij, C.de dol.mal.& l.j.& ibi Corn.in ij.not.C.ſi omiſ.cau.teſta.& c.officij,in verbo,conſtiterit , & ibi Barb.col.xxxj.nume.29.de teſta.& cap.acccedens.de falſis,& cap.ij.de renuntia.lib.6. & gloſſ. in l.ij.C.ſi alie.res pigno.dat.ſit,& in cap.ex tenore,in gloſ.vlti.extrà de reſcript.Spec.titu.de appel.parte ij.§.nunc tractemus,verſ.ſed ſecundum præmiſſa,& iterum tit.de donat.§.j.verſi. item pone aliquis.Albe.in l.j.ad fin.princi.ff.de rer.diui.& in j.parte ſtatutorum,quæſtio.cx. ſtatuto Parmæ , ad fin.Bald.conſi.cxcviij.ad intelligentiam,col.j.libr.1.quod repetitur conſi. ccccclxvj.lib.5.& idem Bald.conſi.lxx.de iure ciuili,lib.4.& vtrobique per d.§.qui dolo.Ioan. Cald.conſi.vij.titu.de conſtit.incip.an ſi ſtatuto cauetur.D à Rot.deciſi.cclxxj.ſi de mãdato, in fin.in nouis,& iterum deciſ.cccclxxxj.extra rotam,in princ.etiam in nouis,& Ang.conſi. cxlij.ſuper primo,ad fin.Rapha.Fulgoſ.conſi.cxcviij.in quæſtione,colum.ij.verſic. ſupereſt. Petr.Ancha.conſi.cciiij.viſis & ponderatis,colum.vlti.verſic.non obſt.iiij.ratio, & conſi.cclj. ex his,poſt medium,& conſi.cclv.dubium, col.ij.& conſi.ccclxxxviij.in caſu præmiſſo,col.j. & Docto.vbique.

*Quid ſi de fraude appareat.*

*Fraus in dubio non præſumitur.*

36 ¶Nam & ſi illa iura maxima ex parte de dolo loquantur,illud tamen verum eſt , dolum & fraudem germana eſſe,& quadam cognatione coniuncta.l.Iuriſgentium , §.ſed ſi fraudandi, & ibi glo.Bar.Ang.& communiter omnes,ff.de pact.& l.j.in prin.& ibi glo.in verbo, fraude, ff.de his qui not.infa.& in c.cæterùm,extrà de reſcript. Quanquàm alij vnum ab altero diſtingunt,vt genus à ſpecie.vt videre licet per omnes in d.§.ſed ſi fraudandi,& in l.ij.C.de in lit.iuran.& in c.j.lxxxj.diſt.Alb.in l.fraudis,ff.de reg.iur.& Bald.in l.quæ fortuitis,col.ij.C.de pigno.actio.& Panor.in c.ex tenore,col.j.in 4.notab.extrà de reſcript.& conſi.lxviij.videtur primò dictum magiſtrum,col.j.lib.j.

*Fraudẽ & dolum germanos eſſe.*

37 ¶Sed vt redeamus ad principale noſtrum inſtitutum,ea ratio,quam Ludo.Sard.& Cæpolla locis ſuprà deſignatis afferunt,priuatim ac peculiariter reſpicit illum caſum ſpuriorum , de quo & ipſi loquuntur: nec aliquid facit ad caſum noſtri retractus,vt ex iiſdem locis videre licet.Et apertiſsimè videmus,ſi non omnino cæcutimus,in hoc caſu non tãtam eſſe cauſam ſiue occaſionem præſumendæ, aut in ſuſpicionem vocandæ fraudis,ſi quæ ſit,quàm in illo caſu.

*De eadem re.*

caſu.Et interim tamen vide eundem Bart.qui propemodum ipſe ſecum diſsidet in illo caſu, in l.vlt.col.j.verſi.quæro vtrùm ſit aliquis,ff.de his quib.vt indig.

*An autem iſte cõſangnineus poterit retrahere partem ſocio acquiſitam.*

38 ¶Sed & alio modo intellige hũc caſum noſtri retractus,vt videlicet quamuis ob ſocietatem pars acquiratur ſocio conſanguinei retrahentis,licèt extraneus ſit, vt diximus : tamen intra annum ſolutæ ſocietatis poterit ipſe conſanguineus,aut eo mortuo hæredes illius eam partem illi olim ſocio extraneo acquiſitam retrahere , reſtituendo pretium pro rata eiuſdem partis,vt expreſsè cauetur,quantùm ad virum & vxorem,qui & ipſi ſunt cõmunes in bonis mobilibus & quæſtibus,iure ac vi matrimonij,ex noſtra conſuetudine,ſuprà eod.titu.§.xvj. & ſeq.quod & nos optimis,ni fallor,rationibus ad alios ſocios traximus,in §.xx. eiuſdẽ tit. Eſtque expreſſa conſuetudo tam in coniugibus,quàm aliis ſociis, permixtim apud Borbonios,d.cap.ccccIxiiij.qua & ipſa declarantur cæteræ huiuſmodi cõſuetudines noſtræ Galliæ, loquentes tantùm de coniugibus.

*An ius retractus trãſeat in extraneũ cum vniuerſitate.*

39 ¶Sexto intellige,quod dictũ eſt,vicinum,aut cõſortem,qui ex forma ſtatuti poteſt retrahere,ab extraneo non poſſe eam facultatem alteri extraneo cedere : intellige, inquam niſi & rem vicinam ratione cuius id ius competit:cedat:vt ſcripſerunt Bal.in tracta.Protomixeos, col.ij.verſi.quæro nunquid iſtud ius,& iterũ col.vj.verſi.his ſic præmiſsis,in fi.Matth.Afflic. in eod.tract.§.j.col.antep.verſi.vltimò not.ibi,& ex iis deciditur,& iterũ in verbo,vt infra 30. dies,col.ix.verſi.ſed iuxta hoc quæro,in fin.eius verſi.Albe.in l.qui ſolidũ,§.prædia,per eum tex.ff.de leg.ij.Pau.Caſt.in l.apud antiquos,C.de fur.& conſi.ccccxxx.circa primum quæſitum,in ij.dubio,lib.2.& Ioan.Bapt.Roſel.inter conſi.eiuſdem,conſi.ccxliij.ſtatutum Paduæ, poſt medium,eod.lib.2.Paulus Pariſi.conſ.lxxxij.pro veritate,col.iiij.nu.26.lib.3.& alij multi ex iis quos ſuprà in princ. huius glo.citauimus.

*De eadem re.*

40 ¶Quæ res tamen non poteſt procedere in caſu noſtri retractus:nam ius ipſius non competit ratione rei,ſed perſonæ:cuius qualitas,id eſt,cõſanguinitas,ob quam competit,cedi non poteſt,vt paulò pòſt dicemus.Ideò nec id ius tranſit cum vniuerſitate, vt expreſsim voluit.Io. Fab.in §.j.col.vlt.Inſti.de acqui.quæ fit per arro.nam nec tranſit in hæredẽ vniuerſalẽ extraneum,vt dicit idẽ Fab.in §.ex contrario,in fi.Inſti.de leg.de quo diximus ſuprà in eadẽ glo. nu.3.ſed quod diximus.Tu tamen vide quod in ſimili tractatur,an ſtante ſtatuto prohibẽte fieri alienationẽ in extraneum,poſsit tamen fieri cum vniuerſitate:vt per Bal.& Sal.inuicem diſsidentes in l.ea lege,illum quidem col.iij.verſi.ſecũdò quæro,hunc col.pen.verſi.conſidero igitur,C.de condi.ob.cauſ.Pau.Ca.conſi.ccxxiiij.ſuper ſecũdo, in v.dubio.lib.1.Io.Crot. in repe.l.filiusfamiliâs,§.Diui,col.xxj.verſi.ſecundò fallit,ff.de leg.j.

*Ratio quare ius retractus extraneo cedi non poteſt.*

41 ¶Qvare autem id ius cedi non poteſt,afferũt multi multas rationes:ſed omnium plurimas Io.Igne.in repe.l.dudum,col.xiiij.verſi.his adde vnũ articulũ,& ſeq.C.de cõtrah.empt. Omnes autẽ hanc,veluti præcipuam,adducũt:quoniã huius retractus ratio eſt, ne res exeat de genere,ſiue familia,arg.l.pater,§.fundũ Titianum,ibi,de nomine veſtro nunquam exeat, ff.de leg.ij.& in l.qui ſolidum,§.prædiũ,& l.cùm pater,§.libertis,& l.peto.§.fratre, & l.filiusfamiliâs,§.cùm pater.ff.eod.tit.& l.is qui complures,ff.de leg.iij.& l.libertis,ff.de condi.& demon.cum ſi.Et vltra eos,quos ſuprà in princip.citauimus,qui hanc propè omnes rationem adſtruunt,eandem quoque huic conſuetudini aſsignat Io.Fab.in §.j.Inſti.de emp.& vend.& Phil.Dec.conſi.cclxxv.in cauſa quæ Lucæ agitatur,col.vj.verſi.nec obſtat ſi dicatur.& conſi. 471.iuridicum,paulò ante fi.Io.Ign.in d.l.dudũ,col.iiij.in fi.& alibi ſæpe in ea repe.& omnes vtique de ea loquentes.Cui rationi admodũ concinit,quod diximus ſuprà in præfat.huius tit.nu.7.id autem ius.Et lex antiqua Locrorum,qua cauebatur,ne quis patrimoniũ alienare poſſet,niſi euidentem calamitatem ſuperueniſſe oſtendiſſet:& vt præterea antiquæ hæreditates conſeruarentur,vt ſcriptum reliquit Ariſtot.libr.Politic.2.cap.v.

*Locrorũ lex.*

*De eodem.*

42 ¶Igitur cùm ea cauſſa conſuetudinis ceſſaret, ſi id ius cederetur extraneo,in quo non eſt ea qualitas,quæ requiritur à ſtatuto,vel conſuetudine,id eſt conſanguinitas, gentilitas, proximitas,neceſsitudo ſanguinis,conſentaneũ eſt,id ius competens ratione illius qualitatis,cedi non poſſe,non magis quidem,quàm qualitatẽ ipſam,quæ hauddubiè cedi non poteſt, cùm ſit ius & qualitas ſanguinis & agnationis,l.ius agnationis,ff.de pact.& l.iura ſanguinis, ff.de reg.iur.per quæ dicit Bar.in l.cætera,in prin.& ibi Iaſon,ff.de lega.j.huiuſmodi iura non eſſe in commercio noſtro.Et ſic cùm deficiat in extraneo illa qualitas ſanguinis , debet deficere vis & effectus beneficij eiuſdem.l.ætatem,§.vltim.ff.de cenſib.& l.j.§.permittitur, ff. de aqua quotid.& æſti.& l.ſemper.§.negotiatores,ff.de iure immunit.

*Retractus feudalis an alteri cedi poßit.*

43 ¶Sicuti etiã in ſimili dicitur à quibuſdam,dominũ feudi vel emphyteuſis non poſſe cedere ius retentionis ſiue prælationis,quod habet in re feudali vel emphyteutica ex conſuetudine, & ex l.vlt.C.de iure emphyt.vt per Guid.Pap.qui ita dicit vidiſſe ſe ſemper iudicari in curia Parlamenti Delphinatus , deciſ.ccccxj.an ius prælationis.vbi & alios allegat , qui tamen nihil de ea re loquuntur. Sed & hoc voluit Pet.Iac.quem ille non allegat,tit.de actio.in rem pro re emphyt.col.x.verſi.quid ſi directus dominus.& Boẽr.in conſuetud.Biturigum,tit.*de la retenue des choſes vendues en fief*, §.j.col.j.verſi.& intelligo.& iterum in hoc tit.*de retraict*, §.iij. col.v.verſi.& idem eſt in domino.& Chaſſe.in conſuet.Burgun.in tit *des cenſes*, §.j.in verbo,

*retenue,*



*retenue*, in prin.Et hoc expreſsim ſtatuit conſuetudo Turoniæ hoc eod.tit.*des retraictz*, c.32. cuius loci commentarij muti ſunt:atque etiam conſuetudo Lorrienſis apud Montargium, tit.j.§.v.Et id quidem,quia illa qualitas domini ceſſat in extraneo, niſi totũ ius emphyteuſis cederet,vt diximus ſuprà in vicino numero ab hinc iiij.Et id etiam nouiſsimè tenuit Caro. Mol.qui id latiſsimè & doctiſsimè,vt pleraque omnia,tractat in cõſue.Pariſ.tit.j.§.xiij.nu.20. & multis ſeq.vbi dicit,nullum ſe ſcribentium reperiſſe,qui contrarium teneret.

*Cõſuetudines de ea re.*

*De eadem re.*

44 ¶Tamen in hoc iure prælationis ſiue retentionis feudalis,aut emphyteuticariæ,contrariũ,vt ſcilicet alteri cedi poſsit,tenuit Collect.in c.potuit,col.vlt.verſ.quid ſi dominus fingit,extrà de locato.& Pau.Caſt.conſi.cccxxxv.laudatio & inueſtitura,in princ.iuncto facto.quod ponitur ante illud conſi.lib.1.Et in hanc ſententiã eſt expreſſa conſuetudo apud Borbonienſes, c.conſuetudinum eius gentis ccclvij.& Aruernienſes tit.*de emphyteoſes*,,cap.xx. Marchienſes, hoc tit.§.xx.qui eſt omniũ cclxxx.Et idẽ ſatis voluiſſe videntur conſuetud.Cenomanorum, cap.ccccix.& Andegauorum,c.cccxcix.dum ius faciunt domino , confeſtim quàm feudum redemerit reſtituto pretio,vendendi illud ipſum alteri.Et vt è nonnullis accepi,hanc etiam partẽ approbauit ſupremus noſter Senatus Pariſiẽſis,vt ſcilicet id ius cedi poſsit areſto ſuper ea controuerſia lato pro Epiſcopo Carnotenſi in Baronia Dalluye,anno Domini 1520.

*Cõſuetudines de ea re.*

*Areſtum.*

*Reſcriptũ cedi non poteſt.*

45 ¶Nec mirum quidẽ,ſi id ius retractus cedi non poſsit. Sunt enim & alia permulta quæ ſimiliter cedi non poſſunt:ex quibus nonnulla,quorũ nunc in mentem venit, hîc ſubnectere decreuimus. Inter quæ primo loco eſt reſcriptum c.vlt.extrà de reſcript.& ibi Io.And.col.j. Bal.col.ij.verſi.deinde nota.Pan.in ij.not.poſt alios Antiquiores:qui & hoc dicũt procedere, etiam ſi is,qui reſcriptum obtinuit,iura ſua cederet : nam nec ita faciens , reſcriptum poſſet concedere,cùm ſit merè perſonale,nec trãſgrediatur perſonas in eo cõtentas.c.pe.& ix.extrà de offic.deleg.Dicitque Bal.vbi ſuprà,hoc ita procedere.vt & reſcriptum ab vno ſociorum impetratum,nihil alteri prodeſſet,quamuis ſit argu.contrà,in l.ſi is qui duos,ff.de libe.legat. Super quo vide quæ diximus ſuprà eadem glo.nu.33.quintò intellige.& ſeq.

*Nec vſusfructus.*

*Nec quæ ſua natura ſunt inſeparabilia.*

46 ¶Secvndò vſusfructus,quia inſeparabilis eſt à perſona,cedi quoque non poteſt.l.ſi vſuſfructus,ff.de iure dot.& l.vſufructu,§.j.ff.ſol.mat.& §.j.Inſtit.de vſufr.Nam & aliâs quæ natura ſunt inſeparabilia,nec ea quoq; ſunt ceſſabilia,l.ſi mulier,§.ex aſſe,ff. de iure.dot.Tamẽ fructuum cõmoditas poteſt ab vſufructuario cedi.l.neceſſariò,§.vlt.ff.de peri.& commo.rei vend. {& d.l.vſufructu,& ibi Roma.col.ij.in vj.notab.ff.ſol.mat.& l.in venditione,in prin.& ibi Bar.ff.de bon.author.iudic.poſsid.} De quibus & tu vide Hoſt.in c.Raynutius,col.xij.in verbo,tertia Cleræ primò deducta,extrà de teſta.Barto.in l.ſi vſusfructus,quæ eſt 4. in fi.de nouat.& in l.j.C.de peti.bono.ſubla.lib.10.Bal.in l.ſi tibi decem,§.pactum,in ij.not.ff.de pac. & conſi.cccxxxv.quædam mulier,in j.dubio,lib.1.& conſi.ccclxxxiiij.in hoc puncto , libr.4. Panor.in cap.præterea.paulò ante fin.extrà de iure patro.Fabi.à monte S.Sab.in tractatu de empt.& vend.in xxj.quæſt.prin.& Steph.Bertr.conſi.cccxlvj.ponitur in facto nume.12.libr.j. {Nam & ſimile eſt,quòd licèt decima cedi non poſsit laico,cùm ſit quid ſpirituale,c.cauſam, quæ.de præſcrip.& c.prohibemus.de deci.poteſt tamen eidem cedi eius commoditas, c.ij.de locat.& Spec.in tit.de pig.§.j.verſi.quid de decima.& Roma.in d.l.vſufructu.vbi ſuprà,& latè diximus ſuprà §.j.glo.vij.in verbo,*ou autres choſes*,nu.51.ſed & facit.}

*Nec bonorum poſſeßio.*

47 ¶Tertiò, bonorum poſſeſsio.l.iij.§.acquirere,ff.de bon.poſ.Ita enim per eum tex.voluit Bald.conſi.clxxxvj.quia allegationes,colum.iij.lib.1.Sed aduerte:nam is tex.non dicit expreſſim,quòd bonorum poſſeſsio non ceditur,ſed id tantùm,quòd non tranſmittitur ad hæredem:quod ſatis eſt,vt inde agnoſcas,quòd nec cedi poteſt : nam quicquid non eſt tranſmiſſibile ad hæredes,nec id quoque ceſsibile eſt,l.ſi ex pluribus,& ibi Dyn.Bart.& alij. ff.de admini.tuto.& l.non ſolùm,§.ſi puellæ , ff.de ritu.nup.& l.ſi ſtipulatus fuerim,in princip.ff.de verbo.oblig.Bald.in rub.C.de nouo Cod.compo.in fi.& in l.vltim.C.de hære.vel.act.vend. & conſi.cccxxvij.pridie,col.iij.lib.1.& conſi.cxxiij.reuerendiſsimus,colum.iiij.verſi.ſequitur videre.lib.5.& Docto.vbique.

*Ceßibile non eſt , quod non eſt tranſmiſſibile ad hæredes.*

*Ceßibile non omne eſt,quod tranſmißibile eſt.*

48 ¶Sed non è diuerſo tamen,quod tranſmiſsibile eſt ad hæredes,cõtinuò eſt ceſsibile,vt multi falsò aſſumunt ex dictis iuribus : vti optimè intelligunt,& declarant Alex.& Iaſ.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim,ipſe Alex.in addi.Bart.in d.l.ſi mulier, §.ex aſſe.ff.de iure dot.& idem Iaſon in l.ſi conſtante,col.vlt.ff.ſolut.matr.& in l.j.§.vlt.colum.iij.verſic.item circa.ff.de oper.noui nuntia.& in auth.res quæ,col.x.verſicu.decimoquartò.C.commu.de lega.& in repetit.l.quò minùs,in xxx.q.verſi.confirmo quia facilius,ff.de flumi.& Bertrãd.conſi.iiij.viſis hinc inde, nume.39.lib.3.Philip.Deci.conſi.dcxiiij.in cauſa feudali,col.ij.quod propè iiſdem verbis repetitur conſi.dclxxx.& Carol.Ruin.conſi.lxxij.viſo,col.ij.nu.4.lib.1.& Franc.Ripa in repet. cap.ſæpe,col.vij.nume.26.extrà de reſtit. ſpoliat. Et apertè ex eo probatur, quòd fideicommiſſum vniuerſale tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſarij,l.cogi,§.idem Marianus, ff.ad Trebellia.& tamen cedi non poteſt.dicta l.ſi mulier,§.ex aſſe,ff.de iure dot.& dicemus infrà num.52.octauò fideicommiſſum.Et ex eo quoque,quòd iura directa tranſmittuntur ad hæredes, & tamen cedi etiam non poſſunt , vt & dicemus numero 58. decimoſextò actiones. Ex eoque,quòd iura ſepulchrorum tranſmittuntur ad heredes,tamen cedi non poſſunt,vt

dicemus

dicemus etiam infrà nume.55.igitur duodecimò. Et vide quæ dicam infrà in gloſſ.vlt.huius §.num.29.trigeſimoſecundò,quod libet.& tit.ſeq.§.j.{glo.vj.} in verbo, *ou ſes heritiers*, nu.12. at is confeſtim.Et id quidem erit pro QVARTO.

*Nec ius adeũdi,ſiue immiſcendi,cedi poteſt.*

49 ¶QVINTO igitur ius adeundi ſiue immiſcendi,quod penè idẽ eſt,cedi non poteſt.de quo tu vide Bal.in rub.extrà de procu.col.iiij.circa medium.& in c.ex reſcripto, col.j.de iureiur. & conſi.ccclvij.nulla mulier,col.j.lib.1.& conſi.ccccxlviij.ſanctus Franciſcus, in fin.libr.5.& Corne.conſi.ccxj.videtur prima fronte,in col.ij.verſi.his tamen non obſt,lib.2.& conſi.ccvj. viſo ſuprà ſcripto themate,col.vj.verſi.coadiuuantur præmiſſa,lib.3.& conſi.ccxcix. videtur prima facie,col.j.& iterum colum.iiij.verſi.non obſtat ſecundum,eod.lib.3.& conſi.ccxxxvj. diligenter,col.iij.verſi.inſuper,lib.4.& conſi.ccxxxix.in hac,col.ij.verſi.nec poteſt, eod.lib.4. & conſi.ccliiij.principalis difficultas,in princ.eod.lib.4.

*Nec actio iniuriarum.*

50 ¶SEXTÒ, actio iniuriarum, vt quidam volunt, inter quos eſt Ioann.gloſſator antiquus, vt refert glo.in l.iniuriarum,ff.de iniur.& in l.vlti.C.de hære.vel act.vend. Verùm gloſſ.ipſa vtrobique videtur ſentire contrarium : quam vide,& Docto.in iiſdem locis.& rurſus in l.ſi nomen,& ibi Sal.ff.de hære.vel act.vend.Hoſt.in Summa,tit.de ali.iud.mut.cau.fac.§. vltim. Spec.tit.de ceſsi.act.§.j.verſ.an actio iniuriarum,& ibi Io.And.in addi.incip.de actione iniuriarum.Pet.Iac.in tit.de act.iniuriarum ex leg.Corne.Albe.in l.j.col.ij.verſic.ſed quid erit.C. ne lic.poten.Bal.in l.per diuerſas,in xvj.q.C.man.& in l.vlt.& ibi Sal.C.de hære.vel act.vẽd. Aegid.Bellem.in c.ex parte,colum.xvij.verſi.xix.quæritur,de alien.iud.mut.cau.fact. } Fran. Areti.in l.j.col.antepenul.ff.ſolu.matrim.Guid.Pap.in ſtatuto,ſi quis per literas, in gloſſ.vel quaſi,col.xiiij.verſic.item quia actio.

*Nec operæ officiales.*

51 ¶SEPTIMÒ, operæ officiales,l.ſi non ſortem,§.libertus,verſi.vlti.& ibi Iaſ.in xiij.notab.ff. de condi.inde.& l.pro hærede,§.ſi quid tamen,ff.de acqui.hære.& Bal.in l.liberti libertæque, col.iiij.verſi.item dubitatur,quidam promiſit,C.de bon.liber.cum ſimi. Nam & huiuſmodi operæ adhærẽt perſonæ,l.operæ in rerum,ff.de oper.liber.ideò nec delegari poſſunt,l.vnica, §.ne autem,C.de cadu.tol.Sed quomodo id intelligatur,vide per Bal.vbi ſuprà.& Alexand. in d.§.libertus,in vlt.notab.& ibi Iaſ.vbi ſuprà.

*Nec fideicommiſſum vniuerſale.*

52 ¶OCTAVÒ, fideicommiſſum vniuerſale, vt per d.§.ex aſſe,tenuit Bart.ibi,& Bal.qui eum negat alibi reperiri,in cap.nonnulli,colum.vj.de reſcript.& conſi.ccxix.Pepus, col.ij.verſic. præmittendum eſt,lib.2.{vbi tamen intelligit ante reſtitutionem factam.} Alexand.& Iaſon, qui & illum tex.dicunt ſing.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud, ff.de verb.oblig.& idem Iaſ.in l.j. nu.96.ff.de leg.j.vbi dicit eum ſolennem & not.dignum, & eius rei addit rationem. De quo etiam vide glo.Dy.& Bart.in l.qui ita,§.j.ff.ad Trebel.& Doct.in l.apud Iulianum, §.verùm, & in l.ſeruo inuito,ff.eod.tit.Bal.in l.ſancimus,in prin.C.eod.tit.& in l.ij.in prima oppo. C. de pact.Bar.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim,in princ.ff.de verb.oblig.& Albe.in prima parte ſtatutorum,q.lxxxix.ſed an proximior.

*Nec alia iura paßiua.*

53 ¶NONÒ generaliter nec alia iura paſsiua cedi quoque poſſunt,vt dicit Bald.in d.l.ij.in prima oppoſit.C.de pact.per d.§.ex aſſe.& l.ſi mandato,ff.manda.& Carol.Ruin.conſil.liij.Ieſu Chriſti, col.4.nu.6.lib.1.Nam vt dicit idem Bal.in l.ij.circa medium.C.de hære.vel.act.vend. actiones ſunt in poteſtate noſtra,ſed non paſsiones.

*Nec ius immittendi mortuũ in rem pignoratam.*

54 ¶DECIMO ius immittendi mortuũ in rem pignoratã,conceſſum à lege debitori, alij cedi non poteſt.l.ij.in fin.ff.de reli.& ſump.fune.Ex quo dicit generaliter Ro.conſil.ccccLxxxiiij. inci.hoc quod vicinus,quòd ius ex legis humanitate ſeu æquitate alicui cõceſſum in re alteri obnoxia,& ad ipſius alterius incommodum,cedi non poteſt.Et hoc erit VNDECIMVM.

*Nec iura ſepulcrorũ extraneis.*

55 ¶IGITVR duodecimò, quod nonnihil ad ea pertinet,iura ſepulcrorum extraneis quoque cedi non poſſunt,l.quia perinde,§.j.ff.ad Senatuſcon.Trebel.Ioan.Fab.in §.j.col.vlt.Inſtit.de acquir.per erro.Licèt tranſeant ad hæredem extraneum,l.vel quæ,in prin.ibi, qualeſcunque ſint,ff.de religio.& ſumpt.fune.& l.ius ſepulcri.C.eod.titu. { vt interim non omittas l.quædam ſunt.ff.de acquir.rer.domi.probantem monumentũ cedi non poſſe ſine vniuerſitate,vti Bato.dicit eum text.eſſe ad id ſingu. } Et vide interim l.pro hærede.§.ſed quid tamen, ff.de acquirenda hæreditate.

*Nec quod extinctum eſt.*

56 ¶DECIMOTERTIÒ, quod extinctum eſt,cedi non poteſt,l.decem,ff.de verb.oblig. & l. Modeſtinus,in fi.ff.de ſolu.& c.ad diſſoluendum,extrà de deſpon.impu.& quod not.in l.ſed ſi manente,ff.de precario,& in l.Labeo,ff.de arbit.& in cap.de cauſis, de offic.deleg.& voluit Maria.Socin.conſi.xviij.proſequendo ordinem,col.ij.libr.j.& Philip.Dec.conſi.502.ex duobus,in fi.Et ex hoc quoque aſſumitur,id quod non eſt,cedi non poſſe,gloſ.quæ id declarat, in l.j.§.cùm prædiũ,in glo.vlt.ff.de pigno.& Iaſon conſi.cxxxiiij.in inſtrumento,col.vj.lib.4. Et id erit pro DECIMOQVARTO.

*Nec quod non eſt.*

*Nec factum.*

57 ¶IGITVR decimoquintò, factum cedi non poteſt,l.vlt.in prin.ff.de verb.obl.& §.ſed cùm factũ,Inſti.de ſtipul.ſeruo.& voluit RaphCo.in l.j.§.vſufructuarius,qui eſt vlt.ff.de ope.no. nunt. Tamen ius,ex quo factum producitur, cedi poteſt,vt declarat Bart.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim illud,in tertia opp.& duabus ſeq.ff.de verb.obli.& Iaſ.in d.§.vſufructuarius,col.ij.

*Nec actiones directæ.*

58 ¶DECIMOSEXTÒ, actiones directæ, veluti affixæ oſsibus noſtris, nec ſeparabiles, cedi non



non poſſunt,l.quis ergo caſus,in fi.& ibi glo.& Pau.Caſt.& iterum l.ſi Sticho, & ibi quoque glo.ff.de pecul.& declarat gl.not.in l.iij.in prin.ff.pro ſocio, & in l.j.& ibi quoque Doct.ff.de acti.& obli.& Spec.tit.de ceſsi.act.§.j.verſi.quid ſi habens directum.Albe. qui & id declarat in l.ex legato,C.de lega.Ang.conſi.lxx.Ioannes olim,col.j.& iterum conſi.lxxxj.domina Maria, in fi.Pau.Caſt.conſi.ccccxlij.videtur dicendum prima facie,col.ij.lib.1.Io.Plat.& Iaſ.in §.omnium,Inſtit.de act.Matth.Afflict.deci.Neap.cccxxxv.pro deciſione,col.vlti.& Doct.vbique.

*Nec quod cõpetit cõtra ius commune.*

59 ¶DECIMOSEPTIMÒ,quicquid competit contra ius commune,ceſsibile quoque non eſt, vt voluit Ro.d.conſil.ccccLxxxiiij.hoc quod vicinus,poſt prin.arg.l.quod verò,& l.ius ſingulare,ff.de legib.& c.quæ à iure,de reg.iur.lib.6.& idem voluit Alex. in d.l.j.§.vlti.ff.de ope.no. nuntia.vbi tamen addit,id procedere,cùm id conceſſum eſt,habendo ( vt ipſe loquitur) ſpecialem reſpectum ad perſonam.& ante hos Bal.cuius nõ meminerunt,in cap.de cætero, poſt medium,extrà de re iudic.

*Nec ius merè perſonale.*

60 ¶DECIMOOCTAVÒ, ius merè perſonale aliis quoque cedi non poteſt, cùm perſonam ipſam non tranſgrediatur,ſecundùm Dy.in c.priuilegium perſonale,de reg.iur.lib.6.Archid. qui id tamen intelligit in priuilegio perſonali, quod non tranſmittitur in hæredem vniuerſalem,in c.hinc eſt,circa medium,xvj.q.j.& Angel.in l.quòd ſi in diem,§.Iulianus,in fin.ff.de peti.hæred.& Doct.vbique.

*Nec iura certis perſonis annexa in priuilegium.*

61 ¶DECIMONONÒ, quod non longius diſtat à duobus præcedentibus, iura annexa certis perſonis ſingulariter,& in priuilegium,cedi etiam non poſſunt.Bartol.in l.etiam,ff.de iureiurand.per l.ſi ex pluribus,ff.de adminiſt.tuto.& l.non ſolùm,§.ſi puellæ, ff.de ritu nup. & arg. l.cerdonem,ff.de oper.liber.

*Nec facultas expellendi,uel recuperandi poſſeßionem propria autoritate, ex quorundam ſententia.*

62 ¶VIGESIMÒ, facultas expellendi alium à poſſeſsione vel detentione, ſiue occupandæ vel recuperandæ poſſeſsionis propria autoritate,vt voluit Bald.conſil.ccccxxxvj. quidam creditor,colum.penul.verſicu.quartò præmittendum eſt,lib.3.per l.non eſt ſingulis,ff.de regu.iur. & gloſſ.in l.cùm fundum,ff.de vi & vi arma.vbi & idem voluit Alber.& Lucas Pen. in l.vlti. col.ij.C.de prædi.curi.lib.10.Pet.Ancha.conſi.cclxxiiij.ad declarationem,colum.ij.vbi & eam citat.& Ro.d.conſil.ccccLxxxiiij.hoc quod vicinus,verſic.tertiò idem probatur.Rapha.Co.in d.l.j.§.vſufructuarius,qui eſt vlti.ff.de oper.no.nunti.motus ea ratione,quoniam id factũ eſt, quod cedi non poteſt,vt ſuprà diximus numero ab hinc 5.{& alij, quos tibi citabimus infrà eod.§.gloſſ.iij.num.18.}

*Qui contrarium tenent.*

63 ¶Sunt tamen multi,qui contrarium tenent,vt Bart.Ange.Imo.Ro.ſibi contrarius,Paul.Caſt. & Iaſ.qui reſpondet rationi Rapha.{ Alex.qui dicit ita communiter teneri.} & cæteri Recentiores in d.§.vſufructuarius.per illum text.ex quibus Bart.dicit,neſcire ſe alium text. qui hoc melius probet.{Roma.autem de hoc dicit eſſe tex.in l.metum,§.ſed licet,ff.quod met.cau.vbi dari poteſt pecunia alteri vt me à violentia vindicet : & in l.ſi quis in ſeruitutem,ff.de furt.& in l.deuotum.C.de meta.lib.12.& c.non eſt ferenda,& c.fortitudo,xxiij.q.iij.& c. ſicut dignũ, de homic.& c.dilecto,de ſent.excom.lib.6.& glo.in c.quanto, extrà eod.tit. Et idem quoque tenuit.} Ange.adducit etiam tex.ſimilem in l.j.§.pen.ff.de remiſ.quanquàm dicit neutrũ text. hoc bene probare.& Bal.ſibi etiam contrarius,in l.iij.in fi.& ibi quoque Ang.C.de pig.& idẽ Bald.in c.1.tit.de feud.non hab.propri.natu.feud.& in c.1.§.ſi quis verò,le j.titu.de pac.iur.fir. Ang.in l.ſi eius,ff.ad S.C.Treb.& in d.l.quòd in diem,§.Iulianus,in fin.ff.de peti.hæred.Pau. Caſt.conſi.lix.viſo puncto,ad fin.lib.2.Imo.& Fran.Aret.in l.ſi ita ſtipuler,per te non fieri,ff. de verb.obli.Ang.Are.in §.actionum autem,col.x.verſi.quæro an iſtud ius.Inſtit.de acti.& in §.prætereà,le ij.col.xxij.verſi.poſtquàm vidimus de procuratore,Inſtit.de excep.Guid.Pap.in ſtatuto Delphi.incip.ſi quis per literas,in glo.j.col.vj.verſic.ſed in caſibus.& iterum in verbo, vel quaſi.col.xiiij.verſi.item ſi quis authoritate.Soci.conſi.clxvij. non inutilis col.pen.verſic. ſed circa hanc,lib.2.Barb.d.conſi.lj.vbi ſuprà,lib.1.Caro.Rui.conſi.xlvij.in cauſa,col.iiij.verſi. nec obſt.dum dicebatur,lib.4.& conſi.lxxxviij.quia de quampluribus,col.j.num.4.lib.5.Phil. Deci.conſil.cxcj.in cauſa quæ agitur inter magnificum, col.pen.verſicu. ſeptimò quod ſuprà dictum eſt.& conſi.ccccxlix.viſis duobus,col.vlti.verſi.viij. Et faciunt,quæ dicam infrà eod. §.in vlti.glo.nu.24.vigeſimoſeptimò ius capiendi.

*De eodem.*

64 ¶Et in hanc quoque partem multi citant glo.in d.l.cùm fundum,ff.de vi & vi arma.quã Bal. vti diximus,citarat in contrarium. Ea autem videtur voluiſſe,ius alteri competens,vt poſsit incontinenti expellere inuaſorem, poſſe alteri cedi. Et ita eam intelligit,& ſequitur Bart.ibi. Et Bald.in c.vlti.col.ij. extrà de iure.calum.vbi eam dicit ſingu. & in c.1.§.j.titu.de pac.iur.fir. Fran.Aret.& Iaſ.in d.§.vſufructuarius.& Fran.Areti.in d.l.ſi ita ſtipuler,per te.& omnes vbique.Sed & Bal.conſi.ix.ad euidentiam dicendorum,col.vlt.verſi.ix.lib.3.ad hoc citat,vt quod licitum eſt facere, licitum eſt & alteri mandare id fieri, ideoq; (inquit) ſi licitum eſt bannitum occidere,poſſum & alteri mandare vt occidat.

65 ¶Sed caue,nam ea gloſ.videtur tenere priorem partem,pro qua etiam à multis citatur. Nam cùm primo loco dixiſſet, quòd ſicut licet domino per ſe incontinenti recuperare poſſeſsionem,ſic & per alium:mox ſubdit,vel ſecundùm Ioan.non licet ei per alium hoc facere:& nihil prætereà de hac re dicit, tanquam illam poſteriorem ſentẽtiam ſequi videatur,ſecundùm

*Nec ius vindictæ.*

gloſ.ab omnibus approbatam in l.qui filium,§.Sabinus,in glo.vlti.ff.ad S.C.Trebelli. Ideoq; multi ex illa glo.in d.l.cùm fundũ.aſſumunt, ius vindictæ alteri cedi vel delegari non poſſe. Et inter alios Bal.in l.ad officium,ad fi.C.commu.diuid.& in l.accuſationis,in fi.& ibi Alex. etiam in fin.C.quod met.cauſ.& in l.ij.col.antepen.verſi.& not. quòd quædam,C.de ſerui.& aqua.in repet.l.j.col.antepen.verſi.ſed quid dicemus,ſtatutum.C.vnde vi.& in l.Gracchus,C. de adulte.& in l.vt vim,col.iiij.ff.de iuſti.& iur. & in l.duobus,§. à fideiuſſore,ff.de iureiur.& in d.c.1.§.j.tit.de pac.iuram.fir.& in d.c.vlt.col.ij.extrà de iura.calum.vbi eam dicit ſolennem, & in cap.ad noſtram,circa med.de proba.vbi & eam dicit ſing.ad hoc,vt poteſtas gladij alteri demandari non poſsit.& in c.de cætero,poſt medium,de re iudic.& in c. dilectus,col.vlti. de appel.vbi ex ea dicit, quòd in duello non eſt licitum alium ſubſtituere.& in c.2.col.ij.verſic. pone ſtatuio ciuitatis,de vit.& honeſt.cleri.& conſi.ccccxxxvj.quidam creditor, col.pe.verſi. præmittendum,lib.3.Paul.Caſt.in l.ſi cùm dotem,§.tranſgrediamur.& ibi latè Alex. col.iiij.ff. ſolu.matr.idem Paul.conſil.j.videtur dicendum,quòd dictus Chriſtophorus,col.j.lib.1.Rom. in l.iij.§.ſi maritus.{ poſt prin.} ff.de S.C.Syllania. & d.conſil.cccclxxxiiij.Ioan.Ana.in c.2.in fi.de homi.Franc.Aret.in d.l.ſi ita ſtipuler,per te.ff.de verbo.oblig.& in l.vlti.in prin.col.vlti. eo.tit.Barb.in l.j.§.ſi quis ita,col.xv.verſi.item vbi actus,ff.eod.quoque titu.Ang.Are. in tract. malefi.in verbo, *che me hay adulterata la mia dona,* nu.64.an maritus poſsit. Et ibi Berna.Laud. & Aug.Ari.in addi.Franc.Curt.ſenior conſi.lxxx.ſuper articulo, col.j.Feli.in c.quæ in eccleſiarum,col.iiij.verſicu.cæterùm quia de validitate,extrà de conſti.& in c.vlti.§.is autem, col.j. verſi.vtrùm partes,de offi.deleg.& in c.ſi verò,le j.col.j.in fi.de ſenten.excom. {& Paris Pute. in tracta.Syndic.in verbo,familiaris,poſt prin.} Et ita quoque voluit Bart. nulla illius gloſſ. mentione facta,in l.non ſolùm,§.ſi mandato,col.j.in fi.verſi.circa primum dic,ff.de iniur.{Et id verum eſt,& probatur ex l.ſeruus ſi hæredi.ff.de ſtatulib. quem & in hoc expendit Ro. in d.l.iij.§.ſi maritus.ff.de S.C.Sylla.licet ipſe Roma. ibi contrarium tenuerit in d.§.vſufructuarius,col.j.verſic.quæro an ius.}

*Ius ingrediendi ciuili modo exercendum.*

66 ¶Vides ergo ex ſuprà dictis,quòd cùm quæritur de iure ingrediendi,vel occupãdi,ſiue recuperandi propria autoritate,cõmunior opi.eſt id ius cedi poſſe.Si autem de iure vindictæ,cõtrà cedi nõ poſſe,& ad vtrunque allegatur ea gl.in d.l.cùm fundũ,tanquam vtrunque voluerit,cùm tamẽ nihil aliud ſcripſerit,quàm quod ſuprà diximus.Sed illud primũ de iure ingrediendi,intellige,modò is,cui illud ius ceſſum eſt,ipſum exerceat ciuili modo ſine atrocitate, vt dicit Bal.in d.c.1.§.j.titu.de pace iur.fir.per d.l.non eſt ſingulis,ff.de reg.iur. quem ſequitur Alex.qui & hoc quoque intelligit ſolùm procedere contra non reſiſtentem de facto, per tex. in d.§.vſufructuarius.Idque dicit clarè voluiſſe Bar.in l.iij.in iiij.quæſt.C.de pign.vbi Bar.nõ loquitur de ceſsionario , ſed de eo cui proprio iure & ex pacto hoc ius ingrediendi cõpetit, vt videlicet contra reſiſtentẽ id non poſsit exercere. De quo latiſsimè per Iaſ.in l.ij.col.xxx. verſi.pro clara intelligentia,cum v.col.ſeq.C.de iure emphy.Et ego in hac re nihil video intereſſe inter eum,cui primo loco & ex proprio iure & capite id ius pertinet,& ceſsionarium eiuſdem,niſi quòd impunè non reſiſteretur priori:poſteriori contrà , niſi fidem primùm feciſſet de ipſius ceſsione,iuxta ea quæ dicam infrà,glo.iij.huius §.nu.44.illud denique.

*Quid ſi id ius cedatur ſine perſonali actione.*

67 ¶Intellige ſecundò,vt id ius ingrediendi cedi poſsit,modò etiam cedatur perſonalis actio,ad cuius executionem venit ad ius:nam ſine ea actione competere non poſſet, ex eo quod not. Barto.in d.l.iij.C.de pigno.cùm tractat,an illud ius tranſeat in ſucceſſorem. Et ita conſuluit Carol.Ruin.in quodam conſilio,cuius meminit Deci.d.conſi.ccccxlix.viſis duobus,col.vlti. ex hoc inferens,quòd ſi ipſa actio perſonalis fuit ſublata ſolutione,aut alio modo , non poterit id ius cedi. Cui non contradicit ipſe Deci. ſed tantùm contendit in ea ſpecie actionem non fuiſſe ſublatam.Et huc ſpectat,quod ſtatim dicemus,actionẽ hypothecariam cedi poſſe, ſine actione perſonali.

*Pater an ius vindictæ poſſit cedere filio.*

68 ¶Et hæc quidem de priore illo iure ingrediendi ſiue occupandi propria autoritate.Secũdum autem quod de iure vindicandi eſt,quod diximus alteri cedi non poſſe,intelliges etiam multis modis. Primo quidem,vt non procedat, cùm pater filio id ius cederet.Id enim haud dubiè poſſet,per tex.not. quem ad hoc no.Bal.& Sal.in d.l.Gracchus,C.de adul.Bart.in d.l.non ſolùm,§.ſi mandato,col.ij.verſi.circa primum,ff.de iniur.Alex. & Iaſ.in d.§.vſufructuarius.& Carol.Rui.conſi.lxxij.viſo,ante fi.lib.1.cum aliis multis concord.à me latè congeſtis in repet. l.ſi vnquam,in præfa.nu.16.ex quibus illud fit,C.de reuoc.dona.vbi videre poteris.

*De eadem re.*

69 ¶Et id ſanè ampliat Claud.Seyſſel.in repe.l.vt vim,col.xcij.in paruis,verſi.ſuccedit alia quæſtio,ff.de iuſti.& iur.vt procedat non ſolùm in filio , ſed & in aliis,quibus neceſſe eſt parere, ſaltem de honeſtate,vt in ſeruo,vaſallo,& ſimilibus,per tex.in d.l.Gracchus,cum dicitur,qui patri paruerint:quod quidem verbum,inquit,& his conuenit:dicitq; hoc eſſe de mente Bart. in d.l.non ſolùm,§.ſi mandato. Sed certè Bart.ibi id velle non videtur,ſed potius contrariũ, dum de filiis tantùm loquitur,ſicuti & alij omnes de hac re loquentes.nam & d.l.Gracchus, de filiis etiam tantùm loquitur,nec eſt extendendus ille tex.ob verbum,paruerint, cùm longè ſit diſsimilis ratio filiorum,atque cæterorum,cùm filius cenſeatur eadem perſona,l.vlt.C. de impu.& ali.ſubſtit.& latè diximus in d.l.ſi vnquam,in præfat.nu.15. ſed quis hunc parentum



tum affectum. Ideoq; & cùm electa eſt induſtria perſonæ, filius delegari poteſt,l.ſciendum,§. legati,ff.de legatio.de quo etiam diximus in d.nu.16.allegato in præced.verſi. Et hanc eſſe rationem ſpecialitatis in filiis in caſu d.l.Gracchus,expreſsim tradit Felin.in c.quæ in eccleſiarum,col.iiij.verſic.hoc intellige,de conſtitu. quæ non poteſt habere locum in cæteris. Sed & d.l.Gracchus,eſt exorbitans & contra regulas Iuris communis , vt dicit Alex.in d.§. vſufructuarius,& ſtatim dicemus. Ideò etiam ſi eſſet ſimilis quædam ratio in cæteris ſubditis , quæ in filiis,non eſſet tamen extendenda,l.ſi verò,§.de viro,ff.ſolu.matri.cum ſimilibus.Denique ſi d.l.de cæteris , vt de filiis voluiſſet,æquè de illis ſtatuiſſet,l.vnica,§.ſinautem ad deficientis, C.de cad.tol.& c.inter corporalia,poſt medium.extrà de tranſla.Præla. cum ſimil.à me collectis in d.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,num.2.

*Quid de iure vindictæ,competente de iure communi.*

70 ¶Secundò intellige,quod dictũ eſt,ius vindictæ cedi nõ poſſe,vt procedat,quãdo id ius competit ex priuilegio contra regulas Iuris communis à lege,ſtatuto,vel principe conceſſo:vt in caſu d.l.Gracchus.ſecus ſi competat de Iure cõmuni, vt ſentit Alex.in d.§.vſufructuarius,& in d.l.ſi cum dotẽ,§.tranſgrediamur,col.pen.ff.ſol.mat.& clarius voluit Feli.in d.c.quæ in eccleſiarum,vbi ſuprà,dicens hoc caſu ſuccedere regulã,Qui per alium facit,per ſeipſum facere videtur.& Aug.Ari.in addi.Ang.Are.in trac.malefi.in verbo,*che me hay adulterata,*nu.64.incipiẽ.an maritus poſsit.& nouiſsimè Seyſſel.in d.l.vt vim,loco nuper allegato,adducẽs quod in ſimili habetur in l.j.in princ.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdi. vbi cauſæ quæ ex ſpeciali priuilegio perſonæ competunt,non poſſunt delegari. Et ante hos voluit Sal. à nullo eorum citatus,in l.non ideò minus,col.iij.verſi.quæro igitur primò,an in delictis,C.de accuſ.& Stepha.Feder.in tract.de legum interpretatione,parte vlti.char.5.verſi.an liceat patri conuocare.

*An cui ius vindictæ competit, poßit ſecũ ſocios & amicos adſciſcere.*

71 ¶Tertiò intellige,vt licet is, cui huiuſmodi ius vindicandi competit , non poſsit illud alteri cedere,aut demãdare:poteſt tamen ſecum ſocios & amicos ſibi adſciſcere , & adhibere huius vindictæ executioni,quam ſine illis peragere tutò non poſſet. Quia cui aliquid conceditur, videtur etiam concedi,vt faciat cum amicis & familiaribus , ſine quorum ope id facere non poteſt,l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri,ff.de verb.obli.& conceſſo aliquo,conceſſa videntur ea,ſine quibus id fieri non poteſt,l.ij.ff.de iuriſd.om.iudi.cum ſi.Ita voluit Bal.in repe.l.j. col.antepen.verſi.ſed quid dicemus,ſtatutum permittit,in fin.illius quæſtionis, C.vnde vi.& in d.c.vlt.col.ij.extrà de iura.calum.& in d.c.de cætero,de re iudic.& conſil.ccccxxxj. quia in accuſatione,col.ij.verſic.ſeptima ratio,lib.1.Paul.Caſtr.poſt Iac.But.in l.refectionis, per illum tex.in illis verbis,ego fabriq; mei,ff.commu.præd.Cæpol.in tracta.ſerui.vrb.tit.xxiij. qui huiuſmodi eſt,qualiter quis vti debeat ſeruitute,colum.vlti. vbi dicit ita ſe obtinuiſſe in ſtatuto Veronenſi permittente patri , fratri , marito eum occidere,quem comperierint turpiter conuerſantem cum filia,ſorore,vxore. Et idem dicit ipſe Cæpol.cau.criminalium conſil.iiij.viſa querela producta,col.iij.verſic. ſecundò ſimiliter:vbi id dicit ſing. & iterum conſi.lxxiiij.viſo ſtatuto,col.vlti.& Iaſ.in l.ij.col.ij.ff.de iuriſ.om.iudi. & in d.§.vſufructuarius,col.iij.verſic. ſecundò not.limita.vbi dicit not.Carol.Ruin.conſi.j.reuocatur,col.j.num.1.lib.5.& Franc.Ripa in l.ij.§.voluntatem,col.vj.num.30.ff.ſolu.matr.& Hippo.Marſi.conſi.xvj.inclina cor meum, col.antepen. Et ita intelligendus eſt Paul.Caſt.in l.raptores,col.ij.verſi. an poſsit conſanguineus,C.de Epiſc.& cleric. { Et non obſcurè ante hos omnes idem voluit Cy.poſt Iac.Raue. & Pet.in d.l.j.col.vlt.verſi.vlteriùs quæro.C.vnde vi.

*De eadem re.*

72 ¶Tamen aduertendum eſt,quod Bal.in d.l.vt vim,in vj.quæſt.ff.de iuſti.& iur. videtur tenere contrarium , ſaltem quantùm ad id,vt ſocij ipſi manualiter,vt ita dicam, id faciant. Dicit enim,quòd ſocij offenſi nunquam poſſunt admouere manum ad vindictam : quia hæc permiſsio eſt perſonalis,& ſtatutum ſe reſtringit ad offenſum,nec egreditur perſonam.Bene(inquit) poſſunt eum comitari,eique adeſſe : nec propterea tenentur de ſociatione , vel fauore. Quod dictum cùm retuliſſet Iaſon in d.§.vſufructuarius,ſubiicit, quòd fortè iſta opinio eſt tutior:tamen in criminalibus tenendam eſſe mitiorem opin.ad abſoluendum , iuxta l.de interpretatione,& l.ſanctio legum,ff.de pœnis,cum ſimi.Steph.autem Fede.in d.tract.de legum interpretatione,parte vlti.char.3.verſic.ex quo decidi poteſt,tenet,quòd ſi ex ſtatuto vindicta alicui ſit permiſſa,non licet amicos in id adſciſcere,quia eſt contra rationem l.non eſt ſingulis,ff.de regu.iur.& l.j.C.ne quis in ſua cau.iudi.quod monet notandum ad limitationem gl. in d.l.cùm fundum,ff.de vi & vi arma.

*Quid de iure vindicandi cõpetente ex ciuili actione.*

73 ¶Quartò intellige,quod diximus id ius vindicandi cedi non poſſe , vt ſcilicet procedat, niſi id ex ciuili tantùm actione competat:nam tunc cedi poteſt,vt traditum eſt à Bal. in l.per diuerſas,col.vlti.in xxvj.quæſt.in fi.C.mand.per not.in l.vlti.C.de hære.& act.vend.Et cum his duos caſus expediuimus,ſcilicet de iure ingrediendi,ſiue occupandi , vel recuperãdi propria autoritate,& de iure vindicandi.Sunt autem,ne id omittam,qui tenent id ius vindicandi indiſtinctè cedi poſſe.& inter hos Rom.in l.j.§.vlti.col.j.in fin.ff.de oper.no.nunti.per l.meum, §.ſed licet,ff.quod met.cauſ. vti eum text.in præcedenti quæſt. deduxerat. Et id quidem erit

VIGESIMVMPRIMVM.

*Actio hypothecaria an*

74 ¶VIGESIMÒ igitur ſecundò actio hypothecaria ſine perſonali cedi non poteſt , cùm illa eius ſit acceſſoria. Ita voluit glo.in d.l.vlt.in verbo,pateat,C.de hæred.vel act.vend.Sed quia

*ſine perſonali cedi poſsit.*

ſuper hoc non inter omnes conuenit,vide Cy.Albe.Bal.Sal.& alios ibi.& glo.in l.vſucapio, & ibi Cy.Bal.& alios,C.de pign.& in l.ſi pignori,& ibi Bal.in vtraque lect.& Floria.col.iij.ff. fami.erciſ.Dy.& Bar.in l.fideiuſſor obligari,in prin.ff.de fideiuſ.Spec.tit.de ceſsi.acti.§.j. verſi. ſed quid ſi ceſsi hypothecariam.Bal.in l.j.§.cùm prædium,ff.de pigno.& in l.fideiuſſor,§.creditor,in fi.ff.de nego.geſt.{ & conſil.ccxlviij.præſupponendum eſt,quòd iſta.} & in ſua Margari.in verbo,cedere,col.j.Sal.in l.ſi à creditore,C.de actio.& obli.{Aegid.Bellem.in c.ex parte,col.xij.verſi.ſed nunquid poteſt cedi,de alie.iud.mut.cau.fac.} Pau.Caſt.conſi.ccxxix.venditio iſta,col.vlti.lib.2.& Caro.Rui.conſi.cxcij.ſuper eodem,col.j.lib.1.

75 ¶Vigesimotertiò, ius alimentorum futurorum cedi etiam non poteſt, ex ſententia Barto.in l.cùm Titio,ff.ad leg.Falcid. Nam id ius (inquit) cohæret perſonæ: & alia ſunt alimenta in perſona vnius,& alia alterius.& ſequitur Fabia.in tract.emp.in xxj.q.iiij.quæſt.prin. vbi hoc latè tractat,ſimul cum iure vſusfructus, de quo ſuprà diximus. Et idem quoque de iure alimentorum,voluit Bal.in l.j.col.vlti.verſi.modò ego quæro,C.de priuileg.dot. Et Panormit.loquens de eo iure quod competit patronis,in c.prætereà, in fi.extrà de iure patron. & Franc.Curt.ſenior conſi.lviij.ſumma totius,colum.ij.& Iaſ.in l.ſi conſtante,col.vlti.verſic. item ius futurorum,ff.ſolu.matri.

*Ius alimentorum futurorũ cedi nõ poteſt.*

76 ¶Vigesimoqvartò, facultas eligendi,d.l.ſi ſtipulatus fuerim illud,ff.de verbo.obliga. & ibi latè per Bart.& alios Doctor.tam Antiquiores,quàm Recentiores, & inter hos Iaſ.qui hoc latiſsimè declarat,& multis modis limitat,vt ibi per eum videre licet, & l.vlti.in princ.& ibi Pau.Caſt.& Franc.Aretin.col.vlti.qui & id optimè declarat,eod.titu. De quo etiam vide Bart.in l.ſi ſit legatum,§.ſi quis ita,ff.de lega.j.& dicemus aliquid infrà eod.§.in glo.iij.verbo, *du conuentionel*,num.33.trigeſimoſeptimò ius eligendi.

*Nec facultas eligendi.*

77 ¶Vigesimoqvintò, facultas declarandi cedi etiam non poteſt, ſecundùm gl.in l.idem Pomponius ſcribit,§.vlti.ff.de rei vend.gloſ.Bart.& alios in l.inter ſtipulantem, §.j.ff.de verb. obligat.& ibi concord.per recentiores.

*Nec facultas declarandi.*

78 ¶Vigesimosextò, vaſallus,ſiue cliens, inuitus à domino alteri cedi nõ poteſt:ſiue ius vaſallagij,aut (vt melius loquamur) clientelæ cedi alteri non poteſt,inuito vaſallo,ſiue cliente,c.1.§.prætereà ducatus,tit.de prohib.feu.alie.per Fede.c.1.§.ex eadem,& ibi Mart.Laud.circa medium,tit.de lege Corne.glo.in l.inuitus,in prin.ff.de fidei.libe.Hoſti.Ioan.And.& alij in c. dilecti,extrà de maio.& obed.& Alber.poſt Ray.in l.ij.col.antepen.verſi. primum eſt,ff.ſolu. matri. De quo tu vide latè per Ioan.Ardiz.in Summa,ſub rub.vtrùm dominus inuito vaſallo poteſt ius,quod habet in eo,in alium transferre.& Cy.& Alber.in l.j.C.de nouat.& Bal.in l.j.col.vj.verſi.vaſalli tamen,ff.de ſer.fugiti.& in l.ſi nominis,C.de dona.& in l.in teſtamento, C.ad leg.Falcid.& in c.1.§.ſi quis miles,in primo not.per illum tex.tit.quo temp.miles.& latè conſi.cccxxvij.pridie,col.ij.verſic.vltimò ſciendum,lib.1.& conſil.xcvij.proponitur quòd domini,per totum,lib.3.Rom.conſi.xxvj.pro deciſione,col.vlti.& Guid.Pap.Deciſ.Delphi.560. dominus Odo.cum aliis multis concordan.adductis ab Alexand.& Iaſ.in l. ſi non ſortem,§. libertus,illo,col.vlti.verſic.& hæc faciunt:hoc col.x.verſi.adde etiam,ff.de condi.indeb.& eodem Alex.in addi.Bald.in d.l.ſi nominis,& Franc.Aret.in l.ij.in prin.col.vlti.ff.ſol.matri.Barbat.in cap.ad quæſtiones,col.j.extrà de rerum permu.Iaſ.conſi.lvj.circa primum,col.j.lib.1.& Feli.in c.dilecti,de maio.& obed.& Recentioribus in l.filiusfamiliâs.§.diui,ff.de leg.j.& Fran. Curt.iuniore in tracta.feud.in ſexta parte,col.j.verſicu.ſecundò quæro.& Anton.Rub.conſi. xcvj.quæſtio mihi propoſita.& Carol.Molen.in conſuetud.Pariſi.titu.j.§.j.glo.iij.in iij.quæſt. & omnium latiſsimè Ioan.Neuiza.inter conſi.Alber.Brun.conſi.xij.patres,propè per totum. Et an id procedat in regno Franciæ,videbis apud Bened.in c.Raynutius,in verbo , duas habens filias,num.69.de teſtam.

*Nec ius clientelæ inuito cliente.*

79 ¶Vigesimoseptimò, ius ſiue facultas iurandi,alteri item cedi non poteſt: vt dicit Bal. conſi.cccxiiij.vtrùm dictus contractus,in quarto dubio,lib.5. nam iuramentum eſt perſonale,nec tranſit ad hæredes,l.generaliter,in prin.C.de reb.cred. & not.in c.veritatis,extrà de iureiur. Ex quo,ſi aliud non eſſet , ſatis probaretur & id in alium non poſſe transferri , per ea quæ diximus,ſuprà ea.glo.nu.47.tertiò bonorum poſſeſsio. Vtrùm tamen id ſit perpetuum, vt facultas iurandi non tranſeat ad hæredem,videbis ſuprà,§.ij.glo.ij.nu.2.& ſeq.

*Nec facultas iurandi.*

80 ¶Vigesimooctavò, ius ætatis etiam cedi non poteſt,§.finitur,Inſtitu.de vſufruct.Bal. in l.cùm in antiquioribus , colum.penulti.verſicu.ſecundò ſic, ius quod non eſt, C. de iure deliber.per text.in l.peto,§.prædium,ff.de legat.ij.& §.vlti.Inſtitu.de vſufruct. & alia quædam iura, de quo & nos diximus in noſtro tractatu Primigeniorum,in xl.quæſt. in quarta ratione pro patruo.

*Nec ius ætatis.*

81 ¶Vigesimononò,priuilegium tacitæ hypothecæ,quod habet mulier,atque etiam id priuilegium,vt præferatur cæteris creditoribus,cedi nõ poteſt.Nam ſi mulier cedat alteri actionem ad repetendam dotem,is non habebit id priuilegium, Bald.in l.j.col.iiij.verſic. quærunt Doct.de pulcherrima quæſtione,C.de priuil.dot.& ſequitur Iaſon,qui id dicit ſing. in l.cùm fundus,§.j.col.pen.verſi.& an ſit differentia,ff.ſi cert.pet.& idem voluerunt Ioan.Fab.& Nic. Neap.in §.fuerat,Inſtit.de acti.Alber.poſt Dy.in l.j.col.vlti.ff.ſol.mat.& Imo.in l.poſt dotem, col.vlti.

*Nec priuilegium tacitæ hypothecæ.*



col.vlti.ff.ſol.mat. Et licet non loquamur in caſu , quo expreſsim facta fuit ceſsio cum dicto priuilegio:tamen ſatis oſtendunt id fieri non poſſe. Sed tu tamen ſuper hoc vide Bart.diſtinguentem in d.l.poſt dotem,col.vlti.& ibi quoque Rom.{col.xx.verſic.ſuccedit tamen alius.} & Alex.atque etiam Pet.Cy.Alb.Bar.& Sal.in d.l.j.C.de priuil.dot.Bal.conſi.cclxxxix.Antonia,in fin.lib.1.Ang.& Imo.in d.l.j.in vij.quæſt.ff.ſol.matr.Pau.Caſt.conſi.ccxxij.ſuper ſecundo,in tertio dubio,lib.1.Ang.Aret.in d.§.fuerat,col.xij.verſicu.in eadem glo.ibi ſed nunquid. Soci.conſi.clxxj.diu profectò,col.vlt.lib.1.& Matth.Affli.deci.Neap.cccvj. vir & vxor,nu.6.& ante hos Cyn.in d.l.j.de priuileg.doti.& in l.aſsiduis,in fi.& ibi quoque Albe. paulò ante fin. C.qui poti.in pig.habe. At id priuilegium nuncupatim cedi non poſſe, tenuit {Roma.ſuper hoc tamen diſtinguens,in d.l.poſt dotem,col.xxij.verſi. ſed pro complemento.} Franc.Ripa in l.quæſitum,§.ſi ſponſa,col.iij.num.18.ff.de priuil.cred.

82 ¶Trigesimò, ius,quod tu mihi ſemel ceſſeris, alteri amplius cedere nõ potes,l.per quẽ, & ibi Flor.ff.de ſerui.ruſti.præd.l.non quocunque,§.qui Caium,& ibi Iac.Are.& Bart.qui id declarat,ff.de leg.j.& l.qui duos,ff.de leg.ij.& l.ij.& l.ſi damnatus,ff.de liber.leg.Bal.in l.mutari,§.planè,paulò ante fi.ff.de procu.vbi dicit in id not.tex.in d.§.qui Caium.& conſi.cxxxiiij. quidam dominus de Creſcentia,ad fin.lib.2.& conſil.ccxvj. fuit quidam nobiliſsimus, col.ij. verſi.ſuper eo autem,lib.2. { & conſi.ccxlviij. præſumendum eſt,poſt medium verſic. ſi verò proceſsit,lib.3.} Iura enim vtilia per ceſsionem funditus atque radicitus euelluntur à cedente,vt not.in l.ex aſſe,ff.ad Treb. Sed id qualiter intelligatur , vide etiam per Flori.vbi ſuprà. Sed præter eum alio modo intelliges,videlicet cùm ceſsio pura eſt : ſecus ſi conditionalis,vt declarat Bal.conſi.ccxlviij.præſupponendum eſt,quòd iſta domus,poſt medium,lib.3. vbi & idem dicit,ſi non ſit conditionalis,ſed ob certam cauſam finalem,ibi vide.

*Nec ius ſemel alteri ceſſum.*

83 ¶Trigesimoprimò, ius repetendi dotem conſtante matrimonio, marito vergente ad inopiam.Bald.in l.j.col.vlt.verſi.modò ego quæro,& ibi quoque Saly.col.ij.in prin.C.de priuileg.dotis.Bal.Nouellus,in tracta.dotium,in vlti.parte,col.xxvj.vbi tamen limitat.& Franc. Curt.ſenior in auth.quod locum,C.de collat.& latè conſi.lviij.ſumma totius,per totum, vbi reſpondet quibuſdam contrariis:& ampliat,etiam ſi interueniat iuramẽtum:& declarat,quomodo id ſit intelligendum.& Iaſon in l.ſi conſtante,col.pen.verſi. vltra quatuor,ff.ſol.matri. Quanquàm contrarium voluit Bald.ſibi contrarius in d.authen.quod locum,in ix.quæſt.& ibi quoque Roma.ad fi.& Corne.& Philip.Deci.in princ.per tex.illius auth.in illis verbis,ſolam actionem,licet inanem,conferens.& ſubobſcurè Specu.tit.de empt. & vendit.§.tertio loco,in prima forma inſtrumenti,colum.j. Et vide quæ dicam infrà in eodem §.in gl.vlti. nume.7.ſextò,quod & huc.

*Nec ius repetendi dotem.*

84 ¶Trigesimosecvndò , ius accuſandi alium de priuato delicto etiam alteri cedi non poteſt:vt placere video Bal.in l. per diuerſas,col.vlti.in xvj.quæſt.C.mand. Sed contra id facit tex.in l.quòd ſi in diem,§.Iulianus,ff.de peti.hæred. vbi interdictum vnde vi, cedi poteſt. Ex quo not.Bartol.ibi, actiones ex delicto deſcendentes cedi poſſe. De eo autem interdicto plenius dicemus infrà,eo.§.in gloſ.iij.eademq; vlti.num.18.vigeſimò interdictum recuperandi.& vide etiam quæ dicam in ead.glo.num.11.duodecimò ergo. & iterum nume.39. quadrageſimoquintò.

*Nec ius accuſandi de priuato delicto.*

85 ¶Trigesimotertiò, actiones populares.l.ſi cui.ff.de verb.ſignifi. & l.qui populari,& l.pen.ff.de popul.acti.& Albe.per eos tex.in l.vlti.col.ij.verſicu. quid de aliis actionibus,C.de hære.vel act.vend.id tamen intelligens,poſt Vber.Bob.ſi ratione commodi vel damni publici competat,non ſi priuati,arg.l.licet,& l.non cogendum,§.qui ita de publico,ff.de procur. & l.eum qui,§.in popularibus,ff.de iureiur.

*Nec actiones populares.*

86 ¶Trigesimoqvartò, condictio in re aliena, nec alteri quidem cedi poteſt.l.quòd ſæpe,§.ſi res,ibi,videbimus,& ibi glo.in verbo,habere,in prin.& Sal.ff.de contrah.emp.

*Nec condictio in re aliena.*

87 ¶Trigesimoqvintò, poteſtas gladij,aut cuiuſlibet alterius coërcitionis ad aliũ transferri non poteſt. hæc ſunt propria verba l.nemo poteſt.ff.de reg.iur. quæ deprompta ſunt ex l.ſolet,poſt princ.ff.de offi.Proconſul.quibus in locis vide Doct.vt intelligas,quomodo hæc intelligenda ſunt,præſertim verò Philip.Deci.in priori loco , vbi poſt alios Antiquiores à ſe citatos declarat,quæ ſit huiuſmodi poteſtas.

*Nec poteſtas gladij.*

88 ¶Trigesimosextò, vſus alteri quoque cedi non poteſt. l. item,§.j.ff.commu.diuid.& l.ſed neque,& l.denique,ff.de vſu & habi.& aliis compluribus locis eius titu.ex quibus etiam facilè intelliges,nec vſus quoque commoditatem alteri cedi poſſe, quamuis aliud ſit de vſufructu,vt ſuprà diximus nu.46.ſecundò vſufructus.

*Nec vſus. Nec eiuſdem commoditas.*

89 ¶Trigesimoseptimò, nec habitationis ius,nec eiuſdem commoditas alteri item cedi poteſt.l.ſi habitatio,in princ.& aliis compluribus,ff.eo.tit.de vſu & habitat.

*Nec ius habitationis.*

90 ¶Trigesimooctavò, ius exigendi portorium , ſiue vectigal ex priuilegio principis, non poteſt alteri cedi,ſine ipſius conſenſu.Bald.ſubdubitans in l.in diem,in fin.per eum textum,ff.de aqua.plu.arcen. quem ſequitur Firmianus in tractatu gabel. in prima parte, quæſt. xiiij.& Fran.Rip.lib.2.Reſpon.c.24.Carolus,num.7.

*Nec ius exigendi portorium.*

91 ¶Trigesimononò, cedi non poteſt actio aduerſus fideiuſſorem , ſine ceſsione princi-

*Nec actio ad-*

*uerſus fideiuſſorẽ, ſine principali actione.*

palis actionis: vt per multa iura tradit Alber. poſt Dy.in l.fideiuſſor obligari. in princip.ff.de fideiuſ.& in l.ij.C.de hære.vel act.vend.

## NON ESTANT DVDICT LIGNAGE, QVI NON SIT EIVSDEM GENTIS, GLO. II.

*Retractus alteri conſanguineo cedi poteſt.*

1 NAM alteri conſanguineo cedi poteſt, nimirum ceſſante ratione prohibitionis, vt expreſsè voluit in hoc caſu Seba.Neapod.in tract. de Iure congrui,& iterum in conſti.incip.ſi ex vno,in verbo,vnius.& Matth.Afflict.in tract. de iure protomixeos,in prin.col.antepenul.verſi.vltimò notandum ex tex.& Pau.Caſt.in l.ad officium,in fin.C.commu.diui.& Rom.in ſtatuto huic ſimili loquens,conſi.ccccl xxxiiij.hoc quòd vicinus,in fine, dum dicit,id ius prælationis, competens vicino,non poſſe cedi alteri, non eiuſdem qualitatis:quæ ſunt propè verba noſtræ conſuetudinis, quaſi ei, qui eſſet eiuſdem qualitatis,cedi poſsit.Carol.Rui.conſi.xlvij.in communi,col.iiij.verſi.nec obſt. dum dicebatur.lib.4.& D.Boër.deci.cxxxix.alia ſua quæſt.in fi.& Ioan.Coraſ.Miſcel.lib.3.cap.3. paulò ante fin. Et eſt ſimilis in hac re conſuetudo Burgundiæ, hoc eod.titu.cap.6. & Borboniæ, cap.457.Niuernienſium,hoc item titu.cap.23.& Comitatus Burgundiæ titu.*reachaptz*, cap.10. Et id quidem ex legibus Moſaicis obſeruabatur,vt proximior id ius remotiori cedere poſſet, vt apertè colligitur ex 4.cap.Ruth.Et ad hæc faciunt multa,quæ ſcripſimus ſuprà eodem tit. §.xj.in gloſ.vj.in verbo, *s'il eſt le plus proche*. Et quod in ſimili tradit Paul.Caſtr.conſil.ccxliij. ſuper primo dubio,lib.1.de quo {quidem illius dicto & nos} dicemus in glo.vltim.huius §. num.34.incip.quadrageſimo.

*Conſuetudines.*

*Moſis lex.*

*Sed an remotiori in præiudicium proximioris.*

2 ¶SED an ſi conſanguineus,fortè omnium proximus,id ius retractus alteri conſanguineo remotiſsimi gradus ceſſerit,(quod poteſt in pręiudicium emptoris,vt hîc dicitur)poſsit tamen in præiudicium alterius conſanguinei proximioris eo,cui ceſsit,ita ſcilicet,vt hic proximior, qui adhuc eſt intra annum venditionis,non poſsit venire ad retractum. Et ego arbitror huic nullum præiudicium factũ ex huiuſmodi ceſsione,tum ex multis,quæ diximus in d.§.xj.vbi nuper citauimus,tũ quoque,quia alioquin eſſet liberũ proximiori cæteros poſt ſe proximiores hoc iure priuare,cedendo remotiori: quod minimè ferendũ eſt.l.non debet.ff.de reg.iur. & ibi concor.in glo.Nam iſta iura gratificandi nunquã competunt niſi in caſibus à iure conceſsis,veluti in l.fœminæ.§.vlti.C.de ſecun.nup.& l.ſi quis in graui, §. ſi cùm omnes,ff.de ſenatuſc.Sylla.vt tradit Fran.Are.poſt alios conſi.cxlij.ex facto,col.pen.verſi.præterea dato.

*De eadem re. Agnatus proximior poteſt reuocare alienationem in remotiorem factam.*

3 ¶Et idem ante eum,licet nõ alleget,pulchrè voluit Bal.in c.1.col.penul.tit.de ali.feud. nempe quia,vt ipſe Bal.ſubdit,id eſſet diſponere de iure tertij,quod nemo poteſt,ſine cõſenſu illius, l.ſi cùm Hermes,C.de loca.cum ſimi.Ideoq; ſi vaſallus in remotiorem agnatum,conſentiente etiam proximo,fundum alienauerit,tamen illi qui medij ſunt, ſcilicet inter proximiorem illum,qui conſenſit,& remotiorem,cui facta eſt alienatio, poſſunt eam alienationem reuocare:vt ſatis videtur voluiſſe ipſe Bal.vbi ſuprà,& Card.Alex.in c.Titius,col.pen.verſi.circa vltimum dubium,tit.ſi de feud.fuer.contro.inter do.& agna.& Iacob.à Sanct.Georg. in tracta. feud.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.ix.verſi.ſed moueo vobis,& col.ſeq.verſi. tertia concluſio.& Zaſius in epitome feud.parte ix.char.3.verſic. pone ſi vaſallus. Et faciunt quæ diximus ſuprà illo §.xj.glo.xj.num.14.verùm hæc res,& ſequen.

*Primogenitus non poteſt renuntiare tertiogenito. Renũtiatio alteri nõ nocet.*

4 ¶Sed nec primogenitus poteſt iuri primogenituræ renũtiare in fauorem tertiogeniti, omiſſo ſecundogenito,qui medius eſt,& in præiudicium ipſius:vt item voluiſſe videtur idem Bald. conſi.ccclxxxix.conſuetudo eſt,col.pen.verſic.hîc incidit dubium,lib.2. De quo nos abundè ſcripſimus in noſtro tractatu Primigeniorum, quæſt.xxvij. Nam & renuntiatio cuiuſpiam, licet ſibi noceat,nunquam tamen alteri,l.j.C.de commu.re.ali.& l.ſi poſt mortem,ff.de bono. poſſ.contra tabu.Bart.in l.ſi quis in conſcribendo,col.ij.verſi.ſecundo caſu, C.de pact.Ludo. Bolog.loquens in caſu non huic noſtro diſsimili,conſi.xliij.Ser.Iacobus,col.vj.verſic.vel ſecundò dicimus. Et ita in hoc noſtro caſu expreſsè voluit Ferro.in conſuetud.Burdigal. hoc eodem titu.*de retract.*§.v.col.ij.verſi.quid igitur.

*Si conſanguineus extraneo ceſſerit, an poterit nihilominus retrahere. Cedens inutiliter non cadit iure ſuo, uide nu.11.& 12.*

5 ¶SED dubitari poſſet,ſi proximior id ius retractus alteri extraneo ceſsit de facto, cùm non poſsit vetante conſuetudine,vtrùm poterit ipſe proximior, nõ obſtante huiuſmodi ceſsione retrahere,& ita repellere alium conſanguineũ, fortè remotioris gradus. Quod videtur:nam quod nullum eſt,nullũ poteſt effectum producere,vt patet ex multis, quæ tibi collegi ſuprà eod.tit.§.j.in glo.ij.in verbo,*a vendu*,nu.5. ſed hîc ſcire velim,& ſeq.atque etiam ſuprà noſtrarum conſuetudinum tit.ij.§.j.in ij.q.& in noſtris Legibus connubial.in glo.vlt.in xxiij.quæſt. Ex quibus vnum tantùm huic loco accommodatiſsimum afferam, quod ſcribit Bart.in l.filium,§.ſi quis,ff.de leg.præſtan.**quòd ſtante ſtatuto,quòd ſi quis ceſſerit actionem nobili, cadat iure ſuo:ſi quis ceſſerit,qui cedere non potuit,vel cuius aliàs ceſsio fuit inutilis: nõ cadet iure ſuo,quin poſsit actionem ſuam intendere.& idem propè voluit Barto.in l.non putauit, §.non quæuis,ff.de bon.poſſ.contra tab.& Rom.in repe.l.ſi verò,§.de viro, in xxxiij.fal.ff.ſol. matri.Firmia.in tract.gabel.in tertia parte octauæ partis prin.quæſt.xxxij.verſic.item ſequitur quòd cedens.& Iaſ.in l.j.§.j.in quinto not.ff.quod quiſque iuris.& in l.vlti.col.antepen.verſi. xxij.C.**



xxij.C.de iure emphy.& Franc.Rip.in l.iiij.§.condemnatum,colum.j.nu.4.ff.de re iudi.

6 ¶Et hæc opi.adiuuari poteſt ex eo quod tradunt Pau.Caſt.Ambro.Opiz.& Ferd. Loaz.in l. filiusfamiliâs,§.Diui,ille col.ij.alter col.v.hic xxvij.ad fi.ſecundo not.ff.de lega.ij.quòd ſi teſtator prohibuerit alienari rem extra familiã, is qui rem ipſam alienauerit,poterit reuocare, nedum alij huius familiæ.l.quemadmodum,C.de agri.& cenſi.lib.11.Et facit etiam l.nec nos, C.de capti.& l.cùm miles,ff.de ali.iud.mut.cau.fac.& ll.quæ dicunt,creditorem,qui vẽditioni pignoris conſenſit,tum demum tantùm remiſiſſe pignus videri,ſi venditio valeat, eaque effectum ſortiatur:vt de primo text.eſt in l.ſi debitor,§.vlt.ff.quib.mod.pign. vel hyp.ſol.de ſecundo,in l.ſicut,§.ſi voluntate,& §.ſi debitor,ff.eod.tit.Et facit quod in ſimili ſcribitur, in l.ſicut, ibi,ſi autem nuptiæ,ff.de oper.liber.quem ad hoc citat Bald.in Margar.in verbo, cedere,col.ij.verſi.cedens ius ſuum,quòd ſi ceſsio actionis non valeat,manet actio cedenti. *Qui contra prohibitionẽ teſtatoris alienat extra familiam,poteſt rẽ reuocare.*

7 ¶Tamen Geral.Bago.in ſua diſputa.retractus,dixit proximiorem,qui ceſsit id ius extraneo, licet inutiliter,perdere ius retrahendi,idq; tranſire in remotiorem,per l.quòd meo,§.ſi furioſo,ff.de acq.poſſ.vbi qui rem tradit furioſo,poſſeſsionẽ perdit,licet in furioſum non trãsferat. Et facit (inquit) optimè l.ſi vſusfructus,ff.de iure do.& l.per fundũ,ff.de ſerui.ruſt.pręd. vbi quis non poteſt venire contra ceſsionem à ſe factam,licet ea per ſe non teneat.Cui adde tex.in l.quidã,§.j.ff.de dona.vbi ſi quis rem donauerit eius,cui ſucceſſurus eſt, licet donatio non valeat,tamen ei etiam poſteà illi ſuccedenti denegandæ ſunt in totum actiones hęreditariæ.& text.in auth.minoris,C.qui dar.tut.vbi ſi tutor actionis ceſsionẽ aduerſus minorem ſuſcipiat,non valet ceſsio,ita vt nec ipſe, etiam finita tutela,agere poſsit:nec is quoque qui ceſsit,cùm in legem cõmiſerit:ea enim ſunt verba eius text.Hîc autem cedens cõmiſit etiam in ſtatutum noſtrum,quod huiuſmodi ceſsionẽ improbat.Et in l.ij.C.ne lice.poten.& l. vlt. ff.de ali.iud.mutan.cau.fact.quæ videntur aduerſari d.l.pen.eod.tit.Sed gloſſ.in ea ipſa l.pen. dicit ibi ſpeciale eſſe fauore militis,tanquam Ius commune ſit in contrarium:quamuis glo. in d.l.ij.& Bar.in d.l.pen.aliter hanc antinomiam ſoluant, vt ibi videre poteris. Et præterea text.in l.ab Anaſtaſio:verſi.ſi quis autem,C.mandati. *De eadem re.*

8 ¶Et facit etiã,quòd iſte conſanguineus cedendo etiam inutiliter, ſe facit à re ceſſa alienum, arg.l.cum dominus,§.vlt.ff.de pecu.leg.vt per illum text. voluit Bal.conſi.ix.factum tale eſt anno domini,col.iij.verſicu.& ſi quæratur,lib.1.quod repetitur conſi.clxxxviij.lib.3.Et illud quoque,quòd contractus factus contra legem aut ſtatutũ,licet ſit nullus,quantùm ad commodum eorum,qui ita contrahunt,valet tamen,quantùm ad eorũ incommodum, vt poſt antiquiores vltramontanos tradit Bar.in l.non dubium,col.iij.verſi.oppo.quòd ſecundum. & ibi quoque Fulg.col.x.C.de leg.Et probatur in l.peto,§.fratre,ff.de leg.ij.& in l.pater,§.Iulius,aut vt alij legunt,Iulianus Agrippa, à contrario ſenſu.& §.ſeq.ff.de legat.iij.vbi ſi quis inſtituerit extraneum in re prohibita alienari extra familiam,res iure fideicommiſsi deuenit ad cæteros de familia:& ita hæredes alienãtis ea re priuantur,quãuis ea alienatio eſſet inualida propter prohibitionẽ teſtatoris, & ita eos text.expendit Corne.conſil.ccxliij.circa primũ, col.j.in fi.lib.3. Et facit etiam text.in c.ſi religioſus,in prin.de elect.lib.6.vbi licèt actus factus contra prohibitionem legis non teneat,punitur tamen faciens.& ibi id not.Dom.in vlt.not. Sed & facit,quod tradit Bal.in c.j.in prin.col.vlt.in fi.& ibi Card.Alex.col.iiij.verſic. quæro, cum d.glo.tit.de prohib.Feud.ali.per Fed.& faciunt etiam quæ ſcripſimus ſuprà eod.tit.§.j. in glo.ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.42.ſed aduerte. *Cõtractus factus cõtra legem,tenet,licet ſit nullus, quantum ad commodũ cõtrahentis,non tamen ad ipſius incõmodum.*

9 ¶Et huc quoque ſpectat,quod à multis traditur,quòd ſi clericus in minoribus conſtitutus, & beneficium obtinens,contraxerit matrimonium, quod poſteà comperta conſanguinitate in gradu prohibito,aut alia ratione conſtitit nullum eſſe,non poteſt redire ad ſuum beneficium à quo,quantùm in ſe fuit,reddidit ſe alienum.Ita enim voluit Bar.Brixi.quæſt.Domi. ix.quidam clericus,Io.And.& alij in c.j.extrà de cleri.coniug.& in c.Ioannes, eo.tit.& in c.j. & ibi Pet.Anch.eod.quoq; tit.lib.6.& idem Pet.Anch.conſi.xxxiiij.in hac cauſa,col.iij.verſi. nam & alibi.Sed & glo.in d.c.j.poſtremo loco allegato,in verbo,clericalis, poſt Barth.Brixi. in d.q.Domini.& quæſt.ix.incip.quidam impetrauit reſcriptum à domino, tractant & illud ſimile,ſi quis impetrauerit reſcriptum ad præbendam vacaturam,& antequàm vacaret,contraxit cum virgine,quæ poſtea mortua eſt,& mox vacat beneficium,an poſsit id beneficium petere:& concludunt non eſſe admittendum. *Clericus qui inutiliter cõtraxit matrimonium, non reddit ad ſuũ beneficium.*

10 ¶Quodque à nonnullis ſcribitur,quòd licet non valeat reſignatio,ſiue renũtiatio beneficij non facta in manibus ſuperioris,quin eccleſia vel ſuperior id poſsit repetere,c.non oportet, vij.q.j.& c.mulier.xxxiij.quæſt.v.Ipſe tamen è diuerſo beneficium repetere non poteſt:quia licèt inutilis ſit renuntiatio, tamen obtinet vim pacti taciti, ne repetat,vt de acceptilatione dicitur in l.ſi vnus,§.pen.ff.de pact.& l.ſi acceptolatum,ff.de acceptila. De quo per gloſſ.Inn. & alios in cap.quod in dubiis,extrà de renunt.& ibi præſertim Panor.qui adducit antiquorum ſuper hoc ſententias,col.iij.verſic.in eadem glo.& etiam per glo.& Panor.in cap. quod Dei timorẽ,extrà de ſta.mona.& gl.in c.denique.vij.q.iij.& Bernard.à Biſgueto in ſuis Rotæ deci.tit.de elect.c.j.vtrùm ſi aliquis reſignauerit.& titu.de renun.c.item.j.vtrùm ſi aliquis reſignet,& Alberi.in l.quod in initio.ff.de reg.iur.& Pet.Anch.d.conſi.xxxiiij.colum.iij.verſic. *Renuntiatio inutilis beneficij,impedit repetitionem illius.*

prætereà natura. Et id quoque, quod à plurimis traditur, quòd licèt renuntiatio beneficij, ſimoniacè facta, nulla ſit, c.ſuper hoc, de renunt. Inno. in c. cùm vniuerſorum, de rer. permut. Archi. in c. ordinationes. j. q. j. cum ſi. valet tamen in præiudiciũ renuntiantis, glo. in d. c. ſuper hoc, in verbo, pecuniæ. Pan. in d. c. cùm vniuerſorum, col. ij. verſi. nota ex prædictis, Corſe. & Aufre. qui alios citat, in deci. Tholo. q. ccccxxxviij. item fuit quæſitum an collatio.

*Cedẽs inutiliter, an perdat ius ſuũ an nõ.*

11 ¶Quæ autẽ dicta ſunt pro priore parte, vt ſcilicet cedẽs inutiliter, non cadat iure ceſſo, procedunt, cùm ceſsio inutilis eſt ex alio capite, quàm quòd facta eſt cõtra prohibitionem de qua agitur: vt quia fortè minor erat, qui ceſsit actionem competentem ad rem immobilem ſine decreto, aut quia non interuenit alia quædam ſolennitas requiſita à ſtatuto in huiuſmodi ceſsione: tunc enim haud dubiè non prohibetur, qui ita ceſsit, vti ſua actione, vt ante ceſsionem potuiſſet. Quòd ſi aliunde non ſit inutilis, certè cadet ſua actione, vi illius ſtatuti, quo cadit actione, qui eam ceſsit: aliâs id ſtatutum omnino inefficax eſſet, & ſuperuacuum. Et id quidem eſt, quod in ſimili dicit Bal. in c. j. §. aut ſi liuellario, col. ij. verſi. in verbo, aut pignori, tit. quib. mod. feu. amit. Conſideret (inquit) quòd hîc non iuris effectus ſed animi cogitatio punitur: neque enim alienatio valet, & tamen perdit feudum. Et idem propè dicit ipſe Bald. in c. j. col. j. in iij. not. titu. de ali. feud. Card. Alex. in c. j. cõl. j. tit. de prohib. feud. ali. per Lotha. & huius rei eſt optimus text. à nullo (quantùm ego legerim & meminerim) in id expẽſus in l. j. C. de ſepul. vio. vbi qui res religioni deſtinatas emerint vel diſtraxerint, tamẽ ſi iure vẽditio non ſubſiſtat, tamen in læſæ religionis crimen incidũt. & alius in l. eum qui duas, C. de adult. & in l. quid ergo, §. cùm autem, ff. de his qui not. infam. & ibi glo. Albe. & Bald. qui eum text. dicit ad hoc not. & tandem in fi. trahit ad ſtatutum, quo prohibetur iure cedi magnati. & in l. iij. §. ſi quis codicillos, ibi, item ſiue iure valeat, ff. de S. C. Sylla. & in l. ampliſsimi. C. de excu. tut. vbi glo. alios cõcord. affert. & quod tradit glo. in l. ij. in glo. j. in fi. & ibi Bal. col. j. in j. opp. & Pau. Caſt. in fi. C. de epi. aud. At ſi alienatio aliũde eſſet nulla, quia ſcilicet facta ſine ſolennitate, non caderet vaſallus, vt dicit idem Bal. in d. l. ij. colum. ij. verſi. ex prædictis, C. de epiſc. aud. cum alis multis concord. à me adductis in d. §. j. glo. ij. nu. 6. horum opin. adiuuat, & ſeq. Et ſic nuncupatim hæc, quæ videbantur contraria, concordat Cardi. Alex. in c. j. col. j. ſtatim poſt princ. tit. de prohib. feud. ali. per Fede. Et facit, quod tradit Franc. Aretin. conſil. cxxvj. in cauſa dominæ, col. v. verſi. venio nunc ad ſecundum.

*De eadem re.*

12 ¶Nec tamen (vt minimè fallaris lector) omnino indubitatum eſt, vt qui nulliter contraxit, etiã ex alio capite, quàm quòd cõtraxit, non puniatur: ſed hæc res patitur quaſdã diſtinctiones, vt videre licet ex iis, quæ ſcribit Bart. in l. continuus, §. cùm quis, & ibi Recentiores poſt eum, ff. de verb. oblig. & idem Bart. in l. vbi pactum, col. vlt. & ibi alij poſt eum. C. de tranſac. & Franc. Aret. conſi. xviij. viſa & diſcuſſa, in primo dubio, & Fran. Cur. iunior in tracta. feud. in iiij. parte principali, char. 44. verſi. xvij. & Hippo. Marſi. in l. j. §. prætereà. nume. 14. & multis ſeq. ff. ad leg. Corn. de ſica. in l. j. & ij. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exim. & in l. impuberem, §. j. verſi. ſed & ſi. ff. ad leg. Corn. de fal.

*Venire an poſſit quis cõtra factũ propriũ quod de iure non valet.*

13 ¶Sed hæc res magna ex parte hinc pendet, vtrùm quis venire poſsit contra ſuum factum, quod de iure non tenet. De quo per glo. Barto. & Bald. in l. poſt mortem, ff. de adoptio. glo. & docto. in l. j. C. de lib. cau. Quantùm autem ad priora iura allegata à Bago. ea loquuntur de poſſeſsione, quæ ſolo animo perditur, l. iij. §. in amittenda, ff. de acqui. poſ. & plus facti, quàm iuris habet: ideoque etiam ex inutili contractu & perditur, & transfertur. l. j. §. ſi vir vxori, ff. eod. tit. At d. l. quidam, §. j. de donat. non admodum vrget: quia in eo caſu hæreditas aufertur ei, qui ita donauit, tanquã indigno, vt ſubiungitur in l. ſeq. Quantùm verò ad d. l. cùm dominus, §. vlt. de pecul. lega. vide quid ſcribat Bar. ibi, & quæ latè tractauimus in noſtris Legibus cõnubialibus, in gl. viij. in xj. q. cùm diſſerimus de filio, qui viuente patre debitores paternos liberauit: de quo & nos dicemus infrà in fine huius tit. q. xxiij. Et vide etiam quæ ſcripſimus ſuprà eod. tit. §. j. in verbo, *a vendu*, quæ eſt gloſſ. ij. nu. 9. quanquàm potuiſſet, & in gloſ. ix. in verbo, *ou lignagier*, nume. 30. ſed & illud hoc in loco, cum multis ſequentib. vbi tractauimus, vtrùm venditor ipſe ad retractum admittatur.

*Cedens utiliter an nihilominus poterit agere.*

14 ¶Cæterùm ad hanc controuerſiam, de qua principaliter hîc tractamus, nonnihil pertinet & illa vtrùm is qui ceſsit actionem alteri etiam vtiliter, poſsit nihilò minus agere, acſi non ceſſiſſet. de quo per Iac. Areti. in l. j. §. j. ff. ad Treb. Bar. in l. facta, §. ſi hæres, col. j. verſi. quæro poſt factam, & ibi per Paul. Caſt. eod. tit. & eundem Bart. in l. ſi cum emptore, in princ. verſ. quæro vtrùm eo ipſo ff. de pact. Bal. in l. j. col. pen. verſi. quintò quæro, an poſt ceſsionem, C. de act. & oblig. in l. iij. poſt princ. & ibi quoque Albe. col. j. & ij. C. de noua. & in l. j. col. pen. verſi. quęro quid ſi eſſet, C. quando prouoc. non eſt neceſ. & conſi. clx. præmittendum eſt, in princ. libr. 1. Raph. Fulg. Paul. Caſt. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi cum emptore, ff. de pact. & Pau. Caſt. conſi. xciij. in cauſa appellationis, lib. 2. Cepo. caute. ſecundùm veterem computationem, ccxlv. tu habes. & Guid. Pap. Deciſ. Delphi. cccccxxx. qualiter, verſi. ſed pone, & conſil. cxviij. circa diffinitiuam, in iij. dubio, in fine. & Stephan. Bertrand. conſil. cxvj. viſo, in iiij. dubio, libr. 2. & conſil. ccciij. etiam ſi debitor, in princip. libr. 2. Sed quod ad noſtrum caſum pertinet, ex conſuetudine Aruernorum, tit. *de retraict*, cap. xiiij. conſanguineus, qui id ius retrahendi ceſsit extraneo, eo priuatur

*Cõſuetudo de quæſti. princi.*



priuatur. Et id quoque de Iure communi videtur eſſe verius, per ea quæ ſuprà diximus.

15 ¶Quid verò ſi poſteaquàm proximior id ius alteri conſanguineo remotiori ceſſerit (quod facere poteſt, vt hîc ſatis declaratur) & is remotior poſt retractum à ſe factum eandem alteri vendidit: an ille proximior, qui ſemel illud ius ceſſerat, nunc admittatur ad retractum huius ſecundæ venditionis factæ ab eo, cui ceſſerat, cognoſces ex iis quæ in caſu ſimili ſcripſimus ſuprà eod. tit. §. j. glo. ix. in verbo, *ou lignagier*, nu. 125. ſed in duobus, & ſeq. & iterum nu. 160. ſed his maturè relictis, & ſequent.

*Cõſanguineus qui alteri cõſanguineo ceſſit, qui poſtea uendit, an poterit retrahere.*

*Alia quæſtio retractus.*

16 ¶NEC tamen illud omiſerim, quòd ſi conſanguineus id ius alteri conſanguineo ceſſerit, (quod poteſt, vt diximus.) ſi hic ceſsionarius agat ad retractum aduerſus emptorem, vi huiuſmodi ceſsionis, ſine mentione conſanguinitatis, reus abſoluendus eſt, vt in ea ſpecie interrogatus Signo. reſpondit conſi. lxxxj. in quæſtione vertente inter Nigrum, per multa illic allegata, quæ ſunt omnibus obuia, ideoque nec repetenda ea ducimus, & quia etiam res per ſe ſatis clara eſt. Et videas etiam, quæ ſcripſimus infrà eod. tit. §. xxxij. in glo. j. nu. 97. ſed hîc quæri poteſt, vbi & id conſi. Signo. citaui.

17 ¶TANDEM & illud in mentem venit, quod ex facto contingere vidimus, Quiſpiam alteri extraneo donauerat omnes ſuos acquæſtus præſentes & futuros, vt quotidie fit: poſteà verò conſanguineus illius donantis vendidit rem quampiam immobilem: an hic eandem poterit retrahere iure proximitatis? Et certè nõ poteſt, nẽpe cùm hæc res, ſi retrahatur, ceſſura ſit illi donatario extraneo, & contra hanc conſuetudinem, quæ vetat alienationem iuris retrahẽdi in extraneum: neque enim refert, an nunc cedat id ius retrahendi ſibi competens ex venditione: an verò longo antè tẽpore ceſſerit, quod poſteà acquiſitum eſt, cùm vtroque modo res ita retracta, abeat in familiam extraneam, contra rationẽ conſuetudinis retractus, & cùm eadem ratio ſit in vtroque, idem quoque ius ſtatuendum eſt, l. illud, ff. ad legem Aquil. cum ſimilibus præſertim cùm habeamus conſuetudinem expreſſam ſuprà §. iiij. conſanguineum teneri iurare ſe retractum facere ad ſuum commodum, hîc verò ad illius donatarij faceret. Si autem hic donatarius eſſet etiam cõſanguineus venditoris, nihil eſt quod impediret donantem retrahere, cùm (vt hîc dicitur) ius retractus poſsit cedi conſanguineo.

*An qui donauit omnes ſuos acquæſtus præſentes & futuros, poterit poſtea retrahere.*

## DV CONVENTIONEL.
## CONVENTIONALIS, GLO. III.

1 NEMO quem viderim, ſi non me fallit memoria, id negauit præter Angel. in d. l. ad officium, in fin C. commu. diuid. & nouiſsimè Caro. Ruin. qui poſt primam noſtram editionem impreſſus eſt conſi. lxxij. viſo ferè, per totum, libr. 1. vbi innititur autoritate eorum qui dicunt retractum proximitatis cedi non poſſe, qui multum diſtat ab hoc conuentionali, quantum ad hanc rem pertinet. Sed contrarium, & ſecundum hanc noſtram conſuetudinem, nuncupatim reſpondit Paul. Caſtren. conſil. j. videtur dicendum quòd dictus Criſtophorus, libr. 2. vbi loquitur in caſu, qui videbatur magis dubius, de quo dicemus infrà, nume. 42. ſed his maturè. Et generaliter huiuſmodi facultatem cedi poſſe, conſuluit Alexan. conſi. ccxxviij. ponderatis his quæ ſerioſè, poſt princ. & per totum, lib. 6. & conſi. ccxxxij. conſideratis his quæ in themate, poſt prin. eod. lib. 6. Barb. conſi. lj. ſcripſit ſapiẽtiæ fons, col. xviij. verſi. capio aliũ articulum, lib. 1. & conſi. vj. illud in medium adducam, colum. xv. verſic. & ex iſtis apparet, libro 4. Iaſ. in l. j. §. vltim. colum. iij. verſicu. item circa iſtam materiam, ff. de no. oper. nuntia. Phili. Deci. conſi. clxiiij. non fuiſſet propoſiti mei, in fin. & conſi. cccccxliij. in caſu propoſito, col. j. & conſi. Dcxiiij. in cauſa feudali, col. ij. verſic. circa ſecundum, quod conſi. maiore ex parte repetitur conſi. Dclxxx. Chaſſ. qui vnum Barb. in priore loco citat, in conſuet. Burgund. tit. *de rentes vendues à rachat.* §. j. in v. dubio. & iterum conſi. xj. *le cas eſt tel*, col. xiiij. verſi. xvij. Hiero. Cagno. in repet. l. ij. col. viij. verſic. quæſtio nunc prima, C. de pact. inter empto. & vendit. & Anto. Rubr. conſil. cxlvj. circa primum, colum. j. in fi. & noſter Carol. Molend. in conſuet. Pariſi. tit. j. §. xiij. nume. 20. Aymo. Crauetta. conſi. cxcj. in cauſa egregij. nume. 2. & ante hos omnes Bald. quem nullus memorat, conſi. xxxviij. ponitur quòd quædam domina. col. j. lib. 3.

*Retractus cõuẽtionalis cedi poteſt.*

2 ¶NEC id quidem mirum, quia regulariter omnis actio cedi poteſt, vt in tit. de hære. vel act. vend. Vnde rei vendicatio cedi poteſt, l. vlt. eod. tit. & l. ij. & ibi glo. & Bal. C. de litig. gloſſ. in l. planè, in verbo debeat. ff. fami. erciſ. Barb. d. conſi. lj. lib. 1. & d. colum. vj. lib. 4. Idque etiam ſine poſſeſsione, ſecundùm Dyn. in c. pro poſſeſſore, in vij. eademque vltima quæſt. de regu. iur. lib. 6. Cyn. poſt Pet. in l. j. in iiij. q. C. de ali. iud. mut. cau. fact. Bald. in rub. ff. de rei vend. in addi. col. vlt. & conſi. ix. factum tale eſt, anno domini, col. vlti. lib. 1. quidquid in vltimo dicat gloſſ. in d. l. vlt. C. de hære. vel act. vend. ibi omnino vide Doct. & pleniſsimè Ange. in rub. C. de rei vend. & Nico. Mil. in repertorio, verſi. cedi poteſt realis.

*Omnis actio cedi poteſt.*

*Rei uendicatio.*

*Etiã ſine poſſeſsione.*

3 ¶SECVNDÒ etiam vtilis actio ceſſa cedi poteſt, l. j. §. de illo, ff. ad Senatuſ. Trebel. & l. ex aſſe, & ibi not. eod. titu. & l. emptor, & ibi quoque not. C. de hære. vel actio. vend. & per eos text. voluit Bar. in l. Modeſtinus, col. vlt. verſi. ſed quæro quando ille, ff. de ſolu.

*Vtilis actio ceſſa.*

4 ¶TERTIÒ, ſpes res omnium fallaciſsima, vt plenè oſtendimus in noſtris Legibus connubialibus,

*Spes.*

nubialibus,in glo.j.poſt vltimam legem connubialem,quo loco tractamus, vtrùm ſponſa ſit in poteſtate ſponſi,vt vxor mariti ex conſuetudine,verſiculo quibus quidem mouemur.Ea tamen cedi poteſt,l.ſpem,C.de don.& l.nec emptio,ff.de contrahen.empt.& l.pactum, in fi. ff.de pact.Bar.in l.vlt.ff.de admini.tut.Card.Rui.qui id intelligit de ſpe approbata,conſi.98. viſa renuntiatione,col.vj.nu.15.libr.1.

*Debitum conditionale. Et actio conditionalis.*

5 ¶Q V A R T Ò , quod proximiori accedit proximè debitum conditionale, & in diem , atque etiam actio conditionalis,cedi quoque poteſt:vt de debito eſt text.in l.nomina, & l.multùm ff.de hære.vel act.vend.& glo.in d.l.ſpem,C.de don.& de actione conditionali voluit gloſſ. in l.ſi minoris,in verbo,prouocantes,& ibi Alber.col.ij.nu.5.ff.de admini.tuto.

*Spes futuri fideicommiſſi conditionalis an cedi poſſit.*

6 ¶Q V I N T Ò, quod & ex iis procedit,ſpes futuri fideicommiſſi conditionalis, vt per multa reſpondit Raph.Fulg.conſi.cj.teſtator in ſuo,per totũ. {Et Guid.Pap.deciſ. Delph.232.dicta Ioanna. } Quanquàm contra id facit , quòd ſpes huiuſmodi fideicommiſſi ante impletam conditionem non tranſmittitur ad hæredes,l.vnica.§.ſinautem aliquid ſub cõditione, C.de cadu.tol.cum aliis multis concord.tex.& Doct.à me citatis ſuprà eo.tit.§.j.in glo.ij.in verbo, *a vendu*,nume.24.& quod denique.ex quibus intelliges communem hanc eſſe opin.etiam in liberis,quamuis glo.tenuerit contrarium in l.is cui ſub conditione,ff.de acti.& obliga.Quæ autem non tranſmittuntur ad hæredes,nec ceduntur quoque extraneis,vt diximus ſuprà in gloſ.prima huius §.nume.44.tertiò bonorum poſſeſsio.

*Spes actionis de dote.*

7 ¶S E X T Ò, quod & huc pertinet,licèt mulier cõſtante matrimonio,nõ poſsit cedere dotem, l.conſtante,C.de dona.poteſt tamen eodẽ conſtante cedere ſpem eius actionis de dote, quæ illi competitura eſt ad recuperandam dotem,gloſſ.in d.l.conſtante,& ibi Bal.& Sal.qui illam gloſſ.dicit ſing.& ipſe Bal.qui & illam dicit ſingu.in ſua Marga.in verbo,dos, col.iiij.Iaſ.qui illam dicit ſolennem,in l.ſi conſtante,col.vlt.verſic.adde pro iſta parte,ff.ſolu.matr.Sicut & ſoluto quoque matrimonio cedere poteſt,l.ij.ibi,nec cogitur,ff.ſol.mat.& voluit Bald.in l.j. col.vlt.verſi.modò ego quæro,C.de priuileg.dotis.& vide quæ dixi ſuprà in gloſſ.j.huius §. nume.80.trigeſimoprimò ius repetendi.

*Hæreditas.*

8 ¶S E P T I M Ò, hæreditas cedi quoque poteſt,per totum tit.ff.& C.de hæredit.vel actio.vendit.ſecundùm tamen diſtinctionem Bar. (neque enim id omittendum fuit)in l.per diuerſas, col.vlt.verſiculo vltimò circa hanc l.C.manda.

*Condictio furtiua. Condictio ſine cauſa. Aliæ condictiones.*

9 ¶O C T A V Ò, condictio furtiua,l.cùm quis,§.j.ff.de ſol.& l.quod ſæpe,§.ſi res,ff.de contrah. empt.& l.ſi vendidero,§.ſi Titius,ff.de furt. {Ro.in l.quod ſi in diem.in §.Iulianus,ff.de pet. hær.& ante illum} Bal.d.conſi.ix.col.vlt.lib.1.& in d.l.vlti.col.ij.C.de hære.vel act.vend.& in repet.l.ij.col.xxxiiij.verſicu.quò ad quartam quæſtionem , ff.de iureiur.vbi & idem dicit de condictione ſine cauſa,& cæteris condictionibus & id erit pro N O N O.

*Actio furti. Actiones pœnales.*

10 ¶D E C I M Ò, actio furti (hæc enim differt à condictione furtiua, vt patet ex l.ſi pro fure.§.j ff.de condict.furti) hæc igitur actio furti,cedi quoque poteſt,vt eſt tex.in l.eum qui,in prin. ff.de furtis,vbi & id not.Albe.qui ſubiungit idem eſſe & de cæteris actionibus pœnalibus. Et id erit pro V N D E C I M O.

*Actiones ex delicto deſcẽdentes.*

11 ¶D V O D E C I M Ò ergo, quia ſuprà in j.gloſſ.huius §.locuti ſumus de actione iniuriarum, certè in vniuerſum cęteræ actiones,quæ ex delicto deſcendunt,cedi poſſunt,ex ſententia Io. Andr.in addi.Spec.tit.de ceſsio.actio.§.j.col.pen.in addi.quæ incipit,de actione iniuriarum. Bart.& Bal.in l.quòd ſi in diem,§.Iulianus,per illum tex.ff.de pet.hære.An autem accuſatio cedi poſsit,videbis apud Spec.in d.tit.& vide etiam in illa j.glo.huius §. nume.81.trigeſimoſecundò ius accuſandi.& Albe.in l.j.col.ij.verſic.ſed nunquid accuſatores.C.ne lic.poten.& in d.l.vlt.C.de hæred.vel actio.vend.Aegid.Bellem.in c.ex parte,colum.xvij.poſt præmiſſa. de ali.iud.muta.cau. fact.

*Directa actio legis Aquiliæ. Actiones ſoli domino cõpetentes.*

12 ¶D E C I M O T E R T I Ò,directa actio legis Aquiliæ cedi item poteſt, d.l.quod ſæpe, §.ſi res, ff.de contrahen.empt.{& l.vnde quæritur , ff.commod.& voluit Ro.in d.§.Iulianus.& ante illum}Bal.d.conſi.ix.lib.1.vbi & ex hoc,atque etiam eo quod ſuprà diximus de condictione furtiua,dicit generaliter actiones , quæ ſoli domino competunt,cedi poſſe : & hoc erit pro D E C I M O Q V A R T O.

*Reſtitutio in integrum.*

13 ¶D E C I M O Q V I N T Ò,reſtitutio in integrũ,l.quod ſi minor,in prin.& ibi Albe.& alij.ff.de minori,& l.ſi minoris,& ibi gloſſ.Alberic.Bart.& alij.ff.de adminiſtr.tuto.& l.non idcirco.& ibi Bal.ff.de tutel.& ratio.diſtra.& gloſſ.in l.ex pluribus,ff.de adminiſtr.tuto.& in c. hinc eſt, in verbo,ſigillatim,& ibi Arch.xvj.q.j.Alberi.in d.l.vltim.colum.vltim.C.de hæredi.vel act. vendit.Barto.in l.non ſolùm,in princ.ff.de reſtit.in integ.& Bal.in repet.d.l.ij. vbi ſuprà ff.de iureiur.& in l.j.col.iiij.verſi.quærunt Doct.C.de priui.dot.& in ſua Marga.in verbo,cedere, col.vlt.verſi.cedi poteſt conditionalis,vbi dicit ſing.glo.in d.l.ſi minoris,ad hoc,vt cedi poſſint,ea quæ ſperantur futura per reſtitutionem in integrum.Ioan.Fab.in §.vltim.col.ij.& ibi etiam Ange.Aret.Inſtit.quib.mod.ali.licet,vel non.idem Ang.in §.ſi quis agens, col.antepe. verſi. poteſt etiã dictum.Inſtit.de act.Saly.in l.j.col.ij.C.de priuil.dot.Barb.co nſi.vj.illud in medium,colum.xv.verſic.& ex iſtis apparet,libr.4.Guid.Pap.in ſtatuto Delphi.incip.ſi quis per literas , in gloſſ.j.columna vj. verſiculo ſimiliter etiam poteſt , & iterum in verbo , vel quaſi,



quaſi,col.xiij.verſi.ſed pone fui ſpoliatus & ſing.972.verſi.beneficium reſtitutionis.

*Officium iudicis etiã extraordinarium.*

14 ¶D E C I M O S E X T Ò , ex illis iuribus aſſumunt omnes, vbique officium iudicis,etiam extraordinariũ,cedi poſſe,ob id quòd reſtitutio in integrũ competit ſolùm per officiũ iudicis. Ita enim colligit Bal.in d.l.quòd ſi minor,de minor.& in repe d.l.ij.col.xxxv.ff.de iureiur.& in l.ex legato,ad fi.C.de lega.Bar.& propè omnes in l.j.§.vlt.ff.de no.oper.nun.& idem Bart. in l.Modeſtinus,col.vlt.ff.de ſol.Ange.& Imo.in l.ſi eius pupilli,ff.ad Senatuſc.Treb.Ange. Aret.in d.§.ſi quis agens,col.antepen.verſi.ex quo nota maximam, ibi, poteſt etiam dictum beneficium,Inſtit.de actio.Guid.Pap.ſing.Dcvj.verſi.officium iudicis.

*Actio habens executionem paratam.*

15 ¶Et id quidem amplia,vt procedat etiam in officio iudicis,vel actione habẽte executionem paratam:nam & hæc quoque cedi poſſunt,per text.not in l.hæres,& in l.in iudicio,ff.famil. erciſ.ſecundùm Bal.in ſua Margar. in d.verbo,cedere,col.iij.verſic.ceſsio poteſt fieri.Et vide etiam quæ dicam inferius numero 21.vigeſimoquartò tenuta,quam vocant, & duobus ſeq. Et hoc erit pro D E C I M O S E P T I M O.

*Obligatio naturalis.*

16 ¶D E C I M O O C T A V Ò obligatio naturalis d.l.ſi eius pupilli, §.quòd ſi hæres, & ibi gloſſ.in verbo,non alia ratione,& Ang.ff.ad S.C.Treb.& l.quãuis,& ibi Alb.eo.tit.Bart.& omnes in d.l.j.§.vlt.ff.de no.oper.nunt.idem Bart.in l.huiuſmodi,la j.ad fi.ff.de verb.obl.& in d.l.Modeſtinus,col.vlt.ff.de ſolu.Alouiſius Luſcus inter conſi.Bal.conſi.ccccxxxvj.quidã creditor, col.ij.verſi.quartò,nam per actum verbi,lib.3.& ipſe Bal.in d.ſua Margar.in d.verbo,cedere. col.iij.verſi.cedi poteſt.& Ang.in d.l.quòd ſi in diem,§.Iulianus,ff.de peti.hære.

*Interdictũ retinẽdæ poſſeſſionis.*

17 ¶D E C I M O N O N Ò, interdictum retinendæ poſſeſsionis.Alberic.loquens de interdicto vti poſsidetis,in l.j.col.vlt.verſicu.vltimò quæro,C.vti poſsid.Bald.in repet.d.l.ij.col.xxxv.ff.de iureiur.Io.Fab.in §.retinendæ inſtit.de interdict.Guid.Pap.in d.ſtatuto,ſi quis per literas, in d.gloſſ.vel quaſi,col.xiij.verſi.ſed pone fui ſpoliatus.& ante hos glo.quam neuter citat, in l. ij.§.item Nerua,in verbo,experiaris,ff.ne quis in loco public.quam not.& ſecutus eſt Bal.in ſubſcriptione d.conſi.ccccxxxvj.col.iij.verſi.quartò præmittendum, libr.iij.vbi ex hoc dicit, quòd facultas retinendæ & continuandæ poſſeſsionis cedi poteſt.& idem Bal.qui eam gloſſ. dicit ſing.in c.licèt cauſam,col.viij.verſi.item interdicta,extrà de proba.Pau.Caſtr.& alij Recentiores in d.l.j.§.vlt.ff.de no.ope.nuntia.

*Facultas retinendæ & cõtinuandæ poſſeſſionis.*

*Interdictũ recuperandæ. Etiam reſpectu damnorũ & intereſſe.*

18 ¶V I G E S I M O, interdictum recuperandæ poſſeſsionis,puta,Vnde vi,d.l.quòd ſi in diem,§. Iulianus,& ibi glo.Bal.Ang.{& Roma.} ff.de peti.hære.Bal.in l.licèt,tum circa medium,tum ad fi.per illum text.C.de exceptio.vbi dicit procedere non ſolùm reſpectu poſſeſsionis, ſed etiam damnorum,& eius quod intereſt,& conſi.clxxxvj.quia allegationes,colum.iij.libr.1.& conſi.ccxvj.fuit quidã nobiliſsimus,col.ij.verſi.ſuper eo paſſu,lib.2.& conſi.cccix.ſuper quo puncto,lib.iij.& in repe.d.l.ij.col.xxxv.ff.de iureiur.vbi & hoc dicit notari in d.l.licèt. C. de except.Barb.conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xviij.lib.1.vbi dicit illum text.eſſe ad hoc meliorem totius iuris.Guid.Pap.in dicto ſtatuto Delphi.vbi ſuprà proximè. & Franc. Ripa in repet.c.ſæpe,col.vij.verſi.quartò dubitatur,extrà de reſtit.ſpol.vbi ex hoc dicit remedium c. redintegranda,iij.q.j.poſſe cedi:vt etiam voluit Soci.in repet.l.rem quæ nobis , col.vj.verſic. vltimò poteſt dubitari,ff.de acquir.poſſ.Et id erit pro V I G E S I M O P R I M O.

*Remedium c. redintegrãda.*

*Beneficium l. edicto.*

19 ¶V I G E S I M O S E C V N D Ò,beneficium l.edicto,C.de edic.Diui Adria.tollen.quod etiam eſt remedium poſſeſſorium, cedi quoque poteſt.Bal.d.conſi.clxxxvj.col.iij. { in v.dubio} libr.1.

*Omne poſſeſſorium iuris.*

20 ¶V I G E S I M O T E R T I Ò, generaliter omne poſſeſſorium.Bald.in eod.conſi.per text.in d.§. Iulianus,& not.in d.l.ij.§.quòd Nerua,ff.ne quid in loco publico.Quod tamen dicit procedere in poſſeſſorio facti,non etiam iuris,cuiuſmodi eſt bonorũ poſſeſsio,quæ nec tranſmittitur,nec ceditur,l.iij.§.acquirere,ff.de bono.poſ. Cuius rei rationem reddit Bald.vbi ſuprà, quam videre poteris. De bonorum autem poſſeſsione diximus ſuprà in glo.huius §.nu.47. tertiò bonorum poſſeſsio,vbi videre poteris.

*Tenuta & miſſio in poſſeſſionem.*

21 ¶V I G E S I M O Q V A R T Ò tenuta,quam vocant,& miſsio in poſſeſsionem , l.vlti.§.ſinautem hi.C.de bo.auto.iud.poſsi.vbi Sal.not.& dicit valde ſing.& Alex.in addit.Bart.in d.l.j.§.vlti. ff.de no.oper.nuntia.& Barb.d.conſi.lj.col.xiij.libr.1.

*Ius ſententiæ.*

22 ¶V I G E S I M O Q V I N T Ò,ius ſententiæ.l.in iudicio,& ibi Odof.& Floria.ff.fam.erciſ.Bald.in d.l.ex legato,in fi.C.de legatis,vbi ex hoc ſubdit,quòd ſi cedens habeat ius executionis paratæ,idem & ceſsionarius & legatarius habebunt. Quod & dicit Floren.in d.l.in iudicio. & Nicol.Mil.in ſuo reperto.verſ.cedi poteſt actio iudicati.

*Ius executiuum.*

23 ¶V I G E S I M O S E X T Ò, generaliter ius executiuum cedi poteſt,per tex.no.in l.j.C.de cõtra. iudi.tutel.vbi etiam dicitur,quòd in dubio videtur ceſſum eſſe,cùm ceditur actio.& ad hoc illũ text.annotauit & dixit not.Franc.Areti.in l.j.col.pen.ff.ſi cert.pet.& Calca.qui alia iura ſatis aliena allegat,conſi.xviij.pro parte hoſpitalis.col.vj.verſi.xxviij.Et vide quæ dixi ſuprà, in hac eadem glo.nu.15.& id quidem amplia.

*Ius capiendi alterum propria autoritate.*

24 ¶V I G E S I M O S E P T I M Ò ius capiendi alterum propria autoritate:vt ius illud,quod habet creditor capiendi debitorem fugientem:id enim cedi & demandari alteri poteſt ex ſententia gloſſ.in l.j.in verbo,ab his,C.vbi quis decuri.Ang.in l.generali,C.de Decur.libr.x.Roma.in l.j.§.vlt.col.ij.verſi.& per hoc,ff.de oper.no.nunt.Franc.Aret.in l.ſi ita ſtipuler per te,in fin.ff. de verb.

de verb.obl.Alex.conſi.cxxxiij.circa executionem,col.j.lib.6.Et de hoc hoc eſt optimus tex. quem nullus eorum memorat,in l.Imperator,ibi,pecunia accepta manus iniectionem vendiderat,ff.qui ſine manu.ad liber.perue.& ibi Iacob.Areti.& Bened.Plumb.eum text.ad hoc nuncupatim not. Eſt enim Manum iniicere,verbum antiquum iuris,cùm ſcilicet nulla expectata iudicis autoritate,nobis ipſis veluti ius dicentes,perſonã quampiam,aut rem noſtrã, vel nobis debitam,præhendimus,vel ſiſtimus:vt & in l.ſed & ſi hac, §.j.ff.de in ius vocan.& in l.Titius,in princip.ff.de ſer.expor. & in l.j.& iterum ij. C.ſi ſer.expor. vene.& in l.ſi quis poſthac,in prin.C.de bon.dam.de quo affatim & ſcienter per Budæum noſtrum in Annot. ff.in l.vlt.de ſenato. De hoc tamen,an ſemper id ius cedi poſsit,vide Lucam Pen.diſtingentem in l.coloni,col.viij.in vij.q.C.de agric.& cenſi. Et quæ diximus ſuprà hoc eod.§.in gl.j. nu.62.vigeſimò facultas expellendi,& ſeq.

*Manum inijcere.*

25 ¶Vigesimooctavò, ius legitimæ & Trebellianicæ.l.j.§.inde Neratius,ff.ad Trebellia. Bal.conſi.ccccxxxviij.factum,ſuper quo conſilium petitur,tale eſt,videlicet quidã dominus, colum.iij.verſic.hæc præmiſſo,lib.1.quod conſi.repetitur conſi.ccclxxvij.quidam Alex.lib.3. niſi quòd priore loco factum paulò amplius proponitur. & Iaſon conſi.xliij.Ioannes Laurentius,col.pen.verſi.primum quòd poſito,lib.3.

*Ius legitimæ & Trebel.*

26 ¶Vigesimononò, inſtantia,ſiue ius inſtãtiæ,l.in cauſæ,§.pen.& ibi glo.in verbo, transferri,ff.de procu.Bart.in l.j.in princ.ff.ad Senatuſconſ.Treb.& in l.ſi eum hominem,col.vlt. ff.de fideiuſ.Bal.in d.l.ex legato,ad fin.C.de lega.& in l.per diuerſas,in xiiij.quæſt.C. mand. Barb.d.conſi.lj.vbi ſuprà,lib.1.

*Inſtantia.*

27 ¶Trigesimò, ius proteſtationis faciendæ,l.ſi res,in ij.reſpon.ff.de euictio. Bald.in rubri. extrà de procura.colum.j.verſi.qui vendidit,& conſi.cccxiiij.vtrùm dictus contractus,in iiij. dubio,lib.v.vbi eum text.ad hoc dicit not.& Franc.Aret.in l.ſi ita ſtipuler , per te non fieri, ff.de verbor.obligat.

*Ius proteſtationis faciendæ.*

28 ¶Trigesimoprimò, priuilegium fiſci.l.vlt.& ibi Bart.Bal.& Sal.C.de priuil.fiſc.idem Bal.in l.j.poſt medium,& ibi quoque Sal.col.j.C.de priui.dot.Marti.Laud.in tracta.de fiſco, in cxcv.priuilegio.& Franc.Lup.in lxxij.priuilegio fiſci.Barba.d.conſil.lj.libr.1.& d.conſi.vj. col.xv.verſic.& ex iſtis appparet,libr.4.& Iaſ.in l.ſi conſtante,col.vlt.ver.quartò facit,ff.ſolu. mat.Matthæ.Afflic.in conſti.Siciliæ incip.beneficium,in fin.

*Priuilegium fiſci.*

29 ¶Trigesimosecundò, quodlibet priuilegium trãſmiſsibile ad hæredes, cedi poteſt. Ange.in d.l.ſi eius,in princip.ff.ad Senatuſconſ.Trebel. Nam & aliâs quicquid eſt tranſmiſſibile,idem quoque eſt ceſsibile.Bart.in l.ſi mulier,§.ex aſſe,ad fi.ff.de iure.dot.& Pau.Caſtr. conſi.j.videtur dicendũ quòd dictus Chriſtophorus,col.j.lib.1.Sed tu ſuper hoc vide omnino,quæ ſcripſimus ſuprà in j.gloſſ.huius §.nu.48.ſed non ediuerſo. & quæ ſcribemus infrà tit.ſeq.§.j.gloſ.vj.in verbo,*ou ſes heritiers,* nume.12.at is confeſtim.ex quibus cognoſces , an id verum ſit. Et hoc erit pro Trigesimotertio.

*Quodlibet priuilegium traſmiſsibile.*

30 ¶Trigesimoqvartò, ius quod habet conductor vel colonus, ſiue ſit partiarius,ſiue is nummis colat.l.ſolutum,§.vnde ſi domum,ff.de pigno.act.Bald.in c.contingit,col.antep. verſicu.quæro ſimplex colonus,extrà de dolo & contuma.vbi & ad id allegat.l.viam , C.de locat.vbi id ius tranſit ad hæredes.Ex hocque dicit idem Bald.quòd creditor poteſt mitti in poſſeſsionem colonariæ facultatis.

*Ius colonariũ.*

31 ¶Ttigesimoqvintò, ciuilis poſſeſsio,quam quis habet ex clauſula cõſtituti, ſiue ex ſtatuto continuante poſſeſsionem defuncti in hæredem,etiam in alium transferri poteſt : vt reſpondit ex facto Alouiſius Luſius inter conſi.Bal.conſil.ccccxxxvj.quidam creditor,col.j. verſi.& ſic cùm creditor,& col.ij.verſicu.ſed nunc eſt videndum,lib.iij.De quibus & tu vide quę diximus in tracta.Cõſtituti poſſeſſorij in 2.parte,ampliat.22.& in tractatu,*le mort ſaiſit le vif,*{in ij.declaratione j.partis.}

*Ciuilis poſſeſſio ex conſtituto.*

32 ¶Trigesimosextò,nomen debitoris cedi poteſt.l.j.ibi,nominis venditio,& l.iij.C.de nouat.& l.iij.C.de donat.& l.nomina,ff.de hęred.vel act.vend.& l.nominis.C.eod.tit.Ideoq; & pignorari poteſt,l.nomen,C.quæ res pigno.oblig.poſsint.& in cauſam iudicati accipi, l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iudic.

*Nomen debitoris.*

33 ¶Trigesimoseptimò, ius eligendi, quod competit ex contractu, l.ſi ſic, §.vlt & ibi Iacob.Aretin.Bart.Bald.& alij,ff.de leg.j.& l.ſi ſtipulatus fuerim,& l.vlt.§.j.ff.de verbo.oblig. Bald.conſi.xciiij.in quodam contractu,in j.dubio,lib.j.vbi etiam poſt ipſum Iacob.dicit ius arbitrij , videlicet ſi quis aliquid mihi promiſit facere arbitrio meo, & ius denuntiandi aliquod impedimentum : poſſe item cedi,imò & in ſingularem ſucceſſorẽ ſimpliciter tranſire. Et hæc erunt pro trigesimooctavo, & trigesimonono. Sed tamen ſuper illo iure eligendi , vide quæ diximus ſuprà in gloſſ.prima. huius §.numero 76. vigeſimoquartò facultas.

*Ius eligẽdi ex contractu.*

*Ius arbitrij.*

*Ius denuntiandi impedimentum.*

34 ¶Qvadragesimò, ius quæſitum alicui ad certam rem contemplatione alicuius artis: verbi gratia,ius quod intraturę vulgò Itali appellãt,in aliquam apothecam,poteſt cedi alteri eiuſdem artis,vt pulchrè reſpondit Pau.Caſt.conſi.ccxliij.ſuper primo dubio, lib.1.arg.l.nemo eſt qui neſciat,& ibi not.ff.de duob.reis.

*Ius ob artem quæſitum.*

¶Qva



35 ¶Qvadragesimoprimò, ius retinendi rem pro expenſis,cedi etiam poteſt, & in ſingularem ſucceſſorem tranſit.Bart.in l.in fundo,per illum tex.ff.de rei vend. & Franc.Aret.in d.l.vlti.in princi.col.vlt.ad fi.ff.de verb.oblig.

*Ius retinendi pro expenſis.*

36 ¶Qvadragesimosecvndò, operæ famuli eo inuito alteri cedi poſſunt , vt voluit Bart.in l.ſi non ſortem,§.libertus,& ibi Ang.Raph.Fulg.Pau.Caſt. & Alex.col.iij.ff.de condi. inde.Bal.in l.liberti,col.vlt.C.de ope.lib.Pau.Caſt.in l.ij.in prin.ff.ſol.mat. & ſatis probat tex. in l.operæ in rerum,in fi.ff.de ope.liber. Sed ſuper hoc vide omnino Alex.in d.§.libertus. & quod diximus ſuprà in glo.j.huius §.nu.51.ſeptimò, vbi de operis officialibus locuti ſumus.

*Operæ famuli.*

37 ¶Qvadragesimotertiò, ius pignoris,quod quis habet in libero homine, vt in caſu l.nam & Seruius,ff.de nego.geſt.& not.Doctor.ibi,& in caſu l.ij.C.de capt.cum ſimi.etiam cedi alteri poteſt. Ita expreſsim voluit Franc.Ripa in l.obligatione,colum.vj.nume.18. præmiſſa faciunt,ff.de pigno.dummodo (inquit) id fiat ſine detrimento obligati , per l.generaliter,§.vltimo,ff.de ſtatulibe.

*Ius pignoris in libero homine.*

38 ¶Qvadragesimoqvartò, ciuiles actiones , quæ etiam tendunt ad vindictam , cedi poſſunt,vt tradit Bal.in l.per diuerſas,col.vlti.verſi.xvj.quæro.C.mand.quia ( inquit ) ſaltem poſt litem conteſtatam,tranſmiſsionem recipiunt, vt not.in l.j.C.de hære.vel act.vendi. quæ autem tranſmiſsibilia ſunt, eadem ſunt ceſsibilia,l.ex pluribus,ff.de admi.tut. De qua ratione diximus ſuprà in glo.j.huius §.num.47.tertiò bonorum,& ſeq.

*Ciuiles actiones ad uindictã tendentes.*

39 ¶Qvadragesimoqvintò, actiones quoque criminales,per l.quòd ſi in diem, §. Iulianus,& ibi gloſ.in verbo,victus,ff.de peti.hære.& l.eum qui,in ij.reſpon.ff.de furt.quod intelligit Albe.poſt Vber.Bob.in l.vlt.col.ij.verſi.quid de actione criminali,C.de hæred.vel act. vend.dummodò huiuſmodi actiones tales ſint,quæ imponãt pœnam relegatione maiorem: tunc enim non ſunt in bonis noſtris, nec poſſunt per alium exerceri,l.penul.§.ad crimen,ff. de publi.iudi.& not.in l.ſeruum quoque,§.ij.ff.de procu. Si verò minorem, & cedi poſſunt, & per alium exerceri,l.abſentem,ff.de pœn.& l.vlti.C.an per alium cau.appel.agi.poſ.

*Actiones criminales.*

40 ¶Qvadragesimosextò, ius quod quis habet potentia , licet non actu,cedi poteſt:licet ſecus ſit,ſi non habet nec potentia,nec actu,vt pulchrè not.& declarat Panor.in c.cura paſtoralis,in fi.extrà de iure patro. Nam electores ( inquit) non habent dignitatem Epiſcopalem,tamen eam transferunt in electum.

*Ius potentia competens,licet non actu.*

41 ¶Qvadragesimoseptimò, ſeruitium ſerui alteri cedi poteſt:vt eſt text.expreſſus in l.vxori fructu,§.Scorpium , qui eſt vlti.ff.de vſu & vſufruct.leg. dum interpretatur ea verba cuiuſpiam teſtatoris,Seruum meum Semproniæ ſeruire volo.

*Seruitium.*

42 ¶Sed his maturè relictis,redeundo ad caſum noſtræ conſuetudinis,quæ dicit retractũ conuentionalem cedi poſſe,illud in dubium vocatur,ſi emptor dat huiuſmodi facultatem retrahendi venditori,ob id,vt in inſtrumẽto aſſeritur,quòd cõuenientius eſt, vt ipſe & filij ipſius recuperent rem venditã,quàm alij,cùm ea ipſius ab antiquo fuerit, vtrùm in eo caſu poterit venditor vendere hanc facultatẽ alteri.Dubium facit,quòd id pactum factũ eſt cõtemplatione ipſius venditoris,& filiorũ ipſius tantùm : ideò ad extraneos tranſire nõ debet,arg.l.pater, ff.de ſerui.leg.& l.iuriſgentiũ,§.pactorum,ff.de pact.& l.tale pactum,ff.ſol.matr. Tamen contrarium,cùm id ex facto incidiſſet,reſpondit Paul.Caſtr.conſi.j.videtur dicendum quòd dictus Chriſtophorus,lib.2.per multa quę ibi allegat,quę ſunt omnibus obuia,ne hîc repetam.

*An retractus cõuentionalis in hoc caſu cedi poßit.*

43 ¶Qvid autem,ſi expreſſum ſit in pacto reuenditionis,vt vẽditor poſsit per ſe redimere,& non alij id ius cedere. Dic,id pactum eſſe ſeruandum,nec ceſsioni locum fore : nam contractus ex conuentione legem accipiunt,l.j.§. ſi conueniatur,ff.depoſit.cum ſi. Et cùm liberum fuerit emptori eam facultatem redimendi non concedere,omnino potuit eandem concedendo limitare,l.videamus,§.iurare, & l.in actionibus,§.j.ff.de in litem iuran. Et ita nuncupatim voluit Hiero.Cagno.in repe.l.ij.col.viij.verſi.limita,niſi pactũ,C.de pactis inter emp.& vend. Cui adde quod voluit Guid.Pap.conſi.clxxxj.ex facti narratione,in j.dubio,quòd ſi in venditione dictum ſit,ne venditor poſsit id ius redimendi ei cõceſſum,alteri vendere, quin ipſe emptor alteri præferatur : valet huiuſmodi pactum,ex eoque adſtringitur venditor præferre emptorem alteri:& ſi aliter fiat,impeditur alienatio,& ita dicit fuiſſe iudicatum in curia Parlamenti Delphi. Tu autem illum vide deci.Delphi.dlxix.pactum. Illud autem intereſt inter hunc caſum Guid.& illum Cagno.quòd in hoc tenetur emptor tantum pretium dare,quantum venditor ab alio reperit de huiuſmodi facultate,ſecundùm ea quæ diximus ſuprà eo.tit. §.j.glo.xviij.in verbo , *le pris que la choſe aura couſté,* nume.1.& multis ſequen. In priore autem nihil debet dare emptor , ſed tantùm tenetur reuendere venditori , aut eius hæredibus non etiam aliis,quibus id ius ceſſum eſt. Quid autem,ſi dictum ſit, vt venditor ſolus,vel tantùm poſsit redimere:an tunc poterit id ius alteri cedere,videbis infrà titu.ſeq.§.j.gloſ.vj. in verbo, *ou ſes heritiers,*num.11.quòd ſi quis dicat,& ſeq.

*An ualeat pactum,ne liceat uenditori ius retrahendi alteri cedere.*

*An & ualeat, nec liceat id ius cedere. quòd emptor præferatur.*

*An tunc impediatur alienatio.*

*An tunc emptor teneatur reſtituere pretium.*

44 ¶Illvd denique monitum velim ceſsionarium,vt cùm emptorem conueniet,huius oblationis conuentionalis faciendæ cauſa, ei oſtendat inſtrumentum ceſsionis:neque enim aliter tenetur emptor eum admittere : nec ſufficeret oblatio & interpellatio ſiue requiſitio facta:vt in ſimili dicit Barto.in l.j.in princip.in xj.q.& iterum in l. non ſolùm,§.morte,col.vij. in ma-

*An ceßionarius teneatur oſtendere inſtrumentum ceßionis.*

teria proteſtationis prohibitoriæ,ff.de ope.no.nunti.& in l.grege,§.j.col.ij.verſi.aduerte quòd ſi denuntiatio,ff.de pigno.& Socin.aut quiſquis eſt alius in tract.fal.regula lxxix.in j.fal. cum aliis concord.à me adductis ſuprà §.j.in verbo, *dedans l'an,* quæ eſt gloſ.x.in xviij.q.vbi etiam videbis,an id lege vel legendum præbere debeat,& eius exemplum relinquere vel offerre. Et hæc omnia notabis:quia ſi interim tempus laberetur his non obſeruatis, quæ obſeruari debent,hic ceſsionarius perpetuò excluderetur.

*An is cui uenditor donauit facultatem retrahendi præferatur cõſanguineis. Areſtum.*

45 ¶NEC tamen interim illud omiſerim. Hîc dicitur, quòd hæc facultas redimendi ex pacto competens,alteri cedi poteſt.At infrà tit.ſeq.§.j.cauetur venditorem qui ſibi in contractu huiuſmodi facultatem retinuit,præferri conſanguineis. Quid igitur, ſi hic venditor eam facultatem alteri extraneo donauit:an hic donatarius etiam conſanguineis præferetur? Quod videtur,cùm is ſit loco venditoris,qui donauit,eodemq; iure vti poſsit, ac ipſe donans,l.inuitus,§.plerunque,ff.de reg.iur.cum aliis multis ſi.à me adductis ſuprà eo.tit.§.j.in gl.ix.in verbo, *ou lignagier,* nu.129.his tamen. Verùm audio contrarium à ſanctiſsimo noſtro Senatu Pariſien.fuiſſe iudicatum:& id quidem ſanctiſsimè & optimo iure,quia ſi aliter diceremus,eſſet ſemper in facultate contrahentium fraudare conſanguineos iure retractus,id ſcilicet pactum retrahendi apponendo in contractu,& poſteà alteri amico emptoris id ius donando. Ideoq; & facillimè noſtra conſuetudo retractus illudi poſſet,contra l.vlt.§.vbi autẽ,C.de bonis quæ libe.& c.commiſſa.de elect.lib.6.cum ſi.Nec veriſimile eſt ſtatuentes id intellexiſſe. Imò verò ſi interrogati fuiſſent,id quod diximus,ſtatuturos fuiſſe, ideò & pro ſtatuto habendum eſſe, ex ſententia glo.in l.tale pactum,§.vlt.ff.de pactis,cum concor. à me omnium latiſsimè congeſtis,in repe.l.ſi vnquam,in præfat.nu.56.inter tam multa,C.de reuoc.donat.

*Quid ſi uenditor eam facultatem uendidit. Conſuetudin.*

46 ¶Quòd ſi venditor eam facultatem nõ donet alteri,ſed vendat: tunc conſanguineus tenetur aut rem venditam reſtituto ſibi pretio ab hoc tertio ceſsionario eidem reuendere, aut pretiũ illius facultatis ei reſtituere,vtpote quod ſit pars pretij principalis venditionis,vti erat eadem facultas,ob quam res ipſa minoris & æſtimata eſt,& vendita, vt latè dicemus infrà titu.ſeq.in præfat.num.18.quartum,& multis ſeq. Et apud Niuernenſes hoc tit.§.xij. ſtatuitur emptionẽ huiuſmodi facultatis factam ſine fraude ante citationem retractus, computari in pretio. Et hæc omnino procedere cenſeo,cùm ea facultas nocet conſanguineis,vt noſtris moribus nocet,ſi data fuerit die venditionis aut ſequenti:quo caſu venditor præfertur conſanguineo,vt ſcribitur infrà tit.ſeq.§.j.& conſequenter etiam ceſsionarius, niſi ei reſtituatur pretium eiuſdem facultatis. Quòd ſi ex longo alio interuallo fuerit data facultas, ita vt non obſit conſanguineo,quin præferatur,vt latè dicemus eod.titu.ſeq.§.j.in glo.vij.in verbo, *ſeront preferez,* nume.18.ex hac autem,& multis ſequen.nihil video,cur teneatur conſanguineus id pretium reſtituere. Porrò illud planum eſt, fraudem facilius præſumi ex contractu gratuito ſiue lucratiuo,quàm oneroſo:vt videre licet ex toto titu.ff.quæ in fraud.credi.& tit.ſi quid in fraudem patron.

## §. XXVII.

SI L'ACHEPTEVR dedans l'an de l'achapt vend ou eſchange par autre contract,tranſporte ladicte choſe qu'il a eu par contract de vente,ou qui le ſonne:ce non obſtant le lignagier du vendeur peut venir au retraict dedans ledict an & iour de la premiere vente. Et peut offrir ledict retraict à celuy qui tient la choſe, s'il ſçait qu'il eſt. Et ſi non, il peut offrir au premier achepteur dedans l'an & iour.Lequel achepteur eſt tenu declairer audict retrayant, à qui ledict acheptetur a tranſporté ladicte choſe, comme deſſus eſt dict.Et lors ledict retrayant doit d'abondant aller preſtement deuers celuy,que ledict achepteur aura nommé,& luy offrir ledict retraict.

*SI EMPTOR intra annum rem ſibi ex contractu emptionis, aut alio æquipollente quæſitam vendat,permutet,aut aliter transferat:nihilominus conſanguineus admittetur ad retractum intra annum & diem primæ venditionis,poteritq; oblationem ei denuntiare qui poßidet, ſiquidem reſcierit quis is ſit. Sin minus,primo emptori intra annum & diem. Qui quidem emptor tenebitur ipſi conſanguineo declarare,cuinam rem ipſam ceſſerit, vti ſuprà dictum eſt. Túncque demum conſanguineus eum adibit,quem emptor nominarit, eique retractum offeret.*

## §. XXVIII.



## §. XXVIII.

ET SI C'ESTOIT ſi pres de la fin de l'an & iour, que bonnement il ne le peuſt faire dedans ledict an & iour, ſoit en retraict conuentionel,où par proximité de lignage, partant ne doit laiſſer à luy offrir ledict retraict preſtement, & le pluſtoſt qu'il pourra, meſmement quand il a offert au premier achepteur dedans ledict an & iour. Car attendu qu'il ignoroit que autre euſt la choſe, & qu'il a fait ſes diligences au premier achepteur, duquel eſtoit preſumption qu'il la tint,ledict temps du retraict ne doit courir contre luy.

*QVOD SI SVB ipſum anni & diei ſpatium id contigerit, ſeriúſque omnino quàm vt intra id tempus id exequi poßit,ſiue in retractu conuentionali, ſiue gentilitio,nihil vetat quin ei cõtinuò & cùm primùm fieri poterit,retractum offerat, præſertim cùm intra præſcriptum anni & diei tempus eum iam obtulerit. Cùm enim ignoraret ad alterum rem perueniſſe, feceritq; quod potuit erga primum emptorem,quem veriſimile erat rem etiamnum apud ſe habere, tempus ei currere non debet.*

1 SVPER his duobus §§. vide omnino quæ ſcripſimus ſuprà §.xij.qui his eſt affinis,eſtq; eadem vtrorumque materia. Quantùm autem ad id,quod dicitur,non currere tempus venditori ignoranti rem alteri fuiſſe venditam à primo emptore,vide etiam quæ dicam infrà eod.tit.§.xxxv.ſuper verbo, *ignorans.*

## §. XXIX.

LE LIGNAGIER, qui eſt receu à retraict, doit payer le ſort ou pris que la choſe a couſté,& enoutre les ventes & honneurs,[a] & les finances & amortiſſemens,ſi l'achepteur les auoit payees,[b] & les couſtz des lettres[c], façon d homage, le deuoir dudict homage,les couſtz de fief baillé par eſcript,& autres ſemblables[d] dependens dudict contract de vendition. Et l'achepteur luy doit accorder & paſſer lettres[e] de la reception:& luy doit faire les ceſſionis & tranſports du droit qu'il y auoit.

*CONSANGVINEVS ad retractum admiſſus tenetur refundere ſortem ſiue pretium quo res diſtracta eſt, & prætereà laudimia;[a] financias, & admortiſſamenta (quæ vocant) ſi emptor ea exoluerit,[b] item impenſas inſtrumentorum[c] & præſtationis homagij, (quod item appellant, & quod ob id domino debetur, atque etiam impenſas catalogi rerum feudalium in ſcriptis domino traditi,aliáſque eius generis[d] appendices contractus venditionis, debétque emptor ipſi conſanguineo inſtrumentum admißi contractus conſentire[e] eique cedere ius quod in re habebat.*

## LES VENTES ET HONNEVRS, LAVDIMIA, GLO. I.

*Vtrum laudimia debeantur ex uenditione retracta à conſanguineo.*

1 POTVISSET tamen videri,cùm venditio à conſanguineo retrahitur, laudimia domino non deberi ex ea venditione retracta,per no.in l.vlt.§.ſed quia noſtra,C.com.de leg. Verùm Bal.ibi,col.j.verſi.quærit hîc, tradit quòd ſi contractus reſcinditur tanquam inualidus,ex eo non debentur laudimia,aut aliæ gabellæ,quia poteſtas euictionis tollit intellectum acquiſitionis, l. poſtulante,ff.ad Trebel. Sed ſi fit quædam tranſlatio,vt in cap.conſtitutus,extrà de in integ.reſti.quod quidem loquitur de noſtro retractu,tunc debent ſolui,per not.à Guli.Cu.in l.ab emptione,ff.de pactis. Et ita illum ſequitur Barb.in l.ſi id quod aurum,col.penul.ff.de verb.oblig.Quanquàm contrarium ex facto conſuluit Steph.Bertr.conſi.ccxj.punctus quæſtionis,col.ij.verſi.prætereà pro dicto,lib.4.

*De eadem re.*

2 ¶Sed priorem Bal.opin.confirmat,quòd non obſcurè voluit Bart.in d.l.vlt.§.ſinautem,quòd cùm res ſubiectæ reſtitutioni ſub conditione, poſsint interim ante conditionem alienari,ſe-

cundum Dy.Pet.Cyn.& omnes ibi,& gloſ.in l.cùm pater,§.libertis,ff.de leg.ij.& in §.quamobrem,in auth.de reſtit.fideicom.cum aliis concor.traditis à Corn.conſi.ccxxxiiij.videtur in præſenti,ad fin.lib.3.& iterum conſil.ccxciiij.videtur prima facie,col.iiij.verſic.nam videmus, eod.lib.4. Certè ſi alienetur, quamuis poſteà adueniente conditione reuocetur alienatio,tamen debetur gabella,quæ à ſtatuto ſolui iubetur ex alienatione.& illum ſequitur Pau.Caſtr. ibi,& etiam Iaſ.qui id optimè declarat in ea ipſa l.§.ſed quia noſtra,col.vlti.& Corn.d.conſi. ccxciiij.vbi ſuprà lib.3. Sed & tu de hoc noſtro caſu expreſsim vide Alb. diſtinguentem,ſed admodum obſcurè in eo ipſo §.ſed quia noſtra,& in j.parte ſtatutorum,q.xcv.quid ſi ſtatuto cauetur,& quę latè dicemus infrà titu.procedente,qui eſt *de retraict conuentionel*,§.vj.in verbo, *les loyaux couſtemens*, num.3.ſed quid de laudimiis,& multis ſequen. Et quod ſuper hac re diſponit conſuetudo Melodunenſis,cap.38.& duobus ſeq.& iterum cap.48. & quæ etiam dicemus in ſeq.verſi.& in glo.ſeq.num.1.& 2.

*Conſuetudo.*

3 ¶ET HAEC QVIDEM quantùm ad laudimia prioris venditionis, quæ retracta eſt à conſanguineo. Sed quid de ipſo retractu ſiue redemptione:an ex ea debeat conſanguineus laudimia?Et conſuetudo quidem Melodunenſis,d.c.48. ſtatuit deberi in his rebus, quæ ſunt in cenſu,non in his,quæ ſunt in feudo.Conſuetudo autem Meldenſis,cap.87.ſtatuit nullo modo deberi ex retractu. Similiterq; Caluimontenſis in Baſsigniaco,cap.35. Victriacenſis, ca.50. Ambianenſis,cap.96.Carnutenſis,c.17. & iterum lxxix.Aurelianenſis,cap.282. vbi commentarij nihil dicunt.Borbonienſis,c.445.Bleſenſis,c.117.& Dunenſis,cap.83. Niuernenſis hoc tit. *de retraict*, cap.26.Montargienſes, & cæteri Lorrienſes hoc titu.§.vij. Valeſienſes hoc quoque titu.§.vlti.qui eſt omnium,xcj.Et ego quoque id procedere cenſeo de Iure communi,per id quod voluit Bal.in l.cum dotem,verſi.modò extrà quæro,C.de iure dot. quòd ex vno contractu in alium transfuſo non debetur niſi vna gabella,ex ſtatuto diſponente, quòd ex quolibet contractu debeatur gabella,per multa illic allegata,& ſequitur Firmi.in tract.gabel.in v. parte prin.q.v.verſic.de contractu verò. Nam valet argumentum de re ad perſonam,& è contrario,l.qui furere,& ibi Bal.& Albe.ff.de ſtatu ho.& l.ſi quis inquilinos,§.ſi ita legatum,ff.de lega.j.& l.ſi quis filio exhæredato,ante finem,verſic.ergo,ff.de iniuſto teſta.& glo.& Docto.in l.cùm quid,ff.ſi cert.pet.cum ſimi.

*An autem debeantur ex ipſo retractu. Conſuetudines.*

*Argu.de re ad perſonam & è contrario.*

4 ¶Et quia etiam hic retractus fit ex neceſsitate primi contractus,& inuito emptore:ideò ex eo non debentur laudimia,Guli.Cu.Bar.Bal.Fulg.& Pau.Caſt.in l.& ideò,ff.de condi.furt.idem Guli.& Albe.in l.ex hoc,§.j.ff.de ali.iud.mut.cau.fac.Maſue.in tit.de emp.& vend.verſic. item in caſu,& Iaſ.in l.vlti.col.xij.in vij.& ix.q.C.de iure emphy.Corſe.& Aufre.in additio.ipſius, deci.Tholo.lxxv.item fuit quæſitum,ſi ex diuiſione,& Albe.Bru.conſi.xliiij.in caſu iſto,col. vlti.verſi.ſecundò quia. Et id nuncupatim in noſtro caſu voluit Arn.Ferro.in conſue.Burd. hoc tit.*de retraict*,§.ij. Et faciunt,quæ diximus ſuprà,§.j.in verbo, *ou equipollent à vente*, quæ eſt glo.xiiij.num.8.ſecundò intellige,& tribus ſeq. Quanquàm ſcio Boër.fuiſſe in contraria ſententia,vt ſcilicet debeantur laudimia ex retractu conſanguineorum, in conſue.Bitur.hoc eo. tit.*de retraict*,§.v.col.j.vbi in id allegat Alb.in j.parte ſtatutorum,d.q.xcv.Sed is admodum fallitur:quandoquidem ipſe Albe.loquitur de priori venditione,vt diximus in præced.verſi.

*Ex alienatione neceſſaria non debentur laudimia.*

5 ¶SED quæſtionis eſt,ſi cùm conſanguineus eſſet intra tempus retractus, proindeque poſſet rem iure proximitatis retrahere,tamen is emptorq; ita contractum inierunt,vt non tanquam conſanguineo,ſed veluti extraneo emptor rem vendiderit,vtrùm ex hac venditione debeantur laudimia , & an conſanguinei ipſius emptoris poterunt venire ad retractum huius venditionis. Certum eſt autem , quòd ſi poſt tempus retractus huiuſmodi venditio facta fuiſſet conſanguineo,etiam tanquam conſanguineo, & iure proximitatis:tamē conſanguinei ipſius emptoris,qui reuendiderunt huic conſanguineo,admitterentur ad retractum,vt diximus ſuprà eod.tit.§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.30.ex quibus potes.

*Quid, ſi emptor uendit cō ſanguineo, ut extraneo, & non iure proximitatis.*

6 ¶Hìc tamen quærimus è diuerſo,cùm venditio fit conſanguineo, non tamen tanquam conſanguineo,ſed vt cuilibet alteri. Et ſanè ſi hæc venditio facta fuerit diuerſo pretio,aut maiore,aut minore aut aliis conditionibus,pactis,& conuentionibus, nihil eſt quod dubitandum ſit,hanc nouam eſſe omnino venditionem,per id quod in ſimili voluit gl.not. in c.hi qui,in fin.& ibi Domi.col.vlt.verſi.no.iſtā glo.de præben.lib.6.Bal.in l.Titius,quæ eſt pen. per eum tex.ff.de excu.tut.& in l.ſi qui ex conſenſu,col.iij.verſic.ſecunda ſpecies,C.de Epiſc.audi. vbi eam glo.dicit ſing.& in repe.l.Aemilius.tum col.v.verſi.quid de ſyndicatu,tum col.vlti.in fi. ij.concluſionis,ff.de minorib.& in l.teſtamenta,col.j.verſic.& adde,C.de teſta.& in l.non dubium,col.iiij.verſi.intellige quando,C.de legi.vbi eam glo.dicit elegantem, & in l.ſi à te,poſt prin.C.de pactis inter emptorem & venditorem,& in l.ſi conſtante,circa medium.C.de don. ante nup.& in c.1.§.inſuper,in fine,tit.de prohib.feud.alie.per Fede.& conſi.ccccxxxvj.quæritur ſi ſit factum ſit,col.ij.verſ.præterea hoc confirmatur,lib.1.vbi eam gl.dicit elegantem.Pan. in c.p.& g.col.v.verſi.ſed aduerte,extrà de offi.deleg.vbi eam gloſ.dicit not.Corne.conſi.xcij. placet mihi,col.ij.verſi.ex quo itaque,lib.2.vbi illam glo.dicit ſing.& conſil.ccxxxv.de pluribus quæritur,col.iij.verſi.vltimò quando de aliqua,eo.lib.2.Feli.in c.de cauſis,col.ij.verſic.ſecundò limita,& ibi Philip.Deci.col.iiij.verſi.ſecundò prædicta concluſio, extrà de offi.deleg. Iaſon,

*De eadem re.*



Iaſon,qui & illam dicit ſing.in l.lecta,col.v.verſi.circa iſtud moneo,& ibi quoque Phil.Deci. col.iij.verſi.ſextò not.ff.ſi cert.pet. Nam & aliàs quando aliquid additur vel detrahitur,cenſetur eſſe nouus actus,l.Ius ciuile,& ibi Guli.Cu.& Barto.ff.de iuſti.& iur. cum multis concordan.à me adductis ſuprà §.j.huius tit.glo.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,nu.54. contrà quoque videtur,& ſeq. Et in ſpecie huius noſtræ quæſt.Carol.Molen.in conſuet.Pariſien.tit.j.§.xxiij.in xij.q.dicit hoc caſu locum eſſe laudimiis & retractui.

7 ¶Quòd ſi hæc ſecunda venditio ſit facta eodem pretio, iiſdemq; pactionibus & conditionibus,tunc poſſet videri hanc non nouam eſſe & ſpontaneam venditionem, ſed potius veram retractus agnitionem:quia cùm neceſſe eſſet emptori dimittere conſanguineo venditoris,nō cenſetur liberaliter vendidiſſe,l.rem legatam,ff.de adi.leg. ſed potius ex neceſsitate retractus, ſiue metu ne aliter compelleretur,ſciens ſe poſſe compelli,l.nouiſsimè,ff.quod falſ. tut.auto. cum aliis multis ſimi.& concord.à me collectis ſuprà §.j.glo.xviij.in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*,nu.62.idemq; ſi in ius.Contrarium tamen decidit Molend. vbi ſuprà quantùm ad laudimia,vt ſcilicet ea debeantur.Non tamen dominus poſsit rem iure & retractu feudali ab ipſo conſanguineo redimere,per quædam ibi ab eo allegata.Sed quantùm ad retractum proximitatis,de quo hìc quærimus,nihil aliud dicit: tamē ex illis ſcriptis poteris intelligere,quid & hìc dicendum ſit.

*De eadem re.*

## SI L'ACHEPTEVR LES AVOIT PAYEES, SI EMPTOR EA EXOLVERIT, GLO. II.

1 QVID igitur,ſi nondum ſoluit? an poterit illum dominus cogere,vt ſoluat poſt ceſsionem factam conſanguineo?an verò dominus ipſe debet ipſum conſanguineum in ius vocare?Et ſanè Pet.Cy.& Alb.in l.vlt.§.ſed quia noſtra,C.commu. de leg.& idem Alber.in j. parte ſtatutorum,q.xcv. quid ſi ſtatuto caueatur quòd alienans,dubitant an ex contractu venditionis alicuius fundi , qui vi huius conſuetudinis à propinquo redimitur,debeantur iura,quę ex ſtatuto debent ſolui dominis ob venditionem. Et poſt aliqua in vtranque partem allegata ita hoc definiunt, intereſſe an dicat conſuetudo, quòd ſi res cenſualis vendatur,tale quid ſoluatur domino : tunc enim etiam ſi res à conſanguineo retrahatur,domino id debet ſolui, quod ſtatutum præcipit : cùm ſufficiat conditionem,id eſt,venditionem ſemel extitiſſe,l.ſi quis,C.de inſtitu.& ſubſtit. An verò dicat, quòd tenens dominium rei alienatæ , id domino ſoluat : tunc enim quia fingitur retro non fuiſſe primi emptoris,is non tenetur,per d.§.ſed quia noſtra,& argu.l.in diem,§.vlti.ff.de aqua plu. arcen.& l.lex vectigali,ff.de pigno.

*An dominus poſsit cogere emptorē poſt ceſsionem factam conſanguineo,ut ſoluat laudimia.*

2 ¶Ego verò cenſeo ſemper laudimia deberi ex venditione,licet conſanguineus retrahat,vt diximus in glo.præcedenti nume.1. & 2.ſed emptorem qui ex neceſsitate huius conſuetudinis ceſsit conſanguineo,nō cogendum ea ſoluere,ſed tantùm conſanguineum fundi dominum & poſſeſſorem cogendum fore:nec enim emptor ipſe debet pati damnum ex iſta venditione neceſſaria,quamq; inuitus facit cogente conſuetudine,l.j.C.de inſtit.& ſubſtit.& l.cùm à matribus,C.qui petant tuto.& l.ſi dictum,§.ſi compromiſero,in ratione ſui,ff.de euictio.& l.qui autem,§.apud Labeonem,ff.quæ in fraudem credi.& c.vlti.& ibi glo.in verbo,inuita,v.diſt.& quod ſcribit Bart.in ſua diſput.incip.Piſanæ ciuitatis,col.j.verſi.tertiò hoc probat, vbi & alia iura allegat. Sed illi manifeſtum atque euidens præiudicium pararetur,ſi cogeretur fundo carere,dum ſtatuto paret,& nihilominus ipſius laudimia ſoluere,ſicuti in ſimili dicitur in l.j.in prin.ff.ad Senatuſc.Trebel.æquiſsimum eſſe in fideicommiſſariis hæreditatibus,ſi qua de his bonis iudicia penderent,ex his eos ſubire, in quos ius fructuſq; transferretur , potius quàm cuiquam periculoſam eſſe fidem ſuam. Ideoq; ibi ſtatuitur,omnes actiones, quæ in hæredes competebant,in fideicommiſſarios , quibus hæreditas reſtituta eſt,transferri. Et aliàs cùm fit cuiuſpiam rei tranſlatio de vna perſona ad aliam,id fit cum omnibus eiuſdem oneribus,l.legatum ſub conditione,in princ.ff.de adi.lega.& l.legatum,ff.de condi.& demon. & l.Caio,in princi.ff.de alimen.& ciba.lega.& ibi concord.in gloſ.

*De eadem re.*

3 ¶Nec ſatisfacit,ſi quis dicat,quòd eadem laudimia poterit emptor à conſanguineo,qui retraxit,repetere,quia ſatius multò nō ſoluere,quàm ſolutum ab alio repetere, l. ſi cùm legetur,§. ſi Titio,& ibi Franc.Aret.in iij.not.ff.de leg.j. & l. ſi debitor,in fi.ff.de libe.lega.& l.ſi ſtipulatus eſſes,ff.de fideiuſ.vbi ita ſcribitur , Intereſt eius pecuniam retinere, potiùs quàm ſolutam repetere.& l.poſtulante,in princi.ff.ad Senatuſconſul. Trebel. ibi, pecuniam retinere maluit, quàm petere. Et eſt apertiſsima ratio,quia fortè conſanguineus non erit ſoluendo,aut etiam erit litigioſus,& à quo vix & non niſi cum maximo certamine & detrimento ius ſuum emptor obtinebit,aut aliàs erit conuentu difficilis : de quo in l.ij.ff.qui ſatiſda.cog. Hincq; dici ſolet,minus eſſe habere actionem,quàm rem,l.minus eſt,ff.de regu.iuris. Ex quibus, vt dicit Aret.vbi ſuprà,oritur æquitas eius , quod not.in l.ſi pro ea, cum ſua materia,C.manda.& in l.Lucius,ff.eod.tit.quibus fideiuſſor,qui diu ſtetit in obligatione,poteſt petere,vt liberetur:ne ſcilicet cogatur ſoluere,quod à reo principali poſteà repeteret.

*De eadem re.*

4 ¶Præterea ex natura prioris contractus,& conditione in illo tacitè intellecta à conſuetudine,

*De eadem re.*

ius retractus ad conſanguineum pertinet. Et ideò ſi is retrahat, cenſetur ille primus contractus ipſo iure reſolutus, quantùm ad ipſum priorem emptorẽ ſpectat, quemadmodum cùm contractus reſoluitur ex lege in ipſo contractu appoſita, ſecundùm not. à gloſ. & Docto. in l. ab emptione, ff. de pact. & dicemus tit. ſeq. §. j. in glo. vij. quæ eſt in verbo, *ſeront preferez*, num. 4. quod ita tamen demum, & ſeq. & ita quidem, vt hoc caſu reſolutionis ita factæ nulla debeantur laudimia, etiam ex priori contractu, ſi credimus Alber. & Paul. Caſt. in d. l. ab emptione. De cuius tamen veritate dicemus infrà d. titu. ſeq. §. vj. in verbo, *les loyaux couſtemens*, nu. 3. ſed quid de laudimiis, & multis ſequen.

5 *De eadem re.*

¶Sed multò magis in iſto caſu non debentur laudimia ab ipſo primo emptore, quantùm ad ipſum pertinet: præſertim cùm ob retractum fingitur ipſe retro nõ acquiſiuiſſe, vt voluit Alberic. in d. q. xcv. primæ partis ſtatutorum, arg. d. l. in diem, §. vlti. ff. de aqua plu. arcen. & d. l. lex vectigali, ff. de pigno. Debet igitur ea dominus petere à conſanguineo, in quem contractus transfuſus eſt, ac tranſlatus, vt loquitur Bald. in hoc eodem caſu, in d. l. vlti. §. ſed quia noſtra, col. j. C. commu. de legat. quíque fundum habet huic rei obnoxium. Et facit, quod in ſimili tradit Paul. Caſtren. conſi. lxxiiij. in cauſa mota per dominam Dorotheam, colum. iij. verſic. concluditur ergo, lib. 2. Et nonnihil quoque facit text. in l. etiam, verſicu. & benignum, ff. de Aedil. edict.

6 *Sed an ſaltem teneatur ob id quod domino nõ declarauit, nec exhibuit contractum.*

¶Illud tamen verum eſt, quòd ſi prior emptor non declarauit ſuum contractum, nec exhibuit inſtrumentum eiuſdem intra tempora in hæc præſtituta à noſtra conſuetudine ſuprà titu. ij. qui eſt, *des ventes & honneurs*, §. iij. qui eſt omnium huius volum. conſuetudinum xvj. & ſequen. quæ quidem tempora tranſacta ſunt ante ceſsionem conſanguineo factam: certè ipſe emptor tenebitur domino ad emẽdas, quas vocamus, id eſt mulctas, in id à conſuetudine eo in loco ſtatutas: neque enim ab illis liberatur emptor propter ceſsionem poſteà factam: nec æquum eſt, vt propinquus, qui nihil in hoc peccauit, eas pendat: ſed ibi pœnam eſſe, vbi & noxia eſt. l. ſancimus, C. de pœnis, cum ſimi.

7 *Quid autem, ſi ſponte uendiderit. Tributis, uectigalibus, decimis prætermiſſis, non liberatur, qui rem uendit.*

¶Sed & illud quoque verum eſt, quòd ſi emptor ſponte alteri vendiderit, haud dubiè tamẽ à domino cogi poteſt, vt ſoluat laudimia ſuæ emptionis: vt qui ſit obligatus pro eo contractu à ſe facto atque inito: nec per alienationem hanc ſpontaneam à ſe poſtea factam potuit ſe hac obligatione eximere & liberare inuito domino, cui quæſita eſt ex eo contractu, vt de tributis & vectigalibus tradit Paul. Caſtr. in l. imperatores, ff. de publi. & vectig. vbi id dicit ita colligi ex eo textu, atque etiam ex textu in authen. ſed periculum, C. ſine cenſ. vel reliqu. Et de decimis etiam voluerunt Ioan. And. & Panor. in c. cùm homines, extra de deci. & Panor. in c. paſtoralis, col. ij. verſic. ſed quæro. eod. tit. & Feder. Senen. ipſius Ioannis Andr. diſcipulus conſi. lxxxj. laicus de prædio. Et generaliter id not. in l. ij. C. de pact. & ibi præſertim Sal. in j. oppoſi. verſic. primo caſu.

8 ¶Nec quod plus eſt, videtur poſſe dominus laudimia petere à ſecundo emptore ex ſuperioribus venditionibus, ſed ex ea tantùm venditione, quæ ei facta eſt. Nam actio, quæ competit domino feudali aut emphyteutico ad laudimia, perſonalis eſt, nec ſequitur fundum, aut tertium ipſius poſſeſſorem, vt conſtanter tenuit Petr. Iaco. in tit. de actio. in rem pro re emphyteutica, col. v. verſi. contra alium, & iterum col. xix. verſi. item fructus. quem refert, & ſequitur Guid. Pap. conſi. xlvj. in facto præſupponitur, colum. vlti. verſic. & videtur quòd nullo, atque iterum conſil. cxxvj. de anno Domini, in iij. dubio. & conſi. clxxvij. conſilium, colum. vj. verſi. idem etiam videmus. Quanquam ſcio hîc aliter in hoc vltimo obſeruari. Sed quantùm ad illud primum, nihil eſt quod dubitandum ſit.

9 *An ſi dominus emit, aut retraxit ab alio emptore, conſanguineus ab eo retrahens teneatur ſoluere laudimia.*

¶Quid autem, ſi dominus feudi emit, aut iure feudi ab alio emptore retraxit: an conſanguineus ab eo retrahens (quod vtique poteſt, vt ſcribitur ſuprà §. xxj.) teneatur ei ſoluere laudimia. Quod non videtur, cùm ſibi ipſe non deberet laudimia, ſed ſunt per huiuſmodi emptionem aut retractum à ſe factum confuſa, vti in ſimili dicitur in l. ſi communi, & ibi no. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. Nam & aliàs quod ſemel extinctum eſt & confuſum, amplius non reuiuiſcit. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. & ibi concord. Et in hanc ſententiam facit, quod & in alio ſimili dicemus de clerico, qui non ſoluit vectigal, vt à conſanguineo repetere non poſsit, infrà in glo. huius §. iiij. num. 3.

10 *De eadem re.*

¶Verùm ego aliter cenſeo, quia actio, aut debitum tum demum perpetuò confuſum eſt, & extinctum, cùm acquiſitio, ex qua confuſio ſiue extinctio facta eſt, perpetua eſt, & irreuocabilis. At ſi ea reuocetur, actio ſiue debitum reſtituitur, & in priſtinum ſtatum reuocatur, modò dolus abſit, l. propter, §. neptis. & ibi Bart. Bald. Ange. & cæteri, ff. de Senatuſcon. Sylla. & l. eum qui, §. vlti. ff. de inoffi. teſta. & l. cùm bonis, §. j. ff. de acqui. hære. & l. hæredem, & ibi Bar. ff. de his quib. vt indig. Et idem de pignoribus, ſeruitutibus, vſufructu, & aliis id genus latè diximus, & probauimus ſuprà eod. tit. §. j. in glo. vij. in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu. 68. pro ea autem, & duobus ſequen. & iterum infrà tit. ſeq. §. ij. num. 10. tertiò acquiſitio, & multis ſequen. rurſumq; nume. 42. igitur licet. & ſeq.

LES



## LES COVSTZ DES LETTRES, IMPENSAS INSTRVMENTORVM, GLO. III.

1 NAM & ſimiliter debitor tenetur creditori refundere impenſas inſtrumentorum debiti, vt notat Bal. & Sali. in l. vlt. C. de cõdict. ex leg. & idem Bal. in l. non ignorat, col. ij. verſi. modò ego quæro, & ibi quoque ipſe Sal. colum. item ij. verſi. quæro an impenſa, C. de fruct. & lit. expen. & dicemus infrà tit. ſeq. §. vj. gloſſ. ij. nume. pen. dubium. Et in hoc caſu voluit expreſsim Chaſſe. hoc eod. tit. §. j. in verbo, *les fraiz raiſonnables*, col. ij. verſicu. item quæro, & ſeq. quanquàm in contrarium adduxiſſet Alberi. in l. diſſolutæ, C. de condi. ex leg. vbi dicit impenſas inſtrumentorum pertinere ad creditorem, non ad debitorem, argu. l. eos, §. interdicta, & ibi glo. C. de vſur. Sed id nihil obeſt noſtræ ſentẽtiæ, imò verò eam adiuuat. nam cùm conſanguineus ſubeat ius ac locũ emptoris, qui veluti creditor eſt, conſequẽs eſt, vt & ipſe ſubeat onus impenſarum inſtrumentorum, quæ ad emptorem pertinẽt. Similis autem in hac re conſuetudo eſt apud Melodunenſes, c. xlj. & Burdigalenſes hoc ti. c. eius tit. xviij. & totius volumi. xxxj. vbi & Ferronus id quoque iuris eſſe dicit.

*Cõſanguineus debet reſtituere impẽſas inſtrumẽtorum.*

*Cõſuetudines.*

2 ¶Idq; intellige, vt non ſolùm ſumptus ipſorũ inſtrumentorum refundi debeant, cõſanguineo retrahente, ſed & alij impenſi ab emptore, quò inſtrumenta à notariis recuperaret, per id quod dicit Bal. in d. l. vlt. C. de cond. ex leg. quòd is qui tenetur reſtituere inſtrumentũ debitori ſoluenti, debet habere expenſas factas ad recuperandũ ipſum inſtrumentum. & Sal. ibi, cum diſtinctione, quæ huc nihil pertinet, ſed tamen intelligit de ſumptibus neceſſariis. Sequitur item Phil. Dec. in c. cùm dilecta, col. v. in xij. eodemque vlt. not. de confir. vti. vel inuti.

*Et impẽſas alias factas ad recuperationẽ eorum.*

## ET AVLTRES SEMBLABLES. ALIASQVE EIVS GENERIS, GLO. IIII.

1 PVTA ſi fortè ex ſtatuto debeat ſolui aliquod tributum, aut gabella quam vocãt, pro quolibet contractu. Cùm enim hoc dependeat ex cõtractu, non eſt dubium, quin id reſtitui debeat, ſi ſolutum fuerit ab emptore. nam indemnis emptor abire debet, cùm res redimitur, per text. expreſsè loquentẽ de eo quod datũ eſt vectigalis nomine, in l. debet, ff. de Aedil. edict. & id ſatis ſentiunt omnes, quos ſtatim citabo, in ſeq. & dicemus latius in retractu conuentionali, infrà tit. ſeq. §. vj. gloſ. ij. nu. 1. & 2. nam & id, & omnes propè ſeq. quæſtiones ad retractum quoque conuentionalem pertinent.

*Cõſanguineus debet reſtituere gabellã ab emptore ſolutam ex cõtractu.*

2 ¶Sed in hoc verſatur quæſtio, quid ſi id non fuit ſolutum, ob id, quia emptor erat clericus aut aliter priuilegiatus, ne teneretur ad huiuſmodi tributa, aut vectigalia, ſiue etiã laudimia: tamen ea vult repetere à conſanguineo retrahente, tanquam ſi ipſe ſoluiſſet. Super quo Cy. & Albe. in l. neque, C. de hære. inſtit. in hac ipſa ſpecie expreſsim dicunt, primum videri, clericum id iure poſcere, arg. illius text. Subdunt tamen eſſe arg. contrà in l. cùm autem. §. vlt. ff. de Aedil. edict. Ideoque (inquiunt) in hac quæſtione poteſt brochardicari pro & contrà. Ita enim loquuntur, vocantes, vt cæteri noſtrates, brochardica, quæ perplexa rectè vocare poſſumus, nec aliud vterque de hac re dicit.

*Quid, ſi emptor non ſoluit, quòd eſſet priuilegiatus.*

*Brochardica. Perplexa.*

3 ¶At Bal. ibi aſſeuerãter tenet contra clericum, quia ſua (ait) non intereſt: id autem peti non poteſt, niſi tanquam intereſſe, per l. vlt. ſecundùm ij. lectu. C. de fructib. & lit. expen. Et idem tenet ipſe Bal. in tractatu Protomixeos, col. iij. verſi. ſed pone quòd res fuit: vbi & ita dicit ſe conſuluiſſe. Et Albe. in j. parte ſtatutorum, q. xciiij. quid ſi vendita eſt res. & Fabia. in tract. de empt. & vend. in viij. q. princ. col. ij. verſi. quintus effectus. & Io. Igne. qui illos non memorat, in repet. l. dudum, char. pen. verſi. ad extenſionem, C. de contrah. empt. vbi & in hac re multa allegat, quæ ibi videre poteris. & Hierony. Cagno. in repeti. l. ij. in xxv. q. verſicu. ſecundò pro iſta parte, C. de pact. inter emp. & vendit. & nouiſsimè Ferro. in conſue. Burdigal. hoc titu. de retractu, §. xx. & Caro. Molend. in conſuet. Pariſien. titu. j. §. xv. nu. 5. vbi aliud dicit, quòd iſte conſanguineus non immunis eſt, quin teneatur ſoluere huiuſmodi laudimia domino, licet non ipſi clerico aut alteri priuilegiato. & id certè verum eſt.

*De eadem re.*

*Vtrum autem cõſanguineus redimẽs à priuilegiato, poſſit ſe aduerſus dominum tueri.*

4 ¶At quæſtionis eſt, ſi ipſe clericus, aut alius priuilegiatus ne ſoluat gabellam ex contractu, tamen eam ſoluit: an repetet à conſanguineo retrahẽte, an verò ab eo cui ſoluit: an denique à neutro: ex iis intelliges quæ ſcribit gloſ. in §. tripli, in verbo, in libello, & ibi Doct. Inſtit. de actio. & Bal. in d. l. vlt. col. iij. verſi. ſed quid ſi iſte priuilegiatus, & iterum verſic. modò venio ad ſecundã. C. de fruct. & lit. expen. Quanquàm nihil eſt, cur non repetat, cùm ipſe retrahẽs teneretur ſoluere domino, & diximus in fine præced. verſic.

*Et ſi priuilegiatus qui emit ſoluit, an & à quo poterit repetere.*

5 ¶Quid autem, ſi dominus donauit, aut remiſit laudimia emptori, an nihilominus debebit conſanguineus retrahens ipſi emptori reſtituere? Videtur quòd non: per ea quæ in ſimili diximus ſuprà nu. 2. & 3. & quod prætereà in alio non admodum abſimili caſu à multis traditur, eum qui obtinuit in cauſa, non poſſe petere expẽſas patrocinij gratis præſtiti ab aduocato. Ita enim non obſcurè videtur voluiſſe Bar. in l. vlt. ad fi. C. de fruct. & lit. expen. & apertiſsimè voluit Bal. ibi, in fin. & rurſum in tracta. Protomixeos, in col. vltim. verſic. prætereà in iure, vbi allegat ipſum Barto. in l. ſtipulatus es opus, ff. de fideiuſſor. vbi de hac re nihil dicit,

*Si dominus emptori donauit laudimia, an cõſanguineus retrahẽs teneatur ea reddere.*

ſed de alia non multùm diſsimili,an videlicet aduocatus,qui ſibi ipſi patrocinatus eſt,& vicit,poſsit ſuum ipſius ſalarium petere.

*De eodem.*

6 ¶Sed contrarium in illo gratuito ſalario voluit ipſe Bar.in l.quòd ſi domus,per illum text. ff.locati.& ante eum Iaco.Aret.in tractatu de expen.col.pen.verſi.ſed quid ſi habebat. Nam hic (inquit) naturaliter obligatus eſt ad antidora.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit,ff.de petit.hære: Ideoque ei tandem abeſſe videtur.l.ſi quis mandato.ff.de neg.geſtis,& l.planè vbi, §.quòd ſi rem,ff.de leg.1.Nam & hæc obligatio (vt id ei addas) adeò efficax eſt,vt impediat repetitionem indebiti,l.ſi non ſortem,§.libertus,ſecundum vnam lecturam,ff.de cond.indebi.& glo. in l.ex hoc iure,in verbo,obligationes, in fin.ff.de iuſti.& iure.& vtrobique Iaſ.alios multos effectus huius obligationis antidoralis collegit.nos multò plures in repetit.l.ſi vnquam , in verbo,donatione largitus,num.11.ſecundò hinc ſequitur,cùm multis ſeq.Sed & hanc opin. ſequitur Alb.in l.properandum,§.ſinautem alterutra,col.totius l.xv.verſ.quærit etiam,C.de iudica.& in l. ſed & ſi.§.j.ff.ad exhib.

*De eodem.*

7 ¶Specu.autem tit.de expenſis,§.poſtremo,verſi.quid ſi victor,diſtinguit , vtrùm aduocatus animo donandi patrocinatus ſit,an ſpe remunerationis : vt primo caſu victor eas expenſas non habeat à victo,ſecundo habeat,per tex.in l.idemq;,§.vlt.cum duabus legib.ſeq.ff.mand. quæ optimè faciunt pro primo mēbro ſuæ diſtinctionis. Pro ſecundo autem non ita faciūt, quandoquidem Specula.loquitur, cùm fit remiſsio ſpe remunerationis , & ſi de futuro loquitur. Illæ autem leges loquuntur de cauſa remunerandi præteritam quampiā obligationem.Et ita quoque hoc in caſu videntur intellexiſſe Domi.de Rota, deci.dxxxiiij.ſed quid ſi habuit,in antiquis. Sed vt tandem concludam caſum,qui ad noſtrum retractum pertinet, putarim emptorem hæc ſibi donata à domino poſſe repetere à conſanguineo retrahente. In qua etiā ſententia fuit Carol.Molend.in d.conſue.Pariſ.§.xv.in fi.vbi tamen nihil allegat. Tametſi Ferro.in alia fuit ſententia in conſue.Burdigal.tit.hoc de retractu,§.xx.niſi emptor (inquit) alioqui gratus eſſet domino,aut de eo benemeritus,per l.ſi verò non remunerandi, ff.mand.& l.ſi pro patre,§.ſi domini,ff.de in rem verſo.Ideò (vt dicit) emptor proferēs apocham laudimiorum ſolutorū domino,tenetur iurare,ſi conſanguineus id petat, an integrè ea ſoluerit,nécne.Cui non accedimus,cùm id fruſtra iuraret.

*An emptor proferēs apochā laudimiorum, teneatur iurare ea integrè ſoluiſſe.*

*An quod datum eſt proxenetis debeat reddi à retrahente.*

*Proxenetæ qui dicātur. Mediatores. Pararij.*

8 ¶Sed quæritur,an id,quod emptor dedit proxenetis , id eſt mediatoribus ( vti eos appellat Apuleius lib.ix.Aſini aurei,& Eccleſiaſtici ſcriptores ſæpiſsimè) vel parariis, (vti etiā vocat Seneca,lib.2.de beneficiis) vel conciliatoribus,ſiue interuentoribus,qui hanc ſcilicet venditionem procurauerunt,de quibus in l.ij.& iij.ff.de proxene.& apud Martialem,libr.10.

*Quæ ſulphurato nolit empta ramento*
*Vatiniorum proxeneta factorum.*

An igitur (vt repetam) quod iis datum eſt ab emptore,ſit reſtituendū à conſanguineo, vide text.in l.debet,ff.de Aedil.edic.vbi cum res redhibetur,debet emptori reſtitui pecunia,quam dedit,vel ſi quid acceſsionis nomine dederit,& ſi quid denique emptionis cauſā erogauerit. Id quod exponit glo.ibi ſcilicet mediatoribus,quia fortè venditor dixit emptori , non tibi vendam,niſi tu id des tali mediatori , & ipſe nos concordabit. Subdit autem ea l. continuò (vt ad eam reuertamur:)Hoc autem ita demum deducitur,ſi ex voluntate venditoris datur. Cæterùm ſi quid ſua ſpote datū eſſe proponatur,non imputabitur:neque enim debet,quod quis ſuo arbitrio dedit,à venditore exigere.Et ibi Bart. {& poſt eum Ange.& Cepol.} etiam nuncupatim quærit,quid ſi emēs aliquid dederit mediatoribus,an poſsit repetere.Aut ſpōte (inquit) dedit,& non repetit:aut ex neceſsitate,& repetit. Et idem propè voluit Pet.Iaco. in tit.de act.ex vend.quando venditor eſt deceptus &c.col.iij.verſic.& eſt notandū:vbi loquens in caſu l.ij.C.de reſcin.vend.dicit imputandum eſſe pretium, quod traditum eſt mediatoribus,volente venditore:ſecus ſi ſponte emptoris traditum eſt,per d.l.debet.Subiungitq;,idem ſi veſtis,aut aliud quidpiā datum ſit vxori venditoris.Ex quibus facilè potes intelligere,quid hîc dicendum ſit,id ſcilicet,vt ſi iubente , aut conſentiente venditore id datū ſit proxenetæ, id reſtituendum ſit tanquam pars pretij:alioqui non ſit reſtituendum. Quod & in hoc caſu nuncupatim voluit Geral.Bago.in ſua diſput.retractus,& Boër.in hoc tit.§.iiij.colum.pen.& voluiſſe videtur Chaſſe.in hoc quoque tit.§.j.in verbo,*le pris*,verſi.quæro quid veniat , vbi tamen id tranſeunter attigit,& etiam in verbo,*les frais raiſonnables*, nume.4.

*De eodem.*

9 ¶Quanquàm cōtra hoc videri poſſet facere,quod ſcribit Bar.in l.ſed ſi hoc,quā legit cum l. ſi vir vxori,& ibi etiam Imo.& Pau.Caſt.ff.de cond.& demonſt.quòd ſi ex ſtatuto debeant ſolui à venditore ſex denarij pro libra pretij rei venditæ,& aliquis vendiderit rem quampiā centū libris,ſed viginti dedit proxenetis,debet ſolui gabella pro lxxx.tantùm,& ita deductis illis viginti datis proxenetis.quod & voluit Bar.ipſe in l.quantitas patrimonij,ff.ad leg.Falci. & in l.in lege Falcidia,ff.eod.tit.& in l.purè,§.vlt.& ibi Frāc.Ripa,col.ij.ff.ad Senatuſc. Treb. & idem Barto. in l.vltim.§.in computatione. & ibi quoque Angel.& Cornel.vterque poſt princip.C.de iure deliberand.& Soci.& Iaſon in l.fructus,ille colum.ij.hic vlt.ff.ſolut.matri. cum aliis concord.à me traditis ſuprà eodem titu.§.xv.in glo.j.numero 5.his finitimum eſt. Nam vides hoc in caſu rationem haberi eorum,quæ proxenetis data ſunt,etiam quātùm ad tertium



tertium,cui ius competit ex contractu. {Et adde quod poſt Oldra.in l.j.C.de ſponſa.ſcribit Alb.in l.vlt.col.iij.verſi.ſed adhuc quæro,C.eod.tit.Quòd ſi is qui contraxit ſponſalia quippiam dedit mediatoribus, & ſponſa poſtea renuit perficere matrimonium , poteſt repeti ab eadem quod datum eſt ipſis mediatoribus,licet pœna peti non poſsit.}

10 ¶Ideò paulò amplius cogita:præſertim cùm Ange.Aret.in §.in duplum,col.penult.verſic.& dicitur redhibitoria , Inſtit.de actio.teneat ſimpliciter redhibentem teneri reſtituere id quod datum eſt proxenetis,per l.Aediles etiam,§.vltimo cum l.ſequent. & l.illud ſciendum , ff.de Aedili.edict.Et Ferro in conſuet.Burdig.hoc eod.tit.§.xv.col.iij.verſicu.in his ſumptibus, & Carol.Molend.conſuet.Pariſi.titu.j.§.ix.in princ.nuncupatim de hoc noſtro caſu loquentes tenent retrahentē & hæc reddere debere.Et ſi id verum ſit,multò magis obtinet in eo, quod datum eſt vxori venditoris.Et vide etiam,quæ ſcribam infrà tit.procedente, §.vj.gloſſ.nu.21. ſed quid ſi emptor,& id item,quod ſcribit Alberi.poſt Marti.Fanen.in l.j.& ibi quoque Iaſ. circa medium,verſi.vlti.ff.de condi.cau.data.

*An & reddi debet quod emptor dedit uxori ut ratificaret contractum.*

11 ¶QVID autem,ſi maritus nomine vxoris & promittens illam ratam habituram, fundum ipſius vxoris vendiderit:vxor autem poſteà non vult ratificare,niſi prius vltra pretium ſolutum aliquid ſibi detur (nam hoc ſæpius contigit. ) An & hoc ſit reſtituendum. Vix hîc video,quare ſit dubitandum,quin reddi debeat,cùm hæc venditio robur accipiat ex huiuſmodi ratificatione domini,cui & aliud pretiū præter primum acceſsit,per d.l.debet , in illis verbis,acceſsionis nomine. Præſertim cùm ob hanc ratificationem cenſeatur venditio facta ab vxore rei domina,non à viro,ex ſententia Specu.titu.de iud.§.ij.verſi.ratihabitione.vt ab omnibus vbique citatur,quanquàm id ſit in verſ.ex prædictis,iunctis ſeq.& Bal.in l.ſi pecuniam,C.de neg.geſt.Atque etiam vide quæ ſcripſimus ſuprà eod.tit.§.j.in verbo , *dedans l'an*, in xij.q.Et de hac quoque re ſcripſit plura Chaſſe.hoc eod.tit.§.j.in verbo,*dedans l'an & iour*, ante finem,iterúmque §.v.col.ij.verſi.ſed quæro maritus,cum multis ſeq.

*Si emptor litē ſuſtinuit , an conſanguineus teneatur ſumptus illius refundere.*

12 ¶QVID item,ſi emptor ante retractum litem quampiā ſuſtinet,vel agendo,vel defendēdo ſuper quibuſdam iuribus rei venditæ,& vicit, vel etiam fortè victus eſt : an ſumptus litis à conſanguineo retrahente repetet? Vide tex.in l.iam tamen,§.in hac ſtipulatione,& ibi glo.& Doct.ff.iud.ſolui,& in l.j.& ibi quoque glo.& Doct.C.mand.& in l.ex parte,in princip.& ibi glo.in verbo,& obtinuit,& latè Floria.ff.fam.erciſ.& in l.exceptione,& ibi Bar.Pau.Caſtr. & alios,ff.de fideiuſ.& not.in l.qui proprio,§.litis,ff.de procu.& Bald.conſi.viij. erant quinque nobiles,libr.1. Et quod etiam in ſimili tractatur de emptore,qui lite de empta re mota,vicit. aut victus eſt,an ſumptus litis repetit:de quo per glo.Cy.Bar.& Bald.Ang.& Sal.in l.j.C.de euict.Iac.But.Alber.& Ang.in l.qui abſentem,nu.3.ff.de procu.Bar.in l.vēditores,ff.de verb. obli.& ibi plenè Alex.qui alios affert,& cæteros Recentiores,& prætereà Io.Ana.conſi.xxxj. præſuppoſito,in j.dubio,& ibi quoque Ludo.Bol.in addit.

*An conſanguineus propinquior , retrahens à remotiore,huic teneatur refundere ſumptus litis,quā cum emptore habuit.*

13 ¶AT quid ſi conſanguineus,qui prior obtulerat emptori,litigauit cum ipſo emptore , qui dicebat contractum non eſſe ſubiectum retractui,& obtinuit ipſe conſanguineus, eique eſt facta ceſsio:deinde conſanguineus propinquior,vel æqualis gradus,vult intra annū & diem admitti ad retractum vel integrum,vel pro rata,ſecundùm §.xj.ſuprà eo.tit.prior autē cum admittit reddēdo ſumptus illius litis,vel integros,ſi hic ſit proximior:vel pro rata,ſi çqualis gradus:an hic eos refundere teneatur? Qùod videtur per id quod in ſimili dicitur in l.ſi finita,§.ſi ante,verſi.ſed ſi quis eorū,ff.de dam.infe.Sed ita tamen,vt ſi quos ex emptore victo conſecutus fuerit,ij primum deducantur,ne bis idem conſequatur.contra l.bona fides,ff.de regul.iur.& c.Bona fides,eod.tit.libr.6.cum concord vtrobique adductis.Sed quibus adde l. ſi quis dolo,§.j.ff.de re iudi.vbi ita ſcribitur:Et puto improbum eum eſſe , qui velit iterum conſequi, quod accepit.Et vide etiam hîc d.l.venditores,& ibi not.ff.de verb.oblig.

*An emptor recuperabit quod dedit alteri cōſanguineo ne ueniret ad retractum.*

14 ¶QVID verò,ſi ipſe emptor aliquid dedit proximiori veniēti ad retractum, ne veniret:an & illud recuperabit ab alio conſanguineo remotiori poſteà venienti intra annum:quaſi ſcilicet hic excluſus fuiſſet,niſi emptor proximiorē eo delinimento à retractu auertiſſet:quod faciens huic viam ad retractum veluti muniuit ac præparauit. Vide Geral.Bago in ſua diſp. retractus,ad fi.& Boer.hoc eod.tit.*de retraict*,§.iiij.& iterum deci.lxxvj.proximiori, colum.ij. verſi.ſed bene quando,& Chaſſe.hoc quoque tit.§.j.in verbo.*le plus prochain*,verſic.ſed quæro proximus:qui tenēt id reddendum,& Ferro.qui contrà tenet in conſuet.Burdi.hoc item tit. §.xv.cui magis accedo.Et vide etiam quæ diximus ſuprà eod.tit.§.xj.in verbo,*s'il eſt plus proche*, quæ eſt gloſſ.vj.nu.3.ſed dubium eſt,& ſeq.Et non oſcitanter vide, an ad id faciat,quod ſcriptum eſt in l.fuit quæſtionis,ff.de acquir.hæred.& in l.ij.& iij.ff.ſi quis omiſ.cauſ.

*Quid ſi emptor ueniens ad domū uenditoris cauſa contractus , à latronibus ſpoliatus fuit, an id à conſan-*

15 ¶ILLVD quoque dubiùm eſt , Si cùm emptor iret ad domum venditoris,vt fieri aſſolet, gratia conficiendi contractus, & quia etiam fortè id conuentum erat inter eos , incidit ipſe emptor nulla ſua culpa in latrones,qui eum ſpoliarunt pecunia,quam pro pretio venditionis deferebat,aut etiam alia pecunia,vel re,videlicet veſtibus,equis, & id genus aliis : an hæc illi ſint reſtituenda à conſanguineo retrahente,vide tex.in l.inter cauſas,§.non omnia,& ibi glo.& Doct.ff.mand.& in l.cùm duobus,§.quidam,ff.pro ſoc.Inn.Ioan.And.& Panor.in ca. ſicut,le ij.extrà de iureiur.Iac.Aret.in tract.de expen.col.pen.verſi.ſed quid ſi dum veniebat, & Collecta.

*guineo recuperabit.*

& Collecta.in c.cùm pro cauſa,ad fi.extrà de proc.Bal.in c.j.in fi. & ibi quoque Mart.Laud. etiam in fi.& Card.Alex.col.ij.verſi.inſuper quærit,tit.an agnati vel filij.

*An emptor recuperabit quod impẽdit gratia cuſtodiendi caſtri empti.*

16 ¶QVID denique,ſi cùm caſtrum,quod emptum eſt fortè controuerſioſum erat & prætendebatur ab aduerſariis admodum potentibus,& qui ipſum quotidie armis appetebant, aut etiam proximum erat hoſtibus,qui tempore belli veriſimiliter erant capturi,ideoq; emptor vt id ipſum defenderet aduerſus hoſce aduerſarios vel hoſtes,multa pro cuſtodia tutelaque ipſius impendit:an & hæc ipſa à conſanguineo repetet? Vide text.in l.ſi ita,§.vlti.ff.de fund. inſtru.& quod per eum dicit Bald.in l.j.colum.ij.verſi.quæro nunquid expenſæ,C.de fructi,& lit.expen.cum aliis concord.text.& Doct.à me collectis ſuprà eod.tit.§.xv.glo.j.nume.25. ſecundò quæro.

## LVY DOIT ACCORDER ET PASSER LETTRE, DEBETQVE EMPTOR IPSI CONSANGVINEO INSTRVMENTVM ADMISSI RETRACTVS CONSENTIRE. GLO. V.

*Am emptor teneatur conficere instrumentum retractus.*

*Cogendus eſt quilibet cõficere inſtrumẽtum de cõtractu.*

1 ID generale eſt,vt quis poſsit petere inſtrumentum ſibi fieri de contractu,cogaturque altera pars ei inſtrumento conficiendo conſentire : vt plerique omnes voluerunt,per l.ſi cum exceptione,§.ſed & ſi quis,in fin.ff.de eo quod met.cau. & l.dedi,quæ eſt iij.& ibi Bar.ad fi.prin.qui hoc declarat, ff.de condi.ſine cau.& l.ex ea parte,in prin.ſecũdùm vnã lect.Bart.& ibi quoq; Alex.& Fran.Are.vterq; in ij.not.& Iaſ.ff.de verb.obli.& l.plures apochis,& ibi Bald.col.ij. C.de fide inſtr.& l.ſicut datam, & ibi Alb.Bal.& Sal.qui ita eam intelligunt,licèt aliò referri poſsit,C.de liber.cau.gl.in l.ij.in prin. in verbo,ſuſpectum,ad fi.& ibi Bar.Imo.Pau.Ca.Fran.Aret.& alij.ff.ſol.mat.& gl.in l.chirographis,in verbo,aut ad nouationẽ:vbi etiam eſt bonus text.ff.de admini.tuto.& ſubobſcurè in c.ſignificauit,in gl.j.& ibi Inn.in verbo, publica.& Bal.circa medium,& Fel.col.pen.verſi. tertiò gl.pen.extrà de teſti.Albe.in l.diſſolutæ.col.ij.verſi.item ad hanc,C.de condi.ex leg.& in l.de minore,§.tormenta,col.j.verſi.facit etiam,ff.de quæſt.Bar.in l.qui tabulas,in fi.prin.ff. de furt.& in l.ſi finita.§.eleganter,col.ij.& ſeq.& ibi latè Alex.col.vlt.ff.de dam.infe.Bald.in l. vlt.in fi.C.de pact.cõuen.& in l.inſtrumenta,col.ij.verſi.quæro teſtator,C.de fideic.& conſi. ccccl viij.quidam emit,lib.1.& conſi.cxxxiij.caſus talis quidam,col.j.lib.5.Maſue.tit.de empt. & vend.§.item ſi venditio,Alex.conſil.xxxix.vertitur lis, poſt princ.libr.5.Corne.conſi.cxx. licet prima facie,col.j.verſi.& poteſt quis,lib.4.& latè Fel.in c.accedens, le j.col.ij.in v.q.in fi. extrà vt lite non conteſt.& Guid.Pap.ſingu.dlxxvj.verſi.creditor,& Doct.vbique.

*An & garentigiatum.*

2 ¶Hæc tamen velim intelligas,vt licèt debitor teneatur conficere creditori inſtrumentum de debito,ſecundùm ea quæ diximus:id tamen debet intelligi de inſtrumẽto ſimplici, non etiã garentigiato,quod appellant:quoniam ex hoc efficeretur illius conditio multò deterior, ob paratam ex huiuſmodi inſtrumento executionem,vt dicit Ange.in d.l.ſi finita,§.elegãter,& ibi Alex.in fi.& idem Ang.in l.ſi pupillus,in prin.ff.de nouatio.& in l.in omnibus,in fi.ff.de iudi.& Franc.Aret.in d.l.ex ea parte.in fi.vbi id dicit ſingulare,& ibi quoque Iaſon etiam in fi.& idem Aret.in d.l.ij.in prin.col.pen.& ibi item Iaſ.col.vlt.& Thomas Parpa.col. quoque antep.& Fran.Ripa.col.antep.nu.49.ff.ſol.mat.Et bene facit,quod ſcribit Bal.in d.c. ſignificauit,col.ij.verſicu.item charta,de teſtibus quòd quis tum demum cogitur conficere inſtrumentum,cùm non eſt onerosum facienti.id eſt,vt idem declarat,non plus grauat.

*Conſueta apponi debẽt in inſtrumento.*

3 ¶Sed neſcio,an id in Gallia noſtra admitteretur,in qua nullum non garentigiatum inſtrumentum conficitur ex antiquo more regni,tenetur autem debitor in inſtrumento conſentire apponi omnia,quæ ſunt de conſuetudine,vt dicit Barto.in d.l.ex ea parte,per l.quòd ſi nolit,§.qui aſsidua.ff.de Aedili.edict.& l.ſi prius,§.j.vbi & idem Bart.ff.de aqua plu.arcen.& Bald.qui loquitur de venditore,in l.ſi prædium,colum.iij.verſ.deinde videmus,C.de Aedi. actio.cum aliis multis concord. adductis ab Alex.in d.l.ex ea parte, & conſil.cv.reuerende domine,paulò ante fin.lib.2.

*An uenditor teneatur ſe obligare de euictione.*

4 ¶Ideò non aſſentior Maſuerio,qui in d.tit.de empt.& vendit.vbi ſuprà dicit,quòd venditor non tenebitur in eo inſtrumento ſe obligare de euictione.nam non tantùm id eſt conſuetudinis,ſed & iuris communis,vt de euictione obligetur:etiamſi dictum non fuerit,l.ſi duo,§. ſi quis iurauerit me,& ibi glo.ff.de iureiur.& l.ex empto,in princ.& ibi Bar.ff.de act.empt.& l.vlt.ff.de condi.cau.dat.& l.j.poſt prin.ff.de rer.permut.& d.l.quod ſi nolit,§.qui aſsidua,ff. de Aedi.edict.& l.j.& ij.ff.de euict.& in l.vendendo,in princ.ff.de contrah.empt.& l.non dubitatur,& ibi Bald.C.eod.tit.& l.vlt.C.de commu.re.ali.& glo.in l.vlt.in verbo, non liberaueris,in prin.ff.de condi.ob cau.Hincq; procurator ſimpliciter conſtitutus ad vendendum, poteſt cauere de euictione,vt tradit Ang.in l.ij.col.j.ff.de iuriſd.om.iudi.& Phil.Deci.in l.ciuitas,col.vlt.ff.ſi cer.pet.Qua etiam ratione Paul.Caſt.conſi.ccvij.viſis omnibus, poſt princ. lib.1.tenet nuncupatim contra illud Maſuer.vt ſcilicet venditor teneatur de euictione ſe per inſtrumentum obligare, & id quidem ex more regionis, ſcilicet cum hypotheca bonorum & ſolenni ſtipulatione, ſi ita ſit ſolitum fieri. Et Philipp.Deci.dum illum ſimpliciter, ſed corruptè



corruptè citat conſi.cccclxxxiij.pro reſolutione,col.iij.verſi.& venditor.Et bene facit, quod ſcribit Bart.in l.litis,ad fi.in iij.q.ff.de vſuc.pro empt.

## §. *XXX.*

SI AVCVN a eu par eſchange,[a] ou par aucun autre contract,aucune choſe immeuble, & en retour & recompenſation en ayt baillé argent ou heritage,ſi la ſomme de l'argent monte & vault plus, que ledict heritage,ledict cõtract ſera censé contract de vente,& le lignagier de celuy, qui à receu l'argent,ſera receu au retraict: s'il y vient dedans l'an & iour, & ſera ledict heritage ou choſe immeuble,qui aura eſté baillé auec l'argent, eſtimé en argent. Et ſera tenu le retrayant de payer à iceluy,à qui il offre le retraict,le pris & ſomme qu'il auoit baillé. Et en outre ladicte eſtimation dudict heritage baillé en eſchange.Et laquelle choſe ou heritage ſera eſtimée par le iuge,[b] ſi autremẽt on ne ſe peult accorder. Et ſi la choſe baillée auec ledict argent eſtoit de plus grand valeur,que ledict argent,le contract ne ſera pas censé contract de vente, & n'y aura aucun retraict : mais entant que touche ledict argent,le ſeigneur du fief en auroit ventes & honneurs [c].

*SI QVIS contractus permutationis,[a] aut alio,rem quampiã mobilem acquiſierit,pro eáque viciſsim & pecuniam & fundũ dederit, ſi pecunia pluris valeat,quàm fundus,is cõtractus venditio cenſebitur,admittetur q; conſanguineus eius qui pecuniã accepit ad retractũ intra annũ & diem, æſtimabitur q; fundus ita datus pecunia, & tenebitur retrahens vltra pecuniam datam fundi æſtimationem refundere Fiet autem ea æſtimatio à iudice,[b] ſi alioqui inter eos de ea non conueniat.Si verò contrà fundus pluris valeat quàm pecunia,non cenſebitur contractus venditionis,nec erit retractui locus : verùm pro modo pecuniæ debebuntur domino feudi laudimia [c].*

## ESCHANGE, CONTRACTV PERMVTATIONIS, GLO. I.

*Cambium.*

1 NESCIO vnde prodierit, vt permutationem, *eſchange*, lingua noſtra vernacula vocemus. Scio autem nos,cùm loqui Latinè volumus,cambium(vnde *eſchange* manauit) appellare permutationem,verbo non tam barbaro,quàm quibuſdam videtur. Nam apud Priſcianum libr.10.cap.ij.eoque vltim. Chariſius , cambio, ἀμείβομαι, quod permuto eſt,poſuit,& eius præteritũ campſi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα, Græco,eſſe videtur. Vnde & campſo quoque apud Ennium libro 10. Leucaten capſant, id eſt,permutant. Vnde item campſores vulgò collybiſtas atque trapezitas ſiue menſarios, aut etiam numularios , vocamus. De quibus apud Alciat.libr.1.Parergon,cap.xlvj. Hoc autem Cambij verbo pro permutatione vſæ ſunt conſuetudines feudorum in cap.j.§.ſi quis dominus,titu.quo temp.milit.& in cap.j.§.cùm autem,titu.de contro.inueſti.quo in loco Bald. colum.j.hoc dicit tantùm intereſſe inter cambium & permutationem,quòd hæc propriè eſt ſpeciei ad ſpeciem:illud autẽ ſpeciei quoque ad genus,puta ad frumentum,& tunc (inquit) eſt contractus innominatus.

*ἀμείβομαι. Campſo. Campſores.*

*Quid intereſt inter cambiũ & permutationem.*

*Si detur ſpecies pro ſpecie & pecunia,quis is cõtractus ſit.*

*Et an inſpiciẽdũ ſit quid cõtrahẽtes principaliter intẽdũt facere.*

2 ¶In hac autem huius §.ſpecie,vt relictis nominibus ad rem veniamus, concludunt Docto. maxima ex parte,quòd ſi conſtat quid principaliter egerint cõtrahentes,illud certè omnino ſequendũ eſt:id eſt,ſi principaliter eorũ animus & intentio ( quam vocamus ) eò ferebatur, vt permutarent,ſed propter rerum inæqualitatem alter pecunias refunderet, id permutatio eſt. Si autẽ contrà illis animus erat emere & vendere:tamen quia fortè ei, qui volebat emere, non tantum eſſet pecuniarum,quanti res erat:id quòd ſibi ex pecuniis deerat, ſuppleuit in fundo,ea eſt emptio,& venditio:nec tunc inſpicitur,vtrum prævaleat pretium,an ſpecies. Ita enim voluerũt Io.And.Ant.Imo.Card.Flor.Pan.Barb.& Guid.Pap.in c.ad quæſtiones, extrà de rer.permu.Bart.& Bal.in l.ſi in emptione,per illum tex.ff.de contrah.empt.& vend. idem Bar.in l.j.col.ij.verſi.quæro extra gl.& ibi Iaſ.in fi.ff.de rer.permu.Bal.in l.j.col.ij.verſi. quid ſi data eſt res,C.eod.tit.per tex.quẽ dicit not.in l.ſi ſponſus,§.circa,ff.de dona.inter vir. & vxo.idẽ Bal.loquens in caſu,retractus,in tracta.Protomixeos, col.iij.verſi.quæro quidam permutauit,& iterum verſicu.quæro quid in aliis.Petr.Anchara.conſi.lxxij.tantam familiaritatem,

ritatem circa medium.& latè Panor.conſi.xv.quæritur an prædictus,col.j.lib.1.Roma.in l.ij. col.iij.ff.de verb.oblig.Io.Plat.in §.item pretium,poſt princ.& ibi quoque Ange.Aret.col.ij. Inſtit.de empt.& vend.idem Angel.in §.ſi tamen alienam,Inſtit.de rer.diui.& in §.item quæritur,Inſtit.de locat.Alex.etiam loquens in caſu retractus,conſi.lxiij.in cauſa,col.ij.verſic.& per hæc,libr.7.Io.Berbe.in Viator.tit de rer.permu.col.ij.verſi.quæro quid ſi ex vna.Barb.in rub.extrà de empt.& vend.col.vlt.verſi.quid autem ſi actum.& iterum in rubr.extrà de rer.permuta.col.ij.vbi id dicit not.& conſi.lvj.ſapienter,col.vj.verſi.& licet fuerit,lib.2.Soc.in l.pacta quæ contra,col.ij.verſicu.ſed ad iſta,C.de pact.Firmia.in tractat.Gabel.in iij.parte viij.partis princ.in ij.q.verſi.item an habeat.& Iaſon conſi.xlv.aggredior,in j.dubio,lib.1.& Lud.Gozad.conſi.xc.in cauſa Mantuana:col.iiij.nume.12.& maior pars eorum,quos citabo infrà nume.huius glo.9.ſi autem.

*De eadem re.*

3 ¶Et ſimile eſt,quod Cy.Bal.& Soci.nonnihil tamen dubitans,ſcribunt in l.j.C.de pact.venditionem factam minimo pretio animo donandi,donationem eſſe:animo autem vendendi,venditionem:quantumlibet pretium reſpectu rei ſit modicum,per d.l.ſi ſponſus,§.circa,ff.de dona.inter vir.& vxo.& alia iura ab illis citata.& idem voluit ipſe Bal.conſi.lxvj.inter vir.& vxorem.in princ.lib.1.& Pan.d.conſi.xv.col.j.lib.1.De quo & nos abundè diximus in repeti.l.ſi vnquam,in verbo, donatione largitus,nume.2.& multis ſeq.C.de reuoc.donat.Et quod etiam in ſimili reſpondit Calder.conſi.ij.ſub rubr.de empt.& vendit.Et hanc ſententiam videtur ſecuta fuiſſe in hoc noſtro caſu retractus conſuetudo Aruernorum tit.*de retraict*, c.31. vbi ſtatuitur,in permutatione non eſſe locum retractui,etiam ſi ex altera parte detur pecunia,quæ excedit valorẽ rei permutatæ,modò id fit ſine fraude & ſimulatione.Et pro ea bene facit text.in l.fundi partem,ff.de contrah.empt.vbi in venditione interuenit petiũ & factum,& tamen cenſetur venditio,& ex vendito agi poteſt.nam partes vendere & emere cogitabãt, vt probat is text.cùm dicit,ea lege vendidiſti.

*Conſuetudo de ea re.*

4 ¶Nam & aliàs ſemper actus iudicatur à principali intẽtione agentium,l.ſi quis nec cauſam, in prin.& ibi Bal.& cæteri,præſertim recentiores,ff.ſi cer.pet.& l.rogaſti,in princ.& ibi quoque Bal.& alij,eod.tit.& l.qui exceptionem,in princ.cum ibi not.ff.de condi.inde.& l.ſi quis donationis,ff.de contrah.empt.& l.j.§.idem Pomponius,ff.depoſi.& l.ſi vir vxori,ff.ad ſenatuſcon.Velle.& l.quamuis,& ibi Bar.ff.de auro & argen.leg.& l.j.ff de autor.tuto.& l.verum eſt meretricem,& l.qui iniuriæ,in princip.ff.de fur.cum aliis ſimi.congeſtis à Cæpol.cautel. ſecundum priorem impreſſionem,cccxiij.ſi ſtatuto.

*Actus iudicatur ex principali intentione agentium.*

5 ¶Et ex hoc inferunt Bar.Bald.& Pau.Caſt.in d.l.qui exceptionẽ in prin.per eum text.ſtatutum cenſeri odioſum aut fauorabile ex principali intentione ſtatuentium:vt ſcilicet ſi principaliter fecerint in fauorem vnius, licet conſequenter vergat in odium alterius, cenſeatur fauorabile,& è conuerſo.quod & idẽ voluit ipſe Bal.in l.cunctos populos.col.xij.verſic.ſed hîc quæro de effectu, C.de ſum.Tri.& in l.venia,ante fi.& ibi etiam Recẽtiores,C.de in ius voc.& conſi.ccccxxxiij.domina Ioanna,col.ij.lib.3.Calder.conſi.xiiij.de verb.ſignifi. Albe.in prima parte ſtatutorum,quæſt.clxxx.pone ſtatuto.Pet.Ancha.conſi.cxij.ſuperſtite domina, col.ij.& conſi.cliij.pro fratribus,circa med.& conſil.ccccxiij.iſta allegata,poſt mediũ.Domin. in c.ſi propter,col.iiij.verſi.in fi.glo.per glo.ibi,in verbo primi anni,in fin.de reſcript.libr. 6. & in c.ſciat,in fi.per.gl.ibi,in verbo,alios,de elect.eod.lib.6.Raph.Com.conſi.ij.proponitur, col.j.in fi.Ro.conſi.xxxij.viſa municipali,col.ij.verſ.ad conſiderandũ.& conſi.xxxix.in propoſita,col.ij.verſi.ad hoc enim poteſt.Pau.Caſt.conſi.xcij.notandũ eſt,in fi.lib.1.Nico.Mil.in repert.verſicu.lex dicitur fauorabilis.Alex.loquens de noſtra conſuetudine retractus, conſi.cxcvij.in cauſa vertente inter Ser Sulimanum,col.j.lib.7.Franc.Aret.conſi.xxix.diligenter & maturè,col.vij.verſi.quartò præmitto.Corn.conſi.lxxxix.viſo ſuprà ſcripto, col.j.lib.3.Barb.in l.ij.in princ.col.iiij.verſi.dicebam,ff.de verb.oblig.Franc.Curt.ſenior,conſil.ix. Ticinenſi. col.vj.nume.48.Philip.Deci.in l.ij.col.ij.C.de in ius voc.& in l.j.col.j.C.vnde legit.& Ludo. Gozad.conſi.v.an in quæſtione,colum.ij.nume.6.& Doct.vbique.de quo tamen vide quid ſcripſerim ſuprà in præfat.huius tit.nume.66.fateor tamen.

*Statutum cenſeri odioſum aut fauorabile ex principali intẽtione ſtatuentium.*

6 ¶Et hinc quoque alia multa prodeunt.Nam ſtatutũ dicitur cõtra libertatem eccleſiæ factũ, aut contrà,ſecundùm principalẽ intentionem ſtatuentium,ſi verum dicit Bal.conſil.cxcix. dicunt,col.j.lib.1.per d.l.qui exceptionẽ,de condi.indeb.Et ſi quæritur,an ædificium factum ſit ad æmulationẽ alterius,an nõ,inſpicitur quo animo principaliter id faciat is,qui extruit. idem Bald.conſi.clxxxviij.dicitur quòd opus,col.j.lib.2.per d.l.ſi quis nec cauſam, & d l.rogaſti, Et huc reſpicit glo.in l.non verè dicitur,ff.ex quib.cau.maior.quòd ſi quis in legatione eſt,partim cauſa reipublicæ,partim ob priuatum quoddam ſuum negocium,debet inſpici vtrius cauſa principaliter eò ſe contulerit. & ſequitur Bal.ibi in vtraque lect.& in c. dilecti, le j.col.ij.verſic.ſed quid ſi quis, extrà de appel.& Iaſ.conſi.cxlvij.præſens conſultatio,col.v. verſi.ſextò principaliter,lib.2.Sed & alia multa,quibus oſtenditur inſpiciendum eſſe, quod principale eſt:nec conſiderari quod fit in cõſequentiam,colligit Alex.conſi.j.viſo proceſſu, col.pen.verſi.item reſpondeo quòd iſtud,& multis ſeq.libr.3.ſed multò plura Iaſon in d.l.ſi quis nec cauſam,ſi certum pet.& conſi.lxxiiij.inſtrumentum colum.ij.verſi.ſecundò principaliter,

*Alia multa ſimilia.*

paliter,



paliter,& ſeq.lib.3. Ego verò plurima ſuprà titu.omnium huius vol.conſuetudinum ix.qui eſt, *de tenir noblement en fief*, §.xx.qui eſt cviij.omnium noſtrarum conſuetudinum , in prima limitat.regulæ,qua dicitur,vnumquenque vocari debere ad eum actum,ex quo lædi poteſt.

7 ¶In dubio autem, ſi nihil aliud appareat, contrahentes cenſentur talem contractum voluiſſe principaliter facere,qualem nuncupatim & expreſsim nominant: vt ſi dicant ſe permutare,ſit permutatio:ſi vendere & emere,ſit venditio & emptio : vt in ſimili, videlicet cùm dubitatur vtrùmne contractus factus,ſit venditio,an locatio,voluit Bart.in l.cotem,§.qui maximos,in v.q.ff.de pub.& vectig.Ang.conſi.ij.certum eſt,Pet.Anch.& Imo.in c.propter ſterilitatem,ad fi.extrà de loc.Franc.Aret.conſi.lv.in cauſa,in princ.iterumq; ad fin.Barb.in d.c.ad quæſtiones,de rer.permut. vbi & ipſe in noſtro caſu loquitur. Neque enim, vt dicit Angel. dicto conſil.ij.recedendum eſt à mente verbis declarata,l.non aliter,ff.de legat.iij.cum ſimilibus. Quam rationem & tu confirma ex multis à me collectis in repet.l.ſi vnquam,in verbo, libertis,num.15.& hæc quidem,& ſequen.vbi inter alia citatur illud Caſsiodori, Nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium , quàm qualitas inſpecta verborum. Quam ſententiam Bald.vbique habet in ore,vt ibi diximus.

*An in dubio debeamus ſequi appellationem cõtrahentium, vide nu. 11.& 12.*

8 ¶Et huc quoque pertinet,quod ab Oldra.reſponſum eſt conſi.clix.ex præſenti,in primo dubio,quòd ſi in dubium reuocatur,an dicatur conceſsio feudi,an donatio,verba conceſsionis inſpicienda ſunt.nam ſi in ea dicatur,donamus,donatio eſt,quia verba clara ſunt.& ſequitur Alber.in rub.C.de donat.verſic.item quæro de quæſtione ardua,& Philip.Deci.in authen.ex teſtamento,col.ij.verſic.ſed certè,C.de collat.& conſi.xxxij.cuius ſuperſcriptio incipit,an fœmina dicatur,col.ij.& conſil.ccviij.ad clariorem,colum.ij.verſic.poſtremò,& conſi.ccccl xviij. ſuperiori anno,colum.ij.verſic.& ex his patet.& conſil.cccccxcviij. viſo caſu propoſito, col.ij. verſic.eiuſdem initij. Nam vt ipſe Deci.dicit in d.authen.ex teſtamento, id confirmans,contractus in dubio ita debent cenſeri , vt verba illius ſonant , niſi effectus rei aliud oſtendat:vt not.Bal.in l.ij.C.commo.& in rub.C.de iure emphy.in fin.& Panor.in c.conſtitutus,colum. penul.extrà de relig.domi.cum ſimi.

*De eadem re.*

9 ¶Si autem non conſtat, quid contrahentes principaliter egerint,nec id expreſſerint, inſpicitur quod pluris eſt:vt ſi pretium præponderet,cenſeatur eſſe venditio.ſi ſpecies, permutatio.Ioan.And.Anto.Petr.Ancha.Imo.Card.Flor.in ij.q.Pan.Barb. & alij in d.c.ad quæſtiones,per illum tex.de rer.permu.Iac.Rap.& Cy.in l.cùm te,C.de pact.inter emp.& vend.Bart. in d.l.ſi emptione,in prin.ff.de contrah.emp.& vend.& in l.Ariſto,& ibi quoque Ange. Imo. Ro.& Pau.Caſt.ff.de dona.Bal.in l.quæritur,in ij.lect.per illum tex.& ibi quoque Alber.circa medium,& Ang.ff.de ſtat.homi.idem Bal.{ in l.vſufructu,col.vlti.ff.ſol.matr.& } in præludiis feudo.col.iiij.verſic.pro intellectu horum,per tex.in d.c.ad quæſtiones, & in l.fundi partem, ff.de contrah.emp.& in l.ſi ſterilis,§.ſi tibi,ff.de acti.emp.idem Bal.d.conſi.lxvj.in prin.lib.1.& in d.tract.proto.col.iij.verſi.quæro quid in aliis, vbi expreſsim loquitur in caſu noſtræ conſuetudinis,& ibi quoque Matth.Afflic.loquens in eodem caſu,in §.licet enim ſuprà diximus, col.v.verſic.ſed iuxta hoc quæro.Petr.Ancha.in cap.quantò,quod eſt iij.col.ij.extrà de iudic. & in c.acceſſorium,col.iij.verſic.quartò induco,de reg.iur.lib.6.Maſuer.titu.de empt.& vend. col.j.§. item ſi aliquis permutauerit.Rom.in l.ſi quis cùm alter,col.v.ff.de verb.oblig.Panor. d.conſi.xv.lib.1.Alex.in l.ij.in princi.col.vlti.non ſemel.& ibi etiam Iaco. à Georg.nume.7.& Iaſon col.iij.verſi.iſta doctrina.& Franc.Purpu.num.56.& multis ſeq.vſque ad fi.ff.ſi cert.pet. vbi & id ipſe Alex.dicit ſing.& in l.Gallus,§.inſtituens,col.vlti.ff.de libe. & poſthu. & conſil. cxix.eodemq; penul.viſis narratis,col.ij.verſi.pro hoc facit,lib.3.& d.conſi.lxiij.col.ij.lib.7.vbi loquitur in caſu retractus.& d.conſi.cxcvij.col.vlt.verſic.non obſt.quòd depoſitum,eo.lib.7. vbi & in eodem caſu loquitur Franc.Aret.in l.continuus,§.ſi ab eo,ad fi.ff.de verbo. obligat. Ioan.Plat.& Ange.Aret.in d.§.item pretium,Inſtit.de empt.& vend.Corne.conſi.xlv.licet in hoc iudicio,col.ij.in fi.lib.4.Barb.conſi.lvj.ſapienter,col.vj.lib.2.Socin. in d.l.pacta quæ contra,C.de pactis.& conſil.ccxv.viſa prædicta,col.j.lib.2.quod iterum repetitur conſi.xxij.lib.4. Guid.Pap.deci.Delphi.xcij.de conſuetudine generali,Iaco.à S.Georg.in tracta.feudo.in verbo,præſentes & recipientes,col.j.verſicu.ad hæc bene facit.& in tracta.de Roydis, ſiue operis, col.x.verſi.ſed ponamus quòd fiat,Iaſon in l.lecta,colum.penul.verſic.octauò,limita,ff.ſi cer. peta.& Gaſpar Valaſc.in repet.l.imperium,col.iiij.verſi.octauò limitatur,ff.de iuriſd.om.iud. Anto.Burg.in c.ad noſtram,col.xv.verſi.item & ſecundò infero, extrà de empt.& vendi.Stephan.Bertrand.conſi.clv.ponitur in facto,lib.2.Fabia.à monte S.Sab.in tract.empt. & vendit. in ij.q.prin.col.antepen.verſi.ſed iuxta prædicta.And.Alcia.in l.ij.in prin.nu.18.tertiò infertur, ff.de verbo.obligat. Et in id ſunt aliæ multæ,præter noſtram , conſuetudines ſimpliciter ſtatuentes,id inſpici,quod pluris eſt:vt apud Turonenſes,cap.huius titu. *de retraict*, xxj.Borbonienſes,c.453. Engoliſmenſes,c.74.Marchienſes, hoc tit.§.xij. qui eſt omniũ conſuetudinum 272.Altimarchienſes,cap.265.Et faciunt,quæ in ſimili dicemus infrà,§.xxxiij.in princip.

*Et ſi non conſtat,quid contrahentes intendãt agere, nec id exprimant,an inſpiciendum ſit, quod pluris eſt.*

*Conſuetudines de ea re.*

10 ¶Et id perpetuum eſt,vt cõtractus in dubio ſit iudicandus,& denominandus,ſecundùm naturam eius,quod in eo præualet : vt per Barto. loquentem de venditione & locatione,in l.j. §.j.ff.locat.Alexan.conſi.cxix.viſo proceſſu,col.iij.verſic. quod autem peruenerit, in fi.lib.5.&

Alber.Brun.conſi.xlj.viſo inſtrumento,colum.iij.verſi.& ſic non obſt.Anto.Rub.conſil.cxlij. præſupponitur,col.vlti.verſi.confirmantur. Sicuti & cætera omnia, per text.optimum in d.l. quæritur,vbi Guli.Cu.tradit venditionem minori pretio factam cenſeri donationem, ſi pro maiori parte ea excedat pretium:aliàs cenſeri venditionem. & ſequitur Bald. in l. vſufructu, colum.ij.in fin.ff.ſol.matri.& eſt etiam bonus tex.in l.& ſi non ſunt, §.perueniamus,ff.de auro & argen.lega.& in l.is qui rei,ff.ex quib.cau.maio.& in l. domum,ff.de contrah.empt.& in l.quæſitum,§.illud fortaſſe,ff.de leg.iij.& in l.quicquid,§.cùm partes,ff.de acquir.rerum dom. & in l.ſi vir,ff.de vſucapio.pro donat.& in l.repetundarum,§. Hermaphroditus,ff.de teſtib.& bene facit l.tenetur,§.j.ff.de acti.empt. Et voluit etiam Signo.conſi.xlviij.quæritur, col.vlti.& conſil.xcv.quæſtio talis eſt,in portu,col.ij.verſicu.item in mixtis,lib.2.& Doctor.vbique. Sic & poſſeſsio,quæ plus iuris habet,à iure denominatur : quæ plus facti,à facto:vt not.in l.j.C. de acquiren.poſſeſsio.

*Iterum de eo, quod contrahentes intendunt, aut dicunt ſe facere. Conſuetudo.*

11 ¶Et hæc quidem nullo modo dubia eſſe videntur, quantùm ad hunc ſecundum caſum pertinet. Sed prior non omnino caret ſcrupulo : quandoquidem videtur magis inſpiciendum, quid re ipſa agunt contrahentes,quàm quod dicunt,aut etiam credunt ſe agere. Quid enim, ſi in eo ſecundo caſu (ne longè exempla petamus) pretium longè excedit ſpeciem, dicuntq; ac credunt contrahentes ſe permutationem facere,non venditionem:iudicabimúſne permutationem factam,non venditionem,atque ita conſanguineum non eſſe admittendum, vt eſt Aruernorum conſuetudo? Certè minimè,quia ſemper, præſertim cùm agitur de præiudicio alterius,potius inſpicitur natura & effectus actus, quàm nomen ab agentibus ipſi actui attributum & impoſitum.l.inſulam,ff.de præſcrip.verb.& l.ſi olei,& ibi not.C.de loca.& l.ſi vno, in prin.ff.eod.titu.& l.vbi ita donatur,ff.de donat.cau.mort.& d.c.conſtitutus, de relig.domi. Oldra.conſi.cxxxix.ad habendum,col.j.Ioan.And.in addi.Spec.tit.de inſtru.edi.§.porrò,col. vlti.Bart.in d.l.cotem,§.qui maximos,ff.de publi.& vectig.Fran.Purp.qui expreſsim loquitur in hac ſpecie noſtræ conſuetudinis,in d.l.ij.col.antepen.ff.ſi cert.pet.D.Boër.qui & de hoc caſu loquitur deci.cxliiij.ſed quid vbi facta eſſet: vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in curia Burdig. & Ferro.in conſuetud.Burdig.titu.de feudis,§.xviij.& iterum,§.xxix. & dicemus latius infrà eod.tit.§.xxxij.nu.34.contrarium. Sed hîc non prætermiſerim,quod Plato tradit in Cratylo, nomina rebus eſſe imponenda ex eo quod principaliter effectum earum reſpicit.

*Conſuetudines.*

12 ¶Et ſi aliter diceremus,facilè fieret fraus in præiudicium alterius, cui obuiandum & occurrendum eſt,l.in fundo,ff.de rei vendi. & l.j.in princi.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta. & l.vlti.ff.de ſuſpect.tut.& c.ciuitas,de ſenten.excom.lib.6. Ideoq; noſtra conſuetudo hîc ſimpliciter ſtatuit inſpiciendum eſſe,quod pluris eſt,vti etiam facit conſuetudo Engoliſmorum,cap.74.& Santonum cap.56.& ſeq. Et ab hac noſtra ſententia ſtat Alcia.in d.l.ij.in verbo,aliud genus,ff.ſi cert.pet.vbi id dicit ſemper procedere, cùm agitur de præiudicio alterius, ſcilicet iure laudimiorum,aut caduci,aut aliorum id genus.& idem quoque voluit Fran.Rip.ibi nu.37.niſi tamen quantùm ad ius caduci : quia verbo permutationis partes vti potuerunt ſine fraude, ſi permutare principaliter intendebant,licet pecunia ſpeciem ſuperaret, ſecũdum ea quæ ſuprà diximus,& alia quæ ibi allegat.Niſi (vt ſubdit) emptor ſub colore huiuſcemodi permutationis non denũtiauerit domino,antequàm poſſeſsionem apprehenderet: tunc enim incipit res cadere in commiſſum,ex l.vlti.C.de iure emphy. Et ita defendi poteſt opinio Decij,qui contrarium reſponderat,conſi.clx.in cauſa monaſterij,in j.dubio. Ideò nec D. Igneo accedo,qui in l.iij.§.ſi conditioni.verſi.& ſi aliud,num.77.ff.de Senatuſconſ.Sylla. in ea eſt opi. vt ſi pro fundo data ſit alia ſpecies & pecunia,ſemper debet cenſeri contractus emptionis,vt retractus locum habeat,etiam ſi ſpecies excedat pecuniã,propter fraudis ſuſpicionem : quia ex iis quæ diximus,ſatis conſtat,aliud dicendum eſſe,niſi aliter de fraude conſtaret.

*Quid ſi pecunia & ſpecies ex eadem parte data,ſint æqualis ualoris uide uſque ad ſi. huius §.*

13 ¶Sed maius dubium eſt, cùm ſpecies & pretium per omnia ſunt paria, & eiuſdem æſtimationis,ita vt neutrum alteri præſtet,nec conſtat quid principaliter partes intendũt facere,permutationem,an venditionem, vtra earum cenſeri debeat. Et id quidem adeò dubium eſt,vt Guli.Cu.& Bal.in d.l quæritur,ff.de ſta.homi.non auſi ſint diffinire, contenti in dubium id reuocaſſe. Verùm ipſe Bald.in præludiis feudorum,vbi ſuprà,haud cunctanter, nec intrepidè aſſerit,tunc venditionem eſſe,ea ratione motus, quòd contractus venditionis eſt fauorabilior,quàm permutationis,cùm ipſo conſenſu pariat actionem,l.iuriſgentium,in princip.ff. de pactis. Et ſequitur Alexan.in addi. Bart.in d.l.ſi in emptione,ff.de contrahen.emptio. vbi id dicit not.& Fabia.à Monte S.Sab.in tract.empt.& vendi.quo loco ſuprà citauimus, vbi & id quoque dicit not.

*De eodem.*

14 ¶At hoc non adeò leuiter concedendum erat:quoniam contrarium videtur voluiſſe text.in dicto cap.ad quęſtiones,de rer.permu.vbi interuenit ſpecies & pretium:nec dicitur ibi,quòd ſpecies pluris eſſet,quàm pretium,& tamẽ dicitur permutatio: tanquam ſcilicet in dubio debeamus potius iudicare permutationem,quàm venditionem. Et ita illum tex.aduerſus illam Baldi ſententiam expendit Guid.Pap.d.deci.Delphi.xcij.de conſuetudine. Sed poſſes dicere, ideò illic permutationem vocari,quoniam animus contrahentium huiuſcemodi erat,vt permutarent, ſibiq; fundos quoſdam vicinos & conuenientes pro aliis remotioribus ex ea permutati





mutatione adſciſcerent,vt ſatis ibi declaratur:ſed quia fortè res quas permutabant,non erant æqualis æſtimationis,is cui fundus erat pauperior,pecuniam adiecit. Ideò cùm id principaliter agerent,vt permutarent,permutatio dicta eſt,iuxta ea quæ ſuprà in princip.diximus. Aut etiam dici poteſt,illic ſpeciem veriſimiliter exceſsiſſe pecuniam,cùm permutatio dicatur, ſecundùm not.à Doct.in eo loco,vt ſuprà diximus.

15 ¶Sed quicquid ſit de eo tex.certè ſunt multæ rationes,quæ ſuadent,vt in dubio,& cæteris paribus,debeamus permutationem potius dicere, quàm venditionẽ. Quarum hæc prima erit. Actus denominatio ſemper debet fieri à digniori,l.j.in prin.& ibi glo.& Doct.ff.de verb.obl. cum concord.adductis à Iaſo.ibi,& in l.imperium,ff.de iuriſdict.omn.iudic.& à Feli. in rub. extrà de offic.deleg. Quod & optimè intelligunt Medici,qui dicunt, quòd ſi alicuius rei fiat mentio,cuius ſunt plures ſpecies,videlicet ſpicæ,roſarum,caſsiæ, non adiecta ſpecie,debet ea appellatione intelligi ſpecies cæteris dignior,ſcilicet ſpicæ nardi,roſarum rubearum,caſsiæ ligneæ. Cuius rei meminit pharmacopola Saladinus in lib. quem compendium aromatariorum inſcribit, quoniam(vt ille ſubdit) ſecundùm Philoſophum,à digniori fit denominatio. Et hinc fit,quod ſcribit Innoc.& cæteri in c.ſolitæ,de maio.& obeid.quòd vbi in eadem perſona concurrit duplex dignitas, ea debet denominari à digniori,ſiue maiori dignitate, vt ſi quis ſit comes,dux,marchio. Quibus concinit,quod ſcribitur in c.inter dilectos, de fide inſtrumen.de eo qui Epiſcopus & comes erat. Hinc quoque fit,vt maius dignum trahat ad ſe minus,l.cùm in diuerſis,ff.de relig.& ſump.func.cum concord. à me adductis ſuprà hoc eo. tit.§.j.glo.vij.quæ eſt in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles,* num.82.ego autem contrà, & ſuprà titu.omnium huius volu.ix.§.xxvj.in princip. *Actus denominatio à digniori.*

16 ¶Permutatio autem dignior eſt emptione:& res,ſiue ſpecies,qua cõficitur,numo ſiue pretio, ex quo venditio fit. Quod ex eo cõprobatur,quia quod antiquius eſt,idem & dignius quoque eſt,l.in teſtamẽto,C.de teſta.& c.anteriorum,§.illud.xj.q.vj.& c.quanto,extrà de tranſlat. Præla.& arg.eorum,quæ copioſiſsimè ſcripſimus in tractat.Primigeniorum,ſtatim poſt prin. Qua etiam ratione Bal.à Bart.Doctor egregius,in repe.rub.ff.de verb.obli. verſi. quartò quia debemus, probat contractum emptionis & venditionis eſſe digniorem ſtipulatione, quia ſit antiquior,vtpote ex Iure gentiũ,quàm ſtipulatio,quæ ex Iure ciuili eſt, arg.l.j.ff.de alb.ſcrib. & l.ſemper,ff.de iure immuni. Conſtat autem rerum ſpecies à mundi exordio creatas fuiſſe, id atteſtantibus ſacris literis in princi.Gene. Numum autem longo pòſt interuallo adinuentum autore Herodoto lib.1.vbi eius rei inuentũ Lydis attribuit:& Strabone lib.8.Liuio paulò ante fin.lib.4.ab Vrb.Cond.Plin.lib.18.cap.3.& lib.33.c.3.Macrobio lib.Saturnaliorum 1.c.7. & Eutropio lib.2.& noſtro Iuriſconſ.in l.j.ff.de contrah.empt. Conſtat autem numos argenteos fuiſſe ante tempora regum Hebræorum,vt patet 1.can.cap.2.ad fi. *Permutatio dignior emptione. Antiquius quicquid eſt, id & dignius eſt. Numi inuentio.*

17 ¶Similiter conſtat permutationem eſſe vetuſtiorem emptione & venditione,ex eadem l.j.cuius hæc verba ſunt, Origo emendi vendendiq; à permutatione cœpit. Olim enim non erat numus,&c.nam & teſte ipſo Plinio lib.7.cap.56.Liber pater emere & vẽdere inſtituit. Quanquàm apud Ioſephum lib.1. Antiquit. cap.5. legimus ante eum emptiones & venditiones in vſu fuiſſe. Verùm & ante ea tempora fiebant permutationes numo nondum reperto. Quibus ſuccinit & ipſe Plinius, qui lib.33.cap.1. in prin. Vtinam (inquit) poſſet è vita in totum abdicari aurum ſacra fames, vt celeberrimi autores dixere, proſciſſum conuiciis ab optimis quibuſque,& ad perniciem vitæ repertum. Quantum feliciore æuo, cùm res ipſæ permutabantur inter ſe,ſicut Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Ita enim, vt opinor,commercia victus gratia inuenta,alios coriis boum, alios ferro captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit. Quanquàm & ipſe miratus aurum, æſtimationes rerum ita facit, vt centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum dixerit,cum Diomedis armis nouem boum. Hactenus ille. Locus autem illarum permutationum,prioris ſcilicet,eſt lib.7.Iliados,ad fin. *Permutatio uetuſtior emptione.*

ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί,
ἄλλοι μετὰ χαλκῷ,ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς,ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.—

*Vinum emere ſibi crinito vertice Græci,*
*Quidam ære,aſt alij ferro lucente,bouinis*
*Pellibus aſt alij,bubus plerique ſed ipſis,*
*Mancipijs alij.—*

Vel ſic ad verbum:quod libenter facio,vt Lectores faciliùs Græcè loqui diſcant,

*Hinc vinum emebant comati Achiui,*
*Alij quidem ære,alij autem elaborato ferro,*
*Alij autem pellibus,alij autem ipſis bobus,*
*Alij autem ſeruis captiuis.*

Quod enim in prin.dicit οἰνίζοντο,vno illo verbo ſignificat,vinum emebant:quo quidem verbo & idem vtitur lib.8.Iliad.non ſemel. Et ille quidem locus citatur etiam,tum à Iuſtiniano in §.item pretium,Inſti.de emp.& vend.cuius hæc verba ſunt,id quod diximus apertè decla-

rantia. Vnde illud eſt,quod vulgò dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi:eamq́; ſpeciem emptionis & venditionis eſſe vetuſtiſsimam:argumentoq́; vtebantur Græci poëtæ Homeri,qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum ſibi comparaſſe ait,permutatis quibuſdam rebus. Tum quoque à Iuriſconſulto Paulo in d.l.j. vbi ſcribitur:Sabinus Homero teſte vtitur,qui exercitum Græcorū ære,ferro, hominibusq́; vinum emere refert illis verſibus:ſed poſtea in antiquis codicibus locus erat vacuus, quem illis verſibus repleuit Budæus noſter in ſuis Annotationibus,vt & aliū, quem ſtatim deſignabimus. Nam & apud eundem Homerum lib.6.eiuſdem operis,eſt alter locus illius tam celebris permutationis Glauci & Diomedis,commemoratę à Plinio,quo loco nuper citauimus.De quo Homeri loco,vt opinor,etiam intellexit idem Iuriſconſultus in d.l.j.cùm dicit,Sed hi verſus (de prioribus illis loquitur)permutationem ſignificare videntur non emptionem,ſicut illi,

*Glauci & Diomedis permutatio celebris.*

ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς.
ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν
χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.
*Iuppiter eripuit mirè hîc præcordia Glauco,*
*Qui aurea Tydidæ mutauerit arma viciſsim*
*Pro factis ex ære,bouesq́; valentia centum.* Vel ad verbum,
*Tunc iterum Glauco Saturnides mentes abſtulit Iupiter,*
*Qui ad Tydidem Diomedem arma commutauit,*
*Aurea æreis:centum boum,nouem boum.*

Id eſt,vt intelligas,aurea centū boum,ęreis nouem boum.Nam illic in ſecundo verſu ἄμειβεν ex ἀμείβω verbo eſt,quod permuto ſiue commuto ſignificat:vt ἄμειψις,quod inde fit,cōmutationem ſignificat. Et ad hunc quoque locum alludit Ariſtot.lib.Ethic.5. cap.9. Qui verò (inquit) dat ſua,quemadmodum arma ſua Diomedi Glaucus dedit χρύσεα χαλκείων, &c. Et Tullius lib.Epiſtol.ad Atticum 6.epiſt.omnium 112. Habes ad omnia,non vt poſtulaſti, χρύσεα χαλκείων, ſed paria paribus reſpondimus.Et Martialis lib.epigrammaton 9.

*Tam ſtupidus nunquam,nec tu puto Glauce fuiſti,*
*χρύσεα donanti, χάλκεα qui dederas.*

Et Plinius Iunior lib.Epiſtolarum 5.ad Flaccum,epiſtola, cuius initium eſt,accepi, Recipies (ait) epiſtolas ſteriles & ſimpliciter ingratas, ac ne illam quidem ſolertiam Diomedis in permutando munere imitantes.& Gellius lib.2.c.23. quo de Menandri & Cæcilij comparatione diſſerit. Diomedis (inquit) hercle arma & Glauci non diſpari magis pretio æſtimata ſunt. Et Iuſtinianus in procœmio ff.ad fi.his verbis, Et veſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem & apud Homerum patrem omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt,diſsimilia permutantes. Quem locum enarrans Accurſius fabulam ex meris ſomniis affert. Huius quoque loci Homerici meminit Maximus, Tyrius Philoſophus Platonicus,Sermo.36.quo diſſerit,quomodo ad amicum ſe habuerit.

18 ¶Sed vt ad illam l.j.de contrahen.empt. reuertamur,id quod ſuprà ex ea adduximus, confeſtim & hæc verba ſequuntur, Magis autem pro hac ſententia illud dicetur,quod aliàs idem Poëta dicit:

*De eadem re.*

Τήν ποτε Λαέρτης πρίατο κτεάτεσιν ἑοῖσιν,
πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν, ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν.
*Quam proprijs rebus Laërtes emerat olim,*
*Vigintiq́; boues pro virgine tradidit empta.* Vel ad verbum,
*Quam olim Laërtes emit poſſeſsionibus ſuis,*
*In pubertate adhuc exiſtentem,viginti boum autem pretium dedit.*

Qui locus eorum verſuum in ea l.j.inanis quoque erat in vetuſtis codicibus:ſed eum ſuppleuit Catellianus Cotta in ſuis prioribus memori. ex illis verſibus qui ſunt ex libr.1.Odyſſeæ ipſius Homeri. Iuſtinus autem lib.3. ſcribit Lycurgum ſuis legibus iuſsiſſe ſingula emi non pecunia,ſed compenſatione mercium, quod ex veſtigiis Homericis Lycurgus ipſe deprompſiſſe videtur.Et ex illis verbis potes interim annotare verbum emendi trahi ad permutationem. Quod & in ſacris literis videmus aliquando factitatum. Nam Geneſ.cap.33. Iacob à filiis Emor emit partem agri centum agnis.

*Lycurgi lex.*

19 ¶Ex hac autem Priſcorum conſuetudine factum eſt,vt opinor,vt etiam permutare pro vendere vſurparit Tullius ad Atticum lib.11.epiſtol.totius operis 230.incip.quæ dudum:Scripſerat vt H-S.XII. permutaret, tantum eſſe reliquum de argento.& Plin.non ſemel. Nam lib. {6.cap.31.Clitarchus verò Alexandro regi renuntiatam adeò diuitem,vt equos incolæ talentis auri permutarent. Et} 7.cap.38.Praxiteles(ait)marmore nobilitatus,Gnidiaq́; Venere præcipuè,veſano amore cuiuſdam iuuenis inſigni,& Nicomedis æſtimatione regis,grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Et lib.9. cap.55. Sex milia numero murænarum mutuò appēdit:nam permutare quidem pretio noluit. Et lib.12.cap.22. Permutatur in libras ſex ſerichatum, Et lib.13.cap.15. de menſa quadam citrea loquens. Interiit (ait) nuper incendio,quam Cethegus decedens è Mauritania H-S.XIII.permutauerat.Et lib.31.cap.8.in prin.

*Permutare pro uendere.*



Singulis



Singulis milibus numûm permutantibus congios penè binos. Et lib.33. cap.4. Quanquàm auripigmenti libr.14.permutarentur. Et lib.35.cap.9. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret.Et apud noſtros quoque Iuriſconſultos, in l.ſi ei, & l. ſequent.ff.de iure dot.& in l.ſi mulier,ff.de pact.dotal. Niſi ſi quis dicat in illis locis pecuniam fuiſſe loco ſpeciei.

20 ¶Nam & ſimplex mutandi verbum, ex quo illud permutandi compoſitū eſt,etiam pro verbo emendi vſus eſt Columella lib.7.c.9.Nam ſuburbanis (ait)lactens porcus ære mutandus eſt.Et alibi:Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conſeruat, ære mutandi ſunt. Et Palladius lib.Rei ruſticæ,8.cap.4.Autumno debiles quæque pretio mutentur. Nam & id verbum ſimplex ſæpe aſſumit ſignificationem ſui illius compoſiti:vt apud Salluſtium in Iugurtha:Quia neque materia in agris,neque ab Hiſpanis emendi, aut mutandi copia erat. Ita enim haud dubie legendum eſt,non mutuandi,vel refragantibus omnibus codicibus. Nam haud multò pòſt ita ſcribitur: Nam freto diuiſi ab Hiſpania mutare res inter ſe inſtituerant. Sed & in alio loco eiuſdem operis: Lixæ pecoris & mancipiorum prædas certatim agitare, eaq́; mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & aliis talibus. Ibi enim vides,mutare proculdubio permutandi ſignificationē habere. Et apud Plautum in Captiuis:Cœpit captiuos commercari hic alios,ſi quem reperire poſſet,cum quo mutet ſuum.Et Virgilium,Ecloga 4.

*Mutare, pro permutare.*

*Salluſtij locus nunc primum emendatus.*

*—Nec nautica pinus,*
*Mutabit merces:omnis feret omnia tellus.* {Et lib.3.Georg.
*—Quamuis Mileſia magno*
*Vellere mutentur.—*

Vbi Seruius.Apud maiores omne mercimonium in permutatione conſtabat. Quod & Paulus Homero teſte confirmat in d.l.j.ff.de contrahend.empt.}

Et Statim lib.4.Thebaidos:

*—Sed perfida coniunx*
*Dona viro mutare velit.—*

Vti è diuerſo compoſitū,permutare,pro ſimplici,mutare,etiam ſæpe ponitur:vt in l.penulti. ff.de ſenato.& in l.cùm in plures,§.lege,ff.loca.& l.Seia,ad fi.ff.de aur.& arg.leg. Nam & aliàs id frequens eſt,vt ſimplex pro compoſito ponatur:& econuerſo.

*Permutare, pro mutare.*

21 ¶Cæterùm ex his factum illud eſt (ne & id omittam) quod & ad hanc quoque tractationem nonnihil pertinet,vt nummus,aut,vt alij ſcribunt,numus (vtrunque enim reperitur) & νόμισμα,quo & Latini pro ſuo vtuntur,numiſma dictum ſit à νόμῳ, id eſt lege, vt Ariſtot.ſcribit lib.5.Ethicorum,cap.item 5.& Zaſius noſter conſi.xvj.orta,num.25.quòd ſcilicet,vt tradit ipſe Ariſtoteles,non à natura,ſed à lege numus ortus ſit: qui & ipſe paulò pòſt in eodem ca. ſubiungit rerum permutationes fuiſſe,antequàm numus eſſet. Id quod apertè probant,quæ ſuprà diximus,permutationes fuiſſe,ante venditiones,quæ non niſi nummo fiunt. Hæc autem (ne id quoque prætermittam) addere poteris ad Bart.Bald.& Sal.in d.l.j.ff.de contrahen. empt.tractantes,an nummus ſit de iure naturali,an gentium, an denique ciuili:vt etiam facit Bald.in rub.C.eo.tit.in prin.& Barb.& Anto.Burg.in rub.extrà eod.quoque titu.

*Numus unde dictus.*

*Numus an ſit de Iure naturali, gentium, an ciuili.*

22 ¶Quanquàm (ne & hoc omittamus) noſtro Iuriſconſulto in d.l.j.de contrah.empt. his Homericis locis innitenti aduerſatur,quod Iulius Pollux Naucratites Onomaſtic. ad commodum lib.9.cap.6.tradit, quoſdam putauiſſe boues in illis ipſis locis intelligi pro nummis, in quibus effigies bouis impreſſa erat. Hincq́; ortum vetus illud adagium Athenienſium, βοῦς ἐπὶ γλώττης, id eſt,bos in lingua:quod de his dicebatur,autore Suida,qui loqui liberè nō audebant,metu mulctæ deterriti,quem pendere eos oportebat, qui paulò liberius loquerentur. Teſtis enim eſt Plutarchus in Theſeo,ipſum Theſeum Athenienſium regem ſtatuiſſe nummum figura bouis,vel ob Marathonium taurū,vel ob Minois ducem, vel quòd ad agriculturam prouocare vellet. Subditq́; ab eo nummo dici ἑκατόμβοιον, quod eſt centum boum,& δεκάβοιον,quod decem,nomen traxiſſe.Et fortè Theſei imitatione Seruius Romanorum rex æs ſignauit boum effigie, vt autoritate Timæi tradit Plinius lib.18. cap.3. quod & nos alibi quoque retulimus. Nam & idem Plutarchus in publicola ſcribit,in vetuſtiſsimis numis bouis ſignum inciſum apparere. Et in Problematis cap.39. quo quærit,cur veteris numi altera Ianum bifrontem impreſſum habuit, tradit Romanos alio quoque vſos fuiſſe numo ouem bouemq́; inſignitum habente:quod quidem genus numi erat inſigne,& in primis documento,veteres gregibus & armentis abundaſſe. Varro Rei ruſticæ lib.1.cap.1.ſcribit, apud Priſcos Romanos & ſuo quoque tempore mulctam bobus & ouibus dici ſolere,& æs antiquiſsimū pecore conflatum fuiſſe.

*An boues pro nummis in illis Homericis locis.*

*Adagium. Bos in lingua.*

*Bouis effigies in nummis.*

23 ¶Addit autem Pollux (vt ad eum redeamus) in Deliacis ſpectaculis, ſi cui munus dandum eſſet,præconem denuntiare ſolitum, Tot boues illi dabuntur. Bouem autem valuiſſe duabus drachmis Atticis: vnde fuiſſe, qui crederent hoc nomiſma Deliorum fuiſſe proprium, non Athenienſium. Sed & ſubiungit in Draconis legibus extare mentionem, περὶ τοῦ ἀποτίνειν δεκάβοιον, id eſt,de pendendis decem bobus,quod eſt decem numis. Et hanc Pollucis interpretationem in illis Homeri locis ſecutus eſt Andreas Diuus Iuſtinopolitanus,qui illum

ipſius Homeri verſum ex lib.6.Iliados,

Χρύσεα, χαλκείων : ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Ita vertit ad verbum:

*Aurea,æreis:centum Ducatorum,nouem Ducatorum.*

Tanquam ille bos intelligatur pro eo genere monetæ,quam hodie Ducatũ vulgò vocamus. Et huic quoque ſententiæ adſtipulatur ipſe Homerus,qui lib.23.Iliados ſic inſit.

Τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην,

Τὸν δ' δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον ἀχαιοί. Id eſt,

*Huic quidem vincenti magnum tripodem igni accommodatum:*

*Hunc autem duodecim boum pretio inter ſe appretiauerunt Achiui.*

Et poſtea,vno tantùm verſu interiecto,de ancilla loquens,

Πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα, τῖον δ' ἑ τεσσαράβοιον.

Multa autem ſciebat opera , appretiabant autem ipſam quatuor bobus. Huic quoque opin. concinit Didymus Homeri interpres,qui lib.2.Iliados in illud carmen,

Πάντες ἐϋπλοκέες, ἑκατόμβοιος δ' ἕκαστος.

Veteres (inquit) plurimi bouem animal faciebant,adeò vt pecuniam ſic ſignarent, vt ab vna parte regis inſculperetur facies,ab alia bouis effigies : vnde ἑκατόμβοιος centuſſem ſignificat. Quod & noſter Alciatus ſequutus eſt libro παρέργων 9.cap.17.

*De eadem re.*

24 ¶Sed hanc opinionem,quæ ſcilicet ita eos locos Homeri intelligit, vt boues in illis pro numis accipiantur,planè refellit idem Pollux in eodem ca.quibuſdam interiectis, oſtendens illam fuiſſe commutationem rerum,ſine numis. Cui in hac poſteriore ſententia aſſentior,vel Plinij teſtimonio ductus lib.33.cap.1. quo loco ſuprà citauimus. Neque enim ( niſi omnino cæcutimus) ille intellectus bouis de numi genere , poſſet vllo pacto conuenire illis verſibus Homeri primo loco citatis ex lib.7.Iliados, vt ex illis perſpicuè videri poteſt, quibus ſcribit vinum emptum boum pellibus,& ipſis quoque bobus. Quanquàm ( vt verum fatear ) cæteri loci mirum in modum illi interpretationi conueniunt. Quantum autem Polluci tribuendum eſt,vt illud quoque obiter dicam,videre licet ex Athenodoro,qui illum eſſe veluti Tantali hortos pronuntiauit. Et Philoſtrato,qui ambigit doctúmne an indoctũ: & quod fatuum eſſe videtur, doctum pariter & indoctum appellauit. Sed de his iam ſatis ſuperq; & propè nimium diximus.

*Polluci quantum tribuendũ ſit in literis.*

*Concluſio primæ rationis.*

25 ¶Igitur (vt tandem redeuntes ad id vnde nõnihil digreſsi ſumus,hanc primam rationẽ concludamus) ex iis quæ diximus,ſatis ſuperq; apparet,ſpecies antiquiores adeoq; digniores numo eſſe,& permutationem venditione. Ex quo conſentaneum eſt, vt cùm vtrunque,ſcilicet numus,& ſpecies,æqualiter interuenit,debeat is cõtractus cenſeri ac denominari permutatio, vt quæ dignior ſit & antiquior emptione,ſicut ſpecies numo.Nam & quod ad antiquitatem priuatim pertinet,quoties dubium eſt,cui quid attribuendum eſt,debet in dubio attribui vetuſtiori,ex ſententia Ioan.Fab.in §.j.col iiij.verſi.prætereà quoties,Inſtit.de act.& Sign. conſi. clxvij.in curia,nu.22.vbi in id citat l.in finalibus,ff.finium regun. & l.emancipatum,ff.de Senato.Et quod propius accedit ad id caput,Alber.in l.ij.§.deinde ex his,col.j.verſi. prætereà ſi dubium,ff.de orig.iur.tradit in dubio actum quemlibet denominari debere à vetuſtiori, per d.l.in finalibus,& §.ſingulorum,Inſtit.de rer.diui. Et hæc quidem de prima ratione.

*Vetuſtiori in dubio attribuendum.*

*Natura præualet accidenti.*

26 ¶Secunda ratio hæc eſt,quæ ad primã proximè accedit:Quod naturale eſt præualet ei, quod accidentale,aduentitiũ,adſcititium eſt:inſpiciturq; potius natura,quàm accidens,l.qui habet, in prin.& ibi Dy.& Bar.ff.de tutel.& l.ſi quis poſthumos,& ibi Iaſ.in j.not.ff.de lib. & poſth. Bar.in l.vlt.ff.de offi.Proconſ.Bal.in l.j.C.de cura.furi.Imo.conſi.xxxv.in caſu præmiſſo,col. 1.Domi.in c.præſenti,§.per illum tex.de præb.lib.6.& Docto.vbique.At permutatio eſt ſecundùm naturam,quippe cùm ſit in ſupplementum naturalis indigentiæ. Venditio autem non ſecundùm naturam eſt:ſed magis ſecundùm artem & peritiam,vt luculenter declarat Ariſto. lib.Politicôn 1.cap.5.& duobus ſeq. Ex cuius quoque verbis facilè intelliges,permutationem (quod & ad primam rationem pertinet) eſſe antiquiorem & laudabiliorem venditione.Vide tamen ad id,quod diximus ex Ariſto.ſententia,tex.in l.ex hoc iure,iuncta glo.in verbo,commercia,ff.de iuſti.& iure,vbi vtraque & permutatio & venditio iuris gentium eſt.

*An inſpiciatur quod plus , an quod minus lædit,uide nume. 29.30.& 31.*

27 ¶Tertia ratio:Debemus ſemper dubios & incertos caſus in eo ſenſu accipere,quo minùs lædunt,l.ſemper in obſcuris,ff.de reg.iur.& in c.in obſcuris, eodem tit.lib.6.& vtrobique concordan.in gloſ. Et cùm actus quiſpiam poteſt trahi ad duo,quorum vnum prodeſt, alterum nocet:debet potius attendi,quod prodeſt,quàm quod nocet,l.nõ intelligitur.§.ſi quis palàm, & ibi Barto.ff.de iure fiſc.& l.emancipatum,§.vlt.ff.de Senato.& l.ſi vir vxori,ff.de vſucapio. pro donat.& l.liberis,§.ſi duo,ff.de libera.cauſ. & l.ſi patronus teſtamento,§.ſi filius,ff.de bonis libert.Cyn.in quadam allegatio. quæ eſt inter conſil.Bald.ante conſi.xlj. allegationes domini Cyn.lib.4.Signo.conſi.clxix.quæſtio,colum.iiij.num.22. {Roma.in l.j.col.ij.nume.13.ff. de condict.ob turpem cauſ.} Ioan Plat.in l.cùm allegas,C.de caſtren.pecul.lib.12. & Doctor. ſæpiſsimè.

*Permutatio minùs lædit, quàm emptio. uide nume.33. & 34.*

28 ¶At permutatio eſt multò minoris detrimẽti & præiudicij,quàm emptio & venditio. Quod ex eo patet,quòd res dotalis in præiudicium mariti eo non conſentiente vendi non poteſt,



conſtan



conſtante matrimonio,l.ſi prædium,C.de iure dot.cum ſimi.at permutari poteſt eo inſcio, Cyn.in auth.ſiue à me.C.ad Velleia.& Alberi.in l.j.§. cùm lex,C.de rei vxo.act.Maſuer. in tit.de dote & matri.§.item ſi maritus,Raph.Co.in l.quamuis,ff.ſol.matri.Atque etiam ex eo quòd videmus res ſpirituales vendi non poſſe,permutari autem cum alia re ſpirituali poſſe, tex.gl.& Doct.in c.ad quæſtiones,extrà de rer.perm.& glo.in c.ſuper eo,de tranſact.Quorũ quidem nulla alia ratio reddi poteſt,quàm quòd permutatio ſuapte natura non tantũ affert præiudicij permutanti,& cæteris,quàm mera venditio. Et id ſanè manifeſtum eſt,vel ceſſantibus aliis rationibus,ex aliis multis quæ noſtris cõſuetudinibus ſtatuta ſunt.Nam vt cætera omittam,videmus permutationem non eſſe obnoxiam laudimiis aut retractui feudali , nec etiam retractui proximitatis,vt hoc ipſo §.cauetur.ne longè exempla petamus.

*De eo , an quod minus lædit, inſpiciendum ſit.*

29 ¶Et quamuis hæc ratio non ſatis tuta videri poſſet,quoniam plerunq;, imò ſemper videtur potius eſſe attendendũ quod nocet,quàm quod prodeſt,l.iij.§.elegãter,qui eſt vlti.& ibi gl. & Bar.in iij.not.& Ro.ff.de ſenatuſcon.Sylla.& l.ſi quis poſthumos,in fi.ff.de lib.& poſth.& l.ij.§.ſi à pupillo,ff.de vſuca.pro empt.& l.auia.§.j.ff.de cond.& demon.& l.cùm pater,§.Mæuio,ff.de leg.ij.& l.Pedius,§.j.ff.de arbit.& l.Fulcinius,§.quid ſit latitare,ff.ex quib.cau.in poſ. eat. {Et l.iij.§.ſi quis palã.ff.de iu.fiſci.} Dy.in c.poſſeſſor,de reg.iur.lib.6.& cæteri Doct.vbique. Niſi tamẽ quod prodeſt,eſſet tantæ virtutis,vt vinceret id,quod nocet.Bar.in d.l.ſi vir. ff.pro dona.per text.ibi,& quoſdã ex iis quos ſuprà pro contraria parte adduximus.& idem Bart.in d.l.vlti.ff.de offic.Proconſ.& in d.l.iij.§.vlt.& ibi quoque Alber.ff.de ſenatuſc.Sylla. Bal.in d.l.ſi quis poſthumos,Imo.in d.c.ad quæſtiones,col.ij.verſic.item not.de rer.permuta. {Ro.in auth.prætereà.col.pen.verſ.ſecundo principaliter.C.vnde vir & vxor.} Alex.conſi.c. ex inſpectione,col.vlt.lib.3.Franciſ.Aret.in l.ſi ſeruus plurium,§.ſi numerus,ad fi.ff.de lega.j. Iaſ.conſi.cxlvij.præſens conſultatio,col.iiij.verſic.ſed poſſet vltra,lib.2.& conſi.lxxiiij.inſtrumentum tranſactionis , col.ij.verſi.quinto facit,lib.3.

*De eodem.*

30 ¶Tamen hæc vera ſunt,vt ſcilicet in dubio inſpiciendũ ſit id quod nocet,quando duo certa & determinata concurrunt,quorum vnum prodeſt,alterum nocet.Ita enim loquũtur leges ſuprà in id citatæ,& id videre licet ex Albe.in l.in pari cauſa, col.j.nu.4.ff.de reg.iur.& in d. l.auia,§.j.ff.de cond.& demon.Sed quando duo non concurrunt,ſed vnum tãtum occurrit, quod poteſt trahi ad diuerſos ſenſus,actus,vel effectus,debet ad eum trahi,qui prodeſt,non qui nocet.Et ita loquũtur pleræque ll.in priori parte allegatæ. Hîc autem ſumus in eo caſu, quia vnicus eſt actus,ſiue contractus,qui dubius eſt,ſítne ad permutationem trahendus , an verò ad emptionem & venditionem.Ideò cùm illa minus noceat,ad eam potius trahendus eſt. Nam & aliàs cùm ex duobus ſimplicibus fit mixtum quodpiam,ex quo noua quædam ſpecies oritur , participans naturam vtriuſque,in quibus tamen repugnantia quædam deprehenditur:tunc illud mixtum debet ſibi aſſumere, quod vtilius eſt , & fauorabilius ex altero ſuorum ſimplicium.l.j.C.de rei vxo.act.& l.j.C.commu.delega.& cap.j.& ibi not.extrà ne ſede vacan.Pet.Ancha.conſi.lxx.apparuit,poſt prin.quod repetitur conſi.cccxlvj.Et aliâs quoque in commixtis ſequimur naturam eius quod fauorabilius eſt & benignius.Albe.poſt glo.in l.ij.§.j.ff.ad leg.Aquil.

*De eodem.*

31 ¶Vel etiam aliter dici poteſt,multis quidẽ modis:aut ſcilicet,quod illud procedat,vt potius inſpiciatur quod nocet,quàm quod prodeſt,niſi vnum eſſet naturale , alterum accidentale: tunc enim inſpiciendũ omnino eſt,quod naturale eſt,ſecundũ Ro.in l.ij.in prin.& ibi.Frãc. Aret.col.iiij.ff.de verb.obli.per d.l.qui habet.& Io.Crot.in repet.l.Gallus,§.& quid ſi tãtùm, char.6.verſicu.quarta concluſio,ff.de libe.& poſth.Superius autem docuimus ex Ariſtotelis ſententia permutationem naturalem eſſe venditionem accidentalem.Aut etiã procedat,niſi cauſa quæ prodeſt,ſit benignior,l.ſi pupillus,ff.ad leg.Falci.Alciat.in l.ij.in princ.ff.de verb. oblig.& in tract.Præſump.reg:j.præſump.xxx.nu.6.Aut (quod præcedenti conuenit) niſi id quod prodeſt,ſit fauorabile:quod nocet,odioſum:vt per Petr.Anch.multa in id allegantem conſi.xxxvij.contra Ioannem,poſt med. Aut denique,niſi id quod prodeſt, veriſimiliter ſit potius cogitatum ab iis , qui actum ipſum conficiunt:vt voluit Imol.d.conſi.xxxv.in caſu præmiſſo,col.iiij.verſic.ad tertium. Hîc autem veriſimilius eſt partes cogitaſſe de permutatione,quæ minus nocet,& quæ facit ne res retrahi poſsit, & ſic cõtractus maneat perpetuus & irretractabilis,ſecundùm ea quæ diximus ſuprà in præfat.nu.24.imò verò illa,& ſeq.

*Eum cõtractũ debemus accipere,qui eſt utilior.*

32 ¶Et id poſtremũ hac quoq; ratione confirmatur,quòd cùm dubitatur quis cõtractus factus ſit, eum accipere debemus,qui ſit vtilior cõtrahentibus,gl.in l.ſi quis nec cauſam,in prin.ff. ſi cer.pet.Bal.in l.incendium,ad fin.C.eod.tit.& conſi.xlviij.iſta quæſtio,in fin.libr.4.Et licet Pau.Caſt.in l.cùm quid,ad fin.ff.ſi cer.pet.& in l.Lucius,la j.ff.depoſi.id videatur impugnare cùm alteri tantùm contrahenti vtilius eſt,per l.veteribus,ff.de pact.tamen ex eius tacita ſententia id verum eſt,ſi vtrique vtilius eſt,& ſequitur Io.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.§.vij.col.j.verſi.v.Nam & aliàs cenſetur quis actum gerere ea intentione, & ex ea cauſa, quæ ſibi magis eſt vtilis,l.j.cum multis ſeq.ff.de ſolu.Bar.in l.gerit,col.v.verſi.ad ſecundum, ff.de acquir.hær.Cor.conſ.cccviij.licet dicta allegatio,col.iij.verſi.& idcirco,lib.j.

*De eodem.*

33 ¶Nec ab his abhorret,quòd Bal.ipſe, alterius ſentẽtiæ Coryphæus,in eo ipſo loco,quo eam

adſcripſit, ſcilicet in præludiis feudorum, apertè ſentit, in dubio appellationis contractus eum eſſe cẽſendum, qui ſit fauorabilior: ex hoc affirmans illam ſuam ſententiam, videlicet, in caſu noſtro cenſendam eſſe venditionem potius, quàm permutationem, quoniam illa ſit fauorabilior, vt ſuprà diximus in princ. huius quæſt. Sed is longè fallitur, in eo quòd dicit emptionem & venditionem eſſe fauorabiliorem: vt ex iis patet quæ diximus, & quæ item ſtatim dicemus in iiij. ratione. Atque etiam ex eo, quòd in contractu permutationis eſt locus pœnitentiæ. Bal. in rub. C. de rer. permu. Imo. in d. l. Ariſto, ff. de donat. Iaſ. in l. iuriſgentium, & in l. ab emptione, ff. de pact. & Doctor. vbique. neque enim dubium eſt permutationẽ eſſe contractum innominatum, glo. & Doct. in. d. rub. C. de rer. permu. in quo locus ex pœnitentiæ, l. ſi pecuniam, in princ. ff. de condic. ob cau. non autem in contractu emptionis & venditionis, & aliis nominatis, vt plenè traditur in d. l. ſi pecuniam, & in d. l. ab emptione, & in l. ij. C. quan. lic. ab emp. diſce. Nec dubium eſt, cùm fauor & odiũ concurrunt (vt id ſuprà dictis addam) fauorẽ eſſe præferendum. Bal. in l. ij. C. qui non poſ. ad liber. per. Pet. Ancha. d. conſi. xxxvij. vbi in id multa allegat. & iterum conſi. ccxv. ſcripſit, col. ij. verſi. in contrarium, Pan. in c. in literis, ad fi. extrà de reſti. ſpol.

*In permutatione locus eſt pœnitentiæ.*

*Fauorẽ odio præferri.*

34 ¶Quarta ratio: vbi actus ſe habet ad prohibitum & permiſſum, in dubio trahendus eſt ad permiſſum gl. in l. ij. in verbo, probaretur, C. de pet. hær. quam no. & ſequitur Bal. in l. j. col. ij. ff. ſol. mat. & bene facit l. meritò, ff. pro ſoc. cum ſi. Et quod non longè ab eo abeſt, in dubio actus ita debet interpretari vt agens pœnam non ſubeat. Bar. in l. non ſolum, §. ſciendũ. ff. de no. op. nunt. cum concord. ibi adductis à recentioribus. Emphyteuta autẽ non poteſt, inſcio & inconſulto domino, vendere: & ſi id fecerit, cadit res in cõmiſſum. l. vlt. C. de iur. emphyt. Permutare autem poteſt liberè & impunè. Bal. in l. ſi domus, §. vlt. ff. de leg. j. Imo. in c. potuit, col. xiij. extrà de loc. Iaſ. latè in d. l. vlt. col. xxx. in gl. parua, ſuper verbo, trãſponere. Igitur cùm venditio ſit prohibita, & ita quidẽ prohibita, vt qui contrà fecerit, incidat in pœnam, permutatio autem ſit permiſſa & impunita: conſequens eſt, vt in dubio ſit potius cẽſenda permutatio, quàm venditio. Sed hæc ratio non haberet locum, niſi in rebus emphyteuticis.

*Actus dubius ad permiſſum trahendus, magis quàm ad prohibitum.*

35 ¶Quinta ratio: Cùm ſimul concurrunt res mobilis & immobilis, accedit mobilis immobili, & illius naturam mutuatur & ſequitur, vt patet ex l. eum qui ædes, ff. de vſuca. & longè, ff. de diuer. & temp. præſc. vbi ſi res mobilis & immobilis ſimul poſsidentur, mobilis non vſucapitur triennio, vt aliâs cùm ſola eſt, & per ſe vſucapitur: ſed ſpatio decem annorum, vt res immobilis. Nec id immeritò ſi cedat mobile immobili, tanquam ſcilicet infirmius firmiori, euanidum, temporale, deciduum ſtabili, perpetuò manenti, per ea quæ diximus ſuprà eo. tit. §. j. in glo. vij. in verbo, *ou autres choſes censées pour immeubles*, nu. 83. ego autẽ contrà. Poſſeſsio enim rerum mobilium vilis eſt & abiecta. l. ſi rem, & ibi gloſſ. ff. de acqu. poſ. Igitur cùm fundus & pretium ſunt paris æſtimationis (nam de hoc caſu loquimur) conſentaneum eſt, vt pretium quod mobile eſt, cedat fundo immobili, & ſic potius dicatur permutatio, habita ratione fundi, quàm venditio ratione pretij.

*Mobile accedit immobili.*

36 ¶Quid quòd Bar. in d. l. j. col. ij. verſi. quæro extrà glo. ff. de rer. permut. ſcribit in hoc ipſo caſu, de quo loquimur, videlicet cùm non conſtat, ſitne permutatio, an venditio, in dubio dicendus eſt contractus innominatus. Quem ibi ſequuntur Raph. Fulgo. & Iaſ. in vlti. verbis, qui id negat, alibi ſe ſcriptum reperiſſe: ſubdítque ex hoc putare ſe reddi falſam illam Bald. opin. quam ſuprà in prin. huius quæſtionis adduximus, cùm ſcilicet dicit in hoc dubio potius cenſeri venditionem, quàm permutationem. Sed & hanc. Barto. ſententiam ſequuntur Imo. & Ro. in d. l. Ariſto, ff. de donatio. & idem Ro. qui & ob id expreſsim illam opi. Bal. reprobat, conſi. lxxxvj. viſo quæſtionis themate, col. j. & Ioan. Berbe. in tit. de rer. permut. col. ij. verſi. quæro quid ſi ex vna. & Guid. Pap. d. deci. Delphi. xcij. de conſuetudine per text. in d. c. ad quæſtiones. Firmia. in tracta. Gabel. in iij. parte viij. partis prin. in ij q. verſi. item an habeat, & ipſe Iaſ. qui & illam Bal. ſententiam, quam tamen dicit ſingu, reprehendit, in l. ij. col. vltim. verſi. quid autem eſſet, & ibi quoque Franc. Ripa col. vlt. ff. ſi cert. peta. & idem Iaſ. in prælud. feud. col. viij. verſic. nota tamen inter cætera. & Catel. Cotta in memo. incip. contractus an in dubio. & Ferro. hoc tit. de Retractu conſuetudinum Burdigal. cxxix. & Igne. in l. iij. §. ſi conditione, verſi. & ſi aliud, nu. 29. ff. de S. C. Syllaniano.

*An ſit potius iudicãdus cõtractus innominatus, quã nominatus.*

37 ¶Quanquàm Bal. ipſe (cuius nullus iſtorum meminit) conſi. cclxj. primò quæritur, ſtatuto cauetur, col. ij. verſi. prætereà cùm dubitatur, lib. j. contrarium eius, quod ex Barto. diximus, è diametro ſcribit, videlicet in dubio nominis contractus præſumi contractum nominatum: vt dicit nota. in l. ſi margaritam. ff. pro ſocio. & idem dicit ipſe Bald. in ſua Margar. in verbo, contractus, colum. ij. verſic. contractus dubius, per l. vltim. ff. de condict. ob cauſ. Sed pro alia ſententia facit, quod voluit gloſſ. not. in l. eleganter, §. j. in verbo, ex ſtipulatu de dolo, poſt princip. verſic. ſed quare in dubio, ff. de dolo malo. quòd cùm non conſtat de ſpecie, vel nomine contractus, cenſetur contractus innominatus. & hoc ibi ſequuntur Bar. & Bal. qui eum §. legit cum princ. eius l. col. vlt. & Iaco. Aret. qui id multùm commendat, vt dicit ipſe Bal. in l. j. C. de iure emphy. Et eſt eius rei optimus text. in l. j. ff. de æſtima. act. in illis verbis, quoties enim de nomine contractus alicuius ambigeretur, &c. {& ibi Iaſon notat.} Et bene etiam facit

*De eadem re.*



facit tex. in l. j. & ibi gl. in verbo, non poſſumus, & duabus ll. ſeq. ff. de præſcrip. verb. & voluit etiam Iaſ. qui & ea iura allegat, conſi. clxxiiij. ſpectabilis, col. j. libr. 2.

38 ¶Nec interim tamẽ omittemus, quod in ſpecie propoſita tradit Alcia. in d. l. ij. in princ. nu. 18. tertiò infertur, ff. de verb. oblig. & lib. 3. de verb. ſigni. charta 8. verſi. in ſecundo caſu, ibi, ſed in hac quæſtione, quòd cùm æquales ſunt vtrinque ſpecies & pecunia, duo ſunt contractus, & permutationis, & venditionis, pro media parte: nec aliquid tamen allegat. & idẽ quoq; nouiſſimè repetiit ipſe Alcia. in d. l. ij. in verbo, aliud genus, col. ij. verſi. quartus caſus, ff. ſi cert. peta. per l. ſi ſponſus, §. circa, & l. cùm hic ſtatus, §. pen. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et hoc quoque ſubobſcurè cenſuiſſe videtur Spec. tit. de rer. permut. verſic. ſi verò res. & Cyn. in l. quæritur, ff. de ſtat. hom. vbi Ange. nuncupatim eam ſententiam ſecutus eſt. Nam ſi ex ſtatuto (inquit) debeantur laudimia ex venditione, non etiam ex permutatione: ea in hoc contractu de quo tractamus, ſoluãtur pro rata pretij, qua ſcilicet vẽditio eſt: pro altera, qua permutatio eſt, non ſoluãtur. Et ſi ex ſtatuto debent ſolui ex permutatione duo denarij pro libra, & decem ex venditione: certè quatenus permutatio eſt, ſoluẽtur duo denarij: quatenus venditio, decem. Nam vt ſubiungit, duo contractus poſſunt ſic eſſe permixti, l. Lucius, ff. de præſcr. verb. nulla tamen l. eſt eius initij in eod. tit. & fortè voluit allegare l. Titius, eiuſdem tit. quæ quãtum ad id faciat, cæterorum ſit iudicium. Et idem propè voluit Bal. in d. l. quæritur, in iij. lect. in fi.

*An in princi. quæſt. magis dicendum ſit eſſe duos cõtractus.*

39 ¶Sed contra hanc ſententiam facit, quòd cùm vnum tantùm negotium actũ eſt, non videtur poſſe dici, duos eſſe contractus, vt in ſimili dicitur in l. ij. §. j. ff. loca. & facit l. vlt. ff. de condi. ob cau. nec ex vno quoque ac eodem contractu oriri poſſe diuerſas ſpecies contractuum, d. l. ij. & ibi Bar. & alij. ff. ſi cert. peta. & l. j. §. quòd ſi rem, ff. depoſi. & l. idemq;, §. ſi quis Titio, ff. mandat. & facit item quod aliàs dicimus, vnam ac eandem rem, ne debere, nec poſſe diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. vbi ex hoc dicitur, vnum alteri cedere, eodemque iure cenſeri, vt etiam diximus ſuprà nu. 35. quinta ratio, cum aliis concord. à me adductis, ſuprà eod. tit. §. j. in gloſſ. xviij. in verbo, *le pris* &c. nume. 21. at dicet quiſpiam, & latius in l. ſi vnquã, in verbo, donatione largitus, nu. 284. tertia ratio.

*De eadem re.*

40 ¶Illam tamen priorem Alciati & aliorum ſententiam, ne id prætermittamus videtur ſecuta fuiſſe conſuetudo Senonenſium. c. conſuetudinũ illius gentis xxxij. & Andegauenſium cap. cccliij. & Cenomanenſium, c. ccclxiij. & Auxerrenſium, hoc titu. §. ij. qui eſt omnium xxxiij. Et eam quoq; mirum in modũ confirmat, quod in non longe diſsimili caſu voluit Bal. ille, qui nullo in caſu abeſt, d. conſi. cclxj. primò quæritur ſtatuto, col. ij. verſ. non tamẽ nego, lib. 1. atque iterũ conſi. cccclj. nobilis Marchius, col. ij. verſi. in contrariũ videtur, eod. lib. 1. & Matth. Afflict. in deci. Neapo. lxxij. Nardus Andreas, col. vlt. verſi. vnde fuit cõcluſum, vti apud eos videre poteris, ne hîc aliter repetam, & quæ nos quoque latè ſcripſimus in d. l. ſi vnquam, in d. verbo, donatione largitus, nu. 5. at fortè quis, ruſumque nu. 69. id quidem.

*De eodem. Cõſuetudines.*

41 ¶Et facit etiã pro hac parte, quod vltra Ang. vbi ſuprà voluerũt Cy. & alij in l. in bonæ fidei, C. de pact. idem Cy. in l. hac cõſultiſsima, §. per nuncupationem, C. de teſta. Bart. in d. l. vlt. ff. de condi. ob cau. idem Bar. Fulg. Roma. Alex. Soc. & Phil. Dec. in d. l. ij. in princ. ff. ſi cert. peta. quòd ex vno eodemque facto oriri poſſunt duo contractus compatibiles, & allegant propè omnes, l. ij. C. de pact. inter empt. & vend. & l. Ariſto, in princ. ff. de don. vbi ex eodẽ facto fit cõmixtio contractus nominati & innominati. Et idem quoque voluit Franc. Aret. in l. certi, §. quoniam. in j. not. ff. ſi cert. pet. per eum tex. ibi, ſiue coniunctim. Sed tu de hoc vide, ne hîc diutius immoremur, Soc. in rub. ff. de verb. obli. col. vij. verſi. ſed circa prædicta. & Fran. Ripa in d. l. ij. in ij. nota. ff. ſi cert. pet. Hunc autem noſtrũ caſum huius noſtræ diffuſiſsimè, vt ſolet, tractat Io. Igne. in l. iij. §. ſi conditioni, verſi. & ſi aliud, nu. 16. & multis ſeq. vſque ad nu. 51. ff. de ſenatuſconſ. Sylla. ſed ita, vt vix intelligam, quæ illius ſit in his rebus ſententia.

*De eodem.*

## PAR LE IVGE, A' IVDICE, GLO. II.

1 HVC facit tex. in l. ſi fundũ, ff. mand. vbi dicitur, quòd ſi tibi mandaui, vt mihi emeres fundum, qui ex parte tuus eſt: aliorum partibus à te redemptis, tuam quoque præſtare debes: ſed ita quidem, vt ſi certo pretio emendas eas mandauerim, quanticunque aliorum partes redemeris, ſic & tua pars coarctabitur, vt non ſuperet mãdati quantitatem, in quam totum emendum curaui: id eſt, vt interpreter verbis noſtrorum, tuam partem dare debes pro reſiduo pretio. Sin autem nullo certo pretio conſtituto, emere tibi mandauerim, tuq; ex diuerſis pretiis partes cæterorum redemeris, tuam partẽ viri boni arbitratu æſtimato pretio, mihi dari oportet. Quem text. dicit ſing. Bart. ibi. & notabilem Bald. in l. j. in vj. q. C. ſi ſer. exte. & multùm cõmendat Iaſ. in l. ſi quis ita, §. Scia. cauit, col. ij. ff. de verb. obli. Et faciunt quæ diximus ſuprà, §. ij. nu. 27. quid igitur. Quod autem in ea l. dicitur, arbitratu viri boni, intellige iudicis. ita enim interpretatur l. continuus, §. cùm ita, ff. de verb. oblig. & l. ſi vnius, §. prætor ait, & ibi glo. ff. de iniur. & glo. in l. omnis, quæ eſt pen. ff. de procu. & in ca. potuit, in verbo, celeri, in fi. extrà de loca. cùm ſimi.

*Quomodo in hoc caſu æſtimanda eſt ſpecies.*

*Vir bonus iudex intelligitur.*

2 ¶At hîc quæſtionis eſt, an retractus habebit locum reſpectu huius fundi æſtimati. Et ſanè, ſi alter fundus, puta Sempronianus, qui ſolus datus eſt pro hoc, ſcilicet Corneliano & pecunia,

*An retractus habeat locum*

*reſpectu fundi æſtimati.*

cunia, non retraheretur à conſanguineis eius,qui illũ Sempronianũ dedit (vt retrahi poteſt ſecundùm hanc noſtram conſuetudinem)putarem,nec hunc Cornelianum eſſe obnoxium retractui cõſanguineorum eius,qui eum dedit pro Semproniano : quia tunc nihil deperiret familiæ,ſed potius acquireretur,nempe fundus pretioſior pro viliori. At retracto illo pretioſiore,ſcilicet Semproniano,videlicet reſtituto à cõſanguineo eius,qui eum dederat,pretio, quod pro eo datum eſt,& æſtimatione alterius vilioris,vterque ei abeſt,qui viliorẽ dederat: & vilior ipſe,quem ille dedit:& pretioſior,qui ab eo retractus eſt:perindeque nũc eſt, ſcilicet retractu pretioſioris facto,ac ſi ab initio ſimpliciter is illum viliorem vendidiſſet eo pretio, quo ob retractum æſtimatus eſt,& quod ei reſtituitur.Nam & ea æſtimatio & æſtimationis reſtitutio fit ex conſequentia neceſſaria prioris contractus,ita ſtatuente cõſuetudine. Et hæc quidem neceſſitas (ſi ita vocari debeat) ortum habuit ex principio volũtario,id eſt,ex mera voluntate huius,qui ita ſponte cõtraxit,vltroque ſe in eam neceſſitatem coniecit. Ideò non hæc habetur pro neceſſaria voluntate,ſed potius voluntaria,l.j.§.quòd ſi exiſtant,cum gloſ. in verbo,pacto,C.de.natur.liber.& l.alienationes,ff.famil.erciſ.& quòd ſcribit Angel.conſil. ccxliij.multi cõſortes poſt princ.cum alis multis à me traditis ſuprà eo.tit.§.j.gl.14.in verbo, *ou equipollent à vente*,nume.13.& has quidem,& duobus ſequẽtibus. Ne quis hîc obiciat,quòd multis placuit,retractum non habere locum in venditione neceſſaria.de quo nos latè diximus in illa eadẽ gloſ.nu.7.tamen ſi teneas,& quatuor ſeq.Nec quis miretur,quòd diximus, id ex euentu pendere:nec enim id nouum eſt in iure noſtro,vt plenè docebimus infrà in fi. huius tit.nu.18.ſed vt tandem.& duobus ſeq.

3 *De eadem re.*

¶Igitur ex facto huius contrahentis,res immobilis ipſius tranſit in familiam alienam : & id quidem numerato eo,quod conſuetudo ob factum illius iubet reſtitui.Atque ita caret & re, quam habuerat ex huiuſmodi contractu,vt quæ retracta eſt à conſanguineo eius cum quo contraxit:atque etiam re,quam dederat,vt quæ manet apud eum,cum quo contraxit:& cogitur recipere æſtimationem illius:quòd nihil aliud eſt,quàm vt eam vendidiſſe cẽſeatur eo pretio,quod ex æſtimatione recipit.Et ſi id non eſſet propria veraque venditio,haud dubiè tamen æquipolleret venditioni.Ideò nihil eſt,quod dubitandum ſit,quin retractus in ea locum habeat ex priuata noſtra conſuetudine,ſuprà §.j.Et ſi non haberet, eſſet aperta via fraudandi conſanguineos,ita,vt hîc dicitur contrahendo:quod non admittendum eſt,l.cùm hi, §.ſi cùm lis,ff.de tranſact.& c.quantò, de diuort.cum ſimi.

## IN FINE EIVSDEM §. GLO. III.

1 *Laudimia an debeant ſolui pro rata pecuniæ, cum traditur pecunia & ſpes.*

HIC finis huius §.eſt ex ſententia Cyn.Bal.& Ang.in l.quęritur,ff.de ſtatu homin. vbi dicunt , quòd ſi emphyteuta permutat rem valentem centum,cum re valente ſexaginta,& quod reliquum eſt æſtimationis recipiat in pecunia,debẽt ſolui laudimia ex pecunia,non ex re,vti etiam ſuprà diximus in j.gloſſ.huius.§.numer.38.nec interim. Verùm Iacob.à S.Georg.in tractatu de Roidis , ſiue operis,colum.x.verſicu.ſed ponamus, tenet quòd ex neutro debentur,cùm huiuſmodi contractus cenſeatur eſſe permutatio non venditio,per ea quæ diximus ſuprà eod.§.glo.j.nu.9.ſi autem non conſtat. Et idem videtur voluiſſe Guid.Pap.deciſ.Delphinat.xcij.de conſuetudine gnerali ad fin. Quem ita ſequitur Andr.Alci.lib.3.de verb.ſig.char.8.verſic.quapropter ex conſuetudine,& in l.ij.in prin.nu.19. ff.de verbo.obligat.

## §. *XXXI.*

SI LE MARY, & la femme,& chacun d'eux pour le tout vendent ſur eux,& chaſcun d'eux aucune rente:ainſi comme le crediteur la peut demander pour le tout,auquel des deux il voudroit: ſemblablement le lignagier de l'vn ou de l'autre peut in ſolidum venir au retraict de ladicte rente,& y eſtre receu dedãs l'an & iour. Et ſi le lignagier du mary l'a retraicte, vel econtra,le lignagier de l'autre (s'il vient dedans l'an & iour) ſera receu à retraire la moytié. Et ſi leſdictz deux lignagiers tant du mary, que de la femme viennent enſemble, ilz ſeront receuz chaſcun en la moytié. Ouquel cas qu'ilz ſeront concurrens, chacun n'en pourroit demander que la moytié.

*SI VIR & vxor & quilibet eorum in ſolidum ſuper ipſis & quolibet eorum vectigal aliquod annuum vendiderint, quemadmodum creditor à quolibet eorum in ſolidum idipſum exigere poteſt : ita & conſanguineus cuiuſlibet ipſorum intra annum & diem in ſolidum admittitur*



*mittitur ad retractum. Et ſi conſanguineus mariti id retraxerit , vel è contrario,conſanguineus alterius,ſi quidem intra annum & diem venerit , admittetur ad retractum dimidiæ partis. Quòd ſi ambo ſimul concurrant , alter viri , alter vxoris conſanguineus, vterque eorum pro dimidia parte admittetur,neque poterunt ita concurrentes niſi dimidiam ipſam partem petere.*

## GLO. I. ET VNICA.

*Si maritus & uxor & corũ quilibet uendiderunt annuũ uectigal, utrius conſanguinei admittuntur.*

1 HANC rem expreſsim,& in ſpecie huius §.diſputat Ioan. Fab.in §. vlti.colum.ij. verſicu.ſed ego moneo,Inſtit.de duob.reis. Maritus ( inquit) & vxor & quilibet eorum in ſolidum renuntiantes Auth.de duob.reis , vendunt decem libras annuas:duo conſanguinei,alter viri,alter vxoris,volunt retrahere ex cõſuetudine permittente retractum coſanguineis venditoris:quid agendũ eſt? nam ſi ambo admittuntur & quilibet in ſolidũ,emptor habebit duplex pretium,& ille qui non eſt de genere retrahet, quod alius,cuius non eſt conſanguineus,vendidit. Et ſi dicas,quòd quilibet admittetur ad ſolidum obligationis venditionis de ſuo genere , adhuc habebit emptor duplex pretium. Quòd ſi dicas,quòd quilibet ſoluet dimidium pretij,certè admittetur ad ſolidum, ſoluẽdo trantùm dimidium pretij,contra conſuetudinem , quæ iubet ſolidum & integrum pretium reſtitui. Quòd ſi vnus tantùm de genere alterius veniat , erit maior quæſtio , quia ſolueret totum pretium,& non retraheret,niſi obligationem ſui conſanguinei:& ſic remaneret apud emptorem alia portio ſolida & integra , & totum pretium. Quòd ſi dicas , quòd quilibet admittetur ad medietatẽ,erunt aliæ duæ medietates apud emptorem.Et ideo relinquit Fab. cogitandum.Sed hîc vide Chaſſe.hoc eod.tit.§.viij.& quæ diximus ſuprà eodem tit.§.xxiij. in gloſ.ij.nume.6.ex iſtis denique , & ſeq. Eſt autem ſimilis omnino huic noſtræ conſuetudini, Borboniorum conſuetudo,cap.ccccLxvj.

*Conſuetudo.*

*Quid ſi illi uẽdunt quod alterius tantùm eſt.*

2 ¶SED hic locus offert quæſtionem , quam ex facto vidimus : Vir & vxor ſimpliciter , vel quilibet eorum in ſolidum,aliquid vendunt,quod eſt alterius eorum tantùm, (id quod ſæpe faciunt fieri ementes, vt contra vtrunque euictionis nomine poſsint agere ) an hoc caſu conſanguineus eius,cuius erat res vendita,admittatur in ſolidum,an verò & conſanguineus alterius quoque admittatur? Dic ſolum conſanguineum eius,qui dominus erat,eſſe admittendum,quia is ſolus totum vidiđiſſe videtur,qui ſolus eſt dominus,argumento eius,quod reſpondit Bart.prout illum retulere,& ſecuti ſunt Bald.& Salic.in l.ſi liqueat, & ibi quoque Franc.Aret.qui eam l.legit cum l.ſi mater,C.de inoffic.donat.quòd ſi vir & vxor in eodem inſtrumento donauerunt rem viri,ipſe vir tantùm cenſetur donaſſe,per tex.ibi,& in l.ij.C.ſi aduerſ.donat.& idem Bal.& Alex.in l.ſi conſtante,§.ſi vxor,ff.ſol.mat.Quibus adde tex.in l. ſi res,ff.de iure dot.& quod voluit Bal.in auth.hoc amplius,col.vltim.C.de fideicom.quem citabimus infrà nu.6.& quod item voluit Iaſ.conſi.cxciij.concurro,in fi.lib.2. Et quia etiam ratio retractus hîc ceſſat,cùm ea res non exierit à familia.

3 ¶Quòd ſi quiſpiam hîc dicat,vt aliquando nonnullos doctos audiuimus dicere , hunc qui adhibitus eſt ad contrahendum,licet non eſſet dominus:tamen teneri ad euictionem , ſi res euicta fuerit : vel in ſolidum,ſi ita promiſerit:vel ad minimum pro virili parte,ex l.reos, §. cùm tabulis,ff.de duob.reis.& ibi concor.quæ quidem euictio id totum quod emptoris intereſt,compræhendit,l.venditor,ff.de euict.& l.ſi controuerſia, & l.cùm ſucceſſores , C.eod. cum ſimi.ideò tenetur emptor in alium fundum æqualis æſtimationis : vt probat text.in c.j. tit.de inue.de re ali.fact.& in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,le j.extrà vt lit.pen.neque enim ſatis eſt, ſi offerãt quantũ pretij nomine dederit,d.l.cùm ſucceſſores.Igitur aberit à familia is fundus, quem loco alterius pro euictione debet. Huic ſtatim illud reſpondebo , non inſpiciendum eſſe,quòd ille obligatur ad euictionem.fortè enim res nunquã euincetur:nec ſatis eſſe,quòd euinci poſsit,per no.in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,ff.de verbo.oblig.& in l.ſi diem, §.vlt.ff. de iuriſd.omn.iudi.& Io.Fab.in §.illud quæſitum,Inſti.de rer.diuiſi. Deinde nec ilud ſtatim concedo,vt is teneatur ad æquale prædium. nam in iure id non probatur , ſed potius contrarium:vt colligi poteſt, ſi ſolerter inſpiciamus,ex l.fideiuſſor , & ibi Bartol.ff.de doli mali excep.& eodem Bart.in l.ſi inſulam,in iij.oppo.ij.partis prin.& ibi latius Imo.chart.vlti.ff. de verbo.obliga.& Bald.in l.ſi traditio,in vij.q.C.de acti.empt.Ex quibus intelliges euictionem non in eo eſſe , vt reddatur fundus ipſe euictus, ſi ad manus venditoris redierit , nedum vt alius tradatur,ſed in eo tantùm quod intereſt:id quod conſiſtit in pecunia numerata,vt per text.in l.ſi quis ab alio,ff.de re iudi.& voluit glo.not.in extrauag.prouidè,in verbo , obligationibus,tit.de ſent.excom.quæ ob id dicit eum text.loquẽtem in debito pecuniario habere locum & in obligationibus ad intereſſe. Quæ autem traduntur in d.cap.j.de inue. de re ali. fact.& in d.cap.eccleſia ſanctæ Mariæ,ſunt caſus ſpeciales,vt non obſcurè ſentiunt Docto.in eis locis.Poſtremò ſi is cogatur ad tradendũ aliquod prædiũ,vel etiã ad vendendũ,quò ſoluat pecuniã ob quã condẽnabitur pro huiuſmodi intereſſe:tunc haud dubiè admittetur cõſanguineus ad retrahendũ id prædiũ traditũ vel venditum,reſtituto pretio prioris venditionis,

*Intereſſe conſiſtit in pecunia numerata.*

nis,pro quo tũc dabitur,vel æſtimatione ipſius intereſſe,iuxta ea quæ plenè dicta ſunt ſuprà, §.j.glo.14.in verbo,*ou equipollent à vente*, pluribus in locis. Et tunc nihil aberit à familia.

*Cum uir & uxor uendũt, ad quem eorũ præſumitur pecunia peruenisse.*

4 ¶NEC tamẽ aliud omittemus,quòd in caſu noſtræ cõſuetudinis,videlicet cùm vir & vxor ſimul vendunt,& fatentur ſe recepiſſe pretium,Bar.conſi.cxxiiij.punctus quæſtionis talis eſt Domina P.dicit præſumi pecuniam ad vtrunque pro dimidia parte perueniſſe, arg.d.l.reos, §.cùm tabulis,ff.de duob.reis.quo in loco Franc.Are.huius conſi.meminit,nec tamẽ aliquid certi diffinit:ſicuti nec Alex.qui & illum memorat,conſi.xxxviij.conſideratis his,col.j.verſi. fortius voluit,libr.2.Verùm id expreſsè ſequitur Pau.Ca.in d.§.cum tabulis,& conſi.ccxcvj. viſis actis & actitatis coram domino Aſtorgio,col.j.lib.1.& rurſum conſi.ccclx.Bart.in quodam,in prin.eod.lib.1.& conſi.ccclxij.ſuper primo dubio præſuppoſita cæcitate,ante fi. lib.2. & Franc.Cur.ſenior conſi.liiij.ſæpe,col.ij.verſic.pro qua parte.& Lud.Bol.in l.vlti.ff.de iure dot.in ij.interpreta.& ante eos Bal.in l.mater,col.iiij.verſi.modò quæritur, C.de rei vendic. niſi (inquit ipſe Bal.)appareat contrarium. Verbi gratia,ſi primùm vir recepit totũ pretium, poſteà vxor ſe pretium participaſſe dicit : nam ex præambula numeratione apparet virum totum recepiſſe : ex ſequenti verò confeſsione,licet inducatur probatio inter emptorem & mulierem,non tamen inter maritum & vxorem.Idem autem Bal.in l.j.col.ij.verſi.prædicta faciunt,C.de duob.reis,poſteaquã illam Bart.ſententiã retulit,nulla re alia adiecta confeſtim ſubdit,hæc non determino. Idem prætereà in c.conſtitutus,ad fi.extrà de procu. In eodem (inquit) inſtrumento vir & vxor poſſunt eſſe duo rei credendi in ſolidum,ſed non debẽdi, niſi tota pecunia perueniat ad vxorẽ:vt dicit no.à Spec.quo loco ſtatim citabimus.Et ſubdit tamen,habes glo.quòd vnuſquiſque pro parte acquirit,& pro parte tenetur , in l.ſcripturæ, C.de fide inſtru.nec aliud addit,tanquam hæreat in ſalebra.

*De eodem.*

5 ¶Idem denique Bal.in auth.ſi qua mulier,col.ij.verſi.pone ergo quòd vir,C.ad S.C.Maced. conſtanter aſſerit,ex confeſsione non præſumi aliquid ad eam perueniſſe,niſi id verè probetur,per tex.ibi.niſi ſi coram iudice in figura iudicij id faciat,ſecundùm Nicolaum Matt.arg. l.nec ſi volens,& l.cùm affirmes,& l.iubemus,C.de lib.cau.& ſequitur Sal.& Pau.Caſt.ibi & Imo.in c.cùm contingat,col.xv.verſic.ſed iuxta prædicta poteſt dubitari, extrà de iureiur.& in l.ſi cum dotem,§.tranſgrediamur.& ibi quoque Ro.ff.ſol.matr.& in l.cùm vir,col.antepe. verſic.item aduerte quia poteſt,ff.de vſucap.Pan.conſi.xliiij.in præſenti quæſtione,col.j.lib.1. & Ang.Aret.in §.eſt & aliud,col.j.verſi.& aduertas, Inſtit.de donat.& in §.item ſi in iudicio, col.xvij.verſ.quid ſi cum iuramento.Inſti.de excep.& Alex.ſubdubius tamen,conſi.cix.viſo proceſſu,lib.4.& conſi.clxxij.in cauſa & lite,col.v.verſ.ſimiliter non obſtat,lib.6.Bal.Nouel. in tract.dotium,in j.priuilegio vij.partis prin.& Io.Campe.in tract.eiuſdẽ.tit.in j.q.iiij.partis. Soci.conſi.xv.viſis prædictis,col.vj.verſic.eſt ergo aduertendum,lib.j.& Matthæ.Afflict.deci. Neapo.ccix.in cauſa ſororis,vbi dicit hanc opin.fuiſſe approbatam,& ſecundùm eam iudicatum fuiſſe à ſacro conſ.Neap.& Fabia.in tracta.de empt.& vend.in xxxvij.q.iij.partis prin. & Bernard.Laud.in additio.Barto.in dicto conſ.cxxiiij.& Steph.Bertr.conſil.ccxxxvj.multa ſunt,nu.22.lib.1.Et idem voluit Spec.tit.de oblig.& ſol.§.ante omnia.verſic.ſed porrò vir & vxor,& ibi Ioan.Andr.in addi.poſt Vber.Bob.& Alber.in d.auth.ſi qua mulier , vbi & alios Antiquiores citat.Et facit quod ſcripſit Homod.conſi.xlj.omiſſa narratione. Sed & idẽ Bal. de hac re ſcripſit in l.ſi eum ſeruum,col.ij.verſicu.ſed quid ſi mulier, ff.ſi cert.pet.vbi addit iuramentum mulieris.vt nonnulli alij ſuprà dictorum.

*De eodem.*

6 ¶Nec interim tamen prætermittam,quòd in eadem propè ſpecie tradit Bal.in auth.hoc amplius, col.pen.verſicu.& not.hîc argu.C.de fideicommiſ.quòd ſi vir & vxor in eodem contractu ſunt nominati,& primo quidem loco vir,ſecundò vxor,præſumitur vir principaliter contrahere,vxor verò intercedere,argu.text.ibi,ante fin.cùm dicitur , prout quiſque eorum prior nominatus.Subiungit autem , quòd quando ſunt ambo pariter obligabiles , vterque cenſeatur principalis , niſi contrahatur ſuper re vnius tantùm,vel niſi ad vnum tantùm res perueniat.l.ſi non ſinguli, ff.ſi cer.peta.vel niſi color ſit quæſitus.l.vir vxori,§.vlt.ff.ad S.C. Velleia. Et id nuncupatim ſequitur Lud.Bol.conſi.xliiij.cor mundum.& cap.pro tanto,col. ſecunda, verſiculo quod etiam probatur.

*Si pater & filius ſimul fatẽtur recepiſſe pretium,ad quem præſumitur perueniſſe.*

7 ¶Sed & tu ſuper his vide, quæ in ſimili diſſerunt Doctores , videlicet in patre & filio , qui ſimul in eodem inſtrumento confitentur recepiſſe pretium,aut aliud quippiam:an vterque teneatur,an alter tantùm,tanquam pretium, aut aliud,præſumatur ad vtrunque perueniſſe, aut ad alterum ſolùm. Vide Pet.Dy.Cy.Ray.Alber.Barto.Bald.Ang.Raph.Co.Imo.Roma. Alex.& alios Recentiores in d.l.ſi cùm dotem,§.tranſgrediamur,ff.ſol.matri.Iaco.Aret.Bart. Bald.Imo.& Recentiores in l.ſi conſtante,in princ.eod.tit.Rapha.Co.conſi.xl.quidam filio, in ſecundo dubio.Ro.conſ.cccclxij.quò ad propoſitum.Alex.in additio.Bar.in l.in duobus, §.vbi duo,colum.vltim.ff.de duob.reis.Ange.Aretin.in dicto §.eſt & aliud.Inſti.de donatio. & in §.fuerat,colum.antep.verſic.quæro,vidimus quid debeat,Inſti.de actio.Flanciſc.Curt. Seniorem d.conſil.liiij.per totum,Corne.conſil.ccciij.in hac conſultatione , ferè per totum, libr.4.Barba.conſi.xliij.ſempiterna,colum.v.verſicu.& adduco,libr.2.Lud.Bolo.dicto conſi. xliiij.colum.ij.verſicu.cùm itaque. Stepha. Bertrand.conſilio.iiij.donatio,in iiij.dubio, libr.1





Carol.Ruin.conſil.clxxxvj.ponderatis,colum.ij.nume.7.lib.1. & conſi.liij. de duobus, col.vj. verſicu.prætereà & ſecundò,lib.2.

*Si pecunia ad unum ex contrahẽtibus peruenit,an alter obligetur ut principalis, an ut fideiuſſor.*

8 ¶Quid autem,cùm plures ſe æqualiter obligant, conſtat tamẽ pecuniam ad alterum tantùm perueniſſe,aut ad eum principaliter negotium pertinere:an vterque tenetur,tanquam principalis,an verò is,ad quem pecunia non peruenit,aut negotium aliter non pertinet , tanquam fideiuſſor tantùm? Vide glo.in l.ſed Iulianus,§.item ſi duos, & ibi quoque Guli.Cu.tum ibi, tum in princ.eius l.& vtrobique Ang.& Pau.Caſt.etiam in prin.ff.ad S.C.Macedo.Bart.in d. l.in duobus,quæ eſt iij.§.vbi duo.& ibi quoque Pau.Caſt.& Franc.Aret.ff.de duob.reis. eundem Bar.in l.ſi vt certo,§.ſi duobus,col.v.verſi.ſed contra iſtam,ff.commo.Sali.in l.hoc ita,in x.q.C.de duobus reis.Ro.in l.generaliter,ad fi.ff.de fideiuſſor.vbi de hoc conſuluiſſe ſe dicit, vt fecit conſ.cxiiij.viſis ſuprà conſultis,in j.dubio.Pau.Caſt.conſi.cccxxxj.in cauſa Syluestri, col.j.lib.1.& conſi.ccccix.conſideranda,poſt princ.lib.1.Ioan.Ana.conſi.lx.in quæſtione iſta,& ibi Lud.Bol.in addi.Alex.in l.Marcellus,ff.de fideiuſ.& conſil.cxlix. viſo proceſſu,col.j.lib.2. Barb.dicto conſi.xlij.ſempiterna,col.iiij.verſic. capio modò,lib.2.& conſi.xxvj.vbi Chriſtus, col.ij.lib.3.& conſi.xcj.illud referam,col.vj.eod.lib.3.& conſi.xij.illud afferam,col.viij.in iij.dubio,lib.4.& conſi.lxxxvj.magnus dicit,col.iiij.verſic. & indubitanter,eod.lib.4.Corne.conſil. cccxvj.in conſultatione,col.j.verſic.tamen his non obſt.lib.4.Franc.Cre.ſingu.xxxviij. in eodem inſtrumento,vbi ſingu.dicit glo.in d.§.item ſi duos.Socin.conſi.lxxj. ſuppoſita concluſione,lib.3.Hippo.Marſi.ſing.ij.ſi plures fideiuſſores.

*An cùm duo ſimul ſe obligant,alter pro altero uideatur fideiubere.*

9 ¶Denique,an duo etiam æquè principaliter aut in ſolidum obligati,videantur inuicem fideiubere,quod magni eſt momenti. Nam ſi vnus non eſſet ſoluendo,alter tanquam fideiuſſor teneretur. Vide igitur tex.& glo.in d.l.vir vxori,§.vlt.& ibi omnes propè Doct.ff.ad Senatuſ. Velleia.& in l.ſi duo rei,& ibi Fran.Are.ff.de duob.reis,& in l.reos,in prin.& ibi quoque Alber.Bart.Ange.Imo.& alios,ff.eod.tit.& glo.in d.l.in duobus,§.vbi duo,in verbo,à reo, & ibi Albe.num.2.eod.quoque titu.& in l.j.& ibi quoque Cyn.Bal.& alios, C.eod.quoque tit.& in §.j.in verbo,ſi quis enim,& ibi quoque Iacob.Bel.& Bart.in authen. eiuſdem tit.Signo.conſi. lxxvj.quidam nomine D.Albe.in l.idem eſt.col.j.nu.2.ff.ad Senatuſc.Velleia.Bar.in l. ſi conſtante,col.v.in fi.viij.quæſt.& ibi Alex.in §.quoties,col.iiij.verſic. iuxta hoc dubitatur,ff.ſolu. matri.Bald.in l.per diuerſas,in xv.quæſt.ibi,ſi autem iſta,C.manda.& conſi.cxcviij.ad intelligentiam,ad fi.lib.1.quod repetitur conſi.cccclxvj.lib.5.& eundem Bal.conſi.cxcij.punctus prohibetur,eo.lib.5.Ioan.Fab.in §.vlti.col.j.Inſtit.de duob.reis.Ange.conſi.xxxij.quidã Andreas, Anto.conſi.xxxviij.Ieſu.& c.quia maior pars,in j.dubio.Corne.conſi.lj. licet in hac,col.j.lib. 2.& dicto conſi.cccxvj.col.j.lib.4.& Fran.Areti.conſi.xxxiij.conſultatio,in iiij.& eod.vlti.dubio.Ludo.Bolo.d.conſi.xliiij.col.ij.verſic.pro hoc etiam.

*Si duo ſunt in ſolidum obligati,an quilibet in ſolidum poteſt conueniri.*

10 ¶EX VERBIS autem huius §.cùm dicitur , *le crediteur la peut demander pour le tout auquel des deux il voudroit*, ſatis conſtat,quòd ſi duo aut plures in ſolidum ſint obligati ad quid dandũ, poterit quilibet eorum in ſolidum cõueniri,cogiq; ad id dandum: quod & iuris antiqui eſt, d.l.reos,§.j.& ibi glo.& Docto.ff.de duob.reis,& l.j.C.eo.tit.& l.ſi diuiſa,C.locat.De iure autem authen.vnus in ſolidum non tenetur,etiam ſi id actum ſit, niſi ſi cæteri nõ ſunt ſoluendo,aut ſunt abſentes,§.j.in authen.de duob.reis.& auth.hoc ita,C.eo.tit. Niſi etiam renuntiatum ſit beneficio diuidendarum actionum,vt dicit glo.in d.authen.hoc ita , & gloſſ.quoque vlti.in §.vlti.Inſtit.eod.tit.& in d.§.j.in verbo,cedere, in authen.eiuſdem tit.quæ dicit id conſuetudine obſeruari,& Docto.vbique. Apud Pictauos autem vſus paſsim obtinuit, vt obligari in ſolidum poſsint,& in ſolidum conueniri , & compelli, etiam ſi nulla ſit renuntiatio. Et hoc,vt diximus,apertè oſtendit hæc noſtra conſuetudo.

*Dictio (quilibet) facit , ut omnes in ſolidum teneãtur.*

11 ¶SED & illud ſcire debes,quòd ſi etiã non dicatur,vt omnes teneantur in ſolidum,ſed ſimpliciter,vt quilibet eorum teneatur,ſine ea adiectione,in ſolidũ,id eſt, vt verbis Gallicis pronunciemus,*leſdictz telz,& chacun d'eux:* certè illud ſignificatur,vt vnuſquiſque ſolus in ſolidũ teneatur:ea eſt enim priuata ac peculiaris ſignificatio eiuſdem dictionis,quilibet,l.ſi pluribus, & ibi gl.& Bart.& Imo.ff.de leg.ij.& l.non diſtinguemus,§.cùm in plures, & ibi quoque Bar. & alij.ff.de arbi.& c.cùm plures,de offi.deleg.lib.6.Iaco.But.& Bal.in l. pluribus,ff.de procur. Bar.in l.hoc articulo,col.j.verſi.oppone & videtur,& ſeq.ff.de hære.inſti.Bal.in l.vlt.§.ipſum, C.de bonis quæ libe.& in c.1.§.vlti.prope fin.& ibi quoque Aluar.tit.de ſucceſ.feud. & idem Bal.conſi.clviij.proponitur quòd quidam,in ij.dubio,lib.3.Pet.Anch.conſ.cccclv.viſis puncto, col.j.Anton.conſi.xxix.viſis puncto,col.j.Pau.Caſtr.conſi.ccclxxxiij.notandum eſt.col.j.lib.1. Alex.conſi.xiij.perſpectis his,col.vlti.lib.5.& conſi.xxij. viſo titu.col.iij.verſic. quarta ratione, eod.lib.5.& conſi.cxxxv.videretur prima,in prin.eod.lib.5.Cæpolla conſi.cauſarum criminal. xiiij.col.iiij.verſi.& licet plures.Corne.conſi.xl.in hac conſultatione,in fin.lib.2.& conſi.ccxl. Bonaura,col.ij.eod.lib.2.Soci.qui alia allegat conſi.50.viſo inſtrumento,col.j.lib.1.Guid.Pap. ſing.cccix.dictio,verſi.dictio cuilibet.Fran.Cur.ſenior,conſil.50.memoriæ,nu.258.Caro.Rui. conſi.lxxvj.circa caſum,col.ij.nu.4.lib.1.Ludo.Gozãd.conſil.xxvj. in cauſa illuſtriſsimorum, col.vj.num.38. Sed & tu de alia vi & natura huius dictionis,quilibet,vide Bar.in l.re coniuncti,col.v.verſi.ſecundò quæro dixi,ff.de leg.iij.Paul.Caſtr.conſi.cclxxv.ſuper primo quæſito.

*Alia de ea dictione.*

colum.ij.verſic.contrarium puto,quia licet,& iterum verſic. contrarium puto:nam ſola,lib.1. & Carol.Molend.in conſuet.Pariſi.titu.j.§.ij.num.45.

*Idem de dictione, ſinguli.*

12 ¶Illud autem vulgare verbum Gallorum , *chacun,* non tantùm per eam dictionem, quilibet, intelligitur,ſed per eam quoque,ſinguli,nam ſi velis Latinè dicere, *André,Pierre,& Iean,& chacun d'eux:*ita poteris dicere,Andreas,Petrus,& Ioannes,& eorum quilibet, & ſinguli. Ideoq; & hæc quoque poſterior dictio rem cuilibet in ſolidum attribuit.l.poteſt,ibi,vel vnus in plurium,vel ſinguli in ſingulorum.& l.ſeq.quæ incipit,vel ſingulis,ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu. & in l.in ſingulis,ff.ad leg.Falcid.& l.ſingulis,ff.de except.rei iudic. & voluit per quædam ex illis ll.Bald.conſi.cccclxj.inter Ioannem,col.ij.lib.1. Et idem de dictione,quiſque,voluit Petr. Ancha.conſi.ccxlv.duo prima,in ij.dubio.Et de dictione,quacunque,per l.filiabus,& ibi Doctor.ff.de leg.j.& Carol.Rui.d.conſi.lxxvj.vbi ſuprà.

*Idem de dictione, quiſque. Idem de dictione, quacunque.*

## §. XXXII.

EN ACQVESTZ faictz par aucun & par luy venduz ſont receuz au retraict les lignagiers du vendeur, ſoit de par pere, ou de par mere. Et ſi leſdictz lignagiers eſtoyent concurrens dedans l'an,ilz ſerõt receuz:c'eſt à ſçauoir ceux deuers le pere en la moytié,& ceux deuers la mere en l'autre moytié.

*IN REBVS à quopiam quæſitis & ab eodem venditis admittuntur ad retractum conſanguinei venditoris tam paterni quàm materni. Et ſi vtrique intra annum conſanguinei concurrant, ferent paterni dimidiam partem,materni alteram dimidiam.*

## GLO. I. ET VNICA.

*Retractus an habeat locum in acquæſtibus. Conſuetudines de ea re.*

1 IN MVLTIS partibus Franciæ non habet locum retractus proximitatis in rebus acquiſitis,ſed tantùm in bonis quæ ex ſucceſsione generis nobis obuenerũt: videlicet apud Pariſienſes cap.174.Meldenſes,cap.87.& expreſsius cap.105.Melodunenſes,cap.22.& expreſsius cap.25.Senonenſes,cap.31.Trecenſes,c.144.& multis ſequent.Caluimontenſes in Baſsigniaco, cap.112.Victriacenſes, cap.127.Ambianenſes,cap.47.Monſtrolienſes maritimos,cap.72.& 75.Belquercenſes,cap.13.Carnutenſes, cap.68. & iterum 171.Aurelianenſes,cap.276.& aliis pluribus,& declaratur cap.294.Turonenſes,cap.1.huius titu. *de retraictz*, in illis verbis , *les lignagiers du vendeur habiles à luy ſucceder en la ligne , dont meut la choſe vendue :* quæ verba non poſſunt conuenire rebus acquiſitis. Borbonienſes , cap. 422.& cap.434.Bleſenſes,cap.194.Dunenſes,cap.79.Bituricenſes,hoc eod.titu.cap.1.Burgundienſes,hoc quoque titu.cap.item 1.Arteſienſes,cap.83.& expreſsius cap.85. Morinenſes,capit. 18.Marchienſes titu. *de retraict lignagier* , cap.1. qui eſt omnium conſuetud.260. niſi tamen in conſanguineis paternis non etiam maternis,vt declaratur §.viij.qui eſt omnium 267. Et Lorrienſes in præfectura Montargij,hoc eod.tit.§.j.Altiſsiodorenſes, quos vulgò vocant Auxerrenſes,hoc quoque tit.§.j.qui eſt omnium xxxij.Senlites,ſiue Syluanectenſes hoc item tit.§.j. Comitatenſes Burgundos,tit. *reachaptz,* §.viij. Niuernenſes hoc quoque titu. cap.1. Valeſienſes tit.j.§.xv.& expreſsius titu. *de retraict,* §.j. qui eſt omnium 82. Laudunenſes alioſq; Veromandenſes,partis iij.tit.viij.§.j.qui eſt lxxv.illius iij.partis,à contrario ſenſu. Vt non immeritò Maſuer.in titu.de retractu,§.j.dixerit retractum non habere locum in bonis acquiſitis , ſecundùm conſuetudinem Franciæ:vti etiam dicit Bened. in repet.cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,num.636.de teſta. Statutum quoque Mediolanenſe, ex quo huiuſmodi ius cõpetit,loquitur nuncupatim de re paterna,vt videre licet apud Iaſ.conſi.cxciiij. ſuperuacuò,lib.2. Idque etiam ex ſtatuto Lucanæ ciuitatis obſeruatur , vt videri poteſt ex Philip.Deci.conſi.ccxxij.viſo puncto. {& Maria.Socin.iunior conſi.xxij,pulchra eſt præſens conſultatio,in caſus poſitione,& in ij.dubio,lib.1.& iterum conſi.j.pro reſolutione,colum.vj. verſicu.aggrediar nunc quartum,lib.2.& ex ſtatuto Caſtri noui de Carfagnana , teſtimonio eiuſdem Maria.conſi.xx.in propoſito caſu,lib.1.}

*A maioribus accepta,magis ſunt familiæ, quàm à nobis comparata. Vaſallus nõ poteſt præiudicare hæredibus in feudo antiquo, poteſt autem in nouo.*

2 ¶Idque ſumma ratione ſubnixum eſt:quia ea, quæ ita ex ſucceſsione noſtrorum excipimus, magis ſunt familiæ,quàm quæ nos ipſi comparauimus. argu.l.iij.ff.de interd.& relegat. Ideò Bald.in cap.inter dilectos,col.iij.verſic.item ſcias,extrà de fide inſtru.dicit,quòd ſi vaſallus alienat feudum quod ſua induſtria quæſiuit,nocet ſuis poſteris : non etiam ſi alienat feudum à progenitoribus acceptum. Nam & generaliter vaſallus non poteſt præiudicare filiis, aut agnatis,etiam ſuis hæredibus,in feudo antiquo,cap.1.§.hoc quoque,& ibi gloſ.in verbo, inueſtire,& Docto.titu.de ſucceſ.feud. In nouo autem poteſt,glo.Iacob.Belui.Bald.Marti.Laud. Cardi.Alex.& omnes ibi,Andre.Iſer.in cap.1.per illum tex.à contr.ſenſu.tit.de ali.feud.pater.





idem Iaco.Belui.in cap.1.§.aut ſi libellario,& ibi Bald.col.j.verſic. tertius caſus,tit.quib.mod. feud.amit.Nico.Mat.in l.j.C.de reuoc.donat.Bald.in l.j.col.ij.verſic. & prædicta faciunt. C.de bon.liber.& in l.vlti.in princ.C.de liber.cau.& conſi.cclxxvj. ad euidentiam,paulò poſt prin. lib.5.vbi id dicit rationabile. Ange. in l.adoptiuum,§.j.ff.de in ius vocan.Iac.Aluar.in cap.1.§. vlti.in xviij.& iterum,xlvij.conclu.tit.quæ fuit pri.cau.bene.amit.Alexand.conſi.xviij.attentis narratis,col.ij.verſic.hoc etiam,& ſeq.lib.5.quod repetitur conſi.cxviij.lib.6. & idem Alexan. conſi.xxviij.in cauſa,col.j.eod.lib.5.vbi & alios citat.Barb.conſi.lxvj. afferam in medium,col. x.& ſequen.lib.4.& Ludo.Gozad.conſi.iiij.prima facie, col.iij.num.9. & diximus ſuprà eod. titu.§.xj.in glo.vj.in verbo, *s'il eſt plus proche,* verſicu.vlti. Et de emphyteuſi quoque idem reſpondit Petr.Ancha.conſi.cxliij.pro domina. Et vide interim Bald.in c.1.col.iij.verſic. quæro vtrùm pater,titu.de prohi.feud.ali.per Fede.& quod dicit Ange.conſi.cx.ſanctiſsima,col.ij.id eſſe diuturnius atque ad noſtros tranſmiſsibilius,quod à capite in membra tranſmitti cœpit, per l.pater.§.quindecim,ff.de lega.iij.

*De eodem.*

3 ¶Et facit etiam,quod in ſimili tradit Bal.in l.j.ante fi.C.per quas perſo.nobis acqui.& Franc. Aret.in l.idem Iulianus,§.ſi quis alicui,col.penul.ff.de leg.j.& Alex.conſ.cvj.viſo themate inſtrumenti,col.vlti.lib.4.& latè conſi.ſequen.in cauſa Nicolai,poſt prin.& Iaſ.in l.ij.col.lxxvj. quæ eſt in char.penul.col.j.verſi.tertiò limita,C.de iure emphy. Nam & in iis,quæ ipſi nobis comparauimus,plus iuris,quàm in cæteris,habemus.l.ſi quid in libello,& ibi glo.& Bar.ff.de capti.& poſtli.reuer.& not.Ioan.Molen.in c.nullus.de elect.lib.6.& Bar.in l.ſi inſulam, col.iij. in vj.oppo.ff.de verb.oblig.& latè oſtendimus ſuprà titu.xiiij.qui eſt,*de donations,* §.j.in glo.ij. cùm reddimus rationem illius conſuetudinis facientis ius diſponendi liberè de ſuis acquæſtibus,non item de ſuis bonis patrimonialibus.Qua etiam ratione Gera.Bago.tenet,retractũ non habere locum in rebus acquiſitis,in illa ſua diſput.retractus,verſicu. ſuper termino,immobilem.vti etiam facit D.Boër.in conſuetud.Biturig.hoc titu. *de retraict lignagier,*§.j.in gloſ. ij.& latiùs deciſ.lxxvj.proximiori,colum.j.& ij. Sed & huc pertinere videntur omnia iura,ſuprà in præfat.huius titu.pro ratione retractus adducta,quæ maiori ex parte loquuntur de rebus quæ maiorum noſtrorum fuerunt.

*Cõſuetudines, quæ permitũt retractum in acquæſtibus.*

4 ¶Verùm cùm noſtra hæc conſuetudo,& in acquæſtibus quoque retractum admittat,ea haud dubiè,quantùm ad nos, ſequenda eſt:quandoquidem vnaquæque prouincia ſuo ſenſu abundat,cap.illa.xij.diſt.cum aliis ſimi. Nec tamen in hoc ſola eſt noſtra conſuetudo.nam & ſimilis eſt apud Cenomanos, cap.376.Andes,quos Andegauos nunc vocamus,cap.366.Rochelanos,cap.29.Burdigalos,cap.14.Normanos,cap.115.qui talis eſt, *de querele de fief vendu.*§.*ſi aucun a conquis.* Ex conſuetudine autem Aruernorum , acquæſtus retrahi poſſunt à conſanguineis paternis eius qui acquiſiuit,& poſteà vendidit,non etiam à maternis,vt cauetur titu.conſuetudinum eius nationis, *de retraictz,* cap.25. Cuius etiam meminit Maſuer.titu.de ſucceſsio.§. item in bonis acquiſitis,& in d.§.j.huius titu.de retractu.

*An retractus habeat locum in re tracta per proximitatẽ, & poſteà uendita.*

5 ¶CAETERVM ſtante alia conſuetudine,quæ frequentior eſt in Galliis, quæ ſcilicet retractũ non niſi in bonis patrimonialibus admittit,multa occurrunt dubia,quæ nos diſcutienda ducimus,neque enim noſtratibus tantùm canere volumus. Quæro igitur, quid ſi quis tãquam conſanguineus retrahat rem patrimonialem ab alio ſuo conſanguineo venditam & poſteà eandem alteri vendit:an erit locus retractui,tanquam in re quæ proceſsit à genere:an nõ erit, tanquam in acquæſtu.Bal.conſi.lxxxv.præmiſsis,lib.5.repetito conſi.cccclx.eod.lib.conſuluit in caſu ad hãc ſpeciem pertinente. Teſtator enim prohibuerat,ne filij ipſius hæredes domos ſuas alienarent, niſi ſibi ipſis:vnus autem eorum alteri vendiderat:an iſte emptor poſteà poterit extraneo vendere id,quod à fratre emit permiſſu teſtatoris. Nam quod ipſe non emit, ſed iure ſucceſsionis habet,alienare haud dubiè non poteſt in extraneum.Et reſpondit Bald. in dicto conſi.eam portionem,quam à fratre emit,liberè eum poſſe alteri vendere:nam prior illa venditio facta fuit iudicio teſtatoris: vnde emptor ius habet vendendi cuicunque velit.l. pater filium,§.quindecim,ff.de leg.iij.cui ipſe Bal.ibi hanc epitomen adſcripſit.Qui prohibetur alienare partem ſuam,non videtur prohibitus alienare partem quam redemit. Nam verba prohibitoria deficiunt,& cùm teſtator permiſerit ei vendi,& liberè quoque tradi permiſit, ex natura contractus,cuius obligatio eſt ad rem liberam tradendam,vt not.in l.ex iis prædiis, C.de euictio. Hæc ille propemodum,in dicto conſilio,quæ & huc multùm faciunt : quia & hic conſanguineus redemit iudicio legis municipalis,quæ comparatur iudicio teſtatoris,glo. Bart.Ang.Raph.Corn.& Alex.in l.j.C.de his quib.vt indig.cum concord. à me congeſtis infrà eod.titu.in fi.totius tit.in iij.quæſt.num.13.denique obligatio.

*De eadem re.*

6 ¶Cui adde,ad id quod dictum eſt,venditorem teneri ad tradendam rem liberam,text.in l.in venditione,ff.de act.emp.quem ad hoc expendit glo.in l.cùm venderes,ff.de contrahen.emp. cum aliis ſimi.à me adductis ſuprà eo.tit.§.j.glo.ix.in verbo, *ou lignagier,* nume.56.& idem videri. Sed & quòd res ſemel licitè alienata,poſsit & poſteà ſemper licitè alienari in quemcunque,per d.§.quindecim,voluit Bart. ibi, qui id trahit ad merum imperium ſemel delegatum. & rurſum in l.j.paulò ante fi.& ibi quoque Io.Plat.col.iij.verſi.ſimiliter vbi ius,C.de impoſi. lucra.deſcrip.lib.10.& Signo.conſi.ccx.in nomine,&c.quæſtio præſupponitur,col.ij.verſic. ſe-

*Res ſemel licitè alienata poteſt ſemper poſteà licitè alienari.*

cundò ſic.Albe.in l.j.nu.22.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſd.Bald.conſi.lij.ſubſtitutio,poſt medium,lib.2.& conſi.lvij.item inſtituo,col.ij.eod.lib.1.Paul.Caſtr.conſi.cclxiij.ſuper primo, col.ij.verſi.ſecundò quia poſt venditionem,lib.1.& conſil.ccccxlvij.ſi iſte maſculus,in fi.eod. lib.1.Ludo.Bolo.conſi.xliij.Ser Iacob.col.v.verſicu.aut & tertiò.Franc.Rip.lib.1.reſpon.cap.2. clerici,num.13.& lib.2.eiuſdem operis,cap.25.feudalibus,num.19. Et facit etiam tex.in l.tutor rerum,& quod ibi dicit Bart.ff.de admi.tuto.

7 *De ea quæſt.*

¶Contrarium tamen videri poſſet in noſtro caſu,ſcilicet quòd redemptio, ſiue retractus,aut recuperatio,facta ab eo,qui eſt de familia vel genere prioris venditoris,non debet operari,vt res ita recuperata non dicatur eſſe de genere vel de patrimonio:cùm ea recuperatio ad id eſſet deſtinata,vt ea res remaneret in familia ſiue genere huius conſanguinitatis : ideò cùm ſit inducta ad hunc effectum,non debet contrarium operari.l.legata,ff.de legat.j. & l.legata,ff.de adi.legat.& l.cùm tale,§.vlti.ff.de condi.& demon.& c.cùm inter, extrà de except.& cap.ſuggeſtum,& ibi Imol.de appel.cum ſimi. Quam rationem in caſu huius ſtatuti expendit Phil. Deci.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum,col.iij.verſicu. ſecundò principaliter. In qua re inſpicienda ſunt verba ſtatuti : nam ſi ea loquuntur de rebus quæ fuerunt maiorum,aut aliis verbis ſimilibus vtuntur, putarem in his rebus à cõſanguineo redemptis, & poſteà alienatis ſtatutum habere locum:nam verum eſt,hæc fuiſſe maiorum. Si autem loquerentur de rebus, quæ nobis ſucceſsione obuenerunt , aut ſimilibus,contrà putarem non eſſe locum ſtatuto , cùm hæc nobis ſucceſsione non obuenerunt, ſed ea noſtris facultatibus redemimus.

8 *De eodem.*

¶Ad d.autem §.quindecim,vide omnino Paul.Caſt.poſt glo.in l.voluntas,col.ij.verſi.breuiter aduerto, & ibi quoque Iaſo.col.vlti.C.de fideicom. & eundem Paul.conſi.lxxvij. viſis & conſideratis.col.iij.verſi.circa primum,lib.1.& conſi.ccccxlvij.ſi iſte maſculus,col.ij. & iterum in fi.eo.lib.1.Io.Ana.cõſi.xlvij.illud præſupponitur,col.ij.verſi.nec prædictis obſt.& ante hos Bart.in l.peto,§.fratre,verſicu.venio ad tertiam partem,ff.de leg.ij. & in l.filiusfamiliâs,§.diui, col.iij.verſi.circa materiã,& ibi Iaſ.tum in j.lect.col.vij.verſi. circa ſecundum remedium,tum in ij.lectu.col.xij.verſi.eiuſdem initij,& ibi Ioan.Cro.col.xv.verſi.prima ſit concluſio,& multis ſequen.& Ferdi.Loaz.nu.430.& ſeq.& Fran.Rip.nu.66.ff.de leg.j. Et vide etiam Alex.poſt alios,in l.j.col.penul.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd.& Soci.conſi.ccxl.materia,col.xj.verſi. ex quibus concludendum,lib.2.& Phili.Deci.conſi.lxix.viſis duobus,col.j.verſic. quartò pro iſta,& col.iij.verſi.vlti.non obſt.& d.conſi.lxxxviij.col.iij.verſi.ſecunda difficultas,& duobus ſequen.& in addi.conſi.clxxxij.in caſu occurrenti,col.vlti.

9 *Conſuetudines de ea re.*

¶Sunt autem priuatæ quædã noſtræ Galliæ conſuetudines,id priuatim expreſsimq́; , de quo hîc quærimus,diffinientes.Nam ex conſuetudine Pariſienſi retractus habet locum,cùm quis vendit rem patrimonialem familiæ , quam à conſanguineo venditam retraxit. & quod plus eſt,quam etiam à conſanguineo primo loco , & ſine retractu comparauit : vt cauetur capite Pariſienſium conſuetudinum 175. Similiterq́; apud Meldenſes, cap.92. & iterum cap.105.& Melodunenſes,ca.25.& iterum 37.& Senonenſes,cap.44.& ſeq.Trecenſes,c.158.Monſtrolienſes maritimos,cap.73.Belquercenſes,c.13.Carnutenſes,c.73.& ſeq.& iterum,cap.175.& ſequen. Aurelianenſes,c.277.& c.280.Borbonienſes,ca.434.Montargienſes,cæteroſq́; Lorrienſes,hoc titu.§.j.Burgundienſes,huius tit.*de retraictz*,cap.7.Arteſienſes,cap.51.Comitatum Burgundiæ, titu.*reachaptz*,§.xj. Verùm apud Laudunenſes,& cæteros Veromandenſes, huius tit.§.xxj.qui eſt totius tertię partis xcv.huiuſmodi res retracta cenſetur acquiſititia,nec in ea habet locum retractus,ſi poſteà vendatur.

10 *Res empta ex pecunia redacta ex fundo patrimoniali, an & ea ſit patrimonialis.*

¶Sed & illud quæri poteſt,Si quis vendidit fundum patrimonialem , & ex pecunia ipſius alium fundum emit:an hic cenſebitur patrimonialis,vt prior ille:an verò acquiſititius, vt ſic habeat,aut non habeat locum retractus,qui tantùm conceditur in patrimonialibus, ex multis Franciæ conſuetudinibus, vt diximus. Volui enim ( quod & iam diximus ) non noſtris tantùm Pictonibus,ſed & aliis quoque ſcribere , præſertim in his caſibus frequentiſsimis, ac penè quotidianis. Igitur Maſuer.quem nos ſubinde in rebus conſuetudinariis citamus,in tit. de ſocietate,§.item nomina ſeu debita , dicit huiuſcemodi fundum comparatum ex pecunia alterius fundi patrimonialis, patrimonialem quoque cenſeri:& quod plus eſt,ipſam quoque pecuniam nondum conuerſam in emptionem aliorum prædiorum , huiuſcemodi eſſe cenſendam,per illam regulam generalem,ſubrogatum ſapere naturam,&c.

11 *De eodem.*

¶Sed & idem de fundo ( vt nunc pecuniam relinquamus ) voluit Bened.in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,num.791.verſic. idem videtur,extrà de teſta.eadem ſcilicet ratione, quòd hic fundus ſuccedit loco fundi patrimonialis venditi , cuius tanquam ſubrogatus naturam mutuatur,l.ſi eum,§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. & l.ſi filiæ, §.Titia,ff.de condi.& demon. Et facit (inquit) l.ſi donatæ res,§.ſi ſponſus , & quod ibi not. Bald.& alij,ff.de donat.inter vir.& vxo.Cui adde optimum tex.loquentem de pecunia legata,& poſteà conuerſa in emptionem prædiorum,in l.pater,ff.de adi.lega.& alium loquentem de rebus ex dote comparatis,in l.ſi cùm dotem,§.vlti.ff.ſol.matri. Subdit tamen ipſe Bened. (vt ad eum redeamus) dubium facere tex.in l.coiri ſocietatẽ,ff.pro ſoc.in illis verbis,ſi quod lucrum



lucrum ex emptione,venditione,locatione,conductione deſcendit. Vnde (ait) *licèt facilis ſit* reſponſio, cauti tamen viri in talibus rebus acquiſitis declarant velle pecuniam ex venditione ſui patrimonij redactam tenere locum illius.

12 *De eodem.*

¶Chaſſe.quoque in conſuetud.Burgund.tit. *des droictz appartenans à gens mariez*,§.ij.in verbo, *& acqueſtz*, col.ij.idem tenet iiſdem omnino iuribus & rationibus, imò propè verbis ipſis,vt apertè intelligas ab illo deſumpſiſſe , licet eum non memorauerit, qui mos ei ſolennis eſt,& penè perpetuus. Et idem quoque tenet ipſe Chaſſe.titu.*de ſucceſsions*,§.viij.in verbo , *ſont iſſuz*, col.ij.vbi allegat Bald.in duobus locis,qui id in neutro dicit. Idem etiam tradit Ferro.in conſuetud.Burdigal.tit.de teſta.§.vj.in fi.& iterum in titu.de retractu,§.xxiij.col.j. & Ioan.Lupus in repet.rubr.de donat.inter vir.& vxo.§.lxj.col.iij.verſic.illud tamen quod dixi,dum ſcribit, apud Hiſpanos legem eſſe in foro legum lib.3.tit.iiij.l.xij.quòd fundus emptus ex pecunia redacta ex venditione alterius fundi,ad alterum coniugum ſpectantis,non ſit eorum cõmunis, tanquam acquiſitus,ſed manet eius proprius,cuius is prior fundus erat.Idq́ue iuris communis eſſe contendit,per iura idem ius naturamq́; præbentia rebus ſubrogatis.Et idem denique expreſsim ante illos voluit Bald.quem nullus eorum citat, conſi.cxij.quæritur,col.ij.verſicu. prædicta ſunt vera.lib.1. Vide tamen quid de eo poſteà dicam.

*Hiſpanorum lex.*

13 *De eodem.*

¶Et pro iſtorum ſententia faciũt vltra allegata per eos,duo text.tam formales,vt cum noſtris loquar,vt pro hoc noſtro caſu facti fuiſſe pleriſque poſſent videri:videlicet in l.ſi & rem,ff.de petit.hæred.vbi ſcribitur ad verbum:Quia poteſt exiſtimari in locum hæreditariæ rei venditæ pretium eius ſucceſsiſſe,& quodam modo ipſum hæreditarium factum. Alter in l.Imperator,§.vlti.cum l.ſeq.ff.de leg.ij.cuius hæc verba ſunt,Cùm autem rogatus, quicquid ex hæreditate ſupererit,poſt mortem ſuam reſtituere,de pretio rerum venditarum alias comparat, diminuiſſe,quæ vendidit,non videtur:ſed quod inde comparatum eſt,vice permutati dominij reſtitueretur. Quid igitur his iuribus videtur in eam rem clarius,apertius,expreſsius?

14 *De eodem. Res empta ex pecunia fœnebri, fœnebris quoque eſt.*

¶Porrò autoritate poſterioris,ſcilicet d.l.Imperator,tradit Hoſti. ſummæ autoritatis Doct.in Summa,tit.de vſur.§.vlt.col.iiij.verſi.quid ſi vſurarius,quòd ſi vſurarius de pecunia fœnebri, id eſt vſuraria,emat prædium,& ipſum poſteà vendat,& aliud emat eodem pretio , quod ex illa venditione redactum eſt:id poſterius prædium,ex ea pecunia emptum, cenſebitur fœnebre,poteritq́; à debitore,à quo vſuræ primùm exactæ ſunt, repetere. De quo & tu vide eundem Hoſt.in c.cùm tu,col.vlti.extrà eo.tit.de vſur.Barp.Brix.q.venerabili.lxxvj. aliquis emit. & Lapum alleg.lxxiiij.quæro an res empta,& quos ibi allegat.& Albe.in d.l.ſi & rem,de peti. hæred.& in l.qui vas,ff.de furt.& optimè quoque facit,quod in ſimili per illos text.reſpondit Petr.Anch.conſil.cij.contra dictam donationem,col.ij.verſi.vltimò conſiderandum.

15 *De eodem.*

¶Sed audi tamen alium tex.qui vult pretiũ fundi haberi loco fundi, ſed non alium fundum ex eo pretio comparatum,in l.ſed & ſi lege,§.j.ff.de pet.hæred.qui huiuſmodi eſt:Item ſi rem diſtraxit,& ex pretio aliam rem comparauit,venit pretium in petitione hæreditatis, non res, quam in patrimonium ſuum conuertit. Et ex eo not.Bart.quòd licèt pretium ſuccedat loco rei,non tamen res loco pretij. Id quod etiam voluerunt Cy.& Albe.in l.mater,C.de rei ven. & ibi quoque Bald.col.penul.verſicu. ſed quæro quid econtrà , per l.ſi ita fideiuſſorem,ff.de fideiuſſ.redditq́; rationem differentiæ,quam videre poteris.& idem quoque Bald.in l. ſi cum ſeruum,col.ij.verſic.ſed quid econtrà,ff.ſi certum petatur,vbi & ad hoc allegat l.Proculus,ff. de iure dot.& l.Titium,§.altero,ff.de adminiſt.tut.

16 *Res empta ex pecunia mea, non eſt mea. Nec res empta ex pecunia dotali, dotalis eſt. Nec res empta ex pecunia pignorata, pignorata eſt.*

¶Id quod etiam ſatis apparet ex eo,quòd regulariter res empta ex pecunia mea,non eſt mea, l.ſi ex ea,C.de rei vendi.& ibi plurimæ concord.in glo. Nec ideò res empta ex pecunia dotali,dotalis eſt,l.ex pecunia,C.de iure dot.& l.vlti.C.de ſer.pigno.dat.manu. niſi id actum ſit ex voluntate mulieris,l.res quæ,& ibi glo.& Docto.ita eum tex.qui repugnare videbatur,intelligentes,ff.de iure dot.Nec res empta ex pecunia pignorata,eſt pignorata.l.idemq́;,§.vlti.ff. qui pot.in pig.hab. Nec res empta ex pecunia eccleſiæ,eſt eccleſiaſtica,ſi credimus Lap.alleg. lxxij.in quæſtione. De quo tamen,ne fallaris,vide glo.& Docto. in l.ſi vt proponis,C.de rei vendica. Sed ita ne interim omittas,quod ſingu.ſcribit Bald.in c.vigilanti.col.ij.verſi. quæro, emi rem de pecunia,extrà de præſcript.quòd licet pecunia eccleſiæ ab alio poſſeſſa præſcribatur aduerſus eccleſiam ſpatio triennij,vt quælibet alia res mobilis eccleſiæ,quicquid dicat Innocen.tamen res immobilis ab eodem empta ex illa ipſa pecunia,non poteſt ab ipſo præſcribi minori tempore,quàm 40.annis,vt cæteræ res immobiles eccleſiæ, argu.l.item illa,§.quod adiicitur,ff.de conſtit.pecu.& l.quod debitori,ff.de donat.cauſ.mort. quanquàm prius in contrarium allegaſſet d.l.ſi donatæ res,§.ſi ſponſus,ff.de donat.inter vir.& vxor.& alia quædam, quæ ibi videre poteris.

17 *Nec res empta ex pecunia communi, communis eſt.*

¶Nec denique res empta ex pecunia communi nomine alterius tantùm , eſt communis, ſed eius ſolius,cuius nomine empta eſt:ſed acquirens vel communicare debet, ſecundùm quoſdam:vel partem pecuniæ tantùm reddere,ſecundùm alios.l.ſi quis ſocietatem,& l.ſed & ſi ſocius,§.ſi abſenti,& l.actione,§.diximus, & l.ſi vnus,§.ſi vnus.ff.pro ſocio.& l.ſi patruus, & ibi Doct.C.com.vtriuſque iudi.& l.qui aliena,& ibi Bal.Sal.& alij.C.ſi quis alte.vel ſibi, & Azo in Summa,C.pro ſoc.col.v.& Spec.tit.de iudic.in iiij.parte,§.ſequitur videre,verſic.vt autem.

Bart.in l.Titium & Mæuium,§.altero,col.vlti.ff.de admin.tuto.Bald.poſt Nicol.Mat. in d.l.ſi vt proponis,col.vlt.verſic.ſextò quæro,C.de rei vendic.& in l.j.§.ſi fuit,ff.pro ſoc.& in l.cum duobus,§.ſi fratres,& ibi quoque Sal.eod.titu.& idem Bald.in l.j.C.ſi quis alte.vel ſibi,& in l. cùm opórtet,in princ.col.ij.verſi.quæro quare fratres,C.de bon.quæ liber.& in l.ſi ſocios,ff.ſi cert.peta.& in l.vlti.§.quatuor,per illum text.ff.de leg.ij.& conſi.ccciiij. non eſt nouum,col.ij. in ij.dubio,lib.1.& conſil.cxxv.quidam Ioannes,col.j.lib.5.Angel.conſi.cxij. Vannucius, poſt prin.& conſi.clxxiiij.filius Hugonis.latè Cardi.Floren.conſi.xxvij.orta lite.in ij.dubio, Petr. Ancha.conſi.cxlix.plura dubia,col.ij.& conſi.cccij.materia de qua quæritur.Rapha.Co.conſi. viij.duo erant ſocij,poſt prin.Roma.conſi.iij.viſo themate,& conſi.ccxcj.cùm iſti fratres,col. ij.& iij.Paul.Caſtr.conſi.cccxlix.ex die,col.ij.verſi.ſecundò oppo.lib.1.Ioan.Ana.conſi.lxv.viſo puncto,latè Alexan.conſi.xlix.maturè,col.penul.& vlt.lib.1.& conſi.lxxviij. diſcuſsis,col.j. & ij.lib.2.& conſi.xxxvij.conſideratis,col.vlti.lib.4.& conſi.clij.in cauſa.col.ij.verſicu. confirmantur prædicta,lib.7.Bald.à Bart.inter conſil.Corne.conſi.lxj.Nicolaus,col.iij.verſicu.& ex quo,lib.1.& conſi.cxxij.circa præſentem,col.ij.verſi.circa quod fuerunt,lib.2.Soci.conſi.cxcij. capio difficultatem,col.iij.verſic.ex quibus infero,lib.2.Guid.Pap.conſil.xx.exordiendo,col. vj.verſicu.tertiò præmittendum eſt.& conſi.xlvj.in facto,col.j.Ludo.Bolo.conſi.vij. viſo igitur,col.vlti.Iaſon in l.j.col.iiij.verſic.ſecundò inquantùm, C.qui teſtam.fac.poſſ.Franc.Cur. iunior conſi.vij.Iacobus,col.v.Ioan.Lup.in repet.rub.de donat.inter vir.& vxo.§.lxv.col.iij. verſic.adde prædictis.

18 *De eodem.*

¶Quid igitur dicendum eſt in noſtra quæſt.principali? D.Boër.in cõmentariis conſue.Bitur. tit.de conſuet.matr.§.ij.col.iij.dicit conſuetudine obſeruari, vt fundus comparatus ex pretio fundi patrimonialis,non cenſeatur patrimonialis,ſed acquiſititius,niſi vendens fundũ ipſum patrimonialem,& poſteà alium emens aliter proteſtatus fuerit. Nihil tamen allegat,præter d. l.coiri,ff.pro ſoc.Io.Gallus,olim regius in regius in Senatu Pariſienſi aduocatus,in ſuis deci. quæſt.j.quidam maritus,refert quòd cùm quidam maritus cõſentiente vxore vendidiſſet patrimonium ipſius vxoris,ea lege,vt pro compenſatione illius haberet certam ſummam pecuniæ,eſſetq; ſtatutum,quo alij ſuccedebant in bonis mobilibus, alij in patrimonio:fuiſſe in eo Senatu iudicatum,quòd hæredes bonorum mobilium eam pecuniam obtinerent, non hæredes patrimonij:quamuis quadam æquitate motus fuiſſet in contraria opinione.

19 *De eodem.* *An pecunia redacta ex uenditione rei immobilis pro immobili habeatur.*

¶In quam etiam ſententiam Firmia.in illo ſuo fœcundiſsimo indice,in verbo,bona mobilia, verſi.iiij. tradit pecuniam redactam ex venditione rei immobilis eſſe inter mobilia cõnumerandam,per not.à Bal.in l.ea demum,C.de colla.quo in loco Bal.ipſe, & prætereà Iac.Raph. Cyn.Albe.Corne.& Philip.Deci.tradiderunt, hæredes bonorum mobilium hanc ipſam pecuniam obtinere,non autem hæredes bonorum immobilium, etiamſi ea pecunia obuenerit poſt eius mortem, de cuius ſucceſsione agitur. Sed illorum ſententia non multum huc facit,quia loquuntur de fundo primùm empto à defuncto,& poſteà à venditore redempto,reſtituto pretio ex lege venditionis,& ita pretium eò redit, vnde abierat. Ideò non mirum, ſi cenſeatur mobile vt prius erat.De quo caſu nos copioſè tractabimus infrà in fin. huius titu. quæſt.iij.vbi videre poteris.

20 *Deciſio principalis quæſtionis.* *Pretiũ an & quando ſuccedat loco rei.* *Res empta ex pecunia redacta ex uenditione feudi, an ſit feudalis.*

¶Sed quantùm ad hunc noſtrum caſum pertinet,primùm arbitror pecuniam ex venditione fundi patrimonialis redactam,non cenſeri patrimonialem, nec ideò quoque fundum ex eo emptum:ea potiſsimùm ratione motus, quòd regulariter pretium non ſuccedit loco rei in ſingularibus,per tex.in d.l.qui vas,§.vlti.ff.de furt. vbi pretium ex re furtiua redactum, non eſt furtiuum. Ideoq; ſi dominus rei furtiuæ illud aufert,furtum committit.& gloſſ. ibi affert concord.vt videre poteris:vti etiam facit in l.Labeo & Sabinus,§.j.ff.de verb.ſignific.Ex quo Iaco.Bel.Bald.Laud.Aluar.& Cardi.Alex.in c.1.tit.de feud.non hab.nat.feud. aſſerunt pretiũ redactum ex venditione feudi,non ſubire vicem,aut locum feudi, nec aliud quidpiam ex ea pecunia comparatum,per c.vlt.tit.de feud.cogni.& ſequitur Franc.Aret.conſi.xiiij.viſo,col.ij. Iaſon & Alciat.in l.ſi eum ſeruum,ff.de cert.pet.Matthæ.Afflict.in conſtitu.Siciliæ, incipien. Baiuli locorum, la j.colum.iij.in iij.notab.verſicu. item quæro an pro damnis. Licèt Ioann. Andr.id leui brachio ac veluti neglectim attingens, contrarium ſenſiſſe videatur, in addit. Specul.in rubr.de feud.col.vlti.quem tamen ſequi videtur Cardi.Alexan.in cap.1.col.vlti.tit. ſi de feud.vaſal.ab ali.inter. Sed pro priori ſententia facit, quod tradit Bald.in l. pro debito, colum.j.C.de bonis auto.iudi.poſ.quòd licèt venditori mercium merces ipſæ ſint tacitè obligatæ ad pretium:ſi tamen huiuſmodi merces fuerint venditæ, & aliæ ex eorum pretio emptæ,hæ non cenſentur eſſe obligatæ,vt priores,per text.quem dicit valde not.in l. quidam,ff. de in rem verſo. De quo tamen vide eundem Bald.in l.vlti.ad fi.C.commu.vtriuſque iudic. & in l.eum cui,C.de acti.& obligat.

*Merces emptæ ex pretio mercis obligatæ, an ſit obligata.*

21 *De eodem.*

¶Quod autem traditur in d.l.ſi & rem,de pet.hære.& d.l.Imperator,§.vlt.de leg.ij.ſuprà allegatis,quæ huic ſententiæ è diametro aduerſari videntur,procedit in vniuerſalibus iudiciis:vt ex illis videri poteſt,& aſſerunt Bart.Alber.& Ang.hanc,quæ videbatur,antinomiam ita diſſoluentes.in d.l.ſi & rem.& idem Bart.Bal.& Imo.in d.l.Imperator,§. vlti. ipſe Bart.in l.qui à debitore,ff.quæ in frau.cre.& in rub.ff.ſol.mat.col.vj.& conſi.cxxiiij.punctus quæſtionis talis

eſt,domi



eſt,domina P.Albe.in l.qui cum tutoribus,poſt medium prin.ff.de tranſact.& omnes abundè,præſertim Bal.in d.l.mater,C.de rei vend.& in l.item veniunt,in princ.ff.de peti.hæredi. & in d.l.ſi eum ſeruum,& ibi quoque Sal.& latè {Roma.qui id bene declarat, &} Iaſon.ff.ſi certum pet.idem Bald.conſi.liij.remanentibus,circa medium, libr.1.& d.conſi.cxij vbi ſuprà eod.lib.1.vt ex eo poſsis intelligere,illũ ita intelligere,quod ſuprà ex eo diximus de prædio comparato ex pecunia redacta ex venditione aliorum prædiorum.& conſi.cxxxv.pater,eo. lib.1.Pau.Ca.conſi.ccclx.Bart.in quodam,ad fi.lib.1.& conſi.326.ſuper primo,lib.2.Io.Plat.in l.j.paulò poſt medium,C.de caſtr.pec.lib.12.Alex.conſ.81.perſpectis,col.iiij.verſ.quòd autem, lib.2.quod iterum repetitur conſi.xl.lib.3.rurſumque conſ.lj.lib.6.& idem Alex.conſil.itẽ xl. ſuper primo,col.iiij.verſ.vlterius non obſt.lib.4.& conſ.cxxiiij.ſuper primo,col.iiij.eo.lib.4. & conſi.cxix.viſo proceſſu.col.vlt.libr.5.& conſi.clxxxvj.omiſſa,in princ,& iterum col.vlti. eod.lib.5.vbi id declarat Iaſon conſi.xliij.Ioannes, in fin.lib.3.

22 ¶Et ne de hac re dubitandi occaſionem vel minimam habeas,tex.eſt,qui id diſcrimen nuncupatim facit inter ſingularia & vniuerſalia: quem miror à paucis,ne à nemine dicam,fuiſſe animaduerſum,in l.venditor ex hęreditate,ff.de hæred.vend. Nec tamẽ illud interim omittendum ducimus, quòd etiam in ipſis vniuerſalibus, in quibus pretium ſuccedit loco rei, id quidem non verè procedit,ſed ex fictione:vt pulchrè & ſing.voluit Bal.in l.cogi, col.vlti. verſi.deinde quæro pone, C.de pet.hæred.& id ſequitur & commendat Iaſon in d.l.ſi eum ſeruum,ff.ſi cert.peta.Quod maximè notandum eſt in interpretationibus noſtrarum conſuetudinum,aut, vt verius appellem,ſtatutorum,quæ verè & propriè intelligi & interpretari debent,vt iam ſæpius diximus. *De eodem.*

23 ¶Fateor tamen,quòd ſi is qui ita vendidit vnum fundum,& ex pecunia illius alterum emit, proteſtetur, ſiue declaret,eo ſe animo ſiue nomine id facere, vt hic fundus alterius locum ſubeat,ſequi debemus eius declarationem,ex ſententia gloſ.in d.l.ſed & ſi lege, §.j.ff.de pet. hæred.& in d.l.Imperator,§.vlt.ff.de leg.ij.& in ſimili alterius gl.& Doct.in d.l.res quæ, per eum tex.ff.de iure dot.& bene etiam facit text,in ſimili in l.at ſi quis,§.ſed interdum,verſicu. oportebit,ff.de relig.& ſumpt.fune. Ideò quod in cautelam & conſilium adhibendum cenſuerunt Bened.& Chaſſe.locis allegatis ſuprà nume.11. ſed & idem,& ſeq.id in neceſsitatem conuertendum eſt,ſi quis hunc fundum poſteriorem patrimonialem eſſe voluerit. *Quid ſi is,qui ita uendit,& poſtea emit,id exprimat,& proteſtetur.*

24 ¶Idem tamen cenſeo,ſi vendens ipſe cõfeſtim vẽditione facta pecuniam in emptione aliorum prædiorũ conuerterit:quia id faciẽs,ſatis videtur ex temporis breuitate declarare in id ſe vendidiſſe,vt emeret,ſubſtitueretq; hunc fundum in alterius locum, per ea quæ in ſimili dicemus infrà,tit.ſeq.§.j.in gl.v.in verbo,in limine contractus,in princ.Nam & aliâs ex breuitate temporis præſumimus ea,quæ ſecuta ſunt,in primo actu fuiſſe cogitata,eumq; ipſum ob ea factũ fuiſſe.l.ſi ventri,§.vlt.& ibi Bart.& alij,ff.de priui.cred.& c.officij,de offic.dele. & Bar.in l.poſt contractũ,col.iij.verſ.quintò præſumitur,ff.de donat.Iac.But.& Albe.in l.ſi tibi pecuniam,ff.ſi cert.pet.Bal.conſ.ccccxciij.multiloquium,col.ij.verſ.certè ego,lib.4.vbi per d. l.ſi ventri,§.vlt.reſpondit,ex breuitate temporis præſumi pecuniã alicunde receptam, fuiſſe conuerſam in prædij emptionem, cùm ſcilicet non multum eſt ſpatij inter receptionem & emptionem,qui eſt caſus noſter:& certè eſt optimus text.in d.§.vlt. *Quid,ſi confeſtim unũ poſt aliud factũ ſit.*

25 ¶Nihil autem intereſt,verbis,an facto voluntas declaretur.l.de quibus,& ibi gl.ff.de legib.& l.recuſari,& ibi etiam glo.ff.de acqui.hæred.cum multis ſi. & cõcord.à me adductis infrà tit. omnium noſtrarum conſuetudinum xxiiij.qui eſt, *de communité de biens*, §.ij.in gl.vj. Ideoq; hîc non minus cẽſetur is fundus ex pecunia alterius in id emptus,vt loco illius ſubrogetur, quàm ſi id verbis declarauiſſet.Ex quibus etiam potes intelligere idem eſſe,ſi ex aliis coniecturis deprehendatur,vendentẽ eo ſe animo & conſilio feciſſe. Et ne de his hæſites,ſcire debes,etiam in particularibus,nedum in vniuerſalibus,ſubrogatum in locum alterius,eius naturam ſapere,vt apertè probat d.l ſi donatæ res,§.ſi ſponſus,ff.de donat.inter vir.& vxor. & tradit Iaſ.in l.ſi grege,col.ij.verſi. nonò not.ff.de leg.j. Igitur vt concludã,ſi vẽdens voluerit hunc poſteriorem fundum in locum prioris ſubrogare,idque declarauerit vel expreſsè, vel tacitè,nihil eſt quod ſit dubitandum,eundem cenſeri eſſe eiuſdem naturæ. *De eodem.*

26 ¶NEQVE enim hic caſus lõgè abeſt à permutatione,videlicet cùm quis permutat fundum patrimonialem cum alio: nam haud dubiè hic fundus cenſebitur patrimonialis, vt tenet etiam Bal.d.conſi.cxij.vbi ſuprà,lib.1.& Maſuer.d.tit.de ſociet.§.item & dicũtur cõquæſtus. Et id nemo,vt opinor,negabit,præſertim cùm vtraque res eſt immobilis,& ita eiuſdem naturæ,quantùm ad id,de quo tractamus.Et id nuncupatim cenſuerunt multæ Galliarũ conſuetudines,& inter cæteras Pariſienſis,cap.clxxix.Melodunenſis, cap.lv.Senonenſis, cap.33. & xxxviij.Trecenſis,cap.cliiij.Victriacenſis,c.cxv.Aurelianenſis, cap.ccxcviij.Borbonienſis, cap.ccccIxij.Andegauenſis,cap.cclxxiij.Cenomanẽſis,cap.ccxc.Altimarchienſis,cap.cclxvj.& Marchienſis,cap.cclxxiij.quod eſt xiij.huius tituli *de retraict.* Lorrienſis in Præfectura Montargij,hoc quoque titulo,§.xix.Auxerrenſis,ſiue Altiſsiodorenſis hoc idem titulo,§.ij.qui eſt omnium xxxiij.Senlitenſis,ſiue Syluanectenſis,hoc quoque titulo, §.x.Britanienſis, titulo *des promeſſes & retraict lignagier*, qui eſt omnium xv.§.xvij.Vt non temere ab eo diſcedẽdum *Quid ſi permutetur fundus patrimonialis cũ alio, an hic cenſebitur patrimonialis. Cõſuetudines.*

ſit,in quo tot conſuetudines conueniunt.

27 ¶Et id quoque in ſimili voluit Albe.poſt Gul.Cu.in l.vlti.col.ij.verſi.item quærit,ff.de neg. geſt.cùm tractat,vtrùm ſi quis rem meã permutat,cum alia,& ea res mea poſteà perit,poſsim contra eum agere ad aliam rem,quã habuit cauſa permutationis,& quod ſcribit Lucas Pen. in l.j.col.iiij.verſ.ſed quid in quæſtione.C.de impo.lucra.deſcrip.libr.10.vbi tenuit,& multis argumentis & rationibus probauit,rem immobilem à patre receptam ex permutatione alterius eandem omnino naturam ſoriri.Ideoq; filios in eodem modo ſuccedere debere, atque in illa,quam pater reliquit,etiã ſi aliâs aliter ſucceſſuri fuiſſent.quod eſt multùm nota.& Iaſ. conſi.ccxxxj.iſtæ duæ mulieres,col.j.libr.2.vbi dicit, quòd res permutata cum re ſubiecta fideicommiſſo,fit fideicommiſſaria.& Matthæ.Afflict.dec.Neapol.cccxxxvj.quidam nobilis, quòd res permutata cum re dotali,efficitur dotalis.

*De eodem.*

28 ¶Et ex his fit,vt prohibitus nouum locum acquirere,non videtur prohibitus antiquũ cum nouo permutare:vt videre eſt apud Do.& Phil.Franc.in c.j.de exceſ.Præl.lib.6.In præcedẽti autem caſu, vt ad illum ex hoc non tam diuerticulo,quàm adminiculo,redeamus,cenſetur quædam veluti permutatio,quantùm ad vendentem ipſum, qui confeſtim pecuniã prioris venditionis conuertit in emptionem alterius,tanquam eo animo feciſſe videatur , vt hunc fundum loco alterius ſubſtitueret.Ideo iudicandum eſt,ac de permutatione.Et interim vide quid prætereà de his ſtatuerit conſuetudo Melodunenſis,cap.lxxx.Senonenſis, cap.cclxxiij. Cenomanenſis,cap.cccxj.& Andegauenſis,capit.ccxcvj. & duobus ſequent.Laudunenſis in Veromandia , huius titu.§.xiij.qui eſt totius iij.partis lxxxvij. Quod autem ſuprà diximus fundum permutatũ ſortiri eandem naturam,quam alius cum quo permutatus eſt, non per omnia procedit,ne hîc fallaris.Nam ſi fundus obligatus,cum alio permutetur,hic alius non perinde cenſetur obligatus,vt ille erat:vt no.tradit Bal.in l.pro debito,col.j.ff.de bo.aut.iud. poſ.per not.in l.Labeo,ff.de verb.ſig.& in l.mater,C.de rei vend.

*Cõſuetudines.*

*Quid de fundo patrimoniali cõmiſſo, & à domino remiſſo.*

29 ¶Qvid autem de fundo patrimoniali , commiſſo , ſiue confiſcato ob noxiam in dominum commiſſam,aut aliâs,cuius tamen dominus ipſe fecit gratiam,facinúſque vaſallo condonauit:an cenſebitur patrimonialis,vt prius erat,an acquiſitus? Et id quidem deciditur ex eo,quod à noſtratibus tractatur,an feudũ antiquum vel paternum ita cõmiſſum , & poſteà nihilò minùs vaſallo relictum à domino, cenſendum ſit priſtinæ illius qualitatis & naturæ, vt in eo frater fratri ſuccedat:atque alia,quæ in feudo antiquo vel paterno locũ habẽt etiamnum habere debeant:an verò nouum. De quo ne hîc diutius immorer,vide gloſ.in l.peculium,§.ſi ære,in verbo,manent,& ibi quoque Gul.Co.Albe.Barto.Bald.Ange.& Paul.Caſtr. ff.de pecul.& glo.in l.quod dicitur,in verbo,creuiſſe,& ibi etiam Dyn.Bart.col.vlt.verſ.hæc lex,& latius Alberi.col.quoque vlt.& Angel.in fin.ff.de impen.in reb.dot.fac.& gloſſ.in cap. imperialem,§.inſuper,in verbo,priuetur.& ibi Bal.ad fi.Ioan.Rayn.col.vj.in paruis,verſicu. quærit vlterius,Marti.Laud.circa medium,& Cardi.Alex.col.vlt.verſi.quæro ſubſequenter, titu.de prohib.feud.ali.per Fed.Odoſ.in Summa,tit.quid ſit inueſti.in fin.And.Iſer.in cap.j. col.j.& ſeq.& ibi Aluar.col.ij.verſi.quæro quidam vaſallus,Marti.Lauden.col.j.verſi. quæro. pone, vaſallus commiſit:& iterum col.ij.verſ.quæro,vaſallus:rurſúſque verſ.vltimò quæro, & latè Cardi.Alex.col.etiam ij.verſ.quæro,pone vaſallus,& ſeq.quæſt.tit.de vaſal.decre. æta. eundem Iſer.in c.j.§.ſed & res.& ibi ipſum Marti.Lauden.col.vlt.& Cardin.Alexand.col.ij. verſic.deinde quærit,tit.per quos fiat inueſti.Pet.Iacob.tit.de cauſis ex quib.feud.amit. col.vj. in paruis,verſ.ex prædictis,Bal.in l.j.in xv.quæſt.ff.de rerum diui.& in c.quę in eccleſiarum, col.penult.verſi.extrà quæro,de conſtit.& in c.1.§.ad hoc, colum.v.verſi.nota in verbo tanquam,tit.de pac.iur.fir.aut vt alij collocant,tit.de allodi.& in addi.Spec.titu.de loca.§. nunc aliqua, verſ.xxiij.& conſi.ccl.ad euidentiam præmittendum eſt quod vaſallus,ante fin.lib.2. Ang.in l.Agros,C.de fund.limit.lib.11.Imol.in c.ij.col.iiij.verſ.itẽ etiam aduerte,& ibi Card. Alex.quæſt.ix.extrà de feud.Pet.Anch.conſi.clxxj.caſus,ad fin.Marti.Laud.in c.j.§.vlt.col.ij. verſi.extrà glo.not.tit.quib.mod.feud.amit.le j.Pau.Caſt.conſi.ccccxxv.ponitur, col.ij.verſi. ſecundò videndum eſt,lib.2.Ioan.Plat.in l.ſancimus,verſi.item facit ad aliam,C.de conſuli. lib.xij.Alex.conſi.xxxiiij.viſis,col.2.verſ.hoc comprobatur,lib.5.Fran.Are.& Iaſ.in l.ſi mihi & Titio,vtrunque col.vlt.ff.de verb.oblig.& eundem Franc.Aret.in l.filio quem pater,in fi. princ.& ibi quoque Iaſ.colum.iij.verſi.facit iſte tex.ff.de lib.& poſthu.Franc.Curt. ſeniorem conſ.50.memoriæ.nu.397.Card.Alex.in præludiis feud.in vj.diuiſi. & in c.j col.iij.titu. quo tempo.mil.Iacob.à S.Georg.in tractatu feudo.in verbo , dictique vaſalli promiſerunt non committere,col.vlt.verſi.dubitatur etiam.& Zazi.in eodem tract.feu.parte iij.char.1.& conſi. xiij.ex facto,nu.12.lib.1.Iaſ.conſi.lxiiij.in cauſa caducitatis,col.iij.verſi.ſecundò poſſunt,lib.3. Albert.Bru.conſi.lxxiiij.quia caſus,col.j.& Barpth.à Scarampis,inter conſilia eiuſdem conſi. cxij.caſus ſuper quo,columna.vltim.& conſi.ſeq.in prin.Ludo.Gozad.conſi.xlvj.viſis inſtrumentis,colum.penul.nume.17.& conſi.lxxxiiij.prima facie,nu.4.& iterum 10.& multis ſeq. & Io.Ign.in l.j.§.ſi dominus mortiferè, nu.40.& ſeq.ff.de S.C.Sylla.& nouiſsimè,latiſsimè, doctiſsimè Carol.Molend.in conſuet.Pariſ.§.xxx.in xxviij.q.& Ferro,ad hunc retractus caſum in conſuet.Burdigal.hoc titu.*de retraict*, §.xj.& iterum §.xxiij.& quod etiam ſcripſimus in l.ſi



in l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,nu.12.ex iis autem,C.de reuoc.donat.

*Quid de bonis confiſcatis,& reſtitutis.*

30 ¶Sed & ex ſcriptis ab ipſis Andr.Iſer.Marti.& Cardi.Alex.in d.c.j.tit.de vaſal.decre.æta.in locis ſuprà deſignatis,facilè intelliges,vtrùm ſi quis à Principe reſtitutus fuerit ad bona cõfiſcata,ea cenſeri debeant patrimonialia,an acquiſititia.De quo etiam Chaſſe.in conſuetud. Burg.tit.*des droictz appartenans à gens mariez*,§.vj.in verbo,*anciens*,col.iij.verſicu.præpoſitus. & nos quoq; aliquid dicemus infrà hac eadem glo.dum loquemur de reſtitutione in integrũ.

*Alia quæſtio.*

Si autem vaſallus renuntiat feudum antiquum domino,qui poſteà illum denuo inueſtit,vt. noſtri loquuntur,vtrùm cenſendum ſit antiquum an nouum,& ſic patrimoniale,aut acquiſititium,cognoſces ex gloſ.in c.j.in verbo,de nouo.& ibi Bald.col.5.verſi.demum quærit , & ibi quoque aliis,tit.an agnat.vel filij. Sed & ſi vaſallus renuntiat , vt dominus filium ipſius vaſalli inueſtiat,dicemus infrà,nu.45.& in id quoque.

*Alia item.*

Quid item ſi cùm finita eſſet emphyteuſis per generationem,dominus eam renouauit in alios cõſanguineos,iuxta ea quæ diximus ſuprà in præfat.huius tit.nu.41.huc itẽ pertinet,& ſeq.vtrùm ea res cenſebitur antiqua, an verò noua? vide Bar.in d.l.ſi mihi & Titio,& ibi omnino Franc.Aretin.colum.pen.verſi. circa ſecundam quæſtionem,ff.de verb.oblig.& Bal.in d.l.j.in xv.q.ff.de rerum diuiſ.& Imo. in cap.ij.colum.iiij.verſi.ſi autem quærimus,extrà de feud.

*An fundus emptus ex pecunia dotali,quã uir promiſerat cõuertere in emptionem prædiorũ hæreditariorum cenſebitur patrimonialis.*

31 ¶At non adeò leuiter tranſeundus hic caſus,qui ſæpe vſu euenit:Cùm filia nuptui datur ſolet ei dari à patre certa pecuniæ ſumma , pro hæreditagio ( ita vocamus quod ex ſucceſſione obuenit) quam ſummam ſponſus promittit conuertere in emptionem prædiorũ,quæ cenſebuntur hæreditagium ipſius ſponſæ.id eſt antiquũ ipſius patrimonium. Quid igitur,ſi huiuſmodi prædia,poſtquam fuerint comparata,alteri extraneo venduntur ab ipſa filia:an eius conſanguinei admitti debeant ad retractum eorum,tanquam patrimonialium ? Quod quidem videtur,ex eo quod ſcribit Bal.in c.j.col.j.verſi.extra not.& ibi Mart.Laud.& Card. Alex.tit.de aliena.feudi pater.quòd ſi rex mihi cõcedit caſtrum poſsidendũ nomine ac iure antiqui feudi,licèt id verè ſit feudũ nouum,vtpote tunc primùm conceſſum,tamen aſſumit naturam & qualitatem feudi antiqui.arg.l.quicunque deſertum,C.de omni agro deſer.lib.11. Ideoque,vt ſubdit,poterit huiuſcemodi feudum , tanquam antiquum alienari in agnatos proximiores:quod minimè poſſet,ſi nouum eſſet. Et id quidem dicit eſſe not.

*Feudum nouũ cõceſſum iure antiqui feudi.*

*De eodem uide infrà 37.*

2 ¶Et idem quoque voluit ipſe Bald.in c.j.col.v.verſi.demum quærit gloſ.tit.an agna.vel filij. & ſubobſcurè in c.j.§.hoc quoque,ante fin.titu.de ſucceſ.feud. vbi & hoc dicit eſſe menti tenendum & ibi etiam Iacob.Aluar.& Card.Alex.qui & ipſi idem voluerunt in c.j.ad fi.tit.de vaſal.decre.æta.& in c.j.tit.de ſucceſsi.frat.ſiue de grad.ſucceſſ.in feud.Andr.Iſer.in c.j.tit.de contro.feud.apud par.termi.Marti.Lauden.& idem Cardin.in c.j.§.porrò,titu.qualiter olim feud alien.pote.Paul.Caſt.conſi.xliiij.circa præſentem caſum,in prin.lib.j.& conſi.cclxxxiiij. de vtroque quæſito,libr.2.vbi dicit hæc verba habere vim pacti , vt in eo feudo ſuccedatur, tanquam in feudo veteri.Alex.conſi.xxx.quoniam omne datum,col.iij.verſic.fortius dicit, libr.j.quod duplicatum eſt conſi.ij.libr.5.& idem Alex.conſi.xlv.perſpectis, libr.3.& conſi.lv. perſpectis,col.x.verſi.circa aliud dubium,lib.4.& conſi.j.ponderatis,col.vij.verſi.non obſtat dum dicebant,lib.5.& conſi.xxix.perſpectis,col.penult.verſi.confirmantur hæc, eod.libro 5. Petr.Ferra.tit.forma libel.quo agi.ad reuoca.feudor.in verbo, nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis,in fine , & latiſsimè omnium Franc.Curt.ſenior,conſi.xlix.recolendæ, ferè per totum, & conſi.ſeq.quod eſt eiuſdem initij,col.xxix.verſi.quintò & fortius,cum multis ſeq.& collegium Bononienſe inter ſe conſi.illius conſi.ſequen.præſens conſultatio.Soc.qui tamen non omnino aſſeuerat,inter conſi.Albert.Bru.conſi.x.viſa quæſtione, col.iiij.verſi.ſed cõtra prædicta.Card.Alex.in præludiis feud.in vj.diuiſio.ad fin.Iaſon conſi.j.nobiles viri, col.iiij. verſic.ſecundò principalius,libr.iij.vbi hanc dicit eſſe communem opinion.& conſi.cxxxvj. præſupponitur,col.v.verſic.ſecundò ſpecialius.libr.4.vbi & hanc dicit eſſe communem opi. Philip.Deci.conſi.liij.placet mihi,colum.ij.verſic.quartò facit.& conſil.clxxxv.in cauſa iſtorum,col.vlt.verſi.non omitto,& conſi.cxiiij.viſo tenore,col.ij.vbi & hanc quoque dicit communem.& Caro.Ruin.conſi.v.videtur,in princ.libr.1.& conſi.xiiij.de pluribus, col.iiij.nu.5. eod.libr.& Zaſius in epitome feud.parte xij.eademque vlt.paulò ante finem.& Alcia.qui & hanc dicit communem in tracta.præſumpt.regula iij. in xxviij.præſumpt.nu.4. Franc.Ripa in l.j.col.ij.verſicu.tertiò induco,ff.de leg.j.Matthæ.Affli.in conſti.Siciliæ,incip.poſt mortem, col.ij.in fi.Ant.Rub.conſi.lxxxiiij.viſo,colum.ij.vbi hanc item dicit communem , & conſil. clxiiij.circa primum,col.iij.verſic.circa aliud.& Carol.molend.in conſuet.Pariſien.titu.j.§.v. nume.84.Et ex antiquioribus Iaco.Ardiz.in Summa feu.tit.nouum & non paternum , ſub rubricella j.& Andr.Iſer.in c.j.col.vlt.verſi.ſed ſi rex,titu.de contro.inueſt.apud par.termi.& c.j.col.iij.tit.de cap.qu curiam vend.

*De eodem.*

33 ¶Nam & è diuerſo,ſi quis de feudo veteri inueſtiatur, tanquam de nouo,id nouum fit , & amittit qualitatem veteris,vt ex facto interrogatus reſpondit Pau.Caſtr.conſi.clix.punctus, col.ij.verſi.nam ad hoc,lib.2.per tex.in c.j.ibi,vel niſi ad hoc,tit.de eo qui finem fec.agna. & Matth.Afflict.deci.Neapo.cxij.inter dominas,col.ij.verſicu.ſecundo caſu,& deciſ.cxlviij.fuit diu,col.v.verſic.quare fuit vocatum. Sed & ſi quis de feudo antiquo inueſtiatur , tanquam de paterno,

*Si de feudo ue*

*teri quis inueſtiatur tanquã de nouo, an nouum cenſebitur, uide infrà nume. 38.*

de paterno, nam & hæc inuicem differunt, vt patet ex not. ab omnibus in præludiis feudorum. Si quis igitur inueſtiatur de feudo antiquo, tanquam de paterno, id feudum antiquum aſſumit vires & naturã paterni: vt etiam reſpondit Bal. conſi. ccxlix. verba inueſtituræ, col. ij. libr. 2. Et facit in hanc ſententiam, quod in ſimili etiam tradit ipſe Bald. de æſtimuo (quod noſtri appellant) id eſt cenſu veteri, vt nouus cenſeatur, ex verbis deſcriptionis. Id enim voluit conſi. cxlij. quidam dominus Paſinus, circa med. lib. 2.

*Aduerſus ſupradicta. Appellatio ſiue denominatio rei, nõ eius mutat propriã uim.*

34 ¶Contrarium quoque videtur: quia veritas & ſubſtantia rerum non immutatur hominum denominatione, l. ſi fortè, ff. de de caſtren. pecu. vbi ſi quis non ex caſtris notus aliquid filiofamilias donauerit, adieceritque nominatim, vt id habeat in caſtrenſi peculio: tamen non cenſebitur tanquam caſtrenſe peculium, veritatem enim (vt ibi ſubditur) ſpectamus, & in l. non epiſtolis, & l. non nudis, C. de proba. & l. aſſumptio, & ibi Barto. & Albe. qui eam legem legit cum l. Labeo, ff. ad municip. & l. inſulam, & ibi Pau. Caſtr. ff. de præſcrip. verb. & l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mort. & l. ſi olei, & ibi not. C. de loca. & l. ſi vno, in princ. ff. eod. & l. cum falſa, C. de iuris & fac. ignor. cuius verba, quia hîc ſunt accommodatiſsima, ſubnectere libuit: ea ſunt, Cùm falſa demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minimè poſsit reſpondendo id quod paternum erat, ex matris eſſe bonis, nihil egiſti. & c. conſtitutus. extrà de reli. domi. & cle. vlt. in ij. reſpon. de ſentent. excom. Cuius autoritate dicit Ioannes Andr. in addi. Specu. tit. de inſtru. edit. §. porrò, col. vlt. quòd veritatem rei non immutat etiam Papalis denominatio. Ideoq; vt ſubdit, ſi contrahentes alio contractu, quàm donationis, vtãtur verbo donandi, non propterea erit donatio. quod & ante illum voluit Oldrad. ipſius præceptor, conſ. cxxxix. ad habendam, col. j.

*De eadem re.*

35 ¶Et eadem propè voluit Nico. Mat. in l. j. ad fin. & ibi Iaſ. col. ix. verſi. dicit etiã not. & iterum col. ſeq. verſi. bene facit quod dicit, C. de iure emphy. & Bald. in rubr. eiuſdem tit. etiam ad finem, & in l. ij. verſicu. ſed iuxta hoc quero, C. commo. vbi dici, quòd verba magis deſeruiunt naturæ contractus, quàm econtrariò, per textum, quem dicit not. in d. l. inſulam. & idem Bal. in l. qui ſe patris, col. vij. eademq; antepenul. verſi. hoc ſcias quòd ſi princeps, C. vnde liberi. & in l. j. col. ij. verſi. quid ſi notarius, C. de rer. permut. vbi dicit, quòd non attenditur nomen contractus, quo vtuntur contrahentes vel notarij, qui ipſius inſtrumentum conficiunt, ſed ſubſtantia ipſius per d. l. inſulam. & idem Bal. in l. æde, col. ij. verſi. ſed quid de eo qui emit, C. locat. vbi dicit non eſſe inſpiciendum nomen contractus, ſed rerum ſubſtantiam, per d. l. inſulam. & ipſe Bal. in l. licet certis, col. ij. verſi. quintò quæro, eod. tit. vbi dicit per eandem l. ſolam nominis differentiam non mutare ſubſtantiam. & in c. licet de vitanda. poſt princ. extrà de elect. vbi dicit, cautelam verborum non poſſe rei naturam mutare, per not. in cle. vlti. de reſcri. & conſi. ccxcj. ad euidentiã, col. ij. verſi. apparet igitur, lib. 2. vbi dicit ducatus, comitatus, & alias huiuſmodi dignitates quocunq; alio nomine vocentur, tales tamen manere, quales ſunt: nam realitatẽ (vt ipſe loquitur) potius inſpicimus, quàm nuda rerũ vocabula: ideò & feudum re ipſa ligiũ manere ligium, etiã ſi tale non dicatur, & è conuerſo. & conſi. cij. omnis poteſtas, col. ij. verſi. ego pro certo, lib. 4. vbi dicit, voces, ad beneplacitũ non tollere propriam ſpeciem actus, quocunque modo rem ipſam appelles, per d. l. inſulam.

*De eadem re.*

36 ¶Et vt ad alios Doctores veniamus, eadem penè voluit Bar. in l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. & vectig. & conſi. clv. facti cõtingentia, col. ij. & in diſputatio. incip. publicanus. & Signo. conſi. xxij. in quæſtione vertente inter cõmune, col. v. verſi. & licet inſtrumẽtum. & Imo. in c. ad audientiam, col. ij. extra de reb. eccleſ. non alie. Panor. in d. c. conſtitutus, col. vlt. per illum text. de relig. domi. & in c. illo vos, in iiij. not. de pigno. & conſi. cxiiij. in quæſtione mouenda, lib. 2. Pau. Caſtr. in l. ij. quam legit cum l. j. §. adeò, ff. loca. Franc. Areti. in l. ij. col. ij. & ibi etiam Franc. Purpur. col. antepen. verſi. credo quòd ſit, ff. ſi cert. pet. & idem Areti. conſi. x. caſus talis eſt, quidam Titius, col. ij. verſi. item præmitto. & conſi. clx. longa eſt, col. viij. verſi. ex his infertur. Alexand. conſi. xl. ſuper primo dubio, col. v. verſ. ſed circa tertium, lib. 4. Iaſon. in rub. ff. de leg. j. col. penult. Phili. Deci. d. conſi. liij. col. vlt. & conſi. clx. in cauſa monaſterij, col. j. & conſi. clxiiij. non fuiſſet, col. ij. verſi. non obſtat quod in contractu. & conſil. ccccxiij. conſuluit, col. j. & conſilio quod ſine præfixione numeri ſequitur conſi. Dxlij. præſuppoſita validitate, col. vlt. cum ſimilibus. nam huius ſententiæ plena ſunt vbique noſtrorũ volumina. Et vt ſcribit Ariſtoteles paulò ante finem libro 1. περὶ ἑρμηνείας, ex vulgari tranſlatione, vt omnes intelligant, Propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil mutatur in re. Et ita vulgò ſummatur d. l. aſſumptio, ff. ad municip.

*Cõtrariũ eius quod ſuprà dictũ eſt de feudo nouo conceſſo iure ueteris, uide ſuprà 31. & ſequen.*

37 ¶Ex quo etiam multi fuerunt in diuerſa ſententia eius, quod ſuprà diximus de feudo nouo conceſſo iure ac nomine antiqui feudi: vt ſcilicet per huiuſmodi verba non mutet ſuã qualitatem, quin nouum ſit, & nouum maneat, & inter hos Oldr. & Albe. in l. qui teſtamentum, per eum text. ff. de probat. idem Oldr. conſ. clxxviij. factum tale eſt, quidam nobilis, col. ij. per d. l. ſi fortè. ipſe Albe. in ſuo Lexico, in verbo nouum, vbi in fine ita dicit fuiſſe determinatũ in facti contingentia. Bald. in præludiis feud. in iij. diſt. & ibi Mart. Laudo. in cap. j. colum. iiij. in iij. quoque diuiſione, titu. qui feud. dare poſ. Pau. Caſt. vt à multis citatur, conſi. cliiij. quòd iſtud feudum pertineat ad filias. ſed illud cõſilium reperire non potui, niſi fortè id ſit conſi.

cxcj.



cxcj. viſis, lib. 2. nam ibi aliquid eſt huic rei proximum, in col. iij. verſic. non obſtat ſi dicatur: & poſt princip. illius conſilij ſunt quædam verba illi initio ſimilia. Sed & hoc expreſsius voluit ipſe Pau. Caſt. conſi. clxxxiij. de vtroque quæſito, eod. libr. 2. quanquàm neutrũ id ſit, in quo citatur. Alex. ſibi contrarius, conſi. x. ponderatis, col. ij. verſic. quia ad hoc reſpondeo, lib. 3. Iaſ. ſibi quoque contrarius, conſi. lvij. in cauſa mota per ſpectabiles, col. v. verſ. ſcio quòd poſtremò, lib. 1. & conſi. clij. ſuper feudo, col. j. lib. 2. & conſi. clxxx. circa primum, col. v. verſic. ſextò moueor, & col. ſeq. verſi. primò quòd quando feudum, eod. libr. 2. & conſi. vij. vertitur, col. vj. verſi. tertiò deueniendo, lib. 3. & conſi. cvij. in diuiſione, col. pen. verſi. cõfirmatur quòd conſenſus, lib. 4. Zaſius conſi. xiij. ex facto, nu. 15. Albertus Bru. conſi. lxxix. poſt ſcripta, ſtatim poſt medium. Et bene etiam facit, quod ſcribit ipſe pau. Caſt. conſi. cccclxj. viſis, col. j. verſicu. nunc videamus, cum multis ſeq. lib. 1.

*Cõtrariũ eius quod dictũ eſt de feudo ueteri, de quo quis inueſtitur tãquam de nouo, uide ſuprà numero 33.*

38 ¶Sicut è diuerſo, ſi feudum re vera ſit paternum, vel antiquum, & de eo tanquam de nouo fuit vaſallus inueſtitus, non propterea nouum cẽſebitur: ſed manet, vt prius erat, paternum, vel antiquum: per textum expreſſum in d. cap. j. & ibi glo. quæ id intelligit, quantum ad aliorum præiudicium. Bald. Aluar. Martin. Lauden. & Cardin. Alexand. qui eam gloſ. ſequuntur tit. de vaſal. decre. æta. & rurſum in d. c. j. & ibi quoque gloſſ. Bald. Aluar. & alij. titu. an cogna. vel filij. & in d. c. j. tit. de eo qui finem fecit ag. gloſſ. in c. quicunque, xxv. quæſt. ij. Iaco. Ardiz. in Summa feud. in ſecunda parte ſecundæ partis principalis, in j. quæſt. ad fin. verſicu. & erit ſciendum. Bal. in l. j. in xv. quæſt. ff. de rerum diuiſ. & in l. quoties, col. ij. verſi. ſecundo caſu. C. de ſuis & legitimis, & in prælud. feud. in quinta diuiſione, in fine. Cardin. Floren. conſil. xcij. nobiles viri, in primo dubio. Pau. Caſtr. conſi. ccxc. viſa col. j. lib. 2. & conſi. ccccxxv. ponitur in facto, in primo dubio, lib. 2. Roma. conſi. omnium j. viſis, in fin. & conſi. cccxv. in caſu, in prin. vbi idem dicit de emphyteuſi. Iaſ. conſi. xcvj. dominus Bonioannes, col. vltim. lib. 1. & d. conſi. clxxx. col. antepen. verſi. iſta opinio, lib. 2. Philip. Deci. conſi. lxxviij. licet in caſu, col. vlt. verſi. & licet vaſallus. & conſi. ccccxlv. in caſu ad me tranſmiſſo, colum. ij. verſic. quia ad hoc reſpondetur. & Zaſi. in epito. feud. parte vlti. paulò ante fi.

*Forma antiqua feudi uel emphyteuſis, non debet mutari in renouatione.*

39 ¶Et optimè faciunt, quæ ſcribit Bal. in l. j. col. penul. verſi. ſed quid ſi dominus, & ibi Roma. in xj. q. C. quãdo non peten. part. quòd dominus in renouatione feudi vel emphyteuſis non poteſt immutare formam antiquitus inſtitutam, in præiudiciũ alterius. Et idẽ propè voluit ipſe Bal. in c. j. col. j. in fi. tit. de eo qui ſib. & hæred. & in c. j. §. vlt. col. ij. verſi. modò quæro, titu. de feud. guard. & latè conſi. ccxv. proponitur, col. ij. verſic. in eo autem, lib. 2. Petr. Anch. cõſil. xxx. an valeat, col. vlt. verſi. ſuper tertio. Paul. Caſtr. conſi. cccxj. circa id quod primo, in fin. j. dubij, lib. 1. & conſi. xlvj. viſo & examinato, col. ij. verſi. ſed vltra prædicta, lib. 2. & conſi. xxxij. in cauſa appellationis, col. j. eod. libr. 2. & conſi. cxlij. videtur dicendum quòd dictus, col. vlti. verſicu. nec etiam obſtat, eod. libr. 2. & Philip. Dec. conſi. cxlviij. in cauſa iſtorum, col. iij. verſi. primò quòd prima, & conſi. clxxxv. in cauſa iſtorum, colum. iij. verſi. non obſtante, quòd in alia, & conſi. cxciij. cuius ſuperſcriptio incipit in ſucceſsione, colum. ij. verſic. præterea etiam. & conſi. ccviij. ad clariorem, colum. penul. verſicu. prima attenditur. & conſi. cccxc. quoniam, colum. ij. verſic. nec obſtat illa, & conſi. ccccixv. in caſu, colum. v. verſic. & non obſtat confirmatio, & conſi. cccclxviij. ſuperiori, colum. penult. verſicu. ſecundò principaliter, & conſilio ccccxcviij. viſo caſu, colum. ij. verſicu. ſecundò principaliter, & conſil. Dxvj. quoniam cauſa, colum. penult. verſi. ſubſequenter. Stepha. Bertrand. conſi. j. numero. 98. & ſequentib. libr. 1. ibi, & idem dicit è diuerſo, & Franciſ. Rip. libr. 1. reſpon. cap. j. defuncto, numero 48. & ſequent. Ludo. Gozad. conſi. xxvj. in cauſa illuſtriſsimorum, colum. vij. nume. 40. & conſil. liij. prima facie, colum. vltim. numer. 18. Et facit, quod tradit Card. Floren. conſi. cxxiij. ſuper præmiſſo, colum. j. verſic. ad primum.

*Et ſi id fiat an ex hoc cenſebitur nouum.*

40 ¶Quid autem ſi in renouatione veteris feudi addatur noua quædam forma vel qualitas: an tunc cenſebitur vetus, an nouum. Vide Bal. in l. quoties, col. ij. C. de ſuis & legiti. & in c. j. col. pen. & ibi. Marti. Laud. Aluar. & Card. Alex. tit. an. agn. vel. fili. & in d. c. j. tit. de vaſa. decre. æta. & in c. j. §. hoc quoq;, tit. de conſue. recti feu. & in c. j. §. inſuper, tit. de prohibi. feud. ali. per Fed. & d. conſi. 249. verba inueſtituræ, lib. 2. Alex. in l. ſi mihi. & Titio, col. v. verſicu. & tene menti dictum, ff. de verbo. oblig. Iaſ. conſi. vij. pro reuerendiſsmo, col. ij. verſicu. ſecundò, & rurſum col. viij. verſi. non obſtat ſecundò, lib. 3. & conſi. xxiiij. in cauſa feudali, col. v. verſi. præterea & fortius, eod. lib. iij. & Alber. Brun. conſi. lxxviij. quia caſus, col. ij.

*Diſtinctiones circa prædicta.*

41 ¶Tu tamen, quantùm ad priorem illum caſum de feudo nouo cõceſſo, tanquam de veteri, ſcire debes, quoſdam è noſtris, & eos quidem multos, diſtinguere inter perſonas prohibitas infeudare de nouo, cuiuſmodi ſunt perſonæ eccleſiaſticæ: & perſonas liberas & non prohibitas: vt ſcilicet inter prohibitas feudum non mutet ſuam propriam, genuinam ac priſtinam naturam & qualitatem: inter alias mutet. quorum omniũ veluti Coryphæus eſt Bal. in dicto procemio feud. in tertia diuiſio. Alios autẽ diſtinguere inter perſonas, quibus ius eſt & poteſtas mutandi ſtatus rei, eiúſque in alium reformandi, vt ſunt principes non recognoſcẽtes ſuperiorem: & inter alios inferiores. De quibus inter cęteros vide Marti. Laud. in c. j. §. j. col. v. verſi. circa hanc diuiſionem, tit. qui feud. dare poſſunt. Alex. d. conſil. x. libr. 3. Barb. conſi. lxvj.

afferam,

afferam,col.xv.verſi.& ſi quiſpiam opponat,lib.4.Cæpol.conſi.cauſarum ciuilium, xxxj.ſuper cauſa,col.j.& iterum col.iij.& ſequent. Iacob.à S.Georg.in tracta.feud.in verbo,nobiles, Agaſi.in fi.& iterum in verbo,in feudum,col.ij.verſi.iuxta prædicta.Lud.Bolog. qui tamen de hac re admodum obſcurè loquitur,conſi.omnium j.illuſtriſsimus,fere per totum.Card. Alex.in præludiis feudo.in vj.q.verſi.Bald.quærit hic.& in d.c.j.col.ij.verſic.nota text.tit.de gradi.ſucceſ.in feud.Fran.Curt.ſeniorem d.conſi.xlix.& ſeq.& in præludi.feud.in vij.quæſt. princip.verſi.incidens occurrit quæſtio.& Franc.Curt.Iuniorem in tracta.feud.in viij.quæſt. primæ partis,col.ij.verſi.ſed hîc cadit,& ſeq.& conſi.j.facti contingentia,col.vj.verſi.nec obſtat præmiſſæ.Iaſ.etiam in prælud.feud.col.xxvj.verſic.pro pleniori inſtructione, qui eſt in nu.89.& in omnibus propè conſiliis ſuprà citatis.& Zaſi.in epitome feud.parte tertia,char. 1.& 2.Alciat.in d.tractatu Præſump.regula iij.in xxviij.præſumpti. Albertum Bru.conſil.xl. contra dominum,col.j.verſi.& ſi dicatur.Ioan.Anto.inter conſilia illius conſi.lxxj. dicitur. & Carol.Molénd.qui hanc rem ſubtiliter & abundanter tractat in conſuetudinibus Pariſi. tit.j.§.v.nume.83.& multis ſequent.

*Deciſio principalis quæſtionis.*

42 ¶Ego (vt tandem iudicium in hac re meum interponam)arbitror,id ſemper & à quocunq; fieri poſſe,niſi ſi fieret in præiudicium alterius. Aliàs fieri non poſſe,nec à principe quoque. Qua in ſententia nuncupatim fuit Stepha.Bertran.vir optimi ſanè iudicij,conſi.omnium j. viſo proceſſu,nu.98.& ſeq.lib.1.Et eò propemodum tendũt omnes,qui de hac re ſcripſerũt, Nam quod de prohibitis dictum eſt,non aliò ſpectat,quàm quòd id fieret in præiudicium aliorum.Conſtat autem principem nec ius alterius poſſe tollere,l.reſcripta , & ibi not.C.de preci.impe.offer.cum ſimi.Igitur vt tandem ad noſtrum principalẽ caſum reuertamur,cùm res hæc vere non obuenerit ex ſucceſsione,nec ideò ſit patrimonialis,putarim hanc pro tali non eſſe habendam ex huiuſmodi matrimoniali conſenſu in præiudicium emptoris, qui ſcilicet eam rem emit,vt ab eo conſanguineus retrahere poſsit,cùm non niſi patrimonialia retrahere poteſt ex conſuetudine.Verùm quantum ad ipſos contrahentes & eorũ hæredes, pro patrimoniali ſiue hæreditario habenda eſt,poſteaquàm ita conuenerunt.

*Si quis emit fundum ab eo cui ab inteſtato ſucceſſurus eſt,an is fundus cenſebitur patrimonialis.*

43 ¶ILLVD quoque in quęſtionem vocatur:Si quis emerit fundum ab eo, cui aliàs ſucceſſurus erat ab inteſtato,& eum fundum poſteà alteri vendidit,an retractus in eo locũ habebit, tanquam in patrimonio,an ſecus,tanquam in acquæſtu.Et certè ex multis Franciæ conſuetudinibus,quas tibi ſuprà deſignauimus,nu.9.ſunt autem priuatæ,in omnibus rebus, quas à conſanguineis quibuſcunque etiam ſi eis non eramus ſucceſſuri,acquirimus,ſi eas poſteà vendimus,habet locum retractus , quamuis ex illis conſuetudinibus non habeat locum in cæteris acquæſtibus. Sed fac conſuetudinem ſimpliciter & ſine exceptione concedere retractum in rebus patrimonialibus,non in acquæſtibus:quid dicendum eſt in noſtro caſu,de eo ſcilicet quod emimus ab eo , cui ab inteſtato ſuccedere debemus? an in ea re poſteà à nobis extraneo vendita habeat locum retractus. Ioan.Fab.omnium, vt reor, primus in proœmio Inſtitut.in verbo,Alemanicus,aſſeuerat id non cenſeri acquiſititium,per l.j.§.qui autem , & §.ſed ſi libertus,ff.ſi quid in frau.patro.& c.j.tit.de vaſal.decrep.æta.Ideoq; ait in eo non eſſe locum ſtatuto permittenti liberè diſponere de acquæſtibus.

*De eodem.*

44 ¶Nec in ea opi.ſolus fuit Fab.nam multi eum nuncupatim ſecuti ſunt : neminemq; hactenus reperi,qui ei contradiceret.Secutus eſt ergo Ioan.Plat.in d.proœmio,col.iij.verſis. quid autem ſi quis acquirit.D.Coſ.Guy.in pragm.ſan.tit.de concubinis , §. quia verò,in verbo, quæſtus:vbi ex hoc dicit,quòd ſtante ſtatuto,vt cõquæſtus facti conſtante matrimonio ſint cõmunes viri & vxoris,non erit cõmune quod donatum eſt ei,qui donanti ſucceſſurus eſt: dicitque & ad hoc facere l.caſtrenſi,ff.de caſtren.pecu.& l.j.C.de impo.lucr.deſcr.libr.10. qui poſterior text.in id certè eſt optimus.Sequitur item,& ad idem ſtatutũ trahit, D.Benedictus in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorẽ nomine Adelaſiam,nu.791.& iterum 1041. extrà de teſtam.& in priori loco dicit ad hoc facere text.in l.j.C.de his qui ſibi adſcrib.in teſtam.cùm dicitur, Et ſi teſtamentum non eſſet ſcriptum,iuſtus poſſeſſor futurus erat.Sequitur deniq; Chaſſe.in conſuet.Burgund.tit.*des droictz appartenans à gens mariez*,§.ij.in verbo , *& acqueſtz*, poſt princ.& iterum tit.*de ſucceſsions*, §.vij.in verbo, *ſont yſſus*, colum.ij. Et quiſquis is fuit qui repetiit l.j.C.de fund.rei pri.lib.11.in xj.quæſt.iij.conſiderat.

*De eodem.*

45 ¶Et in id quoque facit,quòd prohibita alienatione ſimpliciter,non ea cenſetur prohibita in eum,qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato.glo.vt paſsim ab omnibus citatur,in l.pater,§.Iulius, & ibi Dy.& Cy.ff.de leg.iij.cum aliis multis concord.à me collectis,ſuprà eod.tit.§.xxvj.glo.j. nu.4.ſed ſi id recipias.Et quòd feudum aliàs alienari prohibitum,poteſt tamen in proximiorem alienari.c.j.§.ſed etiã res,& ibi glo.& alij,tit.per quos fiat inue.cum aliis quoque multis concor.à me item congeſtis ſuprà in præfat.huius tit.nu.52.item feudum.Et quod præterea ſcribitur in d.c.j.tit.de vaſ.decre.æta.quòd ſi pater inueſtiri fecerit filiũ de feudo , id feudum non propterea erit nouum,ſed manebit antiquum,vt prius erat.& ibi id no.omnes Doct.& Bal.in l.j.in xv.q.verſi.& no.quòd ſi pater,ff.de rer.diui.vbi id dicit not.& in c.j.§.& quia vidimus,colum.v.verſic.& quia hîc agitur,tit,qui feu.dar.poſ.& Card.Alex.in prælud.feud.in vj.diuiſ.colum.j.eiuſdem diuiſ.& Iaſon.conſi.vij.pro reuerendiſsimo,colum.v.verſicu.tertiò

deueniendum,



deueniendum,lib.3. Ex quo etiam potes intelligere , huiuſmodi feudum in hoc caſu noſtri retractus non cenſeri acquiſitum.

*Quid de eo quod donatum eſt ſucceſſuro ab inteſtato.*

46 ¶Et hæc quidem ſententia Fab.& aſſeclarum ( vt ad eam redeamus ) poſſet procedere in eo, quod donatur aut legatur ei,qui ſucceſſurus eſt:& ita videntur intelligere Fabia. & cæteri:& huc quoque reſpiciunt omnes leges & rationes in id adductæ.Sed ſi id non ſit donatum aut legatum,ſed venditum,aliud videri poſſet:cùm nihil ſit,cur is qui hæc emit,non tantum iuris & facultatis in eis habeat,quantum ſi ab omnino extraneo emiſſet:nam & ea etiam veluti extranea & tanquam ab extraneo emit,cùm è diuerſo ea videantur ei donata aut legata tanquam ei qui ſucceſſurus eſt,& reſpectu huiuſce propinquitatis , magis quàm alterius cauſæ gratia,l.inter,§.quæ tutoribus,ff.de excuſa.tuto.& pleniſsimè diximus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.72.licet contrarium,& multis ſeq.C.de reuoc.donat.

*De eodem.*

47 ¶Sed & huiuſmodi donatio,eſt potius debiti quædã ſolutio, quàm muneris oblatio:vt ſcribitur in d.l.j.C.de impo.lucr.deſcri.quę etiam nuncupatim diſtinguit inter contractus lucratiuos,& non lucratiuos. Ex eaque not.Bart.& Io.Plat. ſtatutum de ſoluenda gabella locum habere in contractu inito inter patrem & filium ex cauſa oneroſa, non etiam gratuita. & ſequitur Rom.in l.j.col.ij.ff.in ius voc.vt eant.& Firmia.in tract.gabel.in vij.parte prin.q.xxj.& iterum in iij.parte viij.partis princ.q.xxv. In qua re deceptus eſt amicus noſter Caro.Molen. qui vtrunque confundit in conſuet.Pariſi.tit.j.§.ij.num.4.in id allegans Albe.Bru.conſi.xliij. circa caſum,col.vlti.verſic.tertiò videndum , qui tamen de donatione tantùm loquitur,non etiam de venditione,vt ibi videre licet. Sed Molend.illud incogitans,ac tranſeunter aliud agens,ſcripſit:nec dubito quin ſi paulò attentius cogitet, ſit huius noſtræ ſententiæ : adeò eſt ingenij animiq; candidi & ſynceri.

*Conſuetudines de huiuſmodi rebus.*

48 ¶Igitur putarim,in caſu noſtri retractus nihil referre , emerit quis ab eo cui ſucceſſurus eſt, an ab alio:licet ſecus,ſi titulo donationis aut legati acceperit. Quanquàm in quibuſdam locis expreſſa conſuetudine ſtatuitur res à conſanguineis comparatas , ſiue titulo donationis, ſiue etiam emptionis,cenſeri patrimoniales , vt in eis habeat locum retractus,qui ex illa ipſa conſuetudine non habet locum in acquæſtibus. Nam talis eſt conſuetudo apud Meldenſes, cap.92.& iterum cap.105.& Melodunenſes,cap.37.Marchienſes,hoc tit.§.viij.qui eſt omnium conſuetudinum 267.& Auxerrenſes,ſiue Altiſsiodorenſes,hoc quoque tit.§.xv. qui eſt omnium xlvj. Sed apud Ambianenſes eſt conſuetudo huic noſtræ ſententiæ concinens,c.5. quæ ſcilicet res donatas ei qui ſucceſſurus eſt,habet pro patrimonio,nec de emptis loquitur, tanquam in iis aliud ſentiat. vti etiam apud Engoliſmenſes , cap.320. & expreſsius apud Cenomanenſes,ca.337.Dunenſes,cap.65.Niuernenſes,titu. *quelles choſes ſont reputees meubles,conqueſtz, heritages*, cap.14. Et idem ſtatuiſſe videtur conſuetudo Pariſienſis, cap.159. Apud alios quoque donata fauore matrimonij à parentibus,cenſentur patrimonialia : vt apud Senonenſes, cap.100.Trecenſes,cap.141.Bleſenſes,cap.172.Borbonienſes,cap.468.Auxerrenſes hoc eod.tit. §.v.qui eſt omnium xxxvj.Laudunenſes in Veromandia,partis ij.tit.j. qui eſt , *que c'eſt que acqueſt*, §.j.

*Quid ſi is cui donatum eſt, non uniuerſaliter ſuccedit.*

49 ¶Sed nec omiſerim tamen , quòd etiam in caſu donationis vel legati aut alterius tituli merè gratuiti,de quibus ſuprà locuti ſumus , donata vel legata ei qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato, teneant vicem antiqui patrimonij,non acquæſtus,illud certè intelligendum eſſe,pro rata portione eius,in quo donatarius ſiue legatarius ſucceſsiſſet, non etiam in cæteris. Verbi gratia, Pater habens tres filios,vni fundum donauit,is fundus cenſebitur patrimonialis, non acquiſititius,pro tertia parte,in qua donatarius ſucceſsiſſet,non pro reliquis,in quibus erat tanquã extraneus:quia limitata cauſa limitatum producit effectum,l.in agris,in princ.iuncto fi.& ibi Alber.ff.de acqui.rer.domi.& l.age,& ibi Bald.& Sal.& l.ſi de certa,C.de tranſact.& l.cùm tale,§.falſam,ff.de condi.& demonſt.& l.cancellauerat,ff.de his quæ in teſta.delen.& l.ſemper,§. negotiatores,ff.de iure immu.& l.ita autem,in prin.ff.de admin.tuto.& l.ſi mater, §. eandem, & l.cùm quæritur,& duabus ſequen.ff.de excep.rei iudic.& l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pact. & l.militis codicillis,§.j.ff.de teſta.milit.& l.ſi domus,ff.de ſeruit.vrba.præd.& l.procuratoris, §.non autem totum,ff.de trib.acti.& l.Fulcinius,§.quòd ſi,ff.ex quib.cau.in poſſeſsionem eat. & l.etiam,§.j.ff.ſolu.matri.& l.ſolutum,§.planè,ff.de pign.acti.& l. ſed & ſi,ff.ad Senatuſconſ. Macedo.& l.ſi pro patre.§.in rem,ff.de in rem verſo,& l.ij.& ibi Bald.in epito.ff.de ſeruis exportan.& l.Lucius,verſic.quare,ff.de exercit.acti.vbi eſt optimus text.& c.ex multa , extrà de voto,& cap.de cætero,& cap.ea noſcitur,de ſenten.excom.& c.licet,de deci. & c. ſi pro clericis,de præben.lib.6. Ex quo Bal.Imo.& Recentiores in l.ſed ſi plures,§.in arrogato, per eum tex.ff.de vulga.& pupilla.ſcribunt limitatam potentiam cauſæ efficientis, limitatum quoque effectum producere.& idem Bald.in l.non modus,C.de ſeruitu.not.ex eo text. quòd quæ limitata ſunt,non debent extendi.

*Limitata cauſa.* *Limitata potentia.*

*De eodem.*

50 ¶Et ex hac ratione videmus,quòd debitum nõ confunditur hæredi, niſi pro hæreditaria ſua portione,non item pro aliis.l.ſi adulta,C.de hæred.act.cum aliis concord.ibi allegatis à gloſ. Ex quo Sal.ibi not.hæredem repræſentare defunctum pro ea tantùm parte,in qua hæres eſt: in cæteris autem eſſe extraneum. Pro quo etiam eſt bonus tex.in l.cùm à matre,& ibi glo. &

*Hæres non repræſentat de-*

*functum, niſi pro hæreditaria portione.*

Docto.C.de rei vendi.& glo.not.in l.ij.§.vlt.in gloſ.vlti.poſt mediũ,& ibi quoque Bart.col.ij. ff.de Præto.ſtipul.& Petr.Ancha.conſi.cxxv.viſis,col.vlt.{Roma.Imo.in l.iiij.§.Cato,col.ij.in prin.ff.de verbor.obligat.Roma. qui illam gloſ.dicit ſingu.in l.cùm donationis, §. ſed tu aduerte,C.de tranſactio.} & Corne.in l.vlti.col.ij.C.de impube. & aliis ſubſtitut.ita intelligens eum text.qui dicit defunctum & hæredem cenſeri vnam perſonam,videlicet in ea portione, in qua ipſe hæres ſuccedit,non in aliis.& Iaſ.in l.ſi ita quis promiſerit,§.ea lege, in iiij.notab. per illum tex.ff.de verbo.oblig.& Lancel.Gal.in l.ij.§.& harum,colum.ij.ff.eod.titu.& Iacob. à S.Georg.in tracta.feudo.in princip.col.iij.verſi.tertiò moueor. Et id procedere in caſu noſtri retractus cenſeo,vt ſcilicet res donata ab eo,cui ſucceſſurus eſt donatarius, cenſeatur patrimonialis eatenus tantùm , quatenus ei ſucceſſurus eſt. Quamuis apud Niuernenſes, illo cap.14.ſuprà à nobis citato,nuncupatim ſtatuatur, id generaliter procedere,ſiue in totum,ſiue in partem ſucceſſurus ſit.

*Conſuetudo.*

51 ¶Tertiò intelligas,vt illud quod donatum eſt ab eo cui ſucceſſuri ſumus,obtineat vim patrimonij pro ea parte,cui illi ſucceſsimus:niſi aliter fuerit à donante declararum, vt ſcilicet habeat vim acquęſtus:nam & tunc cenſebitur acquæſtus,non patrimonium:dummodo res donata talis eſſet,de qua donator poterat liberè diſponere ad cõmodum ſui hæredis: cuiuſmodi ſunt acquęſtus,quos ex noſtra priuata conſuetudine quis poteſt donare quibuſlibet etiam ſuis hæredibus,vt ſcribitur ſuprà omnium noſtrarum conſuetudinum §.cxcix. & alibi ſæpe. Cùm enim ius ei ſit liberè diſponendi de huiuſmodi acquæſtibus , poteſt eam legem, quam vult,in eorum donatione apponere,l.videamus,§.iurare,ff.de in lit.iurand. cum ſimil.proindeque id quod antiquum eſt,nouum facere,quantùm ad vim & effectum, & è diuerſo : licet ſecus eſſet in perſonis & actibus prohibitis,vt per Bald.in procemio feud.in iij.diuiſio.Mart. Laud.in c.1.§.j.col.v.verſi.circa hanc diuiſionem,titu.qui feudum dare poſſunt,& alios,quos tibi congeſsimus ſuprà eadem gloſ.num.41.tu tamen. Præſertim cùm in hoc caſu noſtro res donata hæredi ideò cenſetur patrimonialis,quòd tanquam hæredi,& qui aliquando habiturus ſit,donari cenſeatur ex voto & mente donatoris,quos nos vulgò, *auancement d'hoyrie*,vocamus. Si igitur apertè de contraria mente & voluntate ipſius donatoris appareat, in re, de qua vt diximus,liberè potuit diſponere:nihil eſt,quòd dubitare debeamus,l.cõtinuus,§.cùm ita,in fi.ff.de verbo.obligat.cum ſimilibus. Et bene facit ad hæc text. in authen. excipitur,C. de bonis quæ liber.cum ſimilibus.

*Quid ſi aliter fuerit declaratum.*

52 ¶Sunt & poſtremò,qui intelligunt,quod dictum eſt ex Io.Fab.& aliis ſuprà citatis,procedere in rebus donatis aut legatis à parentibus,aut aliis maioribus,ſuis filiis aut aliis deſcendentibus:ſecus ſi à collateralibus,quibus etiam ſucceſſuri ſumus:moti quòd hæreditas magis debetur deſcentibus,quàm collateralibus,vt probat ille tex. quo maxima ex parte illi innituntur in d.l.j.C.de impo.lucr.deſcrip.lib.10.Et videmus etiam donata ab illis,id eſt,aſcendentibus regulariter conferri debere , tanquam ſcilicet donata in anticipationem ( vt ſic dixerim) hæreditatis & ſucceſsionis:non etiam donata à collateralibus,vt patet ex toto tit.ff.de collat. bono.& C.de colla.Audioq; id à Senatu noſtro Pariſienſi ita aliquando fuiſſe iudicatum.

*An quæ diximus procedant in rebus donatis à collateralibus.*

53 ¶Hvc item pertinet & hæc quæſtio:Si ædificium fortè inædificatum eſt in fundo patrimoniali nullius propè valoris:an id ædificium cenſebitur patrimoniale,ſicuti ſolum , in quo ædificatum eſt ? Quod videtur ob illud vulgò iactatum,

*Quicquid plantatur,ſerítúrve,aut ædificatur,*
*Omne ſolo cedit,&c.*—

Vt ſcribitur & not.in §.cùm in ſuo,Inſtit.de rer.diui. Sed tu hîc tamen omnino vide Odoff. in l.vlti.& ibi quoque Albe.col.item vlti.verſi.item quærit ſi quis.& Iaſon.col.xj.verſi.quartò quæro,C.de iure emphy.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſic.cxix.Bart.in l.j.§.j.ff.de ſuperfi. Bald.in c.1.§.ſi quis de manſo.col.iiij.verſic.extrà quæro,titu.de contro.inueſt.& conſi.lxxiiij. ſuper ſolo,lib.4.& iterum conſi.cxxxiiij.quidam emit à Titio,lib.5.Anton.conſi.xxxiij. in facto fratrum,col.vlti.quibus in locis diſputant,an & quando ſolum emphyteuticum faciat ædificium in eo extructum cenſeri emphyteuticum.Et Bal.in l.j.in viij.quæſt.ff.de rer. diuiſio. vbi tractat,vtrùm caſtrum ædificatũ in fundo feudali, ſit etiam feudale:vti etiam facit Cardi. Alex.in cap.1.paulò ante fi.titu.de ali.feud.& Ioannes Lup.in repet.rub.de dona. inter virum & vxorem,§.lxij.col.vij.verſi.ex iſtis infertur.Sed ita,vt non omittas tex.in cap.1.§.ſi vaſallus, & ibi Docto.titu.hîc finit lex.

*An ædificium factum in fundo patrimoniali cenſeatur patrimoniale.*

54 ¶Sed & vide ipſum Bal.in l.ij.verſi.quæro an præſumatur,C.de rei vend.illic differentem, an ſi emphyteuta extruxerit ædificium in re emphyteutica,id feciſſe videatur animo donãdi,ita vt finita emphyteuſi cedat domino. de quo etiã per eundem in l.Senatus,§.Marcellus, & ibi Imo.& Alex.qui adducit alios,ff.de lega.j.& prætereà Ange.Aret. in d.§.cùm in ſuo,Inſtit.de rer.diui.& Iaſ.qui etiam alios citat,in l.ij.col.viij.verſic.vltimò circa prædicta, C.de iur.emph. Et quod item tractatum eſt à Iureconſultis , an ſi emptor fundi obligati, ædificauit in eo,ſit etiam ædificium obligatũ,in l.domo,ff.de pign.act.& l.ſi fundus,§.ſi res,ff.de pigno.& l.Paulus,§.domus,& iterum l.vlt.eo.tit.& Corſe.in deci.Tholo.quæſt.cccxxix.item fuit quæſitum, quidam fundum. Et vtrùm ædificiũ factum à patre in re aduentitia filij, in qua erat vſufructuarius,

*De eodem.*



ctuarius,cedat commodo ipſius filij tantùm,an & cæterorum:videbis apud Bal.in auth.excipitur,col.vlt.verſi.quæro pater,C.de bonis quæ libe. Sed & vtrùm ædificium à teſtatore impoſitum areæ legatæ,cedat legato,vide tex.in l.ſeruum,§.ſi areæ,ff.de legat.j.& in l. ſi clauis,§. area,ff.de lega.iij.Et an ædificium ab vxore factum in re ei donata à marito,ſit vxoris,an mariti,vide tex.in l.ſed ſi vir,§.ſi vir,ff.de donat.inter vir.& vxor.Et an ædificium factum à clerico in fundo patrimoniali ex pecunia eccleſiæ,ſit & ipſum patrimoniale, vide Spec.& Ioan. And.in titu.de empt.& vendi.§.tertio loco,verſi. quid ſi clericus. Et vide etiam conſuetudinem Borboniorum,cap.271. & ſequen. dum loquitur de vno ſociorum in bonis mobilibus & acquæſtibus,qui ædes extruit in fundo patrimoniali.

*Conſuetudo.*

55 ¶Et ex iis quoque intelligere potes,an ſi domo patrimoniali exuſta,fuit alia domus in area recèns extructa,ea cenſeri debeat patrimonialis , vt antè erat. Sed quibus addere potes, huiuſcemodi domum non videri eandem eſſe,quæ primùm fuit,l.inter ſtipulantem,§.ſacrã, ad fi.ff.de verb.oblig. Ideoq; legata domo deſtructa,etiam ſi alia eodem loco à teſtatore ædificata fuerit,interit legatum, l. ſi ita legatum,§.vlti.ff.de legat.j. nec manet vſusfructus in hac domo,qui in priori debebatur,l.quid tamẽ,§.j.& iterum,§.in nauis,ff.quib.mod.vſufru.amit. Quamuis his aduerſari videtur alius text.in l.ſeruitutes,§.ſi ſublatum,ff.de ſeruit.vrba.præd. quo probatur,ædificium eadem ſpecie & qualitate repoſitum,cenſeri idem ædificium, atque in id durare priſtinam ſeruitem. De quibus vide Doctor.ibi.& Alberic.in d.§.ſacram, in xxj. oppoſit. Et adde etiam,quæ dicam infrà in fin.huius tit.in xiiij.quæſt.

*Domus extructa in loco in quo domus patrimonial.exuſta eſt,fit etiã patrimonialis.*

56 ¶Quid autem de re patrimoniali vendita , & poſtea à venditore aut eius hærede recuperata per reſtitutionem in integrum,& ob læſionem vltra dimidium iuſti pretij,ex l.ij.C.de reſcin. vend.an ea maneat patrimonialis,vt prius erat,an verò acquiſititia, Chaſſe.in conſuetu.Burgund.in duobus locis,primùm quidem in titu. *des droictz appartenans à gens mariez*,§.xxv.col. vlti.verſicu.quid ſi fuit recuperatum,deinde hoc titu.*de retraictz*,§.j.in verbo, *ancien*, colum.ij. verſicu.ſed quid ſi recuperauit,negat cenſeri patrimonialem,tribus rationibus,quarum duas priore loco adſcripſit,tertiam poſteriore.Prima ea eſt,quoniam in Gallia reſtitutiones à ſolo Principe impetrari poſſunt,& ſolent:ideò pro impoſsibilibus habentur. l. apud Iulianum,§. vlti.ff.de legat.j.voluit,vt puto,allegare l.idem Iulianus, quæ illam continuò ſequitur,§.vlti. nam & ita ab aliis allegari ſolet.

*Quæ à ſolo principe conceduntur,cenſeri impoſsibilia, uide num. 61.& ſeq.*

57 ¶Cui adde in hac ratione text.in l.continuus,§.cùm quis,& ibi glo.Alber.Barto.& alios,ff.de verbo.oblig.eundem Bart.in l.ſi quis ſub conditione,col.ij.verſi. oppono dicitur hîc.ff.de teſta.tutel.& in l.j.paulò ante fin.ff.de iniuſt.teſta.& in l.j.§.qui habebat , poſt princ.ff.de bono. poſſeſ.contra tab.& in l.vlti.col.ij.verſic.venio ad quartum,C.de ſenten.paſ.Dyn. in c.ſemel, in fi.de reg.iur.lib.6.Signo.conſil.xxxix.quæritur nunquid,col.ij.verſi. tertiò probat.Bal.poſt Rayn.in d.l.Iulianus,§.vlti.& in c.1.col.iij.verſicu.prætereà vt dixi,titu.hîc finit lex Corra. & in cap.cùm non ab homine,in fi.extrà de iudic.Cardi.Florent.conſi.lvij.pro magnifico,nu.3. Paul.Caſtren.{ & conſil.ciiij.ſex ſunt,col.ij.verſicu.ſanè merum.lib.1.} in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,colum.penult.verſi.tertiò & vltimò.ff.de liber.& poſthu.Alex.conſi.ccxxiiij.in re tam graui,colum.ij.verſic.& quando pendet,lib.6.& Franc.Curt.ſeniorem conſi.lxxiiij.ſuper memorata,col.xix.num.60.

58 ¶Altera ratio Chaſſe.quæ ad primam proximè accedit,hæc eſt:quia reſtitutio in integrũ non debet haberi in conſideratione,l.iiij.§.j.ff.de fideicommiſ.liber.& voluit (inquit) Georg.Nat. in clem.j.in princ.in quarto notab.de verb.ſignifi. Cui & tu in hac quoque ratione adde tex. in l.exceptiones quæ perſonæ,§.vlt.ff.de excep.& in l.vlt.§.vlti.& ibi glo.vlt.ff.de cond.indeb. & glo.not.in l.ij.in prin.in verbo,repudiauerit,& ibi Bart.qui illam dicit menti tenendam, in verſi.item quæritur,ff.de bon.poſſeſ.ſecun.tab.Innoc.in c.quia plerique,col.ij.verſic.ſed quid dices,extrà de immu.eccleſ.vbi & id dicit procedere in foro conſcientiæ. de quo tamen vide quæ dixi ſuprà eod.tit.§.j.in glo.xviij.in verbo,*le pris*,&c.nu.67.præſertim. Adde item Bart.in d.l.ſi quis ſub conditione,vbi ſuprà.& in l.j.col.iiij.verſicu.ſed circa hoc,ff.de vulga. & pupil. ſubſtit.& in l.quandiu,la j.ff.de acquir.hæred.& in d.l.vlt.vbi ſuprà,C.de ſenten.paſ. & in d.l. iiij.§.j.ff.de fideicommiſ.liber.& in d.l.j.§.qui habebat,poſt princ.ff.de bono.poſſeſ.contra tab. & in d.l.j.ad fi.ff.de iniuſt.rup.teſta.& Bal.in d.cap.1.tit.hîc finit lex Corra. & in d.c.cùm non ab homine.Imol.in l.ventre,& in l.Pantonius,ff.de acquir.hæred.& Soci.conſi.cliiij.pulchra, col.x.verſic.& tenendo,lib.2.& eſt j.eius lib.

*Reſtitutio in integrum non habetur in cõſideratione, uide nu.64.*

59 ¶Nam (vt id quoque addas) non dicitur poſſe fieri, quod per in integrum reſtitutionẽ tantùm fieri poteſt:vt dicit Innoc.in c.paſtoralis,poſt princip. & ibi quoque Panor.in fin.qui id dicit not.extrà de cauſ.poſ.& propri.& Card.Flor.qui & id not.dicit d.conſi.lvij.col.j.& Soc. conſil.cxvj.non poteſt , col.v.verſicu.ſecunda reſponſio, lib.1. Sicuti etiam de diſpenſatione (quam vocant) dicit gloſſ.in cap.gratia,in verbo,non potes,& ibi Domin.col.vlti.de reſcript. lib.6.& in cap.ventum eſt.in verbo,non poſſum,j.quæſt.j.& Bald.in d.l.j.in fi.ff.de iniuſto teſtam.Imol.in d.l.continuus,§.cùm quis, in pen.notab.ff.de verbor.obligat. Panormit.in cap. quod Dei timorem,colum.ij.verſicu. item adduco.extrà de ſtatu mona. Barba.qui alios allegat,conſil.lvij.præclarè,colum.penul.lib.1. Et conſi.liiij.à Ioue,colum.vj.verſicu. nec eſt cre-

*Fieri nõ poſſe dicitur, quod per reſtitutionem tantùm fieri poteſt. Et quod per diſpenſationẽ tantùm.*

dendum,lib.4.Philip.Deci.conſil.dcxlv. viſa donatione, colum.iij.nume.21. Et ſic hæc ratio (quod iam diximus) in priorem incidit.

*Reuenditio quæ fit ex l.ij. de reſcin.uen. an dicatur uoluntaria, an neceſſaria,uide numer.66. & ſeq.*

60 ¶Tertia ratio Chaſſe.hæc eſt:quoniam hæc reuenditio,quæ fit ex diſpoſitione d.l.ij.C.de reſcind.vend.non eſt neceſſaria,ſed voluntaria,ex voluntate ſcilicet emptoris,in cuius facultate eſt ſupplere pretium,ſi malit idipſum facere, & non rem reſtituere : & nihil prætereà dicit ipſe Chaſſe.ſed ſe tantùm ita conſuluiſſe,cùm ex facto interrogaretur,conſil.incip.ex proceſſu moto:quod tamen non reperi inter conſil.eiuſdem. Cui item adde,quantùm ad hanc rationem,quod Bart.in multis locis tradit,hanc reuenditionem , quæ fit ex d.l.ij.C. de reſcind. vend.fieri ex voluntate emptoris:cùm ſi velit,non cogatur eam facere, ſed tantum ſupplere, videlicet in l.in diem,& ibi quoque Rapha.Co.ff.de aqua plu.arc.idem Bart. in l.iij.ff.quibus mod.pign.vel hyp.ſol.& in l.ſi ex duobus,§.ſed & Marcellus,ff.de in diem addi.& idem poſt eum voluit Petr.Ancha.in c.acceſſorium,col.x.verſic.prædictis applico,de reg.iur.lib.6.vbi & hoc dicit tenuiſſe Thomam Piperatum. Sed & id ſequitur Alexan.conſil.xlv.in cauſa,col.ij. verſic.ad quod pluribus,lib.5.& ante eos non obſcurè Ioan.And. cuius tamen non meminerunt in addit.Spec.in rub.de oblig.& ſolut.col.ij.verſi.propoſito congruit. Quorum ſententiam probat tex.quem nullus horum allegat,in l.adigere,§.j.ff.de iure patron.vbi qui ſtipulatus eſt centum operas,aut in ſingulas aureos quinos dari:non videtur contra legem ſtipulatus,quia in poteſtate liberti eſt operas dare.

*Refellũtur rationes prioris ſententiæ. Prioris rationis refutatio.*

61 ¶Sed quæſo,Lector amantiſsime,paulò penitius conſideremus, quantum virium habeãt hæ rationes,ad hunc noſtrum caſum,de quo tractamus. Nam quod primo loco dictum eſt,pro impoſsibilibus cenſeri,quæ à ſolo Principe poſſunt impetrari,vt illud concedamus , de quo tamen per Docto. in locis in ea prima ratione allegatis:tamen id tantùm obtinet reſtitutione nondum impetrata, ob difficultatem ſcilicet impetrationis:vt dicunt omnes leges & Docto. qui de ea re loquuntur. At impetrata reſtitutione,& obtenta,& ad effectum deducta , vti eſt in caſu de quo loquimur,ſcilicet de re vendita,& per in integrum reſtitutionem recuperata: quid eſt,quod amplius de impoſsibilitate,aut etiam difficultate,queramur,aut quæramus? vt in ſimili dicemus,cùm de ipſa reſtitutione priuatim loquemur paulò poſt,verſic. ab hinc iij. Illud autem hîc ſcire debes,ne erres , in Gallia non poſſe intentari remedium d.l.ij.C. de reſcind.vend.de quo hîc etiam priuatim loquimur,niſi impetrata à Principe gratia, tametſi de iure communi id non ſit neceſſarium.

*De eadem re.*

62 ¶Prætereà hæ noſtræ Galliæ reſtitutiones,quæ à Principe impetrari ſolent & debent,tam facilè obtinentur,quàm à iudice ordinario,vt quibus concedendis verbis Principis ſint ab eo deputati delegatiq; Præfecti illi libellorum ( ſiue malis appellare Magiſtros ſcriniorum,quos vulgò Magiſtros requeſtarum vocamus)nec eſt aliter neceſſe adire ipſum Principem. Ideoq; non eſt id exiſtimandum impoſsibile,ac nec difficile quidem,ſi in id eſt materia (vt eſt in caſu noſtro) ſubiecta,ex doctrina Franc.Alberg.in d.l.item Iulianus,§.vlt.& ibi quoque Raph. Co.Paul.Caſtr.& Alex.per text.ibi,in verbis,cùm diſtrahi non ſoleant.Raph.& Paul.Caſt.in d.l.continuus,§.cùm quis,de verb.obliga.Rom.in l.ij.char.vlti.ff.de re iudi.Socin.in l.quidam relegatus,colum.iij.verſic.prima limitatio,ff.de reb.dub.& Iacob.à S.Georg. in tracta.feud.in verbo,Princeps Pedemontium,colum.vj.verſic.quadrageſimaquarta.Philip.Deci.in l.ea quæ raròin fin.ff.de reg.iur.& in l.ij.colum.ij.verſic.& fuit,C.qui admit. In idque etiam allegant plerique omnes l.qui cùm maior,§.j.in verbo,alterũ non facilè impetretur,ff.de bonis libert. & l.penul.& vlti.ff.de cada.punit.

*De eadem re.*

63 ¶Præſertim verò,cùm hæc dependeant non à mera quidem gratia,ſed à iuſtitia:quamobrem nullo pacto impoſsibilia eſſe cenſentur:vt probatur in l.cũ quis,§.ſi quis pro reo, & ibi Bart. colum.j.in ij.oppo.ff.de ſolu.& Socin.in d.l.quidam relegatus,col.iij.verſic.ſecundò infertur. Quæ autem ita facilè impetrari ſolent,& poſſunt , adeò conſiderantur , vt imputetur ei, qui non impetrauerit,aut non petierit.Roma.in d.l.ij.char.vlti.ff.de re iudic.per d.l. qui cùm maior,§.j.ibi,neque enim imputare,ff.de bon.libert.& l.ij.§.tractari.ff.ad S.C.Tertul. & ſequitur Philip.Deci.conſi.dclxxvij.viſis & conſideratis,nume.5. qui & ad hoc dicit facere d.l.quidam relegatus,& l.intercidit,ff.de condi.& demonſtr. & ante eos id quoque voluit Angel. conſil. ccxix.arbitror,col.ij.verſic.dicet quis. Et facit quod not.Anton.in cap. ex ratione,in v.quæſt. colum.iiij.verſicu.hæc intellige ſanè,de appellat.quòd cùm ſtat per iudicem , quò minùs cauſa decidatur , non currit interim tempus proſequendæ appellationis : ſed tum demum tantùm,quando appellans ſibi per ſuperiorem aut aliter prouidere non poteſt, per text.in l.vlti. §.illud,C.de temp.appel.

*Secundæ rationis refutatio.*

64 ¶Similiter quod dictum eſt in ſecunda ratione Chaſſen. reſtitutionem in integrum non haberi in conſideratione,verum quidem eſt,re adhuc integra, & nondum impetrata ea reſtitutione:quia quod euenire poteſt ex iure quodam ſpeciali,nihil mutat ex re præſenti. Ea verò iam impetrata,non amplius de futuro quærimus.nam & id apertè declarat d.l.iiij.§.j.ff.de fideicom.liber.cùm dicitur,Si is qui reſtitui poteſt.& rurſum,Quandiu poterit in integr.reſtit. Et d.l.exceptiones quæ perſonæ,§.vlti.ff.de excep.cùm ſcribitur, Nec ipſe antè habet auxiliũ, quàm reſtitutus fuerit. Et ita expreſsim intelligunt gl.Bar.& Ang.in d.l.vlt.§.vlti.ff.de condi. indeb.



indeb.& Bal.loquẽs in caſu illius §.in l.vlt.ad fi.C.de compenſat.& Tyndar.in tract.de compenſatione,char.pen.col.j.verſic.quid dicemus de eo.& Iaſon in l.non quocunque,§.j.in fi.ff. de leg.j.& Philip.Dec.in d.l.ea quæ rarò.verſic.ſecundò quod dictum,de reg.iur.

*De eadem re.*

65 ¶Et ita quoque expreſsim & in omnibus caſibus intelligunt omnes Doct.ſuprà in ea ſecunda ratione allegati,& quotquot alij,qui de hac re loquuntur,præter Chaſſ.vbi ſuprà,vt ſcilicet reſtitutio in integrum non ſit conſideranda,antequàm impetretur,vt apud eos videre licet. Nec tamen aliâs ſemper verum eſt , vt conſiderari non debeat quod quis reſtitui poteſt etiam à ſolo Principe,vt per Ang.& Iaſ.in d.l.idem Iulianus,§.vlti.col.j.ff.de lega.j. & omniũ copioſiſsimè Soci.in d.l.quidam relegatus,col.ij.& iij.ff.de reb.dub. Sed quibus addere potes ſcripta ab Ioan.And.in c.commiſſa,de elect.lib.6. & Lapo allegati.ix.diſputat hîc an ſi Papa, col.vlti.verſic.tertiò diſputat.

*Tertiæ rationis refutatio.*

66 ¶Quod autem tertio ac poſtremo loco dictum eſt, hanc reuenditionem , ſiue reſtitutionem rei,quæ fit ex d.l.ij.C.de reſcind.vend.non eſſe neceſſariam,ſed voluntariam,quia ſcilicet nõ fit nolente emptore,qui ne id fiat poteſt ſupplere : ſi id aliquid faciat ad huius dubij deciſionem:vide quæſo,an hæc ipſa reſtitutio ſit merè voluntaria,cùm emptor cogatur eam facere, aut ſupplere:hoc autem facere non poſsit,penuria fortè pecuniarum, vt plerunque cõtingit: aut ſi habeat,dare tamen non poſsit ſine maiore aliquo ſuo detrimento.Igitur ſi reſtituat potius,quàm ſuppleat,videtúrne id liberè facere?Et tam liberè quidem facit,quàm ſi quis oborta graui tempeſtate ſuas merces in mare proiiciat,ne ipſe pereat : aut faciat quod rex iuſſerit, niſi malit parentes & liberos,quos is in poteſtate habet,perire. Hæc enim ſunt exempla Ariſtotelis lib.3.Ethicorum cap.1.& aliquid de ea re traditur in c.meritò.xv.q.j. Et quamuis noſtrates dicant hanc coactam voluntatem eſſe voluntatem , ea tamen talis eſt,cui per in integrum reſtitutionem ſubueniri debeat,l.ſi mulier,§.ſi metu,ff.quod met.cau.

*De eadem re.*

67 ¶Sed fac tamen nullum maius malum imminere,quàm quòd cogitur alterũ vnum ex duobus præciſè facere:faciétne idipſum liberè,qui velit nolit,cogitur alterum illud facere?Et certè non facit,vt optimè probat tex.in l.quæ ſub conditione,§.ſi quis,verſicu.ſed ſi.ff.de condi. inſtit.& non obſcurè ſentit Azo in caſu,de quo nunc loquimur,in Summa,C.de reſcinden. vendi.col.j.per illum tex.& eius diſcipulus Accurſ.in d.l.ij.in verbo,iudicis,verſic. item quid ſi iſte vendicet.& ibi quoque Bal.in xiij.q.verſi.iuxta hoc quæritur,C.eo.tit.de reſcind.vend. vbi & ipſe Bal.ob id dicit,reſciſſa venditione ex ea l. reſcindi quoque omne ius ſeruitutis.& pignoris conſtituti ab emptore in rem ipſam.& ſequitur Sal.ibi in xv.q.& Pau.Caſt.in viij.q. & Pantal.Calde.in repe.d.l.ij.col.xliij.verſi.quærit etiam Bal. De quo vltimo nos latius dicemus infrà titu.ſeq.§.iij.glo.j.num.8.hic autem,& duobus ſeq.

*De eadem re.*

68 ¶Et licet cùm alterum tantùm ex duobus cogimur facere , non ſit tanta vis,nec tam præciſa neceſsitas,quàm ſi vnum aliquid tantùm facere cõpellamur : neceſsitatem tamen eſſe,nemo, vt opinor,negabit:quando & neceſsitatem hanc appellet text.quem nullus eorũ , qui de hac re locuti ſunt,expendit,ſi me memoria non decipiat,in l.illud,§.j.ff.de conſtit.pecu. loquens de eo cui delatum eſt iuſiurandum,qui tenetur iurare vel iuſiurandum referre.& (vt ibi ſcribitur) ſi nolit iurare,neceſsitate referendi adſtringitur. Et in id quoque facere videtur tex. in l.non vtique,in princ.verſic.proinde,ff.de eo quod cert.loco,cùm dicitur alternationi ex neceſsitate facit actoris electionem. Sed vt concludam , in caſu noſtro, cùm venditor retrahat ex vi & neceſsitate proueniente ex ſuo ipſius contractu venditionis , ſequitur, rem eandem ad eum redire eodem iure,quo prius penes eum fuerat,arg.l.ſi mater,§. eandem,ff.de except. rei iudic.& l.qui poſſeſsionem,ff.de vi & vi arma.& etiam quæ latè diximus, ſuprà eod.tit.§. xix.in gloſ.ij.num.5.eodemq; vltim.

*De eadem re. Reſtitutio in priorem ſtatũ, locum & gradum reductio.*

69 ¶Adde & tu tamen,quòd reſtitutio,qualiſcunque ea ſit,ſiue ex d.l.ij.C.de reſcind.vendi.ſiue ex alio capite,videlicet doli,metus,fraudis,ætatis,aut alio quocunque,eſt in priorem ſtatum, locum, & gradum omnimoda integraq; reductio & repoſitio.l.quòd ſi minor,§.reſtitutio,& ibi Barto.& alij,ff.de minori.& l.j.& ibi Sal.& alij,C. de ſenten.paſ.& l.j.& ij.& ibi Docto.C.ſi aduer.tranſact.& l.j.C.de reputat.& l.videamus generaliter,§.videamus,ff.de vſur. glo.in cap. quamuis,in verbo,cùm talis,in princ.de reſcrip.lib.6.Cyn.in l.ſi quidem,C.de prædi. minor. Bart.in l.qui proprio,§.item quæritur,in prima oppoſi.ff.de procu.& in l.Gallus,§. & quid ſi tantùm,col.iij.verſicu.redeo ad glo.ff.de liber.& poſthu.Bald.in c.cùm cauſam,col.j. extrà de teſtib.D.à Rota deciſ.ccccxlvj.ſi lata vna,in nouis.Alberi.in l.qui rei,§.aream,nu.2.ff.de ſolu. & Ange.conſil.cclvj.ſecundùm ea,colum.j.Barb.qui alia in id multa adducit, conſi.ix.ſupremi,colum.penul.lib.1.& Docto.vbique. Ex quo apertè ſequitur,quòd res ſic reſtituta reponitur in ſuum priorem ſtatum.

*Niſi tertius ante reſtitutionẽ fuiſſet,in eundem locũ cooptatus.*

70 ¶Et id quidem ſemper ita procedit, vt reſtitutus recuperet primum locum , niſi ſi fortè tertius quiſpiam extraneus interim,id eſt ante reſtitutionem , fuiſſet in eundem locum cooptatus,vt per glo.quam ſequuntur Bart.& alij in l.quid ergo,§.pœna grauior , in verbo, onerasſet,ff.de his qui not.infa.nam ſi is locus teneatur ab eo,qui ſuccedit in locum primi , tunc is primus omnino reſtituitur in ſuum priſtinum locum.l.j.§.vlti.& ibi glo.Bart.& alij,ff.de bonor.poſſeſ.contra tabu.& idem Barto.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,colum.iiij.verſicu.ſed

contra hæc videtur. Hic autem emptor, ex venditione ſucceſſerat in locum venditoris. Si ergo venditor reſtituitur aduerſus ipſum emptorem, nihil eſt quod impediat venditorem reſtitui in priſtinum ſuum ſtatum & locum. Quibus conſequens eſt, rem venditam & recuperatam manere apud venditorem reſtitutum in eodem loco, ſtatu & qualitate, qua prius erat, id eſt patrimonialem, ſi patrimonialis erat ante venditionem. Id quod etiam ſatis probat, quod ſtatim dicemus in fi.ſeq.verſi.

*An retractus habeat locum in venditione reſtitutionis in integrum.*

71 ¶Et ex iis quoque aliud vnum in primis notandum inferri poteſt: Quòd ſi is qui vendidit fundum patrimonialem, deceptus eſt vltra dimidium iuſti pretij, aut aliter ei competit reſtitutio in integrum ad retrahendum rem venditam, quia ſcilicet dolo aut metu inductus eſt ad vendendum, aut minor erat, & eam reſtitutionem in integrum alteri vendat: quod facere poteſt, l.quòd ſi minor, in prin.ff.de minori.& l.ſi minores, & ibi glo.Bar. & alij, ff.de adminiſtr.tuto.& glo.in l.ex pluribus.eod.tit.Bart.in l.non ſolùm, in princ.ff.de in integr. reſtit. cum concord.à me plenius adductis ſuprà eod.tit.§.xxvj.in glo.iij.num.13.decimoquintò reſtitutio: poterit conſanguineus huius venditoris venire ad retractum huius actionis, ſiue reſtitutionis in integrum, quæ competit ad reuocationẽ rei immobilis patrimonialis: vt & nos in ſimili diximus ſuprà eod.tit.§.j.in glo.vij.in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu.31.ex quo infertur. vbi etiam diximus, retractum habere locum in venditione facultatis redimendi ex pacto reuenditionis, iunctis præcedentibus ab initio eius glo. Nam & nemo videtur re excluſus, quem Prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur, l. nemo.ff.de in integrũ reſtitutio.quod etiam facit ad quæſtionem præcedentem.

*An res quæ redit ad dominũ iure feudi vel emphy. cenſeatur acquæſtus.*

72 ¶Qvin & illud dubium eſt, cùm feudum vel emphyteuſis redit ad dominum ex aliqua cauſa, an ea cenſeri debeat, tanquam acquæſtus, an tanquam patrimonium antiquum, vti eſt dominium directum, cum quo ea res conſolidata eſt. Quod videtur, cum ſint veluti acceſſoria, quæ ideò debent ſequi naturam eius rei, cui accedunt. l.cùm principalis, ff.de regu.iur.& c. acceſſorium, eod.tit.lib.6.& vtrobique concord.in glo. Contrà quoque videtur: neque enim ea, quæ conſolidãtur, videntur acquiſita illo iure, quo res, cui cõſolidantur, ſed tanquam alia, & per ſe iudicanda ſunt. l.Mæuius, §.fundo, ff.de lega.ij.& §.ſi cui, Inſtit.de lega. vbi Ioan.Fab. id expreſsim voluit, traxitq́; ad conſuetudinem, qua vxor habet partem in rebus acquiſitis durante matrimonio, vt ſcilicet habeat partem vi huius conſuetudinis in feudo conſolidato: licèt ea nihil haberet in re patrimoniali mariti, cui feudum ipſum eſt conſolidatum. de quo & nos habemus expreſſam conſuetudinem, ſuprà eod.tit.§.xvj.

*De eadem re.*

73 ¶Nec Faber ipſe ſolus fuit in ea ſententia. nam & alij plurimi, non paruæ autoritatis, eum ſecuti ſunt, videlicet Ioan.Plat.& Ang.Aret.in d.§.ſi cui, de leg. ex quibus ipſe Ange. in id quoque allegat l.non quocunque, §.fundus, ff.de lega.j.& prætereà Iaſon.in vlti.addit.ad Chriſto. Porc.in §.ſi eadem, qui proximè præcedit d.§.ſi cui.& Benedi.in repe.c.Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu.791.Boër.in conſuet.Biturig.tit.de conſue.matrimo.&dot. §.ij.& iterum titu.de conſuetu.feud.& cenſ.§.v.col.vlti.& Ioan.Lupus in repe.rubr.de donat. inter vir.& vxo.§.lxij.col.v.verſi.ex his infero: vbi id dicit nunquam eſſe obliuioni tradendũ. Chaſſe.in conſuet.Burgund.titu. *des droictz appartenans à gens mariez*, §.ij.in verbo, *& acqueſtz*, col.iij.verſi.item quæro quid ſi.& Ferro.in hoc tit.de retractu.§.xxiij.col.ij. Sed tu tamen vide, quid de his ſentiat Caro.Molend.in conſuet.Pariſi.titu.j.§.xxx.num.175.& multis ſeq. vbi etiam tractat nuncupatim, an id cadat in retractum proximitatis.

*Quid in feudo vſucapto.*

74 ¶Sed quid de feudo à nobis vſucapto: an id obtineat vicem patrimonij, an acquæſtus? Id quod facilè dignoſci poteſt ex eo, quod ſcribit Bald.in l.liberti, colum.penul.verſic. quæritur de eo qui præſcripſit, C.de oper.libert. vbi quærit, an feudum ab aliquo vſucaptum, tranſeat ad hæredes, tanquam antiquum, an non: & reſpondet, cùm vſucapio non contineat aliquid diffinitum ab homine, id certè continetur, quod eſt diffinitum à Iure vel conſuetudine: quia æquiparatur pacto ſimpliciter facto: vt not.in l.j.C.de ſeruit.& aqua. Ideoq́; & ij tacitè includuntur, qui veniunt ex natura feudi conceſſi ſimpliciter, argu.cap. ſuper quibuſdam, §. prætereà, extrà de verbo.ſignificat. Hæc ibi: ex quibus iam intelligis, huiuſmodi feudum cenſeri nouum, & acquiſititium. Ad id autem, quod dictum eſt, vſucapionem habere vim pacti, vide omnino quæ diximus ſuprà eod.titu.§.j.gloſ.ix.in verbo, *ou lignagier*, num.249. at maius dubium eſt, & iterum num.253. nec id quidem.

*De eadem re.*

75 ¶Sed & tu prætereà de feudo vſucapto, vide ipſummet Bal.in l.vlt.verſi. ſed nũquid ille qui præſcripſit, C.de liber.cauſ.& in l.ij.col.ij.verſi.quæro quando per præſcriptionem, C.de iure emphyteu. & in l.j.in xxj.quæſt.ff.de rer.diuiſ. in quibus locis eadem propè voluit, vt in d.l. liberti.& rurſum eundem Bald.Iac.Aluar.& Card.Alex.in c.vlt.ad fi.tit.de feud.dat.in vicem legis commiſſoriæ.Ang.in l.qui in aliena, §.j.ff.de acqui.hære.Franc.Aret.in l.iij.§. ex contrario, col.vj.verſic.& occaſione, ff.de acquir.poſſ.Alex.conſil.xv.viſis narratis, col.vlti.verſicu.& dato, lib.5.Iaco.à S.Georg.in tract.feud.in verbo, ita quòd iſti inueſtiti, col.vlti.verſi.an autem filius.& Fran.Cur.iunio.in eodem tractatu, in iij.q.prin.colum.eiuſdem penul.verſic. poſtremò, qui eſt in chart.32.totius operis.& Zaſi.in epitome feudor.parte viij.ad fin. Nec interim tamen omittas text.in l.iij.ff.de vſucap. qui dicit vſucapionem, vel eſſe acquiſitionem vel adiectionem



iectionem dominij.& in l.item ſi res, in prin.ff.de alien.iudi.mut.cau.fac.quæ & ad hanc quæſtionem nonnihil facere videtur.

*Quid de eo, quod quis præſcribit ultra fines fundi patrimonialis.*

76 ¶Sed conſequenter, quid de iis, quæ quis vltra antiquos terminos fundi antiqui, ſiue patrimonialis, vſucepit, quia ſcilicet ea longo tempore poſſedit bona fide exiſtimans eadem eſſe ex corpore vel apendicibus huiuſcemodi fundi: vtrùm & ea cenſebuntur patrimonialia, vti & fundus ille principalis, an verò diuerſo iure cenſenda ſint, ſcilicet acquiſititia. Cognoſces ex ſcriptis à Bald.ipſo in §.rurſus, qui eſt vlt.col.verſi.ſed pone quòd vaſallus.& ibi quoque Iac.Alua.Mart.Laud.& Car.Alex.tit.de contro. inueſti.aut vt in aliis codicibus is tit.inſcribitur, ſi de inue.feud.contro.fuer.dum loquuntur de eo quod vaſallus bona fide vſucepit vltra antiquos terminos conceſsionis feudi, an ſcilicet id finiatur vnà cum feudo: in quo illi non ſecum omnino conueniũt. de quo & tu quoque vide Franc.Curt.iunio.in d. tract.feu. parte iiij.q.j.in fi.& Caro.Molen.in conſuet.Pariſ.tit.j.§.vij.nu.30.

*Quid de horto comparato ad uſum domus patrimonialis.*

77 ¶Et illi quidem quæſtioni ſatis appoſitè & hanc ſubiiciam. Eſt mihi domus patrimonialis cui fortè hortus abeſt, ideò illius cauſa comparaui hortum continentem, qui domus eſſet veluti appendix, & (vt noſtri loquuntur) pertinentiæ ipſius: an & hic hortus erit etiam patrimonialis, vt domus, cui mea deſtinatione acceſsit? quod videtur, per l.cùm fundus, ff.de lega.ij.& l.prædiis.§.qui domum.ff.de leg.iij. Verùm Bald.in l.j.in vj.q.ff.de rer.diui.tradit in ſimili propè ſpecie, videlicet quòd ſi quis emit hortum vicinum domus feudalis in conſequentiã (vt ipſe loquitur) ipſius domus, non erit propterea hic ortus feudalis, quia hæc acceſsio eſt diſcreta, non concreta: ideoq́; erit huiuſmodi proprius, non feudalis. Separatarum enim rerum ſeparatum eſt dominium: licet, vt ipſe ſubdit, ſub iure nonnunquam noſtro includatur etiam alienum, l.Marcellus, ff.de rei vend.& c.j.extrà de poſtul.prælat.

*Quid de uectigali uẽdito ſuper fundo patrimoniali. Conſuetudines de ea re.*

78 ¶Illvd quoque in dubium vocatur: Si venditur vectigal annuum ſuper fundo patrimoniali, an in eo habebit locum retractus vt in feudo ipſo, ſtante ea conſuetudine, quæ eum admittit in patrimonialibus tantùm. Et ſanè ſunt priuatæ quædam conſuetudines in Gallia, quæ dicunt retractum hîc habere locum: videlicet apud Pariſienſes c.clxxij. Melodunenſes, c.50.in fi.Senonenſes, c.34. Trecenſes ca.148. Aurelianenſes c.cclxxvj. Borbonienſes, cap.ccccxxiij. Bleſenſes, c.cxciij. Nec id quidem abs re, quando huiuſmodi vectigal ſequitur naturam ipſius fundi illi ita obnoxij, vt voluit Chaſ.de alia re loquens in conſue.Burgun.tit.*des confiſcations*, §.j.in verbo, *& appartient la confiſcation*.col.vij.verſic.& primò videtur, per l.defuncta, ff.de vſufruct.quæ non loquitur de hiſce vectigalibus.

*Poſſeſſoriũ an poßit intentari ob annuum uectigal.*

79 ¶Sed id ſatis probatur (vt hoc illi addas) ex eo quod à noſtris traditur, poſſeſſorium licèt intentari non poſsit ratione vectigalis perſonalis, vt multis placet, poteſt tamen haud dubiè intentari ratione vectigalis ſuper re conſtituti, æquè ac ratione ipſius rei: tanquam ſcilicet vectigal ipſum ſit eiuſdem naturæ, ac res, ſuper qua debetur. Albe.in l.ſi certis, col.ij.nu.8.C.de pact.Bal.in repet.l.ij.col.vij.verſi.ſecundum eſt autem, C.de ſeruit.& aqua. Ange.in l.regulariter, ff.de petit.hær.Pan.in c.peruenit, colum.j.extrà de cenſib.& conſi.xxiij.in cauſa quæ ad præſens, in j.dub.lib.1.Roma.conſi.ccxj.in cauſa propoſitæ conſultationis, in iij.dubio, Ange. Aret.in §.j.col.ij.Inſtit.de interdict.Guid.Pap.deci.Delphi.cccclij.in materia, col.ij.Phi.Dec. conſi.cxxxvj.in cauſa reuerendi.Steph.Bert.conſi.ccxliiij.quicquid, in prin.lib.2. Matth.Affl. deci.Neapoli.cccxcv.pro deciſione, nu.8.& in conſtit.Siciliæ incip.circa violentiarum, col. vltim.Franc.Rip.in repet.l.rem quæ nobis, nu.16.ff.de acqui.poſſ.& noſtrates vbique.& diximus etiam, ſuprà eod.tit.§.j.glo.vj.in verbo, *rentes*, nu.11.tertiò limita, & ſeq. vti & alia quoque diximus huc pertinentia.

*Clericus an in forũ ſeculare uocari poßit ob uectigal prædiarium.*

80 ¶Atque ex eo quoque, quòd clerici pro cenſibus ſiue vectigalibus, quæ pendunt ratione rerum ſuarum, in ius vocari poſſunt ad iudicem ſecularem, vti pro rebus illis ſuis patrimonialibus: vt voluit Guli.Cun.in l.de his, quæ eſt iij.C.de Epiſco.& cleri.& in auth.clericus, eod.tit.& Sal.in authen.ſed periculum, C.ſine cenſu vel reliq. Et licet Bal.in d.l.de his, teneat contrarium, ſicuti & Raph.in l.iubemus nullum, C.de ſacroſanct.eccleſ.& Pan.in c.qualiter, in fi.extrà de iudi.& Maria.Soc.in cap.ſanè, col.vj.in ix.declara.extrà de for.compet.& ante hos Pet.Iaco.tit.de duello, col.v.verſicu.quidam tamen dixerunt, & multis ſequentib. vbi id latè diſputat. Tamen ob id ita voluerũt, quia etiam in ea fuerunt ſententia, vt nec pro rebus quidẽ ipſis patrimonialibus poſsit clericus actione reali ad iudicium ſeculare trahi, vti etiam voluit idem Bal.in d.auth.clericus, poſt prin.& in c.ij.in fi.de iudi.& Archi.in cap.j.de cleri. coniug.lib.6.& Oldr.qui hanc rem latè tractat conſi.lxxxiij.an epiſcopus, Collect.Panor. & Fel.in d.c.qualiter, de iudi.& idem Pan.in c.eccleſia, col.j verſi.vnde falſa eſt, de cõſti.Io.Plat. in l.viros, verſic.& propter hoc, C.de Palat.ſacra.largi.lib.12.Guido.Pap.deci.Delphi. lxxvij. lex, ſi conuenerit, col.j.verſi.& prædicta.Matth.Afflict.deci.Neap.ij.ſereniſsimus, nu.5.& in d. conſti.de Burgenſaticis, ad fin.

*An clericus ad iudiciũ ſeculare trahi poßit actione reali.*

*De eadem re.*

81 ¶Tamen prior opin.quæ clericos ſubiicit iudicibus ſecularibus ratione rerum ſuarũ patrimonialium, & vectigalium, ſiue penſitationum, quæ ſuper illis debentur, ſeruatur ex cõſuetudine Franciæ, vt dicũt Guli.Cu.& Bald.in d.auth.clericus, & ipſe Bald.in c.cùm veniſſent, col.iij.verſic.oppo.dicitur, extrà de eo qui mit.in poſſeſ.& Io.Fab.in §.vlt.col.ij.verſicu.quid

in neceſſario, Inſtit. de ſatiſ. & in authen. ſtatuimus, col. j. de Epiſ. & cleri. & Maſuer. titu. de remiſ. §. item ſi presbyter, vbi & idē dicit de actionibus miſtis. & Aufre. in rep. cle. j. de offi. ordi. in iiij. fal. ij. regulæ vbi nuncupatim loquitur de reliquiis huiuſmodi vectigalis, & in fin. illius limitationis dicit ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi. & Bened. in rep. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. num. 322. & multis ſeq. de teſta. vbi & ipſe loquitur de cenſibus & vectigalibus. Scioque inter Areſta Senatus Pariſien. collecta ab ipſo Aufre. id areſtum eſſe xv. quo dictum eſt, Epiſcopum Cabilonēſem non eſſe admittendum ad dicēdum ſe eſſe in poſſeſsione cognoſcendi de actionibus realibus inter clericos. Et aliud quoque areſtum xxj. quo etiā iudex eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere de reliquiis penſitationum realium, etiam ſi in ſtipulationem vel promiſsionem deductę fuerint. Sed de hoc vltimo eſt aliud areſtum contrarium nu. 49.

82 ¶Imò verò ſunt, qui etiam tenent, de Iure communi hanc opinionem procedere, vt iudex ſecularis cognoſcat de actionibus realibus & penſitationibus rerum patrimonialium inter clericos: quos videre poteris apud ipſum Aufre. in d. cle. j. de offi. ordi. quo loco ſuprà citauimus. & Barb. conſi. j. magnus, ſcripſit Pſalmiſta, col. xviij. verſi. præterea adduco, & multis ſeq. lib. 3. & ipſum Benedic. vbi ſuprà. nu. 431. Porrò Io. Fab. in §. item Seruiana, col. ix. verſicu. & facit quòd Prælati, Inſtitu. de actio. dicit generaliter prælatis Franciæ interdictum eſſe, ne cognoſcant de actionibus realibus, & hypothecariis. quod & nos alibi diximus. Et ita quoq; ſeruatur in regno Neapolitano ex illa conſtit. de Burgenſaticis. Super eo autem, quod ſuprà diximus de reliquiis penſitationum deductis in promiſsionem, vide vltra ea quæ citauimus, ipſum Aufrer. in d. areſtis c. xx. & Io. Gallum in ſuis quoq; areſtis, quæſt. 50. & iterū lxxxviij. rurſumque cliij. cap. vlti.

*De eadem re.*

83 ¶Sed vt redeamus, illud quoque, quod ſuprà diximus, has penſitationes debitas ratione rei, ſortiri naturam ipſius rei, ex eo comprobatur, quòd licet aliàs iura non ſint mobilia, nec immobilia, ſed tertia quædam ſpecies, vt per Bald. in c. j. §. ſciendum, verſi. extrà quærit, tit. de feud. cog. & diximus ſuprà eod. tit. §. j. glo. v. in verbo, *ſeruitutes*, in prin. vti & de huiuſmodi iuribus annuorum redituum tradit Panor. in c. nulli, col. iij. verſi. quid autem. extrà de rebus eccle. non alie. atque etiam diximus in d. §. j. glo. vj. in verbo, *rentes*. nume. 3. ſed vt ad noſtram. Tamen ſi ea iura accedant ſiue adhæreant rebus immobilibus, & immobilia quoque eadem eſſe cenſentur, vt ſcribit Maria. Soci. qui in id multa allegat in tract. oblationū, libel. viij. in vj. q. col. j verſi. & prædicta procedunt. Nam & aliàs quæ ſolo cohærent, immobilia eſſe cenſentur. Ang. in §. hæc ergo, qui eſt ij. in auth. de non alie. Phil. Franc. in c. ij. in princ. col. ij. de reb. eccle. non alie. Alex. conſi. ccxj. ponderatis, col. ij. lib. 6. cum ſimi.

*De iiſdem rebus.*

*Iura adhærētia rebus immobilibus cēſeri immobilia.*

84 ¶Denique Ang. doctor celeberrimus, conſi. cxvij. in canonica, col. j. ſcribit iuriſdictionē, quæ & ipſa ius eſt, eſſe realem, ob id quòd ſolo cohæreat, eiúſque ratione competat. Ex quibus (vt concludam) iam ſatis, ac propè nimium probatum eſt id, quod ſuprà ſæpius diximus, huiuſcemodi annuos reditus ſuper re quapiā immobili conſtitutos & aſsignatos, eiuſdem rei qualitatem nanciſsi, & naturam. Tu autem interim vide eundem Chaſſe, quem ſuprà in prin. huius quæſt. citauimus in illo eo. tit. *des confiſcations*, §. j. in verbo, *& appartient la confiſcation*, col. v. verſi. ſed iuxta prædicta, vbi tractat, an confiſcatis cuiuſpiā bonis, huiuſcemodi reditus ei debiti ratione alicuius fundi, applicentur domino, in cuius iuriſdictione fundus ille ſitus eſt: an ei, in cuius iuriſdictione habitat is, cui reditus debebatur.

*Iuriſdictionē eſſe realem.*

*Deciſio principalis quæſtionis.*

85 ¶VERVM plus dubitationis eſt, ſi huiuſmodi vectigal venditum & conſtitutū fuerat ſuper omnibus bonis, & ita comprehenſis rebus patrimonialibus, & acquiſititiis: an erit locus retractui ſtante ea conſuetudine, quæ tantùm illum admittit in patrimonialibus? Et hîc certè locus eſt, ex conſuetudine Senonenſium, c. xxxiiij. & Aurelianenſium c. cccij. Quanquàm in contrarium præbet argumentum, quod ſcriptum eſt in §. vj. huius tit. At tu vide ne hîc diutius immoremur, quæ in ſimili diximus ſuprà eod. tit. §. j. glo. vij. in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu. 81. nunc autem, & aliis ſequent. & iterum §. xxiij. in gloſſ. ij. nu. 8. & hæc faciunt, & ſequent. iunctis omnibus præcedentibus, in eadem glo. quo loco tractamus, an ſit locus retractui, & quomodo, quando venditæ ſunt ſimul res patrimoniales, & acquiſititiæ. Ex quibus colliges quid hîc dicendum ſit.

*Quid de vectigali cōſtituto generaliter ſuper omnibus bonis.*

*Cōſuetudines.*

86 ¶Ex iis autem, quæ dicta ſunt, potes intelligere, quòd ſi quiſpiam dederit fundum ſuum patrimonialem in emphyteuſim, aut cenſum, aut libellum, aut alio quouis modo vel nomine, ad penſionem ſiue vectigal annuum: an id vectigal cenſendū ſit patrimoniale, vti is fundus, cuius naturam omnino ſequitur, vt amplè ſuprà probatū eſt. Et id aliis quoque hoc in caſu rationibus comprobauit Chaſſ. tit. *des ſucceſsions*, §. viij. in verbo, *ſont iſſus*: quem tu videre poteris, ne & ego quoque faciam, quod ille ſemper & vbique facit, id eſt, integros aliorū libros, nedum paginas & chartas, in ſuos impudenter & tacitis nominibus inſerit.

*Si fundus patrimonialis datur ad vectigal annuū, an id ſit patrimoniale.*

87 ¶HVIVS quoque cenſus eſt, & hæc ſpecies: Tyrannus quiſpiam nullo iure, vt mos eſt tyrannis, occupauit fundū meum patrimonialē: is tandē ab Harmodio quopiā aut Ariſtogitone tyrannicidis illis celebratiſsimis interemptus eſt, réſq; publica ſibi reddita, & omnia bona priſtinis dominis reſtituta: an is fundus mihi cēſebitur patrimonialis, vt prius erat, an acquiſititius.

*An fundus patrimonialis à tyrāno occupatus, & poſteà*



ſititius Pau. Caſt. conſi. clxxvj. videtur dicendū dictam Mariam, in fi. lib. 1. ex facto interrogatus, reſpondit feudum paternū occupatū à tyranno, & poſteà recuperatū in priſtinā cauſam reuerſum eſſe intelligi, atq; ita manere paternū, non nouū, per text. in l. peculiū eſt, §. ære alieno, ff. de pecu. Et vltra eum bene facit text. in l. qui poſſeſsionem, ff. de vi & vi arma. & in l. ſi mater. §. eandem, ff. de except. rei iud. & quę diximus ſuprà eod. tit. §. xix. glo. ij. nume. 4. & ſeq.

*redditus, maneat patrimonialis.*

88 ¶QVID verò in hac ſpecie dicendum? Duo fratres ita inter ſe diuiſerunt communem parentum hæreditatē, & cōmunes quoſdam acquæſtus, à ſe cōmuni pecunia & nomine factos, vt vni vniuerſa illa hæreditas ceſſerit, alteri vniuerſi acquæſtus: ij poſtea aliis vendūt, ille eā hæreditatem, hic acquæſtus: an ſtante ea conſuetudine quæ retractum admittit in bonis patrimonialibus tantùm habeat locum retractus, & quomodo? Et id quidem ex eo pendet, vtrùm ea bona cenſenda ſint, & pro qua parte, patrimonium, an acquæſtus. Qua in re illud ſciendum eſt, diuiſionē habere vim permutationis, aut vt aliis, & quidem rectius, placuit, eſſe permutationem, aut ſpeciem ipſius: vt probat l. cùm pater, §. hæreditatem poſt mortem, & ibi Bart. & Bal. ff. de leg. 2. Bar. in eadem l. §. euictis, in fi. gl. Cy. Albe. Bal. Ang. Pau. Caſtren. qui id optimè declarat, in l. j. C. com. vtriuſque iud. & alius text. in l. ſi filia, §. ſi frater, ff. famil. erciſc. glo. Bal. & Pau. Caſt. in l. ſi familiæ, C. fami. erciſ. Spec. tit. de feu. §. quoniam, verſi. xxxiij. Albe. in l. qui Romæ, §. cohæredes, col. j. ff. de verbo. obli. Ange. in l. ſi fratres, C. com. vtriuſque iudi. Ant. conſi. xxxvij. Leugus quidā, in prin. Corn. conſi. xxxviij. viſo libello, col. ij. lib. 3. & Doct. vbiq;. Et in hac ſentētia in caſu noſtro videtur eſſe Alb. in l. qui cùm tutoribus, in prin. poſt med. ff. de tranſactio. cùm dicit, quòd in diuiſione id quod ex perſona mea venit ad fratrem meum, ſuccedit loco illius partis, quam mihi dedit. Et in hanc quoque ſententiā eſt expreſſa conſuetudo apud Altiſsiodorenſes hoc tit. *de retraict*, §. ix. qui eſt omnium xl.

*Si ex diuiſione uni fundus patrimonialis alteri acquiſititius adiudicetur: an in hoc ſi uendatur, erit locus retractui.*

*Diuiſionē eſſe ueluti permutationem.*

89 ¶Ex quo conſequens illud fit, vt in hac diuiſione id cēſeatur patrimonium, quod loco patrimonij alter habuit: & acquæſtus, quod alter item loco acquæſtus habuit, id eſt, pro rata cuiuſque portione. Erit ergo in noſtro caſu perinde, ac ſi quis eodem cōtractu vendat rem patrimonialem, & rem acquiſititiam, de quo nos diximus ſuprà eod. titu. §. xxiij. num. 8. & hæc faciunt. Et interim tamen vide quod in ſimili tractatur à gloſſ. Bal. & aliis in c. j. titu. Imperat. Lothari. de duobus fratribus, qui ita bona patris diuiſerunt, vt apud alterum feudum paternum maneret, & apud alterum cætera bona: ſi ille poſtea moriatur ſine liberis, an hic ei ſuccedet omnino in illo feudo, tanquam paterno: an dominus: tanquam in nouo. De quo etiam per Baldum in l. j. in xj. quæſt. ff. de rer. diuiſ. Alexan. conſi. xiij. perſpectis his, col. j. & ij. lib. 5. & Franc. Aret. conſi. iij. conſultatio, col. j. & ij. Fran. Curt. ſeniorem conſi. xlix. memoriæ, colum. xviij. nu. 71. & conſi. ſequent. eiuſdem initij, col. lxviij. nu. 383. & ſeq. Sed & vide Guid. Pap. conſ. xlvj. in facto, col. ij. verſ. plus poſſet: dum tractat, ſi an ita diuiſio fiat inter fratres, vt apud vnum maneat pecunia, & cætera bona mobilia, & apud alterum immobilia emphyteutica, an ex huiuſmodi diuiſione debeantur laudimia. Et quæ diximus, ſuprà §. j. glo. xiiij. in verbo, *ou equipollent à vente*, nu. 76. cæterum & hæc.

*De eodem.*

90 ¶HVIVS item monetæ eſt & illud dubium: Vendidi fundum patrimonialem ſub lege redimendi intra aliquod tempus, aut ſimpliciter, vel etiā ſine ea lege: poſtea autem eundē redemi: vtrum cenſendus ſit patrimonialis, vt prius erat, an acquiſititius? Sed nos de hoc latè tractauimus ſuprà eod. titu. §. xix. in gloſ. ij. vbi tu videre poteris, ne hîc iterum repetam: ſed illud te hîc admonere volui, quia ea quæſtio ad hunc locum pertinet, verebarque, ne ſi hîc perquireres, nec inuenires, intactam à nobis relictam putares.

*Quæſtio alibi tractata.*

91 ¶SED quid cum dubium eſt, an quod venditum eſt ſit patrimoniale, an acquiſititium. & certè in dubio poſſet videri cenſendum eſſe patrimoniale, vt expreſsim voluit Ioan. Berb. vir vtique & in iuris prudentia, & in practica non contemnendus, in viatorio iuris, titu. de locat. col. xv. verſi. & ex hac quæſt. arg. l. ſiue, C. de probat. & l. j. C. de bonis mater. & c. j. extrà de pecu. cler. & c. j. xij. q. iij. Et idem quoq; voluit, ad hoc noſtri retractus propoſitū, D. Ferro. in conſue. Burdig. hoc tit. *de retraict*, §. xj. in fi. per tex. optimum in c. j. §. vlt. & ibi doct. titu. de ſucceſ. fratr. ſiue de gradi. ſucceſ. in feu. vbi ſi dubitetur, an feudum ſit antiquum, an nouum, onus probationis ei ingruit, qui dicit nouum. & illum text. dicit mirabilem Bal. ibi. & eſt ſimilis text. in c. j. tit. ſi de feu. fuer. contro. inter do. & agna. & ibi no. Iac. Bel. Nic. Neapo. Bald. qui id dicit valde not. Aluar. Marti. Laud. & Card. Alex. atque etiam text. in c. j. §. item placet, & ibi quoq; Marti. Laud. tit. de inueſti. in marit. fact. & voluit etiam Pau. Caſt. conſi. ccxxxiij. de vtroque quæſito, in fin. lib. 2. Alex. qui & id dicit not. conſi. xv. viſis narratis. col. penult. in prin. lib. 5. Iaſon conſi. cxiiij. ad obiecta, col. ij. verſic. quod autem libr. 1. & conſi. xxiiij. in cauſa feudali, col. vj. verſi. item dicit Bald. lib. 3. vbi id dicit not. Philip. Deci. conſi. clij. agitur cauſa, col. vlti. verſi. ſecundò reſpondet. & conſi. cclxix. conſultus, col. ij. verſic. & prædicta. & conſi. ccccxlv. in caſu, col. ij. verſic. & etiam in dubio. Zaſius in epitome feudo. parte xj. cap. ſecūda concluſio ij. & Alcia. in tract. Præſump. reg. iij. præſumpt. xxviij. numero 1. & Molend. in conſuet. Pariſi. tit. j. §. v. nume. 89.

*In dubio an res cenſeatur patrimonialis, an acquiſititia.*

92 ¶Et ad id optimè facit, quia magis præſumitur id quod naturale eſt, cuiuſmodi eſt quod ex ſucceſsione progenitorum accepimus, quàm quod accidētale, l. qui habet, in prin. ff. de tutel. & latè

*De eadem re.*

& latè diximus ſuprà eo.tit.§.xxx.in glo.j.nu.26.ſecunda ratio.Facit etiam quod voluit glo. in cle.literas,quæ eſt vlt.in verbo,creatum,ad fi.de reſcript.quòd aliquid potius præſumitur vetus,quàm nouum.Quam ita allegat, & ſequitur Bald.conſilio cclxiij.tres ſunt ſententiæ, lib.2.Ea autẽ glo.ab aliis ſolet in id expendi, quòd ei qui dicit nouum,incumbit onus probandi.& ad hoc ſingu.eam dicit Card.Flor.in d.cle.literas,col.vlt.in vij.q.& ibi quoq; Barb. col.xviiij.verſi.& quod onus.& idem Barb.in l.in illa ſtipulatione,col.xxxiij.verſi cui autem pondero,ff.de verbo.obliga.& vtrobique pro ea dicit eſſe text.quem in poſteriore loco dicit meliorem totius iuris,in cap.conſtitutus,extrà de reſcript.

*Aliquid potius uetus, quàm nouum præſumitur.*

93 ¶Sed hæc poſſent intelligi procedere,niſi quis ageret ad aliquid,tãquam vetus, aut antiquũ, & reus negaret: tunc enim onus probandi ingrueret agenti, vt in feudo expreſsè voluerunt Iaco.Bel. Aluar.Marti.Lau.& Card.Alex.in d.c.j.§.vlti.tit.de gradib.ſucceſ.in feudo,per text. in c.j.tit.de conten.inter me & domi.& in c.j.§.cùm autem.tit.de contro.inueſt.& Sign.conſi. x.in quæſtione vertente inter Vgetum,col.iij.verſi.modò his præmiſsis, quia qui ſe fundat (inquit) in aliqua qualitate,eam debet probare,l.habebat,in prin.ff.de inſtito.act.& alia quæ allegat.& idem Signo loquens in caſu noſtri retractus,conſi.lxxxj.in quæſtione vertente inter Nigrũ,col.vlt.Mart.Laud.& Aluar.in d.c.j.tit.ſi de feu.fuer.contr.inter do.& agn.& Pau. Caſt.conſi.xliiij.circa præſentem caſum,col.j.in fi.lib.2.& conſi.cclxxix.viſa petitione, col.ij. & ſeq.eod.lib.2 Alex.conſi.x.ponderatis his,col.j.verſi.præterea illud,lib.3.& Franc.Cur.ſenior conſi.xlix.memoriæ recolendæ Dux,col.iij.verſi.primò adducitur.& conſi.ſeq.quod eſt eiuſdẽ initij,col.ij.verſi.& primò arguitur.Alter Franc.Cur.iunior in tract.feu.in viij.quæſt. primæ partis,col.vj.verſi.illud tamen quod dixi.Card.Alex.in prælud.feud.col.xiiij.in ſexta diuiſi.verſicu.ſi verò non conſtat.Chaſſe.in conſuet.Burgund,tit.*des droitz & appartenances à gens mariez*,§.vj.in verbo,*anciens*, col.iij.verſic.præpoſitus.

*Quid autem cum quis agit ad aliquid tanquam uetus.*

94 ¶Nam & videmus, quòd licet aliàs potius præſumatur paupertas, quàm diuitiæ: cùm illa naturalis ſit,hæc aduentitia:nudi enim naſcimur,ac rerum omnium inopes, c.ſicut hi.xlvij. diſt.& vt ſcribit Plinius lib.9.c.xxxv.Nos rerum natura nudos excipit.Tamen ſi paupertas ſit cauſa intentionis agentis,debet eam agens probare.glo.Bart.Albe.Ang.qui eam glo.commendat.Pau.Ca.Soci.qui eam dicit ſemper allegari pro ſing.& alij in l.ſi verò,§.qui pro rei, ff.qui ſatiſda.cog.Alb.in l.ei incumbit.col.vlt.nu.8.ff.de prob.& in l.ſi creditores,ff.de priuil. cred.Bal.in l.non prius,in prin.C.quan.fiſc.vel priua.vbi dicit eam glo.eſſe meliorem totius iuris, ad hoc,vt cùm negatiua eſt cauſa intentionis,id eſt,vt ipſe dicit,aperit viam ipſi intentioni, ea probanda eſt.& in cap.vlt.col.j.extrà de præſumptio.vbi eam glo.dicit ſing.& in c. in præſentia,col.antepe.verſi.quæro quare probatio,extrà de prob.vbi & eam quoque ſing. dicit.& conſi.ccciiij.non eſt nouum,col ij. {verſi.reſpondeo,iſta probatio} libr.1.vbi & illud de paupertate probanda dicit Panor.in cap.bonæ,le j. col.antepen.de elect.Floria.qui hanc dicit eſſe perfectam doctrinam,quæ communiter approbatur in d.l.ei incumbit, col.ij.verſi. ſed ſi loquamur,ff.de proba.Pet.Anch.conſi.v.pro parte nobilis,col.1.in fi.Maria.conſi.xxiiij. viſis,col.antepe.verſi.confirmatur hoc.Philip.Franc.in c.ſemel malus,circa medium,de reg. iur.libr.6.Matt.Afflict.deci.Neapo.ccclxxvij.Princeps conceſsit,col.vlt.verſ.& pro iſta parte, vbi dicit illam gloſ.ſingu.

*Paupertas præſumitur. Niſi ea ſit cauſa intentionis agentis. Negatiua ſi cauſa ſit intentionis eã proponentis, debet probari.*

95 ¶Sed & illud de negatiua probatur in l.penul.§.docere,& ibi Bart.Bald. {Roma.} & omnes, ff.ne quis eum,& in l.hoc iure:& ibi etiã Bart.& alij.& inter alios Ripa.qui id ampliat tribus modis,eamq́ue l.legit cum l.in illa,ff.de verb.oblig.& probatur etiam {in l.ſi emancipati, & ibi Roma.in j.not.C.de colla.&} in c.j.& ibi Domi.in ij,nota.de confeſ.lib.6.Inno.in c.ſuper his,col.iij.verſic.ſed quid dices,& ibi quoque Hoſt.& alij.extrà de accuſ.Cyn.in l.ij.in v. oppo.quæſt.C.de iure emphy.Ioan.And.in d.c.bonæ,le j.de elect.& in cap.ſine poſſeſsione, & iterum in c.infamibus,de regu.iur.libr.vj.Bart.conſi.lxxxj.Martinus, colum.j.& conſi.xciiij. viſo puncto quæſtionis,col.ij.& conſi.cxxxvij.Statuto communis Gualdi,in iiij.dubio, Bal. in l.actor,paulò ante fin.C.de probat.& in l.inter,paulò antè fi.ff.de pact.& in l.ab eo,col.iij. verſic.quæro nunquid poſitio,C.quomodo & quando iudex.Ange.conſi.clxj.viſo puncto, colum.vlt.Sal.in authen.hoc amplius, C.de fideicommiſ.Pau.Caſt.conſi.ccv.in cauſa,col.ij. verſic.nec obſtat quod concludit,lib.2.& conſi,cclxxix.viſa petitione,ante fi.eod.libr.2.Imo. conſi.cxxxij.in cauſa,col.ij.verſi.ad tertium,& conſi.cxxxvj.in cauſa quæ vertitur,col.ij.verſ. & pro hoc.& conſi.cxlvij.in cauſa inter Franciſcum, colum.ij. Domi.in cap.j.in ij.notab.de confeſ.libr.6.Petr.Ancha.conſi.lxxix.ſubtiliter poſt medium.& conſilio ccliiij.ſuper primo quæſito,in 1.dubio.Cardin.Floren.conſi.cxl.factum tale eſt,magiſter Barptolomæus,colum. penult.verſic.ad aliud de negatiua.Ioan.Plat.in l.j.circa medium.C.de exacto.tribu.lib.10.& in l.ſi quis, per illum text.C.de Fabr.lib.11.vbi & vtrunque dicit de paupertate, & negatiua. Alexand.qui alios multos adducit, & in d.l.hoc iure, quam legit cum d.l.in illa, colum.ij. verſic.extrà glo.de verb.oblig.Corne.conſi.cx.viſo infrà ſcripto,colum.pen.verſi.& inſuper, lib.1.& conſi.cxx.in hac conſultatione,col.vlt.eo.lib.1.& conſi.cxxiij.viſo proceſſu, colum.ij. verſi.nec.obſt.quòd eſt negatiua,eod.lib.1.& conſi.xj.pro deciſione, col.iij.verſic.& maximè, cum ſeq.libr.2.& conſi.xliij.in hac conſultatione,col.iij.verſi.& qui ſe fundat, eodem libr.2. & conſi.

*Idem de probatione negatiuæ.*



& conſi.cvj.pro parte,col.pen.verſi.nam qui ſe,eo.lib.2.& conſi.lxxxvij.viſis actis,col.ij.lib.3. & conſi.lxxxix.viſo ſuprà ſcripto,col.iiij.verſi.itaque ex his,eo.lib.3.& conſi.ccxlj.videtur in hac,col.ij.verſi.ſolùm eſt inſtandum,eo.lib.3.& conſi.cclxvij.in hac conſultatione,colum.vj. verſi.non obſt.tertia,lib.4.& conſi.ſeq.cuius idem eſt initium,col.ij.verſi.ſeptimò non videtur,eod.lib.4.& conſi.cccxxv.animaduertens,col.j.verſicu.nam qui ſe,eod.libr.4.Guid.Pap. ſingu.xviij.quilibet tenetur.& ſing.clxxxix. cauſa actionis,& ſingu.dcciij.verſic.negatiua, & conſi.lxvij.in cauſa dudum,col.iiij.verſic.alia etiam ratione.Iaſ.qui & alios citat,idq́ue etiam poſt alios declarat,in d.l.ij.col.xlvj.verſi.in ead.gloſſ.ibi vt ſuprà,C.de iure emphy.& conſil. xxxiiij.ad motiua,colum.iiij.verſi.non obſtat modò.lib.1.& Catel.Cotta in memori.maritus priuatur.Steph.Bertr.conſi.ccxviij.etiam ſi verum,col.j.lib.1.& conſi.ccxx.ex exhibitis, col.j. eod.libr.1.& conſi.ccxlj.viſis duobus.nu.7.eod.lib.1.& conſi.ccxlvij.duabus, col.ij.nu.4.eod. lib.1.& conſi.vj.viſo proceſſu,col.ij.in fin.lib.2.& conſi.cxxj.ſi attendatur,in fin.eod.libr.2.& conſi.clxxxj.viſo conſultationis,themate,poſt princ.lib.3.& conſi.lxxxviij.ex themate,nu.11. lib.4.& conſi.cxxxviij.thema,col.pen.nu.8.eod.lib.4.& conſi.cxcv.pro breuiori,num.6.eod. lib.4.Philip.Dec.conſi.dcxxxiiij.procedendo,colum.iij.verſ.non obſt.quòd dictum. Matth. Afflict.d.deci.ccclxxvij. De quo tamen vide Cæpol.conſi.cauſarum ciuilium xliiij.in quæſtione,col.vlt.verſic.poſteà nec obſt.vbi id declarat.

96 ¶Illud enim generale eſt in omnibus, vt ſcilicet qui ſe fundat in re quapiam, eam probare debeat vt per glo.& Doct.in l.eum actum,ff.de nego.geſt.Igitur vt concludam noſtrum caſum,ſi quis conſanguineus ageret ad retractum fundi venditi,tanquam patrimonialis, quia is tantùm ex conſuetudine retrahi poteſt,ei certè incumbet onus probandi eum talem eſſe, ſi reus negaret. Ita talem vt id intelligas,illum tamen præſumi,ſine alia probatione ob diuturnitatẽ poſſeſsionis eius qui vendidit.Sicuti in ſimili dicimus,feudũ antiquum præſumi, aut certè paternum,ob diuturnã eius poſſeſsionem:vt per Doct.& maximè Bal.Marti.Laud. & Aluar.qui id dicit valde notatu dignum,in d.c.j.tit.ſi de feu.fuer.contro.inter.do.& agna. & Alex.conſi.xv.viſis narratis,col.iij.lib.5.qui ad hoc alia quædam iura allegat, vt ibi videre poteris.& Iaſon in prælud.feud.col.xxviij.verſi.vltimò in iſta materia. & Matthæ.Afflict.in conſti.Siciliæ incip.vt de ſucceſsionibus,col.xix.verſic.ſed iuxta hoc quæro.& Philip.Deci. conſi.cccxcv.in cauſa magnifici,in princ.

*Qui ſe fundat in aliquo, id probare debet. Deciſio quæſtionis principalis. Feudum antiquum præſumi ob diuturnitatem.*

97 ¶Sed hîc quæri poteſt,ſtante ea conſuetudine, quæ retractum admittit in rebus patrimonialibus tantùm,ſi conſanguineus venditoris agit ad retractum rei venditæ ſimpliciter, nec aliter declarat eam rem eſſe patrimonialem:an obtinere debeat? Quòd videtur, cùm huiuſmodi eſſe præſumatur,ſi non negetur,vt dictum eſt.Verùm contrarium reſpondit Signo.d. conſi.lxxxj.in quæſtione vertente inter Nigrum,vbi probat qualitatem illam neceſſariò allegandam eſſe,& probandam ſi negetur.

*Si conſanguineus agat ad retractũ, nec aliter declarat rem eſſe patrimonialẽ, an obtineat.*

98 ¶Sed cui addere potes quòd ſi etiam res ipſa præſumeretur patrimonialis, etiã ſi negaretur, ita vt non neceſſe eſſet eam talem probare,tamen opus eſſet id allegare,l.ſi adulterium,§.inceſtũ,ibi,vtique ſi error allegatur,ff.ad leg.Iul.de adul.quam in id not.Bar.qui dicit id no.& perpetuò menti tenendum,& Pet.Anch.conſi.cclxxxviij.in caſu præmiſſo,col.ij.vbi & illum tex.dicit no.& Pan.qui eum dicit ſing.in c.afferre,col.ij.verſ.ex prædictis,extrà de præſump. & Franc.Aret.qui etiam dicit ſing.conſi.cxij.conſideratis,in fi.cum aliis multis concor.à me adductis ſuprà tit.noſtrarum conſuetudinum v.§.quoque v.in glo.iiij.Idq́ue etiam ſi notorium eſſet.glo.in cle.appellanti,in verbo,alias,& ibi Io.Ligna.Cardin.Flor.Imo.& Panor.de appel.cum aliis quoque multis concord.à me in illo eodẽ loco collectis.Sed tu tamen vide Barba.eam gloſ.declarantem,conſi.illud,col.penul.verſi.& adduco,lib.1.

99 ¶{Imò verò agenti ad rem tanquam patrimonialem,& quam neceſſe eſt talem eſſe vt obtineat, neceſſe eſt etiã vt eam talem eſſe probet,licet aliàs talis præſumatur,vt diximus ſuprà nu.83.& ſeq.de feudo,quòd etſi præſumatur antiquum potius quàm nouum, agenti tamen ad feudum tanquam antiquum,neceſſe eſt eam qualitatem probare,vti & in cæteris quoque rebus diximus in ſeq.nume.}

100 ¶Cæterùm,quia noſtra hæc cõſuetudo permittit retractum in acquæſtibus,& ex alia noſtra conſuetudine,titu. *de contracter compagnie*, c.j.qui eſt omnium huius vol.cclxxxij. acquæſtus facti à marito,& vxore,aut alterutro eorum ſunt vtriuſque communes,ita tamen, vt ex alia noſtra conſuetud.tit.xiiij.qui eſt, *de la puiſſance & adminiſtration des maris*, §.6.qui eſt omnium totius volu.ccxcv.ius ſit marito eoſdem acquæſtus inſcia adeoq́ue inuita & renitente vxore vendendi.Igitur ſi maritus ſolus fundum à ſe,aut vxore acquiſitum,conſtante matrimonio vendat: an conſanguinei ipſius tantùm admitti debent ad retractum, an verò & vxoris. Quod videtur, tanquam vxor alienaſſe quoque videatur per maritum adminiſtratorem bonorum vxoris,& in cuius poteſtate ea eſt,vt ſcribitur in d.tit.*de la puiſſance & adminiſtration des maris*, §.j.qui eſt omnium cxciij.& quem noſtris Legibus connubialibus olim inſigniuimus,& propediem multò pluribus abundantioribúſq; cõmentariis illuſtrabimus. Ideoq́ue peræquè habendũ eſt,ac ſi vir & vxor ſimul vendidiſſent:quo caſu conſanguinei vtriuſque admitterentur,vt ſcribitur ſuprà §.præcedente.Et faciunt ea,quæ ſcripſimus ſuprà eod.titu. §.j.in

*Si maritus uẽdat cõquæſtus ſibi & uxori communes,uti poteſt, an & quibus locus eſt retractui.*

§.j. in glo.ix.in verbo,*ou lignagier*,nume.106.ſed vt ad cætera.& ſeq.

101 ¶At ego tamen cenſeo,conſanguineos tantùm mariti venditoris eſſe admittẽdos,non vxoris quæ non vendidit. Nam conſuetudo noſtra loquitur de conſanguineis venditoris: ideò de aliis intelligi non poteſt,etiam ſi ſint conſanguinei alterius etiam domini rei vẽditæ, aut cuius aliàs intereſt,teſtimonio Albe.in j.parte ſtat.quæſt.xcviij.item præſuppoſito , vbi poſt Andr.Piſa.hac ratione negat conſanguineos vxoris admitti ad retractũ fundi dotalis à marito permiſſu ſtatuti venditi.Et quia etiã cùm vir huiuſmodi quæſtus poſsit liberè vendere, conſtante matrimonio,cõſequens eſt vt interim ſolus cenſeatur eſſe dominus:nec enim aliter transferret dominium.l.traditio,in princ.ff.de acquir.rer.domi.nemo enim plus iuris in alium transferre poteſt,quàm ipſe habet,l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur.& ibi concor.Eſtque ſententia Platonis in Sympoſio,Quod quis non habet,dare non poteſt.Et hoc nũcupatim in caſu ſimilium conſuetudinum voluit Caro.Molend.conſue.Pariſ.titu.j.§.xxx.nu.74.vbi ex hoc dicit,per feloniam ſolius mariti huiuſmodi conquæſtus in totum committi {de quo diximus in noſtris Legibus Connubial,in verbo, *contracter.*} Sed & cùm ipſa vxor cõqueri non poſsit,quòd maritus vendiderit:ergo nec conſanguinei ipſius:qui non niſi reſpectu ipſius venire poſſunt,argu.auth.multò magis,C.de ſacro.eccle.

*De eadem re.*

102 ¶Vxor igitur conſtante matrimonio non cenſetur eſſe domina dimidiæ partis horũ acquæſtuum,ſed tum demum,cùm ſolutum fuerit matrimonium, ſi ſcilicet maritus interim aliter non diſpoſuerit,quaſi ipſius vxoris dominium interim quoque ſit in pendenti, vt in ſimili dicitur in l.ſeruus,§.j.ff.de acq.rer.domi.& l.pen.§.pen.ff.de caſtr.pecu.cum aliis multis ſimi. quas afferemus infra in fin.huius tit.nu.20.quibus adde,& ſeq. Et ſic expreſsim ( ne autoritate careamus ) intellexit Card.Flor.conſi.xv.quòd maritus,in fi.iunctis præcedentibus, loquens de duobus ſtatutis illis noſtris ſimilibus : vno ſcilicet,vt bona quæſita conſtante matrimonio ſint cõmunia:altero, vt maritus eadem poſsit liberè alienare. Nam primũ (inquit) illud ſtatutum,quod dicit ea bona eſſe cõmunia,intelligitur ſecundùm aliud , videlicet niſi maritus ea alienauerit,vt ſic hæc ſtatuta inuicẽ ſibi cõcordent,c.cùm expediat,de elect.lib.6. Et idem propemodũ voluit Petr.Anch.loquens in ſimilibus quoque ſtatutis,conſi.cij.cõtra dictam donationem,verſi.ſecundò etiã ſubtilius:vbi etiam dicit, maritum conſtante matrimonio cenſeri dominũ in ſolidum huiuſmodi acquæſtuum.Et hoc apertè declarat conſuetudo Pariſienſis cap.omnium conſuetudinum,quod eſt tit.*de communauté de biens.* Sed hæc tamen intelligenda ſunt,niſi maritus ipſe ſuo iure decedẽs admiſerit,adhibueritq; vxorem, quæ ſecum venderet,vt fit interdum. Nam tunc conſanguinei vtriuſque admitterentur, ſecundùm ea quæ latè dicta ſunt ſuprà eodem §.præced.

*De eadem re.*

*Cõſuetudo.*

103 ¶{SED quid de re patrimoniali vendita cum pacto de reuendendo,aut etiam ſine eo , & vi huius pacti,aut aliàs poſteà redempta:An cenſebitur patrimonialis , vt prius erat,an acquiſititia? De quo vide quæ ſcripſi ſuprà §.xix.in glo.ij.& quæ dicã infrà tit.ſeq.§.iij.glo.j.nu.10. hîc autem opportunè.& ſeq.}

104 ¶Illud denique non omittemus,quod ad verbi ſignificationem pertinet, quia ſuprà de patrimonio & re patrimoniali locuti ſumus,in Gallia nos vulgò vocare patrimonium quod à patribus & aliis maioribus noſtris ex ſucceſsione accepimus:nec id quidem ſine imitabili exemplo, quando & Cicero ſæpe in hac ſignificatione accepiſſe videatur.Nam in Oratione pro domo ſua:Liberis autem noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis,& noſtræ memoriæ relinquemus. Et pro Caio Rabirio : Qui verò duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet,remque prætereà bonis & honeſtis rationibus auxiſſet , quid eſſet tandem cauſæ, cur æſtimari vellet,nihil habere.Et in lib.de Oratore:Mutius paterni iuris defenſor,& quaſi patrimonij propugnator.

*Patrimonium quid ſit.*

105 ¶Quanquam etiam paſsim apud noſtros Iuriſconſultos,ſignificationum verborum obſeruatores exactiſsimos reperimus patrimoniũ pro omnibus facultatibus & diuitiis cuiuſpiam, atque etiam mobilibus,etiamq; ſi à maioribus noſtris non accepimus,vt in l.j.§.item ſolent, ff.de offi.præfe.vrb.& l.quantùm,ff.de eo quod met.cauſ.& l.iij.§.ſed vtrum , in fin.& l.ſi ex cauſa,§.j.ff.de minor.& l.cogi.in princ.vbi eſt optimus text.& iterum in l.Titius,ff.ad ſenatuſcon.Trebel.& l.ſed & ſi,§.primo,& §.quod autem,ff.de petit.hæred.vbi patrimonium dicitur de re acquiſititia,& etiam probatur pretium in patrimonio eſſe,& l.ij.C.de his,quibus vt indign.& l.j.ff.de vſufruct.ear.rer.quæ vſu conſu.& l.vt tantùm,§.j.ff.de ſeru.corrupt.vbi dicitur de re mobili,& l.Papinianus, §.quarta,ff.de inof.teſta.vbi etiam dicitur de ſeruis , & l.j.C.de peric.tuto.& l.Neſennius,ff.de negotiis geſtis.& l.depoſiti,§.j.ff.de pecul.vbi dicitur peculium dici,quaſi patrimonium puſillum,& l.hinc quæritur, & l.peculium ex eo, eod.tit. vbi patrimonium dicitur peculium ſerui. & l.ſpadonem,§.vltim.ff.de excuſat.tutor.& l.ex facto,verſicu.vltimò , ff.de hæredib.inſtitut. vbi patrimonium de pecunia dicitur. & in l.ſi cùm mulier,ff.de donat.inter virum & vxorem,vbi item dicitur de pecunia,& l.prædiorum, C.de prædi.minor.& alibi ſæpe.Nam & gloſſ.in l.rei appellatio latior,in verbo patrimonio, ff.de verborum ſignifi.dicit res omnes eſſe in patrimonio,de quibus habemus actionem vel exceptionem ; per l. rem in bonis.ff.de acquirendo rerum dominio. quæ quidem lex non loquitur

*Patrimonium dici etiam de rebus quæſitis & mobilibus.*



loquitur de patrimonio,ſed de bonis. Ex quo potes intelligere bona, & patrimonium idem ſignificare.& id certè ex ea gloſſ.not.eamque dicit ſingu.Bald.in ſua Margari.in verbo, patrimonium. Et idem etiam voluit D.Coſ.Guy.in pragmat.ſanctio.tit.de collat.§.cui rei,in verbo,patrimoniis.

106 ¶In quo etiam ſenſu accepiſſe videtur ipſe Tullius in Philippicis : Quæ rationes in populi Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. Et in oratione pro Cecinna : Non minus diligẽter publica patrimonia iuris,quàm priuatæ rei veſtræ retinere debetis.Et Quintilianus in calce Prooemij,lib.6.quo deflet mortem vnici filij:Nos (inquit) miſeri,ſicut facultates patrimonij noſtri,ita hoc opus aliis præparamus , aliis relinquemus. Sed ita vt interim intelligas nomina non cenſeri eſſe in patrimonio noſtro, l.cùm pupillus,ff.rem pupil.ſal.for. vbi ita ſcribitur,non ſolùm quæ in patrimonio habet, &c. Et ita illum text.expendit Philip. Deci.in c.in præſentia,colum.iiij.verſicu.non obſt.quod dicitur,extrà de probat. Niſi tamen (inquit) in vltima voluntate,per l.nam quod,§.vlti.ff.ad ſenatuſc.Trebel. voluit allegare d.l. cogi.in princip.quæ iungitur cum d.§.vltim.de quo tamen vide Petr.Paul.Conſen. in repeti. eiuſdem cap.col.xij.num.24.& ſeq.

*De eodem.*

*Nomina an ſint in patrimonio.*

107 ¶Porrò quod ad priorem illam ſignificationem pertinet,Chaſſe.in hoc titu. *de retraictz*,§.j.in verbo,*ancien*,in princ.tradit Philip.Deci.conſi.lxxxviij.ſcribere,hanc dictionem (patrimoniale) in ſtatuto nõ compræhendere id,quod nobis obuenit ex ſucceſsione patruorum, & aliorum tranſuerſalium:quamuis Decius non dicat,ſed tantùm referat quoddam ſtatutum, quo cauetur rem intelligi patrimonialem, ſi fuerit aſcendentium per lineam paternam. { De quo & tu omnino vide Maria.Soci. iuniorem loquẽtem in caſu ſtatuti permittentis retractum in re patrimoniali,conſi.xx.in caſu propoſito,in j.dubio,lib.1.}

*Patrimonium an dicatur de rebus ſucceßionis tranſuerſalium.*

## §. XXXIII.

SI AVCVN baille ſon fons & heritage à rente admortiſſable,& quelque temps apres ladicte rente eſt rachetee: en ce cas le parent & lignagier de celuy qui a arrenté ledict fons & heritage,& qui pour ladicte rente a prins argent, pourra pour ledict pris auoir par retraict ledict heritage.Idem du ſeigneur de fief, qui le pourra prendre par puiſſance de fief, ou demander ſes ventes & honneurs. Mais où la rente ne ſeroit admortiſſable, touteſuoyes s'il aduient qu'elle ſoit rachaptee,en ce cas telle rente choit en retraict.

*SI QVIS ſuum fundum ſiue hæredium tradiderit in ſolarium extinguibile,quod tamen aliquo pòſt tempore redimatur,admittetur conſanguineus eius,qui ita tradidit & pecuniam ob redemptionem ſolarij accepit,ad retractum. Similiterq; dominus clientelaris poterit ad ſe iure feudi reuocare,vel laudimia ſua exigere. Si verò id ſolariũ inextinguibile foret poſteà tamen extingui contingat,erit huiuſmodi ſolarium retractui obnoxium.*

## GLOSSA I. ET VNICA.

1 EX hoc §. apertè declaratur retractum non habere locum in ſimplici datione in emphyteuſim,vel libellũ,vel cenſum,cuius ſcilicet penſio perpetua eſt,nec ſubiecta redemptioni. Quod & voluit Steph.Bertr.conſil.vij.non vidi, lib.1. & Geral. Bago.in ſua diſputat.retractus,verſic.quarta concluſio eſt,quòd in re data in emphyteuſim:vbi hinc occaſione ſumpta quærit , quid ſi vltra penſionem is qui accepit in emphyteuſim,fauore contractus dat cõcedenti certam pecuniæ ſummam,an erit locus retractui ob illud pretium ? Qua in re multa allegat,& tandem hæc eſt illius ſententia, vt ſi penſio ſit competens,quamuis minor,quàm res ipſa valeat, cenſeri debeat contractus emphyteuticus, & ſic non eſt locus retractui. Quòd ſi modica ſit penſio,& ingens pretium,cenſetur eſſe venditio,eſtque locus retractui.Quod & ipſum nuncupatim voluit Ioan.Fab.in §.adeò,colum. penul.verſic.ſed quid dices,ſi partes dicunt,Inſtitu.de locat. Sed & tu ſuper hoc vide Matth. Afflict.deciſ.Neapo.lxxij.Nardus,per totum , vbi hanc rem latiſsimè tractat,& Ioan.Igneum in l.iij.§.ſi conditioni,verſicu.& ſi aliud,num.52.& aliis multis ſequen.ff.de S.C.Sylla. & Carol.Molend.in conſuetu.Pariſien.titu.j.§.xxiij.in xvij.quæſt. Et vide etiam quæ & nos latius in re ſimili ſcripſimus ſuprà eod.titu.§.xxx.ex quibus intelliges, quid hîc dicendum ſit:nempe inſpiciendum eſſe,vtrum horum excellat,an penſio,an pecunia , vti etiam cenſet conſuetudo Comitatus Burgundiæ titu.*de reachaptz*,§.vj.

*Retractus an habeat locum in contractu emphyteutico & ſimilib.*

*Quid ſi ultra penſionem datur pecunia fauore contractus.*

*Conſuetudo.*

*Conſuetudines de ea re.*

2 ¶Sunt autem & aliæ hac in re priuatæ propriæq; Galliæ conſuetudines,aliæ ſimpliciter retractum admittentes:vt apud Caluimontenſes in Baſsigniaco,cap.16. & Altiſsiodorenſes, quos vulgò vocant Auxerrenſes,hoc eod.tit.§.viij.qui eſt omnium xxxix. Valeſienſes hoc quoque titu.§.iij.qui eſt omnium lxxxiiij.Laudunenſes in Veromandia, huius tit.§.xvj. qui eſt totius iij.partis xc. Aliæ tum demum,ſi datio eſt perpetua:vt apud Meldenſes,cap.106.Carnutenſes, cap.85.& iterum clxxvij. Aliæ ſimpliciter limitantes , niſi vltra penſionem detur pecunia:vt apud Montargienſes,& cæteros Lorrienſes,hoc quoque titu.§.x.Lodunenſes hoc titu.§.xj. & alios multos. Aliæ aliter,vt videre licet apud eoſdem Carnutenſes, c.68.Melodunenſes,ca.51. Aurelianenſes,cap.286.& cap.ſeq.& iterum cap.292.& 296.& 300.& v.ſeq. & iterum cap.405. Andegauenſes,cap.352.& cap.354. & duobus ſequent.atque etiam cap.358. Borbonienſes,cap. 442.Bleſenſes,cap.204.& cap.209.& Rochelenſes,cap.39. Lodunenſes hoc titu.§.x. Interim tamen vide Ferro.in conſuetud.Burdigal. hoc titu.de retractu, §.xxv.colum.ij.verſicu. ſed ſi res in emphyteuſim.

3 ¶QVANTVM autem ad id,quod ſcribitur in fine huius §. venditionem annui reditus feudalis,ſiue ſolarij (ſic enim appello *rente fonciere*,vt alibi diximus) eſſe ſubiectam retractui proximitatis,facit in argumentum eius quæſtionis, quam nos tractauimus ſuprà eod.titu.§.vj.vtrùm ſcilicet,ſi huiuſmodi reditus venduntur,dominus feudi in quo fundus ſitus eſt, habeat laudimia,aut ius retentionis. Hæc enim conſuetudo in vtranque partem trahi poteſt. Vide omnino,quæ ibi ſcripſimus.

## §. XXXIIII.

MAIS [a] ſi audict contract faiſant eſtoit accordé, que celuy qui prend aucune choſe à rente,payeroit icelle rente pour raiſon deſdicts lieux , nonobſtant qu'à ce il euſt obligé tous ſes biens , [b] & nonobſtant que ne fuſt dict qu'il payeroit tant qu'il tiendroit leſdicts lieux,neantmoins il peut quitter & expondre leſdicts lieux.

*VERVM [a] ſi inter contrahendum conueniſſet, eum qui ita ad ſolarium annuum rem quampiam accipit,ſoluturum ſe id ſolarium ratione eius rei, poterit tamen cedere, etiam ſi bona ſua omnia eo nomine obligauerit, [b] nec actum fuerit,tandiu ſe ſoluturum,quandiu rem poßideret.*

## GLOSSA PRIMA.

*Contractus emphyteuticus, cenſuarius,libellarius,nihil propemodum differunt.*

1 HIC §. non admodum appoſitè hîc collocatur , verùm tanquam obiter , ac per tranſennam & veluti in conſequentiam atque declarationem eius,quod dictum eſt in poſteriori parte §.præcedentis,ei ſubiunctus eſt. Ideò & nos quoque conſequenter hîc aliqua hunc ipſum tangentia ſubnectemus. Igitur quod hîc dicitur,emphyteutam,ſiue cenſuarium,ſiue libellarium vocare malis (neque enim multum inter hos & ſimiles intereſt,vt per Bart.in l.j.col.ij.verſic.in quo differt,& ibi Recentiores,C.de iure emphyt.& in l.ſi finita,§. ſi de vectigalibus,C.de dam.infect.Bald.in c.1. §. aut ſi libellarius, poſt prin.& ibi Mart.Laud.in §.ſimiliter,col.j.verſi.nota ibi libellario,tit.qui.mod.feud.amit. l.j.& eundem Marti.in c.1.tit.de ali.feud.pater.cum ſi.allegatis à Philip.Deci.conſi.dxviij.viſo inſtrumento,paulò ante fin. Et quicquid diſcriminis ſomniarint ij , qui ab initio hæc vocabula aduexerũt,in diſſuetudinem propemodum abiit,hodieq; promiſcuè his vtimur:vt etiã dicit Ange.conſi.clxxxiiij.ex forma,col.vlti.de quo & tu vide Io.Plat.in §.adeò , in ix.quæſt. Inſtit.de loca.) Quod(inquam) hîc dicitur hos poſſe rem emphyteuticam , aut libellariam, aut cenſuariam,ſiue cenſualem,renuntiare domino inuito, non procedit de Iure communi, per text.à contrario ſenſu in l.ij.ibi,ſi dominus voluerit,C.de iure emphyteu.vbi & hoc not. Bald.col.ij.verſi.quæro an emphyteuta,& ibi etiam Albe.col.vlt.verſic.item quæro nunquid, & Ioan.Fab.col.etiam vlti.verſi.quid ſi emphyteuta,& Iaſ.col.vij.verſi.ſextò principaliter.

*An qui his cõtractibus rem tenent,ei renũtiare poßint domino.*

*De eadem re.*

2 ¶Et ita etiam decidit Spec.poſt Odof.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſicu.cxxviij.per multa illic allegata,& inter cætera text.quem dicit videri expreſſum in l.quicunque,C.de fund.patri.lib. 11.& Collect.poſt Pet.Bono.in c.potuit,col.j.verſi.ſed nunquid poteſt, extrà de loca.Alber.in l.Prætor,§.hoc edicto,col.j.ff.de dam.infect.& in l.ſed an vltro,§.j.ff.nego.geſt.& in l. Imperator,in princ.ff.de leg.ij.Bald.in l.cùm fructuarius,ff.de vſufruct.& in l.tractatum eſt,circa medium,ff.de iudic.dum ſe remittit ad dicta in præcedente loco , & in cap. quæ in eccleſiarum, col.v.verſi.reuertitur igitur,extrà de conſtit.Imo.in c.ad audientiam,colum.vlti.extrà de reb. eccleſ.non alien.cum diſtinctione tamen Bart. in l.is cum quo,ff.de aqua plu.arcend.& idem quoque tenuit Panor.in cap.1.in vlti.notab.extrà de feud.& in cap.iudicatum, poſt princi.de immu.eccle.Berbe.in ſuo Viatorio iuris tit.de locat,char.vlti.verſi.item quæro an emphyteuta.Ioan.





Rayn.in cap.1.§.pœna,in vij.q.tit.de prohib.feud.alie.per Feder.Alexan.in addit.Bart. in d.l.is cum quo,ff.de aqua plu.arcen.Cardi.Alex.in cap.1.tit.de vaſal. qui contr.conſtit.Lothar.& in c.vlti.titu.de cap.qui cur.vend.

*De eadem re.*

3 ¶Quod tamen intellige duobus modis:Primo videlicet,vt procedat,niſi conſuetudine aliud induceretur,ſcilicet emphyteutam poſſe rem ipſam domino renuntiare,vt hîc noſtra conſuetudine permittitur:quia huiuſmodi conſuetudo ſeruanda eſt,vt voluit Specul.poſt Odof.in b.verſi.cxxviij.ſuprà allegato,per text.in l.venditor fundi,§.conſtat,C.com.prædi.Et id quoque voluit Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum,col.xxxj.verſi.ex his infertur,extrà de conſti.Et ſic, vt opinor,intelligit Maſuer. verus conſuetudinum Gallicarũ interpres de hac ipſa re loquẽs in tit.de locat.§.item cùm res datur,& aliis ſeq.

4 ¶Secundo modo intellige,vt procedat, niſi ſucceſſu temporis res fieret inutilis emphyteutæ. Non tamen intelligo,ne fallaris,quòd res omnino perierit,quia tunc procul dubio liberatur emphyteuta à canone,ſiue penſione,per d.l.j.C.de iure emphyteu.Sed id aliter intelligo:verbi gratia,quiſpiam conceſsit Titio molendinum in emphyteuſim,ea lege vt teneretur concedenti & eius hæredibus gratis molere : tandem hæredes Titij in tantum numerum excreuerũt,vt nihil emphyteuta poſſet molere niſi eiſdem,aut etiam illis omnibus non poſſet:certè tunc poterit,vel illis inuitis renuntiare huic emphyteuſi. Ita enim in hac ſpecie nuncupatim voluit Lucas Pen.in l.ſancimus,la j.ad fi.C.de cõſuli.lib.12.per tex.in l.antiquitas,in prin. C.de vſufru.& in c.ſuggeſtum,extrà de deci.

*An qui molere cuipiam tenetur, & omnibus ipſius hæredibus teneatur.*

5 ¶Tu autem hîc vide,an hoc caſu teneatur molere omnibus hæredibus,Barpt.Brix.quæſt.domi.l.quidam paterfam.Pile.q.xlviij.quæ eſt eiuſdem initij Hoſt.Ioan.Andr.Anto.Petr.Anch. & Panor.in c.quantò,de cenſi.Alber.in auth.hoc ius porrectũ,col.pen.verſi.vnam aliam pulchram quæſtionem,C.de ſacroſ.eccle.& in l.cui fundus,ff.de condi.& demonſtr. & in l.in lege,in fi.ff.de contrah.emp.& latè Iaſon in repe.l.quò minus,in xxij.q.ff.de flumi. Et quod in ſimili de furno tractat Iac.But.in vlt.in fi.C.de ſacro.eccle.& Imo.in cle.literas,col.x.verſicu. item quòd promittens,de reſcrip.& latè Cæpo.in tract.de ſerui.vrb.c.1. quod de furno eſt, in v. quæſt. Et quod de vſu nemoris etiam tradunt Dy. & Alber.in d.l.cui fundus,ff.de condi. & demon.& Iaco.Raph.& ipſe Alber.in l.tale pactum,§.vlti.ff.de pact. & in l.ſi ſeruus,§.j.col. pen.verſi.ſed pone habeo,ff.ſi quis cautio. Et quod item in aliis ſimilibus differunt Petr.Cy. Alber.Bald.& Sali.in l.non modus,C.de ſerui.& aqua.Ange.in l.ſi ſeruitus,in prin.col.vlti.ff. de ſerui.vrba.prædio.Alex.qui quædam ex ſuprà dictis etiam tractat conſi.clxxviij.in occurrenti,col.ij.verſi.facit etiam,& ſeq.lib.2.& Hippol.Marſil.ſingu.cxxxiiij. tu ſcis quòd propter, cum aliis adductis à Feli.in c.vlt.col.vlt.de conſtit.& Philip.Deci.conſi.cccxxxv. viſo conſil. col.j. Vt tamen non prætermittas tex.in d.c.ſuggeſtum,extrà de deci.

*Quid in ſimilibus.*

*An uaſallus poßit domino inuito feudum renuntiare.*

6 ¶AT IN FEVDO videtur text.expreſſus,quòd à vaſallo poſsit domino renuntiari , & dimitti,in cap.1.titu.de vaſal.qui contra conſtit.Lotha.& in c.1.§.rurſus,& ibi Bal.Mart.Laud.& Cardi.Alex.tit.quib.mod.feu.amit. Sed quia hoc non omnino expeditum eſt,quin ſunt qui contrarium ſimpliciter tenent,ſunt & qui multas diſtinctiones faciunt,& in hanc rem multa à multis afferuntur pro vtraque parte,ne ſim longior,ſi omnia recenſuero, vide gl.And.Iſer. Bald.Aruar.Cardi.Alex.& Matthæ.Afflict.in d.c.vlt.tit.de capi.qui curi.vend.glo.Iac.Bel.Nicol.Neap.Bald.Aluar.& alios in d.c.1.tit.de vaſal.qui contr.conſtit.Lotha.glo.& Bald.in c.1.§. callidis,& ibi Ioan.Rayn.in §.pœna,col.xiiij.in paruis,verſic.quærit hic glo.tit. de prohib.feu. alie.per Fede.glo.Hoſti.Ioan.And.Lign.Bal.Card.Flor.Anto.Imo.Pan.Barb.& latiſsimè Feli. in d.c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.Hoſtien.in ſumma tit.de feud.§.vlti.verſic.eſt & in ſumma.Archid.in c.de forma,xxv.q.v.Ioan.And.in addi.Spec.d.verſic.cxxviij.And.Iſer.in c.omnes,titu.ſi de feud.defun.Collect.in cap.2.col.ij.verſic.ſed nunquid poteſt, extrà de feud.Alb. Bald.& Floria.in d.l.cùm fructuarius,ff.de vſufru.eundem Albe.Bart.Imo.Ro.Alex. in addi. Bart.& alios Recentiores in d.l.is cum quo,ff.de aqua plu.arcen.ipſum Alb.in l. ſi abſente,in prin.ff.de vſufru.& in d.l.ſed an vltro,§.j.ff.de nego.geſt.& in l.ſicut,ad fin.C.de acti.& oblig. & in d.l.ij.col.vlti.C.de iure emphy.& in l.ſi fortè,§.etiam, in fi.ff.ſi ſeru.vendi. & in l.Imperator,ff.de leg.ij.& in l.interdum,ff.de oper.liber.Bal.in l.j.in xij.q.ff.de rerum diui.& in l.cùm Archimedoram,in fi.C.vt in poſſ.lega.& in l.poſt certi,C.de liber.cauſ.& in l.j.col.v. verſicu. quædam eſt infinitas reponendi,C.de ſenten.quæ pro eo quod inter.& in c.ſanè.col.ij.de renunt.& in procemio feudorum,col.iiij.in fi.verſi.ſed ſtatim quæritur,& verſi.ſed pone,quòd contractus,& eundem Bal.conſi.ccxcij.ad euidentiam,col.v.verſi.ſed videamus,lib.2. Lucam Pen.in l.ij.colum.penul.verſic.& nota ex hoc.C.de agric. & cenſi.lib.11.Cardi.Flor. in cle.paſtoralis.in vij.q.de ſent.& re iudic.Paul.Eleaz. & Imol.in d.c.potuit , illum col.iiij. hunc col. xliiij.extrà de loca.Imo.in d.c.ad audientiam,col.vlti.extrà de reb.eccle.non alie.& in cap.1.& ibi Panor.in vlti.notab.& Barba.col.j.verſi.& quærit hîc,extrà de feud.Roma.conſi.xxvij. viſo themate,col.j.Berbe.in d.tit.de locat.vbi ſuprà.Mart.Laud.in c.1.col.vj.verſic.& not. vnum ſingu.tit.de his qui feud.dar.poſſ.Cæpol.in tract.ſeruit.vrba.titu. de puteo, qui eſt xlvij.col.j. ad fin.Corſe.& Aufrer.in deciſ.Tholoſ.quæſt.ccccliiij.item fuit quæſitum an vaſallus. Franc. Curt.iunior in tractatu feud.in j.parte quæſt.viij.colum.eiuſdem viij.verſic. primus effectus,

& iterum col.ſeq.verſicu.tertius effectus,rurſumq; in iiij.parte,verſic.xxxj.& vltim.Cardinal. Alexand.in prælud.feud.colum.antepen.in vj.q.& ibi Matthæ.Affliɑ. in iij.quæſt. & eundem Matthæ.deciſ.Neapo.cclxv.illuſtriſsime,num.53.& deciſi.cccvij. regia maieſtas, nume.11. & in cap.1.§.notandum,titu.qui feud.dar.poſſ.Iaco. à S.Georg.in tract.feud. in verbo qui quidem inueſtiti,&c.col.vij.verſic.nam ſi quæritur.

7 *Feudum domino renuntiatũ an in eũ trãſeat liberum.*

¶S E D ex his oritur dubium,nec leue,nec contemnendum:vtrùm ſcilicet tunc,cùm emphyteuta,aut vaſallus,renuntiat rem domino,ea tranſeat in ipſum dominum libera, an verò obnoxia ſeruitutibus,hypothecis,obligationibus,aliiſq; oneribus impoſitis.Et videtur,quòd libera,per l.lex vectigali,ff.de pignor.vbi reſoluto iure dationis, reſoluitur ius acceptionis. ita enim eam l.ſummat,vt cum noſtris loquar,Barto.& videtur eſſe text.in c.1.§.rurſus infidelis, in verbo,refutauerit,& ibi Bal.Aluar.Marti.Laud.& Card.Alex.tit.quib.mod.feud.amit. nam vt illi dicunt,illa facultas renuntiandi inerat iam ab initio contractus,& ex natura rei.

8 *De eadem re.*

¶Contra item videtur, quia ſolutio contractus non debet manere in poteſtate debitoris, vt ſcilicet per illius renuntiationem ſoluatur ſiue extinguatur id,quod ab eo ante actum eſt,l.ſi res,ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol. Præterea non eſt ſimplex renuntiatio,quia non poteſt ſola voluntate renuntiare domino, l.ſi quis vi.ff.de acqui.poſſeſ. ſed eſt quoddam nouum pactum,nouuſq; contractus,qui non præiudicat alteri, cum quo non eſt celebratus,l.vlti.ff.de pactis.& not.per Bart.in l.in diem,ff.de aqua plu.arcen. Item iſta renuntiatio videtur facta in fraudem:ergo non præiudicat creditori,argu.l.filiæ meæ,ff.ſol.matr.& l.liberto octingenta,ff. de bon.liber. Denique videtur eſſe caſus in l.ſi partem,§.j.ff.quemad.ſer.amit.

9 *An dominus cui renuntiatũ eſt, teneatur ſtare colono. De iiſdem rebus.*

¶Et per hæc Bald.qui nuſquam deeſt,conſi.ccclxxj.Maffiolus, lib.1.ex facto interrogatus, reſpondit dominum,cui emphyteuta renuntiauit, debere ſtare locationi factæ ante renuntiationem ab ipſo emphyteuta factam. Et generaliter, quòd hoc caſu tranſeant onera in dominum,voluit Petr.Iaco.tit.de actio.in rem pro re emphy.col.xj.verſic. item eſt notandum,iterumq; col.xix.verſi.& eſt notandum.& Maſuer.in tit.de locat.§.item vtilis dominus.& Ioan. Ray.in c.1.§.habito,char.10.in paruis.verſi.quæro an vaſallus poſsit imponere,titu.de prohib. feud.alie.per Federic.& Guid.Pap.Deci.Delphi.575.emphyteuta poteſt, & diximus etiam ſuprà,eo.tit.§.j.gloſ.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.112.verùm cùm aliquando,& ſeq.

10 *De iiſdem quoque rebus.*

¶Et ego quidem hoc ſtatim fateor,ſi renuntiatio fieri non poſſet inuito domino,vt nec fieri poteſt in emphyteuſi de Iure communi,vt ſuprà diximus. At ſi fieri poteſt ex lege municipali,vt hoc noſtro §.cauetur:vel etiam de Iure communi,vt in feudo, ſecundùm multorum ſententiam:tunc cùm dominus,velit nolit,teneatur admittere renũtiationem ex natura contractus,ei iam ab initio ipſius inſita,non video cur teneatur ſtare his obligationibus,& ſeruitutibus poſt contractum ipſum impoſitis.& de hoc haud dubiè tex.eſt expreſſus, loquens in feudo,in d.§.rurſus infidelis:vbi Bald.primùm dicit, id videri eſſe contra omnem rationem, quòd ſcilicet vaſallus poſsit renuntiare in præiudicium iuris alteri quæſiti, per quædam ex iuribus ſuprà allegatis. Sed ſubdit huic obiectioni reſpondendo, quòd ea facultas inerat à principio ex natura rei,id eſt,ipſius feudi.& id ſcire debuit,qui cum vaſallo contraxit, l.qui cum alio,ff.de reg.iur. Ideoq; vaſallus non potuit in prædiciũ domini ſe difficultare, vt ipſe loquitur,argu.c.1.tit.de noua forma fideli.Et eum ſequũtur Mart.Laud.& Card.Alex.qui adducunt l.ſi quis domum,§.j.ff.locat. Sed hæc pendent ex iis,quæ latè dicemus infrà tit. *de retraict conuentionel*,§.iij.in glo.j.num.10.hîc autem opportunè,& multis ſeq.

11 *An in iſtis renuntiationibus requiratur inſinuatio.*

¶V T R V M autem in huiuſmodi renuntiationibus feudi,vel emphyteuſis, quæ fiunt inuitis dominis,de Iure communi vel conſuetudine,requiritur inſinuatio, quæ de Iure communi requiritur in donationibus.quod videtur,per l.in ædibus,§.j.ff.de dona.& gloſ.in l.j.§.j.& ibi Bal.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& in l.ſi quis obligatione,& ibi Dy. Ray. & Philip.Deci.ff. de reg.iur.cum aliis multis ſimilibus & concord.à me traditis in repe.l.ſi vnquam, in verbo, donatione largitus,num.176.& quicquid ſuprà diximus:vbi ex frequentiori noſtrorum ſententia æquè requiritur huiuſcemodi inſinuatio in renuntiationibus,liberatiobus,remiſsionibus,& aliis id genus,atque in donationibus,cùm & hæ vim donationis habeant.

12 *De eadem re.*

¶Verùm Bald.de hac ſpecie nuncupatim conſultus, contrarium apertè reſpondit,conſil.ccc. textus (nam id eſt illius conſil.initium) circa medium eiuſdem conſi.verſi. item iſta eſt lib.2. tum aliis multis rationibus,tum & his, quia hæc renuntiatio eſt potius quædam natura feudi,quàm donatio,per d.c.1.tit.de vaſal.qui contra conſtit.Lothar. Et ſi hoc caſu requireretur inſinuatio,illud confeſtim ſequeretur,quòd ſi vaſallus conſentiret illum inueſtiri à domino, ad quem feudum per ſucceſsionem non pertinet, requireretur etiam inſinuatio in hac inueſtitura: quod falſum eſt, quia in vſibus feudorum nuſquam reperies vllam de inſinuatione mentionem factam:vt in c.1.§.prætereà,tit.quib.mod.feud.amit.

NON



## NONOBSTANT QVE A' CE IL EVST OBLIGE' TOVS SES BIENS,

## ETIAMSI BONA SVA OMNIA EO NOMINE OBLIGAVERIT, GLOS. II.

*Emphyteuta qui pro cenſu obligauit omnia bona, an poßit renuntiare emphy.*

1 M A S V E R I V S titu.de locat.§.quid ſi emphyteuta, quærit an ſi emphyteuta pro cenſu vel penſione obligauerit alia bona ſua, poterit nihilò minùs rem emphyteuticam domino renuntiare:nec tamen ſoluit,ſed tantùm dicit id à Bart.tractari in l.ſi quis opus,§.vlti.in fi.ff.de dam.infect. cùm tamen in illo tit. nulla lex ſit huius initij,ſed nec in toto quidem corpore legum,ſi non me fallit memoria. Sed vide, quæ de hoc diximus ſuprà titu.omnium huius volum. conſuetudinum v. §.iij. qui eſt omnium xliij.vbi & idem,ac in hoc §.ſcribitur.

## §. XXXV.

RETRAICTZ ſont tellement de eſtroictz droitz, [a] que l'an & iour de y eſtre receu court contre maieurs & mineurs, [b] preſens ou abſens, [c] ſachans, ou ignorans [d] le contract.

*RETRACTVS ſunt adeò ſtricti iuris, [a] vt anni & diei ſpatium in id præſtitutum currat contra maiores & minores, [b] præſentes aut abſentes, [c] ſcientes aut ignorantes [d] contractum.*

## D'ESTROICTZ DROITZ, STRICTI IVRIS, GLO. I.

*Retractus ſtricti iuris. Stricti iuris aliquid dicitur ad differentiã bonæ fidei.*

1 I D E S T, vt interpreter verbis noſtris,ſtricti iuris. Nam & Alber.poſt Alberic. Odoffr.in l.ſtatuliberi à cæteris, §. Quintus, circa medium,ff.de ſtatuliber.dicit hunc noſtrum retractum eſſe ſtricti iuris. Id autẽ dicitur aliquando ad differentiam eius,quod dicitur bonæ fidei:vt in actionibus aliæ ſunt bonæ fidei,aliæ ſtricti iuris.l.j.§.ſed & ſi,C.de rei vxor.actio.& §.actionum,Inſtit.de actio. vbi reperies per glo.& Docto.quid inter vtraſque intereſt. atque etiam per gloſ.in c.cùm venerabilis,in verbo,bonæ fidei,& ibi quoque Cano.extrà de except.vbi intelliges,cur potiſsimùm alteræ dicuntur ſtricti iuris. Et ex iis locis aſſumes,quæ huic loco accommodari poſſunt.Nam & ita poteſt hæc noſtra conſuetudo intelligi,vt actio quæ competit pro retractu, ſit ſtricti iuris,vti eſt ex ſententia Ioan.Fab.in d.§.actionum,col.ij.verſic.& iſta faciunt. Boëtius autem in Topica Ciceronis lib.6. In his (inquit) iudiciis,in quibus additur,vt ex bona fide iudicent,id eſt,ita iudices dantur,vt non ſtrictas inter litigantes ſtipulationes,ſed bonam fidem quærant, plurimus cauſarum vſus eſt. At Bald.noſter conſil.ccccxxxiiij.pactum inter locatorem,ante fin.lib.1.in contractibus (inquit) bonæ fidei plus valet æquitas,quàm nimia ſubtilitas, vel dialectica argumentatio. At de illa ſubtilitate poſteà plenius dicemus.

*Actio ad retractum ſtricti iuris.*

*Stricti iuris eſt, quod ſtrictè eſt intelligendum. Statuta ſtricti iuris. Actiones ex ſtatuto ſtricti iuris.*

2 ¶Aliquando etiam dicitur quid ſtricti iuris, non quidem ad differentiam eorum, quæ ſunt bonæ fidei,ſed vt ex eo intelligatur illud eſſe ſtrictè & propriè interpretandum,non latè,non impropriè. Et ita dicimus conſuetudines & ſtatuta eſſe ſtricti iuris, quia ſunt propriè & ſtrictè intelligenda,vt not.in l.iij.§.hæc verba,ff.de nego.geſt.& diximus ſuprà eod.tit.§.j.in gloſ. ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.180.ex quo confeſtim. Et hinc etiam Ange.conſil.cclvij.quia conſultatio,col.ij.tradit ſolum nos rigorẽ intueri debere in ſtatutis,cùm ſint ſtricti iuris. Quamuis & alia quoque ratione dici poſſunt ſtatuta & conſuetudines ſtricti iuris, quòd ſcilicet actiones,quæ ex his deſcendunt,ſunt ſtricti iuris,non bonæ fidei,vt dicit Bal.loquens de conſuetudine in cap.1.in fi.tit.de feud.cogni.per §.actionum,Inſtit.de actio.& Ange.conſil.ccij.in quæſtione poſt princ.per l.conſtitutionibus,ff.ad municip.vbi etiam Bart.poſt Dyn.id tracta. atque etiam in repet.l.Cæſar,col.viij.verſic.ſecundò quæro,ff.de public.& vectig. vbi & illud quoque dicit,quòd illa ſtatuta,quæ ſunt contra Ius commune, & hac quoque ſpeciali ratione,præterquàm quòd ſimpliciter ſunt ſtatuta, ſunt ſtricti iuris, quoniam generaliter ea quæ aduerſantur iuri communi,ob id ipſum ſunt ſtricti iuris,per l.in honorariis,verſicu.ſed cùm reſciſſa.ff.de actio.& oblig.& not. in l.pro fure,ff.de condict.furti. & ſubdit id probari in l.in his,ff.de legib. Et idem quoque voluit Bald.in l.non ſine,col.vlti.C.de bon.quæ libe.& Alb. in j.parte ſtatutorum,quæſt.ij.verſicu.item quæro an ſtatuta. Tu tamen eundem vide in d.l. Cæſar,col.vij.verſic.ſecundò quæro, vbi illud tractat,an & quæ ſtatuta ſunt ſtricti iuris: vti etiam facit Bald.in rubr.extrà de conſtitu.col.pen.verſic.ſed an ſtatuta. Quæ & tu adde ad ea quæ diximus ſuprà in præfatione huius tit.num.62.ex hoc continuò.

*Stricti iuris ſunt quæ aduerſantur iuri communi.*

3 ¶Et hîc quoque tribus modis poteſt dici,retractum proximitatis,& ſtatutum,quo is inducitur,eſſe ſtricti iuris,id eſt ſtrictè & propriè interpretandum,tum quia ſimpliciter ſtatutum eſt, tum quia idipſum eſt contra ius commune,tum quia odioſum,vt multis placuit.de quo ta-

*Cōtractus ſtricti iuris.*
*Sententiæ.*
*Reſcripta.*
*Priuilegia.*
*Teſtimonia.*

men abundè diximus ſuprà in præfat.huius tit.num.56.ex his autem,& ſeq. vt ibi videre poteris. Sed tu interim ſcias alia multa dici ſtricti iuris , quòd etiam ſtrictè ſunt interpretanda: videlicet contractus,vt not.in l.quicquid adſtringendæ,ff.de verbo.oblig. Sententias,l.j.& ibi gloſ.C.de ſenten.quæ ſine cert.quantita.cum multis ſimil.à me adductis ſuprà eod.titu.§.j.in glo.ix.in verbo,*lignagier*,num.183.ſimiliter.Reſcripta,cap.cùm dilecta.& cap.ſignificante,& ibi gloſ.extrà de reſcrip. Priuilegia,l.ſi quando,C.de inoffi.teſtam. Teſtimonia, vt not.in cap.in præſentia,extrà de probationibus.

*Strictum ius, quod aduerſatur æquitati.*

4 ¶Aliquando quoque dicitur ſtrictū ius,quod aduerſatur æquitati , id eſt quod latius mitiúſve,quàm dictet æquitas,aliquid ſtatuit , vt patet ex l.placuit,C.de iudic. cuius verba hîc ſubnectere ducimus:Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ æquitatiſq; , quàm ſtricti iuris,rationem. Atque ex l.ſecunda, §. quanquàm,ff.de aqua pluuia arcend.cuius hæc verba ſunt:Hoc æquitas ſuggerit , etiamſi ſtricto iure deficiamur. Et ex l.ſi res tuas,C.ad exhib. vbi ita ſcribitur:Intelligitur nullam te actionem ſtricto iure habere : vtilis autem tibi propter æquitatis rationem dabitur depoſiti actio. Apertè enim intelligis ex huiuſmodi legibus ſtrictū ius,& æquitatem,veluti inter ſe pugnare. Ex quo & illud conſequens fit,retractum , cùm ſit ſtricti iuris , æquitati quodammodo aduerſari : quo ad hunc noſtrum tractatum maximi eſt ponderis:& hoc multi contendunt,vt diximus in præfat.huius tit.

*Retractum aduerſari æquitati.*

*Strictum ius, dicitur ius regulare.*

5 ¶Et ſuperioribus adſtipulatur,quòd ſtrictum ius dicitur ius regulare,quod ſcilicet regula innititur,l.pen.ff.de conſti.pec.vbi in hæc verba ſcribitur:Si quis duobus pecuniam conſtituerit,tibi aut Titio,etſi ſtricto iure propria actione pecuniæ conſtitutæ manet obligatus , etiam ſi Titio ſoluerit , tamen per exceptionem adiuuatur. Hæc ibi,ex quibus intelligis exceptionem ſtricto iuri , id eſt regulari opponi. Exceptiones enim ſuapte propria ac genuina natura procedūt ex æquitate,l.qui æquitate,& ibi glo.ff.de doli mali excep.Fed.Senen. conſi.xc. caſus eſt talis,quidam clericus,col.iij.in paruis,Bar.in l.ſi vnus,§.pactus ne peteret,col.iij.ff.de pact.& Doct.vbique. Ex quo Signo.conſi.cxxxix.caſus. A pretio,col.ij.verſi.& quod hoc,dicit æquitatē eſſe matrem exceptionis. Azo autem in Summa tit.de except.in fi. dicit omnem exceptionem inniti æquitate.& idem dicit Bart.in l.j.ff.de vac.muner. & Albe. in l.planè,ff.de peti.hære.vbi tamen erranter alleg.d.l.j.ff.de vaca.muner. quæ loquitur de excuſatione , non de exceptione:niſi dicas excuſationem,eſſe quandam exceptionem. & Ang.Aret.in §.j.col.vj. verſi.capiamus tertium,Inſtit.de except.vbi ex hoc dicit, omnem exceptionem eſſe fauorabilem. { Quanquàm contra hæc facere videtur tex. in l.vlti.ff.de Publicia. in rem actio. qui æquitatem & exceptionem veluti inuicem oppoſitas ponit.}

*Exceptiones ex æquitate.*

*Exceptio fauorabilis.*

*Strictum ius, ſtricta ratio.*
*Summa ratio.*
*Summum ius.*
*Summa malitia.*
*Sūma iniuria.*
*Summa crux.*
*Summo iure agere.*

6 ¶Nonnunquam autem id ſtrictum ius,ſtrictam rationem vocant,l.ita vulneratus,§.vlti.ff.ad leg.Aquil.& l.adeò.§.j.ff.de acqui.rerum domi.& l.j.§.accuſationem,in fine,ff.ad S. C.Turpil. & l.ſunt perſonæ,& ibi glo.in verbo,ſolet,ff.de relig.& ſumpti.fune.vbi & ea opponi videtur ſummæ rationi : quod magis mirum eſt,ob id,quòd id ius ſtrictum antiquiores ſummū ius vocabant. De quo Terentius in Heauton.Summum ius ſæpe ſumma malitia.Et Tullius lib. Officiorum 1.Summum ius ſumma iniuria eſt.Quod & repetit è noſtris Petr.Ancha.conſil. lxxxj.in auxilium,col.ij. Et Columella lib.1.Rei ruſticæ,c.7. Summum ius antiqui ſummam putabant crucem.Hincq; Summo iure agere,ſæpe apud Ciceronem dicitur,pro eo quod eſt, non ex bono & æquo,ſiue ex æquitate , ſed iniquiore quodam iure ac præfracto agere , vt à Budæo noſtro ſtatim poſt initium Annotationum priorum in ff.ſcienter dictum eſt,& multis autoritatibus probatum.Nec tamen hîc præmittendum ducimus locum vnum ipſius Ciceronis,qui ſummum illud ius æquo & bono opponit. Is eſt in oratione pro Cecinna: Cæteri tum ad iſtam hortationem decurrunt,cùm ſe in cauſa putant habere æquum & bonum, quod defendant:ſi contrà verbis & literis,& vt dici ſolet,ſummo iure cōtenditur,ſolent eiuſmodi iniquitati & boni,& æqui nomē,dignitatemq; opponere. Ex quibus & illud intelligis, in ſummum ius,iniquum ius dici poſſe. Cui adſtipulatur tex.in l.iij.in prin.ff.quod quiſque iuris,& in l.de ætate,ff.de proba.cùm durum & iniquum copulat:de quo dicemus infrà,nu. 20.Et quòd Macrobius æquitatem & iniquitatem tanquam oppoſita,poſuit lib.Satur.7.ca.3. Si famoſæ (inquit) iniquitatis viro dixero,ego te Ariſtidi in æquitate præpono.Et ante hunc Cicero lib.Officiorum primo:Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere,quod dubites æquum ſit,an iniquum. Et lib.2.de Inuentione : Iudicialis eſt, in qua æqui & iniqui natura quæritur. Sed vt redeamus , ſicut dicimus ſummum ius, ita & ſummam æquitatem etiam dicimus,in l.j.in prin.ff.eo.tit.quod quiſque iur.& l.generaliter,ff.de noxa.acti.& l.eum qui,ff.de don.& l.bona fides,in prin.ff.depoſi.{ & l.& habet,in princ.ff.de precar.}& apud Valerium Maximum lib.8. in præfat.cap.2. Nec tamen hæc ſumma æquitas vitio tribuitur , vt nonnunquam ſummum illud ius. Hæc quoque ſumma ratio dicunt in l.verùm, in princ.ff. pro ſocio.{Et apud Ciceronem lib.2.Officiorum:Eaque eſt ſumma ratio.}

*Summum ius, iniquum ius.*

*Summa æquitas.*

*Summa ratio.*

*Summum ius, dicitur ius ſimpliciter.*

7 ¶Alibi autem in noſtris legibus id ius ſtrictum,ius ſimpliciter dicitur,perindeq; æquitati ſæpe opponitur,vt ius ſtrictum.l.nulla,ff.de legi.vbi ita ſcribitur,Nulla iuris ratio,aut æquitatis benignitas patitur.& l.epiſtola,§.de inofficioſo,ff.de pactis , cùm dicitur, neque iure vllo,neque æquitate tale deſiderium admitti. & l.ſi ex duobus, §. ſed & ſi plures,ff.de pecul.ibi, ſed

licèt



*Ius æquitati opponitur.*

licèt hoc iure contingat , tamen æquitas dictat &c.& l.j.ibi, inter æquitatem iúſque interpoſitam interpretationem.C.de legib.vbi gloſſ.& Doctor.intelligunt illud ius pro iure ſtricto. Et hinc ſumpta occaſione,Cyn.ibi,columna iij.verſic.procedamus ad quæſtiones , declarat quid ſit æquitas,quot modis dicatur,& quid interſit inter eam , & ius. & etiam text.in l.qui accuſare,C.de eden.in illis verbis,neque iuris neque æquitatis ratio,& l.vlt.ibi,iuris & æquitatis , eod.titu. {Et apud Ciceronem in Paradoxis : eſſetque iuris & æquitatis (quæ vincula ſunt ciuitatis) repetita memoria.}

*Ius & bonum & æquum vide nu.10.*

8 ¶Ex quo & illud eſt Terentij in Heauton.Quid cum illis agas,qui neque ius neque bonum atque æquum ſciunt? Illudque Quintiliani,lib.4.c.3.Quo loco tamen iudicis quoque natura noſcenda eſt,iuri magi,an æquo ſit appoſitus.Et libr.6.cap.item 6.eodem vltimo:Narrandúmne,& quomodo:iure prius pugnandū,an æquo.Et Tullij in oratione pro Cecinna: Sed cauſam ſuam vult vobis æquam probari,non modò certam, & æquitate quoque , non modò iure niti.Et alibi in eadem oratione : Nec iuri quicquam tam inimicum , quàm vis, nec æquitati tam infeſtum ſit,quàm cōuocati homines,& armati.Iterúmque in ea oratione: Iuris iudicium cùm erit,& æquitatis &c.Et lib.Officiorum iij.Ius Craſſus vrgebat , æquitatem Antonius.Et de Claris oratoribus,Scęuola peracutus ad excogitandum,quod in iure, aut in æquo verum eſſet aut non eſſet. Hincque Donatus Terentianus interpres in Adelphos : Inter ius (inquit) & æquitatem hoc intereſt:Ius eſt,quod omnia recta & inflexibilia exigit.Aequitas eſt,quæ de iure multum remittit.

*Quid intereſt inter ius & æquitatem.*

*Ius & æquū interdum coniungi.*
*Iuris æquitas.*

9 ¶Quanquàm ſcio,& in aliis multis locis noſtrarum legum hæc non ita ſeparari : ſed veluti vnum in altero inſit,ita de his tractari,vt in l.j.in princ.ff.de iuſti.& iure,cùm dicitur,Ius eſt ars boni & æqui.& in l.ius pluribus,eo.tit.vbi ſcribitur,ius vno modo dici id,quod ſemper æquum & bonum eſt.& apud Tullium,ſi is eſt,ad Herennium lib.3.Iuſtitia eſt æquitas , ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque. Idemq; iuris æquitatē appellat in oratione pro Lucio Plancio:Vbi illa iuris æquitas?Et lib.Officiorum 3.in primíſque operam dabunt , vt iuris & iudiciorum æquitate ſuum quiſque teneat. Id quod facit etiā imperator in l.cùm nec patronos,C.de iniur.ibi,iuris æquitas permittit.Scio itē glo.quæ differentiam facit inter ius, rigorem,& diſpenſationem,in c.vt conſtitueretur, in verbo , detrahendum , & ibi quoque Archi.l.diſt.de quo etiam Panor.in c.in literis.col.ij.in vlt.extrà de reſtit.ſpol.

*Ius.*
*Rigor.*
*Diſpenſatio.*

*Aequū & bonū iurigentiū oppoſitum.*

10 ¶Neſcio autem quónam modo Salluſtius in bello Iugurthino æquum & bonum oppoſuit iurigentium : Fit (inquit) reus magis ex æquo & bono,quàm ex iuregentium,Bomilcar.Et fallor,niſi Salluſtius bonum & æquum aliter intellexerit,atque cæteri. Nam & alibi in eod. lib.Contrà pauci(inquit) quibus bonum & æquū diuitiis charius erat,ſubueniendū Adherbali cenſebant.Et ex hoc quoq; ſuo ſignificatu idem in alio loco eiuſdem libri , in oratione ſcilicet Marij,æquos bonóſque viros appellat. Illud (ait) intelligo , Quirites , omnium ora in me conuerſa eſſe , æquos bonóſque fauere.&c.Cæterùm idem in Catilina,ius,& bonū,vt diuerſa poſuit:Ius (inquit) bonumque apud eos non legibus magis,quàm natura , valebat. Sed non omittemus,eodem fortè modo ius,atque æquum & bonū vt diuerſa poſita fuiſſe, quo Plautus leges,& æquum bonum poſuit in ea fabula, cui Menæhmi titulus eſt:Qui neque leges,neque æquum bonum vſque colunt.Sed tu hîc vide infrà.nu.30.ſi autem.

*Aequi boníque uiri.*
*Ius & bonū ut diuerſa.*
*Leges & æquum bonū ut diuerſa.*

*Iuſtū & iuſtitia unde.*

11 ¶Sed vt redeamus,quia à iure iuſtū dicitur,& iuſtitia,niſi è diuerſo ius à iuſtitia dicatur , vti voluit Vlpia.in d.l.j.ff.de iuſti.& iure.quem defendit Alciat.alio tamen reſpiciens lib.παρέργων 1.cap.xxix.Cui tamen(vt id obiter dicam) non accedo in eo,quod ſcribit iuſtitiam dici quòd vim ſiſtat. Quid enim,triſtitia,mœſtitia,& id genus alia,num à ſiſtendo dicta ſunt? vt omittamus,vis nomen nullo pacto eſſe in iuſtitiæ vocabulo , niſi primis literis omnino inuerſis,& i conſonante in vocalē conuerſa,quod vidēs Alciatus dicit id fieri κατ'ἀντιστοιχίαν, id eſt,contrariam elementi tranſpoſitionem.Sed vt id demus,nullo tamen modo videmus ſiſtendi verbum eſſe in iuſtitia.Porrò hæc ſubſtantiua à ſuis adiectiuis haud dubiè ſumpta ſunt,additis illis literis,tia,eorum genitiuo,vt è lætus læti,lætitia:amicus amici,amicitia:auarus auari,auaritia. Et ſic quoque à iuſtus iuſti,iuſtitia:mœſtus mœſti mœſtitia. Quod ſi genitiuus in is,finiatur,remota s,additur & ea adiectio,tia,vt triſtis triſtitia.

*Ius quod iuſtū eſt.*
*Iuſtum & æquum oppoſita.*

12 ¶Igitur vt ad inſtitutū reuertamur,cùm ius, iuſtum,& iuſtitia eiuſdē ſint originis,ſi nō aliud ab alio tractum ſit,nam ius eſt,quod iuſtum eſt,vt tradit D.Auguſt.in Pſal.cxlv.interpretans illud eiuſdem Pſal.Facit iudicium iniuriarū patientibus.Hinc certè fit , vt iuſtum & iuſtitia, ſicuti & ius æquo,& æquitati opponātur:tanquam etiam iuſtū ſimpliciter id ſit, quod ſummum aut ſtrictum ius,aut ius etiam ſimpliciter vocamus. Horatius lib.Sermonū 1.Satyra 3.

*Atque ipſa vtilitas,iuſti propè mater & æqui.*

*Iuſtum & æquum quid differant.*

Quo in loco Acron interpres,Inter iuſtum,inquit,& æquum,hæc differentia eſt: Iuſtū eſt, quod ex lege deſcendit,æquum verò,quod ex natura.Sic & Fabius Quintilianus in procemio Oratoriarum Inſtitutionum,iuſtum atque æquum & bonum vt diuerſa poſuit : Quis enim (ait) modò de iuſto,æquo ac bono non & vir peſſimus loquitur?

*Iuſtitia immodica.*

13 ¶Et huc quoque poteſt referri illud Eccleſiaſt.7.c. Noli eſſe iuſtus multum. Et illud eiuſdē c.Iuſtus perit in iuſtitia ſua.Quæ repetūtur in c.plerunque,ij.q.vij.& in c.non poteſt,23.q.4.

& in c.ſerpens, de pœn.diſt.j.quibus locis apertè declaratur, huiuſmodi ſententias pertinere
ad immodicam illam rigidamq; ac ſtrictã iuſtitiam.Hincq; multi iuſtitiam,& miſericordiam,
tanquam diuerſas, recenſent.Quibus ſuccinit illud Prouerb.c.xxj. Qui ſequitur iuſtitiam,
& miſericordiam,inueniet vitam.Vti etiam iuſtitiam ipſam,& æquitatem, diuerſas ponunt,
Prouer.j.c.Iuſtitiam,iudicium,& æquitatem,&c.& c.ij.vbi eadẽ verba repetuntur,& Pſal.97.
Ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate,& iudicabit populos in iuſtitia.Et Eſaię c.11.Sed iudi-
cabit in iuſtitia pauperes,& arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Quamuis ſciã Lactan-
tium lib.5.Diuinarum inſtitutionum,c.xv.ita de iuſtitia diſſeruiſſe,vt ſint duæ virtutes om-
nium principales,quæ ab ea diuelli ſepararique non poſsint,ſcilicet pietas & æquitas,quibus
conſtat tota ipſa iuſtitia.Sed aliò reſpicit Lactan.nam æquitatem non eam intelligit, quam
hîc intelligimus,ſed pro æqualitate quadã,qua Deus omnes æquos,id eſt,æquales, ſiue pa-
res,eſſe voluit.Aequitatem enim (vt & ille dicit autoritate Ciceronis) dici tanquam æqua-
litatem, etiam ſcribit D.Auguſt.in lib.de quantitate animæ.

*Iuſtitia & miſericordia oppoſitæ.*
*Iuſtitia item & æquitas.*
*Aequitas tanquam æqualitas.*

14 ¶Sed quid interim dicemus ad illud Cicer.ad Herennium,ſuprà à nobis citatum, definien-
tis iuſtitiam eſſe æquitatẽ ius cuiq; tribuẽtem:& cùm dicit lib.1.Offic.Aequitatẽ iuſtitiæ ma-
ximè propriã,& lib.Partit.Orat.Directũ & verum & iuſtum,&,vt dicitur, bonũ & æquum.
Et ad text copulantem iuſtum cum æquitate,in l.proximè, ff.de his quæ in teſt.delen.vbi ita
ſcribitur:Sed in re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt, quàm
tutius:nam vt poſteà dicemus,benignior interpretatio æquitas eſt.& in d.l.placuit, C.de iu-
dic.vbi æquitas & iuſtitia aduerſus ſtrictum ius copulantur. Valerius autem Maximus lib.6.
c.5.in initio eius c.ſcribit:In iuſtitiæ penetralibus ſemper æqui reſpectum verſari.

*Iuſtitia & æquitas copulatæ.*

15 ¶Alibi quoque ſtrictum ius (vt ad id redeamus) ponitur vt aduerſum humanitati,in l.Pan-
tonius,in prin.ff.de acq.hære.nam cùm primùm dixiſſet in eo caſu ſtricto iure in integrum
reſtitutionem non competere:poſteà ſubdit,humanitatis gratia eam locum habere.& ibi glo.
& Doct.interpretantur hanc humanitatẽ pro æquitate,& in l.ſi ita ſcriptum,in prin.ff.de lib.
& poſth.cuius verba ſeq.verſi.ab hinc ij.ſubiiciemus. Et facit text.in l.j.§.qui operas,ibi, Sed
humana interpretatione placuit,ff.ad Senatuſcon.Tert.& in l.pen.§.de illo,ff.de condi.& de-
mon.ibi,Sed humanius interpretari ſolemus.& in l.Thais,§.libertatem,in fi.ibi,Humaniore
interpretatione,ff.de fideicom.liber.& l.ſi debitor,§.j.ibi,Humanitatis intuitu, & l.inter eos,
§.j.ibi,Sed humanius eſt:& ibi Bart.ff.de fideiuſſo.& in c.vlt.extrà de tranſact.in illis verbis,
Aequitate ſeruata in humaniorem partem declinando. Nam & Tullius lib.2. Offic.æquita-
tem & humanitatem inuicem copulat,dum ſcribit:Tantaque pœna afficiamus,quantam æ-
quitas humanitáſque patitur.Et ad id quoque facit text.in d.c.vlt.de tranſact.vbi etiam ipſa
æquitas atque humanitas ſeueritati opponitur.

*Strictũ ius humanitati oppoſitum.*
*Humanitas pro æquitate.*
*Humana interpretatio.*

16 ¶Ex quo etiam illud iam intelligis,ſeueritatẽ accipi pro illo iure ſtricto, vti etiã in l.ſi com-
penſandi,ibi,iuris ſeueritas,C.de hære.inſt.& in l.nulla,ff.de legi.vbi ſcribitur,Nullam ęqui-
tatis benignitatẽ pati,vt quę ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur,ea duriore in-
terpretatione contra ipſorũ commodum producantur ad ſeueritatem. Vnde & alibi Seuera
interpretatio dicitur,in l.ij.in princip.ff.de cuſto.reo.Et Seuera ſententia in l.j.§.caſum, ff.de
poſth.Et Seuerus iudex,apud Ciceronem in v.in Verrem actione:Si ex prouincia tota cen-
tum ſeptuaginta eieciſſes,poſséſne ſeueris iudicibus ſaluus eſſe?Et Seuerus cuſtos legis,apud
eundem in j.in ipſum Verrem actione:Cuius legis non modò à populo Romano,ſed etiam
ab vltimis nationibus iampridem ſeueri cuſtodes requiruntur. Et Seueritas imperij, apud
eundem in vij.aduerſus eundem actione: Summæ diligentię ſummam imperij ſeueritatem
addidit.& Seueritas animaduerſionis apud ipſum quoque lib.ix.Epiſtolarũ ad Dolabellam:
Contingit etiam tibi,quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non
modò nõ inuidioſa, ſed etiã popularis eſſet.E' noſtris Alb.in l.proſpexit.ff.qui & à quibus,
illud quod diximus annotauit,ſcilicet ſeueritatem ius eſſe ſtrictum.Et eam quoque opponi
æquitati ſatis conſtat ex d.c.vlt.extrà de tranſact.

*Strictum ius, ſeueritas dictum.*
*Seueritas.*
*Seuera interpretatio.*
*Seuera ſententia.*
*Seuerus iudex.*
*Seuerus cuſtos legis.*
*Seueritas imperij.*

¶Sed & alibi id ius ſubtile vocatur,atq; etiã humanitati opponitur,in d.l.ſi ita ſcriptum, in
17 prin.ff.de lib.& poſth.vbi ita ſcribitur:Licet enim ſubtilis iuris regulę conueniebat,ruptum
teſtamentũ fieri:attamẽ cùm & vtroqeu nato teſtator voluerit vxorem aliquid habere, ideò
ad huiuſmodi ſententiã humanitate ſuggerẽte decurſum eſt.& in l.generaliter,§.ſi quis ſer-
uo,ibi,licet videatur iure ſubtili,&c.ff.de fideic.libert.& l.in bello, §.codicilli, ff.de capti.vbi
glo.interpretatur ea verba,iure ſubtili,id eſt,de rigore.Et ſtatim pòſt, idẽ text.huic humani-
tatẽ opponit,& l.ſi quis ita ſcripſerit,§.j.ff.de manu.teſt.cuius hæc verba ſunt:Licet ex nimia
ſubtilitate ſeparatũ eſt legatum,tamen humanitatis intuitu valebit legatum. In quo & illud
annotare te oportet,non eam Subtilitatem, ſimpliciter ibi appellari, ſed Nimiã ſubtilitatẽ,
vt etiam appellat l.poſthumus,in princ.ff.de iniuſt.teſta.& Quintilianus in prooemio Inſtit.
Oratoriarum.Et alibi Mera ſubtilitas dicitur,in l.ſi fur,§.j.ff.de vſucap.

*Strictum ius, ſubtile ius.*
*Subtilitas nimia.*
*Mera ſubtilitas.*

18 ¶Et facit etiã tex.in l.filio præterito,ff.de iniu.teſt.vbi ita ſcribitur:Licet ſubtilitas iuris refra-
gari videatur,attamẽ voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur.ibi enim ſubtilitas iuris,
bono & ęquo,quæ ipſa æquitas eſt,opponitur.Et in l.ſi tibi,ff.de dona.cùm dicitur, Quan-
tùm

*Subtilitas iuris.*



tùm ad iuris ſubtilitatem,accipientis facta non eſt,& tu furto obligaris:ſed benignius eſt &c.
Quo in loco glo.& Doct.illam iuris ſubtilitatem rigorẽ interpretantur:& illud benignius,
æquitatem.Et in l.per fundum,ff.de ſerui.ruſti.præd.vbi primùm dicit,Subtili ratione, &c.
& mox,Benignius tamen dicitur.Et in l.ſi quis cùm aliter,ff.de verb.obli.vbi ſcribitur,Iuris
quidem ſubtilitate erit abſtentus, ſed doli exceptione vti poteſt. Suprà autem docuimus,
exceptionem æquitate niti.Et in l.ſi fundus,§.ſi pluris,ff.de pignori.cùm dicitur,Quod ego,
quantùm ad ſubtilitatem iuris,non probo.& paulò infrà,Sed humanius eſt,&c.Et in l.ſi tibi,
ff.ſi cer.pet.cùm dicitur,Sed hæc intelligẽda ſunt propter ſubtilitatem verborum:benignius
tamen eſt,&c.& in l.ita vulneratus,§.vlt.ff.ad leg.Aqui.vbi ſubtilem rationẽ appellat, quam
paulò antè Strictam rationẽ vocarat.Cæterùm glo.in l.ſeruitutes ipſo quidem iure, in prin.
ff.de ſerui.ſubtilitatem iuris,& æquitatem,tanquam diuerſa & oppoſita ponit,& glo.in c. vt
conſtitueretur,l.diſt.dicit ſubtilitatem accipi pro rigore,per text.in c.in literis,extrà de reſti.
ſpol.vbi & Panor.id quoque annotat,col.ij.in vlt.not.

*Subtilis ratio*

19 ¶Et hinc quoque Tullius id ius,verſutum & callidum appellat quod non admodum diſtat
à ſubtili. Hæc enim ſunt verba illius ex oratione pro Cecinna:Tum vociferantur ex æquo
& bono,non ex callido verſutoq; iure,rem iudicari oportere.& alibi in eadẽ oratione:Cal-
lidè verbis controuerſias diiudicas,non æquitate.Et lib.1.Offic.Exiſtunt etiam ſæpe iniuriæ
calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, &c.
Sed & ſcrupuloſum quoq; id ius noſtræ leges vocant,eam appellatione ſubtili coniungẽtes:
vt videre licet ex d l.poſthumus,in prin.ff.de iniuſt.teſta.vbi his verbis ſcribitur, Licet enim
iuris ſcrupuloſitate,nimiaq; ſubtilitate teſtamentũ ruptum eſſe videatur.& ibi glo.in verbo,
relicta ſunt,ea verba ad rigorem iuris refert.Et ex his quoque intelligere potes,id ius apices
iuris vocari poſſe.Nam & Bal.in c.j.col.ij.verſi.apices,extrà de conſti.dixit, apices iuris eſſe,
quicquid bonam fidem non tangit,per l.ſi fideiuſſor,§.quædam,ff.manda.

*Strictũ ius dici uerſutũ & callidum.*
*Scrupuloſum ius.*
*Apices iuris*

20 ¶Quinetiam id ius dici poteſt Rigidum & durum.Nam & Plinius lib.Epiſto.4.ad Vrſum,
ſententiam duram & rigidam,in hoc ſignificatu poſuit.Nam quibus (inquit) ſententia Cæ-
pionis placuit,ſententiã Macri,vt rigidam duramque, repræhendunt.Et lib.2.ad Arrianum:
Quæ ſententia (inquit) tanquam mitior vicit,cùm ſit alioqui durior.Et Tullius in oratione
pro Sexto Roſcio Amerino,loquẽs ad iudices:Sin ea crudelitas,quæ hoc tẽpore in Repub.
verſata eſt, veſtros quoque animos (id quod fieri profectò non poteſt) duriores accerbio-
réſque reddidit,actum eſt,iudices. Ex quo etiam loco vides,id ius & acerbum quoque dici
poſſe. Sed vt redeamus ad duri appellationem, idem Tullius in xv.epiſto.ad M.Brut.Alius
fortaſſe,quòd in animaduerſione pœnaque durior.Et duri vocabulo in eo ſenſu vtitur Iu-
riſconſultus in d.l.proſpexit,ff.qui & à quibus.vt etiam annotat Albe.ibi,& in l.cùm de æta-
te,ff.de proba.vbi Durum & iniquum, inuicem copulantur. de quo & nos diximus ſuprà
nu.6. & Plautus in mercatore, Duram legem appellat:Ecaſtor lege dura viuunt mulieres,
multoque iniquiore miſeræ,quàm viri,Et durum hominem, idem Plautus in Menæhmis:
Scio ſæuus quàm ſit homo, & durus. Et Terentius in Adelphis: Nimium ipſe durus eſt,
præter æquum & bonum. Ex quo potiſsimùm loco videre licet, duritiem bono & æquo
aduerſari.Quod & apertè oſtẽdit Suetonius in Claudio,c.14.Nec ſemper præſcripta legum
ſecutus,duritiem lenitatemq; mulctarum,ex bono & æquo,perinde vt afficeretur, modera-
tus eſt. Vbi etiam vides lenitatem dici æquitatem.Hinc & Duritia,pro ſummo illo iure,in l.
ſeruus,in fi.ff.de ſer.expor.& Durior interpretatio in d.c.nulla,ff.de legi.Et alibi prædura,in
d.l.ij.in princip.ff.de cuſtod.reorum.

*Strictum ius dicitur rigidũ & durum.*
*Rigida & dura ſententia.*
*Duri iudices.*
*Acerbum ius.*
*Durior pœna.*
*Durum & Dura lex.*
*Durus homo.*
*Durities legũ.*
*Lenitas.*
*Durior interpretatio.*

21 ¶Sed & vt ad illud,rigidum, reuertamur,videmus noſtros vbique rigorem & æquitatẽ op-
ponere:vt per omnes in d.l.j.C.de legi.& in d.l.placuit.C.de iud.& per Cano.in d.c.vlti.de
tranſact.& eſt text.expreſſus in c.iurgantium,quod eſt ij.extrà de iudi. cùm dicit, Aequitati
conuenit & rigori.& in c.cùm illorum,ibi,Secundum rigorem vel æquitatem,extrà de ſen-
tent.excom. {& in c.in literis,iuncta glo.vlt.de reſti.ſpoliato.} Vnde Virgilius lib.1.Georgic.
rigorem pro duritie vſurpauit.

*Tum ferri rigor,atque argutæ lamina ſerræ.*

Et idem in eo ipſo lib.iterumque lib.12.Aeneid.Rigidum enſem appellat. Nam priori loco,

*Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.* Et poſteriori:

*Sic rigido latus enſe ferit.—*

Quo in loco ita exponit Seruius interpres.Sed & iuriſconſultus aliquãdo iuris rigorẽ ap-
pellauit,l.ſi expreſsim,in prin.ff.de app.& l.cùm hic ſtatus,in prin.ff.de don.inter vir.& vxo.
atque etiam ius pontificium in d.c.in literis,de reſt.ſpo.& alibi ſæpe.De quo & tu vide Pan.
in c.ſuper literis,col.ij.in iiij.not.de reſcri.& in c.ſi clericus laicum,col.iiij.in iiij.notab.& ibi
quoque Maria.Soc.in iiij.quoque no.de fo.comp.quibus locis declarat,poſt alios antiquio-
res,quibus & quot modis rigor iuris intelligitur:vti etiam facit Pilip.Deci.in c.ſi duobus,in
fi.extrà de appel.& iterum in c.ex tenore,col.vij.verſi.vnde aliter,eod.tit.

*Rigor.*

22 ¶Præterea id ius præfractũ & abſciſſum dicere poſſumus.Nam & ita accepiſſe videri poteſt
Valerius Maximus lib.6.tit.de iuſtitia, cùm dicit:Sed aliquando Charmidæ Tyrij, præfra-
ctior

*Strictũ ius dicitur præfra-*

*ſtum & abſciſſum. Et aſperum quoque. Præciſum.*

ctior & abſciſsior iuſtitia ad vim & cruorem vſque ſeditioſas conciones ciuium paraue rat. Et alibi libr.2.titu.de diſciplina militari : Aſpero enim & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget. Ex quo etiam loco vides id ius Aſperum dici poſſe. Iuriſconſultus autem Præciſum,quod idem eſt atque abſciſſum,pro duro etiam poſuit in l.qui cum vno, §.non omnis,ff.de re milita.In quo loco Budæus noſter in ſuis annotationibus multa in hanc ſententiam ſcripſit:quæ tu ibi videre poteris.

*Strictum ius à quo nunquam receditur. Strictũ ius cui nihil addi, nihil detrahi poteſt. Retractus ſtricti iuris quare dicitur.*

23 ¶Aliquando item dicitur ſtrictũ ius,à quo nullo modo recedi poteſt:vt tradit glo.vlt.in d.l. placuit,C.de iudi.per d.l.proſpexit,ff.qui & à quib.manu.non licet. & ſequitur Bal.in cap.ſi cauſam,col.j.verſi.ſed quid ſi in ſtatuto extrà de re iudi.& idem Bald.conſil. cccxliij.examinanda ſunt,col.iij.verſi.amplius licet,lib.1.dicit id ius ſtrictum eſſe , cui nihil addi,nihil detrahi poſsit:niſi quod ſcriptura loquitur,arg.l.ſi alij.ff.de vſufruct.leg.& l. contractus , C.de fide inſtru.Subditque ſtrictum ius conſiſtere in ipſa ſcriptura,& verbis præciſè obſeruandis: latum autem ius ex ſuppletione,vt not.in l.in hac,ff.de triti.De quo & nos poſteà latius dicemus.Et his quoque reſpectibus retractus dici poteſt eſſe ſtricti iuris,tanquam ſcilicet non liceat , ac ne latum quidem vnguem, à verbis ſtatuti,quod eum introduxit,diſcedere.quod & ſatis exprimit §.viij.huius tit.

*Stricti iuris ſunt quæcũq; odioſa ſunt.*

24 ¶Sed & denique aliis multis modis & reſpectibus ius ſtrictum dicitur , vt videre licet apud noſtros Doct.in d.l.placuit.C.de iudic.Sed vt eis tamẽ illud addas,quæcunque odioſa ſunt, eadem quoque eſſe ſtricti iuris:vt voluit ille qui nulli vnquam ſententiæ defuit,vt iam ſæpe diximus:videlicet Bal.poſt Iac Are.doct.certè multis nominibus commendabilem in l.non poſſunt,in ij.lect.ff.de legib.per l.cùm quidam,ff.de libe.& poſth.Quod nihil aliud eſt,quàm quòd ea ſtrictè intelligenda ſunt,nec vlla interpretatione extenſiua adiuuanda.nam & Bart. ita ſummat (vt ſic loquar cum noſtris) d.l.cùm quidam , Odia reſtringi , fauores ampliari conuenit.quæ vna eſt ex regulis iuris,in c.odia.de reg.iur.lib.6.& de qua re nos quoque aliquid dicemus verſi.ab hinc tertio,nam & remiſsionem.Quæ & tu adde ad ea, quæ diximus ſuprà,in præfatione,nu.60.quamobrem,& multis ſequentibus.nam & hoc quoque reſpectu poſſumus dicere retractum eſſe odioſum,quòd ſit ſtricti iuris.

*Aequitatis nomina. Benignitas. Benigna interpretaio. Benigna opinio. Ratio priuatim iuri attribuitur. Ratio & æquitas ut diuerſa. Ratio etiam æquitati aſsignatur.*

25 ¶Et ſicut ſtrictum ius multis aliis nominibus nũcupatur,ita & æquitas ei oppoſita,videlicet Benignitas,vt patet ex multis locis ſuprà citatis.Et Benigna interpretatio,quod idem eſt, in l.pen.ff.de condi.& demon.& in l.ij.ff.de libe.& poſthu.& in l.ex hac ſcriptura,ff.de donat.& in l.proximè,ff.de his quæ in teſta.delen.& in l.qui duos,§.j.ff.de manu.teſt.& in l.benignius, ff.de legi.Et Benigna opinio,in l.is qui ſuis,§.ſiue autẽ,ff.de manumiſ. Et alibi Benignè credere, in l.in bello,§.ſi ſtatuliber.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.Et Benignè accipere , in d.l.cùm quidam,ff.de liberis & poſthumis.Hinc benignitas æquitati tribuitur,vt ratio iuri,in dicta l. nulla,ff.de legib.cùm dicitur , Nulla iuris ratio,aut æquitatis benignitas patitur. Ex quo & ratio & æquitas,tanquam diuerſæ ponuntur in l.Diuus,ff de in integ.reſti. Cui adſtipulatur illud Tullij in oratione pro Aulo Cecinna : Iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxit.Et alibi in eadem oratione,rationem iuri , cauſam æquitati priuatim attribuiſſe videtur,cùm dicit:Non enim alia cauſa eſt æquitatis in vno ſeruo,& in pluribus:non alia ratio iuris in hoc genere duntaxat,&c.Quamuis alibi ratio ſimpliciter vtrique aſsignetur,iuri ſcilicet & æquitati,in d.l.placuit,de iudic.& in l.ſi res tuas,C.ad exhib.& in d.l.qui accuſare, & in d.l.vlt.C.de eden.& in d.l.non tantùm,ff.de re iudica. Et interdum priuatim æquitati, & in l.ſumptús,ff.de rei vendi.& in l.ſi ſeruo:ff.de hære.inſti.& in l.j.§.illud , ff.de hæred.vel act.vend.& in l.vlti.C.de fideic.& in l.ij.C.de vſur.& in l.j.C.de repud.& apud Ciceronem ſtatim poſt ea verba,quæ ſuprà proſtremò adduximus ex oratione pro Cecinna , cùm ſcribit, eandem vim habere æquitatis rationem,&c.vt hinc facilè intelligas,hæc promiſcua eſſe & indifferentia.

*Mera ratio, pro ſtricto iure.*

Alibi autem (ne & id omittam) Mera ratio , pro ſtricto iure ponitur , in l.ſi mandauero,§.ſi ij quorum,& ibi glo.in verbo,mandatum,ff.mandati.

*Bonum,& æquum. Bonũ æquum. Aequum. Bonum. Humanitas. Humana , & humanior interpretatio.*

26 ¶Hanc quoque ęquitatem nunc bonum & æquum,nunc bonum æquum,ſine copula,nunc æquum,ſimpliciter,nunc quoque ſimpliciter Bonum,appellari multis probat Budæus poſt princi.priorum Annotationum. Quanquàm alibi leges noſtræ videntur facere diſcrimen inter bonũ & æquum,vt in l.hac lege,C.de pactis conuen.tam ſuper dot.vbi gl.in id annotat,vti etiam facit in l.j.ff.de vſucap.& in l.j.in prin.in verbo,ius eſt ars,ff.de iuſti.& iure.Suprà quoque ſatis docuimus æquitatem humanitatem vocari,& humanam atque humaniorem interpretationem. Ex quo Tullius lib.2.de Legibus,Difficillima illa ſocietas grauitatis cum humanitate.Et in quadam Epiſtola:Cognoſce nũc humanitatem meam, ſi humanitas appellanda eſt,in acerbiſsima iniuria remiſsio animi ac diſſolutio.

*Remiſsio.*

27 ¶Nam & Remiſsionem quoq; hanc æquitatatẽ vocare poſſumus,autore eodem Tullio , in Epiſtolis ad Atticũ lib.16. Ego ſi me non improbiſsimè Dolabella tractaſſet,dubitaſſem fortaſſe,vtrùm remiſsior eſſem,an ſummo iure agerem. Hincq; Remittere ſtrictam obſeruationem,& legum ſubtilitatem,in l.vlt.tum poſt princ.tum in fin.C.de teſta.

*Facilitas.*

Item facilitatem ex eodem Tullio, qui vtranque copulat Philipp.ix.vbi loquens de Seruio Sulpitio,Itaque,ait, quæ proficiſcebantur à legibus & à Iure ciuili , ſemper ad facilitatem æquitatemque referebat.





rebat.Hincq; idem in quadam ad Atticum epiſt. Vir facillimus atque humaniſsimus. Et in alia epiſtola:Facilitas (inquit) & humanitas tua,&c.

*Fauor.*

Prætereà fauorem dicere poſſumus, l.ſi hæreditas,in prin.ff.de ſtatulib.cùm dicitur,Iure quidẽ ſtricto ita manumiſſus liber eſſe non poteſt,quoniã conditione deficitur:ſed fauor libertatis eò perduxit, vt reſpõderetur expletã eſſe conditionem.tanquam ſcilicet ius ſtrictum ſit odioſum , æquitas fauorbilis.quod facit ad id,quod diximus ſuprà verſi.ab hinc iij.ſed & denique.

*Manſuetudo. Miſericordia.*

28 ¶Item Manſuetudinem dicere poſſumus,ex text.qui eam rigori opponit,in cap.vlt.extrà de pœnis,& in cle.j.de iud.Atque etiam Miſericordiam ex Terentio,qui in Adelphis duriter & immiſericorditer iungit:

*Factum à vobis duriter,*
*Atque immiſericorditer.*

Suprà autem nu.13.& huc quoq; ſatis oſtendimus,miſericordiam & iuſtitiam ſibi opponi,vt æquitatẽ, & ius ſtrictum:& ius ipſum ſcriptũ etiam durum dici.

*Mollities.*

Quinetiam æquitatẽ ipſam dici mollitiem,ſatis conſtat ex l.vlt.C.de compen.quæ eam ſtricto iuri opponit, dum dicit, Nec molli animo eas ſuſcipiant,ſed iure ſtricto vtentes.Et hinc ſcribitur in l.vlt.C.ad ſenatuſc.Velle.Seueritatem legum mollire.Quanquàm ſcio,hanc mollitiei vocẽ ſæpe in malam partem aſſumi.

*Diſpenſatio.*

Denique diſpenſationem æquitatẽ appellat Spec.tit.de diſpenſ.§.j.in prin.& Albe.in d.l.proſpexit,ff.qui & à quib.Nam vt dicit Zenzel.in extrauag.Io.xxij.incip.execrabilis,in prin.in verbo,diſpenſatiuè.Diſpenſatio dicitur rigoris iuris relaxatio , per quædam iura ibi allegata. De quo & tu vide gloſſ.in d.c.vt conſtitueretur,in verbo,detrahendum , l. diſt.& nos quoque aliquid diximus nu.9.quanquàm ſcio. Græcis autem præſertim Ariſtot. lib.Ethico.5.c.10. æquitas ſiue bonum & æquum ἐπιείκεια dicitur. De qua multa Budæus in annotationibus prioribus,& Ludouicus Viues in ædibus legum.

*ἐπιείκεια.*

*Aequitas mẽte, ſententia, uoluntate nititur. Ius ſtrictũ uerbis & ſcripto.*

29 ¶Nec interim omittemus Ciceronem ſæpe ita de hac re loqui,vt voluiſſe videatur æquitatem potiſsimùm mente,ſententia,& voluntate niti : ius ſtrictum verbis & ſcripto. Nam in oratione pro Mũrena, In omni, ait, denique Iure ciuili æquitatem reliquerunt , verba ipſa tenuerunt.Et in oratione pro Aulo Cecinna:An tu qui tam diligenter,& tam callidè verbis controuerſias,non æquitate diiudicas.& rurſus:Non quibus verbis quidque dicatur , quæritur , ſed quæ res agatur : etiam vt longius à verbo recedamus , ab æquitate ne tantillum quidem.Itemque : In iſta defenſione accuſas eos,qui conſuluntur , quòd æquitatis cenſeant rationem,non verbi, haberi oportere.Et paulò poſt:Quia verbi oppugnare æquitatem videbatur.Et de Claris oratoribus : Craſſus multa contra ſcriptum pro æquo & bono dixit. Et in eo quoque loco,quem ſuprà adduximus,numero huius glo.vj.nonnunquam.& alibi ſæpe in eadem oratione. Cui admodum concinit l.filio præterito,ff.de iniuſt.teſta.cum dicitur , Licet ſubtilitas iuris refragari videatur , attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur. Et in d.l.ſi ita ſcriptum,ff.de liber.& poſthu.cuius etiam verba ſuprà appoſuimus.

*Aequitas tacita quædam lex.*

Et quod ſcribit Bald.d.conſi.cccxliij.libr.1.de quo etiam diximus nume.23. aliquando item dicitur.Ex quibus etiam intelligis æquitatem eſſe tacitam quandam legem.quod & adſtruit text.in §.conductor,Inſti.de loca.

*Alia multa de æquitate. Aequitas ratio quædã naturalis. Aequitas & lex ſeparatæ.*

30 ¶Si autem amplius ſcire velis,quid ſit æquitas,vide è noſtris Iacob.Bel.in c.j.§.ad hoc. & ibi omnino Bald.col.v.in verbo,non æquitas, tit.de pact.iur.fir.quo in loco videbis æquitatem dici quinque modis.& Bar.in l.j.in fi.& ibi quoque Albe.pleniſsimè, & Sal.col.pen.verſicu. quæro tertiò.C.de legib.& Anto.in c.in literis,de reſtitu.ſpo.Porrò Boethius in commenta. Topicorum Ciceronis lib.3.Aequitas (inquit) eſt,quod naturalis ratio perſuaſit.Ipſe autem Cicero in v.in Verrem actione,Aequitatem & legem diſſeparat,quaſi lex ſimpliciter ſit tanquam ius etiam ſimpliciter , aut ius ſtrictum. Hæc ipſius verba ſunt : Quapropter ſi vos ſemel in iudicando finẽ æquitatis & legis tranſieritis , ſcitote,&c.Rurſuſque in alia actione: Quia ab æquitate,à lege,ab inſtitutis,non receſſerũt.Sed & iterum in eadem ius,æquitatem, & legem,vt diuerſa ponit,cùm dicit:Non ex iure,non ex æquitate: non ex lege, non ex eo quod licuerit,ſed ex eo quod aliquis fecerit,id quod repræhenditur, rectè factum eſſe defendes? Et his accedit illud Valerij libr.6.titu.de iuſtitia : Ita debitum ſupplicij modum legi reddidit,æquitatis admirabili temperamento, &c.Plautus autem alicubi leges,& bonum,vt diuerſa ponit,vt diximus ſuprà,nu.10.neſcio.

*Aequitas rationi cõiũcta, non imaginaria ſequenda.*

31 ¶Poſtremò illud circa noſtram æquitatem non omittendum,quod ſcribit Bal.in rubr.C.de conſti.pecu.col.ij.verſi.quæro an circa,debere nos ſequi æquitatem rationi coniunctã , non imaginariam,& noſtri capitis.& idem propemodum dicit conſi.xcix.ſuper primo , col.j.in fi.lib.4.& Ro.conſi.cxlix.concluſionem,col.ij.verſi.nõ eſt ratio,vbi & alios citat.& Pau.Ca. in d.l.placuit.circa medium,C.de iudi.Faciuntque no.à glo.Anto.Imo.& Pan.in c.vlt.extrà de tranſact.& eodem Pan.& Fel.in c.ex parte , le ij.de offi.deleg. Quorſum enim attinebat leges ſcribi , ſi iudicibus liceret diſcedere à ſcripto,& ſuo arbitrio æquitatem fingere,vt dicit Phil.Melanchthon , de hac ipſa re loquens in Epitome moralis philoſophiæ. Et vt tradit ipſe Bal.autoritate Odof.in c.j.§.& quia vidimus,colum.antep.verſi. quæro quomodo,titu. de his qui feu.da.poſ.Aequitates hominum non habere in ſe pondus ſtatuti, niſi legibus vel

conſuetudine præſcripta ſint roboratæ,&c.Nã vt & idẽ ſcribit in l.precibus; col.vj.verſ.dixi ergo de duobus,C.de imp.& ali.ſubſti.Sæpe ab hominibus erratur in coniecturanda mente tacita propter nimiã ſubtilitatẽ,& quia diſponẽtis animũ non videmus.& idẽ poſt eum dicit Franc.Curt.ſenior conſi.lxiiij.antiquiſsima,col.xj.verſ.quia in vltimis.& Iaſ.in l.licet Imperator,col.3.ff.de leg.1.Et de hoc plura diximus in repe.l.ſi vnquã. in verbo,libertis.nu.19.vnũ tãtùm,C.de reuo.do.Sed & idẽ Bal.conſi.iiij.factũ tale eſt,col.iij.lib.1.dicit æquitatẽ confictã, eſſe duplicẽ iniquitatẽ.Suprà autem verſi.ab hinc ij.docuimus æquitatẽ mẽte inniti,ius autẽ verbis.Et hæc not.aduerſus eos,qui cùm legibus & rationibus deficiũtur,ad æquitatẽ neſcio quam,nulla lege aut ratione ſuffultam,ſed vt illis imaginatio quæpiã obtulerit,confugiunt, rationes tamen quaſdam non ex ipſis legibus, ſed ſuis capitibus erutas afferentes. Nam homines paulò acutiores multa in vtranque partem inexplicabilia quærere & excogitare poſſunt, ſi tantùm ex rationibus adſcititiis,& non ex legibus,iudicandum erit. Quod & Melanchthon quoque animaduertit. Et nos multa in eam ſententiã ex Tullio & Quintiliano adduximus in repetitio.l.ſi vnquam , in verbo, libertis,nume.16.ſed vt ex aliis.

*Aequitas cõficta,duplex iniquitas eſt.*

## MINEVRS, MINORES, GLO. II.

*An,& quãdo currat uſucapio minoribus.*

1 AN , & quomodo,& quando,currat aduerſus minores vſucapio legalis, vel ſtatutaria,que conſuetudinaria , vel etiã conuentionalis,videbis per gloſſam ſuam in l.auxiliũ,in principio,in verbo,ceſſabit,ff.de minori.& in l.ſi mater,& ibi Bal. C.ne de ſtatu defunctorum.Cyn.in l.properandum,§.vlt.C.de iudi.Barto.in l. etiam,la ij.ff.de minori.& l.vlt.& ibi etiam Bald.Ang.Sal.Pau.Caſt.& alios, C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.Bald.in l.omnes populi,col.antepen.verſi.vltimò quæritur , ſtatuto cauetur,ff.de iuſti,& iure.& in l.non eſt,C.quib.non obiic.long.temp.præſcript.& in c. prætereà ſi quis,& ibi quoque alios,tit.de prohib.feud.ali.per Feder.& in c.j.§.niſi iuſta , col.j.in verbo,infantia,tit.quo temp.miles.& in c.j.§.porrò,col.j.verſ.quęro vtrùm tempus,tit.quali. olim feud.ali.pot.& Luc.Pen.in l.j.col.v.poſt medium,verſi.& faciunt plura,C.de impo.luc. deſcrip.lib.10.& Pau.Ca.conſi.ccxxix.venditio iſta,lib.2.& conſi.ccccxl.quia ſecundũ,col.ij. verſi.nunc ad primum dubium,eod.lib.2.& conſi.ccccxxxix.ad euidentiam,in j.& ij.dubio, eod.libr.2.Calca.conſi.xxiiij.quòd dictis filiabus.col.xiiij.verſ.& quia ſuprà dictum eſt.Ang. Are.in §.res fiſci,col.ij.verſic.in eadem glo.ibi, res pupilli,Inſti.de vſucap. Guido.Pap.deciſ. Delphi.xxxj.ſecundum ſtatutum,& omnium latiſsimè Io.Fran.Balb.in tracta.Præſcrip.in j. parte vj.eiuſdemq; vlt.partis princi.in xxiij.caſu,& quæ nos ipſi diximus ſuprà tit.proximo, qui eſt,*de preſcriptions*, §.j.in glo.ix.ſuper verbo, *les mineurs*,vbi etiam videbis,an conſuetudo compræhendat & teneat minores.

*Caſus,in quibus illa currit.*

2 ¶Sunt autem aliqui caſus,in quibus etiam contra minorem incipit currere vſucapio,ex quibus aliquod cõgerit Iaſ.in d.l.properandum,§.illo,in ij.not.C.de iudi.Sed & in his maxima ex parte competit reſtitutio in integrum,vt per gloſſ.in d.§.prætereà ſi quis,& ibi And.Iſer. Iac.Bel.Pet.Cer.Bal.Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex.tit.de prohi.feu.ali.per Fed.Inn.& alios in c.conſtitutus,de in integr.reſti.vbi tractatur de vſucapione huius noſtri retractus,Hoſt.in Summa,tit.de feu.§.quib.modis,ſeu cauſis,verſi.ſed nunquid minor.Spec.tit.de in inte.reſti. §.j.verſi.hoc autem not.& verſi.ſed in minore.Bal.& alios in d.l.vlt.C.in quib.cau.in integ. reſtit.non eſt neceſ.& eundem Bald.in d.l.ſi mater,C.ne de ſtatu.defunct.& conſil.ccccLxxx. conſiderandum eſt,lib.5.& nouiſsimè Phil.Dec.conſi.ccccLvj.viſo cõſilio, ad fi.vbi poſt alios multos aſſerit ſemper minorem reſtitui,niſi cõtrarium ſit expreſſum. Id quod etiam ſcribit Bal. (quem ille non citat) in c.j.§.niſi iuſta,col.j.tit.quo temp.mil.

*Caſus in quibus ſine ſpe reſtitutionis etiã pupillis currit.*

*An in retractu eis currit.*

3 ¶Sunt enim quidam caſus, in quibus expreſsim cautum eſt,ne pupillis quidem vel carentibus tutoribus dari reſtitutionem,vt in d.l.ſi mater,& in l.ij.ff.ne de ſtat.defun.& in d.l.auxilium in prin.ff.de mino.& in l.quæcunque,C.de iur.haſt.fiſc.libro 10.& in alio caſu poſito à Lapo poſt alios,allega.liij.an oporteat,col.vlt.Et certè in caſu noſtræ cõſuetudinis hoc iure paſsim in Gallia vtimur , vt tempus currat minori ſine ſpe reſtitutionis : quamuis de Iure communi reſtituitur per text.in d.c.conſtitutus,& ibi Inno.Io.And.& alij de hac re nuncupatim diſſerunt.& ſimiliter Oldr.& Bart.in d.l.vlt.C.in quib.cau.in integ.reſtit.& Albe.in ij. parte ſtatutorum,quæſt.clxix.item quæro an præſcriptiones. Guid.Pap.deciſ.Delphin.xxxj. ſecundum ſtatutum.& iterum deciſ.cclvij.cauetur de conſuetudine,col.ij.verſic.ſed an illud tempus.& D.Boerius deci.cxl.ſed alia inſuper.& latiſsimè Ioan.Igne.in repe.l.dudum,col.v. verſi.iſtud extendunt,& multis col.ſeq.vbi tamen dicit,quòd in caſu d.c.conſtitutus, minor erat intra annum & diem contractus:nec illic reſtituitur ad retractũ reſpectu temporis,quia opus non erat,cùm nondũ eſſet tranſactum,ſed tãtùm reſpectu conſenſus, quem præſtiterat venditioni patris. Sed,quod pace tanti viri dixerim,illud cap.nuncupatim dicit cõtrarium, ſcilicet huiuſmodi tempus retractus currere minori, ſed reſtitutionem competere aduerſus lapſum eius temporis. Lege lector,& id appertè videbis.

*De eadem re.*

4 ¶Igitur vt hæc noſtra conſuetudo,quæ ſimiliter dicit,id tẽpus currere minori,non ſit ſuperflua , ſed aliquid addat ad Ius commune (ſecundùm not.per Bart.in l.iiij.§.prætor ait,col.ij. verſic.



verſic.quæro quid ſtatutum,& ibi etiam Imol.Pau.Caſt.Ro.& Alex.ff.de dam.infect. & eundem Bart.in l.ij.& ibi Recentiores,ff.de vſuc.& in l.non ſolùm,in fin.ff.de rei vend. cum aliis multis concord.à me traditis ſuprà eod.tit.§.ix.in glo.ij.in verbo, *à ſon domicile*, num.56.contrarium tamen,& latius in noſtro libro , cui titulum fecimus , Nihil fruſtra ) debemus hanc conſuetudinem intelligere,vt currat ſine ſpe reſtitutionis:& ita,vt iam diximus, vtimur,nec eſt irrationabile. Nam aliàs nullus emptor,vel ex longiſsimo tempore xxx.vel xl.ann. tutus eſſet ab hoc retractu. Vix enim reperias familiam aut cognationem.in qua non ſit anniculus quiſpiam,qui etiam poſt xxv.annos intra quadriennium reſtitueretur in integrũ,atque etiam poſt quadriennium ex capite ignorantiæ intra xxx.annos, aut etiam centum , vt multis placuit,& dicemus infrà,in verbo,*ignorans*,num.44.ſed communiter.

*De eadem re.*

5 ¶Ideò vt euitetur hîc longi temporis error, ac confuſio, ( ob quam introductæ ſunt vſucapiones,cap.vigilanti, de præſcript. ne ſcilicet contra bonum publicum dominia diutius maneant in incerto,l.j.ff.de vſucap.& §.j.Inſtit.eod.& quod per eum tex.voluit glo.in §.j.in verbo,diligẽtia,in auth.de temp.non ſolu.pecu.ſup.dot.quam alibi eſſe negat Bal.in c.1.§. ſi quis per xxx.col.ij.verſic.& nota præſcriptiones,tit.ſi de feu.fuer.controuer.inter do.& agna.) igitur,vt repetam,ad euitandum tam longi temporis errorem,atque incertitudinem,non debet minor reſtitui. Alioquin etiam hæc noſtra conſuetudo,quæ dicit retractum currere minoribus,eſſet tanquam ludibrio,verbisq;,non rebus poſita videretur, contra l.ij.C.commu.de legat.& l.vlt.ff.ne quid in loco publico.& cap.commiſſa,de electio.lib.6.Et id videtur voluiſſe in caſu conſtitutionis Protomixeos , quæ ſimilis eſt noſtræ conſuetudi retractus , loquentis etiam de minore,& ei prouidentis aduerſus tutorẽ,ſi negligens fuerit,Bald.in ſuis comment. in eam conſtit.col.iij.verſi.ſed quæro,dicit hæc conſtitutio. Nam ſi conſtitutio (inquit) aliter voluiſſet prouidere de reſtitutione in integrum , hoc dixiſſet,l.vnica,§. & cùm triplici,ibi,vt quod vel tollitur vel reformatur,non ſit incognitum,C.de caduc.tollend.& ſequitur Matth. Afflict.in eodem tractatu,in verbo,vt intra xxx.dies, colum.antepenul.verſic. ſed iuxta prædicta quæro.

*De eadem re. Statutum ſi facit mentionem de minore , is nõ reſtituitur.*

6 ¶Nam & in ſimili idem Bald.in l.j.in xxiiij.oppo.C.qui admit.pulchrè ac not.dicit quòd vbi lex vel ſtatutum facit mentionem de minore abſente,& aliis,quibus de Iure communi conceditur reſtitutio in integrum,tunc non eis conceditur aduerſus huiuſmodi legem , aut ſtatutum. Et ita eum refert & ſequitur Petr.Ancha.conſi.clxx.principaliter.& Alex. conſi.clxv. dubitatur,col.j.in fi.verſi.ſupereſt videre alterum,in fine conſi.lib.6.vbi dicit aliud eſſe, ſi lex aut ſtatutum generaliter loqueretur,ſine mentione minoris aut aliorum huiuſmodi,per not. à Bart.& aliis in d.l.vlti.C.in quib.cauſ.in integr.reſtitu.non eſt neceſ.& Innoc.& aliis in d.c. conſtitutus.Quamuis aliud voluiſſe videatur Paul.Caſtr.conſi.cccxciij.pro euidentia,ad fi.j. dubij.lib.2.per glo.in l.ſicut,in verbo,ſeruanda ſunt,verſic.an autem reſtituatur,C.de præſcr. xxx.vel xl.anno. quæ ſimpliciter dicit adultum reſtitui aduerſus præſcriptionem longiſsimi temporis. Sed ego malo accedere priori ſententiæ,neque ei contradicit d.gloſ.

*Minor nõ tam facilè reſtituitur ad lucrũ, uide nu.9.*

7 ¶Et hæc maximè debent procedere in hoc caſu,in quo reſtitueretur minor ad lucrum conſequendum,vt dicit Barto.in d.l.vlti.proximè allegata in fine,& in l.etiam, la ij.in fi.ff.de minor. Ex cuius dictis facilè intelliges non tantum fauoris habere minores aduerſus has temporum præſcriptiones,quæ lucrum tantum conferunt,quàm aduerſus eas,quæ damnũ quoque inferunt,vt etiam videre licet apud Rapha.Fulgo.conſil.lxj. domina Catharina,col.vlti. vbi ad hæc allegat l.vlti.§.licentia.C.de iure delibe.& Cardi.Floren.& Panor.in c. ex parte.de reſtit.in integr.dum tractant,an minor qui renuntiauit beneficio, audiatur petens reſtitutionem in integrum. Nam & aliâs ſæpe videmus concedi reſtitutionem ad damnum vitãdum, non ad lucrum captandum:vt de fœminis dicitur in l.quamuis,& in l.vlti.C.de iuris & facti ignoran.& l.error,ff.eod.& de maioribus,ex clauſula,Si qua mihi iuſta cauſa videbitur , in l. ſciendum,ff.ex quib.cauſ.maior.

*An ad id quod iuris ſpecialis eſt.*

8 ¶Præſertim verò hæc obtinere debent,cùm quis deſiderat reſtitui ad lucrũ quodpiam,quod de iure ſpeciali tantùm pertinet,non etiam de iure cõmuni. Cuiuſmodi citra controuerſiam eſt iſtud,de quo tractamus,ſiue ſequamur eos,qui dicunt retractum eſſe contra Ius commune,quæ cõmunior eſt opin.ſiue etiam eos,qui dicunt eſſe præter Ius ipſum commune. Nam non adeò facilè debet quis admitti ad reſciſsionem eius,quod iuris ſpecialis eſt, quàm quòd eſt iuris communis,ex ſententia glo.Bal.& Paul.Caſt.in l.j.C.ſi aduer.vendit.Et aliâs ſemper faciliùs impeditur aut tollitur,quod iure ſpeciali competit,quàm quod iure communi,l.eius militis,§.j.& ibi Bar.& alij,ff.de mili.teſta.& §.quia verò,in auth.de non alie. & Doct.vbique. Et bene facit quod in ſimili tradit Ang.in l.ij.§.conuenire,ad fi.ff.de iudic.

*Maior reſtituitur etiam ad lucrum.*

9 ¶Et hæc quidem poſtrema adiecimus, non quòd neceſſariò probent , minorem in hoc caſu de iure communi non eſſe reſtituendum,cùm habeamus text.clarum in contrarium, in d.c. conſtitutus. Et aliàs quoque minori competere reſtitutionem in integrũ ad lucrum captandum,probat d.l.quamuis,in ij.reſponſ.& l.& ſi ſine,§.j.in j.reſpon.ff.de minor. & iterum l.ait Prætor,§.hodie,qui eſt vlti.& l.ſeq.in prin.& in §.j.& rurſum in l.non omnia,eod.tit.& l.vlti. C.de repud.hæred.& voluit gl.in c.auditis,in verbo,reſtituimus.& ibi Hoſt.in eodem verbo.

Ioan.And.ſuper ea gloſſ.& Pan.col.iij.verſi.ſecundò not.ex glo. extrà de in integ.reſtit.Inno.& Hoſti.in d.c.conſtitutus,& vterque in verbo,offerre.{ & ibi quoque Aegid.Belle. in eodem verbo,& rurſum col.ij.verſi.probabam ſecundam partem.} Corne.conſil.clxxxiiij. ſuper hac noua,col.ij.verſi.conſtat enim,lib.3. Nec tantùm pro lucro certo, ſed & veriſimili tantùm,vt not.voluit Bal.in l.cùm quidam,in princ.verſic.ex hoc not.per illum text.& ibi quoque poſt eum Ange.Imo.Paul.Caſtr.Rom.Alexan.qui dicit perpetuò menti tenendum.Franc.Aret.& Iaſo.ff.de acquir.hæred.& Raph.Co.conſi.cxiiij.Antonius,col.iiij.verſi.ex quibus apparet. Et bene facit text.quem ipſe Areti.allegat,in l.iij.§.quòd ſi hæres,ff.de mino. Sed illa tantum adduximus ad confirmationem præcedentis rationis,quæ per ſe optima eſt.

*An ad lucrũ odioſum ex lege proueniẽs. Quid in eccleſia.*

10 ¶Sed illud tamen haud dubiè verum eſt, quòd non reſtituitur minor ad lucrum odioſum, proueniens ex diſpoſitione legali:vt probatur in l.auxilium,in prin.cum ibi not.ff.de minor.& tradit Bald.in l.cùm quidam,§.vlt.in fin.ff.de vſur. Et idem in eccleſia voluit glo. in clem.ij.in verbo,grauiora,in fi.& ibi Imol.col.v.verſi.nota autem ex his,de procu.& Spec.tit. de in integr.reſtit.§.quis autem,verſic.ſed eccleſia Compoſtel.in c.quod ſicut, & ibi Ioan.And.col.vlti.verſi.ſed quid dices, extrà de elect.& idem Ioan.Andr.in d.c.auditis,paulò ante finem,& ibi Panor.col.vlti.verſi.item limita,de in integr.reſtit.Alex.conſi.lxv.quoniam omne datum, col.iij.verſicu.decimò,quia non poteſt,lib.6. quod conſil.duplicatur conſil.cxix.eod.lib.6. Et idem quoque in abſentibus,& aliis,quibus ex cauſa datur reſtitutio,probat text.in l.ſciendũ, cum duob.ſeq.ff.ex quib.cau.maio.

*Quid in abſentibus.*

*De iiſdem rebus.*

11 ¶Et huius poſtremæ l.arg.Bal.in l.pupillorum.col.ij.C.de repud.hære.dicit, nunquàm etiam eccleſiæ competere reſtitutionem in integrũ ad lucrum cum iniuria alterius. Sed & per eundem text.Signo.conſi.xcj.factum ſic ſe habet,ex quodam,col.iiij.verſi.prætereà lucri, reſpondi,non haberi rationem lucri,cum alterius iniuria.ad quod etiam allegat l.ſi quis vxori,§.ſeruus,ff.de furt. Id quod etiam voluit Alber.eoſdem illos text.allegans,in l.Iulianus,in prin.ff. ex quib.cauſ.maio.vbi etiam loquitur de minoribus & militibus.Sed & Petr.à Bel.Perti.in l.vlti.col.j.C.in quib.cau.in integr.reſti.tradit,in odioſis,quæ ſunt ad damnum vel pœnam alterius,currere præſcriptionem aduerſus minores ſine ſpe reſtitutionis, per l.j.C.ne de ſta.defunct. Et vide Matthæ.Afflict.deci.Neapo.cccxc.ſucceſſor. Si igitur hoc ſtatutum odioſum eſt,vt multis placuit,quos ſuprà adduximus in præfat.huius tit.num.60.quoniam ſunt multi,& ſequen.& prætereà iniurioſum, vt ſatis probat,l.dudum.C.de contrahen.empt. vt idem declarauimus in eadem præfa.num.23.nam vt concedamus,& ſeq.non eſt quod amplius dubitandum de hac re ſit.Sed aduerte,quia d.c.conſtitutus,concedens reſtitutionem,iuncta hac doctrina,probat non eſſe odioſum,vt diximus in eadem præfat.nume.57.pro quibus. Sed vt ſemel dicam quod ſentio, illud cap. non ex veris meriſq; legum fontibus,depromptum eſt, vt non abs re D.Igneus crediderit, idipſum non concedere reſtitutionem aduerſus tempus retractus, vt ſuprà diximus. Ex conſuetudine autem expreſſa Niuernenſium hoc tit.cap.10. id tempus currit contra minores,abſentes,ignorantes,ſine remedio reſtitutionis. Et vt id ſemel finiam,fuit areſto noſtræ curiæ Pariſienſis non ſemel iudicatũ, non eſſe hoc caſu locum reſtitutioni minoris ætatis.

*Conſuetudo.*

*Intra quod tẽpus minor debet petere reſtitutionẽ,cùm reſtitui debet.*

12 ¶Sed quæſtionis eſt, ſi minori in hoc caſu competeret reſtitutio ob decurſum tempus retractus,intra quod tempus poſtquàm maior effectus eſt,poſſet eam petere, vtrum intra quadriennium poſtquàm maior factus eſt,an verò intra annum & diem. Gloſſ.in l.interdum, in verbo,planè,ff.de mino.dicit,quòd cùm minor læſus eſt in contractu, vel quaſi,datur annus vtilis,ſiue quadriennium poſt maiorem ætatem. Si verò in tempore, & tunc ſi id tempus eſt quadriennium aut maius,datur etiam quadriennium.Si breuius eſt,alterum tantum tempus in id ſolùm,datur,per l.cùm poſt,in j.reſpon.& in fi.ff.quan.act.de pec.eſt anna.& illam commendat,& ſequitur Bart.in d.l.interdum.& eſt alia bona gloſſ.in l.Diuus,in verbo,reſtituere, verſicu.ſed an hoc caſu,& ibi quoque Bart.ad fi.ff.de reſtit.in integr.& gloſ.in l.inter omnes, in glo.vlt.in princ.eod.tit.& in l.ſuperuacuam, quæ eſt vlti.in verbo,continuatio,& ibi item Bart.circa med.& Bald.paulò ante fi.C.de temp.in integ.reſti.Azo,cuius opin.glo.vbique nititur,in Summa,de temp.in integ.reſtit.verſic.item ſicut,& ſeq.Dy.in §.rurſus,Inſtit.de actio. Et ita, atque ſecundum hãc ſententiam in caſu noſtri retractus minor poſt maiorem ætatem non haberet,niſi annum & diem ad petendam hanc reſtitutionem.

*De eadem re.*

13 ¶Sed tu tamen vide text.in clem.j.& ibi glo.in verbo,ſi minus,& Docto.de reſtit.in integr.& ipſum Bart.in l.ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter,col.vlt.verſic.venio ad tertium,ff.ex quib. cauſ.maior.& in l.necnon,§.j.poſt princ.eod.tit.Cy.in d.l.ſuperuacuam,col.vlti.verſic. tertiò ad id quod obiicitur,& ibi Alber.Ioan.Fab.in ij.locis.& Sali.col.ij.verſic. ſed intra quantum, C.de temp.in integr.reſtit.Paul.Caſtr.in l.j.col.ij.& iterum in d.l.quod tempore,col.iij.verſic. & not.quòd glo.C.de reſtit.mil. Sed & vide Io.Fab.& Ange.Aret.in d.§.rurſus, illum nu.14. ibi quæritur vlterius,hunc col.iiij.verſic.in ead.glo.in fi.Inſtit.de acti.Matth.Afflict. in conſti. Siciliæ incip.minorum,in j.not.vbi nuncupatim loquitur in caſu noſtræ cõſuetudinis. atque etiam deciſ.Neapo.clxxv.vniuerſitas.





## PRESENS OV ABSENS, PRAESENTES AVT ABSENTES, GLOS. III.

*An cùm abſentibus currit præſcriptio, currat illis ueriſimiliter ignorantibus.*

1 POSSET videri,id quod hîc ſtatuitur, currere id tempus abſentibus,ita eſſe intelligendum,niſi ipſi habuerint veriſimilem ignorantiam rei,præter ipſam abſentiam:per id quod ſingu.in ſimili reſpondit Anto. ſyncerus iuris Canonici interpres,conſi.xlv.domina Orabilis,col.vlti.verſic.nunc autem reſtat,quòd ſtatutum diſponens currere tempus contra abſentes, non compræhendit caſum abſentiæ,iunctæ cum veriſimili ignorantia:per multa illic ab eo allegata,quæ omnibus eo in loco videre licet. Verùm cùm noſtra conſuetudo vltra hæc verba, quæ nunc commentamur,mox ſubiungat & illa, *ſachans & ignorans*, nihil omnino amplius hæſitandum eſt,quin ſi abſens quis fuerit ſimul & ignorans,compræhendatur.

*An & quando abſentia excuſet.*

*Abſens quis dicatur, quiſue præſens.*

2 ¶Si autem vis ſcire,an,quando,& quomodo aliâs abſentia excuſet, & quæ iuſta ſit,& digna vel excuſatione,vel reſtitutione,quantùm ad vſucapiones,& alios quoque effectus,vide glo. Barto.& alios in l.vlti.ff.de reſti.in integ.glo.in cap.biduum,verſic.palàm,in verbo, audiatur, ij.q.vj.Docto.& præſertim Feli.in cap.cùm Bertoldus,extrà de re iudic. Quis autem dicatur abſens,aut præſens,ſcies ex l.abſentem,& ibi Docto.ff.de verb.ſignifi.& l.vlt.C.de long.temp. præſcrip. Ibique tractatur materia abſentiæ,& præſentiæ in vſucapionibus,atque etiam in §.j. vbi Ioan.Fab.Ange.Aret.& alij,Inſtit.de vſucap.& Bald.conſi.cccclxxxviij. ſequens quæſtio, in fin.lib.1.& Paul.Caſtren.qui loquitur in materia vſucapionis ſtatutariæ,conſil.xciiij.poſito quòd iſta,in vlti.dubio,lib.1. Sed ita vt ſcias in Senatu Pariſienſi non cenſeri abſentem, niſi qui eſt extra regnum Franciæ. An autem præſumatur abſentia, an præſentia,latè diximus in noſtris Legibus connubialibus in glo.vj.in ij.quæſt.& latius ſuprà in titu.præced. qui eſt, *des preſcriptions,* in verbo, *entre les preſens.*

*Abſentia an præſumatur.*

## IGNORANS, IGNORANTES, GLO. IIII.

*Ignorantibus an currat tempus.*

1 TAMEN ignorantia potuiſſet videri hunc temporis curſum impedire:{nam & id viſum eſt hoc in noſtro caſu Aegid.Bellem.in cap.conſtitutus,col.xij.verſi.quod intelligo de reſti.in integ.per quædã quæ & nos poſteà citabimus. Nam & aliàs tempus currit ignoranti.} l.genero,ff.de his qui notan.infa. & l. cùm ſex menſes, ff.de Aedil.edict.& l.ſemper,§.hoc interdictum,verſi.annus.ff.quod vi aut clam, & l.annus,ff. de calum.& l.ij.ff.quis ord.in bon.poſſ.ſer.& l.vlti.ff.de decre. ab ordi.faci. & l.j.§.ſi aduerſus, qui eſt vlti.ff.quan.appel.ſit.& l.quinquaginta,& ibi nota.ff.de excuſ.tutor. & l.eiuſdem initij. ibi,notum factum erit,C.eod.titu.& l.quandiu,& ibi latè Bald.& Alex.C.qui admit.& l.vlti. in princ.verſic.omni tamen modo,C.de iure delib.& cap.licèt,extrà de ſupplen.negli.Prælat. & cap.quia diuerſitatem,in fi.extrà de conceſ.præb.& cap.concertationi,de appel.lib.6.& ca.1. de reſtit.in integr.eod.lib.6.cùm dicitur, ſi quis negligenter omiſerit. nam ignorans dici non poteſt negligens,vt dicitur in d.cap.quia diuerſitatem.& ita illum tex.expendit Zenzel.in extrauagan.Ioan.xxij.incip.ſuſcepti,verſic.nos de illo,in verbo,poſtquàm ſciuerunt,in princip. Panormita.in cap.1.in fin.de præſcrip.Paul.Caſtren.conſi.lxxxviij.videtur dicendum,colum. ij.lib.2.cum aliis multis latè collectis ab Hippo.Marſil.conſil.xviij.protector, colum.v.verſic. cùm ergo fuerit.

*Ignoranti an currat tempus in teſtamento præſtitutum.*

2 ¶Nec interim tamen omiſerim text.in l.ſtatuliberos,quæ eſt iij.§.ſi quis hæredi,ff.de ſtatulibe. quem ad hæc vbique Docto.commendant,& inter cæteros Bart.in d.l.vlt.in prin. poſt gl.ibi, in verbo,delatam,C.de iure delib.ad hoc quidem quòd tempus appoſitũ in teſtamento non currit,niſi ſcienti. De quo etiam eſt tex.in l.ſi hæreditas,in princ.C.eod.tit.ſcilicet de ſtatulib. & in l.ſi in diem,ff.de condi.& demonſt.& vtrobique Bart.& Bald.in l.j.C.de his quæ pœnæ nom. Sed & per illum text.ſcribit Petr.Anchar.in c.nos quidem, extrà de teſta.quòd contra ignorantem non currit diſpoſitio teſtatoris,qua ſuũ debitorem ab omnibus liberauit, ſi centum intra menſem ſoluerit. dicitq; ſe ita conſuluiſſe,vt fecit conſil.xxix. prout illum allegat, & ſequitur Barba.con.50.præclarè ſcriptum eſt.col.iij.verſi.& ſi quiſpiam dixerit,lib.2.quamuis illud conſil.de hac re non loquatur.

*An tempus inſinuationi præfixum.*

3 ¶Ex quibus & illud apertè ſequitur, quòd non currit tempus inſinuationi teſtamentorum, vel donationum præſtitutum à ſtatuto vel lege,niſi à tempore ſcientiæ, ex ſententia Bald.in d.l.quãdiu,in fi.C.qui admi.& in d.l.quinquaginta,ff.de excu.tut. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe. & in l.item veniunt,§.cum antequam,in fin.ff.de petit.hæred. vbi & idem dicit Bart. quoque conſuluiſſe,& fuiſſe poſteà in practica obſeruatũ.idem Bal.in d.l.annus,& ibi quoque Ange. poſt prin.ff.de calum.& idem quoque Bald.in c.licèt,paulò poſt princ.extrà de ſupplen.negl. Prælat.& Roma.conſi.ccxxviij.pro plena,col.j.verſi.octauò.

*An tempus datum ad executionem teſtamentorum.*

4 ¶Nec tempus datum Epiſcopo,vel aliis ad executionem teſtamentorum, ſiue à lege, ſiue à teſtatore,Bart.in d.l.quinquaginta,in fi.& in d.l.genero,& ibi quoque Bal.Ang.& Pau.Caſtr. & idem Bart.in l.vlt.j.C.com.de leg.& conſi.cxlij.conſtitutione Camerinenſis Epiſcopi, col. vlti.verſic.prætereà conſtitutio.Bald.in l.id quod pauperibus,col.ii j.ver ſi. tertio qua, C.de

Epiſc.& cle.& in repet.l.ij.col.vij.verſic.tertiò quæritur.ff.de lega.ij.& in l.captatorias,col.vlti. C.de teſta.mil.& in l.vnica,in princ.col.ij.C.de cadu.tol.& in c.ſuper eod.col.j.verſicu.ſed an requiratur,extrà de appel.vbi id tamen declarant.& idem Bal.in c.1.verſi.niſi iuſta,col.ij.verſi. ſecundò not.tit.quo temp.mil.& conſi.ccccLxxx.teſtator inſtituit,in quarto dub.lib.1.& conſ. ccccxx.præmittendum eſt quòd pater,lib.1.& Honofr.Peruſ.conſi.ſeq. & idem dico & rurſus ipſe Bald.conſi.clxxj.præmittenda ſunt,lib.3.vbi tamen diſtinguit,vt ibi videre poteris.Lapus alleg.lxxxvij.Matth.col.ij.Domi.& Philip.Franc.in c.quàm ſit,§.electus,de elect.lib.6.Imo.in d.cap.quia diuerſitatem,de conceſ.præb.& in d.c.nos quidem,de teſta.Raph.Co.conſi.xij.Io. ab armis,in fin.Paul.Caſt.in l.nulli,col.vlti.C.de Epiſc.& cler.Panor. in c.cùm eſſes, de teſta. Roma.latè d.conſil.ccxxviij.in j.dub.Petr.Ferr.titu.forma libel. quo agit. ad red.rati. tutel. in verbo,ad executores,col.iiij.verſic.amplius pro latiore.Bened.Capr.conſi.xxv.cùm de pluribus,col.j.verſi.circa ſecundum,Alex.conſi.xxxvj.viſo themate,col.iij.verſ.præterea videmus, lib.4.Iaſ.in l.fideicommiſſum,in fin.ff.de leg.j.

*De eadem re.*

5 ¶Idque optimè ex eo probatur,quòd id tempus non currit niſi negligentibus, vt patet ex d. c.nos quidem,in verbo,neglexerit,& ibi Hoſt.extrà de teſta.& Fede.Senen.conſi.cxxix. teſtator.Bart.in auth.hoc amplius.C.de fidei.Panor.conſi.lix. viſo teſtamẽto,in tertio dubio,lib.1. Quamuis ſint,qui è diametro teneant contrarium , ſcilicet id tempus currere ignorantibus, ſcilicet Spec.tit.de inſtru.edi.§.nunc verò aliqua,verſic.item quid ſi executor.& Card.Flor.in d.c.nos quidem,vbi id optimè declarat,& in d.c.quia diuerſitatem. & Barbat.in c. ſi hæredes, col.xij.verſi.ſed quia.in d.c.extrà de teſta.& conſi.viij.ſcribitur præclarè,col.iij.in ſecundo dubio,lib.1. De quo etiam per Steph.Bertran.conſi.lxxxiij.ſuper iſto,col.j.lib.2.& Card.Alex.in d.c.ſuper eo,col.iij.num.17.de appel.& latiſſimè per D.Igne.in l.iij.§.ſi conditioni,quem legit cum l.qui poſthumus,nu.127.& multis ſeq.ff.de ſenatuſconſul.Sylla.

*An tempus præſtitutũ denuntiandis uel puniendis criminibus , uide infrà xviij.*

6 ¶Nec tempus quoque præſtitutũ denuntiandis aut puniendis maleficiis,currit ignorantibus. Bar.Bal.& Ange.qui ita dicit ſeruari in practica , in l.annus,ff.de cal.& idem Bart.in l.Diuus, col.vlti.ff.de cuſto.reor.& in l.eum qui,§.in popularibus,ff.de iureiur.Alber.in ſecunda parte ſtatutorum,q.lxxxij.item quæro ſi conſuetudo,Bald.Ange.Pau.Caſt. & Io.à Monte Sperello in d.l.genero,ff.de his qui not.infa.idem Ang.in §.ſi quis rapuerit, in auth.de ſanctiſ.Epiſco. latè Rom.in l.j.§.occiſorum,ff.de Senatuſconſul.Sylla.& d.conſi.ccxxviij.col.j.verſicu. nonò probatur.& in repet.l.ſi verò,§.de viro,in ij.fal.verſi.decimononò,ff.ſol.matr.Pau.Caſt.qui id declarat conſi.xvij.poteſtas,col.ij.lib.1.de quo tamen vide Bart.in l.Labeo,in prin.& ibi Alex. in addit.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fuer.Bald.& Sali.in l.vlt.C.de dol.& ibi omnino Alex. qui diſtinguit poſt alios multos,quos ibi allegat.

*An tempus præſentandi.*

7 ¶Nec tempus patrono præſtitutum ad præſentandum : Nec Prælato ad conferendum ſacerdotia : Nec eligentibus datum ad eligendum ad eadem:vt de primo eſt ſententia Ioan.And. in cap.2.extrà de ſupplen.negl.Præla.& in cap.vlt.& ibi quoque Panor.qui id dicit ſing.extrà de iure patron.Fede.Senen.d.conſi.cxxix.teſtator.D.à Rota,qui pulchrè declarant deciſi.566. vtrùm vacante,in antiquis.Bernard.Biſguet.in deciſ.Rot.ſub titu.de iure patron.cap.3. à quo tempore.Panormit.in cap.cùm propter,poſt princip.extrà eod.tit. Idque in tantum,vt requiratur vera & certa ſcientia,nec ſufficiat interpretatiua,vt id tempus currat patrono , ſecundũ Paul.Eleaz.in d.ca.2.extrà de conceſ.præben.& Lapum allegat.lxxviij. vacauit eccleſia, in iiij. quæſtio.& nouiſſimè Rochum Curti.in tract.de iure patron.in verbo,honorificum,q.xxvij.

*An conferendi.*

De ſecundo,quod eſt ad conferendum,eſt text.expreſſus in d.c.quia diuerſitatem, in fi.& ibi omnes Doct.de conceſ.præben.& in d.c.licèt,& ibi gloſſ.in verbo,à notitia, extrà de ſupplen. negli.Præla.& gloſ.in d.cap.2.in verbo,infrà ſex menſes.& ibi quoque Doct. extrà de conceſ. præben.Fede.Senen.d.conſi.cxxix.D.à Rota,deciſ.cccccLxvj.in antiq.Card.Flor.conſi.xcix. dico quòd acceptatio,verſic.tertiò.Panor.in d.c.cùm propter,poſt princ. de iure patro.Steph. Bertran.conſi.cclxxxiiij.Chriſto,num.3.lib.1.

*An eligendi.*

De tertio,id eſt tempore dato ad eligendum,voluit Inno.in c.nec pro defectu,col.ij.de elect.& Fede.Senen.d.conſi.cxxix. Albe.in l.ij.C.de lib. cau.Bal.in rub.extrà de elect.col.j.verſicu.ſed nunquid iſtud tempus,per text.in c.eis quibus, quod eſt vlti.eod.titu.

*An eorũ, quæ ſenſu gerũtur.*

Idque dicit generale,& perpetuum in omnibus, quæ ſenſu geruntur, per l.j.§.biduum,C.quan.appel.ſit,& l.præſes,C.de appel.

*An adeundi hæreditatem. An immiſcendi. An deliberandi. An agnoſcendæ bonorum poſſeſ.*

8 ¶Nec tempus adeundi hæreditatẽ ſiue etiam ſe immiſcendi hæreditati: Nec item tempus deliberandi ad adeundum:Nec tempus agnoſcendæ poſſeſſionis.Bald.conſi.xij.quidam dominus Matthæus,col.vlti.verſic.ſequitur aliud,lib.1.quod iterum repetitur conſi.ccclxxxvj.lib.5. & idem Bald.conſi.xiij.ſuper eo quæritur,eod.lib.1.& conſi.cccxvij.domina Vielecta,lib.2.vbi pro tempore deliberandi allegat l.cùm antiquioribus.C.de iure delibe.& pro tempore agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis,l.ij.§.dies,ff.quis ord.in bono.poſſ.ſer.& eſt etiam bonus text. in l.ij.in prin.ff.de iur.& fact.ign.vbi ita ſcribitur.nam ſi quis neſciat deceſſiſſe eum,cuius bonorum ei poſſeſſio defertur,non cedit ei tempus.& in l.iij.§.vlt.ibi,ex quo patrem ſuum deceſſiſſe ſcit,ff.de Carbo.edict.& in l.ij.ibi,ex quo eum defunctum ſciſti.& ibi Deci.in vlt.not. C.qui admit.& voluit præterea idem Bald.in rub.C.eod.tit.in vj.q.vbi dicit procedere,etiam ſi ceſſaret per triginta annos.& in l.licèt,col.iij.verſi.præterea pone,iunctis ſeq.C.de iure deli.

vbi loqui



*Et quid ſi ceſſaret per triginta annos.*

vbi loquitur de centum annis.Paul.Caſtren.qui illud ſequitur de triginta annis,& dicit ſing. & perpetuò menti tenendum,in d.l.quandiu,C.qui admit.Corne.qui etiam loquitur de longiſſimo tempore,& tamen ſubdubitat,conſi.cccxxj. de pluribus,col.iiij.verſicu.videtur poſſe dici,lib.3.& Franc.Balb.in tract.Præſcript.in quarta parte,quartæ partis prin.q.xx.vbi item loquitur de eodem tempore.

*An tempus appellandi.*

9 ¶Nec tempus appellandi:Nec etiam appellationis proſequendæ:nam primũ probatur in l.j.§. vlti.& ibi Ange.ff.quan.appel.ſit.& l.ab eo,ibi,vbi primùm cognouiſtis.& ibi Albe.in prin.C. quomo.& quand.iud.& l.ſi is quem,ibi,poſteaquam cognouiſti. & ibi Albe.& Bal.C.de app. & c.concertationi,ibi,poſtquàm ſciuerit,& ibi glo.& Doct.de appel.lib.6.& gl.in authen. hodie,in verbo,à ſententiæ,in prin.& ibi Cy.& Sali.etiam in prin.C.de appel.& gl.in c.ab eo,in glo.j.eo.tit.lib.6.& iterum in c.non ſolùm,in verbo,decennium,eod.quoque tit.& lib.& gloſ. in c.anteriorum,in verbo,à recitatione.& ibi Archi.col.ij.ij.q.vj.Pet.Iac.in tit.de act.de conſti. pecu.col.vij.in paruis,verſi.item rectè dicitur à decẽ diebus.Guli.à Monte Laud.in extrauag. ſuſcepti,in verbo,extũc.tit.ne ſede vac.D.à Rota,deci.xlix.ſi fertur,in nouis,& deci.ccccxcix. nota ſi feratur.in antiquis.Ang.in l.à ſententia,§.vlt.in fi.ff.de appel.& conſ.cccij. viſis.col.vlt. per d.authen.hodie.Petr.Anch.conſi.clxxiiij.Dominus Lazarus,in ſecundo dubio.Roma.d. conſi.ccxxviij.col.j.verſi.ſextò,& conſi.cccxliij.ex propoſito,paulò ante fi.Cardi. Flor.conſil. liiij.in examinatione,in tertio dubio:vbi & id dicit procedere,etiam ſi quis eſſet in loco ipſo, & eſſet præſumptio ſciẽtiæ.Pau.Caſt.d.conſi.xlj.in iiij.q.paulò ante fi.lib.1.& d.conſi.lxxxviij. videtur dicendum,in fi.lib.2.Guid.Pap.ſingu.ccclviij.verſi. decem dies.& Card.Alex. in cap. perſonas,col.j.extrà de appel.Matthæ.Afflict.in conſtit.Siciliæ incip.appellationum tempora, col.iij.in iiij.notab.in princ.& eſt glo.optima,in d.c.concertationi,in verbo,ſciuerit,quæ dicit non ſatis eſſe,ſcire actum factum,niſi ſciat ſe ex eo læſum. De cuius materia vide vltra Doc. ibi,Barb.in cle.cauſam,col.xxvj.verſi.& adde pone,de elect.& Fel.in c.à nobis, in prin.de except.& in c.quod ad conſultationem,col.penul.verſi.duodecima concluſio,de re iudi. Secundum autem,quod eſt proſequẽdæ appellationis,voluit Archi.in d.c.anteriorum, col.ij.ij.q.vj. & Bal.in c.ex parte.col.iij.verſi.ſed nunquid iſte annus,extrà de appel.

*Quid ſi ſit in loco , & eſt præſumptio ſcientiæ.*

*An tẽpus proſequendæ appellationis.*

*Quid in tempore appellationis , ſi lata ſit ſententia præſente procuratore.*

10 ¶Sed quòd primùm diximus de tempore appellationis, intellige (ne erres) niſi ſententia lata ſit in præſentia procuratoris:tunc enim tempus currit ſtatim à tempore ſententiæ,non expectata alia domini notitia,vt probat tex.in d.l.j.§.vlti.& ibi Bart.ff.quan.appel.ſit.& §. ſi aduerſus,ij.q.vj.Inno.Anto.& Imo.in c.1.extrà vt lit.non conteſt.Cy.in dicta auth.hodie,C.de appella.D.à Rota deci.cxxxvij.appellatus in nouis.Albe.in l.diuus,col.ij.verſi. & vbicunque,ff. de in integr.reſtit.Philip.Fran.qui alios multos adducit,in c.Nicolao,col.iij.verſi.ſed difficultas,extrà de appel.& Guid.Pap.deciſ.ccclviij.& Matthæ.Afflict.deciſ.Neapo.cccxliiij.fuit dubitatum. Et ita ſæpe à Senatu Pariſienſi diffinitum tradit Ioan.Gallus in ſuis areſtis,q.cxij.& iterum cxvj.& eſt vnum inter ea,quæ Aufr.dicitur collegiſſe,num.69. Sed tu tamen de hoc vide Alex.conſi.xcv.viſis proceſſibus,col.ij.verſicu.nec dicat aliquis,& multis ſeq. & rurſum colum.ſequen.verſic.non omitto etiam,& multis quoque ſequent.lib.2.& Guid.Pap.deciſio. Delphi.ccccxxxvj.cùm materia,in lxxix.quæſtione.

*An tempus ſtatutum ad petendum tutorem.*

11 ¶Nec tempus matri & cæteris pupilli conſanguineis præfixum ad petendũ tutorem ipſi pupillo.Nec tempus petendi reſtitutionẽ in integrũ.Primum enim tradit ipſe Bal.in d.c.ex parte.vbi ſuprà,quod ſatis glorioſè dicit ab alio nemine tactum fuiſſe:quod tamen & tactum, & eodem modo deciſum eſt à Bart.eius præceptore in ſua diſpu.incip.pupillus,quæ eſt omniũ ſuarum poſtrema,in ſolutio.illius,col.eiuſdem j.per l.ij.§.ſi mater,verſi. ſed ſi fortè abſens,ff. ad ſenatuſc.Tertu.Bal.autem ipſum ſimpliciter in hoc refert & ſequitur Iaſ.conſ.cliij.ſtatuto ciuitatis,col.v.verſic.quintò facit,lib.3.quod repetitur conſi.cxxxiij.lib.4.

*An tempus petendi reſtit.in integr.*

Secundum autem, quod eſt tempus petendi reſtitutionẽ in integ.etiam voluit idem Bal.conſi.xcij.quædam ſententia,circa medium,lib.1. vbi loquitur de reſtitutione aduerſus ſententiam ob inſtrumenta nouiter reperta.quod & ipſum voluit Bal. loquens generaliter de omni reſtitutione in integrum,in l.falſam,circa med.C.ſi ex fal.inſtru.vbi not.id dicit procedere , etiam ſi centũ anni effluxerunt. De quo nos latius poſteà dicemus in hac ead.glo.nu.44.ſed communiter.

*An tempus petendæ inueſtituræ.*

12 ¶Nec tempus vaſallo datum ad petendam inueſtituram , quam vocant, cap.1.§.porrò,ibi,ex quo ſciuerit,tit.quali.olim feud.ali.pot.& voluit expreſſim glo.in cap.1.in verbo, vltra annũ, & ibi Iacob.Bel.Bald.& cæteri,titu.quo tempo.mil.Pet.Iacob.titu.de cauſis ex quib.dominus debet amit.proprietatem,col.vlti.verſi.item.Bald.in l.vlti.C.ſi pen.appel. mors inter. & in cap.1.& ibi quoque Marti.Laud.Iacob.Aluar.& Cardi.Alexan.tit. quæ ſit pri.cau.benefi. amit.& idem Bald.MartiLaud.& Card.Alex.in cap.vlt.tit.de prohib.feud.ali. per Lothar.ipſe Bald.conſil.ccccxxix.quidam nobilis,lib.1.& conſil.ccclxj.dicit text.quòd vaſallus,lib.3.vbi & id dicit generaliter procedere in omnibus obligationibus faciendi , incipientibus ab hærede.

*An cætera tẽpora hæredibus præſtituta.*

Et illud quoque de tempore inueſtituræ voluit Petr.Ancha.d.conſi.clxxiiij. vbi ſuprà & Io. Ray.in c.1.§.præterea ſi quis,col.xiiij.in paruis,verſi.quæro à quo tẽpore.tit.de prohib.feu.ali. per Fed.Alex.conſi.lxxix.circa primũ,col.vlt.lib.1.& conſi.xl.viſo themate & omnibus,col. ij.verſi.contrariũ tamen,lib.6.& conſi.xcij.perſpectis,paulò ante fin.eo.lib.6. Pet.Ferr.tit.libel.

quo agit.ad reuo.feud.in verbo,nec ſuperſtitibus,col.x.verſi.hoc autem tempus.Iaſ.conſi.vij.pro reuerendiſsimo,col.vlt.lib.3.& conſi.lxiiij.in cauſa caducitatis,col.iiij.verſi.ſecundò requiritur,eod.lib.3.& Phil.Dec.conſi.cccccxxx.viſo puncto,col.ij.verſic.tertiò quæritur,& Carol.Rui.conſi.j.Ieſu Chriſti,col.ij.nu.4.& ſeq.lib.1.& conſi.xxxv.adeò,col.xij.nu.28.eod.lib.1.

13 *An tempus datum agnatis ad reuocandam alienationem.*

¶Nec tempus anni datum agnatis ad reuocandam alienationẽ feudi à vaſallo factã,per tex.in cap.Titius,ibi,vel per annum ex quo ſciuit,& ibi Aluar.col.ij.ſuper eo verbo,ſciuit,titu.ſi de feud.fuer.contro.inter do.& agna.& Philip.Dec.conſi.ccccxlv.in caſu,col.vlti.quod multùm facit ad hunc noſtrum retractũ,qui vt multis placuit ortũ habuit à d.c.Titius,& ſimilibus,vt diximus ſuprà in præfa.huius tit.nu.13.ſed vt redeamus.Et hinc quoque depromptũ annum noſtri retractus plerique exiſtimant:vt etiã diximus ſuprà eod.tit.§.j.in glo.x.in verbo, *dedans l'an*,nu.3.ſed vt ad noſtrã.Sed hi admodum falluntur,vt docuimus in ead.gl.nu.8.ſed neſcio,& ſeq.Et ius illud reuocandi ex d.§.Titius,eſt multò fauorabilius,vt quod competat ex propria & genuina natura feudorũ, hic verò retractus,vt ſæpius diximus in gloſ.præced.& alibi ſæpe in hoc tractatu competit,iure quodam ſpeciali,& vt omnibus prope placuit,odioſo.

14 *An tẽpus ſtatutum ad promotionem ordinis ſacerdotalis.* *An tempus optandi præbendas.*

¶Nec aliud tempus anni ſtatutum ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei, qui beneficium curatum,vt vocant,obtinet. Nec tempus optandi præbendas. Nec tempus datum ab arbitris ad ſoluendum ſub pœna. Nec tempus petendæ conſecrationis electo ad Epiſcopatum.Nam primum illud voluit Io.And.in c.commiſſa,& ibi quoque Domi.in §.annus,verſi.quid ſi pater,de elect.lib.6. Secundum autem voluit gloſ.ordi.in c.vlt.in verbo, xx.dies. & ibi quoque Archid.& Ioan.And.vterque ad fin.atque etiam Domi. in verſi.ne autem, de conſuetu.lib.6. Tertium,quod eſt de tempore præſtituto ad ſoluendum,cùm ex facto contigiſſet, reſpondit Bar.conſi.ccxx.domine Iacobe,per d.l.iij.§.ſi quis hæredi,ff.de ſtatulib.& l.in diem,ff.de condict.& demon.& ſequitur Roma.d.conſi.ccxxviij.col.j.verſi.vij.Quartum,de tempore petendæ conſecrationis,Io.Cal.de elect.conſi.iiij.à quo tempore,vbi id dicit regulare in talibus.

15 *Nec tempus implendi conditionem.*

¶Nec tempus implendi conditionem.Bald.in l.j.col.penul.in ix.quæſt.C.de inſtit.& ſubſtitu.per l.ij.ff.de condi.& demonſt. Et quia etiam (inquit) non poteſt deficere cõditio, antequàm incipiat,l.hæc conditio ſi benignè,eod.titu. Et quia denique non debet huiuſmodi tempus currere impedito per ignorantiam facti,arg.l.ſi iam facta,§.j.& l.quibus diebus, in princi.eod.quoque titu.quod tamen intelligit,vt ibi per eum videbis. Et ſequitur Fran.Aret.conſil.xciij.conſideratis,col.iij.verſi.ſecundò oſtẽditur. Sed & idem voluit ipſe Bal.in auth.cui relictum,col.iij.verſi.quæro de quo anno,C.de indict.vidui.& Soci.in d.l.ij.col.j.ff.de condi.& demon. Et vide etiam tex.in l.iij.§.ſi conditioni,ff.de Senatuſconſ.Sylla. Et ſimile quidpiam voluiſſe videtur Bart.in l.ita ſtipulatus , col.pen.in vj.quæſt.in prin.ff.de verb.oblig.non obſcurè ſentiens,hæredem qui probabiliter ignorat conditionem ſibi aſſcriptam,non eſſe in mora,ſi implet,cùm primum poteſt. Id quod dicit ſing.Fran.Aret.vbi ſuprà.

16 *Nec tempus inuentarij.* *Nec tempus productionis.* *Nec tẽpus officiorum.* *Nec tempus querelæ.*

¶Nec tempus conficiendi inuentarij:Nec tempus pręfinitum productioni inſtrumentorum: Nec quoduis tempus quibuſlibet officiis præſtitutum ad expirationem officij : Nec tempus querelæ,quod aduerſus teſtamentum noſtris legibus conceſſum eſt. Primum enim probatur in l.vlti.§.ſinautem.C.de iure delibe.& conſuluit Bald.conſil.ccclxxxiij.quæritur an ſignum,col.vlti.lib.1.& Barba.conſi.viij.ſcribitur præclarè,col.iij.lib.1. Secundum quoque, idem Bald.conſi.cliiij.ponitur quòd quædam dona,col.vlti.lib.5.per d.l.quinquaginta,& d.l.annus,& d.l.genero,ſuprà à nobis citatas.& prætereà l. cùm ſex,ff.de Aedil.edi.& cap.paſtoralis , extrà de except.& cap.vt circa,de elect.lib.6.Tertium,quod eſt de tempore officiis ſtatuto,idem Bald.conſi.ccccl vj.Scia origine paterna,col.vlt.verſi.quintus articulus,lib.1.per not.à Bart.in d.l.genero,ff.de his qui not.infam. Quartum,de tempore querelæ reſpondit Philip.Deci.d.conſil.ccccc xxx.viſo puncto,col.ij.verſi.tertiò quæritur.

17 *Alia ſimilia.*

¶Quibus adde & alia multa ſimilia,latè congeſta à Ro.d.conſi.ccxxviij. pro plena,col.j.& ij.& Alex.conſi.xxxiiij.viſo themate,ad fi.lib.1.Bar.d.conſi.viij.præclarè,col.iij.& iiij.lib.1.& cõſi.50.eiuſdem initij,col.iij.verſi.& ſi quiſpiam,lib.2.& Card.Alex.in c.1.§.vlt.tit.de prohib.feud.alie.per Lothar.& Fran.Cur.iuniore conſi.viij.viſa ac diligenter conſiderata,per totum illud conſi.& Pau.Pariſi.conſi.xlv.fuit monitorium,col.iiij.num.27.& ſeq.lib.4. Sed ita vt non omittas glo.in c.vlt.in verbo,menſium,extrà ne cleri,vel mona.& glo.in c.puella.xx.q.ij.

18 *De eadem re, an tempus currat ignorantibus.*

¶At contra ſuprà dicta quòd ſcilicet tempus ipſo iure currat ignoranti, videtur eſſe text.in l.vlti.& ibi Bald.circa medium,& Ang.C.de præſcri.long.temp.& in l.ſicut. & ibi quoque Bal.col.j.& rurſum in l.omnes,C.de præſcrip.xxx.vel xl.an.& in l.vlt.C.de dol.vbi Bal.ex eo dicit contra illam Bar.ſententiam,ſcilicet currere tempus denuntiandis maleficiis,etiam occultis.quod & idem tenet ipſe Bald.in d.l.genero. De quo & tu vide Pau.Caſt.conſi.xvij.poteſtas,col.ij.verſi.ſi verò dictas exceptiones,lib.1.Alex.aut alium ( quod magis credo ) in addit.Bart.in d.l.Labeo,ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fuer.& Fran.Are.in d.l.licet,C.de iure deli.& Barb.in addi.Bald.in l.captatorias,in fi,C.de teſta.mil.& latiſsimè omnium Soci.d.conſi.cviij.col.j.& iiij.ſequentibus,lib.4.

19 *De eadem re.*

¶Et generaliter tempus ipſo iure currere ignorantibus , tenuit etiam Cyn. poſt Petr. à Bella Pert.in l.ij.in xij.q.C.de iure emphy.Bart.in l.j.§.ſi quis autem,ff.de itine.actuque priua.Bald.in c.bo-



in c.bonæ,col.iij.verſ.no.contra ignorantes,extrà de poſtu.Præla.& conſi.cccxxix.præmiſsis verbis , per totum illud conſi.maximè verò in fin.lib.5.Raph.in l.cùm filiusfamiliàs,§.in hac ſtipulatione,ff.de verbo.oblig.& conſi cxxiij.S.& P.ciues,in fi.Pau. Ca.conſi.cclvij.in cauſa quæ vertitur Parmæ,colum.iij.verſi.iiij.videtur,lib.2.Panor.in c.vigilanti, colum.j.extrà de præſcript.& conſi.xxxij.caſus contingentia,libr.1.Corſet.& Aufrer.dec.Tholoſa.lxxvj. item fuit quæſitum,poteſt præſcribi.Mart.Laud.& Card.Alex.in c.j.§.porrò, col.j.titu.quali.olim feud alien.pot.

20 ¶Sed tu de hoc,an videlicet,& quando aliàs tẽpus currat ignorãtibus,nécne, vide omnino, præter prædictos,Bal.Sal.& ampliſsimè Alex.& Iaſ.in l.quandiu,C.qui admi.ad bono.poſſ.eundem Bal.in l.j.in xxiiij.opp.C.eo.tit.& in d.l.genero,ff.de his qui not infa.& l.ſi partem,§.j.ff.quemad.ſer.amit.& conſi.cccxxix.præmiſsis verbis,lib.5.Petr.Ancha.in c.ſtatutum, col.ij.de præb.lib.6.Alex.conſi.clxiij.viſo proceſſu,col.j.lib.1.Corne.conſi.c.conſuluit dominus,col.j.lib.1.Soc.ſi is eſt (quod multi addubitant) in tract.fal.regu.cccv.præſcriptio cõtra ignorantem.& Franc.Bal.in tract.Præſcript.in iij.parte iiij.partis princip.q.xxviij.& ſeq.vbi etiam tractat latè,an ignorans reſtituatur.& latiſsimè Io.Igneum Præſidem ornatiſsimum, in l.iij.§.ſi conditioni,quem legit cum l.qui poſthumos,ff.de Senatuſcon.Sylla. *De eadem re.*

21 ¶At nonnulla,in hac materia tibi ſpeciatim annotanda, noluimus ſilentio præterire. Primum illud erit:Quòd cùm quis ipſo iure priuatur iure quopiam ob lapſum tẽporis, nunquam ei currit præſcriptio ignoranti:ſed tum demum,cùm ſciuerit,glo.eſt no.in c.quàm ſit,§.electus.in verbo,diſtulerit,& ibi Archi.Io.And.Domi.& Philip.Franc.de elect.libr.6. Et id admodum rationabile eſt,propter maius periculum,ſcilicet priuationis ipſo iure,ſi tempus ipſo quoque iure curreret. Nam & aliàs vbi inducitur priuatio ipſo iure,diſpoſitio reſtringenda eſt , vt videre licet apud Ioan.And.in c.odia,col.ij.verſ.in contrarium,& iterũ col.iij.& ibi quoque Albe.ff.de reg.iur.lib.6.& Bal.in l.de quibus,col.xij.verſ.reſtat videre,ff.de pœ.cum aliis concord.à nobis collectis in repe.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,nu.303.ſextum conſtitutio.& ex eo, quod in alio caſu tradit Io.And.in c.perpetuæ.& ibi Petr.Anch.Domi.& Philip.Fran.de elect.lib.6.cum aliis concord.à nobis quoque congeſtis in illa ead.glo.nu.334.decimumſeptimum. *Ignoranti nũquàm currit tempus, cuius lapſus priuat ipſo iure.*

22 ¶SECVNDVM, quòd tempus vnius anni,aut aliud breuius nunquam currit ignoranti , vt voluit Bal.in c.porrò,in verbo,ex quo ſciuerit,per illum text.tit.quali.olim.feu.ali.pot.& in d.c.vlt.& ibi etiam Marti.Laud.& Card.Alex.tit.de prohib.feud.ali.per Lotha.& Iaſ.d.conſi.lxiiij.in cauſa caducitatis,col.iij.verſic.ſecundò requiritur,lib.3.Pro quo optimè facit , quod voluit glo.in §.vlt.Inſti.de perpet.& tempo actio.& ſequitur Bart.in rub.ff.de diuer.& tẽpo.præſcript.Ro.in d.l.j.§.occiſorum,ff.de Senatuſcon.Sylla.Io.à monte Sperel.in d.l.genero.Soci.qui id dicit ſing.d.conſi.cviij.ſuppoſito ſtatuto,col.j.libr.4. Et videtur quoque de hoc eſſe tex.optimus in d.c.Titius,tit.ſi de feud.fuer.contro.ibi,per annum ex quo ſciuit,de quo diximus ſuprà nume.13.nec tempus anni.& in alio loco,loquente etiam de tempore anni,in c.ij.in verbo,notitiam,& ibi Bal.extrà de eo qui mit.in poſſeſ.& in cap.nullus,& ibi glo.vlt.lv.diſt. Et nuncupatim in caſu noſtræ conſuetudinis tenuit Paul.Caſtr.conſil.cccl j. præfata reformatio,libr.2.& D.Boer.in conſuet.Biturig.hoc eodem titu.§.j.colum.iiij.& deci.cxij.an tempus,col.j.Et facit quod tradit Ioan.And.in c.de ſeruorum, col.ij.in fin.extrà de ſer.non ordi.& in c.commiſſa,de elect.lib.6.de quo etiam diximus ſuprà nume.14.nec aliud.& quod ſcribit Bal.in c.j.§.vlt.col.ij.verſi.quæro,tit.de temp.milit. *Tempus vnius anni,aut breuius, nũquàm currit ignoranti.*

23 ¶TERTIVM, quòd ſtatutum poteſt diſponere,vt vſucapio etiam ignorantes comprehendat,id eſt,vt tempus currat ignorantibus : vti hæc noſtra conſuetudo facit,per text.in l.quicunque,C.qui admit.quæ loquitur de tempore agnoſcendæ poſſeſsionis,& illũ text.ad hoc dicit ſing.& monet notandum Iaſon.Et id generaliter videtur voluiſſe Bal.in l.j.in princip.col.ij.verſ.item dicta conſtitutio.iunctis præcedentibus,C.de cad.tollen.Et hoc haud dubiè verum eſt in caſu noſtræ conſuetudinis:nam cùm ea introduxerit retractum , qui aliàs non habebat locum,potuit illi limites & veluti compedes imponere,vt ſic, vel ſic cõpeteret , vel non competeret ſiue ſcienti,ſiue ignoranti,arg.l.videamus,§.iurare,ff.de in lit.iurand.& l.in commodato , §.ſicut,ff.com.cum ſimi. *Statutũ poteſt diſponere , ut tempus currat ignoranti.*

24 ¶ {Et ita expreſsim in hac noſtra ſpecie voluit Aegid.Belleme.in c.conſtitutus,col.xij.verſi.ſecundò dico,de reſti.in integ.} Quamuis ſciam Compoſtel.fuiſſe in ſententia contraria,in c.eam te, de reſcri.vt ſcilicet non poſsit fieri expreſsè per ſtatutum vel conſuetudinem , nec aliter per inferiorẽ à Papa vel Principe,vt tempus currat ignoranti.& eum ſequũtur Ange.& Ioan.à Monte Sperello in d.l.genero,& Carol.Rui.conſi.liij.conſiderato,colum.vlt.lib.5.{Et voluit etiam Roma.in l.is poteſt,col.ij.nu.5.ff.de acqui.hæred.vbi dicit, & hoc tenet Bal.in d.l.j.C.de cad.tol.per tex.in l.nulli.C.de epiſc.& cleric.}

25 ¶Sed priorem ſententiam adiuuat,quòd pleriſque placuit valere ſtatutum, ne liceat allegare ignorãtiam,Bar.in l.diuus,in fi.prin.ff.ad leg.Corn.de fal.Bald.in l.j.col.ij.verſi.ſed an valeat ſtatutum,ff.de legib.Imo.in l.de pupillo,§.nuntiationem,ff.de oper.no.nuntia.Panor.in cap.ad falſariorũ,in j.no.per illũ tex.extrà de fal.Caro.Rui.conſi.lxxxvj.viſa accuſatione,col.iiij. *De eodem.*

nu.8.lib.4.& Corſe.qui id dicit ſing.in ſuis ſing.in verbo,ignorantia.Et tacitè cenſet Sal.in l. Senatus,C.de his qui ſibi aſſcrib.& in l.ita nobis,C.de adulter.dum tradit,tale ſtatutum eſſe intelligendum de ignorantia craſſa & iniuſta.De quo etiam per Roma.in d.l.j.§.occiſorum, ff.de Senatuſcon.Sylla.& in l.is poteſt,& ibi Franc.Aret.col.vij.verſi.& occaſione , ff.de acq. hæred.& eundem Ro.in d.l.j.§.nuntiationem,& ibi etiam Alexan.in fi.ff.de oper.no.nunt.& Ioan.Ana.in d.c.ad falſariorum.& Feli.in c.cognoſcentes,col.pen.verſi.fallit quartò.extrà de conſti.Nam & valet pactum,quo allegationi ignorantiæ renuntiatur,l.qui iure , ff.de teſta. mili.vbi Bald.dicit nullam l.eſſe,quæ id melius probet,& dicit eſſe menti tenẽdum.Si igitur pactum ignorantiam tollere poteſt,poteſt & ſtatutum.

*Ignoranti currit tẽpus ſtatutum in merum fauorem ipſius.*

26 ¶Q V A R T V M illud eſt,quòd cùm ſtatuitur aliquod tempus in merũ cuiuſpiam fauorem, non etiam in odium negligentis:tunc id tempus indubitatè ſtatim currit etiam ignoranti:vt probatur ex text.in cap ſtatutum , & ibi glo.in verbo,numerandum,in princip.& ibi Domi. qui ſimpliciter tranſit cum ea,& expreſsius Philip.Fran.col.j.de præbend.lib.6.& Panor.qui eam gloſſ.dicit ſingu.in cap.cùm eſſes , col.vlt.extrà de teſta. Quod multum facit ad caſum noſtræ conſuetudinis.Nam id tempus prorſus datum eſt in fauorem ipſius conſanguinei, vt ſcilicet poſsit intra annum retrahere quod nullo pacto ei de Iure communi competebat. Nec id tempus appoſitum eſt in odium negligentiæ ipſius:ideò & illi ignorãti haud iniuſtè currit id tempus.Super hoc tamen vide Petr.Anch.qui veluti in contrarium pungit in d.c. ſtatutum , col.ij.verſic.opponitur,dicitur hîc.

*Ignorãtia nũquàm prodeſt ad conſequendum lucrum.*

27 ¶Q V I N T V M,quòd ignorantia nihil prodeſt,nec excuſatur ad conſequendum lucrum,ſed tantũ ad damnũ vitandũ,l.ſi quis in graui,§.vtrùm,& ibi Bart.ff.de S.C.Sylla.Bart.in d.l.genero,ff.de his qui not.infa.Bal.in l.vlt.C.de dolo.Petr.Anch.in d.c.ſtatutũ, vbi ſuprà Steph. Fede.in tractatu de legũ interpretatione,parte ij.char.4.verſi.ſtatuto cauetur quòd ſyndicus. Alex.in l.ſi ſeruum,in prin.col.j.ff.de verb.oblig.vbi & in id citat alios tex.& glo.& cõſi.vij. attentis & ponderatis,col.vlt.paulò ante fin.lib.7.& Phil.Deci.qui & in id quoque alios tex. & gloſſ.affert,in l.qui in alterius,col.ij.verſic.ſecundù iſta regula,& ſeq.ff.de reg.iur. Et bene etiam facit text.vltra eos in l.qui autem,§.ſi quid cum pupillo,verſi.ſimilique modo, ff.quæ in fraud.credi.cùm dicitur,nec videtur iniuria affici is qui ignorauit,cùm ei lucrum extorqueatur,non damnũ infligatur.Et id quoque facit ad noſtrũ retractum , in quo conſanguineus tractat de lucro captando,non de damno vitando,vt latè diximus ſuprà eodem tit.§.j. gloſſ.x.in verbo,*dedans l'an* , nu.125.certum eſt,& ſeq.

*Ignorãtia adſcita,ſiue affectata,nũquàm prodeſt.*

28 ¶S E X T V M,quòd in caſibus in quibus non currit tempus ignoranti:aut ſi currat,ei competit reſtitutio,intelligẽdum eſt,ſi modò ignorantia non procedat ex facto,vel dolo illius,qui prætendit ignorantiam, per text.in l.j.§.j.verſic.ſed ſi id,ff.de actio.empt.vbi dicitur.Sed ſi id egit emptor,ne cognoſceret aliquam ſeruitutẽ deberi,&c.Nam & aliàs ignorantia affectata, pro ſcientia habetur,l.qui contra,ibi,errore non affectato,C.de inceſt.nup.vbi Bald.no.eum haberi pro ſciente,qui ſcire non vult.& etiã tex.in c.cùm inhibitio,§.ſi quis verò,ibi, affectatores ignorantiæ, extrà de cland.deſpon.& c.ij.ibi,affectata ignorantia,& ibi gl.quæ declarat quæ dicatur ea ignorantia,de tempo.ordi.lib.6.& gl.in c.ad falſariorum,in prin.extrà de cri. falſi.& gloſſ.in cap.vltim.§.vt autem,in verbo,ſcienter,de offic.delega.lib.6.& in clemen.j.in verbo,ſcienter,in princip.de conſang.& affin.& Bal.in l.quicunque,colum.penul.verſi.item facit,C.de ſer.fugi.& Lucas pen.in l.generali,col.ij.C.de tabul.li.10.Mart.Laud.in c.j.§.vaſallus poſt medium,& ibi quoque Card.Alex.colum.ij.tit.ſi de feu.fuer.contro. Et Ariſtoteles libro Ethicorum 3.cap.1. οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου, ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας Quorum hæc ſententia eſt, Ignorantiam , quam volens aliquis accerſit non excuſare , ſed eſſe nequitiam. Ideò paulò pòſt ſubiungit , iudicem punire debere ignorantiam , cuius quis ſibi cauſa fuit.

*Nec impedimentum affectatum.*
*Nec metus.*
*Nec abſentia.*

29 ¶Nam & videmus impedimentum adſcitum & affectatum , ſiue cui impeditus ipſe cauſam præſtitit,non iuuare.l.ij.§.vlt.ff.ſi quis cau.& l.iij.§.ſubuenitur,ff.de ſenatuſc.Sylla.{vbi ſeruis in aliquo loco clauſis ſubuenitur,ſi domino auxilium non præſtiterint,modò id data opera non accidiſſet,& ibi Ro.qui ad multa id trahit, vt apud eum videre poteris.& l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante.& quod ibi tradit Bald.poſt Iac.Aret.& Cy.ff.de leg.j.} & voluerunt Spec.& Ioan.Andr.loquentes de citato,qui ſe procurauit detineri in vinculis,titu.de cita.§.j. verſi.item quòd curatus detentus.Nec metum,quem ipſe ſibi quis infert,l.ſi mulier,ff.quod met.cau.Nec abſentiam quoque etiam reipub.cauſa affectatam,l.& qui data, ff.ex quib.cauſ. maio.& quod tradit Bald.in cap.ij.in fi.tit.de feud.ſine culp.non amit.& Zaſius in §.rurſus, colum.vij.verſic.ſecundò fallit,Inſtit.de act.& Bal.loquens de eo qui ſe procurauit vocari ad vnum quodpiã tribunal,vt ſe in alio excuſaret,in l.ſi ſeruus plurium,§.ſi quis ante, in prin. per illum text.ff.de leg.j.quod & ante eum voluit Specul.quem non allegat,titu.de citati.§.j. verſicu.item quòd vocatus. Nec alia quæuis affectata,vt longè lateque probat Feli.in capit. vlti.extrà de teſtib.Cui adde , quantùm ad id,quod dicit de titulo procurato Ioan.Andr.in addi.Specu.titu.de cauſ.poſ.& propr.§.nunc dicendum,verſic.ſed nunquid,Bal.in l.quoties, colum.ij.verſicu.iuxta iſtam partem,C.de rei vendicatio.& in l.cogi.colum.ij. verſicu.iuxta

*Nec alia quæuis affectata.*
*Nec titulus procuratus.*

hoc



hoc quæro,C.de peti.hæred.& in l.j.col.pen.verſi.ſed hîc dubitatur,C.ſi plures vna ſentent. {Et hîc videre poteris Syluestrum Aldobrandinum in §.item tria, in vij.nota.Inſtitu.de excuſat.tut.vbi multa ex hoc loco ſumpſiſſe videtur.Sed nõ prætermiſerim quod à Plutarcho ſcriptum eſt in Numa Pompilio : Quòd ſi Veſtales caſu in quenquam inciderint , cùm ad lethum ducitur,necare eum non licuiſſe:verùm deierare virginem oportebat, ſe non vltro, nec dedita opera & de induſtria,ſed fortè obuiam factam.

*Ignoranti per factum uel dolum aduerſarij , nunquam currit tẽpus.*

30 ¶S E P T I M V M, è diuerſo,in caſibus , in quibus currit tempus ignoranti vel ipſe ignorans non reſtituitur,intelligitur,niſi ignorantia procedat ex dolo,arte,vel facto aduerſarij,ſcilicet eius ad cuius cõmodum ignorans repellitur,vt qui huius ignorantiæ tenebras atque caliginem oculis animoq; ipſius ignorantis offuderit,id eſt,ita negotium texit,ita callidè ſtruxit, eo artificio compoſuit,vt omnino non poſſet,aut certè vix poſſet venire in notitiam illius: tunc enim illi ſubuenitur,vt in ſimili voluit Carol.Molend.in conſuetud.Pariſ.titu.j. §.xiij. glo.xij.nu.6.per tex.in l.cùm proponas,C.de nauti.fœno.& l.qui officij , §.vlt.ff.de contrah. empt. Ad quod etiam vide quæ in ſimili quoque diximus ſuprà eod.tit.§.j.gloſſ.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.56.ſed & hoc quoque.Sed illis omnibus adde optimum text.in l.j.§.ſi reus,ff. de eo per quem fact.erit.& in l.vlt.§.ſed & ſi ſtipulator,eod.tit.& quod voluit Spec. per eos text.& alios , in tit.de citati.§.j.verſi.item excipitur quòd actor.

*Conſanguineo ignoranti per factum emptoris,non currit tempus.*

31 ¶Adde item alium textum optimũ in l.qui cum tutoribus,§.qui per fallaciam,ff.de tranſact. vbi qui per fallaciam alterius ignorans veritatẽ tranſigit,non tam paciſcitur quàm decipitur. Nam & hîc ſimili modo poſſumus dicere hunc ignorantem non tam ignorare , non tam negligere , non tam ceſſare , quàm decipi facto aduerſarij.Sed & vide quod in hanc propemodum ſententiam ſcribit Bald.in l.quæſitum,verſi.ſed aduerte,ff.quando actio.de pecu. eſt annal.Ex quibus & illud poſſet dici in caſu noſtræ cõſuetudinis, ſi emptor hanc ignorantiã conſanguineo veluti obtruſerit,admitti ipſum cõſanguineum aut ſimpliciter, aut certè per reſtitutionem in integrum.

*Nec cùm contractus eſt ſimulatus.*

32 ¶Idemq; ſi cõtractus venditionis fuerit ſimulatus aut fraudulentus,ita ſcilicet depictus , vt licet ita vt ſcriptus eſt,venerit ad notitiã conſanguinei,non tamen ita vt verè geſtus eſt:non tunc conſanguinei,etiam poſt tempus retractui pręſtitutum,admittẽtur ad retractũ:vt nuncupatim multiſq; ac magnis rationibus voluit Arnol.Ferro.vir certè multis nominibus cõmendabilis in conſue.Burdig.hoc tit.*de retraict*,§.xv.col.ij.verſi.ſed ſi in ſpecie.Nam vt id illi quoque addas,hæc conſanguinei ignorantia,fraude ac dolo emptoris illi veluti obtruſa eſt. Et bene faciunt, quæ dicam infrà in §.ſeq.gloſ.ij.nu.30.porrò ſi teneas,& quinque ſeq.

*Quid ſi ignorantia, facto aut dolo tertij,conſanguineo illata eſt.*

33 ¶Sed hîc in dubiũ vocatur,quid ſi huiuſmodi ignorantia non ex dolo,ſimulatione,fraude, aut calliditate emptoris,ſed cuiuſpiã alterius proceſsit ad cõſanguineum,& interim tempus retractus lapſum eſt:an tunc erit illi ſuccurrendum?Et certè quoſdam tex.habemus tractantes quid agendũ eſt,cùm dolus non contrahentium,ſed alterius inciderit in contractũ, aut alium actũ,quos tibi congeſsimus ſuprà eo.tit.§.xxiiij.gl.j.nu.8.modò,inter quos vnũ comperies,in l.vlt.in prin.in verſi.planè,ff.de eo per quem fact.erit,quem Bald.in ſua Margarita, in verbo,præſcriptio,verſicu.præſcriptio ſi dolo, dicit ſing.ad hoc,quòd ſi præſcriptio dolo tertij ſit completa,& is tertius ſoluendo non ſit,reſtituitur actio,quæ pręſcripta eſt aduerſus ipſum præſcribentem,etiam ſi ipſe non fuerit in dolo.quod tu diligenter nota.

*Ignorantia tũ demum impedit curſum tẽporis ſi ſit iuſta,ueriſimilis & probabilis.*

34 ¶O C T A V V M , quòd in caſibus,in quibus ignorantia prodeſt,vt ei non currat tempus aut reſtituatur,intelligendũ eſt, ſi modò non ſolùm non affectata fuerit , de quo iam diximus, ſed etiam ſit veriſimilis,iuſta,probabilis non craſſa, non ſupina,vt expreſsè voluit Bal.in c. licet,col.j.extrà de ſupplen.negl.Præla.& Imo.in c.vlt.charta antepen.verſi.ſed hîc eſt aduertendum,extrà de præſcript.& Ro.d.conſi.cxxvij.ad fi.vbi ex hoc dicit,non eſſe reſtituendũ, quempiam ob ignorantiam eius rei,cuius fama erat publica.& conſi.cccxl.circa primum,in fi.vbi dicit huiuſmodi ignorantiam habere vim ſcientiæ,per quædã iura ibi allegata.& Fran. Are.in d.l.licet,C.de iure delib.& conſi.xv.reuerendiſsime pater,in fi.vbi de eo loquitur,qui habebat inſtrumentum rei,quam ſe dicit ignoraſſe,& Felin.in d.c.vigilanti,col.ij.de præſcri. Philipp.Deci.in l.ij.col.ij.C.qui admit.& d.conſil.cclxvij.in fin.& iterum conſil.cclxxij. viſo proceſſu,etiam in fi.& conſi.ccccxxxvj.viſa inſtructione,col.ij.num.9.& conſi.ccccclxiiij. in cauſa magnificorũ,in fi.& Lud.Gozad.conſi.viij.in hac cauſa,col.vlt.& conſi.lxviij. videtur, col.iiij.nume.14.Et bene facit,quod ſcribit Alex.conſi.clxiij.viſo proceſſu, libr.2.& d.conſil. cxvj.col.j.libr.5.dum omnino ſe fundat in probabili ignorantia,& bonus text.in c.j.§.vlti.ad fin.ibi,iuſta ignorantia,tit.ſi de inue.inter do.& vaſal.lis ori.

*Ignorãtia craſſa, & ſupina, pro ſciẽtia habetur etiam in pœnalibus,& ſtatutis.*

35 ¶Et illud quidem generale eſt & perpetuum,vt huiuſcemodi ignorãtia craſſa & ſupina,pro ſcientia habeatur,etiã in pœnalibus & ſtatutis,ex ſententia gloſ.no.in cle.j.in verbo,ſcienter, de conſang.& affin.& alterius glo.in c.j.§.ſimiliter,in verbo ſciens,titu.quib.mod.feud.amit. Bal.in ipſo c.j.col.vlt.verſi.quæro quid de eo,& ibi etiam Card.Alex.in §.item ſi fidelis,col. etiam vlt.verſi.quæro ſi vaſallus.& idem Cardi.in c.vaſallus,col.ij.tit.ſi de feud.fuer.contro. inter do.& agna.Et optimè facit tex.in l.& ſi conſenſum,§.ignorantia,qui eſt j.ff.de contrah. empt.& in l.nec ſupina,ff.de iuris & facti igno.glo.in c.j.in verbo,vltra annum,& ibi Bald.in

verſi.

verſi.niſi iuxta,col.ij.& ibi quoque Marti.Laud.Iacob.Alua.& alij tit.quo temp.mil.& gloſ. in c.innotuit,in verbo ignorantiam,extrà de elect.Et vide text.qui huiuſmodi ignorantiam diſſolutam eleganter appellat,in l.cùm ſex,ff.de Aedil.edict.

*Ignorans, cui tempus currit an reſtituatur.*

36 ¶NONVM, & poſtremum quòd in caſibus,in quibus tempus currit ignoranti,is tamen reſtituitur ex clauſula generali,Si qua mihi iuſta cauſa videbitur,gl.in l.ſi partem,§.ſi per fundum,ff.quemadmo ſer.amit.& in l.ſi ſic,in verbo,vna ſeruitus eſt.& ibi Paul.Caſtr.qui dicit perpetuò menti tenendũ,ff.eod.tit.& in l.ij.in glo.vlt.& ibi Cy.Bar.Bal.Sal.& alij, C.de iure emph.vbi Iaſ.char.17.verſi.pro confirmatione accedat,dicit id ita ſeruari,& gloſſ.in l.cùm filiusfa.§.in hac ſtipulatione,& ibi Dy.Bart.Bal.qui eam dicit ſing.Imo.Pau.Caſtr.Alex.Soci. latiſsimè & propè omnes,ff.de verb.oblig.& in l.j.ad fi.C.de patri.pote.Spec.tit.de præſcript. §.j.verſi.pone vaſallus.& rurſus tit.de locat.nunc aliqua,verſi.xviij.Dyn.in cap. cùm quis in ius,de reg.iur.lib.6.Bart.Ang.Alex.& alij in d.l.j.§.ſi quis autem,per illum text.cum glo.ff.de itinere actuque priua.Bar.in l.ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter,ff.ex quib.cauſ.maio.dum allegat no.in d.l.cùm filiusfamilias.idem Bart.in l.Aemilius,col.ij.& ibi etiam Bald.ff.de minor.& in l.ad diem,ff.de verb.oblig.Bal.in l.vlt.in fi.C.ſi pend.appellat.mors inter.& in l.vlt. C.ſi aduer.vend.pig.Ang.in l.Labeo,quæ eſt vlt.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius fuer.& in l.ſi inſulam,in vj.fallen.regulæ negatiuæ.& ibi Imo.in viij.fallen.ff.de verbo.obli.idem Ang.in l.ſed & ſi in conditione,§.ſeruus alienus,ff.de hæred.inſtit.& in l.Pantonius.& ibi quoque Imo. Ro.& Pau.Caſt.ff.de acquir.hæred. Pau.Eleaz.Zenzel.& Cardin.Floren.in cle.j.de in integ. reſti.Petr.Anch.& Imo.in c.potuit,extrà de loca.idem Petr.Anchar.conſi.clxxiiij. dominus Lazarus,in ij.dubio.& iterum conſi.cccxciij.viſo diligenter,ante fin.Anto.conſi.xxv.ad primum,col.penult.& conſi.xlv.domina Orabilis,colum.vlt.& conſi.lxxij.viſis ante fi.Imol.in cap. penult.de dona.Raph.Fulg.conſi.lxiiij.Franciſcus,ad fi.& d.conſi.cxxiij.in fin.& conſil. ccxiiij.Titius,colum.vlt.& conſi.ccxxxiij.dominus,col.penult.verſicu.nouiſsimè Panormit. in cap.j.colum.vlt.de præſcript.vbi id dicit ſing.& in c.cùm non liceat, colum.v.verſic.circa iſtam partem,eod.tit.& in c.ſi de terra.in fi.de priuil.& conſi.xxxiij.quidam,lib.j.Roma.in l. qui vniuerſas,§.vlt.ff.de acquir.hęred.& in repe.l.ſi verò,§.de viro,in lj.fal.ff.ſolu.matrim. & conſi.cxxvij.poſito,ad fi.& conſi.ccccLxxvij.in caſu,ante fi.Pau.Caſtren.conſi.cclxxix.ſuper primo,col.ij.in ij.dubio.lib.1.& conſi.ccxcviij.quòd dictus,col.ij.eod.lib.1.& conſi.cccxj.circa in fi.eod.lib.1.Ang.Are.in §.rurſus,in fi.Inſt.de actio.vbi & id dicit ſing.& in §.ſi quis agens, col.antepen.verſi.poteſt etiam,eod.tit.Alex.latè conſi.lxxj.videretur,libr.1.& conſi.iiij.ſimilis initij,col.antepe.verſi.vnde licet,lib.2.& conſi.xiiij.viſo,colum.iij.verſic.& dato,eod.libr.2.& conſi.lxxxix.viſo puncto,col.iij.eo.lib.2.& conſi.viij.viſis ſubtiliſsimis,col.vlt.verſi.prætereà aduerſus,lib.3.& conſi.lxiij.ſtantibus,col.iij.verſi.& licet,lib.4.& conſi.iij.ex his, circa fi.lib.5. quod repetitur conſi.xj.lib.6.& idem Alex.conſi.xlv.in cauſa,col.ij.verſi.modò ad propoſitum,eod.lib.5.& conſi.lj.videretur,col.pen.verſi.poſſet etiam,eod.lib.5.& conſi.lxxxiij.reuocatur,eod.lib.5.& conſ.xl.viſo,col.ij.lib.6.& conſi.lxxvj.in cauſa,col.vlt.verſi.tertiò principaliter,lib.7.Franc.Aret.qui & id dicit ſingu.in l.licet, C.de iure delibe.Bald.à Bart.in tractatu dotium,in ij.parte xj.partis princ.char.17.ante xvj.differentiam.Cæpol.in tractat.ſeruitutum vrb.præd.titu.xxiij. col.iij.Calca.conſi.xxvj.prima,col.vlt.& conſ.lxxiiij.quòd dictis, col.xij. verſ.ſed ad fortificationem.Barb.conſi.viij.ſcribitur,col.iij.verſic.venio nunc ad ſecundum, lib.1.& conſi.ſequent.ſupremi,col.iij.eod.lib.1.& conſi.xlvj.ſcripſit,col.vij.verſ.prætereà facit, lib.2.& conſi.l.præclarè,col.iij.eod.lib.2.Corne.conſi.xxij.in hac,col.pen.verſic.reſpondetur, lib.1.& conſi.c.conſuluit,eod.lib.1.& conſi.clxiiij.me ſubſcripſi,in princip.libr.2.& conſi.ſeq. circa,colum.vj.verſi.& propter hoc.& conſi.ccxix.ex duplici,col.vj.verſicu.circa quam, eod. lib.2.& conſi.clxviij.in hac,col.penul.verſic.cùm ergo,libr.3.& conſi.clxxxiiij.ſuper hac,col. vlt.verſ.ſi autem ignorauit,eod.libr.3.& conſi.cxcv.circa, col.vlt.verſicu.denuntiandum eſt, eod.lib.3.Guid.Pap.conſi.lxxxvij.attendant,col.vlt.Philip.Deci.conſi.cxxxvij.conſilium, in iij.eodemque vlt.dub.& conſi.cclxvij.non excidit,colum.vlt.Franc.Balb.in tracta.Præſcript. in xxix.q.iiij.partis,iiij.item partis princ.Hippo.Marſil.in l.qui ignorans,col.iij.ff.de falſis, & conſi.xcix.largiri,col.iiij.verſic.quinimo.

*Quid antè in præſcriptione longiſsimi tẽporis.*

37 ¶Et id quoque ex multorum ſententia procedit non ſolùm in præſcriptione longi temporis,ſed & (quod maximè te ſcire volui) longiſsimi,xxx.vel xl.anno. Quod & nonnulli eorum,quos ſuprà citauimus,adſtruunt.& prætereà glo.in l.ſicut.in verbo,militia,& ibi Ray. Forli.C.de præſcript.xxx.vel xl.ann.Ang.in d.l.annus,ff.de calum.& cõſi.cxcvj.ex themate, ad fi.Imo.in repet.cap.vlt.charta antep.verſi.ſed hîc eſt aduertendum,extrà de præſcriptio. Panor.in c.vigilanti,colum.vlt.& ibi Fel.col.j.eod.tit.vbi loquuntur in caſu illius cap.quod loquitur de præſcriptione xxx.vel xl.anno.Roma.conſi.cxxiij.primum dubium,col.penult. verſi.vltimò dici poteſt:& conſi.cxlix.concluſionem,in fin.vbi id dicit ſingu.& conſi.clxvj. viſo,col.pen.verſi.ſecundò quia ex generali.Pau.Caſtr.conſi.clxxxj.notandum eſt, colum.j. verſi.ſecundo loco,lib.2.& conſi.ccccxxxix.ad euidentiam,col.j.eod.lib.2.Rapha.Co.conſi. cxlvij.domina, col.vlt.& latiſsimè Alex.conſi.vij.videretur per totum,lib.j.& conſi.lxxxiiij. in cauſa vertente,colum.ij.verſi.tertiò quia dicimus.eodem lib.1.& conſi.clxix.viſo, colum.

penult.



penul.verſi.quod autem, & iterum verſic.non obſt.quòd aduerſus eod libr.2. & conſi.lxiij. ſtantibus,col.iiij.verſiculo,plus dico,libr.4.quod repetitur conſi.xxxix.libr.6.& idem Alex. conſi.cxvj.perſpectis,colum.j.in fi.lib.v.vbi & hanc dicit eſſe communem opinionem,à qua in iudicando non eſt diſcedendum.& conſi.lxxvij.viſo proceſſu,col.ij.verſi.& poſito,libr.6. vbi & hanc dicit communem.& conſi.cl.viſo themate,col.ij.lib.7.Soc.conſi.lxxxvj.in cauſa communitatis,in fine lib.1.vbi hanc quoque dicit communem,quod conſilium repetitũ eſt, conſi.clxvj.lib.2.idem Socin.conſi.80.in quæſtionę,col.vlt.lib.3.vbi item dicit communem, etiam in præſcriptione xl.ann.& conſi.cvj.libenti,col.ij.eod.libr.3.& conſil.lxvj.viſo,col.vlt. libro 4.Iaſon qui id dicit ſingu.conſi.cxviij.contrà,in fin.lib.4.Carol.Rui.loquens etiam in præſcript.xl.ann.conſi.cxl.viſo,colum.vlt.nume.17.libro 2.Matth.Afflict. deci.Neap.xxxvij. quædam Altruda:vbi ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro (quod appellat) conſi.Neapolitano.& iterum deciſio.cccxxix.dicta, per totum, vbi & alios multos allegat. & in conſtitut.Siciliæ incip.conſuetudinem,colum.penul.verſicu.an autem ignorantia Stepha.Bertran.conſi.xxxj. quamuis.col.j.verſi.ad tertium, libr.3.& conſi.xv.ex themate,col.xj.in vj.dubio.libr.4.vbi & hanc dicit communem,& conſilio xlij.viſo, colum.vj.verſicu.prætereà nec etiam, libro 4. Philip.Deci.conſi.xxxvj.cuius ſuperſcriptio eſt,exemplum inſtrumenti,col.vlt.Alciat.lib.de verbo.ſignificatione,char.vlti.

*De eadem re.*

38 ¶Contrarium tamẽ in hac præſcriptione longiſsimi temporis xxx.vel xl.anno.tenuit Ang. ſibi contrarius,in d.l.ſicut,ad fin.C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.in quibuſdam lect.& Petr. Anch.conſi.clxx.principaliter,per totum.Alex.ſibi item contrarius in l.iij.§.Labeo,in fi.ff.de acquir.poſſeſ.vbi loquitur de præſcriptione xl.anno.& tamen quodammodo nutat: ſed aſſeuerantius firmat conſi.clj.viſo themate,in fin.lib.2.& conſi.clxiij.viſo proceſſu,colum.vlti. verſic.ſecundò non deberet,eod.lib.2.Franc.Aret.in l.qui vniuerſas, §.vlt.col.ij.ff.de acquir. poſſ.& conſi.ciij.breuitas,col.j.& ij.vbi tamẽ diſtinguit inter præſcriptionẽ xxx. vel xl.anno. vt ſcilicet aduerſus præſcrip.xxx.ann.detur reſtitutio,non autem aduerſus xl.Soci.ſibi quoque contrarius in d.l.cùm filiusfamiliàs,§.in hac ſtipulatione,col.iiij.verſi.& hoc poſtremò, cum multis ſeq.vſq; ad fi.illius §.ff.de verb.oblig.vbi hanc rem latiſsimè omnium tractat.& conſi.clxiiij.viſa bulla,in fi.lib.2.& conſi.cxciiij.ſubtiliter,col.iiij.verſi.quartò iſta opi.eodem lib.2.vbi dicit,quòd licet id ſit dubium in præſcrip.xxx.anno.nullũ tamen eſt in 40.& cõſil. ccxcix.capio,col.vlt.verſi.prætereà præſcriptio,eod.lib.2.Barb.conſi.xlj.illud afferam,col.xij. nume.17.& ſeq.lib.1.Franc.Curt.ſenior.conſi.lxxxiij.eodemq; penul.Deus pius,col.iij.verſi. attamen in caſu.Iaſ.conſi.ccix.vera,col.penul.verſicu.non obſt.etiam illud.lib.2.vbi & illam facit differentiam xxx.& xl. anno.Philip.Deci.qui eandem diſtinctionem facit conſil.xxix. cuius ſuperſcriptio eſt,an detur reſtitutio:quem omnino vide, hanc quoque rem latiſsimè tractantem.& conſi.ccclxxv.iuridicum,col.ij.verſ.& vlterius,vbi hãc dicit eſſe communem. & conſi..ccccclij.quod ſuprà,in prin.Ant.Rube.qui ſimiliter diſtinguit conſi.xij.viſis col.vj. verſic.præmiſsis,& conſi.lvj.circa dubitationes,col.ij.& conſi.xcvij.circa, per totum.Stepha. Bertrand.ita quoque diſtinguens conſ.cxxxix.cùm ſupponatur.per totum,lib.2.Lud.Goza. conſi.viij.in hac cauſa,col.vlt.loquens tantùm in præſcriptione xl.anno.& iterum conſi.lvj. circa primum,col.iij.nu.11.vbi hanc dicit eſſe cõmunem opi.& Igneus in l.iij.§.ſi cõditioni, quem legit cum l.qui poſthumos,nu.126.ff.de S.C.Sylla.

*De eadem re.*

39 ¶Quæ ſententia his rationibus adiuuatur.Nam tex.in d.l.ſicut,dicit,quòd abſentia non defendit aduerſus eam præſcriptionem longiſsimi temporis.Deinde text.in l.omnes, eod.titu. dicit talem præſcriptionem præbere pleniſsimam munitionẽ ſiue ſecuritatem:quam dictionem expendit Sal.in d.l.ſicut,col.j.dum dicit,pondera,pleniſsimã in ſuperlatiuo:quod ponit rem in termino,vltra quem non eſt progreſſus.Hæc ille. Cæterum dicitur Pleniſsima ſecuritas,quando non poteſt peti reſtitutio in integrum,vt not.glo.in l.ait Prætor,§.permittitur, in verbo,imputandum,ff.de minori.Sicuti & Pleniſsima liberatio, quando de nullo obſtaculo poteſt quæſtio refricari.l.j.& ij.iuncta glo.& ibi Bal.C.ſi aduer.ſolu.& Ang.conſi.cclvj. Guido,col.iij. Quin ſecuritas ſimpliciter ea dicitur,quæ nullo modo expugnari poteſt, vt dicit Bal.in d.l.j.in fi.C.ſi aduer ſolu.

*Pleniſsima ſecuritas.*
*Pleniſsima liberatio.*
*Securitas.*

*De eadem re.*
*Moleſtia.*
*Actio comprehendit officiũ iudicis.*

40 ¶Prætereà dicitur in l.vlt.C.de fund.patri.libr.11.quòd qui fundum patrimonialem xl.annis poſſederit,nullã actionem,aut moleſtiam,aut inquietudinem formidare debet.Moleſtia autem infertur,cùm quis iudicialiter vexatur,§.j.in verbo,moleſtus in, Auth.de fideiuſ.& l.j.& ibi Bal.C.de nundi.Pau.Ca.conſi.cciiij.præſuppoſito,col.ij.libr.1.Sed & illa dictio,actionem, ſimpliciter prolata compræhendit officium iudicis, quod competit ad reſtitutionẽ in integrũ,l.actionis verbo,& ibi glo.ff.de verb.ſign.& l.pecuniæ verbum,in fi.eod.tit.& l. actionis verbum,ff.de act.& obli.& l.quòd ſi minor,§.vlt.ff.de minor.Bar.Bal.& alij in l.j.ff.de iuriſd. omn.iud.cum ſimi.nam & omne remedium compræhendit,l.eleganter,in princip.& ibi Bal. in j.nota.ff.de dol.mal.Sublata igitur per d.l.vltim.omni actione,cenſetur ſublata & in integrum reſtitutio,& quoduis aliud remediũ.Cui adde text.in c.ad aures,in fi.extrà de præſcr. vbi præſcriptio xl.anno.omnem prorſus actionem excludit.& text.in ca.volumus,xvj.q.iiij. cùm dicitur,ſed quietem eorum incõcuſſam omnibus modis procurare:& in l.j.C. ſi aduer.

vend.

vend.vbi verbũ controuerſiæ,quod non longè diſtat à verbo,moleſtiæ,inquietis ſiue inquietudinis,quibus vtitur d.l.vlt.compræhendit etiam reſtitutionem in integrũ,vt qui promiſerit nullam ſe controuerſiam moturum,non poſsit in integrum reſtitui,vt ibi probatur.

41 *Officium iudicis tollitur per triginta annos.*

¶Et quòd per xxx.annos tollatur officium quoque iudicis, quod vt diximus competit ad reſtitutionem in integrum,tenet glo.in d.l.ſicut,in verbo perſecutione,& ibi Bar.in princip. Bald.qui eam dicit ſingu.Sal.& Ang.C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.& alia glo.in l.querela, in glo.j.C.de fal.Oldra.conſi.clvj.primùm.in vlt.dubio,Bar.qui limitat,in l.Prætor ait,§.vlt. & ibi quoque Imo.Roma.& latè Iaſon,ff.de oper.no nunti.idem Barto.in l.ſi ſocietatem, §. arbitrorum,col.iiij.verſi.quæro infrà,ff.pro ſocio.Bald.in l.ij.col.ij.verſi.modo quærò, C.de excep.rei iudi.vbi & illam priorẽ glo.dicit ſingu.& in l.vlt.col.vj.verſi.quæro vſque ad quod tempus,C.de contrah.empt.& in l.data,col.antepen.verſi.ſed quid ſi bannitus,C.qui accuſ. poſſ.& in cap.quitauallis,col.iij.verſi.quæro igitur infrà,& iterum col.vlt.verſi.& nota quòd ſicut,extrà de iureiurand.& conſi.cxlij.dominantibus,poſt medium,libro 1.& conſi.cccxxij. vtrùm poſt xxx.annos,eod.libr.j.& conſi.cccxxv.dubitatur,in prin.eod.lib.1.& conſi.cccxlij. ſuper eo quod quæritur,colum.vlt.eod.lib.1.& conſi.ccccx.primò videndum eſt, circa med. lib.4.& conſi.clxxxix.punctus,quæritur ſi filia,libro 5.Anto.conſi.xxvj.ad primum , col.iij. in ij.dubio.Ioan.Plat.in l.qui grauatos , in ij.notab.C.de cenſib.& cenſit.libr.xj.Corne.conſil.ccxliiij.in hac,col.ij.lib.4.Matthæ.Afflict.deci.Neapol.cclxv.magnifici,ad fin.Philip.Deci. conſi.cclxvij.non excidit,colum.iij.verſicu.venio igitur.& conſi.cclxxij.viſo proceſſu,col,v. verſicu.& hoc procedit.

42 *In integrũ reſtitutio nõ tollitur, per ea uerba generalia.*

¶Niſi ad omnia hæc reſpondeas,per huiuſmodi verba generalia (non inquietari,non moleſtari,controuerſiam non moueri ) & ſimilia , non tolli ſpeciale priuilegium reſtitutionis in integrum,ex ſententia glo.in c.coram,extrà de in integ.reſtit.quam ita intelligunt & dicunt not.Franc.Aret.conſi.ciij.breuitas,col.ij.verſi.venio nunc ad ſecundum,& conſi.clxj.in præſenti,col.ij.verſi.confirmatur iſta reſponſio,& Soci.conſi.cliij.quod eſt primum ij.libr.incip. pulchra,col.x.verſ.confirmatur iſta reſponſio, additq; vterque rationem : quia per leges generales non videtur auferri priuilegiũ ſpeciale in iure cõceſſum.l.Decurionibus,& ibi Bart. C.de Silenti.lib.11.& Bal.in j.conſti.C.& in c.j.in fi.tit.quo temp.mil.cum aliis multis cõcor. à me traditis ſuprà eo.§.j.in verbo,*ou æquipollent à vente*,quæ eſt glo.xiiij.nu.140.& id quidẽ, & ſuprà tit.omnium huius volu.xix.qui eſt *de preſcriptions*, §.j.glo.x.in verbo. *ou autres perſonnes priuilegiées*. poſt prin.Ego tamen eam glo.in d.c.coram,reperire non potui,vixque ei ſententiæ accederem,quàdo facilius tollatur remedium,quod iure ſpeciali cõpetit , cuiuſmodi eſt reſtitutio in integrum,quàm quod de iure cõmuni,vt actiones ordinariæ, l.eius militis, §.j.& ibi Doct.ff.de mili.teſt.cum ſimi.Nec etiam per hanc reſponſionẽ tollitur, quod ſuprà diximus de actione & officio iudicis.

43 *Qui negant ignorantiam reſtitui, etiam in præſcriptione longi temporis.*

¶Quid,quòd ſunt,qui etiam in præſcriptione longi temporis negant ignorantẽ ſimpliciter reſtitui,ſed tum demum tantùm ſi ignorantia procedat ex alia iuſta cauſa:& inter hos Bald. in l.j.in xxiiij.oppo.C.qui admit.per text.in l.vlt.C.de præſc.long.temp.cùm dicitur , Nulla ſcientia,vel ignorantia expectanda.Et ſequitur Petr.Anch.d.conſi.clxx.col.ij.vbi dicit,quòd ſi ea l.intelligatur,vt ipſo iure currat tempus ignoranti,ſed poſsit reſtitui,eſſet imponere legem verbis.Ponderatque etiam,quod in d.l.poſt ea verba ſuprà adducta , ſequitur in hunc modum,Ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occaſio,&c.Nam ſi admitteretur reſtitutio in integrũ,ſemper eſſet dubitatio inextricabilis,eſſentq; perpetuò dominia in incerto, contra l.bono publico,ff.de vſucap.Sed & hanc partem ſequitur Raph.Fulgo.in d.l.cùm filiusfa.§.in hac ſtipulatione.ff.de verb.obliga.Alex.d.cõſi.clxiij.viſo proceſſu,col.j.lib.2.Barb. conſi.xlj.illud afferam,col.xij.verſic.item poſito,libr.3.& Franc.Curt.ſenior d.conſi.lxxxiij. Deus,col.iij.verſi.& ſi fortè.

44 *An quadriennij tempus, quod datur ad reſtitutionem, currat ignoranti. Et an ignorãs cõtra illud reſtituatur.*

¶Sed cõmuniter hæc opi.reiicitur,adeoq; prior recipitur,vt ſi poſt completã pręſcriptionem temporis:tranſierit quadrienniũ,quod datur petendę reſtitutioni,ex l.vlt.C.de temp.in inte. reſt.& c.j.extrà de in integ.reſti.lib.6.tamẽ ſi is,contra quem præſcriptũ eſt,habuerit probabilem cauſam ignorantiæ illius quadriennij,adhuc reſtituitur,etiam ſi fluxerit tempus cẽtum annorum.Nec enim illud tempus quadriennij currit,niſi à tempore ſciẽtiæ,per d.l.vlt.Et ita nuncupatim voluit Bal.qui dicit menti tenendũ,in d.l.falſam,C.ſi ex falſ.allega.& idem Bal. tamen ſine mentione centũ anno.conſi.ccxxxv.Barptolemæus,lib.1.Card.Flor.poſt Zenzel. & Ioan.Ligna.in cle.j.in xxv,q.de reſtit.in inte.Pau.Caſt.in l.vlt.C.de dol.mal.Panor.qui ad hoc multa allegat,in c.j.in fi.de præſcr.& conſi.xxxij.caſus cõtingentia,col.vlt.lib.1.Alex ſibi contrarius,d.conſi.lxxj.col.vlt.verſ.nec obſt.quod lapſum,lib.1.vbi & illud de centum annis tradit,& d.conſi.lxxxiiij.col.ij.eo.lib.1.& d.conſi.iiij,col.vlt.verſi.nec obſt.ſi diceretur,lib.2.& conſi.lxxxix.viſo puncto,col.iiij.verſic.& tempus petendi,eod.libr.2.& d.conſi.clxix.ad fin. lib.3.vbi etiam loquitur de centum annis,& conſi.lxix.in cauſa & lite,col.ij.verſi.vnũ tamen rememoror,libr.3.vbi & illud tenet de centum annis , cùm allegat Bald.vbi ſuprà , & dicit prætereà id tempus nunquam currere.& idem Alexan.conſi.j.ponderatis,colum.iiij.libro 4. & conſi.xxxix.ſtantibus,colum.v.verſic.nec obſt.ſi diceretur,eodem libro 4.quod repetitur

conſi.



conſi.lxiij.lib.6.idem & Alex.d.conſi.cxvj.lib.5.& d.conſi.cl.col.ij.verſic.non obſt.ſi diceretur, lib.7.& conſi.ccvij.domine Alexander,col.vlt.eod.lib.7.Corne.d.conſi.xxij.col.pen.lib.1.& d. conſi.clxiiij.circa medium,lib.2.& d.conſi.clxv.col.vj.eo.lib.2. vbi tamen non admittit quod dictum eſt de centum annis.& d.conſi.ccxix.col.vij.verſicu.nec obſt.ſi dicatur,lib.2.& conſil. lxxxvij.circa primum,col.j.verſi.& quòd non præſumatur,lib.3.& d.conſil.ccxliiij.videtur in hac,col.ij.verſi.his tamen non obſt.lib.4.vbi hæc ita intelligit,vt licèt quadriennium nõ currat ignoranti, tamen aduerſus ius petendi reſtitutionem præſcribatur ſpatio xxx.vel xl.ann. per d.l.ſicut,in d.verbo,perſecutione, quo officium iudicis continetur , vt etiam ſuprà diximus.Socin.conſi.lxxx.in quæſtione,col.vlti.lib.3.Iaſon in auth.quas actiones.col.penul.C.de ſacroſan.eccle.& in §.ruſus,num.74.Inſtit.de act.vbi tamen dubitat an illud verum ſit,ſed ſi verum ſit(inquit)eſt in actu practico notabiliſsimum.Fran.Balb.qui & illud dicit de centum annis,in tracta.Præſcriptionum,in xxix.q.prin.iiij.partis,iiij.item partis princip.nu.99. & iterum in ij.caſu j.partis vj.eiuſdemq; vlti.partis prin.in fin.Catel.Cotta, qui idem quoque tradit,& ſing.dicit memor.incip.reſtitutionis,& iterum memo.incip.tempus reſtitutionis.Steph. Bertran.d.conſi.cccj.lib.3.vbi & illud dicit de centum annis,Philip.Deci.d.conſi.xxxvj.vbi & illud quoque affirmat:& conſi.ccccxxxvj.viſa inſtructione,col.ij.num.9.Gerar.à Petra,ſingu. xviij.nota diligenter,colum.penul.verſic.ſed vnum perpetuò:vbi & id ſingu.dicit.& Hippol. Marſil.qui & illud de centum annis aſſerit , d.conſil.xviij.col.v.& conſil.lxxxvij.in præſenti, col.ij.& in d.l.qui ignorãs,col.ij.verſi.& vltra prædicta,ff.de falſ.& in l.qui falſam,col.xij.verſ. item vltra præmiſſa,col.ſi.& ſing.dlxxij. multa & quàm plurima. & Ioan.Crot.in repet.l.filiusfam.§.diui,char.10.col.iiij.verſi. ſexta & vltima ſit concluſio,ff.de legat.j. Sed id vix apud nos reciperetur,& optimo iure:nullus enim omnino certus & ſecurus eſſe poſſet rerum ſuarum,vel optimæ fidei poſſeſſor.

45 ¶Porrò quantùm ad caſum noſtræ conſuetudinis ( vt tandem ad eum redeamus ex longis illis diuerticulis , ſi ea diuerticula dicenda ſunt) eo iure vtimur,vt non admittatur reſtitutio in integrum prætextu ignorantiæ. Idque optima ratione:tum ob id,quod ſcriptum eſt à Bal. in d.l.j.in xxiiij.oppo.C.qui admit. quòd vbi lex vel ſtatutũ facit mentionem de his, quibus conceditur reſtitutio de iure communi , eis tunc non conceditur,cum ſimil. à me adductis, ſuprà eod.§.glo.ij.in verbo, *mineurs*,num.6.nam & in ſimili. Tum quòd conſanguineus veniens ad retractum, certat de lucro captando non de damno vitando:ideoq; eius ignorantia ſibi prodeſſe non poteſt,per l.ſi quis in graui,§.vtrùm,& ibi Bar.ff.de S.C.Sylla.cum concor. à nobis quoque adductis ſuprà,hac eadem glo.num.26.quintum quod ignorantia. Tum denique,quòd minor in hoc caſu non reſtituitur,vt latè diximus & probauimus ſuprà in ead. gloſſ.in verbo,*mineurs*, nu.4.igitur, & multis ſeq. Ex quo & illud confeſtim conſequitur nec ignorantem quoque reſtitui.

*An ignorans reſtituatur ad retractum.*

46 ¶Nam minores plus habent fauoris & priuilegij ad ſummouendas temporum præſcriptiones,quàm ignorantes , aut abſentes. Regulariter enim tempus non currit contra minores,l. vlti.C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.& diximus in d.glo.ij. At è diuerſo regulariter currit contra ignorantes & abſentes:licèt aliquando reſtituantur , vt ſuprà hac eadem gloſſ. diximus.Ideoq; dicit gl.in l.nec non,§.quod eis,in verbo,nõ prohibeant,ff.ex quib.cau.maio. valere argumentum illud,non ſubueniri minori , ergo nec maiori,in quibus caſibus maiori aliàs ſubuenitur.& nemo ſcribentium eo in loco improbat, tanquam ſequi omnes videãtur, ex doctrina gloſ.ab omnibus commendata,in l.inter omnes,in prin.ff.qui ſatiſda.cogan.quæ interpretatur ea verba,Inter omnes conuenit,id eſt,nullus diſſentit. & eſt optimus tex.atque ea glo.multò clarior in eam ſententiam,in l.item quod Sabinus,in fi.ff.de hære.inſti.cùm dicitur,Vt Labeo ſcripſit,nec Ariſto,vel Paulus, vtpote probabile, notant:licèt nullus,niſi me fallit memoria,eum tex.ad hoc hactenus allegauit. Aliàs autem qui non improbat , probare cenſetur.glo.in l.j.§.pœna,ff.de lib.agn.per eum tex.& alios.Sed vt redeamus,eam glo.in d.§. quod eis,pro ea ſententia expreſsim ac veluti verbis cõceptis ſequitur Bal.in l.ſi quis,in priore loco lectu.eo.tit.ex quib.cau.maio.& Raph.Co.in l.cùm quidam,ff.de acqui.hære.& Fran. Aret.qui eam dicit ſingu.d.conſi.ciij.breuitas,col.ij.in ij.dubio.Alex. qui eam dicit valde not. in l.de die,§.vlti.col.j.verſic.& quando aliquid,ff.qui ſatiſda.cogan.& in l. ſi finita,§.Iulianus, col.xxv.verſi.inquantum autem,ff.de damno infecto.

*Qui plus habent fauoris in reſtitutione,minorésne, an ignorãtes, ſiue abſentes.*

*Qui non improbat, probat.*

47 ¶Et in hanc quoque ſentẽtiam optimè facit tex.in l.inter maiores,quæ eſt vlti.ff.de in integr. reſtit.vbi minores legitimè defenſi reſtituuntur ad integram cauſam,abſentes verò etiam reipubl.cauſa legitimè quoque defenſi,non niſi ad appellandum reſtituuntur. Ex quo not.Bal. in prin.j.lect.quòd fortius eſt beneficium ætatis, quàm militiæ vel abſentiæ cauſa reipublicæ. Id quod etiam voluit Bald.ipſe in l.in contractibus,in princ.in iij.notab.per illum text.C.de non nume.pecu.& in l.ſi infanti,col.v.verſic. ſecundò quæro,& ibi etiam Alexan.paulò antè fin.C.de iure delib.vbi addit Bal.rationem quòd ętas habet in ſe cauſam naturalem,ignorantia accidentalem,& idem Bald.conſil.cccj.in primis.lib.4.& conſi.lxxxviij. ſuper primo. eod. lib.4.& Franc.Aret.in l.iij.§.Labeo,col.j.& ibi Iaſon col.penul.ff.de acquir.poſſeſ. Idem Aret. in d.l.cùm quidam,in prin.col.vlt.ff.de acquir.hæred. & in l.Pantonius,col.vlti.eod.tit.vbi &

*De eadem re.*

hoc multis probat,& conſi.lxvij.diligenter,col.v.verſic.ſecundò hoc probatur.& d.conſi.ciij.& conſi.clxj.in præſenti,col.ij.verſic.ſecundò principaliter,& Corne.conſi.xlviij.de pluribus, col.iij.verſi.conſequenter,lib.2.Socin.in l.qui duos,colum.vj.verſicu.circa tertium. & iterum colum.ſequen.verſi.ego autem,ff.de reb.dub.& conſil.cliij.pulchra,col.ix.verſi.conſequenter, lib.2.niſi id conſi.ſit Maria.patris ipſius,& conſi.clxxvij.ſuprà ſcripti,colum.iij.verſi.tertiò reſpondetur,& colum.ſequen.verſic.præterea ſi fingitur,eod.lib.2.Franc.Curt.ſenior,conſi.lix. Chriſti,&c.ſuper præmiſſa,colum.iij.verſi.quartò,vbi dicit hanc eſſe communem opin.Alter Franc.Curt.iunior,conſi.xviij.memoria,col.iij.verſi.quarto principali,& Carol.Ruin.conſil. cxcix.Ieſu Chriſti,col.iij.num.4.lib.1.

*De eadem re.*

48 ¶Et faciunt not.per Iaco.Aret.Cy.& Bart.in d.l.qui duos,de reb.dub.cum aliis concord.citatis à Soci.d.conſi.liij.in illa quæſtione,vtrùm hæreditas non adita à minore,tranſmittatur ad hæredes:& quòd ex crebriori noſtrorũ ſententia non admittitur reſtitutio ex capite ignorantiæ aduerſus pręſcriptionem xl.ann.vt diximus ſuprà in hac ead.glo.nu.38.contrarium tamẽ. Verùm admittitur ex capite minoris ætatis,vt per omnes in d.l.vlti.C.in quib.cauſ.in integr. reſtit.non eſt neceſ.& glo.in d.l.ſicut,in verbo.ſeruanda ſunt,C.de pręſcrip.xxx.vel xl.ann.& Soci.conſi.ccxcix.capio primum,paulò ante fi.lib.2.Facit item text.à nemine in hanc rem citatus,in l.in cauſæ,la j.§.vlti.ff.de minor.vbi plus fauetur minori,quàm ignoranti.Et hæc denique ratio,quò minor reſtituitur ad lucrum,l.quãuis,C.de iur.& fact.ignor. vt diximus ſuprà in eod.§.in verbo,*mineurs*,nu.9.& hæc quidem:non etiam ignorans,vt etiam diximus ſuprà in hac ead.glo.nu.27.quintum. Et hæc haud dubiè obtinent in pupillis,qui quicquid vident,quicquid audiunt,ignorant.l.vlt.ad fi.ff.rem pup.ſal.for.& l.vlt.ff.de iur. & fact.ignor.& l.j.ad fin.C.de falſ.monet. Ideò in eis cum minori illa ætate coniuncta eſt ignorantia.

*De eadem re.*

49 ¶Quanquàm non ignoro alios fuiſſe in ea ſententia,vt fauorabilior,faciliusq; reſtituenda ſit abſentia,ſiue ignorantia,quàm minor ætas:quia ſcilicet reſtitutio,quæ illis competit, eſt fundata de iure communi & generali,quod competit omnibus:hæc autem de iure magis ſpeciali,cùm ſolis minoribus competat.Ea autem quæ inducuntur iure ſpeciali ſiue ſingulari,ſunt magis odioſa & reſtringenda,quàm ea quæ adhærent iuri communi.l.ius ſingulare.& l.quod verò,contra,ff.de legib. Et Ius commune magis extenditur , quàm ſingulare,l.eius militis,§. militia miſſus,ff.de teſta.mil.& not.gloſ.in l.j.C.ſi aduerſ.vend. Et id certè, quod diximus,fauorabiliorem eſſe abſentiam,quàm ætatem voluerunt glo.ſibi contraria,Alb.& Bal. ſibi item contrarius,in l.ſi qua militi,in princ.ff.ex quib.cauſ.maio.per text.ibi, iuncta l.auxilium,ff.de minor.Nam in poſteriori loco in delictis currit iunioribus tempus accuſationi pręſtitutum: in priori autem non currit maioribus abſentibus.Quod & ex illis tex.expendit alia glo.in c. licèt,in glo.j.circa medium,extra de accuſ. Et in ea quoque opin.fuit alia item glo.in d.l.cùm quidam,in princ.in verbo,aberat,in fi.& ibi quoque Iac.Ra.Bal.Pau.Caſtr.Alex.& Iaſon ſibi etiam contrarius,ff.de acqui.hær.& glo.in l.iij.§.ſed vtrùm,in verbo, & non puto,ff.de mino. & in l.ſi quis inſtituatur,§.j.in glo.j.ff.de hære.inſtit.Signo.conſi.clxxviij.pater,col.j. & ij.licèt non omnino firmet.& Sal.in l.j.C.de reſti.mil.Raph.Fulgo.conſi.lxxxv.in propoſita,col.j.alter Raph.Co.conſi.lxxiiij.quia ſuperius col.iij.& conſil.cxxix.nobilis,col.vlti. & conſi.cxlvij. domina,col.vlt.& Maria.conſi.cliij.pulchra,col.vlt.verſi.vj.lib.2.

*De eadem re.*

50 ¶Et hanc opin.confirmat,quod voluerunt Dy.Bar.& alij in l.cùm filiusfamiliàs,§.in hac ſtipulatione,ff.de verb.oblig.quòd licèt hæredi minori non ſuccurratur ratione minoris ætatis, in caſu illius l.& l.ij.C.ſi aduer.vend.pign.& l.apud Iulianum,ff.ex quib.cau. in poſ.eat.tamẽ ei ſubuenitur propter ignorantiam,ex clauſula,Si qua mihi iuſta cauſa videbitur. Quod & voluerunt alij multi relati ab Alex.& Iaſo.ibi, qui quidem Alex.& Iaſ.nituntur has diuerſas ſententias concordare:vti etiam facit idem Iaſ.in l.non quocunque,§.ſi ex bonis,col.ij.verſic. ſed licèt Bart.ff.de lega.j.vt ſcilicet prior opin.procedat,vbi perſona minoris conſideratur, vt quia aliquid geſtum eſt cum eo. Secus vbi non habetur in conſideratione,vt quia nihil cum eo eſt geſtum,quia obligatio ſumpſit initium à defuncto maiore : & tunc procedit poſterior opin.quod dicunt probari ex d.l.ij.iunctis ibi not.à Bart.C.ſi aduer.vend.pigno.

*De eadem re.*

51 ¶Et quicquid ſit de ea re,non video d.l.ſi qua militi.ff.ex quib.cauſ.maio.iũcta d.l.auxilium, de minor.quæ ſunt veluti prora & puppis poſterioris ſententiæ,aliquid faciant pro ea,& cõtra priorem ſententiam:quia quod ibi dicitur,non facit maior fauor ignorantiæ, quàm ætatis:ſed quia tempora ad accuſandum ſua propria natura ſunt vtilia:vt etiam dicunt glo.Alb. & Bal.ibi,ideò non currunt ignoranti vel impedito,vt plenè not.per gloſ.& Doct.in rubr.ff. de diuer.& temp.præſcri. Minori autem adulto non ſuccurritur,tanquam ignoranti,aut impedito:ſed quia omiſit ius ſuum ex ſua facilitate,vel dolo aduerſarij. quod benè animaduertit Fran.Aret.in d.l.cùm quidam.& d.conſi.ciij.& Fran.Cur.ſenior,d.conſi.lix. qui & ipſi aliter quoque reſpondent ad dd.ll.vt videre poteris apud illos. Vt tamen illud non omittas,d. l.ſi qua militi,loqui de milite,& eo quidem abſente cauſa reipublicæ, non autem ſimpliciter abſente. Illud autem minimè dubium eſt,magis faueri militi, quàm minori,in huiuſcemodi rebus.illi enim ipſo iure,huic per in integr.reſtit.ſuccurritur:vt per Barto. & alios in l.j.C.de iur.& fact.igno.& Iaſ.conſi.clix.ſuper facto,col.pen.verſi.vltimò accedat.lib.2.

¶Vnum



*Ignoranti currit tempus ad eius exonerationem.*

52 ¶Vnum tamen illud non omiſerim, quòd à Bald.not. ſcriptum eſt in cap.1.ad fin.titu. quo temp.mil.tempora currere ignoranti ad exonerationem ipſius , non etiam ad onerationem, per tex.in d.l.genero,ff.de his qui not.infam. vbi marito mortuo tempus luctus currit vxori ignoranti,ita vt ſi poſt legitimum tempus cognouerit,ipſo die & ſumit lugubria,& deponit. De quo & tu vide Bart.ipſum Bald.& cæteros ibi.

## §. XXXVI. IDEM'QVE POSTREMVS.

L'AN DE RETRAICT baillé par la couſtume court du iour que l'acquiſition ſera notifiee au greffe [a] de la iuriſdition,en laquelle l'heritage acquis eſt ſitué & aſsis. [b] Et à ceſte fin ſera tenu le greffier faire regiſtre de ladicte notification.

*ANNVS retractus à conſuetudine præſtitutus currit à die acquiſitionis notificatæ apud [a] acta iuriſdictionis, in qua ſitum eſt hæredium quæſitum [b] .Eámque ob cauſam actuarius tenebitur in acta huiuſcemodi notificationem referre.*

## COVRT, GLOSSA I.

*Cõſuetudines, curſus temporis retractus.*

1 EX MAIORI parte conſuetudinum Franciæ tempus retractus non currit , niſi à tempore traditionis ſiue poſſeſsionis apprehenſæ,cùm res non eſt nobilis : aut à tempore homagij,quod vocant,ſiue inueſtiturę,quam etiam appellant,cùm eſt nobilis:licèt alicubi aliter : vt hæc omnia videre licet apud Pariſienſes cap.173.& ſequen.Meldenſes,cap.88.& ſequen.vbi tamen paulò aliter diſtinguitur. Victriacenſes,ca.126. Monſtrolienſes,cap.72.Belquercenſes,cap.13.Carnutenſes,cap.68.Burdigalenſes,cap.4. Aurelianenſes,cap.276.& duobus ſequent.Andegauenſes,cap.346.Turonenſes, cap. huius titu. *de retraictz*,§.j.& iiij. Borbonienſes,cap.422.Aruernienſes , hoc eod.titu.cap.1.Arteſienſes,cap.82. Morinenſes,cap.18.Melodunenſes,cap.22.& cap.30.Bleſenſes,cap.193.Bituricenſes , hoc quoque titu.cap.1.Trecenſes,cap.144.Caluimontenſes,cap.12.Ambianenſes,ca.47. Altimarchienſes,cap.256.Marchienſes,cap.263.quod eſt iiij.huius titu.vbi ſcribitur,non ſatis eſſe , vt interueniat conſtitutũ,aut alia ficta traditio. In comitatu Burgundiæ,cap. *reachaptz*, §.j.Niuernenſes,hoc quoque titu.§.ij.Valeſienſes hoc item titu.§.j.qui eſt omnium lxxxij. Laudunenſes,& cæteros Veromandienſes,iij.partis titu.viij.§.v.qui eſt lxxix.totius illius iij.partis. De quo etiã aliquid per Bened.in repet.cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,num.552. de teſta.& latiſsimè per D.Boërij deciſ.cxij. an tempus:vbi declarat,an tunc ſufficeret poſſeſſio facta per conſtitutum tradita,vt ibi videre poteris. In nonnullis tamen locis eſt omnino ſimilis conſuetudo huic noſtræ,videlicet apud Engoliſmenſes,cap.80. Rochelenſes, capit.33. Sanctones Angeriacos,cap.50.niſi quòd aliquid additur,vt ibi videre licet.

*An id tempus anni non currat ante notificationem.*

*Argumẽtum à contrario ſenſu non ſumitur ad correctionem.*

*Areſtum.*

2 ¶Sed hìc aliquid poſſet eſſe dubij,an id tempus anni non currat ante huiuſmodi notificationem:neque enim expreſsè dicitur,quòd non currat,ſed tantùm tacitè, argumento ſcilicet à contrario ſenſu, quòd poſſet videri hìc non habere locum aduerſus aliud caput huius tit. ſcilicet §.j.vbi ſtatuitur,conſanguineum poſſe intra annum venditionis venire ad retractum. Nam id argumentum non ſumitur ad correctionem alterius ſtatuti,vt de legibus dicit gloſ. in l.conuenticula,in princi.C.de Epiſc.& cler.& in c.ſignificaſti,in gloſſ.magna, ad medium, extrà de for.comp.& in cap.1.in glo.ij.de æta. & quali.lib.6. cum aliis multis concordan. adductis à Recentioribus in l.j.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict. Et certè ſcio in ſimili ſtatuto huic noſtro,videlicet Sanctonum,d.c.l.à nobis ſuprà citato,cum huius dubij cõtrouerſia eſſet inter Chriſtophorum à Laurentia dominum de Clayes,& Ioannem Corlieu,aduocatum in Senatu Parienſi:is Senatus cenſuit, antequàm procederetur ad iudicium eius cauſæ,cauſidicos eius regionis interrogari , an obſeruatum antea fuiſſet , vt ex huiuſmodi conſuetudine tempus non niſi à tempore huius notificationis curreret , in idque ab eodem Senatu delegatus ſum.

*De eadem re.*

3 ¶Et ego ſcio hìc ſemper obſeruatum fuiſſe pro re quidem indubitata,vt curreret tempus retractui ante hanc notificationem.& ita ſemper intellecta fuit hæc noſtra conſuetudo. & quidem iure optimo. nam ad quid aliud facta eſſet,quàm vt præſtitueret initium huic tempori? & quidnam aliud operaretur,ſi id non faceret ? & certè nihil, ſed eſſet omnino ſuperflua,atque ſuperuacanea.Ideò etiam ad correctionem poſſet ſumi huiuſmodi argumentum à contrario ſenſu,ex ſententia glo.in l.nulla,C.de Epiſc.& cler.& Bart.in l.obſeruare, §. proficiſci, in iij.quæſt.ad fi.ff.de offic.Proconſul.cum aliis quoque multis concord.congeſtis à Iaſ.in d. l.j.nu.50.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd. Cæterùm hanc conſuetudinem ita intelligendo, vt diximus,non tam corrigere eſt d.§.j.quàm declarare, vt ſcilicet conſanguineus venire debeat intra annum venditionis , vt ibi dicitur,computandum tamen à tempore huius notifi-

*Argum.à contrario ſenſu, ſumitur ad correctionem , ſi aliàs conſtitutio eſſet ſuperuacanea.*

cationis, vt hîc dicitur. Antiquiores autem leges ad poſteriores trahi, non inuſitatum eſt,l.ideò,ff.de legib.quod & de ſtatutis voluit Bald.in l.omnes populi,col.viij.verſic.modò quæro,ff.de iuſtit.& iur.cum concord.à me collectis ſuprà §.xv.glo.ij.verſi.vlti.

## NOTIFIEE AV GREFFE, NOTIFICATAE APVD ACTA, GLOS. II.

1 *Notificandi uerbum Latinum.*

VERBVM notificandi,ne quis ſtatim in hoc primo ingreſſu dubitet,Latinum eſt, Ouidius lib.1.de Ponto:

*Atque modum pœnæ notificare velis.*

Et Aulus Gellius lib.5.cap.14. Philippi arma vimq́; toti Græciæ cauendam metuendamq́; inclytæ illæ Demoſthenis orationes cõcioneſq́; notificant,& noſter Calliſtratus, Iuriſconſultorum eloquentiſsimus,in reſcripto Pertinacis Imperatoris,in l.ſemper,§.demonſtratur,ff.de iure immunit. Et ex antiquioribus Pomponius in Atreo, apud Nonium Marcellum. Ex quo magis admiror nonnullos, qui non admittunt, ſed vt Barbarum reiiciunt verbum certificandi,quod eiuſdem eſt omnino farinæ. Sed illos arguit Vlpianus noſter Latinitatis diligentiſsimus obſeruator,in l.ſed & reprobari,in princip.ff.de excuſ.tuto. ſi tamen eius ſit ea locutio: nam magis videtur eſſe cuiuſpiam interpretis. Et Scæuola in l.tabernam, §.idem quæſiit.ff.de pigno.niſi etiã non ſit ipſius,ſed alterius ipſius interpretis, qui βεβαιωτὴν, eſt interpretatus certificatorem. Sed vtcunque hæc ſint, ſatis conſtat,id verbum non recens eſſe:nec video cur vt à notum fit notificare & notificatio, nec à certum quoque fieri poſsit, certificare & certificatio:ſicuti à clarum clarifico. Virgilius in illo carmine Aſclepiadeo choriambico,quo fortunam deſcribit,

*Certificandi uerbum Latinum.*

*Clarifico.*

*Nec quos clarificat,perpetuò fouet.*

Et Plinius lib.20.c.23.Alterum eſt nigrius,quod capitis vitia purgat,viſum clarificat.Et à magnum magnificare.Plautus in Menæchmis:Te vnum ex omnibus Venus voluit me magnificare.& Terentius in Hecyra:Quam ego intellexi illum,haud minus,quàm ſeipſum,magnificare.Et Plinius lib.17.c.9.Quod etiam pabulo boum ſuumq́; magnificat. Suntq́; alia huiuſcemodi ſexcenta. Sed hæc anxiis verborum obſeruatoribus relinquo. Eſt autem notificare, notum facere,vt palàm eſt,& è noſtris tradit Corne.conſi.lxxv.videtur primò,col.ij.lib.3.

*Magnifico.*

*Notificare quid ſit.*

2 *Vtrùm notificatio, in qua non declaratur uerũ pretiũ,faciat currere id tẽpus.*

¶HIC autem multa dubia occurrunt. Quæro igitur primò: Quid ſi emptor in ſua notificatione non declarat verum pretium venditionis,ſed aliud maius,ob quod fortè conſanguineus territus redimere noluit:vtrum tempus ei currit? Quod non putamus,per id quod in ſimili voluit Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua,verſicu.xcij. quòd ſi emphyteuta volens vendere rem emphyteuticam,mentitus eſt de pretio,dum requirit dominum,vt conſentiat,aut emat, quia maius pretium indicauit, ideoq́; dominus negauit ſe velle emere: perinde eſt ac ſi non denuntiauerit,arg.l.eum qui,§.cùm igitur,ff.de in diem ad.& l.ſicut, §. non videtur,ff.quibus mod.pign.vel hypo.ſolui.& l.vlt.C.de iure emphy.vbi etiam id tenuit Ioan.Fab.col.vlti.Sal. col.iiij.verſi.quæro emphyteuta volens vendere,& Iaſ.col.vj.in vj.not. Et idem quoque voluerunt Hoſt.Imo.& plerique omnes in c.potuit,extrà de locato.

3 *De eadem re.*

¶Et in hoc caſu noſtræ conſuetudinis, quòd emptor debeat declarare verũ venditionis pretium,vt currat tempus retractus conſanguineis,tenuit expreſsè Bald.in tractatu πρωτομίσεος, col.antepen.verſi.contrarium dico propter duo:vbi & ad hoc allegat d.l.vlt.C.de iure emph. & alia pleraque,quæ tu ipſe inibi videre poteris. Idemq́; tenuit Matth.Afflict.in eod.tracta.in verbo,vt intra xxx.dies,col.ij.verſi.ſed vlterius quærit. Et hoc ſatis exprimit §.iiij.ſuprà eod. hoc tit.vbi & nos de hoc quoque diximus. ſed hîc tamen repetere voluimus, quia huic loco admodum conuenit.& iterum §.eiuſdem tit.xxij. Et tu etiam vide quæ diximus ſuprà,titu. omnium conſuetudinum xv.§.j.in glo.vj.in xxj.q. & quæ dicam infrà in hac ead.gloſ.nu.30. porrò ſi teneas,& v.ſeq.quibus oſtendo,non currere tempus conſanguineo, niſi ex notificatione habeat certam & indubitatam ſcientiam contractus,& omnium clauſularum ipſius.

4 *An notificatio poſsit fieri per procuratorem.*

¶SECVNDO quæro,An poſsit huiuſmodi notificatio fieri per procuratorem. quod videtur per id,quod in ſimili ſcribitur in l.denuntiaſſe,verſi.ſed & ſi,in fin.ff.de adult.& in d.l.j.§. nuntiatio,ff.de oper.nou.nunt.& in l.cùm ſatis,§.pen.ibi,per ſe,vel per procuratorem ſuum, C.de agri.& cenſi.lib.11.& per Inno.in c.cùm in iuuentute, extrà de præſumpt. Dummodo procurator oſtendat mandatum : alioquin non valet denuntiatio : vt in ſimili quoque dicit Barto.in l.non ſolùm,§.morte,col.viij.verſic.quæro an talis,& ibi Iaſ.col.xv.verſi.quærit etiã Barto.ff.de oper.nou.nuntia.& idem Bart.in l.grege,§.j.verſicu.ſed aduerte quòd ſi denuntiatio,ff.de pigno.& in l.qui in alterius,& ibi Philip.Deci.col.ij.verſi.circa ea quæ dicit,ff.de reg. iur.& in d.l.cùm ſatis,col.ij.verſic.ſequitur in tex.C.de agri.& cenſi.lib.11.& Bald.in l.tutor,in princ.ij.lectu.ff.de minori.& in rubri.extrà de procur.col.ij.verſicu. procurator ad proteſtandum:vbi dicunt procuratorem,qui proteſtatur,teneri oſtendere mandatum.allegant vterque text.in l.ſi quis inficiatus,in verbo,cognouit:vbi & ipſe Barto.id not.ff.depoſit. & idem quoque voluit Bald.præterquàm in proteſtatione,quæ tendit ad iudicium , in cap. coram,col.ij. verſicu.extrà quæro,extrà de offic.deleg.vbi & eundem text.allegat.& idem Bald.in cap.Cumana,



mana,col.iiij.verſic.ſi quis proteſtatur,de elect.& Franc.Rip.lib.Interpretationum 1. in c.cùm Mar.Ferra.num.164.de conſtit. Quod huc optimè facit,quia proteſtatio eſt quædam denuntiatio:imo vtraque ſunt ſynonyma,vt dicit Bart.in d.§.morte,in j.quæſt.ff.de oper.no.nunti. Imol.& Alex.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori,eod.tit.

*Proteſtatio & denũtiatio eadem,aut certè germana.*

5 ¶Sed ne quis tamen id calumnietur,idem de denuntiatione expreſsè voluerunt Inn.& Hoſt. & expreſsius Collect.in cap.1.extrà eod.quoque titu.& Bald.in l.ſi fundum,in iij.oppo.C.de rei vend.dum dicit,quòd cùm quis aliquid denuntiat nomine alterius,debet docere de mandato,per tex.in cle.cauſam,de elect.& ipſe Bald.& ante eum Bart.in l.qui abſentem,ff.de procur.Ange.in l.hæres cùm debuerat,ff.ad Trebel. per d.l.ſi fundum,iuncta dicta l. ſi quis inficiatus,& l.ſi hominem,ff.mand.Roma.conſi.cciiij.pro diſcutienda,col.iij.verſicu. quò ad tertium:vbi & alia multa allegat Alex.latè conſi.lxxviij.viſo.col.ij.verſi.nec obſt.quòd maritus, lib.5.repetito conſil.xxvj.lib.6. vbi id docet procedere tam in actibus iudicialibus, quàm in extraiudicialibus,quantùm ad effectum committendæ moræ.& Franc.Rip. qui & idem quoque voluit in d.c.cùm Mart.Ferra.num.137.de conſtitu. Et ita in caſu noſtro expreſsim voluit Afflict.in d.tractatu proto.in verbo,vt intra xxx.dies,col.v.verſi. ſed quid econtra an talis denuntiatio. Sed & idem deciſi.Neapo.cccxvj. Galiotus,col.j.tradit interpellationem procuratoris non conſtituere debitorem in mora,per dictam l.ſi quis inficiatus, & dicta cle.cauſam. Et vide quæ diximus ſuprà eod.titu.§.j.gloſ.x.in verbo,*dedans l'an*,in xviij.quæſt.& quæ dicam infrà titu.procedente,§.iiij.in verbo,*conſigner*,quæ eſt glo.vj.num.5. intelligas autem,& duobus ſequent.

*De eadem re.*

6 ¶Verùm contra hoc facit quod ſcribit Bal.in auth.eò decurſum,poſt princ.C.de donat. ante nupt.quòd paria ſunt,aliquid abs te inſinuari,aut ab alio pro te, per eum text.qui tamen parum mihi facere videtur. Et quod pulchrè reſpondit Paul.Caſt.conſi.lxxxiiij.viſa,in vlt.dubio,lib.1. quòd ſi ſtatutum iubeat notificationem emancipationis fieri ab emancipante apud acta,ſufficit alium eius nomine id facere,etiam ſi de mandato non appareat. Nam ſtatutum potius conſiderauit effectum actus,quàm ipſum actum:id eſt,vt emancipatio prodeat in publicum,& in notitiam volentium cõtrahere cum emancipato:ideò habet locum regula, non referre à quo quid factum fuerit,modò factum ſit,l.item veniunt,§.petitam autem hæreditatem,verſic.à quo,ff.de petit.hæred.vbi ita ſcribitur:A quo denuntiatum eſt,Senatus non exigit:quicunque ergo fuit,qui denuntiauit,nocebit , & cætera quæ ſequuntur.& l.mulier,ff.ad S.C.Trebel. Et quod poſt Pet.nor.Bart.in l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,col.j.verſi.contra hoc oppo.fortiter,ff.de lib.& poſthu.quòd quando quærimus de effectu actus, magis quàm de actu,non refert,quid ex æquipollentibus fiat,per l.ſi mater,C.de inſtit.& ſubſtitu. Et ſatis (ait Paul.vbi ſuprà ) dici poteſt emancipantem feciſſe dictam notificationem , ex quo alius fecit eius nomine,licet non conſtet de mandato , cum ratihabitio æquiparetur mandato.l.vlti.C. ad S.C.Macedon. Subditq́; paulò pòſt,id præſumi factum nomine emancipantis , ad quem negotium pertinet,arg.l.poſt mortem,§.j.cum ibi not.per glo.ff.quan.ex fact.tuto.& not.in l. ab vno.C.de nego.geſt.& per Bart.in l.in familiæ,C.famil.erciſ.& ſic (inquit) ſatisfactum eſt ſtatuto. Quæ omnia videntur mirè conuenire huic noſtro caſui.

*De eadem re.*

7 ¶Et hanc quoque partem potes hac ratione cõfirmare:quia vbi denuntiatio, ſiue notificatio, ſiue proteſtatio fit ad inducendam ſcientiam , aut notitiam alicuius rei,non requiritur mandatum:ſed fieri poteſt per ſimplicem negotiorum geſtorem.vt voluit Bart.in d.l.non ſolùm, §.morte,col.viij.vbi ſuprà,iunctis his quæ dicit col.vlti.ff.de ope.nou.nuntia.pro quo eſt tex. licet non alleget,in d.l.veniunt,§.petitam,verſic.à quo,ff.de peti.hæred.Cuius etiam autoritate Archid.in cap.ſi quis præpoſtera,l.diſt. tenet notificationem appellationis poſſe fieri appellato per quemcunque:vti illum allegant,& ſequuntur D.à Rota,deci.cxxvij.valet intimatio, in nouis. De quo tamen vide eoſdem deciſi.xij.nota quòd vbi appellatio.in antiquis,& Thomam Faſtolum deciſio.xxxv.tertiò dubitatur. Nam Archidiaconus vbi ſuprà, videtur potius tenere contrarium. Sed & per illum text.Bald.conſi.cxliiij.alio die,lib.4.dicit, quòd denuntiatio à quocunque fieri poteſt,etiam ad culpam impingendam:ad quod item allegat l.ſi quis ſolutioni,§.ſi mora,ff.de vſur. ex hocq́; reſpondet in pulchro caſu. Et facit etiam quod ſcriptum eſt à Rom.conſi.ccxcv.donatio patris,verſic.ad hoc optimè facit,& ſequen.Et vltra allegata ab illis,facit tex. in d.l.qui abſentem,ff.de procur. vbi videtur probari poſſe fieri denuntiationem venditori,vt veniat defenſurus emptorem à quocunque,ſine mandato:modò ſi caueat de rato,ſi id venditor deſideret. Et quod ſcribitur à Bal.poſt Dy.conſi.cccvij.verba Dyn.in prin.lib.2.vbi diſſerit,an & quando quid ſufficit fieri à quocunque.

*De eadem re.*

8 ¶Cogita tamen,an hîc non ſolùm fiat ea notificatio ad inducendam notitiam, ſed & ad certiorationem negotij,vt ſcilicet cõſanguineus certior fiat de venditione & pretio,& aliis clauſulis contractus:vt proinde deliberet, vtrùm redimet, néc ne : vtque non fruſtra laboribus ac ſumptibus vexetur, qui fieri ſolent ad præparandum faciendumq́; huiuſmodi retractum:videlicet vt perquirat pecunias , quas forſitan cogitur mutuò accipere,aut ſub fœnore, aut ex venditione aliarum rerum redigere,eaſq́; ad venditorem, fortè in loco remoto commorantem,perferat,ducatq́; nuntium publicum,notarios,& teſtes, relinquatq́; id, agens alia ſua ne-

gotia,quæ omnia fruſtra faciet,ſi forte vera non ſit ea notificatio facta ab alio,ideoq; non teneatur ei conſanguineus credere,& ſe tot incommodis exponere. Ex quo illud conſequens fit,vt non valeat huiuſmodi notificatio,ex doctrina Bart.in d.§.morte , vbi ſuprà,cùm dicit, quòd cùm non ſufficit ſimplex ſcientia,ſed & certioratio requiritur , vt in caſu l.nomen,C. quæ res pign.oblig.poſſ.& l.iij.C.de nouat.non poteſt fieri proteſtatio ab alio,quàm à domino,aut procuratore docente de mandato.

9 ¶Et ad id,quod ſuprà diximus de ſumptibus & laboribus à conſanguineo , qui ſe ad retractum accingit,perferendis,optimè facit optimus tex.in d.l.qui abſentem,& ibi not. à Doct.ff. de procur.& quod etiam ſcribit Archid.loquens in caſu notificationis appellationis, de quo ſuprà quoque diximus,in d.c.ſi quis præpoſtera,l.diſt. Et ita ex his tolluntur ea omnia, quæ pro contraria parte adducta ſunt:præterquàm quod ex Paul.Caſt.dictum eſt de ratihabitione,quæ retrotrahitur. Sed illud hîc non poteſt procedere,vbi agitur de præiudicio tertij, ſcilicet conſanguineorum,glo.in l.ſi indebitum,§.ſi procurator,in verbo,committi,& ibi Bar.ff. rem ratam hab.cum infinitis propè concordan.à me adductis,ſuprà eod.tit.§.j.gloſ.x. in verbo,*dedans l'an*,num.69.nec ratihabitio.

*De eadem re.*

10 ¶Adde & tu,quòd vbi denuntiatio eſt ſubſtantialis,cuiuſmodi hæc eſt,vt dicemus poſteà nume.29.ego verò vt tandem:ea non poteſt fieri à tertio.Spe.tit.de procura.§.vlti.verſi.ſed quid ſi debitor:per multa illic allegata.Hippo.Marſil.in l.ſi quis,nu.62.ff.de quæſt.vbi allegat alios, qui id non dicunt. Quin etiam cùm notificatio fit ab eo,qui nullum ius habet in re, de qua agitur,eum non adſtringit,cui facta eſt.l.ſi maior,C.de reſcind.vend.& ibi glo. & Docto.& l. tutor vrgentibus,ff.de minor.& quod plenè habetur in d.l.ſi cùm fundum,C.de rei vendi.& Rom.conſi.vj.quòd dicta,verſi.nec prædictis obſt. & d.conſi.cciiij.col.iij.& Guid.Pap.ſing.cij. non valet denuntiatio. Et quod ſcribit Alex.d.conſi.lxxviij.viſo,col.ij. verſic.nec obſt. quòd maritus,lib.5.quod repetitur conſ.xxvj.lib.6.quòd vbi denuntiatio fit ad conſtituendũ alium in mora,ſi fiat alieno nomine,non habet eum effectum,niſi doceatur de mandato:per multa, quæ illic allegat.Hæc autem notificatio fit, vt conſanguinei conſtituantur in mora,& hæc ratio eſt efficaciſsima. Et faciunt denique, quæ ſcribit Bartol.in l.j.in fi.prin.per illum tex.in fi. ff.de eo per quem factum erit,& in l.quidam decedens,§.vlti.in fi.ff.de admin.tut.cum ſimil.

*De eadem re.*

11 ¶Quod autem pertinet ad tex.in d.l.qui abſentem,ff.de procu.qui magis vrgere videtur pro alia ſententia,vti eum induximus ſuprà,verſi.ab hinc iiij.illud dici poteſt, id quidem ibi fieri in conſequentiam defenſionis litis iam ſuſceptæ pro abſente ab iſto tertio denũtiante:& hæc quidem denuntiatio eſt veluti pars acceſſoria eiuſdem defenſionis, vt ſcienter ſcribit Franc. Aret.conſi.xxvj.factũ ſuper quo,col.v.verſi.circa tertium: vbi tamen videtur fuiſſe in ea opi. vt etiam aliàs non requiratur mandatum ad huiuſmodi denuntiationem faciendam.Et vide quæ dixi ſuprà eo.tit.§.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*,q.xvj.& duabus ſeq.atque etiam ij.præced. Et ego ſanè,(vt id tandem finiam) tutius eſſe arbitror,vt huiuſmodi denuntiatio fiat ab ipſo venditore,aut à procuratore cum mãdato,cuius in notificatione fiat mentio:vt in ſimili no. in cap.cùm in iure peritus,extrà de offic.delega. Porrò ex d.l.qui abſentem,potes intelligere, quòd ſi quis nomine alterius fundum emerit, is haud dubiè hanc ſuam emptionem alterius nomine factam,poterit notificare ſine mandato illius, videlicet in conſequentiam illius emptionis. Aliàs autem,an,& quãdo refert quid à quocunque factum ſit,vide latè Iaſ.poſt alios ab eo citatos,in l.cùm ſeruus,col.j.verſi.in brochardo,ff.de verbo.oblig.

*De eadem re.*

*Sed an ſaltem qui alieno nomine emit,poſſit & eodẽ nomine notificare.*

12 ¶Tertiò igitur quæro,Si ſequamur eam opin.quæ requirit mandatum,(quam & ego ſequendam puto)vtrùm requiratur ſpeciale mandatum in eam rem,an verò ſufficiat generale. Habes gloſ.quæ in denuntiatione requirit ſpeciale mandatum,in l.de pupillo,§.qui procuratorio,in verbo,verus,& ibi Raph.Co.ff.de ope.no.nunti.& glo.in l.j.§.permittitur,qui eſt j.in verbo,mandatum,ff.de lib.agn.per l.Pomponius,ff.de procur. & glo.in cle.cauſam,in verbo, ſpecialiter,& ibi Pau.Eleaz.& Imo.ſuper ead.glo.de elect. Verùm alia gloſſ.eſt in ea ipſa l.j.§. denuntiare,verſic.mariti,in verbo nomine eius,quæ aſſerit ſufficere generale, arg.l.actione,§. renuntiare,ff.pro ſocio. Et poſſet ſtatim mirum videri , Accurſ. admirabilis ac propè diuinæ virum memoriæ , ſecum in ead.l.pugnaſſe. Sed ne quis miretur, is in diuerſis caſibus loquitur,& in poſteriori loco rationem differentiæ vtriuſque caſus ponit : quæ quidem ratio adſtruit hoc in caſu requiri ſpeciale mandatum,cùm dicit,ideo requiri in muliere denuntiante, non etiam in viro:quia denuntiatio ab ea incipit,non à marito,vt etiam ſcribitur in d.l.j.§.illud notandum. Hîc autem huiuſmodi denuntiatio incipit ab emptore : nam ante eam non cogitur conſanguineus offerre. Ergo requiritur ſpeciale mandatum. Et quòd in huiuſmodi denuntiationibus & proteſtationibus etiam requiratur,tenet Alex.d.conſi.lxxviij.lib.5. repetito conſi.xxvj.lib.6.col.iij.verſic.& idem in ſpecie,& ſequen.

*Vtrum requiratur ſpeciale mandatum ad huiuſmodi notificationem.*

13 ¶Barto.autem,quem Ange.Imo.Paul.Caſtr.Alex.& omnes propè ſequuntur,in d.§.qui procuratorio,poſt Ray.Forli.ibi,negat exigi ſpeciale mandatum,per l.j.in fi.eod.titu.& quia non eſt de caſibus d.l.Pomponius. Et idem voluerunt Pet.Alber.& ipſe Barto. in d.l.j.§.permittitur,in princ.vbi & ad hoc Bart.allegat l.ſi quis,§.j.ff.de vſucap. & in d.l.actione,§.renuntiare. vbi & idem tenent ipſe Barto.& Bald.ff.pro ſocio,Cardin.Florent.in d.cle.cauſam, in xj.q.de elect.&

*De eadem re.*



elect.& Franc.Are.d.conſi.xxvj.vbi ſuprà ad fin.præced.quæſt.Feli.& Franc.Rip.in cap.cùm Mart.Ferra.ille col.xix.in vij.concluſi.hic.nu.136.de conſtitu.Sed hoc intelligit Barto.in d.§. permittitur , quando denuntiatio fit circa id quod ſpectat ad bonorum adminiſtrationem: quòd ſi citra id fiat,ſintque res eiuſmodi,quæ non poſſunt eſſe notæ,niſi quatenus à principali perſona veniunt & procedunt,vt cùm denuntiatur mulierem eſſe prægnantem,de qua re loquitur d.§.permittitur:certè requiritur ſpeciale mandatum,aliàs ſecus.Et ſequitur Alex. d.conſi.lxxviij.viſo,col.iij.verſic.ſecundò principaliter,lib.5.Ego autem vix probarem huiuſmodi notificationem ſine mandato ſpeciali,tum per ſuprà dicta in hac ipſa quæſtio.tum per ea,quæ diximus nu.8.cogita tamen,& iij.ſeq.

14 ¶Ex quibus potes intelligere,pro QVARTA QVAESTIONE, an coniuncta perſona poterit pro emptore hanc notificationem facere.Nam ſi requiritur mandatũ ſpeciale, cõiunctus idipſum facere non poterit,ex crebriori noſtrorum ſententia:etiam ſi Philip.Deci.reclamet, vt ſatis diximus ſuprà eod.titu.gloſſ.xiij.in verbo , *l'achepteur*, nu.34.ſed vtrùm hæc oblatio. Sed illis hîc addere potes,inter noſtros Doct.non omnino cõuenire, an coniuncta perſona poſsit proteſtari,quæ res ad hanc tractationẽ proximè pertinet,cùm proteſtatio ſit quædam denuntiatio,vt diximus ſuprà in eadem glo.nu.5.ſed ne quis.Igitur Bald.in l.tutor vrgentibus,per eum tex.ff.de minori.negat coniunctum pro coniuncto poſſe proteſtari.& eum ſequitur Fel.in d.c.cùm M.Ferra.col.xix.in vij.concluſio.verſic.hanc concluſionem, extrà de conſti.Idem Bald.in dicta l.qui abſentem,ff.de procurato.tenet contrarium,dum eum text. intelligit in coniuncta perſona. Quem ſequitur Franc.Ripa.in d.c.cum Mart.Ferra.nu.138. vbi reſpondet ad d.l.tutor vrgentibus,ibi eum vide. Et omnino Fran.Aret.in d.conſi.xxvj. colum.5.verſicu.circa tertium:vbi etiam videbis quid dicendum ſit,ſi is pro quo coniuncta perſona denuntiat,ſit minor.

*An coniuncta perſona poſſit hanc notificationẽ facere.*

*Et quid ſi is pro quo denũtiat ſit minor.*

15 ¶QVINTÒ, illud quoque conſequenter quæro,Si quiſpiã ſit ſpecialis,procurator emptoris,in eam rem,ſed qui nondum recepit literas mandati,ignoratq; mandatum ipſum,tamen facit hanc notificationem pro emptore,volẽs ei tanquam amico gratificari,vt plerunque fit: an valebit ea notificatio,habita ratione ſui mandati,licet ignoret,aut nondũ inſtrumentum ipſius recepit.Id quidem poteris intelligere ex ſcriptis à Spec.tit.de procuratore,§.j.veſic.ſed quid ſi procuratorium,& ibi Ioan.And.& Bal.in addi.ipſius Archi.& Ioan.Andr.in c.is qui, eodem tit.lib.6.Bart.in l.ſi pupilli,§.item ſi procurator,colum.ij.verſic.ſed quæro an ſit,ff.de nego.geſt.& conſi.lxxiij. quæritur vtrùm procurator,& Franc.Areti.conſil.lxx.in cauſa quæ vertitur,& quæ diximus ſuprà eod.tit.§.j.in gloſſ.x.in verbo , *dedans l'an*,in xv.quæſt.& quæ etiam dicta ſunt in hac eadem gloſ.in ij.quæſt.cùm tractauimus,an inſtrumentum mandati exhiberi debeat,& quæ dicam in ſeq.quæſt.

*An ualebit notificatio facta ab habẽte mãdatũ,ſed ignorante.*

16 ¶SEXTÒ item conſequenter in dubiũ reuocari & illud poteſt, Si quis conſtitutus ſit procurator ab emptore nominatim ad huiuſmodi notificationem faciendam , iſque eam faciat ſimpliciter & tacito nomine procuratoris:an ſatis ſit,vt valeat notificatio, ſaltẽ poſteaquam conſtabit de mandato.Quod & ſolui poteſt ex locis in præcedenti quæſtione adductis. Sed quod priuatim ad hunc locum pertinet,Albe.in l.iij.§.ſed & ſi fortè,ff.iudi.ſol.dicit per eum text.in verſi.ſed quod de tutore,in illis verbis,ſed ſi quidẽ tutor ſit,non tamen quaſi tutor, &c.quòd qui quid facit ex ſpeciali mandato,neceſſe habet id exprimere:aliter actus non valet.Subdit tamen,contrà videri ex l.ij.§.j.ff.de iudi.Tu autem vide Bar.in d.l.ij.vbi ſuprà,ex cuius ſcriptis in eo loco cognoſces,quid hîc dicendum ſit,& ex iis quoque quæ ſcripſimus ſuprà,eod.tit.§.x.glo.j.nume.2.& ſeq.

*Quid ſi procurator faciat,ſed tacito nomine procuratoris.*

17 ¶SEPTIMO quæro , An ſaltem hæc notificatio poſsit fieri à ſecundo emptore ſine mandato prioris:verbi gratia,vt facilius intelligas, Titius emit à Mæuio:poſteà is Titius emptor vendit eandem rem Sempronio , certum eſt quòd conſanguinei Mæuij prioris venditoris poſſunt retrahere à Sempronio ſecundo emptore,reſtituto pretio illius prioris venditionis, vt dictum eſt ſuprà , §.xij.huius tituli. Titius autem non notificauit ſuam emptionem : an Sempronius eam notificare poterit,vt tẽpus anni currat cõſanguineis Mæuij?Quod vtique putarim,cùm is ſucceſſerit in ius & locum ipſius Titij,arg.l.dolia,§.j.ff.de contrah.empt.& l. ſi à te.§.vlt.& l.ſi mater,§.item Iulianus,& §.vlt.ff.de except.rei iudi.& eorũ quæ ſcripſimus ſuprà eod.tit.§.j.gloſ.ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.111.ſed quid ſi non ipſe,& latius nu.129.his tamen non obſt.& vide quæ dicam in ſeq.q.Sed intellige, modò hic ita notificet, vt ex eius notificatione appareat ſibi ius eſſe notificandi,quia ſcilicet emit ab emptore , ſecundùm ea quæ ſuprà diximus de procuratore.

*An ea poſſit fieri à ſecũdo emptore.*

18 ¶OCTAVO quæro, An & alius non dominus,ſed cuius tamen aliter intereſt,hanc notificationem fieri,eam poſsit facere. Pone enim quòd emptor,qui nondũ notificauit,promiſit eã rem alteri vendere,ſi res à conſanguineis non retrahatur,vel etiam ſimpliciter:an hic,cui promiſsio facta eſt,poterit notificare illam venditionem,vt excludantur conſanguinei venditoris à retractu niſi veniant intra annum illius notificationis?Quod ſimiliter videtur,cum aliàs hi quorum intereſt,poſsint denuntiare,proteſtari,interdicere,& cætera id genus facere: vt not.in l.ſi maior,C.de reſcin.vend.& in l.ſi fundum,C.de rei vend.& per Roma.conſi.vj.

*An ab alio,cuius intereſt.*

quòd dicta intimatio,circa med.Idq; etiam ſi non ſint domini, vt apertè declarat Ro.ibi.& probat text.in l.Prætoris,§.vlt.& in l.quid de creditore,& l.qui bona,§.qui dãni,verſ.vicinis, & §.ſuperficiarium,& l.damni,la j.in prin.& l.eorũ,& l.inter, ff.de dam.infec.l.j.§.non ſolùm autem domino,ff.de arbo.cæd.& l.j.§.ius is habet,ff.de remiſ.cum ſimi.

19 *De eadem re.* ¶Et facit etiã text in l.lex vectigali,ibi, cùm in exolutione vectigalis tam debitor quàm creditor ceſſaſſent,ff.de pig.Cuius autoritate Bart.Bal.Sal.& Ang.ibi,tradunt,ceſſante emphyteuta ſoluere canonem,poſſe creditorem ipſius,cui ea res hypothecata eſt,ſoluere,& ita euitare pœnam commiſſi. Quod & voluit Raph.Fulg.in l.j.& ibi Fran.Rip.col.iij.verſicu.ſed pone quòd emphyteuta,ff.de pig.& Pau.Ca.in l.tutor, §.vlt.ff.de pign.acti.& Iaſ.conſi.lxxiiij. puto,in princip.libr.1.& Hippo.Marſi.ſingu.ccclxvij.nemo prudens.Et facit item text.in l.ſi cuius,§.j.ff.vſufruct.quemadmodum caue.vbi vſufructuarius poteſt intentare rei vendicationem ſine mandato domini,& in l.hæc actio non ſolùm,ff.ſi quadrup.paup.feciſ.dica. vbi ea actio non ſolùm competit domino,ſed etiam ei cuius intereſt.Et text.in l.patri,in prin.ff. de mino.vbi patri pro filio præſtanda reſtitutio eſt,etiam ſi filius reſtitui nolit,quia eius intereſt,quia de peculio tenetur.Et id trahunt Doct.ibi ad cæteros coniunctos, ſi eorum priuatim interſit,& alia multa ſimi.

20 *De eadem re. Deciſio quæſtionis.* ¶Contrà tamen facit l.j.§.j.ff.de ope.no.nunti.vbi omnino videas glo.& Doct.in §.iuris,qui eſt pen.eiuſdẽ l.rurſum,in l.in prouinciali,§.ſi ego,eo.tit.Ego verò in ea ſum ſententia,vt hic, cuius intereſt,poſſit & hanc notificationem facere,eo argumento ductus,præter ea quæ iam ſuprà diximus,quod tradit Bar.in l.ſi res,quæ eſt iij.ff.quib.mod.pign.vel hyppo.ſolu. quòd quilibet,cuius intereſt,poteſt inſinuare inſtrumẽtum,quod à ſtatuto iubetur inſinuari intra aliquod tempus,etiam ſi is non contraxit in eo inſtrumento,per d.l.lex vectigali.& ſequitur Alex.loquens de teſtamento conſi.lxv.quoniam omne datum,col.v. verſi.ſecũdò probatur. & iterum col.ſeq.verſi.nec iſtud eſt iniquum,lib.6.quod repetitur conſi.cxix.eod.libr.6.Loquitur autem Bart.de creditore contrahentis,& Alex.de ſuſtituto,fideicommiſſario,& legatario,vt ſi ex ſtatuto teſtamenta debeant regiſtrari, vt ipſe loquitur,id eſt, in acta referri, id poſſint facere ſubſtituti fideicommiſſarij,legatarij,& omnes quorum intereſt.Sed & quòd fideicommiſſarius ipſe poſſit inſinuare teſtamentum,non obſcurè ſentit ipſe Bart.in l.facta.§. ſi quis bonorum,& ibi etiam Imo.& Pau.Caſt.ff.ad S.C.Trebel.& idem Bart.loquens in legatario,& tamen nonnihil ſubdubitans,in l.vlt.§.ſimili.& ibi cõſtantius Bal.qui eum §. legit cum prin.eius l.col.ij.verſi.nota acta,C.de iure dot.& idem Bal.in l.ij.colum.vlt.verſic.pone ſtatutum,iuncto verſi.ſed pone teſtator,C.eod.tit.& in l.conſulta,in vlt.quæſt.C.de teſta.vbi loquitur de fideicommiſſario vniuerſali & ſingulari.

21 *An is tertius poſſit cogere emptorem ut faciat.* ¶Nono conſequenter quæro, Si fortè ea opin.teneretur, quæ non admittit tertium,cuius intereſt, ad notificationem ipſam faciendam:an ſaltem hic tertius poterit cogere emptorem inuitum & renitentem,vt eam faciat:præſertim cùm ipſi emptori ea notificatio non ſit nocitura,proſit autem ei,qui eam petit fieri,arg.l.in creditore,ff.de euictio.& l.ij.in princ.ff.ſol. matri.Sed tu vide gloſſ.Bart.& alios in d.l.in creditore.Bart.poſt Petr.in d.l.ij.col.iij.verſicu. ſecundò oppo.& ſeq.& ibi quoque Recentiores,maximè autem Franc.Rip.& Ioan.Fabrum, in §.j.in iiij.regu.& ibi quoque Ange.Aretin.Inſtit.de lege Fuſia Cani.tollend. Et vide prætereà text.in l.ſi tibi,§.vltim.rurſum in l.ſi optio,§.j.ff.de opti.leg.vbi eſt optimus tex.& in l. cùm in plures, §.meſſem,ff.locat.& in l.Iulianus, §.ſi venditor, ff.de actione emptione. {Et quod tractatur à Socin. conſil.51.viſo teſtamento ſpectabilis viri, libr.3. an fideicommiſſarius vniuerſalis poſſit cogere hæredem, vt faciat inuentarium ad ipſius fideicommiſſarij vtilitatem.}

22 *An notificatio,quæ fit domino apud acta,ſatis ſit.* ¶Decimò, quid ſi emptor exhibuit domino ſuum contractum, vt tenetur ex alia noſtra conſuetudine,& id quidem apud acta ſuæ iuriſdictionis, vt ſæpe fit, quia fortè eſt etiam à domino in ius vocatus:an ſatis eſt,vt dicatur fuiſſe facta notificatio apud acta, proindeque ſit ſatisfactum huic noſtræ conſuetudini. Ego de hac re aliquando interrogatus, reſpondi non ſatisfactum,quia propter aliud,nec ad hunc finem, de quo loquitur noſtra cõſuetudo, id factum fuit,per text.in l.cùm propter,& ibi no.ff.de leg.præſt.& l.bonorum,C.qui admit. quibus iuribus fretus Franc.Aret.in l.ſi tibi pecuniam,in fi.ff.ſi cert.peta.dicit, quòd ſi contractus vel donatio fieret coram iudice propter aliam ſolennitatem,quàm propter inſinuationem,quæ de iure requiritur,quia fortè ex ſtatuto debet fieri coram iudice, nõ proptereà eſt ſatisfactũ inſinuationi:quia non propter eam,ſed ob aliud fuit iudex aditus.Quod dicit ſing.& ex eo limitat dictum Bar.& Bal.in l.Modeſtinus,ff.de dona.& Bal.in l.illud,colum.ij. verſi.ideò in primis quæro.C.de ſacroſ.eccle.quòd ſi donatio fiat coram iudice, non requiritur alia inſinuatio,vt videlicet procedat,niſi ob aliud fuit iudex aditus.De quo & tu vide Bal.conſi.ccclxxv.certum eſt,col.ij.verſic.ſed videamus,& ſequent.lib.3.& Guid.Pap.in tract. Præſumpt.col.pen.verſi.ſi iudex interponat.

23 *De eadem re.* ¶Et hoc in caſu noſtro apertè demonſtrant verba huius noſtræ conſuetudinis, quæ poſteà ſubiiciuntur,id ſatis non eſſe:quæ ſunt huiuſmodi, *& à ceſte fin ſera tenu le greffier faire regiſtre de ladicte notification* : quibus verbis expreſſim declaratur,hanc notificationem fieri,& in acta referri



referri debere,ad hunc finem,*à ceſte fin*,id eſt,propter ſe principaliter.nam ſi ob aliud fieret, non haberet vim & effectũ,qui inde oritur,cùm actus agentiũ non operentur præter intentionem eorum,vt dicere ſolemus ex Ariſtot.& probatur optimè in l.non omnis,ff.ſi cert.peta. & in l.obligationũ ſubſtantia,ff.de actio.& obligat.Atque ad hæc referri poteſt text.in cap.ij. & quod ibi not.glo.in verbo,reſtitutio facienda,& ibi Docto.poſt eum, extrà de ordi.cogn. cum ſi.adductis à Pan.eo in loco.Et ſi aliter diceremus,vide quid inde ſequeretur,vt ſcilicet, ſi inter emptorem,& aliũ fortè colludentẽ,lis eſſet de re empta,aut ratione illius, quæ facilè confingi poſſet,eaque emptio in actis allegaretur ab emptore, cum pretio , & cæteris ipſius clauſulis,ſatis eſſet factũ noſtræ conſuetudini, cogereturq; conſanguineus omnia acta multorum annorum conquirere,ſingulaque ab ouo ad mala indagare,ne qua fortè parte id veluti per noctem deliteſceret.Et vide quæ dicam infrà in ſeq.q.verſic.ego verò.

24 ¶Vndecimò quæro,quid ſi emptor hanc notificationẽ apud acta non fecit, tamen proximus aliter eſt de venditione certior factus:an ſtatim curret ei annus, quàm id reſciuerit, non expectata hac notificatione?Quod poſſet videri,quia hæc notificatio non ob aliud fit, quàm vt conſanguineis ea venditio poſſit innoteſcere,ſicut & aliis denũtiationibus dicitur in l.item veniunt,§.petitam,ff.de peti.hæred.& l.aut qui aliter,§.ſi forte,ff.quod vi aut clam. Et ſi dubium ſit,quam ob rem aut cauſam fiat denuntiatio,videtur potius fieri certiorandi alterius cauſa,quàm ob aliud,ex ſententia Dyn.in c.cum qui certus,de reg.iur.lib.6.Cyn.& Iaco.Bel.in l.emptor.C.de euict.Ioan.And.& aliorum in c.vlt.extrà de empt.& vendi.Alex. conſi.xxiiij.inſpecto,circa medium,libro 4.& conſi.cxxxviij.viſo,col.j.lib.7.vbi loquitur in caſu huic noſtro ſimili. Ideò ſi qui certiorari debuit,aliunde certior factus eſt,non opus eſt aliam denuntiationem facere, d.§.petitam , vbi Bart.& alij notant idem operari ſimplicem ſcientiam,quod denuntiationẽ.quod etiam voluerunt Dy.& Io.And.vbi ſup.& ipſe Dyn. & Bar.in l.denũtiaſſe,in prin.ff.de adul.nam & qui certus eſt,amplius certiorari nõ debet, l.j.in fi. ff.de act.empt.& d.c.cum qui,& glo.in c.cùm inter vniuerſas in verbo,cognouerunt,extrà de elect.& in c.ij.in verbo,infra tres mẽſes, de cõceſ.præb.& in c.cùm inhibitio,in verbo,voluerit,de clan.deſpon.cùm ſi.Ideò ex glo.in c.nõ iniuſtẽ,in gl.vlt.extrà de procu.tenet quòd procurator,qui debet denuntiare domino latam cõtra ſe ſententiam,ſi ex iuſta cauſa non appellat,quòd dominus ipſe,ſi velit,appellet:id non tenetur facere,ſi dominus aliter reſciuerit. *Si conſanguineus aliter ſciat venditionem, an ſatis ſit, ut repellatur poſt annum.*

25 ¶Et vt ſpeciatim ad caſum noſtræ conſuetudinis veniamus.Alex.Doct.celeberrimus bis ex facto interrogatus reſpõdit,quòd ſtante ſtatuto vt proximus poſſit redimere fundum venditum intra certum tempus,poſt publicationem contractus factam à præcone in platea publica,ſi proximus aliter venditionẽ reſciuerit,ſtatim ei currit tempus,ſine alia publicatione. Ita enim voluit,primùm d.conſi.xxiiij.viſo,col.ij.verſi.cõfirmatur & ſecundò,lib.4.iterumq; d.conſil.cxxxviij.ſimilis initij,col.j.& ij.libr.7.Et id confirmat hac ratione:quia cùm denuntiatio fit ad commodum alterius,ſola illius ſcientia ſufficit ſine denuntiatione, ex ſententia Iaco.Belu.in d.l.emptor,C.de euict.per text.in d.l.j.in fi.ff.de act.empt.cum aliis concord.ab Alex.adductis.Et idem quoque conſuluit Philip.Deci.conſi.ccxxij.viſo, col.iij.verſic.tertiò principaliter. Sed hic ibi,ne erres,innititur quibuſdã verbis ſtatuti,ſuper quo conſulebatur, ex quibus colligit ſufficere ſcientiam,quaſi tacitè aliud ſentiat,ceſſantibus illis verbis, aut ſimilibus. Sed & hãc partem ſecutus eſt Pau.Pariſi.conſi.lxxxj.in præſenti,col.pe.nu.27.lib.3. {& Marta.Socin.iunior conſi.j.pro reſolutione,col.vj.nu.18:lib.1.} *De eadem re.*

26 ¶Nam & contrarium expreſsè & in hac ſpecie voluit Bal.in tract. πρωτομίξεως,col.v.verſic. ſed pone iure municipali.Nam non ſolùm (inquit) requiritur ſcientia,ſed denuntiatio,quæ eſt de ſubſtãtia:quia ſtatutum ſiue conſuetudo exigit id denuntiari,nec licet à forma ſtatuti recedere,quia forma eſt de eius ſubſtantia,ſicut forma rei eſt de ſubſtantia ipſius, eaque in actibus hominum eſt de ſubſtãtia actuum.Eſt autem forma legis ordinata diſpoſitio, certos habens fines,l.certa forma,C.de iure fiſ.lib.10.& l.forma,ff.de cenſib.& l.conſtitutionibus,ff. ad municip.Forma autem rei eſt quidam gradus ſiue perfectio eius à natura vel arte:& antequàm iſta forma inducatur,dicimus rem rudem,& quaſi rudem materiam,l.quæſitum, §. illud fortaſſe,ff.de leg.iij.Forma verò in actibus hominum eſt debita partium ordinatio ſecundùm prius & poſterius,l.j.§.cum qui,ff.de conſt.pecu.& l.naturalis,ff.de præſcrip.verbis. Et paulò poſt dicit,quòd cùm quæritur an denuntiatio ſit de ſubſtantia,Si lex (inquit) expreſsè exigit denuntiari,tunc quaſi forma quadam quis eſt adſtrictus ad denuntiandum : ſi autem ſimpliciter loquitur,& tunc ſi tractamus quò ad finem ſciendi, ſufficit ſcientia, per d. §.petitam : ſi ad alium effectum,ſcilicet inducendæ vel prohibendæ alicuius rei, non ſufficit ſcientia, per d.l.denuntiaſſe.Hæc ille ferè ad verbum. *De eadem re.*

27 ¶Et illum nuncupatim ſequitur Matthæ.Afflict.in eo.tract Protomixeos , in verbo,vt infrà triginta dies,col.ij.verſi.ſed iuxta hoc quæro,& iterum , col.vj.verſi.ſubſequenter quæritur, & verſic.ſed pone quidam coniunctus:vbi etiam dicit id procedere,ſi cõſanguineus præſens fuit venditioni,tanquã teſtis aut notarius rurſumq; in verbo ſcriptũ eſt,col.pe.verſi.decimò no.Et idẽ quoq; ex facto reſpondit Cæpolla conſi.cauſarũ ciuiliũ xlvij.in cauſa,col.ij.verſic. circa ſecundum,vbi in eodẽ caſu & ſtatuto interq; eaſdẽ partes,de quibus per Alex. d.conſi. xxiiij. *De eadem re.*

xxiiij.lib.4.reſpondit è diametro contrarium eius,quod ab eodem Alex reſponſum eſt illo conſi.videlicet non currere tempus ſtatuti ob ſcientiam ipſius proximi,niſi publicatio facta fuerit à præcone in platea publica,ſecundũ illud ſtatutum.Sed & ipſe Alex.conſi.xxvij.viſo, in prin.lib.6.in eandem hanc partem conſuluit,vt ſcilicet ſcientia hoc caſu non ſufficiat:ſed ibi loquitur in ſtatuto, quod requirebat huiuſmodi denuntiationem fieri conſanguineo, vlterius diſponendo,contractum aliter non valere,ex quo ſatis conſtabat, talẽ denuntiationem eſſe de forma & ſubſtantia,ſecundùm Iac.Bel.in d.l.emptor,C.de euic.A forma autem denũtiationis (vt id illi addas) recedere non licet,Bal.conſi.cclxxxiij.viſa inquiſitione,circa med.verſi.quartò probatur,lib.j.Sed & idem in caſu noſtræ conſuetudinis,aut ſimilis tenuit Carol.Molend.in conſuet.Pariſ.tit.j.§.xiij.glo.xj.nume.5.& 6.& Igneus in l.j.§.ſi cùm omnes, nu.xij.ff.de Senatuſc.Sylla.vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in curia Normaniæ.

28 *De eadem re. Scientia non ſufficit ubi denuntiatio pro forma requiritur.*

¶Certè huius rei cardo in hoc vertitur,vtrùm denũtiatio ſiue notificatio,de qua hîc agitur, ſit de forma vel ſubſtantia,ſiue etiã de ſolennitate,an verò non ſit:nam primo caſu non ſufficeret ſcientia:ſecundo autem refert,an fiat ad inducendã ſcientiam,ſiue notitiam tãtùm,& ſufficit notitiã ſiue ſcientiam eius rei aliũde habuiſſe:an ad aliud quoque quippiam, & non ſufficit. Ita enim voluerunt præter eos,quos ſuprà citauimus.Io.And.in addi.Specu.titu.de empt.& vend.§.vlt.verſi.circa quod videndum eſt.& in tit.de procur.§.vlt.verſic.ſed quid ſi debitor,vbi loquitur in caſu l.iij.C.de noua.Bar.in l.quidam decedens,§.vlt.ff.de admi.tuto. & in l.non ſolùm,§.morte,col.xj.verſi.examinemus ergo,ff.de oper.no.nun.& in l.ij.§.vlt.in fi.& ibi Bal.col.ij.ff.ſol.mat.& idem Bar.in l.qui abſentem,in iij.q.& ibi etiã Ang.ff.de procu. & in l.libera,col.ij.verſi.deinde no.C.de ſenten.& interloc.om.iud.& in l.j.C.de peric.& cõmo.rei vend.Bal.in c.j.tit.ſi de feu.vaſal.ab ali.interp.fue.Ang.in d.l.denuntiaſſe.Rapha.Co. latè loquens etiam in caſu d.l.iij.de noua.conſi.iiij.domina Stella,col.ij.verſ.cæterùm poſito. Flo.in l.Labeo,ff.de nauti.fœno.Domi.conſi.xxxiij.pro examinatione,col.ij.verſic.nec obſt. ſi dicatur.Pau.Caſt.conſi.ccclxxxij.ſuper primo,col.ij.verſi.nec obſt.cle.lib.2.Io.Ray.in cap. imperialem.§.habito,col.xij.verſi.ſed reſtringendo,tit.de prohi.feu.ali.per.Fede.Fran.Are.in l.qui ante Calendas,col.vlt.ff.de verb.obl.Fel.in c.cùm contingat.col.v.verſ.quarta concluſio,extrà de reſcript.Iacob.à S.Georg.in tract.feud.in verbo,& cum pacto de non alienãdo, col.v.verſi.ſed hîc cadit,cum aliis concord.adductis ab Alex.in conſi.ſuprà allegatis, & in d. l.ij.§.vlt.ff.ſolu.matr.& in d.§.morte.& Philip.Deci.conſil.lxxiiij.cuius ſuperſcriptio incipit, emptor non poteſt,col.ij.verſi.& prædicta.

29 *An hæc notificatio ſit de forma.*

*An ſatis ſit obſeruare formã notificationis quæ ad aliud requiritur.*

¶Ego verò vt tandem meum interponam iudicium,arbitror hanc denuntiationẽ eſſe veluti de forma:vt ſatis patet ex hac noſtra cõſuetudine, præſertim in illis verbis, *& à ceſte fin ſera tenu*,& cætera,quæ quidem verba apertè ſignificant id tanquam formam eſſe obſeruandam. Et forma data à ſtatuto,in dubio cẽſetur ſubſtantialis,Bal.in l.comparationes,in tertia opp. in fi.C.de fide inſtr.Et ſi forma ſtatuti non ſit obſeruata,corruit actus.Bald.in l.humanum, col.ij.C.de legi.Ang.conſi.lxxxix.præmitto.Petr.Anch.conſ.xxxv.viſa quadam,col.j.cum ſi. Et vide interim Phili.Dec.d.conſi.ccxxij.col.ij.verſi.vlterius tamen,& col.ſeq.verſi.nec obſt. ſi dicatur.vbi videbis quid dicendum ſit,ſi ſtatutum loquens de retractu cõſanguineorum, præcipit obſeruari certam formam circa notificationem contractus, vt conſanguinei ſcire poſsint:& aliud ſtatutum iubet aliam quandam formã obſeruari,etiam in notificatione alienationum bonorũ pupilli:an ſi alienato fundo pupilli fuit ſeruata forma, quæ tradita eſt ad notificationem illius contractus,ſit etiam neceſſe ſeruari formam traditã ad notificationem, quæ requiritur pro retractu.& id adde ad ea,quæ diximus ſuprà in præced.quæſt.

30 *Quid ſi cõſanguinei ſciẽtia non ſit plena.*

¶Porrò ſi teneas eam ſententiam cui ſatis eſt conſanguineum fuiſſe certioratum de venditione,ſine alia notificatione,eam tamen intelliges,ſi modò ſcientia ipſius cõſanguinei fuerit plena:per id quod not.voluit Imo.in cle.cauſam.col.ij.verſi.nota regulã, de elect.vbi tradit eam regulam,quòd cùm denuntiatio ſit ſolùm ad certiorandum,ideoque ea non eſt neceſſaria,cùm is propter quem fieri debet,aliunde certus eſt,ſecundum ea quę diximus ſuprà: certè vt tollatur illa neceſsitas denuntiandi ob ſcientiam, requiritur eam ſcientiam plenam eſſe & certam,per tex.ibi,in verſic.intimatio,cùm dicitur, Niſi ad appellatum eius plena & certa ſcientia perueniſſet.Cui adde,quòd ad hoc vt quis dicatur habere ſcientiã alicuius rei, requiritur quòd non tantùm eius rei,ſed vt qualitatem & circunſtantiarum ipſius notitiam habeat,ſecundùm glo.in c.concertationi,in verbo,ſciuerit,& ibi Domi.Phili.Fran.& alij.de appel.lib.6.Ro.qui eam glo.dicit no.conſi.cccxliij.ex propoſito,paulò ante fi.& Alex.conſi. cxiiij.ponderatis,col.ij.verſi.accedit ad maiorem,lib.1.vbi dicit eam gloſ.reputari valde no.& Barb.in d.cle.cauſam.col.xxvij.in paruis,verſ.nam in dubio,de elect.& in c.cùm vigeſimum, col.ij.extrà de offic.deleg.Felin.qui eam dicit auream, in c.à nobis,col.j. extrà de except.ad hoc quidem,quòd vbi requiritur ſciẽtia,non ſufficit eam probare in genere. & in cap.quod ad conſultationem,colum.penul.verſic.duodecima concluſio, extrà de iudic.& Iaſon in l. qui Romæ,§.duo fratres,col.xxviij.verſicu.ſecundò adde,ff.de verbo.obliga.& Philip.Deci. in cap.nam concupiſcentiam,in ij.lect.in fin.de conſtit.vbi & eam dicit no.& d.conſi.ccxxij. colum.ij.nu.5.iunctis his quæ ſcribit in fin.eiuſdem conſi.vbi & eam trahit ad caſum huius noſtræ



noſtræ conſuetudinis.& Lud.Gozad.conſi.ix.in hac cauſa, col.vij.nu.34. Vide tamen quid dixerit Ro.conſi.vj.quòd dicta,verſic.ſecunda hoc probat,in fin. Et facit etiam gloſ.in d.cle. cauſam,in verbo,plena & certa,& ibi Card.Flor.poſt Antiquiores in 4.quæſt.

31 *De eadem re.*

¶Quid enim (vt etiã loquar de noſtro caſu)ſi fortè conſanguineus reſciuit ex rumore quopiam incerto,aut etiam à quibuſdam certis perſonis,qui illi generatim dixerunt eam rem à Titio eius conſanguineo cuipiam venditam ſine mentione certi pretij, aliarumq; clauſularum non parui ponderis,dicemúſne id ſatis eſſe? & certè nemo dixerit,niſi è diametro,vltra ſuprà allegata,pugnare vellet cum tex.in l.in totum,ibi,niſi vera & certa ſcientia, ff.de regu. iur.& glo.in c.cupiẽtes,in prin.in verbo notitiam,de elect.lib.6.quæ ad dictionem,notitiam, ibi in text.poſitam,addit certam & indubitatam ex renuntiatione hominũ fide dignorũ,vel viſu literę authenticæ:nec tenetur (inquit) cuilibet referenti credere,per quædã ibi allegata. Nam & aliàs ſcire non dicitur,niſi qui certò ſcit,nec dubitans quoque ſcire dicitur,glo.in l. de ſtatu,ff.de teſt.Bar.in l.admonendi,col.iiij.ff.de iureiur.Et probat text.æquiparãs dubium & ignorantem,in l.vlt.§.ſin autem neſcius & dubitans,& ibi Bart.& Ang.C.de furt.cum aliis multis concord.à me collectis in repe.l.ſi vnquam, in præfat.nu.99.incip.nam mulier.C.de reuoc.donat.Et vide quæ dicam in ſeq.quæſt.

*Scire non dicitur, niſi qui certò ſit.*

32 *An ſatis ſit in genere notificare ſine declaratione pretij, & aliorum.*

¶Ex quibus potes intelligere (& id erit pro xij.quæſtione) non ſatis eſſe, ſi emptor ſuã emptionem apud acta notificauerit in genere,vt ſi ſimpliciter denuntiat ſe talẽ rem à tali emiſſe ſine declaratione pretij aut alterius clauſulæ inſtrumenti,quæ maximi eſt fortè momenti ad impellendum animum conſanguineorum,vt retrahant, vel non retrahant per ea quæ iam diximus in ij.præced.verſi.& ſuprà in j.q.huius glo. Quibus & id potes addere, quod ſcribitur in l.aut qui aliter,§.j.ff.quod vi aut clam,ibi,neque quidem perfunctoriè aut obſcurè denuntiare.ex quo Alex.conſi.lxxxix.excellentiſsimi,col.vlt.lib.5.dicit denuntiationẽ obſcuram nihil valere.Et Franc.Aret.conſi.lxviij.excellentiſsime,col.j.per eum text.dicit,illũ ſcire dici,cui res cum ſuis qualitatibus perfectè demõſtratur.& ad hoc quoque alleg.l.de pupillo, §.qui nuntiat,ff.de oper.no.nunt.& l.ſi rem quam,§.vlt.ff.de euict.

33 *De eadem re.*

¶Et quod item ſcribitur in l.j.§.edere,ff.de edend.cuius hæc verba ſunt,Edere non videtur, qui ſtipulationem totam non edidit.Ex quo notat Bald.ibi, quòd qui tenetur edere inſtrumentum,non ſolùm tenetur edere quod principale eſt,ſed & ſtipulationem,renuntiationes, & alias clauſulas adiacentes. Subditq;,quòd ſi ex ſtatuto inſtrumentum debet inſinuari:non ſatis eſt partem ipſius inſinuari.& idem penè voluit Ang.ibi,& eſt propè ſimilis tex.in l.vbi, §.j.ff.eod.tit.vbi ſcribitur,Dolo malo non edidit,& qui malitioſè edidit, & qui totum non edidit.Et facit etiam quod ſcribitur in l.ſcire oportet,§.ſcire autem,ff.de excu.tuto.cuius hęc verba ſunt:Scire autem oportet,quoniam non ſufficit accedere ad iudicem,ſed oportet eum & de ſpecie remiſsionis teſtari:& ſi multa habet,quæ ad remiſsionem ſunt iuſta, omnia nominare.Si autem non,ſimilis eſt ei,qui nequaquàm acceſsit,aut acceſsit quidem,iuſtum autem quid remiſsionis non nominauit.

34 *De eadem re.*

¶Et ita in caſu noſtro expreſsim (ne autoritate careamus) voluit Bal.in tract.Protomixeos, col.vj.verſi.his ſic præmiſsis,per l.vlt.C.de iur.emphy.de qua quantùm ad id pertinet, diximus ſuprà in eadẽ glo.quæſt.j.& ſuprà quoque eod.tit.§.iiij.in verbo, *& ce pendant ne courra pas le temps.* Et quia etiam, vt ad Bal.redeamus, pretium eſt de ſubſtantia venditionis : nec præſumitur,vt dicit voluiſſe Cyn.& Petr.in l.j.C.de contrah.& commit.ſtipula.cui rationi adde quæ dicam infrà in fi.huius tit.quæſt.xviij. Et quia etiam ( vt ad Bal.redeamus) is qui non habet ſcientiam eorum,quæ ſunt de ſubſtãtia,non dicitur ſcire,ſed ignorare l.multùm, ff.de condit.& demonſt.& per alia quædam,quæ ibi videre poteris. Et eum nuncupatim ſequitur Matthæ. Afflict.in eodem tractatu Protomixeos,in verbo,vt infrà xxx.dies,colum.ij. verſi.ſed vlterius quærit.Et idem quoque voluit Ferro.in conſuet.Burdgal. hoc eodem tit. *de retraict*,§.xiij.col.ij.

35 *De eadem re.*

¶Nec omiſerim tamẽ text.optimum in l.ſed & ſi pupillus,§.proſcribere,cùm in multis locis eius,tum verò maximè in illis verbis,vel obſcurata proſcriptione, ff.de inſtitu.act. vbi paria ſunt non proſcribere palàm & in propatulo, aut obſcurè proſcribere. Et in l.non intelligitur, in princ.& l.ita fidei,ff.de iur.fiſci:vbi id palàm relictum & datũ non intelligitur, quod ita relinquitur & datur,vt certò ſciri non poſsit ex teſtamento, quid quantúmve relictum ſit,& datum. Et vt pulchrè,& nota.ſcribitur in poſtremo loco,is maiorem fraudem excogitaſſe videtur, qui ita reliquit, vt palàm feciſſe videretur,cùm aliquid eſſet tacitæ obſcuritatis, quàm qui omnino tacitè reliquit.ille enim non tantùm legem circumuenire voluit,ſed etiam interpretationem legis, quæ circa tacitum fideicommiſſum habetur. & ibi proponit exemplum vtriuſque,vt videre poteris,& l.Fulcinius,§.illud,ff.quibus ex cauſ.in poſſeſ.eat. vbi is latitare videtur,qui ita in publico eſt,vt ſe videndũ non præbeat creditoribus:vt quia circa columnas & ſtationes deliteat.Et ex eiuſmodi iuribus & quibuſdam aliis Maria.Socin. conſi.xxiij.viſis,colum.x.verſi.cùm ergo prædicta,illud veluti axioma elicuit, paria eſſe aliquid non exprimere,& confusè,ſiue dubiè,exprimere.Barptole.autem Soci.eius filius conſi. ccxcvi.in cauſa,colum.iij.verſicu.quartus caſus. libr.2. tradit & illud non diſsimile axioma, aſſertionem

aſſertionem dubiam & obſcuram non releuare: per alia quædam iura. Sed quibus addere potes text.in clem.2.in fi.vt lite pendent.cùm dicitur, Dum tamẽ in citatione prædicta talia ſint expreſſa, per quæ plenè poſsit inſtrui ſuper quibus, &c.& ibi glo.vlt.Imo.col.item vlt.& Card.Floren.tum in iij.not.tum in quinta quæſtione.& omnes ibi.

*Hæc denuntiatione non facta, intra quod tempus admittetur conſanguineus.*

36 ¶Decimotertiò quæro, Si hæc notificatio facta non fuerit, intra quod tempus admittetur cõſanguineus? Dic quòd ſemper intra xxx.annos: poſteà autem non audietur: quia eo ſpatio tollitur omnis actio, l.ſicut, & l.vlt.C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.& l.ij.C.de conſti.pecu.Et ita in hoc caſu nuncupatim tenuit Pau.Ca.con.430.circa primum, in j.dubio.libr.2.& Cæpolla cõſi.cauſarum ciuil.xliij.clariſsime, col.vlt.& Phil.Dec.conſi.ccxxij.viſo, col.vlti.verſi.vltimò non eſt omittendum.{Et Maria.Soc.iunior.conſ.xxij.pulchra eſt præſens conſultatio, col.vj.verſi.venio modò ad quartam, lib.1.quem omnino videas, is enim ſua cõſilia edidit circiter annum octauũ poſt primã huius operis editionem.} Et id quoque diximus ſuprà eod.tit.§.j.in glo.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.10.ex quibus conſtat.Et illic dictis adde tex.optimum in c.porrò, tit.quali olim feud.ali.pote.vbi domino competit beneficiũ reuocandi feudum, reſtituto æquali pretio intra annum, ex quo ſciuerit computandum.At ſpatio xxx.annorũ tam ignorãs quàm ſciens, ab hac reuocatione ſummouetur. Quod tamen intellige (ne decipiaris) re vendita manente apud emptorem, vel eius hæredes. Quod ſi alteri fuerit res vendita ab ipſo emptore, vel eius hæredibus, is vſucapiet aduerſus ipſos conſanguineos ſpatio x.vel xx.anno.vt diximus latè in eodem verbo, *dedans l'an*.nu.11.ſed id tamen.

*Ius adeũdi & immiſcendi, 30.annis præſcribitur. Et ius petẽdi legitimam.*

37 ¶Huic autem, quod diximus de præſcriptione xxx.annorum, concinit, quòd omnia propè iura eo ſpatio tolluntur, videlicet ius adeundi & immiſcendi hæreditati, quæ iura proximè ad retractũ accedũt.Item ius petẽdi legitimam, & petitio hæreditatis, quæ non longè ab illis diſtant. Vt de primis voluerunt glo.Bal.& propè omnes in l.licet, C.de iure delib.cum aliis multis cõcordantiis à me collectis in rep.l.ſi vnquã, in verbo, reuertatur, nu.392.cęterũ quod primũ.De iure petendi legitimam, voluerunt Bal.Sal.Ang.Pau.Caſt.Floria.& Iaſ.in l.ſi quis filium, C.de inoffi.teſta.cum aliis quoq; multis concord.à me eodem loco congeſtis nu.396.verùm in ea.Quibus adde Bald.in l.nam & is.§.j.ff.de inoffic.teſt.& conſi.l.viſo teſtamento, colum.j.lib.5.Ang.in l.omnimodò in prin.C.de inoffi.teſt.& in l.ſi eum, §.qui iniuriarum, ff.ſi quis cautio.& in l.ſi à domino.in prin.ff.de peti.hæred.& in l.certi condictio, in princ. ff.ſi cert.pet.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe Fulg.conſi.lxxxiiij.Bonacurtius, col.ij.verſic.in ſecundo.Alex.conſi.cviij.viſo, col.j.ib.1.Corne.conſi.xc.videtur.col.vlt.lib.1.Bened.Cap.conſi.xl.circa quæ.col.ij.& conſi.lxxvj.punctus quidam Antonius, col.vlt.Ang.Aret.in §.j.col.ij.verſi.nota quòd querela, Inſti.de inoffic.teſta.Guid Pap.Deci.Delph.lxxxij.Doctores.Steph.Bertrand.conſi.xciiij.dum fuit, nu.3.libr.1.& conſi.ccxlvj.viſo caſu, col.j.libr.1.& conſi.xcv.quæſitũ eſt, in fi.lib.3.Anto.Rub.conſi.clvj.circa primum, in prin.Franc.Balb.in tract. Præſc.in xxiij.q.4.partis, 4.item partis princip.& Viglium in §.ſed hæc, Inſtit.de inoffic.teſta.De petitione hæreditatis, eſt text.in l.hæreditatis, iuncta glo.& ibi doct.C.de pet.hære.Bal.conſi.ccccx.primò videndum eſt, lib.4.& conſi.lxij.punctus talis eſt, Petrus lib.5.

*Et petitio hæreditatis.*

*Ius dicẽdi teſtamentũ nullum.*

38 ¶Item ius dicendi nullum teſtamentum, contractum, arbitrium, ſententiam, decretũ, & bannum.De teſtamento voluit Bar.in l.filio præterito, col.antep.verſi.ſed quando ſe immiſcuit, & ibi Bal.col.vlti.Ang.etiã col.vlt.Pau.Ca.& Petr.Beſu.ff.de iniuſt.teſt.Sal.in l.ij.C.de poſth.hæred.inſtit.Ant.conſi.xxvj.ad primum, col.iij.in ij.dubio.Raph.Co.& Imo.in l.ſi filius qui in poteſtate, ff.de lib.& poſth.Alex.in l.j.col.ij.C.quan.non pet.Part.& l.iij.col.ij.verſic.quid autem in iure, ff.de acq.hær.& Guid.Pap.deci.Delph.ccccxxvj.an lex, col.j.verſi.ſed an filius, & deci.ccccxcvij.item & ſecundò.& Bened.in repet.c.Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore, le ij.nu.65.de teſta.Steph.Bertr.conſi.j.nu.50.libr.2.De contractu autem voluit Bal.d.conſi.ccccx.lib.4.& conſi.clxxxix.punctus quæritur, lib.5.De arbitrio idem Bal.cõſil.lxvij.quia ex facto, col.ij.verſ.præterea.& ad idem, lib.3.vbi & idem dicit de ſententia: ſicuti etiam faciũt de eadem, & de decreto, & arbitrio promiſcuè, gloſ.in ſumma xxxv.q.ix.in fi.Spec.tit.de ſenten.§.iuxta, verſi.vlt.Bal.in l.ij.col.ij.verſicu.quæro quid eſſet.C.de iure fiſci.libr.10.{& conſi.cccxxij.vtrùm poſt xxx.poſt med.lib.1.} Guil.à monte Laud.in clem.j.de ſentent.& re iud.Sali.in l.ſi præſes, col.vlt.C.quomodò & quand.iud.Imo.loquẽs de ſententia nulla, quia lata eſt ex falſis allegationibus, in c.ex parte Adæ, col.iiij.verſi.in glo.idoneos, extrà de teſtib.Guid.Pap.conſi.lxj.rationibus, col.ij.& conſi, ccxxvj.in caſu, & ſing.dccccxxxviij.verſi.vſque ad xxx.ann.Carol.Rui.conſi.lxij.diſcuſſo, col.v.nu.14.lib.5.De banno denique voluit Bal.in l.data, col.antep.verſi.ſed quid ſi bannitus, C.qui accuſ.poſ.

*Contractum. Arbitrium. Sententiam. Decretum.*

*Bannum.*

*Ius petẽdi reductionem ad arbitrium boni viri.*

39 ¶Item ius petendi reductionem ſentẽtiæ arbitrorum ad arbitrium boni viri.Cyn.in l.ſocietatem, §.arbitrorum, in addi.& ibi Albe.& Bal.in l.vnde ſi Neruæ, quæ ſolet legi cum d.§.arbitrorũ.ff.pro ſocio.Oldr.conſi.clvj.primum de quo quæritur, in vlt.dubio.Pau.Eleaz.cõſil.incip.in præſenti quæſtione, vt illum refert Lanfran.Brixi.in tract.arbitrorum, in xx.quæſtio.Bal.& Ang.in d.l.ſicut.C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.ipſe Bald.in l.ij.ad finem.ff.de arbit.& in l.vlt.col.vj.verſi.quæro vſque ad quod tempus, C.de contrah.empt.& in c.Quintauallis.colum.vlt.verſic.& nota quòd ſicut, extrà de iureiuran.Ang.col.cccxv.ius petendi.Io. Ana. conſi.



conſi.xvj.viſo puncto, col.vlti.Alexan.conſi.xcv.viſis proceſsibus.col.vlt.lib.2.vbi hanc dicit eſſe communem opinio.Corne.conſi.clxxviij.in hac re, in fin.lib.2.Philip.Deci.conſil.xxxix.iuridicam, col.vlt.verſi.& prædicta.& conſi.ccccclxxxvij.coram magnificis, in fin.De quo tamen vide Bart.in d.§.arbitrorum, col.vj.verſi.quæro infrà quantum tempus, & ibi omnino Alex.in addi.ipſius, in verbo, offic.iudic.& Anton.in d.cap.Quintauallis, col.xiiij.verſi. quæro tertiò.& Franc.Balb.in d.tracta.Præſcript.in xxxiij.q.d.iiij.partis, iiij.item partis princip.

*Officium iudicis. Ius petendi legatum & fideicommiſſum.*

40 ¶Item officium iudicis, ius petendi legatum & fideicommiſſum, ius ratificandi ſiue acquirendi per ratificationem, ius inſinuandi donationem, ius petendi executionem. Vt de officio iudicis voluit glo.in l.ſicut, in verbo, perſecutione, & ibi Bart.Bald.Ang. & Sali.C.de præſcript.xxx.vel xl.ann.cum aliis multis concord.à me adductis ſuprà, §.præceden.in verbo, *ignorans*, num.41.& quod per xxx. De ſecundo voluit etiam Bal.conſi.cxxxviij.quædam vidua, in fi.lib.5.& conſi.clxviij.proponitur quòd quidam, col.j.eod.lib.5. & Phil.Deci.conſi.cclxvij.non excidit, col.iij.verſic.venio igitur.& vide quæ diximus in repet.l.ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu.391.& quidem fulcitur.C.de reuocan.dona.De iure ratificandi item voluit Bal.conſi.xij.quidam dominus Matthæus, col.ij.verſi.& ſi dicatur, lib.1.quod repetitur conſi.ccclxxxvj.lib.5.Corne.qui tamen nonnihil nutat, nec Bal.memorat, conſi.ccxxj.viſis certis, col.vlt.verſi.& ſi dicatur, lib.3. Et huius contrarium tenuit Ioan.Fran.Bald.in d.tract.Præſcript.in iiij.parte v.partis princi.q.ij.num.6.hac ratione motus, quòd id in mera facultate conſiſtit.Et de iure inſinuandi, Ange.conſi.clxxix.viſis prædictis inſtrumentis, col.vlt.verſi.ſecundò eſt videndum, & Card.Rui.qui id declarat conſi.xliiij.viſo ac perlecto, col.pen.nume.21.lib.1. De poſtremo, ſcilicet iure petendi executionem, Inno.& Bal.qui id dicit not.dignum, in cap.vlti.de excep.& Caro.Ruin.conſi.lxvij.in cauſa vertente, col.j.lib.5.

*Ius ratificandi.*

*Ius inſinuationis.*

*Ius petẽdi executionem.*

*Ius repræſaliarum.*

41 ¶Item ius repræſaliarum, præſtandi cautionem, collectandi, eligendi, proponẽdi errorem calculi, agendi ad commiſſum ex l.ij.C.de iur.emphyteu.dicendi contractum ſimulatum, atque etiam factum metu & reuerentia patris. Vt de primo reſpondit Angel. conſil.cxcvj. ex dicto themate.col.vlti.poſt prin.& Philip.Deci.d.conſi.cclxvij.vbi ſuprà.& iterum conſi.cclxxij.viſo proceſſu, col.v. De ſecundo Bal.in c.cùm non liceat, col.j.extrà de præſcript.Iaſ.qui id dicit ſingu.in l.huiuſmodi, in prin.col.ij. verſi.an autem.ff.de legat.j.Catel.Cotta, qui & id dicit ſingu.in memor.incipien.iuri præſtandi.& iterum memor legatarius: vbi & alia quædam loca Bald.citat, ſed erranter. De iure collectandi, Corn.conſi.cxlij.videtur prima facie, col.vlt.lib.3. De iure eligendi, Cy.Pet.& Sal.in l.ſi aquam, C.de ſeruit.& aqua. De iure proponendi errorem calculi, glo.in l.calculi.ff.de admi.rer.ad ciuit.perti.& in l.ij.& ibi Bart.& Bal.qui id declarant, C.de iur.fiſc.lib.10.Alex.& Iaſ.in l.j.vterque.col.j.C.de erro.cal.idem Iaſ.conſil.ccx. breuiter, lib.2.vbi & id optimè declarat. De commiſſo, Guid.Pap.deciſio.Delphin.ccccxij. pone. Quod nota ad limitationem l.ij.C.de vectig. & commiſ. vbi ius petendi commiſſum durat tantùm quinquennio: vt & ibi not.Doct.& Bar.in l.commiſſa, ff.de pub.& vectig.vt ſcilicet id procedat in commiſſo ob vectigal non ſolutum: nam huiuſmodi vectigalia non admodum ſunt fauorabilia: illud autem Guid.dictum procedat in aliis commiſsis, procedentibus à iure contractuum, quæ ſunt fauorabiliora. Denique de duobus poſtremis, ſcilicet dicendi contractum ſimulatum, vel factum metu & reuerẽtia patris aut alterius, voluit Bal.d.conſi.clxxxix.punctus quæritur, lib.5.quod nota, quia vix alibi reperies. Et cum his finem huic rei faciam: nam prius annus nos deficeret, quàm omnia horum ſimilia quis poſſet congerere.

*Ius præſtandi cautionem. Ius collectãdi. Ius eligendi. Proponendi errorem. Agendi ad cõmiſſum. Dicendi contractum ſimulatum. Aut factũ metu reuerẽtiali.*

*Si annus ſimpliciter ſtatuitur retractui, à quo tempore incipit currere.*

42 ¶Decimoqvartò quæro, quid ſi conſuetudo noſtra non ſtatuiſſet hunc annum retractus incipere à notificatione, aut aliâs, ſed ſimpliciter pręſtituiſſet annum ad retrahendum, vt eſt in multis regionibus Galliæ & Italiæ: à quo tempore tunc is annus incipit currere? De hoc nuncupatim interrogatus Signo.conſi.lxxxj.in quæſtione vertente inter Nigrum, col.ij.reſpondit ex die venditionis factæ, per l.ſciendum, §.vlti.cum l.ſeq.& l.quòd ſi nolit, §.pen.ff.de ædil.edict.nam cùm lex diſponit de tempore reſpectu actus, incipit tempus currere à die illius actus, niſi alia ſpecialis ratio aliud ſuadeat, l. ait lex, ff.ad leg.Aquil. & l.annus, ff.de calum.& l.mariti, §.ſex menſium, ff.de adul.& l.j.§.dies, ff.de libe.agno. & l. qui duos, §.vlti.ff.de manu.teſta. Ideò (inquit) nec curandum eſt de tempore inſtrumenti, nec de tempore traditionis, per tex.not.in l.alienatum, in princ.ff.de verbo.ſignific. Hæc propè Signo.{Et idem, vt ſcilicet in hac ſpecie currat tempus à die venditionis, nuncupatim voluit Aegid.Belleme. in cap.conſtitutus, col.xij.verſi.ſecunda pars.de reſtit.in integ.per d.l.ſciendum.§.vlt.& l.Prætor, §.annus.& l.qui autem.§.vlti.ff.de his quæ in fraud.credit. Sed poſteà, videlicet verſicu.tertiò dico, id intelligit, ſi traditio facta fuerit.} Tu autem hîc vide, quæ ſcripſi ſuprà, §.j.glo.ij.in verbo, *a vendu*, num.43.quid autem ſi quis, & multis ſequen.& iterum in gloſſ.x.in verbo, *dedans l'an*, num.112.vigeſimò quæro.& quæ dicam infrà, tit.ſeq.§.j.glo.ij.in verbo, *à tel temps*, nu.65.cæterùm & hîc.{& iterum in §.ij.nu.16.nonò quod per textum.}

*Quid ſi actuarius, cui hæc notificatio facta eſt, nõ eam ſcribit in actis.*

43 ¶Decimoqvintò, quid ſi emptor notificauit notario actorum, quem nos vulgò grapharium vocamus, ſed is in actis non ſcripſit, vt hîc fieri præcipitur, vel colluſione, vel incuria, vel obliuione ipſius notarij, aut aliâs? Cùm hæc ſpecies ex facto contigiſſet, alij dicebant tempus cucurriſſe ab eo tempore, quo notificatio facta fuiſſet, de qua conſtabat renuntiatio-

ne notarij,quam ſuper inſtrumento venditionis , vt fieri aſſolet,poſuerat, etiam ſi ea in acta ipſius notarij non fuiſſet relata : quoniam emptor feciſſet quod in ſe erat, nec ei imputanda erat malitia,error,aut negligentia notarij,qui id omiſiſſet,quod facere debuerat. Ego contrà iudicaui. Nam conſuetudo vt currat id tempus,requirit eam notificationem in actis fieri atque inſeri,cùm dicitur, *& à ceſte fin ſera tenu le greffier faire regiſtre de ladicte notification.* Quin & ſi ea verba deeſſent,tamen id ſatis declaratur ex verbis præcedentibus,cùm dicitur,*l'acquiſition ſera notifiee au greffe de la iuriſdiction,&c.*quod non aliud eſt,quàm ſi diceret,apud acta.Ea enim ſunt id,quòd vulgò vocamus *le greffe*,nō ipſe notarius.Aliud eſt enim *le greffe*,aliud *le greffier:* ſicuti aliud eſt inſtrumētum,aliud notarius,qui id confecit:& id clarius eſt, quàm vt diutius ei immorari debeamus. Et aliàs de Iure communi inſinuationes & cæteræ notificationes fieri præcipiuntur non actuariis ſiue graphariis : ſed actis id fieri neceſſe eſt, vt l.donationes quas parentes,ibi,actis fuerint intimatæ,& iterum l.minoribus,ibi,actorum teſtificatione,rurſumque l.cùm multæ,ibi,inſinuare autem actis interuenientibus,C.de donat. ante nupt.& l. donatio,ad fin.ibi,actis etiam adnectendis,C.de donat. & l.lata , ſic enim legendum eſt, non data,ibi,actorum teſtificatione , & rurſus ibi , actorum confectione , atque etiam ibi , apud acta conficiendis, eod.titu.& l.in donationibus,in princip.ibi,actis inſinuantur, eodem quoque titu.

44 *De eadem re.*

¶Sed quod apertiſsimum eſt,cur, ſi Diuis placet, hæc notificatio præcipitur fieri apud acta? niſi vt per huiuſmodi notificationem res inuulgetur,pateſiat,innoteſcat, & veluti in propatulo &publico ponatur,atque ſic conſanguineis obuia,expoſitaq; præbeatur,quantò id commodius fieri poteſt. nam id denuntiare ſingulis priuatim conſanguineis , vix poſsibile eſt: cùm omnium propè conſanguinitas magna ſit, & veluti ciuitas quædam, teſte Ariſtotele,& eius autoritate Bald.noſtro conſi.50.in primis,col.ij.lib.4.Quid igitur iuuat denuntiare ſiue notificare notario tantùm niſi in acta referatur?Acta enim ſunt quæ rem detegunt, & notoriam,vt noſtri loquuntur,& manifeſtam faciunt,c.vlti.& ibi plenè not. extrà de cohab.cler.& muli.& cap.cùm olim,de verb.ſigni.Inno.in c.ex inſinuatione,in fi. & ibi quoque Hoſti.ante fin.Panor.Card.Alex.& Deci.qui concord.affert & optimè declarat,extra de appel.{ Rom.in l.ſi duo ſint,col.vlt.ff.de acqui.hære.} & Docto.vbique.Et idem ſimpliciter de ſcriptura dicit Bald.in l.generali,in vlti.nota.C.de ſacroſanct.eccleſ. Non autem ſola notarij ſcientia id efficit,vt videre eſt omnibus : neque enim vnius aut alterius cuiuſcunque ſcientia rem quampiam publicam facit,vt probat tex.in l.ſed & ſi.§.proſcribere,ibi, cùm multi legerent,ff.de inſtito.act.& vt dicit Franc.Aret.conſi.cx.clariſsimè,col.iiij.verſi.tertiò dicit,publicum dici non poteſt,niſi quod ſcitur à maiori parte populi,per glo.in l.ſi tutor,C.de peric.tuto.

*Acta notoriũ faciunt.*

45 *De eadem re.*

¶Propterea ſi id notarius omiſerit in acta referre , notificatio ei facta inutilis eſt & inefficax, quantuncunque emptor fecerit quod in ſe erat : vt in ſimili dicitur in d.l. ſed & ſi,§.proſcriptum verſi.proinde,ff.de inſtit.acti. Ideoq; Martin. Sulimanus ille Ioan.Andr. præceptor in legibus eiuſq; autoritate Cy.& poſt alios Bald.Ang.Sal.Raph.Alex.& Philip.Corn. in l.ambiguitates.C.de teſtam.ſcripſerunt,quòd ſi ſtatuto caueatur , vt cùm aliquis eſt bannitus,debeat eius bannum in actis communibus inſcribi à tabellione eorum actorum. Si tabellio id omiſerit ſcribere,vitiatur bannum.& idem quoque voluit ipſe Bald.in l.vlti.in fin.prin.C.de tempo.appel.& in l.Imperator,ad fin.ff.de ſtatu homi.in priore lect.Ange.& Imo.in l.j.§.vlti. ff.de hære.inſtit. Nam & aliàs id perpetuum eſt, vt error vel imperitia notarij circa actus ſolennitatem,formam,vel ſubſtantiam , actum ipſum vitiet, etiam in præiudicium partium:vt dicit glo.in d.l.ambiguitates,in verbo,nō ex mente.& ibi omnes ſcribentes. Et idem de nuntio voluit gloſſ.not.in clem.ij.in fin.vt lit.penden.quòd cùm,vt dicatur lis pendêre , à iudice competente emanauit citatio ita certa,vt pars ex ea plene inſtrui poſsit,ſuper quibus in iudicio conuenitur,eaq; talis ad partem ipſam peruenerit:ſi iudex in ſua citatione hæc ſufficienter expreſſerit,nuntius verò non ſufficienter parti inſinuarit , nihil actum eſt vt lis pendêre dicatur. Et eam ibi ſequuntur Paul.Eleaz.Imol.colum.vlti.& Cardin.Flor.in vj.quæſt. Imò verò vt idem Cardi.in ſeq.quæſt. ſcribit poſt Lapum ibi, non ſatis eſſet iudicem ſufficienter expreſsiſſe,& nuntium ſufficienter parti intimaſſe,niſi & id in acta redactum eſſet , per multa ibi allegata,quod proximè accedit ad hunc noſtrũ caſum , quanquàm in illis caſibus poſſet videri nihil parti imputandum eſſe.

46 *De eadem re.*

¶Quanquàm & illud quoque dici poteſt, hîc imputandum eſſe emptori,quòd notariũ non interpellauit,requiſiuit,ſolicitauit,& ſi noluiſſet,coëgit per iudicem, vt ſuam ipſius notificationem in acta referret,argu.l.j.§.prætermittere autem,verſi.quid ergo,ff.ſi quis omiſ.cau.teſt. & quod in ſimili dicit Franc.Aret.poſt alios in l.rei iudicatæ,§.ſocero,col.ij.in fi.ff.ſolu.matr. Nam & Bart.quoque in l.admonendi, col.vj.verſic. quæro quid ſi in inſtrumento,ff.de iureiurand.dicit, quòd ſi inſtrumentum non ſit confectum cum legitimis ſolennitatibus , fidem non facit:& eſt imputandum parti,cur nō egit aduerſus notarium , vt ſibi ipſum legitimum conficeret,arg.l.veluti,ff.de eden. Hæc ibi. Agat igitur hic emptor contra notarium, qui eam inſcriptionem non fecit,in id quod intereſt ipſius.Nihil enim eſt hîc ex parte conſanguinei, quod ei imputari poſsit. Quid igitur cauſæ eſt, vt ei currat tempus , ſi id factum non fuit, quod



quod ex forma conſuetudinis fieri debuit,vt tempus curreret ? Igitur in illa ſpecie cùm primus iudex repuliſſet conſanguineum à retractu , reſeruata illi aduerſus notarium actione, vnde ipſe conſanguineus ad nos prouocaſſet, diximus malè iudicatum , conſanguineumq; fore admittendum,reſeruata è diuerſo emptori actione contra notarium,& ſuis notario defenſionibus reſeruatis. Poſteà autem comperi in hac expreſsim ſententia fuiſſe Arn. Ferronum in conſuetud.Burdigal.hoc titu.de retractu,§.xiij.col.ij.

47 ¶Quod tamen intelligendum eſt, niſi ſi dolo & calliditate conſanguinei id factum eſſet , vt notarius eam notificationē in actis non inſcripſiſſet,ne ſcilicet tempus ei curreret:tunc enim perinde habendum erit,ac ſi inſcripta fuiſſet,quantùm ad eum pertinet , vt de præſentatione mandati apoſtolici voluit gloſ.in c.ſi cap.in verbo,factam,in princi.de conceſ.præb.lib.6.arg. eius quod de citatione ſcribitur in cap.quoniam,§.porrò,extrà vt lite non conteſt. cum aliis multis ſimilibus à me traditis ſuprà hoc eodem titu.§.ij.glo.j.num.8. quid autem ſi cùm emptor,& ſequen.& rurſus in §.xv.in verbo,*depuis la litiſconteſtation,* quæ eſt glo.ij.num.7. idque perpetuum eſt.Nec abs re verò ſuprà diximus,quantùm ad eum pertinet,cuius dolo aut calliditate id factum eſt. Neque enim,quantùm ad alios,pro facto haberetur,l.ſi oleum, in prin. & ibi Bald.ff.de dolo malo.

*Quid, ſi dolo conſanguinei id omiſſum fuerit.*

48 ¶Decimosexto quæro: aliquis rem immobilem comparauit non contractu venditionis,aut æquipollenti venditioni , vt ex inſtrumento apparet, ideò non ſubiecto retractui,vt plenè dictum eſt ſuprà eod.tit.§.j.in verbo, *ou equipollent à vente* , tamen illum ipſum contractum apud acta notificat. Poſteà autem conſanguineo eius qui alienauit , venienti ad retractum opponit hunc contractum non eſſe obnoxium retractui : conſanguineus autem negat illum eſſe audiendum,cùm per notificationem contrarium confeſſus fuiſſe videatur.ad quid enim eam fecit (inquit) niſi vt tempore excluderet conſanguineos ? Is autem qui comparauit, dicit ſe eam feciſſe ad alium finem : ( neque enim ſic vereor loqui cum Tullio in vij. in Verrem actione·Piratam viuum tenuiſti,quem ad finem?) aut,vt redeam,dicit ſe eam notificationem feciſſe ad abundantem cautelam,quæ ei nocere non debet,l.teſtamentum,C. de teſtam.& l.pen.C.de euict. Et hunc quidem caſum aliquando euenire vidimus.

*An notificatio contractus nō ſubiecti retractui liget ad retractum.*

*Ad hunc finē.*

49 ¶Et certè ſi hæc notificatio ad alium finem veriſimilem aut probabilem , & non ſuperuacaneum fieri potuit : haud dubiè ea non adſtringet notificantem ad agnoſcendum retractum: per id quod in ſimili voluerunt Hoſt.& Ioan.And.in c.ſignificauerunt,vterque in verbo,infrà decem dies , extrà de teſtib. quòd tum demum per ſolutionem quis videtur acquieuiſſe, ſecundum l.ad ſolutionem,C.de re iudi.cùm alia coniectura capi non poteſt,cur idipſum ſecerit,niſi vt acquieſceret,vti eos refert,& ſequitur Imol.conſi.cxliiij.cepit,ſtatim poſt princip. Vti etiam dicimus non præſumi donationem,ſi alia coniectura,aut præſumptio, aut occaſio capi poſsit,l.ſi cùm aurum,& ibi Bart.ff.de ſolu.cum multis concord.à me collectis in commentariis ad l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.169. vnde ſi poſsit. Et idem de renuntiatione dicunt Hoſt.Io.And.& Anto.in c.accedentibus,extrà de priuileg. cum ſimilibus quoque à me collectis in eodem opere in præfat.nu.129.hinc dicunt.

*De eadem re.*

*Soluens quando acquieſcere uideatur.*

50 ¶Sed quibus addere potes Philip.Dec.conſi.cccviij.in caſu ad nos tranſmiſſo,col.vlt.in prin. & iterum conſi.ccclxxiiij.in caſu propoſito,col.ij.verſi. & hoc idem. Et quod etiam reſpondit Petr.Ancha.conſi.cvj.dubitatur,poſt princ.quòd pater conſentiens donationi cauſa mortis factæ à filio,nō cenſetur renuntiare vſumfructum,quem habebat in re donata, ſi ob aliud quàm ob huiuſmodi renuntiationem hic conſenſus accommodatus cenſeri poteſt , id eſt, ſi conſenſus aliud poſsit operari,quàm renuntiationem:per multa illic allegata, quæ tu videre poteris.Et in hæc,vt id prætereà intelligas,ſufficit leuiſsima quæque occaſio,vt dicit Bald.in l.vlti.col.iij.verſic.ibi fortunam,C.de dotis promiſ.& in l.j.C.ad Senatuſconſul.Trebel. cum aliis quoque ſimil.quæ tibi congeſsi in illo priori loco. Ideò, vt hoc caput concludam, nec hic cenſetur ſibi notificans in hac re præiudicare,ſi poſsit eſſe alia occaſio, vel leuiſsima,huius notificationis faciendæ.

*De eadem re.*

51 ¶Quòd ſi nulla alia coniectura aut cauſa ſiue occaſio appareat , ideoq; hæc notificatio eſſet omnino ſuperuacua,ſuperflua,& vt ita dixerim,fruſtranea,niſi ad id facta cenſeatur,quod in noſtra hac conſuetudine ſtatuitur,vt ſcilicet curreret tempus retractus conſanguineis,ideoq; notificans videatur fateri locum eſſe retractui,& ad eum agnoſcēdum ſe adſtrinxiſſe:& tunc multùm refert,an ipſe contractus eſt aliàs ſuſpectus de ſimulatione,fraude,& circunuentione retractus : & tunc non dubitarim hanc notificationem magnum adiicere momentum & cumulum ad præſumendam eam fraudem & ſimulationem: tanquam ſcilicet eam fecerit conſcius eius fraudis:aut vt ſemper & in omni caſu,ſi fortè ea fraus poſteà detegeretur,excluderet,repelleretq; conſanguineos lapſu anni à tempore notificationis. nam in prohibitis ac ſuſpectis huiuſmodi abūdantes cautelæ nocent,adaugentq; ſuſpicionem:vt dicunt Bal.& Pau. Caſtr.in d.l.teſtamentum,C.de teſtamen.& idem Bal.in d.l.pen.de euict.& dicemus latius tit. ſequen.in præfat.num.17.quod confirmari poteſt.

*De eadem re.*

52 ¶Verùm ſi aliter contractus non eſt ſuſpectus, ſed omnimodo citraq; omnem ſuſpicionem conſtat eum eſſe vel permutationis,vel donationis ſimplicis,aut alterius , qui non ſubiacet

*De eadem re.*

retractui:& tunc dubium eſt,an ea notificatio,præſertim ſi facta fuerit ſine proteſtatione,notificantem obliget,& adſtringat ad retractum. nam ſi proteſtatus fuerit in contrarium, videretur nullum ſibi præiudicium feciſſe,l.Neſennius,ibi, quid enim ſi etiam proteſtata eſt,ff.de negot.geſt.& melius in l.j.§.quemadmodum,in fin.cùm dicitur,maximè ſi miſſurus idipſum proteſtatur,ff.de libe.agn. Sed & ille text.in eo quod dicit,maximè,præſtat argum. etiam ſine proteſtatione eam notificationem ſimplicem non facere præiudiciũ, vt per eam cogatur notificans agnoſcere retractum:non magis quàm is qui in eo tex.miſit cuſtodes etiam ſine proteſtatione,agnoſcere filium,vt etiam declarat Barto.ibi. Et vide text.qui ad id nonnihil facit in l.forma,§.vlti.ff.de cenſibus.

*De eadem re.*

53 ¶Scio tamen Alex.conſi.lxiij.in cauſa & lite,col.ij.verſi.inſuper moueor,lib.7. loquentem in caſu ſtatuti huius noſtræ conſuetudinis ſimilis, reſpondiſſe contrahentem, qui ſimilem denuntiationem facit, obligare ſe conſanguineis ad reuendendum reſtituto ſibi pretio : per id quod in ſimili notat,vt ipſe dicit Barto.in l.locatio,in princ.verſi.quæro aliquis,ff.de public.& vectig.& in l.ſi tempora,C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſca.lib.10.& quod in ſimili habetur,in l.qua ratione,§.vlti.ff.de acquir.rer.dom.& in l.j.ff.furti aduerſ.nau.caupo. Sed in caſu ipſius Alex. liquidò apparebat huiuſmodi denuntiationem propter conſanguineos fuiſſe factam. Ideò non trahendum eſt id ad caſus dubios. Et hîc tutius eſſet impetrare gratiam huius notificationis à Principe, ex moribus huius noſtræ Galliæ:præſertim ſi contractus, tanquam emptionis,fuerit notificatus.

*An hæc notificatio poßit fieri die dominico.*

*In iudicio fieri non dicuntur, quæ fiunt apud actuariũ abſente iudice.*

54 ¶Decimoseptimò, an huiuſmodi notificatio poſsit fieri die dominico, aut alio diuis ſacro? Quod non videtur,cùm hic actus fieri præcipiatur apud acta,veluti pertineat ad iudicia,quæ hiſce diebus ceſſare debent,l.vlti.C.de feri.& cap.vltim.extrà eod.titu.& plenè not. à noſtratibus in l.j.§.nuntiatio,ff.de oper.nou.nuntia. Ego verò aliter cenſeo, quia quæ fiunt apud acta præſente actuario,ſed abſente iudice,non dicuntur fieri in iudicio, ex ſententia gl. loquentis de confeſsione,in l.iubemus,quæ eſt penul.C.de libe.cauſ.quam ſequuntur Alber.& Bald.qui eam dicit ſingu.& Sal.ibi,& idem Bal.in l.penult.col.j.in ij.not.C.de fideiuſ.& in addit.Specu.tit.de confeſ.parte ij.§.j.col.vlt.verſicu.confeſsio iſta debet.& ipſe Alber.in l.ſi ſine,§.j.ff.de interrog.acti.& in l.hac conſultiſsima,§.vlti.in fin.C.de teſta.{Bald.qui id declarat conſil.cclxj. quidam Laurentius,verſicu.ſecundò vtrùm dicta ceſsio.} Angel. qui alia allegat, conſi.cxcvj.ex themate,colum.j.ad fin.& Alexan.dum eam glo.ſimpliciter allegat,in additio. Barto.in l.j.colum.j.C.de confeſ.& in l.ſi confeſſus,in magna additio.col.j.ff.de cuſto.reo. Et facit text.in l.adoptio,C.de adop.& quod tradit Innocen.in cap.quoniam,col.j. in verbo,publicam.extrà de teſtib.quòd non creditur actuario.de confeſsione,partis facta abſente iudice, niſi vt dicit Alber.in d.l.ſi ſine,§.j. & iterum in l.toties,colum.vlti.ff.de interrog.actio. id fiat mandato iudicis.

*Nec quæ corã iudice,niſi facta ſint in forma iudicij.*

55 ¶Imò verò & quæ facta ſunt coram iudice, & apud acta quidem illa, ſed non in forma ſiue figura iudicij,vim iudicij ſiue actus iudiciarij non obtinent:vt probat tex. in l.interrogatam, & ibi glo.Bal.& Sal.C.de lib.cau.& glo.in l.cùm ſcimus,in verbo,confeſsionibus, & ibi Bart. ante fi.C.de agri.& cenſi.lib.11.Alber.in l.non eſt omnino,ff.de manu.vindi. & in d.l.j.col.iij. verſi.ſecundò quæro,C.de confeſ.& in l.certum,§.ſi quis abſente,col.j.ff.eo.vbi tamen diſtinguit Bal.in l.cùm mulier,col.iij.in xj.oppo.ff.ſolu.matr.Rom.conſi.viij.viſo facto,verſi.ſecundum.& Barb.conſi.liiij.præclarè,col.x.nu.24.lib.2.Et facit,quod ſcribit Bald.in authen.ſi qua mulier,col.ij.verſi.pone ergo quòd vir,& ibi etiam Sal.C.ad ſenatuſcon.Velleian.Igitur cùm hæc notificatio fiat præſente actuario tantùm,& iudice abſente, nec ſi eo præſente fieret,non eſſet tamen in forma iudicij : conſequens eſt vt hæc notificatio non habenda ſit pro actu iudiciario, qui prohibeatur fieri hiſce feſtis diebus. Et quia etiam actus quoque iudiciarij in mero facto conſiſtentes,& qui non requirunt cauſæ cognitionem, poſſunt fieri & in acta referri illis ipſis diebus,l.actus,C.de feri.& not.in d.§.nuntiatio. Cæterùm Matth.Afflict. in tractatu πρωτομίξεως, in verbo,vt intra xxx.dies,col.iiij.verſi.item quæro quo tempore,tenet eam denuntiationem, quæ ex ea conſtitu.Proto. fieri debet iis quibus id ius competit, poſſe fieri huiuſmodi diebus. Et vide quæ dicam infrà in fi.huius tit.in xv.quæſt.

*Si emptor teſtato conuenit conſanguineũ, & ei emptionem notificauit,an id ſatis ſit.*

56 ¶Decimooctavò quæro,ſuprà in xj.quæſt.huius gloſ.tractauimus,vtrùm ſatis ſit conſanguineum reſciuiſſe venditionẽ ſine iſta notificatione,vt ei currat tempus anni:ſed de hac re ita locuti ſumus, vt facilè intelligeres nos de ſimplici ſcientia conſanguinei intellexiſſe. Quæro igitur,ſi emptor teſtatò conuenit conſanguineum, eique ex profeſſo atque ſolenniter denuntiauit emptionem,adhibitis ſcilicet notariis & teſtibus, qui eius rei fidem facerent: an tunc ei conſanguineo ſine hac publica & actuaria denuntiatione currat annus retractus à tempore illius denuntiationis priuatæ? Nihil enim quantùm ad eum pertinet,inter vtranque intereſt,vt apertiſsimè probat text.in l.ſed & ſi pupillus,§.de quo palam, qui eſt j.& ſeq.iuncto §.item ſi plures,ff.de inſtit.actio. nam primo loco fit mentio de præſcriptione quapiam, quæ palam à domino tabernæ fieri iubetur, eiuſq; illic forma deſcribitur. At in poſteriore loco declaratur ſatis eſſe,ſi cui priuatim denuntiatum fuerit, quantùm ad eum etiam priuatim pertinet,vt ſcilicet eum huiuſmodi denuntiatio teneat.

¶Imò



*De eadem re.*

*Priuata denuntiatio magis afficit.*

*Ignorantia rerum publicarum ex multis cauſis eſt probabilis.*

57 ¶Imò hæc priuata denuntiatio magis afficit, quàm publica:nec is vnquã poteſt huius ignorantiam prætendere:illius ſæpe poteſt, vel ob abſentiam ſiue diſtantiam eius loci,in quo hæc acta conficiuntur,cap.vlti.& ibi glo.in verbo,non potuit,& Panor.in iij.notab.extrà qui mat. accuſ.poſſ.& gloſ.in cap.qui & humanis,xij.quæſt.ij.Bald.in l.planè,quam legit cum §. tutorem,l.tutor petitus,per eum tex.ff.de excuſ.tuto.& in cap.quoniam,§.porrò, extrà vt lit. non conteſta.per text.quem dicit ſingu.in l.vlti.ff.de decre.ab ord.faci.& Docto. ſæpe. Aut etiam propter diuturnum morbum præſentis in ciuitate,ex ſententia Bart.Ro. & Recentiorum in l.is poteſt,ff.de acquir.hæred.cum aliis multis adductis à Barba.conſil.xvij.à Ioue,col.ij.lib.3. Aut ob alia multa,quæ impedimento ſunt,ne etiam publica ſciantur. ex quo & illud ſcriptũ eſt,vocem præconis paucis innoteſcere,authen.qui ſemel,C.quomodo & quãdo iudex:propterea cùm aduerſarius certus eſt,opus eſt illum ſpeciatim priuatimq; citari:nec ſatis eſſe generatim & per edicta publica,vt not.in l.j.& authen.ibi poſita,C.ſi minor ſe ab hæred.abſt. & in d.c.vlti.qui matri.accuſ.poſſ.& in clemen.j.de iudic.cum ſimil. Et hinc quoque fit,vt quæ publicè proponuntur,non in vno tantùm loco,ſed vbique per totam ciuitatem proponi debeant,vt omnes teneant.Archid.in c.quod dicitis,xvj.diſtin. Bald.in cap.1.col.iiij.verſic. quæro vbi quis citatur,titu.de mil.vaſal.qui contu.eſt.Franc.Aret.conſi.cvj.clariſsimè,col.penult. verſicu.ſecundò non conſiderat. Conſtat autem acta iudiciorum in vno tantùm loco eſſe, nec ea aliter publicè proponi. Ideò videmus multa in iudicum acta referri,quæ ab omnibus propè ignorantibus.

*De eadem re.*

*Forma ad adimplere poßit æquipollente aut uberiore.*

58 ¶Et ſanè ſi denuntiatio,quæ à noſtra conſuetudine requiritur,non eſſet de forma,facilè concederem hanc priuatam denuntiationem ſatis eſſe. Sed quia diximus ſuprà num.29.ego verò,eam eſſe de forma, non modicum dubium eſt, an eius forma expreſſa poſsit adimpleri alia æquipollente:non poſſe enim affirmat gloſ.in clem.j.in verbo,tertiò, de vi.& hone.cleri. Barto.in l.non ſunt liberi,ff.de ſtatu homi.& plerique alij, quos tibi congeſsit Alexand.in l.j. colum.vlti.ff.de liber.& poſthu.& Felin.in cap.cùm dilecta,col.xvij.verſic.amplia vndecimò, & ſequen.extrà de reſcriptis,& alibi ( ni fallor ) in hoc opere tradidimus. Imò nec vberiore pinguioreq; ac vtiliore forma videtur impleri poſſe,vt de mandato probatur in l.ſi quis pro eo,ff.manda.& in cap.cui non de ſacerdotali,§.ſimiliter, & §.vlti.de præben.lib.6. quod & ex externis adſtruit, & multis exemplis & teſtimoniis confirmat Aulus Gellius libr. Noctium Atticarum 1.cap.13. Et id quoque cæteris in rebus procedere probat text in l. ſi pupillorum, §.ſi Prætor,ff.de reb.eo.qui text.loquitur de ſententia ſiue decreto. & eum text. ad hoc dicit ſingu.Roma.ſingul.ccxvj.an in decreto. Et id quoque aliis fulcit Felin.in d.cap.cùm dilecta, colum.xij.verſic.amplia quartò.

*De eodem.*

59 ¶Sed hæc certè non ſunt perpetua:quandoquidem ſæpe conceſſum eſt aliquid facere vtilius, quàm mandatum eſt,aut ſtatutum, ad vtilitatem ſcilicet eius,ob quam id fit, & vt ei magis expedit,vt patet ex l.ſi quis mihi bona,§.ſed ſi mandauit,ibi,quòd ſi ex parte,& ibi Bal.Imo. {Roma.} Alex.qui eum §.legit cum §.ſi coram,& cæteri Recentiores,ff.de acquir.hære.& l.ſicut,§.ſed ſi permiſerit,verſi.in contrarium,ff.quib.mod.pign.vel hyp.ſol.& l. diligenter,§.vlt. ff.manda.& l.j.denique,§.ſi mandauero,ff.eo.tit.& l.rogatus,eod.quoque titu. & voluit etiam Signo.conſi.xvij.ſtatuto communis,col.ij.& Pau.Caſt.conſi.iiij.circa primũ, col.ij.lib.1. Alex. in l.ſi quis puberem,col.ij.verſic.ſed ad illud,C.de iure delib. vbi ex eo text.dicit ſatis eſſe,vt mandatũ in pinguiori forma impleatur.& Iaſ.in l.qui quartam,§.j.ff.de leg.j.& in l.j.§.ſi ſtipulanti,col.ij.verſi.ſed ad iſtum,ff.de verb.oblig.vbi ex illo text.dicit, eum in forma adimplere, qui pinguius adimplet.& in l.ſi procurator,col.j.verſi.collige,C.de procu.vbi eum text. dicit not.& latè diximus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,nu.48.denique id etiam. Et faciunt etiam,quæ ſcripta ſunt à D.à Rot.deciſi.dlxij.Papæ ſupplicat,in antiquis,& deci.dlxxxij.quidam obtinuit,etiam in antiquis,quæ repetitur inter deciſ.Bernar.Biſgueti tit. de præben.c.19. eiuſdem initij. Ex ſuprà dictis autem liquidò conſtat,hanc denuntiationem fieri conſanguineorum gratia,vtiliuſq; illis eſſe,ſi ipſis priuatim fiat,quàm apud acta.

*De eodem.*

60 ¶Sed aduerte tamen,quia Lancel.Gal.vir certè non contemnendæ inter Recentiores autoritatis,in d.§.ſi ſtipulanti,col.j. dicit id quod Iaſon ex eo text.aſſumit, eſſe contra text.eiuſdem l.j.§.ſi quis ſimpliciter,de verbor.obligat. vbi qui reſpondet purè vel in breuius tempus,cùm eſſet interrogatus ſub conditione vel in longius tempus,reſpondet pinguius,vtilius,commodius,& tamen non dicitur adimplere interrogationem in forma, ita vt nõ obliget huiuſmodi ſtipulatio. Et dicit Bal.in l.vlti.colum.ij.C.de ſuis & legib. quòd formæ nihil addi,aut detrahi poteſt,& tamen addendo fit pinguius. Nec obſt. (ait) d.§.ſed ſi mandauit,quo maximè innituntur ij, qui contrariam ſententiam ſequuntur.Nam loquitur de mandato priuati hominis,quod per æquipollens poteſt adimpleri,l.vlt.§.vlti.ff.manda.Alexan.in l.iij.in ij.not.ff. ſolu.matri. Hæc ille, qui & alia quoque addit:nec tamen hîc aliter meum iudicium interpono,ne ex duobus præcipuis amicis noſtris de hac re contendentibus,alterum noſtræ ſententiæ lædam præiudicio.

# DE LA IVRISDICTION, EN LAQVELLE L'HERITAGE ACQVIS EST ASSIS,

# IVRISDICTIONIS IN QVA SITVM EST HAEREDIVM QVAESITVM, GLO. III.

1 *Si ſint plures res diuerſarũ iuriſdictionũ, ubi notificatio fieri debet.*

QVID ſi plures res venditæ ſunt vno contractu & pretio, quæ ſunt diuerſarum iuriſdictionum: an in omnibus neceſſe ſit hanc notificationem facere, an verò ſatis erit, in aliquibus, & in quibus? Qua in re ſtatim videri poſſet in omnibus eam faciendam eſſe, per l. de pupillo, §. ſi in pluribus, ff. de oper. no. nunti. vbi ſi in pluribus locis opus fiat, non vna nuntiatio ſufficit, ſed plures ſunt neceſſariæ. Ex quo not. Bal. quòd quot ſunt res, tot poſſeſsiones, & tot actus corporei requiruntur. Vnde licet (inquit) Prælatus adipiſcatur poſſeſsionem ſpiritualem, non ſequitur, quòd ſit adeptus corporalem. De quo tamen ſubdit eſſe dicendum, vt in l. iij. §. j. & ibi not. per Bart. ff. de acqui. poſſeſ. Alibi autem dicitur tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt res, etiam eodem verborum contextu eadem oratione compræhenſæ, l. ſcire debemus, in prin. & §. j. & ibi not. ff. de verb. oblig.

2 *De eadem re. Appræhenſa poſſeßione unius, an omniũ appræhendatur, uide nu. 3. & 11.*

¶Quin & ſi plures res eodem contractu venduntur, per appræhenſionem poſſeſsionis vnius ex his, non apprehenditur aliorum, l. j. §. veteres, cum gloſ. in verbo, per vnum reliquorum, ff. de acquir. poſſeſ. & l. prædia, eod. titu. & voluit glo. in d. l. iij. in verbo, quamlibet, ff. eod. titu. & Spec. qui loquitur de poſſeſsione vnius rei ex multis tradita ab executore ſentẽtiæ ſiue nuntio publico, vt cæterarum eiuſdem ſententiæ tradita non cenſeatur, titu. de primo & ſecundo decreto, §. iam de effectu, in princ. Dy. in c. 1. in iiij. quæſt. de regu. iur. lib. 6. Alberi. in d. l. de pupillo, §. ſi in pluribus, poſt princ. ff. de nou. oper. nuntia. Bald. in l. ij. col. ix. verſicu. ſuper tertio puncto, C. de ſeruit. & aqua. Sali. & Ange. in l. licet, ille colum. vlti. hic circa medium, C. de acquiren. poſſeſs. Panor. in c. cùm aliquibus, colum. ij. verſicu. vlterius quæro, extrà de re iudic. vbi & illud dicit de nuntio publico.

3 *De eadem re.*

¶Quod & procedit (ne illud per incuriam omiſerim) non ſolùm quando ſunt plures res omnino diſtinctæ & ſeparatæ, ſed etiam cùm omnes continentur ſub vniuerſitate vnius cuiuſpiam iuris, quod hinc videre licet, quòd appræhenſa poſſeſsione vnius rei hęreditariæ, cæterarum rerum eiuſdem hæreditatis non ſit appræhenſa: vt nuncupatim voluit Inno. in c. in præſentia, col. j. extrà de proba. Alber. in l. de his. C. de furt. & Bart. in d. l. iij. in prin. col. ij. verſi. quid in rebus, & ibi etiam Soci. & Iaſ. ff. de acqui. hære. & idem Soc. in d. l. j. §. veteres, paulò ante fin. eod. titu. & Sali. in d. l. licet, ad medium, C. eod. quoque titu. Petr. Anch. in d. c. 1. de regu. iur. lib. 6. {Roma. ſubobſcurè in l. eum qui, col. ij. verſic. quid autem in hærede, ff. ad S. C. Treb. dum allegat l. cùm hæredes, in prin. de acquir. vel amit. poſſ.} Zaſius in epitome feudo. in vj. parte chart. eiuſdem iij. Et faciunt etiam ſcripta in ſimili à Bal. in c. 1. col. ij. 3. & 4. tit. de capit. qui cur. vend. & in cap. 1. §. ad hoc, colum. iij. verſi. quærit etiam, titu. de pace iur. fir. Ex quibus poſſet videri, vt ſi hæreditas fuerit vno pretio vendita, debeat notificatio fieri in omnibus iuriſdictionibus rerum hæreditariarum.

4 *De eadem re. Quid ſi omniũ rerum ſit caput quodpiam.*

¶Ego tamen arbitror, in multis rebus venditis vno contractu & pretio, ſi ſit caſtrum aut domus, cuius cæteræ res ſunt tanquam appendices, & vt cum noſtris loquar, pertinentiæ: neque enim (vt id ſcias) iuriſdictio ſiue homagium facit pertinentias, ſed deſtinatio & vſus patrisfamilias, vt no. in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt teſtamentum, ff. de lega. j. & in l. prædiis, §. qui domum, ff. de legat. iij. & in l. quæſitum eſt, §. ſi quis eodem, ff. de fun. inſtru. & inſtr. lega. & per Can. in cap. cùm ad ſedem, extrà de reſtitu. ſpol. & aliis locis à nobis copioſè deſignatis ſuprà titu. ix. §. xxxiiij. qui eſt cxxiij. omnium noſtrarum conſuetud. Si igitur ſit locus principalis, cuius reliquæ res ſunt ex pertinentiis illius, ſubque eius nomine & appellatione compręhendi ſunt ſolitæ, ſatis erit hanc denuntiationem fieri apud acta iuriſdictionis eius loci, arg. l. Caius, §. Titius, ff. de leg. ij. & d. l. prædiis, §. Titio, ff. de legat. iij. & quod de appræhenſione poſſeſsionis caſtri no. Inno. & alij in c. in literis, extrà de reſti. ſpo. & idem Bart. Ang. Imo. Fran. Are. Soci. & alij Recentiores in d. l. iij. ff. de acqui. poſ. Bald. in c. cùm in cunctis, col. ij. verſi. venio ad verum. extrà de elect. Sali. in d. l. licet, in fi.

5 *De eadem re.*

¶Et quod præterea à noſtris dicitur, eum eſſe in poſſeſsione ſacerdotij, aut, vt vocamus, beneficij, qui locum ipſius principalem, id eſt, eccleſiam, vt & ipſi vocamus, poſſidet: non qui alias res eiuſdem: vt voluerunt Guli. Cu. Albe. & Bald. qui id dicit not. in l. j. per eum text. ff. de offic. præfe. Auguſta. & Petr. Ancha. in d. c. 1. col. vlti. de reg. iur. lib. 6. & Philip. Franc. in cap. commiſſa, in princ. col. ij. verſic. adde prædictis, de elect. lib. 6. Nam & aliàs (vt veniam ad noſtrum caſum) id eſt, ſi aliter diceremus, vide quid hinc ſequeretur: nempe quòd ſi venderetur caſtrum cum ſuis pertinentiis, non venirent pertinentiæ, quæ eſſent alterius iuriſdictionis, quàm caſtrum ipſum: quod nemo vnquam dixerit, per ea quæ ſuprà dicta ſunt. Si igitur pertinentiæ alterius iuriſdictionis veniunt in venditione caſtri, ſimiliter veniunt in notificatione ipſius venditionis eiuſdem caſtri, quia ipſa notificatio fit ob venditionem, & eſt ipſius ſequela. Præſertim, quia ſatisfactum eſt cauſæ, ob quam fit ea notificatio, vt ſcilicet venditio innoteſcere poſſit conſanguineis.

¶At ſi



*Quid ſi maior pars ſit in una quapiam iuriſdictione.*

6 ¶At ſi nihil eſt principale, cuius ſcilicet cæteræ res ſunt pertinentiæ vel appendices, ſed ſint res omnes ſeparatæ, & æquè principales, nullaque alij cedat, poſſet ſtatim prima fronte defendi, inſpiciendam eſſe iuriſdictionem, in qua maior pars rerum venditarum ſita eſt, ideoque ſatis eſſe apud acta eius iuriſdictionis hanc noſtram notificationem fieri, argum. eius quod paſsim dicimus, quòd ſi plures res ſint diuerſi fori, id ſequi debemus in omnium petitione, in quo maior pars earum habetur: vt probatur in l. fideicommiſſum, in princip. & iterum, §. j. ff. de iudi. & l. qui ita, §. vltimo, ff. ad Senatuſc. Trebel. & l. j. in j. reſpon. C. vbi de hære. agnoſ. opor. glo. in l. cùm res, in verbo, petitur, ff. de lega. j. & l. quod legatur, in verbo, etiam ibi. ff. de iud. Bal. in l. teſtamenti, C. quemadmo. teſta. ape. & in l. vlt. in vj. quæſt. C. de edicto Diui Adr. tollend. cum ſimi.

*De eadem re. Domiciliũ ibi eſt, ubi eſt maior pars fortunarum.*

7 ¶Nam & quis quoque intelligitur habere domicilium, & ſortitur forum in eo loco, in quo habet maiorem partem fortunarum, l. j. & ibi Azo. in ſumma, C. vbi pet. tut. & l. ij. & ibi Albe. C. vbi Senat. vel clariſs. & l. ciues, & ibi gl. C. de incol. libr. 10. & c. ex parte B. & ibi Inn. & Imo. extrà de for. compe. gl. in l. eius qui manumiſit, §. vlt. in gl. vlt. ff. ad munici. & l. hæres abſens, §. at ſi quo, in verbo, debebit, ff. de iudic. & in l. is cui, §. qui legatorum, in verbo, domicilium, ff. vt in poſſeſ. lega. & in cap. dilectus, le ij. in verbo, domicilium, extrà de reſcript. & in c. cùm nullus, in verbo, domicilium, de temp. ordi. lib. 6. Hoſt. in Summa, tit. de for. compet. §. quibus ex cauſis. col. j. verſi. dicitur autem quis. Specu. tit. de citatio. §. j. verſicu. & nota quòd ſi actio. Albe. in d. l. quod legatur, ff. de iudic. Bart. in l. placet, & iterum in l. de iure, in ij. oppoſit. ff. ad municipa. Bal. conſi. ccccxj. quidam Mediolanenſis, col. ij. libr. 1. & conſi. lviij. generalitas, col. j. libr. 4. & conſi. cccxxxiiij. factum tale eſt, magiſter, eod. libr. 4. Roma. conſil. cxcvij. Franc. poſt princi. Pau. Caſtr. in l. ij. colum. j. C. de iuriſdict. omnium iudic. Sed id quomodo intelligatur, videbis latiſsimè per Maria. in cap. licet. extrà de for. compe. Si igitur (vt hanc rationem concludam) iudex maioris partis adiri poteſt pro rebus omnibus, eadem ratione ſufficit fieri hanc notificationem apud acta huius iudicis.

*De eadem re.*

8 ¶Et quia etiam cùm vna ſit venditio vno contractu ac pretio facta, vt latè diximus ſuprà eod. tit. §. xxiij. ſatis etiam videtur, vnam notificationem fieri ex mente conſuetudinis, quæ alioquin eſſet nimium anxia & ſcrupuloſa, contra l. poſthumus, in princip. ff. de iniuſt. teſta. vtpote cùm poſſet contingere, & contingit quotidie vna venditione, vnoque pretio vendi xxx. & xl. fundos, & ſingulos maxima ex parte ſingularum diuerſarumque iuriſdictionum, quas omnes neceſſe eſſet adire ad faciendam hanc notificationem, cum magno & contrahentium, & conſanguineorũ incõmodo. Nam emptores primùm cogerentur hos ſumptus & labores ſubire, & conſanguinei poſtea, cùm veniunt ad retractum, emptoribus refundere, iuxta §. xxix. ſuprà eod. tit. venditores autem res ſuas minoris venderent, ob id oneris contractui iniunctum. l. ſi venditor, §. ſi quid emptor, in fi. ff. de ſer. expor. cum concord. à me adductis in tit. ſeq. in præfa. nu. 21. & id quidem credo, & ſeq.

*De eadem re.*

9 ¶Et ſi id fieret, vt & hoc addam, illud quoque eadẽ ratione mox ſequeretur, tot in cauſa retractus adeundos eſſe iudices, quot iuriſdictionum res venditæ, ratione quarum competit retractus, eſſent, ſi modò retractus realis eſt, vt nonnullis placet: aut ſaltẽ in rem ſcriptus, vt aliis, de quo alibi latè diximus: & ita vterque tam actor, quàm reus, ſingulis ſingularũ rerum iudiciis vexarentur, contra l. etiam, §. j. ff. de peti. hære. quod tamen nonnullæ conſuetudines Franciæ ſtatuerunt, vt diximus ſuprà eod. tit. §. viij. glo. v. in verbo, *le iuge qui en peult cognoiſtre*, nu. item v. ſed & ipſe. Nec interim prætermittemus id regulare eſſe, vt maior pars trahat ad ſe minorem, l. quicquid, §. cùm partes, cum glo. ff. de acquir. rer. domi. & l. & ſi non ſint, §. perueniamus, ff. de auro & arg. leg. & §. ſed cùm alienam, Inſti. de rerum diuiſi. cum ſimi.

*De eadem re.*

10 ¶Hanc ſententiã ſi ſequaris, reſpõdebis ad l. de pupillo, §. ſi pluribus, ff. de no. ope. nunt. quod eſt principale fundamentum alterius opi. illud ibi procedere ex ſpeciali illius caſus ratione ibi poſita, quia ſcilicet in re præſenti fit nuntiatio: quæ ratio hìc non obtinet: ideò nec quod ibi ſtatuitur. Nam & Iaſon ibi in ſecundo notab. hinc trahit, quòd ſi hęc ratio ceſſet (vt ceſſat in interdicto quod vi aut clam, in quo non eſt neceſſe nuntiationẽ fieri in re præſenti, l. aut qui aliter, §. ſi quis cùm denuntiaſſet, & ibi glo. ff. quod vi aut clam. & Bart. in ea l. de pupillo, §. ſi quis fortè) certè ſufficeret vna denuntiatio pro pluribus rebus. De quo vide etiam quæ dixi ſuprà eod. tit. §. j. glo. xxj. in verbo, *en telle quantité*, nu. 24. illud autem. Quod autem dicitur in d. l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig. quæ eſt alterum d. prioris partis fundamẽtum, non hìc obtinet, vbi haud dubiè vna eſt venditio, cùm vnum eſt omnium pretium, vt latiſsimè diximus ſuprà eod. tit. §. xxiij. in glo. j.

*De eadem re.*

11 ¶Quod denique dictum eſt de appræhẽſione poſſeſsionis vnius rei, id non ob aliud fit, niſi quia poſſeſsio res eſt facti. l. j. §. ſi vir vxori. ff. de acq. poſſ. Ideò ad poſitionem vnius, non cõtinuò ſequitur poſitio alterius. l. non nudis, & l. epiſtolis, C. de probationibus. Quod ſi de iure tantùm quæramus, aliud ſeruatur, vt patet in l. reſtituta, in prin. ibi, ſi fortè paſſus eſt hæres poſſideri res hæreditarias, vel totas, vel aliquas illarum, ff. ad ſenatuſcon. Trebe. Ideoque contra illud, quod diximus conſequenter de hæreditate, aut alia iuris vniuerſitate, tenet glo. in dicta illa l. reſtituta, in verbo, earum. & ibi quoque omnes Docto. & Andr. Iſer. qui ex

hoc dicit appræhenſa vnius rei feudalis poſſeſsione, appræhendi & omnium aliarum quæ ſunt eiuſdem feudi,poſſeſsionem,in c.j.in prin.col.iiij.& ibi etiam Card.Alex.col.pen.verſi. quæro quid ſi vaſallus,tit.quid ſit inue.vbi ipſe Andr.aſſerit ita fuiſſe iudicatum à maximis iuris peritis.Et hinc quoque fit, vt appræhenſa poſſeſsio domus,aut vnius alterius rei præbendæ,trahatur etiam ad alia omnia bona temporalia eiuſdem præbendæ,ſecundùm Inno. & Hoſt.in c.in literis,de reſti.ſpo.Anto.in ca.vlt.col.viij.verſi.ex his deciditur,extrà de cauſ. poſ.& propr.& Petr.Anch.in c.ſine poſſeſsione,col.xv.verſ.ſecundo modo,de reg.iur.lib.6. Licet contrarium teneat Dy.in d.c.j.in iiij.q.eod.tit.& lib.& Ioan.Andr.in d.c.in literis.& alij quos citauimus ſuprà nume.5.

*Poſſeßio iuriſdictiōis in uno actu,an trahatur ad alios.*

12 ¶Et licet inter noſtros magna ſit cōtrouerſia an poſſeſsio iuriſdictionis in vno actu vel articulo trahatur ad alios,vt ſcilicet per eā quæratur præſcriptio,vel,vt melius loquar,vſucapio iuriſdictionis generalis,vt à multis diſputatur,quos latè cōgeſsit Alex.in d.l.reſtituta:tamen hoc minimè dubium eſt in eo, qui habet intentionem fundatam de Iure communi,vt not. Pan.poſt Inno.in c.j.per illum text.quem dicit multū no.extrà de relig.domib.& trahit ad multas quæſt.vt ibi videre poteris.& idē quoq; voluit ipſe Inn.in c.dilectus,col.iij.in verbo, poſſeſſoris,extrà de capel.mo. Nec item dubium, cùm nullus alius eſt in poſſeſsione ipſius iuriſdictionis vniuerſalis,vt notat idem Inno.in d.c.j.per illum tex.de relig.domi.& in cap. cùm dilectus,eod.tit.& in d.c.dilectus,col.j.de capel.mo.& in c.vlt.col.vlt.de offi.Arch.& in c.auditis,col.vlt.in verbo,excommunicationem,& ibi Feli.col.ix.in quarta decla.de præſcr. Pan.in c.cùm olim,in vlt.no.eod.tit.& in c.cùm inter,col.ij.verſi.quarto & vltimo caſu, de ſent.& re iudi.& conſi.liiij.videtur primò,col.ij.verſi.ſecundò ad idem,libr.1.& conſi.lxxxij. quanquàm,col.iiij.verſi.ad prædicta,eod.lib.1.& conſi.lxxj.videtur, libr.2.vbi ad hoc multa adducit.Alexand.conſil.lxviij.viſo,col.pen.verſicu.ad prædicta,libr.2.Aufr.in deciſ.Thol.q. cccxxiij.item fuit quæſitū an præſcribens,Philip.Deci.conſil.cclxxj.in caſu tranſmiſſo,col.ij. & conſi.ſeq.ſuperiori,col.ij.verſi.& licet Dux.

*Deciſio prin. quæſtionis. Cōſuetudines de ea re.*

13 ¶Ego autem quantùm ad noſtrum caſum pertinet, ſemper conſului, vt fiat notificatio in omnibus iuriſdictionibus,vt tutior ſi emptor ab omnibus diſputationibus. Et ita nūcupatim ſtatuitur in quibuſdam conſuetudinibus Galliæ,ſcilicet Cænomanenſium, c.cccxcij.& Andegauenſium,cap.ccclxxxij.Et id quoque de iure eſſe neceſſariū,ſtante huiuſmodi conſuetudine,aut alia ſimili,cuiuſmodi eſt Rhotomagi,tenuit Igne.in l.j.§.ſi cùm omnes,nu.13. ff.de ſenatuſc.Sylla.Et id quidē tutius eſt,vt iam diximus,& in ſimili dicit gl.in cle.cauſam, in verbo,cōmuniter,de elect.Scio verò nonnullos eſſe in ea ſententia,vt ſi fuerit facta notificatio in aliquibus locis,ſed non in omnibus,& effluxerit annus à notificatione,non admittatur conſanguineus ad retrahendum res,quæ ſunt in iuriſdictionibus, in quibus facta eſt notificatio:ad cæteras verò admittatur,vt ſcilicet limitata cauſa limitatum pariat effectum. l. in agris,ff.de acq.re.do.cum cōcor.à me adductis ſup.§.xxxij.glo.j.nu.49.ſed nec omiſerim. Verùm in ea ſum ſententia,vt ſi notificatio non ſufficiat pro omnibus rebus,de quo iam ſatis diximus,conſanguineus admittatur ad res omnes vno pretio & contractu venditas:neq; enim ei emptor potuit ſcindere retractum,qui pro vno contractu competit, per ea quæ latè tractauimus ſup.eod.tit.§.xxiij.Et ſi reſpectu vnius excluderetur conſanguineus,excluderetur & omnium,vt latè quoque dicemus infrà in fi.huius tit.in xij.q.

*Vbi debet fieri notificatio emptionis annuorum redituum.*

14 ¶Sed & hîc quæri poteſt, quid ſi annuum aliquod vectigal, quod nos rectè generale vulgò vocamus,emerit: (id enim retrahi poteſt,vt expreſsè cauetur in c.j.huius tit.& ibi diximus:ſed cùm id ſit veluti nomē,& ius quoddā incorporale,non cōſiſtit in loco.l.vxorem, §.legauerat,ff.de leg.iij.& l.cùm de lanionis,§.vlt.ff.de fund.inſtr.cum ſi.adductis à Corneo conſi.xlix.in præſenti,lib.3.& diximus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,bona,nume.9.quid autem ſi quis ) quo igitur in loco fiet notificatio huiuſmodi venditionis? Et fortè quis non abs re diceret,in hoc caſu eam non eſſe neceſſariam,cùm fieri non poſsit,vt hîc fieri præcipitur,in loco,in quo res vendita ſita eſt,cùm in nullo loco ſita ſit,vt diximus.Et ita hic ſpecialis articulus conſuetudinis loquens de ſituatione (vt ſic loquar) rei non poteſt ad hunc caſum adaptari:igitur nec hoc caſu locum habebit,l.iiij.§.toties,& ibi Bar.& alij,ff.de damn. infect.cum multis concord.à me collectis in d.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,nume.2.Manemus igitur in diſpoſitione generalis noſtræ conſuet.annum hunc à venditione incipientis, ſup.§.j.& aliis complur.

*De eadem re.*

15 ¶Quòd ſi noſtra conſuetudo ſimpliciter & in genere ſtatuiſſet hunc annum currere à tempore notificationis venditionis apud acta,ſine adiectione ſiue declaratione eius fori aut iuriſdictionis,in qua ea notificatio fieri deberet:tunc ea notificatio venditionis harum penſitationum generalium,fortè deberet fieri in foro venditoris, cùm ea res principaliter illius perſonam reſpiciat,ad eamq; competat actio perſonalis ex empto, arg.ad hoc l.vlti.C.vbi in rem act.Et ſi hoc caſu competit hypothecaria,ea accedit actioni perſonali,vt patet ex no.per gl.in l.j.in verbo,pateat,& ibi Cy.Bal.& alios,C.de hær.& act.vend.Nam & Petr.Bal.& Ang. in l.ex facto, ff. de hære.inſti.fuerunt in ea ſententia, vt fiſcus,cuius ius eſt occupandi bona ſui territorij, cùm quis bona ſua confiſcauit, exigat debitores ſui territorij: tanquam nomina

*Nomina & actiones ad quē locū uel iuriſdictionem uel ſtatutum pertinent.*



nomina ſint eiuſdem loci,cuius eſt debitor.& ad hoc allegāt multa iura & rationes.& ſequitur Franc.Are.conſi.x.caſus talis eſt,quidam Titius,col.vlt.verſi.tertiò dico.& idem quoque voluit Pau.Ca.conſi.cccxix.primum quæſitum,col.ij.verſi.pater igitur,lib.2. Sed & Bal.ipſe in c.j.col.vlt.verſi.vidi dubitari,extrà de conſti.non obſcurè videtur ſentire,ſtatuta loci debitorum eſſe inſpicienda,cùm tractatur de nominibus:licet ea nullo loco circunſcribantur. Verùm hæc ſententia non placuit Imo.in d.l.ex facto.& Alex.conſi.xxxj.viſo titulo, col.iij. verſi.vnum ſubdo,& ſeq.libr.1.quod repetitur conſi.cxj.lib.4.& Iac.à S. Georg.in tractat.de Royd.ſiue operis,col.iiij.verſi.quæro de no.quæſt.Quibus locis reſpōdent iuribus & rationibus Pet.& aſſeclarum,vt ibi videre licet.

*De eadem re.*

16 ¶Lapus autem allega.xcij.la j. (ſunt enim duæ eiuſdem numeri) cuius initium eſt,in primis videndum eſt,col.vlt.dicit nomina debitorum ad eum locum pertinere, in quo de iure & facto exigi poſſunt,per d.l.ex facto,§.rerum,de hæred.inſtit.& l.quæro,ff.de ſolu.Nec obſt. (inquit) quòd non ſunt in loco: quia verum eſt circunſcriptiuè,vt ipſe loquitur,ſed per effectum exactionis,ſunt in loco ipſius exactionis.Et id ſequitur Ro.in l.ſi conſtante,§.vlt.ff. ſolu.mat.& ſequi videtur Alex.conſi.xvj.viſo articulo,in fi.lib.1.& planius Steph.Bertrand. conſi.lxxiiij.ponitur in facto,colum.vltim.libr.2.& iterum conſi.cv.cuius eſt idem initium, in ij.dub.eod.lib.2.vbi tamen nonnihil dubitat,& Alcia.in l.cùm ſtipulamur,in fi.ff.de verb. oblig.Licet ſint,qui negent illos commentarios eſſe ipſius Alc.quoniam à poſterioribus ipſius ſcriptis longè diſtant & ſtylo & elegantia. At illum puto non negare: ſunt enim illic multa eiuſdem priuata peculiariaque axiomata, quæ & ipſa in poſteriores commentarios, ſed multò elegantius,tranſcripſit.

*De eadem re.*

17 ¶Et in hac quoque opi.videri poteſt fuiſſe Sal.in illa l.cunctos populos,col.pen.verſi.ſinautem eſſent iura, C.de ſum.trinit.cùm dicit actiones & nomina debitorum cenſeri eſſe eius loci,in quo debet fieri eorum exactio,per d.l.quæro,ff.de ſol.& l.Titium & Mæuium,§.tutores,ff.de admini.tuto. Cuius doctrinam & rationes, quibus innititur, ad verbum refert & ſequitur Maria.Soc.conſi.xxxvj.rectè ac maturè,col.v.in prin.& eius filius,eo patre non indignus,Barto.Soci.conſi.cj.viſo teſtamento,col.ij.lib.1.quod iterum errore librariorum repetitur conſi.clxxv.lib.7.& Alex.d.conſi.xxxj.viſo titulo.lib.1.repetito,vt diximus,conſi.cxj. lib.4.& idem quoque Alex.conſi.xix.circa primum dubium,col.ij.in fin.libr.6.Et idem ante hos voluit Bald.cuius nullus horum meminit,conſi.ccclvij.nulla mulier, col.vltim.lib.3.de qua re nos latiùs diſſeruimus in noſtris commentariis de iure Primigeniorum quæſtio.42. Sed quantùm ad noſtrum caſum pertinet,putarim inſpecta ratione veriſimili cōſuetudinis iubentis notificationem fieri ſine declaratione loci, eam faciendam eſſe in foro debitoris, etiam ſi alibi exigi debeat aut poſsit: aliàs enim facillimè fieri poſſet fraus ex conuentione contrahentium,ſi in loco exactionis notificatio fieri deberet.

*Deciſio principalis quæſtionis.*

*An hæc notificatio debet fieri in prima iuriſdictione.*

18 ¶Sed an neceſſe ſit, vt hæc notificatio fiat in prima proximaque iuriſdictione rei venditæ, in qua ſcilicet proximè & immediatè ſita eſt:an verò etiam fieri poſsit in iuriſdictione ſuperiori:nam & in ea dici poteſt eſſe ſita, licet non proximè & immediatè, idque potiſsimùm, ſi fiat apud Præſidem prouinciæ,in qua res ea ſita eſt,qui quidem Præſes primo loco iubetur adiri:& ſi id fieri non poteſt, Defenſor ciuitatis,qui inferior eſt,in l.vt perfectius, C.de anna.except. At gloſſ.ibi,in verbo,adire, dicit illud corrigi iure Authent.ex quibus primo loco adeundus eſt ipſe Defenſor ciuitatis,& eo deficiente Præſes prouinciæ,§.& iudicare,in Auth.de defen.ciui.& §.& non permittes, in Authent.de manda.prin.De quo tamen videas Cy.& Sal.in d.l.vt perfectius.

*De eadem re.*

19 ¶Sed quicquid ſit in illo caſu, ego in hoc caſu noſtro cenſeo noſtram notificationem fieri debere apud acta primæ proximæque ac immediatæ iuriſdictionis rei venditæ,ex illis communibus regulis,ſi cætera deeſſent,Cauſam ſcilicet primam & immediatam eſſe potius inſpiciendam,quàm remotam,l.metus autem,§.ſed licet,& ibi Bar.ff.quod met.cauſa, & l.ſocium qui in eo,ff.pro ſoc.cum aliis multis concord.à me adductis ſuprà titu.noſtrarū conſuetudinum ix.§.xxvij.qui eſt omnium cxv.in xviij.limitatione illius regulæ,Ceſſante cauſa ceſſat & effectus.Et altera illa:Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo,non de cæteris,l.boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſig.& l.cùm pater,§.pater certam, ff.de lega.ij.cum aliis quoque multis concord.etiam à me adductis titu.earundem conſuet.x.§.v.qui eſt omnium cxxxiiij.Et ita ſcio fuiſſe iudicatum ab ampliſsimo Senatu Pariſienſi,in quadam cauſa retractus inter dominam *de la Trimoille*,& Renatum *de Montauſier*.Et hoc quoque tenuit Ferro.in conſuet.Burdig.hoc tit.*de retraict*,§.xiij.in fi.

*Areſtum.*

*Si res Pictauiæ tenetur in feudum à domino alterius prouinciæ,in quo loco debet fieri notificatio.*

20 ¶Qvid autem, ſi res vendita ſita ſit in hac prouincia Pictauiæ,tamen tenetur in feudum à quadam terra,vt vulgò dicitur,quæ eſt in prouincia Turoniæ:aut etiam domus vēdita ſita eſt in opido Niorti,& tenetur feudū à Caſtro oppidi noſtri Fontenai: in qua iuriſdictione notificatio fieri debet,an Niorti,an verò Fontenai? Et quidem videtur Niorti, propter hæc verba,quæ nunc cōmentamur, *de la iuriſdiction,en laquelle l'heritage acquis eſt aßis.* quæ quidem verba ſunt in hoc apertiſsima, & à quibus non eſt recedendū,l.non aliter,in princ.ff.de leg. iij.& l.ille aut ille,§.cùm in verbis,eod.tit.cum ſimi. Niſi diceres,quocunque in loco res ſita eſt,

eſt,ſitam tamen eſſe in iuriſdictione domini feudalis,cùm ex noſtra cõſuetudine iuriſdictio ex feudo dependeat,ſuprà titu.noſtrarum conſuet.j.§.x.Sed tamen eam ſententiam adiuuat tex.in cle.j.de reſcript. vbi ſi Abbas cuiuſpiam diœceſis habeat Prioratum ſibi ſubditum in alia diœceſi , debet impetrare iudices pro iuribus dicti Prioratus in diœceſi , in qua is ſitus eſt,non Abbatiæ,vnde tenetur.

*De eadem re.*

21 ¶Qua in re in mentem venit eius,quod ſcribit noſter Io.Fab.in l.cunctos populos, col.vij. in paruis,verſ.quid ſi quis,C.de ſumma Trin.vbi ita quærit: Quid ſi quis intra fines vnius Caſtellaniæ,vbi eſt vna conſuetudo in ſuccedendo,tenet feudum à domino alterius caſtellaniæ,vbi eſt alia ſuccedendi conſuetudo,& dominus habet omnem iuriſdictionem in dicto feudo : cuius loci conſuetudo attenditur? Satis videtur,quòd loci,à quo tenetur, cùm cenſeatur membrum illius caſtri & caſtellaniç,à qua tenetur.l.pupillus,§.territorium,ff.de verb. ſign.Arguitur contrà in cle.j.de reſcript.Hæc propemodum ille,qui videtur ſequi poſteriorem opi.vt ſolent noſtri Doct.vt ſcilicet conſuetudo ſitus loci rei,non ſuperioris,à quo res in feudum tenetur,inſpici debeat in ſucceſsionibus.Ergo & idem in retractibus,qui per omnia ſequuntur ſucceſsiones,vt ſæpe diximus.

*De eadem re. Cuius diœceſis Epiſcopi autoritas interponenda.*

22 ¶Et huc quoque pertinet ea controuerſia,cuius Epiſcopi autoritas interponenda ſit in alienatione rerum immobilium eccleſiæ,vtrùm illius,in cuius diœceſi res ipſæ ſitæ ſunt, quod voluit glo.in c.in venditionibus,in verbo,Epiſcopi,xvij.q.iiij.& Hoſt.in ca.paſtoralis, col.ij. verſi.quid ſi eccleſia,extrà de priuil.& Ro.conſi.ccl.horum,verſic.tertiò quia etſi. & pro hac opin.inter cætera allegatur d.clem.j.de reſcript. An verò illius,cui beneficium ſubeſt, ſiue à quo dependet:quod videtur voluiſſe gl.in d.§.quòd ſi neceſsitas,in verbo,duos,& ibi Card. Alex.x.q.ij.Inno.in d.c.paſtoralis,col.ij.verſ.item dicimus,& ibi latè Io.And.col.ij.verſ.quid ſi eccleſia.Anto.& Pan.ad fi.extrà de priuil.idem Ant.in c.ſi annum,circa med.de iudi.lib.6. Bald.in auth.hoc ius,col.iij.verſi.quæro igitur quis,C.de ſacroſanc.eccle.& in l.j.col.j. verſi. ſecundò quæro,C.de contrah.empt.Calde.conſi.x.inter monaſterium,tit.de rebus eccl.non alie.Collect.in c.nulli,col.ij.verſic.ſed cuius Epiſcopi,eod.titu.Pau.Eleaz in cle.j.& ibi etiam Imo.col.iiij.verſic.ſed quid ſi eccleſiaſtica,eod.quoque tit.idem Imo.in c.j.ad fi.extrà eodem item tit.dum allegat Inno.& Ioan.And.in d.cap.paſtoralis.Pet.Peruſi.in tract.de vnione beneficiorum,c.x.Card.Alex.in c.ſine exceptione,col.iij.verſi.primo caſu,xij.q.ij.Felin.in c.dilectus le ij.col.vj.verſi.ſeptimò facit,de reſcript.

*De eadem re. Quid in decreto alienationis rerũ minoris.*

23 ¶Sunt & multi,qui tradunt vtriuſq; autoritatem eſſe neceſſariam,vt refert Arch.qui eos ſequi videtur,dum eorũ ſententiam poſtremo loco recẽſet,in d.c.in venditionibus,& Collec. in d.c.nulli.Vt & in ſimili tradũt Bal.& Alb.ſcilicet de decreto in alienatione rerũ minoris interponendo,in l.magis puto,§.illud,ff.de reb.eor.qui ſub tut.vel cur.ſunt,vbi Bald.Alleg. Arch.in d.c.in venditionibus,& dicit id tutius eſſe:vti etiam dicit idem Bal.poſt Iac.Aret.in d.l.j.C.de contrah.empt.& ipſe item Albe.in d.l.ſi prædiũ,C.de præd.mino.& in l.ij.C.eod. tit.& Pau.Eleaz.in d.cle.j.de reb.eccle.non alie.& Io.Calde.conſi.j.quando venduntur,tit.de empt.& vend,& Ro.dum hanc inter multas opi.poſtremam ponit,in l.ij.in prin.col.vj.in xj. q.ff.de verb.oblig.& Card.Alex.in d.§.quòd ſi neceſsitas.

*De iiſdem rebus.*

24 ¶Quanquàm ſunt,qui alterutrius,quem malueris,ſufficere dicũt,tum in primo caſu,ſcilicet in autoritate Epiſcopi in alienatione rerum eccleſiaſticarum,tum in ſecundo ſcilicet id decreto rerum minoris:vt de primo nuncupatim voluerunt Iac.Are.Cy.Bal.& Sal.in l.ſi prædium.de ſecundo,ipſe Iac.Are.Cy.& Bart.ibi.& Albe.in d.l.j.C.de contrah.empt.& in l.vlt: col.ij.nu.8.ff.de iuriſdict.om.iud.& Pau.Caſt.conſi.cccxix.primum quæſitum,col.ij.verſicu. interdum exercet actum,lib.1. De vtroque Card.Flor.in d.cle.j.in prin.in xxxvij.eademque vlt.q.de reb.eccle.non alie.De quo & tu amplius videas Fab.à monte S.Sab.in tract.empt.& vend.in v.q.prin.col.xxvij.verſic.ſed hîc occurrit pulchra,qui eſt in penult.char.eius quæſt. Sed & vide quod in ſimili tractatur à Ioan.Fab.poſt alios in l.j.in princ.C.vbi pet.tuto.quis ſcilicet iudex det tutorem aut curatorem minoribus. De quo etiam per Oldrad.conſil.lix. vertitur in dubium.

*De eadem re. Decima Papalis quo in loco ſoluenda eſt.*

25 ¶Sed & huc quoq; pertinet,quod & in alio non admodũ diſsimili ſpecie diſſeritur à Card. Flor.poſt Pau.Eleaz.in cle.j.§.ſanè,in vlt.q.de iure patro.videlicet,vtrum decima Papalis ſit ſoluenda in diœceſi,in qua ſacerdotiũ principale ſitum eſt,an in qua reditus eius ſacerdotij, ſiue membrum quodpiã ſitum eſt.Et dicunt,ſequendũ eſſe locum beneficij , & non prædiorum ipſius.Licet ſecus ſit in oneribus realibus,& rebus ipſis annexis,quæ debent ſolui in loco vbi ſunt poſſeſsiones ipſis oneribus ſubditæ:per multa iura ibi allegata,quæ omnia accepit à Io.And.quem tamen non citat in d.c.paſtoralis,extrà de priuil.& Fed.Senen.conſil.clj. thema tale eſt , monaſterium. Et ſecundum hanc ſententiam vidimus multa areſta magni Conſilij Regij,quorum nonnulla mandato & delegatione eiuſdem exequuti ſumus.

*Quo in loco debet ſacerdotium contribuere procurationibus legatorum.*

26 ¶Verùm huc propius accedit,quod à Pet.Anch.latè tractatũ eſt ac diſputatum,conſi.ccxlix. ad prædicta dubia,col.iij.verſicu.ſuper ſecundo quæſito , vtrùm ſcilicet beneficium debeat contribuere in procurationibus legatorum,an cum clero eius diœceſis in qua ſitum eſt:an verò diœceſis,in qua ſitum eſt monaſterium,cui ſubiectum eſt:Et primùm adducit rationes

ſuffragantes



ſuffragantes poſteriori parti,& inter cæteras allegat Inno.in d.c.paſtoralis,dicentem Epiſcopum loci,in quo ſitum eſt beneficium,debere viſitare & procurare,non Epiſcopũ loci monaſterij principalis. & quod tradit idem Inno.in c.cùm & plantare,§.in eccleſiis, eod.titu.de priuil.quòd ſi Epiſcopo priuatim & per ſe,& patronis clericis etiã priuatim opponitur collecta , membra pleno iure ſubiecta Epiſcopo non contribuent cum eo , ſed cum patronis. Denique tamen priorem partẽ ſequitur,vt ſcilicet conferat cum clero diœceſis,in qua ſitum eſt ipſum ſacerdotium,aliis multis rationibus:& reſpondet rationibus alterius partis.

*De eadem re. Quis locus ſit inſpiciẽdus in collatione beneficiorum. Cui eccleſiæ ſoluẽda eſt canonica portio.*

27 ¶Huc denique nonnihil reſpicit,quòd in collatione beneficiorum inſpiciendus eſt locus, in quo ea ſita ſunt,non is,ad quem ſpectat beneficij collatio,aut alius,vt patet ex cle.j.& ibi glo. in verbo,locorum,Pau.Eleaz.& Cardi.Floren.in ix.q.de ſupplen.neglig.Præla.& Ro.conſi. ccclxj.in caſu,col.ij.in verſi.prætereà.Et quod etiam in ſimili diſputauit Hoſt.in c.in noſtra, col.iij.in verbo,lectis & aliis.& ibi quoque Ioan.And.col.ij.in verbo, aliis , extrà de ſepultu. cui ſcilicet eccleſiæ canonica portio ſit ſoluenda,rei cuiuſpiam in teſtamento relictæ , cíne, in qua res ipſa relicta,ſita eſt,an verò ipſius teſtatoris parochiæ?Nec inter eos de huiuſmodi controuerſia ſatis conuenit , vt illic videre poteris. Ego verò in tot tantíſque huiuſmodi dubiorum & quæſtionum tenebris conſulo,vti & à nonnullis conſultum in autoritate alienationum rerum eccleſiæ & minoris ſuprà diximus,vt vtrobique hæc notificatio fiat,& in loco , in quo res tenetur , in feudum,& in loco,in quo res ſita eſt,donec id iudicio Senatus aliter declaratum ſit.

*Cùm dubitatur de iuriſdictione rei venditæ, quid agendum eſt.*

28 ¶Qvid denique , ſi dubitetur de iuriſdictione rei venditæ, quia fortè ſita eſt in confinio duarum iuriſdictionum, vel aliter duo domini diuerſi eam rem contendunt eſſe in ſua iuriſdictione.Quæ res ex alio ſimili decidi poteſt,cùm ſcilicet quæritur, quis iudex adiri debet,cùm incertum eſt, cuius iuriſdictionis ſit res controuerſa. De quo tu videas Hoſt Ioan. Andr.Card.Florent.& Maria.in cap.ſanè , de for.compet. Et ex illo item quod quæritur de delinquente in confinio duarum iuriſdictionum,& ignoratur vtrius verè ſit iuriſdictio. De quo per Dyn.in l.ſiue,§.j.in verſicu.quod ſi hoc ipſum,ff.de liber.agno.& in l.pupillus,§.j.ff. de verb.ſignifi.Ray.Bart.& Albe.in l.iuriſperitos,§.j.ff.de excu.tut.Guid.Suz.in auth.qua in prouincia,C.vbi de cri.agi opor.Io.Andr.in addi.Spec.titu.de competen.iudi.adit.§.j.verſic. ſed pone aliquis.& rurſum tit.de rapto.§.j.verſi.ſed pone inter,ibi,ſed quem dices. Albe.in l. libertus,§.præſcriptio,per eum text.ff.ad municip.& in l.de iure, eodem tit.& in d.l.ſiue , §.j. colum.ij.verſic.& primò collige,ff.de libe.agnoſcen.Ant.& Petr.Ancha.in cap. poſtulaſti , & ibi etiam Maria.col.iiij.in vij.quæſt.princip.extrà de foro competen.& Nellum in tract.bannitorum,in ij.parte j.part.quæſt.ix.Ego conſulerem apud vtranque iuriſdictionem hanc notificationem fieri.Nam ſi apud alteram tantùm fieret,pendêret ex exitu controuerſiæ iuriſdictionum,rectène ea notificatio facta fuerit,an non,vt in ſimili tractat Ioan.And.in cap.in multis,de reſcript.lib.6.& Gaſpar.Calde.inter conſi.Ioan.Calde.eius patris,titu.de conſuet. conſi.vj.an ſit conſuetudo.

## AD FINEM TITVLI.

*An ſi emptor patiatur controuerſiam de re empta,poſſit ſe excuſare à retractu.*

1 ET cum his quoque finem facerem huic titulo,niſi alia quædam ad eum tractatum pertinentia in mentẽ venirent,quibus tractandis non ſe obtulit locus ſatis appoſitus in præcedentibus:aut ſi ſe obtulit,memoria tunc defuit , quanquàm & alia multa huc quoque pertinentia diſſeremus in titulo præcedente , prout locus nos monebit. Hîc igitur Primò quæro : Emptor conuentus eſt ab alio tertio vendicante rem emptã:interim conſanguineus vult eandem rem ex hac cõſuetudine retrahere: emptor negat poſſe ſe eam illi cedere,cùm ſit litigioſa : per l.ij.C.de litigio. Ego aliquando de hac re conſultus reſpondi, hanc exceptionem nihil emptori prodeſſe,per l.alienationes, ff.familiæ erciſcund.vbi ita ſcribitur,Alienationes poſt iudicium acceptum interdictæ ſunt, duntaxat voluntariæ,non quæ vetuſtiorem cauſam & originem iuris habent neceſſariam.

*Litigioſi vitiũ nõ pertinet ad alienationes neceſſarias.*

2 ¶Quo in loco Bal.& Flor.not.illud vitiũ litigioſi non pertinere ad alienationes neceſſarias, quæ habẽt cauſam ex præterito,& in id quoque dicũt facere tex.in l.Diuus,ff.de peti.hære.& in l.ſi poſt acceptũ,cum l.ſeq.& l.is à quo,& l.ſeq.ff.de rei vend.& l.ſi ſeruus.ff.de cond.fur. Quod & idem voluit Inno.in c.cùm Mart.Ferrarienſis,col.vlt.verſ.item nota ꝙ licet,extrà de conſti.& Bar.in l.inter quos,§.ſi dominus,verſi.vlterius oppo.ff.de dam.infect.vbi & ad hoc allegat l.peto,§.prædium,ff.de leg.j.& l.j.ff.de fun.dot.& l.ij.C.eod.tit.& Alex.in addit. Bar.in l.quanquàm,§.Iulianus,ff.de aqua plu.arc.Et id generale eſt,vt prohibita ſimpliciter alienatione,non ea cenſeatur eſſe prohibita,quæ non ſponte alienantis ſit,vt latè diximus & probauimus ſuprà,§.j.in gloſ.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*, nu.11.& generale eſt.

*Retractus an habeat locũ in venditione facta iuſſu teſtatoris.*

3 ¶Secvndò quæro, vtrùm ſi teſtator hæredi iuſſerit,vt domum vendat Titio:an in venditione, quam hæres facit iuſſu ipſius teſtatoris,habeat locum retractus? Poſſet videri non habere , tum quia hæc venditio neceſſaria eſt, vt dicit Bald.conſi.ccclviij.quidam Lucanus, col.j.lib.1.& conſi.ccliij.caſus talis eſt quidam de ciuitate,col.ij.verſi.in contrarium,libr.3.& vtrobique per l.vnum ex familia,in prin.ff.de leg.ij.Illud autem planum eſt , in venditione

neceſſaria

neceſſaria locum non eſſe retractui, vt multis placuit, arg. l. cùm fidei, ff. de fideicom. libe. vt & nos latè diximus in d. verbo, *ou equipollent à vente.* nu. 8. ſecundò intellige, & aliis multis ſeq. Tum quia id videtur factum à teſtatore, non ab hærede, qui tantùm vltimam voluntatem teſtatoris adimpleuit, d. l. vnũ ex familia, §. ſi de falcidia. de lega. ij. & l. pater ex prouincia, ff. de manu. vindic. & l. vxorem, §. agri plagam, & ibi not. à Dy. ff. de leg. iij. quem ad id, ſi ſciẽter inducatur, dicit no. Ang. conſi. cccxiij. Brunellus, paulò poſt med. cum multis ſi. à me adductis in noſtris Legibus connubialibus, in glo. viij. in verbo, *de ſon mary,* in xxiij. quæſt. in princ.

*De eadem re. Vẽditiones factæ iuſſu teſtatoris habent uim teſtamẽti, uide nu. 7.*

4 ¶Sed quibus non intempeſtiuè potes addere, quod traditũ eſt à Guli. Cu. in l. cùm hi, verſi. planè, & ibi quoque Bald. in vtraque lect. ff. de tranſact. quòd ſi hæres iuſſus à teſtatore vendere alimenta, ea vendiderit, non poterit ſuper hac venditione ſiue obligatione tranſigi, tanquam facta vi illius teſtamenti, inſpecta ſcilicet cauſa originali. Quanquàm huiuſce rei prohibitio non trahitur ad cõtractus inter viuos, per illum text. & in id alia quoque multa iura allegant, quæ tu ibi videre poteris. Et ſimile eſt, quod tradit Iac. Butr. in l. ſi hæres teſtamẽto, ff. de actio. emptio. quòd ſtante ſtatuto, vt de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi hæres venditionem fecerit iuſſu teſtatoris, non ſoluetur gabella, quia hæc venditio non dicitur contractus inter viuos, arg. glo. ſing. in l. ſi quis ita, in prin. in verbo, defectus, ff. de ſtatulib. & ſequitur Bal. {conſi. ccccxl. ſecundùm ea quæ proponũtur, ad fi. lib. 5. &} in ſua Marg. in verbo, venditio, col. ij. verſicu. venditio facta. Conſuetudo autem noſtra nuncupatim loquitur de contractibus, cùm dicit, *par contract de vente*: ergo non habet locum in teſtamentis, & aliis vltimis voluntatibus. l. verba contraxerunt, ff. de verb. ſign. vbi ita ſcribitur: Verba contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad ius teſtandi, cum multis aliis ſi. à me collectis in d. Legibus connubialibus, in glo. v. in verbo, *contracter,* in vij. q. in princ.

*Lex ij. C. de reſc. uend. non habet locũ in uenditione facta iuſſu teſtatoris uide numero 7.*

5 ¶Et confirmatur hæc ſententia, quoniam etiam in rebus venditis ab hærede iuſſu teſtatoris certo aliquo pretio, non eſt locus reſciſsioni ex l. ij. C. de reſcin. vend. quia ea lex non habet locum, quando neceſsitas vendendi oritur ex teſtamento: vt voluit Bald. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, in prin. per illum text. & ibi quoq; Imo. Raph. Co. Paul. Caſtr. in lect. Bono. Fran. Aret. in ij. not. qui id dicit ſing. & Iaſ. ff. de lega. j. Roma. in l. ſi quis cùm aliter, col. ij. {verſicu. vnde primò ſcias} & ibi quoque Alex. col. pen. verſi. aliquid etiam, & Franc. Aret. col. vj. verſi. ponit etiam hîc, ff. de verb. oblig. Fabia. in tract. de empt. & vend. in vj. quæſt. viij. quæſt. princ. & Ant. Burgos in c. cùm cauſa, col. xv. verſic. vndecimò limita, extrà de empt. & vend. vbi id dicit ſing. Et eſt bonus text. in l. etiam, §. quid ſi quis, verſi. idẽ erit dicendum, ff. de peti. hære. quem ad hoc dicit ſing. Franc. Aret. in d. l. ſi quis cùm aliter.

*De eadem re. Statutũ ne res alienetur, non compræhẽdit alienationes factas iuſſu teſtatoris, uide nu. 8.*

6 ¶Facit item, quòd ſtante ſtatuto, ne res immobilis alienetur in extraneum ſub pœna, ſi teſtator iuſſerit rem quampiam immobilẽ vendi extraneo, non incidit hæres id faciens in pœnã: vt poſt Oldr. & Iaco. But. tenuit Io. And. in addit. Spec. in rubr. de rei permut. col. pen. verſic. expeditis beneficialibus. & Bal. qui illorum mentionem non facit in d. l. ſi hæres, per illum text. in prin. ff. de act. emp. non enim (inquit) id ſponte facit, ſed vi vltimæ voluntatis: dicitq; id notandum, & menti tenendum. & Albe. qui id poſt ipſum Iac. But. diſputat in ij. parte ſtatutorum, quæſt. clxxviij. incip. Iacob. etiam But. diſputauit, & Angel. dum ſimpliciter allegat Io. Andr. vbi ſuprà, in l. ſi ita quis promiſerit, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & ibi apertius Imo. in fi. & Franc. Aret. col. iij. verſi. ex his infert. & idem Are. in l. cætera, §. ſed ſi ſeparauit, colum. ij. verſi. quintò & vltimò not. ff. de leg. j. vbi reſpõdet ad eum tex. qui aliis videbatur velle contrarium. Imo. in l. ſi dignum, ff. ad leg. Fal. & in l. qui fundum, in prin. & ibi quoque Alex eod. tit. Ro. in l. ſi tibi pecuniã, per eum text. & ibi quoq; Fran. Are. ff. ſi cert. peta. Alex. conſi. ccxv. ponderatis, col. ij. verſi. confirmo, lib. 6. Barb. latè in repet. rubr. extrà de eccle. non alie. in v. q. prin. & conſi. lj. ſcripſit ſapientiæ fons, col. xv. verſi. & vlterius adducebam, lib. 1. & Io. Corne. in repet. l. filiusfamiliâs, §. Diui, col. xxiij. verſicu. quintò fallit, ff. de leg. j. vbi in id alias multas rationes affert, quas ibi videre poteris. & Alcia. in l. ij. in prin. nu. 12. ff. de verb. obl. Et faciunt, quæ ſcribit Bal. conſi. ccccxl. ſecũdùm ea, col. ij. verſi. item quando ſunt, & ſeq. libr. 5. Vbi dicit poſt Iac. But. quòd ſi ex contractu venditionis debetur gabella, non ex ea debetur, quæ facta eſt iuſſu teſtatoris, & Corne. conſi. cxxxij. licèt videatur, lib. 1. dum tractat, an teſtator poſsit permittere hæredi, vt alienet contra prohibitionem ſtatuti.

*De eadem re. Contrariũ eorum, quæ dicta ſunt.*

7 ¶VERVNTAMEN Bald. hanc noſtram quæſtionem nuncupatim tractans in tractatu Protomixeos, col. iij. verſ. quid ſi teſtator, apertè tenuit contrarium: quoniam vt teſtator (inquit) non poteſt facere, quin lex habeat locum, l. nemo, ff. de legat. j. ita nec vt conſuetudo quoque locũ habeat, quæ pro lege ſeruatur, l. de quibus, ff. de legi. & beneficium à lege vel conſuetudine conceſſum, à priuato auferri non poteſt, §. ſi verò, in Authen. de nup. Et adde, quòd ſi teſtator ipſe vendidiſſet etiam in ſuo teſtamento, nihilò minus habuiſſet locum retractus, quia huiuſmodi venditio in teſtamento facta habet vim & naturam contractus inter viuos. vt facilè intelligitur ex Oldr. conſi. cxiiij. factum eſt tale, quædam mulier, colum. j. Barto. in l. cùm quis decedens, §. codicillis, ff. de lega. iij. Bald. in l. vlt. C. de reb. eor. & in l. ex teſtamento, C. de fideicom. & in l. auia, in princ. C. de iure delibe. Roma. conſi. clxxj. pro deciſione, in vlt. dubio, cum ſimi. Ergo & idem, ſi eo mandante id factum eſt: quia non plus roboris habere poteſt,



habere poteſt, quod me mandante factum eſt, quàm quod à me ipſo factum eſt.

8 ¶Nam & in eo, quod diximus ſuprà, hæredem qui iuſſu teſtatoris vendidit extraneo rem immobilem, non incidere in pœnam ſtatuti idipſum prohibentis: contrarium tenuerunt Alberi. Bald. Ange. Imol. ſibi contrarij, Floria. Alex. & Iaſ. in d. l. cætera, §. ſed ſi ſeparauit, per text. in l. Senatus, quem legunt cum d. §. ſed ſi ſeparauit, ff. de leg. j. Ange. in d. l. qui fundum, in princ. ff. ad leg. Falcid. & in l. j. C. commu. de lega. & in l. in æſtimationibus, ff. de petit. hæred. & Fulgo. in d. l. ſi tibi pecuniam, ff. ſi cert. pet. & Fab. in tract. emp. & vend. in xxviij. quæſt. iij. partis prin. vbi & illam rationem addit, quòd teſtator non poteſt tollere diſpoſitionem ſtatuti, l. quidam decedens, ff. de admi. tut. & l. quod de bonis, §. j. ff. ad leg. Falcid. & d. l. nemo, ff. de leg. j. & Alex. in l. ſi dignum, ad fin. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. in l. iuſtè, col. v. verſic. quintò pro iſta deciſione, ff. de acquir. poſſeſ. Et potior pars eorum, quos pro contraria parte adduximus, loquuntur, cùm ſtatutum eſt, ne bona alienentur inter viuos. *De iiſdem rebus.*

9 ¶Illud autem quod dictum eſt, d. l. ij. C. de reſcind. vend. non habere locum in re iuſſu teſtatoris vendita certo pretio, non ob aliud eſt, quàm quòd teſtator ſtatuendo certum pretium, videtur quod reſiduum eſt, donare. Ideoq; dicunt Rapha. Alex. Hier. Tort. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, ff. de leg. j. quòd ſi teſtator putauerit illud eſſe iuſtum pretium, habebit locum ea l. ij. arg. l. cùm tale, §. legato falſum, ff. de condi. & demonſt. Quinetiam ſi teſtator non præſcripſit certum pretiũ, æquè habebit locum d. l. ij. ac ſi ſine præcepto teſtatoris res fuiſſet vendita, ſecundùm ipſum Bald. & Imol. in l. Imperator, §. j. per illum text. ff. de legat. ij. Roma. Alex. & Franc. Aret. in d. l. ſi quis cùm aliter. {ex quibus ipſe Roma. dicit eſſe de hoc text. ſing. in d. §. meminiſſe.} Barba. in c. cùm dilecti, col. ij. verſic. limita etiam. & in repe. rub. de reb. eccle. non ali. in d. v. quæſt. non ſemel. & Iaſ. in d. §. meminiſſe. Pantal. in rep. d. l. ij. col. xx. verſi. xxviij. procedit, & iterum col. xxiij. verſicu. ſextò limitantur prædicta: vt proinde intelligas, id nihil huic ſententiæ præiudicare. Apud Senones autem cap. conſuetudinum eius gentis 49. eſt expreſſa conſuetudo, locum eſſe retractui in venditione patrimonij facta ab executoribus teſtamentorum. Similiter apud Trecenſes, cap. 160. & Borbonienſes, cap. 471. Sed & apud Auxerrenſes, ſiue Altiſsiodorenſes, hoc eod. titu. §. xix. qui eſt omnium 50. in re vendita ex teſtamento, eſt locus retractui. *De iiſdem rebus.* *Conſuetudines de quæſtione princ.*

10 ¶TERTIÒ quæro, quia ſupra titu. huius volumi. conſuetudinum xvij. qui eſt *de ſucceſsions,* §. vij. qui eſt omnium eiuſdem volum. ccxvij. cautum eſt, quòd ſi quis decedat ſine liberis, relictis aſcendentibus & collateralibus, ſuccedunt aſcendentes in mobilibus, collaterales in immobilibus: quod & in noſtra Gallia vbique propemodum obſeruatur. Igitur qui domum emerat, moritur intra annũ relictis patre & fratre, poſteà verò quiſpiam conſanguineus venditoris retrahit eam domum, vi noſtræ conſuetudinis, reſtituto venditionis pretio: certum eſt quòd ſi domus redempta nõ fuiſſet à conſanguineo, ea fratris eſſet: nunc autem cùm redempta eſt, ad quem pertinet pretium? an ad ipſum fratrem hæredem immobilium? an verò ad patrem hæredem mobilium? Et primùm videtur, ad fratrem, cùm domus tempore mortis reperiatur in hæreditate, non pretium: quod quidem tempus inſpiciendum eſt, vt cæteris in rebus, §. ita demum tamen, Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. defer. cum ſimi. Et licet domus ipſa poſteà euincatur dato pretio, tamen ad pretium ſubrogatur in locum domus. Sicut dicimus de fundo legato, qui ſi poſt mortem teſtatoris euincatur per reſtitutionem in integrum reſtituto pretio, id pretium tanquam ſubrogatum in locum fundi debetur legatario, l. qui ſolidum, §. j. ff. de legat. ij. & facit tex. in l. filiæ, §. à Titia, ff. de condi. & demonſtr. & l. ſi donatæ, §. ſi ſponſis, ff. de donat. inter vir. & vxor. *Retractus pretium ad quos pertinet, an ad hæredes mobilium, an immobilium.*

11 ¶Præterea is cui competit ius oblato pretio, non habet ius purum, ſed conditionale, ſi pretiũ ſoluat, l. ij. & l. ſi à te, C. de pact. inter empt. & vend. Illud ergo pretium, quod debet accipere emptor, non erat prius in obligatione, ſed in conditione, l. j. §. item ſi ita, ff. ad leg. Falci. & l. ita ſtipulatus, & ibi plenè not. ff. de verb. obli. & l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. Ergo nullum ius, nulla obligatio erat in bonis emptoris: & ſi aliquod erat, tamen cùm ſtatutum diſtinguat ac ſeparet bona mobilia & immobilia abſolutè, nomen autem debitoris non ſit mobile aut immobile, ſed tertia quædã ſpecies, l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudi. & not. Bart. in l. poteſt, ff. de admin. tut. cùm aliis multis concord. adductis ſuprà §. huius tit. j. in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles,* quæ eſt glo. vij. num. 9. ſed & multis: conſequens eſt, vt non compræhendatur ſub eo ſtatuto, ſed ex Iure communi ad hæredes pertineat. *De eadem re.*

12 ¶Item huiuſmodi conditio reſtituendi pretij pro redimenda domo vendita, eſt poteſtatiua (vt noſtri appellant) quia ſcilicet eſt in poteſtate ſiue facultate conſanguinei id ipſum faciendi: igitur nõ retrotrahitur ad tempus mortis illius emptoris, de cuius hæreditate & ſucceſsione agitur, nec aliud quoduis tempus præcedens, l. qui balneum, & l. qui potior, ff. qui pot. in pig. hab. & l. ſi ſeruus, §. vlti. ff. de ſtipul. ſeruo. cum ſimi. Ex quo fit, vt non faciat hanc rem, id eſt domum, quæ in initio & tempore mortis id eſt ſucceſsionis obuentæ, erat res immobilis, cenſeri mobilem, cuiuſmodi eſt pretium quod inde redactum eſt: ſed potius inſpiciatur primum illud tempus, ad quod vltimum non retrotrahitur. *De eadem re. Conditio poteſtatiua non retrotrahitur.*

13 ¶Denique obligatio & quælibet diſpoſitio legalis, ſiue ſtatutaria, qualis etiam hæc eſt, magis *De eadem re.*

*Obligatio & diſpoſitio legalis, ſiue ſtatutaria, comparatur ultimæ uoluntati, uide num.16.*

comparatur,& accedit obligationi & diſpoſitioni vltimæ voluntatis,quàm contractuum inter viuos,ſecundùm glo.Bart.Bald.Raph.Corne.Alex.& alios,in l.j.C.de his quib.vt indig.& gloſ.& Bart.in l.in cognitione,ff.de S.C.Sylla.eundem Bart.in l.non ſolùm,§.morte,col.vlti.& ibi clarius Imo.col.pen.ff.de no.ope.nunt.Bal.in c.1.in prin.col.pen.verſi.deinde quæro,tit.de pac. Conſtan.Ange.conſi.vij.ex dicto themate,col.j.Imo.in l.ſi ita ſcriptum,§.vlt.ff.de leg.ij.Roma.in l.iiij.§.Cato,char.vlti.ff.de verbo.oblig.& in l.ea demum,C.de colla. & conſi.lxv.viſo themate,col.vlt.verſi.cùm igitur verba,& conſi.cxxiij.circa primum,col.ij.verſi. præmiſſis tamen non obſt.Alex.in l.ſeruus,col.j.ff.de vulg.& pup.& conſi.cxxx.attentis verbis teſtamenti,col.j.lib.2.Franc.Aret.conſi.xlv.viſis articulis,col.vlt,Cardi.Alexan.in c.ſolicitudinem,col.vlti.de appella.cum aliis concord.collectis ab Alex.Corn.& Philip.Dec.in d.l.ea demum,C.de collat.& ipſo Alex.in addit.Bart.in l.vlti.ff.de reg.iur.Caro.Ruin.& Barb.conſi.xix.clementiſsimum,col.iij.lib.4.& Socin.conſi.ccxxj.viſa,poſt princ.lib.2.& conſi.ccxliij.in præſenti,col.ij.verſicu.confirmatur,lib.2.vbi & idem ſe dicit tenuiſſe in l.ſi Stichum,§.ſtipulatio.ſed eius lectu.in eam legem non extat.Franc.Curt.ſeniore conſil.xxvij.magnificus,col.vj.verſic.verùm iſtis omnibus.Iaſ.in d.l.j.C.de his quib.vt indig.& in l.ita ſtipulatus,col.x.verſi.ſed hîc cadit,ff.de verbo.obliga.& in d.§.morte,char.vlt.verſi.vltimò tene menti,ff.de ope.no.nuntia.Carol.Ruin.conſi.cxvij.videtur.col.iiij.num.7.lib.4.Steph.Bertran.conſi.cxxviij. pro pleniori,col.vlti.lib.1.Ioan.Crot.& Ferd.Loaz.in repeti.l.filiusfamilias,§.Diui, illo quidem col.xxij.verſic.limita iſtam concluſionem:hoc autem nu.342.ff.de legat.j. Et videtur probari in l.ſeruus hac lege,ff.de manumiſ. De quo tamen (ne id omittam ) vide Soci.in l.Gallus,§.videndum,in prin.ff.de libe.& poſth. At in obligatione ex vltima voluntate inſpicitur tempus reſolutionis:nec ea retrotrahitur,l.ij.§.id quoque,ff.de collat.bon.quæ ponit hanc differentiam inter contractus & legata. Et hanc opin.nuncupatim in hoc caſu noſtro ſecuti ſunt Rapha.Fulgo.Alex.& Franc.Aret.in d.l.ea demum,C.de collat.

*Qui contrarium cenſent in principali quæſtione.*

14 ¶Contrarium tamen, vt ſcilicet id pretium ita reſtitutum à conſanguineo vi noſtræ conſuetudinis,tanquá mobile,ſit patris,qui ex ſtatuto ſuccedit in mobilibus, tenuerunt Iac.Raph.Cy.qui ita dicit fuiſſe iudicatum:Alber.Bal.Corn.& Phil.Deci. in ea ipſa l. ea demum.& idem Alber.in j.parte ſtatutorum,q.xciij.quid ſi ſtatuto prædicto. & quiſquis eſt in Marg.Bal.in verbo,alienatio,col.vlt.nam licet id opus ſit ipſius Bald.tamen ſunt in eo quædam ab aliis addita,vt videre licet. Et hi quidem omnes ſubnixi autoritate d.l.ij.§.id quoque,de collat.bono.vbi reſolutio contractus retrotrahitur ad tempus ipſius contractus. Ideoq; id pretium,quod ex huiuſcemodi reſolutione reſtituitur,cenſetur eſſe in bonis defuncti emptoris,abuſque tempore ipſius contractus. Et facit etiam tex.in l.ſi filiusfamilias,& ibi Barto. & Recentiores,ff.de verb.oblig.& l.quæ legata,& l.ſeq.ff.de reg.iur.cum ſimi.

*De eadem re.*

15 ¶Deinde iſtud ius recuperandi,ſiue redimendi,reſtituto pretio,competens conſanguineo,habet originem ex contractu ipſo venditionis,ex quo quæritur id ius ipſi conſanguineo etiam abſenti:vt dicit Bald.in rubr.C.res inter alios acta,verſi.nota quòd ex conſuetudine. & Phili.Deci.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum,col.j. Et ita quoque habuit originem in vita ipſius emptoris defuncti:& ſic tempore mortis ipſius cenſebatur in ea qualitate eſſe in bonis. Ergo & ipſa res mobilis etiam cenſetur fuiſſe in eiuſdem patrimonio, quia ius,quod competit ad rem mobilem,cenſetur mobile,vt voluit glo.Bart.& alij. in l.j.C.ſi aduerſ.tranſact.& in d.l.poteſt,ff.de auto.tut.cum aliis multis ſi.à me collectis in d.§.j.gloſ.vj.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,num.1.

*De eadem re.*

16 ¶Nec obſtat illa ſubrogatio, quam ſuprà primo loco adduximus, quia illa conſideratur ſecundùm Dec.in fauorem legatarij,ex veriſimili voluntate teſtatoris,vt declarat tex.in d.l.qui ſolidum,§.j.in verbis,coniectura voluntatis.Sed hęc ratio ceſſat in hac quæſtione,quia quòd talis pecunia ſit apud hæredem, non eſt ex voluntate defuncti, & repugnat ſtatutum quod defert immobilia tantùm ipſi hæredi. Et per hoc tollitur etiam illa ratio,quòd diſpoſitio ſtatuti æquiparatur vltimæ voluntati : quia in hoc caſu nihil reperitur ſtatutum in vltimis voluntatibus:nec etiam illud omnino indubitatum eſt, quando ob eius ambiguitatem Bar.ipſe indeciſum reliquerit in l.ſuus quoque,§.ſed & filio,qui eſt vlti.col.ij.ff.de hæred.inſtit.& in l.vſusfructus,in fin.ff.de ſtipul.ſer. & in l.j.ff.de in diem addict. Et expreſsim contrarium tenuerit Bald.ſibi contrarius in l.omnes populi,col.vlti.ff.de iuſti.& iur. & in l.j.ff.ſi cert.pet.& in d.l.ea demũ,C.de collat.Nec,ſi id verũ eſt,ſemper procedit,vt per Fran.Aret.conſi.lxxxix.placet,& Alex.in l.ita ſtipulatus,col.v.verſi.& tene menti,ff.de verb.oblig.

*De eadem re.*

17 ¶Et ita propemodum illis rationibus prioris partis reſpondet Philip.Deci. in d.l.ea demum.At aliis eiuſdem partis rationibus,quæ ſunt ipſius Franc.Aret.non reſpondet, nec earum meminit:neque Aret.quoque. Et hanc denique opi.ſecutus eſt Boër. in quodam conſilio quod poſuit poſt tract.Dy.de reg.iur.cuius initium eſt,Iaquelina,in iij.dubio. De hoc autem variæ ſunt conſuetudines Franciæ. Nam apud Belquercenſes cap.31. reditus qui pecunia poſſunt redimi,cenſentur mobiles,& idem apud Caluimontenſes in Baſsigniaco,cap.64.quod loquitur de fundo vendito cum pacto redimendi. Quid autem conſuetudo Cenomanenſis ſuper hoc ſtatuerit,videbis cap.305.& duobus ſeq.& Aurelianenſis cap.175.& cap.262.& cap.274.&

*Conſuetudines de principali quæſtione.*

Andega



Andegauenſis cap.91.& cap.290.& duobus ſeq. Trecenſis cap.65.& ſeq. Et vide quæ ſcripſimus ſuprà §.j.in gloſ.vj.in verbo,*rentes*,num.7.ſed hæc primò, & ſeq.& iterum in glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.119.ſecundò intellige,& duobus ſeq.

*Deciſio princ. quæſtio.*

18 ¶Sed vt tandem id definiam, certè quantùm ad nos, habemus conſuetudinem expreſſam infrà titu.xxv.qui eſt, *le mariage ſolu quelz droitz appartiennent au ſuruiuant des conioinctz*,§.xij.qui eſt omnium huius volu.cccij.quæ ſtatuit hanc pecuniam,ex qua retrahitur fundus, vi huius conſuetudinis aut pacti de reuendendo in contractu appoſiti, inter mobilia reponendam, eamq; ad eum pertinere,qui mobilia debet habere. Sed quantùm ad ius commune pertinet, illud arbitror,hunc fundum,quandiu eſt apud emptorem aut hæredes ipſius, id eſt ante retractum,non cenſeri mobilem,ob id tantùm,quòd obnoxius eſt retractui: ſed potius immobilem,inſpecto ſcilicet & conſiderato tempore & ſtatu præſenti.arg.l.ſufficit,ff.de cond.inde.cum ſi.ibi adductis à Iaſ.& à nobis infrà ti.ſeq.§.ij.glo.j.nu.38.quid quòd cenſetur,& ſeq.nam & multa interuenire poſſunt,ne fundus redimatur,quamuis redimi poſsit, vt in ſimili dicitur in l.naturalem,§.j.ff.de acquir.poſſ. Qualis igitur futurus ſit, debet expectari euentus,an ſcilicet redimetur,nécne : vt ſic non in pendenti ſit, quantùm ad præſentem ſtatum attinet: quantùm autem ad futurum,ſit:vt in ſimili tradit Cy.in l.vlti.col.ij.in j.oppo.C.de ſent.paſſ.& Bart.in l.Pomponius,col.iij.verſi.hoc igitur præmiſſo,ff.de nego.geſt.

*Euentus inſpiciendus.*

*Finis oſtendit, cuiuſmodi res cenſenda ſit.*

19 ¶Porrò autem finis omnibus in rebus oſtendit, cuiuſmodi eæ cenſendæ ſint, l.ſed & ſi quid,§.j.ff.de vſufruct.& cap.fraternitatis,§.vlti.extrà de frigid.& malefic.& id quidem eorum textuum autoritate voluit Spec.expreſsim definiens,aliquid vel mobile,vel immobile cenſeri & exiſtimari ex fine ipſius,in tit.de fructib.& intereſ.§.ſcias igitur,qui eſt primus illius tit.verſi.ſed quid ſi debeo. cum aliis multis ſimi.& concord. à me quoque congeſtis ſuprà eod.tit.§.j.glo.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*,num.45.tum etiam quia finis. Nam & finis ipſe (vt & id illis quoque adiicias) ad ſe trahit omnia,quæ ad eum ipſum tendunt,l. & ſi non ſint,§.perueniamus,ff.de auro & argen.leg.

*De euentu.*

20 ¶Quibus adde ad huius noſtræ ſententiæ comprobationem tex. optimum in l.ſi Titius, in princ.ibi,ex euentu ſolutionis,ff.de leg.ij.& l.ſeruus,§.j.ibi, in pendenti eſt, cui proprietatem acquiſierit,&c.ff.de acqui.rer.do.& l.ſi is qui pro emptore,§.j.ibi, in pendenti eſſe.ff.de vſuca.& l.pen.§.vlti.ff.de caſt.pec.cùm dicitur,niſi in pendenti,vt in aliis,& in hac ſpecie habeamus domina,vt ex poſt facto retro fuiſſe aut non fuiſſe patris credamus.& in l.proponebatur,eo.tit.ibi,nec eſt nouum vt ex poſt facto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videatur. & quæ ſequuntur.quæ huc admodum pertinent,vt ſcilicet ex poſt facto conſtet, quis ſucceſſor futurus ſit in huiuſmodi rebus.& l.in bello,§.j.& l.bona,§.j.& ij.ff.de capt. & l.ſi ſeruus cõmunis meus,§.ſeruus,& iterum §.vlti.ff.de ſtipu.ſer. & l.fideiuſſor obligari,§.ſtipulatione,ff.de fideiuſ.& l.bouem,§.vlti.ff.de Aedil.edict.

*De eadem re.*

21 ¶Nec omittendus tex.in l.qui res ſuas,§.rem autem,ff.de ſolut.ibi,& vtique cuius fuerit euentus declarat. Ex quo not.Paul.Caſtr.ibi,quòd ſi res quæ datur in ſolutum, euinci poteſt,& etiam poteſt non euinci:ex futuro euentu apparebit,vtrùm debitor fuerit liberatus,nécne.Et facit quoque tex.in l.iure,§.vlti.ff.de teſta.tutel. & in l.j.§.ſi pendeat,ff.ad S.C.Macedon.& l.ſi fur,iterumq; l.ſed & ſi quis,§.j.ff.de vſufruct.& l.quid ergo,in prin.eo.tit. & l.res vxoris.C.de dona.inter vir.& vxo.& l.reſcriptum,§.vlti.ff.de diſtract.pig.& l. ſi debitor,ff.de iur.dot.& l.ſi is ſeruus,ff.de donat.inter vir.& vxor. Sic & hoc caſu conſtabit ex futuro euentu,cui cedet domus,aut pecunia,qua ipſa redimetur:nam ſi ea intra tempus non redimetur,cedet collateralibus,ac ſi ab initio non fuiſſet obnoxia retractui. Si redimetur, erit pecunia ob eam domũ reddita,aſcendentium:tanquam ſi ab initio domus ipſa pecunia fuiſſet.

*De eadem re. In uenditione actionis competentis minori ad fundum uel pretiũ, an decretum requiratur.*

22 ¶Et hoc admodum confirmat,quod ſcriptum reliquerunt Albe.Bar.& Ang.in l.ſi ſic legatũ,§.vlti.per tex.ibi,in verbo,proinde.ff.de leg.j. Actio (inquiunt) ſecundùm communem opin.iudicatur mobilis vel immobilis,ex natura rei pro qua competit,vt etiam ſuprà haud multò antè diximus. Minor igitur habebat actionem ad fundum,vel ad centum ( ea enim erant in electione debitoris) is ceſsit huiuſmodi actionem alteri ſine decreto,quod in alienatione rerum immobilium requiritur,non etiam mobilium. An valeat ea ceſsio? Et dicunt id fore in poteſtate debitoris:nam ſi reddat fundum,non valebit:ſi centum,valebit. Et idem reſpondit ipſe Barto.conſi.lxx.reuerendiſsime,col.ij.& ſequitur Alex.in l.à Diuo Pio,§.in venditione,in fi.j.not.ff.de re iud.dum ſimpliciter allegat Bart. in illo priore loco,& apertiùs conſi.cxxv.viſis & conſideratis,in fin.lib.1.quod repetitur conſi.liij.lib.3.& Franc.Aret. in l.j.C.ſi aduerſ.tranſact. Et in id eſt text.optimus,præter eos, quos ſuprà citauimus,in l.erit,ff.de fund.dot.quo probatur ex euentu pendere,an valeat alienatio,de qua ibi agitur,nécne.

*Exitus acta probat.*

23 ¶Sed & hæc omnia quidem mirum in modum fulcit illud Phyllidis Ouidianæ ad Demophoontem,ſi ſententiam integram reſcindas,

*Exitus acta probat.—*

Quod in id vbique citant noſtrates,& inter cæteros Bald. qui tamen autoris nomen ſupprimit,in cap.1,col.ij.verſic.ſextò quæritur,tit.quib.mod.feud.amit. in idque etiam allegat l.rem non nouam,§.vlt.C.de iud.& §.vlt.procemij,ff.& poſt Bal.Soc.conſi.cxxvij.quoniam in pre-

ſenti,col.v.verſic. comprobo & quartò,lib.3. Et de hoc caſu noſtro (quod & nos ſuprà diximus,ſed hîc in fi.& concluſione quæſtionis iterum dicere voluimus ) habemus conſuetudinem expreſſam cap.omnium noſtrarum conſuetudinum 302.

24 ¶QVARTÒ quæro,quid ſi conſanguineus volens redimere, traxit in ius emptorem recuſantem cedere,& tandem obtinuit, fuitq; emptor condemnatus rem ipſam reſtituto pretio cedere:tamen conſanguineus pœnitentia fortè ductus, vel etiam non habens ad manum pecuniam,non vult vti ea ſententia,nec pretium reſtituere:an emptor poterit eum cogere? Habes text.in l.ſi iudex,ff.de minorib. quòd ſi minor nolit vti ſententia reſtitutionis in integrum,quam is obtinuit,exceptionem vtilem aduerſus petentem pretium, quaſi ex cauſa iudicati,habere poterit.& rationem ſubiungit,quę declarat,id non tantùm in eo caſu obtinere, quia ſcilicet vnicuique licet contemnere ea, quæ pro ſe introducta ſunt. Et Bald.ibi in priore lectu.dicit eum text.ſingul.& in vtraque lectu.aſſerit procedere in omnibus his, quæ ſunt quæſita iure quopiam ſingulari ſiue extraordinario ac ſpeciali,cuiuſmodi hauddubiè ex hoc noſtrum ius retractus. Et per eum text.dicit gloſ.in l.illud, §.j. in fin.ff.de Aedil.edict.quòd emptor qui obtinuit in redhibitoria, poteſt renuntiare ſententiæ, nec ex ea poterit venditor agere.& ſequuntur Bald.{ & Cæpol.} ibi.& {& idem Cæpol.in l.ſciendum,§.dictum,eod.tit.} Et facit etiam l.cùm vnus,ff.de bon.auto.iudi.poſſ.& glo.in clem.conſtitutionem,verſi.inſuper,in verbo,nolle vti,de elect. dum quærit,an inuito impetrante poſsit is,contra quem impetratum eſt reſcriptum,eo vti? De quo & ibi per Imol.ſuper ea gloſ.& per Innoc.Hoſtien. Ioan.And.Panor.& alios in c.ex conqueſtione,extrà de reſti.ſpolia.Bald.in l.j.C.vt lite pend. & in l.poſtquàm,in fi.C.de pact.Alex.conſi.lxxvij.viſo themate,col.ij.verſi. tertiò principaliter,lib.5.& Iaſ.qui alios multos allegat,in l.ſi quis ius iniquum, in prin.col.ij.verſi.tertiò not. ff.quod quiſque iur.

*An conſanguineus qui in cauſa retractus obtinuit, poßit pœnitere.*
*De intellectu l.ſi iudex, ff. de minor.multa.*
*An inuito impetrante, poſsit aduerſarius uti reſcripto, uide nu.16.*

25 ¶Sed vt redeamus ad d.l.ſi iudex,de minor.Bal.in l.omnem honorem,quæ eſt vlti. circa medium,& ibi quoque Sal.in fin.C.quan.prouoc.non eſt nec.ſcribunt poſt Cy.ibi,appellantem non poſſe renuntiare appellationi ſuæ inuito appellato,ſi eius interſit. Nec obſt. (inquiunt) d.l.ſi iudex,quia ea non continet ius commune, ſed priuilegium minorum: & ideò ſecus in reſtitutione in integrum,quàm in appellatione. quod dicit Bald.not. Super eo autem,quod de appellatione dicunt,vide Bart.in l.ſi quis libellos,C.de appel. Cæterùm idem Bald. in l.ij. col.ij.q.ij.C.de fideiuſ.min.dicit, quòd ſententia lata pro aliquo in ipſius priuilegium, non ei imponit neceſsitatem vtendi eadem,ſi nolit:per d.l.ſi iudex. Idem quoque in l.ſi conſtante,§.quoties,ff.ſolu.matri.not.ex text.ibi,& glo.in verbo,nec ferenda, quòd is,cuius poſtulatione lata eſt ſententia,non poteſt ab ea recedere,nec habet locum pœnitentia.quod dicit bene no.dignum.& idem quoque voluerunt Ang.Imo.Ro.Pau.Caſt.& Alex.ibi.Subdit autem ipſe Bal.in eodem loco,non obſtare d.l.ſi iudex,quia in ea ſpeciale eſt fauore minorũ. Idem in l.ſi prædium,col.ij.verſic.ſed pone lata eſt ſententia,C.de Aedil.act.dicit, quòd ſi in Aedilitia actione lata ſit ſententia ad commodum emptoris, qua condemnatus eſt venditor rem recipere,& reddere pretium ex iſta ſententia naſcitur venditori actio in factum,ſi emptor nolit vti ſententia. Nec obſt.(ait) d.l.ſi iudex: quia reſtitutio in integrum propriè non dicitur ſententia condemnatoria,nec ex ea oritur actio in factum.

*De d.l. ſi iudex.*

26 ¶In quancunque partem commentariorum vel Iuris ciuilis vel canonici conuertor, velim nolim in nomine Baldi hæream neceſſe eſt,adeò præ cæteris copioſus eſt vbique. Is igitur in rub.extrà de poſtul.Præla.quærit,an ſi Papa capitulo petẽti fecit poteſtatem eligendi quempiam,cogatur eum eligere:& multa in vtranque partem allegat,& inter cætera,d.l.ſi iudex,ad probandum,non eſſe cogendum. Idem in d.c.ex conqueſtione,col.vlti.verſi.quærit Inno.de reſtit.ſpol.in illa quæſtione,de qua ſuprà obiter locuti ſumus,an ſcilicet impetrans poſsit abſtinere vſu reſcripti inuito aduerſario,concludit non poſſe poſt earum productionem. Nec obſt.(inquit) d.l.ſi iudex,quia ibi ſpeciale eſt propter priuilegium minorum. Id quod ſuprà ſæpe ex eodem diximus. Idem in c.interpoſita,col.ij.verſi.quòd ſi appellans, extrà de appel. ſcribit,quòd quilibet poteſt renuntiare fauori ſuo principaliter,licet per quãdam conſequentiam proſit aduerſario,per d.l.ſi iudex. Mox ſubdit in contrariũ facere l. petendæ,C.de tempo.in integ.reſtit. Tandem dic (inquit) vt per Cy.in d.l.petendæ.quem & ipſum in aliis multis ex d.locis ſuprà ex eo citatis allegat pro intellectu d.l.ſi iudex.

*De eadem re.*

27 ¶Igitur Cy.ipſe in ea l.petendæ,& poſt eum Bart.& idem Bald.& Alber. in ea quæſtione, an quis poſsit renuntiare dilationi à ſe petitæ in præiudicium aduerſarij,qui ea pendente poteſt probare:poſt multa,negat poſſe,cùm ea lex eum admittat ad huiuſmodi beneficium probandi de iure communi ordinario.nec obſt.d.l.ſi iudex,vt ſubdit Cyn.& alij poſt eum, quia loquitur de iure extraordinario & ſpeciali,quod facilius tollitur.l.antiquæ,C.ad Velleian. & §. quia verò veriſimile eſt,in auth. de non alie. Et idem dicit in eadem quæſt.ipſe Bald.in l.vlt. in j.lect.ff.de pact. Sed & idem Bald.eandem quæſt.tractans,in l.ſi arrogator,in fi.ff.de adopt. dicit quòd qui dilationem obtinuit,non poteſt ei renuntiare in pręiudicium aduerſarij:quia tunc propter æqualitatem ſeruandam dilatio communis facta eſt beneficio legis: quod quidem beneficium non eſt in poteſtate eius, qui dilationem impetrauit: quia in pari iure non

*De eadem re. Dilationi à ſe petitæ,an quis poßit renuntiare in præiudicium aduerſarij.*

poteſt



poteſt vnus alteri præiudicare.l.ſi poſt mortem,§.vlti.ff.de bon.poſſeſ.contr.tab. Secus in iure,quod venit in conſequentiã,& non pariter,d.l.ſi iudex. Idem rurſus de ea ipſa re loquens in l.poſtquam,col.vlti.in vij.quæſt.C.de pact. quæritur (inquit) an poſsit quis renuntiare dilationi obtentæ. dicunt Docto.quòd poteſt quantùm ad ſe attinet,non etiam ad aduerſariũ, qui gaudet eadem dilatione.d.l.ſi poſt mortem, §.vlti. & not.Cyn.in d.l.petendæ. Bartol.ibi contrà,quòd poteſt renuntiare, per d.l.ſi iudex. Tu tene primam partem in eo, qui meruit dilationem de iure communi:in eo autem qui meruit de iure ſpeciali per beneficium reſtitutionis in integrum, tene opi.Bart. Ratio differentiæ eſt,quia ius ſingulare proditum eſt pro ſingulari fauore:ſed de iure communi attenditur æqualitas in iudiciis. Sed & idem Bal.in l. quod fauore,col.j.C.de legib.dicit, quòd quis poteſt renuntiare ſententiæ definitiuæ pro ſe latæ de iure ſpeciali,& inhærere iure communi. Et continuò pòſt, loquens de renuntiatione dilationis,idem dicit quod ſuprà. De quo & tu vide Alber. in l.bonorum,circa medium,ff. rem rat.habe.

28 ¶Denique Bald.ipſe,cuius copia copias omnes ſuperat, conſil.cccciiij. quia dictus conſultor, col.vlt.lib.3.reſpondit,quòd abſtinere hæreditate in ſuo hærede cõtinet beneficium, cui quis poteſt renuntiare,etiam poſt ius quæſitum alteri,per d.l.ſi iudex:ſed in extraneo continet ius commune,cui non poteſt renuntiare. Et cum his propemodum concordans Franc.Areti.in l.pro hærede,§.Papinianus,col.penul.ff.de acquiren.hæred.idem tradit,videlicet iuri quæſito tertio ex meo ſpeciali beneficio poſſe me præiudicare, per d.l.ſi iudex. Quod & ipſum per illum ipſum tex.voluit Alex.conſil.xxxvj.viſo themate,col.vlti.lib.4. Ex quibus, vt tandem hanc quæſtionem noſtram concludam,potes apertè intelligere, quid in ea dicẽdum ſit:nempe conſanguineum,cui ius retrahendi competit ex beneficio ſingulari,extraordinario, & ſpeciali, poſſe huic iuri etiam poſt ſententiam renuntiare vel inuito emptore. Crediderim tamen eum eſſe condemnandum in expenſis litis. Et ita expreſsim cauetur in conſuetudinibus Cenomaniæ,cap.418.& Andegauiæ,cap.417.

*De d.l. ſi iudex.*
*Deciſio princ. quæſtionis.*
*Conſuetudines de ea re.*

29 ¶Verùm huic noſtræ ſententiæ tria palàm videntur aduerſari. Primum illud eſt, quia in iudiciis quaſi contrahimus,l.iij.§.idem ſcribit,ff.de peculio. Et licet contractus ſint ab initio voluntatis,tamen iam conſummati,ſunt neceſsitatis,l.ſicut,C.de act.& obliga. & l.in commodato,§.ſicut,ff.commod.cum ſimi.quæ leges licet loquantur de contractibus, tamen & de quaſi contractibus intelliguntur, cùm quaſi contractus dicantur contractus.l.interdum,§.vlti.ff.de iudi.& l.ſed & cùm aliquis,ff.de nego.geſt.quæ geſtionem negotiorum,quę quaſi contractus eſt,contractum ſimpliciter vocant.& l.vlti.ff.in quib.cau.pig.vel hypo.taci.contr. & l.ex contractibus,ff.de actio.& oblig.quæ tutelam,quæ & ipſa quaſi contractus eſt, contractum quoque vocat:vti etiam de aditione hæreditatis,quæ & ipſa quaſi cõtractus eſt,facit tex.in l.apud Iulianum,§.vlti.cum l.ſeq.ff.ex quib.cauſ. in poſſ.eat. & l.eandem rem,ff.de duob.reis. Nam nec ab his quaſi contractibus licet diſcedere, quin obligati maneamus. Quis enim dixerit, eum qui negotia alterius geſſerit,qui tutelam quoque geſſerit,qui hæreditatem adiuerit,non poſſe liberè ab his diſcedere immunem & liberatum omni nexu,& obligatione, quam ſemel quaſi contraxerit? Igitur nec qui litem proſequutus & conteſtatus eſt, qui denique ſententiam impetrauit, poteſt hinc liber abire, quin etiam maneat obligatus. Sed huic rationi reſponderi poteſt,illud omnino verum eſſe,niſi lex vlterius progrederetur,vt ſcilicet liceat victori à ſententia recedere.

30 ¶Alterum,quod contra noſtram ſententiam facit,illud eſt: quia cùm conſanguineus ex illa ſententia poſsit non dubiè cogere emptorem, vt ſibi vendat rem, ad cuius retractum venit: debet & ipſe emptor viciſsim poſſe conſanguineum cogere, vt emat:per regulam illam correlatiuorum probatam in l.vlti.& ibi Docto.C.de indic.vidui.& in cap.vlti.extrà ne cleri.vel monach.de qua nos latius diximus ſuprà hoc eod.titu.§.j.gloſ.ix.in verbo, *lignagier*, nu.170. verùm ego hanc, & ſequent. Sed quod huic obiectioni reſpondeas,vltra ea quæ diximus, in promptu eſt ex l.j.& ibi Bald.poſt princip.C.de commu.ſer.manu.vbi ſtatutum compellens aliquem alteri vendere,non compellit, illum alterum emere,nec è conuerſo. & ibi Bald.ipſe rationem reddit,& ſequitur Ioan.Plat.in l.j.in fin.C.de cupreſ. lib.11.& Fab. à Monte S. Sab. in tracta.empt.& vend.in ij.quæſt.princi.col.vlt.verſic.non tamen ſecundum, & iterum in iij. quæſt.princip.verſic.xxviij.quæro an ſtatutum. Licet ergo emptor cogatur ex ſententia fundata in hoc noſtro ſtatuto retractus vendere conſanguineo,non continuò ſequitur conſanguineum cogendum emere.

31 ¶Tertium,id eſt,quod à nonnullis traditur,quòd ſi res,quæ per retractũ petitur, interim perierit,tenebitur tamen conſanguineus perſiſtere in ſuo retractu,tanquam ipſius ſit periculum. Ita enim voluit Ferro.in commentariis conſuetu.Burdigal. hoc eod.titu. *de retraict*, cap.1.per l.id quod poſt,& l.ſi vendita,ff.de peri.& commo.rei vend.& l.quod ſæpe,§. in his quæ,ff.de contrahen.empt.Et ſi id quidem verum eſt,vt etiam ante ſententiam & re perempta conſanguineus teneatur emere,quid dicemus poſt ſententiam & re ipſa ſalua & integra? id eſt,ſi in arido,quid in viridi? At ipſi Ferro.(pace eius viri dixerim ) in ea re non accedo,tum per ea quæ iam diximus, tum quia iura ab eo allegata, & quæuis alia quæ dicunt periculum eſſe

*Si res,quæ per retractum petitur pereat, cuius periculo perijt.*



tamen

emptoris,loquuntur, cùm venditio facta eſt,hìc autem nondum facta eſt,ſed petitur vt fiat. Igitur aut emptor,à quo petitur,non eſt in mora,quia fortè aberat,cùm oblatio ei facta eſt ad domum,aut vxorem ipſius,iuxta §.ix.huius titu.aut eſt in mora. Si primum, non poteſt res perire conſanguineo,cui nondum ceſsio facta eſt,l.neceſſariò.ff.de peric.& commo.rei vend. cum infinitis ſimil. Si ſecundũ,& tunc citra controuerſiam manet in periculo emptoris moratoris,& vt noſtri appellant,moroſi,l.ſi ex legati cauſa,& ibi not. per Doct.ff.de verb.oblig. & cap.1.extrà de commo. & cap.2.de depoſit. Et id ( ne autoritate deficiamur) nuncupatim in materia retractus voluit Gerard.Bago.in ſua diſput.retractus, & Boër.in conſuet.Biturig. hoc eod.titu.§.quarto,in fin.& latius deciſ.xlviij.quæritur an proximior, ferè per totam eam quæſtio.vbi tamen dolenter,vt videtur, dicit contrarium fuiſſe determinatum per cameram inquæſtarum curiæ Burdig.

*Intra quod tẽpus debet conſanguineus poſt ſententiã offerre pretium.*

32 ¶QVINTÒ quæro, intra quod tempus conſanguineus, qui ſententiam obtinuit aduerſus emptorem,poſt ipſam ſententiam debet offerre pretium emptori victo:an intra octo dies,ſecundùm id quod cautum eſt ſuprà §.iij.an intra annum,qui in principio ſtatutus erat retractui:an denique intra xxx.vel xl.annos.quod videtur,quia executio ſententiæ,non niſi xl.annis perimitur,ex ſententia Ioan.And.in addi.Spec.tit.de execu.ſent.§.vlt.verſi.vltra hoc ſciendum. Aut certè ad minimum xxx.annis,vt placuit Inno.& Bal.in cap.vlti.de excep.& eidem Bald.in rubr.extrà de præſcrip.col.vlt.& in l.debitori,col.vlt.verſic.tertiò quæro,C. de pactis. & conſi.lxvij.quia ex facto,col.iij.verſicu.aliàs ſequeretur,lib.3.Felin.in c.inter monaſterium, col.penul.verſicu.limita decimoſexto,extrà de re iudic.& Matthæ.Afflict.deciſ.Neapo.ccxlv. magnifici,ad fin. Sicut & quodlibet officium iudicis,l.ſicut,iuncta gloſ.in verbo,perſecutione.C.de præſcrip.xxx.vel xl.ann.cum ſimi.à me adductis ſuprà eod.tit.§.xxxv.eodemq; pen. in verbo,*ignorans*,num.41.& quòd per xxx.

*De eadem re. Actio iudicati procedens ex actione temporali an perpetuetur.*

33 ¶Et licet hæc actio retractus in initio eſſet annalis,tamen fuit perpetuata per litis conteſtationem,l.ij.C.quando libel.Principi dat.& l.j.in prin.C.de anna.excep. quæ quidem perpetuatio non perimitur per ſententiam,ſed augeri debet,vt denuo incipiat tempus,in quod perpetuabatur actio:vt dicit Bal.in d.rubr.de præſcrip. quia cùm prima illa actio eſſet iam perpetuata, debet durare in actione iudicati,quæ ſuccedit loco primæ:quia iniquum eſſet,vt ei prodeſſet ſententia,contra quem lata eſt,l.euidenter,ff.de excep.rei iudi. Et quia etiam fortius inducitur mala fides per ſententiam condemnatoriam,quàm per vitium litigioſi,l.j.C. de præſcrip. long.tempo. Et quia denique nouatio neceſſaria non purgat moram,l.j.C.de iudic. Et facit tex.in l.aliam,ff.de noua.& in l.non ſolet,ff.de reg.iur.& gloſ.vlti.in d.l.j.de iudic.& in l.duobus,ff.de excep.rei iudi.& in l.nepoti,& ibi Barto.ff.de fun.inſtru.& in l.vlti.in verbo,ſi enim nouatur,C.de vſur.rei iudic. Et facit quoque tex.in l.nam poſteà,§.ſi is qui,ff.de iureiur.vbi actio temporalis perpetuatur per iuramẽtum præſtitũ ex delatione aduerſarij:nam & ipſum iuramentum habet vim ſententiæ.vt not.in l.ij.& l.qui iuraſſe,§.vlt.eod.tit.

*De eadem re.*

34 ¶Et ne de hac re vel tantillum hæſites,habes tex.in l.miles,§.vlti.ff.de re iud.omnium expreſſiſsimè probantem actionem iudicati eſſe perpetuam,licet vetus actio , quæ ſcilicet ante ſententiam competebat,eſſet temporalis:vt etiam expreſsim dicit glo.ibi,quam omnes paſsim & conſtanter ſequuntur. Et huius prætereà rationem addunt Recentiores,quia per ſententiam inter partes quaſi contrahitur,l.iij.§.idem ſcribit,ff.de pecul.& voluerunt Bart. & Bald.in l.ij. §.j.ff.de Prætor.ſtipu.& idem Bald.in l.ab executione,col.vlti.C.quor.appel.non recip.& in l. vlti.col.ij.C.ſi plur.vna ſenten.& Doct.vbique. Actiones autem perſonales,ſiue ex contractu ſint,ſiue ex quaſi contractu(nihil enim inter eas,quantùm ad id,diſtinguitur) ſunt perpetuæ, d.l.ſicut,& l.omnes,C.de præſcrip.xxx.vel xl.ann.& l.j.C.de conſti.pecu.

*De eadem re.*

35 ¶Sed tamen hìc omnino vide quæ diximus ſuprà eod.titu.§.j.gloſſ.x.in verbo,*dedans l'an*, in xiij.quæſt.ex quibus intelliges,illud eſſe admodum dubiũ, vtrùm ſcilicet hæc actio retractus perpetuetur per litis conteſtationem. Et aliud quoque eſt,quod id reddit ambiguum:nam ſi emptor ſponte admiſit conſanguineum venientem , oſtenderitq; inſtrumentum emptionis, & iureiurando pretium affirmauerit:debet conſanguineus pretium ipſum reddere intra octo dies,aliàs non amplius auditur,vt cauetur ſuprà eod.titu.§.iij. Cùm igitur hæc vltronea admiſsio,quæ aliàs duraret xxx.annis,vt cæteræ facultates,quæ ex pacto ſunt,vel ex partiũ conſenſu deſcendunt,per d.l.ſicut,& d.l.omnes,cum ſimi.hoc tamen caſu octo diebus expiret ex noſtra conſuetudine:cur non & iſta admiſsio à iudice facta ob partis denegationem, & quæ ita ſuccedit in locum illius,quam pars facere debuit,vt pars ipſa feciſſe videatur, l. ſi ob cauſam,& ibi not.C.de euictio.cum ſimi.à me collectis,ſuprà §.j.glo.xiiij. in verbo, *ou equipollent à vente*. num.13.& has quidem. Cur (inquam) hæc iudicis receptio non eodem tempore finitur,cùm res,quæ ſuccedit loco alterius,eodem iure cum ea cenſeatur, eiuſq; naturam & vim mutuetur.l.Imperator,in fi.& l.ſequenti.ff.de lega.ij.& cap.eccleſia,le j.extrà vt lit.pend. & ibi concord.in gloſſ.in verbo,ſucceſsio. Sed hæc ratio hìc non concludit,vt ſatis patet ex ſuprà dictis:& vide tamen quæ diximus,d.§.iij.in glo.ij.

*Si contractus non eſt ſubiectus retractui & tamen venditor admiſit cõſanguineum offerẽtem, an poſsit pœnitere.*

36 ¶SEXTÒ quæro, quid ſi contractus venditionis non ſit ſubiectus huic retractui , vel quia res eſt reuendita ex pacto reuenditionis in contractu venditionis appoſito , vel quia fortè





tranſit tempus retrahendi:tamen cùm conſanguineus peteret ſe admitti ad retractum,& offerret pretium,emptor agnouit retractum,& pretium accepit:an poſteà audietur,aſſerẽs rem non eſſe in cauſa retrahendi,voléſque reſtituere pretium ? Dic,eum non eſſe audiendum, per id quod in ſimili ſcriptum eſt in l.quòd ſi nolit,§.in factum,ff.de Aedi.edict.vbi ſi ſemel venditor agnouit recipiendo mancipium,locus eſt redhibitioni:nec quæritur,vtrùm debuit redhiberi,an non debuerit:nec an intra tempora redhibitum eſſe videatur. Et ad hoc illum tex.dicit not.Bal.in l.ſi prædium,col.ij.verſ.ſed pone quòd res non erat vitioſa, C.de Aedil. acti.Et faciunt quæ dicam tit.ſeq.§.iiij.in glo.vlt.nu.2.

*Quid ſi verbo tantùm admiſit, & pretiũ non recepit.*

37 ¶Sed tamen,ne tu Lector amantiſsime erres,illud hìc ſcire debes,quòd id quod diximus ex d.§.in factum,intelligitur,ſi re ipſa redhibitum fuerit mancipium,aliàs non eſſe locũ redhibitioni,etiam ſi nudo conſenſu placuerit,vt redhibeatur : ita enim continuò ſubiicitur , in verſic.illud planè.Et ita quoque potes dicere in hoc caſu noſtro, non ſatis eſſe , emptorem nudo verborũ cõſenſu agnoſcere retractum, quin poſteà audiatur allegans non eſſe locum retractui ob tempus tranſactum , aut aliàs niſi ipſe iam pretium à conſanguineo receperit. Tamen ſi is caſus contingeret,vt aliquando vidi,conſulerem impetrandam à Principe gratiam huiuſmodi cõſenſus,vt in hoc regno ex antiquis principum ſanctionibus fieri aſſolet quamuis de iure communi id neceſſarium non eſſet.Et hæc adde ad ea, quæ diximus ſuprà §.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*, nu.20.tu tamen id intellige.

*An poſſeſsio ſiue præſcriptio emptoris cedat cõmodo conſanguinei retrahentis.*

38 ¶SEPTIMÒ quæro,Ex noſtra conſuetudine ſuprà tit.præcedente,qui eſt *de preſcriptions* , ſi quis titulo particulari poſſederit fundũ x.annis inter præſentes,& xx.inter abſentes, poterit illum defendere aduerſus omnes ius quodpiam in eo prætendentes ? Quod propemodum eſt iuris cõmunis,C.de præſcr.long.temp.per totum. Sed addit prætereà noſtra cõſuetudo, credi iuramento huiuſmodi poſſeſſoris de ſuo titulo. Quid igitur,ſi quis retraxit rem à ſuo conſanguineo venditam,an tempus,quo primus emptor,à quo retraxit,eam rem poſſedit, accedet ipſi cõſanguineo,ad perficiendã hanc præſcriptionem?Aut ſi fortè ipſe prior emptor eam poſſedit decem annis,ſed quia non notificauerat eam venditionem apud acta,conſanguineus poſt eos decem annos retraxit , cedétne ea præſcriptio commodo conſanguinei? Quod vtique verũ eſt,l.ſi alienam,ff.de dona.cau.mor.& l.indebiti, §.j.& ibi gloſſ.in verbo, aggerem,ff.de condi.indeb.& expreſsè voluit in hoc caſu noſtro Paul.Caſtr.conſil.lxxiiij.in cauſa mota,col.j.libr.2.quod & nos quoque diximus,aliud tamen agentes,ſuprà eo.tit.§.xij. in glo.j.in prin.Et vide etiam quæ dicam infrà tit.ſeq.in fi.tit.in xxij.quæſt.

*An conſanguineus qui admonitus ut retrahat,reſpondit nolle, poſsit pœnitere.*

39 ¶OCTAVÒ quæro, vnus conſanguineorum venditoris teſtatò conuenit, & admonet , vel in iudicio,vel extrà iudicium,alium conſanguineum, fortè eo proximiorem , vt retraheret rem venditam:is reſpondet nolle ſe retrahere:an poſteà poterit pœnitentia acta retrahere,& ita excludere monitorem illum remotiorem , qui vult etiam retrahere , & quando poſsit pœnitere. Tu omnino vide tex.in l.nonnũquam,& ibi glo.& Bart.ff. de colla.bonor.& in l. Prætor,§.is cuius intereſt,& ibi gloſ.Bar.& Ange.ff.de ſepul.vio.& in l.ſi maritus ſit,§.ſi negauerit,& ibi quoque eoſdem,ff.ad leg.Iul.de adult.vbi eſt tex.omniũ optimus.& in l.ſicut, §.ſi voluntate, ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.vbi etiã eſt bonus text.& quod per eum text. ſcribit Pau.Caſt.in l.qui Romæ,§.cohæredes,ff.de verb.obli.& Iaſ.in l.vlt.col.vij.verſi.iuxta prædictum,& aliis ſeq.C.de iure emphy.Et vide etiam Dy.in c.mutare conſilium , de regu. iur.lib.6.Bart.& alios in l.apud Aufidium,ff.de opti.lega.Fran.Aret.& Lancel.Deci.in l.ſerui electione,ff.de leg.j. Et ex vbique ſcriptis & notatis facilè intelliges , quid hìc dicendum ſit, quamuis magna pars eorum locorum in criminalibus loquatur.

*De eadem re.*

40 ¶Maſuerius autem ille , quem inter primos morum Gallicorum interpretes non verebor annumerare,in hoc eod.tit.de retractu,§.item ſi ille cui competeret,& iterũ in tit.de locato, verſic.item ſi dominus,negat expreſsim,amplius audiendũ fore conſanguineum, qui ſemel dixerit,nolle ſe retrahere,ſicuti nec filium quoque,qui dixerit nolle ſucedere patri:vt not. Cyn.in l.ſi quando,in vlti.quæſt.C.de inoffic.teſtamen.nec aliud omnino allegat. Et idem quoque nuncupatim tenuit alter non contemnendus autor Geral.Bago.in ſua illa diſputa. retractus,verſi.quæritur ſequenter,proximior,per l.quæritur,§.ſi venditor,ff.de Aedil.edict. & alia quædam iura illic ab eo citata.& D.Benedict.in repe.c.Raynutius,in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,num.156.extrà de teſtam.& nouiſsimè Boer.in conſuetud.Biturig. hoc item tit.de retractu,§.ij.colum.penult.verſicu.ſed ponamus quòd proximiori.& iterum deciſi.lxxvj.proximioris,col.iij.nu.9.Nam & ſi dominus declarauit nolle ſe vti iure retẽtionis non auditur poſteà volens retinere,vt tenet Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua , verſic.100.& ſeq.& Maſuer.in eod.tit.vbi ſuprà.

*De eadem re.*

41 ¶Sed vide diſtinguẽdúmne ſit,an omnia ſint integra,an non:vt ſcilicet primo caſu ſit admittendus,cùm nondum alius conſanguineus retraxerit:ſecundo non admittatur,arg.l.quòd ſi minor,§.Scęuola,ff.de mino.& l.ſi quis ſuus,ff.de iure delib.& l.mancipiorum,ff.de opt.lega. & l.vlt.C.de repud.hæred.& l.iij.ff.de ceſsi.bono.& l.ij.C.qui bon.cede. poſſeſ.& l.ſicut , §.ſi voluntate,ff.quibus modis pignus vel hyppo.ſolu.& l.filij mater,§.j.ff.ad ſenatuſc. Tertull. & cap.eos, & ibi gloſ.j.in princip.vij.quæſt.j.& c.licet,de procurat.lib.6.& cap.ſi tibi abſenti,

in fi.& ibi gloſſ.in verbo,eo lapſo,de præb.lib.6.& gloſſ.in c.ſi clericus,in verbo, aliam,eod. tit.& lib.& in clem.j.in verbo,infra mẽſem,& ibi Doct.de conceſ. pręben.Sed his repugnat tex.in l.j.§.qui ſemel, ff.de ſucceſsio.edict.cuius hæc verba ſunt:Qui ſemel noluit bonorum poſſeſsionem petere, perdidit ius,etſi tempora largiantur: vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere bonorum poſſeſsio.Et his concinit text.in l.ſi cohæredi,in prin.ff.quis ordo in bonor.poſſeſs.ſerue.Et id quidem in hoc caſu ſeruandum eſt, cùm ſint, quibus ſtatim à renuntiatione ius quæſitum ſit,ſcilicet cæteri conſanguinei remotiores:aut ſi deſint,emptor ipſe,cui quæritur ius ſubmouendi eius,qui renuntiauit,à retractu:quo caſu hauddubiè non amplius admittendus eſt renuntians,vt etiam optimè intellexit gloſſ.in d.cap.licet,in verbo, placebit,in princ.quam ſequuntur Docto.

*An emptor qui emit à minore, ſine decreto, teneatur conſanguineo de euictione. Conſuetudo. Periculum iudicij præſtare. Empor nõ debet ignorare ætatem eius venditoris. Nec quãlibet aliam conditionem*

42 ¶Nonò quæro, Quid ſi minor vendidit rem immobilem ſine decreto, & conſanguineus eius retraxit ab emptore,qui ei rem ceſsit, & promiſit de ſuo facto & culpa tantùm, vt fieri aſſolet ac debet in ſimilibus.l.creditor,& ibi gloſſ.Barto.& alij.ff.de pigno.actio.& l.ſi quis à multis,in fin.ff.de noxa.actio.& l.ij.in princip.ff.de hæred.vel act.vendit.& l.redhibere, §.j.& l.cùm mihi,ff.de Aedil.edict.& l.ſi filiofamiliàs,§.j.ff.ſol.matri.& id ſtatuit expreſsim in caſu retractus conſuetudo Victriacenſis,cap.cxxx.Poſteà autem,vt ad ſpeciem noſtrã redeamus, minor repoſcit eam rem à ſe venditam à conſanguineo, qui laudat iudicioque dictato interpellat emptorem,à quo retraxit,petitque vt eum defendat aduerſus minorem,à quo ipſe emit,aut damnum reſarciat, ſiue periculum iudicij præſtet (vt vtar verbis Tullij in oratione pro Luc.Muræna)cùm culpa ipſius ſit, quòd emit ſine decreto à minore, cuius ætatẽ nõ ignorabat,aut certè ignorare non debebat,ex ſententia glo.in l.ſi Titius. in verbo, ætatis, ff. de fideiuſſ.& Bal.in l.j.in fi.C.ſi aduer.credi.Sicut nec quamlibet aliam conditionẽ & qualitatem ſui venditoris,l.qui cum alio,ff.de regulis iur.& ibi gloſſ.j.quæ dicit,in culpa eſſe,qui id ignorat.& eum textum dicit valde nota.Bald.in cap.rurſus ſi fidelis,tit.quib.modis feud. amittatur. Et bene etiam facit text.in l.ſi patronus,& ibi Iacobus Aret.& Barto.ff.de confir. tutor.& in l.ij.§.quæſitum,ff.de ſeparat.vbi gloſſ.adducit concord.& in c.innotuit,& ibi glo. in verbo,ignorantia,extrà de elect.& quod tradit Bar.in l.vlt.paulò ante finem,ff.de adulter. & Bal.in c.j.§.perſonam,in fi.tit.per quos fiat inueſtit.& Franc.Aret.in l.ij.in prin.col.penul. ff.ſol.matr.Quod procedit,etiãſi contrahens ipſe ſit extraneus,vt ex facto reſpondit Rapha. Co.conſi.xxvj.cùm ſtatutum Paduæ,colum.j.verſi.nec etiam obſt.& iterum conſi.lxxij.viſis pactis,col.ij.verſi.nec poteſt dici.& Philip.Deci.in d.l.qui cum alio.

*Etiam ſi ſit extraneus.*

*De eadem re. Qui à minore ſciens emit,eſt malæ fidei poſſeſſor.*

43 ¶Paria enim ſunt,ſcire,& ſcire debere:& tam in culpa eſt,qui ſcire debuit,quàm qui ſciuit.l. quod te,& ibi glo.& alij.ff.ſi cert.peta.cum aliis multis concor.à me adductis ſuprà eod.tit. §.xij.gloſſ.j.nu.9.& ad id, ex quibus vnum tantùm huc afferam,loquentem in caſu, de quo loquimur,ſcilicet de eo qui à minore emit,videlicet Alexan.conſi.xxxiiij.conſideratis, col.j lib.7.Nam qui à minore ſciens emit ſine decreto,eſt malæ fidei emptor.Albe.in l.vlt.in fi.C. ſi maior fact.lib.5.& Imo.conſi.lxxiij.in caſu propoſito,col.j.verſic.& breuiter.& iterum col. vlt.verſi.quinimo dictus.& eſt bonus text.in l.qui à quolibet, ff.de contrah.empt.Et id perpetuum eſt in omnibus, qui emunt quidpiam non obſeruatis iuris communis vel ſtatuti ſolennibus,ex doctrina glo.ordinariæ omnibus notæ in l.j.in verbo,mala fide, C.de fi.inſtr. & iure haſtæ fiſca.lib.10.quam noſtrates vbique,præſertim verò in ſuis conſi.& citant, & ſequuntur.& eſt text.in c.qui contrà,de reg.iur.lib.6.vbi plenè glo.& Doct.

*Et qui aliàs nõ obſeruatis ſolennibus.*

*De eadem re. Euictio debetur re euicta etiam de iure ſpeciali.*

44 ¶Quid,quòd eſt text.expreſſus in l.minor,in princip.ff.de euict.cum, qui emit à minore,& poſteà alteri vendidit,aduerſus quem minor ipſe reſtitutionẽ impetrauit, teneri de euictione: ex eaque not.Bar.Bal.& Ang.ibi,quòd re euicta per reſtitutionem in integrum,aut aliâs de iure ſpeciali,agitur ex empto de euictione.quod & probatur in l.ſi cùm venditor, §.j.eod. titu.& in l.ſed vbi, ff.de minor. Nec enim iuuat,quòd de ſuo tantùm facto promiſit: nam præterquàm quòd illud dici poteſt de ſuo ipſius facto eſſe,cùm culpa ipſius ſit,vt diximus: id quoque poteſt dici etiãſi non eſſet de ſuo facto,non debere ei opitulari huiuſmodi promiſsionem ſui facti tantùm,aut etiam pactum ne teneatur de euictione,cùm ſciens rem vitioſam vendiderit.l.j.§.j.& l.tenetur,§.vlt.& l.emptorem,§.denique,& §.vlti.in fi.& ibi Doct. & l.Iulianus,§ idem Iulianus,& l.quæro,ff.de act.& l.hæc autem,ff.de hære.vel act.vend.Iac. Aretin.in l.non dubitatur,C.de euict.Ioan.And.in addi.Specu.tit.de empt.& vend.§.vlti.in princip.Sal.in l.ſi rem,§.quolibet tempore,col.ij.ff.de euict.Corne.conſi.ccxxvj.in præſenti, col.ij.lib.2.& Doct.ſæpe.

*Scienti vicium nõ prodeſt euictionis remiſſio,vel promiſſio ſui facti tãtùm.*

*De eadem re. Malæ fidei poſſeſſor non eſt, qui ignoranter emit à minore.*

45 ¶Emptor autem è diuerſo negat vllam in ſe culpã eſſe, arg.l.eum qui,§.ſi à minore, iuncto §.Prætor ait,ff.de Publici.in rem actio.nam in priori loco dicitur,quòd qui à minore emit, ignorans eum eſſe minorem,habet Publicianam. In poſteriori autem dicitur,eam actionem ei tantùm competere,qui bona fide emit. Ex quo intelligis, eum non dici mala fide emiſſe, qui à minore emit,ignorans eum eſſe minorem,licet ſuprà dictum ſit, eum debuiſſe ætatem illius ſcire.Præſertim ſi non vana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorantia illum ignorabat eſſe minorem,ſed quia ex facie,aut aliàs maior eſſe videbatur,vt in ſimili dicitur in l.iij. in princip.ff.ad ſenatuſconſult.Macedo.Imò verò nec ſimpliciter ignorantia iuris in dolo aut mala fide conſtituit,l.ſed & ſi lege,§.ſcire,ff.de peti.hæred.quinimo ea excuſat à dolo & malitia.Pau.Caſt.conſi.cccxxx.circa primum,poſt prin.lib.2.& alij Doct.vbique.Niſi tamen in duobus,videlicet quantum ad vſucapionem,l.iuris,la j.ff.de iuris & facti igno.& reſtitutionem fructuum,gloſ.Bart.Ange.Imo.& omnes,in l.ſi fur, §.j.ff.de vſucapio. cum infinitis propè concord.adductis à Fran.Curt.ſeniore,conſi.lxxij.princeps,col.v.verſi.his concluſionibus,cum multis ſeq.vide tamen eum in addi.eiuſdem conſi.

*Ignorãtia iuris, an excuſet à dolo malo, vel mala fide.*



*De eadem re.*

46 ¶Et ſi qua culpa in emptore ſit,is tamen dicit conſanguineũ in pari,aut etiam maiori culpa verſari,qui venditionem approbans,eam rem redemerit tanquã conſanguineus venditoris, cuius etiam ætatem & quamlibet aliam qualitatẽ vel cõditionem magis ipſe,quàm emptor, qui extraneus eſt,ſcire debuit.l.de tutela, C.de in integ.reſtit.& ibi concord. & quod tradit Petrus Ancha.conſi.clxx.principaliter,col.vlt.in princi.Qui igitur in eadem culpa eſt, quomodo quáve ratione poteſt eam emptori impingere, opponere? l.ſi duo,ff.de dolo malo,& l.viro atque vxore,ff.ſol.matri.& l.in arenam,ff.de inoffic.teſta.& vbique concord.niſi vt id fiat,quod ſcribit Iuuenalis Saty.ij.

*Culpa culpam non damnat.*

*Clodius accuſet mœchos,Catilina Cetegum.*

Et aliàs in pari cauſa culpę,potior eſt,qui defendit,l.idem eſt,in prin.& l.ob turpem,§.vlt.ff. de condictio.ob turpem cauſam,& l.in eo quod vel is,& l.nemo prædo,§.j.& l.in pari, & l. cùm par,ff.de regu.iur.cum multis ſimi.Nam & videmus,quòd ſi ſciens rem alienam ſcienti quoque vendiderit,non tenetur de euictione,l.ſi fundum,C.de euict.cum ſi.adductis à nobis ſuprà eod.tit.§.xij.gloſ.j.nume.8.quæ & tu.

*De eadem re. Emptor illicitus, non agit de euictione.*

47 ¶Quibus & illud quoque potes addere,quod huc admodum pertinet,videlicet quòd illicitus emptor non agit de euictione,etiam ſi id ſtipulatus nũcupatim fuerit.l.quemadmodum, C.de agric.& cenſi.lib.11.& voluit quoque Cyn.in d.l.ſi fundum,C.de euict.& in l.cùm vir prædium,ff.de vſucap.& Bal.in c.j.§.ad hoc,col.ij.verſi.item quia venditor, tit.de pace iura. fir.in multis autem codicibus {ne tu erres} illi §.præficitur,tit.de allod.& ante hos gloſſ.in c.j.in prin.in verbo,bonę fidei actione,& ibi quoque ipſe Bal.qui & alia item iura in id citat, col.vlt.verſi.quærit glo.ſi emptor,& Card.Alex.col.iij.verſi.quæro ſubſequẽter,tit.de prohi. feud.ali.per Feder.De quo tamen vide omnino ipſum Cyn.in l.vlt.in v.eademq; vlt.quæſt. C.de litig.& Guid.pap.ſingu.dccccxxiij.verſi.ſi ex contractu.

*De eadem re.*

48 ¶Nec hîc ſumus in caſu d.l.minor, ff.de euict. allegatæ pro contraria parte, in quo ſcilicet emptor volens ac ſponte ſua alteri vendidit,atque ita fuit venditio merè volũtaria,& ſpontanea:ſed eſt hîc omnino neceſſaria ex parte huius primi emptoris,qui ſcilicet, velit, nolit, cogitur ex ſtatuti diſpoſitione rem ipſam conſanguineo repetẽti reuendere.Ex quo nullum omnino damnum pati debet,l.poſt legatum,§.aduocatus,ff.de his quib.vt indig.cum aliis ſi. à me collectis ſuprà eo.tit.§.j.glo.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,nume.39.nec dici poteſt,& alibi ſæpe in hoc tractatu. Sibi igitur imputet conſanguineus, qui ſponte ſua voléńſque in locũ ipſius emptoris inuaſit,irrupit,incurrit,intulit,intruſit verius,quàm incidit, atque ab eius veluti inuiti faucibus & manibus rem ipſam eripuit,ſibiq; (vt ita dixerim) ad eam vi viam fecit, atque ita ſe ſuccedaneum alieni periculi fecit,vt vtar verbis l.iij.§.vlt.ff.de adminiſt.tut.nam qui in ius dominiúmve & locũ alterius ſuccedit,iure atque partibus eius vti debet, l.quædam,§.j.ff.de eden.& l.qui in ius,ff.de reg.iur.

*Succedaneus alieni periculi.*

49 ¶Præterea qui retrahit,contractum ipſum approbat,vt diximus ſuprà in præfat.huius titu. nume.16.valet igitur:nam in ſe ſponte(vt diximus)ius & locum emptoris transfert:eſt enim hæc quædam tranſlatio,vt dicit Bal.in l.vlt.§.ſed quia noſtra,col.j.verſi.quærit hîc, C.cõmu. de lega.dum allegat cap.conſtitutus,extrà de reſti.in integr.quod loquitur de huiuſmodi retractu. Nihil eſt igitur,quòd ex eo conqueri poſsit conſanguineus,qui id ſibi malum accerſiuit l.ſi ab arbitro,ff.qui ſatiſda.cogan.cùm ſcribitur,Multoque magis,ſi ſua volũtate accepit fideiuſſores,iis contentus eſſe debet,& l.ſi vxor,§.vltimò,ff.de adulte.& l.ſi quis teſtibus, C. de teſt.& l.Pomponius ſcribit,ff.de neg.geſt.cum ſi.Et cùm aliquid ſit,quod imputari poſsit conſanguineo,quòd ſponte id egit, ab inuitoque propemodum extorſerit, is de euictione agere non poteſt:ex doctrina Philip.Dec.conſi.lxxiiij.cuius ſubſcriptio incipit,emptor non poteſt,col.ij.verſi.facit ad prædicta,per glo.quam dicit ſing.in l.quòd ſi nolit,§.ſi mãcipium, in verbo,adhibuerit,ff.de Aedil.edict.

*Euictio nõ debetur cùm aliquid victo imputari poteſt.*

*Quid tamẽ, ſi emptor allexit cõſanguineum ad redimendum.*

50 ¶Et hoc quidem credo verius,niſi ſi fortè emptor videns ſe captum,quòd à minore emiſſet; ad retrahendum allexit conſanguineũ fortè ignorantem,quia degebat in remoto quopiam loco,atque vt id faceret ipſe emptor alios clam ſubornauit,qui rem miris laudibus efferrent: aut aliter eum ineſcauit,vt fecit (exempli cauſa) Pythius ille argentarius,qui apud Tullium lib.3.Officio.Caium Cannium equitem Romanum ad hortorum emptionem mira aſtutia, adhibitis ſcilicet ex compoſito cymbis piſcibus onuſtis,inflammauit.Ad quod facit tex.in l. ſi quis affirmauerit,& l.cùm venditor,ff.de dolo malo,& l.ſi Titius,§.j.ff.de fideiuſſor.& l.ea quæ.§.j.ff.de contrah.emp.& l.iij.§.ſi quis volentem,ff.de lib.homine exhib.& in l.j.§.perſuadere,ff.de ſeruo corrupto, & in l.Iulianus,§.ſi venditor,ff.de act.emp.& l.in cauſæ.la j.§.j.ibi, hic enim velut affirmator fuit,& ſuaſor,vt cum minore contraheretur,ff.de mino.Et quod ſcribit

ſcribit Paul.Caſtr.conſi.clxxiiij.contra.col.j.verſi.ſed ad hoc reſpondetur,libr.j.& quæ diximus ſuprà,§.j.gloſ.ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.157.aut etiam ſi præter. Nam & pactum etiam expreſſum, ne venditor teneatur de euictione,nihil iuuat ipſum venditorem,qui in dolo & calliditate verſatur,vt quia ſcit cauſam,ex qua euinci poſsit,& tacet,vt diximus ſuprà nu.43. quid quòd.Aliàs enim(vt hoc quoque addam) ex ſuo dolo & calliditate id lucri conſequeretur,contra leges propè infinitas,quæ huiuſcemodi doloſis,callidis,verſutis, vafris, omne commodum & lucrum prorſus adimunt quarum bonã partem tibi collegimus ſuprà eod. tit.§.j.gloſ.ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.67.denique ſi diceremus.

51 ¶Sed hac in re maius dubium eſt,ſi ipſe conſanguineus qui retraxit,minor quoque ſit,qui videns priorem venditorem & ipſum minorem,vt diximus,petere reſtitutionẽ in integrum aduerſus ſe,vt poteſt,l.verùm,§.vlt.ff.de minori.pet.& ipſe ſe reſtitui aduerſus retractũ à ſe factum,atque ita pretium ſibi reddi,offerens cedere rei : emptor autem id defendit, tum ex ſupra dictis rationibus,tum etiam quia minor retrahendo vſus eſt iure communi,id eſt,beneficio ſtatuti aduerſus emptorem vel inuitum:ideò ei non eſt ſubueuiendum,l.inter eos,§.cùm inter,ff.de fideiuſ.vbi ita ſcribitur:Non etiam deceptus videtur iure communi vſus. & ibi concordan.in glo.& inter cæteras,l.vlt.C.de in integ.reſt.vbi glo.Odof.& Bal.id trahunt ad conſuetudinem & ſtatutum regionis,vt ſcilicet qui iis vtitur,non videatur circũſcriptus. & eſt optimus text.in l.ſi ſine,§.Lucius,ff.de admini.tuto.cuius autoritate Bald. conſi.cccj.in primis eſt videndum,paulo ante fin.libr.4.negat minorem reſtitui aduerſus ſtatutum. Tum denique,quia fortè iſte conſanguineus minor,qui redemit,erat omnium conſanguineorum venditoris proximior, ideoque retrahendo cæteris remotioribus,maioribus, & qui reſtitui non potuiſſent, occaſionem facultatemque retrahendi præripuit,qui fortè atque etiam veriſimiliter retraxiſſent,niſi iſte omnium proximus retraxiſſet, vt in ſimili dicitur in l.ſi pupilli,§.vltim.ff.de nego.geſt.& l.in commodato,§.ſicut, ff.commo.atque ſic emptorem huic periculo ſubduxiſſent. Et hoc incommodum emptori oblatum hic minor ſarcire non poteſt. Ergo nec reſtitui debet, cùm reſtitutio ſit in priorem ſtatum per omnia reductio, l. quòd ſi minor,§.reſtitutio, & ibi Bart.& alij,ff.de mino.cum concord.à me adductis,ſuprà §.xxxij.gloſſ.j.nu.69.adde & tu.

*Quid autẽ, ſi minor rẽ à minore uenditam retraxit.*

*Minor uſus iure cõmuni, an ſit reſtituendus, uide nu. 55.56.57.*

52 ¶Ego tamen puto minorem reſtituendum,per id quod in non longè diſsimili caſu ſcibitur in l.ſi quis patremfamiliâs,verſi.proinde & in eo,ff.ad S.C.Velleia.cum ſi.ſed ita,vt rem cum fructibus,ſi ij priori venditori reſtitui debent,vt debent, ſi contractus nullus erat, reſtituat: per l.patri,§.j.verſicu.prædium,ff.de minor.vbi id declaratur.neque enim æquum eſſet, eos lucro minoris cedere,cùm iactura & detrimento prioris venditoris,aut etiam poſterioris, ſi eos reddere cogeretur,l.nam hoc natura,ff.de condi.indebi.& l.reſcriptum,§.j.ff.de diſtract. pignor.& l.iure,§.vltimo,ff.de iur.dot.& l.iure naturæ.ff.de reg.iur.& ibi cocordan.in gloſſ. Quod etiam,ne quis dubitet,procedit in minoribus,atque etiã pupillis.l.ſi pupilli,in princ. ff.de neg.geſt.& l.iij.in princ.ff.commoda.& l.ſi pupilli,ff.de ſolutio.cum aliis multis ſimi. & concord.à me adductis in noſtris legibus connubialibus,in verbo, *contracter*,quæ eſt gloſſ.v. in xj.quæſt.nume.132.ad abſurdum.

*De eadem re.*
*Locupletari cum aliena iactura non decet.*
*Nec pupillos quidem.*

53 ¶Sed hoc quoque ita procedit,vt malæ fidei poſſeſſori detur officium iudicis, ne alter cum eius iactura locupletetur,l.planè,& ibi Bart.ff.de petit.hæred.cum aliis ſimil.adductis à Phil. Deci.in l.ſi me & Titium, col.j.verſicu.item per iſtum text.ff.ſi cert.peta. Procedit denique (ne & hoc prætermittamus) etiãſi à parte non opponatur,vt voluit Anto.in c.cùm dilectus, extrà de conſuet.Imo.in cap.peruenit,extrà de emptio.& vendi.Roma.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.Barb.qui alios citat,conſi.xxxvj.illud in med.in fin.lib.1.& conſi. ſeq.illud adducam,lib.3.verſic.ideo dicit,iterumque conſi.ſeq.ſcribitur, colum.v.verſiculo, prætereà,& conſi.xlij.illud in medium,colum.vij.nume.17.eodem lib.& conſil.vij.ſapienter, col.penult.verſic.item poteſt,lib.2.& conſil.xvj.præclarè, colum.vj.verſic.vltimò præmitto. eodem lib.2.& conſi.lxxix.clementiſsimi,colum j.in fin.lib.4.vbi id dicit ſingul. Ex quibus etiam intelliges procedere,ſi ex ſtatuto denegetur actio vel exceptio. Et his omnibus adde pulchrum text.in l.idemque,§.j.ff.manda.vbi ſcibitur,bonæ fidei hoc congruere, ne de alieno quis lucrum ſentiat.

*Nec aduerſus quoque malæ fidei poſſeſſores.*
*Nec ſi à parte nõ opponatur.*

*Nec ſi ex ſtatuto denegetur actio uel exceptio.*

54 ¶Quòd autẽ dicitur in d.l.inter eos,§.cùm inter,ff.de fideiuſ.& in d.l.vlt.C.de in integ.reſti. & ſi.aut omnino procedit,cùm quid minor neceſſariò facit ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, vt ſi compromittit ex ſtatuto cogente conſanguineos & affines compromittere,de quo ſtatim dicemus.Aut ſi non cogitur id facere,ſed quod facit,lege permitente facit:& tunc licet non præſumatur circunſcriptus per eadẽ iura,tamen ſi verè reperiatur circunſcriptus,reſtituitur,vt cùm adit hæreditatẽ,quã diligentiſsimus quiſq; paterfamilias adiiſſet, vt quæ omnibus apparebat eſſe locupletiſsima, & tamen debitis poſtea detectis reperitur pauperrima, vt ſæpe fit,certè minor vſus eſt iure communi,& tamen reſtituitur,l.ergo, quæ eſt iiij.§.j.ff. de fidei.lib.& l.j.& ij.C.ſi miles ſe ab hære.abſt.& l.ait Prætor,§.ſed & ſi,ff.de minor.

55 ¶D.autem §.Lucius,qui aliud eſt præcipuum alterius partis fundamẽtum,de eo hauddubiè loquitur,quod minor,aut eius tutor,vel curator,fecit inuitus,ac cogente ſtatuto,vel cõſuetudine:

*Minor an reſtituatur aduerſus ſtatutum.*

tudine:



tudine : quod apertè probatur ex illis verbis eiuſdem l.erogare compelleretur. Et ita illum text.intelligunt Bal.Sal.Pau.Ca.& Alex.loquentes de eo ſtatuto compellente affines & conſanguineos ad compromiſſum,in d.l.vlt.C.de in integ.reſt.vbi ex hoc dicit Bal.non reſtitui minorem aduerſus huiuſmodi ſtatutum ſiue compromiſſum ex eo factum.& conſi.ccclviij. ſuper eo,col.ij.verſ.prætereà pupilli,lib.3.& conſi.xcvj.pupillus,in prin.lib.5.Ang.qui & ipſe loquitur de eodem ſtatuto,nec tamen illum text.allegat,in l.ſi plures,poſt prin.ff.de pact. & Roma.qui id dicit not.in l.j.col.ix.verſi.adde tamen,quòd vbi Prælatus,ff.de arbit. & Barba. conſi.xliiij.illud afferam,col.pen.in fi.lib.3.& Doct.vbique.

56 ¶Quanquam in hac quoque ſpecie compromiſsi contrarium tenet Bart.conſi.xlvij.nũquid tutor tutorio nomine.& alio conſilio incip.ſtatutum de compromiſſo, vti à multis citatur, ſed illud non reperi.& Petr.Anch.in repet.c.j.charta 45.in paruis,verſic.circa iſtos minores, extrà de conſtit.Sed tu de hoc vide ampliſsimè per Alex.conſi.ccliiij.abunde ſatis, per totũ, lib.6.& conſi.lxij.in cauſa,col.iiij.verſ.quartò quia tale,lib.7.Scio autem & illud dubitatum, quod & ad hunc locum pertinet,an ſi extet ſtatutum, quo filia dotata excluditur à ſucceſſione,filia quæ dotem accepit,poſsit reſtitui aduerſus ipſum ſtatutum,vel receptionem dotis à ſe factam.Quod fatetur Andr.Iſer.in cap.j.col.vij.verſic.vtrùm verò reſtituatur, titu.de natu.ſucceſ.feud.ſed id negat Cardin.Alex.in c.j.§.& quia,col.quæ antepen.præcedit, tit.qui feu.dar.poſ.quia ea (inquit) à ſtatuto cogitur manere cõtenta,vt probat aliorum autoritate, vti apud eum videre poteris.Bald.autem in l.j.C.ſi aduerſ.dot.negat minorem poſſe reſtitui aduerſus ſtatutum,quo maritus lucratur dotem,per d.§.Lucius.

*De eadem re.*

57 ¶Quod autem poſtremo loco dictum eſt pro contraria parte, hunc minorem præripuiſſe facultatem cæteris cõſanguineis remotioribus,qui fortè veniſſent ad retractum, non video, cur id ſit conſiderandum,vt quod ſit admodum remotum & alienum,& prætereà non veriſimile. Quis enim ita reſupinus eſt, vt ſe libens in id periculum coniiciat retrahendi rem immobilẽ à minore venditam? & certè nullus ſaltem veriſimiliter,arg.l.cùm de indebito, ff. de proba.& c.ſuper hoc,extrà de renunt.cum concord.à me adductis in repet.l. ſi vnquam, in verbo,donatione largitus,nu.206.in dubio,& ſeq.C.de reuo.don.quo in loco citauimus Ariſtotelem,qui dicit ſimpliciter,neminem ſuas fortunas ſponte eiicere.

*De eadem re.*

58 ¶Et hæc quidem omnia procedunt,etiam cùm aliter contractus reſcinditur, vel caſſatur, vtpote,quia vſurarius eſt,vel aliâs vitioſus:nam & hoc ſæpiſsimè vſu euenire vidimus. Sed ſemper cùm fructus reſtituuntur,vel deducuntur ex ſorte,debet prior emptor,etiam minor, eos quos percepit,reſtituere:neque enim eos lucrari poteſt ex vſurario, aut aliâs reprobato contractu,ob id quòd res ab alio retracta fuit:quia is qui ita contrahit,mala fide contrahit, l.qui à quolibet,ff.de contrah.empt.& l.quemadmodum, & ibi Bart.& Io.Plat.C.de agric.& cenſi.lib.xj.& c.qui contra,de reg.iur.lib.6.& quæ ſuprà diximus,nu.43.paria autem ſunt.

*Quid ſi aliter contractus ſit uitioſus.*

59 ¶Decimò quæro de huiuſmodi ſpecie, Titius vendidit Sempronio centum ſolidos annui vectigalis ſibi competentis ſuper domum Caij,pretio centum aureorum : Sempronius emptor poſtea vendit dimidiã partem huius vectigalis alteri pretio quadraginta aureorum tantùm:conſanguineus Titij primi venditoris teſtatò conuenit Sempronium primum emptorem,petitque admitti ad retractum totius vectigalis : reſpondet Sempronius ſe mediam illius partem vendidiſſe alteri eo pretio xl. aureorum, paratúmque reliqua media parte ei cedere,reſtitutis lx.aureis, qui & reliqui ſunt ex integro pretio:præſertim cum poſsit etiam retrahere alteram dimidiam partem diuenditam, reſtitutis tantùm quadaginta. Conſanguineus autem ex aduerſo dicit,non poſſe ſe illam alteram partem retrahere,quòd fortè alter conſanguineus ſe proximior iam eandem retraxerat : aut ſi poſsit,tamen illum ſecundum emptorem non teneri reſtituere rem,niſi reſtituto medio pretio totius prioris venditionis, cuius ratione & nomine cõſanguineus venit ad retractum:quod quidẽ pretium ideò ſequi debemus,arg.eius quod in ſimili dicitur in l. poſtliminium, §.ſi is qui emerat, ff.de capti.& poſtlimi.reuer.nec potuiſſe ſecundam venditionem viliori pretio factam,à priori vẽditione quicquam immutare in præiudicium ipſius conſanguinei,cui ius eſt ſtatim quæſitũ ex ea,& ex qua etiam agit,& non ex altera.Sed vel hãc ſecundam videri factam in fraudẽ ipſius conſanguinei:aut etiam ſi non in fraudem facta ſit,imputandum tamen eſſe priori emptori, qui ſic temere contraxerit,durante adhuc tempore retractus.

*Quæſtio retractus perplexa & intricata.*

60 ¶Et hæc quidem ſpecies in oppido Niorti ex facto cõtigit,eiúſque me admonuit Philippus Berlandus eius oppidi Procurator regius,vir ſanè & probus & doctus. Et ex ea quidẽ duo dubia non contemnenda ſuboriuntur,primum,vtrùm iſte cõſanguineus,qui vult retrahere à priori emptore partem dimidiam,quæ illi empta remanſit,debeat reſtituere illos ſexaginta aureos, an verò tantùm teneatur reddere dimidium integri pretij : videlicet quinquaginta. Alterum, vtrùm ſecundus emptor accipere debeat ab iſto conſanguineo retrahente alteros quinquaginta,an verò quadraginta tantùm,quos dedit priori emptori. Et ex hoc poſteriore dubio prius illud deciditur. De quo tu omnino vide quæ ſatis abunde tractauimus ſuprà eod.titu.§.xij.glo.j.nu.6.ſed quæſtionis eſt,& multis ſeq.ex quibus intelliges, quid hîc dicendum ſit.Sed ea procedunt,cùm conſanguineus poteſt etiam retrahere à ſecundo emptore.

*De eadem re.*

dimidiæ

dimidiæ partis, quòd ſi non poſsit, quia iam ea pars dimidia relicta eſt alteri conſanguineo proximiori: fortè cogendus eſt primus emptor reuendere ei conſanguineo, qui illũ ad retractum reliquæ illius dimidiæ vocauit, reſtituto tantùm dimidio pretio, & ſi velit, agat aduerſus illũ alterum cõſanguineum vt decem ſibi reſtituat, per ea quoq; quæ illis locis diximus.

*Alia quæſtio.*

61 ¶Vndecimò quæro. Diximus ſuprà in prin. præfat. huius tit. hanc conſuetudinem retractus habere locum Venetiis: At ex ea conſuetudine eximuntur Veneti, qui liberè poſſunt vendere ſua bona immobilia, nec poſſunt propinqui eorum offerre & retrahere eadẽ bona. Quæſitum aliquando fuit, vtrùm huiuſmodi conſuetudo excipiens Venetos extẽdatur ad Triuiſanos. Qua in re conſilium priuatim edidit Paul. Caſtr. conſi. cccxlix. conſuetudo Venetorum, libro ſecũdo: vbi & alia multa tradit ſuper intellectu & interpretatione illius conſuetudinis, vti videre poteris: neq; enim id aliter tractandũ ducimus, cùm illic in promptu ſit omnibus, & quia etiam apud nos id propè inutile foret: ſed ſatis mihi viſum fuit locum iis deſignaſſe, quibus prodeſſe poterit.

*Alia quæſtio.*

62 ¶Dvodecimò quæro. Ex multis conſuetudininibus Galliæ ſi res emptæ ſunt in diuerſis iuriſdictionibus: omnes earum iudices ſunt adeundi, nec ſatis eſſet coram vno tantùm emptore conueniri, niſi is eſſet ſuperior omnium, vt apud Cenomanenſes c. cccxcij. & Andegauenſes, cap. ccclxxxij. & diximus ſuprà in gl. præcedenti, in j. quæſt. Pone igitur quòd in illis regionibus, vel etiam hac in noſtra (quandoquidẽ nihil prohibet, quin & illud hîc fieri poſsit.) conſanguineus poſt ſuam oblationem ab emptore non admiſſam, eum citari fecit in materia retractus coram duobus iudicibus, quia res erant in duabus iuriſdictionibus, & id quidem proximis vtriuſque aſsiſis: ita enim vulgò vocamus conuentus illos iuridicos, quibus ſcilicet ſubditi conuenire ſolent iudiciorum cauſa, de quibus alibi latè diximus. Primis igitur aſsiſiis alterius iudicis reus conuentus, ad edictum reſpondet, actor autem non comparet, & interim annus retractus labitur. Poſteà autem in primis alterius iudicis aſsiſiis vterque comparet, petitq; actor ſe admitti ad retractum vel omnium rerum, vel ſaltẽ earum quæ ſunt huius iuriſdictionis. Emptor defendit ſe nõ teneri eum admittere, nec ad eas quidem res, quæ ſunt huiuſce iuriſdictionis, quoniã ex noſtra conſuetudine, ſuprà, §. xxiij. non admittetur conſanguineus ad retractum partis rerum venditarum eodem cõtractu & pretio, & ibi docuimus id iuris eſſe. Ad totum quoque non teneri, quia iam ab ea parte, quæ erat prioris iuriſdictionis excluſus eſt lapſu anni, cùm citatio quę ibi facta eſt, tanquã circũducta, non interruperit id tempus, ſed perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet, l. & poſt edictũ, & ibi expreſsè Bal. in vtraque lect. ff. de iud. cum aliis multis concord. à me traditis ſuprà eod. titu. §. viij. in glo. ij. nu. 8. quid autem ſi conſanguineus.

*Excluſio unius partis facit excluſionẽ alterius in indiuiduis.*

63 ¶Ex quo fit, vt cùm vnam partem ſine reliquis retrahere non poſsit, & iam excluſus ſit ab vna parte, ab alia quoque excludi debeat, vt ſcilicet excluſio vnius partis faciat & alterius excluſionem, ex doctrina glo. no. in c. ſi capitulo, in verbo, factam, de conceſ. præb. libr. 6. quæ dicit poſt Compoſtel. in c. capitulum, in glo. magna, verſi. quid ſi collatio, extrà de reſcript. quòd per ſolam præſentationem mandati Apoſtolici de prouidendo alicui de beneficio factam vni ex duobus collatoribus, adimitur vtrique poteſtas conferendi alteri. Ex quo enim (inquit) poteſtas vni adimitur, ſine quo alter conferre non poteſt, alteri quoque adempta cenſetur. Sicut & vno ex pluribus arbitris vel iudicibus impedito, cæteri procedere nõ poſſunt, l. ſi in tres, & l. ſeq. ff. de arbit. & c. vno, extrà de offic. delega. Ex quibus apertè intelligis, id quod ſuprà diximus, ſcilicet excluſionem vnius facere excluſionem alterius in rebus indiuiduis. Eam autem gloſ. & eius rationem ſequuntur omnes ibi. & D. Coſ. Gui. ín pragm. ſanct. tit. de colla. §. ſtatuit, in verbo, ſpectat. Et ita in noſtro caſu ex facto reſpondi.

*Vtile pe inutile uitiatur in indiuiduis.*

64 ¶Nam & hanc rem indiuiduam eſſe, ex hoc liquidò apparet, quod nuper diximus, vnã rem ex multis eodem pretio venditis retrahi non poſſe. Ex quo & illud confeſtim ſequitur, ſi retractus in vna parte vitiatur, in reliquis quoque vitiari, vt ſemper aliâs fit in rebus indiuiduis, l. j. §. illud, & §. Trebatius, ff. de aqua quotid. & æſti. & l. ſi ego, ff. de iniuſto teſtam. & l. j. §. generaliter, & ibi Bar. ff. de don. inter vir. & vxo. glo. & Dyn. qui alia iura citant, in c. vtile, de reg. iur. lib. 6. Bal. in l. certi, §. quoniam, col. iiij. verſiculo, decimus eſt, ff. ſi certum peta. cum ſi. In iis enim illud obtinet, paululum fermenti totam maſſam corrumpere, vt ſcribitur prioris ad Corinthios Epiſtolæ cap. v. & ad Galatas cap. item v. Et huc quoque ſpectat, quòd vnius victoria in indiuiduis prodeſt alteri, l. j. C. ſi vnus ex pluribus appel. Ergo & in ſimili, qui in vno ex indiuiduis vicit, & in alio quoque viciſſe cenſendus eſt, illo arg. de perſona ad rem, quod in iure validum eſt, & è diuerſo, l. qui plures liberos, ff. de vulga. & pupil. & l. ſi quis inquilinos, §. ſi ita legatum, ff. de leg. j. & l. ſi duo rei. & ibi Albe. nu. 3. ff. de verbo. oblig. & voluit etiam Angel. qui & alia iura citat, conſi. cclxj. thema prædictum, colum. j. & Raph. Fulg. conſi. xlvij. Ser Michael, col. ij.

*Argumentum de perſona ad rem.*

*De iiſdem rebus.*

65 ¶Et ad hanc quæſtionẽ optimè facit quæſtio Sabbatina Roffre. Beneuen. xliij. cuius initium eſt, factum eſt conſtitutum, qua diſputat, vtrùm ſtatutum, quo iubetur, vt qui habet fundum liberum, teneatur eum vendere, & vicinus etiam emere, extẽdatur ad fundum partim liberum, partim ſeruum. Atque in vtranq; partem multa iura & rationes allegat: tandẽ verò concludit,



cõcludit, quòd cùm in caſu de quo loquitur, fundi ab initio ſeparati erãt, ſed poſteà à domino ſimul iuncti, ita vt ex duobus vnũ fecerit, teneri ipſum dominũ eam partem, quæ libera eſt, vendere: neque eum potuiſſe illos fundos primùm ſeparatos vnire, atque confundere in prçiudicium alterius: tanquã aliter ſentiat, ſi idẽ fundus ſemper ante fuiſſet. Et facit etiam tex. in l. ſi cum vno, ff. ſi ex noxa. cau. ex quo no. Bal. quòd id quod indiuiduum eſt, non debet diuerſo iure cenſeri.

*Alia quæſtio.*

66 ¶Et ex his potes decidere hanc controuerſiã, quam ſcio ex facto agitari. Sunt apud nos quidam parœciarum ac villarum limites, inter hãc noſtrã Pictauiã & Britanniã (hanc nos vulgò Marchiã vocamus, voce vt opinor Germanorũ, qui Marchionẽ vocant ducẽ limitaneũ, de quo videre poteris Alcia. lib. παρέργων 1. cap. 27.) Res igitur illic ſitæ ſunt partim in Pictauia, partim in Britannia, atque id indiuiſim, reſpondéntque homines eius loci iuriſdictionibus vtriuſque regionis. In Pictauia competit annus cõſanguineis ad retrahendum poſt notificationẽ apud acta factã, vt ſcribitur ſuprà, §. vlt. huius tit. In Britãnia vnus tantùm menſis abſenti cõſanguineo, à reditu, ſi facta fuerit quædã certificatio in iudicio, vt ſcribitur in cõſuetudinibus reformatis eius gentis hoc eo. tit. §. quinto. Igitur ſi emptor fundi huius Marchiæ notificauit apud acta Pictauię, fecítq; etiã eam certificationẽ iudiciariã in Britãnia, nec cõſanguineus venerit ad retractũ intra mẽſem poſt ſuũ reditum, ideóq; excluſus ſit ab ea parte, quæ Britãniæ eſt: certè non poterit venire ad retractũ alterius partis Pictauiæ, aut etiam totius intra annũ in Pictauia ſtatutum, per eadẽ iura & rationes.

*Marchia quæ dicatur.*

*Marchio quid ſit.*

*Domo culpa emptoris combuſta an is teneatur conſanguineo.*

67 ¶Decimotertiò quæro, Si domus, quam tu à conſanguineo meo emiſti, culpa tua combuſta eſt intra tempus retractus, quo ſcilicet poteram retrahere: an tu mihi tenearis ad eius æſtimationem? Et idem quoque quæri poteſt in retractu conuentionali. Hanc autem quæſtionem in retractu proximitatis poſuit Geraldus Bago. in ſua ipſius retractus diſputatione, verſic. quæro ſequenter, vẽdita eſt domus. Et dicit, primùm videri te in hoc teneri, quia vbi aliàs quis tenetur ad reſtitutionem rei reſtituto ſibi pretio, ſi culpa ipſius ea res interierit, tenetur ad reſtitutionẽ. l. ſi ſeruum, ff. de acq. hære. & l. in bello, §. ſi quis ſeruum, verſ. manumittendo, ff. de capt. & poſtli. reuerſis. quæ iura nihil ad hoc mihi facere videntur. Tamen pro hac ſententia facit, quod ſæpe alibi diximus, poſt contractum venditionis confeſtim ex eo ius quæri conſanguineis ad redimendum ex noſtro ſtatuto, vt voluit Bal. in rub. C. res inter alios acta, verſiculo, nota quòd ex conſuetudine, cum aliis concor. à me traditis ſuprà, §. j. gl. ix. in verb. *ou lignagier*, nu. 105. huius autem dubij.

*De eadem re.*

68 ¶Sed vt redeamus ad Bago. is concludit, te non teneri in eam æſtimationem rei: quia res (inquit) tua eſt, ideò de ea liberè potes diſponere, l. in re mandata, C. manda. Et ſi tu dolum in tua re commiſeris, nulli teneris, antequàm appareat retrahens, l. etiam, §. licèt, ff. ſol. matr. Verùm ſi iam conſanguineus obtulit pretiũ, & ſis in mora recipiendi & cedendi, teneris in id quod intereſt, tanquã morator de rei interitu, l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obli. Hęc Bago. Cui adde l. nemo rẽ ſuã vtiliter, §. j. & l. ſi ſeruũ, §. ſequitur, & §. vlt. ff. eo. tit. & l. quod te, & l. incendiũ. ff. ſi cer. pet. & c. j. extrà de commo. & c. ij. de depo. Adde (inquã) & id procedere, etiãſi perierit intra tempus, quo morator ipſe potuit moram purgare, l. ſancimus, §. pe. & ibi Bart. qui id dicit notabiliſsimum, C. de fideiuſſ. & voluit quoq; idem Bar. qui & eum tex. dicit nota. in l. ſi inſulã, col. pe. in vij. quæſt. & ibi Iaſ. col. antepe. verſ. in vij. quæſt. ff. de verb. oblig. & ipſe Bar. in l. qui ob rem, in fi. ff. de condict. indebit. & in auth. & qui iurat, circa med. C. de temp. app. Bal. qui illum tex. dicit vnicum, in cap. capitulum, col. vlt. extrà de reſcri. Salic. in l. magnam, col. vij. verſ. quæro pone quòd infrà. C. de cõtrah. & commit. ſtipul. Paul. Caſt. qui & illum tex. dicit ſing. in d. l. quòd te Alex. qui illum etiã dicit not. in d. l. ſi ex legati, col. j. ff. de verb. obli. Fran. Rip. in d. l. ſi inſulam, num. 97. eo. tit. vbi & ad hoc allegat l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cogan. Subdit autem Bago. (vt ad eum redeamus) non obſtare d. l. ſi ſeruus, & d. l. in bello, quia loquitur in eo qui dominus non erat.

*Morator tenetur de rei interitu.*

*Etiã ſi ſit intra tẽpus purgandæ moræ.*

69 ¶Ego autem cenſeo, quantùm ad poſteriorem caſum, quo emptor in mora eſt, nihil eſſe quod dubitandum ſit, quin teneatur de interitu, etiam ſi aliter culpa ſua res non interierit, vt illis iuribus ſatis probatur. Sed quantùm ad priorem, quo ſcilicet res culpa emptoris ante oblationem periit, non omnino res eſt indubia, quia licet emptor eſſet interim dominus rei, ea tamen iam erat, vt diximus obnoxia retractui conſanguinei, ex ipſo contractu venditionis. Ideoq; ea interim vti debuit, vt bonus paterfamilias, vt alia re ſubiecta reſtitutioni: nec ei iuri poteſt ac debet emptor prçiudicare, cùm non debeat alteri per alterum iniqua conditio afferri, l. non debet, ff. de reg. iur. idq; etiam in re aut iure: quod nobis ſpe tantùm competit, l. vlt. ff. de pact. cum multis ſimilibus à nobis adductis infrà tit. ſeq. §. j. gl. vij. in verbo, *ſeront preferez*, nu. 20. neque id quidem, & ſeq. Imò verò nec in re ſua, l. Aediles etiam, §. Pedius, ff. de Aedil. edict. cùm ſcribitur, Quid ergo ſi culpa, nõ etiam dolo emptoris ſeruus deterior factus ſit? æquè condemnabitur. Cuius l. autoritate Bar. poſt Dyn. in d. l. etiam, §. licèt, in prima opp. & ibi quoque Alexan. col. j. in fin. limitant tex. ibi, qui culpæ pœnam in re propria non admittunt, vt procedat in re propria ſimpliciter & irreuocabiliter, quæ ſcilicet non eſt ſubiecta reſtitutioni, & quæ ideò dici poteſt aliena ſpe. Et hoc quoque, vt dicit Bart. probatur in d. §. licèt, vbi in rebus dotalibus, licèt ſint viri conſtante matrimonio, tamen non poteſt committi culpa propter ſpem reſtitutionis.

*Culpa in re propria ſubiecta reſtitutioni luenda eſt.*

*De eadem re.*

70 ¶Quòd ſi quis ſtatim aduerſus hæc inſurgens, obiiciat nobis tex. in l. ſed & ſi lege, §. conſuluit. ff. de peti. hære. & iterum in l. ſi quid poſſeſſor, §. ſicut autem, eo. tit. quibus ſcribitur, bonæ fidei poſſeſſorem hæreditatis culpæ rationem reddere non teneri: tunc enim, quia quaſi rem ſuã neglexit,

nulli querelæ ſubiectus eſt,ante petitam hæreditatem.Qui quidē,præter ea quæ ſuprà dicta ſunt multū faciūt pro opinione Bago. etiā diſtinguentis,an retractus ante incendiū fuerit petitus,an nō.Certè ille tex.nihil obſunt illi cōtrariæ ſentētiæ.ibi enim is poſſeſſor hæreditatis erat omnino bonæ fidei,nec ſciebat rem eſſe ſubiectam petitioni hæreditatis,vt apertè ibi declaratur : alioquin non fuiſſet bonę fidei poſſeſſor. Hic autē emptor nec poteſt,nec debet ignorare id ius retractus lippis & tōſoribus non incognitū, vt diximus ſuprà eo.tit.§.xij.gl.j. nu.7. ſed hoc de euictione.

71 *De eadem re. Emptor, qui emit minus dimidio iuſti pretij, an teneatur ſi res perierit.*

¶Et ne quis amplius dubitet,textū habemus expreſſum,dominū rei ſubiectæ reſtitutioni teneri de incēdio ſua culpa in re ipſa cōtingenti,in l.ſi modò.ff.de leg.j.& voluit gl.in l.qui exceptionē, §.j.in verbo,arſerit,in prin.ff.de cōd.inde.In quā etiā ſententiā facit,quod non obſcurè ſentiunt Doct.in l.ij.C.de reſcin.vēd.emptorē,qui rem emit minus dimidia parte iuſti pretij,teneri ex eadem l.ſi res culpa perierit,cùm negāt eum teneri, ſi fortuitò & ſine culpa ipſius periit. Ita enim voluerunt gl.Bar.Bal.Sal.& Pantal.ibi.& Ant.Burg.in c.cùm dilecti:in fi.extrà de empt.& vend. Quamuis ſint,qui & in hoc quoque vltimo caſu conſtanter affirment eum teneri : vt per Barpt. Brix.quæſtio.venerabili,lxij.pone quòd res empta.& Albe.poſt Guid.Suz.in d.l.ij.col.iij.verſi.itē quærit gl.C.de reſcin.vend.& Pan.in d.c.cùm dilecti.in fi.& Fran.Cre.ſing. lxxxiiij. volo te docere.vbi tamen Bapt.Caſtel.in addi.tenet priorem. Et quamuis in retractu proximitatis res aliquid dubij habeat,tamen in conuentionali,nihil omnino dubitarem,quin emptor teneretur.

72 *Domo empta deſtructa, an cōſanguineus poſſit retrahere aream.*

¶Decimoqvarto quæro. Domus vendita combuſta eſt,aut aliter deſtructa:an cōſanguineus venditoris poterit aream eius retrahere?Et idem quæri poteſt de retractu conuentionali.Et hanc quoq; quæſtio.in retractu proximitatis poſuit Geral.Bag.in d.diſputa.retractus,verſ. quæro ſubſequenter,emiſti domū.Dicitq; primùm videri,conſanguineum non eſſe admittendū:quia domus deſtructa amplius domus non eſt,l.repeti.§.rei mutatione,ff.quib.mod.vſuſf.amit.vbi,ſi ædes quarum vſusfructus relictus eſt,corruere vel exuſtę ſunt,extinguitur vſusfructus:adeò quidem vt nec areæ nec cæmentorum debeatur.& eſt ſimilis tex.(vt id ei addas)in l.quid tamen §. j.ff.eo.tit.& in l.quoties,§.vlt.& l.qui vſumfructum,in prin.ff.de vſufruct.& l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum,ff.de ſeruit.vrb.præd.Allegat item ipſe Bago.l.domum,ff.de contrah.empt. vbi non conſiſtit emptio domus,quam exuſtam emptor & venditor ignorabant,quāuis area maneat. Subdit autē contrariū quoq; videri:quia idem eſt iudiciū de parte,ac de toto,l.quæ de tota, ff. de rei vēd. & l.qui ſcit,ff.de vſur.Area autem pars eſt quidem maxima ædium.l.qui res,§.aream,ff. de ſolut.

73 ¶Tandē verò cōcludit ipſe Bago.aream retrahi non poſſe,quia domus(inquit) deſtructa amplius non eſt domus,nec pars ipſius,§.vlt.Inſtit.de vſufruct.vbi tamen aliud non dicitur,quàm in d.l. rei mutatione. Subiungitque,quòd ſi etiam ea domus reficeretur ex iiſdem cæmentis,tamen retrahi non poſſe:quia non eadem domus eſſet,d.§.areā,& l.inter ſtipulantem,§.ſacram , in fi.ff.de verb.obli.Nec obſtat(ait)quod dictū eſt de toto & parte:quia illud procedit,cùm eadē eſt vtriuſq; ratio:hîc autē diuerſa eſt.Cui in hoc adde huiuſmodi arg.de toto ad partē,& è diuerſo,nō valere,cùm diuerſa eſt vtriuſq; ratio,l.cùm de indebito.verſ.ſed hoc ita,& ibi Sal.in 2.nota.ff.de prob. ſed nec neceſſariò cōcludere,etiā ſi ſit eadē ratio,l.ſi quis aliā,ff.de ſol.cū aliis multis vtriuſq; ſim. & cōcor.à me late cōgeſtis ſupra,§.j.in gl.vij.in verbo, *ou aultres choſes cēſees pour immeubles*,nu.45. tū poſtremo. Sed nec area quidē pars eſt domus,l.ſi is qui quadraginta,§.quędā , ff.ad leg.Falci. aut ſi pars eſt,intelligitur,quamdiu domus eſt,aliâs minimè. & ita intelligitur quòd ſuprà dixi.

74 *De eadem re. Area eiuſdem naturæ ac domus.*

¶Hæc propè Bago.quem refert,& ſequitur Boer.in comment.conſuetudin.Biturig. hoc eo.tit.§. 4.in fi.Quibus omnino nō accedo,fretus authoritate l.domo,ff.de pign.actio.vbi domo pignori data,& area eius tenebitur,etiamſi ſi(vt dicit gl.quā omnes ſequuntur) domus ipſa comburatur, & reddit is tex.rationem:eſt enim area pars eius. Glo. autem ibi pro contrario adducit d.§.vlt. Inſtit.de vſufruct.nec id aliter diluit.At Bar.eodem in loco,dicit aliud eſſe in vſufructu,de quo loquitur d.§.vlt.quia mutatione rei perimitur vſusfructus,vt ſcribitur in d.§.rei mutatione.aliud autem in pignore,vt ibi probatur,& in l.Paulus,§.domus,ff.de pign.Atque etiam in dominio,vt & ipſe Bar.& Sal.optimè declarant,in l.ſi conuenerit,§.ſi quis cauerit, ff.de pign.actio. Cui & tu adde tex.optimum in l.ſolū,ff.de rei vendi. vbi id primùm ſcribitur, ſolū eſſe partem ædiū.mox ſubiungitur,vt intelligatur de eadē re loqui, meum eſt quod ex re mea ſupereſt.Si ergo emptor, domo,quā emit,exuſta,manet dominus areæ,quæ ſupereſt, ſi ea area manet obligata ex obligatione domus,quî fit,vt eadē area nō mānet etiā obnoxia retractui,vti domus erat?pręſertim cùm in ea ſit eadē ratio retractus,quàm ſuprà ſæpius adduximus,ne ſcilicet res exeat extra familiam.

75 *Domo emphyteutica exuſta durat emphyteuſis.*

¶Et vide præterea Bal.in l.j.col.iiij.verſ.modò reuoco in dubium , C. de iure emphyt.qui dicit, domo emphyteutica exuſta durare tamen emphyteuſim in area, ſi dominus voluerit. quod etiā tenuit Ang.in §.lex itaque,in fi.in auth.de non ali.& ſubobſcurè Inn.in c.potuit,col.xx.verſi. & prædicta etiam,extrà de locat.& Iaſ.in d.l.j.col.iij.verſ.ego autem,& iterum col.xvij.verſ. & iſta etiam,de iure emphy.De quo tamen vide Steph.Bertr.conſ.cxciiij.pro defenſione,lib.ij.Sed & tu vide Bar.loquentē de ſuperficie,in l.vlt.ff.de ſuperfic.Et præterea tex.in l. venditor ex hæreditate,in fi.ff.de hæred.vend.vbi venditor domus aream tradere debet exuſto ædificio. & in l.ſi ego. §.vlt.ff.de publ.in rem act.vbi,ſi inſulā emi,& ad aream ea peruēnit, æquè potero vti Publiciana pro area ipſa,atque pro inſula,ſi ea extaret,& l.intantùm,§.ſacræ,ff.de rer. diuiſio. vbi ſemel æde ſacra facta,diruto ædificio area ſacra manet.quod etiam probatur in l.æde,ff.de contrah.empt.Et

ita nun



ita nuncupatim in caſu noſtri retractus tenuit Ferro.in conſuetud.Burdig.hoc tit.§.xv.

76 ¶Et ſi teneamus hanc opi.quæ vult retractum habere locum in huiuſmodi area,domo vēdita exuſta,quæ mihi verior & propè indubitata eſſe videtur:quæſtionis eſt, vtrùm tunc conſanguineus tenebitur reddere integrum domus venditæ pretium,an verò pro rata tātùm areæ.& Ferro.qui hanc(vt diximus)ſententiam ſecutus eſt,eodem in loco dicit integrum reſtituendum,nec aliter conſanguineum eſſe audiendum,nec quicquam allegat,tanquam id minimè obſcurum ſit, nec allegatione indigeat.In id autem facit,quod ſcriptum eſt in l.j.in fin. C.de iure emphy.non minui penſionem emphyteuticam,ob id quòd portio rei emphyteuticæ perierit : modò aliquid etiam modicum ſuperſit,ſecundùm glo.& Doct.ibi,& glo.in §.adeò.Inſtit.de loca. & in cap. potuit,in glo.mag.& ibi quoque Doct.extrà eo.Spec.eo.quoque tit.§.nunc aliqua,verſic.ſed quare, qui eſt ſub vij.quæſt.& iterum verſ.cxxxiiij.& ſeq.& ibi etiam Ioan.And.

*An autē conſanguineus retrahēs aream tantùm teneatur integrum pretium ſoluere.*

77 ¶Sed contrà facit,quod de remiſſione penſionis pro rata periculi ſiue calamitatis rei locatæ ſcribitur in l.licèt certis,& l.excepto,C.locat.& c.propter ſterilitatē,eo.tit. Et quod alio non admodū diſſimili caſu ſcribitur in l.domū,ff.de cōtrah.emp.quæ loquitur de domo vēdita, cuius pars incendio cōſumpta erat,ob idque(ait)æſtimatione boni viri habita , quod ex pretio propter incendiū decreſcere fuerit inuentum,ab eius pręſtatione emptorem eſſe liberandū.Et quod legitur in l.forma,§.j.ff.de cēſib.ſi agri portio chaſmate perierit,deberi eum,qui in publicis tabulis modū detulerit,per cenſitorē releuari.Et quod traditur in l.ij.C.de allu.tributa minuit pro parte rei extinctæ,ſed illud ſpeciale eſſe in tributis tradūt gl.& alij in d.l.j.de iure emphyt.& Spec. vbi ſuprà.

*De eadem re.*

78 ¶Decimoqvinto quæro,an hæc oblatio retractus poſſit fieri die dominico,aut aliis Deo Opt.Max.aut Diuis ſacro,& conſequenter an etiā citatio in cauſa retractus his diebus fieri poſſit. Et hoc in dubium aliquando reuocari vidimus. Et idem quoque de retractu conuentionali quæri poteſt.Et quantùm ad oblationem non admodū dubiū videri poteſt,cùm ſit actus extraiudiciarius,nullā requirens cauſæ cognitionem , atque in mero facto conſiſtens,per tex.& ibi not. pleniſſimè per Doct.in l.j.§.nuntiatio,ff.de ope.no.nunt.& in l.miles , §.ſexaginta,ff.de adul. & Hoſt.in Summa,de fer.§.qualiter diſtinguatur.Alb.in l.illud,col.2.verſ.circa tertium.de ſacroſan. eccl.Fede.Senen.conſ.cxlvj.diffinitiua,& Bart.in l.cùm filiusfamiliâs,§.vlt.& ibi Iaſ.circa med.ff. de verb.oblig.vbi tradunt interpellationem,proteſtationem,& quemuis alium actum extraiudicialem,poſſe fieri diebus feriatis,etiam Deo dicatis.& rurſus in l.ſi expreſſim,col.iij.verſ.circa primum,ff.de appell.& Bald.qui loquitur de intimatione in l.in contractibus,§.vlt.C.de non num. pec.cum aliis concord.adductis ab Alex.conſ.xxvj.viſo,col.iiij.verſ.tertiò corroborantur, lib.vj. & plenius Fel.in c.cùm M.Ferra.col.xx.verſ.ſecunda concluſio,& ibi quoque Fran.Ripa num. 146.extrà de conſtit.& quæ diximus ſuprà,§.vlt.glo.ij.in xvij.q.[ Quibus adde quòd quilibet actus,qui etiam coram iudice fieri debet,poteſt fieri etiam die feriato vel in honorem Dei, modò non ſit neceſſe iudicem loqui,ſed tantùm eius præſentiam requiri , cuiuſmodi eſt actus inſinuationis.Ita enim voluit Ang.in l.omnium,circa med.in verſ.ego aliud.C.de teſta.]

*An hæc oblatio retractus poſsit fieri die dominico.*

79 ¶De citatione autem nonnihil dubij eſt.Sunt enim,qui dicūt, eam poſſe fieri huiuſmodi diebus ad diem non feriatam,& in his gl.in cle.j.in verbo,feſtiuis,de foro compe. Dy.in d.§. nuntiatio, & in l.in tempus,& ibi etiam Alb.ff.de hære.inſti.Pet.& Cyn.in l.in minorum,C.in quib.cau. in integ.reſtit.non eſt neceſſ.& in l.vlt.& ibi Fran.Accur.vt à multis citatur,C.de feri.Io. And. in c.vlt.col.2.verſ.conuertamus caſum,extrà eo.tit.Guliel. Cun. & Alber.in l.plerique , ff. de in ius voc.latè Fed.Senen.conſ.ccxlviij.ſuo domino.Aegid.Bellemer.in c. Romana , §. contrahentes, col.vij.verſ.ſeptimò quæritur,de foro compet.lib.vj.D.à Rota deciſ.ccclxvij.ſi committatur,poſt prin.in nouis.Nicol.Mil.in ſuo repertorio,in verbo,citatio poteſt cōmitti.Guid.Pap.deci.Delph. ccxv.an executio,col.ij.& conſ.clxxviij.circa proceſſum,col.ix.verſ.ſic etiam poteſt fieri. & iterū conſ.ccv.cuius eſt idem initium,col.xj.verſ.ſextò quia poteſt fieri.

*Citatio in cauſa retractus an etiam fieri poſsit hiſce diebus.*

80 ¶Alij ſimpliciter id negant,inter quos ſunt Oldr.Bar.Imo.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in d.§. nūtiatio, Iaco.But.Pet.à bella Perti.Albe.Bal.& Sali.in d.l.vlt.C.de fer.per tex.ibi,in illis verbis, nulla admonitio,& ibi,neque liceat,rurſúmque ibi,taceat apparitor,atque ibi , ſileat horrida vox præconis.& Spec.tit.de cita.§.j.verſ.item excipitur,quòd facta eſt die,& ſeq.Guid.Suz.in l.ij. ff.ſi quis in ius voc.Ioan.And.ſibi contrarius,& Dom.in c.cùm plures,col.vlt.de off.deleg.li.6.Boniſ.Vitel.in tracta.maleſi.tit.forma citationis accuſati,col.j.verſ.ſed quid ſi citetur.Bart.in l.ij.§. item ſi, col.ij.verſ.ſed quæro quid econtrà,ff.ſi in ius voc.non ier.niſi(inquit) actio eſſet tēpore peritura, aut dubitetur de fuga.& in tract.de cita.in 6.q.Alb.ſibi quoque cōtrarius in l.ſi cùm ſeruū,§.j.ad fi.ff.de dona.int.vir.& vxo.& in l.ſi res,ff.de iure dot.& in d.l.cùm filiusfa.§.j.in fi.ff.de ver.obli. Bal.& Imo.in d.l.in tempus,ff.de hæredib.inſti.idē Bal.in l.ſi feriatis,ff.de fer.& in l.cùm clericis, circa med.C.de epiſc.& cler.& in d.l.in cōtractibus,§.vlt.C.de nō nume.pec.Car.Flor.in cle.j.in 3.quæſt.de iud.Raph.Co.conſ.7.viſis cōpromiſſis,col.3.Imo.in d.cle.j.col.4.ſuper d.gl.in verbo, feſtiuis,de for.cōp.Pet.Anc.cōſ.269.pro declaratione.paulò ante fi.Pau.Ca.cōſ.270.ſuper primo, in 3.dubio,li.j.Lāfran.Oria.in repe.c.quoniā contra,in materia citationū,col.vlt.verſ.tandē quęritur,de prob.Ang.Aret.in §.vlt.col.ij.verſ.quæro an citatio,Inſt.de pœna teme.litig. Guid. Pap. ſecū etiā pugnās,conſ.36.citatus fuit.Io.Lup.in rep.c.per veſtras,§.xlv.col.ij.verſ.ſi tamē nūtius, extrà de don.inter vir.& vxor.Matth.Affli.in conſti. Siciliæ incip.baiulos omnes,col.3.in v.not.

*De eadem re.*

81 ¶Sunt & alij.qui diſtingunt inter dies dominicos,& alios etiam honori Dei & Diuorum conſecratos,vt illis citare non liceat:vt retulit Alb.in d.l.j.§.item nuntiationem, ff.de oper.noui nunt. & Bal.in d.l.in minorũ,C.in quibus cauſ.in integ.reſti.non ſit neceſſ.& in l.in tẽpus,in fi.prin.ff. de hæred.inſtit.& latius in c.vlt.col.ij.verſ.quæritur igitur,extrà de feri.Et hãc ſequuti ſunt Dy. & Iac.But.in d.l.vlt.C.de fer.& Oldr.in d.l.in tẽpus,de hæred.inſti.Car.Flor.in cle.j.in iij.quæſt. de iud.& Ro.in d.l.j.§.nuntiatio,col.ij.verſ.& quò ad ſecundũ,ff.de oper.no.nunt.Pau.Caſt.cõſ. cclxx.ſuper primo dubio.in iij.dubio,lib.j.At Iac.Aret.in d.l.j.§.nuntiatio,numero 6.de oper.no. nuntia.fuit in noua quadam opin.& ea quidem ſatis obſcura, vt ſcilicet citatio facta die feriata ad diem iuridicum,non valeat ratione diei feriatæ,tamen valeat ratione diei iuridicæ,per l. quia in hoc,ff.de don.inter vir.& vxo.Ex quo videtur in id inclinare,ſecundùm eam l. vt valeat, licèt multi eum pro cõtraria ſententia allegẽt.Sed quicquid ſit de iure cõmuni,primã illã opi. approbauit cõſuetudo,vt dicũt Oldr.Dy.& Iaſ.in d.l.j.§.nuntiatio,ff.de oper.no.nunt.Io. And. in d.c. vlt.de feri.Cy.& Alb.in d.l.vlt.C.eo.tit.Alb.in d.l.ſi cùm ſeruũ,§.j.& in d.§.itẽ nuntiationẽ,& in d.l.in tẽpus.Bar.in d.tract.de citat.in vij.quæſt.Bal.in d.l.ſi feriatis.Imo. in d.cle.j.de for.compe. Matth.Affli.in d.cõſtit.baiulos,& rurſum in rub.xcv.quæ eſt de exordiis præparatoriis iudiciorum.Conſtat autẽ,interpellationẽ,quæ etiã requiritur in oblatione retractus,vt ſcribitur in §.primo huius tit.fieri poſſe huiuſmodi diebus,ſecũdùm Cy.in d.l.in minorũ,in v.qu.poſt Petr.ibid.

*De eadem re.*

*An & interpellatio quæ fit ad retractum.*

82 ¶Decimosextò quæro,an & huiuſmodi oblatio poſsit fieri in templo,&,vt noſtri loquũtur,eccleſia:& ſimiliter citatio in cauſa retractus.Quid enim ſi fortè emptor non habet domicilium,nec diſcedit à templo immunitatis cauſa?Dic vtranque,& oblationẽ,& citationẽ,fieri poſſe in templo.Nam de citatione(quod magis eſt dubiũ,propter ea quæ diximus in præcedenti quæſtio.& quia pertinere videtur ad iudicia,quæ in templis exerceri prohibẽtur,c.decet,§.vlt. de immu.eccleſ.lib.vj.)tex.tamen eſt,eam fieri poſſe in templo,in l.præſenti.in prin.verſ.ſed ſi quidem, & ibi gl.in verbo,ſeruata,& Bart.C.de his qui ad eccleſ.confug.& voluerunt etiam Guliel.Cun. ipſe Bar.Bal.& Alex.in l.plerique,ff.de in ius vocan.Grif.inter conſ.Fed.Senen.conſ.224.ſuo domino,per totũ.Bar.in d.tracta.de cita.col.j.verſ.quæro circa hoc.Bal.in l.ij.col.j.verſ.quæro iuxta hoc,C.de ſacroſan.eccl.& in l.etiam, col.v.verſ.ſed affigere,C.de execu.rei iudic.vbi ad hoc dicit tex.no.in d.l.præſenti, & idẽ Bal.in c.cùm parati,per eum tex.de appel.vbi tamen loquitur de citatione,quæ fit ad curiã eccleſiaſticã.& ipſe quoq; Bal.in ſua Marga.in verbo,citatio,col.iiij.verſ. citatio verbalis.vbi dicit ſing.tex.in d.l.præſenti.Alex.in l.ij.ff.de in ius voc.Phil.Fran.in d.c. decet,col.ij.verſ.quintò quæritur,de immu.eccl.lib.vj.Ang.Aret.in §. multis , col.j. verſ. quæro an citatio,Inſti.de libe.& in §.vlt.col.vlt.verſ.quæro an citatio,Inſti.de pœna teme.litig.Barb. in cle. cauſam.col.xx.in paruis,verſ.nec obſt.c.de elect.li.vj.& Guid.Pap.ſing.769.verſ.valet citatio.Et hæc eſt cõmunis opi.licet cõtrariũ voluerint Ang.& Ful.in d.l.ij.ff.de in ius voc.& idẽ Ang.& Pe. Anc.in l.ſatis,quæ cõfeſtim ſequitur d.l.pleriq;,eo.tit.& Io.Fab.in d.l.præſenti,in verbo,ſentẽtiis.

*An & in templo fieri poſsit.*

83 ¶De oblatione & huiuſcemodi rebus nihil ad iudicia pertinentibus, cuiuſmodi ſunt proteſtatio, denuntiatio,interpellatio,& id genus cætera,nihil eſt quod aliter dubitandum ſit,per ea quæ tradita ſunt à Bar.in l.non ſolùm,§.morte,col.pen. verſ.nunc videamus de tempore , & ibi omnes propè Recentiores,ff.de ope.no.nun.idem Bar.in d.l.cùm filiusfamilias,§.vlt.ff.de verb.obl.& in l.actus,C.de fer.& Bal.in d.l.ij.in fi.C.de ſacroſ.eccl.Ang.Are.in d.§.multis , col.vlt.verſ. quæro an proteſtatio,Inſtit.de liber.& Fel.in d.c.cùm Mart.Ferra.col.xxij.verſ.tertia cõcluſio, extrà de conſtit. Et hæc quidem etiam obtinent in oblatione & citatione retractus conuentionalis : nihil enim inter vtrunque,quantum ad id de quo tractamus,pertinet.

*De eodem.*

*Quid in retractu cõuentionali.*

84 ¶Decimoseptimò, conſequenter quæro , vtrùm huiuſmodi oblatio fieri poſsit in loco quopiam inhoneſto,vt in popina,vel lupanari:hæc enim inhoneſta eſſe dicit tex.in l.ſi cùm dies, §.ſi arbiter.verſ.ſed ſi in aliquem,ff.de arbi.ideóque vt ibi ſcribitur,non poteſt arbiter iubere partes adeſſe in ea.Cuius autoritate defendi poſſet,nec in his quoque locis & ſimilibus,oblationem fieri poſſe.Nam & aliâs dicimus oblationẽ,interpellationẽ, aliámve denuntiationem fieri debere in loco congruo,competenti,& opportuno,l.ſi ſoluturus,ff.de ſolu.quæ loquitur de oblatione,& l.mora,& ibi gl.in verbo,difficilis,poſt prin.& Doct.ff.de vſuc.& gl.in c.cupientes,§. quòd ſi per xx.in verbo,propoſita,ante finẽ,& ibi Io.And.in nouella,de elect.li.vj.Lapus alleg.39. an valeat, col.vlt.Io.Fab.in d.l.in minorum,col.j.verſic. ſed quid ſi fiat.C.in quib.cau.in integ. reſt.non eſt neceſſ.Pet.Anch.conſi.lxxxvj.pro faciliori,in princ.Rom.conſ.xlviij.inſpectis,ad fi.cum ſimilib.

*An hæc oblatio poſsit fieri in loco inhoneſto.*

85 ¶Cæterùm Matth.Afflict.in tracta.πρωτομίξεως, in verbo,vt infra xxx.dies, col.iiij. verſ.& quoniam ſuprà,loquens de nuntiatione,quam ex illa conſtitutione protomixeos debet facere venditor ſuis conſanguineis,dicit eam fieri poſſe in lupanari vel popina,ſi ibi inueniatur conſanguineus ex conſuetudine habitandi in iis locis:vt quia leno eſt,qui diuerſari ſolet in lupanari, ar.no. in l.quòd ſi nolit,§.qui aſsidua,ff.de Aedil.edic.& aliorum,quæ inibi citat.Aliâs verò ibi fieri non poteſt,per d.l.ſi cùm dies,§.ſi arbiter.Subiungit tamen hoc vltimum fortè non procedere , quia denuntiatio fit ſolùm ad affectum ſcientiæ, nec refert quomodo quóve loco quis quid ſciat,nec aliud allegat:ſed ad id facit tex.in l.item veniunt,§.petitam,verſ.à quo,ff.de pet. hære. cum ſimil. Rebuf.autem in tract.Nominationum,in v.q.nu.30.aliter retulit ſententiam Matthæ.tanquã ſcilicet dixiſſet retractus denuntiationem fieri poſſe in illis locis,ídque ſimpliciter.

*De eodem.*

¶Et ego



86 ¶Et ego quidem in ea quoque ſum ſententia,vt denuntiationes,oblationes , proteſtationes , & alia id genus extraiudicialia fieri poſsint in his locis,ſi is,cui proteſtandum,offerendum, denuntiandum eſt,ibi reperiatur,niſi ſi quodpiam periculum aut damnum illi ex hoc immineret.Quid enim ſi ei offeratur pecunia , quam non tutum eſt in eis locis habere vel recipere inter greges lenonum & meretricum,quis dixerit eam oblationem opportunã eſſe?& nemo,vt opinor.Perinde enim eſſet,ac ſi quis pecuniam dederit adoleſcenti luxurioſo , quaſi perdituro,aut pro meretrice eo mandante fideiuberet,de quo in l.ſi verò non remunerandi , §.ſi adoleſcens, ff.mandat. Nam & valet arg.de loco ad perſonam,& è diuerſo,l.j.§.Offilius , iuncta l.ij.ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt,vt etiam valet de tempore ad locum,vt ibi quoque nota. Ideò cùm & ſolutio debeat fieri tempore congruo & opportuno,vt dicitur in d.l.ſoluturus,de ſolu.proindéque minimè detrimentum creditori allaturo:quocirca noctu fieri non debet,vt per Albericum in l.more, col.j.ff.de feri.Bal.& Ang.in l.obſignatione,C.de ſolutio.cum concor.à me adductis ſuprà in §.j. in gl.xj.in verbo,*& iour*,nu.12.illud ſtatim conſequens eſt,vt nec loco incongruo,& minimè opportuno,fieri debeat.Quod intellige ſecundùm ea,quæ ſuprà diximus ex Afflict. dum loquitur de lenone,& aliis,qui in huiuſmodi locis habitare conſueuerunt.Et hæc etiam habent locum in oblatione retractus conuentionalis.

*De eodem.*

87 ¶Decimooctavo quæro,Titius comparauit ſiue acquiſiuit fundum à Mæuio,nec tamen apparet quo titulo:conſanguineus Mæuij dicit fuiſſe titulum venditionis,ideóque venit ad retractum:Titius negat:teſtes illius conſanguinei deponunt præſentes ſe fuiſſe ei acquiſitioni , eámque fuiſſe ex contractu emptionis & venditionis certo quopiã pretio à partibus conuento : ſed cuius non recordantur:vtrùm ſatis ſiue ſufficiẽter ( vt vtar verbo Iuriſcõſulti in l.ſed & ſi quid, §.j.ff.de vſufr.)probata ſit emptio & venditio? Quod non videtur:quia vẽditio ſine pretio,nulla eſt,l.2.§.j.ff.de contrah.empt.& eo quidẽ certo,§.pretiũ,Inſti.eo.tit.quæ igitur venditio eſſe poteſt,cuius certum pretium ignotum eſt vel ipſis teſtibus , qui eam dicunt factam fuiſſe ? Et certè ſunt, qui dicunt huiuſmodi teſtes non probare venditionem.& in his Ro.in l.Titia,col. penult. verſiculo,tu aduerte.ff.ſol.mat.& conſ.xxx.viſo,verſiculo , quidam autem. & Alex.conſ.xxviij. eiuſdem initij,col.ij.verſiculo,& ad hoc etiam,lib.ij.conſ.xxxix.vertitur lis , col.ij. verſ.prætereà pretium,lib.v.& Hippo.Marſi.ſing.xxxviij.emptio.& venditio.

*An ſufficit teſtes deponere de uẽditione, ſi de pretio nõ recordentur. Sufficiẽter, dictio iuriſconſulti.*

88 ¶Et cùm pares vires habeant teſtes & inſtrumenta,l.in exercendis,C.de fide inſtru.ſimiliter nec ſtatur inſtrumento loquenti de emptione & venditione ſine certa quantitate pretij. Nam & id voluerunt Iaco.Ra.Rayn.& Albe.in l.j.C.de contrah.& commit.ſtipu.& Barto.in l.admonendi, col.vj.verſ.quæro pone,ff.de iureiur.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſi duo patroni,§.Marcellus, ff.eo. tit.ipſe Alex.in l.ſuus,circa med.eo.quoque tit.& conſi.xviij.viſo proceſſu.col.j.lib.j.& Ro.conſi. cccv.quò ad ſeptimum,col.ij.verſ.ſecundò idem probatur. Nec denique iuramento eius , qui ex delatione aduerſarij iurat rem ſibi venditam non aliter expreſſo pretio , ex ſententia Marti. Sil. Ray.Albe.& Pau.Caſt.in d.§.Marcellus.

*De eadem re.*

*An ſtetur inſtrumento loquenti de uenditione ſine mentione pretij,uide numero 89.*

89 ¶Ego verò cùm ea ſpecies ex facto contigiſſet, reſpondi ſatis probatum eſſe à conſanguineo ad obtinendum in retractu,pretiúmque iuſtum,quod ei reſtituatur,arbitrio boni viri æſtimandum. Nam quæ ſuprà diximus,fortè obtinerent , cùm de ea re eſſet controuerſia cum eo , qui dicitur vendidiſſe,qui tamen id negaret:ſecus ſi cum alio : nam tunc haud dubiè ſtandum eſſet teſtibus ſimpliciter atteſtanribus venditionem factam fuiſſe,præſertim ſi principaliter de hac re agitur,an videlicet venditio facta ſit,nécne,non de pretio:ex ſententia Bal.in l.j.col.j. verſ. denuo quæro, C.de reb.alie.non alien.& Raph.Co.qui tamen Baldi non meminit,in d.l.ſciendum,& ibi quoq; Alex.qui id dicit ſing.col.iij.verſ.quartò limita,& Franciſc.Curt.in addit.ipſius,& Iaſ.col.8. verſi. ſecunda regula.ff.de verbor.obligationib.Roma.conſil.xcj.viſis ac percunctatis,colum.ij.verſic. tertiò videndum.& Barb.conſ.xc.illud referam,col.j.verſ.ſed iſta,lib.iij.& non obſcurè ipſe Alex. & Iaſ.in d.§.Marcellus.& idem quoque Alex.d.conſ.xviij.lib.j.licet ibi dicat eſſe dubium,quia id erat contra partem,pro qua conſulebat,& Fel.in c.ſicut,col.vlt.extrà de re iudi.Soci.conſ. clxxj. diu profectò anceps.col.iij.verſ.confirmo hoc,lib.ij.Matth.Afflict.in conſtitu.Siciliæ incip.ſi quis in poſterum,col.vij.in ij.notab.

*De eadem re.*

90 ¶Nam & eius,quod ſuprà pro contraria parte de iuramento adduximus, contrarium voluerunt Bar.& Bal.quos ſimul in eadem ſententia coniunctos & conſentiẽtes auſim intrepidè omnibus opponere,tum quòd omnes etiam facilè ſuperant,tum & quòd Bal.libentiſsimè ac veluti de induſtria,& ex profeſſo Bart. opi.impugnat, niſi res omnino indubitata ſit. Hi igitur (vt repetam) contrariũ tenuerunt illius,quod de iuramento dictum eſt,in d.§.Marcellus,& ibi præterea Raph. Fulg.& Iaſ.Sed & quod de inſtrumento in eadem parte diximus, clanculum admittere non videntur Pet.& Cy.in d.l.j.C.de contrah.& commit.ſtipu.& id expreſsim reiicit Iac.Aretin.ibi,& Albe.in d.l.ſciendum,col.vj.nu.23.verſ.item pone quòd in inſtrumento,ff.de verb.obli. Et bene facit,quod ibi ſcribit Ro.col.viij.verſ.ſecũda hæc.Et ſi aliter diceremus in noſtro caſu retractus, facillimè fieret fraus conſanguineis,clàm inter partes conueniendo de pretio.

*De eadem re.*

91 ¶Nec omittendũ tamen eſt aliud,quod huic noſtræ ſententiæ non modicùm adſtipulatur,quòd ſi probetur mutuum,nec tamen conſtet de quantitate pecuniæ mutuatæ,poteſt ea quantitas probari iuramento eius,qui mutuum fecit:vt voluit Rayn. Forli.qui ita dicit fuiſſe in iudicio obten-

*Mutuo probato, eius quantitas iuramẽto probatur.*

tum in l.j.ff.de in lit. iur.& ſecutus eſt aliis concurrentibus Bar.in d.l.admonendi, col.viij.verſi. quæro quid ſi teſtis,& ibi Fran.Curt.ſenior,qui id dicit no.in repe.char.16.col.ij.verſ.& ideò circa hanc,ff.de iureiur.& Ant.in c.vlt.extrà eodem.Cæpo.cautel.cclxxiij.ſecundùm priorem computationem,& ſecundum poſteriorem.ccxj.incip.aliquis mutuauit.& Philip. Deci.in c.j. col.xxj. verſ.tertiò accedat,extrà de prob.vbi id dicit mirabile. & conſi.cxlvj. cuius ſuperſcriptio incipit, dubia de quibus,col.antep.verſ.quartò iſta concluſio vbi id dicit ſing.&conſ.ccccxxxvj.in cauſa,quæ agitatur,col.iij.verſ.tertiò reſpōdetur.Sed quia hîc iuramentum deferiri nō poteſt cōſanguineo,de cuius facto non agitur,ideò dixi ſuprà,pretium arbitrio boni viri æſtimandum, iuxta ea,quæ etiam diximus in ſimili,ſuprà eo.tit.§.ij.glo.j.nu.27.quid igitur.

*An aſcendentes admittantur ad retractum rerum à deſcendētibus uenditarum.*

92 ¶DECIMONONÒ quæro,an pater , mater,auus,auia,aut alij deſcendentes admittantur ad retractum rei venditæ à filio,nepote,aut cæteris deſcendentibus extante noſtra conſuetudine, qua quidem aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus in mobilibus tātùm,non etiam in immobilibus, vt cauetur ſuprà tit.xvij.qui eſt *de ſucceßions*,§.vij. qui eſt omnium huius voluminis conſuetudinum,ccxvij.Retractus autem habet locum in immobilibus tantùm,vt ſcribitur in §. j. huius tit. & regitur omnino ſecundùm ſucceſsiones,vt tradit Maſuer.tit.de retractu,in prin.& voluit etiā expreſsè noſtra conſuetudo ſuprà,§.xiij.& etiam latè & ſæpe diximus,d.§.j.in gl.viij.in verbo, *le parent.* Cùm igitur aſcendentes non ſuccedant in bonis immobilibus,cōſequens eſt,vt nec eadem poſsint retrahere.Et ſic audio fuiſſe ex tempore,&(vt noſtri vulgò dicunt)ſuper campo iudicatū ab vno noſtrorum iudicū maximi nominis,nec minoris eruditionis,experientiæ, & probitatis.

*De eadem re.*

93 ¶Verùm diſpeream,ſi non aliter iudicaſſet,ſi vel tantillum temporis iudicium diſtuliſſet : neque enim negari poteſt,quin iſti aſcendentes ſint coniuncti & conſanguinei,(vt vulgò loquimur)*parens & lignagiers*,deſcendentium:nec eos ſimpliciter abigit conſuetudo noſtra à ſucceſsione immobilium,ſed nunc tantùm,cùm ſuperſunt deſcendentes vel collaterales, vt expreſsè declarat d. §.ccxviij.Quid igitur cauſæ eſt,vt repellantur à retractu,ad quem admittuntur non ſolùm ij, qui primum locum ſuccedendi obtinent,ſed & omnes conſanguinei vel remotiſsimi,modò ſint intra decimum gradum,vt declarauimus in d.§.j.in gl.ix.in verbo,*ou lignagier*,nu. 23.ſed & id. ſed ita tamē vt proximus quiſq; ſecundùm ordinem ſucceſsionis præferatur,vt etiam cauetur ſuprà, §.xj.& iterum §.xiiij.& ſeq.& diximus etiam latiſsimè in d.verbo,*ou lignagier*,nu.21.ex eo autem, & ſeq.& alibi ſæpe.Et bene facit,quod diximus in d.verbo,*le parent*,nu.13.ex his autem, & ſequ. Sed vereor,ne fruſtra in re apertiſsima tempus conteram:nec dubito,quin is,qui ita iudicauit,& cæteræ eruditorum centuriæ,ſint huic noſtræ opinioni ſubſcripturæ.

*Procurator ad omnia,præter quàm ad quēpiam caſum requirentem ſpeciale mādatū, an poßit retrahere.*
*Mandatum generale, excepto uno caſu, in quo requiritur ſpeciale, an trahatur ad alia ſpecialia.*

94 ¶VIGESIMÒ quæro,quia ſuprà,§.j.in gl.x.in verbo,*dedans l'an*, in xvij.q.tractauimus , an ad faciendam oblationem retractus requiratur mandatum ſpeciale:quod nonnullis, & mihi placuit: quid igitur,ſi quis conſtitutus ſit procurator ad faciendum omnia præterquam ad petendum reſtitutionem in integrum,& ſic exceptus eſt vnus caſus requirens ſpeciale mandatum : vtrùm talis procurator poterit huiuſmodi oblationem retractus facere ? Quod non placet in ſimili. Petr. Anch.poſt Lap.in cap.qui ad agendum,col.j.verſ.tertiò not.de procurat.lib.vj.& in alio ſimili in c.ij.col.ij.verſ.quæro Epiſcopus conceſsit,de offic.vic.lib.vj.vbi dicit , quòd ſi epiſcopus vicario conceſsit,vt poſsit omnia,quæ ipſe Epiſcopus faceret,excepta collatione beneficiorum(ita ſacerdotia appellant)non poteſt tamen alia facere, quæ ſunt reſeruata Epiſcopo , niſi fuerint expreſsè demandata.Quod & repetit idem Anch.in rub.de reg.iur.eo.li.vj.col.iij.in 4.q.& ſequitur Fran. Are.conſ.viij.abundè,in fi.vbi id dicit procedere,ſiue ea exceptio non compræhendatur ex proprietate ſermonis,ſiue ex mente legis reſtringentis verba ipſius legis vel ſtatuti. & iterum conſ. cxliij.viſa conſultatione,col.ij.verſiculo , cùm ergo ſtatutum.& Socin.conſ.xlvij.in primo,col.ij. verſ.ſed ad hanc.lib.j.& Feli.in c.quoniam frequenter,in princip.col.ij.verſiculo,pro tanto dicit, extrà vt lit.non conteſt.& Ludo.Gozad.conſi.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,col.viij.nu. 48.

*De eodem. Exceptio non extendit regulam ultra naturam.*

95 ¶Nam exceptio(inquiunt)venit ad diminutionem regulæ:ideò non debet operari augmentum, l.legata inutiliter, ff.de leg.j.cū ſim.nec igitur debet includere caſus,qui aliàs in ea non includūtur,quia licet exceptio firmet regulam,non tamen eam extendit vltra naturam ipſius,l.generali, §.vxori.& ibi Bar.& Alb.ff.de vſufr.lega.cum aliis concor.adductis ab ipſo Fel.vbi ſuprà,col.j.& Philip.Dec.in l.j.col.vj.verſ.ſed quò ad alios,ff.de reg.iur.& in c.cùm dilecta,col.ij. verſ.& vlterius.extrà de confir.vti.vel inuti.& ante hos Alex.conſ.28.viſis & accuratè,col.pe. verſ.non obſtat quòd exceptio,lib.j.quod repetitur conſ.31.lib.ij.& idem Alex.conſ.39.viſo ſtatuto,col. pen. verſ.prætereà reſpondeo,li.4.quod etiā repetitur,conſ 18.lib.vj.& rurſus ipſe Alex.conſ.186.Zacharias,in fi.li.6.& conſ.lxv.in cauſa & lite,in fi.li.7.Corn.conſ.lvij.placet mihi,col.j.li.j. & Barb. conſ.xix.ſcripſit,col.iij.li.j.& conſ.lviij.ſapienter,col.6.nu.10.lib.2.& conſi ij.à Ioue,col.pen.verſ. præterea eſt etiam,lib. 4.& conſ.xxiij.clementiſsimum,col.iij.lib.4.& conſ.xlvij. eiuſdem initij, col.iiij.verſ.præterea,eodem lib.iiij.Quibus adde Bal.in l.his, ff.de legib.& Petr.Anch.in c.pen. col.pen.de priui.lib.vj.&}conſ.clij.plura.col.vlt.& conſ.clxxviij.viſis,col.ij.verſ.ſecunda etiam ratio.& Pau.Caſt.conſ.ccccvj.ſatisfaciendo,col.ij.lib.j.vbi dicit no.tex.in d.§.vxori,& Ro.cōſi.cvij. circa id de quo quæritur.& Lud.Bolog.conſ.xxxj.Ser B.quidā,col.pe.verſ.& ſi diceretur, Carol. Rui.conſ.cxvj.viſis his,col.pe.nu.17.li.ij.& conſ.cxix.viſo,col.nu.8.eo.li.2.& conſ. lxj.ex themate,col.4.nu.9.li.3.& conſ.xc.ſuper his,col.iij.nu.4.eo.li.iij.& conſi.lx.in cauſa,col.vj.nu.11.li.v. & Stepha.



Steph.Bertr.conſ.cccxxiiij.quicquid dixerit,col.vlt.verſ.præterea ad id,lib.j.& conſ.cxvij.ex literis,col.pen.nu.10.lib.4.& conſ.cl.vidi,paulò ante fi. eo.lib.4.

*Quomodo illud intelligitur.*

96 ¶Verùm illa ratio obtinet,cùm facta fuit exceptio eius,quod in regula continetur. Tunc enim ea exceptio ſatis operatur, dum reſtringit regulam in eo quod excipit,vt in caſu d.§.vxori, qui veluti baſis eſt alterius ſententiæ.Quòd ſi ea facta fuerit rei cuiuſpiam quæ in regula non continetur,tunc ne ea ſit inutilis & ſuperflua,debet intelligi, vt ampliet regulam ſecundùm qualitatem ipſius exceptionis,arg.l.ſi quando,ff.de leg.j.& c.ſi Papa.de priuilegiis,lib.vj.cum ſim.Ideóque in illo noſtro caſu,excipiendo vnum caſum,in quo mandatum ſpeciale requiritur,declaratur regula,& ampliatur,vt omnia alia requirentia mandatum ſpeciale includantur: vt poſt ipſum quoque Lapum nuncupatim voluit Dom.in d.c.qui ad agendum.§.j.verſ.ſed quæro an quod,de procur. lib.vj.& Alex.in l.vlt.col.j.verſ.in gl.j.ff.quod quiſque iuris.& conſil. xxxvj. viſo themate & dubiis,col.j.verſ.ad prædicta,lib.vj.quod duplicatur conſ.cciij.lib.vij.& Franc. Areti. conſ.xxx.viſo themate,col.iiij.verſ.ſed tamen his non obſtat.& Philip.Dec.in cap.conſultationibus,ad fi.per illum tex.extra de offi.deleg.& in d.l.j.col.vj.verſ.& prædicta concluſio,& aliis ſeq.ff.de regu.iur. vbi & id optimè & luculentiſsimè declarat & comprobat,vti etiam facit in d.c.cùm dilecta,in v. notab.extra de confir.vti.vel inuti.vt in illis locis videre poteris,ne hîc diutius immorer. & nouiſsimè Ludo.Gozad.conſ.xxvj.in cauſa illuſtriſsimorum,col.ix.nu.49.

*An autem ſatis ſit, habere mandatum faciendi omnia, quæ requirūt ſpeciale mandatum.*

97 ¶VIGESIMOPRIMÒ quæro conſequenter , an ſatis ſit, ſi quis dederit mandatum faciendi omnia , quæ requirunt ſpeciale mandatum:an ſaltem ſufficiet mandatum retrahendi pro conſtituente omnia,quæ à ſuis conſanguineis vendita fuerunt,aut poſthac erunt : an verò denique requiritur expreſsio rei venditæ emptoris & venditoris,verbi gratia,retrahendi talem domū vēditam à tali ſuo conſanguineo tali emptori Dic,ſecundum ſufficere,primum minimè : vt videre licet ex Bar.& aliis in l.Titius,in prin.ff.de libe.& poſthu.in l.filiusfamilias.ff.de don.Bal.Ang.& Sal.in l.j.C.etiam per procur.Bal.in l.iiij.§.quæſitum,col.iiij.verſ.& ex hoc infert, ff.ſi quis cautio. vbi ita dicit communiter teneri.Pet.Anch.in c.procurator,de elect.lib.vj.Alex.qui alios citat cōſ. clxxxix.viſo ſtatuto,col.ij.verſ.quartò probatur,li.vij.& diximus in noſtris legib. connubialibus, in gl.7.in verbo,*expres*,nu.109.ſimiliter ſunt.

*Si uenditor promiſit euictionem, quocunque modo res euincatur, an tenebitur, ſi retrahatur à cōſāguineo. Promißio euictionis , quomodocunque res euincatur, trahitur ad quancunque euictionem.*

98 ¶VIGESIMOSECVNDÒ quæro,Quia etiam in d.§.j.in glo.ix. in verbo,*ou lignagier*,num.34. ſed hæ rationes,& iterum nu.55.ſed id tamen, diximus venditorem non teneri de euictione ob euictam rem à conſanguineo ſuo iure huius retractus,niſi expreſsim in hūc caſum retractus de euictione promiſerit : quia euincitur res ex natura negotij:nec ſufficeret generaliter de euictione cautum eſſe:Quæro igitur,ſi promiſerit de euictione quomodocunque res euinceretur : an tunc tenebitur de euictione retractus?Et ſanè habemus gl.not.in l.cùm pœna,ff.de arbi.quæ dicit,ſi ita promiſſum ſit,venire quancunque euictionem,etiā quæ aliàs ex natura actus non compræhenderetur.& eam expendunt Bal.Floria.& Bolo.ibi.& idem Bal.in l.ſi domus,§.de euictione , & ibi quoq; Imo.& Alex.vterq; poſt prin.ff.de leg.j.& ipſe Alex.qui eandē dicit no.conſ. 4. Viſo proceſſu,col.1.verſ.& per hoc,li.3.& eandem dicit reputari ſing.conſ.cij.viſo themate,col.ij.verſ.pro hoc facit,lib.vj.& Ang.Are.in §.vt.col.item vlt.Inſti.de emp.& vend.vbi & eam dicit ſing. in id, vt ſi res euicta per compromiſſum vel tranſactionem,ſit tamen locus euictioni,ſi ea ita,vt ſuprà, fuerit promiſſa.Barb.qui eam quoque dicit reputari ſing.cōſ.xij.ſcribitur,col.viij.li.j.vbi ex ea dicit quòd huiuſmodi verbum vniuerſale copulat maiora expreſsis, etiā ex cauſa non conſiderata à iure.& Lud.Gozad.conſ.xiiij.prima facie,col.pen.nu.22.& conſ.lxiij.videtur,col.ij.nu.3.& cōſ. lxxxiij.in cauſa,col.v.nu.18.& conſi.ciij.videtur primò,col.ij.in prin. Verùm nunquàm putarim eam gl.ad hunc caſum eſſe trahendā,cùm hæc euictio procedat ex ipſo contractu ab eodē facto, à quo euincitur.Pro ea autem gl.ſententia,& cōtra eam faciūt multa,quæ nos adduximus ſuprà §.j.in gl.vij.in verbo,*au autres choſes cenſées pour immeubles*,nu.20. quartò intellige,cum octo ſequ.

*Si uenditor dixerit emptori rem non eſſe obnoxiam retractui,tenebitur de euictione ſi retrahatur.*

99 ¶Sed vnum tamen hoc in loco non prætermittendum ducimus,quod tibi maxime eſt annotandum,quòd ſi venditor dicat emptori fortè extraneo,aut aliàs veriſimiliter ignoranti conſuetudinem huius loci, eam rem,quam vendit,non eſſe obnoxiā retractui:certè ſi retrahatur , tenebitur venditor de euictione,tametſi res ex natura negotij euicta eſt,vt apertè patet ex not.à Cyn. Bart. Bal.Pau.Caſt.in l.ſi familiæ,C.fam.ercif.Fran.Aret.conſ.iij.cōſultatio,col.j.Fran.Cur.Seniore cōſ. xlix.memoriæ recolendæ,col.xviij.verſ.ad quintum argumentum,& conſi.ſeq.quod eſt eiuſdem initij.col.lxviij.verſ.ad decimum arg.& Fran.Ripa.lib.j.Reſp.defuncto,num.62.& duobus ſeq.& eſt bonus tex.in l.& hæc diſtinctio,in prin.ff.loca.

*An filius, qui uendidit rē patris,eiq; poſteà mortuo ſucceßit,poßit retrahere.*
*Filius an poßit liberare debitores patris*

100 ¶VIGESIMOTERTIÒ,quia etiam ſuprà in eodem §.j.in d. verbo, *ou lignagier*,nu.46.at multò maius,cum multis ſeq.tractauimus,an filius,qui patri ſucceſsit,poſsit retrahere rem à patre viuente venditam:Nunc iterum quæro,quid ſi filius ipſe vendidit rem patris adhuc viuentis,eíque poſteà mortuo ſuccedit,ob ídque vēditio robur ſumere videtur,l.rem alienam,ff.de pig.act.cum ſimi.an ipſe eam rem poterit retrahere.Boer.in hoc eo.tit.*de retraictz*,conſuetudinum Biturig.§. 3.in fi.hanc quæſtionem poſuit,nec tamen decidit ,ſed tantùm remittit ad Bar.in l.filiusfamilias, ff.de ſol.& in l.Stichus,ff.de pecu.lega.& Pau.Caſt.in l.filius paciſcendo , C.de pact. Verùm ipſe Pau.ibi de hac re nihil aliud quàm remittit ad Dy.& Bar.in d.l.filiusfamilias.Sed nec ipſe Bar.in d.l.Stichus,de ea re loquitur,nec in d.quoque l.filiusfamiliàs,niſi quòd tractat poſt Dy.vbi aliud

quippiam ſimile,an ſcilicet,ſi filius liberauerit debitores patris adhuc viuentis,& poſteà eiuſdem mortui hæres extiterit,& agat aduerſus ipſos debitores,obſtabítne ei exceptio.

*De eadem re.*

101 ¶De qua re etiam(vt illi addas)videbis apud eoſdem Dy.Bar.& Alex.in huius addi. in l.cùm dominus,§.filius,ff.de pecu.leg.Alb.in rub.eiuſdem tit.nu.5.& in d.l.filiusfamilias,de ſolutio.Spe. in tit.de pact.§.inſtrumentum,in fi.Bal.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium,§.ſi ante,ff.eo.tit. de pact.Pet.Anch.in c.quamuis,col.ij.verſ.tertiò quærit,& ibi quoque Dom.col.3.verſ.quid ſi filius, & Georg.Nat.in repe.col.xviij.verſ.quid autem ſi filius.eo.quoque tit.de pact.li.vj.Nico. Neapo. Pau.Caſt.Alex.Fran.Aret.Iaſ.Hercula.& Thomam Parpal.in l.ij.§.quòd ſi patris,verſ.item ſi voluntate,ff.ſol.matr.Raph.Fulg.& Pau.Caſt.in l.vlt.C.de pac.Iaſ.& Phil.Dec.in d.l.filius paciſcendo,eo.tit.eundem Deci.in l.quod in initio,col.j.verſ.ſimiliter liberatio,ff.de reg.iur.Ioan.Crot. in repetitio.l.frater à fratre,in xxij.quæſt.ff.de condi.indebi.

*De eadem re.*

102 ¶Sed hæc res profectò nihil omnino pertinet ad noſtrum retractum, de quo hîc tractamus , nec conſequenter ad quæſtionem à Boer.propoſitam,quia eiuſce rei cardo in eo tantùm vertitur, an filius, poſtquàm ſucceſsit patri,poſsit venire aduerſus id,quod patre ipſo viuente inutiliter fecerat,de quo etiam videbis tex.in l.ſed Iulianus , §.ſed & ſi filiumfamilias,ff.ad Senatuſc.Macedo. & Guid.Suz.& Alber.in l.cùm vir,ff.de vſucap.& in d.l.filius paciſcendo , & quod in ſimili ſcribitur in l.filiam fratribus,ff.ad Senatuſcõſ. Trebel.Nam quod ad caſum noſtri retractus pertinet, ſatis conſtat ipſum venditorem non poſſe retrahere ſuo ipſius nomine & commodo, vt latè diſputauimus in d.verbo,*ou lignagier*,nu.30.ſed & illud,& multis ſeq.Et idem quoque in caſu Boer. nuncupatim voluit Ferro.in conſuetud.Burdig.hoc tit.§.xvj.verſ.propone viuente patre.Vtrùm autem filius poſt mortem patris poſsit ad ſe aduocare rem ſuam aduentitiam à ſe viuente & neſcio ipſo patre venditam,vide latè per Sign.conſ.cxxxvj.filiusfamil.

*An qui uendidit, & poſteà ſucceſsit ſuo cõſanguineo, poſsit ut hæres illius retrahere.*

103 ¶Sed hîc ſuboritur id dubium, & hæc erit XXIIII. QVAESTIO. Si quis vendiderit rem ſuam immobilem,& poſteà ſucceſſerit fratri aut alteri ſuo conſanguineo , qui ipſe poterat retrahere iure proximitatis:an tanquam hæres iſtius fratris,aut alterius conſanguinei, poterit retrahere?Quod videtur:nam ſi id ius competebat illi fratri aut conſanguineo,vt certè competebat,adeò vt etiam eſſet ius quæſitum à tempore venditionis,etiam ante oblationem,vt dximus,& probauimus ſuprà,in d.§.j.in gl.ix.in verbo,*ou lignagier*,nu.105.huius autem dubij:Cur non idẽ eius hæredi competet,qui in omne ius illius ſuccedit,& iure quoque eius vti debet,l.qui in ius , ff.de reg.iur.& vt ſcribitur in l.hæredem,ff.eo.tit.hæredem eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus,conſtat:præſertim cùm id ius retractus ad hæredem conſanguineum tranſmittatur,vt ſatis patet ex iis,quæ diximus ſuprà §.xxvj.in glo.j.nu.3.ſed quod diximus,& ſeq.nam & iura familiaria ad hæredes eiuſdem familiæ tranſmittuntur,l.familiaria.& l.ſeq.ff.de relig.& ſump.fun.& l.ius familiarium,C.eo.tit.Nec huic obſt.quòd nondum ille frater aut conſanguineus id ius retractus in iudicium deduxerat:nam & ſola ſpes deſcendens ex lege municipali,ad hæredes tranſmittitur,vt per multa iura tradit Sign.conſ.cxcj.in quæſtione,poſt prin.

*De eadem re.*

104 ¶Et hæc ſententia hac contraria ratione fulcitur:Nam hæres iure proprio poteſt rem à ſuo prædeceſſore venditam reuocare,licèt ille ſuus prædeceſſor non potuiſſet.l.Seia,ff.de euict.& l. ſi tibi,& l.vlt.C.eo.tit. Ex quo etiam videmus,quòd conſanguineus venditoris poſteaquam ſucceſſit ipſi venditori,poteſt nihilo minùs retrahere ſuo iure,quamuis venditor ipſe non potuiſſet,vt ſatis probat tex.in c.conſtitutus,extrà de in inte.reſtit.& latè diximus ſuprà,in d.verbo,*ou lignagier*,nu.46.at multò maius,cum multis ſeq.Ex quo & illud quoque conſequens eſt,vt hæres iure defuncti poſsit etiam rem à ſe venditam reuocare ; & retrahere : quamuis ipſe iure proprio non potuiſſet:argumento illo à contrariis,ſiue oppoſitis,quod in iure validum eſt,l.quod in rerum.§.ſi quid poteſt.ff.de leg.j.& l.vlt.§.j.ff.de leg.iij.cum aliis multis concord.traditis à Philip.Deci. in l. ſecundum naturam.ff.de reg.iur.

*De eadem re.*

105 ¶Ego tamen contrà cenſeo:nam id ius nemini competit tanquam hæredi ſimpliciter , ſed tanquam conſanguineo.Conſuetudo enim ad id vocat conſanguineum tantùm: nam & ſi conſanguineus hæredẽm extraneũ relinquat,id eſt non conſanguineum,ad eum non trãſmittit id ius, etiam iam intentatum,id eſt,iudicium iam dictatum,inſtitutum,motum:vt dicit Ioa. Fab.in §.ex contrario,in fin. Inſtit. de lega.& licèt id nonnihil dubiũ ſit , vt patet ex iis quæ diximus in illo §.26.gl.j.nu.3.ſed quod diximus:tamen ſi nondum id ius ſit intentatum,minimè gentiũ dubium eſt.Venditor autem ſuiipſius non eſt conſanguineus,cenſetúrque quãtùm ad venditionem à ſe factã hac in parte extraneus,& huius retractus omnino incapax,vt dictum eſt in d. verbo , *ou lignagier*,nu.30.ſed & illud,& multis ſeq.nec ea qualitas hæredis ei quicquam prodeſſe poteſt,niſi & ipſe ex ſua ipſius perſona capax ſit:vt dictum eſt.Id eſt,quis tanquam hæres alterius, ad hunc retractũ venire non poteſt,ſed ſolùm tanquam conſanguineus.Hic autẽ veniẽs ad ſucceſsionẽ, non magis ſit cõſanguineus ſuiipſius,quàm antè eſſet:quomodo igitur ad retractũ venire poteſt?

*An conſanguineus cũ re retracta retrahat rem commiſſam.*

106 ¶Vigeſimoqvintò quæro,Quid ſi ante retractum conſanguinei res quæpiam quæ tenebatur in emphyteuſim aut feudum à caſtro vendito,cecidit in commiſſum ob non ſolutam penſionem,aut aliam quampiam cauſam:nihil enim hîc de cauſa curatur : an retractu facto hæc res maneat emptoris,an verò ad conſanguineum cum caſtro retracto tranſeat? Et idem quæri poteſt in retractu conuentionali.Ad quam quæſtionem nonnihil faciunt,quæ tractabimus tit.ſeq.in fi.

in xiiij.



in xiiij.queſt.an videlicet,quę alluuione accreſcunt rei venditæ poſt venditionem ante retractũ, cedant emptori,an venditori,qui poſteà ex lege venditionis retrahit.Sed præter ea videtur id, de quo quærimus,manere emptoris,per id quod in ſimili ſcribitur in l.vſufructu legato , ff.de vſufr. ſi vſufructuarius in poſſeſsionem miſſus ſit vicinarum ædium ex cauſa damni infecti,is iure dominij poſsidebit,nec vſufructu finito quidpiam amittit.

*De eadem re.*

*Laudimia cedunt uſufructuario.*

107 ¶Ex quo noſtrates illud aſſumunt,laudimia & renouationes(quas vocant) cedere vſufructuario, non domino:& inter hos Oldr.conſ.xxiiij.quòd dominæ.Io.And.in addi.Spe.tit.de loca.§. nunc aliqua,verſ.xciij.ibi,habeo plenius,Guil.Cu.loquens de patre vſufructuario rerum aduẽtitiarum filij,in l.vlt.§.filiis autem,C.de bonis quæ libe.Alb.in d.l.vſufructu legato,col.2.verſ.item quæro aliam.ff.de vſufruct.& in rub.C.eo.tit.poſt prin.Pau.Caſt.qui tamen non omnino firmat , in l.ij. poſt prin.C.eo.quoque tit.Alex.in l.diuortio,§.ſi fundum,col.pen.ff.ſolu.matri.Guid. Pap.deciſ. Delphi.477.vtrum proprietarius,verſ.ſed ad quem pertinebunt.Iaſ.in l.vlt. col. xj.verſ. quintò quæro,C.de iure emphy.Benedic.in c.Raynutius,in verbo,cætera bona.num.33.de teſta.Boer.in conſuetud.Biturig.tit.de conſuet.feu.§.ix.& nouiſsimè Carol.Molend.in conſuet. Pariſi.tit.j. §.j. gl.j.nu.28.Quæ ſi habent locum in vſufructuario,multò magis in domino.Conſtat autem hunc emptorem ante retractum eſſe verum dominum,fructúſque ſuos facere,vt diximus ſuprà,§.15.in gl.ij.nu.3.ex eo autem,vti ſimiliter in retractu conuentionali dicemus tit.ſeq.§.v.gl.ij.in prin.

*De eadem re.*

108 ¶Et in hanc quoque partem facit tex.in l.cùm manifeſtiſsimi,§.ſed cùm in ſecundam,C.de furt. vbi ſi commodatarius pœnam furti à fure exegerit,non tenetur poſteà eandem domino reſtituere.Et quod tradit Ang.poſt Franc.Tig.in l.at vbi.ff.de petit.hære.omnia dotis incrementa , quæ durante matrimonio contigerunt,ad virum pertinere , nec ea ipſum teneri reſtituere ſoluto ipſi matrimonio,per l.dotis fructus.ff.de iur.dot.& l.pro oneribus.C. eod.tit.quod ſequitur, & dicit valde not.Fran.Cre.ſing.lviij.ſi maritus.Nec huic ſententiæ afferunt præiudicium l.quoties.& l. non ſolùm.ff.eo.quoque tit.vbi maritus ſoluto matrimonio vnà cum dote debet reddere duplũ, quod ipſo euictionis nomine , & quicquid occaſione dotis conſtante matrimonio conſecutus eſt.Quia hæ leges loquuntur de his quæ ab vxore vel patre eius vir conſecutus erat,vt Ange.& Cremen.vbi ſuprà,etiam annotarunt.Et vt illis addas,certè illud ſpeciale eſt in eis legibus fauore dotis,vt nuncupatim declaratur in d.l.quoties.ex qua etiam intelliges,aliud eſſe in ſimplici vẽditione.Et faciunt etiam ad hanc partem tex.in d.l.diuortio.§.interdum.& §.vlt.ff. ſolu. matr.& quod à Fran.Rip.reſponſum eſt,libro reſponſ.primo,defuncto,nu.65.& multis ſeq.

*De eadem re.*

109 ¶In contrariam autem ſententiam nos vocat tex.in primis not.in l.bouem.§.ſi quis ſeruum.ff.de Aedil.edict.vbi cùm res empta redhibetur,tenetur emptor reddere venditori redhibenti quadruplum , quod actione vi bonorum raptorum conſecutus eſt, ob rem raptam ante redhibitionem. Quem tex.dicit no.Bal.in l.ſi prædium,col.iij.verſ.ſed nunquid agens.C.de Aedil.act.in id quidẽ vt emptor teneatur redhibita re vendita reſtituere mulctas,quas ratione ipſius rei adeptus eſt. & eſt ſimilis tex.in l.item Mela,§.ſi in eo.ff.ad leg.Aquil.Et faciunt etiam,quæ in ſimilibus traduntur in illa d.l.diuortio,§.non ſolùm,verſ.quare etiam ſi maritus,& rurſum in d.§.ſi fundum, ſol. mat.& in l.ſi verò,in prin.verſ.item quicquid,eo.quoque tit.& l.cùm in fundo,in princ. & §.j.ff. de iure dot.& l.quam Tuberonis.ff.de pec.& l.inter ſocerum,§.cùm inter.ff.de pact.dot.

*Commiſſa an cedant lucro proprietarij, an uſufructuarij.*

110 ¶Et quod Doct.crebriori calculo voluerunt , maritum ſoluto matrimonio teneri reddere vxori bona immobilia,quæ occaſione caſtri dotalis conſecutus eſt ex bonorum confiſcatione facta cõſtante matrimonio:de quo nos latè diximus ſuprà eo.tit.§.x.gl.j.nu.19.porrò.Vt interim omittã, quod reſpondit Oldr.conſ.ccxl.ſuper eo quo quæritur , feudum vel emphyteuſim commiſſam cedere lucro proprietarij,non vſufructuarij,niſi quantùm ad fructus ipſius,qui obueniunt durãte vſufructu,per multa in eam rem allegata,quæ inibi videre poteris.& idem voluit Io.And. præceptorem non memorans,in addit.Spec.d.tit.de loca.d.quoque verſ.xciij.ibi,adhuc quæritur ſi res. & Alb.in d.rub.C.de vſufr.col.j.verſ.item quæritur ſi in caſtro.& in d.l.vſufructu legato,col.ij.ff. eod.tit. Guid. Pap.d. deciſ.ccccl xxvij.verſ.ſed ad quem pertinet commiſſum,Iaſ.in d.l.vlt.col.xj. verſ.retento eodem themate,qui eſt ſub v.q.C.de iure emphyt.Benedict.vbi ſuprà ad fi.num.33. Steph.Bertr.conſi.vlt.in iiij.dubio,in fi.lib.j.

*De eadem re.*

111 ¶Et in hanc partem multùm facit hæc ratio:quia res,quæ cadit in commiſſum,redit,vnitur,conſolidatur cum re,à qua prius ſegregata,ſecreta,ſeparatáque fuerat per conceſsionem feudi vel emphyteuſis.Ideóque cenſeri debet eiuſdem naturæ & qualitatis,atque res ipſa principalis, eámque ſequi debet apud quemcunque maneat,ſiue apud emptorem,ſiue venditorem , ſiue conſanguineum retrahentẽ,vt in ſimili dicitur in §.vlt.Inſti.de vſufr.Nec dici poteſt res ipſa eſſe in fructu, quin potiùs res eadẽ ſit:cùm fructus ſit acceſsio à re diſtincta,ex qua is producitur.d.l.vſufructu legato,& l.item ſi fundi,in prin.ff.de vſufruct.cum ſim.Tu tamen ad huius quæſt.deciſionẽ vide quę ſcripſimus ſuprà,§.x.gl.j.nu.18.cæterùm,& duobus ſeq.& infrà tit.ſeq.in fi.in 14.q. & Caro. Molen.in conſue.Pariſ.tit.j.§.j.gl.j.in j.ij.iij.iiij.& v.q. vbi videbis multa ad hanc rem pertinentia.

*Si emptori proprietatis acceſſerit uſusfructus, an conſan*

112 ¶Vigeſimosextò quæro,Suprà §.j.in gl.vij.in verbo,*ou aultres choſes cenſées pour immeubles*, num. 62. nec tantùm dubij,tractauimus , ſi vſufructuarius rei immobilis proprietatem eiuſdem emat,an retrahente conſanguineo, ille ſibi vſumfructum retineat , an verò cogatur ipſe vſufructuarius ei cedere cum proprietate?Nũc verò è diuerſo,ſi quis primò acquirit proprietatẽ,deinde

vſusfru

*guineo retrahenti accedet.*

vſusfructus proprietati conſolidatus eſt, vel morte vſufructuarij, ſecundùm §.vlt.Inſti. de vſufru.cum ſim.vel quia ipſe proprietarius emit commoditatem vſusfructus ab vſufructuario, atq; ita vſusfructus extinctus eſt,& cum proprietate cõfuſus. Poſteà cõſanguineus venit ad retractũ eius rei:an apud emptorẽ manebit vſusfructus,an verò vnà cum proprietate trãſibit ad conſanguineum?De qua re ſcribit etiam Molend.in illis ipſis commentariis conſuet.Pariſi. titu. j.§.xxx. nu.179.& ſeq.& concludit,quòd ſi vſusfructus morte vſufructuarij fuerit conſumptus, rem emptam integram & ſine retentione illius tranſire in conſanguineum,vel dominum feudalem, vel venditorem qui redemit ex pacto venditionis.nam de his omnibus ſimul tractat.

*De eadem re.*

113 ¶Si verò(inquit)vſusfructus fuerit emptus,aut aliter acquiſitus ab ipſo venditore,tunc commoditas illius apud eum manebit,quãdiu viuet primus ille vſufructuarius,à quo eum redemit.Sicuti in ſimili dictũ eſt in illa quæſtione diuerſa,in qua vſufructuarius emit proprietatẽ. Sed tamẽ inter hæc duo illud intereſſe,vt in hoc caſu ſcilicet cùm vſufructuarius emit proprietatẽ,relinquitur præcisè vſusfructus emptori,nec cogitur eius æſtimationẽ accipere.Cùm verò ecõtrario proprietarius emit vſumfructũ,& tũc aut emit ab eodẽ qui primùm proprietatẽ vẽdiderat retẽto vſufructu,& hoc caſu vtrunq; retrahitur refuſo vtriuſq; pretio. Aut emit ab alio, & iterũ diſtinguit, vt ſuprà inter extinctionẽ & conſolidationẽ naturalẽ ex morte vſufructuarij,& emptionẽ cõmoditatis illius.Tu verò ad eius ſcripta adde duos tex.qui ad hãc quæſt.decidẽdã magnũ prębẽt adiumentũ,in l.non quocunq;,§.fundus,ff.de leg.j.& in §.ſi cui,Inſti.de lega.& vtrobiq; gl.& doct.

*Alia quæſtio retractus.*

114 ¶VIGESIMOSEPTIMÒ idem Molend.in d.tit.j.§.iij.in vij.q.quærit, vtrùm retrahens teneatur reſtituere emptori ſua iura confuſa in ſpecie ſiue in ſubſtantia : an verò poſsit eorum pecuniam refundere:& ſi id vltimum poſsit,vtrùm ſufficiat,circunſcriptis, id eſt ſublatis & expunctis oneribus,id quoque deeſt iuſto pretio rei venditæ, reſtituere:an verò teneatur etiam iuſtam horum æſtimationem refundere vltra conuẽtum rei pretium.Illum omnino vide:nam licet loquatur in retractu feudali, tamen idem omnino & in retractu municipali, & conuentionali locum habet.Et hæc adde ad ea,quæ diximus ſuprà in d. §.j.in d.gl.vij.in verbo, *ou aultres choſes cenſées pour immeubles,* nu.62.nec tantum dubij,& ſeq.

*Alia quoque.*

115 ¶VIGESIMOOCTAVO QVAERO, Conſanguineus fecit oblationem emptori, cúmque interpellauit & requiſiuit, vt ſibi ceſsionem faceret ſecundum noſtram conſuetudinem ſuprà §.j. & continuò emptor moritur ſine citatione,& nulla alia re facta : an neceſſe ſit iterum & ex integro offerre hæredi,cúmque interpellare.Et id vtique diſces ex tex.gl.& Doc.in l.fideiuſſor obligari,§.vlt.ff.de fideiuſſ.& ſcriptis à Io.Fab.in l.in minorum. col.j.verſ.item quid de hærede.C. in quib. cau.in integ.reſt.eſt neceſ.Et idem quoque dubium fieri poteſt in retractu conuentionali.

*Alia item.*

116 ¶VIGESIMONÒ,Teſtator relictis duobus liberis,prohibuit ab iis alienari fundum quempiam, & ſi contrà fecerint,eum in Claudium transferendum iuſsit:eo fundo à liberis alienato, controuerſia eſt inter conſanguineos & Claudium. illi enim ex noſtra conſuetudine admitti volebant ad retractum,Claudius autem ex teſtatoris diſpoſitione.In qua ſpecie dominus Ferro. in conſue. Burdig.hoc tit.de retractu,§.j.col.iij.verſ.addidimus,dicit præferendos conſanguineos. Nam cùm viuus teſtator eos à retractu excludere non potuiſſet,nec ſuo quoque teſtamento,quo Claudium admitti voluit,id facere potuit,cùm legis beneficium eis adimere non potuit, l.cerdonem, ff.de ope.libe.Cui adde quæ diximus ſuprà hac eadem gl.nu.7.veruntamen.

*Prohibitio alienationis facta intuitu certæ perſonæ valet,& impedit alienationem.*

117 ¶Nos tamen contrà(quod pace eius viri dictum ſit)arbitramur.Illud enim planum eſt, hanc teſtatoris prohibitionem, quæ(vt ipſe fatetur)valet,cùm facta eſſet intuitu certæ perſonæ,impedire eius fundi alienationem,dominiúmque transferri.l.peto,§.vlt.& l.cùm pater,§.libertis,ff.de lega.2.& l.pater,§.filiam,ff.de leg.iij.& voluerunt gl.Cy. Bart.Bald. & alij.in l.ea lege.C.de condict.ob cauſ.Ex quo conſequens illud fit,vt nec locus ſit retractui,ex ſententia Pau.Caſt.conſi. lxxiiij.in cauſa mota,poſt prin.rurſúmque col.ij.verſ.& idem dicendum eſt, lib.ij.& Cæpol.conſ.cauſarũ ciuilium xliiij.in quæſtione,col.ij.& latè diximus ſuprà in §.j.in gl.ij.in verbo,*a vendu*, nu.5.ſed hìc ſcire,cum multis ſeq.præſertim in præiudicium Claudij,ad quem res redire debet ob contẽptam teſtatoris voluntatem,reſciſſa illa venditione.

*An conſanguineus re euicta poſsit recta agere contra primum venditorem.*

118 ¶TRIGESIMÒ QVAERO, Suprà in ix.q.diximus emptorem, qui admiſit conſanguineum ad retractum,teneri re euicta à conſanguineo de ſuo facto & culpa tantùm. Poteríne igitur agere conſanguineus recta aduerſus primum venditorem ? Et certè in aliis venditionibus voluntariis ſunt qui dicũt poſſe:alij ſecus,niſi ceſſæ ſint omnes actiones,vel quodam caſu hypothecas habeat. de quo vide tex.in l.ſi res quam à Titio,& ibi Alb.ff.de euic.gl.Bar.Bal.& Ang.in l.ſi pro re, §.j. ff.eo.tit.Bar.in l.ſi rem,la ij.eo.quoque tit.& in l.Iulianus,§.j.& ibi latius Imo.& Recentiores, ff. de verb.oblig.Bal.in l.j.col.pen.verſ.quæro hìc,an ſingularis,C.de rer.permu.& in l.j.in fin.C.de iur.dot.Imo.in l.ſi domus,§.j.col.vlt.verſ.ſed hìc occurrit,ff.de leg.j. At hìc venditio ſiue ceſsio facta eſt conſanguineo ab emptore non ſua ſponte, ideò non tenetur de euictione, niſi ex ſuo facto aut culpa.Itaque ceſſante illo ſuo facto aut culpa,non poteſt conſanguineus aduerſus eum agere.Conſequens eſt igitur,vt aduerſus priorem venditorem agat,vt etiam in hoc caſu nuncupatim tenet Ferro.qui alia quædam allegat in conſuet.Burdig.hoc tit.§.iij,col.ij.verſ.quid ſi res.

*Si debitor annui reditus eo ſe liberet data pecunia,an ſit locus retractui.*

119 ¶TRIGESIMOPRIMÒ, Titius debet Sempronio vectigal quodpiam annuum prædiarium aut generale ſuper omnibus bonis,ſi ipſe Titius data Sempronio pecunia huiuſmodi vectigal extinguit,



tinguit,& vt noſtri vulgò loquuntur,admortizat.an conſanguinei Sempronij poterit id vectigal redimere reſtituto pretio venditionis? Et certè quantùm ad vectigal prædiarium habemus conſuetudinem expreſſam ſuprà,§.xxxiij.vbi nos aliquid diximus. Sed quod ad alterũ generale vectigal pertinet,multùm refert,an id fuerit venditũ cum eo pacto,vt redimi ſiue admortizari poſsit reſtituto pretio,& tunc haud dubiè ſi ex eo pacto redimatur,non erit locus retractui,non magis,quàm in aliis rebus ita vẽditis,& poſteà retractis,ex ſententia Pau.Caſt.conſ.lxxiiij. in cauſa mota per dominã Dorotheã,col.iij.verſ.concluditur.& ſeq.vſque ad fi.conſ.li.ij. & latè dicemus infrà tit.procedente,§.j.glo.vij.in verbo,*ſeront preferez,*vbi huius rei eſt expreſſa conſuetudo.

*De eodem.*

120 ¶An verò ſine eo pacto,ſed ſponte contrahentiũ?quo caſu & illud diſtinguendum eſt,an incontinenti,id eſt,vt à pleriſque intelligitur,antequàm partes diuertant ad alios actus,eæ diſcedunt ab emptione & venditione huius vectigalis:& tunc nullus quoque ſit locus retractui,ſecũdùm no. in l.ab emptione.ff.de pac.& quæ latè dicemus tit.quoque ſeq.§.vj.gl.ij.in verbo, *les loyaulx couſtemens*,nu.5.nunc tempus eſt, & multis ſeq.& alibi quoque diximus.An denique ex interuallo: & tunc ſecus videtur.quid enim id aliud eſt,quàm emptio & venditio huius vectigalis ſiue penſitationis,cùm in ea interueniat & merx & pretium?merx quidem immobilis, aut quæ pro immobili cenſetur,vt latè diximus ſuprà §.j.in gl.vj.in verbo,*rentes,*vbi etiam cauetur retractũ habere locum in venditione huiuſce vectigalis.quod & repetitur in §.vj.

*De eodem.*

121 ¶Niſi hìc dicas huiuſmodi admortizationem eſſe potius diſtractum,quàm contractũ,ideoq; non eſſe locum retractui,vt nuncupatim reſpondit Pau.Caſt.d.conſ.74.col.vlt.verſ.videndũ eſt, lib. ij.Sed nos de huiuſmodi ratione latè diximus in §.j.in gl.ij.in verbo,*a vendu*, nu. 38.ſed & illud quæro,& ſeq.vbi ea res non admodum nobis probatur.Niſi fortè in diſtractu liberatorio, cuiuſmodi hic eſt:cùm videamus fauore gratiáque liberationis multa à noſtris legibus introducta, vt ſcilicet confeſsio extraiudicialis abſente parte facta valeat ad deliberandum,licet non ad obligandum,vt pleriſq; placere video,& inter cæteros gl.in l.nõ ſolùm noſtrũ,§.ſi liberationis verba, ff. de libe.leg.& Bal.in l.is qui hæres,in prin.ff.de acq.hær.& cõſ.14.Antonius,col.ij.verſ.nonò quia maritus,li.ij.& conſ.466.an creditor,col.j.lib.4.& alibi ſæpe.quanquàm & alij multi contrarium tenent.de quo nos alibi latius tractabimus.Et vbi agitur de liberatione,ſi non valet quod ago vt ago,valet vt valere poteſt,l.ſi vnus,§.ſi acceptilatio,& ibi Bar.& alij.ff.de pact.& l.poſt rem,§.vlt. ff.de tranſact.Sign.conſ.xc.Ambroſius,col.ij.nu.7.& valet liberatio ſine cauſa,l.tale pactum, in prin.ff.de pac.& omnes præſertim Recentiores,in l.creditori tuo,C.de pact.licet ſecus in aliis pactis,per d.l.creditori,& ibi gl.& alij.Et aliàs ſæpe,& multis iuris articulis, videmus liberationes eſſe admodum fauorabiles,vt quæ tendant ad libertatem,rerum omnium fauorabiliſsimam.

*Liberatio fauorabilis.*

*De eadem re.*

122 ¶Sed & aliud eſt,quod hanc partẽ tueri poteſt,vt ſcilicet retractus locũ habere non poſsit. Nam cùm debitor huius annui vectigalis eo ſe liberat,ſiue pecunia data,ſiue alio modo,id omnino extinctum eſt & confuſum,vt de ſeruitute dicitur in l.ſi tibi homo,§.vlt.ff.de le. j. Ideò reuiuiſcere non poteſt,quod funditus ſublatũ eſt:quia etſi de nouo res perẽpta inſtitui poſsit, non eadẽ tamen res erit.l.qui vſumfructũ areæ,ff.de vſuf.& l.qui res ſuas,§.aream,ff.de ſol.& l.ſi nauis, ff.de rei vend.Ex quibus & illud cõſequens fit vt ea res à cõſanguineo redimi non poſsit,ſed tanquã re perempta hic debitor maneat liberatus à ſtatuti neceſsitate,l.quod te,ff.ſi cer.pet. Quibus rationibus innixus Bal.conſ.ccc.ſtatuto cauetur,in fi.lib.j.ſcribit in caſu ſtatuti cõcedentis facultatẽ conſanguineis vẽditoris retrahẽdi rem venditã,ſi dominus emphyteuſim emerit, & ita dominũ vtile cum directo confuſum eſt,non eſt locus retractui ex ſtatuto,de quo nos & aliquid diximus ſuprà §.j.in gl.vij.in verbo,*ou aultres choſes*,nu.60.ego verò.Et vide quæ ſcripſimus ſuprà eo.tit.§. j.in gl.x.in verbo,*dedans l'an.*in xxv. q.Super quo tamen paulò amplius cogitandũ relinquimus.

*An res efficiatur litigioſa, quòd ea petitur ex cauſa retractus.*

*Sed an in id requiratur liti ſconteſtatio.*

123 ¶TRIGESIMOSECVNDÒ quæro,ſi emptor nolit conſanguineũ offerentẽ admittere, & patiatur ſe in ius trahi in cauſa retractus:an ob huiuſmodi litẽ cenſeatur res eſſe litigioſa,ita ſcilicet, vt amplius durante lite alienari non poteſt.Et ſanè Matth.Affl.in tract.πρωτομίξεω,in verbo,vt intra xxx.dies,col.iij.verſ.ſextò nota.poſt Seba.Neapod.in trac.de iure congrui,in verbo, poſsidet,dicit rem effici litigioſam,ob hanc cauſam,lite conteſtata,per l.ij.& auth.ibi poſitam, C. de litig.de quo & nos tranſeunter diximus ſuprà §.xij.in gl.j.nu.4.at hoc ſed hìc voluimus ſpecialiter attingere,tum ne neglectũ eſſe videatur,tum vt addã,vtrùm ſit neceſſaria in id litiſcõteſtatio: quod hinc pendet,an hæc actio ſit perſonalis an realis.de quo nos latè diximus ſup.eo.tit. §.8.in gl.v.in verbo,*par deuant le iuge qui en peut congnoiſtre,*vbi videas.Sed & tu vide cõſue.Cenomanię, §.ccccxix.quæ dicit ex ſola citatione hoc caſu rem ipſam effici litigioſã,& idẽ ex cõſue. Andegauiæ,§.ccccviij. Vide item quæ in eo de retractu cõuentionali dicemus infrà tit.ſeq.in fi. in xlj. q.

*Si ſtatutũ admittit cõſang. oblato pretio, an hæc verba faciant conditionem.*

124 ¶TRIGESIMOTERTIÒ,quia multę cõſuetudines huius regni ita loquũtur,vt cõſanguineus admittatur ad retractũ oblato pretio:quæro an hæc verba faciãt conditionẽ?Et ſanè Io.Bap.Roſel.inter cõſ.Pau.Ca.cõſ.249.ſtatutũ Paduæ,col.ij.verſ.nõ obſt.quod tertiò,li.ij.reſpõdit hæc verba potius facere modificationẽ, vt ipſe loquitur,id eſt admonitionẽ quandã,vt id fiat, aliàs eum nõ admitti,ꝙ conditionem,per l. muto,§.ſub cõditione,ff.de tutel.& l.Prætor,in prin.ff.de colla. bon.& alia iura ibi alleg.Ex eóq; infert huiuſmodi ius tranſire ad hæredẽ,etiã nondũ oblato pretio,quãuis cõditiones nõ trãſeant,l.ſi decẽ,& ibi not.ff.de verb.obli.Super quo vltimo vide quæ dicam in tit.ſequ.§.j. glo. vj.in verbo,*ou ſes heritiers,*nu.14.quid autem,&ſeq.vbi videre poteris.

TITVLI

# TITVLI SECVNDI
## HVIVS VOLVMINIS
## DE RETRAICT CONVENTIONEL,
## DE RETRACTV CONVENTIONALI.

### PRAEFATIO.

1 *Cõuentionalis dictio latina.*

*Retractus conuẽtionalis quare dicatur.* *Reuendendi uerbum.* *Transcribẽdi uerbum.*

HIC IGITVR retractus conuentionalis dicitur, vocabulo quidem Latino, & quo vtitur Pomponius in l. ſtipulationum, quæ eſt v. in principio, & iterum in §. conuentionales, ff. de verb. oblig. & Vlpianus in l. in conuentionalibus, eo. tit. vt omittam Iuſtinianum in l. ij. C. de Præto. pigno. & Summum Pontificem, qui tamen eo verbo vtitur in alia ſignificatione, in c. vlt. extrà de libel. obla. Ita autem vocatur retractus conuentionalis, quòd ex conuentione & pacto partium proficiſcitur: cùm ſcilicet inter emptorem & venditorem conuenit, vt venditor intra certum aliquod tempus, aut quandocunque, aut ſimpliciter ſine temporis præfinitione, poſsit rem venditã retrahere ſiue redimere reſtituto pretio. Quod pactũ vulgus de retro uendẽdo, nõnulli de reuendẽdo appellant. Nam & reuendendi verbo vſus eſt Vlpianus in l. Iulianus ait, ff. de bonis lib. & hinc Reueneo, in l. lege, ff. de leg. commiſ. Alibi quoque Transcribere dicitur pro reuendere, in l. ſi vir vxori, ff. de præſcrip. verbis.

2 *Pactũ reuendendi approbatum de iure ciuili.* *Pactum reuendendi, & reſtituendi an differant.* *Id pactum de iure canonico approbatum.*

¶Porrò de huiuſmodi pacto, vt multis placet, loquitur l. ij. C. de pact. inter emp. & vẽd. comp. vbi ſatis apparet id pactum eſſe approbatum de iure ciuili. & hoc ibi nũcupatim notant Ang. & Pau. Caſt. qui eam l. legit cum l. j. eius tituli. Quanquàm ſunt, qui negant eam l. intelligi de hoc pacto, ſed de alio, quod dicunt ab eo differre, ſcilicet de reſtituendo rem reſtituto pretio: vt per Car. conſ. cccxlvj. viſa copia, col. pe. verſ. & licet. & Hiero. Cagno. poſt alios in d. l. ij. col. v. in tertio not. Quibus adde Bal. in tract. de pact. col. xxij. verſ. ego dixeram ſuprà. Et facit etiam l. ſi à te, C. eod. tit. de pactis inter emptorem, vbi fit mentio alterius pacti huic adeò ſimilis, vt nihil ad hoc diſtare videatur, quantùm ad effectum pertinet. Sed & de Iure canonico approbari, non obſcurè patet ex no. à glo. & Docto. in c. ad noſtram, de empt. & vendi, & in c. conqueſtus, de vſuris.

3 *De iiſdem rebus.*

¶Et in vniuerſum non improbari hoc pactum, voluerunt Doct. in d. l. ij. Hoſt. in c. ſignificante, col. j. verſ. quid ſi dicat, vendo tibi, & ibi quoque Io. And. col. ij. extrà de pignorib. Collect. in c. in ciuitate. de vſuris. Bald. conſ. xxxix. proponitur, col. vlt. lib. iij. & conſ. cccxxij. inſtrumento, col. ij. eod. lib. iij. & conſi. ccclix. hunc paſſum tangit, col. j. lib. v. Sign. conſ. cxxxix. caſus, A. pretio, col. j. Ang. in l. ad officium, C. commu. diui. Sal. in l. ij. in ix. q. C. de reſcin. vendi. Pet. Anch. in d. c. ad noſtram, & ibi quoque Imo. & Pan. col. j. de empt. & vendi. idem Anch. conſ. ix. plurimæ, col. j. & latè conſi. xxx. dubitari ſolet, col. ij. verſ. ſecundò probo, & multis ſeq. Guid. Pap. deci. Delphi. dxvj. an per confeſsionem. & conſi. xlix. principale dubium, poſt prin. & in tractatu de contractibus illicitis: col. vj. verſ. quid ſi vendidi. & Ambroſius Vignat. in tractatu vſurar. in multis locis. & Iaſ. qui alios citat, conſ. cliij. præſupponitur in facto, col. v. verſ. ſextò facit, lib. 4. & Doctor. vbique, præſertim hi, quos ſtatim in verſ. ab hinc ſecundo citabimus. Verùm quia aliqui paulò religioſiores dubitabant, propter textum, vt opinor, in d. c. ad noſtram, Martinus Quintus Pontifex Decretali in eam rem edicta, palam declarauit huiuſmodi pactum eſſe licitum, etiam in annuis vectigalibus ſiue penſitationibus generalibus. Eius initium eſt, hodie &c. ad futuram, ſub titulo, de emptione & venditione, in extrauag.

4 *Id quoque pactum foro cõſcientiæ non repugnare.* *Legibus Moſaicis approbatur.*

¶Quin Theologi quoque, nec in foro quidem conſcientiæ, quod appellant, hoc pactum reiiciũt, ſcilicet Guil. Cardi. cuius inter cætera autoritate d. extrauag. innititur in ſuo tractatu incip. Abbas ſancti Iacobi, circa medium. Henri. Horta. in ſuo tractatu de contractibus, in v. dubio. Ioan. Gerſon in tracta. eiuſdem tit. parte prima, conſideratione vj. & vij. & iterum parte ſecunda, propoſitione j. ij. iij. iiij. & v. rurſúmque parte iij. in fin. Anton. Floren. in tractatu de vſuris, capit. iij. iiij. v. & omnium copioſiſsimè Conrad. in eodem quoque tractatu, quæſt. lxxxiij. per totum: vbi allegat & alios multos receptæ apud Theologos autoritatis. Vt interim omittam noſtrates, qui & hoc idem de foro conſcientiæ affirmarunt: videlicet Alber. in d. l. ij. de pact. inter empt. Archi. in c. plerique, xiiij. q. iij. Cepol. in trac. de ſimulat. contractuum, in xij. præſumptione iij. partis principa. & Guid. Pap. in dicto tractatu. Et de hoc minimè dubitandum fuit, cùm legamus Leuitici xxv. Dominum hæc dixiſſe filiis Iſrael: Cuncta regio poſſeſsionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur. Quem locum in id expendit Pet. Anch. d. conſi. xxx.





*Intellectus c. ad noſtram, de empt. & uẽd.*

5 ¶Neque id negat dictum c. ad noſtrã, tum quia non loquitur de pacto reuendẽdi ſimpliciter à tẽpore venditionis, ſed poſt tempus aliquod: quod lõgè deterius eſt, magíſq; auget ſuſpicionẽ fraudis & ſimulationis, vt dicã in hac eadẽ gl. nu. 30. ſextũ quòd cõtractus, & iterũ in §. j. huius tituli, in verbo, *à tel temps*, nu. 69. ſed vnũ, & ſeq. Quãuis Ant. Burgos, ibi col. 14. verſ. ideò conabor, noua quadã ratione contendit, nihil intereſſe, quãtùm ad id de quo agimus, ſit ne pactũ ſimpliciter, an poſt aliquod tẽpus. Tum etiã quia cum huiuſmodi pacto, qualecunque ſit, id eſt, ſiue cõpetat à tempore vẽditionis, ſiue poſt aliquod tempus, ille tex. requirit etiã modicitatẽ pretij tantùm, vt aliqui cẽſent, aut vt alij maiore numero autumant, non ſolùm eam modicitatẽ, ſed & illud prætereà, vt emptor ſolitus ſit fœnerari, vt ſcilicet præſumatur contractus pignoratitius in fraudem vſurarũ factus, & nõ vera emptio. De quo (vt omnes quorũ nũc recordor, ſimul colligã) vide per gloſſam, & omnes Doctores ibi, & iterũ in c. illo vos, de pign. & in d. c. coqueſtus. de vſur. & Doctores, maximè Bal. & Pau. Caſt. in d. l. ij. & ibi latè Hiero. Cagn. nu. 13. de pact. inter emp. Archid. in d. c. pleriq;, 14. quæſt. 3. Goffre. in ſumma, de pign. in fi. Laur. Rodul. in repet. c. conſuluit. in ſecunda parte, q. lx. & ſeq. eo. tit. Iac. Aret. Cy. Alb. Sal. Fulg. & Pau. Caſt. in l. emptione, C. plus vale. quod agit. Bal. in l. vlt. in fi. C. de cõdi. inſer. & in c. j. col. ij. verſ. quæro de quibuſdã, tit. de feud. dat. in vicẽ leg. com. & cõſ. 133. quædam mulier, in ij. dubio. li. j. & conſ. 487. apparet, eo. li. j. & conſ. ccv. Iacobus, lib. ij. {& conſ. iij. caſus talis eſt, quidã Petrucius, per totũ. li. ij.} & conſ. cxiiij. ſecundum ea quæ proponuntur, lib. 3. & d. conſ. ccclix. li. v. & cõſ. ccclxj. verba Bart. in iij. dubio, eo. li. v. & conſil. 389. quòd dictus cõtractus, eo. li. v. & conſ. cccxlvij. ad euidentiã, col. iij. verſ. & ad euidentiã præmitto, eo. li. v. Ang. conſ. 244. multi. in fi. Pet. Anch. d. conſ. ix. & conſ. cclvij. ſi prædicta ſententia. Imo. conſ. x. in caſu præmiſſo tria videntur, in tertio eodémque vltimo dubio. & conſ. lv. in caſu præmiſſo, col. ij. verſ. nec obſtat etiam prædictis. & conſi. xcix. in quæſtione quæ vertitur col. ij. in quinto dubio. Card. Flor. poſt Guil. Laud. in clem. j. §. vlt. in xviij. quæſtione, de vſur. Raph. Fulgo. conſ. cxxxiiij. in quæſtione, col. ij. Raph. Co. conſ. clxxxiiij. MCCCLIX. Ioannes promiſit, col. vlt. quod repetitur inter conſilia Alex. conſi. cxix. ſine diſputatione, lib. 4. Rom. ſing. ccclxv. quæro an pactum. & conſi. ccccxxiij. pro pleniori, col. ij. verſ. vltra dubitarum. Pau. Caſt. conſ. lxxiiij. in cauſa mota per dominam Dorotheam, col. iij. verſ. quartò reſultat, lib. ij. & conſ. cix. viſa petitione prædicta, col. j. eo. lib. 2. & conſ. cccvj. quanquàm longa, col. ij. verſ. ad hoc autem vt talis, eo. li. 2. & conſ. cccxxxij. viſa ſuprà ſcripta, col. ij. verſ. quod autem ſimulatio, eo. lib. 2. Panor. conſi. lxxvj. in præſenti. col. j. & ij. lib. j. & conſ. lxix. caſus in his terminis proponitur, quidã dominus Antonius, lib. 2. Chriſt. Caſtel. in ſuo conſi. incip. cùm ab exordio, quod impreſſum eſt in quibuſdam codicibus tracta. maleficiorum Bonifaci. Vitali. in fin. Petr. Ferra. tit. forma libelli in cauſa venditio. in prin. col. ij. Ioan. Ana. in conſi. lviij. viſis inſtrumentis, & ibi Lud. Bol. in additio. & Monto. Maſcarellum, inter conſ. Lauren. Calca. {conſ. xxvij. clementiſsimi, col. ij. nu. 6. & ſequ. &} conſi. lxxxiij. pro inueſtiganda, col. j. & plenius ipſum Calca. conſ. ſeq. viſo caſu, per totum Ange. Aret. in §. itẽ ſi. col. xxj. verſ. & per iſta iura, Inſtit. de actio. Vital. Cambo. in tract. clauſul. char. cxxxiij. verſ. reſtat. Corn. conſ. iiij. multùm diffuſè, lib. j. & conſ. ccxxiiij. quanquàm in hac, eo. lib. j. & conſi. ccxlj. cum quo eo. lib. j. & conſ cccxlvj. viſa copia, eo. li. j. Bal. à Bar. inter conſ. illius conſ. xxiij. viſis dictis contractibus, col. j. & ſequ. lib. iij. Barb. conſi. lj. ſcripſit ſapientiæ fons, col. ij. & iij. lib. j. & conſ. lxxvj. illud in medium, in primo dubio, lib. iij. & conſ. viij. illud afferam, per totum, li. iiij. & conſi. xxij. clementiſsimum, col. iij. verſ. extat tertia præſumptio, eo. lib. 4. Alex. conſ. xlvj. circa præſentis, col. j. lib. 3. & conſ. cix. viſo proceſſu, col. vlt. lib. iiij. & conſi. cxix. ſine diſputatione, col. vlt. eo. li. 4. & conſ. xxviij. in cauſa & lite, col. j. verſ. nec prædictis, lib. v. & conſ. liiij. circa primum dubium, col. j. lib. 6. quod quidem conſ. idem eſt cum illo conſ. xlvj. lib. iij. niſi quòd initium eſt diuerſum. Cæpo. in dicto tractatu de ſimul. contractuum: char. antepe. Guid. Pap. d. deciſ. dxvj. & conſ. clxxx. circa proceſſum, col. ij. verſ. & his ſic præſuppoſitis. & latiſsimè in tractatu de contractibus illicit. Fabia. in tracta. de empt. & vendit. in 7. quæſt. princip. col. 3. verſ. ſextò quæro Socin. conſ. cxxxvj. præſtantiſsime Doctor, col. vlt. lib. j. quod iterum repetitur conſ. clv. lib. ij. & eundem Socin. conſil. ccxlviij. nunquid ex duobus, li. ij. Ambro. à Vignat. in tractatu vſurarum, quem compoſuit ſuper c. ſalubriter, charta 14. verſ. ſed cùm raro. extrà de vſur. Iacob. à Sanct. Geor. in l. interpoſitas, nu. 3. & 2. ſeq. C. de tranſact. & in l. ſi quis nec cauſam, §. res pignori, ff. ſi cert. pet. Carol. Ruin. conſ. xvj. circa primum, col. iiij. nu. 9. & ſeq. vſque ad fi. lib. 4. & conſi. lxvj. quia dubia, col. 4. eo. lib. 4. Philip. Dec. conſ. clxvij. in cauſa quæ coram, col. j. & ij. & conſ. cccviij. in caſu ad nos tranſmiſſo, col. ij. verſ. ſecundò datur. & conſ. dcxlviij. pro reſolutione, propè per totũ. & conſ. dcxcij. viſo cõſilio. Steph. Bertr. conſi. lxxxviij. in facto, li. j. & conſ. clxix. viſis duobus, col. ij. eo. lib. j. & conſ. clxxxiiij. vidi caſum, eo. lib. j. & conſ. xxxij. pretij vilitas, in prin. lib. ij. & conſ. ccxix. cùm ſcriberem, eo. li. ij. & cõſ. ccxxxv. pretij vilitas, eo. lib. ij. & conſ. ſeq. viſo proceſſu, nu. 13. & 14. eo. li. ij. & conſ. cclxxxvij. cùm præſupponatur, eo. lib. ij. & conſ. lxxxviij. puto quòd animæ, col. j. lib. iij. & conſi. cxj. ponitur, per totũ. eo. lib. iij. conſ. clxx. ſi non ſine grandi, nu. 3. eod. lib. 3. & conſ. lxxxvj. ponitur, col. ij. lib. iiij. & conſ. cix. eodẽ initio, & lib. Iaſ. conſ. xxj. venerabilis, nu. 4. lib. j. & conſ. cl. videretur, & iterũ conſil. ſeq. lib iiij. & conſ. cliiij. præſupponitur eo. li. 4. Matth. Afflict. deci. Neapo. lxv. in cauſa Melchioris. & dec. cccxxxix. fuit pronuntiatum. & Tho. Ferra. cautela xvij. magna eſt quæſt. & Paul. Par. conſi. lv. contractus, col. iij. nu. 29. & ſeq. lib. j. & D. Boer. deci. cij. quæ requirantur. {& Maria. Socin.

*Ad præſumptionem contractus uſurarij quæ requirantur.*

conſi.50.viſo inſtrumento,col.j.lib.j.} Apud quos videbis ampliſsimè vtriuſque partis rationes
quas ideò hîc omiſimus,ne rem tam frequenter actam iterum ageremus.

*An eam præſumptionē tollit,quòd id pactū reuēdendi ſit ex interuallo appoſitum.*

6 ¶Sed & in hac re tamen quædã præmittere non potuimus tibi maximè notãda,primum, vtrã-
que illam opi.procedere,cùm huiuſmodi pactum de reuendendo in ipſo cõtractu,aut mox poſt
ipſum,appoſitum eſt:ſecus ſi ex interuallo:nam tunc nihil omnino facit ad præſumptionē frau-
dis vel ſimulationis,vt nuncupatim reſpondit Pan.d.conſi.lxix. col.ij. verſ. tertiò me mouet in-
teruallum,lib.ij.& non obſcurè Pau.Caſt.d.conſ.cccxxxij.col.ij.lib.ij.dum loquitur de huiuſmo-
di pacto facto eodem die,vel ſequēti.& expreſsim Alex.conſ.xxviij.in cauſa & lite,col.ij. verſ.
& quamuis nonnulli,lib.v.per multa,quæ illic allegat,& Corn.conſi.cxxxiij.viſo copioſo,col.ij.
verſ.item ponderandũ duxi(lib.j.& d.conſi.ccxlj.col.iij.verſ. nec videtur quòd pactum , lib.iij.&
Steph.Bertr.d.conſi.cix.col.vlt.li.iiij.Cæpo.cautel.ccxlj.ſecundùm poſtremam computationem,
pactum pignoris.& in tractatu ſimulationis contract.in prima præſumptione,col.viij.& nouiſsi-
mè Fran.Ripa in l.nemo poteſt,col.xiiij.nu.73.adde ſimile,ff.de lega.j.

*Pactum legis cõmiſſoriæ appoſitum ex interuallo , non reprobatur.*

7 ¶Nam & licet aliâs pactum legis commiſſoriæ reprobetur in pignoribus,l.vlt.C.de pact.pigno.&
c.ſignificante,extrà de pigno.id tamen intelligitur,cùm apponitur in ipſo contractu,aut incon-
tinenti poſt:non etiamſi ex interuallo,l.Titius,& ibi Gul.Cu.qui rationem reddit,Bar.Bal.Sal.&
Pau.Ca.ff.de pign.act.& l.quamuis,aliâs,Calipodius,& ibi etiam Bar.ff.de ſolut.Cy.poſt Petr. in
d.l.vlt.& ibi quoque Io.Fab.qui eam vnam in eodē tit.legit,& Bart.qui id dicit perpetuò menti
tenendũ.& Sal.C.de pact.pig.idem Bar.& Sal.qui eam rationem reddit,in l.ij.C.eo.tit.Bal.& Ang.
in l.j.eodem quoque tit.ipſe Bar.in l.ſi ex cautione,in fi.C.de non num. pecu. vbi id trahit ad re-
nuntiationem,quæ fit ex interuallo.Bal.in l.cùm fidem,verſ.quæro & reuoco,C.eo.tit.vbi & id
quoque trahit ad renuntiationem non numeratæ pecuniæ.& in c.j.col.ij.verſ.quæro pone quòd
pactũ,tit.de feudo dat.in vic.leg.cõmiſ.& ibi quoq; Aluaro.col.4.verſ.oppo.ab extrà,vbi id intel
ligit,cùm id fit diu ex interuallo.Ang.in l.cùm dominã,C.de pign.Raph.Co.conſ.179. facta fuit
quædam trãſactio,col.j.Collect.& Pan.in d.c.ſignificante,vterq; col.ij.de pign. Alex.latè conſil.
178.viſo proceſſu,in multis locis,& conſ.ſeq.col.j.lib.vij.Cæpo.cautel.ſecundùm priorem com-
putationē,cccix.pactũ pignoris.Fabia.in tract.empt.& vend.in vij.quæſt.prin.col.j.verſ.& primò
quæro.Guid.Pap.deci.Delphi.vj.pactũ legis,& ſing.477.verſ.quæro mutuaſti.Phil.Dec.in l.tra-
ditionibus,col.pen.verſ.in gl.fi.C.de pact.& Franc.Ripa in d.l.nemo poteſt,col.xiiij.nu.74.pro
iſta limitatione,ff.de leg.j.& Stepha. Bertr. conſi.cxxxiij.ponitur in facto quòd nobilis,in iij.du-
bio,lib.j.& conſ.ccliiij.vidi proceſſum,col.j.eo.lib.j.& conſ.xcj.ex propoſitis,nu.7.lib.iij.

*Redit ad pactū reuēdēdi.*

8 ¶Sed hîc paululum attende Lector,quia quantùm ad pactũ de reuendendo,illud quod diximus,
non omnes ita ſimpliciter admittunt.Nam Pau.Ca.conſ.cix.viſa petitione,col.ij.verſ.eſt etiam,
lib.ij.dicit id pactum factum eodem die magis arguere ſimulationem,quàm ſi eſſet factũ ex in-
teruallo,tanquam ſcilicet non omnino effugiat ſuſpicionem,quòd ex interuallo factũ ſit, ſed ali
quid ex ea imminuat:quod & ante eum nũcupatim voluit Alb.in d.l.ij.verſ.ſed quid ſi emptor,
C.de pact.inter empt.& ven.cõpo.Et idem dicit Raph.Co.cui ſubſcripſit alter Rapha. Fulg.in-
ter conſ.ipſius Co.conſ.184. MCCCLIX. &c.Ioannes, col.vlt.verſ. poſſet ergo vlterius,quod
repetitur inter conſ.Alex.cõſ.cxix.ſine diſputatione col.ij.verſ.poſſet ergo,li.4.vbi ſubiungit,ꝙ
ſi ita emens cõſueuerit fœnerari,nõ videtur ſublata præſumptio ſimulationis ex interuallo vnius
menſis aut paulò maiori,cùm vſuratij omnes cautelas excogitent ad circumueniendã iuris præ-
ſumptionem,& vt id faciãt,ex interuallo promiſsiones ipſas faciunt,& in alio inſtrumēto,vt per
Io.And.in d.c.ad noſtrã,de empt.& vend.de quo & nos ſtatim dicemus.Quiſquis autem fuit qui
in ipſo volumine Alex.edidit conſ.ſequens,videlicet cxx.in propoſita quæſtione,ſiue is fuit Ra-
pha.Fulg.quòd ego ſuboleo ex eo quod ſcribitur poſt fi.illius coſi.ſiue Raph.Co.ſiue alius,in ea
eſt ſententia,vt id interuallum magis augeat ſuſpicionē fraudis excogitatæ contra d.c. ad noſtrã.

*Quid ſi actum eſt ab initio, ut id pactum poſtea fiat.*

9 ¶Et vt hæc poſtrema opin.non mihi admodum arridet,niſi emptor aut cõtractus ex aliis con-
iecturis eſſet aliâs vehementer ſuſpectus,quod illi ſatis ſentiunt,ita illud mihi minimè dubiũ vi-
detur,quòd ſi ab initio & in ipſo contractu áctum fuiſſet,vt poſtea ex interuallo id pactum ſiue
promiſsio reuendendi fieret:nihil hîc operaretur illud interuallum,ad effugiendã hanc præſum-
ptionem fraudis:Imò fraus quædã maior atque colluſio inde præſumeretur:vt in ſimili dicit Inn.
in c.grauis,paulò ante fi.extrà de depoſi.& Bal.in auth.hoc ius,col.pen. verſ. ſed pone quod ſu-
per,C.de ſacroſan.eccl.& in d.l.cùm fidem,in fi.C.de non nume.pecu.vbi dicit menti tenēdum.
Ad quod facit,quod ſtatim dicemus in ſeq.verſ.rurſúmque aliis duobus ſeq.

*Quid ſi fiat promiſsio faciendi.*

10 ¶Et idem dicas(quanquàm & idē eſt cum eo quod diximus)cùm non fit in ipſo cõtractu pactũ
de reuendendo,ſed tantùm promiſsio faciendi id pactum:quia perinde eſt,quãtùm ad id de quo
agimus pertinet,ac ſi pactũ ipſum in ipſo contractu fuiſſet factum, vt ex facto reſpondit Stepha.
Bertr.conſi.clxxxiiij.vidi caſum,in j.dubio,lib.j.& vide quæ diximus in ſimili ſuprà tit.præcedē-
ti,§.j.gl.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.39.ex iis autem. Quanquàm in contrarium facit,
quod ab eodem Bertr.ſcriptum eſt conſ.cxxxiiij.ponitur,in iij.dubio,eodem lib.j.cùm dicit,quòd
licet non valeat pactum in pignore appoſitum,vt ſi pecunia ſoluta non fuerit intra aliquod tem
pus,res empta maneat eodem pretio,per totum tit.C.de pact.pigno.tamen ſecus,ſi ſit tantùm fa-
cta promiſsio vendendi:quia aliud eſt vendere,aliud promittere idipſum facere.

¶Sed



*De eadem re.*

11 ¶Sed hùic ſententiæ facilè non acceſſerim,& de ea dicã plenius in fi.huius tit.nu.53.dies me defi
ceret.Et priorem mirum in modũ adiuuat,quod in ſimili à multis dicitur,nihil referre,an fiat lo-
catio ad longum tēpus,ſtatim in initio locationis:an ad paruum tempus,cum pacto de renouã-
do ad aliud tempus,quod iunctum priori facit longum tempus. Id enim videri factum in frau-
dē.Lapus alleg.xij.diſputat hic.Ant.in ca.apoſtolicæ,extrà de donat.Et facit,quod ſcribit Card.
Flo.in cle.j.§.vlt.in pen.quæſt.de reb.eccle.non alien.& Fel.in c.quæ in eccleſiarum , col.xxxiiij.
verſ.ſimiliter ſi fiat locatio,extrà de conſtit.licet in ſimili contrarium ſentiat Bald.in l.voluntas,
col.ij.verſ.idem puto,C.de fideicom.Sed pro priori ſententia vide multa per Alex.conſ. lxxviij.
viſis duobus,per totum illud conſ.lib.j.quod iterum repetitur conſ.clxv.lib.ij.

*Id pactum non in inſtrumēto, ſed ſeorſim appoſitū magis ſuſpectum eſt.*

12 ¶Secvndvm, quòd huiuſmodi pactum non in ipſo inſtrumento principali appoſitum , ſed
ſeorſum ac ſeparatim,magis facit ad illam præſumptionem fraudis:tãquam excogitatum id fue-
rit,ne fraus ipſa pateat,ſecundùm Io.And.Imo.& Barb.in d.c.ad noſtram, de empt.& vend.Bal.
conſ.cccxxij.inſtrumento,colum. vlt.ibi,ex contrariis igitur qualitatibus,li.iij.Raph.Co.& Fulg.
d.conſ.clxxxiiij.col.vlt.Alexan.d.conſ.xlvj.circa præſentis,col.j.verſ.concurrit & alia coniectura
tradita,lib.iij.quod repetitur vt ſuprà diximus,d.conſi.liiij.circa primũ,lib.vj.niſi quòd diuerſum
eſt vtriuſque initium.& Soc.d.conſ.ccxlviij.nunquid ex duobus,col.j.li.ij. & Iaſ.conſ. cliij. circa
primum,col.j.lib.iiij.Caro.Ruin.d.conſ.xvj.circa primum,col.iiij.nu.10.lib.iiij.& Steph. Bertran.
conſ.clxxxiiij.vidi caſum.in j.dubio,lib.j.& quod in ſimili ſcribit Corn. conſ.xlj. videtur in hac,
col.ij.verſ.his tamen non obſt.lib.iij.Vt tamen interim videas Bal.in l.cùm allegas,col.iij.verſ.ſed
hîc dubitatur.C.de vſuris.

*Quod clã & ſecretò fit,ſuſpectum eſt.*

13 ¶Nam quodam modo id fit ſecretò & clanculum,quod in ipſo contractu principali non eſt appo
ſitum.Ad quid enim id fit,niſi vt lateat?ideo & ex hoc capite,quod veluti clam fiat,magis præ-
ſumitur fraus & dolus,vt ſatis probatur ex l.hi qui,quæ eſt pen.C.de reſcin.vend.& l.ab Anaſta-
ſio,in verbo,non occultè,& ibi Bal.in v.not.C.mand.& in l.vxor,ibi,furtiuas.& iterum ibi, nec
clanculo,ſed publicè.rurſumq; ibi,nec coniunctio furtiua.C.de repud.& l.vlt.ibi,abſconditã ma-
chinationem.C.de litigio.& l.non exiſtimo,ff.de admin.tut.& c.quia propter,ad fi.de elect.& c.
conſuluit,& ibi gl.in verbo,clam.& Doct.inter cæteros,Phil.Dec.col.iij.verſ.vlt.notandum , de
offi.deleg.& c.j.& ibi gl.in verbo,occulta,quæ alios tex.allegat,& etiam Inno.in eodem verbo,
& alij quoque extra vt eccle.bene.& c.quod latenter,de reg.iur.& voluerunt Doct.vbique.& in-
ter cæteros Iac.Aret.Iac.But.Bal.Sal.Raph.& Corne.in l.ij.C.de repu.hæred.Alber.in l.omnes,§.
Lucius,ff.quæ in fraud.cred.Bar.in l.poſt contractum,col.iij.verſ.quartus caſus,ff.de don.& in l.
pupillus,§.vlt.non ſemel,ff.de autori.tut.Bald.in l.per diuerſas,tum alibi,tum in fi.C. manda. &
in c.j.circa medium,& ibi Phil.Dec.col.vlt.extrà de fide inſtru.Ang.conſ.cccxc.chariſsime , col.
ij.Raph.Com.conſ.lxviij.in præſenti,col.iij.Petr.Anch.conſi.xlviij.qui talia,col.ij. verſ.ſecundò
quia talis,vbi multa in id allegat.Rom.conſ.liiij.viſis,col.ij.verſ.tertiò.Cæpo.conſ. cauſarum cri-
minalium xvij.viſa commiſsione,col. pen. verſ.item & vltimò , & in tract.ſimulationis contra-
ctuum,in xx.præſumptione.Barb.conſ.xiiij.clementiſsimi , col.ij.lib.ij.& conſ.liij.præclarè, col.
xij.verſi.& præmitto,eo.lib.ij.& conſ.viij.illud afferam,col.antepe.verſ.quæ autem indicia, lib.4.
vbi id trahit ad ſuſpicionem vſurarum.& conſ.lij.viſo celebri,col.v.ante medium,eod.lib. 4.Iaſ.
conſ.cxlj.viſa,col.vij.verſ.tertiò principaliter,li.iiij.Philip.Dec.conſi. ccxxxv.in cauſa magnifici.
col.ij.verſ.quarta eſt præſumptio.Hippo.Marſ.in rub.ff.de ſica.col.ij.

*Et quod ita factum eſt,mala fide factũ eſſe cenſetur.*

14 ¶Et hinc,qui clam aliquid faciunt,cenſentur habere malã fidem, nec ignorantiam aut errorē al-
legare poſſunt,l.vlt.ff.de ritu nupt.& c.vlt.§.ſi quis verò,extrà de cland.deſpõſ.vbi ſcribitur,hos
non expertes eſſe ſcientiæ,aut certè affectatores ignorantiæ videri.& c.cùm ex iniũcto,poſt prin.
& ibi Ioan.Ana.in iij.not.& Fel.in prin.de hæret.gl.in l.qui contrà,in verbo, errore,C.de inceſt.
nupt.& in l.j.C.de interd.matr.& ibi quoque Docto.inter quos Bald. in j.lect.ex hoc dicit haberi
notab.limitationem legũ,quæ dicunt ſexum & ruſticitatem excuſari.& in ij. lect. dicit id menti
eſſe tenendum contra ruſticos.Idē Bal.in l.iij.col.ij.C.de ſum.Trin.& in l.error,col.iij.in j.quæſt.
C.de iur.& facti igno.in cap.bonæ,le ij.in verbo,requiſitus,paulò ante fi.de poſtu.Præla. Alb.in
l.qui aliter,§.j.poſt prin.ff.quod vi aut clam,& in l.qui ex aliena,§.vlt.nu.3.ff.de acq.hæred.Bart.
in l.ſi adulterium,in prin.col.pen.ff.de adulte.Rom.conſ.cccccvj.in re præſenti,col.j.Pan.in c.de
homine,de celeb.miſſa.& in c.j.de clande.deſponſ.Pau.Caſt.in l.ciuilem,paulò poſt princ. C.de
furt.Cæpol.cauſarum crimin.conſ.xxvj.magnifice.col.iij.verſ.item fraudulosa,quod repetitur in-
ter conſi.Alex conſi.cxxxv.circa primũ,li.j.ipſe Alex.in addi.Bart.in l.ne paſsim,C.de iur.& fac.
igno.Firmia.in tract.de Epiſco.q.lx.verſ.item neminem excuſat.Fel.in d.c.conſuluit,col.pen. de
offi.deleg.& in c.quoniã,col.iij.verſ.quinta cõcluſio,de ſimonia.& in c.porrò,de ſenten. excom.

*Nec ſexus, nec ruſticitas, excuſant à clãdeſtinis actibus.*

*De eadem re ex oratoribus Demonax. De ſacris Eleuſiniis.*

15 ¶Quibus mirum in modum concinit,quod à Fabio Quintiliano Oratorum,poſt Ciceronē,prin
cipe,ſcribitur lib.Oratoriarum inſtitut.5. quo loco de argumentis diſſerit. Tropon interdum ad
coniecturas pertinere:vt ſi dicam,bona mente factum,ideò palam,mala:ideóque ex inſidiis , no-
cte, in ſolitudine.Demonax ille Philoſophus eximius,qui Hadriani Imp.tēpore floruit,nunquã
adduci potuit,vt ad ſacra myſteriáque Eleuſinia accederet.Cuius rei vehementer à populo exa-
gitatus & accuſatus,tanquam patriæ religionis contemptor,factum in concione excuſauit,teſta-
tus ea ſacra iure ac meritò eſſe ſibi ſuſpecta,quòd in occulto fierēt: ea autem omnino manifeſtari

oportere,vt ſi bona eſſent,alios ad ſequendam amplectendámque religionem, ſi mala,ad cauendam inducerent:vt autor Lucianus in vita illius. Vt non abs re Leges xij. tabularum nocturna mulierum ſacrificia prohibuerint:Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, vt retulit Cicero lib.j. de Legibus.Et in his poſſet videri fundata conſuetudo Burdigal.ca.xcvj. de qua nos loquemur infrà,§.vj.gloſſ.ij.nu.5.ſed hîc quærimus, ad fi.

*Iuramētū reddere actum ſuſpectum ſuſpectiorem.*

16 ¶Tertium,quòd iuramentum,quod aliàs plerunque ſolet confirmare contractus, actúſque inualidos,c.cum contingat,extrà de iureiur.& c.quamuis,de pact.li.vj.cum infinitis ſim.tamē appoſitum in huiuſmodi contractibus factis cum hoc pacto reuēdendi,eos magis reddit ſuſpectos de fraude & ſimulatione:vt voluerunt Hoſt.& Ioan.And.in d.c.illo vos,vterque ad fi. extrà de pigno.argu.ſuper hoc,de renunti.& idem Hoſt.& Io.And.in d.c.ad noſtram,vterque poſt prin. de empt.& vend.& Bald.conſ.cclxxv.præmiſſo ſtatuto,col.ij.{verſ.nec prædictis obſtātibus}li.v. vbi dicit hanc ſuſpicionem eſſe violentam,per d.c.ſuper hoc.& Soc.conſ.ccxv.viſa prędicta,col. vlt.verſ.tertius autem,lib.ij.quod repetitū eſt conſ.xxij.lib.iiij.& Ambr. à Vignat. in tractatu de vſur.quem compoſuit ſuper c.ſalubriter,char.8.col.iiij.in v.indicio,& iterum in repe.c.ad noſtrā, de emp.& vend.& Guid.Pap.ſing.dccccxxxviij. quando dicatur, paulò ante fi.Et ante hos omnes gl.à paucis(quod ſciam)annotata in c.ſignificauit,in verbo,interdicit,in fi.extrà de cenſi.quę id dicit generaliter,iuramentum appoſitum in contractibus ſuſpectis,eos redere multò ſuſpectiores,tanquam ſcilicet cautim extortum,confirmandorum eorum gratia.

*De eodem.*

*Clauſulæ cautiores, actus ſuſpectiores reddunt.*

*Abundans cautela nocet ſuſpectis.*

17 ¶Quod confirmari poteſt ex gl.not.in l.ſi quis ſub conditione,quæ eſt 6.in prin.ff.de cōdi.inſt. quæ not.ex eo tex.arg.contra eos,qui ita contrahunt matrimonium,vt iurent neutrum iure cōſanguinitatis, ſi quæ ſit,ſeparaturum matrimonium.præſumuntur enim ob id ſciuiſſe conſanguinitatem.Ex eáque not.Doct.vbique huiuſmodi clauſulas cautiores,quæ ſcilicet cautim ponūtur ad contractus ſuſpecti confirmationem, ipſum magis ſuſpectū atq; fraudulētum prçſumi facere. Et inter cæteros Bald. & Albe.in l.pen.C.de euict.quæ ex eo intelligunt id,quod in ea l.dicitur, abundantem cautelā non nocere,nec malam fidem inducere,niſi ſcilicet in quibus aliâs eſt præſumptio fraudis.& idē Bal.in l.teſtamētum,in iij.no.& ibi quoq; Pau.Caſt.in prin.C.de teſt. ipſe Bal.in l.etiā,col.ij.verſ.or modò dubitatur,C.de exec.rei iu.& in c.quia veriſimile,col.ij.extrà de præſump.vbi eam gl.dicit in id eſſe ſing.Pau.Caſt.in d.l.vj.& conſ.clxxiiij.cōtra,col.ij.in fi. verſ. & etiā hîc præſumptio,lib.j.Pet.Anch.loquens in ſuſpicione vſurarū,conſ.cclvij.ſuprà dicta ſententia,col.ij.verſ.accedit prædictis,Barb.conſ.xvj.præclarè,col.v.lib.j.& conſ.viij.illud afferā, col. pen.lib.4.& conſ.xvij.clementiſsimum ante,nu.5.eod.lib.4. Corn.in ſubſcriptione conſ. ccxvij. Quir.in fi.lib.iij.Cæpo.in tract.ſimulationis contractuū,6.præſumptione.Soc.conſ.cxliij.diu profectò,col.vlt.ad fi.lib.j.quod repetitur conſ.clxxj.lib.ij.vbi reſpondit etiam ex magnitudine pretij præſumi ſimulationem,tanquam ea cautius videatur fuiſſe appoſita ad diluendam præſumptionem fraudis & ſimulationis:quæ ex vilitate pretij aliâs oritur.idem Soci.d.conſi.ccxv.lib.ij. repetito,vt diximus,conſ.xxij.lib.4.quo loco ſuprà citauimus.& idē rurſus conſi.xc.in cauſa magnifici,col.ij.verſ.ſed ſi iſta,lib.3.& conſ.cxxvj.viſum,ad fi.eo.lib.iij.Iaſ.conſ.clxx.nomine,nu.1.lib.2. Steph.Bertr.conſ.ccx.non ſolum,col.iij.nu.17.lib.j.Philip.Deci.in l.quæ dubitationis,nu. 4.ff. de reg.iur.& conſi.ccccxlviij.vis tota,col.iij.verſ.& in primis.

*Pretij magnitudo etiā actū ſuſpectum reddit.*

*De eodem.*

*Quò plus cautelæ,eò plus fraudis.*

18 ¶Et vt dicit Bal.conſ.ccclxxvij.apparet,poſt medium,lib.j.quantò plus eſt cautelæ(vt noſtri non ineptè,vt alibi diximus,loquuntur)in contractibus ſuſpectis,tantò plus fraudis,doli & ſimulationis ineſſe præſumitur.& idem in c.ij.col.ij.extrà de conſuet.vbi (ait) abundantior eſt cautela, ibi euidentior eſt fraus:per d.gl.& poſt eum Iaſon conſ.clxx.quod prædicti,col.ij.lib.ij. Pro qua ſententia eſt tex.optimus,ſi non oſcitanter expendatur,in l.ita fidei,ff.de iu.fiſci,quæ probat maiorē fraudē ex hoc præſumi,quòd quis ita actū facit,ne fraudem feciſſe videatur.& in l.ſi libertus minorem,ff.de iure patr.vbi grauiùs offendit,qui quid ſimulatè facit in fraudē legis,quàm qui apertè facit contra legem,quam ad hoc expendit Bal.in c.j.§.callidis,col.j.verſ.quęrit gl.nunquid, tit. de prohi.feu.ali.per Fed.& Card.Alex.c.j.col.j.tit.de ali.feu.Quaſi ſcilicet is bis peccet,& quòd in fraudem facit,& quòd vult videri non factum in fraudem.Et facit etiam,quod per eum tex.dicit Bal.in c.j. §.j.hoc quoque,col.vlt.tit.de ſucceſ.feud.Et illud Terentij in Eunucho,

*Bis peccat, qui fraudem facit, & eam tegit.*

*Vide ne nimium callidum ſit hoc modò.* Nam illic doctus interpres Donatus agnoſcit callidum non calidum,vt in quibuſdam codicibus ſcribitur.

*An per hæc uerba, uerè & non ſimulatè et ſimilia, præſumatur fraus an non.*

19 ¶Sed hîc aduerte Lector.Nam Bal.hîc,vt propè ſemper ſibi contrarius,conſ.cxiiij.ſecundum ea, lib.iij.nuncupatim loquens de venditionibus factis cum pacto de reuendendo, tradit eas nō eſſe ſuſpectas ob id,quòd in contractu iuratum fuit cōtractum ipſum eſſe verum, & non ſimulatum, Sed & idem in l.emptione,col.j.C.plus vale.quod agit.ſcribit,quòd ex iſtis verbis, Vendidit, & tradidit verè,& non in fraudem vſurarum,inſtrumentum non redditur magis nec minus ſuſpectum:quod & ſenſiſſe videtur in l.j.verſ. & not.arg. C.de colluſi.detegen. Sed ego ei in his non accedo,propter ea quæ diximus.Súntque qui eum in poſterioribus locis citant pro contraria ſententia,vt ſcilicet per hæc verba,Vendidit verè & non in fraudem vſurarum,reddatur contractus ſuſpectior:eámque ſententiam ſequuntur,videlicet Sal.in d.l.emptione,poſt princ.Petr.Anch. d. conſ.cclvij.& Ant.& Imo.in d.c.ad noſtram,& ibi quoque Card.Flor.& Anto.Burg.col.pen.de emp.& vendi.idem Imo.conſi.cxxxvij.viſa inquiſitione,col.ij.verſ.item illud nō videtur.Cepo. in tracta.



in tracta. ſimulat.contractuum,in ix.præſumptione.Bar.in c.illo vos,col.j.extrà de pigno.Anto. Vigna. in tracta.vſur.quem compoſuit ſuper c.ſalubriter,col.xxx.verſ.quinimo plus,qui eſt ſub num.100.Barb.conſ.lxxvij.illud in medium,col.ij.lib.iij.& Fel.in c.ſi cautio,col.xxij.verſ.de materia, extrà de fide inſtru.Iaſ.dum ipſum Bald.in dicto loco allegat,in l.teſtamentum,C.de teſta. & Chaſſe. conſ.xxv.ex multis,col.ij.verſ.ſeptimò.

*Res cum hoc pacto uēdita, minoris eſt æſtimanda.*

20 ¶Qvartvm,quòd in ea reputatione modicitatis vel vilitatis pretij,quæ debet interuenire in hoc pacto reuendendi,vt præſumatur ſimulatio,res ita vendita minoris æſtimanda eſt, quàm ſi ſimpliciter & ſine eo pacto fuiſſet vēdita:vt expreſsim in huiuſmodi pacto voluit Pan.in d.c. ad noſtrā,col.ij.& ibi quoque Barb.& Ant.Burg.col.xij.verſ.veniamus modò.& idem Pan.in d.c.in aliquibus,in ij.no.de deci.vbi dicit ita ſe pluries ex facto conſuluiſſe,& eſſe no.quia in hoc multi errant.& Maria.in c.cùm Ioan.in vij.not.per illū tex.extrà de fide inſtr.& in c.vlt.in xxij.in prin. art.quæſt.iiij.verſ.quartus effectus,de dila.& inter conſ.filij eius,Barptol.Soci.conſ.xv.viſis prædictis,col.vlt.lib.j.vbi dicit nuncupatim,quòd quæ valent centū ſine hoc pacto,ſeptuaginta tantùm valent,ſi cum eodem pacto emantur.& ipſe Barpt.Soci.in l.j.§.ſi hæres, col.j.in iij. not.per eum tex.& ibi quoq; Iaſ.col.ij.verſ.item adde bene facere.Et Franc.Ripa, col.v.nu. 26.ff.ad S.C. Trebel.& idē Soc.conſ.ccxlviij.nunquid ex duobus,col.vlt.li.2.& conſ.lvij.in cauſa reſtitutionis, col.vlt.lib.iiij.& Corn.conſ.ccxlj.cum quo præmittendū eſt,col.2.verſ.& licèt,lib.j.& conſ. 244. quāquàm in hac,col.pen.verſ.nec aliquo iure probatur,eo.li.j.& conſi.346.viſa copia,col.vlt.eodē quoque li.j.Iaſ.conſ.clj.contra conſultationē,col.iij.verſ.item illud pactū,li.4.& conſ.cliij.præſupponitur in facto,col.v.eo.li.4.Carol.Ruin.conſi.lxvj.quia dubia,col.iiij.verſi.& tantò minus. li.4.Steph.Bertr.conſ.clxviij.illud eſt certū,nu.3.lib.j.& conſ.ſeq.viſis duobus,in fi.eo.li.j. & cōſ. 339.non puto,nu.3.eo.li.j.Phil.Dec.conſ.clxvij.in cauſa quæ coram,col.ij.verſ. ſecundò reſpondetur,& conſ.cccviij.in caſu ad nos tranſmiſſo,col.j.verſi.non obſtant plura & conſ.dxliij.in caſu propoſito,col.ij.verſ.primò,quia retrouenditio.& conſ.dcxlviij.pro reſolutione,col.j.Matthæ. Afflict.in tracta.Protomixeos,in verbo,licèt enim ſuprà diximus,col.pen.& Hieron.Cagnol.in repe.d.l.ij.col.iij.verſ.per quam diligenter,& iterū in 36.q.C.de pact.inter empt.& vendi.Anton. Rub.conſ.cxlviij.viſo inſtrumento,col.ij.& ante hos omnes Bal. cuius nullus horum meminit, conſi.clxiiij.maritus,in fi.lib.v.& è Theologis Ang.Cla.in ſua Summa,in verbo,vſura,le j.num. 66.& Ioan.Gerſon in tract.de contractibus,parte j.conſ.viij.nam ſicut(ait)tantò pluris valet res, quantò ius & dominium pinguius vberiúſque transfertur,ita è diuerſo eò minoris valet quò tenuius infirmiúſque transfertur.In ídque citat illud Leuiti.xxv.quantò minus tēpus numraueris,tantò minus emptori conſtabit.Et rurſus in ij.parte,propoſitione xix.& alibi ſępe in eo.tract.

*Quantò minoris ualet ob id pactum.*

*Res ſemper minoris ualet ob conditionē & onus appoſitum.*

21 ¶Et id quidem credo eſſe veriſsimum,etiamſi Guid.Pap.reclamat deciſ.Delph.dxvj.an per confeſsionem,dicens contractum ob id cenſeri illicitum,quòd propter gratiam redemptiuam res minoris emitur.In quo admodum errauit.Nam & aliâs res minoris valet, quòd ſub aliqua conditione auocari poſsit.l.j.§.ſi hæres percepto,ff.ad Treb.& l.idem Labeo,§.vlt.& l.ſeq.ff.fami.erciſ. & l.ſi ſeruus,in prin.iuncta gl.in verbo,inuenerit,ff.de condi. furti. & voluerunt Recentiores in l.non quocunque,in prin.ff.de lega.j.Et ſemper aliàs quoduis pactum vel onus in venditione appoſitum,eſt veluti quædam pars pretij,ob ídque res viliùs venditur,vt probat tex.in l.fundi partem,ibi,ideò viliùs fundū vendidiſti,& ibi gl.in d.verbo,vendidiſti,quæ id dicit in dubio præſumi.Bal.& Sal.qui idem dicit,ff.de contrah.empt.& l.ſi ſterilis,§.ſi tibi,ff.de actio.empt.& l.iuriſgentium,§.quinimo,ff.de pactis,& l.eum.§.vlt.ff.de in diem addit. & in c.cùm Ioannes, vbi ex eo Imol. Pan.& Felin.id expreſsè not.rem minoris valere ob pactum ſiue onus appoſitum.

*De eadem re.*

22 ¶Sed & eſt tex.omnium optimus in l.ſi venditor,§.ſi quid emptor, in fi.ff.de ſer.expor. vbi ita ſcribitur,quoniam hoc ipſo minoris homo videatur væniſſe.Ex quo Bal.not. rem vēditam cum aliquo pacto minoris valere,quàm liberè venditam. Et allegat pro ſimili l. hæreditatis venditæ, ff.de hære.vel actio.vend.ſed credo eum voluiſſe allegare l.hæreditatē Cornelij,quæ eſt pen.eiuſdem tit.quam & gl.in d.§.ſi quid emptor,citat.Et idem quoque per illū tex.voluit ipſe Bal.cōſi. 31.ſtatuti ciuitatis Aſtenſis,poſt mediū,lib.j.& conſ.cxix.dicunt,col.j.eo. lib.j. & conſ.182. locata fuit,col.ij.in fi.eo.lib.j.& conſ.cccxv.ponitur,col.j.lib.iij.Et aliàs ſæpe idem Bal.idem ipſum tradit,ſcilicet pacta atque onera appoſita in venditione partem facere pretij, rémq; ipſam minuere: vt in repe.l.ij.col.xxv.verſ.ſi verò quæuis,ff.de iureiur.& in l.ſolam,col.pen.verſ.item interrogatur teſtis de cauſa materiali,C.de teſtib.& conſ.cccxxxvij.in primis videndum eſt,col.ij.lib.j. & conſ. ccccclxxxvj.quidam dominus Braſianus,col.ij.verſ.in contrarium,eo.lib.j. & d. conſ. clxiiij. in fi.lib.v.Et idem quoque dicit Pet.Anch.conſ.vij.in quæſtione,col.j.& conſ.cccxxx. viſis diligenter,col.j.Pan.conſ.lxvj.duo ad claram deciſionem,col.ij.verſ.ſecundò probatur,lib.j.vbi etiā dicit,rem ob id minoris vendi.Alciat.in l.in bonæ fidei,in prima gl. C.de pact. & Zaſius de hoc quoque pacto loquens,conſ.xij.nu.36.lib.j.& Docto.vbique.Nec gl.in c.conqueſtus,de vſur.quā Guid.Pap.citat pro ſua ſententia,contrarium voluit,vt omnibus videre in promptu eſt.

*Preces quoq; partem pretij eſſe.*

23 ¶Quid quòd Alber.in d.l.fundi partem,ff.de cōtrah.emp.preces quoq;,quæ interdū adhibentur in venditionibus,imputat in partem pretij,per tex.in c.ſunt nonnulli,j.q.j. húcque refert, quod vulgò dici ſolet,nullam rem cariorē eſſe,quàm quæ prece empta eſt.Id quod ſumptū eſt ex Annea illo Seneca,circa initia lib.ij.de Beneficiis:Gratiſsima ſunt(ait)beneficia parata, facilè occur-

rentia,vbi nulla mora fuit,niſi in accipientis verecundia.Optimum eſt antecedere deſideriũ cuiuſque,proximũ ſequi:illud melius,occupare,ante quàm rogemur.Quia cùm homini probo adrogandum os concurrat,& ſuffundatur rubore,qui hoc tormẽtum remiſerit, multiplicat munus ſuum.Non tulit gratis,qui cùm rogaſſet accepit. Quandoquidẽ vt maioribus noſtris grauiſsimis viris viſum eſt,nulla res carius conſtat,quàm quæ precibus empta eſt.Quam etiã vltimã ſententiam citat gl.in c.quẽ pœnitet,in verbo,laborare,de pœn.diſt.xj.ex cuius etiã autoritate gl. in c. & ſi quæſtiones,in verbo,non petẽte,extrà de ſimo.dicit nõ gratis dari munus, quod petẽti datur·quod & reaſſumit Fran.Cur.ſenior,conſ.lxj.ſuper eo.col.vlt.Quibus conſentaneum eſt illud Apuleij lib.ij.Floridorum:Neque enim aut leui mercede emit,qui precatur:aut paruum pretium accipit,qui rogatur:adeò vt omnia vtẽſilia emere potius velis,quàm rogare.Quæ omnia quoque orta ſunt ab illo veteri prouerbio Tul.in Verrem actione vj.Malo emere,quàm rogare.

24 ¶Sed vt redeamus,quod diximus rem minoris æſtimari vendíque ob huiuſmodi pactum reuenditionis,obtinet etiam ſi tempus in id præſtitutum ſit tranſactum : ideóq; ſit nunc emptor ab eo onere reuendendi liberatus.Nam nihilò ſeciùs cenſebitur res fuiſſe minoris pretij, cum venderetur,per l.habitationum,quæ eſt pen.in prin.iuncta gl.j.ff.de peri.& com.rei vend.Et expreſsim in caſu noſtro voluit Phil.Dec.d.conſ.cccviij.col.j.vbi ſuprà,& Hiero.Cagnol.in d.l.ij.de pact.inter empt.vbi ſuprà,& Pantal.in repetit.l.ij.char.26.in xij.limit.C.de reſcind.vẽdi.Et voluit in ſimili Ro.in l.ſi quis cùm aliter,col.iiij.verſ.ſextò locum non habet,ff.de verb. obli. Nam & aliàs valor & æſtimatio rei venditæ cenſetur ex tempore venditionis,quicquid poſteà contingat,l.ſi voluntate,in fi.C.de reſcin.vend.Et id credo veriſsimum, licèt in caſu noſtri pacti aliud voluerit Ant. Burg.nullo iure aut ratione iuſta ſubnixus,in d.c.ad noſtram,col.xiij.verſ.ob quod dicit.

*Non ob id æſtimationis diminutionẽ tolli,quòd tẽpus redimendi ſit tranſactum.*

25 ¶Quæ omnia admodum ſunt notanda ad caſum d.l.ij.C.de reſcin.vend.& c.cùm dilecti,extrà de empt.& vend.vt etiã dicit Pan.in d.c.cùm Ioannes.Nam licèt huiuſmodi pactũ de reuendẽdo non faciat ceſſare remediũ dictorũ iuriũ,vt poſt Odof.& Nico.Mat.voluit Bal.in d.l.ij.col.7.in 8. q.& ibi quoq; Sal.col.iiij.in ix.q.& Pau.Caſt.col.ij.in quarta limit.& Pantal.in rep. col.xiiij.verſi. decimoquartò extende.Imol.in c.cùm contingat,col.lviij.verſ.tertio caſu,quando dubitatur, extrà de iureiu.Barb.qui dicit ſing.in c.ad noſtrã,in fi.extrà de empt. & vendit.& Anto.Burg.in c. cùm cauſa,col.vij.verſ.ſeptimò extendo,extrà eo.tit.& Hieron.Cagnol.in repe.d.l.ij.col.v.verſ. excluſus tamen,C. de pact.inter empt.& vend. Tamen ad reputationem æſtimationémque veri ac iuſti pretij,in caſu d.l.ij.id conſiderandum eſt,quòd tale pactum minuit valorem rei:vt ad hoc propoſitum expreſsè declarat Pan.in d.c.ad noſtrã,col.ij.in ſecundo caſu,de emp.& vend.& Ro. in d.l.ſi quis cùm aliter,vbi ſuprà.& Soci.in d.l.j.§.ſi hæres,ff.ad Senatuſ.Treb.& d.conſ.ccxlviij. nunquid ex duobus,lib.ij.& d.conſ.lvij.in cauſa reſtitutionis,li.4.& Philip. Dec.d.conſi. cccviij. in caſu ad nos tranſmiſſo:vbi ex hoc dicunt,quòd quis probando ſimpliciter pretium rei venditæ,non debet obtinere in remedio d.l.ij.quando fuit appoſitum pactum de reuendendo:ſed debet probare pretium rei venditæ cum hoc pacto.quod multùm eſt notandum.

*Pactum reuendendi, nõ tollit l.ij.C.de reſcin.uendi.*

*Tamen ad reputationẽ prætij conſiderandum eſt.*

26 ¶Sed illud tamen hîc te monitum volui,ea quæ diximus,procedere in pacto reuendendi libero ipſi venditori:id eſt,quod in facultate eſt ipſius,vt poſsit etiam ſtatim redimere,cùm voluerit: ſecus ſi non poſsit,niſi poſt aliquod tempus:tunc enim ob id pactum non cenſetur res minoris valere:vt nouiter voluit Ant.Burg.in d.c.ad noſtram,col.xiij.verſ.& quod multi in hoc errant, extrà de emp.& vend.ídque probat ex c.illo vos,de pign.ibi enim fuit res vendita xxiij. libris cum pacto reuẽdẽdi 26.libris,& ſic modico pluris pretio:& tamẽ iudicatur ille cõtractus fœneratitius, ob illũ paruũ exceſſum:nẽpe quia ea facultas reſoluẽdi non erat in optione & poteſtate venditoris,ſed emptoris,vt ibi patet.Cõſtat autẽ,vt ille dicit,quòd in ea prima vẽditione res tãti valebat, quanti vẽdita eſt,ac ſi aliàs fuiſſet vẽdita ſine eo onere,poſteaquàm ob tam modicũ exceſſum in reuenditione cõtractus præſumatur vſurarius.Hæc ille,qui id dicit ſing.à nemine ante ſe ſcriptũ.

*Quomodo ſuperiora intelliguntur.*

27 ¶Qvintvm illud eſt,quòd illa vſuræ & fraudis ſuſpicio,quæ oritur ex huiuſmodi pacto,cum aliis non adeò facilè operatur in datione in ſolutum,vt in ſimplici venditione, propter originalẽ cauſam neceſſariã,& quia non interuênit in ipſo actu numeratio pecuniæ,quæ veluti allicit , & ineſcat homines,ex ſententia Raph.Fulg.conſ.cxxxiiij.in quęſtione verſa.col.ij.verſ.ſed & illud. Quam nuncupatim ſequitur Phil.Dec.conſ.xviij.cuius ſuperſcriptio incipit,ad ſtatutum in venditione,col.ij.verſ.nec obſt.quòd datio.& rurſum col.iij.verſ.ſecundò non obſtat.& iterum conſ. clxvij.in cauſa quæ coram reuerendo,col.ij.verſ.tertiò reſpõdetur.& conſ.ccix.in caſu propoſito, col.j.& d.conſ.308.col.ij.verſ.ſecundò quia hîc agitur.& Iaſ.conſ.cl.videretur,col.ij.verſ.ſecundò & fortius,lib.iiij.& conſ.ſeq.contra conſultationem,col.iij.verſ.pro eadem parte. & Hiero. Cagn. in repet.d.l.ij.col.iij.verſ.ſecundò limita.& Pau.Pariſ.conſ.lxxvj.omnis,col.iij.nu.33.lib.iiij.

*Fraudis ſuſpicio ex hoc pacto,an habeat locũ in datione in ſolutum, ut in uẽditione.*

28 ¶Licèt contrariũ ſenſerint,ſed obiter & veluti per tranſennam,aliúdque agentes,Ang.conſ.243. multi conſortes,in fi.& Imol.col.xcviij.in quæſtione quæ vertitur,col.vlt.verſ.præterea dicta adiudicatio.& expreſsius conſ.ſeq.cuius eſt idem initium,col.ij.verſ.quintũ dubiũ.nam vtrobiq; loquitur de datione in ſolutũ,& in ea concludit,vt in venditione,præſumi contractum vſurarium, ſecundùm d.cap.ad noſtram,de empt.& vend.atque etiam Pau.Caſt.conſ.cccvj.quanquàm, col. 2.verſ.poſito autem.lib.ij.dum diſputat vtrùm datio in ſolutum facta cum pacto reuenditionis, cenſeatur vſuraria:nec diſtinguit inter eam, & aliam venditionem. & Barbat. conſ.lj. ſcripſit ſapientiæ

*De eodem.*



pientiæ fons,lib.j.& ſubobſcurè Corn.conſi.cxxxiij.viſo copioſo,per totum,lib.iij.id quoque diſputans, quod ſuprà diximus,nec aliter diſtinguens inter venditionem,& dationem in ſolutum.

29 ¶Sed pro priori ſententia facit , quòd aliàs ex neceſſaria venditione non adeò facilè præſumitur fraus aut ſimulatio,quàm ex merè voluntaria,ſpõtanea,vltronea:vt videre licet apud Ang.in l.ſi quis poſthac,col.ij.verſ.ſed limito vno modo,C.de bon.proſcrip.vbi ponit quædam exempla. & Philip.Dec.conſi.ccxxxv.in cauſa magnifici domini,col.ij.verſ.item quantitas alienationis.Nam etiam prohibita ſimpliciter alienatione , non cenſetur prohibita neceſſaria.l.alienationes,ff.famil. erciſ.& l.Diuus,ff.de peti.hære.Bal.conſ.xl.maritus ex delicto,circa medium.lib.j.& diximus plenius ſuprà tit.præced.§.j gl.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,num.11.& generale eſt.

*De eodem.*

30 ¶Sextvm,quòd contractus venditionis,factus cum hoc pacto reuenditionis,magis præſumitur pignoratitius,& in fraudẽ vſurarũ factus,ſi id factũ ita factũ ſit,vt nõ liceat niſi poſt certũ aliquod tempus redimere,quàm ſi ſimpliciter ita conceptum ſit,vt liceat intra aliquod tempus id facere,non expectato ſcilicet alio tempore.Nam hîc eſt in mera facultate venditoris,quandocunque voluerit intra tempus præſtitutum,etiam craſtino die redimere:illic verò non niſi poſt aliquod tempus, vt ſcilicet interim emptor lucretur fructus. Nam in hoc caſu expreſsim loquitur d.c.ad noſtram,vt patet ex verbis,à ſeptennio ad nouennium,ibi poſitis. Quin etiam ſunt , qui tenent huiuſmodi pactum ita compoſitum,omnino facere contractum illicitum & vſurariũ, etiã ſi nihil aliud ſit,quod vitiet,vt latiùs dicemus infrà eo.tit.§.j.glo.ij.in verbo,*à tel temps*,num.67. ſed vnum & tribus ſeq.vbi videbis an id verum ſit.

*Pactũ ut liceat poſt aliquod tempus redimere , magis ſuſpectum.*

31 ¶Septimvm,quòd etiam huiuſmodi contractus factus cum hoc pacto faciliùs præſumitur vſurarius,ſi ex lege reuenditionis maius pretium,aut etiam minus ſit reſtituendum, quàm fuerit ab emptore datum:vt de primo,ſcilicet maiori pretio ſatis probatur in cap.illo vos.& ibi Imo.extrà de pign.vbi tamen patet id non ſufficere.De quo & tu vide Card.Flor.Imo.Panor.in iiij.caſu,& alios in d.c.ad noſtram,de empt.& vend.Gul.à monte Laud.in cle.ex grandi.& ibi quoq; Card. Flor.in §.cæterùm,in ij.quæſt.eo.tit.Cy.in l.in emptione,in fi.C.plus vale.quod agit.Bald.conſi. ccclxxxix.quòd dictus contractus,in prin.& verſi.tertiò probatur,lib.iiij.& conſi.cccxj. in quæſtione Galuagini,col.j.verſ.quintò,lib.v.& conſ.ccclix.hunc paſſum,circa medium,eod.lib. v. & Cæpol.in tract.de ſimula.contract.in 4.præſumptio.& Ang.Cla.in ſua ſumma,in verbo,vſura,le j.nu.66.& Ambro.à Vigna.in tract.vſura.char.14.verſ.alius eſt caſus.& Guid.Pap.in tracta.illicitorum contractuum,col.vj.verſ.item ex eo quòd aliquid.& Steph.Bertr.conſil.clxx. ſi non ſine, col.vlt.lib.iij.& Ant.Burg.in c.ad noſtram,col.xij.verſ.tertia concluſio,extrà de empt.& vend.

*Id pactum magis ſuſpectum, ſi maius, aut minus pretiũ ſit reſtituendum.*

32 ¶De minore pretio,quod magis mirum videri poteſt,voluit is,qui vbique eſt,qui nihil nõ dixit, non tractauit,non diſſeruit.Iam intelligis Bald.eſſe,qui rerum copia non ſingulos tantùm dixerim,ſed vniuerſos penè auſim dicere,ſuperauit.Bal.igitur id voluit conſ.cxiiij.ſecundùm ea quæ proponuntur,lib.iij.vbi id videtur aſsignare ei rationi,quòd hæc res inuſitata ſit:ſicuti ſi eſſet cõuentum,vt fructus medij temporis computarentur in pretio reuenditionis faciendæ : nam & id quoque dicit:tanquam ſcilicet huiuſmodi pacta inuſitata faciant fraudem præſumi, etiam ſi cedant incommodo eius,in quem eſt fraudis ſuſpicio,ob id tãtùm quòd inuſitata ſunt & inſolita. Ita enim multi intelligunt gl.quam ſuprà ad aliud propoſitũ citauimus,in l.vj.in prin.de condit. inſti.& inter cæteros Doct.ibi, præſertim Bal.& Ang.& ipſe quoque Ang.in l.pe.C. de euict. & idem Bal.in c.tertio loco,col.vlt.extrà de prob.vbi eam dicit no.dignam cum aliis concor. adductis à Fel.in c.ij.col.vij.verſ.& ita procedunt,extrà de reſcrip.& Franc.Cur.ſenior conſ.lv.ſuper duobus,col.v.verſ.& iſtud etiam.& iterum conſ.lxvj.ſuper præmiſſa, col.18. nu.156. rurſúmque conſ. lxxiiij.ſuper memorata,col.antepe.verſ.decimò redditur,& Soc.conſ.cxxvij.quoniam, col. v.verſ.in primis,lib.iij.& Iaſ.in l.teſtamentum,C.de teſta.

*De eodem.*

*Pacta inſolita & inuſitata, ſuſpecta.*

33 ¶Ego verò,præter eam inuſitationẽ,ſi ita fari nobis permittimus,& inſolentiam,id quoque attribui poſſe arbitror nimiæ cautelæ,quæ & fraudem præſumi facit,vt ſuprà diximus num.17.quod confirmari,& ſeq.ex eadem illa gl.in d.l.vj.Neq; enim præſumitur quis ea ſibi velle auferre,quæ ſolent & poſſunt emptores ſibi aſſerere & vendicare iure proprio , niſi vt fraudem maiorem ea liberalitatis ſpecie regant: quod nihil aliud eſt , quàm quod dicimus Gallico prouerbio , *Reculer pour mieux ſaillir*.Neque enim quis præſumitur temere & ſine cauſa velle iactare ſuum, l.cùm de indebito,ff.de prob.& c.ſuper eo,de renun.cum ſi. Et hanc propriè captioſam liberalitatem appellauerim,interpretationi prudentum odioſiſsimam,l.cùm Aquiliana,ff.de tranſact. Et huc pertinet,quod de magnitudine pretij diximus ſuprà d.nu.17.& quod tradit Bal.in l.eam quam,col. x.verſ.ſed ſubiungitur,C.de fideic.ex immodica liberalitate præſumi fraudem. & ſequitur Iaſon conſi.xxvj.in fauorem,col.ij.lib.iij.

*Captioſa liberalitas.*

34 ¶Octavvm, quod per huiuſmodi pactum factum à ruſtico,aut muliere non adeò præſumendum eſt contractum eſſe vſurarium,quàm ſi ab alio eſſet factũ:vt expreſsim voluit Bal.in l. cùm allegas,per glo.ibi poſt prin.in illis verbis,& maximè ius ignorãtibus.& ibi quoque Raph. Fulg. & Petr.Suz.C.de vſur.& Firmia.in ſuo vberrimo indice,in verbo,pactum de reuendendo,verſi. 3.& iterum in verbo,ruſticitas,verſ.v.Cepol.qui id admodum commendat in tract. de ſimulat. cõtract.in vj.caſu prin.col.vj.Iaſ.qui id dicit valde no.in l.ſi quis id quod,col.vij.in v. no.ibi,ſimiliter,ruſticus,ff.de iuriſ.om.iud.& in l.iuris ignorãtia,col.j.verſ.alibi etiã ruſticus,C. qui admit. &

*Id pactũ à ruſtico, uel muliere appoſitũ minus ſuſpectum.*

Gerar.à Pet.ſing.xviij.not.diligenter,col.iij.verſi.limito tamen. & Tho.Ferra. qui id dicit ſingul. cautel.xvij.magna eſt quæſtio,col.vlt.Et optimè facit quod dictum eſt ab H. antiquo gloſſatore in interpretatione d.l.cùm allegas,C.de vſuri.vti eum refert Accur.ibi,in verbo,vltra,in princ.

*De eodem.*

35 ¶Idque ſatis rationi conſonum eſt:nam in ruſtico & muliere nõ adeò facilè fraus,aut dolus præſumitur,vt in aliis,ſed ſimplex meráque ſimplicitas,vt ſcribit Bal.in rub. C.de rerũ permu.verſ. item quare donatio.Et de ruſtico probatur in l.vlt.C.de teſta.cum multis ſim.adductis à gl.ibi.& de muliere,per no.à gl.& Doct.in l.vbi,ff.de eden.Bal.in l.precibus,col.v.verſ.quid ergo ſi petiit, C.de impub.& aliis ſubſtit.cum multis aliis concord.à me congeſtis in Legib.connubialib.in ix. lege.verſ.propterea neſcio.Idem quoq; de milite dicere potes,per l.quòd adhibitus,C.de his qui ſibi aſſcrib.cum ſimul.Nam & de milite,vti & de ruſtico,& muliere,& minore loquitur Alber.in d.l.vbi,de eden.Illud autem receptiſsimum eſt,perſonam contrahentis inſpiciendam eſſe ad inducendam præſumptionem fraudis & ſimulationis in contractibus,aut contrà, etiam omnium iudicio,qui dicunt quòd ſi perſona ſit ſolita fœnerari,id magnum calculum addit ad præſumendum contractũ vſurariũ:vt diximus ſuprà poſt prin.nu.5.neque id. & dicemus etiã inferius in fi. huius tit.nu.132.& id potiſsimũ.Super eo tamen,quod de muliere diximus. vide Barb.conſ.8.illud afferã,col.v.verſ.modò in propoſito,lib.iiij.vbi videtur pungere in contrariũ.Cuius opi.fulcire potes ex multis,quæ in illa ix.lege cõnubiali diximus de auaritia,fraude & calliditate mulierũ.

*Idẽ de milite.*

*Rurſus de muliere.*

*Probationes leuiores hìc admittuntur.*

36 ¶N o n v m, quòd ad probandum huiuſmodi contractus vſurarios admittuntur & ſufficiũt probationes,quæ in aliis cauſis minus eſſent ſufficientes,propter excogitatas fraudes & calliditates, quæ in tractatibus fœneratoriis fieri ſolent,vt no.Io.And.in c.ex literis,extrà de iureiu.& in c.ij. eo.tit.lib.vj.Pau.Eleaza.in ſua diſputatione incip.contra inſtrumentũ debiti opponitur. & Petr. Anch.in c.ad noſtram,extrà de emp.& vend.vbi eos allegat,& ſequitur Alex.conſ.xlvj.circa præſentis,col.j.verſ.concurrit etiam probatio,lib.iij.Io.Plat.in l.vlt.C.de vſu.fiſca.Rodulph. in tract. vſur.q.lxxxviij.Phil.Fran.in c.j.§.qui verò,de vſur.lib.vj.Franciſc.Ripa lib.ij.Reſpon.ca.ij. nu.7.

*Et generaliter in his quæ clã,callidè & ſimulatè fiũt.*

37 ¶Et id generale eſt,vt ad eorum probationẽ,quæ clam,callidè,fraudulenter,ſimulatè fiunt, ſufficiant indicia,coniecturæ,& præſumptiones,l.non omnes,§.à Barbaris,ff.de re milita.& l.dolũ, C. de dolo malo.& d.c.illo vos,& ibi Inno.& Ioan.And.de pigno.& d.cap.ad noſtram, de emptio. & vendit.qui quidem poſtremi tex.loquuntur de vſuris,vti etiã c.cùm in diœceſi, extrà de vſur. & cap.ij.de renun.lib.vj.Hoſt.loquens etiam in vſuris,in ſumma tit.de vſur.§.qualiter cõtractus, & iterum §.ſeq.col.j.verſ.ſufficiunt etiam Bar.Ang.Raph.Co.Fulg.& Iaſon qui multa collegit,in l.ſi quis ex argentariis.§.Prætor ait,ff.de eden.Pet.Anch.etiam loquens in vſuris,conſi.ix. plurimæ,ad fi.& Card.Flor.& ipſe loquens de vſuris,conſ.xciiij.hæc eſt quædam,col.vlt.verſi. quartò ad idem.Imo.conſ.138.in quæſtione,col.j.Pau.Caſt.conſ.cix.viſa petitione,in prin.& rurſum col. 2.in prin.lib.2.vbi etiam dicit in hoc ſufficere leues coniecturas.quod admodum notandum eſt, ſi verũ ſit.Alex.conſ.lxiiij.viſo themate,col.ij.li.j.& conſ.xxiiij.animaduerſis,col.ij.verſ. ad quod oſtendendũ,& iterũ col.v.verſ.vltima præſumptio,lib.2.vbi alios allegat,& latius conſ. lxix.viſa facti narratione,in prin.eo.lib.2.& conſ.ccxij.viſis & diſcuſsis,in fi.eo.li.2.& conſ. cxv.viſo themate,col.iij.verſ.accedit quia ſumus,lib.4.& conſ.liiij.circa primũ. col.j.verſi.nam ad probandũ, lib.vj.vbi expreſsè loquitur de huiuſmodi venditionibus factis cum hoc pacto reuendendi, & conſ. cxliij.viſo titulo,ad fi.eo.lib.vj.& conſ.cxcvij.in cauſa vertente,col.vlt.verſ.accedit illud li. 7.Soci.conſ.xvj.in cauſa,lib.iij.Cæpolla in tractatu de ſimulat.contractuum,in vlt. præſumpt.& Steph.Bertr.conſi.cxxxvij.viſo proceſſu,col.ij.lib.j.& Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori,col. vij.verſ.in viij.quæſtio.ff.de ope.noui nuntia.& conſ.cxlj.viſa longa,col.ij.verſ.prædicta fortius, lib.iiij.& Phil.Dec.conſ.ccccxliij.in caſu propoſito,col.iij.nu.14.& conſ.dlxxxvij. coram magnificis,col.ij.verſ.& pro fundamento.& Docto.in locis propè infinitis.

*An in id ſufficiant leues cõiecturæ.*

*Et in his probationes imperfectæ coniunguntur.*

38 ¶Nam & in his,{ſcilicet in clandeſtinis ac frudulentis actibus} probationes imperfectæ coniunguntur,quæ aliàs non coniungerẽtur.Ant.in c.veniẽs,le j.ad fi.de teſtib.Alex.d.conſi.24.col. vlt. li.ij.Phil.Dec.in c.cum cauſam,col.3.verſ.& iſta concluſio,extrà de proba.Pau.Par.conſ.lv.cõtractus,col.v.nu.33.li.j.& admittũtur teſtes ſingulares,vti in aliis,in quibus ſufficiunt coniecturæ & indicia.Pau.Par.conſi.lvij.& ſi exhibendum,col.pen.nu.49.lib.j.vbi in id allegat conſ. Alex.

*Et admittũtur teſtes ſingulares.*

*Fiducia eſt pactũ reuẽdẽdi, ſiue fiduciaria mãcipatio,uel uenditio.*

39 ¶E t cum his finem huic præfationi faciam,modò illud primùm Lectores monuerim,Budæum noſtrum,virũ per omnia conſummatiſsimũ,& qui antiquitatẽ cum nouitate miris ac mirãdis modis vbiq; contulit atq; coniunxit,ſcripſiſſe in annotationib.ff.contractũ ſub hac redimendi reuẽdendíq; lege factũ,eum omnino eſſe,quẽ veteres fiduciã ſiue fiduciariã mancipationem,aut venditionem vocabant,idcirco quòd reſtituendi fides interponeretur.ídq; probat & Ciceronis in pleriſq; locis,& Boëthij in Topicis,& aliorũ autoritate.Ex quibus duo inter cætera in hãc rem videntur eſſe apertiſsima.Nam Liuius li.2.Belli Macedonici,Optimũ(inquit)ratus Nabidi eam (de Argis autẽ loquitur)Lacedæmoniorũ tyranno velut fiduciariã dare,vt victori ſibi reſtitueret,ſi quid aduerſi accidiſſet,ipſe haberet.Et Boethius in 4.Topicorũ cõment.Fiduciã(ait) accepiſſe dicitur, cuicunq; aliqua res ea lege mancipatur,vt mãcipanti aliquando remancipet,veluti ſi quis tempus dubiũ timens,amico potentiori fundũ mancipet,vt cùm tẽpus illud ſuſpectũ præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur,idcirco quòd reſtituendi fides interponatur.Hæc ille.

40 ¶Cicero autem,præter loca à Budæo citata,huius fiduciæ meminit lib.3.Officiorũ,in duobus locis,vbi



*De eodem. Fiducia depoſitum.*

cis,vbi inter bonæ fidei contractus & eam nominauit:quibus locis,ni fallor,fiduciã pro depoſito accepiſſe videtur.Nam & pro Roſcio,Si qua(inquit)ſunt priuata iudicia ſummæ æſtimationis,& penè dicam capitis,tria hæc ſunt,Fiduciæ,tutelæ, ſocietatis. Et pro Aulo Cecinna , His tribus & mandatũ adiunxit,dixítque hæc quatuor iudicia eſſe famoſa,quod & leges noſtræ loquentes de depoſito,id eſt,fiducia,& cæteris illis tribus,tradunt,in l.j.§.qui pro ſocio,ff.de his qui not. infa. vbi & illud traditur,depoſitum,tutelã,mandatũ,& ſocietatẽ,famoſa eſſe iudicia,id eſt, quæ infamiã condemnatis irrogãt,vt iam non admodũ dubitandũ ſit,quin illa Tullij fiducia ſit noſtrorũ Iuriſcõſultorum depoſitũ.Nam & videmus titulos depoſiti,mãdati,pro ſocio,tanquã copulatos, & quadam cognatione coniunctos,ſeſe continenter ſequi,tam in ff.quàm in C.Nec dubito,quin & tutela iis fuiſſet adiuncta,niſi tractatũ priuatum ac peculiarem multorum titulorum habuiſſet.

*De eodem. Fiducia pro pignore.*

41 ¶Sed & fiduciæ quoque meminit Paulus Iuriſconſultus(ſi is eſt,quod mihi ſemper dubium fuit) lib.iij.Sententiarũ,tit.ix.qui eſt,de vſufructu,§.ſeruis do.cùm dicit : Sed ancillarum appellatione tam virgines,quàm pueri,continẽtur,iis ſcilicet exceptis,quæ fiduciæ datæ ſunt.Quo in loco interpres fiduciam pro pignore interpretatur.Nam & idẽ apertiſsimè libro eiuſdem operis ij.tit.12. qui eſt,de depoſito,in multis locis fiduciã pro pignore accepit,& fiduciariũ ſeruũ pro oppignorato.Et tit.ſeq.qui eſt de lege cõmiſſoria,fiduciariã rem pro data pignori. Quanquã ipſe Paulus alibi videlicet lib.v.eiuſdẽ quoq; operis tit.j.in prin.pignus & fiduciã tanquã diuerſa poſuiſſe videatur,cùm dicit:Homo liber nullo pretio æſtimatur, id eſt,nec pignori ab his , aut fiduciæ dari poteſt.At pro pignore accepiſſe videtur Tullius in oratione pro L.Flacco:quẽ & Budæus citauit:Pecuniam adoleſcẽtulo grandi fœnore,fiducia tamen accepta occupauiſti:hanc fiduciã cõmiſſam tibi tenes hodie,ac poſsides : eum tu teſtẽ ſpe recuperandi fundi paterni venire ad teſtimoniũ dicendum coegiſti.Denique alio omnino ſignificatu dicitur fiduciã contrahere , in l.ij.§. ſed neq; auus,ff.ad S.C.Tertul. & in §. vlt.Inſti. de legit.agn.ſucceſ. Porrò fiduciariæ hæreditatis fit mẽtio in l.certi cõdictio,§.j.ff.ſi cert.pet.& in l.Seius,ff.ad S.C.Trebel.vbi & fiduciarij quoq; hæredis mẽtio fit in duobus locis.Et fiduciariæ tutelæ:atq; fiduciarij tutoris,in §.j.Inſti.de fidu. tut. Fiduciarij patris apud Caium lib.Inſtitutionũ j.tit.quibus modis filij exeũt de poteſtate patris,§. emancipatio.De quibus etiã nonnulla tradit Alcia.lib.παρέργων iij.cap.xxvj.eodémq; vlt.{ Et poſt priores noſtras huius operis editiones Io.Corraſius Miſcella.lib.vj.ca.ix.Porrò Cicero ipſe li. 7. Epiſt.familiarium,epiſt.12.hanc dicit formulam fiduciæ fuiſſe , Inter bonos bene agier oportet.}

*Fiduciam contrahere. Fiduciaria hæreditas. Fiduciarius hæres. Fiduciaria tutela. Fiduciarius pater.*

## §. PRIMVS.

QVAND AVCVN acquiert par contract de vente aucune choſe immeuble,peut par iceluy meſme contract [a] , ou par vn autre apart iceluy iour ou lendemain donner grace de retraict au vendeur , iuſques à tel temps [b] , & pour tel pris , que accordé eſt entre eux [c] . Et quand ladicte grace eſt donnée apart dudict principal contract, celuy iour [d] , ou lendemain,la choſe eſt veuë eſtre faicte in limine contractus [e] , tellement que ledict vendeur,à qui ladicte grace eſt ainſi donnée, ou ſes heritiers [f] , ſont & ſeront preferez [g] és lignagiers, qui vouldront auoir la choſe par retraict lignagier pendant ladicte grace.

*CVM QVIS emit rem quampiam immobilem, poterit per eum ipſum contractum [a] emptionis , aliúmve ſeorſum,eodem die , aut poſtridie ius venditori facere rem ipſam redimendi intra tantum tempus [b] , & pro tanto pretio,quantum inter eos conuentum fuerit [c] : cenſetúrque huiuſmodi facultas,etiam ſeorſum à principali contractu conceſſa , ſed eodem tamen die [d] vel poſtridie , facta eſſe in limine contractus [e] .Proindéque venditor,cui ea facultas facta eſt,eiúſve hæredes [f] ,præferentur [g] ,conſanguineis retractu gentilitio vti volentibus intra tempus huic facultati præſtitutum.*

## PAR CELVY MESME CONTRACT, PER EVM IPSVM CONTRACTVM, GLO. I.

*Pactũ reuendendi,pars cõtractus.*

1 QVO quidem caſu,cùm ſcilicet id pactum apponitur in ipſo cõtractu,cenſetur eſſe pars ipſius,vt præter eos,quos ſuprà citauimus in præfat.huius titu.nume. 21. & id quidem credo,voluit Bald.conſ.ccccxv.illa ſolennitas,lib.ij.dum dicit,quòd ſi tempore contractus fuit actum de eo reſoluendo,reſolutio quæ poſteà fiet,non eſt propriè reſolutio , ſed executio ipſius contractus , per l.iij.§. ſi ab ignoto. ff.de manumiſ. & l. prima,in fin. ff. de rebus eorum , & idem Bald.in l.petens , colum.vlt.verſicu. ſecundò & vltimò,C.de pact. vbi loquitur in caſu l.ij.C.de pact.inter empto. quæ,vt multis placuit,loquitur de huiuſmodi pacto.& Alexand.

etiam

etiam ſpecialiter de hoc ipſo pacto loquens conſ.cxxij.viſo proceſſu vtriuſque cauſæ,col.j. verſi. ſed iſte teſtis,li.ij.vbi & ex hoc dicit, quòd ſi in contractu fuit promiſsio facta de retrouendẽdo, non videtur ab eo receſſum per inſtrumentum illius venditionis poſteà purè & ſimpliciter, id eſt,ſine ea promiſsione,aut pacto factum,etiam ex interuallo,per l.ſi tibi liberum,ſecundùm vnũ intellectum,ff.de act.emp.& l.ſi binarum,ff.de ſeruit.vrba.prædio.nam cùm eſſet ius pacti quæſitum,non præſumitur voluiſſe illi renuntiare ex ſequenti actu,etiam interpoſito ex interuallo, l.cùm de indebito,ff.de probat.& cap.ſuper hoc,de renunti.Licèt(inquit)ſecus eſſet, ſi nõ in cõtractu,ſed in præfationibus contractus fuiſſet dictum:quia tunc demum intelligitur in contractu ſequenti,ſi is continuò factus fuit,non etiam ſi ex interuallo, l.item quia,in fi.cum ibi not.à Bart. & aliis,ff.de pact.& l.Titia,§.idem reſpondit,ff.de verb.oblig.iuncta l.per retentionem,cum gl.C. de vſur.& l.cùm plures,§.locator horrei,ff.loca.ſecundùm vnum intellectum:quia nondum erat ius pacti quæſitum.Et ita declarat Imo.in l.quoties,§.tantundem,ff.de hæred.inſti.& in d.§.idem reſpondit:quod notãdum eſt admodum,quia quotidie vſu euenit. De quo & nos latiùs dicemus infrà in fi.huius tit.q.iiij.Sed & id,quod diximus huiuſmodi pactum eſſe partem contractus, expreſsè quoque tenuit Steph.Bertr.conſi.xv.viſis inſtrumento,lib.ij.

*Id pactum in contractu conuentũ, non tollitur per ſimplex inſtrumẽtum.*

2 ¶Ex eo autem pacto in contractu appoſito oriuntur duæ actiones,ſcilicet antiqua deſcendẽs ex contractu præambulo,informata ad id quod deducitur in pactum.Altera præſcriptis verbis,inſurgens ex dicto pacto,cohærentia contractus,vt dicit expreſsè de hoc pacto loquens,Signo.conſi. 4.ſtatuto ciuitatis,col.iij.verſ.nonò probat natura.& iterum conſi.cxxxix.caſus D.pretio, col.j. verſ.ſecundò præmitto,per tex.optimum in d.l.ij.iuncta gl.C.de pact.inter empt. vbi & hæc eadem ſcribit Sal.& Franc.Aret.conſ.vj.viſo inſtrumento,col.iij. & Zaſius conſ.xij.nobiles, nu.38. & ſeq.lib.j.Sed & Soci.conſ.ccliij.in cauſa domini.col.iij.in tertio dubio,ſcribit id pactum, etiam nudum,id eſt,ſine ſtipulatione in contractu,aut incontinenti pòſt appoſitum,veſtiri, aut cohærentia ipſius contractus,aut rei interuentu,aut etiam vtroque:ex eóque oriri actionẽ ſecundùm communes concluſiones Docto. in l.in bonæ fidei. C. de pactis. Sed & etiam oriri actionem ex contractu informato à pacto ad ea, quæ pacto ipſo conuenta ſunt,& ſic ad reddendum,per l. iuriſgentiũ,§.quinimo,& ibi not.ff.de pact.& l.lecta,§.dicebam,ff.ſi cert.pet.Et idem quoq; voluit Fran.Are.in l.fideiuſſor,§.meminiſſe,col.j.verſ.j.ff.de leg.j.vbi hoc eleganter declarat.

*Ex hoc pacto duæ actiones oriuntur.*

3 ¶Et certè hæc eſt communis noſtrorum ſententia,quòd ex quocunque pacto incontinenti appoſito oriuntur duæ illæ actiones,prior ex ipſo contractu informata,& ad pactum extenta: altera præſcriptis verbis,quæ ex eodem contractu naſcitur.& ita tenent gl.quæ & de hoc quoq; noſtro pacto loquitur Bart.& potior pars Doct.in d.l.in bonæ fidei,& in l.ex placito, C. de rerum permut.& in dicto §.quinimo.& ipſe Bart.in rub.ff.de præſcrip.verbis.Bal.in repe.d.l.petens, C. de pact.& in l.alia,C.de iur.dot.Salic.in l.ſi conuenerit,ff.de hæred.vel actio.vend.Pau. Caſt.cõſ. cxliij.viſo proceſſu,poſt princi.lib.ij.& Docto.vbique.Tu tamen vide Alcia.qui diſtinguit in d.l. in bonæ fidei,in verbo, actio,declarans quæ ipſe antè ſcripſerat,lib.v.Paradoxorum, c.j. vbi aduerſus omnes tenuerat,ex pactis,quæ incontinenti facta contractui inſunt, vnam tantùm actionem ex eo contractu dari,non etiam præſcriptis verbis : ſed vtrobique dicit id non obtinere in noſtro pacto,aut alio contractus reſolutiuo,vt apud eum videre poteris. De quo & tu vide Ioh. Oldendorpium actionum claſſe iiij.acti.xl.vbi illam Alcia.ſententiam temperat.

*De eodem.*

## A TEL TEMPS,
## INTRA TANTVM TEMPVS, GLO. II.

1 QVID ſi certum tempus non fuerit huic pacto præſtitutum,ſed conuentum eſt ſimpliciter venditorem poſſe rem venditam redimere reſtituto pretio venditionis,intra quod tempus erit venditor audiendus,volens ex hoc pacto redimere? quóve tẽpore ab eo ſummouebitur? Ang.de hac ſpecie expreſsim interrogatus reſpõdit huic facultati xxx.annis præſcribi,in conſilio lv.ex pacto de retrouendendo,per l.ſi quis,§.j.C.de præſcrip.xxx.ann.& l.j.C.de anna.excep.Et idem quoque apertè voluit Alex.conſ.ccxxviij.ponderatis his quæ ſeriosè,col.vlt.verſ.non obſtat etiãſi diceretur,lib.vj.& Franc.Balb. in tract. præſcr. in iij.q.quartæ partis quintæ partis prin.Caro.Ruin.conſ.lxxxiiij.quoniam.col.vlt.nu.14. lib.j. & Zazius conſ.xij.nobiles,nu.75.& D.Boer.deciſ.clxxxij.& per ſuprà dicta,col.j.& omnes,quos citabimus infrà,nu.7.Et idem diximus de retractu conſuetudinario,ſiue municipali, cui à conſuetudine non eſt præſtitutum certum tempus,ſuprà tit.præcedente,§.j.gloſ.x.in verbo,*dedans l'an*, nu.10.ex quibus conſtat.& iterum §.vlt.eiuſdem tit.in verbo,*notifiée au greffe*,in xiij.quæſt.

*Si tẽpus huic pacto non fuit conuentum, de quo tempore intelligitur.*

2 ¶Et hoc ſanè minimè dubium eſſe videtur:quanquàm ſcio Alb.in l.ij.ad fi.C.de pact.inter emp. & vendit. compo. de hoc noſtro caſu retractus conuentionalis ita ſcripſiſſe, videlicet quoſdam dicere,cùm non aliquod certum tempus conuentum eſt,ſemper id ius competere,propter verbũ, quandocunque,quod eſt in eo textu.Alios vſque ad triginta annos tantùm,quia tanto tempore actio perſonalis tollitur,l.ſicut,C.de præſcrip.30.vel xl.anno.Vbert.verò vſque ad xl.annos, inſtar creditoris poſterioris offerentis priori,l.cùm notiſsimi.§.eodem iure,C.eo.tit. Et nihil aliud dicit Alb.tanquam hanc poſtremã opi.ſecutus fuiſſe videatur.Et certè ſcio alios multos huic noſtræ quæſtioni illam quoque miſcere,qua tractatur,vtrùm,& quo tempore iuri offerẽdi præſcribatur:

*De eodem.*

*Iuri offerẽdi, an & quo tẽpore præſcribatur.*



batur:ſed illud ius non id eſt,de quo tractamus,ſed haud dubiè aliud, quod inter multos creditores ex legis diſpoſitione competit,de quo videre poteris per omnes in d.l.cùm notiſsimi,& latiſsimè per D.Ioa.Igneum,qui antiquiorum ſententias recenſet,in l.in cognitione,nu.83.& multis ſeq.ff.de ſenatuſc.Sylla.Sed quod ad noſtram quæſtionem priuatim pertinet, ego ei ſentẽtiæ, quæ triginta annos huic rei præſcribit,magis accedo,vt iam ſuprà dixi.

3 ¶Quòd tamen intelligendum eſt,ſi res ipſa empta manſerit penes emptorem.Nam ſi emptor in alium tranſtulerit,vt poteſt,ſicuti videbimus infrà eo.tit.§.iij.videretur hũc tertium, qui ab emptore accepit,minori ſpatio,videlicet decẽ annis inter præſentes,viginti inter abſentes,rem ipsã vſucapere:vti in ſimili de retractu municipali latè diximus ſuprà tit.præcedente,§.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.11.ſed id tamen,& nu.ſeq.vſque ad 17.incluſiuè,vbi etiam cõperies,an id procedat,ſi is tertius ſit vniuerſalis ceſsionarius omnium bonorum.Sed & poſteà,ſcilicet nu.18.verùm illud,videbis,quid dicendum ſit,cùm primus emptor poſſedit aliquo tempore, & alter cui vendidit alio tempore,quantũ tempus tunc requiritur ad vſucapionem eius rei, ibi vide, ne hîc iterum inculcem.Sed ita tamen vt omnino videas D.Boer.deciſ.clxxxij.& per ſuprà dicta,num. 14.& 36.& multis ſeq.& 41.& ſeq.vſque ad finem.

*Quid ſi res ſemel empta alteri fuit uendita.*

4 ¶Intellige ſecundò,vt illud ſcilicet procedat:cùm dictum eſt ſimpliciter,vt venditor poſsit retrahere.Nam ſi conuentũ ſit,vt ad tempus poſsit retrahere,nulla alia certa adiectione tẽporis,poſſet videri non niſi annum id tempus durare:ex eo quod tradit Bal.in l.vſuræ.per glo.ibi, C.de vſur. quòd tempus abſolutè poſitum intelligitur de anno,& in plurali numero de biennio,& dimidiũ temporis pro ſex menſibus.Sed potius dicendum videtur,id intelligi de decẽ annis,per illã memorabilem l.ſine præfinito,ff.de pœn.qua probatur tempus ſine vlla declaratione prolatum, intelligi de decennio.Et quamuis ea l.ſimpliciter vtatur illis verbis,ſine præfinito tempore,nec aliâs declaret,an fuerit facta mentio temporis,an non,tamen glo.& Bart.ibi eam intelligunt,cùm nuncupatim facta eſt mentio temporis,ſed incerti:nam ſi nulla facta eſt,intelligitur in perpetuum,per tex.de eodem caſu loquentem,in l.ſeruus,C.eo.tit.quam ita etiam intelligunt Bald. & Sal.ibi, & idem Bal.in l.minoribus, C.de Decu.lib.x.Eam autem priorem l.dicunt ſing.Bar.& Alex. in addit.illius ſuper eadem.& Bal.in l.j.paulò ante medium,C.de poſtul.& in c.ex literis,col.iiij.verſi. quid ſi iudex,& ibi Ant.Imo.& Pan.extrà de conſtit.& idem Bal.in c.j.ad fi.extrà de trãſla.epi. Barb.in c.ſi quorundam,col.vlt.de ſolu.& Iaſ.in l.ita ſtipulatus,col.ij.ff.de verb.oblig.Tu autem ſuper intellectu illarum duarum ll.vide ampliſsimè Feli.& Philip.Dec.poſt alios,in d.c.ex literis.

*Quid ſi ſimpliciter dictũ ſit, ut ad tẽpus poßit redimere.*

5 ¶Quid tamen,ſi dicamus in hoc obſeruandum eſſe morem regionis vſitatiſsimũ:vt ſi dari ſoleat annus in eam rem,de anno intelligatur:ſi aliud,de alio. Atque ſic naturam cauſámq; negotij inſpiciamus,ſecundùm gl.in d.cap.ex literis,in verbo,in perpetuum,ad fin. & ibi quoque alios, de conſtit.Et certè ſi mos vniformis fuiſſet,fortaſſe is obſeruandus eſſet,tanquã contrahentes de eo intellexiſſe viderentur,per tex.in l.nummis,ff.de lega.3.& l.ſemper in ſtipulationibus, ff.de regu. iur.& l.quòd ſi nolit,§.quia aſsidua,ff.de ædil.edict.cum multis ſim.& cõcord.collectis à Matthę. Afflict.deciſ.ccxxvj.ſereniſsimus.Nam & is mos eſt veluti altera natura,prouerbio apud Gręcos celeberrimo,ἔθος ἄλλη φύσις:quod ex Eueno poeta apud Ariſt.li.vij.Ethic.c.x.deprõptũ videtur. Sed ſi mos multiformis ſit & varius,omnino intelligẽdũ eſt de decẽ annis per ſuprà dicta.Et pro iſta diſtinctione moris vniformis,& multiformis faciunt no.in ſimili,in c.ex parte,extrà de cẽſib.

*An in hoc ſeruandus ſit mos regionis.*

*Prouerbium, Mos & conſuetudo altera natura.*

6 ¶SED non parum dubij eſt,cum expreſsè dictum eſt,vt venditor poſsit redimere quãdocunq;, vel toties quoties voluerit,vel perpetuò,vel ſemper,vel aliàs id genus: nam & id interdum fieri ſatis conſtat ex l.ij.C.de pact.inter emp.& vend.An tunc igitur poterit venditor ſemper & quãdocunq; redimere,nulla obſtante præſcriptione.An verò ei facultati aliquo, & quanto tempore præſcribetur.Et certè videtur aliquo tempore præſcribi,vt ſaltem euitetur infinitas(quæ vox, vt id obiter dicã,Ciceronis eſt in multis locis,videlicet lib. Offic. j.quo loco de gradibus ſocietatis loquitur.& lib.Quæſtionum Academi.4.& lib.j.de Natura Deorum,& in lib.de Amicitia)vt inquam vitetur infinitas,id eſt,ne in infinitum emptor maneat obligatus ad reuendendũ,contra l.ſi quis vina,§.vlt.ff.de peric.& cõmo.rei vẽdi.& l.qui bona,§.vlt.ff.de dam.infect.& ibi cõcor.in gl. & Doct.natura enim infinitũ vitare ſolet,vt ſcienter ſcribit Ariſt.lib.de generat.animal.j. c.itẽ j.

*Quid ſi cõuẽtum ſit, ut poſſet quandocũque redimere.*

*Infinitas, dictio Ciceronis*

*Infinitas uitãda.*

7 ¶Qua ratione motus Bal.conſi.ccciij.ad euidentiam præmittendum,col.ij.verſ.quæro vtrũ,lib.j. reſpõdit non valere pactũ,quo ſine præfinitione tẽporis & vſq; ad infinitũ teneatur emptor reuendere vẽditori:addítq; & alteram rationẽ,quia præſcrip.30.anno.eſt odioſa,ideóq; ei renũtiari non poteſt,vt not.Bar.in l.nemo,ff.de leg.j.de qua ratione poſteà dicemus.Sed ex iis verbis Bal. ſatis declaratur huic facultati redimendi aliquo tẽpore præſcribi,ſaltẽ 30. annis.Id quod etiã expreſsè voluit Signo.cõſi.139.caſus,A.pretio.& Io.Fab.in l.cùm notiſsimi,per illũ tex.in princ. C. de præſcrip.xxx.vel xl.anno.& Ang.d.conſ.lv.verſ.hîc tamen inſurgit dubiũ:vbi plus dicit, id procedere,etiã ſi tale pactũ ſit iuratũ:atque etiã ſi dictum ſit expreſsè,quòd poſsit venditor ſemper retrahere.& non obſtãte quacunq; præſcriptione,quod certè idem eſt cum eo,quod ſuprà ex Bal.diximus.Et id ſecutus eſt Fel.qui ſolũ Ang.citat,in c.cùm acceſsiſſent, col.xiij.verſ. ſecundò declaratur,extrà de conſtit.& in cap.ſi diligenti, colum.iiij.verſic.ſecundum correlarium,de foro compet.& in rubr.de præſcrip.col.vj.verſ.fallit quartò,Iaſ.in l.ſi mater,ante fi.C.de inſtit. & ſubſtitu.vbi dicit,ſe ita de facto interrogatũ reſpondiſſe:& id verè conſuluit conſi.xcij.illuſtriſsimus. colum.

*De eadem re. An ualeat pactum, ut liceat in infinitum retrahere.*

*Quid ſi pactũ ſit iuratum.*

col.vlt. verſ.nonò,lib.iij.& rurſus idem Iaſ.in l.petens,col.iiij.verſ.circa iſta, & ibi quoque Clau. Aquen.col.j.{Iacob.à S.Georgio col.ij.verſ.amplius dico vobis.}Phili.Dec. col.ij. verſ.item concluſio.& Ioan.Pute.charta 2.C.de pact.idem Dec.conſi.clxiiij.non fuiſſet propoſiti,col.vlt. verſi. venio ad aliud dubium. Maſuer.tit.de empt.& vend.§.item ſæpe in venditione.Carol.Ruin.cõſ. clxvij.perſpectis,col.iiij.nu.15.& ſeq.lib.j.& conſi.cl.ex his quæ in facto,per totum,li.iiij. vbi omnino vide,& Franciſ.Balb.in tract.præſcript.in iij.quæſtio.quartæ partis,quintæ partis princ.vbi dicit hanc opin.eſſe veriorem & communiorem,tenendámq; & iudicando & conſulendo.Thomas Parpal.in l.ij.col.ij.ff.ſolut.matri.Matthæ.Afflict.in tracta.Protomixeos,in verbo, licèt enim ſuprà diximus,col.antepe.verſi.item quæro de alia quæſtione,in princ.eius quæſtio. Ludo. Gozad.& Hiero.Cagno.in repet.l.ij.ille col.xviij.hic col.v. verſ. ille verò cui factum eſt, C.de pact. inter emp.& vendit.D.Boer.in conſuetudine Bituric.tit.de præſcripti.§.j.in glo.j.in fi.& in d.deciſ.clxxxij.& per ſuprà dicta,col.ij.nu.4.& ſeq.& iterum deciſ.ccclj.duæ ſint,nu.6.Gerard.à Petra notab.xviij.nota diligenter,niſi tamen(vt ſubdit)interuenerit iuramentum,contra Ange. vbi ſuprà.Steph.Bertr.conſ.clxxxj.viſo conſultationis themate,col.ij.verſ.ſed vbi,& ſeq.vſque ad fi. conſilij,lib.3.Franciſ.Ripa in repetit.l.vlt.in lxiiij.quæſt.C.de reuoc.donat.Ant.Rube.conſi.3.dicitur in contractu,per totum.& iterum conſil.lxxv.præſupponitur in facto , circa medium. Petr. Rebuf.in repet.l.j.in j.not.nu.53.C.de ſentent.quæ pro eo quod inter.& Ioa. Montolonus in ſuo vtriuſque iuris promptuario,in verbo,emere : vbi ita dicit fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi anno M. D. XV. licèt contrarium fuerit iudicatum in Parlamento Diuionenſi, cuius poſterioris areſti,vt noſtri appellant,is certiſsimus fuit:quia vt refert Chaſſe.conſ.xj.*le cas eſt tel*,col.vj. verſi. & eandem opin.id latum fuit aduerſus ipſum Montol.& eius fratres.{Et eandem ſententiam ſecutus eſt Marian.Soci.Iunior conſ.cxlv.viſo puncto,& aliis in j.dubio,lib.j.cuius conſi. primùm edita ſunt anno 1550.cùm id meum opus pleraque hæc omnia continens iam editum fuiſſet anno ſcilicet 1543.Quod eò dicere voluimus,ne quis putet hæc me ab eo ſuffuratum fuiſſe, ſed an ille è diuerſo ex me acceperit,aliorum ſit iudicium,qui vtrunque legerint.Sed & eandem ſententiam amplexus eſt nouiſsimè Hieronymus Schiurpero conſi.xlj.præmiſſa omnia,num.8.& latius conſ.lxx.domini,& c.veritas,per totum,vbi & id latè examinat. }Et idem in ſtatuto faciente poteſtatem redimendi rem venditam quandocunque reſtituto pretio , vt ſcilicet intelligatur intra triginta annos,reſpondit Pau.Caſt.à nullo Recentiorum memoratus,conſi.ccccxxx.circa primũ quæſitum,in princ.lib.ij.

*Areſtum.*

*An idem ſit in ſtatuto.*

8 ¶Sed plus dicit Petr.Anch.maximæ apud noſtros autoritatis,conſi.cccxxxj.viſis diligenter actis, col.ij.verſ.tertiò eſt aduertendum,& ſeq.quòd huic redimendi facultati ex pacto cõpetenti, præſcribitur decem annis.quem citat,nec tamen ſequitur Fel.in d.c.cùm acceſsiſſent , vbi ſuprà, de conſtit.ſed eum ſimpliciter citat Caro.Ruin.conſi.xxvij.ſtante pacto,col.iij.nu.6.lib.iij.Et quidẽ Pet.ipſe in hoc ſolus eſt,niſi ei fortè adiungendum exiſtimes Raph.Fulgo.conſ.clvj.viſis themate,col.pe.verſ.octauò,vbi tenuit dictionem,ſemper,in aliqua diſpoſitione appoſitam , non impedire præſcriptionem decem annorum,tum per alia multa, tum per gl.in l.nam Imperator , ff.de legib.quæ exponit dictionem,perpetuò,ibi poſitam,id eſt decennio,tanquam etiam idem ſentiat Fulgo.de hoc verbo,perpetuò,& ſim.Cui adde & tex.in l.aduerſus,in verbo,ſemper,iuncta gl.in verbo,certos annos,C.de vſur.Ex quibus Bal.& Sal.ibi,in fin.not. hanc dictionem verificari in triennio,& x.& xx.annis.& Ang.in l.minimè,per eum textum,ff.de legib.& Alex.conſi. clxxxij. viſo proceſſu,col.iij.verſ.præterea in dictis,li.vij.Sed illud ipſius Fulg.& dictæ l. nam Imperator, & d.l.aduerſus,eſt propter ſubiectam materiam,& tamen non ſine dubio eſt:vt videre licet ex eo, quod ſcribit Bal.in l.quòd ſi nolit,§.ſi quid ita,in antiq.lectu.ff.de ædil.edict.

*De principali quæſtione.*

*Semper.*

*Perpetuò.*

9 ¶Eam autem ſententiam,quæ huic pacto reuendendi quandocunque,dicit præſcribi xxx. annis, præter illam ingnitatis rationem ſupra in prin.adductam,adiuuat quod ſcribit gloſſ. not.in c.j.in verbo,quandocũque,& ibi etiam And.Iſer.Bal.col.j.Mart.Laud.Aluar.& Card.Alex.tit. de feud. dat.in vicem leg.commiſſ.quòd licèt tex.ibi dicat,quòd debitor quandocunque ſoluendo poterit recuperare pignus,quod dederat ſub pacto legis commiſſoriæ,intelligitur tamen, niſi fluxerit tẽpus xxx.annorum.per hæc apertè innuens,quòd ea dictio,quandocunque,non impedit præſcriptionem triginta annorum.Et ſimilis eſt gl.à paucis annotata in l.j.in verbo,præſcriptionem,C. de bon.mater.quæ ad textum illum,in fi.cuius hæc verba ſunt , Nullam poterit præſcriptionem opponere filiis,quandocunque rem ſuam vendicantibus,hęc addit,Niſi xxx.ann.quam ſolus ſcribentium inibi Corn.paulò ante fi.in id expendit,dicítque perpetuò menti tenendã.Nam & hæc dictio,tametſi ſit vniuerſalis,tamen reſtringitur & limitatur ſecundùm naturam actus , cui attribuitur,vt dicit Bald.conſi.lxvij.quia ex facto oritur,col.ij.verſi.nec obſt.ſi dicatur,lib.iij.& Catel. Cotta in memor.incip.quandocunque.

*De eodem.*

*Quãdocunq;.*

10 ¶Quibus finitimum eſt,quòd illa etiam dictio,ſemper,quæ idem ſignificat,non etiã eſt impedimento huic 30.ann.præſcriptioni,quin ea locum habeat. Quod hinc facilè apparet,quòd actioni de dote eo temporis ſpatio præſcribitur,l.in rebus,§.vlt.C.de iur.dotiũ,& diximus ſuprà tit.pręcedente,§.j.in verbo,*ou equipollent à vente*,quæ eſt gl.xiiij.nu.97.nam ſpecialia.Quamuis alibi dicatur cauſam dotis ſemper & vbique eſſe præcipuam,id eſt fauorabilẽ,l.j.ff.ſolut.matr. vbi Bald. col.vlt.verſi.quæro ſi promitto,ex hoc annotat id,quod ſuprà diximus,hanc dictionem,ſemper,

*De eodem.*

*Semper.*

non



non tollere præſcriptionem.Et ſequitur Rom.in l.j.ff.de vſur.& in l.in cognitione,per eum text. iuncta gl.in verbo,accuſare,ff.de S.C.Sylla.& in rub.ff.de arbit.col.xv.verſ.duodecimò ex cauſa: vbi & idem dicit de dictione,quandocunque.& Fran.Aret.in l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,col.iij.verſ.tu autem conſidera,ff.de verb.oblig.per tex.in d.l.in cognitione, in princ. cum ſua glo.& Alex.in l.nemo,col.vlt.verſ.ſed pone quòd duo,ff.de lega.j. Quibus adde alios duos text. ſimul iunctos idem probantes,ſcilicet cap.j.extrà de reſtitutio.in integr.& cap.j.eo.tit.lib.vj. nam in priori ſcribitur eccleſiam ſemper debere illæſam ſeruari , ex qua dictione,ſemper,Ala. Guliel. Naſo.& Gof.Doct.antiqui dicebant eccleſiam indiſtinctè poſt quadriennium eſſe reſtituendam. & tamen contrarium deciditur in poſteriori loco.Adde item tex.in l.vlt.C.de teſta.vbi ſcribitur in principio,ſemper ruſticitati fuiſſe legibus conſultum.Et tamen certum eſt, eidem non ſubueniri in multis caſibus collectis à gl.in l.vlt.C.de iur.& facti ignor.& in aliis,de quibus dicam infrà eo.tit.§.iiij.glo.vij.in verbo,*en main de court*,num.13.vtrùm autem,& iij.ſeq.

*Quãdocunq;.*

11 ¶Et faciunt alia multa,quæ de ea dictione,ſemper,ſcribit Cornel.conſ.xlj.videtur in hac,col.vlt. lib.ij.Et quod etiam tradit idem Corn.in l.ſi qua,in fi.per tex.ibi iuncta glo.in verbo , obeuntibus,C.ad S.C. Tertul.Vt tamen non neglectim legas d.l.j.ſolut.matr.& ita intelligas vltra eam dictionem,ſemper,aliam eſſe non minoris ponderis,videlicet,vbique.Nam vt ſuprà diximus,ita ibi ſcribitur,Dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt,& tamen (vt iam diximus) per hæc non ſummouetur præſcriptio. Et prætereà dotis cauſa in multis, imò verò in omnibus, præterquàm in caſibus expreſsis à Iure communi,non plus habet præcipui,aut fauoris,quàm alię,vt plenè diximus,& probauimus ſuprà,d.tit.præced.§.j.gl.xiiij.nuper allegata, num.96.ego verò. & multis ſeq.Vnde & illud conſequens eſt,hæc verba quantumlibet generalia aut etiam vniuerſalia , non tollere regularem præſcriptionem,ſicuti nec alias iuris regulas.Et id de dictione perpetuum,ſatis probatur in l.minor,§.ſtatuliberum,ff.de euict.cùm dicitur,Euictionis nomine perpetuò obligatur.Et tamen ſatis conſtat ei actioni præſcribi xxx.annis. Nam & actiones perpetuas vocamus, quibus præſcribitur xxx.vel xl.annis.Et probatur etiam in l.prætor ait,§.hoc interdictum perpetuò,ff.de no.oper.nuntia.& Inſti.de perpe.& tempo.præſcript.per totum. Et id quoque expreſſim voluit Steph.Bertr.conſi.xlvj.dudum de anno,col.j lib.j.

*De eodem.*

*Perpetuum.*

12 ¶Sed & huc ſpectat,quod tradit gl.in c.j.§.prætereà , in verbo , præſcriptione,tit.de cap. Corra. quòd ſi ſtatuto aut alia conſtitutione dicatur,nulla obſtante præſcriptione, ſiue quòd nulla præſcriptio currat,vel opponi poſsit,& ſimilia, ob id videtur tãtùm tolli præſcriptio longi temporis, x.vel xx.annor.ſed non longiſsimi,xxx.vel xl.annor. Nam contra deſides, & ſui iuris contemptores,introductæ ſunt huiuſmodi præſctiptiones longiſsimi temporis,cùm differentia eſſe debeat inter eos & vigilantes,l.vt perfectius,& l.vlt. C.de anna.except. Nam vigilantibus, & non dormientibus,iura ſubueniunt.l.pupillus,in fi.ff.de his quæ in fraud.cred.Nec credendũ eſt vno generali verbo totam illam præſcriptionem obſeruationem multis vigiliis excogitatam atque inuentam velle radicitus euellere,arg.l.ſi quando,C.de inoffi.teſta.Hæc propè ea glo.quam ſequuntur Iacob.Bel.Nicol.Neapol.Bal.Marti.Lau.Aluar.Barb.in addit.Bal.& Card.Alex.in d.§.præter eà, & Ioan.Andr.in addi.Specul.in rubr.de feud.col.ij.vbi & hoc dicit voluiſſe Dyn. conſi. xlix. & Panor.qui illam glo.dicit ſing.in c.vlt.col.viij.verſ.quæro quid ſi ſtatuto, extrà de præſcript.& conſ.xiiij.videtur primò quòd hoſpitali,col.ij.lib.ij.& Fran.Aret.in l.quandiu, col.ij.ff.de acquir. hæred.& conſi.x.in cauſa & lite vertente,col.v.verſ.ſecundò præmitto.Caro.Ruin.conſ.clxxxv. videatur,col.nu.5.lib.j.Matthæ.Afflict.deci.Neapo.ccliiij.verſ.dicebant quidam Iaſ.qui eam gl.dicit not.& communiter approbatam,in l.j.col.antepe.verſi.aduerte tamen,C.de ſer.fugi. De quo & per Barb.qui alios allegat,conſi.xviij.difficile eſt,col.vij.verſ.circa aliud dubium, & ſeq.lib.iij. & eſt gl.ſimilis,quæ ſe ad illam remittit,in cap.j.in verbo,præſcriptione,tit.de prohi.feud.ali. per Fed.Et quod de xl.annis dictum eſt,probatur in l.omnes,iuncta l.præſcriptione, quæ confeſtim illam ſequitur,vt etiam ibi ibi not.Cyn.& Sal.C.de præſcript.xxx.vel xl.annor.

*De eodem.*

*Verba,nõ ob. quacunq; præſcriptione, & ſi quam præſcriptionem ſummoueant.*

13 ¶Vt omittam,quòd non valet pactum omnem præſcriptionem tollens,ſecundùm communem opi.Bart.Raph.Co.Alex.Fran.Aret.& Recentiorum,in l.nemo poteſt,ff.de leg.j.Bald. poſt alios Antiquiores in l.Centurio,ad fin.ff.de vulg.& pup.& in auth.quas actiones,col.ij. verſ.ſed iuxta hoc quæro,C.de ſacroſan.eccle.vbi declarat,quomodo id ſit intelligendum.& in l.paciſci,in addi.ff.de pact.vbi etiam loquitur de præſcrip.xxx.ann.& in l.ſi quis poſtquàm,ff.de fideiuſſ.& in l.itẽ illa,§.quod dicitur,ff.de cõſti.pec.& in l.receptitia,col.vlt.C.eo.& in l.vlt.§.vlt. in prin.C.de tẽpo.appel.& in d.c.j.§.prætereà,in fi.& ibi etiã Car.Alex.tit.de ca.Corra.Pan.Raph.Co.conſ.xc. viſa copia,paulò ante fi.Ro.in d.rub.de arbit.vbi ſuprà.& conſ.ccj.pro deciſione,col.j.verſ.tertiò principaliter.Alex.cõſi.clxx.viſis ſtatutis,ad fi.li.7.Ang.Aret.in §.j.col.ij.& iij.Inſti.de vſucap.& latè Fel.in rub.extrà de præſcrip.& Fran.Balb.in tracta.præſcrip.in v.parte v.partis prin.in 6.qu.

*De eodem.*

*An ualeat pactum omnem præſcriptionẽ tollens.*

14 ¶Fateor tamen,quòd etiam ex communiori crebriorique eorundem ſententia, poteſt renuntiari præſcriptioni 30.vel xl.ann.licèt nõnulli,vt iam diximus,aliud dicãt,vt videre licet apud Recentiores in d.l.nemo poteſt,& in d.rub.extrà de præſcrip.& Fran.Balb.vbi ſuprà. Sed cùm cõtrahentes ſcilicet emẽs & vendẽs cum hoc pacto reuẽdendi huiuſmodi renuntiationẽ expreſsim non faciãt,ſintq; huiuſmodi dictiones,quãdocunq;,ſemper,perpetuò,eius naturæ, vt non tollãt præſcriptionem hanc 30.vel xl.ann.vt plenè ſuprà probauimus:conſequens eſt,vt ipſi iidẽ cõtra-

*De eodem.*

hentes videātur & hæc verba,in eodem pacto appoſita,intellexiſſe,vt Ius cōmune intelligit ſequi omnibus legibus de ea re loquētibus adſtrinxiſſe. Tex.eſt optimus in l.ſi duo,& ibi Bal. & Paul. Caſt.ff.de acq.hæred.Sibi igitur venditor imputet,qui ſibi aliter nō proſpexit. Et ſi fateamur has dictiones poſſe intelligi,vt per has remoueatur præſcriptio 30.ann.vel nō remoueatur,vt poſteà dicemus,id eſt,vt intelligantur de xxx.ann.atque etiam de maiori tempore:illud cōtinuò ſequitur,eſſe venditori imputādum,quòd apertius legem non dixerit,l.veteribus,ff.de pact. cum ſim.

*Pro contraria parte.*

15 ¶Contrarium tamen,vt ſcilicet in caſu,de quo loquimur,poſsit venditor quandocunq;, etiam poſt xxx.annos,redimere,tenet.Fabi.in tracta.empt.& vendit.in xiij.quæſt.vij.quæſt.princ. & Barb.conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.viij.verſ.capio ſecundum,lib.j. vbi ita dicit fuiſſe conſultum ab excellentiſsimis Iuriſperitis,& ſe quoque aliâs conſuluiſſe apud Marchiam,& ita ſanè etiam conſuluit conſi.xxij. clementiſsimum,in vlt.dubio,lib.iiij.& Ioa.Crot.in repet. d.l. nemo, char.pen.col.j.verſ.nota etiam,quòd per hæc verba,ff.de leg.j.vbi & ita dicit ſe conſuluiſſe.And. Alciat.in d.l.petens,in glo.j.in fi.C.de pact.vbi hanc opin.dicit æquiorem , & conſcientiæ aptiorem.& rurſus in rub.extrà de præſcrip.in vlt.charta , num.64.& multis ſeq.vbi etiam dicit hanc opin.tanquam æquiſsimam eſſe tenendam in practica. & Chaſſe. in conſuetud. Burgund.tit.*de rentes vendues à rachapt*,§.j.in glo.j.col.ij.verſ.limita hanc,& ſeq. vbi & hoc dicit tenuiſſe Bald. & Sal.in quibuſdam conſil. quæ aliter non deſignat,& ita quoque fuiſſe iudicatum in curia Parlamenti Burgundiæ.& rurſum idem Chaſſ.d.conſ.xj.per totum,vbi etiam col.xv.verſ.xx.tradit Richar.& Barth.à Salice.ita conſuluiſſe in quibuſdam ſuis conſi.quæ poſita ſunt poſt conſ.Ang.in antiqua impreſsione,quæ tamen non vidi,nec ſunt in meo codice conſi.ipſius Ang.& idem nouiſsimè tenuit Ioan.Igne.in l.in cognitione,nu.76.& aliis multis ſequ. vſque ad nu.173.ff.de S.C.Silla.& Pau.Pariſ.conſ.xcij'Ang.lib.iij.{Et ita quoque conſuluit Franc. Curt.Iunior in quodā conſi.quod edidit in cauſa Corbulorum,vt retulit Maria.Iunior,vbi ſuprà,ſed id conſilium non eſt intra conſilia impreſſa ipſius Curt.}

*De eodem.*

16 ¶Et huius quoque ſententiæ ante hos omnes videtur fuiſſe Raph.Fulg.conſ.cxxiij.S.& P.ciues dum illic ex facto reſpondit,quòd ex ſtatuto introducente pręſcriptionem actionum perſonaliū decem annis inter præſentes,& viginti inter abſentes, non præſcribitur actioni,quæ alicui competit ex promiſsione facta alicui de vendendo rem aliquam ad omnem ipſius requiſitionem. Et de cæteris omnibus promiſsionibus ita factis voluit ante eum Angel. in d. l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,ff.de verb.obliga.& latè quoque conſuluit Barb.conſ.xviij.difficile,col.vij.verſic. circa aliud dubium videlicet vtrum ſit præſcriptum,lib.iij. Et ante hos omnes in ſpecie noſtri caſus non obſcurè voluit Bald.in ſua Margar.in verbo,præſcriptio,in prin.dum dicit, præſcriptionem non procedere aduerſus illum,qui ex pacto poteſt quandocunq; agere : & per conſequens (inquit)nec tum præſcribetur iuri offerendi,per l.ſi fundum,quæ eſt ij.C.de pactis inter empt. in qua quidem l.emptor promiſerat reſtituere rem venditam quandocunque oblato pretio : qui eſt noſter caſus,aut certè adeò ei ſimilis,vt non magis ouum ouo.

*De eodem.*

17 ¶Et vt intelligas,quantum ea l.faciat ad hanc opinionem,vt ſcilicet ea verba quandocunq;, quotieſcunque,toties quoties,& ſimilia id operentur,vt ſcilicet venditor admittatur poſt xxx.annos, verba eius l.ſunt huiuſmodi:Si fundum parentes tui ea lege vendiderunt,vt ſiue ipſi, ſiue hæredes eorum,emptori pretium quandocunque,vel intra certa tempora obtuliſſent,&c.Quibus verbis compræhendi debet omnis caſus,quo data eſt facultas offerendi,atq; ſic redimēdi. aliâs enim ea lex eſſet manca & mutila,contra l.j.C.de his quibus vt indign.præſertim cùm nulla alia lex ſit, quæ de hoc diſponat.Igitur ſub illa parte intra certa tempora intelligitur,cùm ita concepta eſt ea facultas,vt intra decem annos,vel aliud tempus expreſſum poſsit offerre & redimere. Item cùm ſimpliciter data eſt ea facultas offerendi & redimendi ſine adiectione temporis:nam tunc intelligetur,vt intra xxx.annos id poſsit facere,vt diximus ſuprà,numero primo.Id enim tempus dicitur eſſe certum,cùm à Iure ſtatutum eſt:quod & ipſum certum eſt.Ex quo illud conſequens fit, vt cum ſub altero membro,quo dicitur,intra certa tempora,contineatur facultas ſimpliciter data, quæ durat xxx.annis:in altero membro,quo dicitur,quandocunque , maius aliud tempus, quàm triginta annorum intelligatur.Aliàs enim id membrum eſſet omnino ſuperfluum : quod dicere nec debemus,nec poſſumus,per l.ait Prætor,§.j.ff.de iureiurand.in illis verbis, Nec fruſtra adiicitur:ex quibus Iaſon id notat,quod diximus,cum infinitis ſimilibus.Satis enim fuiſſet , ſi dictum fuiſſet,vt intra certa tempora,vel etiam ſimplicitur,vt liceret offerre & redimere.

*De eodem.*

18 ¶Et hanc quoque partem confirmat tex.in d.l.quòd ſi nolit,§.ſi quid ita venierit,ff.de ædil.edict. vbi licet actio redhibitoria ſit bimeſtris,ſi tamen conuenerit vt in perpetuum redhibitio fiat, valet hæc conuentio.Et per illum tex.dicunt Bald.& Ange. ibi,quòd vbi in promiſsione apponitur verbum quandocunque,vel perpetuò,non currit præſcriptio ſtatutaria vel legalis.Et idem quoq; per illum ipſum textum voluit idem Ang. & Imo.in l.j.ff.de vſucap.Et Cæpol.cautel.ſecundum poſtremam computationem,lxviij.ſi petens,in fi.& iterum cautel. lxxv. cautela quòd in contractu.& Barb.conſ.liij.præclarè,col.antep.verſ.vnde multùm,lib.ij.& latè d.conſ.xviij.'vbi ſuprà,li.3.& Soci.qui id dicit ſing.conſi.lxxxvj.in cauſa communitatis,col.pen.verſ.ſecundò probatur,li.j.quod repetitur conſi.clxvj.lib.ij.& Carol.Ruin.conſi.cxj.arbitror,col.iij.num.7.lib.j.{ Et idem quoque voluit ipſe Bal.in l.j.ff.quib.mod.vſusfru.amit.quem,prout eum refert,ſequitur Iaſ.in l.j. col.ix.



col.ix.verſ.adde ſecus eſſe.ff.ſolu.matr.licèt tamen Bald.ibi non dicat.}Et facit tex.in l.j.cum gl. ff.de concuſ.& in l.j.ibi,omni temporis definitione ſummota,C.ne rei domi.

*De eodem. Infinitas admittitur in verbis eam ſignificantibus. Toties quoties.*

19 ¶Nec id quidem mirum videri debet,quia cùm verba contrahentium apta ſunt ſignificare infinitatem,vt hæc verba,de quibùs loquimur,& ſimilia,tunc infinitas admittitur,l.cùm quidā, ff. de vſur.& l.ſi ita ſtipulatus à Seio fuero,& ibi Bart.& Imo.ff.de fideiuſ.& l.in annalibus,C.de lega. & voluerūt etiam Dy. Alb.& Bart.in d.l.qui bona,§.vlt.ff.de dam.infect.vbi expreſsè Bar. dicit, quòd dicta verba,quandocunq;,& toties quoties , importāt infinitatē,& ibi quoq; Imo.& Alex. & idem Alex.in l.ſi Stichum, §.j.col.ij.verſ. nec obſtat ratio,ff.de verb.oblig.& in l.ij.§.vlt.col.ij. verſ.puto quòd in terminis,ff.qui ſatiſd.cogan.& conſ.cxlv.quoniam,col.j.verſ.ſed hoc nō obſtante,lib.ij.Et facit etiam tex.in l.j.§.j.ibi,toties quoties,ff.ſi fami.fur.feci.dica.& in l.ſi duo,§.vlt. ff.de arbit.& in §.in primis,Inſti.de eo,cui liber.cau.Et eſt de mente Spec.tit.de arbit.§.vlt.verſi. quid ſi dictum fuit in compromiſſo.& voluit Zenzel.in extrauag.Ioan.xxij.incipiente,quorundam,verſ.quocirca,in verbo,infinita,& ante hos gl.in l.fideicommiſſa,§.ſi quis decem, in verbo, quam ſemel,in prin.& ibi Cyn.ff.de leg.iij.& idem Cy.in l.vlt.C.de iudi.& Imo.conſi.xxv. in caſu præmiſſo,in prin.vbi dicit,quòd toleratur infinitas,quando ex partiū conuētione procedit.

*Toties quoties repræſentare promittens , quoties tenetur repræſentare.*

20 ¶Ideóq; Imo.Rom. Alex. & alij Recentiores in l.ſi finita,in prin.ff.de dam.infect. repræhendunt Ang.qui dicit in eo loco,rurſúſque in l.ij. §. qui exhiberi,ff.de cuſto.reor.quòd qui promiſit aliquem repræſentare,toties quoties fuerit requiſitus,liberatur ſi bis præſentauerit,vt euitetur infinitas:quoniam ſcilicet ea verba,toties quoties,ſuapte natura infinitatem ſignificant.Et id voluit {ipſe Rom.in l.ij.§.vlt.col.ij.verſ.modò ad propoſitum.ff.qui ſatiſd.cōg.}Pau.Caſt.in l.duobus,§. quòd ſi reus,ff.ante fi.& ibi etiam Iaſ.col.pen.ff.de iureiur.vbi dicit ipſe Paulus , quòd notarius debet eſſe cautus,vt promittere faciat de ſiſtendo toties quoties.& etiam Alex.in d.l. qui bona,§. vlt.de damno infect.& conſ.cxlv.quoniā abundè,in prin.li.ij.& Soci.in l.fideiuſſor,§.vlt.col. pe. verſ.ſextò,ff.qui ſatiſd.cog.cum aliis multis cōcord.& ſimilibus aggregatis ab Hippo.Marſi.in l. vnius,§.cogniturū,qui eſt vlt.col.vij.& ſeq.ff.de quæſt.Quanquā(ne id prætermittā)illam Ang. ſententiam ſequitur,& multis confirmat Rom.ſibi contrarius in repet.rub.de arbitr.col.x. verſi. quid autem ſi compromiſſum eſt.& conſ.xv.plura ſunt,in vltimo dubio,vbi & alia loca citat,in quibus Ang.idipſum tenet.Et vide Guid.Pap.conſi.lxv.viſo themate,col.quæ antepen.præcedit.

*De eodem.*

21 ¶Sed & hæc ſententia his quoque rationibus fulcitur.Nam emptor,qui promiſit reuendere quādocunq;,cùm ſciat ſe ad id eſſe obligatū,nullo tempore poteſt pręſcribere,quia eſſet in mala fide, c.vlt.de præſcript.quod etiam procedit in perſonalibus obligationibus ex communiori noſtrorū calculo,vt ab omnibus ſcribitur in eo loco,& diximus etiam tit.noſtrarum conſuetudinum xxj. qui eſt,*de preſcriptions*,§.j.in glo.ij.quæ eſt in verbo,*à bone foy*.Nam & ſimiliter videmus,quòd debitor ſciens rem obligatam,non præſcribit aduerſus creditorem,l.ſicut,C.de præſcrip.30. vel xl. annor.& l.j.C.ſi aduer.credi.& voluit Bar.in l.ſi quis per fundum,ff.de acq.poſſeſſ.Et ſi hoc caſu curreret præſcriptio,eſſet decipere venditorem,qui aliâs non vendidiſſet,niſi ſibi perpetuò redimere liceret ex ea conuētione,vt in ſimili dicitur in l.vlt.C.de pact.inter empt.& vendit.cōpoſi. vbi hæc verba ſcribuntur:Cùm enim venditor non alia lege ius ſuum transferre paſſus , niſi tali fretus conuentione, quomodo ferendū eſt aliquam captionē ex varia pati eum interpretatione? Et bene etiam facit tex.in l.j.§.magiſtrum autē,ibi,alioqui contrahentes deciperentur,ff.de exercit.actio.Sed huic rationi fortè reſponderi poteſt,ſi ea promiſsio reuendendi quandocunque, intelligatur intra triginta annos,ſecundùm opin.eorum,qui priorem partem tenent, in nulla mala fide erit,qui ita promiſit,niſi ſi expreſſum fuiſſet,vt etiam poſt triginta annos reuenderet.

*De eodem. Conditioni poteſtatiuæ nullo tempore præſcribitur.*

22 ¶Præthereà,huiuſmodi pactum collatum eſt in liberam voluntatem & poteſtatem venditoris,vt ſcilicet poſsit redimere quandocunque.Sed facultas adimplendi cōditionem poteſtatiuam nullo tempore præſcribitur,l.ſeruus quoque,§.vlt.ff.de hæred.inſti.& l.vlt.C.de condi.inſtit.vbi filiusfam.hæres inſtitutus ſub conditione poteſtatiua,nullo tempore dicitur eſſe præteritus: quia hanc conditionem poteſt ſemper,dum viuit,adimplere.Ex quo planè liquet,quòd facultati adimplēdi talem conditionē non præſcribitur,aliâs poſſet contingere,quòd filiusfamil.inueniret ſe aliquādo præteritum,cùm poſſet viuere vſque ad centum annos,l.an vſusfructus,ff.de vſufru.cum ſim.Et hanc doctrinam per illum textum tradit Bart.in l.pignori,in fi.ff.de vſuc.vbi ex hoc infert ad ius offerendi.Et hinc quoque videmus,quòd ea quæ ſunt facultatis,ſunt impræſcriptibilia,l.viā publicam,{& ibi Bart.& alij.}ff.de via public.cum aliis multis concord.à me congeſtis ſuprà tit.totius noſtri volu.conſuetudinū,iij.qui eſt,*des droitz de contraindre à mouldre,& fouruoyer és moulins, & four du ſeigneur*, §.j.qui eſt omniū eiuſdē voluminis 25.in gl.ij. Imò nec cōſuetudine tolluntur, vt not.Pan.in c.cùm Ioannes,ante fi.extrà de cleri.coniuga.& in c.inter cæteras,extrà de reſcrip.

*Facultatis iura impræſcriptibilia.*

23 ¶{Sed qui priorem ſententiam ſequuntur,huic rationi ita reſpondēt , vt ea procedat in ſimplici facultate non procedēte ex aliqua actione,vt ire ad S.Iacobum,& ſimilibus.Non autem in facultate procedēte ex aliquo contractu,& conſequenter ex actione inde orta. Nam tunc ſicut actioni præſcribitur triginta annis:ita etiā facultati aliquid faciēdi,quæ eſſet ſequela actus,vt eſt facultas & ius offerēdi cōpetēs ſecūdo creditori,cui præſcribitur.l.cùm notiſsimi.§.ſed cùm illud,verſ. eodē iure.C.de præſcrip.30.anno.& ita declarat Bar.in d.l.pignori.quē omnes ſequuntur.Sed & aliter reſpōdēt,quòd illud argumentū procedit in his quæ ſunt meræ facultatis in ſolo facto cō-

ſiſtentis,non autē ſi quid competat per modū iuris:nam tunc ei præſcribitur,vt patet in facultate adeūdi.l.licèt,& ibi omnes.C.de iure delib.Imò verò ſunt qui indiſtinctè tenēt præſcribi iuri offerēdi,vt videre licet apud Ang.Are.in §.actionū,col.26.ver.aduertas tamē an ſit neceſſariū,Inſt. de actio.& Franc.Bal.in tract.Præſcrip.in 4.parte v.partis prin. in j.quæſt.qui multos in id citat.}

*De eodem. Nullum uerbū in cōtractibus debet eſſe otioſum.*

24 ¶Ad hæc pro poſteriore parte facit , quòd nullum vel minimum verbum in contractibus debet cenſeri fuiſſe appoſitum otiosè & ſine virtute aliquid operandi,ſi poſſet,ex doctrina Bal. quam omnes vbique,præſertim in conſi.citant,extollunt,& commendant,in rub.C.de contrah. empt. in ix.quæſt.cum infinitis concord.& ſimilibus à me adductis in noſtro tract.cui titulus eſt,Nihil fruſtra.Sed hæc verba,quandocunque,quotieſcunque,& ſimilia,in pacto reuenditionis appoſita erunt omnino otioſa,inutilia,inefficacia,ſi non faciant vt huic pacto non præſcribatur tempore triginta annor.quando & ſine illis huic pacto non præſcribitur,niſi eodem ſpatio,vt diximus ſuprà in princ.huius gl.Sed & in hanc partem alias multas rationes affert Barb.d.conſi.lj.lib.j. & d. conſ.xxij.lib.iiij.& Chaſſe.d.conſi.xj.& Igneus in d.l.in cognitione , quas hîc omittendas ducimus,cùm illic in promptu ſint omnibus. Illud tamen non prætermittemus, in hanc ſententiam eſſe expreſſum ſtatutum Placentiæ,ſcilicet venditorem & hæredes eius admitti ad redimendam rem cum hoc pacto venditam,quandocunque,etiam elapſis triginta annis,ſi nullum huic rei ſit præſtitutum tempus,vt refert Barb.d.conſ.lj.col.xj.verſ.& ex iſtis,lib.j.

*Statutum Placentiæ.*

*An id ius retrahendi quocunque ſaltem tēpore immemoriali tollatur.*

25 ¶Hanc partem ſi ſequaris,intelliges,vt ſcilicet id ius retrahendi non tollatur xxx.vel xl. annis, ſed omnino extinguatur tempore immemoriali,vel centum annorum:quoniam talis præſcriptio nunquam ſummouetur verbis generaliter omnem præſcriptionem reiicientibus,ſecundum Bal. in d.l.j.non ſemel,& ibi quoque Ang.vt à nonnullis citatur,C.ne rei domi.Bal.& Ang.in l. omnes,in fi.C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.& in l.j.col.j.verſ.attende,quia ſi in aliqua. C. de anna. except.Ang.in l.non ſolùm,in prin.ff.de vſucap.& in d.l.j.ff.de concuſ.& in l.ſi quis Decurio , la iij.C.de Decurion.lib.x.& in §.j.per illum tex.& gl.ibi,in verbo,præſcriptionis,in Auth.vt de cęter.non ſi.commut.Pan.in c.vlt col.viij.verſ.quæro quid ſi ſtatuto,& ibi Fel.col.vj.verſ.dum ſubdit,extrà de præſcript.& conſi.xciiij.quædam eccleſia.col.ij.verſ,non obſt.ſi dicatur.lib.j.Floria.in l.an vſusfructus,per illum textū,de vſufru.Ro.& Fran.Aret.in d.l.cùm ſtipulatus ſim à Proculo, ff.de verb.oblig.ipſe Rom.in l.j.ff.de vſucap.& eundem Franc.Aret.conſi.xv.reuerendiſsime pater,col.pen.verſ.circa tertium.Alex.in d.l.nemo poteſt,col.vlt.verſ.& tene menti, & ibi Franciſ. Ripam.nu.115.ff.de leg.j.& eundem Alex.conſ.lx.omiſſo,paulò ante fi.lib.j.& conſi. xvj. in cauſa & lite,col.vij.verſ.nec ad hoc obſtat,quòd ſtatutum,lib.v.Card.Alex.in d.c.j.§.Præterea,col. vlt. tit.de capit.Corrad.Fel.in rubr.de præſcript.col.vlt.verſ.conſidera ſecundò.Iaſon. conſ. xcij.non eſt,ad fi.lib.iij.Philip.Dec.conſ.ccccxcvj.in caſu domini operarij,col.ij.verſ.nec obſtat,ſi dicatur. Franciſ.Bal.in tracta.præſcript.in ſecunda parte tertiæ partis princ.in vj.quæſt.princ.col.eiuſdem quæſt.v.verſi.& nota quòd præſcriptio.& iterum in quinta parte,quintæ partis prin.quæſt.9.col. j.& Matthæ.Afflict.deciſ.Neapol.ccliiij.ſæpe fuit,in fi.& in conſti.Siciliæ incip.ſi dubitatio,col.v. verſ.quartò pondera,& in conſtit.conſuetudinem,col.pen.verſ.quid autem ſi res.Steph.Bertran. conſ.xlvj.dudum,nu.5.lib.j.& conſ.xcviij.viſis duobus,in fi.lib.j.& Fran.Cur. Iunior.in tract. de feud.in iij.q.tertiæ partis.Et hoc ſatis ex eo probatur,quòd licèt dicatur in l.ſeruitutes prædiorū ruſticorum.ff.de ſeruituti.quòd ſeruitutes quæ non habent poſſeſsionem continuam non præſcribuntur,id tamen non intelligitur de præſcriptione immemoriali,vt patet ex l.hoc iure,§. ductus aquæ,ff.de aqua quoti.& æſti.Et hæc ratio eſt Rom.in d.l.j.de vſucap.

*De eodem.*

26 ¶Sed vt nihil eſt in iure noſtro non controuerſioſum,ſiue id facit legum obſcuritas, ſiue cōtradicendi ſtudiū multis innatum,ſiue oſtentatio & gloriæ cupiditas non paucis quoque ingenita, ſiue humanitatis quædam infelicitas,ſiue aliud quippiā,contrariū,vt ſcilicet per huiuſmodi verba ſummoueatur etiam præſcriptio centenaria,aut alia immemorialis,voluerunt duæ glo.ſcilicet prior in cle.j.in verbo,quanticunque,de fo.compe.altera in clem. ſi vna,in verbo,quauis,quæ eſt vlt.de reb.eccle.non alie.& Ioan.And.in d.c.cùm inſtantia,per illum tex.in verbo,longiſsimo.& ibi quoque Pan.ſibi contrarius,in iij.not.extrà de cenſibus.Ant.& idem Pan.in c.cùm ex officij, ille col.iij.hic in iij.no.per illum tex.in verbo,non meminerint,extrà de præſcript.& rurſus ipſe Panor.in c.ſuper eo,etiam per illum tex.extrà de parœc.

*De eodem.*

27 ¶Verùm Fran.Aret.in d.l.cùm ſtipulatus ſim à Proculo,col.iij.ita in hac re diſtinguit:Aut clauſula,non obſtante quacunque præſcriptione,vel alia ſimilis apponitur iuribus,quæ regulariter non tolluntur ſpatio xl.annorum,& tunc vt aliquid operentur,videbitur inductū, vt nec præſcriptio quoque immemorialis currat. Aut apponitur iuribus, quæ contrà eodem xl.annorū ſpatio pręſcribuntur:& tūc hæc præſcriptio immemorialis non videtur eſſe ſublata:quia ſatis ea verba operātur tollendo præſcriptionē xl.annorum.Dicítq; ipſe Aret.huiuſmodi diſtinctionē eſſe ex mēte Bal.in d.c.j.§.præterea.tit.de cap.Corrad.Sicuti etiam fuit Pan. quē ipſe non allegat,in d.ca.j. vbi ſuprà citauimus,de pręſcrip.& eiuſdem Aret.d.conſi.xv.vbi ſuprà.Et ſecūdùm hanc diſtinctionem poſſet videri,dd.glo.in præcedenti verſiculo allegatas,non poſſe ſubſiſtere,quia iura de quibus loquuntur,vidētur eſſe præſcriptibilia ſpatio xl.annorū.Sed ſubdit Aret.in priori loco,quòd ſaluando eas,poſſumus dicere,quòd procedunt in ſuis caſibus. Nam in d.cle. j. de foro compet. ideò nulla currit præſcriptio,quia Epiſcopus ibi exercebat ius in alia diœceſi ex plenitudine poteſtatis



poteſtatis inductæ illo caſu à ſummo Pontifice · cuius exercitium habet hanc naturam,vt nunquam præſcribat ius inferioris,quia non fit iſto animo,ſecundùm Bal.in l.ij.C.de ſeruit.& aqua. Sed in dicta cle.ſi vna,ideò non currit præſcriptio,quia dabat materiā delinquēdi,vel erat contra naturam eccleſiaſticā.Feli.autē tum in d.c.cùm ex officij,in prin.tum in c.accedentes,col.v.in iij. fallen.eo.tit.de præſcrip.aliter ſuper hoc videtur diſtinguere,ex mente Bal.in d.l.omnes, de præſcrip.xxx.annorum.ibi eum omnino vide,& Franc.Ripam in l.quò minùs,nu.101.de flumi.

*Deciſio principalis dubij. Areſta.*

28 ¶Vt autem ad rem,de qua præcipuè agimus , reuertamur,ea , vt audio,deciſa eſt iudicio noſtri Senatus Pariſi.die xxiij.Iunij,anno Domini M. D. X V. inter Ioſſerandum de Thelis appellantem à Seneſcallo Lugdunenſi,& Petrum Portę intimatum:& alio item,cuius meminit Montolonius vt ſuprà diximus in ij.verſ.huius quæſt.quibus diffinitum eſt præſcribi huic facultati redimendi quandocunque,annis xxx.Et ſi hanc partem de iure teneas , poteris reſpondere ad d. l. quòd ſi nolit , §.ſi quid ita venierit , ff.de ædil.edict.quod eſt potiſsimum alterius partis fundamentum, quòd ille tex.non procedit in præſcriptione odioſa,vt dicit Ang.ibi,& in d.l.nemo poteſt,col.ij. verſ.quid autem ſit econuerſo,ff.de lega.j.cui ideò renuntiari non poteſt,vt no.Bar.in d.l.nemo, cum aliis multis concord.adduct.ab Alex.ibi col.pen.

*Reſponſiones ad contraria.*

*De eodem.*

29 ¶Quod autem dictum eſt de mala fide emptoris,& deceptione venditoris,quæ eſt altera alterius partis anchora,ex eo primùm refellitur,quòd hîc nulla mala fides eſt emptoris,nulláq; deceptio venditoris,cum id pactum reuendendi quandocunque,intelligi debeat ſecundùm ius,intra ſcilicet xxx.annos,vt plenè probatum eſt. Deinde , quòd etiam alia ratione emptor non eſt in mala fide ante oblationem pretij,quia aliter non apparet quòd venditor velit redimere,vt in ſimili dicit Petr.Anch.in regula,ſine poſſeſsione,in xj.eademque poſtrema oppo.quæ eſt in viij.col.verſ. item intelligas,de reg.iur.lib.6.& Panor.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xv.verſ.ſed pro concord. extrà de conſtitut.cum aliis concord.à me latè traditis in repet.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur, num.390.ſed tu in hoc.& ſeq.

*De eodem.*

30 ¶Quod item continenter dictū eſt,ius merę voluntatis atque facultatis eſſe impræſcriptibile,diſſoluitur facillimè ex not.à Doct.differentibus de præſcriptione iuris adeundi,& immiſcendi,in l. licèt,C.de iur.deli.& ibi præſertim Corn.& aliis Recentioribus.Quod denique dictum eſt , hæc verba,quandocunque,& ſimilia,manere otioſa & ſine effectu, niſi intelligantur etiam poſt xxx. annos,cùm ſine illis ea facultas duret vſque ad id tempus,non admodum vrget, cùm non adeò incōueniēs ſit,vt quod tacitè intelligebatur,verbis exprimatur,nec aliud operetur ex illo vulgari axiomate,expreſsio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur,l.iij.ff.de leg.j.& l.non rectè , C. de fideiuſſ.cum ſimil.Nec tamen hîc omnino ſuperuacuum eſt , quia, vt ſuprà dictum eſt,ſunt qui opinantur hanc facultatem redimendi extingui ſpatio x.annor.vt ſuprà diximus,ideóque huiuſmodi verbis tollitur id dubium,quod poterat hîc ſubeſſe:quod non inutile eſt,vt ſuprà diximus in præcedenti tit.§.xxj.glo.j.nu.5.at vnum hîc.

*Quid ſi nō uia actionis ſed exceptionis id pactum proponitur.*

31 ¶Porrò cum hæc opinio areſto ſupremæ noſtræ curiæ fuerit approbata,ea omnino ſequenda eſt.Nam & ea quoque communior eſt,& Doctorum maioris doctrinæ & autoritatis.Eam tamen temperabis multis modis.Primò vt procedat,cùm venditor,aut hæres ipſius,via actionis experitur,vt emptor cogatur reuendere.Secus,ſi via exceptionis,ſiue retentionis.Verbi gratia, Tu mihi vēdidiſti annuum aliquod vectigal,id eſt,*vne rente*,ſuper omnibus bonis pretio centum aureorū, ea lege vt poſsis id vectigal redimere quandocunque,reſtituto illo pretio:modò elapſis xxx.annis,tu non vis ſoluere illic vectigal,ſed cùm à te peto,offers reddere illos centū aureos,vt ſic redimas idem vectigal,eóq; libereris.Certè tibi quæritur ius excipiendi,vt vlterius cogi non poſsis ad ſoluendas pēſitationes.Nam ſicut natura exceptionis perpetua eſt,l.purè ,§.vlt.ff. de doli excep.ita & iſtud ius offerendi pretiū,& redimendi vectigal,quod eſt ſequela exceptionis, perpetuū quoq; eſt,& nullo tempore præſcribitur,vt voluit Bart.loquens de iure offerendi,in d.l.pignori.. ff.de vſucap.per l.Paulus,§.j.ff.quid.mod.pig.vel hypo.ſol.vbi ſi poſsideo pignus,habeo ius offerēdi perpetuū:poſſúmq; ad conſeruandā rei retentionē quandocunq; offerre, & ſequitur Ant. in c.quoniā frequēter,extrà vt lite nō cōteſt.& Ang.Aret.in §.actionū,col.32.verſ.& per conſequens,& iterum col.xxxiiij.verſ.ex his omnibus,Inſti.de act.& Corn.in d.l.licet,C.de iure delib.

*De eodem.*

32 ¶Præterea præſcriptiones ſunt ob id introductæ,vt per eas obuietur occurratúrque iuri agendi, non autem iuri excipiendi,ſiue retinendi:cùm ad idipſum tendāt,idque producant , l.ſicut,C.de præſcr.xxx.vel xl.annorum.& not.in l.j.C.ſi aduer.credi.& in l.iij.C.quod met.cau.Igitur nō impediunt ius illud excipiendi ſiue retinendi,ad cuius conſeruationēſunt introductæ,l.legata,ff.de lega.j.& l.cùm tale,§.vlt.ff.de condit.& demon.& l. ij.§.vlt.C. de iur.calum. Et ita in hoc noſtro caſu redimendi,ne autoritate careamus,reſpondit ex facto Signo.conſ.cxxxix.caſus,à pretio,vbi & hoc aliis multis confirmat.& ſequitur etiam nuncupatim in hoc caſu Philip.Dec.in d.l.petens, col.iij.C.de pact.& d.conſi.clxiij.non fuiſſet propoſiti,in vlt.dub.{Et facit quod ſcribit Bal.conſi. cccxxij.vtrùm poſt xxx.annos,poſt medium,lib.j.vbi loquitur de nullitate ſententiæ.}Ex quibus quoque intelligis hæc procedere,etiamſi in pacto redimendi non appoſitum fuerit verbū,quandocunque,aut ſimile,ſed ſimpliciter datum fuerit ſine alia præfinitione temporis.

*Quid ſi cōtractus dicatur uſurarius.*

33 ¶Secundo intellige procedere,ſi ſimpliciter ageretur ex pacto de reuendendo : ſecus ſi præterea contractus diceretur eſſe vſurarius:quia tunc agens non ſummoueretur ſpatio xxx. annor.

vt in hac ſpecie nuncupatim reſpondit Bal.d.conſi.ccccxxxij.verſ.tertiò dubitatur,lib.j. & ſequitur Phil.Dec.in d.l.petens,col.iij.C.de pact.& Fran.Balb.in tracta.Præſcriptionum,in iij.q.4.partis v.partis princ.in fi. & Hiero.Cagno.in repe.l.ij.col.v.verſ.Ille verò cui factum eſt. C.de pact. inter empto.& vend.& idem voluit Alex.nulla Baldi mentione facta, conſi.xlvj. circa præſentis conſilij materiam,in ij.dub.lib.iij.& conſ.liiij.circa primum dubium,col.iij.verſ.quo ad ſecundū, lib.v.& Petr.Gerard.à Petr.d.ſing.xviij.nota diligẽter,col.j.Et bene facit,quod ſcribit Pau. Caſt. conſi.ccccxxxvj.ad primum videtur dicendum,quòd dicti commiſſarij,in vlt.dubio,li.2.& Pan. conſi.lxxvj.in præſenti,in vlt.dubio,lib.j.

*Quid ſi aliter ſit reprobatus*

34 ¶Et idem quoque,ſi contractus alio modo eſſet illicitus & reprobatus, vt ſi in pignore eſſet appoſitum pactum legis commiſſoriæ,quod haud dubiè prohibitum eſt,l.vlt.C.de pact.pign. & c. ſignificante,de pigno.Nam nec tunc obeſt præſcriptio xxx.anno.nec alia quæuis, per c.j.titu.de feud.dato in vic.leg.commiſ.vbi Bal.col.j.in verbo,quandocunq;,nota(inquit)ſingulariter hunc tex.quia quando in pignoribus eſt appoſitum pactū legis cōmiſſoriæ, tunc odio creditoris nullo tempore præſcribitur iuri offerendi.Et idem poſt eum repetit Alua.ibi col.j.& Card. Alex.qui id ſing.dicit,col.ij.& Ro.(qui id etiā dicit ſing.)in l.iij.ad fi.ff.de acq.hær.& Alex.in addit. Bart.in l. cùm notiſsimi,ad fi.prin.C.de præſcrip.30.vel xl.ann.& Barb.d.conſ.lj.col.x.verſ.præterea facit, li.j.& Iacob.à S.Georg.in l.mutuum.quæ eſt ij.col.j.ff.ſi cert.pet.vbi ex hoc dicit,quòd ſi vẽditio facta fuerit minùs iuſto pretio,audietur emptor volens redimere in perpetuū etiā trāſacta facultate ei tradita ad redimendū.& Fran.Balb.in d.tract.Præſcriptionū,in ij.q.iiij.partis v.partis prin. paulò ante fi.& Steph.Bertr.conſi.lxxxviij.ponitur in facto,lib.j.& conſ.cl.prout dicit,col.vlt.lib. 2.& conſ.cliij.exiſtimo,ad fi.eo.lib.2.Vide tamen quid his ſubnectit ipſe Bal.in d.c.j.de feu.dat.in vic.leg.commiſ.& Fran.Aret.in d.l.iij.col.ij.verſ.illud etiam ſcias,ff.de acquir.hæred.

*De eodem. Cōtractus reprobatus non tribuit iuſtam cauſam præſcribendi.*

35 ¶Et aliàs contractus reprobatus non tribuit iuſtam cauſam præſcribẽdi,l.vlt.§.ſinautem,C.com. de lega.& l.quemadmodum, C.de agri.& cenſi. lib.xj.& c.dudum,le j.de deci. De quo tu vide Archid.in c.quia cognouimus,x.q.iij.D.à Rota deciſ.cccx.no. quòd ex minùs iuſto, in antiquis. Paul.Eleaz.Zenzel.Lauren.Imo.& Card.Alex.in cle.j.§.j.de reb.eccl.non alie.Petr.Ancha.in c.ij. col.iij.in viij.not.eo.tit.lib.vj.Doct.in c.j.de præſcrip.lib.vj.Pau.Caſt.conſil.lxx. quia fruſtra,col. vlt.lib.j.& Alex.quia alios multos allegat in addi.Bal.in l.Celſus,ff.de vſucap.& d. conſil. xlvj.in fi.lib.iij.& conſ.liiij.circa primum,lib.vj.quo in conſilio in ij.dubio latè diſputat,an & quomodo, & quanto tempore huic rei præſcribatur.

*De eodem. Sententia in cauſa vſurarū nunquam trāſit in rem iudicatam.*

36 ¶Et hæc confirma hoc ſimili,quòd ſi debitor paſſus eſt ſe vinci per ſententiam,omittendo exceptionem vſurariam,nihilò tamen minùs ea ſententia reſcindi debet:vt pulchrè & not.voluit Bal. in l.cùm allegas,col.ij.verſ.ſed quæritur hîc,C.de vſur.per tex.quem dicit ſing.in l.ſi ſponſus,§.ſi vxor,ff.de dona.inter vir.& vxo.quo in loco Alex.in addi.Bart.in prin.id ſequitur, & dicit ſing. & rurſus conſi.lxxxj.viſo proceſſu,col.ij.verſ.ad idem adduco,lib.iij.vbi etiam dicit ſingu. & ſequitur etiam Imo.in l.ſtipulatio iſta,§.alteri,col.pen.ff.de verb.obli.Ille autẽ tex.loquitur de ſententia lata pro vxore,viro non opponente,dum eam poſſet vir exceptione repellere.Et eum tex. trahit ad omnem ſententiam latam pro eo cui aduerſarius donare prohibetur. Rom.ſing.cccx. tu ſcis quòd donatio,vbi & illum tex.dicit ad hoc ſing.& allegat etiam Bal.vbi ſuprà, & ſimiliter Cæpol.cautel.ſecundùm antiquam computationem clv.donatio inter virum & vxorem.verſ.tertia cautela,ibi,ſed aduerte quòd iſta cautela.Iaſ.in l.iudex,in fi.ff.de condi.ind. vbi ex hoc limitat tex.ibi,& Catel.qui nuncupatim citat & ſequitur,& dicit ſing.illud dictum Bal.in memor.incip. ſententia quæ lata eſt.& Io.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.Ex quibus apertè vides negligentiam atque omiſsionem debitoris non prodeſſe vſurario,quin non obſtante tempore, aut ſententia aduerſus eam lata,contractus argui poſsit de vſura.

*Nec aliàs cū agitur de periculo animæ.*

37 ¶Nam & quod ad ſententiā pertinet, cùm agatur de periculo animæ,ea nunquam tranſit in rem iudicatam,veritate comperta,c.lator,& ibi glo.j.& c.conſanguinei,extrà de re iudi.& c.fraternitatis,de frigi.& malefic.gl.in c.inter monaſterium,in verbo,confirmantes,verſic.item vbi vertitur, extrà,de re iud.& in ſumma,xxxv.q.ix.Hoſti.in c.cùm dilectus,col.vlt.extrà de elect.Io.Andr.in rub.de re iudi.Ant.qui & alios allegat,conſ.xxviij.viſo puncto,col.j.cum ſimil.Qua etiam ratione Albe.in rubr.C.de vſur.col.iij.verſ.aliam quæſtionem,tenuit ſententiam pro vſurario latā non tranſire in rem iudicatam,quin vſuræ ſemper repeti poſsint veritate comperta. De quo etiam latè per Lapum allegat.ciij.an oporteat:vbi & idem dicit,licèt(ait)ſecus ſit,quantum ad punitionẽ criminis.& Ambr.Vignat.in tract.vſur.quem compoſuit ſuper c.ſi ſalubriter,extrà de vſur.char. 17.in paruis verſ.ſed finaliter.& Petr.Anch.conſ.ccxxxiiij.caſus talis eſt, poſt præceptum. & Iaſ. conſi.xxj.venerabilis,col.j.lib.j.

*Cōtrariū eius quod de ſentẽtia dictum eſt. Creditor, qui ſimulatè dicitur emptor, nullo tẽpore præſcribit.*

38 ¶Verùm vt omnia in Iure noſtro ſunt controuerſa, quod ſæpe conqueſti ſumus, eius quod de ſententia diximus ex Bal.& aliis,contrariū reſpondit Pet.Anch.conſ.98.iſtam quæſtionẽ dubiam facit,col.j.quem nuncupatim ſequitur Alex.ſecum hîc pugnās,conſi.xcj.viſis actis,col.j.verſi.hoc præſuppoſito,lib.ij.& idem quoque Petr.Anch. conſil.cccvj.efficax,col.j.vbi & idem dicit conſuluiſſe Fed.Senen.Illud autem minimè dubium eſt(vt redeamus ad præſcriptionem)quòd ſi cōtractus eſt pignoratitius,nullo tempore creditor, qui ſimulatè dicitur emptor , rem ipſam poteſt præſcribere,l.non ſolùm,§.qui pignori,& l.pignori,ff.de vſucap.glo.vlt.in c.quoniam frequenter,

§.vlt.



§.vlt.poſt prin.extrà vt lit.non cōteſt.& in c.cōtingit,in gl.vlt.verſ.ſed nō obtineret,de dolo & cōtu.Ex quibus dubia redditur ſentẽtia Ang.& Imo.in l.4.§.cōdemnatū,ff.de re iud.quæ huiuſmodi eſt:Quòd ſi ex ſtatuto inſtrumentū habeat executionẽ paratā,exceptio vſurarū nō impedit eam executionẽ:tametſi eos ſequitur Barb.conſi.xviij.clementiſsimi,col.pe.verſ.quinimò,li.j.

*Exceptio vſuræ, an impediat executionẽ guarẽtigiæ.*

*Quid, ſi promiſſum ſit reuẽdere toties quoties ei facultati præſcriptū fuerit.*

39 ¶Tertiò intellige,niſi ita pactum fuerit,& promittat toties reuendere,quoties huic facultati redimendi præſcriptum fuerit,aut aliis ſimilibus verbis.Tunc enim vẽditor nunquàm excludetur tempore:quia vnius finis eſt origo alterius:vt per l.ſicut in annos,ff.quib.mod.vſusfru. amit. voluit Bart.in d.l.nemo poteſt,col.penul.verſi.quæro ſtatutum eſt,quod præſcribatur,& ibi Iaſ. col.antepen.verſ.nota etiam diligenter,in j.lect. iterúmque in ij.lect.col.pen.verſ. quintò & vltimò,ff.de leg.j.Bal.in l.ipſis,quæ eſt ij.verſ.ſed nunquid econtrà,C.vt in poſſ.leg.& in l.vnica.col. 2.verſ.ſecundò not.arg.C.de cad.tol.& in l.item illa,§.quod adiicitur,per tex.ibi,ff.de conſtit.pecu.Ang.in d.l.quòd ſi nolit,§.ſi quis ita,ff.de ædil.edict.Ro.in repe.rub.ff.de arbi.col.xv.verſ. xij. Flori.vt à quibuſdam citatur,in l.ſi vſusfructus alternis annis,ff.quib.mod.vſuſfr.amit. ſed lect. illius in eum tit.non extat in noſtris codicibus.Cæpo.caute.ſecundùm vlt.computationẽ, lxv.in multis caſibus.Barb.d.conſ.lj.col.xj.verſ.& ad hoc adduco,li.j.Feli.in rub.extrà de præſcrip.col. antepe.verſ.fallit ſeptimò.& Aufr.deci.ccxx.item fuit quæſitum ſi Titius.Hiero.Cagno.qui ſolū Fel.citat,in d.l.ij.col.v.verſ.eſt autem cautela.C.de pact.inter emp.& vend.& Petr.Gerar.d.ſing. xviij.in fi.& eſt etiam bonus tex.in l.in ſingulos,ff.de annu.leg.

*De eodem. Quid ſi id promiſſum ſit quā diu uiuat. Quid ſi intra xl.annos.*

40 ¶Cui & illud conſequens eſt,quòd ſi venditori data ſit facultas redimendi quandiu viuat,aut ad certum aliquod tempus,quod excedit xxx.annos,videlicet intra xl.vel l.annos,tunc etiam poſt xxx.annos,ſi venditor adhuc viuat in primo caſu:aut ſi intra illos xl.vel l.annos , admittetur ad redimendum.Nam perinde eſt,cùm dicitur,quandiu viuat,vel intra certum tempus,atque ſi dictum eſſet,toties quoties præſcriptum fuerit,vt ſcilicet cenſeatur repetita promiſsio reuendendi poſt tempus præſcriptionis,durante vita venditoris,aut eo tempore certo præfixo promiſsioni: vt expreſsim probatur in d.l.ſicut in annos,qua innituntur omnes citati in præcedenti verſicu.& prætereà quantùm ad priorẽ caſum,in l.ſi rem quæ,§.vlt.& ibi glo. ff.de euict.Et ad hæc optimè facit,quod ſcribit Ang.in l.centeſimis,in fi.prin.& ibi poſt eum Imo.Pau.Caſt.Alex.& Iaſon, ff. de verb.obl.quòd ſi quis promiſit aliquid dare vel facere poſt xxx.annos,non præſcribitur huic rei per huiuſmodi tempus xxx.annorū.Et quod ſcribit Io.Fab.in l.ſicut,C.de præſcrip. xxx. vel xl.ann.in fi.quòd ſi feci pactum de non petendo vſque ad xxx.annos,interim non currit præſcriptio,per §.vlt.in auth.de appel.colla.viij.nam alibi eſt idem tit.colla.iiij.Et faciunt etiam not. in l. contra maiores,C.de inof.teſt.Vide tamen Fran.Rip.in d.l.nemo poteſt,col.antep.nu.119.& ſeq.

*Quid ſi poſt xxx.annos.*

*An per xxx. annos ſit præſcriptum huic facultati ipſo iure, an ope exceptoinis.*

41 ¶Quartò intellige,vt per lapſum huiuſce temporis xxx.annorum ſit huic facultati præſcriptum,ope quidem exceptionis tantùm non etiam ipſo iure:ſicuti nec quæuis alia præſcriptio tollit obligationem ipſo iure,per l.obligationum ferè,§.placet,ff.de actio.& obli.& l. vbicunque, & ibi not.ff.de fideiuſſ.& voluit gl.in l.cùm notiſsimi,in prin.in verbo,prorogari,C.de præſcri. 30. vel xl.ann.vbi & glo.negat actionem tolli ipſo iure,& ita quoque tradit Bal.in l.vlt.in xiij.op.C. de edict.Diui Adria.tol.& Ang.in l.j.per illum tex.cum ſua gl.C.ſi aduer.cred.Sal.qui ad hoc alia multa allegat,& dicit hanc eſſe communẽ opi.in l.ſicut,in vj.oppo.C.de præſcri.xxx.vel xl. ann. Alex.conſi.lxxvij.in cauſa & lite,col.pen.verſ.prætereà & poſtremò,lib.vj.& conſi.ccxxviij. pōderatis,ante fi.eo.lib.vj.vbi loquitur nuncupatim de hac facultate redimendi:& ex hoc reſpōdet emptorem poſſe ſponte & ſcienter poſt xxx.annos reuendere venditori vi huius pacti, etiam in præiudicium alterius,quod eſt admirandum,ſi verum ſit.Nihil enim intereſt,ipſo iure quis actionem non habeat,an per exceptionẽ infirmetur.l.nihil intereſt.ff.de reg. iur. nec video quòd emptor poſsit omittere exceptionẽ præſcriptionis,aut ei renuntiare in præiudicium alterius,cui iam eſt quæſitū ius irreuocabile per eum lapſum temporis.Habemus enim regulam generalẽ,non debere alteri per alterum iniquā afferri conditionem,l.non debet,ff.de reg.iur.& aliam illā,id quod noſtrū eſt,ſine facto noſtro aut culpa tolli non poſſe,l.id quod noſtrum,eo.tit.Fateor autem,emptorem in ſuum ipſius præiudicium poſſe poſt xxx.annos admittere venditorem:vt in ſimili diximus ſuprà tit.præcedente,§.j.glo.x.in verbo, *dedans l'an*,num.20.tu tamen id intellige,& ſequ. non etiā in præiudiciū aliorum,vt etiam diximus in ea glo.nu.30.ex quibus potes.Nec tamẽ omnino ſine effectu eſt,vt huic rei præſcribatur ope exceptionis,& non ipſo iure:vt ex multis intelliges,quæ ſcripſimus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,à nu.268. primùm igitur.vſq; ad fi. eius gl.præſertim nu.345.vigeſimū,vbi videbis,iudicẽ non poſſe id ſupplere, ſi pars nō opponat.

*An tranſacto tempore præſtituto, emptor poſsit cogi ad reuendum. Tempus differendæ ſolutionis appoſitū, & non limitandæ obligatiōi, an*

42 ¶Quid autem ſi huic facultati præſcriptum ſit certum tempus,vt videlicet poſsit venditor redimere intra annos tres reſtituto pretio:an tranſacto eo triẽnio poterit reſtituere pretiū,& cogere emptorem ad reuendendū?Quod prima fronte poſſet videri,ex eo quod voluit Bar.poſt Dy. in l.eum qui ita,§.qui ita ſtipulatur,le j.ff.de verb. oblig. quòd quando tẽpus eſt adiectū cauſa differendæ ſolutionis,& non limitādæ obligationis,poteſt poſt illud tẽpus peti,per l.ſi mādato Titij, §.Paulus reſpondit die adiecto,ff.manda.cum ſimi.& declarat Bar.vbi ſuprà,quando tempus cẽſeatur appoſitum cauſa differendæ ſolutionis,non limitādæ obligationis:videlicet cùm obligatio cōtinet aliquid,quod habet cauſam momentaneā,id eſt,quod poteſt momẽto expediri,ni ſit aliud expreſsè actum à partibus,l.obligationum ferè,§.j.in ij.reſpon. & ibi not. ff.de act.& obli. & d.§.

*impediat peti, uide num.ſeq.*

Paulus,& l.ad diem.ff.de verbor. oblig.& alia iura,quæ ibi allegat.Sed certum eſt,quòd actus de quo hîc diſſerimus,eſt momentaneus:ergo & poſt terminum expediri poteſt.

43 *De eodem.*

¶Contrarium tamen in hac ipſa ſpecie,de qua loquimur(ne hîc putes de re non ſatis dubia diſputari)reſpondit ex facto conſultus Ang.conſi.cxcix.Titius rem quam emit.Nam doctrina(inquit)Bar.vbi ſuprà,eſt vera,& procedit,quando dies adiicitur obligationi,mero fauore debitoris, ita ſcilicet vt creditor ex parte ſua nihil habeat implere.Sed vbi debitori ſatisfacienti, aliquid etiã eſt faciendum ex parte creditoris,nec aliter tenetur ſatisfacere,tunc niſi ſibi intra tẽpus præfinitum ſatisfiat,non tenetur poſt tempus admittere debitorẽ ad ſatisfaciendum:quia is tenetur ſeruare promiſſa,quæ legem certam habuerunt ex forma contractus, cui legi non eſt ſatisfactum à venditore in caſu,de quo loquimur,pro quo dicit ſe dare caſum in ſpecie in l.ij.C. de pact.inter empto.& ven.cõpo.vbi ponitur caſus de eo, qui promiſit reuẽdere pro eodẽ pretio quãdocunq; vel intra certa tẽpora.& dicit tex.ibi,quòd lex cõuentionis ſeruãda eſt.Vbi igitur promiſit intra certum tẽpus,tenetur intra ipſum adimplere:ſi autẽ quandocunq; promiſit, etiã quandocunque tenebitur:aliàs iſta inter ſe eſſentialiter(vt ipſe Ang.dicit)non differrẽt:ſubdítque & in eam quoquerem eſſe caſum,in l.commiſſoriæ,eo.tit.& optimè facere tex.in l.Aemilius,ff.de minoribus.

54 *De eadem re.*

¶Hanc Ang.ſententiam nuncupatim refert & ſequitur Barb.in c.ad noſtram,col. vlt.in ij.locis, extrà de emp.& vend.Fran.Cur.ſenior conſi.lix.Chriſti & glorioſiſsimæ matris &c. ſuper præmiſſa,col.vlt.verſ.vltimò confirmari videtur.& Phil.Dec.in l.petens,col.iij.C.de pact.& conſilio cccviij.in caſu ad nos tranſmiſſo,col.ij.verſ.quartò accedit,in fi.illius verſ.{Matth.Afflic.in c.vlt. col.ij.nu.10.tit.de cap.qui cur.vend.}& Hiero.Cagno.in repet.d.l.ij.col.iiij.verſ.differentia tamen eſt,C.de pact.inter emp.& vend.Lud.Gozad.conſ.lxxxvij.prima facie,col.ij. nu.5. & conſ.xciiij. an illuſtriſsima,col.pe.nu.51.& Iaſ.& in d.§.qui ita ſtipulatur,col.v.& iterum in l. ſi quis ita promiſerit,§.Seia cauit,col.4.verſ.bene facit,ff.eo.tit.de verb.oblig.vbi id dicit no.& rurſum in l.nemo,col.ij.verſ.item ad iſtum tex.ff.de leg.j.& in duobus prioribus locis addit ipſe Iaſ.alias in eãdem ſententiam rationes.Nam ſi emptor(inquit)tenetur reuendere poſt tẽpus,ſequeretur, quòd perpetuò:quod eſſet abſurdũ : quia ſic actus agentium operarentur contra intentionem eorum contra tex.in l.omnis,in prin.ff.ſi cer.pet.& in l.obligationũ ſubſtantia.in prin.ff.de acti. & oblig.

45 *De eadem re.*

¶Item illud quoque ſequeretur,quòd fruſtra eſſet adiectum certum tempus,atque ſic illius adiectio eſſet illuſoria,inutilis,& ſuperuacua,contra l.ſi quando.ff.de leg.j.& cap.ſi Papa, de priuileg. lib.vj.Id quod etiam(vt hoc addam Iaſoni)eſſet abſurdum,ex ſententia Bal.in l.vlt. poſt mediũ, ibi,item not.poſt terminum,C.de teſta.manu.& in l.obſeruare,§.proficiſci,ad fi.3.quæſt.ff.de offic.Proconſ.arg.l.epiſtola,§.vlt.de pact.& l.Imperator,ff.de poſtulan.& l.ſi cùm Hermes,C.loca. præſertim cùm in contractibus nullum omnino verbum,ſed nec vlla quidem ſyllaba debeat eſſe ſine effectu aliquid operandi,vt pulchrè dicit idem Bal.in rub.C.de contrah. empt. in ix.q.quem omnes vbique,& in lect.& in conſilio citant,& ſequuntur , & dicemus latiſsimè in noſtro tractatu,Nihil fruſtra.

46 *De eadem re. Permiſſum ad tempus,cenſetur poſteà prohibitum.*

¶Præterea emptor promittendo reuendere intra certum aliquod tempus,cenſetur noluiſſe teneri poſt illud tempus:quia permiſſum ad tempus,cenſetur poſteà eſſe prohibitum,l.ſi vnus,§.j. & ibi Bal.qui id trahit ad ſuſpenſionem temporalem banni.& d.l.epiſtola,§.vlt.& ibi Pau.Caſt.ff.de pact.& l.ſtatuliberum,§.Stichum,& l.Titia cùm teſtamento.§.vlt.ff.de leg.ij.& l. pater filium , §. fundum,ff.de leg.iij.& l.ſi ita quis,& ibi Bal.Imo.Alex.Fran.Aret.& Iaſ.ff.de vulg.& pup.& l.ex facto,§.item quæro,eo.tit.& l.qui fundum,ff.de contrah.emp.& l.ſi quis alia, ff. quemadmodum vſusfru.amit.& l.ſicut,§.vlt.& ibi Bal.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.& l.j.§.ſi mulier, iuncto prin. ff.de lib.agno.& l.iiij.in prin.& quod ibi not.Bal.& Floria.in ij.not.ff.de ſeruit.& d.l.ſi cùm Hermes,C.loc.& c.ad honorẽ,& ibi Bal.extrà de auto.& vſu pal.& c.de cauſis,extrà de offic.deleg. & c.quoniã frequenter,§.ſi verò,& ibi Bal.extrà,vt lit.non cõteſt.Et voluit gl.in c.decet , de reg. iur.li.6.& in c.ſi homo,27.q.j.Oldr.conſ.cciij.factũ tale eſt collata,in fi.Alb.poſt Iac.in l.quandiu inſtitutus,ff.de acq.hær.Bar.conſ.clxj.in nomine domini,& c.proponitur quòd ſyndicus , col.ij. vbi ex hoc conſuluit in pulchro caſu Bal.in c.j.§.hoc quod nos,col.v.verſ.ſed quæro nũquid.tit. de pace Cõſtan.& in c.bonæ,col.ij.verſ.& ſcias,extrà de elec.& cõſ.323.cùm quidã medicus,circa medium,li.j.& conſ.33.ſtatuto cauetur,col.ij.li.v.& conſ.lj.generali ſtatuto,col.j.eo.li.v.Benedict. Plũb.in l.j.col.3.in 3.not.ff.de manumiſ.Ang.conſ.230.pũctus talis eſt,duo cõpromiſerunt. Petr. Anch. conſ.lxx.repetito conſ.346.apparet,col.ij.& idẽ quoq; conſ.331.viſis diligenter actis,col.ij Imo.in cle.j.col.4.verſ.iuxta prædicta.de conceſ.præb.Pau.Caſt.conſ.184.videtur dicendũ quòd dicta,in prin.li.j.cõſi.467.ſuper hoc pũcto,col.vlt.eo.li.j.& conſ.cclvj.videtur manifeſtè,col.ij.li. 2.& conſi.ccclj.præfata reformatio,eo.li.2.vbi ex hoc reſpõdit,quòd ſi ex ſtatuto datũ ſit certum tempus conſanguineis ad retrahendũ rem venditã offerendo pretium,non poterunt conſanguinei poſt illud tẽpus retrahere.& iterũ conſ.430.circa primũ quæſitũ,eo.lib.2.vbi in eodem caſu loquitur,de quo & nos ſatis diximus ſuprà tit.proximo,§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.19. ſed cum noſtra.& idem Pau.Caſt.conſi.ccccxxxvj.ad primum,col.j.eo.lib.ij.& Maria.conſil. xix.pro deciſione,col.vlt.& Socin.ipſius filius,conſi.cclxxiij.in præſenti,col.pen.verſ.ſed ad hanc, lib.ij.

47 *De eadem re.*

¶Ex quo dicit Bal.in l.edita,col.xiiij.verſ.ſed hîc quæritur nunquid ſufficiat,C.de eden.quòd affirmatiua limitata ad tempus inducit negationem poſt illud.Et dicit etiam Bar.conſi.c.à domino

Cyn.de



*Multa ſimilia.*

Cyn. de Bononia, in ij.dubio,quòd ſi ſtatutum permittat inquiri intra certum tempus,cenſetur poſt illud prohibere:ideò(inquit)inquiſitio poſteà facta,erit ipſo iure nulla.quod multùm eſt notandum,quia multæ abſurditates ex hoc caſu proueniũt,vt dicit Iaſ.in locis ſuprà allegatis,verſ. ab hinc iij.Et facit etiam quod ſcribit idem Bar.poſt Iac.Aret.in l.j.§.vlt.ff.de procu.quòd ſi procurator conſtitutus ſit ad certum tempus,poſt ipſum expirat eius officiũ , nec admittitur volẽs proſequi,etiam ſi litem fuerit conteſtatus.& ſequitur Pau.Caſt.qui addit,etiãſi velit aduerſarius, conſi.ciiij.viſis & ponderatis,col.j.lib.j.Et quod item voluit ipſe Bar.in l.Ariſto, ff.de iure delib. Inn.in c.cùm in tua,extrà,qui matr.accu.poſ.Bal.in l.ſi plures,col.vlt.verſ.quæritur vlterius.C.de condi.inſer.& in l.cùm anterioribus,col.ij.verſ.nota quòd ille,C.de temp.app.vbi dicit, quòd ille qui errat in calculo temporis,debet ſibi imputare.Et ſic nota(inquit)quòd banniti, quibus datus eſt certus terminus,debent prouidere , ne tempus labatur , quia poſteà remediũ fruſtra intentarent.& conſ.cxlij.quidam dominus Paſinus,col.j.lib.ij.vbi dicit, quòd finito tempore priuilegij, finitur priuilegium,per multa iura,quæ allegat.Et Matthæ.Afflict. deciſi. Neapo. lxxiij. emptor cuiuſdam.Nec interim omittam tex.optimum à paucis annotatũ in l.Thais,§.intra,ff.de fideico. liber.ex quo probatur etiam fauore libertatis tempus præſtitutum ad aliquid faciendũ non poſſe protrahi,nec quod iuſſum eſt fieri intra aliquod tempus,vt quis libertatem conſequatur, poſt id tempus poſſe fieri.Et eſt ſimilis tex.in l.Sticho.§.Titius,ff.de ſtatulib.

*Prohibitũ ad tẽpus,poſt illud cenſetur permiſſum. Permiſſũ poſt tẽpus, cẽſetur antè prohibitum. Prohibitũ poſt tempus,cenſetur antè permiſſum. Alia ſimilia.*

48 ¶Nam & è diuerſo prohibitum ad tempus,cenſetur poſt illud tẽpus permiſſum,d.l. imperator, & ibi Bal.ff.de poſtul.& d.l.ſi vnus,ff.de pact.& d.l.pater filium,§.fundum,& ibi Bart.& Albe. ff. de leg.3.& l.ſi minor.& ibi Iaſ.in fi.ff.de verb.obli.& l.j.& ij.C.de his qui in exil.dat.lib.x.& in c. præſentium,extrà de cleri.percuſ.Bar.in l.peto,§.fratre,ff.de leg.ij.& in l. in illa ſtipulatione Calendis,col.j.verſ.intro glo.ff.de verb.oblig.Alber.in l.hoc iure , eodem quoque tit.Bal.in c.ſicut, col.j.extrà de cohabi.cleri.& mulier.& conſ.ccj.in prouincia,col.ij.li.j.conſ.xxxiiij.caſus talis eſt Guido,circa med.lib.j.& conſ.cclxxj.factum eſt tale,nutus quondam,col.j.lib.iij.Pau.Caſt.d.cõſ. ccccl xvij.vbi ſuprà,lib.j.& conſ.cclxiij.circa primum,col.iij.verſ.prima,lib.iij.& d.conſ.ccclvj.lib. 2.Et è contrario poſt tempus permiſſum,videtur ante illud eſſe prohibitum, l.promiſſor , ff.de conſti.pecu.& voluit Bal.in l.poſt mortem,ſtatim poſt prin.C.de fideicom,& conſ.cccj. conſtitutio,col.j.in fi.lib.ij.Sicuti poſt tempus interdictum , ante illud tempus videtur eſſe permiſſum, Bal.conſ.lxvij.quia ſtatutum,ad fi.lib.j.quod repetitur conſ.ccccvij.punctus talis eſt,Anto. lib.iij. niſi quòd in hoc aliud eſt initium. Et condemnatus ad certum tempus , poſt id tempus pœnæ eximitur,l.fratres,ff.de pœnis.Et in vniuerſum,limitatum ad tempus, non porrigit effectum ad vlterius tempus,Petr.Anch.conſ.cxviij.caſus talis eſt,col.ij.verſ.circa primum, rurſúmque verſi. circa tertium.& Pau.Caſt.d.conſ.cclxiij.vbi ſuprà.lib.ij.

*Ea fiũt ex natura temporis limitati non arg.à contrario ſenſu. Et procedunt in ſtatutis.*

49 ¶Et hæc quidem omnia ita procedunt,vt ea non fiant vi argumenti à contrario ſenſu,ſed ex natura temporis limitati,vt dicit Bal.in d.l.obſeruare,§.proficiſci,col.ij.in d.iij.q.ff.de offi. Proconſ. per l.ſicuti,in fi.C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.& d.l.ſi vnus,§.j.de pact.& d.l.ex facto,§.item quęro,ff.de vulg.& pup.Ideóque vt ipſe ſubdit,& hæc quoque obtinent in ſtatutis, atque etiam aduerſus Ius commune:tanquã ſcilicet id ſit ex tex.directo ſtatuti,non ex contrario ſenſu.l.qui teſtamẽto,§.mulier,ff.de teſta.& l.apud antiquos,C.de furt.Hæc propè Bald. cuius hic ſenſus eſt, quod licèt argumentũ à contrario ſenſu non habeat locum ad correctionem iuris cõmunis, l.ij. C.de condi.inſer.ſecus tamen in eo,quod fit ex vi limitati tẽporis.Et id quidẽ dicit no.& ſequitur Alex.conſ.iij.circa præmiſſam,col.ij.verſ.præterea dictum,lib.7.Vide tamen ſuper hoc , quæ ſcribit Bal.poſt alios in l.properandum,col.ij.verſ.modò quæro,quid ſi ſtatutum,C.de iudic.

*De eadem re.*

50 ¶Hanc quoque eandẽ ſententiam in hoc etiam caſu de quo principaliter loquimur,nulla Ange. mentione facta,ſecutus eſt Petr.Anch.conſ.cccxxxj.viſis diligenter,col.ij.verſ.tertiò aduertendũ, per d.l.ſtatuliberũ.ff.de lega.ij.& neutrius item commemoratione facta Soc.conſ.cccxlj.circa primam difficultatem,col.antep.verſ.circa ſecundam quæſtionem, lib. ij.vbi & has quoque rationes affert.Nam talis promiſsio reuẽdendi videtur facta ſub tacita cõditione poteſtatiua,Si vẽditor voluerit redimere,vt declarat Bar.in l.ſi decem repetiero,ff.de verb.obli.& conſ.cxcv.Angelotus,& Bal.in d.l.ij.C.de pact.inter emp.& vendit.Conditio autem poteſtatiua ſuſpendit, l.à teſtatore, ff.de cond.& demon.& not.in d.l.ſi decem repetiero.At cùm conditio etiam tacita ſuſpendit, ea deficiente obligatio ipſo iure euaneſcit,l.item quia,iuncta glo.ſing.& ibi not.ff.de pact.

*De eadem re. Renũtiat, qui intra tempus præſtitutũ nõ facit.*

51 ¶Ad hæc,cùm venditor ipſe poſsit redimere intra certum tempus ex lege dicta in venditione, certè id omittens,videtur poſt id tempus id ius remittere ſiue renuntiare , vt expreſsè & in hoc quoque caſu voluerunt Odofre.Nicol.Mat.& eorum autoritate Bal.in l.ij.in viij.q. C. de reſcin. vend.Id quod generale eſt in cæteris huiuſmodi omnibus,per id quod voluit gl.quam ibi multùm cõmendat Ang.in l.ſi ego,ff.de nego.geſt.& gl.in l.j.in verbo,cadere.& ibi Sali. C.de in integ.reſti.minor.Dy.& Io.And.in c.ratihabitionẽ,de reg.iur.li.6.Bar.& ipſe Ang.in l.bonorũ,ff.rẽ ra.habe.Bal.in addi.Spec.tit.de appel.parte ij.§.j.verſ.porrò:vbi dicit tẽpus iuri quęrendo appoſitum,idẽ aut etiã plus operari,quàm renuntiationẽ,per not.in d.l.ſi ego.Sed & ipſe Bal.in l.j. col. j.verſ.extrà opponitur,C.quan.dies leg.ced.dicit lapſum diei habere vim pacti de non petendo.

*De eadem re.*

52 ¶Nec in hac re omittendus eſt tex.in l.ſi ea,C.qui accu.poſſ.ex quo liquidò probatur id quod diximus,ſcilicet tempus ipſum habere vim renuntiationis,& id ibi no.idem Bald.tum col.j. verſic.

tertiò

tertiò no.tum col.vlt.in duobus locis.Atque etiam tex.in §.j.poſt prin.ibi, multa quoq; tempus refutat.Ex quo quidem & ipſe Bal.conſ.clxix,ſtatuto ciuitatis Ianuæ,in fi.li.j.ſcribit lapſum termini ad aliquid præſtituti,habere vim tacitæ renuntiationis. Nam & tex.in l.j.§. ſed videndum, ff.de ſucceſ.edi.paria facit excluſionem ex tempore,& renuntiatione,cùm dicit,excluſus eſt tempore,vel repudiatione,cum aliis multis ſi.à me adductis ſuprà tit.præcedenti,§.iij.gl.iiij.in verbo, *il ne ſera plus receu*,nu.2.contrarium tamen eſt.Quibus illud vnũ addiderim,hanc tacitam renuntiationem,quæ inducitur ex lapſu temporis,magis nocere,quàm expreſſam:vt per multa latè probat Iaſ.poſt alios in l.cùm quid,in ij.lectu.col.ij.nu.10.& multis ſeq. ff.ſi cert.pet. & nos latius in noſtris Legibus connubialibus in glo.vij.quæ eſt ſuper verbo,*expres*,vbi videre poteris.

*De eadem re.*

53 ¶Poſtremò hanc eandem ſententiam in noſtro caſu reuendendi intra certum tempus, ante illos omnes licet nullus memorauerit,tenuit expreſsè Bal.conſ.cviij.iſte qui promittit reuendere,li.v. atque etiam Alex.conſ.cxviij.ſtantibus terminis,col.j.in fi.li.iij.& ex Recentioribus quoq; Steph. Bertran. qui nullum præcedentium ſcriptorum citat,conſ.cxv.non tenebatur.lib.j. atque iterum conſ.clxxxiiij.vidi caſum,in fi.lib.j.Et de hac re tex.eſt clariſsimus & expreſsiſsimus, quẽ tamen nullus illorum citat,in l.ſi creditor,§.illud,ff.de diſtract.pig.vt mirum ſit effugiſſe Bal.virũ omnium noſtratium Docto.oculatiſsimum,& incomparabilis memoriæ virũ. Sed non omnes omnia videre,aut quæ viderint recordari queunt:quando,vt cecinit Virgilius,

*Omnia fert ætas,animum quoque:ſæpe ego longos*
*Cantando puerum memini me condere ſoles.*
*Nunc oblita mihi tot carmina.—*

Et vt ſcripſit Menander,

*Tẽpus aufert omnia.*

χρόνος δ'ἀναίρει πάντα,καὶ λήθην ἄγει.

Id eſt ad verbum:

*Tempus autem aufert omnia,& obliuionem inducit.*

*Quid ſi durãte tẽpore reuẽditioni præſtituto emptor dixerit venditori, illum ſe quandocũque admiſſurum.*

54 ¶Et hanc principalem noſtram ſententiam,qua dictum eſt, venditorem poſt tempus conſtitutũ non admitti ad retractum,amplia,etiamſi emptor nondum tranſacto eo tempore dixerit venditori illum ſe admiſſurum ad retractum,quandocunque voluerit:nam intelligitur,modò is veniat intra illud tempus,vt non obſcurè voluit Rom.conſi.xxvij.viſo themate,in iiij.eodémq; vlt. dubio,dum dicit aliud eſſe,ſi poſt tempus id dixerit.Et ad hoc mirè faciũt,quæ & nos in ſimili diximus de retractu proximitatis ſuprà tit.præcedente,§.j.gl.x.in verbo,*dedans l'an*, nu.33.ſed quid ſi cùm,& ſeq.vbi omnino videas & notes:neque enim res eſt omnibus obuia & expoſita.

*Res cum hoc pacto nõ iuſto pretio vẽdita, an poſsit ſemper redimi.*

55 ¶Nec prætermiſerim quoſdam eſſe huius ſententiæ,vt ſi res cum hoc pacto vendita,non ſatis iuſto pretio fuerit vendita,poterit ſemper redimi etiam poſt tempus præſtitutum reuenditioni. ita enim voluit Chaſſe.in tit.*des rentes vendues à rachapt*,§.j.col.iiij.num.21.iterúmque in hoc titul. *de retraictz*,§.x.in verbo,*a faict diligence*,in fi.dicens id quoque voluiſſe Bald.in c.j.tit.de feud. dat.in vic.leg.commiſ.Hoſti.in Summa,tit.de vſur.& Iacob.à S.Georg.in l.mutuũ,in j.col.ff.ſi cert. pet. Sed Bal.& Iacob.nominatim loquuntur in contractu reprobato,cùm videlicet appoſitum eſt pactum legis cõmiſſoriæ in contractu pignoris.De quo nos diximus ſuprà in eadem gl.nu.328. & idem quoq;,vbi & alios multos idẽ tenentes citauimus.Nec Hoſt.quoq; illud dicit.Scio autẽ Senatum Pariſienſem ſolere in vẽditionibus annuorũ redituum generalium,etiam non reprobatis, concedere aliquod tẽpus debitoribus vltra tẽpus cõuentum,vel etiam ſi nullum ſit conuentum, vt poſsint reſtituto pretio eos redimere intra certũ tẽpus.Nec id tamen,quod dicit Chaſſe. caret æquitate,propter quandã ſuſpicionẽ,quæ oritur ex illis duobus,ſcilicet modicitate pretij, & pacto reuendẽdi:quæ ſola licet non ſufficiãt ad reprobandũ contractũ, ſecũdùm cõmunem opi.de quo diximus ſuprà in prin.huius tit.tamẽ poſſet videri ea ſatis eſſe ad illũ reſcindẽdum reſtituto pretio,& ſine deductione fructuũ,vt in hoc ſaltẽ quandã rationem habeamus alterius opi. quæ ex iis duobus tãtùm reprobat contractũ:ídque præſertim in iſtis vẽditionibus annuorũ redituũ, qui &ſi non ſunt reprobati,vt alibi diximus,ſunt tamẽ odioſi & ſuſpecti,vt & alibi itẽ diximus.

*An venditor poſt tẽpus poſſit in integrũ reſtitui ex aliqua iuſta cauſa.*

56 ¶SED an ſaltem reſtitui poterit venditor in integrum poſt tranſactum tempus reuenditionis, ex aliqua iuſta cauſa. Pone enim, quòd venditor mortuus eſt relicto hærede filio minore, qui non redimit intra tempus,nunc autem petit ſe reſtitui ratione minoris ætatis,vel ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur,quia veriſimiliter ignorabat id tempus, iuxta l.qui in alterius, ff.de reg.iur.Hanc quæſtionem longè latéque ac ſubtiliter diſputat Fran.Curt. ſenior d.conſ.lix. Chriſti,vbi tandem concludit,minorem etiã infantem hæredem venditoris non reſtitui aduerſus hunc temporis lapſum:quem tu vide egregiè diſſerentem,an & quãdo minor & ignorans reſtituitur aduerſus præſcriptionem conuentionalem. Et idem quoque in eadem ſpecie conſuluit Steph.Bertr.d.conſ.clxxxiiij.in fi.lib.j.per tex.in l.Aemilius,ff.de minorib.& no.per Pau.Caſtr.& alios in l.vlt.C.in quib.cau.in integrũ reſti.non eſt neceſ.Sed & idem nuncupatim voluit Hiero. Cagn.in l.ij.in xvj.q.C.de pact.inter empt.& vend.& ante hos Paul. Caſt. cuius nullus meminit, conſi.cccvj.quanquàm longa,col.vlt.lib.ij.vbi & id dicit ſe quoque aliàs conſuluiſſe.

*Tẽpus cõuentionale currit minoribus,militibus,abſentibus, impeditis.*

57 ¶Quibus adde gl.no.in l.ſi cùm militaribus,in verbo diſtraxerunt.C.de reſti.mili. quæ dicit militem abſentem iuſta ex cauſa,aut etiam minorem,non reſtitui aduerſus tempus aut pœnã cõuentionalẽ,licet reſtituerentur aduerſus legalem,vt ibi ſcribitur.Et illam glo.ſequuntur Bar.& Bald. qui illam dicunt mirabilem,& Pau.Caſt.qui illam dicit no.ibi,& idem Bart.in l.ij.C.ſi aduer.ven. pig. & Bald. qui illam dicit elegantem,in c.j.verſ.niſi iuſta,col.j.in verbo,infantia,tit.quo tempo. miles.



miles.& Rom.in rub.de arbitris,col.pen.vbi eam dicit ſing.Barb.in repe.c.Raynaldus,ad fi. extrà de teſtam.& conſ.lj.ſcripſit ſapientiæ fons.col.viij.lib.j.vbi dicit valde ſingu.& inter conſi.ipſius Fran.Curt.Senior.conſ.lxvij.ſapienter,col.xix.vbi eam dicit ſingularem.

*Iuſta cauſa nõ excuſat ab expenſis conuentionalibus.*

58 ¶Ro.autem,vbi ſuprà,pro huius ſententiæ confirmatione citat gl.in l.non ſolùm,ff.de rei vend. & rurſus aliam in l.iij.§.ſi rem,ff.de leg.iij.dicentes iuſtam cauſam litigandi non excuſare ab expẽſis conuentionalibus, licet excuſet à legalibus,cum multis concord.adductis à Iaſo. conſ.cxxiiij. in inſtrumento,col.pen.verſ.item debet,lib.iiij.de quo nos alibi latiſsimè diſſeruimus.Sed quod propiùs accedit ad eam ſententiam,adde quod ſcribit Card.Flor.in c.exceptionem,col.iij. verſi. ego dico,extrà de elect.quòd tempus conuentionale currit impedito,per not.in c.vlt.eo. tit.licet legale non currat,c.quia diuerſitatem,de conceſ.præb.cum ſi.& ſequitur Fel.in c.cùm inter, col. xj.verſ.limita ſecũdò,extrà de excep.& quòd difficultas non excuſat à pœna,ſiue obligatione cõuentionali,probat l.cõtinuus,§.illud,& ibi gl.& Doct.ff.de verb.obli.& l.ad diem,eo.tit.ſecũdùm intellectũ eius cõmuniorem.& l.qui autẽ,§.ſi quis,ff.de conſti.pecu.& gl.in c.breui,in prin.extrà de iureiur.De quo & tu vide Doct.in l.quod te,ff.ſi cert.pet.& Fed.Senen. conſ.cxxij.Martinus promiſit,& Bar.in l.apud Celſum,§.ſi in arbitrum,ff.de doli excep.Fran.Aret.in l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti,§.poſſum,col.j.ff.de verb.oblig.& Steph.Bertr.conſ.cccix.viſo proceſſu,nu. 4.lib.3.

*Difficultas nõ excuſat à pœna vel obligatione conuentionali.*

*Nec alia iuſta cauſa.*

Nec iuſta quoque alia cauſa excuſat ab eadem pœna cõuentionali, licet excuſet à legali. Bal.in l. edita,in ij.lect.col.8.verſ.octauò oppo.C.de eden.& in l.eos,§.cautione,col.ij.verſ.& circa hũc articulũ,C.de appel.Alex.cõſ.cxix.titulus quæſtionis,col.pe.verſ.nec obſtat quòd propter,li.2. Iaſ. qui tamen nutat,conſ.124.in inſtrumento,col.vlt.lib.iiij.Et horum omniũ ratio in promptu eſt, quia mitius agitur cum lege,quàm cum homine,l.Celſus,in prin.& ibi gloſſ.ff.de arbi.cum ſim.

*De eadem re.*

59 ¶Sed tamen vide interim,quomodo reſpondebis tex.in l.ſi creditor,§.illud,ff. de diſtract.pigno. cuius hæc verba ſunt,Si quidẽ ita venierit,vt ſi intra certũ tempus à debitore pecunia ſoluta fuerit,emptio reſcindatur:ſi tẽpus præterierit,non poterit reſcindi vẽditio,niſi minor ſit xxv. annis debitor,aut pupillus,aut reipublicæ cauſa abſens,vel in aliqua earũ cauſarũ,ex quibus edicto ſuccurritur.Niſi dicas ibi minorem,vel abſentẽ non reſtitui aduerſus tempus à creditore præſtitutũ reuenditioni,ſed aduerſus ipſam venditionem.quod quidẽ verũ eſt.Aut ibi ideò reſtitui minorẽ, quia agitur de eo,quod geſtũ eſt cum eo:quod multùm differt ab eo,quod geſtum eſt à patre aut prædeceſſore ipſius:vt videre licet ex d.l.Aemilius,ibi putabã bene iudicatũ,quod pater eius non ipſa(loquitur autem de filia minore) contraxerat.& no.per gl.& Doct.in d.l.ij.C.ſi aduerſ.vend. pig.& in l.cùm filius,§.in hac,ff.de verb.oblig.cum ſim.Sed id non admodum congruit caſui d. §.illud. quanquàm & id quoque verum eſt. Ideóque ſi huiuſmodi facultas redimendi ab initio fuerit conceſſa minori,poſſet dici & hunc elapſo tempore ad eam reſtitui,atque etiam maiorem ob abſentiam reipublicæ cauſa,aut aliã earum cauſarum ex quibus ſuccurri ſolet ex illa clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur.Sed tu tamen omnino vide Franc. Balb.in tract.præſcrip.in j.parte vj.eiuſdemque vlt.partis princ.in xxiij.cauſa.

*Quid, ſi hæc facultas fuit ipſi minori cõceſſa.*

*Quid,ſi venditor iuſtum habuerit impedimentum.*

60 ¶Ex quibus etiam poſſet videri,quòd ſi venditor iuſtum habuerit impedimentum, nec poſſet redimere intra tẽpus,quia fortè miſit pecunias per nũtium vel procuratorẽ,vt redimeret, qui ab hoſtibus vel latronibus captus eſt,aut aliud ſimile quippiã contigerit,eſſet tunc excuſandus venditor,& poſt tẽpus admittendus,ſaltem per reſtitutionẽ in integrũ:vt eſt etiam tex.loquẽs in luitione pignoris,cui tempus certũ fuerat præfinitũ,in c.ſignificãte,& ibi Doct.extrà de pig. & Bal. in repet.d.l.Aemilius.col.pen.verſ.reuertor.ff.de minor.& Rom.conſi. 435.in præſenti conſultatione:vbi & ad hoc allegat tex.quem dicit ſing.in l.quibus diebus,in principio,ff.de condi.& demonſt.intelligendo,quòd conditio illa erat implenda,per quid dari in genere,vt ipſe loquitur,licet multa in contrarium eo in loco allegaſſet,quæ ibi videre poteris.Ant.autem in d.c.ſignificãte,col.iij.dicit,quòd emphyteuta,qui ceſſauit ſoluere triennio,quia interim detẽtus fuerat in carceribus,excuſatur,nec poteſt expelli.& ſequitur Barb.ibi col.iij.verſ.not.quòd eo ipſo.& Iaſon qui id dicit notandum in l.ij.col.17.in xxj.quæſt.C.de iure emphy.vbi ſubdit,quòd poſito quòd cecidiſſet,deberet tamẽ reſtitui in integrũ,ex clauſula illa generali.& ſequitur etiã Phil.Dec. in authentica,qui rem,col.iij.verſ.ſeptimò fallit,C.de ſacroſ.eccl.Sed id non admodũ huc facit,quia loquimur de pœna cõuentionali:quãquàm is textus in d.c.ſignificãte,quo potiſsimũ innitũtur,loquitur de tẽpore etiam conuentionali.Et vide etiam tex.optimũ in l.vlt.C.de conditio. inſertis. & in l.argentũ,ff.commod.& quæ diximus ſuprà tit.præced.§.primo,gl.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.124.vigeſimoquartò,& ſeq.& iterum,§.iij.in gl.iiij.nu.5.quid tamen,& ſequ. Et ſi hæc procedunt,omnino deſtruunt ea,quæ diximus in priori parte huius quæſtionis:ideo cogita.

*Si emptor acceperit pretiũ oblatum poſt tempus, an cogetur reuendere. Sed intra quod tempus.*

61 ¶ILLVD autem ſcire debes,quòd ſi poſt tempus huic facultati conceſſum,emptor pretium ſibi à venditore oblatum acceperit,poteſt compelli ad reuendendũ,arg.l.de lege.§.vlt.& l.ſequ. ff.de leg.commiſſ.& l.cõmiſſoriæ,& ibi Bal.C.de pactis inter empt.& vendi.& l.ij.C.de iure domi.impet.& d.l.Aemilius,ff.de minori.& l.quòd ſi nolit,§.in factũ,ff.de ædil.edic.& l.vlt.ff. de eo quod cert.loc.& nuncupatim in hoc caſu reſpondit Bal.conſi.cviij.iſte qui promittit reuendere,libro v. vbi & ex hoc dicit,quòd ſi ipſe venditor recepit,etiã poſt tempus,pretium à vẽditore depoſitũ, tenetur perficere reuenditionem,quia eo nomine videtur ipſum depoſitũ recepiſſe, quo nomine factum fuit:nec enim depoſitario ius eſt & poteſtas ſoluendi,niſi in eam cauſam,ideóque in eam

ſoluiſſe

*Quid ſi, accepit pretium in id depoſitum.*

ſoluiſſe videtur, argu.l.iiij.cum ll.ſeq.ff.ſol.{Et optimè facit, quod in ſimili reſpondit Rom.conſi. xxvij.viſo themate, col.ij.verſ.quartò dubitatur, vbi declarat an ſemper poſteà tenebitur reuendere, vel intra quod tempus.}Et faciunt ea, quæ ſuprà diximus tit.præced.§.j.glo.decima, quæ eſt in verbo, *dedans l'an*, num.20.tu tamen id intellige, & rurſum in fine eiuſdem tituli, in vj.quæſt.& quæ dicam infrà hoc eo.tit.§.iiij.in glo.vlt.nu.2.

*Quid, ſi partẽ pretÿ.*

62 ¶Idémque, vt tradit Bal.vbi ſuprà, ſi partem pretij tantùm acceperit: nam idem eſt, ac ſi totũ accepiſſet: vt expreſsim declarat d.l.de lege, §.vlt.ff.de leg.commiſ.quam & ipſam ad ſimilem caſum trahit Caro.Rui.conſ.clj.circa dubia, col.iiij.nu.5.& 6.lib.3.

*Quid, ſi ignorans accepit.*

63 ¶Sed hæc velim intelligas procedere, niſi emptor huiuſmodi pretium, aut partem ipſius, ignoranter acceperit neſciens tempus reuenditionis eſſe tranſactum, quia fortè ſucceſſerat emptori, nec inſtrumentum venditionis viderat. Et tunc certè ei obeſſe non debet, l.ſi is ad quem, & l.nec is, §.hæres, ff.de acq.hæred.& l.mater, §.ſed vtrùm, ff.de inoffic.teſtamen. & l. legitimam, ff.de petit. hæred.& l.tres fratres, C.de pact.& l.necignorans, C.de donat. Et quod in ſimili de domino qui ignorans feudum vel emphyteuſim eſſe commiſſam, recepit penſionem, voluit Spec.tit.de locat. §.nunc aliqua, verſ.xxiiij.& xxvj.cum aliis multis ſim. & concor. à me adductis in non abſimili caſu ſuprà tit.præcedente, §.j.in d.glo.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.21.ſed hoc tamen, & ſeq.

*Sed quid ſi tãtum petiuit.*

64 ¶Q V I D autem, ſi tantùm petiit ſibi id pretiũ ſolui, necdum tamen accepit, an & tunc poterit cogi ad vendendum ac ſi ipſe accepiſſet? Quod videtur per dictam l.Aemilius, in illis verbis, pretium petendo, & ibi gl.in verbo, reſtitui, poſt princ.& Bald.in lect.col.j.& Alb.col.ij. verſ.vltimò quæro, ff.de minorib.& l.poſt diem, & ibi gloſſ. ff.de lege commiſ.& d.l.commiſſoriæ, vbi & id nuncupatim in caſu illius l.voluerunt Dy.Cy.Bal.Alb.& Sal.& idem Bal.poſt Cy.in l.intrà, §.j. per illum tex.col.j.verſ.item not.ff.de minori. Et quod in ſimili ſcribit ipſe Alb.in l.ij.col.iij.verſ. quid ſi dominus petit, C.de iure emphy.dominum, qui poſteaquàm vaſallus cecidit emphyteuſi ob non ſolutam penſionem, eam petiit ab ipſo vaſallo, ſibi æquè præiudicare, ac ſi ſolutionẽ recepit, per l.ad ſolutionem, C.de re iudic.& ſequitur Iaſ.in d.l.ij.col.xlij.nu.128. Et idem quoque de domino, qui requiſiuit vaſallum, vt ſibi fidelitatem præſtaret, voluit Ioan Ray.in c.j.§.prætereà ſi quis.in xvij.quæſt.& in §.inſuper, col.pen.tit.de prohi.feud.ali.per Federic. Quódque tradit ipſe Alb.poſt Gul.Cun.in l.ij.C.ſi maior fact.quòd ſi maior factus petit pretium rei à ſe minore vẽdita, videtur ratam habere venditionem, per d.l.ad ſolutionẽ, & l.ij.C.de iur.domi. impe. & quæ diximus ſuprà tit.præced.§.xxiiij.gl.j.nu.11.illud quoque. Quanquàm aduerſus hanc ſententiam facit l.nihil intereſt, §.j.ff.de inoffi. teſtam.& quod eius autoritate tradiderunt Cy.& Alb. in d.l. ij.in fi.C.de iur.domi.impet.& Petr.à Bella Pertica in d.l.commiſſoriæ, qui eam l.intelligit, ſi quis petierit eam effectu, ita ſcilicet vt conſecutus fuerit: aliâs ſecus, quod omnibus ſuperioribus repugnat, & ante hos glo.ſibi contraria in d.l.lege, §.vlt.ff.de leg.commiſ.Nam in l.ſeq.(quod iam diximus)tenuit priorem opi.Pro hac autem poſteriori vide & tu quæ dixi in tit.præced.in fin.eius tit.nu.37.ſed tamen ne tu, iuncto præcedenti.Sed ſemper intelligendum eſt, ſi non ignorans petierit, iuxta ea quæ diximus in præcedenti verſi.

*Si trãſacto eo tempore, emptor dicat ſe recepturũ uẽditorem, intra quod tẽpus is uenire debeat.*

65 ¶Q V I D verò, ſi iam tranſacto ipſo tẽpore ad redimendũ præſtituto, emptor libens dixerit vẽditori, paratũ ſe recipere pretiũ & reuẽdere, non obſtãte lapſu temporis: an tũc quandocunq;, vel intra quod tempus, debeat emptor offerre pretiũ? De qua re conſultus Ro.conſ.xxvij.viſo themate, in quarto, eodémq; vltimo dubio, reſpondit, non propterea emptorem perpetuò obligari, ſed venditorẽ debere intra modicũ aliquod tempus pretiũ reddere ſecundùm gl. in d.l.Aemilius, in verbo, reſtitui, in vna ſolutione, ff.de minorib.quam Bart.ibi multùm no.Vel etiã poterit emptor cõpellare venditorẽ, vt redimat intra duos menſes, & ſi id non fecerit, poſteà non admittetur, ex ſentẽtia Dy.& Bar.in l.qui Romæ, §.cohæredes, ff.de verb.oblig.quam Ro.ipſe dicit ſingu. At nos multò plura diximus in ſimili quæſtione retractus proximitatis ſuprà tit.præcedente, in glo.x.in verbo, *dedans l'an*, nu.23.nec tamen, cùm 6.ſeq.Ex quibus intelliges, quid hîc amplius ſit dicendũ.

*An tempus reuendendi currat à tempore contractus, an traditionis.*

66 ¶C AE T E R V M & hîc quæro, à quo tempore currat id tempus præſtitutum redemptioni rei venditæ reſtituto pretio: vtrùm à tempore contractus, an verò à tempore traditionis rei vẽditæ? Guid.Pap.ſingu. 873. ſi res vendita, dicit à tempore traditionis, vt dicit voluiſſe Barto.in l.ſi cui legetur, in prin.in vltimis verbis, ff.de lega.j.per tex.in l.tali, in prin.ff.de iure dotium. Verùm Bar. non loquitur in noſtro caſu, ſed in alio non admodum diſsimili, videlicet cùm quis vendit librũ præſtituto anni tempore ad ſoluendum pretiũ venditionis, non currit id tempus anni, niſi à tempore traditionis, per tex.in d.l.tali, quod dicit multùm notandũ. Et certè ille tex.eſt optimus & notandus. Tamen in hoc noſtro caſu arbitror inſpicienda eſſe verba cõtractus. Nam ſi dicitur, hinc ad annũ, nemo dixerit expectandã traditionem, cùm aliud exprimatur. Et hîc omnino vide quæ latè diximus de retractu municipali ſuprà tit.prçced.§.j.in glo.ij.in verbo, *a vendu*, nu.43.quid autem ſi quis, cum multis ſequentibus, iterúmque in glo.x.in verbo, *dedans l'an*, num.112.vigeſimò quæro, rurſúmque in §.vlt.in glo.ij.in verbo, *notifier au greffe*, nu.42.decimoquartò quæro.

*An uenditor intra tempus præſtitutũ poterit omni tẽpore redimere*

67 ¶I L L V D quoque in dubium vocatur, vtrùm venditor poterit quocunque tempore eius temporis, quod reuenditioni præfixum eſt, redimere, an verò tantùm vltimo anno, an item deniq; vltimo tantùm die. In quo ita dicendum eſt: nam aut expreſſum eſt in pacto, & id ſeruãdum eſt. Aut verò ita dictum eſt. vt intra x: aut xx.annos fiet reuenditio, & poterit venditor quocunq; tẽpore illorum



illorum decem vel viginti annorum, aut alterius temporis in id præſtituti, redimere: cùm omne tempus quod termino prędictorũ annorũ clauditur, intra eos eſſe rectè dicatur, vt ſcribit Gellius Noctium Attic.lib.xij.c.xiij.& id minimè dubiũ eſt. Aut denique dictum eſt, vt poſsit redimere in decẽ annis: & tunc Guid.Pap.deci.Delphi.dxvj.an per confeſsionem, verſ.ſed quid emptor, negat poſſe venditorem ſtatim redimere, cùm voluerit, ſed expectandum eſſe vltimum annum illorũ decem, & quolibet eius anni die poſſe redimere, per l.ſi ita fuerit libertas, ff.de manu. teſta. & l.j.§.quibus(credo quod voluit allegare §.quod dicimus)ff.de ſucceſſ.edic. Idque dicit ſentire Bar.in d.l.ſi cui legetur, in prin.ff.de lega.j.& in l.Gallus, §.ille caſus, col.vlt.ff.de libe.& poſth. Et Guid.Pap.ſequitur expreſsè Hieron.Cagnol.in repet.l.ij.in ix.q.C.de pact.inter empt. & vendit.

*De eadem re.*

68 ¶At lõgè vterq; fallitur. Nam prior ille tex.ſcilicet in d.l.ſi ita fuerit, non loquitur iiſdem illis verbis Guid.ſed iis, duodecimo anno, quæ lõgè ab illis diſtãt, in duodecim annis. Nam ſi dicas, duodecimo anno, ille tantùm duodecimus annus cõpræhenditur, vt dicit ille tex. nec aliud intelligit Bar.in ſuprà dictis locis. At ſi dicas, in duodecim annis, omne illud tẽpus duodecim annorũ, quod ſcilicet eſt intra illos duodecim annos, æquè cõpræhenditur, ac ſi dixeris, intra duodecim annos. Hæc enim ſimilia ſunt, intra duodecim annos, & in duodecim annis, vt probat tex.in d.l.j.§.quod dicimus, de ſucceſſ.edic.& voluit Gellius, vbi ſuprà citauimus. Et vt breuius dicam, illa enũtiatio duodecimi anni, illũ tantùm duodecimũ annum demõſtrat: illa autem duodecim annorũ, omnes illos duodecim annos demõſtrat. Et facit etiã ad ſuprà dicta tex.in l.quod quis, ff.de acti.& oblig. Et hanc quoq; noſtrã opinionẽ tenet Chaſſe.tit.*de rentes vendues à rachapt*, §.j.in vj.dubio, vbi tamen nihil allegat, niſi ſibi videri Alex.& alios ita tenere in l.qui Romæ, in prin.ff.de verb. oblig.

*Cum uenditor non poteſt niſi poſt aliquod tempus redimere, an contractus ſit illicitus.*

69 ¶S E D vnum non omiſerim, quod ſubiũgit Guid.Pap.vbi ſuprà, & iterum ſing. ccccIxxvij. licet pactum, verſ.quæro mutuaſti, ibi, nunc quæro, quod in illis caſibus, in quibus non poteſt vẽditor redimere quandocunq; durãte tempore, ſed tantùm in fine illius, aut poſt aliquod tempus, cenſetur contractus illicitus: vt dicit ſe plenè dixiſſe in tractatu de contractibus illicitis, vti fecit col. vij.§.pone circa hoc aliquis. Et idem ante illum videri pleriſque poſſet cenſuiſſe Panorm.in c.ad noſtram, in iij.caſu, extrà de empt.& vendi.& Pau.Caſtr.conſ.cix.viſa petitione, col.ij.verſ.ſunt etiam alia, lib.ij.nam & ij duo à quibuſdam in eam ſententiam allegantur, & Laurent. Rodul.in repetitione cap.conſuluit, in ij.parte, quæſt.lxj.& Lanfran.Oria.in clem.diſpendioſam, col.pen. de iudic.& ante hos omnes Hoſtien.& Ioa.And.in d.c.ad noſtram, & è Theologis D. Bernardinus in tractatu de contractibus & vſuris, in xxxix.ſermone, artic.ij.cap.j.& id propè hauddubiè tenet Bald.conſi.ccccIxxxviij.apparet, circa medium, lib.j.

*De eadem re.*

70 ¶Verùm(ne erres)Pan.vbi ſuprà, requirit vltra id pactum ita factum, modicitatẽ pretij: quaſi id ſolum non faciat contractũ illicitum. Et Hoſtien.& Io.And.eo in loco debent intelligi ſecundùm dictum cap.quo innituntur, de quo mox dicemus. Sed & Pau.Caſt.vbi ſuprà, non dicit ſimpliciter eum contractum, in quo tale pactum apponitur, eſſe illicitum, ſed id tantùm reponit inter ea quæ cum aliis non per ſe ſola faciunt præſumi contractum vſurariũ, vti etiam faciunt Bal.& Sal. poſt Odoffr.in l.emptione, C.plus vale.quod agit.& idem Bal.in c.j.col.ij.verſ.quæro de quibuſdam, & ibi etiam Aluar.col.pen.verſ.quæro ab extrà.tit.de feud.dat.in vic.leg.cõmiſ. & ipſe Pan. conſi.lxxvj.in præſenti cap. tria ſuccinctè. col.j.lib.j. & conſi.lxix.caſus in his terminis, lib.ij. & Rom.conſi.ccccxxiij.pro pleniori diſcuſsione, in vltimo dubio. Cæp.in trac.de ſimulatione contractuum, in x.præſumptione. Barb.conſi.lxxvj.illud in medium, col.j.& ij.lib.3.Soc.conſ.ccxlviij. nunquid ex duobus, col.ij.verſ.quarto, lib.ij.Iaſon latè conſ.cliij.præſupponitur in facto, per totũ, lib.iiij.Fabia.in tracta.de emp.& vend.in vij.q.princ.col.iij.verſ.ſextò quæro, & nouiſsimè Hiero. Cagno.in repe.l.ij.col.4.verſ.& inter alias, C.de pactis inter empto.& vẽdi.& è Theologis Ang. Cla.in verbo, vſura, le j.nu.67.niſi(inquit)id fieret in fraudem vſurarum. & Conradus in tractatu contractuum, quæſtione lxxxiij.in viij.concluſione.

*De eadem re.*

71 ¶Et hoc quoque ſatis ſupérque innuit tex.ſi non leuiter legatur, in d.c.ad noſtram, de emptio.& vendit.quod omnium hac in re eſt præcipuum, potiſsimúmq;, ac propè vnum fundamentum, dum ſcilicet vnà cum eo pacto, vt à ſeptẽnio ad nouenniũ liceret redimere, & alia quoque ponit, quæ ſimul faciunt præſumi cõtractum fœneratitiũ, quaſi ſcilicet illud ſolũ pactũ in id non ſufficeret. Et ita ibi omnes propè ſcribentes intelligunt. Et quòd id quidem pactum ſimpliciter valeat, ne expreſſa autoritate careamus, tenuit Io.Fab.modò(ait)tẽpus in id præſtitutũ non excedat xxx.annos, in l.vlt.quã vnicã eius tit.legit, C.de pactis pig.ad fi. Et hoc vltimũ de 30.annis, ne & id quoq; omittã, voluerunt gl.Pet.à Bella Perti.& Cy.ibi.& Collect.in c.ſignificante, col.ij.verſ. ſed quid ſi debitor, extrà de pign.Ang.& Alex.in d.l.qui Romæ, in prin.ff.de verb.oblig.

*Quid ſi id pactum excederet xxx.ann.*

*Id pactum ita factũ magis ſuſpectum eſt.*

72 ¶Sed aduerte Lector amantiſsime: nam licet hæc omnino vera ſint, tamen negari niſi malignè ac proteruè non poteſt, quin illud pactum ita appoſitũ, vt non liceat niſi poſt aliquod tempus ſimpliciter, aut intra aliud poſtea tempus redimere, facilius citiúſque faciat præſumi cõtractum vſurarium, quàm ſi ſimpliciter fuiſſet appoſitum ſine expectatione alterius tẽporis, vt non obſcurè voluerunt ij omnes quos iam ſuprà citauimus, nu.ab hinc ij. & præter eos quoque Bal. in rubri. C.de fructi.& vſur.lega.ad fi.& conſ.ccccIxxxvij.apparet, lib.j.& conſi.cccxxij.inſtrumento, col. 2.& ſeq.lib.iij.& Alex.conſ.cix.viſo proceſſu, in fi.lib.iiij.& Corn.conſ.ccclxvj.viſa copia, col.pe. verſ.illa enim temporis, lib.j.& Ambroſius à Vignat.in tracta.vſurarum, quem compoſuit in cap.

ſalubriter,de vſur.char.14.in x.indicio.& Alex.conſi.xlvj.circa præſentis,colum.j.libro iij.

73 *Sed an ante il lud tēpus poſ ſit cogi em ptor reuen dere.*

¶SED an ſaltem in illo caſu promiſsionis reuenditionis poſt aliquod tēpus poſsit cogi emptor reuendere ante illud tempus.Baldus,vt à nonnullis citatur,in conſilio incipiente,in Chriſti nomine,ſi emptor promiſit reuendere,reſpondit non poſſe,per not.à Barto.in l.eum qui ita , §. qui ita,ff.de verb.oblig.& ita illum refert Fabia.in dicto tractatu emp.& vendit.vbi ſuprà,qui tamen ſubdit illam deciſionem videri ſibi dubitabilem,nec aliud dicit.Ego verò illud conſi.reperire nō potui,nec vllū ex conſ.Baldi,quę edita ſunt,eius initij eſt.At conſi.eſt quod incipit,iſte qui promiſit reuendere, quod eſt cviij.lib.v.in quo non illud dicit,ſed aliud,de quo diximus ſuprà eadē glo.num.61.illud autem.Non tamen dubito,ſi id pactum valet,vt plerique omnes , vt iam diximus,teſtantur,& ſi nihil aliud ſit quod vitiet,non admittendum fore venditorem ante illud tempus,cùm permiſſum poſt tempus,ante id cenſeatur prohibitum,l.promiſſor,ff.de conſtit.pecu.& diximus ſuprà in hac eadem glo.num.48.nam & è diuerſo.

## ET POVR TEL PRIS QVE ACCORDE EST ENTRE EVX, ET PRO TANTO PRETIO QVANTVM INTER EOS CONVENTVM FVERIT, GLOS. III.

1 *Concordare, uerbū latinū.*

HAEC VERBA obſcura ſunt,quia poſſunt referri & ad pretium conuentum & concordatum(vt ſic loquar cum Terentio & Plinio)in venditione,vt ſcilicet res tali pretio vendita,eodem reuendatur,atque etiam ad pretium conuentum in pacto reuenditionis,ita ſcilicet,ſi fundus venditus centum aureis,eo pacto vt poſsit redimi centum viginti ſiue octoginta aureis.nam vtrobique eſt pretium conuentum.Quamuis ſi maius pretium pro reuenditione reſtitui conuentum eſt,quàm ab emptore pro ipſa priori venditione traditum eſt,faciat præſumi contractum vſurarium,aliis tamen præſumptionibus ſimul interuenientibus,per c.illo vos,extrà de pigno.& diximus ſuprà in præfat.huius tit,num.31. incip. ſeptimum quod etiam.vbi etiam,atque in num.ſeq.comperies, quid dicendum ſit,ſi minus pretium reddi conuentum eſt,quàm ſit pretium prioris venditionis,ibi vide.

2 *Si in pacto re uendēdi nullū eſt ſtatutū pre tiū,de quo in telligendū eſt. An aliàs inter ſit, cùm certū aut cùm nullū eſt pretium.*

¶SED quid ſi in pacto reuenditionis nullum omnino certum ſtatutū eſt pretiū,ſed ſimpliciter dictum eſt,vt venditor poſsit redimere,intelligitúrne de pretio venditionis,an de iuſto pretio,an deniq; de pretio,quod ab alio reperiri poterit?de hoc nuncupatim differit Hiero.Cagn.in repet. l.ij.col.vj.in viij.not.C.de pact.inter emp.& vend.quem vide.& prætereà gl.in l.j.in verbo, non actus,& ibi quoq; Sal.col.j.verſ.quærit gl.quādo res,C.quādo lice.ab emp.diſced.& Ant.Burg.qui de iuſto pretio intelligit,in c.ad noſtrā,col.xiij.verſ.& quòd multi,extrà de empt.& vend.& quæ ſcripſimus ſuprà tit.præced.§.j.in gl.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,in princip.Et vide etiam Soci.qui in hoc caſu certam quandam differentiam facit,cùm venditioni appoſitum eſt certum pretium,vel cùm nullum,in l.qui Romæ,in prin.col.vlt.ff.de verb.obli. Et quòd intelligatur de pretio venditionis,eſt expreſſa conſuetudo infrà eo.tit.§.vj.

3 *Pulchra quæ ſtio.*

¶CAETERVM hoc in loco venit in mentem eius ſpeciei,de qua conſuluit Petr.Anchar. conſil. cccxxxj.viſis diligenter actis,col.vlt.verſ.vlterius aduertendum.Ea eſt huiuſmodi:Venditor agit aduerſus emptorem,vt ei reuendat rem antè ab ipſo venditā,offerens pro ea reuenditione quinquaginta ducatos,quia dicit ita fuiſſe conuentū in eius rei venditione.Negat autē emptor id pactum.Teſtes venditoris deponunt emptorem promiſiſſe reuendere eodem pretio , quo emerat. Reſpondit Pet.emptorem reum eſſe abſoluendum,tum aliis rationibus,tum & hac , quia ex diuerſitate ſummarum reſultat pluralitas promiſsionis:non enim teſtes deponunt de ea quæ deducta eſt in libello.Et in ſeparatis de vno ad aliud non infertur.l.ſi maritus,C.de dona. inter vir. & vxo.Sed hìc omnino vide quæ in ſimili ſcribam infrà in fi.huius tit.in xvj.q.

## CELVY IOVR, EODEM DIE, GLOS. IIII.

1 *Si pactum ſit factum die cō tractus, an cē ſeatur factum incontinenti.*

NAM quod fit eodem die,præſumitur factum incontinenti,ſiue eodem contextu,vt dicit Bal.in l.j.col.ij.verſ.ſecundò not.C.de oper.liber.& in l.pen.§.mulier, ad fin.ff. ſolut.matr. Cæpo.nuncupatim loquens de hoc pacto reuendendi , in tracta. ſimulatorum contractuum,in ij.caſu prin.& Corn.conſi.cxcij.licèt videatur,col.j.verſi. itē quia videtur,lib.j.& Fran.Curt.ſenior,conſ.lv.ſuper duobus,col.iij.Iaſ.in l.j.§.j.col.vlt.ff.de verb. oblig.vbi id dicit ſæpe allegari in practica.& Steph.Bertr.qui nuncupatim loquitur in hoc pacto, conſ.xv.viſis inſtrumento,nu.2.lib.2.& conſ.xxxij.pretij vilitas,num.3.eo.lib.2. cum aliis multis concord.quos tibi congeſsi in repet.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,num.103.ſed poſſet dubitari,& ſequ.vbi etiam oſtendi Bart.conſ.clxj.proponitur quòd ſyndicus,non aduerſari huic ſententiæ,quod prima fronte potuiſſet videri.De eo autem quod fit ſequenti die,de quo tam loquitur noſtra conſuetudo,dicemus in glo.ſeq.in princ.

## IN LIMINE CONTRACTVS, GLOSSA V.

1 *Quid ſi die ſe quenti. Cohærētia, no*

QVONIAM dubium eſt in iure,quando pactum cenſeri debeat fuiſſe incontinēti factū, vt ex eo actio competat,tanquam veſtito cohærentia(vt noſtri loquuntur non ſine graui ac locuplete exemplo:eſt enim verbum Ciceronis lib.2.de Natura Deorum)contra-





*men Ciceronianum. Id pactū eadē die aut ſequē ti factū, an cō tractui ineſſe cenſeatur. Quæ poſt uel ante actū ſta tim fiunt, in i pſo facta fuiſ ſe uidentur.*

ctus:vt pleniſsimè per glo.& Doct.in l.in bonæ fidei,iterúmque in l.petens , C.de pactis,& in l. iuriſgentium,§.adeò,ff.eo.& Bart.in l.contractus,C.de fide inſtru. Certè noſtra conſuetudo,vt hoc dubium tolleret,ſtatuit, quòd ſi eo ipſo die,aut etiam altero,id eſt ſequenti die,quo contractus factus eſt,id pactum de reuendendo fuit conuentū,perinde habebitur,ac ſi in ipſo cōtractu, aut confeſtim antè,vel pòſt interceſsiſſet:& ita in limine cōtractus,vt ipſa loquitur,dicetur fuiſſe factus,ob id fortè,quòd vnus dies non dicitur magnum aut longum interuallū.l.ſi ex duobus,in prin.ff.de duob.reis.& voluit Bart.in l.j.§.j.ff.de verb.oblig.& bene facit l.Paulus, ff.de re iudica. vbi ſentētia diffinitiua in acceſſoriis & cōſequentibus poteſt ſuppleri,ſcilicet eodē die,& l.in operis,cum glo.& ibi Bart.ff.loca.vbi ſimul eſſe factū dicitur,quod eodē die factū eſt,tanquā ſcilicet ex propinquitate temporis præſumantur partes ita ab initio cōueniſſe,alterúmq; alterius contēplatione factū fuiſſe videatur,per tex.optimum in l.j.§.quæ onerādæ,ff.qua.rer.actio non datur. Sicuti & in ſimili dicit gl.in l.ſi vētri.§.vlt.per illū tex.& ibi Bart.ff.de priuile.credi.Iaco.Aret.& Bar.in l.pe.§.ſi vir,ff.ſolu.matr. Cy.in l.ſi quis poſthac.in ij.q.& ibi Bal.& Ang.C.de bonis proſcrip.Iac.But.& Alb.in l.ſi tibi pecuniā,ff.ſi cert.pet.Bal.in l.per diuerſas,in vlt.quæſt.C.mād.vbi dicit,Quòd ſi ſtatim poſt pretiū numeratū idipſum fuerit reſtitutū,præſumitur à principio actū, vt redderetur per d.l.ſi vētri,cum aliis multis cōcord.à me adductis in repe.l.ſi vnquā,in verbo, donatione largitus,nu.102.quòd ſi refractarius.Sed quibus addes Bal.de hoc noſtro caſu loquentē,in l.ij.C.de ędil.actio.quòd promiſsio reuēdendi incōtinenti facta,facit pręſumi ita fuiſſe ab initio conuentū:prout illū refert,& ſequitur Fran.Cur.ſenior conſ.lv.ſuper duobus,col.iij.Ideóque ambo actus iudicari debent,ac ſi vnus tantùm eſſet,ſimúlq; facti fuiſſent,per l.cùm antiquitas,C. de teſta.& l.hæredes palàm,§.vno cōtextu, ff.eod. tit.cum aliis concord.etiam à me cumulatis, vbi ſuprà,numero præced.videlicet 101.ſed & hoc tamen. Et quod vni ineſt, alteri quoq; ineſſe creditur,propter vicinitatē vtriuſq;,vt etiam ibi diximus,& multis probauimus. Quibus tamen adde Bald.conſ.ccviij.præmiſsis,in ſecundo dubio,lib.j.vbi dicit,ita ineſſe quæ incontinenti fiūt, vt ſi in vno inſtrumento deſit locus,in alio autē ſit appoſitus,cenſetur & in illo quoque appoſitus.& Corn.conſ.319.circa primum,col.vij.verſ.hoc autem præſuppoſito,lib.iij.vbi & id ita ineſſe dicit,vt vnus contractus cenſeatur eſſe pars alterius , argu.l.fundi partem,ff.de contrah.empt.

*De eadem re. Ante litis con teſtationē fa ctum uidetur, quod mox poſt eam fit.*

2 ¶EX iis autem fit,primò,quod dicit gl.in l.ij.in verbo,narrationem,C.de iura.calum,quòd cùm ex ea l.in §.vlt.partes debeant iurare de calumnia in initio litis , & ſic ante litis conteſtationem, tamen ſi ſtatim pòſt faciant,ſufficit:per illū tex.in prin.quia ſatis dicitur fieri in initio, quod pòſt ſtatim fit.l.lecta,ff.ſi cert.pet.Et cum ea glo.ſimpliciter tranſeunt omnes Docto. ibi,vt eam tacitè ſequi videantur,ex ſententia gl.ab omnibus approbatæ in l.inter omnes,ff.qui ſatiſd. cog. de qua nos ampliùs diximus ſuprà tit.præced.§.35.in gl.vlt.in verbo,*ignorans*,nu.46.nam minores.Sed & illam priorē gl.nuncupatim ſequitur & dicit not.Ro.in l.ſi mulier,col.ij.nu.13.ff.ſol.mat.& Ang. Aret.in §.prætereà,col.xij.verſ.& quando dicatur,Inſtit. de excep. vbi ex ea dicit generaliter, id cenſeri fieri tempore litis conteſtationis.quod fit parum ante,vel parum poſt litis conteſtationē. & Iaſ.in l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,col.3.verſ.in quarta parte,ff.de acquir.hæred.

*De eadem re.*

3 ¶SECVNDÒ quod voluit alia glo.in l.Pomponius,§.ratihabitionis,ff.de procur.quòd cùm ille textus dixiſſet ſatiſdationem ratihabitionis à procuratore ante litis conteſtationē eſſe exigendā, quoniā ſcilicet hæc ſit dilatoria exceptio,vt dicunt omnes ibi.Certè ſatis dicitur fieri ante,ſi fiat pòſt incontinenti,per d.l.petens,C.de pact.cùm dicitur,ſiue anteceſsit pactum,ſiue poſteà ſtatim interpoſitū eſt.& l.Modeſtinus,ff.de ſolu.Et licet eam gl.reprobent Bal.Ang.& Pau.Caſt. ibi,tamen ſequitur Spe.tit.de ſatiſd.§.viſo,verſ.debēt autē præſtari.& Ant.in c.cùm dilectus,col.4.per tex.ibi,ſecundùm vnā lect.in verſ.circa,extrà de ordi.cogni.& Imo.qui eam dicit ſing.in l. ex cōſenſu,§.eum qui,col.xxv.ff.de appel.vbi etiā refert Iac.Butr.& Bar.in d.§.ratihabitionis,ſimpliciter trāſire cum ea gl.& rurſum idē Imo.in l.ij.§.prius,ff.de vulg.& pup.ſubſti.per d.l.lecta. Alex. & Iaſ.in l.edita,ille col.iiij.verſ.putarem tamen quòd emendatio,hic col.v.verſ.quid ergo ſi incōtinenti,C.de edend.vbi ex hoc dicūt,quòd cùm emendatio libelli fieri debeat ante litis conteſtationem,vt ibi nota.poteſt tamē & poſt eam incontinenti fieri.& idē Alex.qui & eam dicit ſing.in l.ita demum,col.ij.verſ.octauò fallit.& ibi etiam Iaſ.col.j.verſ.ſecūdò limita,C.de procur. & ipſe Iaſ.in l.non ſolùm,§.morte,col.4.ff.de no.ope.nuntia.vbi eam rationem reddit,quia quæ incontinenti fiunt,&c.& in l.principalibus,col.4.verſ.ſecundò quæro,ff.ſi cert.pet.& in repet.l. admonendi,char.21.verſ.quid ſi teſtis,ff.de iureiur.& in d.§.iuſſum,vbi ſuprà.& in l.vlt.col.v.in ſecūda limitatione,ff.de feri.& Feli.in c.exceptionem,col.viij.verſ.fallit decimò,extrà de excep.Hippol. Marſi.in l.Diuus Antoninus,col.vlt.ff.de quæſt.& in l.is qui aggreſſorem,nu.31.C.de ſica.& cōſ. cxxxvij.illumina,col.pen.& Lancel.Gal.in l.j.§.qui præſens,col.vlt.ff.de verb.oblig.Qualiter autem intelligatur,videbis per eundem Lancel.in d.l.j.in prin.col.xij.verſ.ſexta cadit.

*De eodem. Exceptio dila toria ſtatim poſt litem con teſtatam po teſt opponi.*

4 ¶Sed & generaliter,quòd omnis exceptio dilatoria quæcunque ea ſit , poſsit opponi ſtatim poſt litem conteſtatā,vt id quoque ſcias,tenuit Inno.ille pater & organū veritatis ab Archid.in c.pia, de excep.lib.vj.appellatus,Inn.(inquam)in c.paſtoralis,in prin.extrà de excep.& Ant. cuius etiā non modica eſt apud omnes autoritas,in c.cùm dilectus,col.iij.per tex.ibi,extrà de ordi.cogni.& Rom.in d.l.ſi mulier,vbi ſuprà,ff.ſolu.matr.& ex recentioribus Fel.in d.c.exceptionem,quo loco ſuprà citauimus,extrà de excep.& Hippo.Marſil.in dicto §.Diuus Antoninus.

*Non refert, an ante emãcipationem, an ſtatim pòſt quid fiat.*

5 ¶TERTIÒ, quod tradit alia glo.in l.vt iuriſiurandi,§.iurare autẽ debet,in verbo, manumiſsionem,ff.de oper.liber.& iterum in l.j.in prin.& ibi etiam Bart.& Bal.C.eo.rurſúmq; in l.vlti.ff.de libe.cau.nihil referre,vtrùm ſeruus in manumiſsione,an paulò antè , ſiue etiam paulò pòſt iuret operas ſe domino præſtaturum,per d.l.lecta.idq; dicit Bar.in primo loco, eſſe menti tenendũ ad huiuſmodi quæſtionem.Nam pater non poteſt donare filio in ſua poteſtate cõſtituto, ſed emãcipato poteſt.Igitur quidam emancipat filium,& cõfeſtim ei donat:mox iudex emãcipationi decretum interponit:opponitur quòd non valet donatio cùm fuerit facta ante decretum emancipationis.Ego(inquit)Bar.dixi contrarium,per hanc gl.& refert & ſequitur, & dicit ſing. Alex.in l.diuortio,in prin.col.ij.verſ.ad hæc omnia,ff.ſolu.matr.& ibi quoque Iaſ.col.item ij.verſ. ſecũdò bene facit,vbi illud dictum ita declarat,ne videatur inutile,vt ibi per eum.& idẽ Iaſ.in repet.d.l. admonendi,col.87.verſ.quid ſi teſtis primò,ff.de iureiur.& in l.vlt.col.pe.C.de edict.Diui Adria. tollen.& Fran.Aret.in c.de teſtibus,col.4.verſ.nec obſtat dicit ipſe,& ibi quoq; Feli.col.iij.verſi. & in quantùm,extrà de teſtib.idem Feli.in c.cùm dilecta,col.xxiij.verſ.demũ ad ornatum , extrà de reſcrip.& Catel.Cotta,qui id admodum commendat,in memor. incip. donatio facta à patre. Ioan.Lupus in repe.rub.de donat.inter vir.& vxor.§.xxxviij.col.iij.verſ.ad hoc bene facit.

*De eodem. Tempore belli factũ cẽſetur, quod ante uel poſt ſtatim fit*

6 ¶QVARTÒ, quod autoritate illius gl.in d.l.j.C.de bonis liber.dicit Bal.in ea ipſa l.j.col.ij.verſi. ſecundò not.id dici videriq; donatum filio in præmium emancipationis,quod incontinenti ante vel poſt ipſam emancipationẽ donatur.Et declarat,quando hoc caſu dicatur incontinẽti antè & poſt factũ.Sed & autoritate eiuſdẽ gl.tradit ipſe Bal.in c.j.col.ij.in verbo , pacẽ,tit.de pace tenen. id dici factum tempore belli,quod paulò ante vel paulò poſt bellum factũ.Id quod etiam voluerunt idem Bal.Imo.Alex.& Iaſ.in d.l.diuortio,in prin.vterque col.ij.ſolu.matri,& id putant not. ad ſaluandos teſtes deponentes aliquid factum fuiſſe tempore belli.Et Bart.loquens de eo, quod dicitur fieri in naufragio,in l.ſi quis,§.de eo quoque.ff.de incẽd.rui.naufr.Id quod dicit mirabile, & allegat bonum tex.in l.Pædius,in prin.eo.tit.Sed tu vide Franc.Aret. declarantem quomodo id ſit intelligendum,in d.l.diuortio,in ſecundo notab.

*De eodem. Sufficit autoritatẽ præſtare ſtatim poſt actum.*

7 ¶QVINTÒ, quod ab alia gl.traditum eſt in l.obligari,§.tutor,& ibi Bar.ff.de auto.tut.iterúmq; gl.in §.tutor,Inſti.eo.quòd licet tutor debeat præſtare autoritatem pupillo in ipſo contractu, aut alio negotio,nec ſatis eſſet,ſi poſt contractum eam accommodaret,vt illis iuribus cauetur: tamẽ ſi incontinenti poſt id fiat,ſufficit,tanquam ſi in ipſo actu adhibita fuiſſe videatur.& idem quoque voluit Bart.in d.l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,ff.de acq.hær.& Ioan.And.in addit.Spec.tit.de ceſsi.acti.col.iiij.verſ.ſed nunquid ratione,cum aliis multis concord.id probantibus generaliter & in omni autoritate,quæ in ipſo actu adhiberi debet,à nobis latè congeſtis in noſtro tractatu de legibus connubialibus,in vj.glo.in verbo,*conſentement*,in princ.

*De eodem. An ſatis ſit, ut teſtes ſtatim poſt depoſitionem iurent.*

8 ¶SEXTÒ, huc ſpectat,quòd licèt teſtes debeant iurare, antequam deponant,l. iuriſiurandi , C. de teſti.& c.de teſtibus,& c.nuper,extrà eo.tit.& c.in primis,ij.q.j.& c.hortamur,iij.quæſt.ix.ſatis tamen eſt,ſi confeſtim poſtquã depoſuerint,iurent ita eſſe,vt depoſuerunt:ſicuti voluerunt Bart. Brix.poſt Hu.queſtio.venerabi.xlvj.aliquis fuit ductus.Hoſti.in Summa,tit.de teſtib.§.ſuper quibus,verſ.ſed quid ſi teſtis.Bal.& Pau.Caſt.in d.l.iuriſiurandi.Gaſpar Calde.in d.c.de teſtibus , & ibi etiam Fel.col.iij.verſ.& inquantum,& Iaſ.in repet.d.l.admonendi.col. lxxxiij.verſ. quid ſi teſtis primò depoſuerit,ff.de iureiur.Quanquàm contrarium tenuerunt Cyn.& Sal.in d.l. iuriſiurandi.Goffre.in Summa,tit.de teſtibus,ante fi.Archid.in §.item in criminali,verſ.item iuriſiurãdi,iiij.quæſt.ij.& in c.omne,xxij.quæſt.ij.Bal.ſibi contrarius in c.fraternitatis,col.j.in iiij.nota. extrà de teſti.Ant.& Pan.in d.c.de teſtib.Sed Maria.ibi,pro concordia harum pugnantium ſententiarum diſtinguit,an teſtis poſt depoſitionem ſua ſponte, an ad iudicis interrogationem iurauerit,vide ibi eum,& Feli.

*De eodem. Satis eſt teſtes incontinẽti teſtamento perfecto rogari.*

9 ¶SEPTIMÒ quòd licèt teſtes in teſtamento debeant eſſe rogati,l.hæredes palam,§.in teſtamẽtis,ff.de teſta.& l.hac conſultiſsima,in prin.C.eo.tit.tamen ſatis eſt,vt teſtamento perfecto atque abſoluto incontinenti rogentur,ſecundùm Bal.in l.vlt.col.ij.verſ.modò circa teſtes , C.de fideic. Nam idem (inquit) operatur,quod incontinenti ſuppletur,ac ſi eodem tenore & contextu eſſet factum,per d.l.petens,cum ſua materia,C.de pact.Et hoc dictum pro ſing.citat & ſequitur Iaſ.in d.l.in principalibus,col.4.verſ.ſecundò quæro,ff.ſi cert.pet.& in d.l.edita,col.vj.verſi. ſextò facit, C.de eden.& pro valde not.idem Iaſ.in repe.d.l.admonendi,vbi ſuprà.

*De eodem. Admittitur qui incõtinẽti pòſt terminum uult probare etiã per teſtes.*

10 ¶OCTAVÒ huc quoque reſpicit,quod ab eodem Bal.(is certè vnus non ſingulos tãtùm auſim dicere,ſed & vniuerſos ſimul copia & ſubtilitate ſuperat)proditum eſt,in l.vlt.col.ij. verſ.ſecũdò incidenter quæro,ff.de fer.quòd poſt terminum datum ad probandũ,admittitur,qui incontinẽti vult probare,non tantùm per inſtrumenta,ſed & per teſtes quoque:tanquam ſcilicet id videatur probatum intra terminum,quod pòſt incontinenti probatum eſt.& idem vult ipſe Bal.qui tamẽ limitat,in l.diffamari,col.j.C.de inge.manu.quod & ſequitur,& commendat Iaſ.in d.l.edita , col. vj.verſ.quintò facit quod ſignanter.& in d.l.non ſolùm,§.morte,vbi ſuprà , ff.de ope.nou.nunt.

*De eodem. Paria ſunt recõuenire ante litis cõteſt. uel incontinenti pòſt.*

11 ¶NONÒ his adiungi poteſt,quod & ipſe Bal.ſcriptum reliquit in c.j. col.vlt. verſ.tertiò quæro quo tempore,extrà de mutu.pet. quòd paria ſunt recõuenire ante litis conteſtãtionem vel incõtinenti poſt,antequàm fuerit iuratũ de calumnia,per auth.& conſequẽter,C.de ſent. & c. diſpẽdia,§.reus,de reſcrip.lib.vj.licèt alibi ſcribatur reconuentionem fieri debere ante litis conteſtationem,



l.cùm Papinianus,& d.auth.& conſequenter,C.de ſenten.& d.c.j.& ij.extrà de mutu.pe.Et id dictum Bal.ſequitur Iaſ.in d.§.morte,& in d.l.edita,nu.13.& ſeq.C.de edend.& Fran.Ripa lib. Reſpon.j.c.viij.in cauſa,col.j.& Rebuf.qui & multa ex ſuprà dictis affert,in concord.tit.de colla. §.præfatíque graduati,in verbo,vacationem.Sed hi omnes erranter allegant ipſum Bal.in c. cùm veniſſent,de iudic.cuius erroris cauſa ea eſt,quia in noſtris codicibus non integra eſt lect.Bal. ſuper d.tit.de iudi.ſed tantùm vſque ad d.c.cùm veniſſent.quin & lect.illius c.truncata eſt , & relictis tit.ſeq.vſque ad d.tit.de mutu.peti.& principiũ quoque c.j. eiuſdem tit. mox continenter & connexè fit tranſitus in d.c.j.vt videatur eſſe finis d.c.cùm veniſſent. id quod obiter admonerẽ Lectores volui,ne poſthac ſimiliter errent.

*De eodem. Bannitũ, quẽ licet occidere, an liceat deprædari.*

12 ¶DECIMÒ, quod dicitur conſuluiſſe Paul.Caſtr.quòd cùm ex ſtatuto permittente bannitum impunè occidi,poſsint etiam eius bona impunè auferri,deprædari,diripi , ex ſententia Bart.in l. nec in ea,ff.de adult.& Bal.in l.iij.C.ſi penden.app.mors interue.& in l.vlt.circa mediũ, C.ſi cõtra ius vel vti.pub.per tex.quo nullum ad hoc dicit eſſe meliorẽ,in l.j.§.quod Prætor,ff.de aleat. & eiuſdem Bal.in c.in literis,col.j.per tex.ibi,quem dicit ſing.extrà de reſti.ſpo.& ipſius Paul. in l. in ſuis,ff.de libe.& poſth.vbi tamen id intelligit viuo bannito,non etiam eo mortuo, ſecundùm Bal.in l.ex hoc iure,col.iij.ff.de iuſti.& iure.Tamen(vt ad id tandem veniam,quod ad hunc locũ pertinet)ſi incontinenti quàm quis illum occiderit,bona quoque illius prædatur , impunè id facit:quia quæ incontinenti fiunt,ineſſe videntur.Ita enim voluiſſe dicitur Paul.Caſtr. conſ.xxxj. quem ſic refert & ſequitur Fel.in c.quæ in eccleſiarum,col.v.verſ.not.ſecundò,extrà de conſtit. & And.Alciat.in l.4.§.Cato,char.vlt.verſ.inquantum Bart.ff.de verbor.oblig.in j.lect.vbi allegat ipſum Pau.conſi.xxxiiij.incip.ſuper quæſito,ſed eius in id conſi.reperire non potui.

*De eodem. Confeſsio procuratoris, incontinenti poteſt reuocari. Et cõfeſsio aduocati.*

13 ¶VNDECIMÒ ſunt qui & ad hanc ſententiã trahunt,quod not.voluit gl.in c.ſcriptum eſt, in prin.extrà de elect.quòd confeſsio procuratoris poteſt incontinenti quàm facta eſt,reuocari.Idque etiam,vt not.intelligit Pan.in eo loco,col.v.verſ.in gl.j.ſi aliter error confeſsionis non probetur:quamuis ex interuallo reuocari non poſsit,niſi primùm probato errore: vt plenè per eundem Pan.in c.vlt.col.pen.& vlt.extrà de confeſſ.Et idem de confeſsione aduocati dicit glo. in c. olim,in verbo,reuocato,extrà de cenſib.Sed tu tamen interim vide l.iij.eandémq; vlt.& ibi not. per Bart. Alber. & Pau.Caſt.C. de errore aduo. vbi etiam tractatur de reuocatione erroris ipſius aduocati.De quo etiam Matth.Afflict.conſtit.Siciliæ,incip.cultus iuſtitiæ,col.iij.in vj.not.

*De eodem. Sed & ipſius partis. Modò ne ſit redacta in ſcriptis.*

14 ¶Nec id tantùm in confeſsione procuratoris & aduocati,ſed & in confeſsione quoq; ipſius partis,quæ & incontinenti reuocari poteſt,vt dicit gl.not.in c.apud miſericordem,xxxij.q.j.& Pan. in c.cùm cauſam,col.ij.de appel.& in c.Præteteà.col.ij.de teſti.cog.Intelligit autem ea.glo.incontinenti id fieri,ſi fiat antequàm confeſsio ſit redacta in ſcriptis,per d.cap.olim,de cenſib.Idémq; voluerunt Hoſti.Io.And.Ant.& Pan.qui id dicit ſing.in c.ex literis,extrà de diuort.Bal.in l.j.col. v.verſ.& not.quòd interdum,C.de furt.Ant.in d.c.vlt.de confeſ.Alex.& Barb.qui illam gl. dicũt ſing.in l.j.§.j.ille,ad fi.hic col.iij.ff.de verb.oblig.& idem Alex.conſi.34. viſo themate , col.j.lib.j. vbi eam dicit not.quod conſi.repetitur conſi.lxxxvij.lib.v.& idem quoque Alex.conſi.xcij.viſo & opportunè,col.vlt.eo.lib.v.& Caro.Ruin.conſi.v.viſo proceſſu,col.vij.nu.15.lib.4.Húcq; ſpectat gl.idem propè volens in l.rura,C.de om.agro deſer.lib.xj.quam & ſing.dicit Barb.in l.ſtipulationum,col.v.ff.de verb.oblig.& conſi.xviij.præclarè ſcriptum eſt,col.xv.verſ.item poteſt etiã reſponderi,lib.ij.& conſi.xxv.præclarè ſcripſit,col.j.eo.lib.ij.& conſ.xliij.ſempiterna,col.ij.eo.lib. 2.vbi eam dicit valde elegantem.& in repet.rubr.de fide inſtru.col.xiij. verſ. ſecundò connexorum.Super quo tamen vide quæ ſcribit Pan.in d.c.vlt.col.pen.de confeſsis.& omnino Soc.conſ. xcvij.in præſenti,col.4.verſ.& ad primam rationem,li.iiij.& Alciat.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter,col. pen.ff.de verb.oblig.in j.lect.Et vide etiam quæ dicam in duobus ſeq.verſi.

*De eodem. Similiter & poſitiones & reſponſiones.*

15 ¶Sed & idem de poſitionibus & reſponſionibus ad poſitiones , vt ſcilicet incontinenti reuocari poſsint,voluit alia glo.in d.c.vlt.in verbo,iuſta.de iureiur.lib.6. quam commendant & ſequũtur Doct.ibi.& Bal.in repe.Padua.d.l.edita,char.pen.verſi.ſæpe accidit quòd quis,C.de eden. & in d. l.j.col.v.verſ.& not.quod interdum,C.de furt.& conſi.xxx.confeſsio,in prin.lib.4.quod repetitur conſi.xlvij.eo.lib.Ang.in d.l.j.§.ſi quis ſimpliciter,de verb.oblig.Panor. qui eam dicit not.& menti tenendam,in d.c.ſcriptum,de elect.Rom.in repe.l.ſi verò,§.de viro,in xxxj.fallen. ff.ſolut. matr.vbi eam dicit ſing.& conſi.lix.ad diſcutiendum.col.vlt.& iterum conſi.lxx.viſis themate, & quæſtione,col.iij.verſ.primò,quia ſicut teſtes.& Fel.in c.qualiter,le j.col.15.verſ.ſecundò fallit,extrà de accuſa.& Iaſon in l.error,col.ij.C.de iur.& fact.ignor.

*De eodem. Niſi fuerint ab aduerſario accepta.*

16 ¶Quæ tamen intellige,vt ſcilicet huiuſmodi confeſsiones,poſitiones & reſponſiones earũ poſſint incontinenti reuocari,niſi ſcilicet fuerint à parte acceptatæ.tunc enim non poſſunt etiã cõfeſtim reuocari,niſi error earum probetur:vt voluit Bal.vti à multis citatur,quamuis in meo codice non repererim,in l.Gallus,§.quidam rectè,ff.de libe.& poſth.quem ita refert & ſequitur Ro. in d.l.j.§.ſi quis ſimpliciter,& ibi Franc.Aret.Barb.& Alcia.de verbor.obligationib.& idem Rom. conſi.ccccxxxiij.quò ad primũ quòd ſufficit,in fi.Alex.& Iaſ.in l.quicquid aſtringendæ,in princ. vterque col.vlt.ff.de verb.obliga.vbi Alex.dicit eſſe notandum in practica,& Iaſ.ſingul. & idem Alex.qui & id dicit ſing.conſi.xcix.ferè omnis vis,col.j.verſi.hoc probo per id,lib.j.quod repetitur conſi.cxix.lib.iij.& ipſe quoque Alexan.d.conſi.xxv.col.j.lib.ij.& d.conſi.xcij.col.vlt.lib.v.&

Catel.Cotta,qui & id quoque dicit ſingul. & illuſtre dictum,memoria. incip. confeſsio poteſt.& Hippol.qui & hoc admodum extollit ſing.cccxv.acceptatio.

17 De eodem. Sētentia diffinitiua poteſt incontinenti reuocari.

¶Dvodecimo proximum eſt ſuperioribus,quod voluit gl.in c.prædicator,in verbo,imo verò,xvj.quæſt.j.quòd ſententia diffinitiua poteſt incontinenti reuocari, licèt iure cautum ſit ſimpliciter,eam reuocari non poſſe,in l.quod iuſsit.ff.de re iudic.Sequitur Bald.in proœmio C.in §.quibus,col.ij.verſ.deinde not.de dictione.& in l.non dubium,col.vj.in v.oppo.verſ.ſed iuxta hoc quæro,C.de legib.& in l.j.col.v.verſ.iuxta prædicta quæro.C.de furt.Iac.Aret.prout illum retulit Gul.Cu.in l.ſi quis arbiter,ff.de arbit.Ang.in l.actorum,& in l.iudex poſteaquàm,ff.de re iudi.Specul.tit.de arbitro & arbitrato.§.vlt.verſ.licet autem poſsit.Collegium Padua.inter conſi.Petr.Anch.conſi.ccviij.iudex de iure iudicaturus,col.iiij.vbi eam dicit ſing.Card.Flor.conſ.xxxj.punctus quæſtionis eſt,Titius debitor.Fel.qui hoc refert ad id,quod ſuprà diximus,quæ incontinēti fiunt,ineſſe videri,in d.c.exceptionem,col.viij.verſ.fallit decimò,de except. & in d.c. qualiter,le j. vbi ſuprà,de accuſa.vbi id longè latéque poſt Maria.declarat.& Phil. Dec.conſil.ccccxlv.in caſu ad me tranſmiſſo.col.iij.verſ.primò quòd verba.& Hippo.Marſi.in l.is qui aggreſſorem,nu.32.C. de ſicar.Quamuis contrarium tenuit Gul.Cu.in d.l.quia arbiter,ff.de arbit.& Petr.Ancha.conſi. clxxxij.videretur prima facie,col.ij.& Imo.in d.l.iudex,& ibi quoque Alex.col.ij.ff.de re iudi. & idem Alex.qui alios quoque citat,d.conſi.xcix.fermè per totum,lib.j.

18 De eodem. Teſtis poteſt incōtinēti corrigere dictum ſuum.

¶Decimotertio his ſuffragatur tex.quem dictæ glo.magna ex parte citant,in d.c.præterea, extrà de teſtib.cog.vbi teſtis qui depoſuit,poteſt incontinenti corrigere dictum ſuum, nec propterea reprobatur eius teſtimonium,& ibi id not.Doct.& glo.in §.quia verò multi,in glo.magna,circa medium,in Auth.de teſti.& Do.à Rot.deciſ.ccxciij.ſi teſtis,in nouis,Alber.in l.accuſaturus,ff.de adul.Bar.in l.eos,in prin.col.j.ff.de falſ.& l.repeti.in prin.ff.de quæſt.& in l.Imperator,la j.de ſta.ho.& in l.ſi librarius,col.ij.ff.de regu.iur. Bald.conſ.xxxiiij.ſtatuto ſeu capitulo,col.vlt. verſ.præterea ego video,lib.v.Pan.qui illum tex.dicit not.conſi.lxxij.circa primum medium,col. i.verſi.tertiò dictum teſtis,lib.j.Iaſ.qui id refert ad id quod diximus,ea ineſſe videri, quæ incontinēti fiunt,in l.iuriſgentiū,§.quinimo,col.iij.verſ.ſecundò principaliter,ff.de pact.Quando autē id dicatur teſtis incontinenti facere,videbis per gl.Bal.Pan.in d.c.præterea.& gl.in d.§.quia verò multi,in Auth.de teſtib.& Bal.in d.l.lecta,in fi.& ibi Iaſ.col.xiij.verſi.item diligenter,ff.ſi cer.pet. & Ioan.Plat.in l.rura,ad fi.C.de om.agro deſer.lib.xj.vt tamen non omittas,quod ad Bal. traditum eſt in rub.de contro.inue.col.ij.verſi.extrà not.quòd teſtis.

19 De eodem. Notarius poteſt incōtinēti corrigere ſuā ſchedam.

¶Decimoqvarto finitimum eſt, quòd ſimiliter notarius poteſt ex continenti corrigere ſuam originalem ſchedam ſiue ſcripturam,etiam in his, quæ reſpiciunt partes:vt voluerunt Cano.in cap.ex literis,extrà de fide inſtru.Spec.in tit.de inſtru.edi.§.inſtrumentum ergo,verſic. ſed nunquid confecto inſtrumento.& Ioan.And.in data lib.vj.Bar.Bal.in j.lect.& Ang. in d.l.Imperator,la j.ff.de ſtatu.homi.vbi Bal.ipſe dicit hanc fuiſſe opin.Albe.Papi.idem Bart.in l.ſi librarius, & ibi Phil.Dec.col.ij.verſ.ſecundus caſus,ff.de reg.iur.Bal.in l.cùm proponeretur,col.ij.verſi.vltimò quæro,ff.de leg.ij.Alex.conſi.lxx.viſo proceſſu inquiſitionis,col.ij.verſ. primò enim non videtur obſtare,lib.j.

20 De euentu. Confitens ſtatim poſt negationem,vtitur priuilegio cōfitentis.

¶Decimoqvinto, quod ſcribit Bal.in l.ea quæ,col.pen.verſ.decimò quæritur,C. de condi.indebi.quòd ſi negans incontinenti poſt negationem confitetur,euitat pœnam ſtatuti punientis negationem,tanquam ſcilicet negaſſe non videatur, qui confeſtim pòſt palinodiam canens confeſſus eſt:per id quod not.in c.vlt.de iura calum.lib.vj.ſed credo quòd voluerit allegare not. in d.cap.vlt.de iureiur.eo.lib.vj.Et idem voluit Roma. d. conſi.lix.ad diſcutiendum,col.vlt.& d. conſi.lxx.vbi ſuprà,arg.eius quod ſuprà dictum eſt de reuocatione poſitionum & depoſitionū teſtium.& Alex.conſi.lxxxiij.in cauſa & lite,col.j.verſ.ſecundò reſpondeo,lib.j.Felin. qui ſolum Bald.vbi ſuprà citat,& id elegans dicit,in d.cap.qualiter,le j.vbi ſuprà,de accuſ.& Iaſ.in §.ex maleficiis,num.28.Inſtit.de action.

De eodem. Solutio facta ſtatim poſt promiſsionē metu factam, metu quoque facta præſumitur. Cōfeſsio facta ſtatim poſt tormenta, in tormentis facta cenſetur.

¶Decimosexto huc quoque pertinet,quòd ſi promiſsio ſit facta metu, & ſolutio quoque facta incontinenti poſt promiſsionem,metu facta præſumitur:ſecus ſi ex interuallo.Bart.Albe.& Recentiores in l.ſi ob turpem,ff.de condit.ob turp.cau.Nam quæ incontinenti fiunt (vt illi ſubdunt)ineſſe videntur.& Iac.Bu.Sal.I.Fab.qui tamen declarat Ang.Paul.de Caſt. & etiam Recentiores,in l.ij.C.de his quæ vi,metúſve cau.fiunt:ex hoc intelligentes,quòd in ea l.ſcribitur,ſpontaneam ſolutionem purgare metum,qui in promiſsione interuenit.Inferúntque ipſi Iaco.Bu. & Bald.quòd ſicut confeſsio facta in tormentis non ſufficit ad condemnationem,ita nec ea quæ fit ſtatim poſt tormenta,etiam in alio loco : ſed requiritur quòd ſit aliquod interuallum. Quod & idem voluit ipſe Iac.But.& Ange.in l.ij.C.de cuſtod.reor.vbi dicunt , quòd ad minimum debet eſſe interuallum vnius diei vel noctis.& ipſe Bal.in l.j.col.iij.verſi.tertiò oppo.C.de confeſ. & in cap.j.§.iniuria,tit.de pace iur.fir.Bar.in l.Diuus Seuerus,in pen.quæſt.ff.de quæſtio. vbi id interuallum ponit in arbitrio iudicis.Ang.&Imo.in l.qui in aliena,§.vlt.ff.de acq. hæred. Alex.conſil. xcviij.quoniàm per excellentiſsimum,in fi.lib.iij.vbi & illud dicit de interuallo vnius diei vel noctis.Ang.Aret.in tracta.maleficio.in verbo,quòd fama publica,char.pen.nu.111.& ſeq. &ibi Aug. Ari.in addit.& Iaſ.qui & idem dicit de interuallo vnius diei aut noctis, in d.l.ſi ob turpem, col. vlt.ff.de cond.ob turp.cau.vbi id dicit ſing.

¶Decim



22 ¶Decimoseptimo,quod præcedēti eſt proximū,facit & quod à Io.Ligna.& Gaſpar.Cald. inter conſ.Io.Cald.reſponſum eſt,conſi.ij.an dos conſtituta,tit.quòd met.cau.quòd ſi matrimonium fuit metu contractum,non intelligitur ſpōte fuiſſe ratificatum per contractū dotis poſteà factum intra tres,aut quatuor horas: quia ex vicinitate horum actuum præſumitur idem metus durare,per c.j.& ibi not.extrà eo.tit.quod met.cauſ.& c.Lotharius,xxxj.q.ij.& illum refert & ſequitur Alex.d.conſ.xcviij.nuper allegato,in fin.lib.3.& Iaſ.in d.l.ſi ob turpem.col.vlt.

De eodem. Matrimonium metu factum, nō cenſetur ratificatū per contractū dotis ſtatim factum.

23 ¶Poſſem hîc & alia propè infinita adducere,vt oſtenderem multa incontinenti licere,quæ nō ex interuallo licent:ſiue id ſit,quod ineſſe videatur quod incontinenti fit,vt propè omnibus placere video:ſiue ob aliud quippiā.Sed interim illud non omittemus,quod notant.dicit Bal.in c.cùm dilectus,col.j.extrà de fide.inſtr.Certum eſt(inquit) quòd inſtrumenta poſſunt produci vſque ad ſententiam excluſiuè,vt ibi eſt tex.An etiam poterunt produci incontinenti poſt ſententiam,& reſpondet non licere:quia quando eſt quæſtio de momento,ea quæ poſt momentū fiūt,non videntur ineſſe,per tex.in l.Thais,§.intra,ff.de fideic.libert.& ſequitur Iaſ.in d.l.edita, col.v. verſi. quid ergo ſi incontinenti,C.de eden.Ex quo habes not.limitationē eius quod dicitur ineſſe cenſeri,quæ incontinenti fiunt,vt non procedat in rebus momentaneis.

Inſtrumēta in continēti poſt ſententiam produci non poſſunt.

24 ¶Sed & ſecundò id intellige,quando pactum,quod fit incontinenti, reſpicit contractum, iuxta quem eſt appoſitum:nam ita loquitur d.l.lecta.Ideóq; dat legem ipſi contractui, d.l.iuriſgentiū, §.idem Marcellus,ff.de pact.Propterea non mirum eſt,ſi veſtiatur adhærentia contractus.Quod ſi id pactum omnino eſt à contractu alienum,certè non videtur ei ineſſe, nec ex eo veſtitur: vt not.Bar.in l.ſi tibi decem millia,in prin.ff.eo.per d.§.idē Marcellus,cum ſeq.& apertè ſcribit Bal. in l.petens,& ibi apertius Alex.& Iaſ.C.eod. tit.dicit enim ibi ipſe Bald.quòd quando cauſa quæ influit in contractum,non influit in pactum poſtea etiam incontinenti factum , non veſtitur id pactum cohærentia contractus.& Raph.Fulg.in d.l.lecta,& ibi quoque Iaſ.col.vlt.verſ. nonò limita,ff.ſi cert.pet.idem Fulg.& Alex.in l.in bonæ fidei,C.de pact.& Corne. qui ex hoc in pulchro caſu conſuluit,conſi.cxcij.licèt videatur,lib.4.& Iaſ.conſi.clxxj.viſo inſtrumento,lib.iiij.vbi & id dicit voluiſſe glo.in l.etiam,§.ex cauſa,ff.de minori.in ídque facere l.quædam mulier,ff.famil.erciſcun.& l.ſi ex falſis,C.de tranſaction.& Phil.Dec.in l.legem,col.vlt.C.de pact.De quo & nos aliquid diximus in noſtra repeti.l.ſi vnquam,in præfat.l.num.110.at alia inquit eſt, C.de reuocan.dona.Et benefacit quod in ſimili tradit Barto.in l. ſi ita ſtipulatus, §.Chryſogonus,col.ij. verſi.quandoque dubitatur,ff.de verbor.obligat.& Paul.Caſtr.conſi.ccccxij.quia breue ſpatium, in j.dubio,lib.j.& conſi.cccxlvij.reſpondendo per ordinem,poſt prin.verſ.ſecundò quia eſt,lib.ij. Tu tamen hîc omnino vide Phil.Dec.& Alciat.in d.l.in bonæ fidei,& eundem Dec. in d.l. petens,col.4.verſi.& dum Bart.& iterum col.v.verſi.in ea glo.ibi,non puto.

Non cenſetur ineſſe,quod alienū eſt, etiā ſi incontinēti fiat.

25 ¶Intellige tertiò,vt procedat modò pactum appoſitū fuerit,contractu principali nōdum perfecto & abſoluto,iuxta l.contractus.C.de fide inſtru.Aliàs enim ineſſe contractui non videretur, vt voluit Cy.poſt alios quoſdam antiquiores,in d.l.in bonæ fidei,col.j.& ibi quoq; Alex.& Phil. Dec.C.de pact.idem Cyn.in l.cùm antiquitas.C.de teſta.Bart.in l.lecta,col.iij.verſ.ſecūdò quæro,ff.ſi cert.pet.& in l.j.col.ij.verſ.quæro qualiter,ff.de ſolut.Ang.& Pau.Caſt.in d.l. iuriſgentiū, §.quinimo,ff.de pact.nam contractus(inquiunt)perfectus non capit conditionem,l.perfecta, C. de dona.quæ ſub mod.Verùm alij multi dicunt,ſatis eſſe,ſi fiat incontinenti,etiam contractu abſoluto,modò contrahentes aliò non diuerterint.In qua opi.fuit gl.in d.l.in bonæ fidei.in,verbo, incontinenti,& ibi Odof.Bal.& Ang.& ipſe Bar.ſibi contrarius in d.l.contractus,verſ.vlt.de fide inſtr.Bal.in d.§.quinimo,col.v.verſi.nunc venio ad gl.& in d.l.petens.col.pen.verſi. nunc venio ad vltimam.Illud autem apud omnes in confeſſo eſt,vt in dubio cenſeantur partes non habuiſſe contractum pro perfecto,ſi nondum diuerterunt ad extraneos actus. Ita enim voluerunt Cyn. Richar.& Barthol.Sal.Fulg.Alex.& Dec.in d.l.in bonæ fidei,per l.hæredes palàm,§.vlt.ff. de teſta.Et ſuper hoc omnino vide ipſum Dec.in l.in bonæ fidei,col.vlt.

Quid ſi factū actu prorſus perfecto.

26 ¶Intellige quartò,vt procedat quantùm ad ipſos contrahentes principales , non etiam quantùm ad tertios etiam acceſſorios,vt ita dicam.quod ex hoc liquidiſsimè patet, quod tradit Bald. in l. ex placito,col.vlt.verſ.decimoſeptimo quæritur,C.de rer. permutat. quòd fideiuſsio nudo pacto interpoſita,non veſtitur cohærentia contractus,per l.v.§.ſatiſacceptio,ff.de verb.obliga. & id ſequitur & dicit ſing.Franc.Cremen.ſing.cviij.factus eſt contractus,qui ſubdit non obſtare d.l. lecta,& ſimiles:quia pacta(inquit)nuda ibi veſtiuntur contra ipſos contrahentes , non contra tertium, puta fideiuſſores.Ex quibus ſatis intelligis,id generaliter procedere, vt id ineſſe videatur, quod incontinenti factum eſt,quantùm ad eos,qui contrahunt principaliter, non etiam ſi id reſpiciat principalem contractum.Cogita tamen pauliſper.

An & inter alios obtineat.

27 ¶Intellige quintò,vt non verè inſit contractui,quod incontinenti factum eſt,ſed fictè tātùm:vt probat tex.in d.l.lecta,dum vtitur verbo,creditur,atque etiā verbo,perinde.Nam vtrunq; fictionem ſignificat,vt de primo probatur in l.retro,ff.de capt.& poſtli.reuer.& in l.ſeruum,in princ. ff.de leg.j.& in l.conficiuntur.in prin.cum gl.in verbo creditur,ff.de iu.codi.& voluit Bar.in l. ſi is qui pro emptore,col.v.ff.de vſuca.& Car.Ruin.conſi.cxj.quāuis egregiè.col.j.nu.4.lib.item 4. De ſecundo autē probatur in l.ſacrilegij.& ibi Bar.ff.ad leg.Iul.pecu.Et id quidē nuncupatim, vt ſcilicet quod incontinenti fit,fictè tantùm & impropriè ineſſe cēſeatur,tenet Bal in d.l.in bonæ

An inſit verè.

fidei,col.j.verſ.& not.quòd tex.per eum tex.qui vtitur verbo,videtur.& ibi quoque Franc.Aret. col.ij.& idem Fran.& Socin.in d.l.lecta,ille in vj.nota.hic in quinto:vbi ex hoc dicunt, id non procedere in ſtatutis.& Iaſon etiam ibi,col.viij.verſ.not.etiam in verſi.dicebam.

28 *De eodem.*

¶Sed his à fronte obſtat alius tex.in d.l.iuriſgentium,§.quinimo,de pac.qui quidē non ſemel vtitur verbo veritatis,non fictionis,vt ſcilicet,inſit,id enim verbum,vt eius ſimplex,ſit,eſt ſignificatiuum ſubſtantiæ veritatis,vt dicit Bart.in l.ſi maritus,§.j.ff.de adult.& Bal.conſi.274.verba,col. 2.verſ.præterea iſti ſunt,lib.j.& diximus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur,nu.183. licèt in hoc.Ideò Corn.conſ.cxxxiij.viſo copioſo,col.j.& ij.lib.j.dicit eos tex.concordando, quòd ſi pactum fuerit appoſitum incontinenti,contractu tamen omnibus numeris abſoluto atque perfecto,ei fictè ineſt.& ita procedit d.l.lecta,proindéque (inquit) id non procederet in ſtatutis. At ſi contractu nondum conſummato fuerit appoſitum,tunc verè cenſetur ineſſe:& ita procedit poſterior tex.& idem dicit ipſemet Corn.conſi.cclxxxviij.viſo & diligenter inſpecto,col.iiij.lib.iij.

29 *Verba, eſſe, et ineſſe, an ſemper proprietatē ſignificent.*

¶Vt tamen nō ignores verbū,ineſſe,ac nec ſuum ſimplex,eſſe,non ſemper proprietatē ſignificare:vt probatur in l.quod Nerua,ff.depo.vbi ſcribitur,latam culpam dolum eſſe: & tamen certum eſt,eam non propriè dolum eſſe,l.j.§.j.ff.ſi men.fal.mod.dixe.& l.ſi fideiuſſor,ff.mand.vbi ſcribitur,diſſolutam negligentiam prope dolum eſſe.& probat etiam tex.in l.iij.§.genera,iuncta declaratione Bart.ibi,ff.de acq.poſſ.& nuncupatim voluit Bal.in l.quæ fortuitis,col.iiij.verſ.quæritur an depoſitarius,C.de pigno.act.& Lancelo.Gal.in l.j.§.ſi ſtipulanti,col.ij.verſ.ſed aduerte, ff.de verbo.oblig.vbi loquitur etiam de verbo,ineſſe.Sed illud verum eſt verba,eſſe, & ineſſe, ſuapte propria ac genuina natura proprietatem dicere,ſi quod aliud verbum eam vim habet,ſed ex ſubiecta materia nonnunquam impropriari,vt ſæpe aliâs,ſicuti diximus in d.repe. l.ſi vnquam, {in verbo,reuertatur} nu.36.fallit ſecundò,& ſequen.

## OV SES HERITIERS, EIVSVE HAEREDES, GLO. VI.

1 *Etiam hæredes uēditoris admittūtur ad retrahendū ui huius pacti. Etiamſi de illis mētio facta non fuerit.*

ERGO non ſolùm venditor,ſed & ipſius hæredes ad id admittūtur, etiam ſi de eis in pacto reuēditionis mētio facta non fuerit:vt per l.ſi pactū,ff. de probat.expreſsè, & in hoc caſu voluerunt gl.Petr.à Bel.Perti.Cy.Bart.Bal.Ioannes Fab.Sal.& Ange. in l.ij.C.de pact.inter emptor.& venditor.Bart.Bal.Ang.& Iaſ.in l.ſi decem cùm petiero,ff.de verb.oblig.Bart.in l.à teſtatore,ff.de cond.& demon.Bal.Iacob. à S. Georg. & Iaſ.in l. epiſtola,§.j.ff.de pact.idem Bal.in c.ex parte decani,col.j.poſt princ.extrà de reſcript.& conſi. 38. proponitur quòd quædam domina,col.j.lib.iij.Petr.Anch in c.conſtitutus, in decimo not. extrà de reſtit.in integ.Floria.in d.l.ſi pactum,paulò ante medium.Imo.dum eam l.allegat,conſ.xv.in caſu præmiſſo.Raph.Co.Petr.Beſiet.& Iaſ.in l.cùm ſeruus.ff.de verb.obli.Pau.Caſt.ſi is eſt,cōſi. 249. ſtatutum Paduæ,col.j.verſ.ſed prædictis non obſt.l.ij.vbi alia quædam iura allegat. & Phil. Dec.conſ.dclxxx.in cauſa feudali,col.ij.verſi.circa primum.Quibus adde & alia multa à me collecta ſuprà tit.totius huius vol.ix.§.iij.in prin.quibus latiſsimè oſtendimus, omnia pacta actiuè & paſſiuè tranſire ad hæredes, etiamſi de illis mentio nulla facta fuerit. Et quod præterea dicit Bal.conſi.lxx.apparent quædam inſtrumenta,col.vlt.lib.j. quòd ſtatutum loquens de venditore habet locum & in hærede venditoris.& conſi.cxij.de generali natura,in princip.lib.ij.de generali natura pactorum eſſe,vt tranſeant ad hæredem,etiam illius mentione non facta,per d.l.ſi pactū. ex quo intelligis, nullam fuiſſe dubitandi cauſam de hac re.Chaſſe.in tit. *de rentes vendues à rachapt*,§.j.col.ij.verſ.additio, ratio eſt & ſequen.

2 *Quid tamē ſi adiecta ſit dictio taxatiua. Dictiones taxatiuæ alios caſus & perſonas excludunt, etiā hæredes, uide num.10.*

¶SED in dubium vocatur,ſi in eo pacto adiecta ſit dictio taxatiua venditori,ita videlicet, vt liceat venditori tantùm, vel ſoli venditori rem venditam reſtituto pretio redimere: an excluſus videatur hæres ipſius vēditoris?Super hoc nuncupatim ex facto interrogatus Steph.Bertr.conſi. clxxxiiij.vidi caſum,in ſecundo dubio,lib.j. reſpondit hæredem hoc caſu non admitti: quia dictiones taxatiuæ affirmatiuè poſitæ,omnes alias perſonas & caſus,prȩter expreſſos,excludunt:vt voluit Bar.in l.j.ff.ſi quis ius dic.non obt.Et bene facit(inquit)tex.in l.non ſolùm,§.tale,ff.de liber.lega.vbi tale legatum,Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito,ad hæredem Lucij Titij nō tranſit.& quod per eum textum voluit Bart.in l.ſi ſic ſtipulatus,la ij.col.ij.verſ.fallit ſi eſſet.& ibi etiam Ang.ff.de verb.oblig.quòd dictio taxatiua facit,ne hæres comprӕhendatur. quod & idem voluit,licet non alleget,idem Bar.& præterea Ang.in l.qui in futurum,§.j.ff.de pact.

3 *De eodem.*

¶Sed & alia quædam allegat Bertr.quæ,vt dicam quod ſentio,mihi non admodum facere videtur.Ex quibus etiam dicit idem fore,ſi dictum ſit,vt ipſemet venditor, & non alius poſsit redimere.Cui adde bonum tex.in l.iij.§.cùm Titio,& ibi Bar.qui affert concord.ff.de adi.leg.& gloſ. not.in c.omnes,in gl.magna,eadémque vnica,verſ.econtra prima ratio.tit.ſi de feud.fuer.contro. inter do.& ag.quæ dicit,quòd licèt ſi vaſallus ſimpliciter iurauerit domino, videatur iuraſſe & eius hæredibus,etiamſi de ipſis mentio facta non fuerit:tamen ſi dixerit,domino tātùm,tunc hæredibus eius iuraſſe non videtur.Quam quidem glo.licet nec cæteri Doct.nec ipſe Bal.ibi,annotarint,tamen idem Bal.alibi videlicet in c.ad audientiam,col.j.verſ.ſed nunquid ſtipendium,extrà de reſcript.eam expendit & ſequitur,& dicit ſing.

4 *De eodem.*

¶Verùm contra hæc pugnat tex.no.in l.ſi neceſſarias,§.de vendēdo,ff.de pign.act.cuius hæc verba ſunt:Sed & ſi creditoris dūtaxat perſona fuerit comprӕhenſa, etiam hæres eius iure vendet,

ſi nihil



ſi nihil in contrarium actum eſſet.Ex quibus videtur hæredem non excludi per dictionē taxatiuam adiectam creditori.& ad hoc illum tex.dicit ſing.Iaſ.in l.ij.§.item ſi in facto,col.ij.ff.de verb. oblig.Facit etiam in hanc partem tex.in l.ſtipulatio iſta habere.in prin.verſ.ſed ſi ſe, ff.de verbor. oblig.vbi Bar.ita illum intelligens in ſuo ſummario nuncupatim de dictione taxatiua loquitur, ex eóque Rom.& Pau.Caſt.ibi dicunt,quòd ſi venditor promittit de ſuo facto tantùm, venit tamen & factū hæredis.Id quod etiam voluit Bal.in l.vlt.paulò ante fi.C.de act.empt.nam vt dicit ipſe Bal.illa dictio taxatiua excludit tantùm perſonas prorſus extraneas,non autē ſucceſſores per text.quem dicit ſingu.in d.l.ſtipulatio iſta,verſ.ſed ſi ſe oblig.Et idem dicitur à pleriſque Sal.voluiſſe in d.l.vlt.ſed non comperi in meo codice.Verè autem idē voluit Ro.in rub.ff.de arbit. col. ix.verſ.ſcias tamē,vbi & ad hoc illum tex.dicit ſing.& rurſum in l.hæres in omne ius,ff. de acq. hær.& Alex.conſ.xviij.attentis narratis,col.iij.in ſecundo dubio,& iterum col.4.in tertio dubio, lib.v.quod repetitur,quibuſdam detractis,conſi.cxviij.li.6.& Firmia.dum allegat Bal.vbi ſuprà in tract.gabellarum,in prima parte in xij.q.vbi id dicit ſing.Barb.in c.vlt.col.pen. extrà de empt. & vend.& Fran.Cur.Senior conſ.lxxvj.dominus Ludo.col.pen.& Fabia.in tract.emp.& vēd.in 6. q.prin.col.pe.verſ.circa 19.membrū.Ang.Aret.in §.vlt.col.j.Inſti.de emp.& vēd.& in §.actionū autem.col.13.verſ.quid ſi promiſit,Inſt.de act.vbi ad hoc dicit eſſe not.tex.in d.l.ſtipulatio iſta.& Iaſ.in l.j.col.iij.in quarta limit.ff.ſi quis ius dic.non obtem.Phil.Dec.in l.hæredem,poſt medium, ff.de reg.iur.& conſ.cclxij. in caſu magnifici,col.ij.verſ.ſextò hoc idem.& conſ.281.viſo puncto, col.iij.verſ.ad maiorem.& Nicol.Euerar.in locis legalibus,quo in loco diſſerit de natura dictionū taxatiuarum.& Carol.Ruin.conſ.xciiij.diligenter,col.iiij.verſ.nec obſt.quod promiſerit, lib.j.

*Hæres an per dictionem taxatiuam excludatur. Venditor ſi de ſuo facto tantùm promiſerit, an & hæredis factū ueniat, uide infrà nume.7.& 8.*

5 ¶Sicuti etiam venditor,qui promiſit de ſuo facto tantùm,tenetur tamen & de facto ſui prædeceſſoris,vt voluerunt Bar.Bal.Fulg.Pau.Caſt.& alij in l.ſi ſeruus furtiuus,in prin.per glo.ibi in verbo.intereſt,ff.de condi.furti.Bal.ſubdubitans,Marti.Laud.& Card.Alex.in c.j.illi in fi.hic col.j.tit. qui ſucceſ.tene.Pau.Caſt.Ro.Alex.& alij recentiores in d.l.ſtipulatio iſta.idem Rom.in aliis locis ſuprà alleg.Alex.d.conſ.xviij.lib.v.Fran.Cre.qui id ſing.dicit not.xxxj.ſæpe iſtud quotidie contingit,& iterum not.clvij.vnus ſocius noſter. vbi tamen id intelligit in prædeceſſore ſiue autore vniuerſali,non etiam particulari,per gl.vt dicit ſing.in l.ſi cùm fundum,iuncto codē textu, ff.de verb.ſignifi.& Barb.in d.c.vlt.& ibi quoque Ant.Burg.qui & id dicit ſing.& limitat etiam,vt ſuprà col.viij.verſi.quid autem quando,extrà de emp.& vend.Fran.Cur.Senior d.conſ. lxxvj. vbi ſuprà.Iaſon in d.l.j.vbi ſuprà,ff.ſi quis ius dic.non obt.Phil. Dec.conſ.ccxiij.viſis his quæ accuratè,col.iiij.verſ.præterea vt ſuptà dictum eſt.& d.conſ.cclxxxj.col.pe.verſ.præterea in iſto caſu, vbi oſtēdit maiori ratione hîc comprehendi factum prædeceſſoris,quàm hæredis. & Euerar. vbi ſuprà.& Carol. Ruin.d.conſ.xciiij.vbi ſuprà lib.j.& conſi.lxx.viſo,& l.iij.nu.11.lib.ij.

*De eodem. Qui de ſuo facto tātùm promiſit, an de facto ſui prædeceſſoris teneatur, uide nu.8.*

6 ¶Nam & dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles,vel eandem aut ſimilem rationem habentes. l.j.§.j.cum glo.ff.ſi menſ.falſ.mod.dixe.& l.ob æs,cum gl.j.& ibi Bar.C.de prædi.minor.& l.argētarius,in prin.ff.de eden.& l.eum qui,§.ſi petenti,cum glo. in verbo,duntaxat,ff.de publi. in rem act.& l.ſerui nomine,cum gl.in verbo poſsidere,& ibi Bart.ff.de vſuc.& c.Epiſcopus,cum gl.24. diſt.iuncto c.vlt.xv.q.vij.& cle.exiui,verſiculo,cùm autem.de verb.ſigni.& gl.in l.cùm Prætor, in verbo,videtur,ff.de iudic.& in l.illud,in verbo,aliam cauſam,C.de ſacroſ.eccle.& in l.vlt.C.de reuo.dona.quæ loquitur in pœnalibus.& ibi eam Sal.dicit ſing.& in l.cōtractus,in prin.ff.de reg. iur.Bar.in l.ſi conſtante,in ix.quæſt.primæ partis prin.ff.ſolu.matr.Bald. in l.nullus,C.ad leg.Iul. maie.Pau.Ca.{Imol.in l.Gallus,§.inſtituens,col.j.ff.de liber.& poſthu.}& Franc. Aret.latè in l.ſi mora,ff.ſol.matr.& Rom.conſi.ccccluj.in propoſito,col.ij.verſ.tertiò deducitur. & Pan. in c.cùm dilecta,col.ij.extrà de confirmatio.vti.vel inuti.Defunctus autem & hæres cenſentur eſſe eadem perſona,§.j.in Auth.de iureiur.à mori.præſti.

*Dictio taxatiua nō excludit caſus ſimiles.*

7 ¶Sed aduerte Lector,nam tex.in d.l.ſi neceſſarias,§.de vendendo,primo loco allegatus, non dicit,quòd in pacto vendendi pignoris,de quo loquitur,dictū ſit quòd creditor tantùm poſsit vēdere:ſed dicit quòd is tantùm fuit nominatus:id eſt,vt aliter dicam, illa dictio (tantùm) taxatiua fuit verbum Iuriſconſulti caſum referentis,non partis paciſcentis:vt etiam annotauit Bart.in d.l. ſi ſic ſtipulatus,ff.de verb.oblig.Quod perinde eſt,ac ſi diceret,quòd creditor tantùm fuit nominatus ſine vlla mentione hæredis:& tamen hæres quoq; intelligitur.& hoc planum eſt,vt ſuprà diximus in præcedenti quæſt.Sed nec tex.in d.l.ſtipulatio iſta,verſ.ſed ſi ſe,vtitur dictione taxatiua:vt etiam annotarunt Alex.Franc.Aret.& Iaſ.ibi,& Bar.in d.l.ſi ſic ſtipulatus. & in d.l. qui in futurum,§.j.ff.de pact.Et id quidem manifeſtum eſt ex verbis illius,quæ ſunt huiuſmodi. Sed ſi ſe obligat,nec ipſe faciat,quò minùs habere liceat,obligatur etiam ne hæres ſuus faciat. Et quod ipſe Bar.in ſuo ſummario ponit dictionem taxatiuam, ſunt ſua ipſius verba legem interpretātis, non verò partis promittentis,vt diximus de d.§.de vendendo.

*De eodem.*

8 ¶Ideóque & contra illud quod dictum eſt ſuprà,in promiſsione facta de ſuo facto tantùm,comprӕhendi factū hæredis,tenent nūcupatim per ea quæ ſuprà diximus in prin.huius quæſtionis, Alex.ſibi contrarius,Franc.Aret.& Iaſ.ſecum quoq; diſsidens in d.l.ſtipulatio iſta habere,illi quidem col.ij.hic autem iij.in iiij.nota.& idem Alex.in addit. Bal.in d.l.vlt.C.de actio. empt. & ipſe etiam Franc.Aret.in d.l.hæres in omne ius,ff.de acquir.hæred.Carol.Ruin.ſibi contrarius,conſi. xlj.de duobus,colum.xv.num.36.lib.j.& conſi.xlij.proponitur,col.vj.num.18.eod. lib.j. & iterum

*De eodem.*

conſi.

cõſi.ſeq.& conſ.clxxxiiij.viſo,col.iij.nu.10.& rurſum,col.v.nu.14.eo.lib.j.Et ipſe Franc. Aret. in vtroque illo loco etiam reprobat quod dictũ eſt , eum qui promiſit de ſuo facto tantùm teneri quoq; de facto ſui prædeceſſoris,eadem vt videri vult,ratione.Quanquàm ne illud omittam, in hoc maior ſit ratio excludẽdi hæredis per dictionẽ taxatiuã,q̃ prædeceſſoris , vt ſciẽter declarat Phil. Dec.d.conſi.28.col.pe.vt ibi videre poteris,nec enim opus eſt hîc aliter circa hoc immorari.

9 ¶Ad id autem quod poſtremo loco dictum eſt,dictionẽ taxatiuam non excludere caſus ſimiles, eandem ſcilicet aut ſimilem rationem habentes,reſpondet ac fatetur Franc.Aret.in d.l.ſtipulatio iſta habere,quòd iſtud quidem verũ eſt,ſed tamen eam excludere ſimiles perſonas, etiam hæredes,per caſum clarũ,vt ipſe dicit,in d.l.nõ ſolùm,§.tale,ff.de libe.leg.ſuprà in prin.huius quæſt. allegata. Cui adde,quòd aliàs ſemper facilius procliuiúſq; eſt excludi perſonas,quàm caſus:atq; è diuerſo facilius eſt ſimiles caſus cõprehẽdi,quàm perſonas:vt per Raph.Co.in l.cõmodiſsimè, ff.de lib.& poſth.& ipsũ Are.& Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm,vtrunq; col.v.ff.delib.& poſth. & latè diximus & probauimus in repe.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,nu. 27.ſi igitur lex noſtra.

*De eodem.*

10 ¶Sed vide quæſo,Lector amantiſsime,quia omnes qui hanc partem tenent,innituntur omnium maximè d.l.non ſolùm,§.tale,vide(inquam)conſiderandúmne ſit,quòd ea l.loquitur,cùm ea dictio apponitur in perſona alterius,ita ſcilicet,Hæres meus à ſolo Lucio Titio ne petito. Hîc autẽ loquimur,cùm apponitur in perſona loquentis:quod multùm refert, vt intelligamus pactúmne ſit perſonale,ſicq; non tranſeat ad hæredem:an non perſonale,& ſic tranſeat:vt videre licèt apud Bart.in d.l.qui in futurum,§.j.ff.de pact.Item ea l.loquitur in pacto negatiuo,cùm ſcilicet dicitur, ne petito:nos autem in hoc caſu noſtro loquimur in affirmatiuo,vt ſcilicet ipſe venditor tãtùm poſsit redimere:cùm tamen inter vtrunque multùm interſit,etiam quantùm ad id,de quo tractamus,an ſcilicet tranſeat ad hæredem,nécne:vt per eundem in eodem loco,& rurſus in d.l. ſi ſic ſtipulatus,& ibi latè Iaſ.col.ij.& ſeq.& Bal.in l.iuriſgentium,§.pactorum,ff.de pact. & Recẽtiores in d. l. ſtipulatio iſta habere.Ideò cogita , vix enim mihi perſuadere poſſum hoc in caſu excludi hæredem propter dictionẽ taxatiuam,niſi ſint alia verba,quæ id apertiùs declarent, aut niſi aliud ex veriſimili mente contrahentium præſumatur.

*De eodem.*

11 ¶Quòd ſi quis dicat,quid ergo operabitur dictio taxatiua,ſi non ſolùm ipſe venditor,ſed & hæredes quoq; ipſius admittuntur:cùm ſcitũ ſit illud,nullũ omnino verbum in cõtractu appoſitũ otioſum ac ſuperuacuũ manere debere,ex ſententia Bal.in rub.C.de contrah.emp.in ix.quæſtio. quem omnes vbique & in lect.& conſ.citãt & ſequuntur,vt dicemus in noſtro tractatu , cui titulus eſt,nihil fruſtra.Huic reſponderi poteſt,id quidẽ in hoc caſu eam dictionẽ operari , vt cùm vẽditor aliâs poſsit huiuſmodi facultatẽ redimẽdi alteri cedere,ſecũdùm Pau.Caſt.cõſ.j. videtur dicendũ quòd dictus Chriſtophorus,li.ij.cum cõcord.à me adductis ſuprà tit.præced.§.26.in gl. iij.eadémque vlt.in prin.certè non poterit ob dictionem taxatiuam,quæ excludit extraneos,licet non hæredes:vt in ſimili dicit Bald.quem ſuprà allegauimus,in d.l.vlt.ad fin.C.de actio.empti.

*De eodem.*

12 ¶At is confeſtim illud iaculum in nos reiiciet.Nam ſi fatemur hanc rem eſſe tranſmiſsibilem in hæredes,& illam quoque in alios eſſe ceſsibilem,fateri neceſſe eſt,ex ſententia Bart.in l.ſi mulier, §.ex aſſe,ff.de iure dot.& Ang.in l.ſi eius,in prin.ff.ad S.C.Trebel.& Pau.Caſt.d.conſ.j.col.j.li.2. ad quam allegari ſolet l.ex pluribus,ff.de admini.tuto.Sed huic reſpondebo , fateri quidem me, quæ non ſunt tranſmiſsibilia,nec eadem eſſe ceſsibilia,& ita loquitur d.l.ex pluribus. At econuerſo non omnia,quæ ſunt tranſmiſsibilia,eſſe ceſsibilia , vt optimè declarant Alex. & Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud,in princ.ff.de verb.oblig.ipſe Alex.in addit.Bart.in d.l.ex aſſe , atque ipſe Iaſ.in l.ſi conſtante,col.vlt.ff.ſolu.matri. Nam & videmus ius fideicommiſsi tranſire ad hæredes fideicommiſſarij.l.cogi,§.idem Mætianus,ff.ad Trebel.& no.in l.apud Iulianũ,§.vtrùm,& §.ſeq. eo.tit.nec tamen ipſum cedi poſſe,d.§.ex aſſe,& latè diximus in tit.præcedenti, §.xxvj.in glo.j. nu.52.octauò fideicommiſſum.Item actiones directæ tranſmittuntur in hæredes,cùm ſint eadem perſona cum defuncto,vt ſuprà diximus,nec tamen cedi poſſunt,vt no.in l.iij.ff.pro ſoc.& diximus etiam eodem §.xxvj.tit.præced.in eadem gl.nu.58.decimoſextò actiones,& diximus etiam plenius in eadem gl.nu.48.ſed non è diuerſo.Igitur cogita.Et interim vide præter eos, quos ſuprà citauimus,Corn.conſi.ij.circa primum,col.ij.verſ.his tamen non obſt.lib.iij.

*Quid ſi hæ dictiones apponantur alteri quàm venditori.*

13 ¶E x e o autem quod diximus ſuprà num.10.iunctis præcedentibus,facilè potes intelligere,niſi omnino nihil intelligas,quòd ſi dictio taxatiua adiiceretur alij quàm venditori,in caſu quo alteri poſſemus ſtipulari,aut notario pro eo ſtipulante:verbi gratia,vendo tibi domũ ea lege, vt Titius tantùm poſsit redimere ſiue retrahere,reſtituto tibi venditionis pretio : tunc hæres ipſius Titij non admitteretur,ſed excluderetur propter illam dictionem taxatiuam,per d.l.non ſolùm,§.tale, ff.de lib.lega.quod nota,quia id à paucis annotatum eſt.

*Quid ſi ita pactum ſit, cùm voluerit, vel cùm petierit, an tunc hæredes admittendi.*

14 ¶Q v i d autem ſi pactum reuendendi fuerit ita factum,cùm venditor voluerit, vel cùm petierit:an & tunc ea facultas tranſibit ad hæredem venditoris,ſi ipſe venditor viuus non petierit,aut certè non declarauerit aliter ſe velle redimere,tanquam ſcilicet actus ſit cõditionalis:tex.eſt in l.ſi decem,ff.de verb.oblig.hæc verba,cùm petierit,cùm voluerit,magis admonitionẽ quandã quàm conditionem habere.& eſt tex.ſimilis in l.Titia,ff.de condit.& demon.Ideóque vt ſubiungitur in priore loco,licet is deceſſerit,priuſquã petierit,nõ videtur defeciſſe cõditio:de quo ibi per Doct. Imol.& Rapha. in l.centeſimis,§.j.& ibi Alex.col.ij.verſ.quid autem ſi illa verba,eod.tit.& Barb. conſi.



*Quid ſi dictũ ſit,ſi petierit.*

conſi.50.præclarè,col.6.li.ij.Et propterea'vt dicit gl.etiã in priore illo loco,in verbo,cõditio,quicunque hæres poterit petere.Secus autẽ,vt dicit gl.j.eiuſdẽ l.in fi.ſi ſic dictũ eſſet, ſi petierit,quia conditionalis eſt,vt eſt tex.quẽ ea non allegat,in l.ſi ita expreſſum,ff.de cond.& demon.& in l.j. iũcta gl.ff.de leg.ij.& voluit etiã Bar.eam tantùm gl.allegans in l.j.col.iij.verſ. ſecunda differẽtia, ff.de condi.& demon.vbi horum rationem reddit.& Ang.eam quoque gl.tãtùm citans,conſ.xlij. prout patet in themate,col.ij.verſ.ſed in propoſito.& conſ.ccxciij.in facto proponitur, in princ.

*De eodem. Facultas implendi conditionem poteſtatiuã,an trãſeat ad hæredes.*

15 ¶Ex ea autem glo. not.Bal.Alex.& alij ibi,quòd facultas implendi conditionem poteſtatiuam in contractibus,non tranſit ad hæredes implere debentis:de quo eſt bonus text. in l.qui Romæ, §. Augerius,ſecundùm vnam lect.& ibi Bart.ff.de verb.oblig.quem tex.multùm commendat,& dicit ſing.Bal.in c.ſignificauit,col.ij.verſ.item quia conditio.extrà de reſcri.& in c.ad noſtram.le ij. col.ij.verſ.quæro teſtator,de iureiur.vbi dicit multùm ſing.Sed & eſt bonus tex.in l.Prætor , in princ.ff.de collati.De quo etiam per Cyn. in l.ſi plures,in iij.quæſtio.& ibi quoque Bald. col.vj. verſi.item quæro nunquid,& Alb.poſt Pet.col.ij.verſ.item quæro hîc dicitur,& Sal.in vlt.quæſt. C.de condi.inſer.& ipſum Bal.in l.cùm fundus,& iterum in l.à teſtatore, ff.de condi.& demon. & in l.epiſtola,§.j.& ibi Recentiores,ff.de pact.& in l.diem proferre, §.j.ff.de arbit.& conſil.384. duo ſunt.col.j.lib.j.Bart.conſi.xix.proponitur quòd in teſtamento,col.ij.& conſ.ccxl.proponitur quòd viſo.Sal.loquentem in caſu noſtri pacti de reuendẽdo,in l.ij.C.de pact.inter empt.& vẽd. & Ioan.Bap.Roſel.inter conſi.Pau.Caſt.conſ.ccxlix.ſtatutum Paduæ,col.j.& iterum ij.verſ. non obſt.quod tertiò,lib.ij.quibus in locis ex magna parte videbis,quomodò id intelligendum ſit,atque etiam apud Bal.diſtinguentem in d.l.ij.verſ.quæro ſi venditor,C.de pact.inter emp.& vend. & Raph.Fulg.conſ.ciij.notabilis vir.& Imol.conſ.xv.in caſu præmiſſo.

*Quid,ſi dictũ ſit, ut vẽditor arbitratu ſuo poßit retrahere.*

*Quid,ſi arbitrio tertij relinquatur.*

*Quid, ſi dictũ ſit,ſi volet vẽditor.*

16 ¶Idémque etiam,ne id omittamus,ſi dictum ſit,vt vẽditor arbitratu ſuo poſsit rem à ſe venditã redimere.Nam & id conditionẽ non facit:vt probat tex.in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo, & ibi quoq; Bar.Alex.& alij recentiores,ff.de verb.obli.& idem Alex.in d.l.ſi decem,in prin. eo. tit.Ideóq; nec ea facultas expirat morte vẽditoris,nam & ad hunc caſum id quoq; trahit Hiero. Cagno.in repe.l.ij.in xj.quæſt.C.de pact.inter empto.& vend.com.vbi tamen ſubdit aliud eſſe,ſi id arbitrio tertij relinquatur:nã tũc finiretur morte illius,per no.in l.ſi quis arbitratu , ff.de verb. oblig.Sed & aliud quoq;,ſi dictũ ſit,vt vẽditor poſsit redimere,ſi volet:licet & id ſine ea adiectione fuiſſet intellectum:vt eſt tex.expreſſus in l.ſi ita legatum,§.j.ff.de leg.j. vbi & ex hoc quoque dicitur,legatũ ita factum non aliter trãſire ad hæredem legatarij,quàm ſi ipſe legatarius voluerit.

*An autem hæres hæredis admittatur.*

*Multa,ne hæres hæredis admittatur.*

17 ¶E t hæc quidem de hærede venditoris. Sed an hæres ipſius hæredis etiam audietur volens retrahere ex facultate conceſſa venditori ſimpliciter,aut ipſi & ſuis hæredibus. De qua re , vt non admodum dubia,nihil fortaſſe ſcripſiſſem , niſi eam vidiſſem aliquando in dubium vocatã apud Chaſſe.conſi.xj.*le cas eſt tel*,col.vij.verſ.vltra materiam,& iterum col.xxj.verſ. ad vltimum quod fit.In quibus locis,vt oſtendat primùm videri hæredem hæredis non admitti, illud tantùm allegat,quòd ſermo ſimpliciter prolatus de primo tantùm intelligitur,l.boues,§.hoc ſermone , ff. de verb.ſignifi.de qua re etſi Iaſ.in duobus locis ab eo citatis latiſsimè diſſeruit , videlicet in l.diuortio,§.quod in anno,ff.ſolut.matri.& in l.duobus,§.ſi ei qui,ff.de iureiur. ego tamen multò latiùs tractaui in noſtris Commentariis ad l.boues,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſigni.quos iam pridem in lucem edidimus.Subdit autem ipſe Chaſſ.ſcripſiſſe ſe de hoc caſu in commentariis conſuetudinum Burgund.tit.*des droitz & appartenances à gens mariés*,§.xvj.in verbo,*des heritiers*,& iterum in gl.*ſi auoir la veulent*.In quibus locis,videlicet in priori loco,negat hæredes hæredis admitti,ea iam dicta ratione,quòd ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo,nec aliud dicit. In poſteriore autem dicit,poſſe dici admittendos,cùm hæres hæredis mei ſit meus hæres,vt plenè per Doct.in l.vlt.ff.de hæred.inſti.Oldr.conſ.21.thema tale eſt,teſtator habebat.Bart.conſ.ccxiiij.Andreas, & Ang.conſ.246.quo in conſilio nihil de hoc dicit,ſed fortè erratum eſt in numero,& allegare voluit conſi.cccvj.chariſsime frater,in prin.Mox ſubdit Chaſſe.hæc verba,quòd tamen hæc facultas non trãſit ad hæredẽ hæredis facit,quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo , vt dixi ſuprà,nihílque aliud dixit:vt intelligas eum ibi nutaſſe.verùm in d.conſ.xj.aſſeueranter concludit admitti hæredẽ hæredis,illa potiſsimùm ratione,quòd hæres hæredis hæres eſt. Et hoc quoque in eadem ſpecie voluit Hiero.Cagno.in repet.l.ij.in xvij.C.de pact.inter empt.& vend.

*De eadem re.*

18 ¶Sed hæc altius longiúſque repetenda ſunt.Sunt etenim & alia multa , quæ hanc rem ancipitem reddunt.Nam Bar.in l.j.col.ij.ff.de conſtit.prin.ſcribit priuilegiũ tibi ac hæredi tuo cõceſſum, intelligi ſolùm de primo hærede,per l.antiquitas,C.de vſufruct.quem ad hoc dicit not. & idẽ voluit Alb.in l.vlt.col.iiij.verſ.ſi autem in priuilegio,poſt Petr.ibi,eo.tit.de conſtit.princ.& ſequitur Fel.in c.ij.col.ij.verſ.ſi princeps dat,extrà de treug.& pac.& Ioan.Lup.in repe.rub.de dona.inter vir.& vxor.char.43.verſ.potuiſſent allegare.Et generaliter, cùm ſit mẽtio de hærede, intelligitur de primo & immediato,non etiam de reliquis,ſi credimus Bal.in l.j.col.j.verſ.quæro an ſi dicatur, C.de cond.inſer.per tex.in l.qui liberis,§.hæc verba,ff.de vulg.& pup.& l.ex facto,§.vlt. ff.ad S. C.Treb.Ideóq; idẽ Bal.in d.l.vlt.C.de hære.inſt.dicit, ꝙ ſi acquiſiui feudũ vel emphyteuſim pro me & hæredibus,intelligitur de primis tãtùm hæredibus.quod pro no.& ſing.citat Iaſ.in l.in annalibus,ante fi.C.de leg.vbi tamẽ reprobat.Sed & iterũ Bal. in ea ipſa l. vlt.in 22.q. dicit quòd ſi teſtator aliquid mandat hæredi,vt faciat intra certũ tempus, alioquin eum priuat hæreditate:ſi is primus

primus hæres moriatur ante id tempus,eius hæres non parens teſtatoris diſpoſitioni,non priuatur hæreditate,per l.multa,in prin.ff.de cond.& demonſtr.Et idẽ propẽ reſpondit Bar.conſi.vij. Andreas quidam,quod repetitur conſi.xxiiij. & iterũ d.conſ.214.De quo tamen vide Roma. & Fran.Aret.in l.ſi quis filium,§.in omni,ff.de acq.hære.& eundem Aret.in l.paterfamilias , col.iij. verſ.hæc etiam iura,ff.de vulg.& pup.& Alex.conſ.cxl.viſo dicto teſtamento,col.ij.lib.vj.

19 *De eadem re. Prohibitio alienandi , an trãſeat ad hæredes hæredis, uide infrà num.24.*

¶Sed & idem Bal.alibi,ſcilicet conſ.cclxxij.in cauſa egregiæ,in fi.lib.v.reſpondit prohibitionem factam hæredi ſcripto ne alienaret,non intelligi factam hæredi hæredis,per d.l.qui liberis,§. hæc verba,ff.de vulg.& pup.& §.manifeſtum,in Auth.de reſtit.fideicom.& hoc quoque ante illũ voluit Bar.in l.Lucius,§.Semproniæ,qui eſt primus,ff.de leg.iij.& Alb.in l.vlt.ante medium, C. de reb.alie.non alie.& poſt eos Franc.Curt.ſenior conſ.xlvj.ſæpe reuoluta,col.xj.verſ.nec mirũ eſt. Quin etiam Alex.conſ.37.in cauſa mota,col.ij.verſ.item prætereà & fortius, li.j.conſuluit ſtatutum quo cauetur poſſeſsionem continuari in hæredem,intelligi de primo tantùm hærede,per regulam d.§.hoc ſermone.quod repetitur conſi.87.lib.iij.& ſequitur & cõmendat Cate.Cotta, in memo.inci.decreto Mediolanenſi,& iterum memor.executores teſtamenti,ruſúmque memori. hæredis appellatione:de quo & nos latius tractauimus in noſtro tractatu cui titulum fecimus, *le mort ſaiſit le vif*.Et facit etiã tex.in l.qui Titij,ff.de his quib.vt indig.vbi qui Titij teſtamentũ falſum dixit,nec obtinuit,nõ prohibetur eſſe hæres hæredis illius,licet hæres eſſe nõ poſsit.Deniq; & illud facit,quòd licet hæres cenſeatur eſſe eadem perſona cum defuncto,§.j. in Auth.de iureiu. à moriẽte præſti.non tamen hæres hæredis:vt pulchrè voluit Pau.Caſt.conſ.cxcvij.viſis dubiis, in ſecundo dubio,lib.ij.quod pro not.ſequitur Phil.Dec.in l.hæredem,nu.8.in fi.ff.de reg.iur.

20 *Contrà,hæredem hæredis admittendum.*

¶Verùm in noſtro caſu hauddubiè mihi videtur eſſe admittendus & hæres hæredis. Nam certũ eſt omnes obligationes,pacta & promiſsiones regulariter in hæredes tranſire, etiãſi de eis mẽtio facta non fuerit:niſi ſit aliud quod impediat.d.l.ſi pactum,ff.de prob.& l.veteris,C.de contrah.& commit.ſtipu.& ſuprà diximus in prin.huius gl.Et appellatione hæredis omnes in infinitum, id eſt non ſolùm primos,ſed & vlteriores,& per multas ſucceſsiones accipi.l.hæredis appellatio, & l.ſciendũ,ff.de verb.ſig.& l.qui per ſucceſsionẽ,ff.de reg.iur.cum concord.vbiq; adductis à gl.& Doct.Idq;,etiam in his,quæ ſunt ſtricti iuris,vt probatur ex tex.loquente in ſtipulatione in l. ſtipulatio iſta habere licere,§.j.ff.de verb.oblig.quam ad id expẽdit Bar.in l. ſi ſtipulatus fuerim per te non fieri,ff.eo.tit.& Franc.Aret.in d.l.paterfamilias,ad fi.ff.de vulg.& pupil. Et ex eo quoque ſatis patet,quòd in conditionibus,quæ & ipſæ ſunt ſtricti iuris,& in forma ſpecifica impleri debent,l.Mæuius,ff.de condit.& demon.ſi cui libertas legata eſt,ſi hæredi Titij decem dederit,non tantùm hæredi,ſed & hæredis hæredi dando,peruenit ad libertatem.l.ſub diuerſis,§.j.& ibi Bart. & l.cùm ita datur,§.ex his verbis,ff.eo.tit.& l.ſi peculiũ,§.hæredi.& l.ſi ſtatulibera,§. non ſolùm, & §.ſi filius,& l.ſeruus ſi hæredi,in prin.ff.de ſtatulib.& not.Bart.in l.paterfamiliâs,in prin. ff.de vulg.& pupil.Sal.in l.ſi plures,in vlt.quæſt.C.de cond.inſer.Et in hoc errauit Philip.Deci. ( pace tanti viri dixerim)qui dicit contrarium in l.quæ legata,in fi.ff.de reg.iur.

*Etiam in his quæ ſunt ſtricti iuris.*

*Et in conditionibus.*

21 *Et de propria ſignificatione.*

¶Nam & id quoque de propria ſignificatione procedere,vt ſcilicet hæredes hæredum in infinitũ veniant appellatione hæredis ſimpliciter,aſſerit gl.in l.hæredis appellatione,ff.de verb.ſigni. cùm aliud dicit de hærede Prætorio. & Bal.qui illius glo.non meminit in d.l.vlt.in xxj.q.C.de hæred. inſtit.& Pau.Caſt.conſ.xlv.videtur dicendum quòd dicti hæredes,in fi.lib.ij. & Iaſon in l.ſi quis filium,§.vlt.col.j.verſ.ſecundò ad iſtam,ff.de acq.hær.vbi hoc ſcienter tractat,& declarat. & rurſum in l.filiusfamilias,§.Diui,in priore lect.col.pe.verſ.vndecimò quærit,& iterum in poſteriore lect.col.antepe.verſ.eiuſdem initij,ff.de leg.j.Ex quibus & illud fit , quòd ſi hæres hæredis Titij petat hæreditatem Titij,tanquam hæres ipſius:deinde probat ſe eſſe hæredem hæredis,ſatis eſt ad obtinendum,Cyn.& alij in d.l.vlt.C.de hær.inſti.Bar.& omnes in d.l.ſi quis filiumfamilias,§.vlt. per illum tex.ff.de acq.hęred.& in d.l.paterfamilias,ff.de vulg.& pup.& ibi Iaſ.qui affert concor. & Corn.in l.amitę,C.commu.de ſucceſ.

*Etiam in libellis.*

22 *Contraria ſpecialia.*

¶Et ſi aliquando contrarium reperitur,id vtique eſt in caſibus quibuſdam ſpecialibus, qui ratione quadam priuata ac ſpeciali non tranſeunt ad hęredes,niſi de eis expreſſa fiat mẽtio:aut ad hęredes tantùm primos,niſi etiam expreſsim de vlterioribus dictum ſit , vt apertè conſtat ex d.l. ſciendum,cuius hæc verba ſunt,Sciendum eſt , hæredem etiam per multas ſucceſsiones accipi: nam paucis ſpeciebus hæredis appellatio proximum continet.& confeſtim ſubiungit harum ſpecierum quædam exempla.Nam & quod ad d.l.antiquitas,C.de vſufruct.pertinet,ea ſanè loquitur & intelligitur in his,quæ ſuapte natura ad hæredes non tranſeunt, vtpote in vſufructu : vt per Bart.Bal.& alios ibi,& eundem Bart.in l.Gallus,§.etiamſi parente,col.ij.verſ. quæro iſtis caſibus, & ibi quoque Bal.Ang.& alios,ff.de lib.& poſth.Bal.in d.l.vlt.col.ij.in quinta oppo.C.de hære. inſtit.Ang.conſ.ij.præmitto primò,in prin.vbi dicit id ſpeciale eſſe in eo caſu. & Alex. in d.l. ex facto,§.ſi quis ita,col.ij.verſ.puto etiam verum,ff.ad Treb.Et ſatis conſtat,alios caſus,quos ſuprà pro alia parte adduximus,ſpeciales eſſe,vt videre licet apud eos,quos ibi allegauimus(ne hîc diutius immoremur)nec tamen omnes in iis conuenire,vt etiam diximus. Regulariter autem contrà:vt etiam,præter eos,quos ſuprà adduximus,tenuit Spec.tit.de arbitro,§.ſequitur,col.j.& Pan. in c.vlt.col.vlt.verſ.item quæro pone,extrà de arbi.vbi ex hoc dicunt in cõpromiſsis appellatione hæredis venire & hæredes hæredis.& Steph.Bertr.conſi.xxiij.ex themate,nu.35.& ſeq. lib.iiij.

¶Vt



*Prohibitio alienandi non tranſit ad nepotes.*

23 ¶Vt interim tamen non prætermittam,prohibitionem de non alienando factam filiis,de qua ſuprà diximus,adeò perſonalem eſſe,vt non cõpræhendat nepotes:vt not.gl.in §.nos igitur, & ibi Iac.Bel.& Ang.in Auth.de reſtit.fideicommiſ.Dy.Ray.Bar.Alb.Bal.Imol.Pau.Caſt.& Recentiores in d.l.filiusfamiliâs,§.Diui,ff.de leg.j.Cy.Bar.Alb.Bal.& Sal.in l. voluntas,C.de fideic.Bar.in d.l.Lucius,§.Semproniæ,ff.de leg.iij.Alber.in l.pater,§.Iulius Agrippa,ff.de leg.iij.& in l.iuſta,in prin.ff.de verb.ſign.& in prima parte ſtatutorum,q.cvij.item an ſtatutum loquens de filio, col.j. Bal.in l.quiſquis,col.j.C.ad legem Iul.maie.& in l.Titius,in prin.ff.de liber.& poſthu. & conſi.ij. verba ſtatuti,col.j.lib.j.vbi eam glo.dicit ſingu. & conſi.ccccIxvxvij.in iſto puncto,in fin.lib.ij.& conſi.ccciiij.nobilis vir dominus Gulielmus,lib.v.Ro.conſi.457.circa propoſitã,col.j.Paul.Caſtr. conſi.cxxxj.dubium facit,quia poſito,circa medium,li.ij.vbi eam gl.dicit not.& conſi.cccxl.quia ſuprà,col.j.eo.lib.ij.& conſi.ccccj.ſuper primo quæſito,col.j.eo.lib.ij.Alex.conſi.j.perſpectis, col. pen.verſ.vnde videmus,lib.j.& conſ.xxxvj.viſo themate,col.pen.verſ.ad confirmationem,lib.3. & conſi.lv.ponderatis his,in fi.eo.lib.iij.& conſi.lix.attẽtis verbis,col.pe.verſ.nec dicatur ſi prohibuit,eo.lib.iij.& conſi.lvj.Aldronandus,col.j.in fi.lib.vj.vbi & illã gl.dicit ſing.& conſ.cxl.viſo dicto teſtamento,in prin.eo.lib.vj.Soc.conſi.lxxiij.capiendo primum, col.vij.nu.24.lib.4. Fran. Curt.Senior d.conſi.xlvj.vbi ſuprà.Iaſ.conſi.lij.Io.Bartholomæus,col.ij.verſ.confirmatur , quia quando,lib.3.vbi illam quoq; gl.dicit ſing.& conſi.xcvj.dominus Ioannes,col.4.verſi.quintò facit,eo.lib.iij.Steph.Bertr.conſ.xlvj.ex teſtamento,col.ij.nu.7.lib.4.Phil.Dec.conſi.xcv. cuius ſuperſcriptio incipit,ſubſtitutio,col.iiij.verſ.& hoc idem comprobatur.& conſi.cxcij.in caſu occurenti,col.j.verſ.tertiò aduertendum eſt.& conſi.ccccxlv.in caſu ad me tranſmiſſo,col.ix.verſi.& etiam dici poteſt.& conſi.cccccIxvij.in caſu occurrenti,ad fi.& conſi.dcxxxv.viſo copioſo,col.ij. verſi.quibus tamen non obſt.

*Qui dicunt prohibitionẽ alienãdi trãſire ad hæredes hæredis, Niſi facta fuerit hæredi cũ nomine proprio.*

*An interſit, præcedat , an ſequatur nomen propriũ.*

24 ¶Quanquàm etiam ſunt,qui contrarium dicunt eius,quod ſuprà diximus de prohibitione factã hæredi,vt ſcilicet tranſeat ad hæredes hæredis.Id enim voluit Bar.in d.l.filiusfamiliâs,§.Diui,col. vlt.verſ.quæro vtrùm prohibitione facta,& in d.l.Lucius,§.Semproniæ,de leg.iij.Rom. qui alios citat,conſi.cccclvij.circa propoſitam conſultationem,in primo dubio.& Alex.d.conſ.xxxvj.vbi ſuprà,lib.iij.& omnes Recentiores,in d.§.Diui,qui id dicunt ab omnibus cõmuniter recipi: niſi ſi prohibitio facta fuerit hæredi nuncupatim cum nomine proprio:verbi gratia , Titium hęredẽ alienare veto:nam tunc non venit hæres hæredis,per d.§.Sẽproniæ.& voluerũt Ray.Imo. Alex. Iaſ.Crotus,Fran.Ripa,& alij in d.§.Diui.Ro.in d.l.ſi quis filium,§.vl.ff.de acq.hær.Alex.conſ.56. conſideratis verbis teſtamenti,col.ij.lib.j.Vtrùm autem hoc in caſu interſit vtrùm præcedat nomen proprium,vt in illis verbis,quæ ſuprà poſuimus,Titium hæredem:an verò econtrariò præcedat nomen appellatiuum,vt his verbis,hæredem Titium,vide optimum tex.in l.ſi ſeruus communis,ff.de ſtipul.ſer.glo.& Bar.in l.cùm ita datur,§.ex his verbis,ff.de condi.& demon.Bart. in d.l.ſub diuerſis,§.j.eo.quoque tit.Bal.in d.l.ſi plures,col.pe.verſ.denuò quæro,& ibi etiam Sal. in iij.q.C.de condi.inſer.& eundem Bald.in c.j.§.Marchio,col.ij.tit.qui feud.dar.poſ.& Iaſ.in d. l.ſi quis filium,§.vlt.col.ij.verſi.imò fortiùs,& Cano.in c.quoniam Abbas,extrà de offic.deleg.

*Quid, ſi facta fuerit cum illa demonſtratione,ipſe.*

25 ¶Aut etiã(vt vlterius ad principale propoſitum reuertamur)niſi fuerit facta prohibitio cum illa demõſtratione,ipſe hæres ne alienato:nam ad eum tantùm hæc prohibitio pertinet,non ad hæredes illius:tanquam illa demonſtratio(ipſe)perſonam ipſam veluti ad oculum demonſtret, nec eam egrediatur,quæ fuit ſententia Bald.d.conſ.ccciiij.lib.v.Id quod dicit valde ſing. & mirabile, ſi verùm ſit,Iaſ.in d.§.Diui,in ij.lectu.col.pen.verſi.pro ampliatione , & ibi quoque Ferdi. Loaz. char.25.nu.498.& Fran.Ripa nu.111.& Catel.Cotta,memor.incip. hæredis appellatione,& iterũ memor. ipſe , pronomen.Nam & videmus,vt id illis addas,id pronomen eſſe demonſtratiuum, haberéque præciſam aliquam ac veluti perſonalem demonſtrationem eius rei , cui adiicitur : vt apud Virgilium lib.ij.Aeneidos,

*Ipſe dictio, perſonæ demonſtratiua.*

*—Et ipſe doli fabricator Epëus.*

Et Terentium in Adelphis:

*Ipſa ſi cupiat Salus,*
*Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.*

Et voluit etiam è noſtris gl.not.in §.fuerat,in verbo,cum ipſa,in prin.Inſti.de act.& Ioa.And. in c.contra eum.in ij.arg.quæſt.de reg.iur.lib.vj.in Mercur.& Domin.conſil.cviij.difficultas, col.j.& Zaſius conſi.xij.poteram,poſt prin.Quod & Græci in ſuo eodem pronomine obſeruant,ex Homero lib.Iliad.ix.cùm inducit Phœnicem hæc ad Achillem loquentem,

*αὐτὸς θεὸς. Ipſe Deus.*

—οὐδ' εἴ κεν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα.

Quæ ita vertit Franciſcus Mirandulanus,

*Nec ſi pollicitus Deus ipſe auferre ſenectam,*
*Et mihi florentem circunfudiſſe iuuentam.*

*Ipſe, id eſt,ue rè exiſtens.*

Hoc enim pronomen,αὐτὸς,id eſt ipſe,Deum verè exiſtẽtem ſignificat,vt annotauit non ſemel eum locum citans Iuſtinus ille Philoſophus,idémque Martyr in Admonitorio gentium.Nec in eo vno ſolùm loco id fecit Homerus.Nam & lib.Odyſſ.iiij.idem pronomen Deo aſsignauit,

ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσεσθαι θεὸς αὐτός.

Et lib.xij.

—σὺ δ' ἄκουσον
ὥς τοι ἐγὼν ἐρέω, μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτός.

Et lib.xvj.

—ὅτε μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθών,
ῥηϊδίως ἐθέλων θείη νέον, ἠδὲ γέροντα.

Quos verſus,paucis immutatis,repetiuit libro xxiij. eiuſdem operis.Et lib. xix.loquens priuatim de Mercurio,

—Θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν
ἑρμείας.— Et generatim de Diis,lib.j.ipſius Odyſſeæ,
—ἦ μάλα δή σε διδάσκουσιν θεοὶ αὐτοί
ὑψαγόρην τ' ἔμεναι,&c. Et lib.xj.
Τειρεσίη τὰ μὲν ἄρ που ἐπέκλωσαν θεοὶ αὐτοί. Et lib.xiiij.
—ἐμὲ δ' ἔκρυψαν θεοὶ αὐτοί. Et rurſum lib.ix.Iliados,
—Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί. Et lib.xij.eiuſdem operis,
—ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Et Syllaba,quæcunque ea vates fuerit,apud Lactantium lib.vij.cap.xxiij.

Ἀνάστασιν γὰρ ἅπαν μερόπων γένος, ἀλλ' ὅταν ἤδη.
Κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν θεὸς αὐτὸς
ποιήσει— Et hos ſecutus Virgilius lib.v.Aeneidos,
—*Deus ipſe faces,animúmque miniſtrat.*

Facilè autẽ intelligis id Homero otioſum non fuiſſe,nec fortuitum,quod tam frequẽter in vtroq; opere inculcauit.Et huc quoque referri poteſt illud D.Pauli ad Hebr.13.eodémq; vlt.Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe:& in æternũ.Quem etiam locum in id refert Theophilus Alexãdrinus,vir tantæ eruditionis,vt D.Hieronymus libros ipſius Paſchales dignatus ſit in Latinum vertere,lib. eiuſdem operis primo,ſtatim poſt initiũ.Sed & huc pertinet illud Eſaiæ xliij. Ego ſum, ego ſum ipſe,qui deleo iniquitates tuas propter me.Verùm vt tandem hoc caput cõcludamus,vbi eſt demonſtratio perſonæ,diſpoſitio non trãſit ad hæredem illius,l.ſeruus,in prin.ibi,itémq; demõſtratio perſonæ,ff.de ſtatulibe.Aut niſi deniq; in aliis quibuſdã caſibus,quos videbis apud Loaz. vbi ſuprà & ſeq.nu.& etiam Crot.ibi,col.37.verſ.quęrit etiam Bar.an prohibitio.& Fran.Ripã d.nu.3.

*Extranei quoque hæredes admittũtur ad retrahendum.*

26 ¶Et vt redeamus,ad caſum noſtræ cõſuetudinis,intellige quæ ſuprà diximus,vt non ſolùm admittantur ſui hæredes ad redimendũ vi huius pacti,ſed & extranei quoq; hæredes ipſius venditoris:vt nuncupatim voluit Hier.Cagn.in repet.d.l.ij.in xvij.q.verſi.& nõ ſolùm,C.de pact.inter emp.& ven.Et hoc quidẽ generale eſt in materia indifferenti,vt æquè admittantur extranei hæredes,atq; ſui:vt per Bar.in l.Gallus,§.etiã,& ibi Alex.col.ij.& Iaſ.col.4.ff.de libe.& poſth. Ang. conſi.cccvj.chariſsime frater, Imo.conſ.xxj.in caſu præmiſſo in quo quæritur.Alex. conſ.ix.viſis dicto themate,col.ij.lib.ij.cum aliis concor.adductis à Phil.Dec.in c.in præſentia,col.18.verſ.circa primum,& ſeq.extrà de proba.& conſi.ccxciij.in teſtamento,in prin. vbi & hoc optimè probat. Diximus autẽ ſuprà in eadẽ glo.nu.11.quòd ſi quis dicat,quòd hæc facultas cedi poteſt extraneo.

*Hæredes emptoris tenẽtur etiã reuendere ex huiuſmodi pacto.*

27 ¶Caeterum quia ſemper ſuprà locuti ſumus de hæredibus venditoris,nũc quæro è diuerſo, vtrùm hæredes etiã emptoris teneantur reuendere,ſicuti & emptor ipſe tenebatur.Tex.eſt apertus,eos teneri,in d.l.ij.ibi,hæres emptoris,& ibi Petr.à Bel.Pert.qui id expreſsè annotat,C.de pac. inter emp.& vend.Nam ſicut pacta regulariter ad hæredes actiuè tranſeũt, ita & paſsiuè,etiãſi de illis mentio facta non fuerit l.ſtipulatio iſta habere,& l.eum qui ita,§.te & Titium, ff. de verbor. oblig.& l.j.& ibi Bal.C.de conſti.pec.& l.veteris.C.de contra.& commit.ſtipu.cum ſim. Idq; etiã in obligatione pœnali,vt ab Ang.reſponſum eſt,conſ.326.ex themate & actis,per l.ij.§.j.& §.item ſi in facto,& iterum in l.iiij.§.Cato,ff.de verb.obl.Et idem quoque in caſu noſtro reſpõdit Pau. Caſt.conſi.cccvj.quanquàm longa,col.vlt.li.ij.& Steph.Bertr.conſ.xv.viſis inſtrumẽto,ad fi.li.ij.

*Etiam ſi ſint minores.*

28 ¶Quod intellige,etiamſi hæres ipſius eſſet minor.Nam & is etiam ſine decreto tenetur reuẽdere ex pacto reuẽdendi à ſuo prædeceſſore facto:vt dicit expreſsè Alb.in d.l.ij.in prin.C.de pact. inter emp.& vend.& per tex.in l.j.C.quan.decre.opus non eſt:vbi huius rei caſus eſt expreſſus. Et propemodum concordat tex.in l.prædium,& ibi glo.Fab.& alij,eo.tit.& l.j.§.j.& l.magis puto, §. ſi pupillus ſtipulanti,ff.de reb.eor.cum aliis multis ſim.& concor. & tex. & Doct. à me latè congeſtis in noſtris Legibus connubialibus,in gloſſ.viij.in verbo , *de ſon mary*,in xxiij.q.Vtrùm verò ipſe minor cùm emit,poſsit in venditione pactum reuendendi reſtituto pretio apponere,videbis infrà in fi.huius tit.nu.2.& multis ſeq.

*Si rei venditæ alter ſit proprietarius,alter vſufructuarius,uter conueniendus eſt. Cuius autem erit pretium.*

29 ¶At in dubium vocari poteſt,quid ſi emptor moriens reliquit alteri vſumfructum eius rei,quæ ſibi vendita eſt ſub hoc pacto reuendendi:an is alter qui ſcilicet nunc eſt vſufructuarius,ſit conueniendus,an verò hæredes ipſius emptoris,vt reuendant reſtituto ei pretio. Ego puto hæredes conueniendos,vtpote cùm ſint domini,habeántque facultatem reuendendi,atque reſtituẽdæ rei: vt ſatis declarat tex.in d.l.ij.de pac.inter emp.& vend.Tutius tamen eſſe,requiri etiã vſufructuarium,dicturum quæ voluit,ſi ſua putauerit intereſſe,vt tradit Hier.Cagno.in rep.d.l.ij.in xxxij.q. vbi & illud ſubdit,pretium rei debere manere apud vſufructuarium,vt eo dum viuet vtatur fruatur,per l.vxori meæ, ff.de vſufr.lega.quæ mihi non admodum facere videtur,& per not.ab Alex. in l.diuortio,§.ſi fundum,col.pen.ff.ſol.mat.Ad illud autem,quod diximus de vocando vſufructuario,vide tex.qui neceſſariò requirit vocandum vſufructuarium in re ſimili,in l. is qui fundũ, ff.de vſu & vſufr.leg.vbi diuiſio facta non vocato vſufructuario:ei nullo modo obeſt.Et vide etiã quod



quod in ſimili tractat Bal.in l.qui ſolidum,§.j.ff.de leg.ij.& Fab.in tract.de empt. & vend. in viij. q.prin.col.iij.verſ.ſeptimus effectus,& rurſus in fi.omnino eiuſdem tract.

*An unus ex hæredibus,aut ex pluribus venditoribus poßit partem ſuã retrahere.*

30 ¶Sed vt iterum reuertamur ad hæredes venditoris,quos noſtra conſuetudo dicit admitti,quid ſi vnus ex pluribus hæredibus velit partem ſuam tantùm redimere?Et idẽ quæri poteſt de duobus venditoribus,an alter admittatur ad redimendum dimidiam partem rei venditæ.De hoc nos late diximus ſuprà tit.proxi.§.xxiij.in glo.j.vbi diximus ex communi noſtrorum ſententia, hũc non eſſe admittendum,quanquàm vnus aut alter fuit in diuerſa opinione , vt ibi videre poteris. Sed illud hîc adiiciendum occurrit,quod admodũ facit pro hac re non recepta ſententia.Nempe l.vxorem,§.agri plagam,ff.de lega.iij.vbi ſi hæres eſt grauatus à teſtatore,vt vendat fundũ duobus,& vnus ex illis nolit emere,tenetur hæres alteri ſuam partẽ vendere.Et autoritate illius tex. reſpondit Alex.conſi.cxxvj.viſis his de quibus,col.j.lib.v.quod ſtante ſtatuto,quòd locator non poſsit vendere rem locatam,niſi prius denuntiauerit conductori,an emere velit: ſi ſint duo cõductores,& alter nolit emere,poterit tamen alter pro ſua portione emere.Et eſt ſimilis text. in l. ſi quis legata,§.duobus,& iterum in l.cui fundus,ff.de condi.& demon.Et facit etiam hæc ratio, quia qui promiſit duobus aut pluribus,videtur promiſiſſe ſeparatim,& cuilibet pro virili.l.reos,§. cùm tabulis,cum ibi not.ff.de duob.reis,& l.j.C.ſi plu.vna ſent.& facit l.legata inutiliter.§.vlt. ff. de leg.j.cum ſi.Et licèt incidat in communionem cum vno , ei tradendo partem , eſt tamen ſibi imputandum,qui ita contraxit.Et licet etiam reuendere ſit factum,vt diximus in d.§.xxiij.eſt tamen diuiduum contractu,l.locus,ff.de acquir.poſſ.

31 ¶Sed hæ rationes obtinent tantùm,cùm ab initio contractum eſt cum duobus aut pluribus , aut etiam cùm pluribus iuſſum eſt à teſtatore vendi,non ſi vni tantùm:vt apertè diſtinguit d. l. cui fundus.Ideóque ſi his vnus reliquerit plures hæredes,videtur vnum ex illis tãtùm non eſſe audiendum:non enim ex perſona hæredum conditio obligationis mutatur,l.ij.§.ex his.ff.de verb. oblig.& optimè etiam d.l.cui fundus,in fi.vbi poſt eam diſtinctionem,vtrum à principio fuit relictum vni,an duobus,ſubiungit in fi.In eo verò quod vni ſub cõditione legatum eſt,ſcindi ex accidenti conditio non debet,& omnis numerus eorum , qui in locum eius ſubſtituuntur , pro ſingulari perſona eſt habendus.Et hoc quidem caſu habent locum omnes rationes eorum , qui tenent communem illam opi.Vide tamen tex.qui in redhibitione non diſtinguit pluréſne hęredes venditori ſint,an plures ſeruum vendiderint,vt ſciamus poſsítne cuilibet redhiberi pro portione,an omnimodo,& econtrariò ſcilicet in l.quòd ſi nolit.§.ſi venditori.ff.de ædil.edict.Et vide etiam Carol.Ruin.qui & illis legib.reſpondet conſi.lxxxij.videtur lib.j.

*An hæres qui vult partẽ ſuã redimere, poſſit cogere cohæredẽ,ut & partem ſuam redimat.*

32 ¶Verum quæſtionis eſt,cùm emptor ex communi ſententia non teneatur admittere vnũ ex hæredibus ad redimendam ſuam partem,an hic qui vult redimere partem ſuam,ſaltẽ poſsit cogere cohæredem,vt & ſuam quoque partem ſimul redimat,ne emptori ius ſit contradicendi.Dic quòd ſic,niſi ius ſuũ hic cedere maluerit,per l.his conſequenter,§.Celſus,ff.famil.erciſc.& l.hæredes,§.idem iuris,eo.tit.vbi vnus hæredum poteſt alium eadem ratione cogere pignus pro parte ſua luere,niſi tamen is,qui non vult luere,ius ſuum cohæredi cedat.l.cùm fructuarius.ff.de vſufruct.& l.is cum quo.in fi.ff.de aqua plu.arcen.& nuncupatim hoc in caſu voluit Hier. Cagn. in repet.d.l.ij.in xv.q.C.de pact.inter empt.

*An autem alter hæredum aut venditorũ poßit totum redimere.*

33 ¶At maius dubium eſt,vtrùm alter venditorum vel hæredum vnius vẽditoris poſsit ſolus totum redimere,totum etiam pretium offerendo.In qua re variatum eſt à noſtris legum doct. Sũt enim qui negant admittendum , quod placuit Paul.Caſtr.in l.ſi quis aliam.col.j.ff.de ſolut.quia emptor(inquit)poterit dicere,quòd non eſt obligatus,niſi vtrique:ideo ſi velit rem habere,ambo veniant.Niſi tamen alter conſentiret,& ius ſuum alteri cederet,quia licet nunc nõ ei curæ ſit redimere,poterit tamen poſteà propoſitum mutare.l.deberi.C.de fideico.libert. Vnde non debet iſte præoccupare ius & locum alterius , ſine ipſius voluntate.Et hanc quoque opin. ſecuti ſunt Crot.& Alciat.in l.iiij.§.Cato,ille in ij.lect.col.iiij.verſ.ſecundò fallit,hic col.xviij.verſ.tu aduerte primò.ff.de verb.oblig.vbi ad hæc alia multa allegant,& idem Alciat.in l.creditori,col.iij. verſ. ſed quid in hac quæſtione.C.de pact.

*De eadem re.*

34 ¶Alij illud quidem recipiunt,ſed ita tamẽ intelligunt,vt ſcilicet emptor non ſit cogẽdus vni vẽditorum totum reuendere,etiam ſi totum pretium offeratur,vt dictũ eſt.Sed tamen hoc caſu partem tantùm ipſius venditoris emptor reuendere cogitur:cùm integrum ei pretium ab ipſo venditore offertur.In qua ſententia fuit Raph.Fulg.in l.quod ſi nolit.§.idem Marcellus. ff. de ædil. edict.argu.illius tex.à contrario ſenſu.Sed ea certè ſententia,vt eſt omnium,ni admodum fallor, iniquiſsima,ita & pauciſsimos habet aſſertores,& neſcio an alium vllum præter ipſum Fulgoſ.

*De eadem re.*

35 ¶Tertij tenent,quòd ſi alter hæredum ſuam pretij partem offerat,& petat etiam ſuã ſibi partem reuendi,cogitur emptor eam partem reuendere:ſi totum petat,& totum pretium offerat,non auditur,niſi alter expreſsè conſentiat aut repudiet.Ita enim voluit Ober.Crem.in l.ſi ex legato.§.ſi Stichus,ff.de manumiſ.teſta.per l.fiſtulas.§.pe.ff.de contrah.emp. prout illũ retulit & ſecutus eſt Firmia.in ſuo vberrimo indice,in verbo,emptor retrouendẽs,verſ.iij.& rurſus in verbo, obligatus,verſi.cxxv. vbi verba illius nuncupatim adſcribit : dicítque in priori loco ſe ex huiuſmodi ſententia iudicaſſe in cauſa ardua:de quo etiam meminit in poſteriori loco.Sequitur etiam Hermanoctius Dec.in d.§.Cato,col.xlj.& Ludouic.Gozad.in d.l.ij.in xx.q.C.de pact.inter empt.

36 ¶Et hæc quidem opinio hac potiſsimum ratione,nec ea quidẽ contemnenda,fulcitur, quòd qui pluribus tenetur præſtare aliquid indiuiduum,illud non tenetur præſtare,niſi illis omnibus quibus ipſe tenetur conſentientibus,per tex.in l.vlt.ff.cõmu.præd.& d.l.ij.§.ex his.& ibi Bar.& cæteri interpretes,ff.de verb.oblig.Reuendere autem indiuiduum eſt, vt multis probauimus ſuprà tit.proxi.§.xxiij.in glo.j.nu.13.& hæc quidẽ his rationibus,vt ibi videre poteris,ne aliter repetã.

*De eadem re.*

37 ¶Poſtremi in ea ſunt opin.vt ſimpliciter emptor cogatur integram rem reuendere vni venditorum vel hæredum offerenti integrum pretium,ſiue alter repudiet , ſiue minus. Nam ſi repudiet, integrum ius manet apud alterum iure accreſcendi,per d.tex.licet non allegent , in d.l.ſi quis legata,§.duobus.ff.de cond.& demon.qui tamen(ne decipiaris)loquitur in legatis,& facit etiam l. fideicommiſſa,§.item ſi quis,ff.de lega.iij.Si non repudiet,ei ſeruatur ius illæſum:quia poteſt cogere ſocium,qui totum redemit,vt ei partem ſuam reuendat , reſtituto pro portione pretio. Ita voluit Pau.Caſt.ſibi contrarius conſi.ccxxj.in hoc paſſu duo ſunt,ante fi.lib.j.& conſil.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam,in fi.lib.ij.Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur ,col.xiiij. verſ.ſed pulchrum & vtile dubium,ff.de verb.oblig.Chaſſe.tit.*de rentes vendues à rachapt*,§.j.in 4. dubio,in fi.Soc.in l.j.§.ſed & quoties.ff.ad S.C.Trebel.quo loco dicit ita ſe conſuluiſſe , vt verè conſuluit conſi.xvj.anno Domini,lib.4.vbi hanc rem latiſsimè omnium diſputauit , multáſque rationes hincinde attulit, inuicémque contulit,vt ibi videre poteris,neque enim eam rem aliter tractandam hoc loco ducimus,& nouiſsimè Anto.Rub.conſi.xc.viſo caſu,& D.Boër. deciſ.cclj. duo ſimul,quæ impreſſæ ſunt poſt primam noſtram huius operis editionem.Et ſecundum hanc opin.iudicatum fuit in noſtra curia Pariſienſi,die xx.Aprilis,anno Dom. M. D. XLVIII. poſt Paſcha,inter Ioan.Corra.& neſcio quem de Vezules.

*De eadem re.*

*Si unus totum redemerit, an alter poterit eum cogere,ut ſuam ſibi partem reuendat.*

*Areſtum.*

38 ¶Illud vnum addiderim,hoc idem voluiſſe ante hos omnes Bal.cuius nullus iſtorũ meminit cõſ. cxxxiij.quædam mulier,in vlt.dubio,lib.j.Cuius vnius verba huc ſubnectam.Vnius(inquit)oblatio ſufficit,cùm ſint duo rei credendi.l.vlt.C.de duob.reis. Quia pro ſolutione habetur non tãtùm ea,quæ fit ab obligato, ſed etiam quæ fit ab alio,l.qui decem.§.j.ff.de ſolut.& l.acceptam. in fi.C.de vſur.Sed retrouenditio debet fieri vtrique,vt pactum ſeruetur:& tunc alter, qui non obtulit,tenebitur reſtituere partẽ pecuniæ ab alio oblatæ.l.fundus ille.ff.de contrah.empt.& l. ſi abſentis.C.ſi cert.pet.& l.cùm quæritur,ff.de admin.tut.Sed ſi ille conſentiat,quòd huic tãtùm fiat retrouenditio,nullũ eſt dubium.l.ſicut,§.venditionis.ff.quib.mod. pign. vel hypot.ſol. & l. ſi ita quis.§.Seia.ff.de verb.obli.Hæc Bal.pro cuius opin.eſt tex.optimus,vltra eos quos allegat,in l.fiſtulas,§.qui fundum.ff.de contrah.empt.& l.fideicommiſſa.§.interdum.ff.de lega.iij.& in l.in bello.§.ſi ſeruus complurium.ff.de capt.& poſtlim.reuer.& in l.in diem.ff.de in diem addict.Nec tamen omiſerim,quòd ex iis qui hanc opi.ſequuntur,nonnulli conſulunt, vt is qui totũ petit ſibi reuendi,ſatiſdet de dando partem ſocio,per l.j.§.ſi pecuniam in ſacculo,verſ.ſed ſi res.ff. depoſi.

*De eadem re.*

*An qui totum petit,debet ſatiſdare,de dãdo partẽ ſocio.*

39 ¶QVID autem in hoc caſu ? Duo fratres vendiderunt domum aliquam communem, ſitam in hoc noſtro oppido Fontis Naiadum(Ita enim appellabant Amicus ille,& Rabelæſus, diuinitatẽ loci,& adoleſcentium noſtrorum ingenia admirati)cùm eo pacto de reuendendo. Poſteà autem bona ſua ita diuidũt,vt omnia & ſingula Fontenai ſita, quæ ad eos pertinebant,alterius maneãt. An ius iſtud & facultas redimendi huic ſoli conceſſa videatur,ita vt alter nihil iuris in ea re habeat.Vide Fran.Are.hanc rem ingenioſè & ſubtiliter vt ſemper aliàs,diſputantem , conſi.vj.viſo inſtrumento diuiſionis,per totum,ſed præſertim in ij.dubio,& Alex.qui in eadem ſpecie,adeoq; inter eaſdem partes conſuluit,conſi.lxxv.viſo themate & maturata,lib.vj.quibus in locis vterque reſpondit,id ius in ea diuiſione non compræhendi,ſed commune vtrique fratri manere:per multa quæ allegant,quæ illic videre poteris.

*Pulchra quæſtio.*

40 ¶SED quid in hac ſpecie?Duo in ſolidum vendunt alteri annuũ quempiam reditũ(ſiue vectigal appellare malis,ſiue penſitationem,id eſt,vt alibi quoque diximus,*vne rente generale ou volante*)idque cum eo pacto redimendi.Poſteà emptor vnum eorum pro media parte offerentem , ſponte admiſit ad luendam mediam illam partem:nũquid & in altera parte eum ita faciens liberaſſe cẽſeatur ab illo annuo vectigali,ad quod in ſolidum,vt diximus,erat obligatus.Vide not.per Doct. in l.ſi creditores.C.de pact.præſertim verò And.Alciat.col.iij.verſ.ſed quid in hac quæſtione,vbi id nuncupatim tractat.

*Alia quæſtio.*

41 ¶NVNC autem ediuerſo,quid ſi emptor,qui promiſit reuendere,decedit relictis pluribus hæredibus,quorũ vnus tantùm poſsidet rem ita venditam:an ille ſolus teneatur reuendere:an verò ſolùm teneatur pro portione hæreditaria.Et idem quæri poteſt in retractu ſanguinis.Videtur autẽ hunc tãtùm teneri pro portione ſua hæreditaria,quia venditori competit actio perſonalis ex empto,vel præſcriptis verbis,vt not.in l.ij.C.de pact.inter empt. & vendit. & latè diximus ſuprà in hoc eo,§.in gl.j.nu.2.ex eo autem pacto.Et ſimiliter competit conſanguineo actio ex ſtatuto,quę & ipſa perſonalis eſt:vt not.in l.j.ff.de condict.ex lege.Actio autem perſonalis fundũ non ſequitur,l.cogi.§.vnde quæritur.ff.ad Senatuſc.Treb.etiam ſi obligatio ex qua oritur,contracta ſit,habito reſpectu ad fundũ , l.quædam,§.nihil intereſt.ff.de eden.cum cõcor.à me adductis ſuprà tit. præced.§.viij.glo.iij.in verbo,*le iuge qui en peut cognoiſtre*, nu.6.porrò Cæpolla.Ex quo conſequẽs fit,vt competat contra hæredes pro hæreditariis cuiuſque portionibus,l.pro hæreditariis. C.de hæred.act.& l.j.C.ſi cert.pet.& l.pacto ſucceſſorum , C. de pact.etiamſi vnus eorum totam rem poſſideat,

*An unus ex hæredibus,qui totã rem uenditam poſsidet teneatur totã reuendere, an partem ſuam.*



poſſideat,aut penes ſe habeat.l.ſi duo.ff.depoſi.per quam ita voluit Ang.in l.ſi poſſeſſor.ff.de rei vendic.vbi facit in hoc differentiam inter actiones reales & perſonales:vt ſcilicet in realibus hæres,qui totum fundum poſſidet,poſſit in ſolidum conueniri,per tex.ibi,cui eſt ſimilis tex.in l.ij. §.vlt.ff. de prætor.ſtipul.vt qui non tanquã hæres,ſed ſuo nomine conueniatur,l.de eodẽ. §. vlt. ff.ad exhib.In perſonalibus ſecus,per d.l.ſi duo.& idem dicit Ioan.Plat.in l.æs quidem.in j.nota. C.de ann.& tribu.lib.x.

*Quando poſsidens poſsit cõueniri in ſolidum,uide duobus uer.ſeq.*

42 ¶Verùm contrarium tenuit,& reſpondit nuncupatim in ea ſpecie retractus conuentionalis,Soc. conſi.ccliij.in cauſa domini,in iiij.dubio,lib.ij.his quidem rationibus motus, quia primùm actio, quæ competit ex hoc pacto,eſt bonæ fidei:vt not.in d.l.ij.C.de pact.inter emp.& vendi.Deinde emptor obligatur ad reſtituendum,vt ibi etiam not.Sed quando actio bonæ fidei datur ad reſtituendam rem,& vnus hæredum poſſidet eam rem in ſolidum,etiam datur in ſolidum actio aduerſus eum,vt eam rem reſtituat.l.iij.§.hæres.ff.commo.& voluerunt Petr.& Cy.in d.l.pro hæreditariis.eam ita intelligentes,& Rayn.Forli.in l.iiij.§.Cato.in iiij.oppoſ.& ibi Bar.col.ij.in 3. opp. & propè omnes Doct.ff.de verb.oblig.De quo tamen vide eundem Socin. in d.§.Cato.col.viij. verſ.circa tertiam oppoſitionem,poſt Cyn.Chriſtoph.Caſtel.& Raph.Com. & ibi quoque Lancel.Gal.col.xj.verſi.tertia ſit concluſio.

*De eadem re.*

*Actio quæ competit ex pacto reuenditionis , eſt bonæ fidei.*

43 ¶Tu autem ad eam Socin.ſententiam adde,quòd in quibuſuis actionibus perſonalibus, etiã ſtricti iuris,cum quibus concurrit rei vendicatio,is poteſt conueniri in ſolidum,apud quem tota res reperitur.Dyn.in l.qui fundum,§.ſi tu ex parte.ff.ad leg.Falc.Bart.in l.ſi plures.per eum tex.ff.de vi & vi armata,& in d.l.iiij.§. Cato,col.ij.vbi ſuprà.& Stepha.Bertr.conſi.clxxxiij.pro confirmatione,in prin.lib.iiij.De quo tamen vide Alex.Fran.Aret.Soc.Gal.& alios Recentiores in d.§.Cato.Ex ſententia autem multorum hîc competit rei vendicatio oblatione facta,vt dicemus in gl. ſeq.num.6.at in pacto,& ſeq.

*De eadem re.*

44 ¶QVINIMO plus dicit Soci.d.conſ.ccliij.vbi ſuprà,lib.ij.quòd ſi hæredes cõmuniter poſſidẽt eam rem,nihilo minus quilibet eorum in ſolidum conueniri poteſt:quia non ſolùm nec ſimpliciter tenetur emptor ad reſtituendam rem,ſed etiam ad eam tradendam:vt voluerunt Richar. & Barth.à Sal.in d.l.ij.de pactis inter empt.cum aliis cõcor.allegatis ab eodẽ Soc.in aliis dubiis eiuſdem conſilij.Sed obligatio rem tradi,cùm indiuidua ſit & obligatione,& ſolutione,trãſit ad quẽlibet hæredũ in ſolidũ,ſicuti aliæ obligationes,quæ in factis conſiſtũt:vt declarat Bar.in d.l.iiij.§. Cato,in ij.oppoſ.& ibi quoque Ang.Imo.& Raph.Co.& rurſus idem Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.& ibi quoque Ang.Imol.Raph.Co. & Pau.Caſt.eo.tit.Hæc propè Soci.quẽ ſequitur Hieron.Cagno.in repet.d.l.ij.in xiiij.q.de pact.inter empt.&.vendi.Si tamẽ ſcire vis ampliſsimè, an venditor,qui ex pacto tenetur reuendere,teneatur ad tradendum,vide omnino eundẽ Socin. conſi.xvj.anno Domini,li.4.& Fran.Aret.d.conſ.vj.& alios,quos tibi latè cõgeſsimus infrà in gl. ſeq.verſ.vlt.Sed ſi id verum ſit,quod Soci.d.conſi.ccliij.tradidit,non opus eſt quærere, vtrùm is hæres qui ſolus poſſidet,poſſit cauſari,ſe nomine cõmuni & ſuo & hęredũ poſſidere:de quo nos diximus in duobus ſociis,ſuprà tit.præced.§.j.gl.13.in verbo,*l'achepteur*,num.30.ſed hæc intellige:

*Et ſi hæredes cõmuniter rẽ poſsident , an quilibet eorũ poſsit cõueniri in ſolidum.*

*Quid ſi is,qui ſolus poſsidet, dicat.*

45 ¶SED rurſum illud quæri poteſt,Vnus vendidit duobus cum hoc pacto reuendendi:an is poterit compellere alterum ex emptoribus reuendere ſuam partem ſoluto pro eadem parte pretio?In hac ſpecie conſuluit Steph.Bertr.conſi.xlj.licet contractus,lib.3.vbi dicit , quòd licet hic contractus vnus ſit ratione ſubſtantiæ ipſius,per id quod not.Ioan.And.in addit. Spec.tit.de donat.§.j. in addit.incip.plus dicit Simon.& poſt eum Ro.conſi.cccv.quò ad ſeptimum. Tamẽ huiuſmodi pactum vel non eſt vnicus contractus,vel certè in eo ſunt duæ obligationes,quibus ſcilicet quilibet emptorum tenetur reuendere.l.reos.§.cum tabulis.ff.de duob.reis. Ideóque poterit venditor quemlibet eorum compellere ad reuendendum partem ſuam. Reſpondétque ad ea , quæ ſuprà diximus de duobus venditoribus,quia loquuntur in caſu diuerſo,& in quo intereſt emptoris,ne partem tantùm vendat. Hîc autem minimè intereſt vnius ex vẽditoribus,ſi partem tantùm ſuã relinquat.Et idem quoque potes dicere in retractu municipali.

*An unus ex emptoribus poſsit cõpelli ad reuendẽdũ partem ſuam.*

## SERONT PREFEREZ, PRAEFERENTVR, GLO. VII.

1 PAVL. Caſt.conſi.lxxiiij.in cauſa mota per Dominam Dorotheam,col.iij.verſ.concluditur ergo,& ſeq.vſque ad fi.lib.ij.conſuluit venditorem,qui ex pacto de reſtituẽdo rem,reſtituto pretio vẽditionis,redimit rem prius venditã,præferri vicino,aut cõſanguineo,cui ex forma ſtatuti ius eſt & facultas retrahendæ eiuſdem rei : quia quicquid iuris quæſitũ eſt conſanguineo ex huiuſmodi cõtractu,cẽſetur quæſitũ cum eadẽ conditione & pacto appoſito in cõtractu,niſi pretiũ intra terminũ reuẽditionis reſtituatur à vẽditore. Et ideo reſoluto iure emptoris,reſoluitur & hoc ius quæſitũ cõſanguineo.l.lex vectigali.ff. de pign. & l.ſi ex duobus.§.ſed & Marcellus,ff.de in diem addict.& idem etiã voluit Io.Ign.in repe.l. dudum.col.xxj.verſ.& iſta dilatio.ff.de contrah.emp.& Fran.Ripa in l.j.col.pen.verſi. in contrariũ facit,ff.de priui.cred.qui & idem voluiſſe dicit Henric.Boer.in c.conſtitutus,de in integ.reſtit.

*Quis præferatur ad retrahẽdum,uenditór ne,qui cũ hoc pacto uendidit, an conſanguineus.*

2 ¶Et id quidem ex conſuetudine obſeruari in multis locis tradit Io.Fab.in §.j.in fi.Inſti.de empt. & vend.Licet ſecus dicat eſſe de iure communi,ſi ſemel venditor rem tradiderit, quia ex eo ius

*De eadem re.*

eſt quæſitum conſanguineo. Ideo etiam ſi venditor intra tempus appoſitum reuenditioni reddiderit pretium, tamen admittitur conſanguineus. & nihil aliud in hoc allegat. Et idem quoq; cum eo, licet eum non alleget, nouiſsimè cenſuit Matthæ. Afflict. in tractatu Protomixeos, in verbo, licet enim ſuprà diximus. col. antepe. verſ. item quæro de alia quæſtione: hac ratione motus, quòd contrahentes non poſſunt facere pactũ expreſſum, ne admittatur vicinus vel conſanguineus: ergo nec tacitè poſſunt eum excludere, appoſito hoc pacto reuẽditionis, per l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. & rurſus idẽ Matthæ. deciſi. Neapol. 338. nobilis Petrus, paulò ante fi. vbi idem dicit voluiſſe Neapodanum in 1. conſtitut. de Iure congrui, in verbo, emit. verſ. ſed quid ſi de ſimulatione.

*An pactũ reuendendi contractum reſoluat ipſo iure. Pacta legis cõmiſſoriæ & addic. in diem. reſoluũt cõtractũ ipſo iure.*

3 ¶ Aduerte, Lector amantiſsime. nam id ex eo pendêre videtur, an contractus vi huius pacti reſoluatur ipſo iure, an non. Nam ſi ipſo iure reſoluatur, certè venditor præferri debet conſanguineo: imò & ab aliis, quibuſcunque emptor interim vendidit, poteſt auocare, retrahere, vendicare, vt ſtatim poſteà dicemus: non etiam, ſi non ipſo iure reſoluatur. Et ſanè illud planum eſt ex pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem conditione adueniente, ipſo iure contractum reſolui, & transferri dominium in venditorem ſine alia traditione. l. ſi quis hac. ff. de rei vendic. & l. vlt. ff. de leg. commiſ. & l. commiſſoriæ. in verbo, vendicare. C. de pact. inter empt. & vendit. & not. glo. & Doct. in l. traditionibus. C. de pact. & Bal. Salyc. & alij Recentiores in l. ab emptione, ff. de pact. & Doct. vbique: nemo enim in hoc contradicit.

*Si modò incontinenti fuerint appoſita.*

4 ¶ Quod ita tamen demum obtinet, ſi incontinenti hæc pacta fuerint appoſita: (nam & ſic quoq; de hoc pacto reuenditionis loquitur hæc noſtra conſuetudo) ſecus ſi ex interuallo: nec enim tũc ipſo iure reſolueretur venditio, etiam ex iſtis pactis, vt voluit gl. no. in d. l. ab emptione. in verbo, cogaris. ff. de pact. quam ibi ſequuntur Gul. Cun. Bal. Ang. qui eam monet perpetuò menti tenẽdam, dicítque per eam declarari totam materiam eorum pactorũ, præterea Raph. Fulg. Pau. Caſt. qui eam dicit ſing. & omnes Recentiores ibi. Ex hócque dicunt maiori ex parte, excuſari emphyteutam, qui emphyteuſim alienauit cum vno iſtorum pactorum in ipſa alienatione, aut incontinenti pòſt appoſito. Quod dictum ſequitur Fran. Curt. ſenior conſi. viij. viſo inſtrumẽto, col. vlt. verſ. ſicut quando dicitur. & Iaſ. qui id dicit ſing. in l. vlt. col. pen. in xxj. q. C. de iure emphyt. Et Philip. Dec. conſi. lxxxviij. cuius ſuperſcriptio incipit, valet ſtatutum, col. ij. & Catel. Cotta, qui & hoc ſing. dicit memor. incip. emphyteuta alienans.

*De eadem re.*

5 ¶ Sed & illam glo. ſimpliciter ſequuntur Bal. Salyc. & Phil. Dec. in d. l. traditionibus. & ipſe Bald. in l. 2. in 2. not. C. commu. de leg. vbi eam dicit not. Sal. in l. ſi certis annis, C. de pact. Pau. Caſtr. in l. j. in fi. ff. de donatio. vbi eam dicit ſing. Alex. qui & eam dicit not. in l. j. col. iij. verſ. hoc tamen vltimum. & ibi etiam Thomas Parpa. qui eam quoque dicit ſing. col. iij. ff. ſol. matrim. idem Alex. & Franc. Aretin. in l. qui abſenti, §. j. ille col. ij. verſic. alia traditur, hic col. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi eam dicunt ſingu. idem Alex. conſi. x. videretur fortaſſe. colum. vlt. verſ. quintò confirmatur, lib. 1. Iaſ. conſi. ccxj. inter quoſdam, col. pen. verſ. eandem cautelam, lib. ij. vbi & eam gl. dicit exiſtimari ſingu. & conſi. cxxviij. verba permutationis, col. 4. verſ. item ſi iſta, lib. iiij. vbi & eam gl. dicit ſing. Ferd. Loaz, in repet. l. filiusfamiliâs, §. Diui, char. 22. verſ. quintò limitatur, & ibi quoque Crot. char. 8. col. 2. verſ. ſextò limitatur, ff. de leg. j. Et id quidem nemini hactenus, quantũ repeto, dubium fuit.

*Redit ad pactum reuendendi. Qui dicunt id pactũ ipſo iure reſoluere.*

6 ¶ At in pacto reuendendi, de quo hîc priuatim tractamus, non adeò planum eſt: nam in hoc eſt variatũ. Pau. enim Caſt. in l. ſi cùm venderet, ff. de pig. act. aſſerit oblato à venditore pretio, ſtatim in ipſum ipſo iure, & ſine noua traditione, tranſire dominium vtile: per tex. ibi, quem ad hoc dicit ſing. Ideóq; & ipſum venditorẽ (vt ſubdit) poſſe à quolibet poſſeſſore vendicare, etiam ſi emptor tranſtulerit in alium, ante oblationẽ pretij: quia non poterat transferre, niſi cum ſua cauſa: & ſic oblato poſteà pretio reſoluitur ius illius, qui emit ab eo: per d. l. lex vectigali, ff. de pignor. Nihílq; hoc caſu differre inter id pactum reuenditionis, & illa addictionis in diem, & legis commiſſoriæ, niſi quòd in hoc retransfertur dominium vtile tantùm ipſo iure, in illis etiam directum, per not. in l. j. in verbo, mortis cauſa donatio, ff. de dona. ídque dicit not. quia quotidie contingit de facto.

*De eadem re.*

7 ¶ Nec ſolus fuit Pau. Caſt. in ea ſententia, vt nonnulli putant. idem enim voluit {Raph. Com. in l. 1. ad fin. ff. de donat. &} Ioan. Ana. in c. conqueſtus, col. iij. verſ. in eadem glo. ibi, ſi modicum, extrà de vſur. vbi & hoc dicit ſing. probari in d. l. ſi cùm venderet. & Maſuer. in tit. de Retractu. verſ. itẽ retractum petẽs, hac ratione motus, quòd id pactum afficit rem, arg. l. ſi via, §. ſi fundus, ff. de ſer. ruſt. præd. & l. ſed vbi reſtitutio, ff. de minor. & l. poſtliminium, §. pen. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & Ang. Aret. in §. item ſi, col. xxij. verſ. & per iſta iura, inſtit. de except. vbi etiam ad hoc dicit valde not. tex. in d. l. ſi cùm venderet. & Guid. Pap. conſi. xlix. principale dubium, vbi plus dicit, non valere alienationem rei interim factam. & Soci. conſi. lxxx. in quæſtione, col. j. lib. 3. vbi dicit, illam deciſ. Paul. Caſtr. dantis hoc caſu vtilem rei vendicationem contra tertium, eſſe multùm ſingu. & Phil. Dec. ſi is eſt, conſi. dcxiiij. in cauſa feudali, col. ij. & Claud. Seyſſel. & Riminal. in d. l. traditionibus, & ibi quoque latè Ruge. Mota in repet. nu. 54. & multis ſeq. C. de pact. & Steph. Bertr. conſ. lxxxvj. ponitur in facto, lib. 4. & Ant. Burg. in c. ad noſtram, col. antepen. verſic. item in alio, quia illa, extrà de emp. & vend. vbi & id dicit ſing. & Ant. Rub. qui & idem ſing. dicit conſi. lviij. ſeries facti, col. ij. & Hieron. Cagno. in repet. l. ij. in xxxix. quæſt. C. de pact. inter empt. & Chaſſe. conſil. xlj. quia caſus, col. vlt. verſi. contrarium. & tradit idem Chaſſe. conſi. xxxiij. Hugo. col. iij. ſecũdùm hanc ſententiam fuiſſe iudicatum, in Parlamento Pariſienſi & Burgundienſi. { & Maria. Socin.

Iunior



Iunior conſ. cxxix. in cauſa Achillis, col. j. lib. ij. } Et id quoque obſeruari in ducatu Sabaudiæ tradit ipſe Hieron. Cagno. in d. l. ij. col. viij. verſ. limita opin. & de hoc quoque habemus conſuetudinem expreſſam infrà eo. tit. §. iij.

8 ¶ Hanc autem ſententiam id adiuuat, quia ratio, cur in illis pactis legis cõmiſſoriæ, & addictionis in diẽ id obtineat, haud dubiè ea eſt (vt dicunt Bar. & Ang. in d. l. j. ad fi. ff. de dona. & propè omnes de hac re loquẽtes) ſcilicet propter frequẽtiam eorũ pactorũ, ideò enim Legiſlator de eis ſpecialem quandam curã habuit, illíſq; titulos peculiares, priuatos, & ſpeciales aſsignauit, de in diem addict. & de leg. commiſſ. Pro qua ratione facit optimè tex. in ſimili, à nullo quem viderim in id expenſus in l. iuſto errore, in prin. ff. de vſucap. cùm dicitur, Ibi enim propter aſsiduam & quotidianam cõparationem ſeruorũ ita conſtitui publicè interfuit: nam frequenter &c. Ex quibus verbis facilè intelligis, ſpeciali fauore proſequenda ea fore, quæ frequẽtiora ſunt. Sed hodie videmus huiuſmodi pactum reuenditionis eſſe multò frequentius crebriúſq; in vſu, illis, ac cæteris quibuſcunque. Ideóque dicendum eſt & ipſum aſſumpſiſſe, ſibíque veluti aſſeruiſſe, etiam ſi antè deerat, vim ac naturam eorum: vt in eadem ratione ius idem ſtatuatur, l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum ſimil. *De eadem re.* *Fauorabiliora quæ frequentiora ſunt.*

9 ¶ Præterea licèt actus iudiciales valeant irreuocabiliter, etiam ſine conſenſu eius, ad quem res, de qua quæritur, reuerti poteſt. d. l. filiusfamilias, §. Diui, in vlt. reſpon. ff. de leg. j. & l. nihil, §. omnibus, eo. tit. & facit l. peto, §. prædium, ff. de lega. ij. Tamen actus extraiudiciales, qui voluntate eos gerẽtium celebrantur, cuiuſmodi eſt emptio & venditio, non valent irreuocabiliter ſine conſenſu illius, ad quem res ipſa redire debet, l. in diẽ, ff. de aqua plu. arcen. & ibi Bart. qui ex hoc dicit, quòd ſi vendo rem aliquam cum pacto reuenditionis reſtituto pretio intra certum tempus (qui eſt caſus noſter) ſi interim emptor rem alteri obliget, reuertitur tamen res libera ad venditorem, reſtituto pretio intra tempus conuentum. De quo & nos latiùs dicemus infrà eo. §. iij. huius tit. glo. j. num. 10. hîc autem opportunè. *De eadem re.*

10 ¶ At hæc, res ſubiecta reſtitutioni non poteſt interim effectualiter & irreuocabiliter alienari, l. vlt. §. ſed quia noſtra, C. cõmun. de lega. vbi hæc verba ſcribuntur: Quia ſatis abſurdũ eſt, & irrationabile, rem, quam in ſuis bonis purè non poſſidet, eam ad alios poſſe transferre, vel hypothecæ pignoríſve nomine obligare, & iterum §. ſeq. vbi etiam res, quæ ſubiacet reſtitutioni ſub conditione, licèt poſsit interim alienari, tamen adueniente caſu reſtitutionis, alienatio in irritum retro reuocatur. Rurſúmque in auth. res quæ ſubiacent, quæ continuò pòſt ſequitur. C. eo. tit. & l. ſeruo legato, §. j. & ibi Bar. ff. de leg. j. & not. in l. cùm pater, §. libertis, ff. de leg. j. de quo & per Pau. Caſt. qui id optimè & pulcherrimè limitat, & declarat conſil. xciiij. clarum eſt in iure, in j. dub. lib. ij. & Corn. conſi. ccxxxiiij. videtur, in præſenti, per totum, lib. iij. & conſi. ccxciiij. videtur prima facie, col. iij. verſi. nam videmus, eo. li. iij. quibus locis alios multos allegat, vt ibi videre poteris. ſed quibus addere potes Alex. conſi. lxv. omiſsis lib. v. & Guid. Pap. deciſ. Delphi. dcxj. vtrùm alienatio. & d. conſi. xlix. principale, nu. 2. & Hippol. Marſil. ſing. xxxj. valet alienatio. *De eadem re. Res ſubiecta alienationi, an alienari poßit vide num. ſeq.*

11 ¶ Verùm ne decipiaris Lector, hæc poſtrema ratio non admodum hîc tuta eſt: quia ea procedit in re ſubiecta reſtitutioni ex vltima voluntate: nam de ea loquuntur iura ſuprà allegata. Secus ſi ex contractu, quia tunc non impeditur effectualiter alienari, l. & ſi dotis, & ibi Bart. & Bal. C. de iur. dot. neq; enim per pactũ aut contractũ impeditur dominij tranſlatio, l. ſi ea lege, & ibi pleniſsimè glo. & Doct. C. de condi. ob cauſ. Etiamſi dictum ſit, quòd in caſu alienationis res redeat ad venditorem, vt latiſsimè per omnes in l. qui abſenti, §. ſi quis poſſeſsionem, ff. de acquir. poſſ. *De eadem re.*

12 ¶ Sunt igitur, qui tenent contrariam ſententiam, ſcilicet ex hoc pacto reuenditionis non trãsferri dominium ipſo iure, oblato pretio ſine noua traditione: nec rei vendicationẽ competere: nec rem à tertio poſſeſſore vendicari poſſe. Et inter cæteros ipſe Pau. Caſt. alterius opi. anteſignanus, ideóque hîc ſecum palàm diſsidens, in duobus locis, videlicet in l. ſi à te, C. de pact. inter emp. & vẽd. & conſ. cccvj. quanquàm longa, col. vlt. lib. ij. & Raph. Fulg. in d. l. ſi cùm venderet, ff. de pign. act. & conſi. ccxxiij. ex facto proponitur, col. ij. verſi. poſtremò quod magis mouet, vbi tamẽ loquitur de huiuſmodi pacto facto ex interuallo, quod minimè dubium eſt. Alex. in addi. Bart. in d. l. j. ff. de donat. idem Alex. latè d. conſi. x. lib. j. & latiſsimè Franc. Curt. Senior conſi. xij. Lucius Titius. Iaſ. in d. l. ab emptione, col. iij. verſ. ex hoc confunditur, ff. de pact. Phil. Dec. ſibi (ſi non fallax ſit titulus alterius, loci) contrarius in d. l. traditionibus, col. pen. verſ. ſecunda concluſio, C. eo. tit. Carol. Ruin. conſi. xxxij. viſo themate, col. pen. verſ. non obſtat quod vult, lib. j. & conſi. lxxvj. circa caſum, col. iij. nu. 9. eo. lib. j. Steph. Bertr. ſecum quoque pugnans, conſ. cccxvj. viſo caſu, in fi. j. dubij, lib. j. & conſi. ccxix. cùm ſcriberem, nu. 15. & 16. lib. ij. & conſi. lxviij. quoniam honeſta, in addit. illius paulò ante fi. lib. 3. Zaſ. conſ. xij. nobiles, nu. 33. & ſeq. & iterum num. 76. lib. j. Matth. Afflict. in conſtit. Siciliæ. incip. pacis cultum, col. vj. verſ. item ſicut pactum, & iterum in conſtit. incip. conſtitutionem diuæ memoriæ, col. ix. verſ. & pondera bene iſtud, vbi id dicit menti tenendum. & iterum col. vlt. Ioan. Crot. & Ferd. Loaz. in repet. d. l. filiusfamiliâs, §. Diui, ille char. 8. col. j. verſic. quintò fallit: alter char. 22. verſi. quintò limitatur, ff. de lega. j. Ant. Rub. ſibi item contrarius conſil. clix. clari iuris eſt. & Hieron. Cagno. ſibi etiam in eadem l. contrarius, videlicet in d. l. ij. col. vij. in vlt. not. & iterum verſi. in ſecunda parte, C. de pact. inter emp. & vend. & Chaſſe. etiam ſecũ diſſidens in conſuetud. Burgund. tit. *de rentes vendues à rachaptz*, §. j. col. vj. verſ. tertium eſt, cum multis ſeq. vt minùs cæteris ſuccenſere debeat, ſi quando ei aduerſantur. *De eadem re. Qui negãt id pactũ ipſo iure reſoluere.*

*Illorum rationes.*

13 ¶Horum multæ ſunt rationes,ſed illa mihi videtur eſſe præcipua, quia ex huiuſmodi pacto cõpetit actio perſonalis:vt not.in d.l.ij.de pact. inter empt. & diximus ſuprà. Ex quo illud continuò manifeſtum fit,non tranſire dominium:quia nemo condicit rem ſuam,niſi à fure,l.vlt.in fi. ff.vſufruct.quemadmod.caue.& §.ſic itaque,Inſti.de actio. Ea autem actione perſonali concluditur ad reuenditionem rei:quod etiam apertè declarat,rem nondum eſſe agentis:quia ageret ad impoſsibile,vt ſcilicet ſua ſibi res venderetur , l.ſuæ rei,ff. de contrah.empt. Et hoc ſatis inſinuat glo.in d.l.ij.cùm dicit,quòd ibi non eſt pactum legis commiſſoriæ,ſentiens eſſe in hac re diſcrimen inter vtrunque,& apertiùs ipſemet Paul.in eadem l.quam legit cum l.j.& ſeq. Sed tu vide omnino Alex.d.conſi.x.lib.j.& Cur.d.conſi.xij.neque enim hîc omnia referre ſigillatim animus eſt, & vide etiam quæ dicam infrà eod.tit.§.iij.in princ.

*Quid,ſi id pactum factũ ſit uerbis directis.*

14 ¶Illud tantùm hîc dixerim , quòd ſi huiuſmodi noſtrum pactum reuẽditionis factum ſit verbis directis,quemadmodum fieri ſolent ea pacta legis commiſſoriæ,& addictionis in diem,ita ſcilicet vt reſtituto ſiue oblato pretio venditionis intra certũ aliquod tẽpus,vel etiam quandocunque res ſit inempta,aut verbis ſimilibus:certè ſtatim reſtituto pretio,aut oblato , reſoluitur contractus,tranſitq; dominium in venditorem ipſo iure,& citra aliam traditionem:vt innuere videtur Franc.Curt.d.conſ.xij.col.vlt.& apertè voluit Raph.Co.qui & id dicit procedere in quibuſuis aliis pactis,in d.l.j.ff.de donat.per l.voluntatem,§.vlt.ff.quibus modis pig.vel hypot.ſoluit.& l.vlt.C.de lega.& idem voluit Pau.Caſt.in l.ſi à te,per illum tex.C.de pact.inter empt.& vendit. & latè D.Boer.deci.clxxxij.& per ſuprà dicta.

*Quid in aliis pactis ſimiliter factis.*

15 ¶Et id certè perpetuum eſſe omnibus pactis,ante ipſum Raph.voluit Cy.in l.j.in fi.j.q.C. de rebus alie.non alienan.Iaco.But.& Alb.in d.l.traditionibus.Bal.poſt Petr.& Dy.in d.l.ea lege,col.3. verſ.ego dico quòd non eſt adeò ſpeciale.& ibi etiã Alb.Sali.in ij.& vlt.opi.C.de condi.ob cauſ. idẽ Bal.in repe.l.Aemilius,col.ij.verſ.nota quòd actus,ff.de minor.& in l.ij.poſt princ.verſi. ſed quid in contractibus,C.commu.de lega.Pau.Caſt.in d.l.j.ad fi.ff.de donat.idẽ Pau.in d.l.qui abſenti,§.j.etiam ad fi.& ibi quoq; Alex.col.iij.ff.de acq.poſſ.ipſe Pau.in l.ſi ita quis,§.ea lege,col.ij. ff.de verb.oblig.& in l.ſi hominem,ff.de ſolut.Corn.conſi.xc.in cauſa vertente,col.iij.verſ.& licet gl.lib.4.tametſi dubitat conſi.ccviij.circa præſentem,col.pen.verſ.& hanc partẽ,lib.j.& latiſſimè Iaſ.d.conſi.ccxj.inter quoſdam,col.vij.verſ.ſed præmiſsis,lib.ij.& iterum conſi.128. videretur in præſenti dubio,col.v.& ſeq.lib.4.vbi hanc dicit eſſe communem opin.Phil.Dec.conſ.187. cuius ſuperſcriptio incipit,contra tertium,col.j.verſ.ſimiliter agentibus.& iterum col.iij.verſ.ſtãtibus omnibus,& conſi.ccxcviij.viſo inſtrumento,col.vlt.Crot.in repet.d.§. Diui , char.8.col.ij. verſ.ſextò limitatur.Ant.Rube.conſi.cxlvj.circa primum,col.3.verſ.nam iſtud pactum.& Carol. Molend.in conſuet.Pariſien.tit.j.§.xxiij.nu.11. Et bene facit,quòd ſcribit glo.in l.ſi mortis cauſa res donata eſt,in verbo, in rem,ibi,verumetiam in pactis,ff.de donat.cau.mortis.

*De eadem re.*

16 ¶Licèt pleriſque videatur id ſpeciale eſſe in illis pactis legis commiſſoriæ , & addictionis in diẽ, vt ex verbis directis,in illis appoſitis , tranſeat dominium ipſo iure:nec id procedere in cæteris, quos copioſiſsimè allegat,qui hanc è diuerſo dicit eſſe communem opin.Alex.d.conſil.x.lib.j.& Corn.conſi.xcvj.videtur in hac,col.vlt.lib.j.& conſi.cij.viſis in cauſa,col.vj.verſ.quia in pacto, li. 2.& Iaſ.in d.l.ab emptione,colum.3.verſ.& ex ea habes,vt apud eos videre poteris. Quibus adde Bart.& Salic.in l.ſi prædium,C.de ædil.act.Bal.conſi.cccclxxxij.magnifici,col.ij.verſi.hîc primùm quæritur , lib.j.& conſ.ccccl xxxvj.dominus Gratianus,col.ij.verſ.tertiò præmittendum,eo.lib.j. & Ang.in l.ſi quis hac lege,in prin.ff.de rei vendic.& Fran.Aret.in d.l.qui abſenti,§.j. col.vlt. ff. de acquir.poſſ.& conſi.xxxv.viſo themate,col.ij.& Card.Alex.c.verùm,col.v.verſ.item pro hac parte,extrà de condi.appo.& Phil.Dec.ſibi contrarium,in d.l.traditionibus,col.pen.verſi.ſecũda concluſio,de pact.& conſi.ccc.viſa petitione,col.ij.verſi.vlterius & ſecundò.

*Etiam pacta legis commiſſ. & add.in diẽ, niſi uerbis directis ſint facta,nõ ipſo iure reſoluunt.*

17 ¶Sed illud è diuerſo omnibus citra controuerſiam placuiſſe video,quòd ſi ea pacta legis commiſſoriæ,& addictionis in diem,non ſint facta verbis directis,ſed obliquis,vel etiã dubiis,vt eſt verbum,reuertatur,redeat,pertineat, & ſimilia: tunc etiam ex illis non transfertur dominiũ ipſo iure:ſicuti nec ex hoc pacto de reuendendo,& aliis:vt voluit gl.not.in d.l.j.in verbo,mortis cauſa, in fine,& ibi etiam Bart.Ang.Pau.Caſt.& alij,ff.de donat.Azo in Summa,C.de pact.inter empt. & vend.col.ij.verſi.pactum ſiue lex.Guliel.Cu.Bal.Salic.Pau.Caſt.& Iaſon in d.l.ab emptione,ff. de pact.Bal.in l.ſi fundus,ff.de leg.commiſ.vbi & ad hoc dicit ſing.eam gloſſ.& in l.ij.in ij.not.C. commu.de leg.& in d.l.traditionibus,col.pen.verſ.aduertatis,C.de pact.& Ange.in d.l. qui ea lege,& iterum in l.commiſſoriæ,& ibi quoque Sal.C.de pact.inter empt.Alex.d.cõſi.x.col.iij.verſ. quartò quoque videmus,li.j.& in l.Pomponius,§.præterea,col.iij.verſ.ſi vis defendere,ff.de acq. poſſ.Fab.in tract.empt.& vend.in vij.quæſt.prin.col.pen.eiuſdem quæſtio. verſ. ſecundò quæro. Fran.Curt.ſenior,d.conſi.xij.Thomas Parpal.in d.l.j.col.iij.ff.ſolut.matr.qui ad hoc ſing.dicit gl. in d.l.j.de donat.Ferdi.Loaz,& Crot.in repel.d.§.Diui, ille vbi ſuprà,hic char.8. verſ.ſeptimò limitatur.& Chaſſe.conſi.xxxiij.Hugo.num.5.

*Si id pactum fuerit ex interuallo appoſitũ an tunc uenditor præferetur conſanguineo.*

18 ¶EX hac autem noſtra conſuetudine non obſcurè datur intelligi, quòd ſi id pactum reuendẽdi fuerit appoſitum non in die contractus,nec ſequenti (nam conſuetudo noſtra interpretatur fieri incontinenti,quod ita fit,vt diximus) ſed poſteà,& ita ex interuallo, præferuntur conſanguinei venditori in retractu rei venditæ.Et id quidem,vt arbitror,eſt iuri conſentaneum : nam nõ licet recedere



recedere à contractu,ex quo ſemel eſt ius quæſitum alteri,in præiudicium illius,arg.l.quidam in teſtamento,in prin.& l.rogo,ff.de fideicom.libert.vbi ſi ex diſpoſitione teſtatoris ſeruo competit libertas ob venditionem ipſius ab hærede factam,ea certè competit,etiamſi heres poſteà redemerit.& l.j.§.ſi rem depoſitam,ff.depoſi.vbi ſi rem depoſitam vẽdiderit depoſitarius,tenetur de dolo ob venditionem,licèt poſteà redemerit:quia ſemel dolum fecit,cùm vendidit, cum cõcor. ibi in glo.adductis,& in d.l.quidam in teſtamento.

*An poßis aliũ priuare iure quæſito ex tuo cõtractu. De eodem.*

19 ¶Ideóque in ſimili,ſi emphyteuta aut vaſallus alienauit emphyteuſim,aut feudum,inſcio domino,quamuis is poſteà redimat mutuo conſenſu ipſius & emptoris, non tamen propterea perdit dominus ius recuperandi feudum aut emphyteuſim,quod ſibi quæſitũ eſt ex ea venditione,niſi redimat ex pacto in ipſo contractu appoſito:vt voluerunt ij,quos ſuprà citauimus in hac eadem gl.nu.4.quod ita tamen,& ſeq.& præter eos Spe.tit.de loc.§.nũc aliqua,verſ.96.vbi & ad hoc alia multa iura allegat,& Bar.in l.iiij.§.item Labeo,in fi.ff.de vſuc.Alb.in d.l. quidam in teſtamento, ff.de fideic.lib.Io.Ray.in c.j.§.habito,col.viij.in paruis,verſ.quæro quid ſi vaſallus,tit.de prohib. feu.ali.per Fed.& alij plerique,quos ſuperuacuum eſſet huc cõgerere, quandoquidem eos abundè affatimq; colligit Alex.in l.ſi à me,ff.ad l.Falc.Card.Alex.in c.j.§.hoc quoq;,col.iij.verſ.quæro cum d.glo.tit.de ſucceſ.feud.Iaſ.in l.vlt.char.vlt.in xx.q.C.de iure emphy.& Franc.Curt. ſenior conſi.lxiiij.antiquiſsima,col.vlt.& Phili.Dec.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit , ſtatutum, col.ij.& conſi.clx.in cauſa monaſterij,in vlt.dubio.Et huius rei textum expreſſum habemus in c.j.vbi etiam Bald.& alij,tit.quid iuris ſi poſt alien.feu.vaſal.id recuper.

*De eodem. Quid , ſi ius ſit tantùm ſpe quæſitum.uide infrà. 28. & 39.*

20 ¶Neque id quidem mirũ eſt,quia nemo iure ſibi quæſito priuatur ſine ſuo ipſius facto aut culpa. l.vlt.C.ſi cont.ius vel vtil.publ.& l.id quod noſtrũ,ff.de reg.iur.& c.quæ in eccleſiarum.de conſti.cum ſi.Idq; etiamſi ius ſpe tantùm ſit quæſitum,per l.in diem,verſ.non autem, ff.de aqua plu. arcen.quam in id expendit Bal.conſ.431.ad euidentiã præmittendum eſt,col.ij.li.ij.Ad quod etiã multa faciunt,quæ latè cumulat Barb.conſi.xviij.præclarè ſcriptum eſt,col.vj.verſ. ex iſtis infertur,cum duabus col.ſeq.lib.ij.Cui adde tex.in l.ij.in fi.ff.de natal.reſti. quem ad hoc not. Philip. Dec.in c.ſicut Romana,col.iij.verſ.& ad hoc facit,de reſcrip.& text.in c.j.in fi.tit.de ſucceſ.feud. per quem Card.Alex.in c.j.§.Titius,col.4.in fi.tit.ſi de feudo fuerit contro. inter domi.& agna. firmat non poſſe aliquem priuari ſine eius conſenſu ſuo iure,quod in ſola ſpe eſt : modò ea ſpes ſit,vt ipſe loquitur,iuridica,id eſt iuſta.De quo tamen vide,quæ dicã infrà nu. 28. ídq; maximè.

*De eodem. Quid item ſi id ius ſit quæſitum legis aut ſtatuti diſpoſitione.*

21 ¶Et quod plus eſt,etiam ſi id ius ſit per te aut contractum tuum mihi quæſitum ex legis vel ſtatuti diſpoſitione, vt in iure retractus:nam nec tu me inuitum eo iure priuare poteris,l. vlt.ff.de pact.& l.qui Romæ,§.Flauius,ff.de verb.oblig.& l.j.§.ij.& ibi gl.ff.de ſtipul.ſeruo.& l.ſi poſt mortem,§.vlt.ff.de bon.poſſ.cont.tab.& voluit gl.in l.certi condictio,§.ſi nummos,in gl.j. verſic.ſed quid ſi nomine tuo,ff.ſi cert.pet.Spec.in tit.de pact.§.poſtremo,verſ.ſed certè, & in tit. de loca.§. nunc aliqua,verſ.lxxv.Cy.Bart.Bal.& alij,in l.petendæ,C.de temp. in integ. reſtit.Sal.in l.j.C. ſi mancip.ita fuer.ali.Pau.Caſt.in l.ſi pecuniam,in prin.ff.de condi.ob cau.& in l.in inſulã,§.vlt.vbi eſt bonus tex.ff.ſol.mat.Rom.conſ.ccccxxxiij.quò ad primum,col.vlt.& diximus ſuprà tit. præcedente,§.j.glo.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*, num.56.conſtat autem.

*De eodem. Quid ſi ſimul eſt per te quæſitum & ſpe tantùm.*

22 ¶Atque vt vtrunque copules,id quoque procedit etiãſi ſimul vtrunque cõcurrit,ſcilicet,& quòd ius eſt mihi per te quæſitum,& quòd ſpe tantùm competit:nam nec id potes mihi inuito auferre per tex.no.in l.ſi conſtante,ad fi.C.de donat.ante nupt.vbi Bal.id nuncupatim not.ex eo,& etiã Fran.Aret.conſi.vij.procedendum eſt,col.ij.& iterũ conſi.lxxiiij.diligenter & maturè,col.v. verſ. pro iſta concluſione.& Alex.in d.§.Flauius.Caro.Rui.conſi.clxxxvj.põderatis,col.j.lib.j.Quibus adde tex.in l.idem Iulianus,§.ſi quis alicui,ff.de leg.j.Ex quo not.Dy.Ray.Bal.Ang.Imo.& Pau. Caſt.quòd pater,qui ſtipulatus eſt emphyteuſim ſibi & filiis ſuis,nõ poterit eam poſteà domino renuntiare,aut aliter de ea diſponere in præiudicium filiorum.Quod & voluit Alex.qui hanc dicit eſſe communem opi.conſi.cvj.viſo themate inſtrumenti conceſsionis , col.iij. verſ. nec etiam obſt.lib.iiij.& Barb.d.conſi.xviij.lib.ij.& Corn.conſi.lxviij.ardua quidem præſens cõſultatio, col. ij.lib.3.& conſi.cx.viſa dicta copia,lib.4.Phil.Dec.qui & hanc quoque dicit communẽ,conſ. 239. primò non videtur,col.iij.verſi.vlt.non obſt.In ídque Recentiores alia multa afferunt, quæ prudens ſciénſque prætereo,loca deſignaſſe contentus,& ex quibus,quæ voles,poteris depromere.

*Redit ad principale dubiũ.*

23 ¶Et hæc veriſsima eſſe arbitror , vt ſcilicet hoc caſu cùm ex interuallo conuentum eſt de reuendendo,præferatur conſanguineus venditori,etiamſi ipſe vẽditor iam ipſam rem redemerit, vt videlicet ab eo quoque poſsit conſanguineus retrahere,vti etiã voluit Matth.Afflict.in tract. Protomixeos,in verbo,ſcriptum eſt,col.4.verſ.ſeptimo,vbi id intelligit,ſi tranſlatum iam ſit dominiũ per traditionẽ rei.Sed de hoc vltimo vide quæ dixi ſuprà,tit. præcedẽte.§.j. glo.3.in verbo , *a vendu*,nu.43.quid autem ſi quis,& multis ſeq.Atqui Guid.Suz.quẽ citat Alb.in tract.ſtatut.parte 1.q.lxxxvij.item quæro ſtatuto cauetur quòd ſi quis vẽdiderit,in ea fuit ſentẽtia,vt ſi antequàm oblatũ fuerit pretiũ emptori à conſanguineo,vẽditor redemerit,etiã nullo pacto de reuẽdẽdo præcedẽte,potior erit cõditio vẽditoris,qui iã redemit.arg.l.vlt.C.de rer.permut.& l.quod dicitur,§. ſed ſi impẽſis,ff.de impẽſ.in reb.dot.fact.& l.ſi mulier,ff.ſol.mat. & l.ex hoc edicto,§.ſi quis,ff.de ali.iud.mut.cau.fac.Si autẽ conſanguineus(inquit)offerendo præuenerit,tunc amplius nõ eſt ius vẽditori redimẽdi,qa præuẽtus eſt,arg.l.ſi quis poſteà,ff.de iud.& d.l.poſt mortẽ,§.vlt.ff.ſol.mat. & l.

& l.filio,ff.de lib.& poſth.& l.ſi vnus,§.idem dicemus,verſ.quod & in ſpecie,ff.de pac.& l.quamuis,ff.de in ius voc.& l.electio,ff.de nox.act.& l.qui cùm maior,ff.de bon.libe.& l.Diuus,ff. de in integ.reſti.& l.ſi quis libellos,C.de appell.ſubdítque Albe.hanc opin.eſſe æquiorem, licèt alia ſit verior.Tu ibi illum vide,& in d.l.quidam in teſtamento,ff.de fideico.lib.& in d.l. ex hoc edicto, §.ſi quis.vbi idem tenet poſt Iac.Rau.& ſequitur Franc.Rip.in l.j.col.pe.verſ.ſed pone quòd ipſe venditor,ff.de priuil.credi,& Chaſſe.in tit.*de retraictz*,§.x.in verbo,*au ſeigneur feodal*, col.ij.verſi. de quæſtione.Carol.autem Mol.in conſuet.Pariſ.tit.j.§.xiij.glo.v.nu.11.12.13. loquẽs de retractu feudali,tenet omnino,contrahentes,etiam ex interuallo, re nondum tradita, poſſe diſcedere à contractu in præiudicium domini volentis retrahere,& allegat Ioan.Fab.in §.j.Inſtit.de emp. & vend.& in l.j.C.quan.liceat ab emp.diſced.de cuius dicto in eis locis,dicam infrà eo.tit.§.vj. glo. ij.nu.12.nam vt ad alios.Quo in loco,& aliis multis, à nume.3. ad 20.incluſiuè tractauimus, vtrùm laudimia hoc caſu debeantur:ibi igitur vide,quia id multùm facit ad hanc quæſtionẽ. Cæterùm idem Molen.poſteà in eadem glo.num.21.omnino ſequitur Guid.Suz.& Albe. vbi ſuprà, & tandem eo.nu.21.declarat, quomodo conſanguineus dicatur præueniſſe. Et nos quoque aliquid diximus ſuprà tit.præcedente,§.j.glo.ij.in verbo,*a vendu*,num.54.tamen.

*Si tempus conuentum ad redimendũ effluxerit, an emptor poterit prorogare in præiudicium conſanguinei.*

*Prorogatio, quæ fit poſt tempus, non eſt propriè prorogatio.*

24 ¶Sed dubium eſt in primo caſu, videlicet cùm factum eſt pactum reuendendi in ipſo contractu,aut incontinenti pòſt,quo quidẽ caſu præfertur vẽditor veniens intra tempus huic facultati appoſitum conſanguineo,vt dicit noſtra conſuetudo:vtrùm emptor,antequàm id tempus exierit,ſiue tranſierit,poterit ipſum prorogare venditori,ita vt offerens intra illud tempus prorogatum ſit etiam præferendus conſanguineis,acſi intra primum tempus veniſſet.Nam ſi iam primũ tempus effluxerit,cùm fit illius prorogatio, certũ eſt,nihil ex eo præiudicij fieri iuri iam prorſus quæſito ipſis conſanguineis,per l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,& ibi not.ff.de verb.oblig. Et vt verum dicam,hæc ita facta poſt primum tempus prorogatio,propriè non eſt prorogatio, ſiue extenſio:quod enim iam tranſactum eſt,& amplius non eſt,vtiq; extendi,ſiue prorogari nõ poteſt,d.l.cùm ſtipulatus ſim,& ibi not.& c.ad diſſoluendum, extrà de deſpon.impu. & voluit Spe.tit.de dilatio.§.nunc videamus,verſ.& ſunt hæc:vbi & ex hoc dicit,quòd tranſacto termino dato ad proponendas exceptiones,vel ad aliud,non poteſt iudex eum prorogare. an autẽ poſsit dare alium terminum,tractat.verſ.ſeq.Et ſequuntur Rom.& Alex.in l.dies,quæ eſt iiij.in prin.ff. de dam.infect.Et voluit etiam Sal.in auth.ſi tamen,in fi.C.de temp.app.vbi hinc dicit,quòd licèt tẽpus inſtantiæ appellationis poſsit à partibus prorogari,ſi adhuc durat,non poteſt tamen,poſtquàm eſt finitum,cùm id,quod non eſt,prorogari non poſsit.Et in ſimili Bald.in c.de cauſis,ſtatim poſt prin.extrà de offic.deleg.dicit,quòd prorogatio,de qua is tex.loquitur, debet fieri ante prioris temporis expirationem:nulla enim prorogatio per ſe ſtare poteſt,cùm ſit quædam cõiunctio:& quod nihil eſt,prorogari non poteſt.Et ſimile quidpiã voluit ipſe Bal.conſi.cccxxj. verba compromiſsi.lib.v.Ang.in l.vlt.col.iij.verſ.in glo.forſitan.& ibi expreſsius Pau.Caſt.& cæteri recentiores,ff.de fer.idem Pau.in l.j.C.de dilat. Phil.Dec.in c.perſona,col.pe.verſ.vlterius,extrà de appel.Hæc igitur,vt repetam,non eſt propriè prorogatio,ſiue extenſio,ſed potius renouatio,aut ſimile quidpiã:vt etiam dicit Io.And.in add.Spe.tit.de app.parte ij.§.nũc breuiter,verſi.licèt aurem detur annus.& Bal.in l.ſi à te,in prin.C.de pact.inter emp.& in c.Quintauallis,col.pe.verſi. ſed an finito,extrà de iureiur.& conſi.lj.generali ſtatuto,col.j.verſi.item iſta tria,li.v.& conſ.345. quartus quondam,col.vlt.eo.lib.v.ſi id poſtremum eſt ipſius D.à Rota,deciſ.cccxxxj.ſuppoſito, col.vlt.verſi.vlt.in nouis.Raph.Co.conſi.lxxiiij.quia ſuperius,col.iij. Pan.in d.c.de cauſis, col.ij. verſ.& aduerte quòd iſta,extrà de offi.deleg.& Steph.Fed.in ſuo laudatiſsimo tract.de legũ interpretatione,parte j.Et probatur in d.l.dies,in prin.cum gl.ff.de dam.infect. & in l.ſed & ſi manẽte,ff.de procur.Et de hoc quoque eſt expreſſa conſuetudo,hoc in caſu præferens conſanguineos venditoribus,atque etiam dominos feudales,apud Cenomanos,c.ccclxxiij.& Andegauos,c.363.

*Cõſuetudines.*

*De eadem re.*

25 ¶Et hæc quidem vera ſunt,etiamſi Bal.vt ſemper aliâs,ita & hîc ſibi contrarius, contrarium teneat l.j.verſ.quæro poſt lapſum,C.de tempo.appel.vbi expreſsim repræhendit Spec.vbi ſuprà citauimus,& ipſum Bal.ſequitur Rom.in d.l.iiij.in prin.ff.de dam.infec.& iterũ conſ.ccccxliiij.quò ad primum,in fi.Sed horum rationibus reſpondet Lanfran.qui Spec.ſequitur.in repet.c.quoniam contra falſam,in verbo,dilationes,verſ.finaliter vnum omitto,extrà de proba.vt ibi videre poteris.Barb.autem in c.P.& G.extrà de offi.deleg.& in addit.Bal.in d.l.j.de temp. appe. hanc poſtremam Bal.& Rom.opin.dicit tantùm procedere,cùm non ſit ius deterius aduerſarij : aliâs autem obtinere opin.Spec.per l.& ſi poſt tres,ff.ſi quis caut.Certum eſt autem,hîc ius conſanguinei futurum deterius,ſi tempore primo elapſo, poſſet fieri prorogatio in præiudicium ipſius. Et hoc nullo modo mihi dubium videtur.

*Quid ſi fiat prorogatio ante primũ tempus finitum.*

26 ¶Sed id quærimus,cùm ſit prorogatio ante finitum illud primum tempus:quod non ita certum eſt:quia tempus ita prorogatum,non cenſetur eſſe nouum tempus,ſed idem cum primo, d.l.ſed & ſi manente,& ibi Bar.& Ang.vbi ſi precarium,in certum tempus conſtitutum, ante id finitũ, in vlterius tempus prorogetur,non ob id conſtituitur nouũ precarium,ſed vnũ atque idem manet.& l.ſi cùm dies,in prin.& ibi gl.& Bal.ff.de arbit.& voluit Spec.tit.de iudi.deleg.§.vlt. verſi. item quòd iuriſdict.Bar.in d.l.iiij.in prin.ff.de dam.infect.Bal.in repet.l.Aemilius,col.v.verſ. nota quintò,ff.de minor.Angel.inter conſil.Bald.conſil.cccxlvij.poſt hoc fui conſultus, poſt princip.





lib.4.Ant.in c.præterea,in fi.de dilat.Imo.in c.vlt.de precar.Pau.Caſt.conſi.cclxxxj. in cauſa iſta quinque,col.vlt.verſi.quantùm ad tertium,lib.j.& conſi.ccclxxxix.ſi conſideremus, eo.lib.j.vbi id eleganter & copioſè probat.Corne.d.conſi.ccxxxv.de pluribus,col.iij.verſ.vlt.quando, lib.ij. cum aliis concord.collectis à Felin.& Philip.Dec.in c.de cauſis,de offic.deleg.& eod.Dec. conſil. ccccxcvij.accuratè,colum.j.

*Et aſſumit omnes illius qualitates.*

27 ¶Ex quo fit,vt id tempus ita prorogatũ,aſſumat omnes qualitates, & cõditiones,omniáq; priora acceſſoria ſecum trahat,cenſeatúrque eſſe eiuſdem omnino naturæ,quod & probat tex.in l.ij.§.ſed ſi iudex,ff.de iud.& in d.l.Aemilius,cum glo.ff.de minor.& in l.Labeo,la ij.in prin.& ibi Bart.& iterum §.vlt.ff.de arbit.& in l.lecta, verſ.dicebam,& ibi Paul.Caſtr.& melius Alex.in v.not.ff.ſi cert.pet.& voluit quoque Bart.in l.j.§.& poſt operis,col.ij.& ibi Alex.& Iaſ.ff.de ope. noui nun. Bald.in l.acceptam,in vij.q.C.de vſur.& in l.j.in x.q.C.de his quæ pœ.no.Imol.conſi.xj.in caſu, col.j.Pau.Caſt.in d.l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,& ibi Franc.Aret.col.pe.ff.de verb. obli. cum aliis quoque multis concord.adductis à Cæpo.cauſarum criminalium,conſi.viij. dicendũ, col.ij.verſ.præterea hoc Fran.Curt.ſenior,conſi.lvij.ſuper eo,col.vj.num.45.Fel.& Dec.in d.c.de cauſis.& eodem Fel.in c.præterea,col.xiij.verſi.& ad hoc quod tempus, de ſponſal. & ipſo Dec. conſi.cccxciiij.pro vera,col.iiij.verſi.ſed prædictis.& Iaſ.in d.§.& poſt operis,col.j.in fin.verſ.not. diligenter,vbi id etiam oſtendit procedere in pœnalibus.

*De eadem re.*

28 ¶Iqúe maximè debet procedere in hoc caſu, in quo ius nondum eſt quæſitum irreuocabiliter conſanguineo,cùm adhuc poſsit venditor intra tempus,quod nondum tranſiit,rem retrahere,& ita conſanguineum omnino repellere.Ideóque potuit ipſi conſanguineo inſcio, atque etiam inuito & reluctanti,in eo iure præiudicium fieri,ab iis maximè,per quos illud ei acquiſitum fuerat: vt probatur in l.iiij.ff.de ſer.export.iuncto eo, quod habetur in d.l.qui Romæ, §.Flauius, ff.de verb.oblig.& d.l.ſed & ſi quis,iuncta gl.ff.de vſur.vbi ſi ſeruus emerat,& acceperat, data fide de pretio,fit interim res empta domini proprietarij ipſius ſerui,vt ibi dicit glo. Tamen ſi poſteà ſoluatur à ſeruo pretium ex pecunia domini vſufructuarij, fit res illius.& ita in id,quod diximus, expendit eos tex.Imo.in c.potuit,in pen.q.verſ.pro cuius declaratione, extrà de loc. & ſequitur Barb.conſi.lxvj.afferam in medium,col.viij.lib.4.vbi & ad hoc alia multa allegat, quæ tu videre poteris.Vt interim ea omittam,quæ & Iaſ.congeſsit in l.vlt.col.j.& ij.ff.de pact.ad probandũ iuri nondum quæſito,ſed tantùm ſperato,ab iis præiudicari poſſe,quorum opera id ius comparatum eſt,contra ea quæ diximus ſuprà nu.20.neq; id quidem.In quo illud animaduertere debes,quòd licet etiam intra tempus præſtitutum reuenditioni ius ſit quæſitum conſanguineo ad retrahendum,etiam intra id tempus vt dicetur §.ſeq.Ius tamen repellendi venditorem,id eſt,vt ei præferatur,non ei eſt quæſitum,niſi eo tempore prorſus elapſo.Ideóque id ius prælationis, ſi quod ſit, interim tantùm ſperatum eſt,aut potius expectatum,non etiam quæſitum.

*De eadem re.*

*Iudex poteſt prorogare terminum proſequendæ appellationis, uide num.31.*

29 ¶Denique cùm fuerit in mera facultate ac voluntate contrahentium,in principio tantum tempus huic rei præſtituere,quantum voluerint,etiam in aliorum præiudicium, videtur & illis permiſſum,ipſum tempus nondum elapſum prorogare,etiam in aliorum præiudicium : vt in ſimili dicimus de iudice,qui appellanti ſtatuit terminum ad proſequendam appellationem,nam & eum prorogare poteſt,inuito atq; renitente appellato, licèt eius interſit non prorogari:vt voluit Phil. Fran.in c.perſonas,col.pe.verſ.tertiò quæritur an ipſe,& ibi Fel.col.ij.de appel.& idẽ Phil.Franc. in c.ſæpe,col.viij.verſ.in eadem glo.ibi,facere,eo.tit.Card.Flor.in cle.j.in ix.quæſt.de vita & honeſt.cler.Dom.in c.cùm appellationibus,in fi.& ibi ipſe Philip.Fran.in §.ſi verò,col. pen. de appel.li.vj.per gl.in cle.quamuis.in verbo,videtur.de app.quæ voluit iudicem poſſe etiã prorogare tempus à ſe datum pro recipiendis apoſtolis.Nam his caſibus non videtur eſſe ius quæſitũ parti ante finitum tempus,quia ſemper poſſet aduerſarius dicere, ſibi ius eſſe quæſitũ ex contumacia inducta ex lapſu termini.quod & idem dicendum eſt in caſu noſtro,cùm omnino ſit eadẽ ratio.

*De eadem re.*

*Dilatio ad probãdũ, ante finẽ poteſt prorogari, uide num.ſeq.*

*Cõſuetudines de prin.quæſt.*

30 ¶Et ſimile quoque eſt,quòd licet non debeat dari ſecunda dilatio ad probandũ,niſi probato impedimẽto,vel ex cauſis à Bar.traditis in l.vlt.ff.de fer.Poterit tamen prima dilatio, antequàm tẽpus ipſius ſit finitũ,prorogari,cùm nõ ſit noua dilatio:vt voluit Spec.loco ſuprà allegato, videlicet tit.de dilat.§.nunc videamus.verſi.& ſunt hæc in arg.iuncto verſi.præced.& Ang.qui Spe.nõ meminit,in d.l.vlt.col.iij.verſ.in gl.forſitan,& ibi quoq; Pau.Caſt.hoc declarãs,col.itẽ ij.verſ.ſed vtrùm iudex,vbi id dicit perpetuò mẽti tenendũ,& à multis ſing.dicit.Et de hoc in caſu,de quo quærimus,eſt expreſſa cõſuetudo apud Cenomanos,conſuetudinũ eius loci,c.373.& ſeq.& Andegauos,cap.ccclxij.quibus nuncupatim cauetur,poſſe emptorẽ tẽpus reuenditionis, antequàm ſit finitũ,prorogare in præiudicium conſanguinei.Id quod etiã voluit,aliud tamẽ agens, Chaſſ. hoc eodem tit.*de retraictz*,§.x.in verbo,*a faict diligence*,per totam eam glo.Et id confirmat,quod à Steph.Bertr.reſponſum eſt conſi.xlvj.pridem de anno,lib.j.quòd ſi quis vendiderit emphyteuſim cum pacto redimendi intra aliquod tempus,quod poſteà ante exitum illius fuit prorogatum in aliud prolixius,intra quod redemptio facta eſt,debentur tãtùm vna laudimia,ex priori ſcilicet venditione,non ex redemptione,ac ſi facta eſſet intra primum tempus. Et hanc partem in ſpecie noſtræ quæſtionis nuncupatim tenuit Carol.Molend.in conſuetud.Pariſ.tit.j.§.xxiij.nu.49.

*Pro contraria parte.*

31 ¶Contra quoque videtur multis rationibus.Primùm quia licet fuerit in arbitrio contrahẽtium,dum contractum fecerunt,tantum tempus reuenditioni præſcribere, quantum voluerint:

tamen poſteaquàm ſemel certum appoſuerunt, non eſt amplius in eorum arbitrio illud prorogare,ſine eorum conſenſu,quorũ intereſt:exẽplo eius,quod dicimus de dilationibus,quæ & ipſæ cùm dãtur,ſunt arbitrariæ,id eſt,dãtur vel breues,vel longæ,arbitrio iudicis,l.ij.ff.de re iudi.Tamen cùm ſemel datæ ſunt,amplius prorogari non poſſunt ab ipſo iudice,ſine cõſenſu partium, l.j.in fi.C.de dilat.Ideóque & illud,quod primo loco dictum eſt,iudicem poſſe prorogare tẽpus à ſe ſtatutum ad proſequendam appellationem,non admittit Pan.in d.c.ſæpe.col.4.verſ. in ea gl. ibi,iudex.extrà de appel.Sed & illud,quod poſtremò diximus,dilationem probatoriã poſſe à iudice prorogari ſine cauſa,repræhendunt Raph.Fulg.& Alex.in d.l.vlt.ff.de fer.Et facit etiã,quod in ſimili dicitur,ſi iudex familiæ erciſcundæ iudicio ſemel alteri fundum adiudicauerit,non poterit amplius alium fundũ alteri aſsignando,ſeruitutẽ illi primo fundo purè aſsignato imponere, quamuis ab initio,cùm abiudicaret,id facere potuiſſet,l.item Labeo,§.ſed etiam.ff.famil.erciſc.

*Prorogatio prorogãtibus tãtùm nocere debet,nõ aliis. Prorogatio non nocet fideiuſſoribus.*

32 ¶Præterea,quia etiamſi emptor & venditor poſſunt,vt verè poſſunt,prorogare illud primũ tempus ad ſuum ipſorũ præiudiciũ:tamen ea prorogatio nemini alij,quàm prorogãtibus nocere debet,l.ſi cùm Hermes.C.loca.& l.itẽ quæritur.§.qui impleto.ff.eo.vbi ſi cõductio fuerit prorogata in allud prolixius tempus,non tenetur fideiuſſor de prorogato illo tempore,nec manet obligatio pignorũ ab alio in eam rem traditorum.Et ex hoc not.Bal.in d.l.ſi cùm Hermes.quòd prorogatio nihil habet effectus & viriũ,niſi quãtùm ad prorogantes,quod dicit menti tenendũ. Et illud quoq; de fideiuſſoribus voluere Spe.& Io.And.in addi.illius,in tit.de fideiuſſ.§.j.verſ. illud autem quæritur,Goffr.Io.And.Ant.& Pan.in c.cõſtitutus.extrà eo.tit.Hoſt.in c.vlt.in fi.eo.quoque tit. vbi declarat,quomodo id ſit intelligendũ.idẽ Hoſtien.& Io.And.qui idem dicit de pignoribus, in c.præterea requiſiſti.& ibi quoq; Phil.Dec.col.ij.de appel.Archid.in c.te quidẽ.xj.quæſt.j. Iac. Aret.Dy.& Bar.in l.Lucius,la ij.§.Paulus,{& ibi quoque Alb.}ff.de admin.tut.& idẽ Bar.in l.ij.§. vlt.ff.de præto.ſtip.D.à Rota,qui id intelligunt,vt non teneantur pro tempore prorogato(quod iam diximus)ſed de præterito tãtùm,deciſ.dccccvj.penes Titiũ.in antiquis.Alb.in l.ſed ſi manẽte. nu.3.ff.de precar.Bal.in l. tam mandatori,col.ij.verſ.ſed hîc dubitatur.C.de non nume.pecu.vbi etiam id declarat.{& in l.Aemilius.col.v.verſ.not.quintò de prorogatione,ff.de minorib.}& in l. pen.in prin.ff.de excuſ.tut.idẽ Bal.Ang.& alij Recentiores in l.ſi vnus.in prin.verſi. ſi cum reo, ff.de pact.Car.Flor.in cle.j.§.nos itaq;.in fi.ff.de iureiur.Pet.Anch.in c.vlt.extrà de fideiuſſ.Imo. in l.vbicunq;.ff.eo.tit.Pau.Caſt.in l.4.in prin.per illũ tex.ff.de dam.infect.Barb.late conſi.31.ſapiẽter ſcribitur,col.j.& ij.lib.j.Franc.Areti.in l.pacta nouiſsima,col.vlt.C.de pact.Maria.latè in c.vlt. extrà de dilatio.Fel.in d.c.præterea,col.xij.verſ.adduco,de ſponſal.Ant.ab Alex.& Iaſ. in l.j. C. de iudic.vbi ipſe Iaſ.poſt alios diſtinguit,vt ibi videre poteris in pen.& vlt.col.& Aufrer. deciſ. Tholoſ.quæſtio.clxxxj.item fuit quæſitum ſi aliquis.& Steph. Bertr. qui illud quoque declarat, conſi.clxxxviij.dico,col.j.& ij.lib.4.Id quod etiam procedit,ſi in principio actum ſit,vt tempus poſſet prorogari,vt probat tex.no.in l.Labeo,§.hæc autem clauſula,cum §.ſeq.ff.de arbitr.quem in id not.& dicunt ſing.Pau.Caſt.& Alex.in d.l.4.in fi.prin.ff.de dam.infect.

*De eadem re.*

33 ¶Ex quibus & illud fit,quòd ſi cuſtodia caſtri fuerit quibuſdam demandata vſque ad menſem, eiúſque rei dederint fideiuſſores,ſi poſteà id tempus fuerit prorogatum in alium mẽſem,aliúdve quodpiam tempus quo cuſtodes ipſi caſtrum deſeruerunt,hoſtibúſque dediderunt, fideiuſſor in eum menſem datus non tenebitur.Ita enim poſt Lambert.Rampo,voluit Io.And.in addi. Spec. vbi ſuprà,& Alber.in ij.parte ſtatutorum,quæſt.cxliij.quæro etiam,ſtatuto cauetur.& Barto. poſt Iac.Aret.& Dyn.in d.l.Lucius,§.Paulus,ff.de admini.tut.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe.

*De eadem re.*

34 ¶A quo non admodum diſsidet,quod voluerunt Dy.& Ray.in d.l.pe.§.mulier,ff.ſol.mat.quòd licèt compromiſſum prorogatum cenſeatur eſſe vnum idémque,quantùm ad ipſos compromittentes,tamen ſi fuerit compromiſſum in alium,vt ferret ſententiam intra annum,& dederint ipſi compromittentes fideiuſſores & pignora de parendo ſententiæ,& id tempus fuerit ab illis prorogatum in alium annum,non tenebuntur fideiuſſores:nec pignora,ſi aliorum ſint,quàm compromittentium,obligabuntur.Quod & idem voluit Nicol.Neapol.in lect.Batt.in l.Titius,in fin. prin.& ibi etiam Bal.poſt Dy.ff.de excu.tut.{Roma.in d.l.Labeo,§.hæc autem clauſula. ff. de arbit.}& Phil.Dec.conſi.xciij.cuius ſuperſcriptio incipit,fideiuſſor ſtrictè obligatur,vbi dicit,quòd compromiſſum prorogatum non idem eſt compromiſſum cum primo, quantum ad alios: ſicut etiam voluit gl.quam ipſe allegat.& Bal.in d.l.ſi cùm dies,ff.de arbitr.Et quod de fideiuſſoribus compromiſsi dictum eſt,optimè probatur in d.l.Labeo,§.vlt.eo.tit.

*Gabella ex prorogatione ſoluenda.*

35 ¶Nec id quoque longè diſtat,quod ab ipſo Bal.ſcriptũ eſt in repet.d.l.Aemilius.col.vj. in v.not. ff.de minori.quòd ſi ex omni cõtractu præcipiatur à ſtatuto ſolui gabella,& ego tibi locaui fundum ad vnũ annũ,& deinde prorogaui tibi eam locationẽ ad aliũ annum , ſoluenda eſt duplex gabella,ſcilicet ex priori locatione,atque etiam ex ea prorogatione:quia licet quantum ad prorogantes,vt ipſe dicit,ſit vna eadémque locatio & conductio,tamẽ quantum ad alios,cenſetur eſſe duplex:per d.l.ſi cùm Hermes.& eum nuncupatim ſequitur Dec.d.conſi.xciij.

*Prorogatio fieri nõ poteſt niſi cum eadẽ ſolennitate.*

36 ¶Adde & ad confirmationem huius partis,quod pulchrè & not.reſpondit idem Bal.conſi.xciiij. viſo ſtatuto de contractibus,lib.v.quòd ſi ſtante ſtatuto,vt in contractibus minorum,& mulierum interueniant duo conſanguinei,aliàs contractus ſit nullus,& factum ſit ab iis cõpromiſſum cum ea ſolennitate,non poteſt fieri prorogatio huius compromiſsi ſine eadem ſolennitate:nam licet



licet (inquit) vnum dicatur eſſe compromiſſum,d.l.ſed ſi manente,ff.de arbit. tamen neceſſe eſt ex prorogatione oriri nouam obligationem.l.pen.ff.de præto.ſtipul.& l.qui ad certum,ff. loca. Hæc ille. Quomodo igitur in hoc caſu noſtro poterunt contrahentes nouam inter ſe obligationem facere in præiudicium conſanguineorum,quibus iam eſt ius quæſitum?

37 ¶Et ego ſanè (vt tandem meum iudiciũ interponam) his rationibus adductus,in ea ſum ſententia,vt ſi emptor & venditor etiã ante tempus primum præſtitutũ reuenditioni, illud prorogarint in aliud tempus,id non obeſt conſanguineo,quò minùs præferatur venditori: ſi primum illud tempus fluxerit:cùm,vt diximus,ea prorogatio ei nocere non poſsit, ſed tantùm prorogantibus. Præſertim cùm hîc,non de iure quærendo tractamus,ſed iam quæſito,ex noſtra conſuetudine,quæ hanc facultatem tribuit conſanguineo redimendi, cùm primùm contractus eſt abſolutus. Hic enim caſus vnus eſt ex iis,in quibus ex re inter alios acta ius alteri quæritur:vt not.Bal.de eo nuncupatim loquens in rub.C.res inter alios acta.col.j.verſi. nota quòd ex conſuetudine.& poſt eum Phil.Dec.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit, valet ſtatutum,col.j.& diximus latius ſuprà in §.j.gloſ.ix.in verbo,*ou lignagier*,nu.105.huius autem. *Deciſio princ. quæſtionis.*

38 ¶Nec dubium eſt,quin ſaltem id ius ſit ita quæſitum conſanguineis , vt futurus lapſus temporis iam ſtatuti & conuenti ad reuenditionem,faciat eos præferri venditori. Nec abſurdum eſt,id ius conſiderandum eſſe,licet nondum ſit ſortitum effectum , & ab eo futuro tempore dependeat,per ea quæ in ſimili tradit Innoc.in cap.ſtatuimus.circa medium,verſi. item not. quòd priuilegium.extrà de maior.& obed.& Imol.in cap.vlti.col.x. & ibi poſt eum Feli. col. ij.in iiij.ampliatione,extrà de conſtit.& idem Felin.in c.1.col.pen.verſic.tertia concluſio,extrà de ſponſal. Et quod in alio caſu ſcribit Bartol. in l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo,col.ij. verſic.item facit,arbiter ſtatuit.ff.de verb.oblig. *De eodem.*

39 ¶Quin & ſi id ius eſſet tantùm quærendum,non quæſitum,non tamẽ poſſet eo priuari conſanguineus facto contrahentium,qui ad hoc non contraxerunt,vt commodum facerent ipſi conſanguineo:nec enim eò tendebãt,nec eò ferebantur,vt aliquid ex eo conſanguineus conſequeretur:quo in caſu loquuntur omnes leges,& Docto.differentes, an ius alicui per alium quæſitum,vel quærendum,poſsit facto eiuſdem tolli. Hîc autem ius,de quo loquimur,quæſitum eſt ex diſpoſitione legis vel ſtatuti , & quidem contrahentibus ipſis non cogitantibus, imò verò eiſdem inuitis & nolentibus,ita ſtatuto noſtro diſponente: quo caſu obtinent alia iura,quibus clarè probatur,etiã quærendo,& quod in ſpe tantùm eſt,non poſſe præiudicari ab eo,ex cuius contractu id ius procedit. de quo latè diximus ſuprà in præced. quæſt. Et pro hac conſideratione aliquid facit id,quod à noſtratibus diſtingui ſolet,cùm tractant,an cùm res redit ad venditorem,aut alium concedentem, redeat libera & ſine nexu ſeruitutum & obligationum ab emptore conſtitutarum. Nam aut redit (inquiunt) ex voluntate & facto emptoris ad hoc directè tendentis,& tunc redit nõ libera:aut è diuerſo, & redit libera: vt per Bart.& Raph.Com.in l.in diem,ff.de aqua plu.arc. de quo nos latiſsimè dicemus infrà eod. titu.§.iij.glo.j.& vnica.nu.10.hîc autem opportunè,& ſeq.vbi videre poteris. *De eodem.*

40 ¶Nec interim tamen omiſerim,quòd tempus prorogatum,etiam ante finem prioris, non dicitur idem tempus verè & propriè,ſed fictè & impropriè,ex ſententia Cy.& Bar.in d.l.ſi cùm dies.quæ eſt quarta,in prin.de arbitr.& Albe.in l.Labeo, in multis locis,eo.tit.Bal.in c.1.extrà de iudi.& in c.de cauſis.col.ij.verſi.quæro vtrùm iſtud tempus.& ibi Philip.Dec.col.iiij.verſi. tertiò prædicta concluſio. extrà de offic.deleg. vbi id dicit omnino verum eſſe in extraiudicialibus:& allegat multa iura.& idem Bal.in c.1.§.j.col.iij.verſi.ſed pone compromiſſum,titu. de lege Corra.& conſil.ccccxxxvj.quæritur ſi factum fuit,lib.1.& Socin.conſi.xcix. ſereniſsimus Rex,col.ij.lib.3. Ex quo Bald.in l.ſi à te.C.de pact.inter empt.& vendit. dicit id minimè procedere in odioſis,arg.l.cùm quidam.ff.de liber.& poſthu. Statuta autem debent intelligi verè & propriè.l.iij.§.hæc verba,ff.de nego.geſt.cum ſimil. Cùm igitur noſtrum ſtatutum loquatur de tempore ad redimendum conceſſo in ipſo contractu,aut die ſequenti, debet haud dubiè intelligi de illo primo tempore conceſſo eo die aut ſequenti , vt ea loquitur , non de prorogato:quod non eſt idem verè & propriè,ſed fictè & impropriè. *Tempus prorogatum, non idem tempus propriè.*

41 ¶Illud autem ſcire debes,ſi priorem ſententiam ſequi malis, ſatis eſſe prorogationem fieri in vltimo momento primi temporis,vt dicatur fuiſſe facta ante lapſum illius: ſufficit enim habere momentum : vt nuncupatim in hoc caſu prorogationis temporis voluit Bald.in d.c.de cauſis,col.ij.verſicu.quid ſi prorogatio.per dictam l.ſed ſi manente.ff.de precar. & argu.l.cùm ſponſus,§.vlti.in fin.ff.de Publi.in rem actio.& ſequitur Philip.Dec.multa ſimilia congerens ibi,col.iij.verſi.& prædicta concluſio. Et eſt bonus tex.in cap.conſuluit. extrà de offic.deleg. Et bene etiam facit,quod tradit Spec.tit.de dilat.§.dilatio.§.dilationum.verſi. quid ſi dicatur, quòd cùm datur tempus ad aliquid faciendum, ſufficit id fieri vltima hora eius temporis.& Ioan.And.in c.præterea,le ij.col.ij.extrà de appel.quòd in caſu illius cap.ſufficit debitori ſoluere in vltima hora termini,prout illum refert,& ſequitur Philip.Franc.ibi,col.pen.verſi. ſeptimò quæritur:quamuis ipſe Ioan.And.loquatur de vltima die, & quod etiam tradit Bald. in l.data opera,col.antepen.verſic.vltimò not.C.qui accuſa. non poſſ. de eo qui eſt condemnatus ſoluere decem intra aliquod tempus,& niſi id faciat, debet perdere manum:vt ſatis ſit, *An ſatis ſit prorogationẽ fieri uno momento ante finem primi temporis.*

ſi vltima hora eius temporis ſoluat. Et ſequitur Alex.in additionibus Bart.in l.vlt.§.vlti.ff.de public.& vectig.& quod item ſcribit Salic. de eo qui extrema hora decem dierum etiam noctu appellauit,in auth.hodie,col.ij.in vij.quæſt.C.de appel.

*De eodem. Quid, ſi illud vltimum momentum incidat in tempus noctis.*

42 ¶Et id generaliter in omnibus procedere latiſsimè probauit Bal.conſil.xxxiiij.ſtatuto ſeu capitulo,col.ij.lib.4. Idque etiamſi illud vltimum momentum noctis tempore accidit: nam eo vltimo nocturno momento poterit actus confici: tametſi aliàs id temporis non ſit idoneum ad eum actum:vt notanter voluit Salic.de ſolutione pecuniæ,in l.non minorem.in fin.C.de tranſact.& ſequitur & dicit ſingu. trahitq; ad oblationem & cōſignationem Chaſſe.conſi.xlj. quia caſus,ad fin. Super quo etiam vide quæ diximus ſuprà tit.præced.§.j.gloſſ.xj. quæ eſt in verbo, *& iour*,nu.12.ex quibus potes,& generaliter voluit Bal.in l.j.col.ij.verſic.ſecundò quæro,ff.ſi quis caut. Vt iam non dubitandum ſit de prorogatione facta poſtrema die primi temporis,quod aliquando in dubium vocari vidimus. Verùm ne erres, quod generaliter diximus id procedere,intellige,niſi poſt eum actum,qui ſic fit in vltimo momento temporis, aliquid reſtaret faciendum,quod fieri non poſsit intra id tempus: vt in caſu,de quo per Socin. conſi.cv.viſis teſtibus,col.j.verſi.ſecundò principaliter,lib.4.ne hîc diutius immoremur in re non neceſſaria ad hunc noſtrum caſum,vt tamen non omittas videre Bal. in d.l.ſi à te.C.de pact.inter empt.& vendit.& Philip.Dec.in d.c.de cauſis.vbi ſuprà proximè.

*Vtrum credatur ſchedulæ emptoris de tempore ſine alia probatione.*

43 ¶N V N C autem in mentem venit quæſtio,quam vidi ex facto, & quæ quotidie euenire poteſt. Dicitur in noſtra conſuetudine, quòd venditor volens redimere ex pacto appoſito in contractu,vel pòſt eadem die,aut ſequenti, præfertur conſanguineis. Igitur conſanguineus vuit retrahere ab emptore,vel etiam à venditore,qui iam redemerat. Venditor vult eum repellere,quia ſibi dicit fuiſſe datam facultatem redimendi die contractus,vel ſequenti:& ad id probandum producit chirographum ſiue ſchedulam emptoris ipſius ſigno ſubſcriptã.Conſanguineus autem dicebat,non eſſe ſtandum huic ſchedulæ in prǫiudicium ipſius:eam enim fuiſſe factam non die contractus,aut ſequenti,ſed longo pòſt interuallo, colluſione emptoris & venditoris,quòd ſcilicet fraudarent conſanguineos iure retrahendi.Ego in hac re conſultus,olim reſpondi huiuſcemodi ſchedulam non facere fidem illius facultatis redimẽdi,quantùm ad diem ſpectaret,in præiudicium proximorum, per text.in l.ſcripturas.C.qui potio.in pign.hab. præferentem creditores habentes inſtrumentum publicum, etiam tempore poſterius,habentibus ſcripturam priuatam debitoris tempore priorem, niſi ea habeat trium virorum ſubſcriptiones. Quod non ob aliud fit, quàm quòd ſcriptura priuata non facit fidem de tempore,in præiudicium aliorum,nam aliter poſſet debitor præponere poſteriorem anteriori:vt dicit Bart.ibi,& Panorm.in c.2.col.ij.extrà de fide inſtrumentorum.& Paul.Caſtren. conſi.ccxciiij.in cauſis col.ij.verſic.tertiò quia poſito,lib.1.& Petr.Anch.conſil.xxviij.rationes inductæ.vbi dicit id procedere, etiam ſi procurator eam ſcripturam priuatam confeciſſet,& appareat anterius mandatum de ea re cōficienda ex publica ſcriptura:neque enim ob id tolli ſuſpicionem fraudis de prælato die. & illi conſilio ſubſcripſit Gaſpar Calder.in fin. illius, & Franc.Ramp.conſil.ſeq.ego Franc. Cùm ergo,vt poſtea ſubdit ipſe Pet.Anch.in huiuſmodi ſcripturis priuatis ſit facilis præuentio & gratificatio, ſi illis ſtetur, voluit illa l.obuiare huic fraudi. Idque etiam voluit Bald.in ea ipſa l.cùm dicit id fieri,ne detur materia cōficienti priuatam ſcripturam,ponendi tempus, antequàm ea ſecundùm veritatem cōficeretur:hæc enim ſunt verba illius:per l.repetita,ff.de fide inſtrum.& l.ſi creditor,C.de fal.& idem Bal. loquens de huiuſmodi priuatis ſchedulis,conſi.cxcviij.lib.1.quod & inculcatum eſt conſi.cccclxvj.lib.5.cuius initium eſt,ad intelligentiam huius materiæ,col.ij.verſi.ſecundò ne ſit.non debet (inquit) eſſe in poteſtate debitoris prælata die tollere ius creditoris, per illa eadem iura, & præterea,l.Seia mancipia,ff.ad Velleia.& l.j.§.editiones,ff.de eden.& l.exemplo,C.de probat.Et facit etiam,quod in eandem ſententiam ſcribit idem Bald.conſi.ccxlix.lib.1.repetito conſi.cccc. in libris theſaurariæ,col.ij.lib.5.& Fran.Rip.in l.priuilegia,col.v.num.24.ff.de priuilegiis creditor.vbi & illud Petr.Anchar.& Franc.Rampo.loquentium de anteriori mandato, nuncupatim ſequitur.

*L. ſcripturas. C. qui pot. in pigno.hab.intellectus. Quid ſi ea ſchedula habeat trium uirorum ſubſcriptionem. Quid ſi procurator eã ſchedulam fecerit, & appareat de mandato præcedenti.*

*De eadem l. multa. Ea l non tantùm in duobus creditoribus habet locum.*

44 ¶Quæ quidem rationes eandem vim habent in omnibus caſibus,in quibus agitur de præiudicio aliorum. Ideò Paul.Caſtren.conſil.cxxxiiij. in cauſa Ser Ludouici, libr.1.trahit dictam l.ſcripturas,loquentem de duobus creditoribus, ad creditorem prætendentem habere hypothecam priorem tempore ex ſcriptura priuata, & emptorem prætendentem habere dominium rei ex inſtrumento publico temporis poſterioris : vt ſcilicet hic emptor eximatur illa hypotheca, de qua tantùm conſtat per illam ſcripturam priuatam anteriorem : cùm ſit eadem ratio,quæ in illa l.ſcripturas, videlicet ſuſpicio, ne ea ſcriptura priuata facta fuerit poſt eam venditionem,ad fraudandum emptorem:ideò (inquit) de tempore illi non creditur in præiudicium alterius,quàm ſcribentis,per l.quædam,§.numularios,ff.de eden.Et idem in creditore habente etiam priuatam ſcripturã priorem,& donatario habente poſterius inſtrumentum publicum donationis,reſpondit idem Paul.Caſtr.conſil.cccxxxvj. ſi prima duo ſtatuta, lib.2.vt ſcilicet hypotheca contenta in illa priuata ſcriptura debitoris, non noceat illi donatario,niſi ſit ſubſcripta tribus teſtibus iuxta dictam l.ſcripturas, ne ſit in poteſtate donantis,

eiuſdemq;



eiuſdemq; debitoris,præuertere donationem à ſe factam prælato die, per multa ex dictis iuribus,& alia quædam huc ſatis pertinentia,vt ibi videre poteris. Quod multùm notandum eſt:vt id intelligas etiam procedere,cùm inſtrumentum publicum poſterius eſt ex titulo merè gratuito & liberali, & ſchedula prior eſt ex titulo oneroſo. Et idem quoque in alio non abſimili caſu conſuluit Corne.conſi.cxxxviij.viſis ſcripturis, col.j.lib.1. per dictam l.ſcripturas,& alia iura,& Soci.conſi.xlj.in præſenti conſultatione,col.vlti.in verſic. confirmatur hoc fundamentum,lib.4.vbi loquitur in caſu Pau.Caſt.in dicto conſi.cxxxiiij.lib.1.& illum citat, licèt erret in num.conſilij. Et eundem quoque Paul.eo in loco ſequitur Fran.Rip.in d.l.priuilegia,col.v.num.24.ff.de priuileg.credito.

45 ¶Ex quibus potes intelligere,illam l.ſcripturas,non ſolùm procedere in eo caſu duorum creditorum certantiũ de priori hypotheca,de quo loquitur ea l.ſed aliàs ſemper, vbi eſt eadem ratio,& facultas præiudicãdi tertio,vt etiam ſatis innuunt Bart.Bal.Pet.Anch.Gaſpar Calde. Franc.Rampo.& Panor.quibus locis ſuprà citauimus, & præterea Bal.in cap.2.col.ij.verſi.in tex.ibi inſcripti,extrà de fide inſtru.vbi in id dicit eam l.ſingu.& eam procedere,quantùm ad omnes à debitore cauſam habentes.& Petr.Ancha. loquens nuncupatim in ſchedula priuata,qua ſeorſum ab inſtrumento venditionis datur facultas redimendi ( qui eſt caſus noſter) conſi.ix.plurimæ coniecturæ,col.j.in ij.locis.Ioan.Ana.conſil.xl. in quæſtione. & apertiſsimè Alex.conſi.xxv.viſo inſtrumento,col.ij.verſi.ſed his non obſt.lib.2.& Soci.in l.j.col.xv.verſi. octauò & vltimò,ff.ſolu.matr.& Philip.Deci.in d.c.2.verſic.ſecundò Abb.concludit,extrà de fide inſtrumen.& ante hos omnes glo.ordin.quam nullus horum allegat,in eo ipſo cap.2.in gloſ.j.quæ dictam l.ſcripturas,trahit generaliter ad omnem actionem realem.& eam ſequuntur Hoſtien.& Ioan.And.ibi. *De eadem re.*

46 ¶Quanquàm ſcio Socin.ipſum,ſubtiliſsimum legum interpretem,ſecum veluti pugnantem, de hoc dubitaſſe,an ſcilicet dicta l.ſcripturas,ad alios caſus trahi poſsit. Id eſt in conſi.lxxv. primo aſpectu dicendum, lib.4. quia contra Paul.Caſtr. cuius ſuprà dictum conſilium antè citauerat, dicit Barpto. à Sal.& alios ſolennes Doctores conſuluiſſe. Et quòd, ſi opus eſſet, multis rationibus oſtenderet eam Paul.ſententiam non ſubſiſtere : nec aliud dicit. Scio item Bal.dicto conſi.cxcviij.lib.1.non obſtante ea ratione, quam ſuprà ex eo addiximus,in ea eſſe ſententia,vt dicta l.ſcripturas,habeat locum tantùm,cùm agitur de duabus hypothecis.Secus ſi de creditore habente hypothecam ex priuata ſcriptura,& emptore non habente, quia creditor præferetur:qui quidem eſt proprius ille caſus,in quo Paul.conſuluit,aſſertque Bal.tres rationes illic omnibus obuias,quæ mihi (vt dicam quod ſentio) non ſatisfaciunt:nec ſi Soci. placuiſſent,eas omiſiſſet. *De eadem re.*

47 ¶Et pro priori ſententia Pau.Caſtr.& ſequacium,facit, quod conſuluit ipſe Pau.in alia ſpecie,conſi.lxxiiij.in cauſa mota per dominam Dorotheam,lib.2.quòd in venditione ſimulata non habet locum ſtatutum præferens conſanguineum in venditione.Tamen de huiuſmodi ſimulatione non ſtatur aſſertioni contrahentium,in præiudicium conſanguinei, per dictam l.Seia mancipia,in prin.ff.ad Senatuſconſ.Velleia.& l.ſi quis in graui,§.j.ff.ad Senatuſc. Sylla. quia potuerunt inuicem colludere in damnum alterius,argu.d.l.repetita, & ibi not.ff.de fide inſtru.& eſt bonus text.in c.ſuper eod.extrà de eo qui cog.conſang.vxor.ſuæ.Igitur probanda eſt ſimulatio probationibus,aut ſaltem coniecturis legitimis, vt ibi per eum. Et quod ab eodem Soci.ſcriptum eſt conſi.lxxviij.viſis actis,col.ij.verſicu.verum eſt,lib.4.quòd ſcriptura priuata debitoris non nocet creditoribus,niſi aliter conſtet de debito, quàm per confeſsionẽ contentam in dicta ſcriptura priuata.per text.in l.ij.§.ſi in emptione.ff.ſi quid in fraud.patro. credo quòd voluit allegare l.j.§.quod ſi in lite,eod.titu. & per not.per Bart.in l.poſt contractum,col.vlti.ff.de donat. Cui adde quæ à Cyn. tradita ſunt poſt Dyn. & alios antiquiores in l.vbi adhuc,in xij.quæſt.C.de iure dot. *De eadem re.*

48 ¶Et vt redeamus ad dictam l.ſcripturas,cùm omnes fateantur, rationem illius eſſe, ne ſit in mero arbitrio ſolius debitoris,ex ſcriptura priuata, à ſe longo pòſt interuallo confecta,prælato in ea die,ius prioris creditoris tollere:ſitque & eadem in noſtro caſu ratio, vt iam diximus,quoniam poſſet ſolus emptor, confecta à ſe longo poſt venditionem tempore ſcriptura priuata,& die contractus,aut ſequente in ea appoſito ( id vulgò noſtri *antidater* appellant) conſanguineos iure retractus priuare,eiſq; venditorem præferre:nihil omnino dubitandum eſt,quin & ea lex ad hunc caſum,& cæteros omnes,in quibus illa eadem eſt ratio, compræhendat,non quidem per extenſionem,ſed ſicut genus compræhendit ſuas ſpecies:vt per Pet. & Cyn.in l.iura non in ſingulas,ff.de legibus,& in l quod verò,& ibi Bal.eod.titu. cum infinitis propè concordantiis à me collectis in repet.l.ſi vnquam,in verbo,libertis,num.45.quorum ſententia,& ſeq.C.de reuoc.donat. *Deciſio princ. quæſtionis.*

49 ¶Fateor tamen,quòd ſi non agitur de præiudicio conſanguinei,ſed tantùm emptoris,qui eã ſcripturam fecit,non minus fidei aduerſus eum facit,quàm publica.l.Publia.§.vlti.ff.depoſit. & l.generaliter,C.de non nume.pecun.cum ſimil. Etiamſi nec diem habet,nec Conſulem,l. cùm tabernam,§.idem quæſiit,& ibi Bart.in j.not.& etiam Ange.ff.de pigno.& glo.in d.l.ſcripturas,in verbo,notarij.& ibi clarius Bal.C.qui pot.in pign.habe.glo.in §. ſancimus,xxv.q.ij. *An autem ſtetur huic ſchedulæ in præiudicium ipſius emptoris.*

& Ioan.And.& Domi.in c.abbate ſanè,§.vlti.de ſenten.& re iudic.lib.6. idem Ioan.And.in c. inter dilectos,col.ij.extrà de fide inſtrum.Bart.in prima conſtitutione ff.in prin.col.j.& in l.in ſumma,§.item Labeo.& ibi Angel.ff.de aqua plu.arcen.Bal. in prima conſtitu.C.in §.quibus, col.ij.verſi.deinde not.quòd leges,& in rub.C.de fide inſtru.col.pen.& in cap.2.col.ij.verſicu. quæro vtrùm priuata,extrà de fide inſtru.& conſi.cccxxxj.reuerende pater, poſt princi.lib.2. Ange.in authen.quod ſine,C.de teſtam.& in l.ſciendum,col.j.& ibi Barb.col.vij.ff.de verbor. obligat.& in §.ſi quis igitur,in auth.de inſtru. caut.& fid.Lanfranc.in repeti.c.quoniam contra falſam,in materia productionis inſtrumentorum,in vlti.quæſt.extrà de probat. Alex.in l. Prætor,in princ.col.j.ff.de eden.& conſi.lxx.viſo proceſſu inquiſitionis,col.iij.verſi.ecce ego, lib.1.vbi hanc dicit eſſe cõmunem opi.Barb.conſi.xxvij.vbi Chriſtus,col.iij.lib.3.& conſi.lviij. omnipotentem,col.xiij.verſi.& etiam faciat,lib.4.vbi ad hoc dicit ſing.eſſe tex.in d.§.quæſiit.

*Quædam aduerſus priorẽ ſententiam de præiudicio cõ ſanguineorũ. An dies requiratur in priuata ſcriptura.*

50 ¶Sed ſunt quædam,quæ aduerſari videntur illi noſtræ ſententiæ, qua diximus non eſſe credendum huic priuatæ ſcripturæ emptoris,quantùm ad tempus pertinet,in præiudicium conſanguineorum. Nam primùm,quod dictum eſt,priuatam ſcripturam ſine die & Conſule facere fidem,non procedit,ſi is qui ea ſcriptura vtitur,tempore innitatur,id eſt,vt rudiores intelligant,ſe fundat in tempore. Nam tunc requiritur dies in ea ſcriptura,ex ſententia Bart.in d.§.idem quæſiit.Bal.in d.prima conſtitu.C.& in dicta rubr.C.de fide inſtru.quibus locis ſuprà citauimus,& in d.l.ſcripturas,& conſi.cccliiij.quæritur vtrùm in priuata, in princip.lib.4. Ange.in d.§.ſi quis igitur,per tex.in l.creditor,C.qui potio.in pigno.habe.Alex.conſi.cvj. magnifice Prætor,col.iij.verſic.ſecundò reſpondeo,lib.3.& conſi.cxxxij. in cauſa & lite vertente, col.ij.verſi.quò ad tertium dubium,lib.4. Ex quo non obſcurè declaratur , quòd ſi ſcriptura priuata habet diem,facit fidem de tempore,ſi de eo agatur.

*De eodem.*

51 ¶Deinde ſunt, qui conſtantiſsimè aſſeuerant , ſcripturam priuatam haud dubiè facere fidem in præiudicium ſcribentis,etiam ſine die & Conſule , non verò in præiudicium alterius. Ita enim voluerunt Ioan.And.& Dominic.in d.c.Abbate ſanè,§.vlti.de ſenten. & re iud.lib.6.& Barba.in d.l.ſciendum,col.viij.ff.de verb.oblig.& iterum in repeti.rubri.de fide inſtru.char.8. col.iij.verſic.quintò ſi ita eſſet.& palàm atque apertè ſentiunt,quos citauimus ſuprà, verſicu. ab hinc ij. Et conſequenter omnes non minus apertè declarant,quòd ſi ſcriptura priuata ſit cum die,etiam aliis præiudicat.

*De eodem.*

52 ¶Quid quòd ipſe Barb.in d.l.ſciẽdum,atque eadem col.viij. in ea eſt opinione,vt etiam cum agitur de tempore,non eſt neceſſaria dies in ipſa ſcriptura priuata,per text.in d.l. cùm tabernam,§.idem quæſiit,ff.de pigno.nam ibi ( inquit ) agitur de obligatione pignoris rei , quæ ſi prius fuiſſet alteri obligata,non valuiſſet obligatio de eadem re facta:ſaltem inutilis atque inefficax fuiſſet reſpectu prioris:potior enim eſt in pignore,qui prius credidit pecuniam,& accepit hypothecam,l.potior,in prin.ff.qui potio.in pign.habe.cum ſimilibus, & tamen in d.§. idem quæſiit,dicitur,quòd nõ requiritur dies.Ex quo illud conficitur,nec tum requiri diem in priuata ſcriptura,cùm de tempore agitur.

*Reſponſio ad contraria.*

53 ¶Sed quod his reſpondeatur, in promptu eſt. Nam & qui dicunt ſcripturam priuatam exigere diem,ſi quæſtio pendeat ex tempore, non proptereà dicunt eam fidem facere aduerſus tertium , ſi in ea dies ſit appoſita : neque enim id ab illis tractatur , quin maior pars eorum allegant d.l.ſcripturas:vbi & hoc ex ea not.Bald. ſicuti diximus. Igitur ſecundùm eam l.debet intelligi dictum illorum,ex doctrina Ioan.Andr.in cap.cùm nuntius, paulò ante ſi.extrà de teſtibus.& Barto.in l.non ſolùm,§.ſi liberationis verba,ff.de liberat.lega.cum ſimilib. à me alibi adductis. In ea autem l.ſcripturas,priuata ſcriptura cum die,non facit fidem contra tertium,niſi ſit tribus teſtibus ſubſcripta. Igitur & id cenſentur illi voluiſſe obtinere , cùm tractatur de præiudicio alterius.

54 ¶Sed & qui dicunt ſcripturam priuatam ſine die & Conſule probare cõtra ſcribentem, non contra tertium,allegant quoque dictam l.ſcripturas , vt proinde etiam intelligas eos negare, eandem ſcripturam priuatam,etiam cum die & Conſule:probare contra tertium , niſi iis interuenientibus,quæ requiruntur ex ea l. Nihil autem moror illam Barba. ſententiam, qui vt in hoc ſolus eſt,ita non ſatis ſapit,vt eſt Plauti ſententia. Et is quidem ſolet prima quaque occaſione,vel leuiſsima,omnibus aduerſari. Nec id quod dicit,probat ille text. ab eo allegatus,in dicto §.idem quæſiit:nam licèt ibi agatur de obligatione pignoris,tamen nulla eſt quęſtio de hypotheca,aut alio iure alterius,ſed tantùm de præiudicio eius, qui illam ſcripturam priuatam confecit.

*Quid, ſi ea ſchedula uiſa fuerit iam ab initio à uiris literatis.*

55 ¶Nec tamen omiſerim,quòd ſi illa ſcriptura priuata,non ſubſcripta tribus teſtibus, viſa fuerit iam ab eo tempore in ea compræhenſo à viris literatis , qui in id ipſum teſtificentur,ſatis erit ad probandum id,quod in ea continetur etiam in præiudicium aliorum:vt dicit no.Bal. loquens nuncupatim in hoc caſu,dicto conſi.cxcviij.col.ij.verſic.& ex hoc pono talem concluſionem,lib.1.per id quod de amiſsis inſtrumentis voluit.Cyn.poſt Petr.in auth. ſi quis in aliquo,quã legit cum l.procurator,in iiij.quæſt.C.de eden. Et dicit idem Bal.in eodem conſilio id probari in cap.cùm olim,lè j.extrà de cenſibus. ſed credo quòd voluit allegare in tit. de priuileg.vbi eſt optimus textus,quem & ipſe Cyn.vbi ſuprà,citat.





56 ¶Et adde Bart.idem volentem in d.auth.ſi quis in aliquo,col.ij.& ibi Albe.col.iiij.nu.4.Ang. col.vlti.& Philip.Deci.num.28.& eundem Bartol.in l.ij.§.Diuus,col.ij.ff.de iure fiſci.& in l.j. col.pen.verſic.iuxta prædicta,& ibi Franc.Ripam num.8.& ſeq.& Alciat.in verſic. Celſus ait, ff.ſi cert.petat.& eundem Bart.in l.ſicut,& ibi quoque Ang.C.de fide inſtru. Bal. in cap.1.col. vlti.titu.qui teſtes ſunt neceſſa.& Anto.in d.cap.cùm olim,in prin.& ibi quoque Panorm. in glo.vlt.de priuileg.eundem Panor.in cap.Albericus,col.ij.verſi.ſecundo caſu,de teſtib.Raph. Co.conſi.cxxxvij.conſultus,in fi.primi dubij.Pau.Caſtr.conſi.ccclx.circa primum, in primo dubio,lib.2.Ange.Aret.in §.ſed & ſi pater,col.j.verſi.aduertas,Inſtit. quibus modis ius patro. pote.ſol.Alex.in l.ij.col.penul.C.de bono.poſſeſ.ſecund.tabul.& conſi.cxcvj. viſo teſtamento dicti Franciſci:col.ij.verſi.non obſtat quòd nonnulli,lib.2.& Guid.Pap.conſi.lxxv.adhærendo,col.ij.verſic.ideò in illa.Feli.in c.ſicut,col.j.extrà de re iudi.Iaſ.conſi.xlij.in præſenti, col.j. lib.1.Stepha.Bertr.conſi.cccvij.loquendo,col.iij.lib.1.& Philip.Dec.in cap.2.col.antepen.verſi. & in prædictis,de probat.& conſi.lxxxij.viſo proceſſu agitato,circa medium,verſic.quartò & vltimò.& iterum conſi.ccxv.in cauſa vertente,col.j.Matth.Afflict.deciſ.Neapol.cclxxiiij.quæſitum fuit,num.4.& deciſi.ccciij.aliud dubium,num.5.Alciat.in tractatu Præſumptionum,regula iij.præſumptione xxxj.num.3.qui omnes dicunt id quod diximus,ſcilicet, teſtes qui dixerunt de tenore inſtrumenti,debere eſſe peritos & expertos,qui ſciant intelligere eum tenorem & probè cognoſcere , eſsétne inſtrumentum in forma probante, an non. Et id quidem erit pro prima limitatione.

*Quid,ſi ex ſtatuto huiuſmodi ſchedula habeat uim inſtrumenti publici.*

57 ¶Secundò autem limita,vt non procedant quæ dicta ſunt,ſi ex forma ſtatuti priuata ſcriptura habeat vim publici inſtrumenti:tunc enim faceret fidem de tempore aduerſus alium , qui haberet inſtrumentum publicum:vt expreſsim poſt Ioan.Petr.& Bened.Capram , reſpondit Socin.conſi.ccxl.circa præſentem,lib.2. Verùm id non placet Franc.Rip.in d.l.priuilegia,col. v.num.24.ff.de priuileg.credito. Nec mihi quoque:quia id ſtatutum intelligi debet , vt ſcilicet habeat huiuſmodi ſcriptura vim publici inſtrumenti aduerſus debitorem , qui eam confecit,non etiam aduerſus tertium,ex ſententia Bald.in l.vlti.C.ſi aduerſus credito.& in l.j.C. commu.de legatis. Ex quo etiam potes intelligere,nihil in noſtro caſu immutare prędictum ſtatutum,ſi quod eſſet.

*An mulieres ſint teſtes idoneæ in huiuſmodi ſchedulis.*

58 ¶Vtrùm autem illi tres teſtes,quorum ſubſcriptio requiritur in ſcriptura priuata,vt fidem faciat de tempore,ex diſpoſitione dictæ l.ſcripturas,C.qui potior.in pigno.habean. debent eſſe maſculi,an verò & mulieres interuenire poſſunt,quia is text. nuncupatim loquitur de viris, cùm dicit trium vel amplius virorum ſubſcriptiones,nihil hîc dicemus , quãdoquidem hanc rem pleniſsimè tractauimus in noſtris Legibus connubialibus, quo loco de auaritia mulierũ diſſeruimus,vbi videre poteris.

*Quid ſi in eis ſint tantũ duo teſtes,ſed ſunt alia adminicula.*

*Quid ſi id probatum ſit tribus teſtibus.*

59 ¶Quid autem,ſi in ea ſcriptura priuata ſint tantùm inſcripti duo teſtes,ſed adſunt alia adminicula maioris ponderis & autoritatis,quàm vnus teſtis:vtrùm tunc ei ſtandum ſit in præiudicium alterius,ac ſi ea ſcriptura munita eſſet tribus teſtibus. Super qua ſpecie nuncupatim conſultus,cùm ex facto contigiſſet,Rapha.Fulgo.conſi.cxxxiij.proponitur probatum, col.ij. verſicu.ad l.autem ſcripturas,reſpondit ſtandum. Imò & ſi (inquit) nulla omnino ſcriptura interuenit,ſed tantùm tribus teſtibus probatur confeſsio extra ius omiſſa , idem eſt. & in id multa allegat,quæ tu ipſe per te videre poteris. Sed tu tamen hæc notato,quia vix ea ab alio tacta comperies.Sed quantùm ad id poſtremũ,ego audenter aſſero ſatis eſſe in id duos teſtes, qui deponant de hypotheca & tempore illius. neque enim ad hypothecam requiritur ſcriptura,& ſatis eſt eam teſtibus probari,l.contrahitur,ff.de pignor. Igitur ſatis ſunt duo teſtes, cùm nulla lex ſit,quæ maiorem numerum requirat. Et idem quoque eſt in caſu noſtri pacti de reuendendo.

*Vtrũ emptor, qui promiſit reuẽdere,præciſè teneatur tradere.*

60 ¶Ex hoc avtem, quod hîc dicitur in noſtra cõſuetudine,apertè declaratur,emptorem præciſè cogi ex hoc pacto reuendere & tradere,nec liberari ſoluendo intereſſe.Quod an procedat de Iure communi,videbis per Corne.qui propè vbique diſtinguit inter pactum de reuendendo,& pactum de reſtituendo,conſi.iiij.multùm diffuſè,col.ij.verſic.pactum de reuendendo,lib.1.& conſi.ccxlj.cum quo præmittendum,col.ij.verſicu. pactum autem, eod.lib.1.& conſil.ccclxvj.viſa copia.colum.penult.verſic ſed vbi fit pactum,eod.lib.1. & conſil.ccxlvj. in hac conſultatione,lib.4.& conſil.cclvj.primus conſultationis articulus,ferè per totum , eod. lib.4.Alex.conſi.ccxij.ponderatis his,col.iij.verſic. & etiamſi quis promiſiſſet,lib.6. & iterum conſi.cccxxxij.quod eſt eiuſdem initij,col.vlti.eod.lib.6.Franc.Aret.latè conſi.vj. viſo inſtrumento,in j.dubio.Soci.conſi.ccliij.in cauſa domini Ioan.col.v.verſi.circa tertiam quæſtionẽ, per totum illud dubium,lib.2.& conſi.xvj.anno Domini,in pluribus locis,lib.4.Ludo.Bolo. conſi.xxv.in ampliſsimo,col.v.in iiij.dubio.Stepha.Bertr.conſil.cccxvj.viſo caſu, in ij.dubio. lib.1.& Philip.Dec.conſi.cccccij.ex duobus,col.ij.verſi.ſed dato quòd valeret.& conſi.ſequen. ſuperioribus,col.j.verſi.ſecundò reuocatur.Hiero.Cagn.diſtinguentem, vt ſuprà in repet.l.ij. col.v.verſi.tertiò noto,C.de pact.inter empt.& Chaſſe.in conſuet.Burg.titu. *de rentes vendues à r'achapt*,§.j.in verbo,*rentes*,col.iij.verſi.aduerte vt hîc,in poſtrema editione.

## §. II.

MAIS nonobſtant, que ledict achepteur ait ainſi donné ladicte grace de retraict audict vendeur, ſi l'vn des lignagiers vient le premier, & dedans l'an face offre de retraict, ledict achepteur le doit receuoir, & luy declarer comme il a donné ladicte grace audict vendeur.

*VERVM nonobſtante hac redimendi facultate ab emptore conceſſa, ſi conſanguineorum venditoris quiſpiam præuenerit, & intra annum offerat retractum, tenetur emptor eum admittere: ipſumq́ certiorem facere de huiuſmodi facultate venditori à ſe conceſſa.*

## GLOSSA I. ET VNICA.

1 *Id pactum non impedit cõſanguineum, quin poßit interim retrahere.*

EX hoc igitur §. intelligis, quòd licet pactum de reuendendo ſit in contractu appoſitum, ita vt venditor repellat conſanguineos, vt ſcribitur in §. præcedenti: non tamen impedimento eſt, quin interim, antequàm venditor retrahat, admittatur conſanguineus, vt etiam de iure procedere aſſeruit Matthæ. Afflict. in tract. Protomixeos, in verbo, licet enim ſuprà diximus, col. vj. verſi. item quæro de alia quæſtione, motus quidem hac ratione, quòd id pactum de reuendendo non facit, quin venditio ſit pura & perfecta, licet reſolui poſsit: ſicut dicimus de pacto addictionis in diem, l. ij. ff. de in diem addi. & de pacto legis commiſſoriæ, l. j. ff. de lege commiſſo. Et ita dicit concludere Sebaſtianum Neapodanum in tractatu de Iure congrui, in verbo, emit. quam rationem poſteà pleniùs diſcutiemus. Et idem & in hoc retractu, & in feudali, dicit Carol. Molend. in conſuetudinibus Pariſien. titu. j. §. xiij. gloſſ. v. num. 22.

2 *An autẽ pendente tempore illius, currat tẽpus conſanguineo, ex noſtra conſuetudine.*

¶SED quæſtionis eſt, an tamen incontinenti à contractu venditionis, in quo data eſt ea facultas redimendi, currat tempus anni, non obſtante ea facultate, an verò ab ea facultate finita tantùm. Id quod minimè dubium eſt, quantùm ad hanc noſtram conſuetudinem pertinet, quæ apertiſsimè declarat tempus ab initio currere, non expectato fine huius facultatis, cùm dicit, *& dedans l'an face offre de retraict.* quibus verbis dilucidè oſtendit conſanguineum non eſſe admittendum etiam durante ea facultate, niſi veniat intrà annum, qui quidem annus intelligitur de anno venditionis: neque enim intelligi poteſt de anno tranſactæ facultatis, cùm ea adhuc duret: alioqui ea verba, *& dedans l'an face offre de retraict*, eſſent ſuperuacua, & fruſtra hìc appoſita. quod minimè dicendum eſt. l. ait Prætor, & ibi Recentiores, ff. de iureiur. & cap. paſtoralis, & ibi not. de appellatio. cum ſimilibus. Nam & ex ſtatutis & conſuetudinibus ſumitur argu. à contrario ſenſu: vt latè per Roma. conſil. cccxcix. vt præſens conſulatio, col. j. & ij. & per Alex. Iaſo. & alios recentiores in l. j. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdictio, præſertim cùm verba eorum eſſent aliàs inutilia, & otioſa, nam & tunc etiam ſumeretur ad correctionẽ iuris communis, ſecundùm Bald. in l. conuenticula, C. de Epiſco. & cler. cum aliis multis concord. adductis in d. l. j.

*Argu. à contrario ſenſu ſumitur ex ſtatuto uel conſuetudine.*

3 *Condicio non leuem ſolennitatem inducit.*

¶Et eò quidem magis, quòd ea verba ſunt cõditionaliter prolata, cùm dicitur, *ſi l'vn des lignagiers vient le premier, & dedans l'an.* Nam conditio, quæ apponitur per legem vel ſtatutum, nũquàm dicitur continere leuem ſolennitatem: ſed neceſſe eſt, vt ea exiſtat, argu. l. Prætor, in prin. ff. de collat. bono. ita enim voluit Bal. in auth. matri & auiæ, col. j. verſi. quidam tamen dicunt, C. quando muli. tutel. offic. & ſequuntur Alex. Franc. Areti. & Iaſ. in l. moribus, quæ eſt ij. §. vlt. ille col. ij. verſ. paſſus non poteſt, alter colum. vlt. verſi. ſecundò principaliter, hic col. ij. verſi. limita iſtam regulam, ff. de vulg. & pup. vbi ex eo dicunt, non leue id eſſe aut cenſeri, quod per conditionem profertur. & ipſe Franc. Aret. in c. in cauſis, col. iij. extrà de teſtib. & idem quoque Alex. in l. vlt. in prin. col. vlt. C. de iure delibe. & in l. j. in fi. ff. de libe. & poſthu. Fel. in c. cùm dilecta, col. vij. verſic. ſecundum ſignum, extrà de reſcri. & in cap. quod ad conſultationem, col. ix. verſi. remedia, de re iudi. & in rub. de prob. col. ij. verſic. ſed aduerte. Iaſ. in l. cùm quid, col. penult. verſic. adde etiam, ff. ſi certum petatur, in ij. lect. & in l. ij. §. j. col. iiij. ff. ſoluto matrimo. & in l. Gallus, §. quidam rectè, columna j. & iterum in §. etiamſi à parente, in ij. not. ff. de liber. & poſthumis. & in repetit. l. ſi is qui pro emptore. colum. xiiij. numero 44. ff. de vſucapio. Philip. Dec. in c. ex parte, le ij. colum. ij. verſi. in glo. ibi, & renuntiat, extrà de appellatio. & conſilio xj. quoniam iudicantium, col. vj. verſiculo, ſolum contra teſtamentum. vbi & ex hoc dicit, quòd conditio formam inducit, & Catel. Cotta, qui id dicit ſing. memor. incipien. conditio quæ apponitur, & iterum memor. incipien. lex quæ loquitur. & Matth. Afflict. deciſ. Neapo. cclv. ſi præſtitus, nu. 4. & Ludo. Gozad. conſilio lxxiij. circa, col. ij. num. 13.

*Conditio formam inducit.*

4 *Conditio habet uim cauſæ finalis.*

¶Nam & conditio habet vim cauſæ finalis, vt declarat Bar. in l. ij. §. vlt. col. j. ff. de donat. & probatur in l. demonſtratio, §. quod autem, ff. de condit. & demonſt. Eáque eſt de ſubſtantia probationis, vt dicit idẽ Bald. conſil. cxxij. vtrùm dictus proceſſus, col. j. verſi. allegatur tertiò, lib. 3.



lib. 3. & debet ſeruari in forma ſpecifica, l. Mæuius, & l. qui hæredi, ff. de condit. & demonſtrat. Hincq; in conditionibus non admittitur moræ purgatorio, l. Thais, §. intra. ff. de fideicõmiſſ. libert. vbi etiam probatur, nihil aduerſus id facere fauorem libertatis. & l. ſi ſuper, & ibi Bal. in fi. Alex. & Iaſ. in iij. not. C. de tranſactio. & l. j. cum glo. & ibi Recentiores. C. de inſtitut. & ſubſtitu. & l. ſi intra, ff. de ſtatulib. vbi & illud de libertate probatur. & voluit Cy. in l. ſi maior annis, C. de tranſactio, & in l. ſi plures, col. pen. C. de condi. inſert. Bart. & Imo. in l. hæc conditio, ſi in Capitolium, ff. de condit. & demonſtr. Doct. vbique. Vt interim omittam eam rationem, quòd cùm conſanguineus ſtatim poſsit retrahere, nõ expectato tempore facultatis, vt hìc dicitur: conſequens eſt, vt id facere debeat intra annum: alioquin haberet ad retrahendum non eum tantùm, ſed & totum tempus facultatis, & prætereà alium annum ab ipſa facultate, cùm tamen conſuetudo vnum tantùm annum tribuat.

*Et debet ſeruari in forma ſpecifica.*

*In conditionibus nõ admittitur moræ purgatio.*

5 ¶SED dubium eſt, quòd ſi noſtra conſuetudo id non declaraſſet, vtrùm iſte annus curreret ſtatim à venditione, non expectato tempore ad reuendendum præſtituto: an verò non niſi finito eo tempore. Id quod nos abunde tractare decernimus, quòd res ſit frequentiſsima, & quæ multùm torqueat noſtros cauſarum patronos, atque litigatores ipſos. Videtur igitur primùm, tempus retractus conſanguineis non currere, niſi tranſacto tempore conceſſo venditori ad redimendum, idque multis magníſque rationibus. Nam primùm emptor non eſt dominus irreuocabilis, pendenre hoc tempore, cùm liceat venditori rem redimere, non ab ipſo tantùm emptore ſed à conſanguineo ipſo, ſi iam redemiſſet, vt cauetur ſuprà, §. j. vbi & id de Iure cõmuni procedere docuimus. Ex quo patet rem venditam durante ſpe ac facultate luitionis ſiue redemptionis non videri omnino eſſe extra familiam vẽditoris, nec pleno iure in familia emptoris: argu. eorum, quæ no. in l. qui habebat, & ibi glo. & Bar. ff. de leg. iij. & l. legata, §. j. & ibi quoque Bar. ff. de ſupel. legat. de quo & nos diximus ſuprà tit. præcedent. in præfat. nu. 36. & vt gloſſ. relinquamus.

*Sed an currat inſpecto iure communi.*

6 ¶Præſertim, quòd qui habet actionem ad rem, vt in hoc caſu habet vẽditor, qui poteſt reuocare rem, eam ipſam habere videtur. l. qui actionem, ff. de reg. iur. & ibi concord. Et ita quidẽ habere, vt æquè releuentur ab onere ſatiſdandi, ex l. ſciendum ff. qui ſatid. cog. ij. qui actionẽ habent ad rem, ac ſi rem ipſam haberent, ſecundùm Bald. & Imo. in l. facere, ff. ſol. matr. Ang. Alex. & alios in d. l. ſciendum, vt eos allegat, & ſequitur Philip. Deci. conſi. xxiiij. cuius ſuper cuius ſuperſcriptio incipit, mulier cui propter inopiam, col. ij. verſi. tertiò ſuadetur. Ex quo illud ſequitur, rem ipſam videri adhuc eſſe in familia venditoris, ad quam redimendã habet actionẽ promptam & præſentem. Ratio autem noſtræ conſuetudinis eſt, ne res exeat extra familiam: vt plenè diximus in d. tit. præced. §. xxvj. glo. j. nume. 40. quare autem, & alibi ſæpe. Ergo & interim ceſſare debet retractus, l. generaliter, C. de Epiſcop. & cleric. cum ſimi.

*Qui habet actionẽ ad rem ipſam, rem habere uidetur, uide num. 48. & ſeq.*

*Eaq; excuſat ab onere ſatiſdandi, uide nu. 48.*

7 ¶Et hanc rationem confirma ex eo, quod tradit Barb. conſi. lj. ſcripſit, col. xiij. verſi. iſto modo, lib. 1. quòd vbicunque eſt in poteſtate vẽditoris redimere res in alium tranſlatas, perinde habetur ac ſi res iam eſſet retracta, per text. in l. qui poteſt facere, ff. de reg. iur. & glo. in l. cùm notiſsimi, §. j. C. de præſcrip. xxx. vel xl. anno. & alia quædam ſi. Cui adde optimum text. in l. cùm in ſecundo, verſi. vlt. ff. de iniuſt. teſta. vbi ſufficit conditionem in futurum conceptam eſſe poſsibilem, vt inſtitutio ſub ea facta in ſecundo teſtamento rumpat teſtamentum, licet poſteà non exiſtat.

*Qui poteſt retrahere, perinde eſt ac ſi iam retraxerit, uide numer. 50.*

8 ¶Secundò hæc conſuetudo loquens de venditione, debet intelligi de ea, quæ omnibus numeris eſt perfecta, conſummata, abſoluta, & ex qua dominium plenè & perfectè & irreuocabiliter fuit tranſlatum, vt ſcilicet in potiori plenioríque ſignificato accipiatur. l. j. §. vlti. cum ll. ſeq. ff. ſi ager victigal. & l. ſi duo patroni, §. j. ff. de iureiurand. quod & in ſtatutis procedere tradit Bal. in c. cùm non liceat, in fi. extrà de præſcriptio. Nam ſemper aliâs verba in dubio intelliguntur pleno iure, vt dicit Bald. in l. cùm mota, col. ij. verſi. vlterius oppo. C. de trãſact. Venditio autem in hoc fit, vt dominium tranſeat in emptorem. l. cùm manu, quæ eſt pen. §. vlt. ff. de contrahen. empt. Eiúſque ea vis & natura eſt, vt ſi venditor ſit dominus, & emptor quoque dominium conſequatur irreuocabile: alioqui de euictione venditor teneatur. l. ex empto, in principio, ff. de actio. empt. Nec perfectum dicitur, niſi quod omnibus ſuis partibus conſtat, l. j. ff. de origine iuris: ſiue quod non perfectionis ordine compleatur, c. nihil. vij. q. j. Cùm ergo dominium hoc in caſu non ſit perfectè & incõmutabiliter acquiſitũ emptori, qui proprius finis eſt emptionis, & intentio vtriuſque contrahentium: ſequitur hanc non eſſe perfectam venditionem, quandiu dominium reuocari poteſt.

*Res ſemper in potiori ſignificatu debent intelligi.*

*Perfectum quid ſit.*

9 ¶Nam nec alienatio propriè dicitur, niſi quando dominiũ plenè & irreuocabiliter eſt alienatum. l. j. C. de fund. dot. ita enim per eum text. voluit Bal. in c. j. §. aut ſi libellario, ad fin. titu. quib. mod. feud. amitta. l. j. Nec ſimiliter vera & abſoluta eſt donatio, niſi quæ ita fit, vt nullo caſu reuocetur l. Senatus, §. ſed mortis cauſa, ff. de mort. cau. dona. Et alibi dicitur, non videri perfectam donationẽ cauſa mortis factam, ante quàm mors inſequatur. l. non videtur, eo. tit. quod non ob aliud fit, niſi quia interim reuocari poteſt, vt ibi notat. Ideò Signo. conſi. viij. quæſt. ad fi. dicit ex eo tex. quòd quandiu donatio reuocari poteſt, non eſt perfecta donatio. Hincq; videmus appellatione donationis ſimpliciter nõ venire donationẽ reuocabilem l. j.

*Alienatio propria.*



BIBLIOTECA

in prin.& l.filiusfamilias,§.pari,ff.de dona.ex quibus idem Sign.conſi.conſi.xcvj.nu.16.illud axioma trahit,verbum ſimpliciter prolatũ magis adaptari ad ſpeciem irreuocabilem, quàm reuocabilẽ.Et vt ſcribitur in l.omnes,§.j.ff.de regu.iur.non videtur perfectè cuiuſquam eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.& in l.non videtur,ff.de acq.poſſeſſ.non videtur poſſeſsionem adeptus is,qui ita nactus eſt,vt eam retinere non poſsit.Nã nec poſſeſsio tradita intelligitur, quæ iure auocari poſsit l.ratio,in prin.& ibi Bart.in epitome,ff.de acti.empt.& l.iij.§.ſi quis ſeruum,ff.de ſtatulib.vbi non videntur dati nummi,qui auelli ei, qui accepit, poſſunt.& in l.qui ſcit,ff.de ſol.qui ſic ſoluit,vt recuperet,non liberatur:quemadmodum non alienantur nummi,qui ſic dantur,vt recipiantur.& in l.cùm quis, §.qui hominem,& l.qui decem.§. vlt. & ibi Albe.ff.eod.titu.vbi ſolutũ non videtur,quod creditori auferri poteſt:quas in id citat ipſe Alb.in d.l.non videtur de acq.poſſ.Nec enim videtur pretium recepiſſe,qui alteri tenetur reſtituere. l.j.C.de vendit.rer.fiſcal.vt & eam expendit Albe.vbi ſuprà.

10 ¶Tertiò acquiſitio dominij,quæ eſt reuocabilis,non attenditur : vt ſatis ex eo patet, quòd pignus ſiue hypotheca,ſeruitus, vſusfructus non extinguuntur, nec cõfunduntur per huiuſmodi acquiſitionem reuocabilem rerum his oneribus obnoxiarum ſiue ſubiectarum,ab eo factam,cui debentur.l.ex ſextante,quæ eſt pen.§.Latinus, & ibi Petr.Iac.Ra.Cy.& Bart.ff. de except.rei iud.& l.debitor.& ibi quoque Bar.{& Roma.col.j.in ij.not.} ff.ad S.C.Trebel. & l.legatarius,& ibi Fran.Are.& Iaſ.qui ex hoc dicit,id quod ſuprà aſſumpſimus,non attendi acquiſitionem dominij reuocabilem,ff.de leg.j.cum aliis multis ſimi.& concord.à me latè adductis ſuprà tit.præcedente,§.j.glo.vij.in verbo,*ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nu.70. & quod in ſimili,& ſeq.

*Non confunduntur quæ reuocari poſſunt.*

11 ¶Hinc & quartò,quòd licet res mea mihi non poſsit relinqui per legatũ,aut fideicõmiſſum, l.proprias,C.de lega.& l.cætera,§.j.ff.de leg.j.nec id quidem in totum,nec in parte,l.huiuſmodi,§.ſi Titio,& ibi Iaſ.in ij.not.ff.de lega.j. Et ſi tempore teſtamenti res mihi legata non erat mea,ſed poſteà,cedente ſcilicet die,mea facta eſt ex cauſa lucratiua,extinguatur legatum,§.ſi res aliena,Inſt.de leg.Tamen vtrunque intelligitur,ſi ita mea erat,aut mea facta eſt , vt à me auelli non poſsit:aliàs enim in primo caſu valet legatum,in ſecundo non extinguitur:vt de primo eſt text.in l.non quocunque.§.j.& ibi Doct.ff.de leg.j.& in l.apud Iulianũ,§.ſi Titius, & ibi Doct.eo.tit.& Fran.Aret.in l.multùm,col.ij.verſi.& tene menti,ff.de verb.obli.vbi dicit ſing.text.in d.l.non quocunque,§.j.& Iaſ.in l.ſi tibi homo,in princ.ff.eod.tit.& Philip.Deci. conſi.xlvij.quòd ſuprà,col.j.Fran.Rip.in repe.l.ſi aliquam rem,col.iij.verſi.intellige ſextò, ff. de acquir.poſſeſ. De ſecundo eſt text.in d.l.non quocunque,in princ.& ibi gloſ.& Docto.& Bart.in l.Mæuius,§.duobus,col.vij.verſi.ſextò oppon.ff.de leg.ij.

*Rei ſuæ, ſed reuocabilis, valet legatũ, aut fideicommiſſum.*

12 ¶Quintò ſimile eſt,quòd licèt rei ſuæ nulla ſit emptio,aut ſtipulatio,vt de primo eſt tex.in l.ſuæ rei,ff.de contrah.empt.de ſecundo in l.nemo rem ſuam vtiliter,& l.nemo rem ſuã futuram,& l.ſi rem meam,& l.exiſtimo,ff.de verb.obli.Id tamen procedit in re perfectè & irreuocabiliter ſua alioquin ſi ab eo aliquo remedio euinci poſsit:ſecus eſt, vt de emptione eſt text.in l.cùm res,& ibi glo.Bal.& Sal.vterq; in epitome eius l.C.de contrah.empt.Petr.à Bel. Perti.& Pau.Caſt.in d.l.huiuſmodi,§.qui ſeruum,in fi.& ibi quoque Alex.col.j.ff.de legat.j. idem Alex.in l.qui Romæ,§.duo fratres,col.xxviij.verſi.item inquantum, ff.de verb.oblig.& conſi.c.ſuper primo dubio,col.iij.lib.7.& Carol.Rui.conſi.clxiiij.de pluribus , nu.4.libr.1.& conſi.cxlviij.caſus iſte,col.iij.nu.7.de leg.ij.conſi.lxvj.quia dubia.col.iij.nu.8.lib.4. De ſtipulatione autem voluit Franc.Are.in d.l.exiſtimo,col.j.verſ.ſecundò limitatur.eo quidem argumento motus,quod de pignore rei ſuę ſuprà diximus.Et idẽ de donatione rei ſuæ reſpõdit Caro.Ruin.conſi.xx.ponderatis,colum.iij.nu.3.libr.1. { & ante eum voluit Roma.quem non allegat,in l.quòd ſi vir.quam legit cum l.dotalem,nu.6.ff.ſol.matr.ex hoc limitãs l.proprias res tuas,C.de leg.} Et idem quoque de cõductione & emptione in emphyteuſim ipſe Ruin.d.conſi.cxliiij.lib.1.

*Rei ſuæ, ſed reuocabilis, valet emptio.*

13 ¶Sextò,ex eodẽ fonte fluit,quòd licet dominus rem ſuam vſucapere non poſsit,l.ſequitur, quæ eſt iiij.§.lana,& ibi glo.ff.de vſucap.& l.in bello,§.ſi quis ſeruum,ff.de capti.& poſtlim. reuer.Id tamen procedit,cùm quis eſt dominus irreuocabilis:nam ſi ab eo reuocari poſsit, poteſt vſucapere,vt declarat d.§.ſi quis ſeruum,& ibi Bart.& gloſ.in d.l ſequitur, §.fructus, in glo.magna,ante fin.& ibi quoque Barto.etiam ad fi.Angel.Imo.& Pau.Caſt.circa med.de vſucap.& ipſe Imo.in eadem l.§.lana,Bal.in d.l.non quocunque,§.j.& ibi Iaſ.qui eam gl.dicit not.ff.de leg.j.& idẽ Bal.in l.ſi vi,quæ eſt iij.col.ij.verſi.ſecundò oppon.quod iſte emptor, C.de his quæ vi metúſue cauſ.fiunt.{Rom.in d.l.debitor.col.j.verſ.item dicimus,in ſimili.& in d.l.quòd ſi vir.} & Panorm.in c.grauis,col.v.verſi.aduertendum tamen eſt,extrà de reſtit. ſpolia.Philip.Dec.conſi.xxxix.cuius hæc ſuperſcriptio eſt,an detur reſtitutio, col.pen.verſi. vltimò non obſt.Io.Fran.Balb.in tractatu præſcript.in j.parte iiij.partis princ.in iij.quæſt. ad princ.& iterum in xij.q.in fi.ruſumque in iiij.parte iiij.item partis principalis, in xxxv.qu. paulò ante fin.vbi de hoc dicit eſſe bonam glo.in l.longæ, ff.de diuer.& tempo præſcrip.ſed credo quòd voluit allegare glo.in l.in acceſsione,eod.titu.quæ optima eſt,& eam idem allegauerat in d.xij.q.nam in d.l.longæ,nulla eſt gloſſ.quæ huc accedat.

*Rem ſuam,ſed reuocabilem, quis vſucapere poteſt.*

¶Septimò,



14 ¶Septimò,ad confirmationem præcedentium,quæ eo tendunt, vt probent hunc emptorem non eſſe perfectè dominum,facit & hæc ratio:quia illud non dicitur eſſe perfectũ dominiũ, cuius prætextu quis non poteſt liberè alienare rem ipſam, quãdo alienatio prohibetur fieri in præiudicium alterius,l.fœminę,§.illud,& ibi Bal.in fi.& iterum,§.vlt.C.de ſecund.nupt.& §.j.verſi.nobis ergo,in fi.cùm dicitur,quemadmodum perfectis dominis cõpetit.& ibi Ang. col.j.verſi.ibi quemadmodum,in auth.de reſtit.& voluit etiam Franc.Aret.in l.ſi quis vi.§.j. col.pen.verſi.ſed iſta diffinitio,ff.de acq.poſſ.& conſi.xix.ex facto,col.ij.verſi.ſed remanet.& Ant.Rub.conſi.xxvij.difficultas, poſt princ. Hic autem emptor,qui emit cùm pacto reuendẽdi,non poteſt liberè aut certè irreuocabiliter alienare,quin ſcilicet poſsit auocari & repeti à priori venditore:vt voluit Pau.Caſt.in l.ſi cùm venderet,ff.de pig.act.& Guid.Pap.conſi. xlix.principale dubium,& pleniſsimè diximus ſuprà eod.tit.§.j.in verbo,*feront preferés*,nu.6. at in pacto,& dicemus infrà eod.in §.iij.in princ.

*Perfectum dominium habere quis dicitur,cùm liberè poteſt alienare.uide numer.52.*

15 ¶Octauò ad hanc ſententiam facit text.not.in l.tali,ff.de iure doti.vbi ſi quis promiſit dare decem intra annum nomine dotis,is annus non ſtatim currit ex die ſtipulationis,ſed ſolùm ex die nuptiarum:quod non ob aliud fit,quàm quòd tunc demum cõtractus ipſe eſt omnino perfectus & conſummatus:vt hinc intelligas,tempus non currere,niſi à contractu omnibus modis abſoluto.& illum text.dicit ſing.Roma.in l.j.in princ.ff.ſi quis caut.& Ang.Areti. in §.actionum autem,col.iij.verſi.vnum tamen tene menti,Inſti.de act.Sed.Iaſ.in l.ſi cui legetur,in princ.col.iij.verſi.extrà gloſ.ff.de lega.j.dicit eſſe ſimilẽ text.in l.ſi ita quis promiſerit, in princ.ff.de verb.oblig.ſed (vt dicã quod ſentio,& verum eſt) non magis illis text.inuicem conuenit quàm κυνὶ καὶ βαλανείῳ, id eſt, cani & balneo.Sed vt redeamus,cùm adhuc ius eſt venditori reſtituto pretio contractũ reſoluere,non poteſt interim dici is contractus omnibus numeris eſſe perfectus & conſummatus.

*Tempus non currit niſi cõtractu omnibus modis abſoluto.*

16 ¶Nonò,quòd per text.in d.l.tali,in princ.ff.de iur.dot.voluerunt Bart.Bal.Ang.Raph.Flor. Pau.Caſt.Alex.Franc.Aret.& Iaſ.in d.l.ſi cui legetur,in prin.ff.de leg.j.quòd ſi emptor promiſit ſoluere pretium intra annum,à die cõtractus cõputandum,non currit ei tempus ante traditionem rei factam à venditore,quo tempore contractus habet vltimã perfectionem. & idem quoque voluit Bal.in rubr.C.de contrah.empt.col.vlt.in xxiij.q.Sal.in l.ij.in fi.eod.tit. Imo.in d.l.ſi cui legetur,§.j.& Franc.Aret.conſi.xciij.conſideratis maturè , col.vlti.cum aliis concord.à me traditis,ſuprà tit.præcedẽte,§.j.in verbo,*dedans l'an*,in xx.q.Et hanc ſentẽtiam multis rationibus confirmat Iaſ.in ea l.ſi cui legetur,in princ.vt ibi videre poteris.

*Tempus ſoluendi pretiũ non currit niſi re tradita.*

17 ¶Decimò,huc ſpectat text.in l.ſtatuliber,ff.ad leg.Fal.vbi ſi mortuo teſtatore ineũda ſit ratio æſtimationis patrimonij pro computatione legis Falcidiæ,res ab ipſo teſtatore vendita ſub pacto legis commiſſoriæ,vel adiectionis,ſiue mauis , addictionis in diem connumeratur in patrimonio ipſius venditoris,non emptoris,quod non ob aliud fit, quàm quia ſpes eſt rem ipſam reuerſuram ad venditorem eueniente conditione : ideò non videtur ea res ab eo receſsiſſe, ſed manſiſſe adhuc in patrimonio ipſius:vt etiam tradunt Paul.Caſt.& Alex.ibi.

*Res uendita ſub pacto legis com.uel addi. in diem cõnumeratur in patrimonio.*

18 ¶Vndecimò,quando duæ dilationes nõ procedunt ex eodẽ fonte,vt in hoc caſu, vbi vnum tempus datur ex pacto & conuentione contrahentiũ,aliud ex ſtatuto vel conſuetudine,impoſsibile eſt,vt vnũ tẽpus alterius loco ſubrogetur,nec quòd vnũ in altero confundatur:ſed alterũ alteri ſuccedit,ex doctrina Bal.in l.vlt.paulò ante fi.C.de executio.rei iud.qui id probat ex eo,quòd in conſtituta pecunia debitor habet decẽ dies,l.promiſſor Stichi,§.j.ff.de conſti. pecu.& tamen habet aliud tempus,quod datur iudicatis : ſicut & debitor in diem, qui condemnatur,tranſacto die,habebit etiam tempora conceſſa condemnatis.Quod ita confirma: nam quæ origine ſunt diuerſa,eadẽ quoq; ſunt & proſecutione & effectu.l.nunquam, ff.de priua.delict.& l.ſi mater,§.j.& §.eandem,ff.de excep.rei iud.Ideoq; tempora à diuerſis diſpoſitionibus limitata,debent vt ſeparata cenſeri,& vnum in altero non confundi,arg.l.generaliter,ff.de fideicommmiſ.liber.& l.non eſt nouum,ff.de acti.empti.

*Duæ dilationes nõ ex eodẽ fonte procedentes, non confunduntur. uide nume.61. & ſeq.*

19 ¶Hinc fit & duodecimò,quòd licet deſcendentibus detur annus ad agnoſcendã bonororũ poſſeſsionẽ Vnde liberi,vel Vnde agnati,vel Vnde cognati,l.j.§.largius tempus,ff.de ſucceſ. edict.ſi tamen filius anno tacuerit,excluditur tantùm à primo capite,Vnde liberi:non etiam à ſecundo,Vnde legitimi.d.l.j.§.ſed videndum eſt.& voluerunt gloſ.& Doct.in l.ſi emancipata,C.de iur.& fact.igno.& Oldr.conſ.cciij.factũ tale eſt,collata fuit eccleſia,in ij.dubio , & Io.And.in addi.Spec.in rub.de conceſ.præbend.col.ij.verſi.item licet annus.

*Excluſio,Vnde liberi,non inducit excluſionem, Vnde agnati, uide 63.& ſeq.*

20 ¶Sed & hinc quoque & decimotertiò prodit,quod à Bar.reſponſum eſt conſi.cxxix.quidam habuit vxorem,in ij.dub.quòd filia,quæ intra xxx.annos potuit adire ſucceſsionem matris ex capite liberorum,& ita excludere trãſuerſales,ſi non adiit intra id tempus,poteſt & intra alios xxx.annos adire ex generali capite legitimorum,per d.§.ſed videndũ eſt.Et id ſequuntur Bal.Angel.Paul.Caſt.Alex.qui id dicit ſing.Corn.& Iaſ.in l.licet,C.de iur.delibe.Vbi ex hoc quoque dicunt,quòd filia,quæ non adiit hæreditatem matris ex teſtamento intra xxx. annos, poterit adire ab inteſtato intra alios xxx.annos.Id quod etiam tenet Sal.ibi,licet non ſequatur Bart.in d.conſi.Tenent & idem Bald.in rub.C.qui admit.col.iiij.verſi.ſextò quæritur,Raph.Coma.Pau.Caſt.qui id dicit mirabile,Alex.& Franc.Aret.in l.quandiu prior, quæ eſt iij.

*De eodem.*

*Qui non adiit ex teſtamento intra xxx.annos,poteſt adire ab inteſtato*

*intra alios xxx.annos.ui de nu.64.*

eſt iij.totius tit.ff.de acq.hære.Pau.Caſtr.& Franc.Are.in l.Pantonius,ille col.ij.verſi.in glo.j. hic col.iij.verſ.extrà glo.ff.eod.tit.Raph.Fulg.in l.vlt.C.qui admit.Cæpol.caut.clxvij.ſecundùm poſtremam computationem,incip.nota auream cautelam,vbi id dicit ſing.& Alexand. conſi.lxxxix.viſo puncto & inſtrumentis,col.ij.verſi.nec obſtabit dictis agentibus,libro 2.& conſi.ſequent.in cauſa & lite,col.ij.verſi.nec ad hoc obſt.eod.lib.2.vbi id dicit ſingu. Corne. conſi.lxx.duo veniunt,col.iij.verſic.tamen licèt filia,lib.4.Iaſ.qui & hoc quoque dicit ſingu. in d.l.ſi emancipata,ante fin.C.de iur.& fac.igno.& in l.j.col.penult.verſicu.& pro iſta,C.qui admit.& conſi.xxxiiij.ad motiua,colum.ij.verſic.non obſt.etiam.lib.1.vbi id dicit not.atque ita de hac re loquitur,vt excluſus ex teſtamento per lapſum xxx.ann.poſsit intra alios xxx. annos venire ex capite,Vnde liberi,& intra alios xxx.annos ex capite,Vnde agnati, & intra alios quoque ex capite, Vnde cognati : & ita non omnino excludetur, niſi elapſis centum viginti annis.& idem Iaſ.conſi.lxxxiiij.omiſſa,col.antep.verſi.circa tertium, libr.1.& Carol. Ruin.conſi.xxiiij.ſuper his,poſt princ.lib.1.Guid.Pap.ſing.lxxxix.& Catel.memor.incip.iuri adeundi.Franc.Balb.in tract.præſcri.in xix.q.prin.iiij.partis,iiij.quoque partis princ.& Benedict.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorem,&c.nume.126.& ſeq.de teſta.& Ludo. Gozad. conſi.lvj.circa primum,col.ij.verſi.quibus.

*Non ſufficit una nuntiatio diuerſis operibus. Nec una abſolutio diuerſis excommunicationibus.*

21 ¶Decimoquartò, retractus conuentionalis reſpicit commodum ſolius venditoris.l.ij.C.de pact.inter empt.& id per ſe perſpicuum eſt. Tempus atem retractus conſuetudinarij reſpicit commodum conſanguineorum,fauore ſcilicet familiæ & conſanguinitatis : quod & ipſum clarum eſt. Igitur lapſus eiuſdem temporis non debet operari diuerſos effectus,atque diuerſas præſcriptiones : ſicuti nec vna nuntiatio noui operis extenditur ad diuerſa opera, l.de pupillo,§.ſi in pluribus,ff.de noui ope.nuntia. Nec vna abſolutio ſufficit duabus excõmunicationibus,cap.cùm pro cauſa,& c.officij,de ſentent.excom.& c.ex parte,de offi.ordi. Alb. in d.§.ſi in pluribus.& ibi Barto.& Alex.col.ij.qui adducit multos concord.quos ibi videre poteris. Quibus adde ipſum Albe.in l.ſtatulibera,ff.de ſtatuliber.Nec vna abolitio pluribus bannis,Cy.& Iacob.Aret.in l.vlt.C.de nupt.per text.in d.§.ſi in pluribus.Dy.& Alber.in l.j. §.ſi plura,ff.ad S.C.Turpi.vbi & text.eſt,non ſatis eſſe vnam abolitionem pluribus, etiam aduerſus eundem,accuſationibus,& repetitur ille text.in §.notandum,verſi.ſi plura.ij. q.iiij. Nec vna item appellatio ſufficit pluribus ſententiis,l.cùm in vna,ff.de appel.Sicuti nec pluribus ſeparatim condemnatis,etiam ex eadem cauſa,l.ſi qui ſeparatim,& ibi Iaco.Dy.& Alberi.eo.tit.Nec vna citatio,aut alia iuriſdictionis perpetuatio,pluribus cauſis,ſiue capitibus, gloſ.& Doct.in cap.licet, extrà de offic.delega. Nec vna aditio diuerſis hæreditatibus:vt per d.§.ſi in pluribus,reſpondit Pau.Caſtr.conſi.ccliiij.æquiuocatio,col.ij.libr.1. Nec vna pœna diuerſis delictis,l.vlt.§.id quoque,C.de mod.mulcta.& l.illud,§.j.ff.ad leg.Aquil.vbi id optimè declarat Alber.Nec vni debito plures compenſationes fieri poſſunt,l.quod Labeo,& ibi Alberi.ff.manda.Et alia quædam ſimilia à Ioan.Andr.in c.cùm in cunctis,col.iiij.verſi.legiſtæ diſputant.extrà de elect.in nouel.

*Nec una abolitio pluribus bannis. Nec pluribus accuſationib. Nec una appellatio pluribus ſententiis. Nec pluribus condemnatis. Nec una citatio pluribus cauſis. Nec una aditio pluribus hæreditatibus. Nec una pœna pluribus delictis.*

22 ¶Quibus ſuccinit,quòd non fit cumulatio ſiue coaceruatio diuerſarum ſummarũ ad impediendã iuriſdictionem,l.ſi idem,in prin.ff.de iuriſdi.om.iud.Nec ad donationẽ inſinuandã, l.ſancimus.C.de donat. Nec ad impediendam appellationem : vt ſi ex ſtatuto non licet appellare à ſententia non excedente certam ſummam, & quis vno libello conuentus ad plures & diuerſas ſummas,quarum ſingulæ ſunt infra eam ſummam,vniuerſæ autem eam excedunt:poterit nihilo minus appellari,vt in ea ſpecie reſpondit Alex.conſil.xcvij.viſo themate,in j.dubio,lib.7.vbi in id multa allegat. Nec ad exaggerandam ſiue augendã pœnam:verbi gratia, ſi bannitus pro centum poſsit impunè offendi (nam ſunt id genus ſtatuta apud Italos) & quis fuerit bannitus ſemel pro quinquaginta,iterúmque pro aliis quinquaginta, non poterit offendi,Bart.in l.vbi fideiuſſor,per text.& gl.ibi.ff.de ſolutio.& in l.ij.in fin.ff.de cõdi.inſti.Bal.in d.l.ſancimus,§.ſi quis autem,la j.ad fin.poſt Ray.ibi C.de donati.& in l.nam & ſi fur,§.vlt.ff.ſi cert.pet.& in c.in omni,col.j.extrà de teſtib. vbi in id dicit ſolennẽ gloſ.in d.l.vbi fideiuſſor.Ipſe Bal.Ang.& alij,in d.l.ſi idem,de iuriſ.omn.iud.idẽ Ang.in l.ſi plures, ff.de pact.idem & Imo.in l.quoties in ſtipulationibus,ff.de verb.oblig.& in d.l.ſi qui ſeparatim, §.j.ff.de appel.Pet.Anch.Imol.& Barb.in c.pe.de donat.Idem Imo.in l.ſi teſtamento, in prin.ff.de lega.j.Alex.d.conſi.xcvij.col.ij.libr.7.Barba.inter conſilia ipſius Alex.conſi.cxxxv. eodemque vlt.colum.j.lib.4.vbi & alia multa affert.Quibus & tu adde quod ſcribit Fulgo. conſi.cxviij.quòd procuratores,col.vlt.vnum etiam à pluribus conſtitutum procuratorem non habere plures voces (quas vocamus) in conſilio.

*Non fit cumulatio ſummarũ ad hos effectus. Scilicet ad impediẽdam iuriſdictionem. Ad donationẽ inſinuandam. Ad impediendum appellationem.uide nume.68. Ad augendam pœnam. Vnus plurium procurator non habet plures uoces.*

23 ¶Decimoquintò his concinit,quod ſcriptum eſt à Pert.à Bel.Pert.Oldr.Cy.Albe.Bal.Ange. & Alex.in l.vlt.C. de repud.hæred.quòd ſi cruce ſignatis conceſſum eſt priuilegium ne teneantur ſoluere debita creditoribus vſque ad triennium : & ſi quiſpiam ex his habebat ex pacto creditoris dilationem quinquennij ad ſoluendum,illud triennium nõ incipit currere, niſi poſt illud quinquennium conuentionale.argu.illius text.verſi.ſinautem vel minor,ibi, poſt impletum quadriennium.& ad hoc quoque Allegat Alber.l.ij.§.nec temporalem,& gl. ibi.C.de tempor.appel.Et idem tenuit Ioan.Calde.in ſua diſputatio.incip.ſacerdos quidam

*Tẽpus ſoluendi datum ex priuilegio,nõ currit niſi poſt tempus conuẽtionale. uide nu 69.*





priuilegiatus. Et his adde quod per illa iura tradit ipſe Albe.in l.ſiue pars,col.vlt.verſic.item quæro de quæſtione,C.de dilationib. quòd ſi iudex cuipiam ſtatuerit dilationem octo dierum,& elapſis quinque diebus iterum ſtatuerit dilationem octo dierum,iſta ſecunda dilatio currit tum demum tantùm,cùm prior finita fuerit,& ſe dicit ita obtinuiſſe ex facto.

24 ¶Decimoſextò his ſuffragatur hæc ratio:fruſtrà fit per plura,quod fieri poteſt per pauciora, ex ſententia Ariſtotelis ab omnibus approbata,& Bal.inter cæteros,in l.vlt.col.ij.in ij.q.C.de compenſ.& Philip.Deci.in c.cùm inter,colum.antep.verſic.ſextò vlterius,extrà de exceptio. Ex quo & illud oritur,quod noſtri dicunt,circuitum eſſe vitandum, l.dominus teſtamẽto, ff.de condict.indebi.& clem.auditor,de reſcript.cum concord.vtrobique adductis per gloſſ. atque etiam not.per glo.& Docto.in l.cùm fundus,§.ſeruum tuum imprudens:ff.ſi cert.pet. quibus adde text.in l.ita ſcriptum ſit,& ibi glo.ff.de ſtatulib.Sed illud perſpicuum eſt, quòd ſi conſanguineus teneretur venire intra tempus reuenditionis,re ipſa retracta & ſibi vendita teneretur iterum reuendere venditori : & ſic eſſet quidam veluti circuitus,& contractuum inutilis multiplicatio. Leges autem noſtræ vbique reiiciunt inutilia,ſuperflua,otioſa:vt latè docebimus in noſtro tracta.cui titulum nuncupauimus,nihil fruſtrà.

*Fruſtra fit per plura,&c.*

*Circuitus uitandus, uide nu.17.*

25 ¶Decimoſeptimò facit text.in l.bouem,§.vlt.ff.de Aedil.edicto, vbi ſi ſub conditione homo emptus ſit,redhibitoria actione ante conditionem exiſtentem inutiliter agitur,quia nõdum perfecta emptio,arbitrio iudicis perfecta fieri non poteſt.& in l.j.§.annus,ff.quand.de pecul. acti.an.eſt.vbi ſcribitur,annum computandum,non ex quo emãcipatus eſt,ſed ex quo peti potuit, conditione exiſtente.& in l.penult.§.procedit,ff.de excu.tuto.vbi quinquaginta dies dati ad excuſandum,non currunt niſi conditione impleta.& quæ latè diximus ſuprà, titu. præced.§.j.in verbo,*dedans l'an,* in viij.q.Ex quo & Bal.in l.acceptam,col.vlt.in xxiiij.q.C.de vſur.tradit ius offerendi pretium,non currere pendente conditione.Et ſi dicatur,hunc contractum factũ ſub lege reuendendi non eſſe conditionalem,tamen cùm ſit in facultate venditoris eum reſoluere reſtituto pretio, videtur in effectu eſſe conditionalis, propter illam ſuſpenſionem,& incertitudinem:per ea quæ not.Bar.in l.j.ff.de condit.& demonſtra.Ideò & text.in l.ij.C.de pact.inter empt.& vend.loquens de huiuſmodi pacto,vtitur verbo, conditionis,cùm dicit,Téque parato ſatisfacere conditioni.

*Tempus non currit,niſi cõditione impleta.*

26 ¶Decimooctauò,quandiu incertum eſt,an is qui primo loco ante cæteros eſt admittendus, velit admitti,non currit tempus ſequenti in gradu d.l.quandiu prior, quæ eſt iij.eius tit.& iterum l.quandiu inſtitutus,ff.de acquir.hæredit.Nam primo loco ita ſcribitur, Quandiu prior hæres inſtitutus hæreditatem adire poteſt,ſubſtitutus non poteſt.Secundi autem hæc verba ſunt : Quandiu inſtitutus admitti poteſt,ſubſtituto locus non eſt.Et in idem quoque text.eſt in l.quandiu poteſt,eod.tit.& l.cùm in teſtamento,in princ.ff.de hæredib.inſtit.& l.ſi mater,§.j.ff.de vulg.& pup.& l.ij.§.defertur,ff.de bono.poſſeſ.ſecund.tabu.& l.antequàm,C. commu.de ſucceſ.cum infinitis propè ſimilibus. Atqui venditor veniens intra tempus reuenditioni præſtitutum præfertur conſanguineo,vt dictum eſt ſuprà in §.j. Igitur quandiu is admitti poteſt,non currit tempus conſanguineo. Et id quoque confirmat optimus textus in l.ſi plures,ff.de iure delib.vbi cùm plures ſunt gradus hæredum,ſingulis per ſe præfiniendum eſt tempus deliberationis.

*Tempus non currit ſecũdo gradui, quandiu patet locus primo.*

27 ¶Decimononò,cum quis habet ius impeditum,quo ad effectũ ipſius iuris,ita vt liberè non poſsit id ius conſequi,non poteſt illi iuri renuntiare,ſecundùm Bar.Alex.cæteróſque recentiores, in l.is poteſt,ff.de acquir.hæred.Ex quo ſequitur, quòd nec tacitè ei præiudicatur ex lapſu temporis,quod tacitam veluti renuntiationem inducit,vt no.in l.ſi ego,ff.de neg. geſt. & diximus latè ſuprà eodem tit.§.j.gloſſ.ij.in verbo,*à tel temps*,nu.51.ad hæc cùm venditor,& ſeq.& tit.præcedenti,§.iij.in gloſſ.iiij.in verbo, *ne ſera plus receu*, nu.2.contrarium:ne ſcilicet plus operetur, plúſque momenti habeat tacitũ quàm expreſſum,contra not.in l.cùm quid, ff.ſi cert.peta.cum ſimi. Hìc autem impeditur conſanguineus, ne poſsit conſequi rem liberam & irreuocabilem pendente tempore reuenditionis, cùm ei præferatur venditor : ergo interim ei tempus non currit.

*Iuri impedito renũtiari non poteſt,nec expreſſè,nec tacitè.*

28 ¶Vigeſimò,datum non videtur,quod auferri poteſt.l.qui cõcubinam,§.ſi hæres,ff.de leg.iij. & l.Iulianus,§.j.ff.de verb.obli.Nec è diuerſo acquiſitum cenſetur,quod item auferri poteſt gloſſ.in d.l.non quocunque, §.j.ff.de leg.j.quæ hanc dicit eſſe illius §.rationem,quo cauetur rei ſuæ, ſed reuocabilis valere legatum, vt diximus ſuprà in iiij.ratione. & allegat ea gloſ. l.nemo, ff.de in integ.reſti.qua è diuerſo probatur, non videri perditum,ad quod quis poteſt reſtitui. & ſimile eſt ei,quod diximus item ſuprà in ij.ratione,eum non videri poſſeſsionem fuiſſe adeptum,qui ita nactus eſt, vt ab eo auferri poſsit.quæ omnia propè colligit Iaſ. in d.l.non quocunque, in princ. Et facit etiam quod not.in l.ſi vi.in verbo,in rem,C.de his quæ vi metúsve cauſ.fiant.

*Datũ nõ uidetur,quod auferri poteſt. Nec quæſitũ.*

29 ¶Vigeſimoprimò;vbi plures cauſæ concurrunt in vnum tempus,& ordinãtur ex tempore, vt ſcilicet vna poſt aliã ordinatim procedat,tunc vna aliam non abſorbet l.in operis,ff.loca. & c.ſi propter,ſecũdùm intellectũ Io.And.ibi,de reſcrip.lib.6.Hincque Oldr.conſi.ccxxxvij. plures ſunt, colum.j.& poſt eum,quamuis ſubticeat,Ioan.Andr.in additio.Specu.in rub.de

*Vna cauſa aliã nõ abſorbet,cùm in unum tempus*

*concurrũt ordinatim, uide nu.82.& ſeq.*

conceſ.præb.col.ij.illam veluti regulam tradũt,quòd quoties aliqui non eiuſdem ordinis & gradus vocantur ad aliquid,cum temporis limitatione : intelliguntur ſucceſsiuè vocati, ita ſcilicet vt omnibus ſimul non currant tempora : ſed quiſque gradus habeat ſuum tempus, ſiue id tempus ſit à lege præfixum,l.ſi plures gradus,ff.de bono.poſſ.& §.vlt.Inſti.eod.tit. & l.vlt.C.qui admit.& c.ne pro defectu,extrà de elect.& c.ij.extrà de conceſ.præb.& c. ſi pluribus,de præbend.lib.6.Siue etiam id tempus ſit præfixum ab homine. l.ſi plures ſint gradus, ff.de iure delibe.& melius in l.quandiu,ff.de acqui.hæred.

*Quilibet expectantiũ habet unum mẽſem,uide num. 82.& ſeq.*

30 ¶Vigeſimoſecundò,quòd illa ratione & aliis quibuſdam, quas non multum refert huc adducere,tenent ipſi Oldr.& Io.Andr.vbi ſuprà, quòd ſi ſint plures expectantes præbendam, cum illa clauſula,quam intra menſem à die vocationis duxerint acceptandam,quilibet horum expectantium ſecundùm ordinem impetrationum habebit vnum menſem,ſcilicet primus primum,ſecundus ſecundum,& ſic deinceps, nec enim vnus omnibus currit. Et hanc quoque ſententiã ſequitur Steph.ſubdubius tamen,vt qui tãdem videtur relinquere diſputationi,dicitque vidiſſe ſe pro vtraque parte in curia iudicari.& apertius Io.Ligna.& ſubobſcurè etiam Imo.in clem.j.de conceſ.præbend.

*Vnum tempus non operatur circa duos actus ſucceſsiuos.*

*Vnum tempus non operatur obliuionẽ & præſcriptionem.*

31 ¶Vigeſimotertiò,his quoque adſtipulatur & aliud propè ſimile axioma, traditum à Bartol. conſi.cxxxvij.ſtatuto communis Gualdi, col.j.quòd vnum & idem tempus non poteſt operari effectum circa duos actus,quorum vnus ſucceſsiuè venit ad alium,per d.l.vltim.C.qui admit.ad bonor.poſſ.& l.eum qui,C.de inoffi.teſta.Et probatur (inquit) in ſimili:quia tempus,quo completur læſio in abſentia,& ſic operatur vnum effectum : non computatur in tempore petendæ reſtitutionis:& ſic non operatur alium effectum ſucceſsiuum ad primum, vt not.glo.in l.ab hoſtibus,§.ſed ſi ſimpliciter,ff.ex quib.cauſ.maio.Et facit,quod tradit Dy. in c.ſine poſſeſsione,ad fin.de regu.iur.libr.6.quòd primò requiritur curſus vnius temporis ad inducendã obliuionem:& poſteà incipit currere aliud tempus ad præſcriptionem. Subditque facere,quod not.in l.j.in glo.magna,in fin.C.de ſer.fugiti. Et ex hoc reſpondit in eo conſi.curſum vnius anni non priuare hæredem,non implentem voluntatem defuncti, hæreditate,in caſu ſtatuti,de quo ibi loquitur,vt apud eum videbis. Et hæc omnia ex eodem numero tamen conſi.non deſignato,retulit,& ſecutus eſt Rom.conſi.ccxxij.pro plena,col.ij. verſi.ſecundò poſt hoc.

*Qui tenuerũt in noſtro caſu tempus non currere.*

32 ¶Poſtremò,hanc partẽ in caſu noſtræ conſuetudinis (vt tandem ad eam redeamus)vt ſcilicet tempus retrahendi non currat conſanguineo, quandiu ex pacto appoſito in venditione ius eſt venditori redimendi,id eſt,non niſi finito tẽpore in id præſtituto, nũcupatim tenuit Boer.in cõment.cõſuet.Biturigũ, tit.*de retraict*,§.j.in gloſ.j.in vlt.q.& deci.cxij.an tẽpus,col.j. vbi ita dicit fuiſſe ſæpius iudicatum in curia Burdigalenſi.& Igneus in repe.l.dudũ,col.xxij. verſi.diximus ſuprà quòd virtute,cum multis ſeq.C.de contrah.empt.& Chaſſ.in cõmenta. conſuet.Burg.tit.*de retraictz*,§.v.ad fi.& Sainxon in conſuet.Turoniæ,eod.tit.§.j.in iiij.q.Ferronus in conſuet.Burdi.eod.tit.§.j.col.vlti.& iterum §.xij.in princ.vtrobique tamen nutans.

*Cõſuetudines.*

In eamque ſententiam ſunt expreſſæ multæ cõſuetudines Franciæ videlicet apud Aurelianenſes,c.ccxcv.Turonenſes tit.*de retraict*,c.ij.Cenomanenſes,c.ccclxj.& expreſsiùs c.ccclxxij. atque iterum c.cccciij.Andegauenſes,c.ccclxij.& ccclxx.& cccxciij.Borbonienſes,c.ccccxxiij. Bleſenſes,c.ccvj.Aquitanos Burdigalenſes,d.c.xij.huius tit.Niuernenſes,c.huius tit.ix.& Altimarchienſes,c.clxxvij.Marchienſes,c.cclxxxiiij.quod eſt xxiiij.huius tit.Lorrienſes in præfectura Montargij hoc tit.§.xvj.Lodunenſes tit. *de retraictz lignagiers*, §.j.in fin.

*Qui contrà tenuerunt currere.*

33 ¶Verum ſunt alij diuerſæ ſententiæ, vt ſcilicet currat tẽpus ſtatim à contractu,non expectato tempore reuẽditionis,ſcilicet Io.Fab.noſtratiũ facilè princeps,in §.j.in fi.Inſti.de empt. & vendi.vbi tamen dicit contrariũ ſeruari de conſuetudine multorũ locorum,{Aegid.Bellemer.in c.conſtitutus,col.xij.verſi.tertia pars.de reſtit.in integ.} & Guid.Pap.qui & facilè in practica ſecundũ locum obtinet,deci Delphi.cclvij.cauetur de conſuetudine,verſi.ſed iuxta præmiſſa.Sebaſt.Neapodanus,cuius magna eſt apud Neapolitanos autoritas in tractatu Iuris congrui,in verbo,emit,& non obſcurè Matth.Afflict.in tract.Protomixeos,in verbo,licèt enim ſuprà diximus,col.vj.verſi.item quæro de alia quæſti.& in deci.Neap.cccxxxiij.nobilis Petrus,ad fi.& Io.Montolo.in promptuario vtriuſque iuris,tomo j.in verbo,redimere,verſ. ſecundò. Et in hanc quoque partem ſunt aliæ,præter noſtram,conſuetudines, videlicet Aruernorum,tit.*de retraict*,c.xiij.Burgundionum,eiuſdem tit.cap.v.Comitatus Burgundiæ,tit. *reachaptz*,§.iiij.Idemque cenſuiſſe videntur aliæ conſuetudines,quæ ſimpliciter ſtatuunt,res venditas cum hoc pacto, cadere in retractum conſanguineorum cum onere eius pacti : vt apud Trecenſes,c.cxlix & Caluimontenſes in Baſsigniaco,c.cxvij.

*Cõſuetudines in hanc ſententiam.*

*Venditio cum hoc pacto perfecta eſt omnibus numeris.*

34 ¶Et hanc partem(vt meum quoque interponam iudicium) veriſsimam eſſe puto.Nam hæc conſuetudo noſtra,ceteræq; ſimiles,retractum conſanguineorũ inducentes,loquuntur ſimpliciter de contractu venditionis,aut de venditione,hoc ſcilicet modo,vt liceat conſanguineo venditoris, intra annum à venditione, ſiue contractu venditionis, vel poſt venditionem,retrahere rem venditam,reſtituto eius venditionis pretio. Hæc autem venditio eſt, & ea quidẽ perfecta,abſoluta,& cõſummata omnibus numeris,præſertim ſi ad traditionẽ proceſſum



ceſſum ſit,non obſtante eo pacto. Quod ex duobus manifeſtius fit, quàm vt amplius vllus ſit dubitationis locus. Primùm,quia emptor confeſtim quàm hæc venditio facta eſt,& res ei tradita,fit dominus,& facit fructus rei venditæ ſuos,nec eos tenetur reſtituere, re etiã à venditore redempta:vt patet ex l.ij.& ibi Bald.& Paul.Caſtr.C.de pact.inter empt. & vendi. cum aliis multis concord.à me adductis infrà eod.tit.§.v.in gloſ.ij. Id quod non faceret, niſi eſſet dominus. nam illud regulare eſt,vt fructus dominium ſequantur.l.fructus, & l.in fundo, & l.ex diuerſo,ff.de rei vendi.& l.Herennius,ff.de vſur.& Angelus loquens de hoc caſu, conſi. lv.ex pacto de reuendendo.

35 ¶Secundùm quòd hic emptor,qui ſcilicet emit cum hoc pacto, poteſt eo non obſtante alteri rem pignorare, vendere & dominium transferre : & ita quidem vt ex communi noſtrorum opin.non poſsit primus venditor ab hoc ſecundo venditore rem ipſam redimere: vt videre licet apud Alexand.conſi.x.videretur fortaſſe,per totum,lib.1.& latiſsimè Franc.Curt. ſenior conſi.xij.Lucius Titius,& affatim diximus ſuprà,in §.j.in verbo, *ſeront preferez*.Ex quo etiam colligitur,quòd emptor medio tempore dominus erat,vt in ſimili dicitur in l. ſi ex duobus, §.ſed & Marcellus,ff.de in diem addict.neque enim dominium aliter transferre poſſet,niſi & ipſe dominus eſſet.l.traditio,in princ.ff.de acquir.rer. domi. Quid igitur hìc deeſt ad perfectionem venditionis, cùm emptor ex ea ſit factus dominus, faciatq; fructus rei ita venditæ ſuos,iam ex tempore eiuſdem venditionis,eamq; poſsit ad alios transferre?

*De eadem re.*

36 ¶Sed & veritas eius rei multò illuſtrior fiet agitatis & diſcuſsis rationibus & argumentis cõtra hanc ſententiam adductis. Igitur ad 1.2.3.4.5.6. quorum hic cardo eſt, quòd emptor, qui emit cum hoc pacto,non eſt dominus irreuocabilis,cùm ab eo res ipſa redimi auelliq; poſsit: ideoq; non debet cenſeri perfecta venditio, nec res eſſe extra familiam venditoris, cùm ipſe redimere poſsit:reſpondeo, non minùs quempiam cenſeri dominum alicuius rei, quòd ab eo ex quadam conditione abire poſsit. l.non ideò,ff.de rei vendic. vbi non ideò minùs rectè noſtrum eſſe vendicamus,quòd abire à nobis dominium ſperetur, ſi conditio legati vel libertatis extiterit.& l.j.§.ſerui,ff.de Senatuſcon.Sylla.vbi ſeruorum appellatione continentur, qui ſub conditione ſunt legati:nam interim dum ſcilicet conditio pendet, hæredis ſunt:nec quòd conditio poſteà exiſtens,efficit vt deſinant eſſe hæredis,facit,ne interim videantur eius eſſe.& l.ſi fur.ff.de vſufr.vbi ita ſcribitur,Exemplo rei ſub conditione legatæ,quæ interim hæredis eſt,exiſtente autem conditione ad legatarium tranſit.& l.& poſt litem,§.j.ff.famil.erciſc. vbi idem propemodum tex.& l.vlti.§.ſed quia,C.com.de leg. vbi & res legata ſub conditione interim alienari poteſt,quia hæredis eſt.& l.ſi ſeruus furtiuus,in prin.ff.de condi.furti.vbi ſeruus fugitiuus,ſub conditione legatus,interim poteſt ab hærede condici.& l. ſi quis ſeruũ, ff de noxa.acti.vbi ſi quis ſeruum pignoratum,deinde à debitore ſurreptum, emerit ab ipſo debitore,nomine eius furti tenebitur, licèt Seruiana poſsit ei homo auocari. Idemq; etſi à minori quis vigintiquinque annis emerit vel in fraudem creditorum ſciens. Hi enim quamuis auferri eis dominium poſsit,interim tamen conueniendi ſunt.& in l. ſciendum,§.ſi fundum,ff.qui ſatiſd.cog.vbi poſſeſsio fundi controuerſi,& alteri iam per ſententiam adiudicati,à qua appellatum eſt,releuat ab onere ſatiſdandi:nec ad rem (vt ibi dicitur) pertinet,quòd euinci ea poſſeſsio poſsit. Et illum primum text.videlicet in d.l.non ideò, ad hoc expendit Paul.Caſtr.loquens in caſu retractus,licèt ad aliud propoſitum,conſi.ccccxxx.circa primum quæſitum,in ij.dubio,non ſemel.lib.2.vbi & hanc rationem adiicit,quia multa poſſunt accidere,propter quæ res ipſa non aufertur.l.naturalem,§.j.in fin.ff.de acquir.rer.domi.Sed & argum.multarum ex illis ll.Oldra.conſil.cciij.factum tale eſt,collata fuit,in j.dubio, reſpondit beneficiarium,ſiue,vt cum noſtris loquamur,eum qui obtinet beneficium eccleſiaſticum,nõ minus iuris in beneficio habere,quòd id vacaturum iuſta ratione ſperetur : poſſeq; id ipſum interim cum alio permutare,atque ita vacationi anteuertere.

*Reſponſiones ad 1.2.3.4.5.& 6.rationes prioris partis. Nõ minùs quis eſt dominus, quòd ab eo res auocari poſsit.*

37 ¶Cui rationi poteris multa addere,quæ latè ſcripſimus in noſtris Legib.connubial.gloſ.ij. in verbo,*en pouuoir de ſon mary*, in j.quæſt.qua diſſerimus, vtrùm ſponſa ſit in poteſtate ſponſi,vt vxor mariti:quibus planè oſtendimus non inſpicienda eſſe,nec conſideranda quę ſperantur, aut fieri poſſunt:niſi ea ſint certa & infallibilia. Sed quibus addere quoque potes l. quemadmodum,§.ſi nauis,verſi.idemque,ibi,cùm incertum ſit,an caperent,ff.ad leg.Aquil.& l.j.ff.de in lit.iuran.qua probatur,qualitatem rei non mutari ex eo quod contingere poteſt.& ad hoc eum tex.expendunt D.à Rota,deciſ.ccccxlv.ſi legatus,col.j.in nouis,& Matthæ.Afflict.deciſi. Neapo.ccclxxxv.dubium nonum,ad fi.& quod tradit Paul.Caſtr.in l.non vtique,§.vlt.circa med.ff.de eo quod cer.loc.quòd multa interuenire poſſunt, ne quis lucretur,etiã mercator. & ſequitur Matth.Afflict.deci.Neapo.xx.quidam nobilis,circa med.& alleg.vterque d.l.naturalem,§.j.& d.§.ſi nauis. Adde item text.in l.plerunque,ff.de reg.iur. qui huiuſmodi eſt, Plerunque fit,vt ea,quæ à nobis poſſunt abire,perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis,vt abire poſſent. Hæc ibi:ex quibus notãdum eſt,verbum,plerunque, quod eius naturæ eſt,vt oſtendat eam eſſe regulã,ſecundùm gl.& Imo.in l. non dubitamus,ff.de condi. & demon.cum concord.à me adductis ſuprà tit.præced.§. j.glo.ix.in verbo,*ou lignagier*, num. 224.& in id bene.quod & ſatis declaratur ex eo,quòd ea lex ponitur ſub.tit.de reg.iur.

*De eadem re. Non conſideranda,quæ futura ſunt, niſi & ea certa ſint.*

*Quis eſt dominus pleno iure, licet ab eo euinci poßit.*

38 ¶Quid,quòd cenſetur,& eſt quis dominus alicuius rei,etiã pleno iure, quamuis ab eo euinci,reuocari,redimi,repeti,relui,condici poſsit.l.Iulianus,la j.§.vlt.iuncta l.ſeq.& ibi Bal.& Angel.ff.de rei vend.& l.j.& ibi etiam Bald.in vtraque lect.C.de reuoc.donat.& l.ancillam,& ibi Bal.& Ange.C.de act.emp.vbi venditor ante traditionem eſt dominus rei venditæ,licèt eam teneatur tradere.& l.generaliter,§.ſub conditione,ff.qui & à quib.manu. & l.ſeruos. in princ. iuncto verſicu.ſed qui bona fide,ff.de leg.iij. Voluit etiam Bald.in l.mater,C.ad S.C.Tertul. & Alex.conſi.ccix.viſo ſummario,col.ij.verſi.nec prædictis obſtat,lib.2.quod repetitur conſi. cxl.lib.7.& idem Alex.conſi.clxij.viſis quæ copioſè,lib.6.Franc.Aret. qui primum illum text. ſcilicet in d.l.Iulianus,dicit ad hoc ſingu.in l.cùm incertus,in ff.de leg.j.& iterum in l.ſi quis vi,colum.vlti.ff.de acquir.poſſeſ.& diximus etiam in noſtra repetitione l. ſi vnquam.in gloſ. vlti.num.11.tamen Alex.

*Perpetuũ eſt, de quo dubitatur sitne futurum temporale, an perpetuum.*

39 ¶Nam & ſufficit incertum eſſe,sítne futurum dominium temporale,an perpetuum , vt perpetuum in dubio cenſeri debeat.l.ſufficit, & ibi Iaſ.in ij.not.ff.de condi.indeb. ex qua omnes illud vbique aſſumunt,dubia & incerta interpretari,præſumiq; perpetua. Et id quoque probat text.in c.ſi gratioſè,de reſc.lib.6.& glo.in c.vlt.in verbo,perpetuas,in fi. & ibi quoque Io. And.& Domi.eod.tit.& libro.& in c.vlt.in glo.j. paulò ante fi.extrà de ſoluti. & quod ſcribit Fede.Senen.conſi.xxxij.quæſtio talis eſt,quidam de populo,col.penul.verſi.item dubium, & col.vlti.verſi.non obſt.l.ex facto,& Bart.in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi Prætori,in iij.q.ff.de no. ope.nunt.& Ioan.Fab.in l.j.C.de contract.iud.& Iaſ.in l.iij.§.ex contrario,col.iiij. nume.15.de acqui.poſſ. Et Philip.Deci.conſi.ccccIxxij.teſtator,col.iij.verſi.& in dubio, cum aliis quoque concor.adductis ab Alex.conſi.ccxvj.magiſter,col.vlt.lib.7.& Fel.in c.ex literis,col.vij.verſic. ſi autem iudex,& ibi etiam Philip.Deci.ad fi.extrà de conſti.

*Plenum quid dicatur.*

40 ¶Ex quo potes intelligere,nihil hîc obeſſe,quod diximus de pleno & perfecto dominio : nã vt hîc vides,is emptor,eſt plenus & perfectus dominus,etiam ſi ab eo res auocari poſsit.Plenum enim,& Perfectum,eandem vim,naturam,& ſignificationem habẽt : nam vt Perfectum id dicitur,quod omnibus ſuis partibus conſtat,vt diximus in d.ij.ratione partis contrariæ:ita & Plenum quoque dicitur,cui nihil addi poteſt,cuiq; nihil deeſt:vt per d.l.Iulianus.§.vlt.voluit Bald.in c.licèt de vitanda,in princ.extrà de elect.& idem Bal.& præthereà Imol. & Recentiores,in l.huiuſmodi,§.ædes,ff.de lega.j.cum aliis quoque multis concord.à me congeſtis,in d.illa noſtra repe.l.ſi vnquam,etiam in glo.vlt.nu.10.quid autem.

*Iterum de ſecunda ratione. Satis eſt uerba intelligi in proprio ſignificato,licet nõ in potiori.*

41 ¶Et nihil quoque hîc obeſt,quod dictum eſt in d.ij.ratione prioris partis, verba debere intelligi in potiori ſiue potentiori ſignificatione:quia illud verum eſt,ſi in impropria ſignificatione intelligerentur,niſi in potiori intelligerẽtur : ſed quando intelliguntur in proprio ſignificato,ſatis eſt,licèt id non ſit in potiori:quia verba debent propriè intelligi.l.j.§.ſi is qui nauẽ, ff.de exercit.acti.& ita nuncupatim illud limitat Soc.conſil.ccciij.viſo ſtatuto ciuitatis Aretij, col.vlt.verſi.nec obſtat vltimum,lib.2.quod repetitur conſi.xxv.lib.3. Hîc autem clarum eſt, venditionem,etiam ſi ſub conditione reſolui poſsit,eſſe veram ac propriam venditionem:vt apertiſsimè conſtat ex iis,quæ iam diximus, & dicemus quoque latiùs poſteà. Ideo nihil eſt, quod hîc amplius diſputandum ſit de potiori ſignificato.

*Iterum de tertia , quarta, quinta,& ſexta rationibus.*

42 ¶Igitur licèt in multis caſibus , quos in illis 4.5. & 6. rationibus prioris illius partis adduximus,res quæ alicuius eſt non irreuocabiliter,cenſeatur non eſſe ſua: id quidem non eſt reſpectu ipſius rei,ſed iuris reuocãdi,vel alterius quod alter habet:verbi gratia,in caſu iij. rationis, qua dictum eſt,pignus,& cætera huiuſmodi non extingui acquiſitione reuocabili rei pignoratæ:licet aliâs extingueretur,hac ſcilicet ratione, quòd rei ſuæ pignus conſiſtere non poteſt, l.neque pignus,ff.de regulis iuris, cum ſimilibus:id ſanè intelligitur , vt ipſius rei ſimpliciter pignus non conſiſtat,ſed alterius cuiuſpiam iuris , quod domino abeſt,poteſt conſiſtere : vt voluerunt Guid.Suz.& Alber.in l.j.§.cùm prædium,ff.de pignorib.per text.in l.mulier,ff.qui potior.in pig.hab.& Imo.in c.1.in j.not.per eum tex.extrà de feudis.

*Item de quarta.*

43 ¶Illud quoque iiij.rationis,qua dictum eſt,rem quæ reuocabiliter eſt alicuius,eidem poſſe legari,id ſimiliter intelligitur,vt potius legatum cenſeatur id ius reuocandi, quàm quod ipſius eſt,vt ſcilicet ob huiuſmodi legatum nõ poſsit res ab eo reuocari,vt antè poterat:vt pulchrè declarat gloſ.in l.apud Iulianum,§.ſi Titius,in verbo,non conſiſtere,ff.de leg.j. & intelligunt omnes,qui de hac re loquuntur. Nam & aliâs res mea, quando non plenè mea eſt, ſed mihi deeſt ius aliquod,poteſt mihi legari reſpectu & ratione illius iuris, quod abeſt.l.ſi domus,§.ſi fundus,qui eſt vlti.& ibi Bald.in prin.ff.de legat.j.vbi & Iaſ. pro ſimili allegat id, quod diximus de re,quæ non irreuocabiliter eſt mea.& l.ſi tibi homo,in prin.ff.eod.tit.

*Item de quinta.*

44 ¶Illud quoque quod in v.ratione continenter dicitur , poſſe quem emere rem , quæ ſua eſt, etiam non irreuocabiliter:intelligitur etiam reſpectu illius iuris reuocandi:vt omnes quoque qui de ea re loquuntur,palàm intelligunt.Nam & aliâs videmus,quòd rem noſtram ratione poſſeſsionis,quæ nobis abeſt,vt alterius iuris,emere quoque poſſumus: vt de primo eſt text. in l.ſi aliquam rem,&in l.ſi in emptione,§.rei ſuæ,ff.de contrah.emp.gl.in l. ſi pater,C.eo.tit. de ſecundo in l.cùm res,& ibi glo.Cy.Bal.& Ang.C.de contrahen.emp.& in l.ſi mandauero, la j.§.ſi ij,quorum.ff.mand. Et eam etiam petere poſſumus, licèt iam nobis ſit tradita.l.etiam. ff.de ſol.



ff.de ſol. Et eam quoque ſtipulari,vt tradit Ro.in l.exiſtimo,& ibi quoque Fran.Aret. qui id dicit ſing.col.j.in j.not.ff.de verb.obliga.& iidem Roma.& Franc.Aret.in l.ſi rem meam,eod. titu. Nam & aliâs poſſum ſtipulari rem meam mihi tradi,l.ſcire debemus,§.vlt.eo.tit.& mihi reſtitui.l.nemo rem ſuam vtiliter,in princ.eod.titu.vbi Iaſ.latè de hoc diſſerit,in verſic.limita regulam,& alios quoque allegat:vt videre poteris apud eum. Et per eam l.nemo,dicit glo.in l.corruptionem,in verbo,altercantibus,C.de vſufr. quòd res mea quandoque mihi debetur ratione eius,quod meum non eſt,ſcilicet reſtitui.

*Item de ſexta.*

45 ¶Sed & quod poſteà in vj.ratione dictum eſt,dominum reuocabilem poſſe vſucapere, intelligitur non de re ipſa,ſed de iure reuocandi,id eſt,vt vſucapiat non rem ipſam, quæ iam ſua eſt,ſed actionem,per quam reuocari poteſt:vt etiam declarat gloſſ.in d.l.ſequitur, §.lana,ff.de vſucap.& glo.in l.ſi vi,in verbo,munitus,verſic.oppono quomodo præſcribit. & ibi quoque Cyn.in iiij.oppo.Bart.in ij.oppo.& Bald.col.ij.verſi.ſecundò oppo.quòd iſte emptor.& Paul. Caſt.col.item ij.verſi.not.etiam caſum,C.de his quæ vi,metúsve cau.fi.Et Bal.in d.l.non quocunque,§.j.ff.de leg.j.& conſi.ccccIxxvij.recolo,col.ij.verſi.non obſt.quòd dominus,lib.5. vbi dicit quòd tunc vſucapitur irreuocabiliter:& cæteri quos in contraria parte citauimus.

*De iiſdem rebus.*

46 ¶Et ne putes id tantùm obtinere in his caſibus , de quibus ſuprà nuncupatim locuti ſumus, certè aliâs ſemper id procedit:vt videre licet ex eo,quòd quamuis rei ſuæ precariũ non conſiſtat,l.in rebus,§.j.ff.de precar.hoc tamen intelligitur,niſi reſpectu alicuius iuris,quod domino ipſius rei abeſt.l.certè, §.quæſitum eſt,& iterum l.ſi debitor,eod.titu.& l.ſi aliquam rem,ff. de acquir.poſſ.vbi & idem probatur de conductione rei ſuæ,vt ſcilicet quis rem ſuam poſsit conducere reſpectu quoque cuiuſpiam iuris, quod ipſi domino abeſt. Et ſimiliter in l.ſi pignore,§.ſi poſt diſtractum,& ibi Albe.in epitome,ff.de pign.actio.

*De iiſdem.*

47 ¶Ex quibus apertè vides id confici,quod ſuprà diximus ( vt ad id tandem redeamus) ſcilicet rem ipſam eſſe emptoris,licèt ſit obnoxia pacto reuendendi ex lege contractus:& conſequenter eandem eſſe extra familiam venditoris,licèt ius ipſum retrahendi competat eidem venditori,ideoq; ſit idem ius adhuc in familia ipſius:ita vt ſi venditor id ipſum ius retrahendi vendat,poſsit conſanguineus retrahere,vt diximus ſuprà titu.præcedente,§.j.glo.vij.in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles,* nu.31.ex quo infertur. Sed quantùm ad rem ipſam , verè eſt in dominio emptoris,tranſitq; etiam in legatarium ipſo iure, æquè ac ſi id eſſet irreuocabile. l.ſi fundum ſub conditione, §. Titius.& ibi Iaſ.in j.not. qui ad hoc dicit illum text.not.ff.de legat.j.

*Redit ad j.rationem.*

48 ¶Nec huic ſententiæ præiudicium affert,quod diximus in j.ratione alterius partis, quòd qui habet actionem ad rem,eam ipſam rem habere videtur:tanquam ſcilicet venditor,qui actionem habet ad rem reuocandam,videatur & eam rem habere. Quia haud dubiè minus eſt actionem habere,quàm rem.l.minus,ff.de reg.iur. minoriſq; æſtimatur actio,quàm res ipſa,vt tradunt Bart.& Bald.in l.per diuerſas,ille col.j.verſic.quæro qualiter dicatur,hic col.ij.verſic. & modò expoſito.& ibi quoque Sal.C.manda.idem Bald.in l.ij.col.j.verſic.hîc tamen conſiderandum,C.ne lice.poten.Petr.Ancha.qui id declarat,in c.peccati venia,col.pen.verſi. quæro decimoquintò,de reg.iur.lib.6.Panor.in c.vlt.col.ij.verſi.ſed eſt dubium,extrà de ali. iudi. mutan.cau.fact.& Pau.Caſt.conſi.cccxciij.pro euidentia,col.vlti.lib.2. & Anto.Burg.in cap.1. col.ij.verſi.item pro re litigioſa,extrà de empt.& vend.& Corne.conſil.xxxvij. memini,col.j. verſic.& ipſa rei natura,lib.2.Franc.Aret.qui & id declarat,conſi.clx.longa eſt,col.vj. verſicu. hoc præmiſſo.& Soci.conſi.cxliij.diu profectò,ad fi.lib.1,& non obſcurè ſentit. Innoc.in c.in ciuitate,col.ij.extrà de vſur. Et probat optimè tex.in l.ſciendum,§.ſi fundus.ibi,diuerſa cauſa eſt,ff.qui ſatiſd.cog.vbi poſſeſſor fundi ſatiſdare non cogitur. Diuerſa autem eſt cauſa eius, qui ad fundum actionem perſonalem habet. Et idem dicit gloſ. quam ibi ſequuntur Bartol. Angel.& plerique omnes,ſi realem habeat:per §.ſi fundum , qui eſt in eadem l. Nam & illud (inquit) qui habet actionem ad rem &c.intelligitur ſpe,re autem minus habet:per d.l.minus. Ideò in eo lapſus eſt Philip.Dec.(pace tanti viri dixerim) qui tenuit contrarium ſuprà nu.6. {incip.præſertim.} nec id tenent alij,quos ibi citat.

*Minoris æſtimatur actio, quàm res.*

*Actio an liberet à ſatiſdatione.*

*Fictè rem habet,qui actionem habet.*

49 ¶Sed & prætereà aliud eſt habere rem,aliud videri habere:illud enim veritatem dicit,hoc fictionem:vt latè per Bart.in l.ſi is qui pro emptore,col.v,ff.de vſucap. cum ſimilib. Et id expreſsim in hoc caſu,de quo loquimur , vt ſcilicet fictè & impropriè rem habere dicatur,qui actionem habet,voluerunt glo.Bart.& Bald.in l.nemo,ff.de in integ.reſtit.ex quibus ipſe Bar. ob id negat id procedere in ſtatutis.& gloſ.in d.l.qui actionem habet,& ibi latè Deci.ff.de regu.iur.& Bart.conſi.cxxxiij.ſtatuto ciuitatis Eugubij,circa medium.Alex.in l.Gallus,§.videndum,col.ij.verſicu.nec huic deciſioni,ff.de libe.& poſthu.vbi ex hoc dicit, id non procedere in ſtatutis.& conſi.lxxv.viſo themate & maturata dubitatione,circa medium,lib.6.vbi ex hoc quoque id negat habere locum in contractibus,in quibus etiam verba debent propriè & ſtrictè intelligi.& Socin.conſil.c.in cauſa Baptiſtæ,col.ij.verſic.ſed in caſu noſtro,lib.1.Ex quibus & illud fit,vt qui ex ſtatuto tenetur ſoluere collectam,pro re, quam habet , non tenetur pro re,ad quam habet actionem,nec pro ipſa actione.Bart.in d.l.nemo,de reſtitu.in integr.& in l. vlti.§.pen.ff.de cenſib.nec qui prohibetur vendere rem immobilem extraneo,cenſetur prohi-

*Nec procedit in cõtractibus. Nec in ſtatutis.*

bitus vendere rem,ad quam habet actionem,Bart.Ange.& alij, in d.l.Gallus,§.videndum,per illum text.ff.de liber.& poſthum.

*Iterum de j.ratione.*

50 ¶Nec conſequenter obeſt,quod in d.j.ratione dictum eſt ex Barb.quòd ſi venditor poteſt redimere,perinde eſt,ac ſi iam redemerit : quia id tantùm procedit, quantùm ad præiudicium venditoris,qui cùm poſſet redimere,non redemit:vt ipſemet Barba.declarat. & patet ex l.qui poteſt facere,ff.de reg.iur.per eum allegata,cuius hæc verba ſunt,qui poteſt facere, vt poſsit conditioni parêre,iam poſſe videtur.& ibi glo.pro concord.allegat l.Labeo ſcribit,ſi mihi bibliothecam,ff de contrahen.empt.ex qua & illud ſcribitur, conditionem pro impleta haberi, quantùm ad eum per quem ſtat, quò minùs impleatur. Cuius etiam ſententiæ multas alias concordantes leges adduximus ſuprà titu.præced.§.xv.gloſſ.ij.num.idque perpetuum. Et eò quoque pertinent alia loca à Barb.vbi ſuprà,allegata.

*De eodem.*

51 ¶Vt interim illud omittam,quod iam ſuprà diximus,multa quidẽ interuenire poſſe, ne qui ius redimendi habet ex lege reuẽditionis,redimat:verbi gratia,nummorum in id neceſſariorum penuria,quæ rerum omnium eſt frequentiſsima:aut caſus quiſpiam repentinus, qui pecunias,ſi quas venditor habeat,in alia fortè vtiliora,aut magis neceſſaria impendi ac conuertere cogat,quod & ſæpe contingit:aut mors ipſius venditoris,aut abſentia,aut aliud quippiã, quod nobis incogitantibus,imò & inuitis,& renitentibus, quotidie contingit:nec ſpectanda ſunt,vti etiam diximus,quæ euenire poſſunt,niſi ea certa ſint & infallibilia.

52 ¶Ad ſeptimum reſponderi poteſt dupliciter. Primùm, quòd non omnes negant emptorem ſub pacto reuenditionis poſſe alienare in tertium:quando multi,id eſt, maior ac potior pars noſtrorum teneat contrarium:vt etiam diximus ſuprà in d.§.j.in verbo, *ſeront preferez*, nu.12. ſunt igitur qui tenent.& hãc opi.approbat & ſequitur generalis Franciæ conſuetudo.Secundum,quòd non ſequitur,ſi quis non poſsit alienare in præiudicium alterius, eum non eſſe dominum:quicquid ibi diximus. Nam licet nudus proprietarius non poſsit alienare in præiudicium vſufructuarij,tamen is verè eſt & dicitur dominus,l.ij.ff.de cond.inſt.& in l.j.§.j. & ibi concor.in glo.ff.de S.C.Sylla.quibus locis Bal.ex hoc dicit,quòd ſi quis in libello dicat ſe dominum,& probet de nuda proprietate,tamen obtinebit. & idem quoque voluit in d.l.Iulianus,ff.de rei vendic.vbi plus dicit,hunc habere plenum dominium.Quid quod idem Bal. in l.voluntas,col.vlti.verſi.nunquid res quam,C.de fideicom.dicit,quòd res quam non poſſum alienare,dicitur tamen mea pleno iure,per l.generaliter,§.ſi pretium,ff.de fideicom.liber. Et id quidem fatetur verum eſſe Fran.Aret.in contraria parte allegatus,in d.conſi.xix.quantùm ad eſſentiam dominij,licet ſecus ſit quantùm ad vtilitatem & æſtimationem pretij.

*Dominus eſt etiam qui non poteſt alienare in præiudicium alterius. Pleno iure res mea eſt, quam etiam alienare non poſſum.*

53 ¶Ad octauum,quod eſt de l.tali,ff.de iu.dot.vbi tempus appoſitum in promiſsione dotis, nõ currit ſtatim à tempore promiſsionis,ſed nuptiarũ:facilis eſt reſponſio,quia in illo caſu promiſsio dotis non poterat habere effectum ſine matrimonio : nec enim dos ſine matrimonio conſiſtere poteſt.l.iij.ff.eo.tit.& l.vlt.C.de dona.ante nup. Ideò & promiſsio dotis habet tacitam hanc conditionem,ſi nuptiæ ſecutæ ſunt:& ita demum ex ea quis cogi poteſt : quamuis expreſſa non ſit conditio,ſi nuptiæ extiterint.l.ſtipulationem,& l.promittendo, in princ.& l. dotis promiſsio,eod.tit.de iu.dot.& l.item quia.§.j.& ibi glo.in verbo, malè petitur. & Alber. qui eam glo.dicit ſing.& Bal.in ij.no.ff.de pact.& glo.in l.ij.§.creditũ,in verbo, poſt nuptias, ff.ſi cert.pet.& Sal.in l.qui ſe debere,paulò poſt medium,ff.de condi.cau.dat.& Doct.vbique. Idque etiam ſi dos æſtimata promiſſa ſit.l.plerunque,§.ſi ante.& l.in rebus, §.j.ff.de iur.dot. Niſi ſi aliud expreſsè conuentum ſit,vt voluit gloſſ.not. in d.l.qui ſe debere. & non obſcurè Bald.limitans d.l.tali,in l.vlt.§.j.ante fi.ff.de reſcin.vend.& in rub.C.de contrah.emp.in xxiij. quæſt.& Sali.in l.ij.C.eo.tit.& clariùs Alex.conſi.lxj.viſo proceſſu.col.ij.lib.5.vbi illam glo.dicit not.& conſi.cxlv.cuius idem eſt principium.col.ij.verſi.& in indiuiduo,eod.lib.5.

*Dotis promiſsio habet tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur.*

54 ¶Et idem in legato dotis,vt in eo intelligatur eadem conditio,voluit Bart.in l.j.col.vj.verſic. item quãdo in diſpoſitione,& verſi.ſeq.& iterum in l.quibus diebus,§.Termilius,qui eſt vlti. col.ij.verſic.quid ſi per nomina.ruſumq; in l.Titio centum,§.Titio genero,col.j.& ibi quoque Bald.Paul.Caſtr.& alij,ff.de cond.& demon.& idem Bal.conſi.cc.quæritur de legatis.Bal. in l.ſi plures,col.vj.verſi.ſed hîc ſurgit quæſtio,C.de cond.inſer.& conſi.ccccl xxxvj.ſuper eo primo,lib.5.Ange.conſi.xxx.domina Franciſca.& latè conſil.cxxiiij. Solus domini Dalmatij, col.ij.& iij.Card.Flor.conſi.lj.Titius condidit,col.ij.verſic.ad ſecundum membrũ.Paul.Caſt. conſi.cccxxiij.ſuper primo,col.vlti.lib.1.Roma.conſi.cxxxiiij.pro declaratione,col.j.verſi. his attamen.Petr.Ferra.titu.forma libelli pro lega.rei ſingu.in princ.col.xvj.in paruis,verſicu.ſed quid dices.Corn.conſi.xxxij.licet ſecũdùm,col.j.lib.4.& conſi.ccxxix.licet claram,col.ij.verſi. tamen Bart.eod.lib.4.Socin.qui alios allegat,conſi.cclxxxviij.circa primam quæſtionem, col. xiij.verſic.poſtremò tollitur,lib.2.

*Similiter legatum dotis.*

55 ¶Idque etiam procedit,ſi promiſſa ſit dos ad omnem volũtatem & petitionem ſponſi. Nam ſemper intelligitur ſecutis primùm nuptiis:vt pulchrè & not.tradit Bald.in d.l.qui ſe debere, ff.de condi.ob cau.in lectu.Flor.quem ſequitur Alex.qui id dicit ſingu.conſi.cxlv. viſo proceſſu cauſæ principalis,col.ij.verſi.& in indiuiduo,lib.3.vbi etiam dicit, ſe neminem huic dicto contradicentem reperiſſe. Sed & procedit,etiam ſi promiſsio ita facta fuerit, ſi matrimonium

*De eadem re.*



nium mecum contraxeris,ex nunc volo eſſe obligatus ad decem nomine dotis : quia adhuc intelligitur ſecutis nuptiis.idem Bald.in l.præpoſteri,C.de teſta.quia vt dicit, impoſsibile eſt, vt obligatio dotis ſit prius quàm matrimoniũ,per d.l.tali. Denique & illud procedit,etiamſi iuramentum interuenerit.Bal.in l.indubitati.col.j.verſi.quintò ineſt, C. de non num.pecun. Nam & vt probat tex.ibi,iuramentum recipit eaſdem limitationes,quas & actus, ſuper quo interponitur. De quo ſatis diximus in repet.l.ſi vnquam, in præfat.num.160. omnes autem. Et hæc omnia ita procedunt,vt ſi is,qui dotem promiſit, eandem quoque tradiderit, ſi non fuerint ſecutæ nuptiæ,poſsit eam condicere,l.ſi extraneus,& d.l.qui ſe debere,in princ.& iterum §.j.& l.ſi donaturus,ff.de condi.cau.dat.

56 ¶Ideoq; (vt reuertamur)paſsim & vbique Doct.noſtri allegant d.l.tali,ad id quòd in actibus conditionalibus tempus non currit,niſi impleta conditione.id quod inter cæteros facit Bart. qui dicit multùm not.in l.ſi cui legetur,in fi.prin.& ibi poſt eum Bal.Ang.Raph.Flor. Alex. Fran.Are.& Iaſ.ff.de leg.j.& Bal.in l.id quod pauperibus,col.iij.verſic.ſecundo quæro an iſte annus,C.de Epiſ.& cle.in l.j.in xij.q.C.de his quæ pœnæ nomi.& in rub.C.de contrah.emp. in xxiij.q.Albe.in j.parte ſtatutorum,q.xcvij.ſed nunquid proximior, in fin. { Aegid.in caſu retractus loquens,in cap.conſtitutus,col.xij.verſi.quarta pars,de reſti.in integ.licet paulò autè aliud dixiſſet in venditione facta cum pacto retrouendendi,vt ſuprà diximus,& alij,quos notauimus ſuprà in tit.præced.§.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.47.verùm Guli.Cu. & multis ſeq.} Pet.Ferra.tit.forma libel.quo agi.ad red.rati.tut.in verbo,ac executores,col.iiij.verſic. vlterius. Hîc autem nihil tale eſt:quia dominium non pendet ex futuro, vt dos ex matrimonio,ſed ſtatim tranſlatum eſt,nulla expectata conditione,vt diximus, & dicemus latius infrà in reſponſione xvij.argumenti,vbi ampliſsimè loquemur de actibus conditionalibus.

*De eadem re.*

57 ¶Ad nonum,quod dictum eſt ex d.l.tali,tempus ſolutionis pretij non currere,niſi à tempore traditionis. Quid huc pertinet?quando venditio non cenſeatur eſſe perfecta,neque tranſlatum ſit dominium,niſi traditione facta,l.traditionibus,C.de pact.& l.ſi ager,ff.de rei vend. cum ſi. Ideoq; etiam ſine præfinitione temporis ad ſoluendum, non tenetur emptor ſoluere ante traditionem rei,l.qui pendentem,& ibi glo.ff.de act.emp.& gloſ.in l.Iulianus,§. offerri,eo.tit.cum ſi. Et cùm aliàs apponitur tempus certum ad aliquid faciendum reſpectu certæ cauſæ,tunc nõ incipit tempus currere,niſi ea cauſa prius exiſtat· vt dicunt Bal.Flor.& Iaſ.in d.l.ſi cui legetur,in qua illos citauimus,in d.ratione diuerſæ partis. & Imol.in ea.l.§.l. per d.l. tali,tanquã ſcilicet,vt in ea l.promiſsio dotis fit reſpectu & cõtemplatione nuptiarũ, ita & in hoc caſu ſolutio pretij,reſpectu traditionis rei.Itaq; neutrobi currit tẽpus,niſi cauſa impleta.

*Tempus appoſitum reſpectu certæ cauſæ non currit,niſi ea cauſa exiſtat.*

58 ¶Præterea ſi hæc nona ratio aliquid haberet momenti, & ponderis ad hunc noſtrum caſum,de quo ſpecialiter tractamus,ea tantùm concluderet, tempus conſanguineis præſtitutũ ad retrahendum,nõ currere ſtatim à tempore venditionis,ſed tantùm traditionis rei:de quo nos latiſsimè diſſeruimus ſuprà tit.præced.§.j.in glo.ij.in verbo, *a vendu*,num.43.quid autem ſi quis vendidit ſimpliciter.& iterum in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,in xx.q.vbi citauimus Bar. & alios in d.l.ſi cui legetur. Sed hæc res (quod iam diximus)nihil huc pertinet,vbi nõ quærimus de tempore traditionis,ſed reuenditionis,quod longè eſt diuerſum.

59 ¶Ad decimum,quod eſt de l.ſtatuliber,ff.ad legem falci. nihil quoque huc ſpectat, quando ea.l.loquitur de re vendita cum pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, quæ quidem pacta multùm differunt à pacto reuendendi. Nam ex illis contractus ipſo iure reſoluitur,& ſine alia traditione,adueniente tantùm conditione.l.ſi quis hac,ff.de rei vendi.& l.vlti. ff.de leg.commiſ.glo.& Doc.in d.l.traditionibus,C.de pact.& affatim diximus ſuprà eod.tit. §.j.in verbo, *ſeront preferez*,num.3.aduerte Lector. & ſeq. ideoq; emptor in illis pactis interim non facit fructus ſuos.l.item quod dictum eſt,& l.Imperator,ff.de in diem addict. & latè diximus in repet.l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur,nu.278. poſtremò quia cùm titulus. Aliud autem eſt in hoc pacto reuendendi, quia ex eo nec contractus ipſo iure reſoluitur, etiam ſi fiat verbis directis,ex crebriori noſtrorum ſententia:vt planè conſtat ex iis, quæ diximus in d.glo. *ſeront preferez*,num.12.ſunt igitur qui tenent,& iterum num.16.licet pleriſque videatur. Sed & in hoc pacto,contrà quàm in illis aliis,emptor facit fructus ſuos:vt ſuprà diximus,in principio huius partis,& dicemus pleniùs infrà,eod.tit.§.v.in glo.j. Igitur nihil eſt, quod ab illis pactis ad hoc noſtrum ſit argumentandum.

*Id pactum longè differt à pacto legis communis & addictionis in diẽ.*

60 ¶Sed & illud quoq; hîc dici poteſt,id quod ſcribitur in d.l.ſtatuliber, procedere tum demũ, cùm huiuſmodi pacta legis commiſſoriæ & addictionis in diem,facta ſunt ſub cõditione, vt fieri aſſolet. Secus ſi purè facta fuerint,ſed ita tantùm vt ſub conditione reſoluantur, ſecundùm diſtinctionem,quæ traditur in l.ij.ff.de in diem addic.& in l.ij.ff.de lege commiſ.& in l. ij.§.Sabinus,ff.pro empt.nam tunc non procedit d.l.ſtaliber,quin res ita vendita connumeretur in patrimonio emptoris,non venditoris,vt voluit glo.in d.l.ſtatuliber,in verbo,venditoris,& ibi quoque Alex.per iura ibi allegata. Quæ res hanc noſtram ſententiam confirmat, quoniam venditio facta cum pacto reuendendi,pura eſt,non conditionalis, vt poſteà latius dicemus in reſponſione xvij.argu. Et hîc admodum falluntur Boër.Igne.& Sainxon,qui in locis ſuprà in fi.prioris partis allegatis,tria hæc pacta ſimul miſcent & confundunt,tanquam

*Iterum de illis pactis.*

eandem vim & naturam habeant,idemq; ius in omnibus ſit ſtatuẽdum. Et tamen ipſe Sainxon dicit,vidiſſe ſe hanc noſtram ſententiam in practica hactenus obſeruari.

61 ¶Ad vndecimum,quod eſt de ſententia Bald.in l.vlti.ad fin.C. de execu. rei iudic. quòd vbi duæ dilationes non procedunt ex eodem fonte,nunquàm vna in altera confunditur:reſponſio clara eſt,quòd is loquitur in duabus dilationibus vni conceſsis, vt patet ex ſuo ipſius dicto,& exemplis illic propoſitis:ita vt ſi ambæ ſimul currerent,vna,id eſt,breuior eſſet inutilis & ſuperuacanea,vt quæ omnino confunderetur abſorberetur q; in longiori. Hîc autem vnicum eſt tempus conceſſum conſanguineis:ſcilicet anni & diei:alterum autem ei non eſt conceſſum,ſed venditori:& licet ſimul currant, tamen habent vtrunque ſuum effectum. Igitur ſumus omnino extra caſum Bal. nam & aliàs cùm diuerſis data ſunt tempora ad vnum aliquid gerendum, vtriſque ſimul negligentibus currunt: vt latè dicemus infrà in reſponſione xiiij.argu.& iterum xxj.& xxij.

62 ¶Nec tamen omnino accedimus illi ſententiæ Bal.quãdo Pet.Anch.conſil.cccxcv.ore tenus, reſponderit,quòd ſi executori in teſtamento præſtitutus ſit annus ad exequendum teſtamentum,& ex conſtitutione ſynodali in id ſtatuti ſint ſex menſes:vnum tempus in alio confunditur,nec habet executor plus quàm annum. Nam & de iſto concurſu temporum ſunt multa ſimilia in iure:verbi gratia,ſeruitutes concurrunt re & tempore:remanetq; vna, alia remiſſa.l.ſi domus,ff.de ſerui.vrb.præd.& l.ſi communi,ff.de ſerui.ruſti.prædi. Item quinquaginta dies,qui dantur tutori ad ſe excuſandum,concurrũt circa diuerſas tutelas,l.ſcire,§. quinquaginta,ff.de excuſ.tut. Prætereà decem dies ad appellandum circa diuerſas ſententias, currunt ſimul eidem,§.j.in auth.de appel.& intra quæ tempo. Et facit l. ita vulneratus,ff.ad legem Aquil.& quod ſcribit Io.And.in c.cùm in cunctis,col.iiij.in verbo,triennio,extrà de elect.dum tractat huiuſmodi ſpeciem:Statutum priuat quinquennio hoſpitia viciniæ,in qua fuit ſcholaſticus offenſus,niſi captus fuerit offenſor : pendente eo tempore quinquennij ob primam offenſam,fit ſecunda in eadem vicinia,nec capitur delinquens: vtrùm ſecundum quinquennium incipiat ſtatim poſt ſecundam offenſam,non expectato tempore prioris , an verò non niſi finito primo illo quinquennio. Et quod etiam ſcribit Bart.qui ſimilem quæſtionem diſputat in l.in ſenatuſconſultum,§.vlti.ff.ad S.C.Turpil.& Alber.in l.vlt.col.ij.verſi.alia quæſtio,C.de repud.hær.& in l.ſi maritus.ff.de adul.& in ij.parte ſtatutorum,q.clxv.Thomas.

*De concurſu temporũ multa.*

63 ¶Ad duodecimum,& decimumtertium,quibus dictum eſt, quòd ſi ex duplici capite ſiue iure poteſt aliquis ſuccedere,tunc finito tempore pro vno, poterit & alterum intra ſuum tempus agnoſcere,nec currit tempus ſecundi,niſi primo finito:potes reſpondere,vt in præcedenti,ſcilicet hîc non niſi vnum tempus competere conſanguineo : nec enim ex duplici capite poteſt retrahere,ſed ex vno tantùm,illi à conſuetudine conceſſo. Igitur malè infertur ex illa ratione,in qua duo iura vni competunt,ad noſtrum caſum ſeparatum.l.vlti.in fin.& ibi Bar. ff.de calum.& l.ſi maritus quondam,in fi.& ibi Bald.C.de donat. inter vir.& vxor. & l.Papinianus,in princi.& ibi quoque Barto.ff.de minor.& l.inter ſtipulantem,§.ſacram, ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt,ff.de verbor.obligat. Ex quibus illud axioma depromitur,Separatorum ſeparatam eſſe rationem.

*Ex ſeparatis malè ſumitur argu.*

64 ¶Quanquàm prætereà & illud dici poteſt,illud procedere,quando ille qui poterat ſuccedere ex duplici capite,ſolus eſſet in primo gradu,vel quia alij non extarent , vel quia eſſent mortui,vel aliter eſſent excluſi:aliàs ſecus,vt etiam intelligit gloſ.ordinaria in l.j.§. ſed videndum eſt,ff.de ſucceſſor.edic.in d.ratione xij.allegata,per textum in §.admonendi,Inſtitu.de hæred. quæ ab inteſt.defer.& Ange.conſi.ccxlj.dominus Bernardinus,col.j.verſic. nec obſtat ſi dicatùr.& Sal.in l.ſi emancipata,C.de iur.& fact.ignor.per l.j.C.quan.non peten.part.& Franciſc. Aretin.in l.iij.col.vlti.ff.de acquirend.hæredit. Ex quo potes intelligere, illud non procedere in præiudicium alterius. Nec tamen (vt id non omittam) omnes conſentiunt Bart.& ſequacibus,in eo quod ex illis diximus in d.xiij.ratione : quin contrarium conſuluit Franc.Tigurinus,vt retulit Franc.Aretin.vbi ſuprà,qui aliter in conſil. non deſignat, ſed eſt inter conſi. Bartol.conſi.clviij.prædictæ rationes. & ei quoque refragantur Salic.& Rapha. in l.licet,C.de iure deliber.vt etiam diximus in d.xiij.ratione. De quo & tu vide Alciatum Paradoxorum lib.4.cap.item 4.

65 ¶Ad decimumquartum,quo dictum eſt,aliud eſſe tempus,quod competit conſanguineo , aliud quod venditori:diuerſumq; eſſe vtriuſque effectum,nec ideò vnum pendente alio currere poſſe: tanquã vnum tempus non poſsit operari diuerſas præſcriptiones ſiue dilationes, ſed ad eas opus ſit diuerſis temporibus,ſicuti ad diuerſa noua opera, diuerſis nũtiationibus. Id certè omnino falſum eſt. Quid enim,ſi quis emit bona fide fundum alienum alteri fundo vicino ſeruientem,nunquid ad præſcriptionem illius fundi ad Titium pertinentis,& ſeruitutis ad Mæuium dominum illius fundi vicini,cui debetur ſeruitus,etiam pertinentis , requiruntur diuerſa tempora,vnum ſcilicet poſt aliud,ita quidem vt primùm fundus præſcribatur,& poſteà ſeruitus aut hypotheca:an verò ſimul eodem tempore curret præſcriptio aduerſus dominiũ,& ſeruitutem aut hypothecam?Et hoc certè verius eſt, vt voluit expreſsim Sal.in l.vſucapio,col.ij.verſi.ſed iuxta hoc quæro,C.de pign. & ibi quoq; ſubobſcurè voluit glo.mag

*Idem tempus ſufficit ad vſucapiendũ fundum & ſeruitutem, quæ ab eo debetur.*

*Idem tempus ſufficit ad præſcribẽdas duas ſeruitutes.*



glo.magna in verſi.item quid ſi rem,& poſt eam Bart.Bal.& alij.Sicut & ſi ædes meæ ſeruiãt ædibus Titij,& ædibus Mæuij,ne ſcilicet altius mihi ædificare liceat:ſi altius ædes meas tollam,atque ita per tempus conſtitutum præſcriptioni huiuſmodi ſeruitutum ædificatũ habeam,ſimul præſcribo aduerſus vtrunque : vt ſatis colligi poteſt ex l.ſi ædes meæ ſeruiant, ff.de ſerui.vrba.prædior.

66 ¶Et ſi hanc rationem admitteremus,vide quid hîc abſurdi ſequeretur : id ſcilicet, quòd tot anni requirerentur ad excluſionem conſanguineorum,quot eſſent cõſanguinei:nempe quia non niſi vnus curreret vni conſanguineo:quòd omnino ridiculum eſt. {& minimè verum, vt expreſſe tradit Aegid.Bellemera in c.cõſtitutus,col.xiij.verſi.quinta pars,de reſt.in integ.} Nam & aliâs quoque cùm pluribus datur dilatio certorum dierum ad aliquid faciendum, idq; etiam gradatim,ita ſcilicet vt antiquiores præferantur iunioribus:illa dilatio non intelligitur diſtributiuè data,vt ſcilicet quilibet habeat eum numerum dierum:ſed collectiuè,vt ſcilicet omnibus ſit data, eoque numero omnes ſimul excludantur. Hanc enim doctrinam colligere poſſumus ex gloſ.not.in c.cùm in tua,quod eſt vlt.in verbo , duntaxat , in priori ſolu.de conſuet.libr.6.& eam ipſam colligit Domi.ibi,in verſiculo , ne autem.Ea enim gloſ. voluit , quòd tempus viginti dierum in eo text.ſtatutorum ad optandum,currit omnibus ſimul canonicis optare volentibus:tametſi antiquiores gradatim cæteris in optando præferantur.& eam gl.ſequuntur doct.ibi.Et Oldr.conſi.cxxxvij.plures ſunt,col.j.verſic.tertiò videtur,& Io.And.in addi.Spec.in rubr.de conceſ.præben.col.j.verſi.ſecundò videtur,& Albe. in l.vlt.col.ij.verſi faciunt etiam,C.de repud.hære.& in l.ſi maritus,ff.de adul.dum vtrobiq; eam ſimpliciter allegat,& Card.Flor.in cle.j.§.ſecus,in vj.q.de conceſ.præb.Et illam doctrinam optimè probat text.in l.ij.§.vlt.iuncta l.ſeq.& iterum l.iiij.in princ.ff.de adulter.vt clarè deducemus infrà in reſpon.xxj.& xxij.arg.Et facit quod à Bart.ſcriptum eſt in l.ij.ad fi.ff.de re iudi.quòd quando duo actus ſunt compatibiles, poteſt & debet aſsignari vnus idemque terminus vtrique : per tex.in l.generaliter,verſi.nullo tamen,C.de iureiur.& ſequitur Fran. Aret.in l.ſi duo rei,ff.de duobus reis.

*Dilatio pluribus gradatim data, non diſtributiuè, ſed collectiuè data cenſetur.*

*Tempus optãdi præbendas currit omnibus ſimul.*

67 ¶Quod autem hîc adducitur de vna nuntiatione pro diuerſis operibus,& aliis quibuſdam ſimilibus,non de grege iſto eſt,vt vel lippientibus clariſsimè apparet:vt interim prætermittam,non id perpetuum eſſe,quando & aliàs ſæpe contrarium reperiatur:vt videre licet ex l. Titia,§.vlt.ff.de verb.oblig.vbi vna ſtipulatio ſufficit pluribus pactis.Et l.vlt.§.j.ff.de nouat. vbi vna ſtipulatione plures nouari obligationes certum eſt.Et l.numerationibus,ff.de ſolu. & l.item illa , §.vlt.ff.de conſtitu.pecu.vbi vna numeratione ſiue ſolutione tolluntur plures obligationes vno momento. Et l.pluribus, ff.de acceptilat.vbi pluribus ſtipulationibus tollendis ſufficit vna acceptilatio.Et l.hæredes,§.de pluribus,ff.famil.erciſcũd.cuius hæc verba ſunt:De pluribus hæreditatibus,quæ inter eoſdem ex diuerſis cauſis cõmunes ſunt, vnum familiæ exciſcund.iudiciũ ſumi poteſt.Et l.ſi fratres,§.ſi plures.ff.pro ſocio.vbi ita ſcribitur: Si plures ſint inter eoſdẽ ſocietates coitæ,ad omnes ſocietates ſufficere hoc vnũ iudiciũ conſtat,& ibi concord.in glo.Et pluribus libellis ſufficit vna cõteſtatio,vnica oratione expreſſa. Ang.Imo.& Franc.Are.in l.duo rei,per illum text.ff.de duob.reis. Et pluribus citationibus, vnica pro omnibus comparitio,vt illi ipſi dicunt,& declarat idem Aret.quomodo id intelligatur,& Bar.in l.finita,§.Iulianus,col.ij.verſi.ſed quid ſi quis,& ibi Alex.col.ix.verſic.item inquantum,ff.de dam.infect.& idem Bar.in l.accipientis,ff.de auto.tuto. Et vna quoq; comparitio pluribus contumaciis purgandis.Ange.in d.l.duo,ff.de duob.reis. Et vnus idemque contractus veſtit duo pacta ſequentia:vt per Guli.Cu.in l.iuriſgentiũ,§.quinimo,ff.de pact. & Bal.in l.lecta,per illum text.ff.ſi cert.peta.& Ange.Areti.in §.præterea debitor.col.ij.verſic. quæro procedit,Inſtitu.de excepti.Et pluribus cauſis ſuccedendi vna aditio l.ſi tu ex parte, ff.de acquir.hæred.Et pluribus actoribus,atque etiam pluribus reis vnus libellus ſatis eſt.l.ſi quis,§.vnius,& ibi Bal.ff.de procura.glo.quę concord.affert,in c.querelam, in verbo,petens, extrà de elect.De quo latè per Bar.in l.iij.§.vlt.ff.de duob.reis.& Alberi.in l.ad officium, C. com.diuid.Sal.in l.eò quod à multis,C.ſi cer.pet.& Roma.conſi.ccxl.viſo themate:& latiſſimè Maria.in c.j.col.xlij.verſicu.circa quartum principale,extra de libel.obla.Nam & quod plus eſt, pluribus & diuerſis cauſis & actionibus ſufficit vnus libellus,c.cùm Ioannes, & ibi Panor.in j.notab.de fide inſtru.& c.dilectus,extrà de capel.mona.& ibi concord.Nam & his vnus quoque proceſſus ſufficit,l.ſi idem cum eodem, ff.de iuriſd.omn.iudi.& l.vltim.C.de ann.except.& not.Dyn.in c.nullus,de reg.iur.lib.6.& Bar.quæſt.ſiue vt alij vocant,diſpu.ix. iudex per imperitiam,col.ij.verſi.ſecundum probatur ſic,quando ſunt plures.Super quibus tamen vide Bald.in c.vlt.col.ij.verſicu.nunquid plures,extrà de reſcri.Ang.conſi.ccxxix. ex themate in princ.Vnum inſtrumentũ multis obligationibus ſatis eſt.d.l.eò quod à multis,& ibi Doct.C.ſi cert.peta.& Bal.in d.§.vnius.Ang.in l.qui plures,ff.de euict.Barba.conſi.xxxvj. ſapienter,col.vij.num.17.lib.2.Et multis quoque contractibus Albe.in l.prætor,§.ſi mihi, ff. de iniur.per quædã iura,quæ id tamen probare non videntur.Et pluribus bãnis vna abolitio:quidquid dictũ ſit in xiiij.ratione.Nam id voluit Sal.aduerſus Cyn.& Iac.Are.in d.l.vlt. C.de nupt.vbi reſpõdet aliorũ rationibus.Et vnica abſolutio pluribus excõmunicationibus

*Vna ſtipulatio pluribus pactis ſufficit.*
*Et pluribus nouationibus.*
*Vna ſolutio pluribus obligationibus.*
*Vna accep.pluribus ſtipula.*
*Vnum famil. erci. iudicium pluri.hæred.*
*Vnum ſociet. iudiciũ pluri. ſocietatibus.*
*Vna conteſta. plurib. libel.*
*Vna comparitio plurib.citat.*

ex eodem facto deſcendentibus vt voluit Sali.in eadẽ d.l.vlt.per illum text.in fi.Hic autẽ ex eodem contractu deſcendunt retractus conuentionalis,& municipalis:ergo & vtrique ſatis eſt vnũ tempus.Nam & aliàs ſatis eſt vnũ tempus duabus pœnis:vt videre licet ex gloſ.in c. prouida,ad fi.in verbo,annũ continuũ,de elect.lib.6.quã ad hoc citat Oldra.aut quiſquis is eſt,inter conſi.illius,conſi.50.gratia,& Albe.in l.vlt.col.ij.verſi.faciunt etiã,C.de repud.hære. & in l.ſi maritus,ff.de adul.Et eam,& alia quædã ſimilia,trahũt ipſi Oldr.& Alb.in illis locis ad huiuſmodi quæſtionẽ.Conceſſa eſt Epiſcopo gratia,vt vſque ad quinquenniũ conferat beneficia in ſua diœceſi vacãtia,& elapſo huius quinquennij biẽnio,ſimilis ei gratia conceditur,ſine mẽtione prioris:dicit huiuſmodi ſecundũ gratã ſtatim currere nõ expectato priore quinquẽnio.Poſſuntq; plures vno actu baptizari,gl.in c.propriè,in verbo , trium miliũ, de cõſe.diſt.iiij.cum cõcord.à me adductis ſuprà tit.præced.§.j.gl.xxj.in verbo , *en telle quantité*, nu.18.facit itẽ.Et ex vno actu plures inſurgũt excõmunicationes,c.mulieres,extrà de ſentẽt. excom.Lapus,qui in id alia citat,alleg.viij.præſentatus,ante mediũ.Et ex vna iniuria plures pluribus actiones oriũtur,l.j.§.vlt.& l.item,§.item vlt.ff.de iniur. Et vnum beneficiũ poteſt cum pluribus permutari,c.cùm venerabilis,de except.Et vnius appellatio prodeſt pluribus, l.j.& ij.C.ſi vnus ex pluri.& c.quoniam,ij.q.vj. Vna inſinuatio ſatis eſt multis rebus donatis, vt tradit Io.And.in c.pluralis locutio,de reg.iur.in Mercu. Denique notũ eſt illud prouerbium ad hunc quoque locum pertinens:Vna fidelia duos parietes dealbare. Cuius meminit Marcus Curius ad Ciceronem lib.Epiſt.familiarium ipſius Ciceronis ſeptimo.

*Vnum tempus duabus pœnis.*

*Vna iniuria pluribus actionibus.*

*Vna inſinuatio multis rebus donatis.*

68 ¶Nam & illud de vna nuntiatione noui operis,vt non ſufficiat pro diuerſis operibus , fit propter ſpecialem quandã rationem,quæ eſt in d.l.de pupillo,§.ſi in pluribus,ff.de no.oper. nunti,de quo nos diximus in d.gloſſ. *en telle quantité,* nu.24.illud autem,& iterũ in §. xxxvj. gloſ.iij.quæ eſt in verbo, *de la iuriſdiction,* &c.numero.10.hanc ſententiam , vbi etiã diximus in cæteris caſibus ſufficere vnam denuntiationem pro pluribus rebus. Et quod dictum eſt in ea xiiij.ratione prioris partis de bannito non ſemel ob diuerſas ſummas,intelligitur cùm huiuſmodi ſummæ proceſſerunt ex diuerſis delictis,aut factis.Secus ſi pro vno,vt reſpõdit Cæpo.conſilio cauſarum crimi.xiiij.pro declaratione,col.vj.verſi.non obſtãt rationes. Eius autem,quod dictũ eſt,poſſe appellari à ſententia continente diuerſas ſummas,quæ vniuerſim excedunt ſummam,infra quam non licet appellare,cùm ſingulæ non excedunt,contrarium reſpondit Raph.Fulg.conſi.cx.quoniam ſuperius:de quo & tu vide Pau. Caſt. conſil. clxiiij.in caſu præmiſſo,lib.1.Et ſæpe aliàs videmus fieri plurium ſummarũ cumulationem ſiue coaceruationem:vt in l.ſi plures,§.vlt.ff.de pact.& in l.ſi qui ſeparatim,§.j.ff.de app.& in cap.Apoſtolicæ,in verbo,ſemel aut ſucceſsiuè,& ibi Pet.Anch.& Imo.extrà de do.Quando autem id fiat , aut contrà, intelliges ex not.à Docto.in d.l.ſi idem cum eodem, ff.dè iuriſd. om.iudi.& Cano.in c.ij.extrà de dona.Sed & quod dictum eſt de vna citatione , aut alia iuriſdictionis perpetuatione,non indiſtinctè verum eſt.Sæpe enim vna ſufficit pluribus cauſis & articulis,etiam aduerſus diuerſas perſonas:præſertim cùm plures illæ cauſæ cohærent,aut ex eadem origine oriuntur:de quo tu vide gloſ.Archi.Io,And.Pet.Ancha.& Do. in cap.ne aliqui,de hæret.libr.6.Inn.&.Colle.in c.paſtoralis,de reſcript.eundem Inno.Hoſt.Io.Andr. Collect.& Pan.in c.licet,de offi.deleg.Specu.& Io.And.in addi.ipſius titu.de iudi.delegat.§. reſtat videre,verſi.quid ſi ſuper duobus.Barth.Brixi.quæſt.domi.lx.quidam impetrauit.Iac. Aret.& Aberi.in l.quod dicitur:ff.de verb.oblig.Vti etiam vna citatione fieri poſſunt plures citationes,glo.in c.ij.in verbo,& ſi nec,per eum text.extrà de teſtib.cogen.quam dicit ſingu. Bald.in ſua Marg.in verbo,citatio,col.j.

*De una nũtiatione pro pluribus operibus.*

*De una abolitione plurium bannorum.*

*De ſententia cõtinente plures ſummas.*

*Plurium ſummarum cumulatio.*

*Vna citatio pro pluribus cauſis.*

69 ¶Ad decimumquintum de cruce ſignatis,quibus datum eſt priuilegium , ne ſoluant debîta ante triennium,ſi cui ex pacto data ſit dilatio quinquennij,illud triennium non currit, niſi finito illo quinquennio conuentionali:vt demus illud eſſe verum,quod tamẽ quidam non admittunt,vt per Ioan.Fab.loquentem in eo qui cùm haberet dilationem ſoluendi à creditore;vel aliàs, aliam impetrauit à Principe.& Pau.Caſtren.& Corne.loquentes nuncupatim in illa ipſa ſpecie cruce ſignatorum,in d.l.vlt.C.de repu.hære.Et per Io.Andr.in addit.Spec. in rubr.de cleri.non reſid.col.j.verſi.item quæro de ſecundo,loquentẽ de eo , qui cùm impetraſſet gratiam percipiendi fructus præbendæ per quinquennium in abſentia, impetrauit & aliud quinquennium antę primũ finitum.Et eundem in c.cùm in cunctis,§.vlt.in verbo, triennio,extrà de elect.dum loquitur de eo qui triennio eſt ſuſpenſus,& eo etiamnum durante,aliud quicquam facit, ex quo etiam triennio eſt ſuſpenſus : vbi hoc copioſiſsimè diſputat. Tamen ſi aliam ſententiam ſequamur,facilis eſt reſponſio.Nam ibi dantur vni duæ diuerſę dilationes,vna ex priuilegio generali ordinis,altera ex pacto & priuilegio particularis perſonæ.Ideò vna aliam non confundit:alioquin altera ſcilicet breuior nihil operaretur, vt etiam in ſimili diximus in reſponſione xj.argumen. Hîc autem vna eſt tantùm facultas conceſſa conſanguineo,altera autem venditori:& vtraque poteſt operari,modò aduigilent, nec ſinant tempus otioſè labi.& vide quæ dicam in reſponſione xvj.arg.

70 ¶Nec hîc tamen omiſerim,quod ab Albe.tractatum eſt in l.in toto,ff.de reg.iur.& iterum in ſecunda parte ſtatutorum,quæſt.clxxxj.per dominum fratrem,quòd ſi Epiſcopus cuipiam

fecerit



fecerit ius intrandi ſemel monaſterium monialum.Deinde idem Epiſcopus generaliter conceſſerit omnibus , vt poſsint idem monaſterium ingredi certo die,illeque cui,vt dictum eſt, ſpecialiter fuerat antè conceſſum vt ſemel ingrederetur, eo die omnibus conceſſo ingreſſus fuerit,non poterit amplius ingredi vi ſpecialis ſuæ permiſsionis:tanquam vtranque vno ingreſſu conſumpſerit,impleueritque ſi eadem vtriuſque ingreſſus cauſa fuerit:atque etiam ſi diuerſa,dummodo vtraque eodem tempore expediri potuit:per multa quæ illic allegat , & ſequitur Alex.dum illum in ſecũdo loco ſimpliciter citat,conſ.xvj.breuiter, poſt prin.lib.4. & Fel.in c.j.in vltimis verbis , extrà de reſcript.& Catel.Cot.memor.incip.reſcriptũ.& idem ante eos,licet non meminerint,voluit Ioan.Andr.in c.generi,de regu.iur.libr.6.quem etiam ſequitur,dum ſimpliciter citat,Ioan.Faber in d.l.vltim.C.de repud.hæred.Hîc autem in caſu noſtro,nihil impedit conſanguineum,quin poſsit vti ſuo retractu pendente facultate conceſſa venditori : ergo vtrique idem tempus currit. Et eadem quoque ratione magis accedo ſententiæ Ioan.Fabr.Pau.& Corn.in illo caſu de cruce ſignatis.

*Vno ingreſſu monaſterij monialiũ conſumitur permiſsio & generalis & particularis.*

71 ¶Ad decimumſextum,qui eſt de circuitu vitando,id certè nimium generale eſt , nec ſemper procedit,vt not.per Bartol.in d.l.dominus,ff.de condit.indebi.& brobatur ex eo quòd actio non tranſit ipſo iure ab vnà perſona ad aliam ſine ceſsione,l.poſſeſsio,§.& ſi poſſeſsio,ff.de acquir.poſſeſ.& l.iij.ff.pro ſocio.& l.Iulianus , §.pen.ff.de act.empt.& l.cùm in plures §.meſſem.ff.loc.Imò verò non niſi in certis caſibus id procedit:regulariter autem contrà, vt colligitur ex not.ab eo.Bart.& aliis in eodem loco : & nuncupatim voluit Philip.Dec.in l.cùm fundus,§.ſeruum tuum imprudens,col.j.in fi.j.not.ff.ſi cert.pet.Sed & locum tantùm habet, cùm circuitus eſt omnino inutilis : ſecus ſi in eo vertatur aliqua vtilitas:vt not.Cardi.Flor. in cle.auditor,in xiiij.quæſt.de reſcript.per text.in c.tuam,extrà de ordi.cogni.& c.lator, qui filij ſint legiti.Et idem voluit imo.in ea ipſa cle.col.pen.verſi.gloſ.circuitus.& ante hos Petr. Bart.Imo.& propè omnes,dum tractant de differentia libertatis directè legatæ,& fideicõmiſſariæ,in l.j.ff.de lega.j.vbi id expreſsius omnibus an notat Franc.Ripa,col.vij.nu.25. & idem quoque Bar.in l.j.in iij.oppo.iterumq; in l.ij.in vlt.oppo.C.com.de lega.& Petr.Matthe.inter conſi.Petr.Anch.conſi.ccclxviij.dubium,in fi.& ipſe Pet.conſi.ccclxxxvj.in lite,col.j.in fin, Hîc autem non inutile eſt conſanguineo , redimere ab emptore durante tempore reuenditionis : quia,vt ſæpe diximus,incertum eſt an venditor ipſe retrahet:& ſi id faciat,tamen interim conſanguineus ipſe lucrabitur fructus. Et facit quod ſcribit Sal.in l.vſucapio , col.ij. verſi.ſed ſuppoſito,C.de pignor.

*An & quãdò circuitus eſt uitandus aut minimè.*

72 ¶Ad decimumſeptimum, quo dictum eſt in actibus conditionalibus tempora non currere, niſi impleta conditione:vt illud concedamus, quanquàm non id ſemper procedit, vt videri poteſt ex l.j.§.biduum,ff.quan.appel.ſit,vbi tẽpus appellandi à ſententia conditionali currit ſtatim à lata ſententia,non expectata cõditione.Cuius arg.Guid.Pap.deci. Delphi.cclvij. cauetur de conſuetudine,col.j.verſi.ſed iuxta præmiſſa tradit,& in noſtro caſu retractus tempus anni conceſſum conſanguineo ad retrahendum,currere ſtatim à contractu etiam conditionali,vel ante conditionem impletam.Sed nos huius contrarium tenuimus, ſuprà titul. præced.§.j.in verbo, *dedans l'an,* quæ eſt glo.x.in viij.quæſt.vbi reſpondimus ad d.§.biduum, Igitur illud dicendum eſt,illa quæ dicuntur de actibus conditionalibus,nihil huc pertinere, quando contractus venditionis ſub hoc pacto reuenditionis ſit purus , non conditionalis: niſi alia conditio appoſita fuerit.Quod videre licet primùm ex eo, quòd venditio cõditionalis non perficitur,niſi impleta conditione,l.hæc venditio,ff.de contrah.empt. Ideoq; non niſi exiſtente conditione dominium ex ea transferri poteſt.l.ei qui hæreditatem,ff.de condi. inſti.& l.qui abſenti,§.j.& ibi Bar.& alij ff.de de acq.poſſeſ.& c.ſuper eo,extrà de cond.appo. & ibi concord.in gloſſ.& diximus plenius ſuprà tit.præced.§.j.in gloſſ.ij. in verbo , *a vendu,* nu.22.ſed & illud in dubium,& multis ſeq.

*An in actibus cõditionalibus currat tẽpus, ante cõditionẽ impletam. Venditio facta ſub hoc pacto,an ſit conditionalis.*

73 ¶Atque etiam ex eo,quòd emptor ex venditione cõditionali non facit fructus ſuos, quin ſi eos perceperit,reſtituere tenetur,l.neceſſariò,§.ꝙ ſi pẽdente, ff.de peri.& commo.rei vẽditæ. & l.ij.ff.de in diem ad.& l.omnia,§.j.ff.de legatis primo.& voluit Roma.ſing.cccccxl.fructus percepti.& Soci.conſi.clxx.in præſenti conſultatione,col.v.verſi.ad tertium,lib.2.Hîc autem continuò ex huiuſmodi venditione facta cum hoc pacto reuendendi,re tradita emptor factus eſt dominus,etiam pendente tempore reuenditionis, ita vt in alium interim transferre poſsit,vt concedunt omnes,nec poſsit venditor à tertio emptore reuocare,ex plurimorum ſententia,vt diximus ſuprà,in principio huius partis. Item facit hic emptor fructus ſuos, vt illic quoque diximus,& dicemus plenius infrà eod.tit.§.v.in prin. Quod perpetuum eſt in aliis venditionibus puris , ſed ſub conditione reſoluendis.l.ij.iij.& iiij.ff.de in diẽ ad.vtpote cùm emptor ex huiuſmodi venditionibus interim ſit dominus,l.ſi ex duobus,§.j.eo.tit.ſępe autem aliâs diximus fructus ſequi dominium.

*De eodem.*

74 ¶Ex quibus vides,illud apertiſsimè conuinci,quod diximus,venditionem hanc ſub pacto reuẽdendi factã non eſſe conditionalẽ,imò verò puram,ſed quæ ſub conditione reſoluitur: quæ quidẽ conditio reſolutiua non ſuſpẽdit actũ,nec eum facit conditionalẽ,ſed tãtùm ex euẽtu ipſius eum reſoluit:vt optimè declarat text.in d.l.ij.iij.& iiij.cum gl.in d.l.ij.ff.de in diẽ

addi.&

*De eodem. Cõditio reſolutiua actum non ſuſpẽdit,*

*nec eum facit conditionalem.*

addi.& in l.ſi res,quæ eſt iij.& ibi glo.& Albe.ff.de contrah.empt.& in c.illò vos,& ibi Imo. col.j.in ij.not.& Pan.in iij.no.extrà de pigno.& glo.in c.verùm,extrà de condi.appo.& in c. paſtoralis,in glo.j.vij.q.j.& Pet Ancha.conſi.lxix.contra donationem , col.vlt.& Card.Flor. conſi.xxix.iudex de iure,col.j.verſi.quartò verba.& Soci.in l.pecuniam , in vlt.not.ff.ſi cert. peta.vbi & ex hoc dicit,quòd huiuſmodi contractus puri,ſed qui ex aliqua conditione reſoluuntur,habent interim executionem , ac ſi non ſubiacerent ei conditionali reſolutioni. per glo.in d.l.ij.de in diem addict.& not.per Bart.in l.Iulianus,in fi.ff.de cond.inde.& ita ſe dicit pluries obtinuiſſe.& ſequitur Philip.Deci.ibi col.ij.verſic.quartò not.qui reſpondet ad tex.ibi,qui videtur velle contrarium.& idem voluit ipſe Socin.conſi.lxij.viſis conuentione, col.ij.verſ.ſed regula eſt,lib.4.& conſi.xcj.concludo dictũ Philippum,col.ij.verſic.confirmatur iſta concluſio,eodem libr.4.vbi & hoc dicit procedere in ſententia.& Philip.Dec.in l.is damnum,§.quod pendet,ff.de reg.iur.& in l.plerunque,eod.tit.& conſi.cclxxix.placet mihi, col.ij.vbi de hoc pacto de reuendendo,nuncupatim loquitur,& generaliter dicit cõtractum, qui ſub conditione reſolui poteſt , iudicari vt purum,inſpecto præſenti ſtatu,& non conſiderato quòd poteſt reſolui,per d.l.ij.de in diem addict.& idem (inquit) de venditione facta cum pacto reuendendi : vt dicit probari in d.l.ij.C.de pact.inter empto.& vendit. Et idem (ait) in officiali,qui poteſt ad beneplacitum reuocari·nam de illo iudicatur,vt de perpetuo. l.iuriſperitos,in princ.& ibi Bart.& alij,ff.de excu.tuto.& idẽ Deci.loquens etiã in hoc pacto, conſi.cccviij.in caſu ad nos tranſmiſſo,col.iij.verſi.ſed hoc non obſtante:vbi & ad hoc allegat d.l.hæc venditio,§.vlt.ff.de contrah.empt.& not.per Bart.in l.iudex poſteaquàm,circa fi. ff.de re iudi.& alios qui ad id parum faciunt.

75 ¶Et hinc quoque videmus,quòd licet titulus conditionalis non proſit ad vſucapionem,l.ij. §.ſi ſub conditione,ff.pro empto.vbi ita ſcribitur,Si ſub conditione emptio facta ſit,pendẽte cõditione emptor non vſucapit:tamen titulus purus,ſed qui ſub cõditione reſoluitur, præſcriptionem parit,d.l.ij.de in diem addict.& facit l.ſi alienam,ff.de dona.cauſ.mor.vbi ex titulo reuocabili procedit præſcriptio. Et nos quoque alibi de huiuſmodi differentiis cõtractuum conditionalium,& purorum,qui ſub conditione reſoluuntur , latè diximus,ſcilicet in repet.l.ſi vnquã,in verbo reuertatur,nu.283.verùm quãtùm ad priores, vbi omnino vide. Et hìc quoque Boe.Igne.& Sainxon ſeipſos atque alios fefellerunt, dum etiã venditionem conditionalem confuderunt cum hac noſtra,ſub pacto reuendendi facta,de quo loquimur, tanquam ſcilicet hæc conditionalis eſſet.

*De eodem.*

76 ¶Nec his obſtat,quòd d.l.ij.C.de pact.inter empto.quæ de hac venditione loquitur , vtitur verbo conditionis,cùm dicit,Téque parato ſatisfacere conditioni.Nam ibi conditio accipitur pro pacto vel lege dicta in contractu : id quod apertè declarat eadem l.quæ quod in illis verbis appellat conditionem,paulò antè vocauerat legem,cùm dicit,ſi fundum parentes tui ea lege vendiderunt,id eſt,eo pacto,vt interpretatur gl.j.ibi.nam & aliàs ſæpiſsimè videmus iſtud verbum,conditio,accipi pro tenore contractus,ſiue pacto appoſito in ipſo contractu puro,& minimè conditionali:vt in l.ſocietatem mecum,in prin.& ibi glo.j.ff.pro ſoci.& ibi quoque Bal.qui dicit d.glo.not.quia ſæpe iſta verba,ea cõditione,ponuntur in cõtractibus, & etiam text.in l.Caius,ff.de manumiſ.& in l.Mæuia,& ibi quoque gloſ.in princip.Oldra.& Alberic.ff.de manu.teſta.& in l.debitori tuo,ibi, ea condictione pactoque , & ibi latè Philip. Dec,& Alciat,C.de pact.& l.ij.§.vlt.& ibi Bald.& Ang.ff.de dona.& l.cùm res, & ibi Bald.C. eod.tit.& l.pater,§.quindecim,ibi ea lege & conditione,ff.de leg.iij.& l.quoniam,& ibi Bald. C.de rer.permu.& l.ea conditione,& ibi Bal.& Sal.C.de reſcin.vendi.& l.nihil.& ibi Bart.ff. de coniun.cum emanc.liber.& l.cùm ea conditione,ff.de euict.& l.Titio centũ,§.j.& ibi gloſ. ff.de condi.& demon.& l.ij.ff.de iure immunit.& l.& Ariſtoni,ff.manda.& l.ſi cum filiofamiliâs,§.j.ff.de compen.& l.pen.ff.depoſi.& §.cùm autem,verſi.& cum quibuſdam conditionibus,Inſtit.de adopt.& c.verùm,& ibi glo.in verbo,conditione.Anto.& Recentior. extrà de condi.appo.& c.cùm Ioannes,& ibi Hoſti.col.ij.in verbo,cõditionalem,& rurſum in verbo, conditione.& Ioan.Andr.in vtroque verbo,& Pan.col.ij.in 4.not.extrà de fide inſtrument. & Bart.in l.quibus diebus,§.Termilius,col.j.ff.de condi & demonſt.& conſil.iiij. factum tale eſt , quidam Dominicus , in j.dubio.Bald.in prooemio feudorum,in ij.diuiſ. Angel.conſil. cliiij.Andreas Anton.conſi.xlviij.abſque diffuſione, in princip.Ioan.Ana.conſil. lxxv.viſis his quæ mihi narrantur, poſt princip.Alexand.conſi.cij.viſis & ponderatis,col.ij,verſic.nam dicta verba,lib.1.& conſi.cxix.viſo proceſſu,col.j.verſi.eiuſdem initij.eod.libr.1.quod repetitur conſi.xx.lib.6,Franciſ.Aretin.conſi.cl.viſis diligenter , poſt princip. Corn.conſil.cij,viſis in cauſa,col.v,verſi.conditio enim,lib.2,& conſi.cccj.circa,col.j,in fin.libr.4.Socin.conſi,xxj. viſo teſtamento magiſtri,col.penult.verſic.poſtremò cùm diſpoſitio,lib.3. In quo etiã ſignificatu,eodem verbo vſus eſt Tullius libr.Officiorum 3.Regulus verò non debuit conditiones , pactionéſque bellicas,& hoſtiles,perturbare periurio.Et ad Tyronem lib.Epiſtolarum xvj.Sin autem ille ſuis conditionibus ſtare noluerit,bellum paratum eſt. Nam & Donatus enarrans illud Terentij in Andria , Accepit conditionem : Conditio ( inquit ) eſt pactio, certam legem in ſe continens.

*Conditionis uerbum plerunque pro pacto aut lege ponitur.*

¶Fateor



77 ¶Fateor tamen,quòd ſi huiuſmodi pactũ redimendi faceret venditionem conditionalem:vt ſi ita diceretur,Vendo tibi hanc rem tali pretio,niſi tu intra tale tempus idem pretium reſtituas: (his enim verbis,Niſi tu,&c.fit venditio conditionalis,vt probatur ex l.ij.ff.de in diem addict.aut etiam aliis cõditionem facientibus) tũc certè non curreret tempus retractus conſanguineis,niſi finito tempore,atque ita finita conditione,ex ſententia Gul.Cunei,& Alb.in l.j.§.annus.ff.quando actio de pecul:cum aliis multis,quæ diximus ſuprà tit.præcedente, in glo.x.in verbo,*dedans l'an,* in viij.q.Caue tamen,quia in illo exemplo ſuprà à nobis propoſito Azo in Summa,tit.C.de pactis inter emptor.& vendit.facit diſcrimen,vtrùm illa verba concipiantur in præſenti tempore,& tunc faciant venditionem videri eſſe puram,per l.ij.§. ſi in diem.ff.de vſucap.pro empt.an in futuro,& conditionem efficiant,verbi gratia, fundus erit tibi emptus,niſi &c. Ego verò neſcio,an id ſeruandum ſit,quando videmus & cõditiones actibus & verbis præſentibus plerunque apponi , Vendo tibi,lego Mæuio , deſpondeo Mariam in vxorem,ſi &c.vt videre licet ex tit.ff.de cond.& demon.& C.de condit.inſert.& extrà de condi.appo.d.autem §.ſi in diem,mihi admodum obſcurus eſſe videtur.

*Si pacto redimendi cõditionaliter fuerit appoſitũ tempus, nõ currit niſi impleta conditione.*

*An conditio uerbis uel actibus præſentibus concipiatur.*

78 ¶Ad decimumoctauum,quo dictũ eſt,non currere tempus ſecundo,quandiu incertum eſt, an qui primo loco & ante cæteros admitti debet, admitti velit. Illud ingenuè fateor : ſed id nihil ad noſtrũ caſum pertinet:nam ibi non patet locus ſecundo,donec primus admitti poteſt,& vult:igitur cùm ſecundus interim admitti non poſsit,etiam ſi velit, nihil eſt , quod ei imputari poſsit,cùm impediatur impedimento iuris & facti:ideò quoque interim tempus ei non currit.l.vlt.§.donec,C.de iur.delib.& l.j.& ibi Doct.C.de bono.mater.& l.j.in fin.C.de anna excep.& l.in rebus,C.de iur.dot.& c.quia diuerſitatem, extrà de conceſ.præb.cum ſim. Hìc autem nihil eſt,quod impediat conſanguineum retrahere,etiam durante tẽpore præſtituto ad reuenditionẽ,ſed cum onere huiuſmodi reuẽditionis,ſi fortè vẽditor poſteà veniat. Super quo etiam vide quæ ſcripſi ſuprà tit.præced.§.j.in verbo,*dedans l'an,* in x.quæſt.

*Tempus non currit impedito de iure & de facto.*

79 ¶At huic obſtat,quod in ſimili dicitur,quòd licèt durante anno , quo mater tenetur petere tutorẽ filio, aliàs à ſucceſsione eius excluditur,poſsint & cæteri agnati id quoq; petere,non expectato eo anno,aut morte matris,vt voluit gloſ.in l.ij §.vlt.& ibi quoque Bar.in princip. ff.ad Senatuſc.Trebel.Tamen illis non currit primus ille annus matri cõceſſus,quin poſsint intra alium annum petere:ſine iactura ſucceſsionis ipſius pupilli:vt voluit alia glo.in l. nepotibus,& ibi Cyn.Bar.qui eam dicit not.& Bal.qui eam dicit ſingu.& Sal.C.qui pet.tuto.& glo.in l.ij.in glo.vlt.in fi.& ibi Bart.col.vlt.ff.eod.tit.& in l.ſciant,in verbo,denegãdam,C.de legit.hæredi.Oldra.conſil.cxxxvij.plures ſunt,col.ij.verſi.quintò videtur expreſſum. Angel. conſi.cviij.iſta quæſtio,in fi.Sed hæc res adeò obſcura eſt,vt vix intelligas,quid noſtrates de ea ſentiant:vt videre licet apud Bart.in d.l.ij.col.penul.verſi.tertiò eſt videndum , vſque ad fin.l.ff.qui pet.tut.& in d.l.ij.§.confeſtim.ff.ad Tertul.& in d.l.ſciant,& ibi quoque Bal.Ang. Raph.Pau.Caſt.& Corn.& eundẽ Bar.in l.quid ergo,§.j.ff.de his qui not.infa.& conſi.xviij. in nomine &c.viſo teſtamento,in iij.dubio.& iterum conſi.ccxv.an ſi teſtamentum ſit nullum,etiam in iij.dubio : nam idem propè eſt conſil.& in ſua diſputa.incip.pupillus,quæ eſt omnium poſtrema,propè per totum.Bal.in l.precibus,col.v.verſi.ſed quid ſi impubes,& ibi Barb.in addi.C.de impube.& aliis ſubſtit.& eundem Bald.in c.ex parte M.col.ij.verſic.ex his procedo,& col.ſeq.verſ.modò quæro,extrà de appel.& conſi.lxv.proponitur quòd Putius, lib.2.& conſi.ccclxxix.pũctus talis eſt,vt apparet,col.vlt.lib.3.& conſi.xciiij.hìc plura occurrunt,lib.4.& cõſi.cclxxviij.viſo teſtamento,col.ij.eo.lib.4.& conſi.ccccxxxviij. iſta quæſtio, verſic.ſed quis ſuccedet,eod.lib.4.& conſi.ccccxxxiij.ſubſtituto,eod.lib.4.& conſi.ccccxcviij. opinio domini,eod.lib.4.Ang.conſi.cxviij.auia pro nepte.Sal.in d.l.ſciant.Pet.Anch.conſil. ciiij.pro declaratione,in j.& ij.dubio , & conſil.ccl.omnia col.j.& conſi.ccccxl.in quæſtione, col.j.& Card.Flor.conſi.cv.ſuper præmiſſo,col.j.verſi.ſic & omnibus.Paul.Caſt.conſi.xxix. in puncto ſuprà ſcripto,col.vlt.verſic.nunc eſt videndum,lib.2.& Corn.conſi.lxxxvij.circa primũ,in fi.lib.4.& Ant.Rube.conſi.lxxxj.viſo & diligenter.Ex quibus intelliges illud,quod ſuprà diximus,eſſe dubium,& multos tenere contrarium:quibus accedo,per ea quæ dicam infrà,in reſpon.xxj.& xxij.arg.Ex legibus autem Platonis lib.6. Si orphanorũ tutor obierit, cognati,& affines ex vtriſque parentibus vſque ad conſobrinos , & patrueles,qui præſentes ſunt , alium intra decem dies conſtituere iubentur , alioqui drachma ſinguli ſingulis quibuſque diebus mulctantur,donec tutorem præficiant. Ex quibus vides vnum omnibus his tempus ſimul currere.

*An durãte anno,quo mater debet petere tutorem filio, currat tempus cæteris agnatis.*

*Lex Platonis.*

80 ¶Ad decimumnonum, de renũtiatione iuris impediti,quæ vt non valet expreſsè,ita nec per lapſum temporis,qui habet vim renuntiationis tacitæ reſpondetur,quòd ſi etiam Bar.& alij id dicerent,ad quod ſunt allegati,in d.xix.arg.tamen nihil obſtaret,quia hìc conſanguineus impeditum non habet ius ſuum retrahendi,quin id exequi poſsit, vt iam ſæpius diximus. Quin & ſi id tale ius eſſet,cui expreſsè renũtiare non poſſet,non propterea ſequeretur,quin ab eo,lapſu tempois excluderetur:vt per Bart.Bal.Pau.Caſt.& Recentiores,in l.iij.C.de iur. & facti igno.& in l.ſi quis ſuus, ff.de iur.delibe.Bald.in l.j.in xxvij.oppo.C.qui admit.cum multis concord.à me latè congeſtis in noſtris Legibus connubialib.in verbo, *expres,* quæ eſt

*Renũtiatio tacita ex lapſu temporis plus habet uirium, quã expreſſa.*

gloſ.

glo.nu.74.& id quidem,cum multis ſeq. Quibus docuimus,plus ponderis habere renũtiationem tacitam,quæ ex lapſu temporis inducitur,quàm expreſſam. Nam & videmus,quòd Prælatus non poteſt expreſsè renuntiare iuribus eccleſiæ,quia id eſſet donare , quod prohibitum eſt.c.ij.extrà de donatio.Ex lapſu autem temporis excluditur.c.de quarta.& c.veniẽs, de præſcript.cum ſimi.

81 ¶Ad vigeſimum , quo diximus,non videri datum,nec è diuerſo acquiſitum, quod auferri poteſt,& huiuſmodi ſimilia, facilis eſt reſponſio ex his,quæ ſuprà diximus : vt ſcilicet quodam modo,& aliquo reſpectu non videatur datum aut acquiſitum,ſed id quidẽ impropriè: quia,vt iam diximus,illud verbum,videtur,improprietatem ſignificat.Nec tamen in noſtro caſu dici poteſt,quòd datum & acquiſitum non ſit venditori,cùm ita ſit dominus ipſius rei, vt faciat fructus ſuos,& in alium poſsit eãdem rem alienare vt etiam diximus:id quod non eſſet,ſi ei datum & acquiſitum non eſſet.Et ſatis ſuprà oſtendimus in reſponſione j.Argu. non minus eſſe dominum,& eum quidem plenum & perfectum alicuius rei,quòd ab eo ex aliquo euentu res abire poſsit. Igitur hæc ratio nihil hìc concludit.

82 ¶Ad vigeſimũprimum, & ſecundum ( nam ea,eodem tenore,vt quæ ſunt eiuſdem originis diſcutiam) dicendũ eſt,iura in priore loco allegata,loqui in iuribus,quæ pluribus deferuntur ſecundũ gradum,id eſt,quæ in ſolidum competunt iis,qui ſunt in primo gradu:deinde illis deficientibus,alteris,qui ſunt in ſecũdo gradu:verbi gratia,in ſucceſſorio edicto,in quo hæreditas defertur proximioribus tantùm, vt quandiu deliberat is,qui eſt prior gradu,non currit tempus alteri:quia is alter priùs non poteſt velle cum effectu,imò ſuæ voluntatis declaratio,vt immatura,nulla foret,l.ſi filio,§.contra tabulas,ff.de inoffi.teſta.& l.ſi filius,§.cùm filius,ff.de bonis liber.& l.j.§.ſi intra.ff.de ſucceſ.edict.& ita intelligũtur cætera iura in ea ratione allegata,vt pulchrè & ſcienter expendit & declarat Card.Flor.in d.cle.j.§.ſecus,in vj.q. de conceſ.præbend.& iterum conſi.lxxvij.frater vnice, poſt princ.dum vtrobique diſputat de eo quod dictum eſt in d.xxij.ratione.de duobus expectantibus cum clauſula acceptandi intra menſem,de quo etiam ſtatim dicemus. Hìc autem ius retrahendi non defertur cõſanguineo & venditori ſecundùm gradum, nec ſucceſsiuè,ſed ſimul competit vtrique : ſed ita tamen,vt alter alteri præferatur,ſcilicet venditor,ſi veniat,conſanguineo:quod non impedit tempus currere non tantùm venditori,ſed & ipſi quoque conſanguineo,per text. omnium optimum , & qui omnem dubitationem,omnemque diſputationem tollit,in d.l.ſi maritus præuenerit , quæ eſt iiij.in princ.ibi,ſic tamen , iuncta l.ij.§.vlt.& l.ſeq.eiuſdẽ tit.ff.de adult. vbi dicitur,quòd pater & maritus ad accuſationem adulterij admittuntur, ſed ita tamen,vt maritus,ſi velit, præferatur patri:quia credendũ eſt eum propenſiore iure & maiore dolore accuſationem executurum. Tamen vtrique ſimul currunt tempora accuſationis. Ex eoque not.Barto.& Ang.quòd quando duo poſſunt admitti ad aliquid , vtrique cedunt tempora, donec vnus præoccuparit:quod procedit vt (inquiunt) quando tempus ſimul cõpetit pluribus,etiã ſi aliquis eorũ habeat priuilegium præuẽtionis,vt ibi dicitur.Secus, ſi non ſimul, ſed ſucceſsiuè id tempus competit:nam tunc ſecundo non incipit currere, niſi poſt finitum tempus primi,per l.vlt.C.qui admit.quæ inter alias allegata eſt in dicta xxj. ratione cõtrariæ partis.Et hanc diſtinctionẽ nuncupatim ſequitur Card.Flor.in locis ſuprà allegatis.Et hanc quoque doctinã optimè probat gloſ.in c.vlt.de conſuetudi.lib.6.de qua locuti ſumus ſupra in reſpon.xiiij.argum.Sed cuius hìc quoque expreſſam mentionem volui facere,quia & hęc iis,quæ hìc diximus,admodum quadrat.

*Cùm ſimul eodem tempore ius pluribus cõpetit, ſimul illis tẽpus currit : ſecus ſi ſucceſsiuè ius competit.*

83 ¶Proptereaq; Bart.& Ang.in d.l.ſi maritus præuenerit,ex hac doctrina tenent contra illud, quod in dicta xxij.ratione diximus:tenent (inquam) non niſi vnum mẽſem ſimul cõpetere omnibus expectãtibus,eundemque illis ſimul currere. quod & idem tenuit Io.Andr.ſecum hac in re pugnans, Zenzel.Paul.Eleaz.diſtinguens ; ſed cuius diſtinctio ad noſtrum caſum nihil pertinet.Lapus ſimiliter diſtinguens,& Lauren.à Pinu , in d.clemen.j.de conceſ.præb. & ibi quoque Ioan.Calde.& Card.Floren.in d.§.ſecus,in vj.quæſt.vbi dicit id obſeruari, & Bonifa.Vital.in eo ipſo §.ſecus,col.pen.vbi etiam dicit id in practica obſeruari.& idẽ Card. d.conſi.lxxvij.in princ.& rurſus conſi.clxxxiij.in nomine &c.caſus ſuper quo,col.iiij.verſic. per hoc dico.iterumque conſi ſeq.poſt redditum,colum.ij.verſi.ex prædictis.Sal.qui ita dicit conſuluiſſe & obtinuiſſe,in d.l.vlt.in j.quæſt.& ibi quoque Alexand.col.vlt.& Corne.poſt princip.C.qui admit. & nouiſsimè Mart.Pac.in tractatu de mandatis Apoſtolicis , parte j. nu.51.& ſequent.Et vt diximus in dicta xxij.ratione,Sebaſti.qui pro priori parte allegatur, ſubdubitat. De quo præterea vide ipſum Cardin.Floren.conſi.cv.ſuper præmiſſo, colum.j. verſic.tertiò ad idem,& col.vj.verſi.ad tertiam.

*De eo , quod dictum eſt ſuprà de menſe expectãtium.*

84 ¶Ad vigeſimumtertium,quo dictum eſt,vnum atque idẽ tempus non operari effectus circa duos actus,quorũ vnus ſucceſsiuè venit ad alium,illud quidẽ fateor,& iam ſæpius ſuprà diximus.Sed hìc nihil tale eſt,quando vnũ alteri non ſuccedat , ſed vtrumque ſimul cõpetat, ſed ita tantùm,vt vnũ alteri præferatur.Ideoque & ſimul vtrique tempus currit:vt pleniſsimè diximus,& probauimus ſuprà verſic.ab hinc ij.& alibi ſæpe. Quibus & tu potes addere quòd idem tẽpus poteſt,& ſolet præſtitui ad plures actus qui ſimul poſſunt cõcurrere eodẽ

*Idem tempus ſolet præſtitui ad plures actus,qui ſimul poſſunt concurrere.*

tempore:



tempore:vt probatur in cap.licèt cauſam,& ibi,Pano.col.ij.in iij.not.de probatio.Secus,dicit ipſe Panor.ſi ordine ſucceſsiuo eſſent expediendi,per glo.not.in cle.ſæpe.verſic. & quia poſſeſsiones,in verbo,& poſt dationem,de verb.ſignifi.

85 ¶Sed maius eſt dubium in hac ſpecie. Quis vendit annuum aliquod vectigal generale , id eſt,ſuper omnibus ſuis bonis (id nos vulgò,*rente generale*,vocamus) ea lege,vt id poſsit redimere intra certum aliquod tempus,reſtituto pretio venditionis:& ſi id non fecerit, ex nunc prout ex tunc,& ex tunc prout ex nunc (vt noſtri loquuntur:idque eſt quod lingua vernacula & vulgari dicimus,*des à preſent comme deslors,& deslors comme des à preſent*) dat emptori in ſolutum eius vectigalis,ſiue loco illius,fundum quempiam , ideoq; competit conſanguineo ius retrahendi eum fundum:tum quia in datione in ſolutum habet locum retractus,vt diximus ſuprà tit.præced.§.j.glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.2.& multis ſeq. tum quia, cùm ex pacto appoſito in contractu venditionis eius vectigalis is fundus cedatur ſub conditione,ſi vectigal redemptum non fuerit,perinde habendum ſit,ac ſi is fundus primo loco & iam à principio eſſet venditus:vt dicit Pau.Caſt.conſi.clxv.viſis & ponderatis,col.ij.verſicu. ſecũdò videtur,lib.1.& dicemus latiùs infrà in fi.huius tit.q.xxv.ad fi. Quæritur ergo,vtrùm conſanguineus poterit intra annum poſt huiuſmodi facultatem conceſſam venditori retrahere:an verò debuit id facere intra annum contractus,non expectato illo tempore facultatis.

*Pulchra quæ.*

86 ¶Dubium facit,vltra dicta in præcedenti quæſtione,& quæ alio loco diximus de venditione conditionali,videlicet in tit.præceden.§.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*,in viij.quæſt.dubium (inquam) facit ea clauſula,ex nũc prout ex tunc &c.quæ eam vim habet, vt actus ita factus cenſeatur habere effectum,iam ab ipſo principio,non expectato tempore conditionis , vt quod ad idipſum principium retrotrahitur,gloſſ.in clemen.nolentes,in verbo,ex tunc, de hæretic. quæ dicit conſtitutionem,in qua hæc clauſula apponitur, ſtatim ligare à tempore promulgationis illius, non expectato lapſu duorum menſium:de quo in auth.vt fac.nouæ conſtit. Et ita quidem,vt quod interim,ſcilicet intra illos duos menſes factum eſt,nullum ſit. & ſequitur ibi Card.Flor.in j.oppo.vbi dicit eam glo.ſing.& Imo.col.j. Et dicit Bald.in auth.contrà rogatus,col.j.C.ad Senatuſcon.Trebel. quòd licèt aliâs conditio poteſtatiua nõ trahatur retro,id tamen fallit,cùm apponitur ea clauſula,ex tunc prout ex nunc. Nam & ſola dictio,ex nunc,denotat tempus continuum,facitq; vt ſtipulatio ſub conditione facta,exiſtente ea conditione,retrotrahatur ad tempus ſtipulationis,per text.loquentem iis verbis,ab hac die , ſiue ex hac die,quæ eundem ſenſum habent in l.huiuſmodi ſtipulatio,ff.de verb.oblig.& ibi Doctor.inter quos Angel.Imol.Pau.Caſt.& Alex.id trahunt ad hanc noſtram vulgarem clauſulam,ex nũc prout ex tunc.& in l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius,& ibi quoque Bar. Bal.Ang. & alij,eod.tit.& not.Ioan.And.in c.cùm in cunctis,col.v.verſic.item expreſsio, extrà de elect. in nouel.Petr.Iacob.in tit.de condi.ex leg.quæ pro re dona.compe.col.iij.Bal. in l.lecta,col.j. in vlti.no.ff.ſi cert.pet.{ & in c.1.col.vj.verſi.ſed pone,clericus.tit.de milit.vaſal.qui contu.eſt.} Ange.in l.j.in fin.& ibi Alex.& Iaſo.col.vlt.C.de codicil. idem Angel.conſil.xlij. porrecta,ad fin.Alex.conſi.lxxxiij.viſa facti narratione,col.iij.verſi.confirmatur hoc, quia poſſeſsio,lib.2. & latiùs conſi.cxj.perſpectis literis,col.pe.verſi.ex prædictis infero,lib.6.Fran.Aret.conſi.clx. longa eſt,col.iiij.verſic.ſed certè.Barba.conſi.lxiiij.ſcribitur Exodi,col.antepenul. lib.4.Guid. Pap.deciſi.Delphi.ccxviij.quidam donauit.Iaſ.conſi.cxlvij.præſens conſultatio,col.ix. verſic. ſecundò poſſet reſponderi,lib.2.& Feli.in cap.licèt cauſam,col.iiij.verſic.nota ſextò, extrà de probat. & Franc.Ripa in l.j.nume.5.ff.de pigno.Stepha.Bertrand.conſil.lxxix. viſo proceſſu, col.j.lib.2.Chaſſe.conſi.liij.ex facto,col.j.verſic.xiiij.& iterum colum.xxiij.verſi.ad quartum. & conſi.lxvj.eodem initio,col.v.verſic.ad hoc eſt clara,in fin.{Maria.Socin. iunior conſil.cvj. pulchra profecto,colum.viij.num.28.lib.1.} Nam & hæc dictio (nunc) per ſe ſimplex eſt aduerbium præſentis temporis, vt dicunt Grammatici. Et probatur in l.nunc tractemus,ff.de tutel.& ration.diſtra.

*De eodem.*

*Ex nũc prout ex nunc.*

87 ¶Verùm contrarium in noſtro caſu cenſeo,vt ſcilicet nõ currat tempus redimendi eius fundi conſanguineo,niſi elapſo eo tempore,præſtituto cõditioni redimendi vectigalis.Nam hęc venditio,ſiue datio in ſolutum,eſt conditionalis:ideò non currit tempus,niſi conditione impleta,ſecundùm ea quæ latiſsimè diximus in d.viij.quæſt.d.glo.*dedans l'an*. Nec quicquã mutat,quantũ ad id illa clauſula,ex nunc,&c.per id quod voluit glo.in cle.j.in verbo,ex tunc,de conceſ.præben.quòd ſententia excommunicationis ſub conditione lata,cùm illa clauſula,ex nunc,non afficit ante conditionem,ſed ſuſpenditur effectus ipſius.& ſequitur Cardi.Flor.in 1.oppo.& Imo.col.ij.verſi,glo.ex tunc.& idem propè voluerunt Inno.Hoſt.Abbas antiquus, & clarius Ioan.And,in c.præterea requiſiſti,omnes,in verbo,excommunicatum,extrà de appel.& ibi etiam apertiſsimè Collect.paulò ante fin.Bal.col.iij.verſic.quæro nunquid ſit differentia,Panor.col.pen.verſicu.extra gloſſam quæro,Philip.Franc.col.v.in iij.q.& Philip.Deci. col.etiam penul.verſi.extra gloſſ.primò,& Card.Alex.col.iij.& præterea Archi.& idem Ioan. And.Domi.& Phil.Fran.in c.dudũ.de præb.lib.6.D.à Rota deciſ. xcv.Paragraphus,in j.addi. in nouis.Bald.in l.præpoſteri,C.de teſta.vbi ex hoc dicit,quòd ſi quis ita dixerit,Si matrimonium mecum contraxeris,ex nunc volo eſſe obligatus ad decem nomine dotis : tamen non

*De iiſdem dictionibus.*

obligabitur,niſi contracto matrimonio.idem Bald.in d.auth.contrà rogatus,& in l.ex illa,C. de appel.& in cap.1.col.v.verſi.ſed pone clericus,tit.de mili.vaſal.qui contu.eſt.Roma. in l.lecta,& ibi quoque Franc.Aret.col.ij.ff.ſi cert.pet.Guid.Pap.deciſ.Delphi.dlxxxviij.clericus. & conſil.cxxvj.de anno. vbi ex hoc dicit,ex tali venditione non deberi laudimia , niſi tempore elapſo.& Fel.in c.licet cauſam,col.iiij.verſic.nota ſextò:extrà de proba.

88 ¶Si quando autem diſpoſitio his verbis vtens retrotrahitur,id fit per fictionẽ,ſecundùm Iac. But.in l.ea lege.C.de condi.ob cauſam,& Ang.dicto conſi.xlij.in fi. quæ fictio non habet locum in ſtatutis. Vt etiam de mandato,cùm retrotrahitur, dicit Bart.in l.ſi is qui pro emptore,col.iiij.verſi.ecce exemplum,ratihabitio,ff.de vſucap.cum aliis concord. à me adductis ſuprà tit.præced.§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nu.72.prætereà quod dicitur. In ſtatutis autẽ, ex quibus retractus procedit,non eſt locus fictioni , ſed meræ veritati,vt dicit Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore,in iij.quæſt.prin.cum ſimil. Neque aliàs vnquam, cùm tractatur de præiudicio alterius.glo.in c.quia circa,extrà de priuileg.Petr.Ancha.conſi.cvj.dubitatur,& not.in l. hac edictali,§.his omnibus,C.de ſecund.nupt. Ideò nec fit vnquam retrotractio in præiudicium aliorum,ſed eorum tantùm,qui actum confecerunt.l.ſtipulatio de dote,ff.de iure dot. & l.in inſulam,§.vlti.ff.ſolu.matri.& cap.ſi pro te.de reſcrip.lib.6.cum aliis multis concord.à me collectis in d.verbo,*dedans l'an*,num.71.eſt autem generale.

## §. III.

SI LEDICT achepteur reçoit ledict lignagier audict retraict, neantmoins celuy , qui a ladicte grace conuentionelle, peut faire ſon offre de retraict audict achepteur,s'il veut:ou audict lignagier,qui a retraict la choſe: ou autres, à qui leſdictes choſes ſeroyent tranſportees. Mais s'il vient au premier achepteur,ledict achepteur luy doit dire & declarer,à qui il a tranſporté,afin que ledict demandeur puiſſe venir contre celuy , à qui le tranſport a eſté faict. Et ſi ledict premier achepteur ne declaire & nomme celuy, à qui il a tranſporté,il en aura ſon recours & action contre luy & ſon intereſt.Et ne courra point le temps dudict retraict conuentionel , iuſques à ce qu'il ſoit ou puiſſe eſtre informé deuëment,à qui la choſe a eſté trãſportee,& à qui elle appartient. Auquel , quand la choſe ſera venue à ſa notice,il pourra faire ſon dict offre de retraict conuentionel,& ſera tenu de le receuoir.

*QVOD SI emptor conſanguineum admiſerit ad retractum, nihilominus is,cui redimendi facultas ex pacto competit, poterit, ſi ita ſibi videatur,retractum offerre emptori,aut conſanguineo qui rem retraxit,aut etiã aliis,quibus ea fuit alienata. Quòd ſi ad primum emptorem ſe contulerit,tenebitur ipſe emptor declarare , cuinam rem huiuſmodi ceſſerit , vt poßit actor illum conuenire , in quem ea fuerit tranſlata. Et ſi primus ille emptor eum non nominarit,cui rem ceſſerit,competet venditori actio aduerſus eum,quanti ipſius intereſt. Nec interim curret tempus retractus conuentionalis , quoad reſcieritreſciréve poteri ad quem ea res peruenerit. Et hoc quidem cognito,poterit ei offerre huiuſmodi retractum conuentionalem,debebitq; ab eo admitti.*

## OV AVTRES, AVT ETIAM ALIIS, GLOSSA I. ET VNICA.

1 *Venditor cum pacto an poſſit à tertio retrahere.*

IGITVR venditor vi huius pacti de reuendendo poterit rem non ab emptore tantùm ſuo retrahere,ſed ab alio quoque qui emit ab ipſo:vt etiam de Iure communi multis placuit,multis quoque refragantibus,vt latè diximus ſuprà eod.tit. §.j.in gloſſ.vij.eademq; vlti.in verbo, *ſeront preferez*, nume.6.at in pacto,& multis verſi.ſeq. Quibus addes (ne id omittam) quæ de hac re ſcribit Alex.conſi.ccxxij. ponderatis his quæ in themate,col.vlti.verſicu.circa verò aliam,lib.6.& Philip.Deci.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum,col.iij.verſicu.ſecundò principaliter,vbi hanc dubitationem tangit,nec tamen ſuam ſententiam interponit:ſed illud tantùm dicit, quòd ſi ſit ſtatutũ vt poſsit agi contra tertium,id ſeruandũ eſt.Multa quoque de hac re ſcribit Chaſſ.tit. *des rentes vendues à r'achapt*,§.j.verſi.tertium eſt,& multis ſeq.& Ant.Rube.conſ.clix.clari iuris.Audio autem hanc opi.ſeruari in Francia,vt contra tertiũ agi poſsit.Eſtq; in id expreſſum ſtatutum

Sabaudiæ,



*An id pactum impediat alienationẽ in tertium.*

Sabaudiæ,lib.3.Statutorum,cap.16.ex frequentibus. Suntq; nonnulli , qui conſtanter tenent, id pactum reuendendi impedire alienationem rei in alium,ita vt,ſi alienata fuerit , poſsit ab eo vendicari. Ita enim tenuit & multis probauit Guid.Pap.conſil.xlix. principale dubium, vbi inter cætera allegauit Bart.in l.in diem,ff.de aqua plu.arc.vbi tamen non loquitur de alienatione,ſed de hypotheca:de qua nos dicemus infrà,in hac ead.glo.nu.10.hîc autem,& ſeq.

*Quid ſi prior uenditor obtulit pretium ante alienationem.*
*An in id ſufficiat oblatio uerbalis.*

2 ¶Illud autem mihi certũ eſt,quòd ſi venditor ſemel interpellauerit emptorem de reuendendo,& ei pretium obtulerit,ſublata eſt ipſi emptori facultas vendendi alteri: arg.l. fundus qui Lucij Bart.in l.creditor,quæ eſt pen.ff.eod.tit.Bal.Imo.& Pau.Caſt.in l.ſi mora,ff.ſolu.matri. vbi dicitur,quòd ſi creditor poteſt irreuocabiliter vendere rem pignoratam,& debitor ſe offerat ſoluere pretium,per huiuſmodi oblationem impeditur irreuocabilis alienandi facultas. Sed an hoc caſu ad impediẽdam huiuſmodi facultatẽ ſufficeret verbalis oblatio,vide Carol. Ruin.conſi.lxiiij.viſo proceſſu,col.iiij.nu.7.& iterum col.ſeq.nu.10.lib.4.

*Quid ſi hypotheca interueniat.*

3 ¶TAMEN ſi potior eſſet ea opin. quæ negat admitti venditorem aduerſus tertium emptorem,hodie parum prodeſſet,vt tradit Paul.Caſtr.in l.ij.ad fin.C.de reb.alie. non alie. cùm ex communi vſu notariorũ in inſtrumentis apponi ſoleat hypotheca,quæ realis eſt,§.item Seruiana,Inſtit.de actio.& ideò fundum ſequitur & obligat tertium,ex textu,quem vbique omnes dicunt ſingu.in l.creditor,§.vltimo,& ibi Bartol.ff.de diſtract.pignor.& not.per Bartol.& Bald.in l.ea lege,C.de condic.ob cauſ.Bart.& recentiores,in l.filiusfamiliâs,§.Diui,ff.de leg.j. & in l.ſi ita quis promiſerit,§.ea lege,ff.de verb.obliga.idem Bartol.in l.nemo,quæ eſt penul. ff.de pact.Ange.conſi.ccxxx.intricatè,col.j.& conſi.ccxliij.multi conſortes,poſt princ.Rapha. Fulg.qui id dicit not.dignum,conſi.cxvij.Ioan.col.iiij.verſic.illud porrò.Alex.loquens nuncupatim de hoc pacto reuendendi,conſi.ccxxviij.ponderatis quæ ſeriosè,col.ij.verſi.prætereà etiam,lib.6.Guid.Pap.qui etiam in hoc pacto loquitur,deciſi. Delphi.dclxix. per pactum poteſt prohiberi,in princip.atque iterum in verſic.ſed vidi dubitari : vbi id dicit fuiſſe determinatum.Socin.qui & ipſe in hoc caſu loquitur,conſil.lxxx.in quæſtione quæ vertitur, col.iij. verſicu.vel etiam & tertiò,lib.3.

*Locatio facta cum hypotheca,an obſtringat tertiũ emptorem.*

4 ¶Idemq; in ſimili traditur de locatione facta cum hypotheca: vt etiam obſtringat ligetq; tertium emptorem,per Bart.Bald.& alios in l.emptorem,C.loca.& in l.qui fundum,ff.eod.& in l.j.§.quod autem,ff.de ſuperficie.& in l.ſi filio,§.ſi vir,ff.ſolu.matri.Angel.conſil.ij.certum eſt, col.vlti.verſicu.item actio.& conſi.ccxlv.quia omne,in v.dubio Imo.in d.§.Diui,col.iij.& ibi quoque Recentiores.Paul.Caſtr.in l.ſi merces,§.j.ff.loca.Raph.Co.conſil.xx.magiſter Antonius,col.j.Maſuer.tit.de loca.§.item emptor nõ tenetur,& ſeq. Gui.Pap.deci.Delph.ccccIxxx. locaui,col.j.verſicu.ſed pone.& ſingu.dccxix.emptor nõ habet.& conſi.cxxvij.proceſſus fuit, col.v.cum aliis multis concord.congeſtis ab Alex.in d.§.ſi vir,col.ij.& conſi.cxviij.in caſu de quo quæritur,col.penul.verſic.inſuper quia in inſtrumento,lib.5.Barb.conſi.xxxvj.ſapienter, col ix.verſicu.ſed videamus,lib.2.& Stepha.Bertrand.conſi.cxliij.pro faciliori,col.vlti.lib.4.& Ferdi.Loaz.in repe.d.§.Diui,char.23.verſi.ex iſta communi,qui eſt num.441. & Anto.Corſe. in ſuis ſingu.in verbo,pactum,ſi propter obſeruantiam.& Hippol.Marſil.ſingul.cccxxj.credo te ſcire. Vtrùm autem hoc caſu præciſè teneatur emptor ſtare locationi,an verò ſatis ſit,ſi offerat intereſſe,vide Carol.Molend.poſt alios multos , quos citat,conſuetu.Pariſi.titu.j.§.xxx. nume.95.& ſequen.

*L. quoties,C. de rei uen.non procedit, cùm interuenit hypotheca.*

5 ¶Similiter etiam dicitur l.quoties,C.de rei vendic.quæ præfert ſecundum emptorem, cui res fuit tradita priori,non procedere , cùm res primùm fuit vendita cum hypotheca, etiam ſine traditione. Nam hic emptor cùm hypotheca præfertur alteri,cui ſecundo loco fuit res vendita & tradita,vt voluerunt Cy.Ioan.Fab.Bal.Sali.Pau.Caſtr.& Iaſ.in d.l.quoties. & ipſe Iaſ. conſi.v.ſtrenui,col.v.verſi.ſextò pro iſta parte,& verſi.ſeptimò bene facit,lib.3.& conſil.vj.exhibentur,col.ix.verſic.tertiò adeſt,eod.lib.3. & Thomas Ferra.qui nullum horum memorat, cautel.xlviij.ſi quis vendit,col.ij.verſi.ſecundum remedium.

*An hæc etiam procedunt in dominio.*
*An & hæc procedunt , ſi hypotheca interuenit ſine pacto alienandi.*

6 ¶Aduerte tamẽ,ne decipiaris,quòd ſolus Iaſ.in d.conſi.& Thomas Ferra.vbi ſuprà loquuntur in dominio rei. Cæteri verò,& ipſe quidem Iaſ.in d.l.quoties, loquuntur in hypotheca, vt ſcilicet prior in hypotheca præferatur in ipſa hypotheca, tametſi res ei non fuit priùs tradita. De dominio autem non loquũtur. Et ſanè in hoc multi magnæ autoritatis noſtri temporis,in hoc,ni fallor,falluntur,qui tenẽt indiſtinctè in his ſolam hypothecam ſufficere, per d.l.ſi creditor,§.vlti.ff.de diſtract.pign.qui tex.nuncupatim loquitur, cùm pacto de non alienando adiecta eſt hypotheca,quo caſu impeditur ſequens rei alienatio.Quòd ſi eo pacto nõ appoſito,interuênit hypotheca,ea certè non impedit alienationem, & dominij rei hypothecatæ tranſlationem:ſed ita,vt transferatur cum ſua cauſa,id eſt,hypotheca:vt eſt tex.apertiſsimus in l.ſi debitor,C.eo.tit.& ibi concord.in gloſ. Nempe cùm debitor maneat dominus,& quidem pleno iure,l.generaliter,in prin.ff.qui & à quib.manu.& diximus ſuprà tit.præcedenti,§.j.glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nume.127.quid verò de re. Ideò & multi eorum, quos ſuprà citauimus,expreſſim loquuntur de hoc pacto non alienandi.

*Quid ſi omiſſa ſit hypothe-*

7 ¶Et hæc omnia,quæ diximus ſuprà de hypotheca,intellige,etiam ſi confectum ſit inſtrumentum publicum à notariis, in quo fortè non ſit appoſita hypotheca:nam cùm ea ſit ſolita ap-

*ca à notario in inſtrumento publico. Clauſulæ ſolitæ cenſentur eſſe appoſitæ.*

poni à notariis,ea debet cenſeri appoſita,vt voluit Cæpolla,in l.quod ſtudet,§.quia aſsidua, col.iij.verſi.vltimò,per iſtum tex.ff.de Aedil.edict.per eum tex.& in l.& quæ nondũ, §.quod dicitur,ibi non ad illam,quæ inſeri quotidie ſolet cautionibus,ff.de pignor. Et eum nuncupatim ſequitur D.Boër.deci.clxxxij.& per ſupra dicta,col.vlt. Quibus adde tex.in l.vlti.cum glo.vlti.& ibi Bal.C.de fideiuſ.& eundem Bal.& alios in l.huiuſmodi,in prin.ff.de leg.j.cum aliis multis concord.à me congeſtis.{ in noſtris commentariis de Iure Conſtituti,in xxxj. limita.ferè per totum.} Sed vix id reciperetur in noſtra curia.

*An in iſtis caſibus neceſſaria ſit ſpecialis hypotheca.*

8 ¶Sed dubium eſt,an his caſibus neceſſe ſit interuenire ſpecialem hypothecam illius rei venditæ vel locatæ,an verò ſufficiat generalis omnium bonorum. De qua re vide Barto.in l.qui abſenti,§.ſi quis poſſeſsionem,& ibi latiùs Imo.Pau.Caſtr.Rom.Alex. & Franc.Aret.ff.de acquiren.poſſeſ.Bart.Imo.Paul.Caſtr.Alex.Franc.Aretin. & Iaſ.in d.l.ſi ita quis promiſerit,§.ea lege,ff.de verb.oblig.Alex.conſi.lix.viſo themate,lib.5.Carol.Ruin.conſi.cix. videtur primò, colum.iij.num.8.lib.4.& conſil.xij.viſo themate,colum.j.num.3. & iterum colum.vlti.verſic. non obſt.dum vltimò,eod.lib.4.Stepha.Bertrand.conſil.omnium primo,in iij.dubio,lib.1. & conſil.cxcj.nihil exiſtimo,colum.vlti.eod.lib.1.& conſil.iiij.parum refert,nume.33.& ſeq.lib.2. & conſi.clxxxv.quamuis donatio,num.11.12.& 13.lib.3.Iaſ.conſi.ccxj.præſens conſultatio, col. vj.verſicu.item in iſta,lib.2.Ioan.Crot.in repeti.d.§.Diui,col.xxviij.verſicu.quartò limitatur, & ibi quoque Ferd.Loaz.vbi ſuprà,verſicu.difficultas tamen eſt,vbi & alios concordan.afferunt,& Albert.Brun.conſi.lxvj.dum dubitatur,col.ij.verſicu. quartò. & Ludo.Gozad.conſil. xxiiij.quæritur,an Dauid,num.9. { & Maria.Soci.iunior conſil.cxxix in cauſa Achillis, col.j. & ij.lib.2.}

*An promittẽs reuendere,cenſeatur in id rẽ ipſam pignorare.*

9 ¶Quanquam id fruſtra in noſtro pacto reuendendi de hac re quærimus:quandoquidem promittens rem reuendere venditori, cenſetur illi eandem rem in id obligare, pignorareq́;: per l.creditor,quæ eſt iij.§.poſt diuiſionem,& ibi Barto.& Bald.qui id notant.ff.qui potior.in pign.habe.Iacob.Aret.(vt à noſtris citatur) in l.ad curatoris,ff.de dam.infect.Bal.in l.creditores,in fi.C.de pign.vbi illum tex.dicit ſing.& conſi.ccj.tria ſunt,in ij.dubio,lib.4. vbi & illum quoque textum dicit nota.& nuncupatim loquitur de hoc noſtro pacto de reuẽdendo, cùm cæteri loquantur de vendendo,quod idem eſt,quantùm ad id de quo tractamus,Cæpol. qui & de noſtro pacto loquitur,in tractatu de Simulatione contractuum,col.j. & dicemus infrà eod.titu.in fi.huius tit.nu.125.huius igitur,& ſeq. vt iam non dubitandum ſit, quin ſit verior ea opin.quæ facit ius venditori redimendi etiam à tertio emptore.

*Res ex hoc pacto redempta, an redeat libera obligationibus emptoris.*

10 ¶Hic autem opportunè quæri poteſt,quid ſi emptor rem alteri non vendidit, ſed obligauit,an poſteà retrahente venditore vi huius pacti,res in eum tranſibit libera, an verò cum onere & nexu illius hypothecæ. Et idem in retractu proximitatis quæri poteſt. Hanc autem de huiuſmodi retractu conuentionali quæſtionem nuncupatim tractat Bart.in d.l.in diem,ff. de aqua plu.arcend.vbi primùm dicit,eam l.facere,quòd non tranſit cum onere, quia debuit requiri conſenſus venditoris.Et confeſtim ſubdit pro declaratione illius l.ita eſſe diſtinguendum,vtrùm res reuertatur ad venditorem , aut alium actorem de neceſsitate : & reſcinditur omne ius ſeruitutis vel pignoris conſtituti ab emptore:per eam l.& l.iij.ita enim allegat,licet ſit l.ſi ex duobus,quæ eſt vj.§.ſed & Marcellus,ff.de in diem addi. An ex voluntate aut facto emptoris ad hoc directè tendente,ſiue , vt ipſe loquitur,ordinato : & non reſcinditur.l.iij.ff. quib.mod.pign.vel hypo.ſolu.& l.bouem,§.pignus,ff.de Aedil.edict.& quod not per gloſſ.in d.§.ſed & Marcellus. An verò facta emptoris non directè ad hoc tendente : & tunc ſoluitur omne ius ab ipſo emptore conſtitutum.l.lex vectigali,ff.de pig.ibi enim, licet non ſoluat,nõ

*Res redempta ex l.ij.C.de reſcind.uendi.an redeat libera.*

tamen in hoc fecit, vt ad actorem res rediret. Et per hoc (inquit) apparet idem eſſe in pacto legis commiſſorię.Subditq́;,quòd ſi venditor rem redimeret,quia læſus fuerit vltra medium iuſti pretij,ex l.ij.C.de reſcind.vend.id fuit ex voluntate emptoris ad hoc ordinata: quia voluit rem reddere,& non ſupplere pretium : quod erat in ſuo arbitrio , ſecundùm d.l.ij.& lex non transfert ipſo iure ſine eius facto & traditione,ſicut in d.l.lex vectigali,& in dicto pacto legis commiſſoriæ. Et ex hoc (ait) apparet deciſio omnium quæſtionum,quæ circa hoc poſſunt occurrere.& illum ſequitur Rapha.Co.ibi.

*De eadem re.*

11 ¶Idem autem Bart.& Ang.in d.l.iij.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.not.ex ea,iuncto princip. l.ſeq. quòd ſi ius debitoris obligantis reſoluitur ex cauſa antecedenti neceſſaria , reſoluitur quoque pignus:ſecus ſi ex voluntaria,id quod ipſe Barto.dicit eſſe not.ad multa. Et primò, quòd quando res venditur,& apponitur pactum de reuendendo,ſi interim pignoretur,debet diſtingui,an emptor cogatur reuendere ex neceſsitate,an verò ex voluntate. Idem ſi pignoraſti rem emptam,quæ tamen poſteà auocatur propter læſionem vltra dimidium iuſti pretij, ex d.l.ij.C.de reſcind.vend.non diſſoluitur pignus: quia tunc emptor reddit rem ex voluntate,non neceſsitate,cùm poſsit ſupplere pretium. Idem quoque Bartol.in d.l.ſi ex duobus, §.ſed & Marcellus,ff.de in diem addict.clarè decidit in noſtro caſu reuenditionis pignus reſolui,cùm contractus reſoluatur ex neceſsitate prioris contractus,vt in caſu d.§.Quanquàm id dubium poterat videri ex dictis ipſius in dictis illis duobus locis. Sed hanc ipſius ſententiam,quæ vult pignus in hoc caſu reſolui,ſequitur Bald.in d.§.ſed & Marcellus.& Franciſc.

Curt.



Curt.ſenior conſi.xij.Lucius,col.penul.Fabia.in tracta.emptionis & vendi.in iiij. quæſt.vij.q. princip.Philip.Deci.in l.ſi ſocius,colum.ij.ff.ſi cert.peta.& conſi.lxxxviij. cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum,col.ij.verſicu.& ſpecialiter in propoſito.& conſi.ccxxxviij.proponitur quòd nobilis,col.vlti.in v.dubio.& conſi.ſeq.primò non videtur,col.quoque vlti.verſicul.& ad confirmationem.Anto.Rub.conſil.xc.viſo caſu,col.vlt.& Hiero.Cagno.in repeti.l.ij.in v. quæſt.C.de pact.inter empto.& vendito.vbi tamen ſubdubitat.& Carol.Molend. in conſuet. Pariſien.titu.j.§.xlj.num.21. { & Maria.Socin.iunior conſi.xx.in propoſito caſu,col.vij.verſic. ſecundò probatur,lib.1.}

*De eadem re.*

12 ¶In caſu autem d.l.ij.C.de reſcindenda venditio.perſtat Bartol.in dicto §.ſed & Marcellus,in illa ſua ſententia,vt ſcilicet non reſoluatur pignus.id quod etiam ante eum voluit, licet non alleget,Ioan.And.poſt alios antiquiores,in addi.Spec.in rub.de oblig.& ſolut.col.ij.verſi.propoſito congruit. Et hanc quoque opin.ſequitur Alberi.in d.l.ij.col.iiij.verſic.item quæro vendidi,C.de reſcind.vend.Petr.Ancha.in cap.acceſſorium,col.x.verſicu. prædictis applico quæſtionem,de regu.iur.lib.6.& Alex.conſi.xlv.in cauſa,col.ij.verſic.ad quod pluribus,lib.5. Verùm contrarium tenuit Bald.qui ſolius Barto.meminit in ipſa l.ij.in xiij.quæſt.verſicu. iuxta hoc quæritur:quia reſoluto (inquit ) iure pignorantis , reſoluitur ius accipientis : per d.l.lex vectigali:etiam ſi reſoluatur ex actu voluntario,puta quia pignoraui rem emphyteuticam.& poſteà non ſolui canonem:nam in mea poteſtate erat ſoluere , ſponteq́; ac liberè non ſolui: tamen hoc nocet creditori,& finitur ipſius hypotheca. Ita & in caſu dictæ l.ij.nam debemus id potius conſiderare,quod eſt in natura actionis reuocatoriæ , quæ competit ad rem,quàm quod eſt in nuda facultate ſoluendi,aut non ſoluendi pretium. Nec enim potuit emptor pignorando facere deteriorem conditionem venditoris, per d.l.iij.ff.quib.mod.pign.vel hypo. ſolui.Nec obſt.(inquit) quod dicitur in d.l.iij.in verſic.quanquàm.quia ibi loquitur,quando ex ſola voluntate emptoris pendebat reſolutio. At hìc non pendet ex ſola eius volũtate,quia hæc res non erat liberè apud emptorem,ſed quodammodo affecta ex diſpoſitione legis.Subdit tamen dictum Bartoli eſſe verum,quando ſine iudicio res eſſet ſponte reddita,per l.ſi debitor,in principio.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol. Et dicit Bald. id fuiſſe diſputatum Bononiæ,& eum ſequuntur Sal.ibi in xv.quæſt.& Pau.Caſt.col.iij.verſi.octauò quæro.vbi & hanc rationem affert,quòd hæc reſolutio fit ex cauſa de præterito, quæ ſcilicet orta eſt ante obligationem:& ſic obligatio cenſetur eſſe facta eo iure ac modo , quo erat apud emptorem. & ibi denique Pantaleon in repet.col.xliij.verſic. quærit etiam Bald.& ipſe Carol.Molend. in conſuetu.Pariſi.tit.j.§.xxij.num.45. Et hanc partem credo eſſe veriſsimam,non enim emptor dicitur ſponte reuendere,qui cogitur ex legis diſpoſitione vel ſupplere, vel reuendere : vt ſatis ſenſiſſe videtur glo.in d.l.ij.in verbo,iudicis,verſic.item ſi iſte venditor,C.de reſcin.vend.per tex.optimum in l.ſi quis ſub,§.ſed ſi ſub,ff.de condi.inſti. & diximus latius ſuprà tit. præced. §.xxxij.in gloſſ.j.nume.66.quod autem tertio,& duobus ſeq. Et quia etiam poſſet emptor , ſi aliam opin.reciperemus,fraudare emptorem hoc l. beneficio , rem emptam tot ſeruitutibus, debitis,& obligationibus onerando, vt multò ſatius eſſet venditori eam apud emptorem relinquere,quàm recuperare tot tantiſq́; oneribus ſubditam.

*Quid de feudo uel emphyteuſi reuerſa ad dominum.*

13 ¶Quid autem de feudo & emphyteuſi reuerſa ad dominum,an redeat libera, an cum onere pignoris,ſeruitutis,aut alterius obligationis,quia non eſt propria ac peculiaris materia huius noſtri tractatus,vide vltra prædicta tex.in c.1.§.ruiſus,& ibi Bal.Aluar.Mart.Laud.& Cardin. Alex.tit.quib.mod.feud.amit.& tex.in c.1.§.quid ergo,& ibi Docto.& maximè Card.Alexan. col.vlt.verſi.quæro pone vaſallus,& iterum verſi.quæro nunc,tit.de inueſti. de re ali.fac.& in cap.1.in fin.& ibi etiam Bal.tit.de cont.inter vaſal.& ali.Cyn.in l.ſi duobus,quæ eſt vlti.§.ſin autem ſub conditione.ad fi.C.com.de lega.Collect.in c.2.col.j.verſicu.quid ſi miles,extrà de feud.Blan.Marſi.in Summa tit.quib.mod.feud.amit.verſi.ſed nunquid ſeruitutem.Pet.Iacob. titu.de actione in rem pro re emphyteu.col.x.verſicu.item eſt notandum , & iterum col.xix. verſic.& eſt notandum.Ioan.Fab.in l.vlt.C.ſi alie.res pign.data ſit.Bald.Sal.& Paul.Caſt.poſt Petr.& Iacob.Rap.in l.& in prouinciali,quæ eſt iij.C.de ſerui.& aqua.& eundem Bald.conſil. ccclxxj.Maphiolus inueſtiuit,lib.1.Imo.conſi.viij.in caſu præmiſſo,col.vlt.verſic. circa ſecundum.Maſuer.tit.de locat.verſicu.item vtilis dominus.Ioan.Ray.in cap.imperialem, §.habito, char.4.& ſeq.& iterum in §.prætereà ſi quis,char.7.verſi.quæro vaſallus,titu.de prohib.feud. alie.per Fede.Pau.Caſt.conſi.lxviij.in cauſa præſenti,puto,in fi.lib.2.Alex.conſi.xxxviij. conſideratis his,col.ij.verſic.alia ratione,lib.2.& conſil.clxxiij.viſo themate,per totum,lib.2. quod repetitur conſi.xcj.lib.3. Et eundem Alexand.conſi.xj.ponderatis his,col.x.verſic.nec potuit, eod.lib.3.& conſi.x.viſo inſtrumento,col.iiij.lib.5.Guid.Pap.deciſ.Delphi.ccccxxviij. quidam Antonius,ad fin.& meliùs deciſi.cccccIxxv.emphyteuta poteſt.& Benedict.in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam,num.560.& ſequen.de teſtam.Philip.Dec.conſi. dcvij.viſo puncto,col.penul.Iacob.à S.Georg.in tract.feud.in verbo , ita etiam quòd ipſi vaſalli,col.iij.verſic.vlterius eſt quærendum,& in verbo,qui quidem inueſtiti,col.xvj.verſi.item quæro de pulchra quæſtione.& Stepha.Bertrand.conſi.iij.inſpecto,in fin.lib.3.& Franc.Curt. iunior in tracta.feud.parte iiij.quæſt.xiiij.& Matthæ.Afflict.deci.Neapol.ccclxxx.Vincentius,

colum.j.& latiſſimè diximus ſuprà titu.omnium noſtrarum conſuetudinum v.§.ij.in gloſſ.j. vbi videre poteris.& aliquid etiam diximus titu.præceden.§.xxxiiij.gloſ.j.nume.7.ſed ex his, & ſequent.& D.Boër.deciſi.clxxxj.ſi emphyteuta.Carol.autem Molend.conſuetud. Pariſien. titu.j.§.xiij.gloſ.v.in v.quæſtione,arbitratur quoniam feuda apud nos ſunt patrimonialia, eadem quoque ad dominum, quocunque modo reuertantur,minimè libera reuerti. Cui tamen non accedimus:neque enim ſequitur, ſi patrimonialia ſunt, eadem cum ſuo onere ad dominum reuerti:vt patet ex multis,quæ ſuprà diximus iij.verſi.præcedentibus. Quanquàm ei ſuffragari videtur ordinatio regia Philip.Pulchri, Biturigibus facta anno cxxxiiij.cap.20. cuius meminit Auſreri.in titu.de talliis & exactionibus,cap.3. & Benedict.vbi ſuprà, qui tamen eam declarat.

14 *An venditor qui redemit ex hoc pacto, teneatur ſtare locationi factæ ab emptore.*

¶Sed & illud quærendum ducimus: Quid ſi emptor iſte, qui emit cum hoc pacto reuendendi,interim rem alteri locat:an venditor,qui ex hoc pacto redemit, teneatur ſtare huic locationi.& idem quæri poteſt de locatione facta ab emptore durante tempore retractus municipalis. Guid.Pap.deci.Delphi.cccclxxx.locaui,col.vlti.dicit Iacob.Pute. in l.ſi filiofamiliâs,§. ſi vir in quinquennium,ff.ſolu.matri.id tractaſſe in priore caſu pacti reuendendi, & nihil aliud dicit,Sciò autem Bald.hanc eandem ſpeciem diſſeruiſſe in l.j.ad fin.C.de iure fiſci.lib.10. vbi aſſerit venditorem,qui redemit,teneri:nam emptor interim re fruitur ex voluntate venditoris:quia redimendo impediret eum frui.l.ſi vir,ff.de præſcrip.verb. ideò ex quadam conſequentia etiam ex eiuſdem voluntate videtur eam locaſſe. Et idem, nulla illius mentione facta,voluit Raph.in d.§.ſi vir in quinquennium,& ibi quoque Alex.col.iiij.verſic.item fallit quando vendidi:vbi id admodum commendat,dicitq; ab hac opin.non eſſe in practica recedendum,licet aliquid in contrarium afferat.& Soci.conſi.cxxv.viſa narratione,col.ij.verſicu. confirmatur per id,lib.1.vbi & ex hoc,& aliis multis,ibi per eum collectis, id tandem axioma facit,quòd ſi eo tempore,quo facultas locandi ad te pertinet,tu locas, ſi conſentio tacitè vel expreſſè huic locationi, licet poſteà pendente tempore ipſius locationis ea locãdi facultas in me transferatur,tamen teneor ei locationi ſtare. Et hoc quoque ſequitur & dicit ſing.Hieronymus Cagno.in repet.l.ij.in xij.quæſt.C.de pact.inter empto.

15 *Singularis ſucceſſor neceſſarius,an teneatur ſtare locationi.*

¶Et hanc ſententiam confirmat,quòd ſingularis ſucceſſor neceſſarius, in quem ſcilicet quis cogitur dominium transferre,vt in caſu noſtro,tenetur ſtare locationi,glo.not.in l.diuortio, verſi.neque,in verbo,tertia portio,verſic.ſed opponitur.& ibi Bart.col.j.Bal.col.iij.Imo.Alex. & cæteri propè omnes,ff.ſolu.matr.Albe.& Bart.in d.§.ſi vir in quinquennium,& in l.poſtulante,§.j.num.4.poſt Rayn.ibi.ff.ad S.C.Trebel.Bald. & Sali.in l.emptorem,ille in iij. oppoſi. hic in vj.C.locati.Stepha.Aufreri.deciſ.Tholoſa.cccccxx. item fuit quæſitum locaui, paulò ante fin.& Catel.Cotta,qui eam gloſſ.dicit ſingu.in memo.ſucceſſor. Sed id tamen quomodo intelligatur,apud priores illos videbis.

16 *De eadem re.*

¶Licet contra hoc multum faciant,quæ adduximus in præcedenti quæſt.ex quibus videtur, quòd reſoluto iure locatoris reſoluitur ius conductoris: cùm hæc reſolutio fiat ex cauſa antecedenti & neceſſaria:vt ibi etiam diximus,& d.tit.v.§.ij. Tu tamen vide Socin.vbi ſuprà,& Maria.eius patrem,conſi.xxxij.his quæ ſuperius diximus,in iij.primis col.& Docto. plenè in d.§.ſi vir in quinquennium,& in l.emptorem,C.locati.& in cap.vlti. extrà ne præla.vic.ſuas. & Guid.Pap.deci.Delphin.cccclxxx.locaui,verſi.circa hoc Iaſ.poſt alios,in d.l.diuortio,col. viij.verſic.in eadem gloſſ.ibi,tranſlatio,ff.ſolu.matri. Quibus etiam locis videbis,quid de locatione facta à viro durante matrimonio de re dotali,à tutoribus,curatoribus, Prælatis, debitoribus,ante dationem in ſolutum à iudice factam,& aliis id genus, an duret poſt eorum tempora. Et de locatione facta ab vſufructuario,videbis etiam tex.in l.ſi quis domum,& ibi, Bald.ff.locat.& per ipſum Bald.in d.l.j.col.vlti.C.de iur.fiſc.lib.10. Et è contrario de locatione facta à proprietario,an vſufructuarius ei teneatur ſtare, vide Bald.in l.j.col.iij.verſic. pone maritus,C.de fruct.& liti.expen.& Corſe.d.deci.Tholo.ccccxx.Et de Prælato,vltra loca communia,vide D.à Rot.deciſ.ccccxxxij.ſi Prælatus,in nouis.Bald.conſi.ccccl vij.col.j.verſic.modò ſequitur,lib.1.& Alber.in l.arbores,ff.de vſufruct.& in d.l.ſi quis domum,ff.locat.& Ange. conſil.ccxlv.quia omne datum,col.v.in v.dubio,iterumq; in ſeq. & Raph.Fulg.conſil.cxxvj. reuerendus,& Petr.Ancha.conſi.cxvj.ſecundum ordinem.Paul.Caſt.conſi.iiij.circa primum, col.j.verſic.ſed ex alio,lib.1.& omnino Alex.conſi.clx.viſo & diligenter,lib.6. & Socin.conſil, xxxiiij.materia,lib.4.& Petr.Ferra. qui de aliis quoque loquitur, titu.for.libel.quo agit.ad fi-cti.præſtat.in verbo,ſoluere neglexerit,verſic.quid autem dices. Et de domino,cui commiſſum eſt feudum,an teneatur ſtare locationi factæ à vaſallo, videbis apud Bald.in cap.1.§.rurſus,poſt princ.& iterum in fi.tit.quib.mod.feud.amit.& Carol.Molend.qui illius non meminit,conſuetud.Pariſi.tit.j.§.xxx.in xxij.quæſt.& ſeq. Et de fideicommiſſario,an teneatur ſtare colono hæredis,vide Albe.poſt Ray. in d.l.poſtulante,§.j.num.4.ff.ad S.C.Trebel. Sed non id prętermittam,quòd in noſtro caſu eſt tempus certum finiendi iuris emptoris,cùm tempus certum eſt præſtitutum reuenditioni:quod nõ eſt in maritis, Prælatis,vſufructuariis:tempus enim mortis incertum eſt,l.j.ff.de condi.& demon.quare maior eſt ratio, vt venditor qui redemit,

*Vxor an teneatur ſtare locationi factæ à marito. Quid de aliis id genus.*



demit, non teneatur ſtare locationi factæ ab emptore.Bald.autem in d.l.j.C.de iure.fiſci.loquitur in caſu,quo poteſt,quandocunque voluerit, redimere.

17 ¶Tamen ſi eam opinionem teneas,quæ dicit ſtandum huic locationi, putarem id ita intelligendum fore,niſi huiuſmodi locatio facta fuerit in fraudem. Quid enim ſi emptor videns finem eius facultatis redimendi aduentare,ſciénſque venditorem ſe ad redimendum adornare,idq; ſibi aut aliis declarare,& in eam rem pecunias vndique colligere:aut aliter ſciens veriſimiliter eum redempturum ex euidentibus ſcilicet coniecturis & apparatibus: vt in ſimili dicit Bal.in c.j.col.vlt.verſi.ſed quid ſi nondum,tit.quib.mod.feud.amit.cum ſimilibus à me adductis ſuprà tit.præcedente,§.j.in glo.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente*, nu.121. ſed hæc fortè. Is (inquam) emptor locat in multos annos vltra illud tempus redimẽdi,& fortè modico pretio,ne id ſciens venditor redimat,timens de ſuo incõmodo vt cùm ipſe ſit pretium fortè magnum reſtituturus,non potiatur tamen re ipſa longo tempore,nec iuſtã penſionem ſit habiturus:ſuper quo vide omnino,quod in non longè diſſimili caſu diximus ſuprà titu.præcedenti,§.j.gloſſ.vij.in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, nume.74.niſi tamen hæc conductio,& ſequent.

*Quid ſi hæc locatio facta fuerit in fraudem.*

18 ¶Sed ad id,quod de fraude præſumpta diximus ob cõiecturam veriſimilem rei ſtatim redimendæ adde quod in ſimili traditur de eo, qui veriſimiliter metuens controuerſiam breui mouendam,quia creditor in id ſe parabat,latitat,vt videatur tum facere animo fraudãdi, vt voluit glo.in l.Fulcinius,§.quid ſit autem,in verbo,animus,& ibi Bart.verſic.quærit gloſſ.ff. quibus ex cauſis in poſ.eat.& quod alibi dicitur de eo qui alienat rem,cuius timebat proximam controuerſiam: per glo.in c.ſæpe,in verbo,ſcienter,extrà de reſtit.ſpol.& Bart.in l.qui petitorio, in fin.ff.de rei vendi.& Bal.poſt Odofr.in l.quoties,colum.ij.verſi.dicit hic. & ibi quoque Sal.in x.oppo.C.eod.tit.& idem Sali.in l.ſi poſt motam,col.ij.verſic.nota ex verbo, emptor,C.de petit.hæredit.& Barba.conſi.xcv.clementiſſimi,col.j.libr.2.Feli.in cap. penulti. colum.j.verſicu.dum concluditur,extrà de except.& Franc.Ripam in l.quod te, colum.iij. numero 14.ff.ſi cert.petatur.Quibus adde text.optimum à nullo eorum annotatum, in l.in ſumma, ff.de pecu.vbi ita ſcribitur, Sed & ſi quis cùm ſuſpicaretur alium ſecum acturum, aliò peculium diuertat.

*De eodem.*

19 ¶Et id quidem,quod diximus de dicta locatione facta in fraudẽ,fulcitur ex eo, quod tradit Cyn.in d.l.emptorem,col.vlt.C.de locat.quòd tum demũ minor finita tutela aut curatione, aut ſucceſſor Prælati tenentur ſtare locationi factæ à tutore,vel curatore,vel prædeceſſore,ſi bona fide eam fecerint,per l.ſi tutelæ,ff.de admini.tuto.& idem dicit Bald.in d.l.emptorem, col.ij.verſi.quæro quid in ſucceſſore.Ex quo dicunt Pau.Caſt.& Alex.in d.§.ſi vir in quinquennium,ille quidem col.j.hic ij.verſi.iſtum text.limita,quòd ille text.per quem mulier ſoluto matrimonio,tenetur ſtare locationi factæ à marito conſtante matrimonio, intelligitur, ſi vir id bona fide fecerit:nam ſi ex aliqua coniectura depræhendi poſſet id in fraudẽ feciſſe, quia fortè inter ipſos iam tractabant de diuortio,aut alter eorũ grauiter ægrotabat,tunc non teneretur mulier ſtare huic locationi,arg.l.filiæ,eod.tit.& allegat quoq; Alex. text.optimum in l.in venditione,§.j.ff.de bono.auto.iudi.poſ.vbi dicitur, quòd creditor miſſus in poſſeſſionem tenetur ſtare locationi antè factæ à debitore,etiam ſi ab eo minoris locatum ſit,niſi in fraudem ipſius creditoris id factum ſit.

*De eodem.*

20 ¶Et idem in Prælato,qui ſtatim repudiaturus abdicaturúſque Prælaturam,vt ita dicam,locat rem ad multos annos in fraudem ſucceſſoris,voluit Bal.in l.iubemus nulli,in princ.col.vlt. C.de ſacro.eccle.per d.l.filiæ.& alij iura,quæ ibi allegat.& quiſquis is fuit inter conſil.eiuſdẽ cõſi.483.an locatio,in fi.lib.3.Sed & idẽ tradidit ipſe Bal.de debitore,qui rem locauerat,quæ poſteà à iudice in ſolutum data ſiue addicta fuit creditori,in c.quoniam frequenter,§.vlt.in fin.extrà vt lit.non conteſt.vt ſcilicet ipſe creditor ſtare huic locationi teneatur, niſi ea facta fuerit in fraudem ipſius:per d.l.in venditione,§.j.qui etſi loquitur de creditore, qui tantùm miſſus eſt in poſſeſſionem, vt diximus, nec ideò adhuc eſt dominus, tamen multò magis habet locũ in creditore,cui res ipſa pro credito addicta eſt.& illud dictũ Bal.ſequitur Alex. qui id dicit ſing & memoria dignum,in l.ſi filiusfamilias,§.vlt.col.iiij.verſi.ex cuius dictis,ff. ſol.matr.& Iaſ.qui dicit menti id tenendum in d.l.diuortio, in prin.col.viij.verſic.ego anno præterito,ff.eod.tit.& Catel.qui etiam dicit ſing.memor.creditor,& iterũ memor. ſucceſſor, ad fi.Et faciunt etiam,quæ dicam infrà,verſic.ab hinc iij.& rurſum §.v.in gl.iiij.in verbo,pro rata temporis,nu.18.illud quoque.

*De eodem.*

21 ¶Et quia ſuprà diximus de caſibus, quibus emptor rem alteri vendiderat aut locauerat, quæro è diuerſo,Quid ſi is qui fundum vendiderat ſub pacto reuendendi,ea tamen lege, vt ipſe venditor alteri fundũ ipſum non venderet,vt ſæpe iam fieri vidimus:tamen ipſe nihilò minus alteri fundũ vendidit, tanquam retraheret à primo emptore,an cùm volet retrahere vi illius pacti reuendendi,obſtabit ei exceptio,quòd non ſteterit promiſſis? Ideoque nec ei teneatur emptor reuendere? Corn.conſi.clxxviij.circa primam cõſultationis dubitationem, in princip.libr.1.tradit ſe & Bald.à Bart.aliàs conſuluiſſe,hoc caſu tutum eſſe emptorem exceptione aduerſus venditorem volentem retrahere,& nihil allegat.Sed ad hoc illud allegari

*Si is qui uẽdidit ſub hoc pacto,ea lege ne alteri uẽderet.*

poteſt,quòd non ſeruanti contractum,nec ipſi ſeruandus eſt.l.cùm proponas, C.de pact. & l.quæro,§.inter locatorem,ff.loca. cum ſimilibus.Et quādo actor innititur contractui vltro citroq́ue obligatorio,debet implere ipſum contractum ex parte ſua , aliàs repelli poteſt , l. Iulianus , §.offerri,ff.de act.empt.cum aliis multis ſimi.& concord.à me collectis in noſtris Legibus connubialibus,in xiij.lege.

22 *Sed quid, ſi in illo caſu venditor redemit.*

¶CAETERVM ipſe Corne.cod.conſil.differit , quid dicendum ſit in hoc eodem caſu : Si venditor,poſteaquàm ſecundo emptori vendiderit,ab eodem redimat,vtrùm nihilo minùs ei obſtabit hæc exceptio agenti contra venditorem ex huiuſmodi pacto:an verò cōtrà non obſtabit,tanquam redimendo purgauerit, quod malè fecerat alienando. Et multa in vtranque partem allegat , & tandem concludit , nec hunc quoque eſſe admittendum. Cui adde quod à noſtris tractatur,an emphyteuta & vaſallus, redimendo emphyteuſim,aut feudum, alienatum,excuſetur à pœna commiſsi:vt per Bar.& latè Alexand.& alios in l.ſi à me, ff.ad leg.Falc.Bal.& alios in c.j.tit.quid iur.ſi poſt alie.feu.vaſ.id recu.eundē Bal.in l.ab emptione, ff.de pact.Doct.in c.potuit,extrà de loca.Alb.in l.quidam in teſtamento, de fideicom.libert. Io.Ray.in c.j.§.habito,col.viij.in paruis,verſic.quæro quid ſi vaſallus,tit de prohib. feudor. alie.per Feder.Cardin.Alexand.qui alios multos citat,in c.j.§.hoc quoque,colum.iij. verſic. quæro cum dicta gloſſ.titu.de ſucceſ.feudo.Deci.conſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio eſt,valet ſtatutum,colum.ij.& latiſsimè Iaſ.poſt Antiquiores , in l.vltim.char.penult.nu.135.vigeſimò quæro,C.de iure emphy.

23 *Emptor qui emit ſub hoc pacto an interim poßit cædere arbores, Inciduæ arbores.*

¶CONSTAT autem ex ſuprà dictis,poſsítne emptor interim , dum re fruitur , pendente tempore reuenditionis,eam rem alteri vendere,pignorare,locare.Nunc quæro,an etiam interim poſsit cædere arbores fructiferas,aut alias inciduas,id eſt,non cæduas. Sic enim Ouidius lucum vocat inciduum lib.2.Faſtorum,vt id obiter dicam.Quam rem Cæpolla nuncupatim tractat in tractatu ſeruitutum ruſti.præd.tit.de mōtibus,qui eſt xxij.in vj.quæſt.vbi dicit,conſideranda eſſe verba pacti de reuendendo.Si enim hæc ſunt , vt teneatur emptor ſyluam retrouendere , non poterit, eam excidere,quia non poſſet id faciens pactū ſeruare. Si autem dictum eſt ſimpliciter , vt teneatur reuendere ſine mentione ſyluæ:& tunc aut pactum eſt ad certum breue tempus,ſcilicet 6.7.vel 8.annorum,ita vt maior eſſet vtilitas emptori habere ligna ex ea ſylua,quàm fructus fundi,qui ea exciſa ad culturam reduceretur,& econtrariò maius damnum venditori : & tunc aut emptor ſciebat,aut veriſimiliter ſcire debebat venditorem redempturum. Ideoque vt ipſe emptor conſequatur maiorem vtilitatem ante reuenditionem, vult arbores excidere,& non poteſt:& ſi fecerit,tenetur venditori redimenti ad damnum & intereſſe,argu.l.j.§.j.& quod ibi no.Bar.ff.ſi quis teſt.libe.iuſſ.fuer.& l. nomen debitoris,§.j.cum ibi no.ff.de leg.iij.& l.filiæ meæ,& ibi not.ff.ſol.matri.& quod no. Pau.Ca.in d.l.ſi filiofamilias,§.ſi vir in quinquenniū,eod.tit. Cui in hoc adde quæ diximus ſuprà in ead.glo.nu.19.& id quidē,& ſeq.Aut verò (vt redeamus ad Cæpol.) emptor neſciebat,nec veriſimiliter ſcire poterat venditorem proximè redempturum:& tunc aut vēditor contradicit,dicens ſe velle redimere,& tunc non poterit emptor ſyluam excidere,arg.l.fundum,& ibi not.C.de rei vend.aut venditor non cōtradicit,aut etiam ignorat:& tunc diſtinguendum dicit,vt in emphyteuta dixerat in præcedenti quæſt.videlicet aut eſt ſtatutum vel conſuetudo in loco,& illi ſtandum eſt,l.ſemper in ſtipulationibus, ff.de reg.iur.aut non eſt ſtatutū,& tunc aut fundus ex ſyluæ exciſione redditur melior,& poterit excidere,per l.intra vtile,§.vlt.ff.de mino.aut deterior:& tunc aut ex ea ſylua debetur quædā penſio lignorum, videlicet decem plauſtra,& non debet excidi ſylua , quia ea exciſa non poſſet poſthac ſolui ea penſio ex ea,& tacitè actum videtur ne excidatur,l.ſi debitor , §. veriſimile,ff.de contrah. empt.Hæc cepol.quem ſimpliciter ſequitur Chaſſe.in tit.*de rentes vendues à r'achaptz*,§.j.gloſ. vlt.col.item vlt.& Hiero.Cagno.in l.ij.in xiij.quæſt.C.de pact.inter empt.& vend.& iterum in xliij.eademq́ue vlt.quæſt.vbi etiam quærit de venditione viuariorum cum hoc pacto reuendendi,vtrùm interim feræ occidi poſsint:concluditq́ue poſſe,modò aliæ in earū locum ſufficiantur:per tex.in l.vſufructuarium,§.ſi in viuariis,ff.de vſufruct.& alia quædā ibi alleg. quæ videre poteris.Ex conſuetudine autem expreſſa Auxerrenſium,ſiue Altiſiodorenſium, hoc tit.*de retraict*, §.iij.qui eſt omnium xxxiiij.emptor durante anno retractus proximitatis, non poteſt cædere arbores.

24 *Vſufructuarius an poßit grandes arbores cædere.*

¶Sed & quod ad eundem & cæteros huiuſmodi,qui vel ad tempus vel perpetuò ſimpliciter fruuntur re quapiam ſubiecta reſtitutioni pertinet,illud certum eſt, primò vſufructuarium non poſſe grandes arbores & frugiferas cædere,l.ſed ſi grandes , & l.æquiſsimum,§.fructuarius,qui eſt j.& ibi Albe.qui eum §.legit.ſub l.ſi cuius,ff.de vſufruct.Neque maritū in re dotali,l.diuortio,§.ſi fundū.& ibi Doct.ff.ſol.matri.& l.ſi ex lapicidinis.& ibi Bal.ff.de iure.dot. Neque ipſum emphyteutam,vt voluerunt Dyn.Barto.Bald.Alberi.Ang.& alij in d.§.ſi fundum,quem Angel.(ne erres) legit cum §.in ſeruo.& Barto.in l.in fraudem , §.ſi conductor, ff.de iure fiſci.Bald.in authent.qui rem, col.j.in fin.& ibi Philip.Decius colum.ij.verſi.primò not.C.de ſacroſ.eccleſ.& idem Baldus , in addi.Specu.titu.de locat.§.j.colum.vlt.verſi.illud autem quæritur Albe.in d.l.j.col.vlt.& ibi Iaſ.col.quoque vlti.C.de iure.emphy.Ange.in l.ſi colonus,



colonus,ff. arbo.furtim cæſa.Ioan.Pla.in l.quiſquis,per illum text.C.de cenſi.& cenſi.libr.11. Alex.conſi.cxviij.in caſu de quo quæritur,col.j.lib.5.Neque vaſallū ſiue feudatarium,Arch. in c.ij.ad fi.de re iudi.lib.6.Bald.& Alber.in d.§.ſi fundum,& ibi cæteri poſt eos.& ante illos Inno.vt à quibuſdam citatur, in c. ad Apoſtolicæ ſedis,de re iudi.lib.6.nam (ne tu erres) is quædam c.lib.6.legit ſub titulis Decretalium.& illū ſic allegat,licet loquatur ibi generaliter de deterioratione rei,idem Bal.in cap.vlt.col.penult.extrà eod.tit.Domini.in eo ipſo cap.ad Apoſtolicæ,§.ſed licet.Ang.in d.l.ſi colonus,ff.arbo.fur.cæſa.Pau.Caſt.in d.authen.qui rem, C.de ſacroſanct.eccle.Aluar.in cap.j.§.quid ergo,tit.de inueſti.de re alie.fac.Ioan.Plat.in d.l. quiſquis.ipſe Cæpol.in d.tit.de montibus,in viij.quæſt.Matthæ.Afflict.deci.Neapolit.cclxv. illuſtriſsime,nume.73.

*An vaſallus.*

Nec patrem adminiſtratorē bonorum filij.Ang.in d.l.vlti.§.ſin autem, per illum textum,C.de bonis quæ liber.& Cæpo.vbi ſuprà.Neque colonum,vt eſt text.in l. ſi merces,§.culpæ,ff.locat.& in l.duobus,§.ſi colonus,ff.de iureiuran.& l.ſi colonus, ff.arbo. furt.cæſa.Idq́ue,etiam ſi ſit partiarius,ſecundùm Specul.in d.verſic.illud autem quæritur,& ibi Bald.in additio. Neque conductorem,d.l.in fraudem,§.conductor.ff.de iure fiſci. Ideoq; ſi emphyteuta,colonus vel conductor id fecerint,poſſunt expelli,vt dicunt Bald.& Rapha. Coma.in d.§.ſi fundum,& idē Bal.conſi.ccxc.vulgare eſt,lib.2.& Cæpol.vbi ſuprà , & Deci. in d.auth.qui rem.& Carolus Ruin.conſi.lviij.quia locator,col.ij.nume.3.& ſequent.lib.1. & conſ.lxxxviij.ſuper his,col.j.eod.lib 1.& conſi.xliij.viſo,ante fi.lib.2.& conſi.ccvj.eodemq́ue vlt.de pluribus,col.vlt.nu.32.eod.lib.2.

*An pater adminiſtrator.*

Neque item creditorem,nec debitorem in re pignorata:vt per Bart.in l.ſi conuenerit,§.ſi quis,& ibi quoque Bal.& Sali.in iij.quæſt.ff.de pigno. actio.de quo tamen vide Alber.ibi in fin.diſtinguentem.

*An debitor.*

Neque ſocium in re communi,l.& ſi non,§.venit,ff.com.diuid.& l.denique,§.ſi ex ſociis,ff.quod vi aut clam.

*An ſocius.*

Ex legibus autem Moſaicis Deuter.xx.& apud Ioſephum Antiquitatum Iudaicarum, iiij.c.vj.eodemq́ue vlti. prohibentur obſidentes vrbes,ne arbores fructiferas ad machinarum opera cōficienda exciderent,nempe à Deo pro vtilitate hominum productas.Sed quod pertinet ad id,quod diximus de ſocio in re communi,quomodo intelligatur,vide Bal.conſi.xxxvij.quidam Nerius. lib.5.& Soci.in l.ſerui electione,§.j.col.j.& ibi quoque Iaſ.colum.iij.verſi.tertio ad iſtam,ff.de leg.j.& nos alibi dicemus.

*Lex Moſaica.*

25 *Quid ſi grandes arbores ſint in fructu.*

¶Verùm iſta multis modis intelligenda ſunt.Primò,niſi hæ grandes arbores ſint in fructu, vt ſcilicet quæ ſoleant excidi ad vſum quempiam,lignandi vel ædificandi gratia:nam tūc ij, ad quos fructus pertinet,vel integrè,vel pro parte,poterunt pro portione excidere in vſum, in quem ſolēt impendi,vt in emphyteutis & colonis voluit Bal.in d.§.ſi fundum, vbi etiam eſt de hoc bonus text.& in addit.Specul.vbi ſuprà,& Ioan.Fab.in §.j.Inſtit.de locat.& Alex. d.conſi.cxviij.lib.5.& Franc.Curt.ſenior conſi.lxxj.ſuper controuerſia,colum.penult.verſic. condeſcendo ad quartum.& Pau.à Monte Pico,in repe.l.Titio,§.Titia,in xxvj.q.quæ eſt in nu.93.ff.de lega.ij.vbi id declarat,ſicuti apud eum videre poteris.

26 *Quid ſi in earum locū aliæ ſubſtituantur.*

¶Secundò intellige,vt non procedat,ſi emphyteuta excidendo arbores frugiferas,alias in earum locum ſubſtituat. Id enim poteſt facere,vt voluerunt Ange.Rapha.Paul.Caſtr.Alex.& Iaſ.in d.§.ſi fundum,Ang.in d.l.ſi colonus,ff.arbo.furt.cæſa.Cæpoll.vbi ſuprà,& Iaſ.in dicta authent.qui rem,col.ij.Pro quibus facit bonus text.in d.l.in fraudem,§.conductor,ff.de iure fiſci,cùm dicitur,Non ſubſtitutis aliis. Sed hoc intelligitur à multis,non quidē ſimpliciter, ſed in arboribus vetuſtis aut corruptis,non etiam in aliis. Ita enim voluit Ang.in d.l.ſi colonus.Raph.Pau.& Alexan.in dicto §.ſi fundum.Et bene facit tex.in d.§.ſi in viuariis.& iterum in dicta l.æquiſsimum,§.j.& in l.agri,& in l.vetus,cum duabus ll.ſequen.ff.de vſufruct. & his quidem accedo , quando conſtat huiuſmodi arbores fructiferas paulò vetuſtiores, multò fœcundiores eſſe,quàm iuniores fructúſque ſuauiores melioréſque afferre ſolitas:niſi præ nimia vetuſtate corruptæ fuerint.

27 *Quid, ſi fundus ex earum inciſione fiat fructuoſior.*

¶Tertiò intellige,niſi fundus ex inciſione huiuſmodi arborū fieret fructuoſior , quàm eſſet ante,vt de emphyteuta voluit Cæpo.in d.tit.de montibus,in v.q.& Ludo.Bolo.conſil.lxvij. cor mundum,&c.in qua ſolūmodo,col.vlt. Et de marito in re dotali , voluit idem quoque Cæpol.in eo ipſo tit.de montibus,in vij.q.per d.l.diuortio,§.ſi vir in fundo , iuncta gloſſ.in verbo,fructuoſiorem,ff.ſol.matri.& l.vlti.ff.de iure dotium.

28 *An emphyteuta, & alij id genus, poßint mutare formā fundi.*

¶Sed id certè ex eo pendet,an emphyteuta,& alij huiuſmodi, poſsint mutare formā fundi, eum meliorem ac fructuoſiorē reddendo:de quo tu vide Bal.poſt Nicol.Matth.in l.j.col.iij. verſi.ſed pone , accepi ſyluam,& ibi latè Iaſ.colum.penult.verſiculo,ſecundò principaliter, C.de iure emphyt.& Flori.vt à quibuſdam citatur , in l.hactenus , §.Caſsius.& ibi quoque text.in fi.ff.de vſufruct.& Cæpo.in d.titu.de montibus , in d.v.quæſt.& Bolo.d.conſi.lxvij. ante fin.verſic.poſtremò.& text.in l.vltim.ff.de vſu & habit.& in l.hactenus,in fin.cum l.ſeq. & l.vſufructuarius nouum,& d.l.æquiſsimum,§.j.& ſeq.& §.ſed ſi ædium.& Albe.in duobus poſterioribus locis,ff.de vſufr.& in l.mulieris,§.j.& ibi gl.in verbo,plus eſt,ff.de verb.ſignifi. & in c.j.§.econtrariò, & ibi Docto.tit.de inue.de re alie.fact.& Ang.conſi.xviij.præſuppoſita ſuprà dicta , poſt princ.& Stepha.Bertran.conſil.cclv.viſis petitionibus,in iij.dubio,lib.1.Ex quibus etiam cognoſces,an venditor id poſsit facere durante tempore pacti reuenditionis, vel

vel retractus municipalis:de quo & tu vide,quod dicam infrà eod.tit.§.vij.glo.j.num.16.vndecimò declara,& text.in l.ſi fundus,§.ſi res,ff.de pignor.qui loquitur de debitore, qui formam rei hypothecariæ immutauit.

*Quid, ſi opus eſt iis arboribus ad refectionẽ uillæ.*

29 ¶Quartò intellige,niſi iis grandibus arboribus opus eſſet ad villæ,cuius ſunt,refectionẽ:vt de vſufructuario dicitur in l.arboribus,in princip.ff.de vſufruct. quam dicit not.& ad maritum,& emphyteutam,trahit Bal.in d.l.diuortio,§.ſi fundum,ff.ſolu.matri. Sed ille text.ne fallaris,loquitur de arboribus euulſis,vel vi ventorum deiectis,vt etiam animaduertit Alex. in d.§.ſi fundum,col.j.qui tamen hanc Bal.ſententiam ſequitur,& pro ea allegat l.ex ſylua, ibi,ex non cædua,ff.eod.tit.de vſufru.qui tamen id non ſimpliciter permittit, ſed tum demum,ſi fundus non fiat deterior. Subditque Alexand.in hac quoque ſententia fuiſſe gloſ. in d.§.ſi fundum , in verbo,tenebitur,in fin.quæ ad id tamen allegat d.l.arboribus, eamque ad id dicit notab.

*Quid, ſi alias ſylua incidua eſſet inutilis.*

30 ¶Quintò & vltimò intellige, niſi aliàs ſylua non cædua,eſſet ei inutilis , cui vſus vel vſuſfructus eius relictus eſt:nam tunc ei licebit & huiuſmodi arbores huius ſyluæ cędere & vendere:per text.not.in l.Diuus,&ibi Albe.ff.de vſu & habita.quam ita intelligit Axo in Summa,Inſti.eod.tit.col.j.verſic.inſtituitur autem.Nam id generale eſt, vt quælibet diſpoſitio ita intelligatur,ne ſit inutilis,l.quoties in actionibus,ff.de rebus dub.cum ſimili. Ad hanc etiam rationem refert Albe.quod ſcribitur in d.l.Diuus. Ex quo etiam potes intelligere , quid dicendum ſit in emptore,qui emit ſub hoc pacto ſyluam inciduã,quæ illi interim eſſet inutilis , niſi arbores incideret.

*An emphyteuta & colonus poßint expelli,ſi inciderint grandes arbores.*

31 ¶Super eo autem,quod ſuprà diximus,nu.23.emphyteutã,&colonum,& alios huiuſmodi, poſſe expelli,ſi exciderint arbores grandes,aut frugiferas, vtrùm id ſit verum, & quomodo procedat,vt id obiter dicam,vide Bal.Imo.Raph.Co.Alex.& Iaſ.in d.§.ſi fundum.Bal.in d. auth.qui rem.in ij.not.& ibi Pau.Caſt.in princ.& Iaſ.col.ij.C.de ſacroſanct.eccle. In quibus locis videbis ipſum Iaſ.in hac re ſecũ pugnare.& vide etiam Cæpo.vbi ſuprà in viij.quæſt. verſi.ſed poteſt dubitari.& eundem Iaſ.conſi.xvij.facti contingentia,in j.dub.libr.1.

*Si emptor durante hoc pacto noxiã commiſit,ob quam re priuetur, an præiudicet uenditori.*

32 ¶Ex his autem,quæ ſuprà tam latè in hac gloſſ.diximus, potes intelligere,vtrum ſi is , qui emit feudum ſub hoc pacto reuendendi,interim cõmiſerit noxiam aduerſus dominum,ob quam feudo priuetur, potuit præiudicare venditori,vt id ipſum à domino redimere non poſsit.De quo vide Carol.Molen.hanc rem nuncupatim tractantem in ſuis conſuetud.Pariſi.commenta.tit.j.§.xxx.in xliij.quæſt.verſic.& pariter negatio:vbi tenet,non nocere,vt ibi videre poteris.Et idem quæri poteſt in retractu proximitatis,vtrùm ſcilicet noxia emptoris præiudicet conſanguineo volenti retrahere. Et illi adde quod in ſimili tractatur à feudorũ interpretibus de marito,qui ob noxiam fundum dotalem eundemque feudalem commiſit. Dicuntque re ipſa committi,ſed vxorem habere regreſſum aduerſus maritum , per l.ſi fundum,ff.de fund.dot.ſi tamen maritus ſit ſoluedo,aliàs ſubuenitur ei,ne feudum amittat:per auth.ſiue à me,C.ad Senatuſc.Velleia.Aut (inquiunt) feudum committitur,quandiu durat matrimonium,pòſt autem reſtituitur vxori,aut eius cohæredibus , ſicut dicitur de prælato eccleſiæ,in c.j.§.vlt.tit.de cap.Corra.de quo tu vide And.Iſer.& Cardi.Alex.in d.§.vlti.&Io. Blan.in ſumma titu.de cauſis propter quas,&c.§.& pone quòd maritus,& titu.ſeq.§.quid de marito.& Ioan.Ray.in c.j.§.firmiter,char.12.verſi.& in hoc ſolent,tit.de prohib. feud.ali.per Feder.in paruis.Quibus & tu quoque adde quod in ſimili ſcribitur in l.peto,§.prædium,& quod ibi notat Alber.ff.de leg.ij.

## §. IIII.

CELVY qui veult retraire & auoir aucune choſe par vertu d'aucune grace ou cõuenance,doit en cas de refuz [a] dedans le temps de la grace, faire ſon offre [b] de tout le ſort & pris [c],& des arrierages [d] , ſi c'eſt rente:& faire bailler adiournemẽt [e] formel en cauſe de retraict & ſur reffuz d'argẽt.Et doit conſigner [f] en main de court [g] tout ce que porte la grace du retraict. Ou autremẽt l'offre de retraict ne ſeroit pas ſuffiſammẽt faicte. [h] Et ſi apres ladicte cõſignation il reprenoit les choſes conſignées, [i] il ſeroit veu renoncer audict retraict. [k]

*QVISQVIS rem venditam retrahere volet iure facultatis ſibi ex pacto conceſſæ,debet,ſi emptor recuſet [a] intra tẽpus huiuſmodi facultatis offerre [b] integrã ſortem ſiue pretium , [c] vnà cum reliquiis ſiue vſuris præteritis [d] ( Arreragia vulgus appellat) ſi vectigal annuũ venditũ fuerit : eumq; ſpecialiter in cauſam retractus & refutatæ pecuniæ citandũ curare [e], & conſignare [f] apud curiã [g] ea omnia ad quæ tenore pacti obligatur. Alioqui huiuſmodi oblatio ſufficienter facta non videbitur [h]. Et ſi poſteà recipiat id quod conſignatum eſt [i] , cenſebitur renuntiaſſe iuri retractus. [k]*

EN



## EN CAS DE REFVZ, SI EMPTOR RECVSET, GLO. I.

*An ſatis ſit emptorem adire iudicẽ, & apud acta offerre & conſignare.*

1 EX his verbis ſatis potes intelligere,venditorem adire debere emptorem , eique primo loco offerre pretium venditionis qui ſi recuſet, faciet venditor quod hîc ſtatuitur. Nec ſatis eſſe quod plerique faciunt , adeuntes primo loco iudicem,& apud acta ipſius offerentes,& deponentes pretium,ac ſuper ea re faciunt citari emptorem :nam ſi interim tempus tranſeat,excluduntur. De quo & nos latius diximus ſuprà tit.præced.§.ix.in gloſſ.vltim.numero 1.& multis ſequent.vbi videre poteris , ne hîc iterum fruſtra repetamus.

## FAIRE SON OFFRE, OFFERRE, GLOS. II.

*Vtrũ ſatis ſit emptori offerre unum nummũ, & offerre perficere, ut in retractu proximitatis.*

1 ALIBI latè diximus in noſtris conſuetudinibus , an & quando ſufficiat verbalis oblatio , & quando realis requiritur. Ideò nunc illud omittimus. Sed illud tamen admonendos Lectores cenſemus,illud inter retractũ proximitatis,& hũc conuentionalẽ intereſſe noſtris moribus vt in illo ſatis ſit offerre realiter vnum nummum,offerendo perficere integrum pretium intra tempora conſuetudinis,vt ſcribitur in tit.præced.§.j.& iterum §.vij.& viij.hîc autem neceſſe eſt ab initio & in ipſa oblatione integrum pretium offerre emptori,& id quidem realiter , vt ſatis declarat hic §.qui vult conſignationem fieri debere,ſi emptor recuſauerit. Neque enim aliter cõſignatio aut depoſitio prodeſt,quàm ſi primùm oblatio realis facta fuerit ei,cui ſolutio facienda eſt,l.ij.C.de vſur. & diximus latè ſuprà tit.præced.§.ix.in glo.vlt.nume.5.quid plura.quod tibi maximè notandum monemus.Vidi enim iam plurimos in ea re falſos fuiſſe,dum vnum tantùm numum offerunt,offerendo perficere,vti fit in retractu proximitatis.

*Si uſus numorum ſolutorũ pro uẽditione ſit abolitus,an alia moneta poßit offerri.*

2 ¶SED & hîc locus me admonet,vt quæramus, quid ſi venditor rem quam vult redimere, vendidit centum ducatis,quos vocant,ea lege,vt reddendo centum ipſos ducatos (ita enim ſæpe fit) intra certum tempus poſsit redimere interim aut vſus ducatorum à Principe ſublatus eſt:an poterit alia moneta vſualis eorum loco offerri. Videtur primum non poſſe,ar. l.creditor oblatam,in princ.ff.de ſol.vbi periculum pecuniæ pertinet ad debitorem,ſi creditoris culpa non præceſſerit:de quo poſteà dicemus latiùs in verbo,*conſigner*,nu.34.ſed & hoc in loco.Et quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, l.cum à quo,& l.manifeſti, C.eod.cum ſi.Contrà quoque videtur,quia cùm quod principale eſt ſolui non poteſt,aliud pro alio ſolui poteſt,auth.hoc niſi,& ibi Doct.C.eod.tit.& §.quod autem,in auth.de fideiu. Idque etiam,cùm debetur ſpecies,l.ſi domus,§.qui confitetur.ff.de leg.j.& l.non dubiũ,§.j.ff. de leg.iij.& voluit Io.Fab.in §.j.poſt prin.Inſt.qui mo.tol.obli.Et hoc verũ eſt, vt etiã patet ex not.in l.paulus,ff.de ſol.& in c.olim,extrà de cẽſib.Et hanc quoq; ſententiam ſecutus eſt ipſe Io.Fab loquens in oblatione pecuniarũ,in l.acceptam,in fi.C.de vſur. Sed ita tamen,vt tantùm in alia moneta ſoluatur,quanti erat ea,quæ ſolui debebat,per d.l.Paulus,& d.c.olim. Et vide quę ſcripſimus ſuprà tit.præce.§.j.gl.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,nu.29. quintò quæro,& iterũ in gl.xx.in verbo,*d'or ou d'argent*.in vlt.q.ex qua latè cognoſces,an vẽditor poſsit offerre monetã nòn vſualem.Sed & in eadẽ gl.nu.11.at illud,& ſeq.tractauimus, an poſsit offerri pecunia reproba.Et nu.13.quid autẽ,tractauimus, an offerri poſsit pecunia probę quidẽ materiæ,ſed non legitimi põderis,ſaltẽ pro tanto quãti valet.Ibi omnino vide.

## DE TOVT LE SORT ET PRIS, INTEGRAM SORTEM, SIVE PRETIVM, GLO. III.

*An emptor teneatur uendere,non oblato prius pretio.*

1 NEQVE enim tenetur quis reuendere ex pacto,niſi ei offeratur pretium venditionis,l.ij.C.de pact.inter empt.& l.ſi ſoluturus,ff.de ſolu.& l.Iulianus,§.offerri, ff.de act.empt.& §.venditæ,Inſtitu.de rer.diuiſ.Et nuncupatim in hoc caſu voluit Bal.conſ.387.duo ſunt vidẽda,in j.dubio,li.1.& Ang.conſi.lv.ex pacto.col.j. verſi.hîc autem actio.Sed hoc intelligit Steph.Bertrand.conſi.lxviij.honeſta mulier,in addi. illius,libr.3.quando quis promiſit reuendere ſub conditione ſi venditor obtulerit pretium: ſecus ſi ſimpliciter fuerit promiſſum de reuendendo pro eodem pretio : nam tunc (inquit) non eſt neceſſaria oblatio,vt ibi videre poteris.Sed hoc ex eo pendet,quod ſcripſimus in tit. præced.§.j.gloſ.xvij.in verbo, *offrant ledict retrayant*.

## ET DES ARRERAGES, ET VSVRIS PRAETERITIS, GLO. IIII.

*Emptor an teneatur reuendere,non ſolutis uſuris ſiue reliquiis.*

1 NAM nec tenetur quis ſortem recipere ſine vſuris, l.tutor , §.Lucius,ff.de vſur.& l. vſuras,quæ eſt ij.C.eod.prout per illos text.voluit Cy.in l.j.in ij.oppo.& ibi quoque Sali.col.vlt.in vj.oppo.C.de ſolu.Albe.Alex.& Iaſ.in l.quidam exiſtimauerũt, ff.ſi cert.peta.Rapha.Fulgoſ.conſil.cxxxix.in quæſtione,colum.ij.& vbi alios text.allegat. & Philip.Deci.in l.ij.colum.vltim.C.de pact. Quanquàm contrarium quibuſdam videtur,ex text.in ea ipſa l.j.in princ.iuncto fin.Sed priorem partem confirmat text.in l.ij.C.debi.vendit.pigno.impet.non poſſe.& in l.acceptam, in princip.C.de vſur.cùm dicitur,Sortem cum vſuris offeras , & ibi gloſſ.in verbo , cum vſuris , quæ id ideo dicit procedere, quia totum

debitum

debitum debet offerri.per d.§.Lucius,& ibi quoque Cy.poſt prin.& Io.Fab.in d.verbo,cum vſuris,& Ang.col.j.in ij.not.vbi dicit,quòd niſi offeratur ſors cum omnibus vſuris, nullus eorum effectuũ inducitur,qui induci ſolent ex oblatione,etiam ſi vnus ex iis numus deeſt, per l.quandiu,C.de diſtract.pign.de quo vltimo dicã infrà in eo.§.in verbo,*conſigner*, nu.23. ſed quid ſi integrum,& ſeq.Et idem quoque voluit Alex.conſi.lxxv.in cauſa & lite, col.vlti. verſic.tertiò reſpondetur, libr.7.vbi dicit,quòd depoſitum non releuat, niſi fiat cùm omnibus acceſsionibus,& penſionibus,per glo.in d.l.ij.C.de vſur.

*An & ſine ſolutione eius quod intereſt.*

2 ¶Quinetiam ſunt aliqui in ea ſententia,vt debitor pecuniæ debeat etiam offerre id, quod intereſt cum ipſa pecunia.Ita enim voluit glo.in l.item illa,in princ.in verbo,ad diem, ff.de conſti.pecu.Barto.Bal.& Sal.in l.ſed & ſi aliqua,eod.tit.idem Sal.in repet.l.ſi ex legati cauſa, poſt prin.ff.de verb.obli.Guid.Pap.ſing.dcclxxxj.creditor.Ferro.in conſuet.Burdig.hoc tit. *de retraict*, §.xiiij.ad fi. De quo tu vide Bald.in d.l.acceptam.in xviij.q.Et facit ad ſuprà dicta text.in l.obſignatione,C.de ſolu.cùm dicitur, obſignatione totius debitæ pecuniæ, & ibi gl. quæ etiam allegat d.§.tutor.& vide quæ dicam infrà in verbo,*conſigner*, d.verſicu.ſed quid ſi integrum,& ſeq.Illud autem verum eſt,quòd cùm admittitur moræ purgatio,intelligitur,ſi cum principali re offeratur & id quod intereſt partis,ex glo.not.in l.vtique,ff.de arbit.quam ſequuntur communiter Docto.in l.ſi inſulam,& inter cæteros Alex.qui eam dicit not.ibi, col.ij.rurſumq; col.ix.in vij.fal.poſt princ.ff.de verb.oblig.

## BAILLER ADIOVRNEMENT, CITANDVM CVRARE, GLO. V.

*Coram quo iudice cõueniendus eſt emptor ad reuendendum.*

1 SED coram quo iudice,locíne rei venditæ,an emptoris? Et ſanè ſi prior emptor conuenitur,debet conueniri coram ſuo iudice,ſui ſcilicet domicilij,cùm agatur ex contractu,& ſic actione perſonali.Si autem tertius emptor cõuenitur, haud dubiè conueniri poteſt etiam coram ſuo iudice, per ea quæ in ſimili diximus, ſuprà tit.præced.§.viij.in glo.ij.An verò etiam coram iudice loci, maius dubium aſt, quam in primo emptore,contra quem (vt diximus) agitur actione merè perſonali ex contractu. Aduerſus autem tertium agi non poteſt mera perſonali, cùm inter eos non interuenit contractus,vel quaſi,§.j.& ibi not.Inſtit.de act.neceſſe eſt ergo,vt ea actio,qua cõuenitur tertius, dicatur in rem ſcripta:aliàs non ſequeretur poſſeſſorem,l.eum cui, C.de actio.& oblig.cum ſimil.Ex quo ſequitur,quòd poteſt etiã conueniri in loco rei,quæ petitur, iuxta ea quæ etiã diximus in d.§.viij.tit.præced.Quanquàm inter conſi.Iaſ.conſi.ccvj.Gabriel,col.iij.verſ.item dicta oblatio,lib.2.in cauſa eiuſdem Iaſ.neſcio quis, ſed planè vir doctus reſpondit Iaſ.ipſum,qui rem hanc retractui conuentionali obnoxiam emerat à priore emptore,eſſe conueniendum coram iudice ipſius Iaſo.non loci rei venditæ,per l.vlt.ff.de iuriſd.omn.iudi.cum ſimil.Cui accedere non poſſumus.

## CONSIGNER, CONSIGNARE, GLOS. VI.

*An neceſſe ſit in hoc caſu cõſignare pretium.*

QVID conſignare ſit,diximus ſuprà tit.præce.§.vij.in glo.iij. Sed & quòd in hoc caſu conſignandum ſit pretium,nec ſatis ſit offerre,videtur eſſe text.in l.ſi à te, & ibi glo.Bart.& Sal.C.de pact.inter empt.& vend.& gloſ.in l.ij.in verbo, oblatam,& ibi Ioan.Fab.C.eod.tit.Pe.Iac.tit.de act.in rem pro re emphy.col.iij.verſ. idem in pacto: vbi dicit,quòd licet quidam dicant illud factum fuiſſe in ea l.ij.ex abundãti, nec eſſe neceſſarium:eſſet tamen periculoſum recedere ab illo text.& Ioan.Andr.in cap.illo vos,col.vlt.extrà de pigno.Iac.Bel.& Bart.in §.illud,per illum text.in authen.vt exac.inſtan. dot.Bal.conſi.cviij.iſte qui promiſit reuendere,lib.5.Pet.Anch.conſi.cccxxxj.viſis diligenter actis,col.j.& Maſuer.titu.de empt.& vend.§.item venditor ex pacto.Et facit text.in l.vlt.ff.de lege commiſ.& in l.ij.in fin.C.de iure emphy.& in l.acceptam,& ibi not.per Cyn.Ioan.Fab. Sal.& Ang.C.de vſur.cum ſimi.Et id quidem admittit Petr.à Bel.Perti.in d.l.ij.de pact.inter empt.cùm fit oblatio extrà iudicium. Si autem fiat in iudicio,ſufficere oblationem, per l.ſi rem alienam mihi,ff.de pigno.act.

*De eadem re.*

2 ¶Sunt tamen,qui in hoc caſu ſimpliciter tenent ſatis eſſe pecuniã offerre,ſine conſignatione & depoſitione,ſcilicet Io.Andr.ſibi contrarius in addit.Specu.in rubr.de empt.& vend.poſt princ.Bal.etiam ſibi contrarius in l.acceptam.in v.q.& ibi Albe.col.ij.verſic.ſed huic obſt.C. de vſur.Pau.Caſt.in d.l.ij.quam legit eodẽ tenore cum j.per illum tex.C.de pact.inter empt. & vendi.& iterum in d.l.ſi à te,C.eod.tit.Fran.Aret.in l.ſi ſeruus communis,col.j.ff.de vulg. & pupil.ſubſtit.dum allegat d.l.ſi à te.Soc.conſi.lxxx.in quæſtione quæ vertitur,col.iij.verſ. prætereà & ſecundò facta fuit,lib.3.Hiero.Cagno.in repe.d.l.ij.col.vj.verſi.quartò not. C.de pact.inter empt.Hippo.Marſi.ſingu.ccccIxxix.oblatio ad hoc vt valeat,& Chaſſen.conſi.xlj. quia caſus,vbi id latiſsimè tractat,& D.Boer.deci.cxxiiij.teſtator,nu.27.

*De eadem re. An in uenditorem oblatione facta, re*

3 ¶Et adeò quidem hoc in caſu videtur ſatis eſſe oblatio quibuſdam,vt placet Ioan.Ana.in c. conqueſtus,col.iij.extrà de vſur.ex ea ſola,hoc caſu,transferrri dominium ipſo iure in venditorem.quod dicit ſing.probari in l.ſi cùm venderet,ff.de pign.actio.& videtur voluiſſe alij, quos adduxi ſuprà,eod.tit.§.j.glo.vij.in verbo,*ſeront præferéz*, nume.6.at in pacto,& ſeq.Sed hoc



*transferatur dominium ipſo iure.*

hoc minimè verum eſt,etiam ſi oblatio ſufficeret: nam quando ex titulo & traditione ſimul iunctis transfertur dominium,licèt poſteà reſoluatur,ſiue annulletur titulus, non tamen retransfertur dominium ipſo iure ſine traditione:etiam ſi ipſo iure reſoluatur titulus: vt nuncupatim tradit Bart.in l.ſi ita quis,§.ea lege,col.ij.verſ.vtrùm prohibitio.& ibi Iaſ.col.xj.verſi. iſtam regulam,ff.de verb.oblig.cum aliis multis concord.à me collectis in repet.l.ſi vnquam, in verbo,reuertatur,num.15.ſed illud interim,C.de reuoc.donat.Vbi etiam facio mentionem huius dicti Ioan.Ana.Vide tamen quæ dixi in d.§.j.vbi ſuprà citauimus,& quæ etiam dicam infrà ad finem huius tit.nu.74.deinde cùm quis,& duobus ſequen.

*Iterum de conſignatione.*

4 ¶Sed quantùm ad id,de quo tractamus,an ſufficiat ſola oblatio de Iure communi,cùm venditor vult retrahere ex pacto de reuendendo, vt eos quos ſuprà citauimus in hac re diſcordes reducam ad concordiam, ita dico,opus eſſe conſignatione & depoſitione ad lucrandos fructus perceptos poſt ipſam conſignationem:& ita propriè loquuntur,qui dicunt conſignationem eſſe neceſſariam: aliàs autem non opus eſſe: vt in ſimili dicimus ſolam oblationem non impedire curſum vſurarum,quæ fructuum loco ſunt, niſi fiat & conſignatio, vt not.in d.l.acceptam,C.de vſuris. Quanquàm ſuper hoc aliter diſtinguit Chaſſe. conſi.xxxiij.Hug. & Martinus,quem vide:& aliter Carol.Ruin.conſi.lxiiij. viſo proceſſu,col.v.verſic. non obſtant etiam prædicta,lib.4.

*An & hæredes,quibus facta non eſt fides de pacto reuenditionis, teneantur ad reſtitutionem fructuum.*

5 ¶INTELLIGAS autem emptorem,qui differt reuẽdere, teneri ad reſtitutionem fructuum poſt conſignationem perceptorum:non etiam hæredes ipſius conuentos,niſi illis facta fuerit fides de pacto reuenditionis.argu.l.ſi quis inficiatus,& quæ ibi not.Bart.ff.depoſi. Et ita nuncupatim,& in hac ſpecie reuenditionis,voluit Hiero.Cagno.in repet.d.l.ij.col.vj.verſi. intellige prædicta procedere.C.de pact.inter empt.& vendit. vbi & id dicit ita ſe aliàs obtinuiſſe. Cui adde & aliàs interpellationem factam hæredi de re vel obligatione non ſua, ſed prædeceſſorum non illum conſtituere in mora, niſi de ipſa re certioretur per oſtenſionem inſtrumentorum,aut alio modo:vt voluit gloſ.in l.qui in alterius,in princ.per illum tex.& ibi etiã Bart.ff.de regu.iur.& gloſ.in l.qui in ius,§.nemo,ff.eod.tit.etiam per tex.ibi.& in l.non poteſt, eod.titu.& Barto.in l.quod te,col.vlti.verſic. venio ad vltimum. & ibi latè Iaſ.col.penult.ff.ſi cert.petat.& idem Bart.in l.non ſolùm,§.morte,col.xj.verſi.tertiò principaliter,ff.de no.oper. nuntia.& in l.ſed ex legati cauſa,in fi.& ibi poſt eum Fran.Aret.& Iaſ.etiam in fin.ff.de verb. obliga.per d.l.ſi quis inficiatus, & Bald.in l.ſed ſi ex ſtipulatu,ff.eod.tit.vbi reddit rationem, quia mora requirit,aut ſcire,aut ſcire debere:vt eſt tex.no.in d.l.quod te.Cuius etiam autoritate idem Bal.conſi.cccclxj.ſuper primo puncto,in iiij.dubio,lib.2.dicit,non conſtitui quempiam in mora per interpellationem,niſi ſciat, aut ſcire debeat ſe eſſe obligatum. & ad id alia quædam allegat,quæ ibi videre poteris.

*De eodem.*

6 ¶Et facit quod ſcribit Bart.in l.j.in fin.ff.de eo,per quem fac.erit. & in d.l.non ſolùm.§.morte,col.vij.in primo membro proteſtationis prohibitoriæ,& ibi Iaſ.col.xiiij.verſicu.ſexta concluſio eſt,ff.de nou.oper.nuntia.& in l.quidam decedens,§.ex quo, verſiculo, quæro quid ſi per aliquem,ff.de admin.tuto.Alber.in l.quædam,§.j.in fin.ff.de eden. Bald.in l.ſi legatum,ff. eod.titu.Imol.& Alex.in l.de pupillo,§.qui procuratorio,ff.de oper.no.nun. Alex.conſi.xcv. viſis proceſsibus,col.penul.verſicu.ſupereſt,lib.2.& conſil.clxxij.viſis & opportunè diſcuſsis, col.ij.verſic.ſed non eſt probatum,eod.lib.2.& conſi.cxlj.viſo themate cum dubiis, colum.iij. verſicu.plus etiam videtur,lib.5.& conſi.lxxviij.viſo & diligenter,colum.ij.verſicu. nec obſtat quòd maritus,eod.lib.5.quod repetitur conſi.xxvj.lib.6.& conſi.lxxv. in cauſa & lite,col.ij.& ij.dubio,poſt princip.lib.7.& Iaſ.conſi.clix.ſuper facto, col.iiij.verſicu. tertiò principaliter,& multis ſequen.lib.2.

*De eodem.*

7 ¶Et quòd aliàs non tenemur alij credere,niſi nobis fidem faciat ſui dicti,probat,d.l.j.in prin. ff.de eo,per quem fac.erit.& ibi concord.in glo.in verbo,quamuis. & quod voluit Specu.tit. de citat §.ſequitur,poſt princ.& in tit.de appel.parte ij.§.qualiter,verſic.cautus etiam ſit,col.ij. Archid.in cap.quàm magnum,xxiij.quæſt.iiij.Can.in cle.cauſam,de elect.Bald.in l. ſi fundũ, in iij.oppo.C.de rei vend.cum ſimilib.& quæ etiam diximus ſuprà titu.præced.in §.j.gloſſ.x. in verbo,*dedans l'an*,in xviij.quæſt.& iterum in §.xxvj.glo.ij.in ij.quæſt.& quæ tradit Felin.in cap.2.col.vlt.verſi.& nota quòd in tali,de præſcrip.& in c.cùm contingat,col.vlti.in viij. concluſione,de reſcript.& Franc.Rip.in c.cùm Mart.Ferra.num.136.verſi. vnum tamen not. rurſumq; nume.152.extrà de conſtitu.

*An ſatis ſit ſequeſtrum fateri ſe recepiſſe conſignationẽ, ſine alia probatione.*
*Sola confeßio probat depoſitum.*

8 ¶SED in hac tractatione conſignationis illud quæſtionis eſt, Si iudex ſtatuerit pretium conſignari in manibus Titij,qui poſteà fatetur,id pretium ſibi à venditore numeratum, nec tamen aliter conſtat de numeratione:an ſatis erit,vt venditor dicatur conſignaſſe,& ſic ſatisfeciſſe noſtræ conſuetudini.Quod videtur:nam confeſsio in depoſito probat numerationem: nec tunc poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ,l.Publia,§.vlti.ff.depoſit. & in l. in contractibus,C.de non num.pecu.& voluit expreſsè Bal.conſi.cclvj.actum fuit depoſiti lib.1. & iterum conſil.cclxx.quidam nomine I.proponit,in fin.lib.1.& conſi.ccclxiiij.tribus rationibus,lib.2.& Petr.Ferra.titu.forma cap.quan.teſtes prod.ad æter.rei memor.in verbo, habuiſſe confeſſus,& titu.forma libelli in actio.hypo.in verbo,in depoſito,col.j.

*Sed an in præiudiciũ tertij.*

9 ¶Sed attende,quia hæc haud dubiè procedunt & intelliguntur, quantùm ad præiudicium confitentis pertinet. Hîc autem agitur de præiudicio tertij,cui vnius confeſsio vel iurata obeſſe non poteſt l.iuriſiurandi,in fi.C.de teſti.cum ſim.Quid enim ſi ipſe victus ſit,proindeq; cogitur re vendita venditori cedere:quo caſu & pretium quod dicitur conſignatum, ab illo Titio depoſitario recuperare debet,qui fortè nunc nõ eſt ſoluendo,ea tantùm de cauſa,quòd pretium illud verè non recepit, quanuis confeſſus ſit recepiſſe,nec ipſe tamen venditor, illa confeſsione innixus illud vult reddere,dicens ſe iam numeraſſe. Certè priuatur emptor, & re & pretio ob eam confeſsionem. Quid igitur cauſæ, eſt, vt in eius tam graue præiudicium ſtandum ſit illius confeſsioni,qui fortè ex compoſito,& communi ipſius & venditoris fraude,arte,conſilio eam confeſsionem ſine vera numeratione fecit:cùm & aliàs confeſsio de depoſito confitenti tantùm præiudicet,non aliis,ſecundùm Bald.conſil.ccccl v.quidam nomine A.col.vlti.lib.1.per l.in contractibus,C.de nõ num.pec.& d.l.Publia,§.vlti.ff.depoſi.quæ quantum ad id faciant,cæterorum ſit iudicium.& voluerunt etiam Imo.Alex.& Franc.Aret.in l.ſi ſtipulatus,§.Chryſogonus,ff.de verb.oblig.Alex.in l.j.§.ſi quis ita, eod.tit.Iaſ.conſi.clxxij.relatio,col.ij.verſi.accedat,lib.2.vbi & ex hoc in pulchro caſu conſuluit.

*De eodem.*

10 ¶Adde,quòd conſuetudo noſtra quæ requirit conſignationem,debet propriè & verè intelligi de vera & propria conſignatione,l.iij.§.hæc verba,ff.de nego.geſt. Sed & de naturali quoque,non ciuili,ſi de vtroque intelligi poſsit.l.vlti.& ibi Bal.Sali.Pau.Caſt. & alij.C.de his qui veni.æta.impe.cum aliis multis concord.à me adductis in repet.l.ſi vnquam, in verbo,ſuſceperit liberos,num.17.quin ſi ea verborum appellatio. Atqui conſignatio confeſſata tantùm, vt noſtri loquuntur,id eſt,de qua non aliter conſtat,quàm per confeſsionem.(Eam non ineptè confeſſam appellare poſſumus,quãdo,Confeſſam rem,dixerit Tullius in quinta in Verrem actione,& Plinius lib.10.ca.49.& lib.20.cap.11.& confeſſa ſigna,Columella lib.2.cap.item ſecundo.) Huiuſmodi igitur confeſſa tantùm conſignatio,non eſt vera ac propria & naturalis,ſed tantùm impropria ciuilis:ita enim illam noſtri appellant:alteram autem, de cuius numeratione vera conſtat,naturalem dicunt · aſſeruntq; eos,qui veram ac naturalem allegant, non ſatisfacere,nec ſatis probare,ſi ciuilem tantùm, id eſt confeſſam probant : vt per gloſſ. Bartol.& alios,loquentes in mutuo, in l.ij.§.vltim.ff.ſi certum petatur. & in l. ſi ex cautione, C.de non nume.pecu.glo.Bal.& alios,in l.ſi ex pretio,C.ſi cert.peta.Specu.in titu.de teſta.§.j. verſic.ſed pone,egi contra te,in fi.Bal.in l.vlt.col.pen.verſi. vnum ſolum aduerte.C.commu. vtriuſ.iudi.& in d.l.ſi ita ſtipulatus,§.Chryſogonus,poſt medium,ff.de verb oblig. vbi id dicit procedere,cùm negatur numeratio.& ibi quoque Ange.col.vlti.verſic.vltimò opponitur, & latiùs Franc.Aret.col.vij.verſi.& quia Bart.in prædictis.atque etiam Alex.& alios recentiores:ex quibus etiam diſces,quomodo id ſit intelligendum.& eundem Bald.conſi.ccxviij.præſuppoſito ſtatuto,in quarto eodemq; vlti.artic.lib.1.vbi etiam loquitur de depoſito.& conſil. cxxxix.factum tale eſt,D.A.colum.ij.verſic.in contrarium allegatur,lib.2. & conſil.xxv.punctus infrà ſcripti conſilij,poſt princ.lib.3.& conſi.ccccl vij.factum ſic proponitur, Franci.col.j. lib.4.& conſi.ccclxxx.tres ſunt caſus,col.j.verſicu.videamus ergo in caſu noſtro, lib.5. vbi & hoc quoque declarat Angel.conſi.xlix.de dictis præceptis,circa medium.& conſi.clv.in quæſtione vertente inter dominum Micheletum.Anton.in c.ſi cautio,& ibi Imol.id declarantem colum.penult.extrà de fide inſtru.& eundem Anton.in cap.2.in verbo,ſciat pro certo. & ibi quoque Imol.& Recentiores,de offic.ord.Rom.in l.prædia,ff.de acquir.poſſeſ.Alex.latè, qui etiam id declarat,in l.j.§.ſi quis ita,col.vlti.& ibi etiam Barba.colum.xvij.verſic.item ponitur alia,ff.de verb.oblig.& eundem Alex.conſil.v.viſa ſcriptura,colum.j.& ij.lib.1.quod repetitur conſi.clxxix.lib.2.& ipſum Alex.conſi.xxv.viſo inſtrumento,col.ij.verſicu.non obſt.dictum, lib.2.Ange.Aret.in §.ſequens,col.iij.verſic.pone ergo quòd egi,Inſtit.de acti.& Marian.Socin. conſil.iij.circa præſentem,col.ij.

*Confeſſa res, Tullio, & aliis.*
*Confeſſa ſolutio, ciuilis eſt, non naturalis.*
*Solutio allegata an probetur per confeſsionem, uide 13.*

*Aliud confiteri, aliud recipere.*

11 ¶Et huius optima eſt ratio.aliud eſt enim confiteri quippiam recepiſſe, & aliud id ipſum recipere,l.j.& ij.& ibi no.C.de dot.cauſ.non nume.& l.j.§.mutuam,ff.ſi quid in frau.patron. & voluit Bal.conſi.ccclij.quęritur an confeſsio,in prin.lib.3.& Pet.Anch.conſi.cccxxx.viſis,col. ij.verſi.ad propoſitum,cum infinitis propè concordan. Ideoq; ex multorum ſententia procurator datus ad recipiendum pecuniam mutuò,non obligat dominum ex ſola eius confeſſione de receptione huiuſmodi pecuniæ,niſi aliter conſtet eam fuiſſe re ipſa numeratam.

*Procurator cõfitens ſolutionem ſibi factam, an noceat domino, uide nu. 13.*
*An tutor, curator, executor, aut alius adminiſtrator.*

12 ¶Sicuti nec tutor,curator,aut executor, aut alius adminiſtrator per ſimplicem ſuam confeſſionem faciunt fidem de recepto in præiudicium pupilli,minoris, hæredum,& aliorum,niſi de numeratione aliter appareat. Id enim voluerunt Bart.Bal.Fulg.Rom.Paul.Caſtr.Alexan. Soci.& Iaſ.(dij boni,qui autores,certè locupletiſsimi,præſertim cùm Bal.cum Bar.conueniat, cui ex more,ex induſtria,ex omni occaſione,ex profeſſo,ex præſcripto repugnare atque contradicere ſolet) hi igitur in ea ſunt ſententia in d.l.ij.§.vlti.ff.ſi cert.pet.Bart.& Imo.in l.ſi debitorem,per illum text.ff.de nouati.idem Bart.& Ange.in l.non abſtulit,C.eod.tit.idem Bart. in l.à Diuo Pio,§.ſed ſi emptor.& ibi quoque ipſe Ange.diſtinguens, & latè Alexand.col.iiij. verſicu.ſucceſsiuè quærit,& multis ſeq.& Pet.Beſut.ff.de re iudic.Bart.in l.Lucius,ff.de admi. tuto.& in l.alio,col.vlti.verſi.quæro quid ſi in inſtrumento,ff.de aliment.legat. Feder.Senen. conſi.liiij.



conſi.liiij.Titius fecit procuratorem.Bald.in l.omnes,§.j.C.de quadri.præſcript. & in l.falſus, col.ij.verſi.tertij dicunt,C.de furt.& in cap.ex inſinuatione,col.ij.extrà de procurat.& conſil. cxxiij.reſpublica,lib.3.& conſi.cxxxj.procurator,eo.lib.3.& conſi.cclxxxvij.dicta mulier,col.j. lib.4.Ange.in l.ij.§.vlti.C.de quadri.præſcript.Anton.& Panor.in cap.ſi cautio,de fide inſtru. idem Panor.in cap.cùm olim,col.ij.verſicu.ſed dubium eſt,extrà de offic.deleg.vbi tamen diſtinguit.Petr.Ancha.in c.generaliter,in princip.& ibi Domi.§.vlti.in fi.de procura.lib.6.Idem Petr.Anchar.in cap.ſtatutum,§.ſi quidem,col.j.de reſcrip.lib.6.& conſi.lvij.quidam ex prædictis,in fi.Imo.Franc.Aret.& Iaſ.in d.§.Chryſogonus.Rom.in d.l.prædia, de acquir.poſſeſ.& conſil.ccclij.quæritur primò,in j.dubio.Paul.Caſtr.conſi.clxxxvj.in cauſa quæ vertitur Piſis, lib.1.& conſi.cccxxxvij.primò quæritur poſito,col.ij.verſic.item pone per confeſsionem,eod. lib.1.& conſil.ccccix.conſideranda ſunt,circa medium, eod.lib.1.& conſi.xxxij.circa primum, paulò ante fin.lib.2.Rapha.Fulgoſ.conſi.ccix.duobus,per totum.Ioan.Plat.in l.vlt.C.de apo. publi.lib.10.Maria.Socin.d.conſi.iij.col.ij.verſi.v.probatur.Alexan.in l.iuſiurandum quod ex conuentione,§.vlti.col.ij.ff.de iureiur.& conſil.cxxxij.in cauſa & lite,col.ij.verſic.denique iſta ſcriptura,lib.4.Pet.Ferra.tit.for.libel.quo agit.ad red.rat.tute. in verbo, ac executores,col.viij. verſi.vltrà quæritur.Franc.Aret.conſi.iiij.ex facto proponitur.Barba.conſil.viij.ſapienter,col. xvj.lib.2.& conſi.xviij.difficile eſt,col.iiij.lib.3.& conſi.xvij.clementiſsimum, col.iij.lib.4.Feli. in cap.cùm olim,le j.col.j.extrà de offic.deleg.Guid.Pap.ſingu.dcl.verſic.ij.de habente.Iaſon. etiam loquens de depoſitione & conſignatione pecuniarum,d.conſi.clxxij.lib.2.Philip.Deci. conſi.cxlvj.cuius ſuperſcriptio incipit,dubia,col.pen.verſi.tertiò non obſtat.& conſ.ccccxciij. viſo tenore inſtrumenti,col.ij.verſi.& ideò qui habet mandatum.

13 ¶Et hæc quidem eſt communis opin.licet nonnulli refragentur,tum in eo quod diximus agentem ex mutuo vel depoſito non vincere,ſi probet tantùm de confeſsione.Nam contrariũ voluit Bald.poſt Nico.Math.in l.generaliter,col.vlt.in ix.quæſt.& ibi quoque Sali. col.penul. in xvij.quæſt.C.de non nume.pecu.& idem Sali.in l.ſi ex cautione,colum.item penul.verſic. quæro econtrà,eodem titulo.Tum in eo quoque,quod dictum eſt de procuratore conſtituto ad recipiendum mutuum:vt videre licet apud Fede.Senen.conſi.liiij.eodem modo,in fin. Bald.in l.nam & nocere,ad fi.ff.de pact.& Sal.in d.l.ij.§. vlti.ff.ſi cert.peta.Imol. ſibi contrariũ, in cap.ſi cautio,col.vlt.extrà de fide inſtru.Pau.Caſt.conſi.xxxiiij.ego Paul.lib.1.quod repetitur,conſil.ccxciij.eod.lib.1.& Raph.Co.conſi.xxxj.teſtator,in ij.dubio,in fin.Nico.Mil.in ſuo reperto.verſic.procurator habens mandatum.Alex.& alios recentiores,eos nuncupatim citantes,qui contrarium voluerunt,in d.l.ij.§.vlti.ff.ſi cert.petat.& ipſum Alex.conſi.lxxvj.viſo libello,ante fin.lib.6.Barba.etiam d.conſi.xviij.col.iij.verſi.circa ſecundum dubium,& ſeq.lib.3. & Iaſon in l.duobus reis,col.ij.ff.de iureiur. & nouiſsimè Zaſium qui hanc ſententiam contrariam audentiſsimè conſtantiſsimeq; defendit, in ſuis ſingu.intellectibus. & in l. Iulianus, col.vlti.ff.de confeſ. Inter alia autem pro hac parte adducitur text.in l.ij.in fin.C. de quadri. præſcript.vbi confeſsio officialis principis de recepta pecunia venditionis rei à ſe factæ, facit fidem,tametſi vendere non poſsit, niſi præſente pecunia, l. ſi procurator.ff.de iure fiſc. & ita etiam not.Sali.in d.l.ij.col.j.Alciat.autem in d.l.ij.§.vlti.non inſcienter tradit,id plurimum reſidere in arbitrio iudicantis,qui ſubtiliter perpendat, veriſimiléne ſit numeratum, an innumeratum.ibi eum omnino vide.

*De eodem.*

14 ¶Sed ex illo tamen eodem fonte manat,vt depoſitum confeſſum tantùm,id eſt, (vt repetam) de cuius numeratione non aliàs conſtat,quàm per confeſsionem depoſitarij,non gaudet priuilegiis veri depoſiti, de cuius ſcilicet vera numeratione certiſsimis probationibus apparet. Ita enim ſingu.voluit Bald.conſi.ccclxxxiiij.duo ſunt videnda,in fi.lib.1.quem refert,non deſignato tamen loco,& ſequitur Socin.conſi.cxliij.diu profectò, col.vlt.verſicu. confirmantur prædicta,lib.1.quod repetitur conſil.clxxj.lib.2. Et mouetur vterque eo exemplo, quòd dos ſimiliter confeſſa non habet priuilegia veræ dotis aduerſus tertium, ſecundùm gloſ.in l.aſsiduis,in verbo,datæ,per illum text.& ibi Cyn.Rayn.Forli.Bald.ante fin.qui eam glo.dicit auream,C.qui potio.in pigno.hab.& idem Bald.in l.diuerſis,eod.titu.& in l. cùm aliquis,col.ij. verſicu.ſecundo caſu,C.de iure deliber.& in l.j.colum.penul.verſic. item in quæſtione,& ibi quoque Angel.col.vlti.Imo.& Pau.Caſtr.diſtinguentes,& latiſsimè Fran.Aret.& Alex. illum quidem,col.v.verſi.quærit hîc Ange.hic colum.viij.& ſequen.ff.ſolu.matri. & idem Bal.in l.j. col.iij.verſi.vnde quæritur,C.de priuileg.dot.& in l.ſi quis poſthac,in prin.& ibi quoque Alber.poſt princip.& Ange.col.j.C.de bonis dam.& idem Bald.in l.ij.poſt medium,C. ne liceat poten.& in c.contingit,col.iij.verſi.item ſi bona,extrà de dolo & contuma.vbi eam glo.dicit ſingu.& conſi.cccxcvij.caſus talis eſt,quæſtio ſperatur,ante fi.lib.1.& conſi.ccccxxxij.caſus talis eſt,campſor,circa medium,eod.lib.1.& conſi.ccccl vj.Seia,poſt prin.eod.lib.1.& conſil. eiuſdem numeri incip.ſciendum eſt,poſt prin.lib.2.& conſi.clxxxix.dominus Lanfrancus, col.ij. verſic.& ideò indubitanter,lib.3.vbi eam gloſ.dicit ſingu.& conſi.cclij.quæritur an confeſsio, circa medium,eo.lib.3.& conſi.cccxxxiij.quia iſta dos,lib.4.& conſi.ccccxxxviij. an poſſeſsio, colum.ij.lib.5.& Signo.conſi.xlix.in quæſtione vertente,col.vlti.verſi.aut elapſo.Angel.in §.j. per gloſſ.ibi,in authen.de reſtit.& ea quæ parit.& in §.his conſequenter,circa med.in authen.

*Depoſitũ confeſſum, an habeat priuilegium ueri depoſiti.*
*Dos confeſſa an habeat priuilegia ueræ dotis.*

de æquali.doti.& in §.j.in princ.per illum text.in authen.vt exact.inſtan.dotis. & conſi.clxxx. præmitto ad euidentiam,in fi.Cardi.Floren.Petr.Anchar.& Barba.in c.ex literis,extrà de pignor.Imol.in l.rei iudicatæ,§.hæredi,ff.ſol.matri.Panor.conſi.lxxiij.in quæſtione,col.iij.verſi. præterea & ſecundò,lib.2.Roma.conſi.ccccxlv.conſultatio,in vlt.dubio.Bald.Nouel.in tract. dot.in viij.parte,priuilegio xiij.Corne.conſi.clxxxiij.licet diſcuſſa, colum.j.lib.3.Ioan.Lup.in repetit.rubri.de donat.inter vir.& vxor.§.xv.Ioan. Crot. in repet.l.filiusfamiliàs, §. Diui.col. antepenul.verſic.non obſtat tertium,ff.de lega.j. De quo tamen ( quia nonnulli tenent contrarium) vide Bald.in c.quia veriſimile,col.ij.verſic.item dos præſumitur, extrà de præſump. vbi diſtinguit inter præcedentes & ſequentes creditores.& conſi.cclj.duo rei,col.j.lib.3.& pleniſsimè Rapha.Co.d.conſi.xxxj.in ij.dubio.Imol.in d.c.ex literis,de pigno.Alex.conſi.cxxiij. quoniam abundè,col.ij.lib.6. & Iaſ.in d.l.duobus reis,de iureiur. & in authent.res quæ, col. penul.in ix.limitatione,C.commu.de leg.Catel.in memor.incip.dos habet,verſi.ſecundò priuilegia.& Anton.Rub.conſi.lxxviij.præſupponitur,col.iij.verſicu. vltimò facit. ſed omnium copioſiſsimè Socin.in d.rubr.ff.ſolu.matri.col.x.verſi.poſtremò Doctor. hîc cum multis ſeq. & Franc.Rip.in l.quæſitum, §. ſi ſponſa,col.vlti.ff.de priuileg.credi. {An autem ſtatutum de certa parte dotis lucranda marito,habeat locum in dote confeſſa , videbis apud Bald. conſil. cccxxxiiij.quia iſta dos,lib.4.}

*Depoſitum re ſolum contrahitur.*

15 ¶At ea quæ diximus,non eſſe ſtandum ſimplici confeſsioni numeratæ pecuniæ, niſi aliter appareat de vera ac reali numeratione,omnium maximè debent obtinere in depoſito, etiam ſi in mutuo non procederent,quia depoſitum non niſi vno modo contrahitur,ſcilicet re: mutuum autem & re,& aliis duobus modis contrahitur,ſcilicet verbis,& chirographo.vt not.in d.l.ij.§.vlti.ff.ſi cert.petat.vnde in depoſito vnus eſt contractus,vna obligatio, quæ re tantùm perficitur:vt voluit Bald.conſil.ccxviij.præſuppoſito ſtatuto,verſic.quartus articulus,lib.1. & plenius conſil.cclvj.actum fuit depoſiti,lib.1. & ſequitur,licet corruptè alleget, Socin.d.conſi. cxliij.diu profectò,col.j.verſi.præterea aliud,lib.1.quod repetitur,vt diximus,conſ.clxxj.lib.2. Et facit etiam,quod tradit Bald.conſil.ccccly. quidam nomine A. colum.vlti.verſicu. ex hoc ſequitur,lib.1.& Albert.latè in l.ſi depoſita,colum.j.& ij.C.depoſi. Ergo niſi res ipſa hîc verè interueniat,non poteſt dici depoſitum,etiam ſi chirographum, aut confeſsio quæ verbis fit, interuenerit. Et licet reperiatur,quòd ea confeſsio probet veram numerationem , in d.l.Publia,§.vlti.ff.depoſit.& in d.l.in contractibus,de non nume.pecu. id tamen intelligitur, prout etiam illa iura loquuntur, quantùm ad ipſos confitentes : nec alicubi ſcriptum reperitur , id præiudicare tertio,cuius intereſt.

*Deciſio primæ quæſtionis.*

16 ¶Propterea Cæpolla cauſarum ciuilium conſi.xliiij.in quæſtione de præſentatione , in j.dubio,loquens de retractu,qui competit conſanguineo ex ſtatuto, quod in id requirit pretium deponi,ſi emptor recuſet accipere , vt hîc etiam requiritur in retractu conuentionali : ſuper hoc interrogatus,reſpondit non ſatis eſſe , vt de hac depoſitione appareat per confeſsionem depoſitarij:ſed opus eſſe,vt conſtet de vera ac reali numeratione:& quamuis ſtatutum, ſuper quo conſuluit,expreſsim requireret,vt pretium re vera deponeretur integrè & ſine exceptione ( ea enim erant verba ſtatuti ) tamen idem dicit ſi ſimpliciter loqueretur de depoſitione, nam nihilò minùs (inquit) teneretur conſanguineus probare verum & naturale depoſitum, nec ſufficeret ciuile:neque enim (vt ſubdit) ſola confeſsio probat veram numerationem.per text.in l.ſi pretio,iuncta glo.in verbo,ſi verò,& ibi Iac.Butr.& Bald.C.ſi cert.peta.& glo.in l. ſi ex cautione.& ibi quoque ipſe Iaco.Butr.Bart.Bald.col.iij.verſicu.iiij.quæritur, & alij,C.de non nume.pecun. Et in hac ſententia conſtantiſsimè perſtitit in duobus conſil.ſeq. non obſtantibus quibuſdam allegatis in contrarium ab aduocatis aduerſariorum,quibus affatim reſpondet,vt ibi videre poteris. Et in poſtremo dicit,nihil in contrarium facere,quòd depoſitarius ob ſuam confeſsionem ſit obligatus totum reddere: facilius enim ipſum reſtituturum pecuniam verè depoſitam,quàm confeſſam tantùm.

*De eo,an confeßio de recepto, aliis non præiudicet.*

17 ¶Sed an ſemper illud verum ſit,vt confeſsio de recepto non præiudicet aliis,quàm confitenti,ne & illud omittam,vide vltra eos,quos ſuprà citauimus, Bartol. ſcienter diſputantem, an ſatis ſit fideiuſſori,aut ei qui promiſit alium ſeruare indemnem, probare ſolutionem à ſe factam per ſolam confeſsionem creditoris ſine probatione numerationis , vt poſsit agere contra debitorem,conſi.clx.Titius promiſit,& in d.l.duobus, §. j. & ibi quoque Sali.Paul.Caſtr. & Alexan.ff.de iureiuran.Angel.in l.Vranius,§.j.& ibi quoque Imol.ff.de fideiuſſ. & eundem Paul.conſir.lxiiij.quæritur vtrùm fideiuſſor,lib.1.vbi & in eodem caſu loquitur. & Alexand. conſil.xxv.viſo inſtrumento contractus,col.ij.verſi.ij.oportet,lib.2.quod repetitur conſi.xc. lib.3.& eundem Alexan.d.conſi.cxxiij.lib.6.& Barba.in rubr.de reb.eccle.non alien.col.vlti.& Cæpol.conſil.cauſarum ciuilium xij.dubitatur,per totum,& Matthæ.Afflict.deci.Neapo.xcj. iterum in cauſa Alexandri,nume.3.rurſumq; deciſi.xciiij.ſunt duo ſocij,per totum.& iterum deciſi.cl.rex Alphonſus,colum.penul.verſic.quinta concluſio,& alibi niſi fallor diximus,ſed locus nunc non occurrit. Sed & an illud verum ſit, vt per confeſsionem non probetur verus numerationis actus,vide per Bald.conſi.50.videndum eſt primò,in fi.lib.2.& Maria.Soci. d.conſi.iij.circa præſentem,lib.1.





*Quid ſi ultra confeßionē ſequeſtri conſtet depoſitū fuiſſe marſupium,ſine alia numeratione.*

18 ¶Qvid autem in noſtro caſu,ſi cum confeſsione depoſitarij appareat teſtibus, aut inſtrumento publico depoſitum fuiſſe ſacculum ſiue marſupium,ſiue follem, in quo venditor dicebat eſſe illud pretium venditionis,quod deponi debebat , paratumq; ſe numerare, non tamen aliter conſtat de numeratione:an ſaltem id ſatis erit?Et id videtur ſatis eſſe, per tex.in l. ſtatuliberos,quę eſt iij.§.ſi pluſquam,ibi,viginti numerauerit,ſiue in ſacculo dederit,ff.de ſtatulibe.quam ad hoc dicit not.Franc.Aret.in l.ſi mora,col.iiij.verſic.item vide,ff.ſolu.matri. & alium text.in l.vlti.ff.de lege com. ibi, & ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignauit.& per glo.in §.illud quoque,in verbo conteſtatur,in authen.vt exact.inſtan.dot.quam ſequitur Bart.ibi,& in l.acceptam,paulò ante fi.C.de vſur.dum ibi ſe refert ad eam. & ibi quoque Angel.in fin.& Bald.& Imo.in l.ſi ſeruus,ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& quod Bal.dicit de præſentia pecuniæ,quæ (vt ait) habetur pro numeratione, in d.l.ſi ex pretio,C.ſi cert.peta.& in rubr.C.de fide inſtrum.col.iiij.verſic.iuxta hoc quæritur.vbi etiam allegat not. in d.l.ſi ex pretio.& in l.ſingularia,ff.ſi cert.peta.& idem Bald.conſi.ccxlvij.præmiſſo ſtatuto, paulò ante fin.lib.1.cùm dicit, quòd pecunia poteſt ſolui in ſacculo:& dicitur numerata , ſi partes confitentur,licet tabellio cautiùs faceret,ſi videret ipſam pecuniam numerari. Et Roma.conſi.cij. ſuper eod.col.j.verſi.quò ad ſecundum. Et facit etiam text.in l.adhuc,in princ.ibi, ſi verò ſimul in ſacculo ſoluit,ff.de vſufruct.

*De eadem re.*

19 ¶Sed certè hæc omnino vera ſunt in præiudicium eorum , qui ipſum actum ita conficiunt. Sed in hoc caſu,vbi agitur de præiudicio emptoris , non crederem id ſatis eſſe,niſi appareat de vera numeratione. Nam & hîc fraus ſubeſſe poſſet,ſicuti & in ſimplici confeſsione. Et ita etiam conſuluit Cæpol. loquens de conſignatione , quæ fit in retractu conſanguineorum, conſi.xlvj.circa dubia noſtra,col.vlti.verſic.vlterius dicitis. Et ante eum voluit Bartol.quem ipſe non allegat,in l.cùm ſeruus,in fin.per tex.optimum,ibi,in verſicu. nam non vtique,ff.de condi.& demonſtr.vbi expreſſe intelligit gloſ.in d.§.illud quoque,in authen. vt exact.inſtan. dot.ſuprà allegatam,ſi ita offeratur in marſupio,vt tamen teſtes & notarius cognoſcant,quanta eſt pecunia,quæ ibi eſt,quia eam viderunt numerari.Si enim poſteà dicerent vidiſſe offerri marſupium cum pecunia,ſed ignorare quanta ea erat,non probarent,l.j.§.ſi ciſta,ff.depoſi. Ideò (inquit)tutius credo offerre pecuniam numeratam coram teſtibus,& ita ponere in marſupio,& ſubdit ſe putare ſic intelligi dictam l.acceptam.& ſequitur Paul.Caſt.ibi,col.ij. verſi. item not.in verſic.nam non.& Bald.in d.l.ſi ſeruus,in prin.per illum text.ff.de vulga.& pupi. & in d.l.acceptam,colum.j.verſicu.ex his nota. & iterum col.iiij.in xj.quæſtio. & ibi quoque Sali.& Paul.Caſtr.vterque colum.j.Roma.conſi.ccclij.quæritur primò,col.j.verſic. & licet dicatur.& Petr.Ferra.titu.for.libel.in cauſa venditio.in verbo,ſuprà ſcriptum pretium,in fin.& titu.forma libel.quo agit ad pœnam ex compromiſſo,in verbo,legitimè obtulit.& Ioan.Plat. in l.j.col.ij.verſi.nunquid autem,C.de ſuſcep.lib.10.Ange.Areti.in §.vlti.col.ij.Inſtitu. quibus modis tol.obliga.& Iaſon in l.Titiæ textores,in prin.col.ij.verſi.tertiò adde,ff.de lega.j.& latè conſi.clxxij.relatio.colum.j.lib.2.& Franciſc.Ripa,in l.ſi inſulam,col.xv.num.68.ff.de verbor. obligat.Stepha.Bertrand.conſi.xcvij.voluiſſem,colum.j.verſicu.tum & quia eſto,lib.2.vbi loquitur in materia retractus. Et facit quod etiam ſcribit Bald.in d.rubr.C.de fid.inſtrum. vbi ſuprà.& in d.l.ſi ex cautione,col.iij.verſicu.ſeptimò quæritur,C.de non nume.pecu.& conſi. ccccly.quidam nomine,ff.col.ij.verſicu.illud non etiam eſt omittendum,lib.1.vbi ſingul.dicit conſuetudinem huius rei contrariam eſſe abuſiuam.& Paul.Caſtren.conſi.cxx.viſo quodam proceſſu,col.vlti.lib.1.

*De eadem re.*

20 ¶Nec ſi verum dicere volumus,contrarium dicit glo.in d.§.illud quoque.in authen.vt exac. inſtan.dot.ſed illud tantùm dicit,pecuniam poſſe offerri,& deponi in ſacculo : quod nec nos negamus,ſed debet priùs numerari , & id non negat ea gloſſ. Nam & aliàs ſi ea pecunia ita conſignetur in ſacculo ſine alia numeratione,ea non continebitur appellatione pecunię,nec vt pecunia debebitur,ſed tanquam ſpecies,vt probatur in l.talis ſcriptura.& ibi not. Bart.in j. not.& alij.ff.de lega.j.& l.planè vbi,§.j.eod.titu.& gloſ.in l.hæc venditio,§.huiuſmodi,in verbo quanti,ff.de contrahen.empt. & Bald.in cap.1.§.ſimiliter,titu.de controuer. inueſtit.col.iij. verſicu.item not.quod ſpecies.titu.de controu.inueſti.vbi ex hoc dicit,huiuſmodi pecuniam non recipere vſuram,vti nec alias ſpecies: ſicut & ipſe ſe dixiſſe dicit,in l.j.C.de vſur. Nec id tamen ſemper procedit,vt talis pecunia pro ſpecie habeatur , vt per ipſum Bald.in l. ſed & ſi quis,§.quid tamen,ff.de vſufruct.

*De eadem re.*

21 ¶Verùm Imol.in d.l.ſi ſeruus,ff.de vulg.& pupil.tenet non eſſe neceſſe numerari pecuniam, ſed ſufficere vt in ſacculo conſignetur,offeratur,& deponatur.Nam ſibi debet imputare creditor,qui pecuniam noluit acceptare,ſi non aperuit ſacculum,vt videret, eſſétne tanta pecunia,quanta ſibi deberetur.& in hac opin.videtur fuiſſe Paul.Caſtr.in l.ſi mora,col.iij.verſicu. & an ſufficit,ff.ſolu.matri.cùm dicit, quòd non ſufficit offerre pecuniam in folle ſeu marſupio,ſi creditor eam petat numerari:ſecus ſi ſimpliciter recuſet recipere. Et idem in effectu voluit Alexand.in d.l.ſi ſeruus,ff.de vulga.& pupil.col.ij.dum ita diſtinguit,aut creditor recuſat accipere pecuniam,& ſufficit oblatio in ſacculo : quia ſola oblatio verbalis ſufficit recuſante creditore,per tex.ſingu.in l.qui Romæ,in princi.ff.de verbo.obliga.& in cap.eum qui,de dol.

*Oblatio uerbalis ſufficit recuſante creditore.*

& contuma.& cap.1.de eo qui mit.in poſſeſ.gloſſ.vlti.in cap.paſtoralis,extrà de offic.ordi.Bal. in l.j.col.ij.verſic.modò quæro vtrum.C.ne lice.ter.prouo. Tu autem adde Bart.in l. qui ſolidum,in principff.de lega.ij.& Raph.Co.& Paul.Caſtren.idem tenentes,in d.l.qui Romæ,in prin.& ipſum Alexan.in d.l.ſi mora,col.iij.verſic.quintò fallit,ff.ſolu.matri.& in l.ſi inſulam, colum.ij.ff.de verbo.obliga.& Iaſ.in l.ij.col.lxiij.verſi.circa tamen illud,C.de iure emphyteu. & Catel.in memor.incip.oblatio:vbi etiam reperies quomodo id ſit intelligendum. Quanquàm contrarium tenet Franc.Aretin.in d.l.qui Romæ,in princip. Sed vt redeamus ad eundem Alexan.in d.l.ſi ſeruus. Aut creditor (inquit) non recuſat,vel ſaltem nihil dicit, & tunc putat verum,quod dictum eſt,non ſatis eſſe offerre in ſacculo,niſi numeretur:quia cùm creditor non cogatur partem pecuniæ recipere.l.quidam exiſtimauerunt,ff.ſi cert.petat. & l.cùm hæres,§.item ſi decem,ff.de ſtatuliber.& l.vlti.ff.quib.mod.pign.vel hypothe.ſoluit. certè numerari debet,vt certa ſit. Et idem propemodum dicit ipſe Alexan.in d.l.ſi mora,col.iiij.verſi. iuxta prædicta.

22 Deciſio quæſtionis.

¶Ego verò in hoc caſu noſtro ſequendam eſſe omnibus modis eam ſententiam eſſe arbitror, quæ iubet pecuniam numerari,nec ſatis eſſe dicit,vt ponatur in ſacculo ſine alia numeratione. Nam hîc loquimur de conſignatione,quæ debet fieri ob recuſationem emptoris, & integra quidem:nec aliter conſtare poteſt,an ſit integra,nécne, quàm ſi fuerit numerata : nec ſumus in illis terminis,in quibus ſola oblatio ſufficit,cùm creditor non vult accipere pecuniã: & aliud eſt ſimplex oblatio,quæ fit parti,& eſt fortè aliquid quod ei imputari poſſit , ſi non petat numerari pecuniam,vt in ſimili diximus,quòd cùm parti exhibetur inſtrumentum, nõ eſt neceſſe eius exemplum dimitti , niſi à parte,cui exhibitio ſit,petatur,vt probatur in clem. cauſam,de elect.cum ſimilibus,& concord.à me adductis ſuprà tit.præced.§.j.glo.x in verbo, *dedans l'an*,num.106.quod autem diximus. At conſignatio non ei ſit,ſed alteri : ergo nihil ei imputandum,ſed potius conſignanti,niſi eam,vt decet,fecerit.

23 Quid ſi in cõſignatione deſit unus numus. Spoliator non auditur,etiam ſi unus numus deſit.

¶Sed quid ſi integrum pretium,præter modicum,fortè vnum numum,ſit conſignatum, vtrùm ſatis erit?Reſpondit Cæpolla loquens in retractu ſanguinis,d.conſi.xlvj.col.ij.verſi.præterea etiam ſi appareret,nec tunc quidem ſatis eſſe,per id quod not. ſcribit Bal. in c.conquerente,col.j.per illum tex.extrà de reſti.ſpol.id quod dicitur , ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum,nec aliter ſpoliatorem eſſe audiendum:procedere,etiam ſi deeſſet vnus tantùm numus.quod & ipſe dicit no. Et id quoque,vt hoc addas,ſequitur Iaſ.in authen.qui rem,col.v. C.de ſacroſ.eccle.& in l.ſancimus,col.iij.verſi.octauò extende,C.de iudici.& conſi.clxij.ſtatutum ciuitatis Laudæ,col.ij.verſic.ſecundò principaliter,lib.4.Philip.Deci.conſil.xxxiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,an & quando propter contumaciam,col.vlti. & in l.edita, col.vlti.C.de eden.vbi & id trahit ad expenſas,quæ refundi debent ob emendationem libelli.

24 Oblatio manca & inutilis, ſi unus tantum numus deſit.

¶Sed & id quoque addi poteſt, quod huc propius accedit,quod tradit Angel.in l. acceptam. col.j.in ij.no.& ibi quoque Sali.col.ij.verſi.conſtat autem.& Paul.Caſtr.col.j.C.de vſur.quòd ſi in oblatione totius pretij & vſurarum deſit vnus tantùm numus , nullus effectus eorum, qui induci ſolent ex oblatione,inducitur.per l.quandiu, C. de diſtract.pignor.de quo & nos diximus ſuprà in eod.§.in verbo,*& des arrerages*,pro quo eſt optimus tex.in l.ij.ibi,nam ſi vel modicum de ſorte vel vſuris,&c.C.debit.vendi.pign.imped.non poſſe. & in l. obſignatione, C.de ſol.cùm dicitur,obſignatione totius pecuniæ. Et quod ſcribit Bald.ipſe in l.vlt.verſicu. ſed reuocatur,C.commod.quòd venditor poteſt totam rem venditam retinere,etiam ſi vnus tantùm numus deſit ex pretio.& ſequitur Iaſ.in d.authen.qui rem , vbi ſuprà,& conſil.xlj.in duabus,col.ij.lib.3.& conſil.cxj.magnificus dominus,col.vlti.lib.4. Et quod ante Bald.voluit glo.in l.res bona fide,ff.de contrahen.emptio.quòd ſi res ita ſit vendita,vt niſi ſtatuta die fuerit ſolutum pretium,res ſit inempta,ſi intra id tempus totum pretium ſit ſolutum, præter vnum numum,non ſecus erit inempta,ac ſi nihil fuiſſet ſolutum , per multa iura,quæ illic allegat,& ſequitur Bald.ibi,& in rubr.C.de contrahend.empt.in x.quæſt. vbi illam dicit not.& in cap.cùm adeò,col.ij.verſi.ſed alibi,extrà de reſcript.vbi etiam dicit not. & Alberi.in l.lege, ff.de lege commiſ. Et dicit ipſe Bal.argu.eius gloſ.in ea ipſa l.res bona fide, quòd ſi ſtatutum caſſat contractum,niſi ſoluatur gabella,ſi in ſolutione deſit vnus tantùm numus , non valet contractus. Et id quoque videtur voluiſſe {licet ſubobſcurè} idem Bald.in l.ij.in fi.& ibi etiã Roma.ff.de S.C.Sylla.& Ange.in d.l.acceptam.col.j.verſicu.item concludo,& in l.in rebus,§. poſſunt,C.commod.& Barb.in procemio cle.in vtraque lectu.videlicet col.v.in priore lectu. & col.x.in poſteriore. & conſi.lxxxviij.ſapienter ſcribitur,col.antepenul.lib.4. licet ipſe Bald. videatur velle contrarium in l.quamuis,ff.de condi.& demon.{& apertiſsimè Roma.in d.l.ij. col.j.verſi.ad ſecundum,ff.ad S.C.Sylla.}

Venditor totã rem retinet ob unum numum non ſolutum. Res inempta ob unum numum. Cõtractus caſſatur ob unum numum ex gabella non ſolutum, uide nume.32.

25 Concordia nõ prodeſt ex defectu unius numi.

¶Verùm priorem ſententiam,& omnia ſuprà dicta cõfirmat, quod tradit Ang.in l.ſi ſeruus, §.ſi plurium,col.ij.verſi.& ideò ſi ex forma,ff.ſi quis cau.quòd ſi ex forma ſtatuti,habita concordia cum offenſo non debeat offendens puniri,ſoluẽdo certam gabellam, ſi deficiat vnum iota (vt ipſe loquitur) nõ proderit concordia.& ſequitur Alex.conſil.cv. magnifice prætor, colum.vj.verſicu.pro hoc bene facit,lib.3. Sed & id tradit Angel.vt à multis citatur,licet non ſit in meo codice, ad quæſtionem de eo,cui ex ſtatuto remittitur pœna delicti,ſi intra menſem



ſem ſoluerit quartam partem condemnationis:ſi intra id tempus eam totam ſoluerit,præter vnum nummum,non euitabit pœnam.Et quod etiam ab ipſo Ange.Imo.& Alex.ſcriptum eſt in l.in executione,§.item ſi ita,ff.de verb.oblig.quòd ſi ex ſtatuto , quiſquis certam ſummam ſoluerit,banno eximatur,non eſt ſatisfactum ſtatuto , ſi vnus nummus deſit.& ſequitur Ro.in d.l.ij.ff ad S.C.Sylla.& Barb.in d.procemio cle.& conſi.lxxiiij.omnia quæ facitis, col.ix.lib.3.& conſi.xxxiiij.illud in medium referam, col.5.libr.3. Sed & prætereà voluerunt Ang.& Alexand.in d.§.iterum ſi ita,& iterum ipſe Alexand.in l.ſtipulationum aliæ,quæ eſt v.§.ſi ſortem,per illum tex.eodem titu.quòd ſi quis ſub pœna promiſerit dare certam ſummam intra aliquod tempus, certè ſi de ea ſumma reſtat vnus tantùm denarius , pœna committitur in ſolidum.quod & ante eos voluit Specu.titu.de arbitro & arbitratore,§.vlt.verſi. vt autem circa materiam , & Bald.quem nemo allegat, conſil.cxxvij.quidam nobiles , circa medium , libr.1.vbi dicit, quòd pœna committitur , ſi quid minimum reſtat ſoluendum, per l.hæredes,§.idem iuris.ff.famil.erciſcun.Sed & Alexan.in d.§.item ſi ita,adducit & ſequitur id , quod voluit Bald.in addit.Specu.in ij.parte titu.de appel.§.reſtat videre. verſicu.ſed pone dicit ſtatutum,qui eſt in columna vij.quòd ſi ex forma ſtatuti debeat appellans intra certum tempus ſoluere certam quantitatem denariorum pro libra , alioquin appellatio ſit deſerta : ſi appellans omiſerit ſoluere vnum denarium,non minus erit appellatio deſerta, quàm ſi totum omiſiſſet. Et id quoque ſequitur & dicit valde notabile & bene notandum Iaſ.in d.authent.qui rem.

Pœna non euitatur ob unũ nummum,uide 27

Băno non eximitur,qui totũ præter unũ numum ſoluit.

Iterum de pœna.

26 ¶Sed & ipſe Alexan.& ante eum Pau.Caſt.eodem in loco,ex iis dicũt, quòd ſi emphyteuta ſoluerit integram penſionem præter vnum nummum,cadit emphyteuſi:ac ſi nihil ipſe ſoluiſſet.& ſequitur Iaſ.in l.ij.col.xvj.in xvj.item quæſt.C.de iure emphyt.& in d.auth.qui rem, vbi ſuprà.Et idem de inquilino ſiue conductore tenet Bald.conſi.ccxc.vulgare eſt.libr.2.& Alex.d.conſi.cvj.magnifice prætor, col.vj.verſi.& poſt prædicta,cum ſeq.libr.3.& eſt bonus text.in l.æde,ibi,ſi penſionem domini in ſolidum ſoluiſti, C.locati.licet Bald.ipſe tenuerit contrarium in eadem ipſa l.col.iij.verſ.ſed nunquid pro vno numo,C.loca.Et hæc quidem, cùm modicum ex integro pretio reſtat.Nam ſi integrum ipſum pretiũ ſiue penſio conſiſtat in modico , verbi gratia,in nummo,haud hubiè cadit emphyteuſi,qui illud modicum non ſoluit:vt poſt Petr.voluit ipſe Bald.in d.Authen.qui rem,col.ij.verſi.iuxta prædicta , & in l. cùm allegas,in vij.oppo.C.de vſur.& in c.j.§.aut ſi libellario,col.j.titu.quib.mod.feud.amit. cum aliis concord.adductis à Iaſ.in d.authen.qui rem,ne hîc diutius immoremur.Cui adde Barb.conſi.xxxvj.ſapienter.in fi.lib.2.

Emphyteuta cadit ob unũ numum nõ ſolutum.

27 ¶Et huc quoque accedit,quod prodit Bal.in d.l.quandiu,per illum text.C.de diſtract.pign. quòd ſi ſtatuta eſt pœna non ſoluentibus præſtantias, (vt ipſe appellat ) ſi vnum denarium quis omiſerit,incidit in pœnã,ac ſi nihil ipſe ſoluiſſet.Et quod ſcribit idem Bal.in cõmenta. lib.1.in xiiij.q.C.de his quæ pœ.nomi.quòd ſi teſtator hæredi mandauerit, vt certa die daret mihi decẽ nummos,alioqui daret mihi fundum : & hæres intra tempus præfinitum nouem tãtùm dederit,æquè poſſum fundũ illum nouem reſtitutis petere,ac ſi nihil omnino hæres dediſſet. Sequitur Pau.Ca.in d.§.ſi ſortem, col.vlt.& Barb.in l.iiij.§.Cato.col.xxij.ff.de verb. obli.& in procemio cle.in vtraque lect.vbi ſuprà citauimus,quibus locis id dicit ſing.& perpetuò notandũ,& in cle.literas,col.xxiij.de reſcrip.& conſi.xl.præclarè ſcribitur,col.xij.lib.1. & conſi.lvij.cuius eſt idem initium.col.iiij.eod.lib.1.& d.conſ.lxxiiij.col.ix.lib.3.& d.conſi.34. col.v.lib.4.& d.conſi.lxxxviij.col.antepenul.eod.lib.4.& Iaſ.qui & hoc dicit not.in l.inſulã. col.xviij.verſi.vltimò ad illud,ff.de verb.oblig.Et quod etiam tradit idem Bald.in l.vlt.col.ij. verſi.quæro quid ſi cedẽs,C.qui bon.ced.poſ.quòd ſi cedens bonis omnia bona ſua reliquit, præter vnum denarium,perdit beneficium ceſsionis.

Iterum de pœna.

28 ¶Et huc item adducitur,quod voluit Bal.in l.cùm ſit,C.de ſepul.viol.quòd ea regula,quòd qui non habet vnde,luat in corpore,habet locum , etiam ſi reus ſoluit integram ſummam, præter vnum denariũ.quem ita refert & ſequitur Alex.in d.l.ſtipulationũ,§.ſi ſortem, col.j. ff.de verb.oblig.& Iaſ.qui id dicit mirabile & ſing.in d.l.ij.in d.xvj.quæſt.C.de iure emphyt. licet Bal.de vno nummo mentionem non faciat,ſed ſimpliciter dicat,quòd ſi minus ſoluat, tota pœna imponitur,ac ſi nihil ipſe ſoluiſſet,arg.l.v.§.ſi ſortem.Et hæc quidem omnia , vt his tandem finem faciam,confirmantur ex l.quamuis , ff.vt poſſeſ.lega.& melius , l.ſi is qui ducenta,§.ſi ita,& ibi not.ff.de reb.dub.cum aliis multis ſi.& concord.à me latiſsimè cõgeſtis ſuprà,tit.harum omnium conſuetud.vj.§.v.in glo.j.

Luat in corpore qui uel unum nummũ ſoluere non poteſt.

29 ¶Sed id tamen velim intelligas, ſi venditor de induſtria ſciẽſq; ac prudens omiſerit illum denarium:ſecus ſi per errorem fortè calculi.Nam tunc is tam paruus defectus,ſiue error nocere non debet : per text.in d.l.quamuis,ff.de condi.& demon.Ex quo Bald.Imo.& Rapha. Co.ibi limitant quod ſuprà diximus de ſolutione gabellæ,& quod item dictũ eſt de cõuerſione pœnæ pecuniariæ in corporalẽ.Sed & quæ diximus de emphyteuta,& inquilino , qui omiſerunt ſoluere nummũ ex integra penſione, ita quoque limitarunt per illum text.Alex. d.conſi.cvj.col.vj.verſi.prætereà illud quod dicit,lib.3.& Barb.in d.procemio cle.in vtraque lectu.vbi ſuprà.& Soci.in d.l.quamuis, de condi.& demonſtr.Iaſ.in d.auth.qui rem,colum.

Quid ſi uenditor per errorem calculi omiſerit unum nummum ex pretio ſoluere.

penul.verſi.intellige tamen.C.de ſacroſ.eccle.in d.l.ij.vbi ſuprà,verſi limita tamen,C.de iure emph.& omnes quidem ſubnixi autoritate d.l.quamuis. quam & ipſam ad hæc, & ſimilia, annotat Bald.in l.pro hæreditariis,col.ij.verſic.xj.C.de hæred.act.vbi & eam poſt Oldr.dicit ſing.& in l.obſeruare,§.proficiſci,col.vlt.verſi.xxxiij.ff.de offic.Proconſ.& in authen.iiſdem pœnis, col.ij.verſi.ſed quid ſi propter errorem,C.de ſecun.nupt.& in l.omnem, col.ij.verſi. caueat tamen.C.ad S.C.Tertul.& in l.j.C.ſi aduer.ſol.vbi dicit eam l.no.& menti tenendam: & alibi ſæpe.& Franc.Aret.in l.ſi ſeruum, §.Prætor,col.ij.verſi quando not.ff.de acquirend. hæred.& Doct.vbique.

*De eodem.*

30 ¶Illud tamen tibi notandũ eſt,ne hæc adeò leuiter trãſeas,ea procedere,cùm agitur de excuſatione pœnæ, vt ſcilicet error in re tam modica excuſet à pœna.Hîc autem agitur de iure emptoris,qui non tenetur reuendere,niſi integrum omnino pretium offeratur: nec ſi vnus quidẽ nummus tantùm deſit,vt ex ſupradictis abundè apparet:nec ei error venditoris,qualiſcunq; is ſit,nocere debet,& poteſt.Præſertim cùm in his quę ſunt introducta ad cõſeruandum rigorẽ iuris aut ſtatuti, cuiuſmodi hæc eſt oblatio & conſignatio,non parcitur errori etiam ruſticorum, aut minorum,aut mulierum,militum,aut aliorum huiuſcemodi quibus aliàs facillimè parcitur, ſecundùm gloſſam.Bart.Bald.& Paul.Caſt.in l.cùm quis, C.de iur.& fact.igno.cum aliis multis ſimilib.quæ tibi colligam infrà eodem§.in gloſ.ſequent.nume. 16. & quia etiam in his.

*Formæ omiſſio in numo, totum uitiat, uide 33.*

31 ¶Et quia etiam id datum eſt & conſtitututum pro forma in noſtra conſuetudine, vt totum pretiũ offeratur,& ſi emptor recuſet accipere,conſignetur intra tempus præſtitutũ reuenditioni,vt hîc ſtatuitur.At omiſsio formæ etiam in minimo,totum vitiat:vt voluerunt Bal.& Imo.in l.j.ff.de liber.& poſth.Anto.in c.Piſanis,quod eſt vlti.col.ij.in vij.not.per illum text. extrà de reſtit.ſpolia.Fel.latè in c.cum dilecto,col.xij.poſt medium j.ampliationis,& iterum col.xvj.in x.amplia.extrà de reſcript.& in c.vlt.§.j.col.iij.de offi.deleg.Iaſ.conſil.clxv.viſo & conſiderato,paulò ante fi.lib.2.iterumq; conſi.cxcj.placet mihi,col.j.eod.lib.2.& conſi.ccxiij. in præmiſſa ſtatim,poſt prin.eod.lib.2.& conſi.xcvij.ſtatutum Bononienſe,col.pen.in princ. lib.4.Benedi.in repet.c.Raynutius,in verbo,in eodem teſtamento relinquens, le j. nu.27.de teſta.Steph.Bertr.conſi.cxlvij.alienatio,poſt prin.lib.2.& conſi.cliiij.quod eſt eiuſdem initij, etiam in princ.eod.lib.2.Phili.Deci.in d.auth.qui rem,col.iiij.verſic.& pro modica,C.de ſacroſ.eccle.& in c.prudentiã,in iiij.not.de offi.deleg.& in c.de appellationibus,col.ij.verſ.tertius caſus,extrà de app.vbi addidit alios cõcord.& conſil.ccclij.pro vera, col.j.& alibi ſæpe.

*Formæ nihil addi, aut adimi poſſe.*

Nã formæ nihil adimi,aut detrahi poteſt,vt dicit Bal.in l.vlt.col.ij.C.de ſuis & legi.Ea enim indiuidua eſt.idem Bal.in l.certi condictio,§.quoniã,col.iij.ff.ſi cert.peta.& in l.Pedius, poſt prin.in addi.ff.de arbit.Nam,vt ibi dicit,quælibet mutatio in forma totum vitiat:atq; vt idẽ dicit in c.cùm adeò,col.ij.verſi.item ex paruo,extrà de reſcri.ex paruo defectu quis incidit in magnã pœnam, quia non ſeruat formã,quæ ex integritate cõſiſtit,cum aliis multis cõcord. à me traditis,ſuprà tit.præced.§.j.glo.xxj.in verbo, *en telle quantité,qu'il vouldra,* nu.11.ita quidem,& ſeq.Et dicit idem Bal.in c.j.col.ij.verſi.ſed nũquid numerus,tit.de milit.vaſ.qui cõtu. eſt,quòd ex forma nihil mutari poteſt,ac nec vnius quidẽ horæ momentũ.& facit l.cùm hi, §.ſed & ſi,ff.de tranſact. Nec in hoc quoque parcitur ruſticitati,ſexui,ætati, nec cuilibet alij qualitati,aut conditioni.l.vlt.C.de teſta.iuncta glo.in l.ambiguitates,eo.tit.& dicemus latius in d.gloſ.ſequent.nume.15.ergo vt reſumamus.

*De eodem.*

32 ¶Ex quibus & illud fit,quod ad hũc noſtrũ caſum proximè pertinet,quod ab ipſo Bal.ſcriptũ eſt in d.l.res bona fide,ff.de contrah.emp.quòd ſi ſtatutũ annullat contractũ,ſi non ſoluatur gabella:ſi deſit vnus nummus ex ſolutione integræ gabellæ,annullatur contractus. id quod iam ſuprà ex eodẽ diximus. Verùm illud addit,quod priuatim & peculiariter ad hunc locũ pertinet:id ſcilicet,illud quoq; procedere,etiam ſi erranter id factũ,ſiue omiſſum fuerit: quia nec tunc excuſabitur,quin contractus annulletur. Quod ob id dicere voluimus, quia de errore loquitur,vt hîc quoque facimus.Et id dictũ ſequitur Firmia.in tract.gabellarum, in iij.parte viij.partis princip.in xxxvj.q.Et facit,quod tradit idem Bal.etiam loquens de errante in calculo,in l.vlt.in princ.col.vlt.C.de tempo.apel.Ideò caueat offerẽs & conſignans, ne erret,ne ſe exponat periculo eius facultatis redimendi amittendæ.

*Iterum de forma.*

33 ¶Sed intereà nõ omiſerim,ei quod dictum eſt de forma,refragari poſſe videri d.l.quamuis, ff.de cond.& demon.quã tamẽ nullus (ni fallor) in id expendit.Nam ea loquitur in conditione,nempe in legato libertatis relicto ſub ea conditione,ſi ſeruus rationes reddiderit, & reliqua ſoluerit:quę quidem conditio formã inducit,& ſolennitatem non leuem,ex ſentẽtia Bal.in auth.matri & auiæ,col.j.C.quan.mul.tute.offi.cum concor.à me traditis ſuprà eo.tit. §.ij.gl.j.nu.3.& eo quidẽ magis.Et tamen dicitur in d.l.quãuis,quòd ſi per imprudentiã minus ſolutũ eſſet,liberũ nihilo minùs illum fore.Niſi dicas,id ibi procedere fauore libertatis, ob quam multa contra cõmunes regulas iuris ſtatuta ſunt.l.generaliter,§.ſi quis ſeruo, ff.de fideicom.libert.& §.vlt.Inſti.de dona.Sed id non mihi ſatis placet:quia nihil eſt in eo textu, ob quod poſsit videri id ſtatutum fuiſſe fauore libertatis ſed potius,vt perpetuum & generale,& ita eum intelligit Bart.& omnes.Et alius quoque text.huic ſuffragari videtur, quem

miror



miror à cæteris (ſi non me fallit memoria)non fuiſſe in id animaduerſum,in l.j.§.vlt.iuncta l.vlt.ff.de vent.inſpic.nam in priore loco dicitur,quòd ſi per ruſticitatem aliquid fuerit omiſſum ex iis quæ Prætor ſeruari voluit in caſu illius tit.nõ obſtat partui,quale illud eſt,ſi quid ex iis quæ leuiter obſeruanda Prætor edixit.In poſteriori autem loco apertè declaratur, ea, quæ Prætor edixit in eo tit.formã inducere,cùm iis verbis dicitur,Secundum formã edicti, &c. Ex quibus illud conſequens fit, omiſsionem leuis ac modicæ cuiuſpiam formæ, non obeſſe.Ideò cogita.Nam Bar.in illo priori loco,& omnes vbique intelligunt eum textum de leui ſiue modica ſolennitate.forma autẽ eſt præciſior,atque ſtrictioris iuris & obſeruationis, quàm ſolennitas:vt not.à noſtris in d.l.j.ff.de libe.& poſth.& Alcia.lib.Paradoxorum 5.c.16. Niſi dicas in d.l.j.formam accipi pro modo vel tenore edicti, vt aliâs in eo ſignificatu apud probatiſsimos autores ponitur.

*Cui perit pecunia cõſignata,emptori,an venditori.*

34 ¶Sed & hoc in loco quærimus,quid ſi pecunia conſignata periit, quia Princeps fortè eam accepit,vt ſæpe fit,aut ſequeſter ſiue depoſitarius ſolum vertit, aut aliter:vtrius erit periculum,venditoríſne,qui conſignauit:an emptoris,qui eam renuit accipere.In quo ita mihi dicendum videtur,quòd ſi ſine iuſta cauſa emptor recuſauit accipere, (quod ex exitu litis cõſtabit) illi periit:aliâs venditori,per l.qui decem,in prin.& l.creditor oblatam,etiam in prin. & vtrobique Bart.& Doct.ff.de ſolu.& l.j.C.de ſuſcep.& arca.lib.10.& glo.in d.l.acceptam,in prin.& ibi Bart.col.ij.Bal.col.j.verſi.in tex.periculo.& rurſum col.vj.verſi.ſed quid operetur, & Pau.Caſt.col.j.C.de vſur.& Bald.qui nuncupatim loquitur de pecunia cõſignata,in l.j.ad finem.C.de nouat.Et facit tex. in l.vlt.ad fi.& ibi Bald.C.de com.ſer.ma.& not.per Bart.in l. ſi ſoluturus,ff.de ſolu.& in l.ſi oleum,in prin.ff.de dolo malo.Raph.& Pau.Ca.in l.qui Romæ,in prin.ff.de verb.oblig.vbi intelligunt ea quæ diximus,cùm conſignatio ſit debito loco & tempore:aliâs enim ſemper perit cõſignanti.& Pan.cõſi lvj.videtur primò,libr.1.& Calca. conſi.xiij.Manfredus,ante fi.& Iaſ.conſi.lxxiiij.puto,in fi.lib.1.& Philip.Deci.conſi.dxliij. in caſu propoſito,col.vlt.& iterum conſ.dclxviij.ſecundũ ea.Et faciunt plenè tractata à Matth. Afflict.deciſi.Neapo.cl.Rex Alphonſus,de debitoribus Alphonſi Regis Neapolitani,exactis à Carolo octauo Francorum rege.Ex ea autem l.creditor,ſuprà allegata(vt id dicã in tranſcurſu ) iam exploſa eſt Alciati ibi beneficio dictio, heroſa,vox inſolens,& nihil omnino ſignificãs:& eius loco, ἔρανος, ſubſtituta,quæ quid ſignificet,videbis apud eundẽ lib.Diſpũct. ij.c.xxv.& Io.Maria.Cataneũ doctiſsimum Plinij Iunioris interpretem,libr.10.Epiſtol.ipſius Plinij,in epiſtola cuius initium eſt,Amiſenorum ciuitas.& Cælium Rhodig.lib. Lectionum antiquarum xiiij.c.lvij.Et vide etiam in hac quæſt.l.Lucius,ff.de euict.& l.vlt.§.j.ff.de pigno. actio.Et vide item ſuper illa illius l.emendatione Ioan.Corraſium lib.Miſcel.j.c.ix.vbi in ea contendit legendum,non heroſa,non eranos,ſed æroſa.

*ἔρανος.*

*An ſequeſter eſt liberatus, ſi Princeps pecuniã depoſitã acceperit.*

35 ¶At illud dubium eſſe poteſt in illo caſu,cùm ſcilicet Princeps pecuniam conſignatam & depòſitam exegit à depoſitario ſiue ſequeſtro in vſum reipublicæ,(hic enim prætextus ſemper obtẽditur) aut ſimpliciter & ſine alia ratione,aut ſpecie:(nihil enim hîc refert, quãtùm ad id,de quo agimus) vtrùm ipſe ſequeſter ſiue depoſitarius ita exactus, ſit plenè liberatus: vide pleniſsimè Cy.& Bal.in l.ij.C.quod metus cau.Bart.Ang.& Imol.in d.l.creditor, ff. de ſolut.Pet.Anch.conſil.ccix.viſa ſuprà dicta facti narratione.Barba.conſil.xxvj.vbi Chriſtus, lib.3.& latiſsimè Iaſ.conſi.etiam xxvj.in fauorem,lib.quoque 3.

*Quo tempore debet fieri cõſignatio.*

36 ¶Denique & illud quærimus,quo tempore debeat fieri hæc conſignatio,vt huic cõſuetudini ſatisfactum ſit. Et certè hæc noſtra conſuetudo apertè videtur declarare,id fieri debere intra tempus præſtitutũ facultati redemptionis.Aliâs videretur ſatis eſſe,vt fieret ante litis cõteſtationem,vt etiam voluit Io.Igne loquens in noſtro caſu,in repe.l.dudũ,col.xvij.verſi.ſecũdò induco,C.de cõtrah.empt.allegans Baldum in l.acceptam, C.de vſur.vbi tamen nihil de hoc dicit,niſi quòd col.iij.in v.oppo.ſcribit conſignationẽ ſemper fieri debere intra tempus iuris offerendi : aliàs ius ipſum eſſet extinctum : ideò nihil ea conſignatio prodeſſet:per l.Thais, §.intra,ff.de fidei.liber.& l.in bello,§.ſi quis ſeruum,ff.de capt.& poſtli.reuer.& not.per Inn. in c.cùm in tua,extrà,qui mat.accuſ.poſ.Hæc ille.Aliàs autẽ vbi non eſſet tempus oblationis ſtatutum,crederem,vbi depoſitio & conſignatio requiritur ad acquirendam actionem, eam fieri debere ante litem conteſtatam,ar.l.non poteſt,& ibi not.ff.de iudi.& c.Abbate ſanè, in fi.de re iud.lib.6. Et vide text.in l.ſi reus paratus,& ibi Doct.ff.de procur.& in l.ſi rem alienam mihi,§.vlt.& ibi Bar.& alij,ff.de pigno.act.& eundem Bar in l.ſed & ſi alia, ff.de cõſtit. pec.& Corn.conſi.lxxxv.videtur prima facie,col.ij.verſi.& ſufficit,lib.4.

*An ſatis ſit conſignationẽ fieri ante tempus reuenditionis ſine citatione.*

37 ¶Nec tamen prætermiſerim, ex hac eadem conſuetudine videri & citationem quoque in hoc retractu fieri debere etiam ante tempus reuenditionis finitum:quanquàm de iure communi videretur ſatis eſſe oblationẽ & interpellationem fieri ante id tempus,nec requiri citationem etiam fieri ante idem tẽpus:quid quãdo à cõtrahentibus apponitur tempus cauſa finiẽdæ ſiue limitandæ obligationis,interrũpitur eius tẽporis lapſus,ſiue præſcriptio,per ſolã interpellationẽ extraiudicialem.l.ſi mãdato Titij,§.item illi,iuncta glo.ff.manda.quã ad hoc dicit ſing.Pau.Ca.in l.eum qui ita,§.qui ita,l.j.circa medium,ff.de verb.oblig.Subdens aliud eſſe, quando id tempus apponitur à lege,per l.alienam, ff.pro empt.& monet id diligenter

notari,

notari. Verùm an in noſtro caſu tempus cenſeatur appoſitum limitandæ obligationis cauſa, an verò differendæ ſolutionis, cognoſces ex not. à Barto. in d.l. eum qui ita. Cæterùm Franc. Balb. in tract. præſcriptionum, in iij. parte vj. & vlt. partis princi. nu. 42. tenet ſimpliciter, præſcriptionem conuentionalem interrumpi, ac perpetuari quoque per ſolam interpellationem extraiudicialem, per d. §. item illi. id quod etiam voluit Socin. in l. vlt. in princ. col. iij. verſicu. quartò limita, ff. de eo per quem fact. erit vbi id dicit voluiſſe Pau. Caſtr. ibi in recollectis antiquis. & in id dixiſſe ſing. text. in d. §. item illi, à Doct. tamen non ponderatum.

*De eadem re.*

38 ¶At illud conſtat, denuntiationem, ſiue proteſtationem extraiudicialem, non interrumpere præſcriptionem legalem ſiue ſtatutariam. d.l. alienam, & ibi Dy. Bart. & Albe. ff. pro empto. & c. olim cauſam, extrà de cenſi. glo. in d.l. vlt. in prin. in verbo, acquirat, & ibi Bal. col. j. & Alex. col. iiij. verſi. per denũtiationem, ff. de eo per quem fact. erit. Nam, vt dicit ipſe Bal. ibi, ſpeciale eſt, vt in certis caſibus proteſtatio interrumpat, l. vt perfectius, C. de anna. excep. Ergo in contrarium eſt ius commune. Et idem quoque voluit Bar. in l. naturaliter, col. ij, & ibi quoq; alij, ff. de vſuc. & latè Card. Alex. qui & alios allegat, in c. ſolicitudinem, col. xxij. verſi. concatenatur, extrà de app. vbi id limitat in vj. caſibus, vt per eum videre poteris. Et idẽ præthereà voluit Imo. in l. ſi ſeruum Stichũ, §. ſequitur, & ibi quoq; Alex. col. ij. ff. de verb. obli. Neq; enim, vt hi inquiũt, eſt de modis interrumpendi, de quibus not. in l. cùm notiſsimi, §. ſed & ſi quis, C. de præſcript. xxx vel xl. anno. & in c. illud, de præſcri. Dicitque Alex. de hoc videri text. in d.l. alienam. & idem Imo. in c. vlti. extrà de præſcript. & Iaſ. in §. pœnales, chart. pen. nume. 119. Inſtitu. de actio. & ſentit etiam glo. in l. vlt. in princ. in verbo, acquiſiuerit, C. de præſcrip. xxx. vel xl. anno. Sunt autem qui contrà dicunt denuntiationem extraiudicialem interrumpere præſcriptionem, videlicet glo. ſubdubitans tamen, in l. ij. in verbo, interdictus eſt, & ibi Albe. qui id dicit not. C. de ſerui. & ſubobſcurè gloſſ. vt à nonnullis citatur, in l. arboribus, §. idem tractat, in fin. ff. de vſufruct.

*An & quãdo interpellatio extraiudicialis conſtituat in mora.*

39 ¶An autẽ & quando ipſa interpellatio extraiudicialis cõſtituat in mora, vide gloſ. magnã in prin. in l. vinum, & ibi Alex. col. ij. Iaſ. & Phil. Dec. ff. ſi cert. pet. & glo. in l. qui Romæ, §. cohæredes, in verbo, teſtato, & ibi. Bar. Raph. Pau. Ca. & Alex. latè. ff. de verb. obl. & gl. in l. fideiuſſor obligari, §. vlt. in verbo, reus, ff. de fideiuſ. Pet. Iac. tit. de reſt. in inte. circa med. Bar. Bal. & Ang. in l. cùm poſtulaſſem, in prin. ff. de dam. infect. & eundẽ Bar. in l. ſi ex legati, & ibi quoq; Alex. ff. de verb. obli. & in l. ſi decem cùm petiero. eod. tit. Albe. in d.l. cùm poſtulaſſem, in prin. vbi facit diſcrimẽ inter ea, quæ debẽtur ex officio iudicis, & ea quæ ex obligatione. & in l. mora, col. vij. nume. 26. ff. de vſur. & Sal. in l. ſed ſi alia, ff. de conſti. pecu. & in l. ſi pacto, C. de pact. & Alex. in l. ſi inſulam, col. vlt. ff. de verb. obli. & conſi. lxxxviij. viſis & diligenter, col. vlt. libr. 6. Corn. conſi. cxcvj. licet in hac, col. ij. verſi. videndum eſt, lib. 4. & Iaſ. in l. j. col. v. verſic. alia differentia, ff. de iuriſ. om. iud. & in l. quod te, col. vij. verſi. & ſufficit etiam, ff. ſi cert. peta. & in §. ſupereſt, nu. 64. & iterum in §. ſic itaque, nu. 42. Inſtit. de actio.

## EN MAIN DE COVRT, APVD CVRIAM, GLO. VII.

*An conſignatio poſsit fieri apud ipſum iudicem.*

1 SCilicet apud iudicem, ex ſententia glo. in l. ſenatuſcõſulto, §. vlt. in verbo, deponatur, ff. de offi. præſi. Bal. Ro. Alex. Soci. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor, §. vlti. ff. qui ſatiſd. cog. Licet Raph. Fulg. ibi dicat, quòd cùm antea fuiſſet cõſultus ex oppido Feltrenſi, an conſignatio ſiue depoſitio poſsit fieri apud iudicem, tãquam apud ſequeſtrum, non auſus eſt cõſulere: nam pri na ſtatim facie videri poſſe, per tex. cum glo. ibi in illis verbis, apud officium deponi iubebit: ſed ex aduerſo vrgere, quia iudex, cui data eſt electio eius rei, non poteſt ſeipſum eligere. vt not. in l. planè, ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. & l. ſi mandauero tibi, la j. §. ſi tibi centũ, ff. mãda. vbi, ſi tibi dedi centũ, vt dares cui velles, nõ potes tibi retinere. Subiicit tamen ipſe Fulg. quòd ſi vidiſſet glo. in d.l. ſenatuſcõſulto, §. vlt. nihil omnino dubitaſſet, quin ſecundùm eam cõſuluiſſet. Et eandem ſequitur Alex. in addi. Bar. in d.l. planè. Franc. Cur. ſenior in repet. l. j. in iiij. q. C. de prohi. ſeque. pecu. & Iaſ. in l. cùm filioſa. col. iiij. verſ. tamen iudex poteſt, ff. de legat. j. Quibus omnibus adde & alium ſimilem text. d.l. ſi fideiuſſor, §. vlti. ſcilicet in l. ſed & ſi, §. planè, ibi, apud officiũ fuerit depoſitus, ff. ad exhiben. quem tamen nullus horum citat. Sed & illud idem voluit Bal. à nullo illorum allegatus in ſua Marga. in verbo, depoſitarius, verſ. iij. dum dicit depoſitum fieri poſſe apud iudicem & arbitrum pro obſeruatione ſententiæ & allegat text. vt ipſe dicit, ſing. l. litigatores, §. quid ergo, ff. de arbit. & c. expoſita, extrà eod. tit.

*De eodem.*

2 ¶Quod & ſi verum ſit, ego tamen honeſtius ſemper duxi, vt iudex eam prouinciam non aſſumat, ne quid inde ſuſpicionis inopiæ, vel quæſtus, vel etiam protelãdæ litis ſuboriatur. Et cùm iam xxx. annis, duos regios magiſtratus in hoc oppido noſtro geſſerim, ſcilicet primum Caſtellani, ſiue Præpoſiti, quem vocãt, decem plus minus annis, deinde poſteà reliquis Suppræfecti, quem vulgus Locumtenentem appellat, nunquàm mihi id oneris, neque alicui conſanguineorũ demandaui. Nam & eſt interdictum ordinationibus regiis, quas vocãt, ne iudex, qui de ſequeſtranda re in caſu nouitatis, quã vocamus, cognouit, eiúſve liberi, aut conſanguinei in id deputentur. Ita enim cautum eſt in prioribus Regis Ludouici xij. ordinationibus

*Regia conſtitutio.*



nationibus publicatis an. M. CCCCXCIX. art. lxxxvj. In idemq; eſt conſuetudo Aruerniæ. titu. *de retraict*, qui xxiij. eſt, §. viij. quæ etiam interdicit parentibus, filiis ac fratribus iudicis. Et ſimiliter Borboniæ, cap. ccccxliiij. Eſtque in eam rem conſtitutio Parlamẽti Dolenſis Comitatus Burgundiæ, facta die xv. menſis Maij, anno M.D xxxv. & alia die vij. Septembris eiuſdẽ anni, quibus interdicitur iudicibus, ne apud ſe faciant conſignare pecuniam. De quo & aliquid per Chaſſe. conſi. xlj. quia caſus, col. pen. verſi. vt etiam promiſſo.

*Cõſuetudines.*

*Quis aliũ ſequeſtrum deligere debet.*

3 ¶NON eſt autem dubium, quin & id fieri poſsit apud alium ſequeſtrum, vt etiam dicit glo. in d.l. ſenatuſconſulto, §. vlt. quem ſcilicet cõpetens iudex ſuper hoc aditus nominarit, iuxta text. in d.l. accceptam, & ibi Doct. C. de vſu. Et optimè faciet ipſe iudex, ſi ab vtraque parte eum eligi faciat, ex l. poſtquàm, in prin. verſ. ſed ſi nec ipſi, ff. vt leg. no. caue. quo caſu videtur eum poſſe inuitum cogi mandato iudicis id onus ſuſcipere, per d.l. ſi fideiuſſor, §. vlt. iuncta interpretatione glo. vbi ſequeſter vocatur officialis publicus. Is enim cogitur ſuſcipere munera publica. l. munerũ, §. iudicandi, ff. de munerib. & hono. & hoc expeſsim in noſtro caſu voluit Bal. in l. j. ad fi. ff. vbi pupil. edu. deb. vbi tamẽ intelligit ex cauſa, & ita quidem, vt is ponat ſolã operam, & non impenſam ex ſuo, per l. vlt. ff. de requir. reis, & l. vlt. §. vlt. C. de bonis autor. iudi. poſ. vbi eſt bonus text. quòd ſequeſter nullũ debet pati damnũ, aut diſpendium. & illum etiam ad id expendit idem Bal. in l. ſi oleum, in prin. col. j. ff. de dolo malo. & id quoque ſequitur Franc. Curt. ſenior, in d.l. j. in ij. q. C. de prohib. ſeq. pecu.

*De eodem.*

4 ¶Verùm ſunt, qui contrà negant id munus eſſe neceſsitatis, videlicet Bar. in l. litibus, §. vlt. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & Bal. ſibi contrarius, conſi. ccccclxxx. iſta quæſtio, lib. 4. Ang. Pau. Caſt. Alex. & Iaſ. in d.l. ſi fideiuſſor, §. vlt. per d.l. vlti. §. vlti. circa medium, C. de bon. auto. iud. poſ. Steph. Bertr. conſi. 77. viſo proceſſu, nu. 24. lib. 1. Quam ſententiam fulcit hæc ratio, quia ſequeſter obligatur ex quaſi contractu, vnde tenetur actione præſcriptis verbis, d.l. ſi oleum, in princ. vbi id Bart. & cæteri not. ff. de dolo malo. nemo autem inuitus contrahere vel quaſi cogitur. l. nec emere. C. de iur. delibe. & bene facit textus in l. ſi hominem, in princip. ff. depo. Tamen priorem ſenteniam Gallia noſtra ſequitur.

*An ſi ſpõte id munus agnouerit, ei poſteà poterit ſe ſubducere.*

5 ¶Illud autem vel de iure cõmuni certum eſt, quòd ſi quis ſponte voléſque huic ſe muneri addixerit, non ſe poterit hinc poſteà propria autoritate eximere, ſed iudice interueniente, ſi adſit iuſta cauſa. l. ei apud quem, §. vlt. & ibi Barto. ff. depoſ. & id quoque per eum text. voluit Bald. in rub. C. eod. tit. in fi. & Ang. in d.l. j. & ibi etiam Franc. Cur. ſenior, in repe. in iij. q. prin. C. de prohi. ſeq. pecu. & Car. Flor. in cle. j. in xxj. q. C. de ſeq. poſ. Et eius rei eſt optima ratio: nam cùm id onus aſſumendo, cenſeatur quaſi contrahere, ſicut ab initio ei liberũ fuit id non facere, ita renuntiare ſemel conſtitutæ obligationi, aduerſario non conſentiente, minimè poteſt. l. ſicut, C. de act. & obli. cum ſi. Et facit etiam l. non tantùm, §. ſanè. verſi. cæterum, ff. de excu. tut. & l. tutores, C. ſi tutor vel cura. ex fal. alleg. excu. & l. iij. §. j. ff. de arbi. & l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio, eod. tit. & l. inuitus, & ibi not. C. de procura.

*An hic ſequeſter poſsit petere aliquam mercedem.*

6 ¶SED in dubium vocatur, an huiuſmodi ſequeſter poſsit petere aliquam mercedẽ ob cuſtodiam pecuniæ apud ſe depoſitæ. Bal. conſi. clxxxiij. factum proponitur quod quidam nomine Michael, col. ij. verſi. ad id quod dixi, lib. 1. expreſsim reſpõdit, non poſſe, quia ſit nudus miniſter, per l. medico, §. vlt. ff. de auro & arg. leg. quæ nihil mihi huc facere videtur: ſed pro hoc facit text. in l. Lucius, §. j. ff. de legat. ij. ex quo ipſe Bald. & Barto. not. nudum miniſtrum nullum commodum ſentire aut ſperare debere. Sed & idem quoque in ſequeſtro voluerũt Ang. Imo. Roma. & Franc. Aret. in l. intereſſe, ff. de acq. poſſ. per d.l. vlt. ad fin. C. de bon. auto. iudi. poſ. quæ nihil huc quoque facit, ſed tantùm dicit ſequeſtrum in nullo debere verſari incommodo, aut diſpendio, vt ſuprà diximus: de cõmodo autem aut ſalario nihil dicit, niſi ſi velis intelligere, vt ſtatim limitabimus.

*Quid ſi uolũtarius fuerit.*

7 ¶Nam hi, quos poſtremo loco citauimus ex d.l. intereſſe, id duobus modis limitant, vt ſcilicet primò non procedat in ſequeſtro voluntario, qui ſcilicet appoſitus eſt libenter & ex voluntate ipſius & partiũ contendentium, ſine vllo iudicis miniſterio. Is enim poteſt (inquiũt) recipere mercedem & conueniri actione præſcriptis verbis, ex quodam tacito pacto, per d.l. ſi oleum, in princip. vbi tamen tex. nihil dicit de mercede, ſed nonnihil facit gloſſ. ibi in verbo, præſcriptis. & ibi quoque Bald. id ipſum expreſsè tenuit, ſimiliter diſtinguens inter depoſitarium electũ à partibus, & eum qui à iudice publica autoritate deputatus eſt, vt ſcilicet ille poſsit mercedẽ accipere, hic non poſsit, & etiam Barb. conſi. lxxj. illud afferam, col. j. lib. 4.

*Quid ſi neceſſarius in dãno uerſetur.*

8 ¶Secundo modo intelliges, vt non procedat in ſequeſtro etiam à iudice appoſito, quẽ iudex ipſe videret ex hoc in damno aliquo verſari, ſibiq; aliquod incomodum afferri, quid enim ſi cogitur res ſuas relinquere, aut alios ad ſeruãdum depoſitum ſubſtituere? tunc enim iudex poterit ei ſalarium conſtituere, vt illi ipſi voluerunt, arg. l. j. C. de præben. ſala. libr. 10. & l. mulier in opus ſalinarum, ff. de capti. & poſtli. reuer. & l. à tutoribus, §. vlt. & quod ibi not. Bar. ff. de admi. tut. & hoc quoque ſequitur Barb. d. conſi. lxxj. lib. 4. & Franc. Cur. ſenior, in tractat. Sequeſtrorum, quæſt. xxiiij. Apud nos autem ex regiis cõſtitutionibus ij apud quos fit conſignatio, nihil hinc mercedis aut ſalarij poſſunt accipere. Ita enim cautum eſt prioribus Regis Ludouici conſtitutionibus cap. lxvij.

¶ILLVD

*Si is ſequeſter ſit clericus, an cogi poſſit à iudice ſeculari, ut reſtituat.*

9 ¶Illvd interim annotaueris, quòd ſi talis depoſitio, ſiue conſignatio, fiat apud perſonam eccleſiaſticam, vt nonnunquam fit, præſertim conſentientibus partibus, iudex ſecularis poterit illum cogere, vt reſtituat, per text. in d. l. vlt. §. pen. ibi, per ſuam interlocutoriam præcipientis, C. de bonis auth. iud. poſ. & ita illius autoritate dicit Bald. in d. l. ſi fideiuſſor, §. vlt. in lect. antiqua, & ibi quoque Iaſ. col. j. & idē Bal. & Sal. in d. l. acceptam, vterque col. j. C. de vſur. vbi & huius reddunt rationem, quia tunc propriè non proceditur contra clericum per modum (vt ipſi dicunt) iudicij, ſed executiuè ex conſequentia ſuſcepti officij. ad quod dicunt facere textus ibi in verbis, ſacratiſsimas ædes, & ſequitur D. Aufrer. in repet. cle. j. in xiiij. fal. ij. regulæ, & in deci. Tholoſanis quæſt. clxvij. item fuit quæſitum ſi pecunia, & D. Benedict. in repet. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 419. de teſta. & Matt. Afflict. deciſ. Neapol. xxiiij. quidam clericus, colum. j.

*De eodem. An clericus qui falſum depoſuit coram iudice ſeculari poſſit ab eo puniri.*

10 ¶Et ita quidē in Gallia vtimur, quãuis de iure cōmuni multùm dubitarem, cùm clericus non poſsit expreſsè & directè prorogare iuriſdictionē iudicis ſecularis, c. ſi diligēti, de foro cōpet. cum ſi. Ergo nec tacite & indirectè, ſcilicet acceptãdo, & agnoſcẽdo illud officiū: quia quod expreſsè fieri non poteſt, nec tacitè quoq;, vt not. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. cum ſi. & quod idem directè fieri non poteſt, nec etiam indirectè, l. vlt. C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit. & cap. cùm quid vna via, de regu. iur. libr. 6. & ibi concordan. Quibus rationibus moti multi receptiſsimę autoritatis, tenuerūt nec clericū quidem, qui corã iudice ſeculari faſum depoſuit, ab eo puniri poſſe. quæ ſententia eſt Inno. Hoſt. Ant. Pan. & Fel. in c. verum, extrà de fo. compe. & aliorū multorum, quos tibi congeſsimus in tit. noſtrarum conſuetudinum j. §. vlt. qui eſt omnium earū ccclxj. in glo. iij. vbi etiam videbis alios multos contrariū tenentes, ille autē §. malè fuit collocatus in eo ordine, & nu. ideoq; eum reiecimus ſub tit. j.

*An ſatis ſit cōſignare apud mercatorem idoneum, ſine iudicis autoritate.*

11 ¶Qvid autem, ſi venditor ſpōte & ſine iudicis autoritate, depoſuit apud idoneum quempiam mercatorem, vtrùm hæc depoſitio ſiue conſignatio ſit legitima & valida, quod viſum eſt Bar. in l. ſi ſoluturus, ff. de ſolu. arg. l. eum qui, §. vlt. ff. commo. & ſequitur Bal. in l. acceptã, in ix. q. C. de vſur. & Ro. in l. ſi mora, ff. ſolu. mat. & bene facit d. l. ſi ſoluturus. Verùm idē Bar. veluti ſecum pugnans in d. l. acceptam, paulò ante ſi. ſcribit, quòd qui deponit, non tamen in loco publico, nihil agit, per l. ij. eod. tit. de vſur. ſecundùm vnam lect. glo. cui in hoc ſimilis eſt tex. in l. qui mutuam, §. j. ibi, ac publicè depoſuit, ff. manda. & ſequitur Alex. in addi. Bar. in d. l. ſi ſoluturus, & id quidē credo veriſsimum, per text. in d. l. acceptam, cuius hæc verba ſunt, Conſignatum in publico depone. & poſteà ſubiungitur, In hoc autem caſu publicū intelligi oportet, vel ſacratiſsimas ædes, vel vbi competēs iudex ſuper ea re aditus deponi diſpoſuerit: quaſi ſcilicet depoſitio aliter fieri non poſsit, quàm in ſacris ædibus, vel alibi iuſſu iudicis. Et hoc quoque nuncupatim tenuit, & ex facto obtinuiſſe ſe dicit Albe. ibi, col. vlti. per eum text. Et id haud dubiè dicit verū eſſe in iudiciali depoſito Bal. etiã ibi, col. j. verſ. & not. quod vbi. In extraiudiciali autem eligit deponens locum, quem voluerit, quia de eo quod deponitur non eſt controuerſia: vt not. in l. ita autē, in princ. ff. de admi. tut. & in l. debitor. ff. de neg. geſt. Sed & quòd depoſitio debeat fieri autoritate iudicis, tenet Bald. in d. l. ſi reus paratus, paulò ante medium, ff. de procu. & ibi quoq; Pau. Ca. col. j. in ſi. per eum text. quem dicit not. Et hìc autem in noſtra conſuetudine apertè declaratur, id debere fieri autoritate iudicis, cùm dicitur, *en main de court.* & id quoque de iure tutius eſſe tradunt nōnulli, vt Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua, verſi. xxxiiij. Aſt alij neceſſarium eſſe omnino ducūt, vt Alexand. conſi. lxxv. in cauſa & lite, col. ij. verſi. ſecundò concluſiones, lib. 7.

*Antiqui pecunias ſuas in ſacris ædibus ſolebant deponere.*

12 ¶Quod autem dictum eſt de ſacris ædibus, hinc manat, quòd antiqui illi pecunias aliáſque res ſuas, aut de quibus cōtrouerſia erat, & quas deponi neceſſe erat, in ædes ſacras deponere ſolebant, vt præter d. l. acceptã, patet ex d. l. ſi reus paratus, ff. de procu. & l. ait Prætor, in verſi. ſed hodie, ff. de mino. & l. cæteræ, §. vlt. in duobus locis, & l. ſeq. ff. fami. erci. & l. j. §. ſi pecunia, & §. ſeq. ff. depoſi. & l. ei apud quē, §. vlt. eod. tit. & l. cùm hæres, in prin. ff. de ſtatulibe. & l. Diui, ff. ad leg. Iul. pecu. & l. locum, ff. de tab. exhib. vbi fit mentio de æditũo, id eſt, ſacrarū ædium cuſtode ac præfecto & veluti tutore, qui & æditimus dicitur. & in l. j. verſic. ſin autem ſocius, C. de communi ſer. manu. & in l. litibus, C. de agri. & cenſi. lib. 11. & rurſum in l. vlt. eod. tit. & in l. cùm pater, §. donationis, ff. de leg. 2. vbi & de æditũo fit mentio. & in d. l. vlti. §. j. C. de bono. auto. iud. poſsi. & in aliis compluribus locis. {Et id quoque antiquitus fieri ſolitū ſatis conſtat ex Cice. lib. 5. Epiſto. familiarium, epiſto. xx.} Et ea vt opinor, ratione, quò tutius eo loco repoſitæ viderentur metu & reuerentia diuini numinis, in cuius veluti tutela deponerētur. Sic apud Plautum in Aulularia Euclio, In Fidei fano aulam auro refertã locat. Ita enim ibi loquitur: Nunc hoc mihi factu'ſt optimum, vt te inferã aula in Fidei fanum, ibi abſcondam, probè. Et apud eundem in Carbo. Neſcio quis ſecundùm ipſam aram aurum abſcondit: vt videre eſt apud Priſcianū, lib. 10. nam ea fabula periit. Et Feſtus Pompeius in verbo, Aerarij Tribuni, & ante eum Varro ad ſi. lib. 1. de Lingua Latina, tradūt, populum Romanū ærarium ſuū in æde Saturni habuiſſe. Quod & videre licet ex Plutarcho, in vita Publicolæ, & iterum in Problematis Roma. cap. xlj. vbi & eius rei rationem reddit: Macrobio, libr. 1. Saturnalium cap. viij. vbi eius quoque rei rationem reddit: & Plinio Iuniore libr. 10. epiſtol. epiſtola eius

*Pop. Ro. in ærariū ſuum in æde Saturni habuit.*

libr. 3.



libr. 3. dum loquitur de præfectura ærarij Saturni: Suetonio in Claudio Cæſare cap. 24. Iulio Capitolino in vita Antonini Philoſophi, dum etiam loquitur de præfectis ærarij Saturni. Solino in Polyhiſtore, c. 2. Tertulliano Apologetici cap. 11. Et Lucano, lib. 3. Pharſaliæ:

*–Pugnaxq; Metellus*
*Vt videt ingenti Saturnia templa reuelli*
*Mole, rapit greſſus.–* Et quæ ſequuntur.

Et hodie quoque, vt dicitur, in eo loco Sacellum eſt quod vulgò vocatur S. Saluatoris in ærario. Hincq; illud Tullij ad Atticum, lib. 5. poſtrema eius libri epiſtola: Gręcis quærentibus, & vt in fano deponerent, poſtulantibus, &c. Et illud eiuſdem, lib. 2. de Legibus: Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei, qui ſacrum cōmendatum. Quod & nunc multis fit in fanis. Alexãder in Cilicia depoſuiſſe apud Solem in delubro pecuniam dicitur. Athenienſis Cliſthenes Iunoni Samiæ, ciuis egregius, cùm rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit. Herodianus lib. 1. tradit templum Pacis Romæ ſub Commodo conflagraſſe, ſimulq; vniuerſorum ferè diuitias illuc, quaſi in theſaurū congeſtas. Plutarchus in Annibale tradit, eum veritum, ne Cretenſes ſibi manus iniicerent ſui theſauri gratia, ad periculum euitandū, amphoras plumbo aurato refertas in templo Dianæ collocari iuſsiſſe, ſimulantem ſe earum, veluti theſauri ſui, maximam curam ſolicitudinemq; habere. Sed alio in loco ſtatuas æneas, quas pecunia compleuerat, veluti abieciſſe. Quomodo autem in huiuſmodi ſacris ædibus fieri debet depoſitio, diſces ex Spec. tit. de emp. & vend. §. v. verſi. & nota quòd quandoque fit.

13 ¶Vtrvm autem venditori ruſtico, aut mulieri, aut etiam militi, ſubueniatur nō conſignanti, aut etiam conſignanti non legitimè. Albe. poſt Vber. Bob. in l. ij. col. iij. C. de iur. emphy. tenet illis ſubueniendum, in caſu illius l. per l. ſi quis id quod, in prin. ff. de iuriſd. omn. iudi. Sed Iaſ. in d. l. ij. col. lxv. verſi. nunquid autem in terminis, id non admittit. Nam ruſtico (inquit) & mulieri non ſubuenitur, niſi in caſibus expreſsis, l. pen. in princ. ibi, in quibuſdam cauſis, ff. de iur. & fac. igno. & not. in l. vlti. & ibi Albe. & alij, ff. de cond. ſine cau. & glo. in §. vlt. ij. q. iiij. Ant. & Imo. in cap. 2. ille col. iij. hic vlti. extrà de conſti. Imol. in c. cùm contingat, col. lvij. verſic. iſte articulus non videtur, extrà de iureiur. Fulgoſ. Ro. & Alex. in l. iuris ignorantia, C. qui admit. & idem Roma. conſi. cxxv. mater & vxor, circa medium, & conſi. cccccvj. in re præſenti, col. ij. Ioan. Ana. & Felin. in c. quoniam, vterque in vlti. not. de ſimonia. Alex. qui alios citat, in d. l. ſi quis id quod, col. iij. & in l. iuſtè, col. ix. verſi. ſed ſi eſt defectus, ff. de acquir. poſſeſ. & conſi. xlij. ſuper pręmiſſo, col. antepen. verſi. pro hoc etiam allegat, lib. 1. & conſi. xiiij. viſo & conſiderato, col. j. lib. 2. & conſi. lxv. quoniam omne datum, col. antepen. verſi. decimò quia dictum ſtatutū, lib. 6. quod duplicatur conſi. cxix. eiuſdem libri: vbi & alios multos allegat. & iterū conſi. clxv. dubitatur, col. ij. verſi. præterea mulieribus, eod. lib. 6. & Nico. Mil. in ſuo repertorio, in verbo, ignorantia iuris toleratur. & Card. Alex. in cap. 1. col. ij. tit. de contro. inter dot. & empt. feud. & Soci. in l. iuſtè poſsidet, col. ij. ff. de acquir. poſſeſ. & Philip. Deci. in c. paſtoralis, col. viij. verſi. in fin. glo. extrà de except. & conſi. cclxxiiij. viſo puncto, col. ij. de quo tamen, quò ad ruſticos, vide eundem Deci. in l. ij. in iij. not. C. de eden.

*Vtrum uenditori ruſtico, militi, aut mulieri non conſignanti ſubueniatur.*

14 ¶Et ego id puto verius in caſu noſtræ conſuetudinis, quæ conſignationem requirit pro forma & ſolennitate: vt ſatis cōſtat ex illis verbis, *autrement l'offre de retraict ne ſeroit deuëment faicte.* Hæc enim verba formã & ſolennitatem inducunt, Bart. in l. de his per illum tex. ff. de tranſac. & in l. vlti. ibi, quæro an ciuitas, iuncto text. C. de vend. reb. ciuita. lib. 11. & Roma. conſi. lxvj. vir eximie, verſ. his tamen non obſtat, & conſi. cccc. in propoſita conſultatione. Alex. conſi. xxvij. viſo themate, col. j. lib. 6. Feli. in c. cùm dilecta, col. ix. verſicu. ſextum ſignum, de reſcrip. Philip. Deci. qui multa allegat, conſi. cccccxxviij. pro reſolutione, ante ſi. Iaſ. in l. de pupillo, in princi. col. j. verſi. tertiò pondera, ff. de oper. nou. nuntia. & conſi. clxvij. motiuis, col. vlti. poſt princip. lib. 2. & alibi ſæpe. Quod ſi quis dicat, hos loqui, cùm hæc dictio negatiuè ponitur, ita videlicet, non aliàs, ſiue non aliter: id certè fateor: ſed & is viciſsim fateatur neceſſe eſt, hanc dictionem etiam affirmatiuè conceptam facere conditionem, perindeq; hìc valere ac ſi dicas, *& s'il ne fait ce que deſſus, l'offre ne ſera, &c.* & habere vim reſolutiuam, vt diximus & probauimus ſuprà titu. præced. §. viij. in verbo, *autrement.* Conditio autem formam & ſolennitatem inducit, vt etiam diximus ſuprà hoc tit. §. ij. glo. j. num. 3. & eò quidem magis.

*Verba aliâs, & aliter, formam inducunt & ſolennitatem.*

15 ¶Ergo vt reſumamus, hæc conſignatio requiritur pro forma. At formæ omiſsio etiam ruſticos, mulieres, minores, milites, & ſi qui tales ſint, non excuſat: vt probatur in l. vlti. C. de teſta. iuncta glo. in l. ambiguitates, C. eod. tit. & voluerunt Bal. Sali. & alij, in d. l. iuris ignorantia, C. qui admit. ipſe Sali. in d. l. quicunque, eod. tit. idem Bald. in l. vlti. in prin. col. iij. C. de iur. delib. & in c. vlti. col. iij. verſi. item nō patrocinatur, extrà de confeſ. Barb. conſi. lvj. ſapienter, col. viij. verſi. & ſi quiſpiam, lib. 2. & Alex. conſ. clxv. dubitatur, col. ij. verſi. pro hoc etiam adduco. lib. 6. & conſil. vij. attentis & ponderatis, col. vlti. lib. 7. cum aliis multis concord. adductis ab eodem Alex. in d. l. iuris ignorantia: vt tamen non omittam text. de militibus loquentem in l. qui ſuſpectum, §. j. ibi, & ſolennia fecerint, ff. de appellat. qui quidem admodum torquet Accurſ. nec tamen hinc ſe expedire potuit.

*Formæ omiſsio nō excuſat mulieres, ruſticos milites, minores.*

16 ¶Et quia etiam in iis, quæ introducta ſunt ad rigorem conſeruandum, iſtis non parcitur. glo.

*Nec illis par-*

*citur in iis, quæ ſunt introducta ad rigorem iuris conſeruãdum. Hi non excuſantur, ſi inuentarium nõ fecerint.*

Bart.Bal.& Pau.Caſt.in l.cùm quis,C.de iur.& fac.igno.glo.in l.iuris,la ij.eod.titu. quæ ponit exemplum in eo,qui triennio ceſſauit ſoluere canonem.glo.in ſumma xxxviij.diſt.& in §.notandum,in glo.j.in fi.j.q.iiij.Guli.Cu.in l.ſi quis ex argentariis,§.vlti.cum l.ſeq.ff.de eden.Bar.& Sal.in l.j.C.de iur.& fac.ignor.idem Bart.in l.j.§.nuntiatio,ff.de ope.no.nunt.& conſi.cliiij. maritus fecit hęredem vxorem.col.ij.verſi.ad ſecundum autem:vbi reſpondit,mulierem non excuſari prætextu ignorantiæ,ſi non confecerit inuentarium.Bal.Raph.Fulg.qui id dicit ſeruari communiter in iudiciis,Pau.Caſt.Rom.Franc.Aret.Alex.Corn.& alij Recentiores in d. l.iuris ignorantia,C.qui admit.Bal.in l.vlti.in princ.in iij.q.& ibi etiam Iaſ.col.ij.verſicu.quid autem ſit,C.de iure deliber. vbi etiam ex hoc dicunt, non excuſari ruſticum,aut mulierem, quæ non fecit inuentarium,ſed ſtandum eſſe rigori iuris.Sal.in d.l.quicunque,C.qui admit. Ange.in l.vbi,in prin.ff.de eden.Pet.Anch.in repe.c.I.in xij.quæſt.princ.verſic.ſed hîc quæro, cauetur ſtatuto,qui eſt char.47.in paruis,extrà de conſti.Roma.d.conſi.cxxv.col.ij.verſi.tertiò confirmatur.Maria.Soci.in c.venerabilis,in xxiij.princ.artic.in prin. extrà de iudi.Alex.in addi.Bald.in l.j.C.de interd.mat.& d.conſi.xiiij.col.j. lib.2.& conſi.xl. viſo themate & omnibus,lib.6.& d.conſi.clxv.col.ij.eod.lib.6.Barba.in repe.c.Raynaldus,col.xlix.verſi.ſecundò limita,de teſta.vbi & illud dicit de omiſsione inuentarij.Franc.Curt. ſenior in l.ſi quis maior, col.iij.num.13.C.de tranſact.Feli. in c.quoniam,col.iij.in iiij.fal.de ſimo.Iaſ. conſi.xxviij.quæritur an actio,col.j.lib.3.Philip.Dec.in l.edita,paulò ante fi.C.de eden.

*Nec ſi inueſtituram non petierint.*

17 ¶Et facit,quod ſcribit Bal.in cap.I.§.præterea ſi quis,in fi.tit.de prohib.feud.aliena.per Feder. quòd non parcitur mulieri,quæ intra annum & diem non petiit inueſtituram,quin feudum amittat.& ſequuntur Marti.Laud.Aluar.& Card.Alex.ibi,ex quibus ipſe Cardi.illud quoque dicit de his quæ pertinent ad rigorem iuris. Et quod dicit idem Bald.in d.c.I.paulò ante fin. verſi.quærit glo.titu.de controuer.inueſtitu. inter dominum & emptorem feudi: vbi repræhendens gloſ.ibi,dicit,quòd non excuſatur mulier,vel ruſticus,alienans feudum,quin eo cadat:neque enim licet eis ignorare iura contractus.& ſequitur Card.Alex.ibi,col.ij.vbi & illas rationes,quas ſuprà adduximus,adiicit Iaſon,eaſdem quoque rationes afferens, in l.vlt.char. penul.verſic.decimoſextò,C.de iur.emphy.illudq; Bald.dictum ſingu.dicit,& trahit etiam ad mulierem emphyteutam alienantem.

*Nec ſi feudum alienauerint, aut emphyteuſim.*

*Contra ſuperiora.*

18 ¶Cardi.tamen Alexan.vbi ſuprà,dicit,quòd licet iſti amittant feudum, poſſunt tamen in integrum reſtitui,ſi non potuerunt conſulere peritiores. & allegat Petr.Anchar.conſil.cccxciij. viſa diligenter gratia,col.pen.vbi tamen ipſe Petr. non id conſtanter affirmat, ſed ſub dubio fortè loquitur,nec in caſu iuris communis feudorum loquitur,ſed priuilegij cuiuſpiam Apoſtolici,cuius ignorantia ( vt ipſe dicit ) eſt magis excuſabilis quàm iuris communis. Verùm Sali.& Fran.Rampo.in d.l.j.C.de iur.& fact.igno.huius opin.etiam fuere.& Alex.in d.l.iuris, col.ij.C.qui admit.vbi dicit,id habere maximam æquitatem,ideò ſibi placere.Atqui ego huic ſententiæ vix accederem : quia nihil omnino intereſſet inter hos caſus , qui ad rigorem iuris pertinent,& cæteros:quia & in cæteris caſibus, in quibus excuſantur mulier & ruſticus ab ignorantia iuris,id ſemper intelligitur, cùm non potuerunt conſulere peritiores : aliàs enim nunquam excuſantur.l.bonorum,ff.de bonor.poſſeſ.& l.ij.§.vlti.ff.quis ord.in bono.poſſ.ſer. & glo.j.in c.per tuas,le iij.& ibi Feli.poſt medium,extrà de ſimo.Ioan.Fab.Bald.& Sali.in d.l. iuris,C.qui admit.Bal.in c.quæ in eccleſiarum,col.j.de conſti.& conſi.ccxcv.Petrus Lombardi,col.ij.verſic.ſed actus teſtandi,lib.3.niſi alius fuit inter conſil.illius, quod magis puto,cùm in eo conſil.Bald.allegetur.Angel.& Corne.in l.quicunque,C.qui admit.& Anto. in d.cap.2. de conſtit.Roma.in l.ſi duo,ff.de acquiren.hæredi.Alexan.in d.l.iuſtè,col.ix.verſic. idem dico in ruſtico,ff.de acquiren.poſſeſ.

*Hi nunquam excuſantur, cùm potuerũt conſulere peritiores.*

19 ¶Nam vt dicit Bald.in cap.vlti.col.iij.verſic. item non patrocinatur,de confeſ. omnes homines natura ſcire deſiderant:ideoq; contra naturam eſt,non conſulere peritiores, quorum doctrina mens imperitorum & ruſticorum illuminatur.l.ſi auiam.in fi.C.de inge.manu.vbi dicitur,Si cum peritioribus tractatum habuiſſes,facilè cognoſceres.quem tex.dicit ſing. Ang.in ſua diſputatione incip.duo adinuicem litigantes. Ergo his non eſt parcendum,qui cõtra naturam peccauerunt.l.ij.& ibi glo.& Docto.C.de in ius voc.glo.in l.reſpiciendũ,§.delinquunt, & ibi Barto.ff.de pœn.& glo.in ſumma xxxviij.diſtin.& in §.notandum,j.q.iiij. vbi eſt bonus tex.Dyn.in c.ignorantia,col.penul.de regu.iur.lib.6.Cyn.& Bald. in d.l.j.C. de interdi.matri. Alber.in l.vtili,C.de defenſ.ciui.Bald.in l.in actionibus,§.planè,col.pen.ff.de in lit.iur.Cardi. Floren.poſt Guli.Cu.in cle.j.in v.q.de conſang.& affi. Panor.in cap.ſuper literis,col.vj.ſuper gloſſ.in verbo,ſimplicitate,extrà de reſcript. Et bene facit tex.in l.ſi adulterium,§.ſtuprum,& ibi glo.in verbo,iuregentium,ff.de adulter.

*Nec cùm aduerſus naturã peccant.*

20 ¶Et hæc quidem ita procedunt,ne hoc omittamus,vt etiam ſi non ſint periti in loco habitationis ruſticorum , ipſi tamen non excuſantur , ſi ſint in vicina quadam ciuitate, niſi & hos conſulant:vt not.voluerunt Bal.Sal.Ro.Recentiores in d.l.iuris ignorantia,C. qui admit.per text.in l.Diuus,ff.de tuto.& cura.dat.ab his.& in l.j.§.ſi quando,ff.de magiſtra.conueni. Ideò enim (inquiunt)ſicut mulieres vadunt ad ciuitates pro indulgentiis,& ruſtici ad nemora pro lignis,ita etiam debent vtrique ad ciuitates ire pro conſiliis. Et idem quoque voluit Anton. in d.c.2,

*De eodem. Et idem,ſi ſint periti in uicinis ciuitatibus.*



in d.c.2.de conſtit.& Rom.in d.l.ſi duo,ff.de acquir.hæred. In quo tamen nec illud omittendum ducimus,ei incumbere onus probandi , qui dicit hos potuiſſe conſulere peritiores, ſecundùm Sali.& Corne.qui id dicit menti tenendum,in d.l.iuris,C.qui admit.

## NE SEROIT PAS SVFFISAMMENT FAICTE, SVFFICIENTER FACTA NON VIDETVR, GLOS. VIII.

1 SED QVID, ſi cùm emptor egiſſet ad reuenditionem ex hoc pacto in venditione appoſito,nec tamen conſignauit , vt hîc dicitur, aut etiam omiſit alias ſolennitates hîc ſtatutas , atque ob id ſententia pro emptore lata victus eſt, & ipſe emptor abſolutus: tamen cùm adhuc eſſet intra tempora præſtituta reuenditioni,vult iterum retrahere,& obſeruare has ſolennitates: an ſit admittẽdus. De qua re vide quæ diximus in retractu proximitatis,quem conſuetudinarium, ſiue municipalem vocant,ſuprà titu.præcedenti,§.viij.in gloſſ.viij.in glo.vij.in verbo , *le retrayant en decherroit*,num.3.quid igitur,& multis ſequen.

*Si uenditor nõ cõſignauit, & ideò retractu cecidit,an poſſit iterum offerre & conſignare.*

## REPRENOIT LES CHOSES CONSIGNEES, RECIPIAT ID QVOD CONSIGNATVM EST, GLOS. IX.

1 ID quod facere poteſt,ſi velit:ita ſcilicet, vt ei depoſitarius denegare non poſsit, antequàm emptor declarauerit velle ſe recipere:vt nuncupatim ſcribit Bart. in l. acceptam,paulò ante fin.per illum tex.& ibi Bal.& Sal.vterque col.j.& per illum tex.& etiam Ang.in iiij.not.C.de vſur.& Bal.in l.vlti.in fi.C.de com.ſer.manum. vbi tamen intelligit procedere,antequàm aduerſarius conſenſerit.& Phil.Dec.conſi.ccccxliij. in caſu propoſito,col.vlti.verſicu.in dubio. Nam & aliàs is qui depoſuit,poteſt ante tempus ſtatutum repetere depoſitum.l.j.§.ſi ſic depoſuero, & ibi Barto.ff.depoſit.& bene facit l. cùm Cornelius,ff.de ſolu.Sed id faciens incidit in id periculum,vt conſignatio pro non facta habeatur:vt ſcribitur in hac noſtra conſuetudine:vt dicemus in glo.ſeq.

*An hic uenditor,qui depoſuit,poſſit depoſitum repetere.*

2 ¶Sed quod diximus poſſe deponentem depoſitum ſponte repetere , intellige primo loco, in eo depoſito,quod fit ab ipſo deponente,qui & ipſe volens ac ſponte ſua depoſuit. Secus , ſi iudex eam coëgerit deponere apud ſequeſtrum,lite pendente, vt plerunque fit : nam tunc is repetere non poterit,niſi lite finita,& aduerſario victo,aut aliàs,ſecundùm l.ſi oleum,in prin. & ibi glo.Bart.Bal.& alij.ff.de dol.mal. Nam & aliàs , cùm fit depoſitum gratia alterius,non poteſt deponens depoſitum repoſcere:vt per multa reſpondit Pau.Caſt.conſi.ccccxxxiij.viſis omnibus ſcripturis,col.vlt.verſi.tertiò obſtare videtur,lib.I. Quin idem Paul.loquens de depoſitione & conſignatione,quæ fit propter recuſationem partis, in d.l.acceptã,colum.j. dicit, quòd ſi ea facta fuerit autoritate iudicis , non poterit depoſitarius reſtituere deponenti ſine eiuſdem iudicis autoritate,arg.l.ſi proponis,C.de nup.& auth.contrà ſi filij,C.de diuor.& ita dicit intelligi,quod dicitur in d.l.acceptam. Et idem quoque nuncupatim reſpondit Roma. conſi.cclxxxvij.in propoſita conſultatione:vbi & ad hoc allegat d.l.ſi oleum,in princ.

*Quid, ſi non ſponte ſua depoſuit,ſed iuſſu iudicis.*

3 ¶Secundò intellige,vt procedat, quando quis depoſuit ex ſolo ipſius deponentis conſenſu. Secus ſi ex conſenſu vtriuſque partis altera earum depoſuit: nec enim tunc quoque poterit depoſitum repetere,niſi finita cauſa,ob quam id ita factum eſt,vel niſi ſtet per alium,quo minus ſit finita,aut iudex auditis partibus idipſum ſtatuerit.d.l.ſi oleum, in princ. & ibi omnes Docto.ff.de dol.mal.& voluit quoque Bald.in l.vlti.col.vlti.verſicu.caueat tamen. C. de bonis auto.iudi.poſſ.& conſil.ciiij.ſex ſunt,col.j.lib.I. Et eſt eius rei optima ratio,ne quod duorum conſenſu & voluntate factum eſt,vnius tantùm diſſenſu reſoluatur , contra l. nihil tam naturale.ff.de regu.iur.

*Quid,ſi id factum ſit de conſenſu utriuſque partis.*

4 ¶Tertiò intellige ( ne & hoc omittam , quod à paucis tactum eſt ) niſi vſurarius depoſuerit pecunias , aut etiam aliud quidpiam (nihil enim refert ) pro reſtituendis vſuris apud alium. nam non poteſt is pœnitere , nec depoſitum reſpoſcere , ſed eo inuito poterit Epiſcopus id depoſitum in reſtitutionem vſurarum conuertere:vt ex facto reſpondit Bald.conſi.lxxxiij.in primis videndum eſt,in primo dubio,lib.I.& ſequitur Iaſ.qui id dicit not.conſi.ccxiij.nobilis Melchior,col.iiij.verſi.alibi decidit,lib.2.& neſcio an alibi idipſum comperies.

*Vſurarius,qui depoſuit pro reſtituendis uſuris,non poteſt pœnitere.*

5 ¶VNVM autem non prætermiſerim,quòd ſi monachus,ſeruus,filiusfamiliàs , aut alius huiuſmodi,aliquid apud alium depoſuerit,debet ac poteſt ei tutò reddi ſine autoritate Abbatis, Prælati,domini,patris vel alterius adminiſtratoris,per l.quod ſeruus:vbi id not.Bal.ff.depoſi. & l.Iulianus,eod.tit.& l.quod ſeruus,ff.de ſol.& voluit etiam Bart. qui id dicit eſſe perpetuò menti tenendum,in l.filius,& ibi quoque Bal.Ang.& alij.C.de pact.idem Bart.in l.non ideò, ff.de noua.vbi dicit eſſe multùm not.Bal.in rub.C.depoſi.col.j.in ij.q.Sal.in l.cùm hæreditas, C.depoſi.& Matth.Affli.deci.Neapo.cxlvij,quidam gerebat:vbi idem dicit de eo, qui aliquid depoſuit tanquam tutor alterius , cùm tamen non eſſet. Quæ tamen intellige ſecundùm ſuprà dictas leges,loquentes de ſeruis,& quod dicit Bal.in d.rub.depoſi.

*Monachus,ſeruus, filiusfamiliàs,& cæteri huiuſmodi poſſunt repetere depoſitum,nullo autore.*

## RENONCER AVDICT RETRAICT,
## RENVNTIASSE IVRI RETRACTVS, GLO. X.

1 An ſi uenditor depoſitum repetat, uideatur renuntiare iuri redimendi.

ET id quidem eſt iuris communis, l. debitor, vt ibi eam intelligunt glo. & Floria. ff. de vſur. & l. j. in fi. & ibi Bal. & Ang. C. qui pot. in pigno. hab. & l. ſi prius quàm, C. de diſtrac. pign. & voluit Hoſt. in Summa, in rubr. de obla. §. j. verſi. item neceſſe eſt. & Bald. in l. obſignatione, C. de ſol. & in l. acceptam, col. j. verſic. in tex. ibi, recepit. & ibi quoque Sali. col. item j. Ange. ante fin. & Ioan. Fab. C. de vſur. quia vt ibi dicunt ipſi Bal. & Sal. actus recuperationis tollit intellectũ depoſitionis. l. ſed reuocata, ff. de iur. fiſc. Nam (vt hoc illis addas) non cenſetur depoſitum fuiſſe, quod poſteà recuperatur: vt per Bartol. in ſimili in l. per diuerſas, col. iij. & ibi Bal. in l. vlt. quæſt. C. manda. & in l. vlt. C. de vſur. & Henri. Boër. in c. conſtitutus, de in integ. reſti. Alex. in l. ſingularia, col. pen. ff. ſi cert. peta. Iaſ. qui nuncupatim loquitur de conſignatione recuperata, conſil. cclxxij. relatio magnificorum, in fi. lib. 2. Et Ferro. in conſuetu. Burdig. titu. *de retraict*, §. xiiij. & ante hos glo. in d. l. acceptam, in verbo, eas receperit, dicit, quòd hoc caſu fingitur depoſitio non fuiſſe facta, cùm non durauerit, per l. ſi pro parte, §. verſum autem, ff. de in rem verſo. & ſequitur Bartol. (in d. l. acceptam.) col. ij. verſicu. item contra hoc, vbi dicit, quòd fingitur retro non fuiſſe facta. & ibi ante eos dixerat Azo, in Summa, col. penul. verſicu. ſed ſi hoc eſt. Et hoc quoque diximus ſuprà tit. præceden. in §. vij. in gloſſ. iij. vbi etiam videbis, quid ſi cùm ſola oblatio ſufficiat, facta tamen fuit conſignatio, quam qui fecit poſteà recuperat, an etiam videatur tunc renuntiare oblationi. & vide etiam Chaſſe. conſi. xlj. quia caſus, col. vlt.

Et quid, ſi depoſitio non erat neceſſaria.

2 Et ſi emptor contrà recipiat, uidetur conſentire reuenditioni. Idq; etiam ſi partem tantum receperit.

¶ET ſicut venditor cenſetur renuntiare huic facultati redimendi, ſi recuperat pecuniam à ſe conſignatam: ita è diuerſo emptor, ſi eam recipiat, cenſetur conſentire reuenditioni, & renuntiare omnibus exceptionibus, quibus eam impedire potuiſſet. Ideoq; cogitur reuendere, etiã ſi oblatio & conſignatio factæ fuerint poſt tempus in id præſtitutum: vt ex facto reſpondit Bald. conſi. cviij. iſte qui promittit reuendere, lib. 5. per l. poſt diem, ff. de leg. com. argu. l. ij. C. de iur. domi. impet. idemq; & ſi partẽ tantùm huius pecuniæ acceperit: vt probat tex. in l. de lege, §. vlti. ff. de leg. commiſ. & Bal. vbi ſuprà. Et faciunt quæ ſcripſimus ſuprà tit. præced. §. j. glo. x. in verbo, *dedans l'an*, num. 20. tu tamẽ id intellige. & in fi. eiuſdem tit. in vj. quæſt. & ſuprà hoc eod. tit. §. j. glo. ij. in verbo, *à tel temps*, num. 60. illud tamen.

3 Et quid ſi is minor ſit.

¶SED hic quæri poteſt, an ſi minor fortè hæres venditoris intra tempus præſtitutum obtulit pretium, idque conſignauit & depoſuit, & poſteà idipſum ſuſtulit, poſſit in integrum reſtitui, ne cadat retractu. Et hanc quoque quæſtionẽ in retractu proximitatis, (in quo ex multis conſuetudinibus, atque etiam de iure communi ex multorum ſententia requiritur conſignatio & depoſitio, vt diximus ſuprà titu. præceden. §. vij. gloſ. iij. in princip.) poſuit Ferro. in conſuetud. Burdigal. tit. de retractu, §. xxxj. hinc occaſione ſumpta, quòd moribus illius gentis, in eo §. vt & noſtris, ſuprà, dicto titu. proximo, §. xxxv. retractus adeò ſtricti iuris eſt, vt currat contra minores. Tu ibi illum vide, & iunge quæ diximus ſuprà, hoc eod. titu. §. j. gloſ. ij. in verbo, *à tel temps*, num. 55. ſed an ſaltem, & multis ſequen. & iterum hoc eod. §. glo. vij. nume. 13. vtrùm autem, & ſequent.

## §. V.

EN TOVT retraict, ſoit couſtumier, [a] ou conuentionel, l'on doit payer les arrerages, qui ſont eſcheuz, [b] comme dict eſt. Mais ſi le retrayant fait ſon offre durant le terme, que l'arrerage eſchoit, [c] il doit payer pro rata temporis. [d] Et ſi c'eſt en retraict conuentionel, il doit conſigner. Et quand ce ſont fruictz, l'acheteur les doit auoir pro rata temporis, & les peut prendre & leuer par ſa main. [e] Et ſi aucun luy met empeſchement, il s'en peut complaindre ou appleger, ſuppoſé qu'il n'en ayt iouy par an & iour.

*IN OMNI retractu ſiue conſuetudinario [a] ſiue conuentionali debent ſolui reliquiæ ſiue vſuræ, quarum dies ceſſit [b], vti dictum eſt. Sed ſi retrahens obtulerit retractum currente adhuc, nondumq́ elapſa die vſuræ anni præſentis, [c] tenebitur pro rata temporis [d] eam ſoluere: & ſi retractus ſit conuentionalis, obſignare. Fructus autem, cùm in his res conſiſtit, debent pro rata temporis emptoris eſſe, poteritq́ ipſe emptor per ſeipſum [e] eos percipere. Et ſi quis impediat, quominus eos percipiat, querelam intentare poterit, licet annum & diem non poſſederit.*

SOIT



## SOIT COVSTVMIER,
## SIVE CONSVETVDINARIO, GLO. I.

Conſuetudines.

1 ALITER apud alios de huiuſcemodi fructibus pendentibus, de quibus ſtatim etiam loquitur hic §. ſtatuitur. quantùm ad hunc retractum conſuetudinarium, ſiue municipalem, vti videre licet apud Meldunenſes, cap. conſuetudinum eius gentis 42. Cenomanenſes, cap. 289. Andegauenſes, cap. 380. Borbonienſes, ca. 482. & ſequentibus.

## QVI SONT ESCHEVZ,
## QVARVM DIES CESSIT, GLO. II.

An emptor ſuos faciat fructus perceptos ante redemptionem.

1 HAEC noſtra conſuetudo apertè oſtendit emptorem cum pacto reuenditionis, interim ante oblationem facere fructus ſuos, nec teneri eos reſtituere venditori redimenti. Id quod etiam non obſcurè declarat text. in l. ij. & ibi Bald. & Paul. Caſt. C. de pact. inter empto. & voluit etiam gloſ. in c. illo vos, in verbo, percepti, & ibi quoque Hoſt. in verbo, computatis. Ioan. And. col. vlti. Imo. col. iij. verſi. & not. ex iſta. & Pan. col. ij. extrà de pigno. & gloſſ. in c. ad noſtram, in verbo, patet, & ibi etiam Hoſti. Petr. Anchar. Imol. Panor. Anto. à Vina, Barba. & Anto. Burg. de empto. & vend. & gloſſ. in c. conqueſtus, in gloſ. magna, poſt medium. & ibi Ioan. Ana. col. iij. extrà de vſur. Hoſt. in Summa, eod. titu. §. an aliquo caſu vltra ſortem, col. iiij. verſic. ix. ſi vendo. Archid. in c. plerique, xiiij. q. iij. Bald. in l. in his rebus, quæ eſt pen. §. mancipia, per illum tex. ff. ſolu. matr. & in c. 1. in fi. & ibi etiam Aluar. col. vlti. & Cardi. Alex. tit. de feu. dat. in vicem leg. commiſ. & ipſe Bald. conſi. ccciij. ad euidentiam, col. ij. lib. 1. Angel. conſi. lv. ex pacto de reuendendo, in fi. Rapha. Fulgo. conſil. cxxxiiij. in quæſtione, col. ij. Petr. Anchar. conſil. xxx. an valeat contractus, col. ij. Paul. Caſtr. in l. j. colum. j. C. de pact. inter empt. & conſi. cix. viſa petitione, paulò ante fi. lib. 2. & conſil. cccvj. quanquàm longa, in fi. eod. lib. 2. Alex. & Recentiores, in l. qui Romæ, in princip. ff. de verbo. oblig. Cæpol. in tracta. Simulationis contractuum, in iij. principali caſu xij. præſumptionis Bald. à Bart. inter conſil. Corne. conſi. xxiij. viſis duobus, col. ij. lib. 3. Maria. Soci. conſil. xv. viſis prædictis, col. xj. verſicu. & quamuis à principio, lib. 1. & Barth. eius filius conſi. clxx. in præſenti conſultatione, col. v. verſic. ad tertium, lib. 2. & conſi. ccxlviij. nunquid ex duobus, col. ij. eod. lib. 2. Fabia. in tractatu emptio. & vendi. in v. membro, vj. quæſt. princip. Iaſ. conſil. xcij. facti præſentis, col. iiij. lib. 1. Stephan. Bertrand. conſi. lxxxviij. ponitur in facto, lib. 1. Philip. Deci. conſil. clxvij. in cauſa quæ coram reuerendo, propè per totum, & conſi. clxx. viſo themate, col. pen. verſicu. vlti. non obſtat, & conſil. cccvij. in caſu ad nos tranſmiſſo, col. ij. verſi. tertiò, quia hîc agitur. & è Theologis, Ange. Cla. in verbo, vſura, le j. verſi. lxvj. & ſequen. & Anto. Flor. in tract. de vſuris, cap. 3. §. viij. & Ioan. Gerſon, in tractatione contractuum parte j. conſideratione x. ex quibus intelliges, & id procedere in foro conſcientiæ.

Quid in foro conſcientiæ.

2 ¶Et huius quidem ſententiæ eſt optima ratio, quam inter cæteros adducit Angel. d. conſi. lv. nam hi fructus ſunt percepti ab emptore, tunc domino rei, cùm eos percepit: vnde eum ſequuntur iure dominij. l. Herennius, ff. de vſur. Neque enim hoc caſu fit reſolutio primæ venditionis ipſo iure, vt in pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem, l. ſi res, §. vlti. cum l. ſequen. ff. de in diem addi. ſed fit noua venditio, l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. iuncta l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. vnde omnes fructus percepti ante litem conteſtatam ſuper reuenditione ſunt emptoris, nec computantur in pretio, l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de actio. empt. & l. Valerianus, ff. de iur. fiſci.

De eadem re.

3 ¶Ex quibus planè intelligis, quare hic emptor lucratur fructus, non etiam in illis pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, in quibus reſtituuntur fructus, l. quod dictum eſt, & l. Imperator, ff. de in diem addict. & l. cùm fundus, in prin. ff. de leg. commiſ. Quanquàm aliam rationem affert Ioan. Andr. in d. c. illo vos, de pign. quia in hoc caſu, in quo reſoluitur contractus ex pacto reuenditionis, eſt in facultate venditoris, vt reſoluat, cùm voluerit, offerendo pretium: ideò illi imputandum eſt, quòd id non fecerit. In aliis verò pactis facultas reſoluendi eſt in arbitrio emptoris, vel tertij: ideò nihil eſt, quod venditori imputari poſſit, aut debeat. Et id ſequitur Panor. ibi, & Anto. Burg. qui id ſing. dicit in d. c. ad noſtram, col. x. verſi. primus eſt quando venditio fit, vbi hoc latè diſputat: ibi eum vide, & quæ etiam ſcripſimus in repe. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 283. verùm quantùm ad priores.

Ratio differentiæ huius pacti & legis commiſſo. & addi. in diem.

4 ¶SED vt ad caſum noſtrum redeamus, intellige, quod diximus emptorem lucrari fructus, procedere, niſi à tempore moræ reuendendi: quia poſt moram emptor teneretur fructus reſtituere, per text. in d. l. ij. in fin. & ibi Bald. C. de pact. inter empt. & voluerunt etiam Guli. Cu. in l. petens, & ibi Bald. col. vlti. verſic. quæro de duobus, C. de pact. Bart. Raph. Alex. & Recentiores in d. l. qui Romæ, in princip. ff. de verbo. oblig. Bald. in tract. de pactis, col. xxij. verſic. ego dixeram ſuprà: vbi tamen videtur facere diſcrimen inter pactum de reuendendo, & pactum de reſtituendo. Socin. conſil. lxxx. in quæſtione quæ vertitur, colum. iij. verſicu. ſecunda pars concluſionis, lib. 3. Moram autem hîc debes accipere, oblata & conſignata pecunia, ſecundum multorum opin. aut certè tantùm oblata, ſecundum aliorum opin. vt latè diximus in præce-

Quid ſi emptor antè ſit in mora. Vtrum autem idem ſit in hoc pacto, & in pacto reſtituẽdi.

denti,§.in gloſſ.vj.quæ eſt in verbo, *conſigner,* in princip.

*An autẽ opus ſit hoc caſu litiſc. ut fructus reſtitui debeant.*

5 ¶Vt hinc intelligas,non expectandam eſſe litis conteſtationem, vt ſentit Ang.d.conſi.lv.dum fortè ad id reſpicit,quòd in actionibus ſtricti iuris cuiuſmodi hæc eſt, quæ competit pro reuenditione ex pacto appoſito in contractu,nempe præſcriptis verbis, vt diximus ſuprà eod. titu.§.j.glo.j.num.2.& 3.non veniunt fructus ſtatim à tempore moræ, ſed tantùm à tempore litis conteſtationis.l.ij.& l.videamus,§.ſi actionem,ff.de vſur.& l.cùm fundus,ff.ſi cert.peta.& l.iij.§.in hac,ff.commoda. Sed id certè non procedit,quando actor petit, quod ſuũ antè fuit: nam tunc etiam in actionibus ſtricti iuris veniunt fructus ex mora : vt etiam declarat text.in d.§.ſi actionem,& glo.vlt.in l.quod te,in fi.ff.ſi cert.pet.Bal.poſt Gul.loquens in caſu noſtro, in d.l.ij.in prin.C.de pact.inter empto.& in d.l.petens,col.vlt.verſic.dico quòd iſta ratio.& ibi Philip.Deci.col.pen.& iterum ipſe Bal.in l.iuriſgentium,§.quinimo,col.iij.verſi.ex hac gloſſ. & ibi quoque Raph.Fulg.col.j.ff.de pact.Sal.qui huius rationem reddit,in l.vinum,in xj.oppoſi.ff.ſi cert.pet.Pau.Caſt.qui aliam reddit,in d.l.cùm fundus,& ibi Iaſ.& Phil.Deci. vterque col.j.ff.eo.tit.Ang.Aret.qui etiam loquitur in noſtro caſu,in §.præterea debitor,col.xvij.verſi. quæro itaque,Inſtit.de excep.Iaſ.in l.pacta quæ contra,in fi.& ibi etiam Phil.Dec.col.iij.ſuper glo.vlti.C.de pact.& diximus ſuprà tit.proximo,§.xv.gloſ.ij.in verbo, *depuis la litiſconteſtation,* num.15.ſed quia hæc noſtra.& ſequen.

*Quid in iis ſtatutum eſt legibus Moſaicis.*

6 ¶Nec interim tamen obliti ſumus ex legibus Moſaicis, quòd venditor qui ex pacto redimebat,computatis fructibus ex tempore venditionis, id quod reliquum erat duntaxat reddere tenebatur:vt ſcribitur Leuitici 25.cap.Sed ea lex iudicialis non nos obligat in foro,quod conſcientiæ vocant,ac nec in iudiciali quidem , ſicuti nec cætera huiuſmodi legalia , niſi noſtris legibus fuerint comprobata,ſecundùm Imol.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,ff.de verbo. obligat.cum multis aliis concordan.& noſtrorum,& Theologorum, à me abundè congeſtis ſuprà titu.proximo,in præfat.num.8.& horum quidam,& duobus ſeq. vbi & id probauimus ſacræ ſcripturæ teſtimonio.

## QVE L'ARRERAGE ESCHOIT, NONDVM ELAPSA DIE VSVRAE ANNI PRAESENTIS, GLO. III.

*Venditor redimens annuum reditũ ex hoc pacto, an teneatur ſoluere reliquias præteritas.*

1 HIC vide Guid.Pap.deciſ.Delphin.cclxxj.ſi debitor promiſit, vbi videtur tenere contrarium eius,quod hîc in noſtra conſuetudine ſtatuitur: nam venditor ( inquit ) redimens ante tempus cõſtitutum ſolutioni cenſus debet ſoluere cenſum eius anni integrum,argu.l.qui Romæ,in prin.ff.de verb.obliga.& eius quod voluit glo.in l.qui pecuniam,ff.ſi cert.peta. Et facit etiam tex.in l.à vobis,ff.de ann.leg.cum concordan.ibi adductis à glo.in fi. Subdit tamen Guid.conſuetudine obſeruari , vt redimens liberetur à ſolutione proximi termini. Sed huic noſtræ conſuetudini concinit , quod ſcribit Bald.in cap.cùm Mart.Ferra.col.ij.verſi.nota quòd nomine fructuum, extrà de conſtit.quòd penſiones,quæ non debentur pro fructibus locorum,diuiduntur inter emptorem & venditorem pro rata temporis.Aliæ autem diuiduntur,vt fructus,habita ſcilicet ratione temporis, quo fructus colliguntur.De quo & nos in glo.ſeq.latiùs dicemus. Et nuncupatim Guid.carpit Hier.Cagn.in repet.l.ij.col.vij.verſi.ex quibus patet,C.de pact.inter empt. dicens diuiſionem horum cenſuum fieri pro rata temporis.

## PRO RATA TEMPORIS, GLO. IIII.

*Fructus eius anni, quo res redimitur quomodo diuidendi inter emptorem & venditorem.*
*Et inter proprietarium,& hæredes uſufructuarij.*

1 DIVERSAE ſunt in hac parte fructuum diuiſiones. Nam fructuarius ſi moriatur,fructus iam percepti ad hæredes pertinent: ſed nondum percepti etiam maturi & proximi perceptioni,ad proprietarium.l.ſi vſufructuarius,ff.quibus mod. vſu.amit.& l.in ſingulos,in fi.ff.de ann.leg. Cuius ratio redditur à Bal.quem videre poteris,in cap.ſicut,col.ij.verſi.quid de fructibus,extrà de coha.cleri.& mulier.Sed quod diximús de fructibus perceptis,ita intellige,vt ſatis non ſit eos ſeparaſſe à fundo , niſi ſint in horreis reconditi,ſi credimus glo.in d.l.ſi vſufructuarius,in ij.lect.eiuſdem.& in l.ex diuerſo, in prin.in glo.magna,circa prin.ff.de rei vend.& in l.qui ſcit,§.ſi alieno,in verbo,percipiãtur, ff.de vſur.& in l.ſi fur.in prin.etiam in verbo,percipiantur,ff.de vſufru.& in cap.ſi propter,in verbo,primi anni,de reſcrip.lib.6. Sed communis opi.eſt,ſatis eſſe,eos eſſe ſeparatos, etiam ſi nondum ſunt reconditi,vt pertineant ad vſufructuariũ, ſicuti & ad bonæ fidei poſſeſſorem: vt per Bal.in c.quæ in eccleſiarum,col.iiij.verſi.ſed ſtatim quæritur,extrà de conſtit.Sal.in l.ſi pater,C.de vſufru.Floria.in d.§.ſi alieno.Imo.& Domi.in d.c.ſi propter.

*Quid in re fideicommiſſaria.*
*Et in re uendita.*
*Et in emphyteuſi.*

2 ¶Et idem quoque in fideicommiſſaria re,vt ſcilicet fructus , qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſsi dominium, ex fundo percipiuntur,ad fideicommiſſarium omnino pertineant, licet maior pars anni ante diem fideicommiſsi cedentem præterierit: vt ſcribitur in l.Herennius,la j.ff.de vſur.Et ſimiliter in re vendita,l.Iulianus,§.ſi fructibus.ff.de act.emp.& dicemus infrà in ea.glo.nu.9.ſed & hoc in dubium.Et idem in emphyteuſi:vt per Alb.in l.ij.C.de iur. emphy.& Alex.in l.diuortio,in prin.ff.ſolu.matri.quod tamen quomodo intelligi debeat,videbis ibi per Socin.col.iij.verſicu.ſecundò not. Et idem quoque de fructibus beneficiorum,





*Quid in fructibus beneficiorum.*

cùm quęritur ad quos pertinent,an ad hæredes defuncti,an verò ad ſucceſſorẽ in beneficio: de quo per glo.& Docto.in d.c.ſi propter,& glo.in l.j.in fin.C.de anno.ciuil.libr.xj.& gloſ.in cap.præſenti, de offi.ordi.libr.6.& Docto.in c.vlt.extrà de pecu.cler.& Ang.conſi.ccxlv.quia omne,col.ix.verſi.ſextò eſt videndum.

3 ¶Vaſallus autem ſi moriatur ante Calendas Martias, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinent.Si verò poſt eas Calendas vſque ad Auguſtũ decedat, omnes fructus ad hæredes ipſius vaſalli pertinent. Si poſt Auguſtum, omnes quoq; habebit dominus:vt ſcribitur in c.j.§.his conſequẽter,tit.hîc finit lex.quo in loco Bal.dicit eum tex. nullam habere rationem,niſi meræ voluntatis conſtituentis:quanquàm ipſe continuò nititur aliquam reddere rationem.de quo & ibi per alios,& glo.in d.c.ſi propter,& Raph.Com. conſi.xcix.quædam poſſeſsio,col.ij.verſi.ad vltimum,& Petr.Ferra.titu.for.libel.quo agit ad reuo.feud.in verbo,nec ſuperſtitibus,col.v.verſic.ſed quid dicemus, & Alex.in d.l.diuortio, in prin.col.j.& ibi quoq; Soc.col.iij.ff.ſol.mat.vbi etiam videbis,quomodo id ſit intelligendum.& per Zaſium in epitome feudorum,parte x.in fin.& Carol.Molend.in conſue.Pariſ. tit.j.§.j.glo.viij.nu.11.Quòd ſi feudũ alio modo amittatur,quàm morte,tũc fructus pendẽtes ad eum pertinent,ad quem feudũ deuoluitur:quia id iuris cõmunis eſt , nec aliud hoc caſu ſtatuitur in feudis. Ita voluit Bald.poſt Odo.in c.j.col.vlt.verſic.quærit Odo.& ibi quoque Mart.Laud.paulò ante fi.& Card.Alex.col.ij.verſi.quærit Bal.tit.an agna.vel filij.

*Inter maritum & uxorẽ,ſoluto matri.*

4 ¶At inter maritum & vxorem,ſoluto matrimonio , vel etiam inter eorum hæredes fructus rei dotalis diuiduntur pro rata temporis:vt dicitur in d.l.diuortio,& in l.fructus,ff.ſol.mat. Cuius etiam rei rationem oneribus matrimonij attribuit Albe.ibi col.pen.& in j.parte ſtatutorum,quæſt.cxlvj.in eccleſia,& Bal.in d.c.ſicut,circa medium , extrà de coha.cler.& mulie. Sed quibus addere potes,quòd licet fructus percipiãtur aliquo tempore , tamen totus annus attribuitur ei perceptioni.l.ſi fundus,§.j.ff.ſol.mat.& ipſe Bal.in l.j.§.cùmque ex ſtipulatu.C. de rei vxo.acti.

*Redit ad caſum principi*

5 ¶Porrò in ea ipſa l.diuortio, Raph.Co.col.vj.nuncupatim quærit, quid iuris ſit in caſu noſtræ conſuetudinis , videlicet cùm venditor redimit ex pacto reuendendi:nec quæſtionẽm abſoluit,niſi quòd abſurdum eſſe putat venditorẽ venire ad redimendũ tempore fructuum. Verùm idem in l.qui Romæ,in prin.ff.de verb.oblig.dicit in hoc caſu fructus eſſe diuidendos pro rata temporis,ſecũdùm formam d.l.diuortio,& l.de diuiſione,ff.ſol.mat. Et quãuis Alex.in d.l.qui Romæ,etiam in princ.col.vlt.dicat non meminiſſe ſe,eam quæſtionem alibi eſſe tractatam:tamen idem Raph.in l.vlt.ff.de iure fiſci,idem propè voluit:nam primùm dicit videri venditorem,qui ex pacto redimit tempore fructuum,eos ſibi ſuos facere , per l.ij. C.de pact.inter empt.quia emptio videtur eſſe perfecta,cùm ſtat per emptorẽ,poſteà ſubdit, æquitatem bonæ fidei dictare,pro rata temporis fructus eſſe diuidendos,argu.d.l. diuortio, quia vt hîc fit reuenditio ex neceſsitate,ſic & ibi fit reſtitutio dotis.Subditq;,ad hoc facere l. ſed etſi ideo,ibi,cùm enim doli exceptio,ff.ſol.mat.& l.huiuſmodi,§.qui ſeruum,ff.de lega.j.

*De eodem.*

6 ¶Porrò Alex.in d.l.qui Romæ,vbi ſuprà citauimus,dicit quòd licet deci.Raph.ibi,videatur ſapere quandam æquitatem,non tamen putat eam eſſe veram : quia omnino deſtruitur per d.l.ij.de pact.inter empto.& clariùs per no.à glo.in c.illo vos,de pigno.& in c.conqueſtus,de vſur.vbi is,qui emit cum pacto de reuendendo,lucratur fructus perceptos ante reuenditionem,niſi fuiſſet in mora,quia poſt moram ſpectant ad venditorem : vt & latiſsimè diximus ſuprà,in eodem §.in glo.ij.Sed ſi ita eſſet,vt deberet hoc caſu attẽdi diſpoſitio dictæ l.diuortio,& ſimilium,non eſſet verum,quòd emptor lucraretur fructus ante reuenditionem , aut moram:imò diuiderentur pro rata temporis.Ex quo patet eſſe manifeſtum diſcrimen inter vtrumq; caſum,& ratio (inquit) diuerſitatis eſt:quia in caſu d.l.diuortio,fructus dotis debẽt eſſe mariti pro ſupportandis oneribus , C.de iur.dot.ideò non mirum,ſi ibi fiat diuiſio pro rata temporis & oneris. Et in ſimili , cùm vſuræ debeantur in compenſationem ceſſationis ſolutionis ſortis,l.lecta.verſic.ſed cùm ſortis,ff.ſi cert.petat.certè idem debet eſſe in fructibus rei pignoratæ,quando actũ eſt vt fructus loco vſurarum ſpectẽt ad creditorem:vt tractatur per Bart.& alios in d.l.qui Romæ,in vlt.q.ipſius Bart.Sed in quæſtione noſtra fructus pertinent ad emptorem iure dominij.vnde non debet attendi , pro quota parte temporis fuerit dominus.l.Herennius,ff.de vſur.& d.l.ij.de pact.inter empt.

7 ¶Et in hac quoque opin.ante Alexand.fuit Bald.quem nec ille,nec alius ex iis,qui de hac re loquuntur (quod ſciam) allegat,conſi.ccclxxxix.quòd dictus contractus,colum.iiij.lib.item 4.vbi de ea re ita loquitur , vt videatur velle,iam perceptos eſſe omnino emptoris , niſi ex mora,per d.l.ij.pendentes autem eſſe omnino venditoris,qui redimit, per l.vlti.§.pen.ff.quæ in fraudem credit.

8 ¶Sed & eam Alex.opin.ſequutus eſt Matth.Afflict.in c.j.§.his conſequenter,col.pen.nu.22. & iterũ nu.29.tit.hîc finit lex.vbi dicit ſolum Alex.in d.l.qui Romæ , id tetigiſſe, ſed ita tamen ſequitur,vt in rebus feudalibus vẽditis,& poſteà ex hoc pacto recuperatis, debeat fieri diuiſio,de qua in d.§.his conſequenter.At idem in c.x.col.x.verſi.ſed hîc nouiter quæro,tit. an agna.vel fil.tenet etiam in feudo fructus pendentes eſſe venditoris recuperantis vi huius

pacti,per d.l.ij.C.de pact.inter empt,nec illum §.his conſequenter, habere locum in contractibus,ſed in ſucceſsionibus:quod dicit menti tenendum,& neminem allegat.}

9 ¶Verùm Soc.& Iaſ.in d.l.qui Romæ,ſequuntur opin.Raph.pro qua Soc.ipſe multa allegat, quæ illic videre poteris.ſed illud potiſsimum,quod à Bart.ſcriptum eſt in d.l.diuortio,col. pen.aliud eſſe in dote,aliud in venditione : per l.Iulianus , §.ſi fructibus,ff.de act.empt.quia venditio fit ex voluntate,at reſtitutio dotis ex neceſsitate. Et ſic clarè ſentit,quòd ſi venditio fit ex neceſsitate,vti hîc fit,idem ſeruandum eſt,quod in dote.Addit Iaſ.qui hãc partem non ſolùm æquiorem, ſed & tutiorem eſſe aſſerit,id quod voluit idem Bar.in l.ſi conſtãte, in princ.in v.quæſt.iij.partis princ.ff.ſolu.matrim.quòd quando fit reſtitutio conſtante matrimonio,ob id quòd maritus vergit ad inopiam,ſecũdùm l.vbi adhuc, C.de iure dot.tunc non fit diuiſio ſecundùm d.l.diuortio, ſed omnes fructus extantes debent reſtitui mulieri, conſumpti minimè. Et addit rationem,quia quando fit repetitio dotis in totum , vt ſit & maneat penes vxorem , & ea vtatur,tanquam domina,re ſua (id quod fit,quando matrimonium ſoluitur morte,vel aliter) tunc fit mulieri reſtitutio fructuum , qui ad eam ſpectant pro rata temporis,quibus poteſt vti vt re ſua,ſecundum diuiſionem d.l.diuortio.Sed quando reſtituitur dos , cùm maritus vergit ad inopiam,vt mulier fructus in cauſam matrimonij impendat,tunc omnes fructus extantes , qui in ipſam matrimonij cauſam impendi debent, ſunt reſtituendi mulieri. At in caſu noſtro ſumus in primo caſu Barto.cùm reuenditio fit, vt res ſit perpetuò apud venditorem, & ea vtatur vt dominus.Ergo debet fieri reſtitutio fructuum ſecundùm diuiſionem d.l.diuortio. Nec obſtat (inquit Iaſ.) fundamentum Alexand.quia diuerſitas, quam ipſe facit inter dictã l.diuortio , & hunc caſum,reſpicit fructus iam perceptos. Hîc autem tractamus de fructibus pendentibus , in quibus æquum eſt fieri diuiſionem pro rata temporis,ſecundùm iura & rationes ſuprà dictas, cùm iſta reuenditio ita fiat ex neceſsitate,ſicut reſtitutio dotis,ſecundùm Barto.in d.l.diuortio, col.penult. Et eandem quoque opin.ſecutus eſt Hieron.Cagno.in repet.d.l.ij.col.vij. verſi.induci etiam poteſt , C.de pact.inter empt.& ibi reſpondet ad text.illius l.quia non dicit , omnes fructus eſſe reſtituendos poſt pretij oblationem , ſed eorum habendam eſſe rationem:quæ quidem ratio habetur , cùm diuiduntur pro rata temporis.Hoc autem intelligit Rapha.& poſt eum Socin.in dicta l.qui Romæ , quando reuẽditio fit certo pretio,ſecus ſi incerto,per rationes adductas à Soci.quas videre poteris.

*De eodem.*

10 ¶N v n c autem quæro , quid ſi non multò poſt venditionem venditor aut cõſanguineus retrahit,ita vt emptor pro rata temporis nihil aut modicum habeat ex fructibus,ipſe tamen multas impenſas fecit percipiendorum fructuum gratia, repetétne eas ? quod vtique verum eſt,ſi nihil ex fructibus percipiat : aut certè deducet pro rata non perceptorum : per l.quòd ſi ſumptus,ff.de pet.hæred.vbi bonæ fidei poſſeſſor, , ſi nihil percepit fructuum,poteſt repetere huiuſmodi impenſas.Ex quo potes intelligere in hoc caſu, in quo non tantùm emptor fuit bonę fidei,ſed & dominus quoq;,debere eum has impenſas repetere pro rata eius,quod venditor percepit ex fructibus.Et ad hoc faciũt not.in ſimili per Andr.Iſer.Aluar.& Cardi. Alex.in d.§.his conſequenter,tit.hîc finit lex.& quod etiam tradit Bal.in l.ſi pater , in fi.C.de vſufruc.quòd ſi vſufructuarius fecit impenſas gratia percipiendorũ fructuum,& antequàm perciperet,vſusfructus finitus eſt,poteſt ipſe,aut hæres eius, repetere huiuſmodi impenſas, per multa iura,quæ ibi allegat. Quanquàm Sal.ibi,col.j.verſi.quæro ab extrà, tenet contrarium,per tex.in l.ſi quis domum,§.idem quærit,ff.loca.& alia quædam ab eo allegata,quæ tu videre poteris. Et facit etiam,quod reſpondit Bart.conſi.clxxxvj.Cunarellus,quod in diuidendis fructibus habenda eſt ratio ſementis,& aliarum expenſarum,vt ſcilicet qui eas fecit, primo loco eaſdem detrahat.Quod etiam voluit Petr.Vbal.in tract.ſocietatis , in iiij.parte, col.xv.& Steph.Bertran.conſi.viij.etiam ſi ſententia,circa medium,lib.1.Quod & hîc in omnibus obſeruandum eſt,vt etiam in ſimili dicitur in l.fructus,ff.ſol.mat.An autẽ ex diuerſo venditor deducet aliquas impenſas,vide l.fructus,& ibi omnino Bald.col.j.verſic.in text. ibi fuerit,& iterum verſi.ſecundò not.& ibi quoque cæteros, ff.ſol.matr.

*Quid ſi ſtatim poſt venditionem venditor retrahat , aut cõſanguineus, cùm emptor multas impenſas feciſſet.*

*An habẽda ſit ratio ſemẽtis.*

*Sed utrum uẽditor deducet aliquas impenſas.*

11 ¶S e d quid,ſi emptor fundum locauerat pro certa penſione , ſoluenda certo aliquo tempore , venditor autem aut conſanguineus redemit ante tempus deſtinatum ſolutioni penſionis,ſed poſt fructus perceptos,aut econtrariò:nunquid inſpiciendum ſit id tempus deſtinatum ſolutioni,an verò fructuum perceptorum. Et hoc verius eſt,l.defuncta,in prin.ff.de vſufruc.Sed an id ſit perpetuum,& quomodo ſit intelligendum,vide gloſ.& Doc.in d.l.diuortio.& Bar.in l.vlt.§.vlt.ff.de iure fiſ.Bal.in l.j.col.ij.verſi.quæro quid ſi legatarius, & iterũ col.ſeq.verſi.quæro quid ſi teſtator,& ſeq.C.de vſur.& fruct.leg.& in l.fructus , in vlt.oppo. & ibi Sal.col.ij.verſi.vnum tamen non omitto,C.de act.emp.& eundem Bald.in l.ſi traditio, col.vlt.in vlt.q.C.eod.tit.& in d.§.his conſequenter,& ibi etiam Aluar.& Cardi.Alex.tit.hîc finit lex.& in c.j.colum.vlt.& ibi Cardin.col.ij.verſi.ſed quid in penſione,tit.an agna.vel.fil. defun.& eundẽ Bal.in c.j.in fin.prin.verſi.quid de penſionibus.& ibi quoque Mart.Laud.& ipſos Aluar.& Card.tit.de pace tenen.& in c.cùm Mart.Ferra.col.ij.verſi.not.quòd nomine fructuum,extrà de conſtit.& in cap.quæ in eccleſiarum,col.iiij.verſicu.idem in penſionibus, eod.tit.& in c.grauis,col.vlt.verſic.quæro quid de perceptis,extrà de dolo & contu.Sal.in l. fructus,ff.de rei vẽdic.& in l.Iulianus,§.ſi fructibus,col.ij.verſi.nunc quæro de penſionibus. & ibi quoque Pau.Caſt.ff.de act.empt.Petr.Anchar.in repet.c.ſi propter, de reſcript.libr.6.& conſi.cxcij.ſubtiliter,per totum.Cardin.Flor.conſi.c.tria ſunt videnda.Pau.Ca.conſi.ccxiiij. ſuper primo & ſecundo,col.j.lib.2.Alex.conſi.xxviij.perſpectis his,col.vlt.verſi.quartò verò quæritur,lib.2.& conſi.lxxxij.perſpectis,col.vlt.verſi.quartò quæritur,eod.libr.2.& conſi.xl. proſpectis,col.vlt.lib.3.Franc.Aret.conſi.clx.longa eſt,colum.v.verſi.circa quintum.Soci.qui & alias concord.& iurium & Doct.adducit,conſi.c.in cauſa Baptiſtæ,colum.ij.verſic.item ſi eſſemus,libr.1.Iaſ.conſi.ccxxx.iſtæ duæ mulieres,col.pen.verſic.quintò dum quæritur,libr.2. Stephan.Bertrand.conſi.xcvij.viſo conſultationis,in ij.dubio,lib.3.Alber.Bru.conſi.cvj.circa iſtam.Fab.à monte S.Sab.in tract.empt.& vend.in v.membro,vj.quæſt.poſt prin.Ex quibus noſces & alia multa ad hanc rem pertinentia.

*Quomodo diuidetur pẽſio rerum locatarum.*



12 ¶S e d & hoc in dubium ſæpiſsimè vocatur. Tempore venditionis fructus ſunt pendentes & maturi,ideoque breui poſt venditionem tempore emptor eos percepit.Poſteà autem videlicet ſex menſibus poſt perceptionem eorũ fructuum,venditor fundũ redemit ex noſtro pacto de reuendendo:vtrùm emptor ex fructibus quoque eius anni currentis percipiet pro rata temporis , ſcilicet pro illis ſex menſibus,& ita medietatem illorum , vltra illos primos fructus,quos integrè percepit continuò poſt venditionem.Et hoc dubium etiã locum habet in retractu ſanguinis,de quo in præced.tit.diximus:& de quo etiam hîc noſter §.loquitur.& de illis quidem primis fructibus dubium non eſt,quin ſint omnino emptoris , cùm eos iam perceperit , dum eſſet dominus : vt iam ſæpius diximus in ij.gloſ.huius §.& in hac quoque. Ideò non debent venire ad contributionem , vt loquitur text.in ſimili caſu loquens in d.l. diuortio,in fi.prin.ff.ſol.mat.& vt dicitur in d.l.Iulianus, §.ſi fructibus,ff.de action.empti.ſi fructibus iam maturis ager diſtractus ſit,etiam fructus emptori cedere,niſi aliud conuenerit, exploratum eſt.& facit d.l.vlt.§.fructus,ff.quæ in fraud.cred.& l.fructus pendentes , ff.de rei vendic.quibus cauetur,fructus pendentes eſſe partem fundi:vt iam non mirum ſit,ſi cedant emptori ipſius fundi,nec diſtribuant pro rata temporis:vt etiam dicit Bal.in l.fructus, col.j. verſic.vlterius oppon.C.de act.empt.

*Pulchra & quotidiana quæſtio.*

13 ¶Sed quod facit dubiũ in aliis fructibus iſtius anni nondũ perceptis,illud eſt, quòd emptor iam percepit integros illos fructus vnius anni,quamuis non fuerit dominus rei,niſi ſex aut ſeptem menſibus:ideò poſſet iniquum videri,vt prætereà aliquid percipiat pro rata tẽporis huius anni currẽtis:aliàs plus percipiet, quàm pro modo eius temporis,quo fuit dominus, nempe pro modo vnius anni & dimidij , cùm dimidio tantùm anno , aut paulò plus fuerit dominus.Et ſi quis dicat,quòd ratione illorum priorum fructuum pendẽtium, rem maiori pretio emit,iuxta not.in d.l.vlt.§.fructus,& ibi glo.in verbo,fundum,& in l.lege Falcidia,ff. ad leg.Falc.& per Fed.Senen.loquentẽ in hoc caſu,conſi.cx.caſus talis eſt,Martinus,col.vlti. Soc.in d.l.qui Romæ,in prin.col.vlt.ff.de verb.oblig.cum ſi.Ideoq; non ſunt cõputandi illi fructus in rata temporis,vt quos ipſe emerit,aucto propter eos pretio rei. Huic illud reſpõderi poteſt,quòd in reuenditione ei reſtituitur integrũ illud pretium,nulla diminutione facta eius,quod pluris datum eſt pro fructibus,& ſic emptor habebit fructus illos integros,& integrum eorum pretium,id eſt,vt dicimus vulgari Gallorum prouerbio, *l'argent & le drap:* quod admodum eſſet iniquum,vt tradit glo.vlt.in l.ij.C.quan.lic.ab empt.diſced.cum ſimi. à me latè traditis infrà in fi.huius tit.nu.82.denique nihil.

*De eadem re.*

*L'argẽt & le drap.*

14 ¶Verùm his non obſtantibus in ea ſum ſententia,vt quamuis emptor ſtatim poſt venditionem perceperit fructus integros vnius anni,nihilo minùs habebit & fructus ſequentes pro rata temporis:tum quia hæc noſtra conſuetudo eſt in eam rem apertiſsima,cùm ſtatuit fructus diuidẽdos pro rata temporis. Quod non poteſt intelligi de iam perceptis,vt diximus: igitur de percipiendis debet intelligi,ne ſit ſuperuacanea & inutilis.l.ſi quando,ff.de leg.j. & Bart.in l.iiij.§.ait Prætor,ff.de dam.infect.cum concord.à me traditis ſuprà tit.præced.§.ix.in glo.ij.in verbo, *à ſon domicile*,nu.56.contrarium tamen:& dicemus latiùs in noſtro tract.nihil fruſtra. Et quia etiam noſtra conſuetudo generalis eſt,nec diſtinguit emptórne antè perceperit alios fructus,an non.Ideò generaliter eſt intelligenda,l.j.§.ait ergo, ff.quæ in frau.cred. cum ſi.etiam ſi eſſet odioſa,ex ſententia Ang.in l.vlt.col.vlt.verſi.tertiò quæritur,ff.de cõſtit. princ.cum ſi.à me adductis in repet.l.ſi vnquam,in præfat.nu.115.& hæc etiam. Imò verò ex verbis huius conſuetudinis apertè declaratur de fructibus percipiendis hîc intelligi , cùm ſubiungit, *& les peut prendre & leuer par ſa main* , quæ verba referuntur ad tempus futurum, cùm fructus præteriti iam ſint percepti.

*De eadem re.*

15 ¶Nec obſt.quod primo loco dictum eſt,quòd emptor non fuit dominus, niſi ſex mẽſibus: ideò non eſſe æquum,vt percipiat fructus vnius anni & dimidij:quia ſi ea ratio haberet aliquid momenti vel ponderis,ſequeretur,quòd deberet reſtituere priores illos fructus , quos ſcilicet ſtatim poſt venditionẽ percepit pro dimidia parte,& alterã tantùm ſibi retinere, habita ſcilicet ratione vtriuſq; tẽporis,id eſt,eius quo fuit dominus,& eius quo non fuit:quod omnino eſt cõtra d.l.ij.C.de pact.inter empt.qua cautum eſt,emptorem ſuos facere fructus, quos

*De eadem re.*

quos poſt venditionem ante oblationem,& ſecundùm aliquos , conſignationem percepit: nec in hoc diſtinguitur quantum id tempus ſit , quod eſt inter vẽditionem & oblationem, & an congruat portioni fructuum intereà perceptorum. Et ſi quis hîc obiiciat d.l.diuortio, ff.ſol.mat.ſciet eam nihil ad noſtrũ caſum pertinere,cùm illius in dote ſit ſpecialis quædam ratio,vt diximus ſuprà nu.4.vt tamen non omiſeris ad hunc noſtrum caſum pertinere,quę ſuprà diſputauimus de retractu conuentionali.

*De eadem re.*

16 ❡Quod autem poſteà dictum eſt,emptorem recuperare integrum pretium,& nihilò minùs habere integros illos fructus,ratione quorum pretium ipſum auctum fuerat, eodem modo dilui poteſt. Nam ſi id veniret conſiderandum, ſequeretur quòd emptor deberet reſtituere partem illorum fructuum. Sed & illud quoque dici poteſt , quòd quemadmodum emptor percepit illos fructus,ita & vẽditor percepit,aut percipere potuit,vtilitatem ex pretio, quod illi datum eſt interim dum illud non reddit,quæ vtilitas minimè contemnenda eſt:vt patet ex iis,quæ latè diximus ſuprà titu.præced.§.j.gloſ.xviij.in verbo , *le pris que la choſe aura couſté*, nu.34.ego tamen neque enim,& ſeq.quibus tamen adde text.in l.nec enim,ibi, quia habuit vſum pecuniæ pretij,ff.de pigno.actio.nam & ex hoc fit,vt qui fructus percipit, & pretium non ſoluit,tenetur ad vſuras illius in compenſatione fructuum.l.ij.C.de vſur.& l.Iulianus, §.ex vendito,ff.de act.empt.& l.curabit,C.eod.tit.

*De eadem re. Alia pulchra quæſtio ad præcedentem accedens.*

17 ❡Et hanc noſtram ſententiam confirmat,quod tradit Ferronus in conſuetud.Burdig.tit.de retractu,§.xxj.quòd ſi vendita vinea fructibus iam maturis,impenſisq; in vineã à venditore omnino factis,conſanguineus venit ſequenti anno & eadẽ tempeſtate ad retractũ,fructibus etiam maturis , omnibúſq; impenſis in vineã ab emptore factis petitq; vineam eodem ſtatu quo vendita fuit,emptor autem petit impenſas à ſe factas deduci.Dicit Ferro.ſe ex facto reſpondiſſe audiẽdum eſſe emptorem:nec ei obeſſe,quòd eo anno,quo emerat, ipſe nullas in fructus,quos integros percepit,fecerat. Veriſimile enim eſſe,cum vinea impenſas in eam factas & ipſas emptas fuiſſe:& quemadmodum fructus rei emptæ pertinet ad emptorem , per iura allegata,ita & impenſæ. Et alia quædã ibi allegat,quæ omnibus videre in promptu eſt. Quæ etiam locũ habent in hoc noſtro retractu conuentionali.Sed hoc intellige ſecundùm ea quæ diximus ſuprà,nume.10.nunc autem quæro,vt ſcilicet repetat has impenſas pro rata fructuum à venditore perceptorum eo anno,quo impenſæ factæ ſunt.Et vide interim Fed. Senen.conſi.cx.caſus talis eſt,Martinus,in ij.dubio,vbi loquitur de colono,qui cõduxit fundum iam omnino cultum & ſeminatum,& eodem tempore finitur conductio, agris etiam ab eo cultis & ſatis:& tractat an repetet impenſas huius culturæ, an verò non repetet , tanquam teneatur relinquere agrum in eo ſtatu culturæ,quo accepit.

*Si emptor collegit fructus nõdum maturos,quid agendum eſt.*

18 ❡Illvd quoque quæri poteſt,quid ſi emptor collegit fructus nondum omnino maturos cùm fortè videret tempus reuenditionis aduentare. Dic,quòd inſpiciẽdum eſt tempus,quo futuri erãt maturi,vt reſtitutio eorum fiat pro rata temporis,non tempus quo ſunt collecti, vt ad emptorem pertineant:vt in ſimili voluit gloſ.loquens in colono,in l.in fructu,quæ eſt penult.ff.de vſufruct.leg.per text.in l.& hæc diſtinctio,§.qui fundum,ff.loca.qui loquitur de fructibus corruptis.& ſequitur Bald.loquens in vſufructuario,in l.ſi pater,col.j.verſi.ſed hîc ponamus,C.de vſufruct.& idem voluit Albe.in d.l.qui fructu,poſt Iacob.Ray.in l.ſi abſente,§.j.ff.de vſufruct.loquens de hæredibus Prælati,qui vidẽtes ipſum Pręlatũ moribundum, fructus nondum maturos colligunt,quo ſucceſſorem defraudent.De quo & idem Alberi.in d.l.in fructu.Et facit quod voluit gloſ.in l.ſi vſuſfructus,& ibi Iaco.Ra.& Alberi.ff.de vſufr. & quæ diximus ſuprà,eod.tit.§.iij.in glo.j.nu.17.tamen ſi eam,& duobus ſequent.& iterum numero 23.conſtat,& quæ item ſcripſimus tit.præced.§.j.in gloſ.xiiij.in verbo , *ou equipollent à vente*, nu.121.ſed hæc fortè.

*Quid,ſi magis expediebat, eos immaturos colligere.*

19 ❡Quod tamen intelligendum eſt primo loco,ſecundùm text.in d.l.in fructu , vt ſcilicet , ſi magis expedit domino eum fructum,ita vti eſt,immaturũ tollere , id ſibi fraudi futurũ non ſit,ſi eum ita tollat.Itaque cùm oliua immatura plus habeat reditus,quàm ſi matura legatur, non poteſt videri,ſi immatura lecta eſt,in fructibus non eſſe,hæc enim ſunt verba illius.Cui concordat d.l.ſi abſente.§.ſyluam,& ibi glo.& Albe.ff.de vſufruct.vide tamen l.ſi ſeruus,§.ſi oliuam immaturam,ff.ad leg.Aquil.quæ illis videtur contradicere.

*Quid, ſi non id fecit fraudandi cauſa. Quid,ſi fecerit, & ut ſibi prodeſſet , & ut uenditori obeſſet.*

20 ❡Intelligit & id quoque Iac.Aret.& Alb.poſt eum,in ea ipſa l.in fructu,vt ſi vſufructuarius, vel conductor,ante tempus colligit fructus,vt domino officiat, id quidẽ facere non poſſit. At ſi id faciat,vt ſibi proſit,aut quia neceſſitas eum cogit,& id certè impunè poſſit, arg.l.in fundo,ff.de rei vend. Et ſi vtraq; cauſa fecerit,vt ſcilicet ſibi prodeſſet,& domino obeſſet:ſi plus ſibi proſit, non teneatur:ſi plus domino obſit,teneatur.per l.Labeo,ff.de riuis , & l.ij.§. tractatũ,ff.ad S.C.Trebel.Illud autem,quod diximus in prin.huius verſi.dicit ſatis æquum Bald.in d.l.ſi pater,vbi item illud dicit,quòd ſi fructus adeò ſunt proximi maturitati , vt per eorum ſeparationem non inferatur minor reditus,aut minor vtilitas ſeparanti,poſſit ſeparare.& ita intelligit d.l.in fructu. Et quantùm ad caſum neceſſitatis,ſequitur Sal.in d.l. ſi pacter , ad fin. Nam quilibet (inquit) bonus vir idem faceret. Quantùm autem ad illum qui id facit ſimpliciter , vt ſibi prodeſſet , non admittit : quia ſemper diceret , id ea cauſa feciſſe. Tu

*Quid, ſi fructus proximi ...*



Tu illum ibi omnino vide.Ex conſuetudine autem Auxerrenſium,tit. *de retraict*,§.iij.qui eſt omnium xxxiiij.emptor,durante anno retractus proximitatis,non poteſt fructus rei vẽditæ percipere,niſi tempore conſueto.

*ſint maturitati.*

*Pulchra quæſtio in fructibus iuriſdictionis.*

21 ❡Qvid ſi ſint fructus iuriſdictionis,& dum emptor poſſidet,durante facultate redimendi quis cõmiſit delictum,ex quo poſteà reuenditione facta cõdemnatus eſt ob id delictum ad certam multã pecuniariam:cuius ea erit? emptoríſne,cuius tempore cõmiſſum eſt delictum, an venditoris,vel conſanguinei , qui iam redemit ante condemnationem : an verò inter ſe partientur? Nam id primo loco ſcire debes,huiuſmodi mulctas,& bonorum publicationes, & cætera huiuſmodi eſſe fructus iuriſdictionis:vt voluit Azo in Summa,C.de pœn. Barto. poſt antiquiores in l.vlti.in j.q.& ibi quoque Bal.& Ang.ff.ſol.mat.idem Bal.in l.j.colum.iij. verſic.extra not.quòd nomine fructuum,C.de fruct.& lit.expen.Nico.Neapo.in l.diuortio, in prin.ff.ſol.matr.Ro.conſi.lxx.viſis themate,col.vlt.Alex.in d.l.diuortio,§.ſi vir, colum.iij. verſi.quod autem.Corne.conſi.ccxliij.circa primum,col.ij.verſi.venio ad ſecundum , libr.3. Soc.conſi.xxxvj.in cauſa Antonij,col.iij.verſi.nonò probatur,lib.4.& Philip.Deci.qui alios citat,conſi.iiij.cuius ſuperſcriptio incipit,an augmentum,col.ij.verſi.ad hoc facit.Iacob.à S. Geor.in tract.feud.in verbo,marchio in Italia,col.ij.

*Vtrùm tempus delicti an condẽnationis inſpiciẽdum ſit. Qui tempus ſententiæ inſpici dicunt.*

22 ❡Et ſanè hanc quęſtionem noſtram in ſpecie poſuit Hie.Cagno.in repe.l.ij.in xxxiiij.q.C.de pact.inter empt.vbi primùm dicit videri pertinere ad venditorem, qui redemit ante ſententiam,ex not.per Barto.in l.aufertur,§.fiſcus,ff.de iure fiſ. Et mox ſubdit hanc rem decidi ex ſcriptis Alex.in d.l.diuortio,§.ſi fundum,col.vlt.ff.ſol.matr.vbi cõtrarium videtur decidere. nec aliud dicit Cagno.Tu igitur dic,hanc eſſe communem opi.vt inſpiciatur tẽpus delicti, non ſententiæ,vt ſcilicet mulcta ad eum pertineat,cuius erant fructus tempore delicti , licet poſt tempus ipſius condemnatio ſecuta ſit.Ita enim voluerunt Pet.Cy.& Bald.in l.vlt.ff.de iuriſd.om.iud.Bal.& Ro.in d.l.diuortio,& ibi quoque Alex.in §.ſi fundum,col.vlt.& Ange. in l.ſi poſſeſſor.§.j.ff.de petit.hæred.Petr.Ancha.& Io.Ana.in c.j.& ij.extrà ne Præla.vic.ſuas. idem Petr.Anch.in c.ſi propter,ad fi.de reſcript.lib.6.Ro.dum ad alium ſimilem caſum,Cy. allegat,vbi ſuprà,in l.hæres quandoque,ff.de acqui.hæred.Mart.Laud.in tract.de fiſco,verſi. xcij.commiſſa.Nico.Milis,in ſuo repertorio,in verbo,fructus iuriſdictionis.Alex.conſil.vij. viſo themate,col.ij.verſi.quartò pro hoc facit,lib.3.Barb.in l.Stichum aut Pamphilum,§.ſtipulatio,col.xvij.verſi.quæritur hîc Rom.ff.de verb.oblig.Soci.conſi.c.in cauſa Baptiſtæ , col.ij. verſ.confirmari videtur,lib.1.& conſi.lxx.vtrùm primò licentiatus,ad fi.libr.4.Iaſ.in l.more, col.v.verſ.vlt.in quantùm iſte text.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.ſi ideò.col.j.ad fi.C.de his quib. vt indig.& Carol.Ruin.cxciij.viſa ceſſione,col.ij.nume.2.lib.1.Chaſſ.in tit. *des iuſtices*,§.vij.in verbo,*l'amende*, verſi.iuxta hanc.

*Illius operationes.*

23 ❡Ratio horum eſt,quia commiſſo ſtatim maleficio,ius eſt quæſitum primo domino.l.quæcunque actiones , ff.de actio.& oblig.& l.ſi is qui in puteum, §.ſi poſteà,ff.quod vi aut clam. Et quoniam tempus criminis perpetrati ſpectandum eſt,ad idque finis trahitur , vt proinde ſciamus,ad quem pertinet mulctę exactio,ſicuti in aliis quoque,in quibus finis habet neceſſariam conſequentiam à principio.l.iij.§.ſcio,ff.de minor.& l.quod ait lex, §.j.ff.de adult.vbi Bart.not.quòd in delictis initium ſpectandum eſt,vt ſciamus ad quem pertinet punitio , & cap.vlt.extrà de ſent.excom.ex quo Panor.not.ad pœnam imponendam inſpiciendum eſſe tempus delicti,non ſententiæ.& allegat pro concordan.optimum text.in l.j.ff.de pœn.vbi & Alber.alios concord.adducit in multis locis ſeparatim.Et quia etiam prima cauſa magis influit in cauſatum,quàm ſecunda.l.ſi filiusfamilias , ff.de verbo.oblig.vbi quantùm ad acquirendum patri,ſufficit ſtipulationem fuiſſe à filio conceptam durante patria poteſtate,licet ea finita conditio ſtipulationi appoſita euenerit.& eſt ſimilis text.in l.quæ legata , & l.ſeq.ff.de reg.iur.& in l.ij.§.id quoque,ff.de colla.bono.Et quia deniqueiam à tempore delicti orta eſt obligatio ad pœnam,l.vlt.C.de ſent.paſ.vbi quis ex delicto efficitur ſeruus pœnæ.& l.Imperatores,ff.de iure fiſ.vbi quis delinquendo pœnæ ſe ſubdit. & not.gloſ.in l.j.§.beſtias,in verbo,onerari, & ibi Lud.Bol.ff.de poſtul.& eam dicit not.Cæpol.cauſarum crimina.conſil.ix. quidam ex delicto,colum.j.in fin. Et optimè facit,quod ab Albe.poſt.Ricar. traditum eſt in l.leges,colum.vlt.verſi.ſecunda ſimilis,C.de legib.& facit l.aufertur,§.fiſcus.ff.de iure fiſ.per quem ipſe Albe.in l.poſt contractum,col.j.ff.de donat.dicit, quòd continuò quàm quis delictum commiſit , incipit obligari fiſco. vide tamen quid poſteà de hoc ſcribit ipſe Alberic. Vnde ſententia quæ poſteà ſequitur,potius declarat,quàm aliquid noui inducat : quia hoc ipſo quòd iudex pronuntiat maleficium commiſſum , ſtatim ſuccedit pœna iuris ipſo iure. l.j.§.calumniatoribus , ibi , & quamuis nihil de pœna,ff.ad Turpil. Idcoque hæc ſententia retrotrahitur ad tempus delicti,l.hæredes palam,§.ſi quid poſt,iuncta gloſſ.loquente de iudice,ff.de teſtam.Et bene facit glo.in l.reſcriptum,in princip.in verbo,hypothecas,ff.de pact. quòd ex delicto quis ſtatim eſt obligatus fiſco.Ita etiam eam refert & ſequitur Bart.in l.vlti. ff.de iniur.Et alias multas rationes,multaque ſimilia affert Barb.in d.l.Stichum,§.ſtipulatio, quæ ibi videre poteris.

*Qui cõtrà dicunt...*

24 ❡Sunt tamen qui contrarium tenuerunt,& in his Bald.ſibi contrarius, in d.l.j.col.ij.verſicu. modò

*eunt, tempus delicti inſpiciendum.*

modò quæro de quadam, C.de fruct.& lit.expen.Imo.in d.l.diuortio,§.ſi vir in fundo,& ibi quoque Franc.Areti.in prin.eius l.col.vlt.ea ratione ducti,quòd pœna ante ſententiam non dicitur debita fiſco,nec habenti cauſam ab eod.l.ex iudiciorum,ff.de accuſ.& l.ſi qua, & iterum l.aliud eſt fraus,§.inter mulctam,ff.de verbor.ſignific.& not.Bar.in d.l.aufertur, §.fiſcus. Propterea pœna ipſa interim eſt tanquam fructus nondum perceptus, ſed tantùm,vt ita dixerim,ſeminatus.Et ideò ſicut fructus,pendentes non pertinent ad fructuarium , ita nec ad primum emptorem fructuum,per l.defuncta,ff.de vſufr.Et hanc quoque ſententiam ſequitur & dicit ſeruari in curiis Delph.Guid.Pap.deciſ.Delphin.dxxxv.Baro quidam , per l.qui explicandi,ibi,cuius finis in iudicis poteſtate ac motu ſitus eſt:& l.furti,§.ſi autem , ff.de his qui not.infa.& l.cùm poſteriori,C.ad S.C.Treb.Sequitur item hanc partem Iac. Rebuf.in l. iij.C.de ſuſcep.& arca.libr.10.& Stepha.Bert.conſi.ccxiiij.viſo caſu,libr.2.Niſi,vt dicunt duo poſteriores,pœna eſſet ipſo iure commiſſa.

25 ¶Nec deſunt quoque , qui hanc inter iſtos ſententiarum controuerſiam ita componere nituntur,vt prior opin.procedat in pœnis ordinariis,certis,ac ſtatutis:poſterior autem in arbitrariis obtineat:vt ſcilicet in illis inſpiciatur tempus commiſsi delicti, in his ſententiæ:ſecundùm Bart.Ang.Paul.Caſt.& alios,in l.ſi ſeruum,per illum text.ff.ſi ex nox.cau.aga.& in l.j.ff. de pœn.Bal.in l.j.C.an ſer.ex ſuo fact.& Sal.in l.ſi quis Decurio,C.de fal.Sed tu tamen vide alios aliter diſtinguentes,videlicet Io.Ana.in d.c.j.in fi.extrà ne præl.vic.ſuas.& Alex.in d.l. diuortio,& Bened.in repe.c.Raynutius,in verbo,cætera bona.nu.38.de teſta.Et huc pertinet alia noſtrorum controuerſia,ſcilicet vtrùm bona delinquentis ſint obligata fiſco iam à tempore delicti,an litis conteſtationis,an denique ſententiæ.de quo vide gloſ.& omnes Doct.& maximè Alex.in l.reſcriptum,ff.de pact.& in d.l.aufertur,§.fiſcus, ff.de iure fiſ.& in l.j.C.de pœn.fiſca.lib.10.Bart.in l.poſt contractum,ff.de donat.cum ſimilib.

*Qui diſtinguunt.*

26 ¶Sed & illud in dubium reuocari poteſt. Quid enim , ſi condemnatio facta fuit tempore emptoris,ante redemptionem à vẽditore factam,ſed executio facta fuit poſt redemptionem ipſam:an nihilò minùs pertinebit ad emptorem? Quod magis eſt.Nam & in illa ſpecie duorum conductorum , aut aliorum huiuſmodi , dici ſolet , quòd ſi commodum iuriſdictionis ſpectabat ad priorẽ titulo oneroſo,& tempore illius fuit condemnatio, ad eum res ipſa pertinebit,tametſi tempore ſecundi executio facta fuerit:vt per Bal.in l.diuortio,col.vlt.ff.de verbor.oblig. Si verò ex cauſa lucratiua,ad ſecundum:vti dicit Bar.in l.ſi ſuſceptores noui. C.de ſuſcept.& arca.lib.10. Et eos ita refert & ſequitur Alex.in d.l.diuortio,§.ſi fundum,ad fin.ff.ſol.matr.vbi & alia quædam in hoc allegat, quæ tu videre poteris. Et idem dici poteſt de retractu municipali.

*Quid ſi, condemnatio facta fuit ante tẽpus reuenditionis,ſed exactio poſt eam.*

27 ¶Qvid autem ſi quis interim dum emptor potitur re,pendẽte tẽpore facultatis redimẽdi quiſpiam condemnatur in mulctam,niſi quid fecerit intra duos annos : poſteà verò ante id tempus venditor aut conſanguineus redimit,vtrùm condemnato id non faciente intra illud tempus,ea emenda,quam vocamus,ſpectabit ad emptorem,an verò iudicabitur,ac ſi obuenerit poſt reuenditionem , quo ſcilicet tempore ob ceſſationem conditionis mulcta deberi cœpta eſt. Dic inſpici tempus ſententiæ,per id quod in ſimili tradit Bald.in l.j.C.de nundi. quòd in contractu conditionali,quo ad ſolutionem gabellæ, inſpicitur tempus contractus, non conditionis impletæ.quem ita allegat & ſequitur Franc.Aret.qui id dicit ſing.in l.hæres quandoque,col.vlt.ff.de acquir.hær.& conſi.xj.procedendum eſt,col.j. licet Bal.non id mihi dixiſſe videatur.& de hoc alibi diximus,videlicet ſuprà tit.præced.§.j.glo.x.in verbo, *dedans l'an*,in viij.q.Sed ex hoc tamen potes intelligere,quòd ſi eo tempore,quo emptor fruitur re, aliquis ſub conditione emerit fundum , ex quo debentur laudimia domino rei emptæ ſub pacto reuenditionis , & poſt reuenditionem conditio impleta fuerit , debentur omnino ea laudimia emptori.At id ex hoc pendere videtur:an & quomodo & quando conditio retrotrahitur ad tempus contractus,nécne.de quo vide l.qui balneum,& l.qui potior , ff.qui pot. in pig.hab.& vtrobique not.per Doct.

*Alia pulchra quæſtio.*

*Cui autẽ dentur laudimia in illo caſu.*

29 ¶Et quia hæc conſuetudo loquitur,cùm emptor ſponte admittit venditorem offerentem: quid ſi renuit eum admittere? Ideoque in ius vocatur à venditore , & tandem victus eſt & condemnatus reuendere? à quo tempore fructus reſtituet,vtrùm à tempore moræ, an conſignationis,an denique litis conteſtatæ? Ego de hac re nũcupatim ſcripſi ſuprà eod.§.gloſ.ij. in verbo, *qui ſont eſcheuz*, nume.4.ſed vt ad caſum,& ſeq.& titu.præced.§.xv.gloſ.ij.in verbo, *depuis la litiſconteſtation*,nu.15.ſed quia hæc noſtra,& ſeq.

*Quæſtio alibi deciſa.*

29 ¶Nec interim illud omittam,quia hîc dicitur,quòd in vtroque retractu fructus anni ipſius retractus diuiduntur inter venditorem ſiue conſanguineum , & emptorem:quid igitur , ſi emptor eo anno fundum non coluit , eiuſque rei faciendæ tempus omnino tranſiit , ita vt nullus fructus eo anno percipi poſsit : vtrùm emptor teneatur in id quod intereſt venditoris vel conſanguinei fundum fuiſſe cultum. Vide text.in l.venditor ex hæreditate,verſicu.at cùm hæreditas,ff.de hær.vel act.vendit.& l.venditor, ff.de act.empt.& l.ſi quod poſſeſſor,§. ſicut,ff.de pet.hær.& l.ſi mora,ff.ſol.matr.& vbique not.per Doct.præſertim Pau.Caſtren.in poſtremo loco,tum poſt princ.tum colum.ij.in ij.oppoſ.& omnino Barto.in l.ſi ſeruum, in princ.

*Quid ſi emptor fundum non coluit eo anno, quo is redimitur.*



ff.de verb.oblig.& Bal.in l.traditio,in ix.quæſt. C.de act.emp.& Sal.in l.poſt perfectam, C.de acti.empt.& Alex.conſi.xxxix.viſis ſcripturis,ſtatim poſt prin.lib.2.

30 ¶Nec tantùm ſi non coluit,ſed & ſi ita intempeſtiuè coluit,vt fundus ex hoc redditus ſit deterior,is tenetur:vt de conductore dicitur in l.ſi merces,§.conductor,ff.de locat. & quod per eum tex.ſcribit Feder.Senen.conſil.cx.caſus talis eſt,Martinus,in fi.colonum debere fundum colere ſuo quoque tempore,etiam ſi eius anni fructus percipere non debeat ex lege locationis.Quod bene notandum eſt,ne emptor hîc cauſetur,non ſe teneri,quòd fundum non coluit,aut nõ ſuo tempore coluit,quòd ſciret venditorem aut conſanguineum redempturum, & ita non percepturum fructus eius anni,ſaltem integros.

*Quid,ſi intempeſtiuè coluit.*

31 ¶Et ille quidem locus nobis offert aliam hanc dubitationem. Quid enim ſi in re vendita ſit ſylua cædua,quæ non niſi decimo quoque anno cæditur ex more regionis : & is annus quo fit reuenditio,qui fortè eſt primus vel ſecundus à venditione,eſt decimus à poſtrema exciſione huius ſyluæ , ideoq; & hoc anno excidi debet : an emptor habebit fructus eius exciſionis pro rata huius anni,quo fit reuenditio & exciſio,an pro rata decem annorum tantùm?Et ſanè Feder.Senen.d.conſi.cx.in caſu non admodum abſimili,dicit inſpiciendum eſſe vniuerſum tempus decem illorum , vt ſcilicet pro vno anno habeantur , per d.l.diuortio,§. quod in anno,ff.ſolu.matri.vbi eſt optimus text. ibi, & in pluribus annis idem dici poteſt,vt in ſylua cædua.& eum ad hoc not.omnes Docto.ibi,præſertim Alex.& Iaſ.qui citant & commendant dictum Bald.in l.æde,(ita enim legendum eſt,non ædem,vt ſæpius,ni fallor,admonuimus) col.ij.verſic.& quæro quomodo,C.de locat.qui per d.§.quod in anno,intelligit l.ij. C.de iure emphy.quæ priuat emphyteutã ceſſantem triennio à ſolutione , vt ſi vnus fructus ſit in quolibet luſtro,neceſſe ſit ceſſare tribus luſtris , quaſi vnum luſtrum habeatur pro vno anno.Idque reputat Iaſ.ſing.vti etiam facit in d.l.ij.col.ij.in iiij.not.de iure emphy.& in auth. qui rem,col.iij.verſicu. ſecundò limita,C.de ſacroſ.eccle.& Catel.Cotta,memor.emphyteuta priuati,in j.declar. Et vide gloſ.in l.j.§.cumq; ex ſtipulatu,in verbo, temporis portione,in fi. & ibi Docto.C.de rei vxo.acti.& text.in l.ſi ſic,ff.quemad.ſer.amit. atque etiam Nico.Boër.in conſuet.Biturig.tit.de conſuetu.feud.§.v.poſt medium.

*Quid de fructibus ſyluæ cæduæ.*

32 ¶Nec illud quoque omiſerim,quia hîc dicitur, fructus pendẽtes diuidendos inter emptorem & venditorem retrahentem pro rata temporis:alibi autem diximus emptorem reſtituere debere fructus à ſe perceptos ab oblatione,aut (vt alij volunt) conſignatione & depoſitione,vt videre licet ſuprà eo.§.glo.ij.num.4. & ſeq. vtrùm igitur ſi emptor non admiſit venditorem volentem retrahere,& litis ſuper hoc orta eſt,an in condemnatione fructuum debeat haberi ratio temporis præcedentis oblationem,ſiue litem ſuper ea re ortam:an verò integros debeat emptor condemnari reſtituere. Vide quod in ſimili tractauimus ſuprà titu. præced.§. xv.glo.ij.in verbo,*depuis la litiſconteſtation*,num.21.eodemq; vltimo.

*Pulchra quæſtio ſuper fructibus.*

## PAR SA MAIN, PER SEIPSVM, GLO. V.

1 EX hoc igitur vides,quòd emptor poſt reuenditionem manet in poſſeſsione rei, donec fructus pro rata collegerit. Quamuis de iure potuiſſet videri cõtrarium: vt de fundo dotali,cuius fructus etiam pro rata temporis diuiduntur , ſcribitur in l.diuortio,in prin.& l.fructus,ff.ſol.mat.& iterum in d.l.diuortio,§.interdum, vbi nihil retinet ex eo fundo dotali,facto diuortio ob fructus pendentes : ſed mulier ei tantùm cauet de ipſis fructibus,pro rata ipſius portione. Niſi tamen fructus eſſent maturi tempore diuortij. Tunc enim maritus non tenetur fundum reſtituere,niſi priùs collectis fructibus:vt dicit glo.not.ibi,in verbo,reddat,verſi.item quid facto.quam ſequuntur ibi Bart.Bald. qui eam dicit not.Ang.& Iaſ. Et ita hîc fieret,niſi conſuetudo aliter ſtatuiſſet.

*An emptor poſt reuenditionem poſſit retinere rem, donec perceperit fructus pro rata.*
*Et quid ſi fructus ſunt maturi tempore reuenditioni.*

## SVPPOSE' QV'IL N'EN AIT IOVY PAR AN ET IOVR, LICET PER ANNVM ET DIEM NON POSSEDERIT, GLO. VI.

1 HOC ideò , quia vtitur acceſsione venditoris ad inducendam præſcriptionem temporis,l.dolia,§.eum qui,ff.de contrah.empt.& l.Pomponius, §.præterea,ff.de acquir.poſſeſ.& l.ij.§.emptori,ff.pro empt.vbi ita ſcribitur,Emptori tempus venditoris ad vſucapionem procedit. cum aliis concord. adductis à gloſ.in d.§.eum qui. Et vide quæ ſcripſi ſuprà tit.præced.§.xij.in glo.j.in princ. rurſumq; in fi. eiuſdem tit.in vij.q.& quæ dicam infrà,in fi.huius tit.in xxij.quæſt.

*Emptor poſt redemptionem poteſt intenta re poſſeſſoriũ pro fructibus, licet per annũ nõ poſſederit.*

## §. VI.

QVAND aucun a donné grace de retraict par conuenance,& en icelle grace ou conuenance n'eſt faicte mention quelle choſe, ou ſomme,on doit payer ou bailler pour ledict retraict , c'eſt à entendre que lon doit payer & bailler pour iceluy retraict le ſort & pris contenu au contract [a] de la vendition,auecques les arrierages,

qui en ſont eſcheuz & deuz, quand ladicte vendition eſt de rente, comme dict eſt. Et en cas de refuz dudict retraict doit lon conſigner iceux arrierages auecques le ſort. Et auſsi celuy qui faict ledict retraict eſt tenu de payer les loyaux couſtemens[b]. Mais il n'eſt pas tenu de les conſigner.

*CVM quis alteri rei redimendæ ex pacto facultatem fecerit, nec in pacto expreſſum ſit, quanti ea res debeat redimi, tenebitur retrahens ad ſolutionem ſortis ſiue pretij in contractu venditionis[a] expreſsi, vnà cum reliquiis, quarum ſolutionis dies ceſsit, ſi de penſionis venditione agatur. Debentq́; emptore retractū recuſante, huiuſmodi reliquiæ conſignari vnà cum ſorte. Atque etiam tenetur retrahens legitimas impenſas refundere: non tamen eas conſignare.*[b]

## LE SORT ET PRIS CONTENV AV CONTRACT, SORTIS SIVE PRETII IN CONTRACTV VENDITIONIS EXPRESSI, GLO. I.

*An uēditor redimens, teneatur reddere pretiū primæ uenditionis, an aliud.*

1 VTRVM id verum ſit de iure, vt ſcilicet intelligatur de pretio venditionis, an de iuſto rei pretio, an denique de eo, quod ab alio reperiri poteſt, vide Hier. Cagn. in repe. l. ij. col. vij. in viij. not. C. de pact. inter emp. & quæ ſcripſimus ſuprà tit. præce. §. j. in verbo, *le pris que la choſe aura couſté,* quæ eſt glo. xviij. in princi. & iterum hoc eod. tit. in §. j. in verbo, *& pour tel pris que accordé eſt entre ceux.* quæ eſt glo. iij. num. 2.

## LES LOYAVX COVSTEMENS, IMPENSAS LEGITIMAS, GLO. II.

*An uēditor redimens, teneatur reſtituere gabellam ab emptore ſolutam.*

1 QVID igitur, ſi is ſoluit gabellam, quæ fortè ex ſtatuto debetur ratione contractus emptionis, & quam ipſe emptor debet ſoluere, non venditor. l. debet, in fi. ff. de ædil. edict. & voluit Bald. in l. ſi pretium, col. ij. verſi. ſed nunquid redhibitione facta. C. de ædil. act. cum multis concord. à me adductis ſuprà titu. omnium noſtrarum conſuetudinum ij. §. j. qui eſt omnium eiuſdem volum. xiiij. in verbo, *ſe prennent ſur l'achepteur.* Vtrùm venditor redimens tenebitur reddere emptori. Quod non videtur, cùm id onus ad eum ſpectet, vt diximus. Ideò nec repetere poteſt, ſi ſoluerit: exemplo eius quod ſcribitur in l. neque, ff. de impen. in reb. dotal. fac. vbi maritus ſoluto matrimonio, & dote, ad vxorem reuerſa, non poteſt ab eadem exigere ſtipendium aut tributum ob dotem ipſam præſtitum. Onus enim fructuum hæc impendia ſunt. Et id videtur tenere Cæpol. in tracta. de Simulatione contractuum, in vj. præſumptione, in fi.

*De eadem re.*

2 ¶Tu tamen dic contrarium, per d. l. debet, in fi. ff. de ædil. edic. vbi ſi redhibeatur res vendita, id quod vectigalis nomine ab emptore datum eſt, quòd fortè eum res ſequeretur, dicitur eſſe reſtituendum. Indemnis enim emptor diſcedere debet. {Quod & ibi apertè declarat Cæpol. in d. tract. num. 2. & 4. vide Bart. in l. vbi purè, §. vlti. ff. ad Trebel.} Et hoc ſatis patet ex iis quæ latè diximus in tit. præced. §. xxix. in glo. ij. quæ eſt in verbo, *& autres ſemblables,* vbi etiam diſſeruimus, vtrum conſanguineus retrahens vi conſuetudinis teneatur reddere gabellā ab emptore ſolutam. Et quanquàm Cæpol. {in d. tract. de Simul. contract.} vbi ſuprà, eam l. debet, ita dicit ſtatuiſſe, quoniam ibi contractus reſoluitur culpa venditoris, qui ſcilicet rem morboſam vendidit: ſecus verò hîc eſſe, vbi res (inquit) reſoluitur voluntate vtriuſque: tamen ſatis eſt, ſi emptor in nulla culpa ſit, vt indemnis diſcedere debeat iuxta eam l. {Et facit quod ſcribit Bart. in l. quantitas, per eum tex. ff. ad leg. Falcid.}

*An & laudimia.*

3 ¶SED quid de laudimiis. Et certè, ſi ea debentur domino ex huiuſmodi venditione, facta cum pacto de reuēdendo, interim ante tempus facultatis tranſactum, ea emptor recuperabit, quemadmodum & gabellam quæ debetur ex contractu, vt diximus. Nam & ſi conſanguineus retrahit, debet etiam reſtituere eadem laudimia ſoluta ab emptore. Si autem ea non debentur, ſed emptor ſua ſponte domino ſoluerit, repetere non poterit, per d. l. debet, ff. de ædil. edict. {vbi Cæpol. expreſsè dicit per eum tex. quòd vbi res vendita redhibetur vel euincitur, debet emptori reſtitui non ſolùm pretium, ſed etiam laudimium, quod debetur domino directo, & dicit fortè illum caſum non reperiri alibi.}

*An laudimia debeātur ex uenditione facta cū pacto legis commiſs. uel addict. in diem, ſi uenditio reſoluatur,*

4 ¶SED dubium eſt, an debeantur in hoc caſu venditionis factæ cum pacto de reuendendo, pendente tempore facultatis, & antequam res vendita fuerit irreuocabiliter facta ipſius emptoris Et illud quidem planum eſt, ex venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ vel addictionis in diem, nō deberi laudimia, donec venditio pura aut irreſolubilis maneat; vt per Pet. Iac. in tit. de act. in rem pro re emphy. quæ cecidit in commiſſum, col. viij. verſi. item ſi ex pacto. & iterum col. xv. verſicu. quartò in omni tranſlatione. & Guid. Pap. deciſ. Delphi. xlviij. eſt etiā aduertendum, cum aliis multis concord. à me obiter adductis inferius in hac eadem q. & nemo



nemo in hoc diſcordat, quia & huiuſmodi pacta in ipſo contractu appoſita verbis directis ipſo iure contractum reſoluunt, faciuntq́; haberi pro infecto. gloſſ. & Doct. in l. ab emptione, ff. de pact. de quo nos latè diximus in §. j. huius tit. in verbo, *ſeront preferez.*

*An autem ex uenditione facta cum hoc pacto. Conſuetudines de ea re.*

5 ¶SED hîc quærimus de noſtro pacto reuenditionis. Quod tamen vt clarius Lectores intelligant, & nos de aliis quoque pactis reſoluentibus tranſeunter tractabimus. In quo primùm ſcire debes diuerſas eſſe Galliæ de hac re conſuetudines. Nam apud Turonenſes, titu. *de rachaptz & ventes,* cap. 16. ſi facultas redimendi durat ad nouem annos tantùm, nō debentur laudimia tantiſper, dum id tempus durat. At ſi ad prolixius tempus, aut ſimpliciter ſine præfinitione temporis data fuerit hæc facultas, debentur. Et idem propè Cenomanenſes, cap. 178. & iterum cap. 372. Andegauenſes, cap. 362. atque Bleſenſes, cap. 82. atque iterum cap. 116. vbi id intelligitur, cùm ea facultas apponitur in ipſo inſtrumento venditionis. At apud eoſdem Turonenſes eiuſdem titu. c. 17. ſi contractus fuerit, à partibus reſolutus ante poſſeſsionem rei datam aut acceptam, non debentur laudimia. Apud Melodunenſes, ca. 131. ſi facultas redimendi ſit ad tempus duorum annorum, aut aliud prolixius, debentur laudimia ex venditione facta cum ea facultate. Et ſi res fuit redempta intra quinque annos præſtitutos in ipſo inſtrumento, non debentur ex redemptione. At cap. 193. ſi contrahentes mutuo conſenſu diſcedunt à venditione, antequàm venditor ſeſe vendita re abdicarit iǹ manibus patroni clientelarij, non debentur laudimia. Apud Senonenſes, cap. 197. & cap. 231. ſi ſtatim poſt venditionem contrahentes diſcedunt ab ipſo cōtractu ante traditionem rei, & fidei erga dominum dimiſsionem in rebus feudalibus, aut antequàm ex loco retractus abeant in rebus cenſualibus, non debentur laudimia, niſi de venditione confectum fuerit inſtrumentum. Poſteà autem cap. 233. cùm huiuſmodi res cenſuales vendūtur cum pacto de reuendendo, debentur laudimia ex ea venditione: ſed cùm poſteà intra tempus facultatis redimuntur, non debentur ex redemptione, niſi in certo caſu, vt ibi videre licet. Sed & poſteà cap. 243. idem ſtatuiturni, ſi quòd expreſsim loquitur de huiuſmodi pacto reuendendi intra duos aut tres annos: quaſi ſentiat ſi ſit longioris temporis, deberi laudimia & ex redemptione quoque. Et ſic videtur limitare præcedentem conſuetudinem. Apud Trecenſes, cap. 34. ſi res fuerit vendita cum pacto redimendi intra tres annos, & intra id tempus redempta fuerit, nulla debentur domino laudimia. Et idē apud Victriacenſes cap. 33. At redeundo ad Trecenſes, ca. 77. ſi contrahentes poſt conſenſum contractui præſtitutum ſponte diſcedunt à contractu antequam ab eodem loco diſcedant, atque etiam antequàm inſtrumentum venditionis fuerit confectū, nulla debentur laudimia. Apud Carnutenſes in certis locis res vendita cum huiuſmodi pacto redimēdi intra tres aut quinque annos, non eſt obnoxia laudimiis, donec tempus redimendi durat. In aliis autem locis debentur laudimia ex prima venditione facta cum huiuſmodi pacto ſimpliciter, non etiam ex redemptione, vt ſcribitur cap. 18. & cap. 21. & cap. 47. Idemq́; quod in poſteriore loco, ſtatuitur apud Aurelianenſes, cap. 76. & cap. 110. quæ loci ita tranſiliit interpres alioquin eruditus, quaſi nihil habeant ſcrupuli. Sed & cap. 113. ſi antequàm pretium rei cenſualis ſolutum fuerit, partes diſcedunt, debetur vnum tantùm laudimium. Idemq́; in hoc poſtremo apud Dunenſes, cap. 43. Sed & apud Aruernienſes, tit. xvj. qui eſt, *des achaptz, lotz & ventes,* c. 11. Si res redimatur ex pacto redimendi in cōtractu appoſito, debentur laudimia ex priore venditione, non ex reuenditione. At ſi id pactum fuerit appoſitum ex interuallo, debentur ex vtraque. Apud Borbonienſes, cap. 397. ſi emptor ante appræhenſam poſſeſsionem rei venditæ, diſcedit ab emptione, ex cauſa rationabili, puta quia imminet euictio, aut alia ſimili, non debentur laudimia. At ſi ſine cauſa rationabili, ſed ſponte, & ex mera voluntate contrahentium diſcedunt, debentur. Et cap. 406. ſi res redimatur ex pacto reuendendi in contractu appoſito, aut poſteà prorogato intra primum tempus, non debentur laudimia ex redemptione, ſed tantùm ex priori venditione. Quòd ſi redemptio fiat poſt tempus appoſitum in contractu, aut ex pacto non in ipſo contractu appoſito, ſed ex interuallo, debentur laudimia ex vtraque. Apud Sanctones Angeriacos, cap. 29. ex venditione facta cum reuendendi pacto debentur laudimia: nec aliquid dicitur de reuenditione. Apud Burdigalenſes, cap. 96. ſi pactum redimendi durat tantùm quinquennium, re redempta intra id tempus, non debentur laudimia, ex ea venditione: non redempta, debentur. Si verò excedat id tempus, ſtatim debentur laudimia ex venditione, ex redemptione autem non debentur. At quod in initio dictum eſt, intelligitur cùm id pactum appoſitum eſt in eodem contractu: quòd ſi ſeorſum factum eſt, ſtatim debentur laudimia ex ea venditione. Apud Valeſienſes, titu. j. §. xvij. confeſtim quàm venditio facta fuerit, laudimia debentur domino, etiam ſi contrahentes poſteaquàm ad alium locum diuerterint, ſua ſponte à contractu diſceſſerint.

*De eadem re.*

6 ¶Nunc tempus eſt, vt & noſtrorum legum interpretum ſententias in hanc rem afferamus, & tandem quid de ea ſentiamus, proferamus. Primùm igitur, ſi contractus reſcinditur, aut ab eo diſceditur, quia ab initio nullus erat, aut retro & ab initio nullus fuiſſe fingitur; & tunc non debentur laudimia: nec gabella, quam vocant, ex eo contractu. Bal. in l. vlti. §. ſed quia noſtra, col. j. verſi. quærit hîc, & ibi quoque Alberi. in verſic. item adducitur, vbi loquitur de retractu municipali. Ioan. Fab. in verbo, irritum. Paul. Caſtr. col. ij. verſic. ſed tunc quid addit. & Corne.

col.vlti.C.commu.de leg.idem Fab.in l.j.C.quan.licet.ab emp.diſce.vbi dicit,quòd ſi contractus iudicetur nullus ex aliqua præcedenti cauſa,ex eo non debetur laudimia,cum aliis multis concordantiis à me adductis ſuprà tit.præced.§.j.glo.ij.in verbo, *a vendu,* nume.7.ſed alia tantùm.& vix comperies,qui huic ſententiæ aduerſetur.

7 De eadem re. ¶Aut verò ab initio valet cōtractus,qui poſteà diſſoluitur,vel reſcinditur, & hîc eſt magnus noſtrorum conflictus,vtrùm debeantur laudimia ex prima venditione, quæ diſſoluta eſt, & an ex diſſolutione quoque?Petr.Iacob. in tit.de actione in rem pro re emphyteutica, col.xv. verſicu.ſecus in pacto redemptionis, dicit quòd licet ex retranſlatione,quæ fit ex pacto legis commiſſoriæ,vel addictionis in diem,non debeantur laudimia, cùm ipſo iure fiat, vt etiam ſuprà ex eodem diximus: tamen ſecus in ea quæ fit ex pacto reuenditionis, quia ea non fit ipſo iure. Sed fortè (inquit) tunc non poterit dominus rem retinere eodem pretio, ſi cùm illud pactum ei denuntiaretur,non reclamauit,& nihil aliud dicit.

8 De eadem re. ¶Alberi.poſt Guli.Cu.in l.ab emptione,col.iij.ff.de pac. Quid (ait) ſi emphyteuta vendidit rem,& poſteà fuit reſolutus contractus: nunquid dominus debet habere pro reuocatione, tanquam pro duabus venditionibus:an tanquam pro vna, quinquageſimam partem pretij, ſecundùm l.vlti.C.de iure emphyt. Et videtur, quòd pro duabus:quia quando emphyteuta vendit,ſtatim eſt domino ius quæſitum: & quando poſteà retraditur, videtur alia alienatio: argu.l.ſi duobus,ff.de diuer.& temp.præſcript.& l.ij.§.ſi ſub conditione, & §.ſi in diem,ff.pro empt.& l.ſerui nomine,ff.de vſucap. Ergo & pro illa ſecunda debet habere. In contrarium videtur quòd pro nulla venditio debeat haberi,quia contractus videtur,ac ſi nunquàm fuiſſet celebratus:vt hac l.verſi.nec quicquam intereſt,& l.j.& ij.C.quan.lic. ab emp.diſce. Quòd debet habere ſemel tantùm,ſcilicet cùm reuertitur ad venditorem, eſt argu.l.ſancimus,C.de Conſul.lib.12. Ipſe autem Gulielmus dicit: aut reſoluitur venditio ex conuentione facta ab initio in ipſo contractu:& tunc nihil habet dominus,quia nō videtur mera alienatio,cùm ille non habeat irreuocabiliter.l.in diem,ff.de aqua plu.arc.Imò niſi faciat,quod actum eſt in venditione,poteſt conueniri ex prima conuentione, quæ præcedit ius domini, ergo ipſe dominus nihil debet habere,arg.l.lex vectigali,ff.de pigno.& l.cùm pòſt,§.patrona,ff.de iure do.& l.qui res,circa prin.ff.de ſolu. Imò ſi dominus recepiſſet,reddere teneretur:quia recepit ob cauſam,quæ ceſſat.l.j.& l.iij.§.ſi liber,ff.de condi.cau.dat.& argu.l.ex hoc edicto,§.pen. & vlti.ff.de ali.iud.mu.cau.fac.& l.ſi vnus,§.quod in ſpecie,ff.de pact.& l.cùm pater,§.fidei,ff.de leg.ij.& l.cùm quis,§.j.ff.de dot.præleg. Si autem conuentio reſoluendi fuit facta poſt contractū celebratum, tunc aut conuentio fit poſt rem traditam, & dominus debet habere duplicem, quia primus contractus fuit perfectus.l.ij.C.de donat.quæ ſub mod. & d.l.cùm pater,§.rogo, & §.fidei,ff.de legat.ij. Item de ſecunda reſolutione,quia fit ex noua cauſa, & agitur de noua alienatione,ergo duplices debet habere:arg.l.ſi à me,ff.ad l.Falcid.& hoc probat expreſsè hæc l.in fin. Et ita poteſt intelligi d.l.ſi duobus,ff.de diuer.& temp.præſcrip. Si autem conuentio facta fuit ante traditionem,tunc quia non agitur de noua alienatione facienda, ſed de prima diſſoluenda,dominus non habebit niſi ſemel,argu.l.ſi pro fundo,C.de tranſact. Hæc Alberi. propè ad verbum,poſt Guli.Cu.quem etiam ſequi videtur, dum ſimpliciter ad illum remittit,Iaſ.in l.vlti.col.xiij.verſi.vndecimò quæro,C.de iure emphyt.

9 De eadem re. ¶Bald.autem in ea ipſa l.ab emptione,col.vlti.quærit (ait) hic Guli. ſi ratione contractus debet aliquid ſolui domino,vtrùm fient duæ ſolutiones,quando primùm celebratur cōtractus, & poſteà reſoluitur,vel conſenſu partium caſſatur?Reſpondet ipſe, quòd aut reſoluitur ipſo iure per pactum appoſitum ab initio,& tunc nihil debetur domino, quia fingitur non contractum.l.commiſſoriæ,C.de pact.inter emp.cum ſimil. Ex hocq; not.Guli. quòd ſi emphyteuta vendit rem emphyteuticam,irrequiſito domino,appoſito pacto legis commiſſoriæ,vel addictionis in diem,& ex illis pactis contractus reſoluitur, non cadit emphyteuta iure ſuo, nec aliquod ius quæritur domino. Si verò iſtud pactum reſolutiuum non apponitur à principio,ſed poſteà,& tunc quidem aut re integra apponitur,& debetur domino vna præſtatio, ratione contractus, ex quo erat ei ius quæſitum:argu.l.vlti.ff.de pact. non autem debetur ratione diſtractus. Et ex hoc not.quòd debetur gabella fiſco,licet poſteà contractus cancelletur de partium voluntate. Tertius caſus eſt,quando res non eſt integra:& tunc facienda eſt differentia in forma verborum. Aut enim ſunt concepta per modum nouæ obligationis:& tūc ratione contractuum debentur duæ præſtationes vel gabellæ, vt hac l.§.illud. Aut per modum reſolutiuum,& tunc non debetur niſi vna:vt hac l.verſic.Ariſtoni,& verſicu. nec quicquam.& prættereà dicit facere d.l.ſi duobus,& d.l.ſi à me,& d.l.ſancimus.Et eadem propè repetit in addit.illius legis.

10 De eadem re. ¶Sed & Angel.ibi,col.j.dicit in hac re inſpiciendam eſſe formam verborum:quia aut ſunt ordinata ad veram reſolutionem, & tunc quia nunquā oritur actio,nec per eam initur nouus contractus,vt ibi dicitur,non debet de huiuſmodi reſolutione ſolui gabella,aut laudimium, ex ſtatuto diſponente ex quolibet contractu ſolui debere. Si autem forma ſit ordinata ad obligandum,aut retrahendum,tunc dicitur quòd ex ea nō agitur,niſi ſit talis, quòd per eam nouus contractus intelligatur celebratus,& tunc de iſto nouo contractu ſoluetur iterum gabella,





bella,ſiue laudimium. Hæc ille ſatis obſcurè.At Paul.Caſtr.ibi multò obſcurius:Pactum (inquit) reſolutiuum,per quod agitur,vt contractus habeatur pro infecto,eſt maioris potentiæ, quàm pactum de non petendo:non tamen habet locum in contractibus, qui ſolo conſenſu contrahuntur, & quando omnia ſunt integra vel ſponte reintegrata. Item iſtud pactum reſolutiuum poteſt fieri,vel incontinenti,antequàm partes diuertant ad alios actus:& tunc facit videri contractum non fuiſſe celebratum, ex quo partes non habuerunt pro facto & abſoluto.l.contractus,C.de fide inſtru.& argu.l.ſi ita quis,ff.de leg.j. Poteſt etiam fieri ex interuallo,& tunc aut ex pacto facto tempore contractus,puta legis commiſſoriæ,vel addictionis in diem,& idem. Aut non fuit actum tempore contractus,ſed fit ex nouo conſenſu, & tunc fingitur nunquàm fuiſſe factum,ſed perinde ac ſi factum non fuiſſet,reſoluitur, & ſic vt ex nunc:ſed in præcedentibus caſibus, vt ex tunc. Sicut quando ex poſt facto legatum adimitur,quia non fingitur nō relictum,ſed dicitur ademptum:vt d.l.ſi ita quis, & l.j.ff.de his quæ in teſt.del. Et iſta (inquit) ſunt magni effectus. Primò enim ſi quæritur, an debeat ſolui gabella,quæ ex forma ſtatuti ſoluitur pro contractibus. Nam in primis caſibus quando fingitur non fuiſſe factus,nulla gabella ſoluetur,ſed in vltimo caſu ſoluetur de primo contractu, à quo partes non potuerunt recedere in præiudicium fiſci,cui ius erat quæſitum,d.l.vlt. eod. titu.De reſolutione verò non ſoluitur,quia non eſt contractus,ſed diſtractus:niſi fiat per modum noui contractus,quod poſſet procedere, ſi fuiſſet proceſſum ad traditionem rei venditæ,& poſteà agitur,vt retradatur & reuendatur venditori pro eodem pretio,quod adhuc ſolutum non erat. Nam tunc ſoluetur tam de primo,quàm ſecundo,ſecundum Guli.& Ang. vnde ſunt verba diligenter inſpicienda,an ſonent in nouum contractum, an verò in reſolutionem primi. Et poſtea eadem dicit obſeruanda,cùm quærimus, an qui vendidit & poſteà reſoluit,cadat re.Et an etiam ſi id fecerit conſenſu domini,debeat ſoluere laudimium ſemel, an bis,an verò omnino non ſoluere Hactenus ille,cuius,ni fallor,hic ſenſus eſt,Quòd ſi fiat reſolutio contractus (quam is appellat pactum reſolutiuum) antequàm partes diuertant ad alios actus,nulla laudimia debentur domino. Idem ſi ea fiat ex pacto legis commiſſoriæ,vel addictionis in diem appoſito tempore contractus. Quòd ſi factum ſit in pactum ex interuallo,& ex eo reſolutio facta ſit,perinde eſt ac ſi id pactum factum non fuerit. Id eſt,erit tanquam,ſi reſolutio facta fuerit ex interuallo,ſine pacto præcedente. Ideò ex primo contractu debetur laudimium:ex reſolutione autem ipſius non debetur,cùm ſit diſtractus,in quo non habet locum ſtatutum loquens de contractu: niſi ſi huiuſmodi reſolutio fieret per modum noui contractus,id eſt,niſi fieret tanquam alia venditio,non tanquam reſolutio prioris:tunc enim de vtraque deberetur laudimium,ſi fuerit proceſſum ad traditionem ex priori, ideoq; opus eſt retraditione. Ex quibus etiam potes intelligere,atque etiam ex iis,quę ſuprà ex aliis diximus,inſpiciendam eſſe verborum formam.

11 ¶Ex iis autem quæ dicta ſunt, vides, quòd ſi contractu perfecto contrahentes poſteà eidem renuntiant,non nocet fiſco ſiue gabellariis,quin eis gabella debeatur, quæ ex contractu ſolui iubetur.& idem quoque voluit Bald.in l.ſi conſtante,col.ij. per illum tex.C.de donat.ante nupt.& Ange.in §.quia verò,l.j.in fi.in auth.de nup.per tex.ibi, iuncta l.ſi conſtante, in fin.ff. ſolu.matri.& idem Ange.in l.acta,paulò ante fi.& ibi quoque Imo.& Alex. col.ij.ff.de re iud. idem Alex.in l.in inſulam,§.vlti.ff.ſolu.matri.Barba.conſi.xlij. ſempiterna,col.j.lib.2. & Firmia.in tract.gabel.in iij.parte viij.partis princip.quæſt.xiiij.vbi id intelligit poſt Ange.& Alex. in l.iuriſgentium,§.adeò,ff.de pact.niſi incontinenti receſſum ſit,id eſt,antequàm partes ad alium actum diuerterint,& Philip.Deci.in l.petens,col.ij.C.de pact.& Iacob.à S Georg.in d.§. adeò,in vtraque lectu.vbi id intelligit vt diximus, & omnes vbique, vix enim reperies, qui ſint diuerſæ ſententiæ,præter Roma.conſi.lxxviij.licet communi iure,in fi.& Barba.ſibi contrarium conſil.xiiij.clementiſſimi,colum.j.lib.4. Allegat autem Roma.ad illam ſuam ſententiam Cyn.& Bal.in l.vlti.§.ſed quia noſtra,C.commu.de leg.qui id non dicunt. Sed vt iſtos miſſos faciamus,idem de laudimiis,& aliis huiuſmodi iuribus,vt ſcilicet debeantur, etiam ſi partes à contractu diſcedant,voluit Iacob.à S.Georg.in tracta, de oper.col.ix.verſicu. habent etiam:vbi hoc intelligit,niſi incontinenti,id eſt,antequam ad extraneos actus diuertant, diſceſſerint,& Stepha.Bertrand.conſi.cxcix.viſo caſu,lib.1.vbi id intelligit,etiam ſi ante traditionem rei venditæ partes diſceſſerint à contractu,& Ferro.in conſuetu. Burdig.titu. de feudis. §.xv.vbi etiam intelligit,niſi incontinenti diſceſſerint. De quo tamen, quantùm ad id, vide quæ dicam verſi.ſeq. De eodem.

12 ¶Nam vt ad alios veniamus, Ioan.Fab.in §.j.Inſtitu.de empt. & vendi. de hac re cæterorum obſcuriſsimè loquutus eſt,ſed ni fallor, ea eſt ipſius ſententia, deberi domino laudimia ex venditione,etiam ſecuta redemptione,ſiue reuenditione ex pacto appoſito in contractu, niſi ex conſuetudine ipſa laudimia deberentur ob nouam inueſtituram. Nam tunc ſi nondum interuenit inueſtitura,& partes diſceſſerunt à contractu ante traditionem, non debentur laudimia. Et idem,quantùm ad vltimum, propemodum voluit ipſe Faber in l.j.C.quando lic. ab empt.diſce.cùm dicit,quòd ſi contrahentes diſcedunt à contractu re integra,dominus nō habet laudimia:ſecus ſi rem ſemel tradiderit,per cap.1.titu.quid iuris ſi poſt ali.& l.j.§.ſi rem, De eodem.

ff.depoſi. At Sali.in d.l.j.col.ij.hæc infit: Quærit gloſ.quando res fuit tradita,quæ ex conuentione de diſcedendo retradi debet,an emptor debeat eodem pretio reuédere:& dicit quidem quòd ſic,& malè,quia tunc eſſent duæ emptiones,& non vna reſoluta. Quod not.quia primo caſu duæ gabellæ ſoluerentur,ſecundo non. Et eum refert ad verbum Angel.Areti.in §. vlti.col.ij.verſi.quid ſi fuit,Inſtit.quib.mod.tol.oblig. niſi quòd poſt ea verba, eodem pretio reuendere,hæc addit,vel ſimpliciter,retrodare:& nihil aliud.& ita eum ſequitur.Ange.autem Peruſ.in ea ipſa l.j.dicit per glo.penul.eius l.quòd ſi vendo rem,& trado tibi,& incontinenti rem mihi reuendis,ſunt duo contractus,& ſecundus reſoluit primum, & de vtroque debetur gabella,ex forma ſtatuti diſponentis de quolibet contractu ſolui gabellam. Poſteà ſubiungit formã practicandi reſolutionem contractus,quando res non eſt integra, ſcilicet quòd contrahentes agant,quòd contractus reſoluatur,& ille cui facta eſt traditio,rem retradat,quo facto contractus reſoluitur nudo conſenſu:& iſta reſolutio non eſt nouus contractus. & ita dicit tenere gloſſ.ibi. Ideoq; inquit de iſta reſolutione non ſoluitur gabella ex dicto ſtatuto. Sed an ſaltem ſoluatur pro contractu reſoluto? videtur quòd non, ex quo reſoluitur ipſo iure.& dicit glo.contrarium eſſe verius,quia negari non poteſt,contractum fuiſſe perfectum, & ſtatim publicano ius fuiſſe acquiſitum, quod abſque eius facto tolli non poteſt.l.id quod noſtrum.ff.de regu.iur.

13 ¶Cæterùm Paul.Caſtren.eodem in loco,primùm quidem,colum.j.hæc dicit: Operatur conſenſus reſolutiuus,qui fit re integra,vt omnis obligatio,tam naturalis, quàm ciuilis orta ex contractu,ipſo iure reſoluatur. Et id ſpeciale eſt in pacto reſolutiuo contractus,qui ſolo conſenſu fuit celebratus. Et hoc verum eſt, etiam ſi ex interuallo poſt primum contractum interuênit. Cùm enim ſit ſuper ſubſtantialibus contractus,dicitur ineſſe,etiam ſi ex interuallo fiat.l.iuriſgentium,§.adeò,ff.de pact.non ſic in aliis: vt in eadem l.§.quinimo.Et nota, quòd non ſolùm reſoluto conſenſu reſoluitur contractus,re integra: ſed etiam reformatur,quando ſuper ſubſtantialibus fit,vnde ſi vendidi rem decem,& poſteà re integra agimus, quòd ſit vendita duodecim,cenſetur venditio reformata. & perinde habetur, ac ſi fuiſſet à principio facta pro duodecim:nec erit nouus contractus,ſed idem tamen reformatur: ideò non ſoluitur noua gabella ex ſtatuto diſponente,vt de quolibet contractu ſoluatur gabella,vt eſt Bononiæ,ſed vna tantùm,etiam ſi ex interuallo facta ſit,vt in d.§.adeò. De quo dic vt per Bart. ibi,cuius dicta & nos ſtatim recenſebimus. Sed vt antè redeamus ad Paul.is rurſus in eadem l.j.colum.ij.nota (inquit) iſtam gloſſ.quòd hæc reſolutio non dicitur nouus contractus, ſed reſolutio primi contractus. Ergo ſi ſtatutum diſponit,vt de quolibet contractu ſoluatur gabella,non ſoluetur de iſta reſolutione. Sed an ſoluetur de primo contractu reſoluto, videtur quòd non:quoniam habetur pro non facto. Contrarium dic, quia re vera fuit factus,& ſic ſtatim fuit acquiſitum ius fiſco. Quod ergo poſteà partes agunt, non facit vt habeatur pro non facto in præiudicium ipſius,ſed quantùm ad ipſos contrahentes. Et hoc ſi reſoluitur ex cauſa voluntaria,quæ retro non trahitur.l.vlti.ff.quæ res pigno.obliga.non poſſ.& l.j. ff.qui potior.in pign.habean. Secus ſi ex cauſa,quæ retro fingit, vt ſi fuiſſet contractus celebratus ſub conditione,quæ poſteà non extitiſſet:nam haberetur pro non facto, etiam quantùm ad fiſcum,vt ex eo non debeat ſolui gabella.argu.l.potior,& l.qui balneum,ff.qui pot.in pigno.habe. Hæc ibi.

*De eodem.*

14 ¶Igitur vt veniam ad Barto.in d.l.iuriſgentium,§.adeò,hæc ſunt eius verba: Quæro pro declaratione huius §.vtrùm ſit verum,quòd per pactum appoſitum circa ſubſtantialia contractus,primus contractus renouatus videtur.gloſ.in l.pacta,ff.de contrahen. empto. dicit quòd ſic,ſi fiat ex interuallo:ſecus ſi incontinenti.argum.l.nam ad ea,ff.de condi.& demonſtr.Gul. contradicit,quia diſtinctio l.nam ad ea,habet locum in teſtatore tantùm, ex cuius voluntate tota diſpoſitio pendet:ſecus in contractibus. Hoc placet alia ratione, quia ſuper eodem non poſſunt concurrere duæ emptiones validæ.l.ſi id,quod.ff.de reſcind.vendi. Et ideò (inquit) circa hunc articulum dicas, aut pactum ſecundò apponitur cum vno ex pluribus, aut cum eodem. Primo caſu pro parte tantùm receditur, nec contractus in totum renouatur, vt hîc in verſicu.ſed cùm duo. Secundo caſu, aut verba non ſunt apta ad renouationem contractus:verbi gratia, rem quam tibi vendidi pro decem, volo quòd emptam habeas prima emptione,& remitto vel do tibi decem, & non videtur renouatus contractus. Aut verba ſunt apta ad renouationem contractus,vel ſunt ambigua, quia poſſunt trahi ad vtrunque: & videtur renouatus contractus:vt hîc,& d.l.pacta,verſicu.Paulus.ita videtur tenere gloſſ.& text. innuit infrà eodem in l.ſi vnus,§.pactus,verſicu. quòd ſi non in totum. & iſta ſunt vtilia, vt ſcias,ex quo contractu agatur, & ex quo debet ſolui gabella, vtrùm fuerit vna venditio,an plures.

*De eadem re.*

15 ¶Angel.quoque in d.§.adeò,col.j.ſcribit,quòd id quod dicitur contractus bonæ fidei,vt nudo conſenſu contrahuntur,ita diſſoluuntur,verum eſt in præiudicium ipſorum contrahentium,non etiam tertij,cui eſſet ius quæſitum ex primo contractu.l.in inſulam,in fi.& l.ſi mulier,coniuncta glo.ff.ſolu.matri.& l.ſtipulatio de dote reddenda,ff.de iure dot. Et ideò ſi de contractu

*De eodem.*



contractu debet ſolui gabella,vt eſt in ciuitate Peruſij,licet re integra contrahentes diſcedãt, nihilò minùs debet ſolui gabella.& facit optimè l.j.§.ſi rem, ff.depoſi.& id dicit ſatis eſſe de mente Gul.ibi.Sed & Pau.Caſt.in eodem loco idem dicit,niſi quòd non loquitur de re integra,vt Ang.intelligit; quãdo ex interuallo diſcedunt à contractu.Sed ſi antequam diuerterent ad alios actus,diſceſſerunt,ſecus:quia tunc contractus non videretur fuiſſe celebratus cùm eum non habuerunt pro perfecto,argu.l.ſi ita ſcriptum,ff.de lega.j.& l.j poſt med.ff. de his quæ in teſta.delen.& l.contractus.C.de fide inſtru.Et hoc ibi omnino ſequitur Alex.niſi quòd loco eius,quod dicit Pau.antequam partes diuerterent, ipſe Alex.dicit incontinenti: quod quidẽ,incontinenti,negat intelligi antequàm partes diuerterent,ſed prout not. Doct. in l.in bonæ fidei,C.de pact.Verùm Iaco.à S.Geor.in tractatu de Roydis ſiue operis, nu.38. & duobus ſeq.ſimpliciter ſequitur Pau.Caſt.vbi ſuprà.

16 ¶Et vt ad cæteros pergamus,Bal.in l.ſi prædium,col.ij.verſ.ſed nunquid redhibitione,C.de ædil.acti.dicit,quòd ſi contractus fuerit redhibitus,non tenetur fiſcus reddere gabellã,quam pro eo accepit,ſed tenetur venditor eam reſtituere emptori,qui eam ſoluit,per l.debet,ff. de ædil.edict.At Ang.in d.l.ſi prædium,è diametro tenet contrarium,nempe emptorem ipſum hoc caſu recuperare vectigal ſiue gabellam,quã ſoluit ex contractu poſteà redhibito.& eum ſequitur Firmia.in tract.gabel.in prima parte viij.partis prin.in vij.quæſt.Niſi hos intelligas vti puto intelligendos ſecundum deciſi.ipſius Bal.vt ſcilicet emptor poſſit recuperare vectigal ſiue gabellam à venditore,non à fiſco ſiue domino. De quo etiã videbis pleniſſimè per Stepha.Bertr.conſi.ccxxj.punctus quæſtionis,li.4.Sed redeũdo ad Bal.is in l.quid ergo,§.con trarium,in fi.ff.de contra.iudic.tutel.dicit,quòd ſi de quolibet contractu debet ſolui gabella, ſoluitur etiam de refutationibus,quæ fiunt per pactum:ſecus ſi per ſolutionem.& ſequitur Barba.in l.ſi ita ſtipulatio.col.j.ff.de verb.oblig.& Iorda.Bri.in repet.c.Romana, §.cõtrahentes,col.2.in fin.de foro compet.lib.vj.Firmia.in eodem tracta.gabel.in quinta parte principa. in v.quæſt.verſi.de contractu verò. Sed nos de hoc latiùs diximus in noſtris Legibus connubialib.in verbo, *contracter*, in j.quæſt.Et vt redeamus ad Bal.is conſi.cccc.xv.illa ſolennitas, lib.2.dicit,quòd ſi tempore contractus fuit actum de eo reſoluẽdo,reſolutio,quæ fit poſteà, non eſt propriè reſolutio,ſed executio ipſius contractus,per l.iij.§.ſi ab ignoto, ff.de manumiſ.& l.j.in fi.ff.de reb.eorum.Idem conſi.clxiiij.maritus,lib.v.in ea eſt ſententia,vt quandiu res vendita,aut data in ſolutum,lui poteſt ex pacto appoſito in contractu,non debeatur gabella,quæ ex ſtatuto iubetur ſolui ob contractũ:cùm non ſit pleno iure trãſlata.l.cùm manu ſata.§.nemo,ff.de contrah.empt.

*De eadem re.*

17 ¶Hæc ex Bald.Ang.autem in l.ſi hominem,ff.de vſucap.dicit,quòd redhibitio non eſt noua venditio,ſiue ea fiat ratione morbi,ſiue ratione pacti reſolutiui appoſiti in contractu.Ideoq; de hac redhibitione non ſoluitur noua gabella ex ſtatuto iubente ſolui gabellã ex qualibet vẽditione. Et idem,ſi fuerit appoſitum pactum legis commiſſoriæ,vel addictionis in diem, vel tranſlationis dominij ipſo iure.Et eum nuncupatim ſequitur Io.Plat.in l.ſancimus,col.j. C.de conſul.lib.12.Sed,vt vides,ij loquuntur de redhibitione,aut alia reſolutione, vt ſcilicet ex ea,gabella non debeatur,nihil autẽ dicunt de priore venditione.Similiter Maſuer.titu.de emp.§.itẽ in caſu, dicit,ꝙ venditor redimẽs ex pacto redimẽdi, non tenetur ſoluere ventas: quia non eſt propriè venditio,ſed reſolutio venditionis ex cauſa præcedentis contractus:vt dicit no.à Cy.in l.vl.C.com.de lega.Secus,quãdo fit reſolutio ex mera volũtate emptoris,vt ſit quando vir recipit dotem æſtimatam loco pretij,& habet electionẽ reſtituendi rem vel æſtimationem,quia hoc caſu & aliis ſimilibus,quibus non fit reſolutio de neceſſitate,ſed de voluntate emptoris,ventę debentur pro vtroque contractu.arg.l.ſi res diſtracta,ff.quib.mod. pig.vel hypo.ſol.& l.lex vectigali,ff.de pig.& quod no.Bar.in l.in cõcedendo,ff.de aqua plu. arcend.voluit allegare in l.in diem,eo.tit.At vt vides etiam Maſuer.non aperit,an ex primo illo contractu,cùm ſcilicet aliquid venditur,cùm huiuſmodi pacto,& poſteà retrahitur, debeantur ventæ. Sed idem apertiùs declarat in tit.de locat.§.ij.nempe vẽtas ipſas ſtatim deberi pro prima illa venditione:pro ſecunda autem,videlicet cùm res redimitur,ſecus: quia ea eſt reſolutiua,& fingitur retro res non fuiſſe vendita.d.l.vlt.§.ſed quia noſtra,C.com.de lega.& hoc (inquit) verũ eſt,ſi pactum reſolutiuum fuerit appoſitum in eodem contractu:quia tũc cenſetur eſſe pars contractus,& non erat venditor aliàs venditurus.Idem,ſi fiat incõtinenti poſt contractum,licet in alio inſtrumento,vt ſolet fieri,quia quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur,l.lecta,ff.ſi cert.pe.& præſumitur præcogitatum.Hæc ille.

*De eadem re.*

18 ¶Extat reſponſum Panor.conſi.lxix.videtur primò dicendum.lib.j.quòd ſi ex ſtatuto debeatur gabella ex ſecundo decreto,& is qui paſſus eſt ſecundum decretum, obtulerit debitum creditori intra annum,& ita bona ſua recuperauerit,ſecundum l.vlti.C.de iure dom.impet. & no.à Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus,ff.de dam.infect.non debetur gabella ex huiuſmodi ſecũdo decreto.Et idem etiã dicit,ſi ab ipſo ſecundo decreto fuerit appellatũ,& partes ſuper appellatione compromiſerint in arbitros,qui id decretũ infirmauerint.& adhuc multa allegat, quæ ibi videre poteris.& ſequitur Alcia.in l.cepiſſe,ff.de verb.oblig.Paul.autem Caſtr.in l.j. col.j.C.de pact.inter empt.dicit,quòd ſi contractus reſoluitur ex pacto legis commiſſoriæ,

*De eadem re.*

non debetur gabella,quæ à ſtatuto iubetur ſolui de quolibet cõtractu.Si verò reſoluitur ex pacto de reuẽdendo,debetur gabella etiã ex reuenditione,quia eſt nouus contractus,vt dicit not.à gl.in d.l.j.C.quan.lic.ab emp.diſced.Idem Pau.in l.Pomponius,§.j.per text.ibi,in verſi. præterea,ff.de acq.poſ.dicit quòd reſolutio cõtractus nõ tribuit titulũ,nec poteſt dici nouus contractus. Ideò ſi ex ſtatuto debet ſolui gabella ex contractu,non ſoluitur ex reſolutione contractus.Quod intelligit,cùm ea reſolutio fit ex cauſa de præterito,vt ibi:ſecus,ſi fieret ex noua cauſa:quia tunc ne fiat fraus legi debet ſolui gabella. & Franc.Aret.ibi col.j.in iij.not. dicit ſe credere id verũ eſſe,ſi eſſet aliqua coniectura fraudis: aliàs id non videtur dicẽdum. & cõtrarium inquit) expreſsè tenet Bar.in d.l.ab emptione,ff.de pact.& in d.l.j.C.quã.lic.ab empti.diſce.Deniq; idem Pau.conſi.lxxiiij.in cauſa mota,col.iij.verſi.ſed in noſtro caſu,li.2. in ea eſt ſententia,vt ſi res vendita fuerit etiam ex interuallo re tranſlata in vẽditorem, non per viam noui cõtractus,aut nouæ venditionis,ſed per viam diſtractus,ſiue reſolutionis veteris contractus,non debetur de huiuſmodi reſolutione gabella,quæ debetur de venditione ex farma ſtatuti,per text.gloſ.& Bal.in d.l.j.C,quan. lic.ab empt.diſce.

*De eadem re.*

19 ¶Nec tandem omittemus,quæ ſcripſit Io.Berberius,conſuetudinum Gallicarũ peritiſsimus in viatorio iuris,tit.de locat.col.pen.verſi.vltimò ad breuem.Cùm quæritur(inquit) ex quibus alienationibus debeatur laudimium,diſtinguendum eſt:quia aut alienatio fit cõditionaliter aut purè.Si conditionaliter, & tunc aut conditio impedit dominij tranſlationem, aut retractat. Primo caſu non debetur laudimium,quia non eſt vera alienatio:per no.in l.ſi hominem,ff.de vſucap.& in l.vbi autem,ff.de in diem addict. Secundo caſu,quando conditio retractat iam trãſlatum,debetur laudimiũ:per not.in l.quoties,quæ eſt ij.eod.tit.& per totũ, ff.de leg.cõmiſ.& l.ij.& iij.C.de pact.inter empt.Hæc ille:qui dum allegat d.l.ij.quæ loquitur de hoc noſtro pacto,vt plerique omnes intelligunt,ſatis declarat intelligere ſe,deberi laudimia ex venditione facta cum hoc pacto,etiam ſi vi illius venditio retractetur,atque etiam ſi conditionalis eſſet hæc venditio,de quo ſatis diximus ſuprà eod.tit.§.ij.nu.72.ad decimumſeptimũ,& aliis ſeq.Poſtremò Carol.Molen.in cõſuet.Pariſi.tit.j.§.xiij.glo.v.in ij.q.hanc rem copioſiſsimè diſputat.& in ſumma,hæc eſt illius ſententia,vt ſi incontinenti nulla aliorum actuum interpoſitione contrahentes diſcedant,etiam re verè tradita,nullus ſit locus laudimiis vel iuri retentionis.Sed nec ſi diſcedant ex interuallo,re nondum verè tradita,etiam ſi fictè tradita fuerit,niſi dominus præuenerit,aut incœperit ſuo iure vti:quod quãdo dicatur fieri declarat ibi nu.19.& ſequ.Sed & idem eiuſmodi titu.§.xxij.in ij.iij.& iiij.quæſt.alia multa dicit,quæ tu videre poteris.Multa quoq; Do.Boer.deci.clxxxij.& per ſuprà dicta,quẽ videre poteris:vix enim intelligo eius ſententiam.

*Deciſio quæſtionis principalis.*

20 ¶Hactenus Doct.ſententias ſigillatim recenſuimus:nunc tempus eſt,vt ſummatim dicamus, quid de his & nos ſentiamus.Et certè ſi ab emptione diſceditur,quia ab initio cõtractus nullus erat,non debẽtur laudimia,de quo vltra ſuprà dicta,vide quæ ſcripſimus ſuprà tit.præced.§.j.glo.ij.in verbo, *a vendu*,nu.7.ſed alia tantùm,& ſeq, Idem,ſi contractus reſoluitur ex pacto legis cõmiſſoriæ,vel addictionis in diem,verbis directis in contractu,vel incontinenti pòſt appoſito.Pro quo etiam vide quæ diximus ſuprà hoc eod.tit.§.j.glo.vij.in verbo, *ſeront preferés*, nu.3.4.5.16.& 17.Si autem ſoluitur ex pacto de reuendendo,etiam in ipſo contractu appoſito,vel cõfeſtim pòſt,vt ineſſe videatur:& tunc debẽtur laudimia ex prima vẽditione, vt quæ pura fuerit,non obſtante eo pacto,ob eamq; emptor lucratur fructus,poteſtque rem alteri cedere,& dominium transferre.Non etiam ex reuenditione,vt etiam vltra prædictos reſpondit Steph.Bertrand.conſi.xlv.pridem de anno,in ij.dubio,lib.1.vbi & id dicit voluiſſe Belugam in l.vbi autem,§.ſed & Marcellus,ff.de in diem addict.& idem quoq; voluit Ferro. in conſuetudine Burdigal.tit.de feud.cap.xvj.poſt princi.& Carol.Molen.in conſuet.Pariſi. tit.j.§.xxiij.nu.26.Pro quo etiã vide vltra ſuperiora,quæ ſcripſimus ſuprà hoc tit.§.ij.in glo.j. nu.34.& hanc partem.& multis ſequentibus in tota ea quæſtione. Si tamen id pactum eſſet appoſitum in contractu verbis directis,nonnihil dubij eſſet,ex iis quæ diximus ſuprà, d.§.j. gloſ.vij.nu.14.15.16.Verùm ex reuenditione non debẽtur laudimia,vt quæ ſit ſequela prioris contractus. Si autem diſceditur à venditione ex eo pacto appoſito ex interuallo, aut etiam ſine eo pacto,tunc debentur duplicia laudimia:vna ſcilicet ex priori venditione, altera ex reuenditione.Hìc enim ſunt duplices venditiones & cõtractus. Et hæc quidem,cùm ſtatutum diſponit laudimia deberi ex venditione,ſiue ex contractu. Si autem ſtatuat deberi ex alienatione,tunc ſi partes diſcedant à contractu ante rei traditionem,& ſic nondum trãſlato dominio:tunc nulla debẽtur laudimia:ex iis quæ vltra ſuperiora diximus ſuprà titu.præced. §.j.gl.ij.nu.43.quid autem ſi quis vendidit,& multis ſeq.

*An venditor redimens, teneatur reddere præteritas reliquias cenſuum.*

21 ¶QVID ſi emptor ſoluit debita fiſcalia,antè contracta à debitore,aut cenſus ſiue vectigalis penſiones præteritas ſiue reliquias (nam & has,cogi poteſt ſoluere,l.imperatores,ff.de publica.& vectig.vt alibi diximus) an & has venditor,aut conſanguineus redimens vi huius pacti de reuendendo,tenetur reſtituere? Et hoc certè vnum eſt,vt in ſimili voluit,ac reſpondit Bald.conſi.cccij.ad euidentiam præmittendum eſt,quòd creditor,in princip.lib.1.per multa illic allegata,quæ tu videre poteris.

¶SED



*An quod datum eſt proxenetis.*

22 ¶SED quid ſi emptor aliquid ſoluerit proxenetis ſiue mediatoribus, an & id reſtitui debet à venditore redimente ex hoc pacto? quod videtur per l.debet,& ibi glo.nũcupatim de iſtis loquentem,ff.de ædil.edicto. Verùm cõtrarium tenuit Cæpol.in d.l.debet,& in tractatu ſimulationis contractuum,in vj.præſumptione,in fi. Sed tu vide quæ tractauimus, an & hæc reſtitui debent à conſanguineo retrahente,ſuprà tit.præced.§.xxix.gloſ.iiij.in verbo,*& autres ſemblables*,nu.8.ſed quæritur,& ſeq.

*An pretium ſeruitutum acquiſitarum.*

23 ¶QVID item,ſi emptor ante hanc reuenditionẽ, & durãte ipſius tempore,acquiſiuerit ſeruitutem prædio ita empto:an venditor aut conſanguineus redimens tenebitur pretiũ illius venditionis ſeruitutis reddere? Et hoc quidem deciditur ex eo,quod in ſimili traditur in c. ſi vaſallus,& quæ ibi ſcribunt Docto.tit.hìc finit lex, & quæ etiam ſcribuntur ab Andr.Iſer Marti.Laud.& Card.Alex.in c.j.§.econtrariò,in fi.tit.de inueſti.de re alie.fact.

*An impenſas inſtrumenti.*

24 ¶DVBIVM autem non eſt,quin impenſæ inſtrumenti venditionis reſtitui debeant: per id quod in ſimili traditur à noſtris.debitorem teneri refundere creditori huiuſmodi impenſas, vt per Bal.& Sali.in l.vlt.C.de condi.ex lege.& eundem Bal.in l.non ignorat,col.ij.verſ.modò ago quæro.& ibi quoq; Sali.col.etiam ij.verſi.quæro an impenſa,C.de fructi.& lit.expen. & ipſum Bald.in l.eos,§.j.in v.no.C.de vſur.vbi diſtinguit,vt ibi per eum.& Guid.Pap.ſing. dccccxcv.verſi.ſi factura.Phili.Dec.in Auth.cauſa,nu.12.C.de ſacro.eccle.& in c.cùm dilecta, col.iiij.verſi.& notandum eſt,extrà de confir.vti.vel inut.Et ita haud dubiè obſeruamus in vtroque noſtro retractu,atque etiam in retractu feudi.& de retractu municipali eſt conſuetudo expreſſa ſuprà tit.præce.§.xxix.vbi aliquid diximus in glo.iij.Et ex illis,quos ſuprà citauimus,poteris intelligere quòd non ſolùm refundi debeant ſumptus ipſorum inſtrumentorum,ſed & alij in hoc impenſi,vt emptor ea à notariis recuperaret.

*An emptio ſit ob id ſuſpecta, quòd ponitur in pacto reuẽditionis,ut huiuſmodi impenſæ reſtituantur.*

25 ¶SED antequàm hinc digrediamur,illud te ſcire volui,quòd aduerſus hanc noſtram conſuetudinem,quæ iubet reddi emptori huiuſmodi ſumptus emptionis.Panor.conſi.lxxvj.in præſenti,col.ij.verſi.quarta coniectura,lib.1.reponit inter coniecturas,quibus cõtractus præſumendus eſt vſurarius,hanc ſcilicet,quòd dictum eſt in contractu vẽditionis,quòd ſi venditor redimit rem venditã,teneatur emptori reſtituere gabellam:quæ ſoluetur ex huiuſmodi contractu,& reliquos ſumptus notariorum,qui contractum receperunt, quaſi (inquit) is emptor nollet ſuſtinere ac ſufferre quippiã ſumptuũ , ſed liberè & ſine aliquo onere lucrari fructus. Et cum nuncupatim ſequitur Stepha.Bertr.loquẽs de reſtitutione laudimiorum,& aliorũ huiuſmodi ſumptuum,conſi.cclxxxvij.cùm præſupponatur,lib.2.& idẽ quoq; voluit Cæpol.in tract.ſimulationis contractuum,in vj.præſumptione.Et tamen videmus ex ſuprà dictis,venditorẽ retrahentẽ ex pacto redimẽdi,ad hæc omnia teneri,etiam ſi id dictũ non ſit. Atq; verendũ eſt,ne Panor.Cæpol.& Bertr.nimio huiuſcemodi contractuũ odio hæc incogitantes ſcripſerint.Ideoq; & idẽ Bertran.expreſsim,& in hoc ipſo caſu contrariũ conſuluit, cõſi.186.vidi proceſſum.nu.4.lib.2.Negari tamen non poteſt,idipſum expreſsim,ac tam ſtudioſè appoſitũ in contractu declarare oſtendereq; animũ emptoris cupidiorem ac attentiorem ad rem,atque nimis propè anxium ac ſolicitum,ne quid vel tantillum ſibi depereat.

## § VII.

EN RETRAICT, ſoit conuentionel , ou couſtumier, dont la grace ne ſeroit que à vn an, celuy qui a faict ledict retraict,eſt tenu payer les reparations neceſſaires [a] ſeulement, ſi aucunes en y a eſté faictes. Et n'eſt point tenu de payer les vtiles reparations,ou autres. Et les pert celuy,qui les aura faictes. Mais en retraict conuentionel & couſtumier,quand il dure plus d'vn an,celuy qui vient au retraict,doit payer les reparations neceſſaires,auſſi les vtiles faictes par autorité de iuſtice ſeulement. Et ſi aucunes autres en fait,il les pert,& demourent au retrayant.

*IN QVOVIS retractu aut conuentionali aut municipali , in quo redimendi facultas vltra annum non porrigitur , retrahens tenetur refundere impenſas neceſſarias [a] duntaxat,ſi quæ factæ fuerint:vtiles verò, aut alias, minimè: ſed eas amittit,qui illas fecerit. Verùm in vtroque retractu,cuius facultas vltra annum porrigitur,retrahẽs tenetur reſtituere impenſas neceſſarias,vtiles autem tum demum tantùm,ſi factæ fuerint autoritate iudicis. Quòd ſi quas alias fecerit,eas amittit,& fiunt retrahentis.*

REPARA

## REPARATIONS NECESSAIRES, IMPENSAS NECESSARIAS, GLO. I.

1 *Quasqualéſue impẽſas reſtituere debeat venditor redimens.*

QVæ qualéſve impenſę & meliorationes debent reſtitui re cõdicta, auocata, redẽpta, aut aliter recuperata, à bonæ vel malæ fidei poſſeſſore, huc is, qui rem recuperat, ſit minor, qui reſtituitur, ſiue alius, videre poteris in l. intra vtile, §. j. ff. de mino. & in l. plane. & l. vtiles, ff. de peti. hæred. & in l. in fundo, & ibi gl. Bar. latiſsimè, col. ij. & ſeq. & alios ff. de rei vend. & l. domum, C. eod. tit. & per totum tit. ff. de impen. in re. dota. fac. & l. ſi ſine, §. interpoſito, ff. de adminiſt. tuto. & l. ſi ſeruos, ff. de pigno. acti. & l. imperator, ff. de in diem addi. & l. penult. in princ. ff. locat. & vbique ferè glo. & Doct. & Bal. conſi. clxvij. clxvij. Titius vendidit fundum, lib. 1. Pau. Caſt. conſi. ccxlvij. in cauſa quæ vertitur Saonæ, colum. penult. verſi. venio ad tertiam concluſionem. & conſi. cclxx. viſo puncto, col. ij. verſic. tertiò principaliter, lib. 2. Alexan. & alios recentiores, in l. domos, ff. de leg. j. Docto. in cap. ſi vaſallus, titu. hîc finit lex. Benedi. Capra conſi. xc. fuit quidam in ij. dubio. Fabia. in tracta. de emptione & venditione, in viij. q. princ. colum. ij. verſi tertius effectus.

2 *Conſuetudines de ea re.*

¶Sed quod ad hunc caſum noſtræ conſuetudinis pertinet, quãtùm ad retractum ſanguinis, variè conſuetudines Galliæ diſpoſuerunt: vt videre licet apud Meldenſes, cap. cxj. Melodunenſes, cap. xlj. Senonenſes, cap. xxxj. Trecenſes, capit. clj. Victriacenſes, capit. cxxviij. Aurelianenſes, cap. ccxciij. Turonenſes, tit. *des retraictz*, cap. xiiij. Cenomanenſes, cap. ccclxxxviij. Andegauenſes, cap. ccclxxviij. Borbonienſes, cap. ccccxxx. & cap. cccclxxxj. Bleſenſes, capit. ccij. Engoliſmenſes cap. lxxix. Lorrienſes in præfectura Montargij, hoc tit. §. xiiij. Laudunenſes, & cæteros Veromandienſes, iij. partis tit. viij. §. xviij. qui eſt totius illius partis xcij. & ſequentib. Quid autem ſit de iure cõmuni, ſtatim dicemus. Quantùm autem ad retractum conuẽtionalem, Bal. d. conſi. clxvij. in fi. lib. 1. reſpondit, venditorem redimentẽ vi pacti de reuendẽdo, teneri ad melioramenta & impenſas in fundo factas, per d. l. intra vtile, §. j. ff. de minor. & not. in d. l. domos, de leg. j. & in l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. de condict. indebi. & in l. emptor, ff. de rei vend. Et idem quoque voluit ipſe Bald. conſi. ccciij. ad euidentiam præmittendum eſt quòd creditor, eod. lib. 1. vbi etiam expreſsè de impenſis vtilibus loquitur. & Hier. Cagno. in repe. l. ij. in xxxiiij. quæſt. C. de pact. inter empt. & vend. vbi allegat Bal. conſi. cliiij. & conſ. cclv. quibus in locis nihil de hac re loquitur. Et ad hanc ſententiã bene facit text. in l. Imperator, ff. de in diem ad. vbi priori emptori, qui emit cum pacto addictionis in diem, reſtituendũ eſt, quod in rem impendit, ſi ea ex eo pacto ab ipſo reuocetur.

3 *De eadem re.*

¶Sed & Alb. in d. l. intra vtile, §. j. poſt Iac. Aret. tenet, quòd conſanguineus, qui ex ſtatuto vel conſuetudine retrahit rem venditã, tenetur refundere impenſas neceſſarias & vtiles, ab emptore in re vendita factas. Quod & ipſum aſſerit idem Alber. in j. parte ſtatutorum, q. xcvj. ſed quid ſi emptor. Verùm hæc noſtra conſuetudo hîc diſtinguit, quantùm ad vtiles: quam ſequi neceſſe eſt, vt interim omittã longiſsimam eius rei diſputationem Ignei, in repet. l. dudum, col. ix. verſi. pro quo induco & iterum col. xj. verſiculo, ex hoc infero, C. de contrahen. empt. vbi pleniſsimè de ea re diſſerit, & tandem in hoc reſidet, vt emptor à cõſanguineo, non niſi neceſſarias & vtiles ſimul recuperet: nec ſatis eſſe, vt ſint neceſſariæ, niſi & vtiles ſint: per quædam iura, quæ ibi videre poteris. At Geral. Bago. in ſua diſputatione retractus, illud cõſtanter tenet, retrahentem teneri ad impenſas neceſſarias, non etiam ad vtiles: nec diſtinguit inter facultatẽ retrahendi annalem, & aliam prolixiorem, vti facit noſtra cõſuetudo. Et mouetur, quòd retrahẽs proſpicere debuit rem retrahi poſſe, l. ſi quis domum, ff. loca. Super qua ratione vide quæ latè diximus ſuprà, tit. præced. §. j. glo. xviij. in verbo, *le pris que la choſe aura couſté*, nu. 41. huic ita reſponderi. Subdit autem Geral. quòd conſuetudo vocans proximum, non imponit ei neceſsitatem, niſi reſtituendi pretij: cuius appellatione impenſæ non continentur, nec econtrariò, l. quibus diebus, §. j. ff. de condit. & demonſtrat. Denique ſi emptor (inquit) cõſequeretur impenſas vtiles, tantas poſſet facere, vt nullus retraheret. Ideò vt fraudibus obuietur, debet ſolùm conſequi neceſſarias: & ita dicit de facto obſeruari. Sed & iis adde quod ſcribitur in l. vtilium, ff. de impen. in re. dota. fac. cuius hæc verba ſunt: Vtilium nomine ita faciendam deductionem quidam dicunt, ſi voluntate mulieris factæ ſunt: iniquum enim eſſe, compelli mulierem rem vendere, vt impenſas in eam factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere non poteſt: quod ſummam habet æquitatis rationem. Hæc ibi, quæ magnum præſtant huic noſtrę conſuetudini argumentum. Hîc autem vide D. Boer. deciſ. xlvij. & quia ſuprà, vbi & id latè tractat.

4 *An emptor has impenſas recipiet ſine deductione fructuum.*

¶Tv autem eandem hanc noſtram conſuetudinem, quæ iubet impenſas reſtitui, duodecim modis declarabis. PRIMÒ, vt emptor, ſiue conſanguineus redimens, has impenſas integras omnino recipiat, ſine deductione fructuũ à ſe perceptorum: cùm eo tẽpore, quo ipſe eoſdem fructus, percepit, eſſet dominus, non venditor, qui retrahit, aut conſanguineus: ex doctrina glo. no. in l. emptor, in verbo, ſuperfluum, in fi. & ibi Bar. Bal. Ang. & alij recentiores, ff. de rei vendi. cum multis concord. à me collectis in repet. l. ſi vnquã, in verbo, reuertatur, nu. 235. tu tamen in hoc caſu. Sed quibus addere potes Sal in l. doce. C. de rei vendi. Alex. conſil. cliiij. conſideratis his, poſt medium, libr. 6. & conſil. clxij. viſis narratis, col. ij. verſiculo, nec etiam poteſt dici, libr. 7. quibus locis eam glo. dicit ſingul. Card. Alex. in cap. j. tit. de feud. dat. mino. val. Feli. in cap. cùm cauſam colum. vlti. extrà de re iudic. Iaſon, qui & eam dicit ſingu. in l. ij. col. viij. in vij. notab. verſiculo, item adde prædictis, C. de iure emphyt. Sed hæc tamen intellige (antequam vlterius progrediar) de impenſis quæ ad perpetuam rei ſarturam & vtilitatem pertinent. Nam quæ ad fructuum collectionem pertinent, cum fructibus cõpenſantur: vt dicit Bal. in vtroque illo conſi. ſuprà nu. 2. allegato, & probatur in l. fructus, & l. diuortio, §. impendia, qui eſt vlt. ff. ſolut. matri. & ibi concord. in glo.



*Sed quid de impẽſis factis ad fructuum collectionem.*

5 *Quid ſi hæ impenſæ ſint adeò magnæ, ut cogatur uẽditor eam rẽ relinquere.*

¶SECVNDÒ declara, vt ita cogatur venditor aut cõſanguineus impenſas iſtas reddere, ſi non adeò magnæ ſunt, vt cogatur rem reliquere propter earum magnitudinem, & ita carere ſepulchris laribúſq; auitis: vt dicit tex. not. in l. in fundo, ff. de rei vendi. Cui accedit optimus text. in l. ſi ſeruos, ff. de pigno. act. & facit tex. in d. l. ſed an vltro, §. j. ibi, quid enim ſi eam inſulam, ff. de neg. geſt. & in d. l. vtiliũ, ff. de impen. in re. do. fac. & in l. impenſæ, §. vtiles, ff. de verb. ſign. & in l. iij. §. proinde, ff. de in rem verſo. & quod tradit Bal. d. conſi. ccciij. lib. 1. vbi id dicit pertinere ad arbitrium boni viri: nec enim dici impenſas vtiles, quæ tanti ſunt, vt venditor cogatur habere rem pro derelicta. & rurſum, conſi. ccclxxij. caſus, vir fundum dotalem, lib. 3. vbi & idem dicit, per d. l. ſi ſeruos, in fi. Et bene facit, quod ſcribit ipſe Bal. conſ. cxvj. Columbinus, col. ij. verſi. ex præmiſsis apparet, lib. 1. quòd cùm colonus poſsit repetere expẽſas cauſa refectionis & perpetuæ vtilitatis factas, habeatq; rei retentionem, donec ei de illis ſatiſfactum ſit, l. colonus, ff. de vi & vi armat. id tamen intelligendum eſt, dummodo non nimium oneret dominum: quia quod importabilem ſarcinam imponit, non videtur vtiliter geſtum: per d. l. ſed an vltro, vbi ſuprà. Ideoq; (inquit) arbitrio boni viri cõmittitur, inſpecta qualitate rei, & perſonarum: per d. l. in fundo. Et quod diximus ſuprà ex Geral. Bago, nu. 3. Sed in hoc capite non omittendũ, quod in noſtro caſu retractus nuncupatim tradit Albe. in d. l. intra vtile, §. j. ad fin. vbi poſteaquàm dixit, quod ſuprà ex eo diximus, ſcilicet retrahentẽ teneri refundere expenſas vtiles & neceſſarias: ſubdit quòd ſi emptor in fraudem volentis retrahere, faceret nimium magnas & oneroſas impenſas, non eas recuperaret, per quaſdã ex ll. ſuprà allegatis. Putatq; cautius vtiliúſque eſſe proximiori volenti retrahere, denuntiare emptori, ne quas impenſas faciat, quòd rem velit retrahere: arg. l. ſi fundum, & ibi per eum not. C. de rei vend. Et idem quoque dici poteſt in retractu conuentionali.

6 *Quid ſi emptor uult eas tollere.*

¶TERTIÒ declara, emptorem ex iis impenſis vtilibus, quas ſine autoritate iudicis fecit, & quas ideò repetere non poteſt, poſſe tamen tollere, quæ ſine detrimento rei tolli poſſunt, id eſt, vt non ſit res deterior, quàm ſi ab initio factæ non fuiſſent, per text. in l. vtiles, in fin. ff. de peti. hæred. & d. l. in fundo, & iterum l. Iulianus, in fi. ff. de rei vendi. & d. l. domum, C. eo. & d. l. ſi ſine, §. interpoſito, verſ. idem reſpõdit, ff. de admi. tuto. & l. pro voluntariis, ff. de impen. in re dota. fact. Niſi tamen retrahens eſſet paratus tantum dare, quantũ habiturus eſſet emptor his rebus ablatis, d. l. in fundo, & l. idemque. § idemque ait ſi quid procurator, ff. mand. & per Bal. conſi. cxxxiiij. quidã emit, à Titio, in fi. lib. 5. cum ſi. Nam vt id clariùs intelligas, ſatis eſt, vt retrahens eas reddat in ea æſtimatione, quæ earum rerum foret, ipſis detractis, non quanti valet ædificiũ ipſum integrum & incorruptum: vt ſatis declarat d. l. in fundo, in illis verbis, his rebus ablatis. & ibi id no. Bal. in iij. no. vti etiam facit in c. j. §. ſi quis de manſo, col. iiij. verſ. extrà quæro, tit. de contro. inueſt. & in c. j. §. ſi vaſallus, tit. hîc fini. lex Corrad. & in auth. excipitur, col. j. verſi. ego conſului, C. de bonis quæ liber. Iaſon, qui id dicit ſingu. in l. ij. col. viij. in vij. not. verſi. an autem eo caſu, C. de iure emphy. Quod tamen quomodo intelligatur, cognoſces ex Corne. conſi. lxxxvj. circa primum, in fi. j. dubij, lib. 4.

7 *Si emptor rẽ reſtituerit ſine deductione impenſarum, an eas poterit repetere.*

¶QVARTÒ declara, vt ſi emptor reſtituerit rem integram venditori, aut cõſanguineo, non deductis aut ſolutis huiuſmodi impẽſis neceſſariis aut vtilibus, factis autoritate iudicis, poſſit tamen eas poſteà condicere, l. quod dicitur neceſſarias, §. ſi dos, ff. de impen. in reb. dot. fac. & d. l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. de condi. inde. & l. ſi quis rem, & ibi Franc. Arc. ff. de acqui. poſ. & d. l. colonus, ff. de vi & vi arm. iuncta l. in rebus, §. poſſunt, ff. cõmod. & l. dominus horreorum. §. j. ff. locat. & l. quòd ſi nulla, ff. de leg. j. & l. ſi neceſſarias, in princ. ff. de pigno. act. & l. hæres, ff. ad Treb. & Hoſti. in c. j. in verbo, deductis impenſis, verſicu. quid ſi creditor, extrà de vſur. & Bal conſi. ccclxxiij. A. maritus, col. ij. lib. 3. vbi reſpondit ad l. ſi in area, verſi. ſed & ſi is, ff. de cõdic. inde. Super quo etiam vide Cor. conſi. ccxxxvij. prima facie, col. pen. verſi. ſi autẽ, lib. 2. & conſi. ccxliij. videtur, col. iij. verſi. eſt amodo, eo. lib. 2. & cõſi. cclxxx. multitudo, col. vj. verſic. circa quintam quæſtionem libr. 4. Et vide etiam text. in l. in hoc iudicium, in princ. ff. com. diuid. & in l. Paulus ff. de doli mali except. & ibi concord. in glo. & Cy. Bal. & Sal. in l. ſi quis ſciens, C. de rei vendi. & Pau. Caſt. in d. l. diuortio, §. vlt. ff. ſol. matr.

8 *An uenditor debeat reſtituere impẽſas tantũ, an quod ob eas pluris ualet fundus.*

¶QVINTÒ declara, vt ſi emptor impenderit centum, fundus autem melior ob id factus eſt centum quiquaginta: venditor aut conſanguineus centum tantùm reddere cogitur, id eſt, tantum quantũ impenſum eſt, non quanti res melior effecta eſt. At ſi è diuerſo impenſæ ſunt centum, melioratio autem fundi quinquaginta: ea tantùm quinquaginta reddet, id eſt, id ſolùm, quo res locupletior facta eſt, non quod impenſum eſt: per text. no. in d. l. in fundo, in principio: iuncta glo. in verbo, plus pretio, & ibi quoque Bartolus & alij, ff. de rei vend. &

Paul.

Pau.Caſt.conſi.cclxx.viſo puncto ſuprà ſcripto,col.iij.verſi.item quod dixi,lib.2.

9 *Quid ſi è diuerſo minoris ualet fundus. Valor æſtimãdus reſpectu fructuum magis, quàm rei ipſius.*

¶Et huc ſpectat,quod in ſimili dicitur,quòd res æſtimanda eſt non tam habita ratione valoris ipſius,quàm fructuum ſiue reditus hinc prouenientis:vt in turri,quæ pluris conſtitit, quàm reddat fructuum,l.ſi quos,in illis verbis,redituum quantitas æſtimetur. & ibi Bart.& Ang.C.de reſcin.vend.& l.ſi fundus,quæ eſt penult.in princ.ibi, cum vtique pro fructuum modo pretium inuenturus ſit,ff.de rebus eor.& l.ij.verſi.domus verò.& ibi Ioan.Plat.in iij. not.verſic.& nota hîc text.C.de prædi.naui.lib.II.& facit etiam text.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,ibi,ſecundum reditũ eius fundi mercatus ſit.& ibi glo.j.& Iaſ.in j.no.ff.de leg.j. & in l.qui bonis,ff.de ceſ.bono.quem Bar.ibi in princ.dicit ſing.& mirabilem ad hoc, quòd in exigendo quantum quis facere poſsit,debet haberi ratio fructuum & redituũ rei potius quàm valoris ipſius.& illum quoq; textum no.Ang.ibi,& Imo.in l.apud Iulianum,§.hæres, ff.de leg.j.& in l.ſi maritus,ff.ſol.matr.& Iaſ.in l.ſi conſtante,in prin.nu.150.eod.titu.Et idem quoque voluit.Io.And.in c.cùm cauſa,in gl.ij.de iureiur.& in c.ſi pluribus.& ibi Pet.Anch. in ij.notab.de præb.lib.vj.& Petr.Ferra.tit.Forma libel.in cauſa venditionis, in verbo, pro pretio,col.ij.Sed & huc pertinet quod ſcribit Bal.in l.vlt.§.ſin autẽ legata,per illum tex.C.de bonis quæ liber.quòd domus pretioſæ ſunt quodammodo ſteriles:quia reditus earum non reſpondent pretio.quem refert Cæpolla in tractatu ſimulationis cõtractuum,in tertia præſumptione.col.iij.Faciunt denique,quæ no.Bar.poſt.glo.in l.ij.ad fin.& ibi quoque alij,C.de reſcin.vend.& in l.pretia rerum, §.j.ff.ad leg.Falc.dum tractant de probatione æſtimationis rerum.& Alex.conſ.xxj.repetitus,col.j.lib.vij.Et interim quoque vide tex.in l.perpetua,verſ. quòd ſi res,C.de ſacroſ.eccleſ.& quod à Plinio Iuniore ſcriptum eſt libr.6. Epiſtolarum,ad Verum. Erat (inquit) cùm donarem centum millium nummûm,poſteà,decreſcente reditu, etiam pretium minuit,quod nunc te curante reparauit.

*Plinius.*

10 *An impenſæ, quæ periere ſine culpa emptoris, reſtituendæ ſint.*

¶Sextò declara,vt ſi emptor fecerit huiumodi expenſas vtiles & neceſſarias,& hæ poſteà perierint ſine culpa ipſius,poterit tamen eas repetere,d.l.ſed an vltro,§.j.ff.de neg.geſt.& d.l. ſi neceſſarias,in prin.ff.de pig.act.Pau.Ca.conſi.ccccxxv.ſuper primo quæſito dicendũ eſt,in j.dubio,lib.1.Et facit quod in ſimili tradit idem Paulus.conſi.ccccxliij.viſo puncto,colum.j. verſi.ſed huic videntur obſtare,eod.lib.1.& Barb.conſi.lxxj.illud afferam,col.iij.verſi.idcirco poſito,lib.j.& quod ſcribitur in l.quid ergo,§.ſufficit.& ibi Nicol.Neapod.ff.de contra.iudi. tutel.& quod ſcribit glo.in c.cùm Apoſtolica,in verbo,profuturum. & ibi etiam Ant.extrà de his quæ fiunt à præla.& quod etiam arg.d.l.ſed an vltro,voluit gl.ſing.in ſumma lxxxiij. diſt.medicum poſſe ægrotum inuitum medicari,& repetere impenſas,& mercedem,etiam ſi is mortuus ſit. Quam ſequitur,& dicit ſing.Barb.in rubr.extrà de ſoluti.ante ſi.& dicemus plenius in tractatu nobilitatis.Et quod itẽ per eum text.dicit glo.in l.ex parte,in prin.§.obtinuit,ff.fam.erſciſ.quã cõmendat Barb.conſ.lxxj.illud afferã,col.iij.lib.4.Et quod per eundẽ quoque textũ reſpondit Cald.conſi.v.ſub tit.de.rer.permut.ſatis eſſe,contractum ab eccleſia factũ fuiſſe eo tẽpore,quo fuit vtilis ipſi eccleſiæ,licèt poſteà fiat inutilis. Quid autẽ,ſi omnino perierit res,in qua huiuſmodi impenſæ factæ ſunt.vide in l.planè,ff.de peti.hær & in l.& in totum,ff.de impen.in re.dot.fac.& in l.ſiue hæreditaria,ff.de nego.geſt.& in d.l.ſi neceſſarias,& l.iij.§.ſed & ſi ſeruum,ff.de in rem ver.& Bart.in d.l.in fundo,colum.ij.verſicu.quæro primò,ff.de rei vendic.& quod in ſimili ſcribitur in lege ſi cùm mulier,ff.de do.inter virum. vxorem & in l.ſi ſeruus,ff.famil.erciſcun.& quod tradit Paulus Caſtrenſis d.conſi.ccccxliij. colum.j.libro primo.

*Quid ſi perit res ipſa, in qua factæ ſunt.*

11 *Si plures res venditæ fuerint, an una in qua impẽſæ factæ nõ ſunt, retineri poteſt ob alias fortè non liquidas.*

¶Septimò declara,vt ſi plures res trahantur, & impenſæ & meliorationes in aliquibus tãtùm factæ fuerint,in reliquis autem nullæ factæ ſint,& vẽditor qui redimit ſoluat integrũ pretiũ,& petat eas res,in quibus factæ non ſunt,ſibi tãtùm reſtitui,donec impenſæ in cæteris factæ fuerint liquidæ,id iuſtè petit,nec poteſt emptor alias, in quibus nullæ factæ ſunt, retinere.nam vna res non poteſt nec debet retineri pro impenſis in alia re factis:per gl.no.in d.l. planè,in verbo,deducat,& ibi Oldr.Albe.& Ang.ff.de peti hær.& Alb.in l.ſi in area,in fi.ff.de condi.indeb.Et in id à quibuſdam expenditur l.ſi non ſortem,§.ſi centum,in fin.& ibi not. per Doct.ff.de condi.indeb.Ex quo reſpõdit Pau.Ca.d.conſi.cclxx.col.j.lib.2.quòd ſententia iudicis,qui condemnauit bona reſtitui ſolutis melioramentis,poteſt mitti executioni in rebus non melioratis,non refuſis expenſis meliorationum in aliis rebus factarum.

12 *De eadem re.*

¶Ideò autem dixi integrum pretium,quia ſi tantùm partem offerret,earũ ſcilicet, in quibus impenſæ factæ non ſunt,non audiretur arg.eorũ,quæ latè diximus ſuprà tit.præced.§.xxiij. & quia etiam emptor non tenetur diuidere pretium,quod vna manu tradidit,l.Iulianus, §. offerri,ff.de act.empt.& l.planè,ff.fami.erciſ.& ibi concor.Sed nec affirmo, emptorem teneri reſtituere eas,in quibus impenſæ nullæ factæ ſunt,etiam reſtituto integro pretio vẽditionis, niſi etiam reſtituantur impenſæ non melioratarum:cùm ſint res omnes annexæ atque vno contractu & pretio venditæ,ideoque nec ſeparari nec diſſolui debeant: vti etiã oſtendimus abundantiſsimè in d.§.xxiij.titu.præced.præſertim cùm poſſet contingere,res ipſas melioratas minimi eſſe valoris & æſtimationis reſpectu aliarum,& ſic cogeretur emptor interim carere rebus optimis, non refuſis integris impenſis. Doctor.autem, quos ſuprà citauimus,

præſertim



præſertim Pau.nuncupatim loquuntur de rebus prorſus ſeparatis,quaſi aliud ſentiant in connexis:nec huic ſententiæ quicquam obeſt d.§.ſi centum.& hoc ſatis declarat tex.in l.ſi fundus, §.j. & ibi Bart.& alij,ff.ſolut.matri.

13 *An ſi impenſæ non ſint liquidæ, teneatur emptor rẽ reſtituere præſtita cautione.*

¶Octavò declara,vt ſi etiam huiuſmodi impenſæ,quæ reſtitui aut deduci debent,non ſunt liquidæ,tamen non tenetur emptor rem reſtituere præſtita ſibi cautione de illis reſtituẽdis, cùm erunt liquidæ:ſed tum demum tantùm,cùm hæ ſolutæ fuerint poſt earum liquidationẽ. per tex. in l.ſimili,in l.cùm ſeruus,in fi.ff.de cõdi.& demon.& l.item liberatur.§.j.ff.quib.mod.pign. vel hypo.ſol.l.promiſſor Stichi,§.vlt.ff.de conſti.pec.& quod in ſimili reſpondit Pau.Caſtr.d.conſil. cclxx.col.ij.verſ.2. videndum eſt, lib.ij.vbi reſpondet ad d.l. cùm ſeruus,in prin.quæ videbatur velle contrarium.Nec enim obſtant huic ſententiæ ea,quæ diximus ſuprà tit. præce.§.j. glo.xix. in verbo,*luy deuëment acertené du pris*,num.2.& ſeq.quia eæ ita loquuntur,vt ſufficiat offerre fideiuſſores in non liquidis,vt quis non ſit in mora:hîc verò ad hoc non agitur.Et generale eſt, vt res,in quas impenſas fecimus,quarum ratio habenda eſt, per retentionem ſeruare poſſumus, l. creditores,§.j.& l.ſi is qui rem commodaſſet,ff.de fur.vbi & ob id datur actio furti,etiam aduerſus dominum,& vtrobique contrarium in glo.Et faciunt etiam ea,quæ diximus ſuprà tit. præced.§. iij.glo.iij.in verbo.*à payer*,num.14.poſtremò.

14 *An in executione ſentẽtiæ poterit opponi de reſtitutione harum impenſarum non petitarum ante ſentẽtiã.*

¶Nonò declara,vt ſi emptor in iudicio retractus non allegauerit huiuſmodi impenſas à ſe factas,ideóque iudex,qui illum condemnauit cedere rem conſanguineo aut venditori,nihil omnino in ſua ſententia dicit de iis reparationibus,ſiue impenſis,aut fulturis, tamen emptor ipſe poterit in executione ſententiæ opponere,ne teneatur rei cedere,quin prius ipſi hæc reſtituantur, aut deducantur:quia huiuſmodi exceptio non impugnat ſententiam. Spec.tit. de excep. §.dicto, verſ.ſed pone ædificaui.& tit.de executio.ſent.§.poſtremò,verſ.ſed quid ſi bona fide.Bart. in d.l. in fundo,col.vlt.ff.de rei vendicatio.& in l.Paulus:ff.de doli mali excep.Franc.Rip.in l.vbi purè, §.qui in diſtrahendis,col.ij.verſ.amplia tertiò,ff.ad S.C.Treb.Et bene facit, quod in ſimili legitur in l.quòd ſi poſſeſſor,& ibi Bart.& alij,ff.de peti. hæredi.

15 *Sed an tertius emptor id poterit opponere.*

¶Decimò declara.vt ſi emptor alteri tertio vendiderit(vt poteſt facere, non obſtante iure retractus conſanguinei aut conuentionalis,vt diximus ſæpe ſuperius)hícque tertius conuẽtus fuerit etiam condemnatus,poterit & ipſe in executione ſententiæ opponere de huiuſmodi impẽſis à primo emptore factis,per l.in hoc iudicium,§.j.verſ.ſed is qui à me,ff.commun.diui.quem text. ad hoc dicit vnicum Rom.ſing.clxxiiij.tu ſcis quòd faciens. & Fran.Rip.quo loco nuper citauimus.& vide quod in ſimili diximus ſuprà tit.præce.§.xij.glo.j.nu.18.quid igitur, & multis ſequ.

16 *Quid ſi impẽſæ factæ fuerint ad mutandã formã rei.*

¶Vndecimò declara,vt emptor res impenſas imputet aut repetat, quibus rem meliorem fecit etiam formam agri mutando,verbi gratia,vt ſi in fundo empto vineas inſtituerit,vt in ſimili de conductore traditur in tex.not.& fortè ſing.à nemine tamen in id expenſo,in l.colonus, quæ eſt pen.in prin.ff.loca.Tu tamen hîc vide leges,& Doct.à me citatos ſuprà eo.tit.§.iij.gl.j. nu.25. tertiò intellige,& ſeq.Sed ita tamen, vt memineris paria eſſe, rem quampiam deſinere in rerum natura eſſe, & eiuſdem formam mutare,l.Iulianus,§.ſed & ſi quis, ff.ad exhib.vti per eum text. voluit Albe.in l.iiij.§.Cato,col.iiij.nu.13.ff.de verb.obligat. Et vt idem dicit in l.ſi mihi & Titio, col.4.num.9. ff.de verb.oblig.mutata forma rei mutatur ſubſtantia:per illum eundem tex.Sed & idem in l.ſed mihi,§.j.num.3.ff.commo.cùm res mutata forma redditur,etiam meliorata ( vt ipſe loquitur)reddita non cenſetur:per multa iura,quæ ibi citat.Bal.autem in illa l.ex ea, not.& Doctor.vbique,formam eſſe,quæ dat eſſe rei. Nam verba eius l.hæc ſunt,Mutata forma propè interimi ſubſtantiam rei.

17 *Quid ſi uenditor minus impendiſſet,ſi impenſas ipſas feciſſet.* *Quid ſi impẽſæ ſint immoderatæ.*

¶Dvodecimò & vltimò declara,vt venditor vel conſanguineus retrahẽs teneatur reddere huiuſmodi impendia,etiam ſi ipſe minus fuiſſet impẽſurus,ſi is reparationes,ſiue meliorationes, quas vocant,feciſſet:per tex.not.& fortè ſing.loquentem de bonæ fidei poſſeſſore,in l.ſi quis alicui,§.impendia,ff.mandati.Quod tamen intellige,ſi modò ille non exceſſerit moderatas & ſolitas impenſas.arg.l.properandum,§.& ſi quidem,ibi,expenſas quæ conſueto modo,&c.& iterum §.ſiue autem,ibi,pro ſolitis expenſis,C.de iudic.Et quod voluit Iac.Aret.in tractatu de expenſis, col.pen.verſ.ſed quid ſi in lite.& adde hîc quæ diximus ſuprà in ſecunda declaratione.

18 ¶Sed antequam hinc abeamus,quia hîc dicitur,quòd emptor poteſt ſemper repetere impenſas neceſſarias à ſe factas:quid verò,ſi eas non fecerit,& ob id ædes corruerunt:an idem tenebitur,id eſt,an emptor,durante tempore retractus vel municipalis vel conuentionalis,teneatur res venditas ſartas tectas præſtare,& niſi id fecerit,teneatur in id quod intereſt,vide Carol.Mol.conſuet. Pariſi.tit.j.glo.viij.num.57.& ſeq.Et vide etiam quæ diximus ſuprà in fi.j.tit.in xv.q.

## AD FINEM TOTIVS TIT.

1 *An minor uel curator illius huiuſmodi pactũ poßint facere ex interuallo.*

QVIA multa alia nunc occurrunt ad hunc tractatum pertinentia, quibus dicendis aut locus tempeſtiuus non occurrit,aut tunc eorum non meminimus, ideò ea nos hîc collocanda per quæſtiones ducimus. Quæro igitur primò,an minor aut tutor vel curator illius,poſsit huiuſmodi pactum de reuendendo rem immobilem ab illis emptam facere?Et certè ex interuallo facere non poteſt ſine decreto:vt eſt tex.in l.ſi ad reſoluendam,C.de prædi.minor.nam eum tex.intelligit glo.ibi,in verbo,emiſiſti, cùm pactum ſit ex

interuallo.& facit etiam tex.in l.j.C.quan.decre.op.non eſt.Et in ſimili reſpondit Alex.conſ.cvj. ſuper alio dubio,lib.7.filiusfamilias non poſſe ſe ex interuallo obligare ſine conſenſu patris, ad reuendendum rem venditori reſtituto pretio.Quod tamen non admittit D.Boer.deciſ.clxxxj. & per ſuprà dicta,col.vij.nu.30.& ſeq. Sed ratio,qua mouetur, videtur procedere in pacto in ipſo contractu appoſito:quod & ipſe poſteà declarat.Similitérque ſi Prælatus nomine eccleſiæ emerit fundum,non poterit ex interuallo facere pactum de reuendendo,vt tenuit Hiero. Cagn.in rep. l.ij.in x.q.C.de pact.inter empt.Et facit tex.in l.apud Celſum,§.in hac exceptione,ff.de doli mali excep.& quod ſcribit Bar.in l.j.§.vlt.ff.de ſtipu.ſer.& hoc omnino ſine dubio eſt. Nã cùm ſemel ius ſit quæſitum minori aut eccleſiæ in re immobili, non iam illi ius eſt ab ſe abdicandi id ius ſine decreto.& ita de ſimilibus.

*An in ipſo cõtractu. Tutores,curatores, & alij adminiſtratores poſſunt in ipſo contractu præiudicare iis quibus ex eo contractu quæritur.*

2 ¶Sed quæritur an ſaltem in ipſo contractu venditionis poſsit id pactum apponere? Et multis fortaſſe id non eſſe dubium videbitur,ob tex.in l.contra,§.ſi filiusfamilias,cum l.fin autem: quæ confeſtim ſequitur,ff.de pact.vbi filius & ſeruus poſſunt ex pacto appoſito in contractu nocere patri & domino,cùm eis ex ſua cauſa quæritur.Ex quo not.Bal.quòd is,cui ius quæritur ex contractu,debet illũ acceptare cum omnibus ſuis pactis & clauſulis in eo appoſitis.Sed & eum text. Alb.ibi trahit ad hãc ſpeciem.Duo fratres prædicatores cõuenerant cum Decano S.Quintini,vt poſſent habere locum ad eccleſiam in parochia illius,dãdo decimam quolibet anno: ibique locũ fecerunt:nec tamen volebat magiſter ordinis,vt decima ſolueretur,cauſatus illos fratres non potuiſſe præiudicare ordini.Verùm id iniuſtè denegabat,vt dicit Alb.quia cùm eum contractũ pro ſe agnouiſſent,& contra ſe quoque agnoſcere debuerunt.Quin & ex eodẽ tex.no.Ang.quòd tutor,curator,Prælatus,& alij adminiſtratores,poſſunt in actu contrahendi præiudicare minoribus eccleſiæ,& iis,quorũ adminiſtrationẽ gerunt,apponendo pacta reſolutiua contractus: vt eſt etiã tex.in d.l.apud Celſum,§.in hac exceptione,ff.de doli mali excep. quamuis poſteà ex interuallo non poſſent,l.qui Romæ,§.Callimachus,ff.de verb.oblig.Et ante eum idem voluerat Iaco. Bu. ibi,nam licet(ait)eccleſia non poſsit rem immobilẽ alienare ſine ſolẽnitate:ſi tamẽ acquiſiuit cum hoc pacto,vt niſi ſoluat integrum pretiũ intra certum tempus,res ſit inempta, certè non ſoluto pretio intra id tempus,reſoluitur venditio,& transfertur dominiũ ſine aliqua ſolẽnitate : per illũ tex.& ita illum nuncupatim ſequitur Pau.Caſt.conſi.cccxviij.conſiderandum eſt,col.vlt.lib.j.

*De eadem re.*

3 ¶Sed & idem Pau.Caſt.ſubdubius tamen,& ſibi malè conſtans,in d.§.ſi filiusfamilias,dicit ex eo tex.quem aſſerit ſing. quòd licet tutor ſine decreto non poſsit alienare rem immobilem pupilli, poteſt tamen,dum pro eo emit,apponere pactũ de reuendendo:& acquiritur res empta pupillo cum hoc onere & conditione.Et licet ipſe(vt diximus)nonnihil dubitauerit: hanc tamen ſentẽtiam ſequitur Iaſ.ibi in iiij.not.& Fran.Cur.iunior conſi.cxlvj.præſupponitur,col.j.in fi.& conſ. ſeq.contra ea,col.j.& conſi.cxlix.ſacratiſsimæ,&c.circa præmiſſam,col.iij.verſ.confirmantur. Et eam certè confirmat,quod à Bal.ſi is eſt,reſponſum eſt, conſi.ccccxiiij. factum tale eſt,quædam domina,lib.ij.quòd ſi ſtatutum requirit aliquam ſolennitatem in contractibus minorũ,& minor emat cum pacto reſciſsionis cõtractus,poterit poſteà reſcindere eum contractũ vt illius pacti, & ſine ſolennitate.Et idẽ tenuit Bal.ipſe(nam haud dubiè ipſe eſt)conſi.ſeq.illa ſolennitas,quia iſta (inquit)reſciſsio eſt executio primi contractus,l.is qui ſine,§.ſi ab ignoto,ff. de manumiſ. & l.j.in fi.ff.de reb.eor.Attende tamẽ,quia non declarat,an in primo cõtractu fuit adhibita ea ſolẽnitas.

*De eadem re.*

4 ¶Huc quoque ſpectat,quòd huiuſmodi pactum de reuendendo eſt pars contractus,vt ex multorum ſententia diximus ſuprà eo.tit.§.j.gl.item j.num.quoque 1.adeóque pars pretij eſt : vt etiam nuncupatim dicit Bal.conſi.ccccclxxxv.quidam dominus Braſianus,col.ij.verſ.in contrarium videtur,lib.j.& Pan.in c.ad noſtram,col.vlt.de emp.& vendi.& in c.in aliquibus,in ij.no.per illum tex.de deci.Et generale eſt in omnibus pactis,vt diximus ſuprà in præfat.huius tit.nu.21.& id quidem credo.Ideóque & res ita vendita,minoris veriſimiliter fuit vendita, etiam cùm minoris valeat:vt etiam latè inibi diximus,& numero præcedenti.Ex quibus ſequitur non licere vnam partem ipſius contractus ratam habere,aliam irritam: ſed aut totum agnoſcere, aut à toto recedere debere,l.cùm quæritur,ff.de admini. tuto.& l.nam abſurdum,ff.de bonis libe.& l.ſi ita ſtipulatio, in fi.ff.de ope.lib.nec enim cenſetur venditor aliter voluiſſe rem vendere,niſi ei ex pacto licuiſſet redimere:vt & in ſimili dicitur in l.fiſtulas.§.j.& ibi Bar.ff.de contrah.empt. & l. quòd ſi vno, ff.de in diem addict.& l.cum eiuſdem.ff.de Aedil.edict.& l.ſi quis aliam rem,ff.de ſolu.cum aliis multis concor.à me adductis ſuprà tit.proxi.§.xxiij.in glo.j.ferè per totum.

*Aut totũ contractum agnoſcendũ,aut totum repudiãdum.*

*De eadem re.*

5 ¶Faciunt & alia quoque iura,quibus & quod diximus probatur,ſcilicet non licere partem contractus approbare,& partem reprobare:ſed vel totum approbandũ cum ſuis qualitatibus & cauſis,aut totum reprobandũ:videlicet l.Caius,ff.de manumiſ. vbi ſi Caius ancillam emerit ea lege, vt intra annum manumitteretur,& intra id tẽpus ipſe Caius ſeruus fuit pronuntiatus,ea ancilla domino acquiritur,cum ea conditione,cum qua fuit vendita.& l.Iulianus , §.ſi quis colludente, ff.de act.emp.vbi ſi quis colludente procuratore meo ab eo emerit,poteſt agere, vt aut ſtem emptioni,aut ab ea diſcedam quem tex.dicit ſing.Bal.in l.dolum,C.de peri.& com.rei vẽditæ.Et per eum tex.etiam reſpondit Bal.ipſe conſi.x.item quòd ſi aliquis,in fi.li.ij.quòd pupillus factus maior debet vel totum eum contractum approbare , qui factus eſt ab eo qui ſe dicebat ipſius tutorem,vel totum reprobare.& idem dicit conſi.xxx.omnis aſſeſſor,rurſúmque conſi.xxxij.præſupponitur



ponitur in facto,col.j.verſ.itẽ libellus.eo.li.ij.{Sed & idẽ per illũ ipſum tex.cõſi. 34.in cauſa iſta, paulò ante fi.eo.lib.ij.dicit,quòd contractus non poteſt ratificari,niſi cum ſuis capitulis. {Sed & facit alius tex.in l.cùm dos,in prin.& in l.ob res,§.j.ff.de pact.dota.& l.ſi autẽ, & ibi gl.& Doct. ff.de pact.& l.cùm proponas inter vos,C.eo.tit.& l.cùm fundus,§.ſeruũ tuum imprudens,& ibi Alex.& Recentiores,ff.ſi cer.pet.& l.etiam ſi pater,§.j.ff.de minor.& l.in cauſæ,ff.de procur.& l. Publia,§.vlt.ff.depoſi.& l.Iulianus,ff.de manumiſ.& c.cùm olim.& ibi Innoc.extrà de cenſibus.

6 ¶Facit item quod per d.l.ſi autem,ff.de pact.voluit gl.in l.ſeruus,quæ eſt iij.in glo.vlt.in fi.C.de pactis,ſeruũ poſſe in ipſo contractu à ſe facto præiudicare domino,licet non ex interuallo. Quã ſequuntur Bar.Bal.qui illam trahit ad monachum.Fran.Aret.& Iac.à S.Geor.ibi.& ipſe Bald. qui illam dicit ſing.in ſua marga.in verbo,contractus,col.ij.verſ.contractus alterius , vbi etiam dicit ſing.tex.in d.l.Caius.Et quod etiam per quædam ex dictis iuribus ſcribit ipſe Bal.in l.obſeruare, §.poſt hæc,col.iij.in v.q.ff.de offi. Proconſul.in prima lect. quòd quis non poteſt ratificare factũ ſine eius qualitatibus.& idẽ Bal.in c.nihil,col.iij.verſ.quæro vtrùm ex contractibus,extrà de elec. quòd ſi eccleſia velit agere ex contractibus factis ab intruſo , debet eos cum ſuis vitiis,& cauſis acceptare,nec poteſt eos diuidere.& idem quoque Bal.conſ.ccclxxix.ſequitur quòd anno , poſt prin.lib.j.& rurſus conſi.cc.tria poſſunt,in primo dubio,lib. iiij. vbi dicit quòd ſi Abbas innititur contractui inito à monacho,debet etiam ſtare confeſsioni factæ ab eodem in ipſo contractu. Et idem voluit Alb.loquens in pacto huic noſtro ſimili,in l.is qui, §.ſi ab ignoto,ff.de manumiſ. Si aliquis(inquit)rem quampiã vendidit monacho,cum eo pacto,vt res ſibi reſtituatur,monaſteriũ neceſſe habet ſeruare id pactũ:quia res ei acquiſita videtur cum ſuo onere, ſuiſq; conditionibus. *De eadem re.*

7 ¶Facit etiam,quod voluit ipſe Bal.(vt ad eum redeamus)& prætereà Sali.& Recentiores,in l.ſeruus,poſt gl.ibi,in fi.C.de pact.quòd ſeruus in acquirendo domino,poteſt ei præiudicare , apponendo modum & conditionem:nec poteſt dominus acceptare,niſi cum ſua forma. id quod etiã dicit Inno.in l.iudex poſteaquàm,col.iiij.verſi.item facit,ff. de re iudi. Et idem quoque in negotiorum geſtore,vt ſcilicet dominus non poſsit pro parte approbare,& pro parte reprobare,voluit Bart.in l.ſi negotia,in iij.oppo.& iterum in l.ſi quis negotia,ff.de neg.geſt.& Pau.Caſt.conſ. omnium primo,ſi iſte Nerius,lib.j.Sed & idem in contractu facto à ſyndico, vt monaſterium teneatur eundem contractum omnino ſequi cum ſua forma,voluit idem Pau.conſi.ccxxxvij. primò videndum eſt vtrùm dominium,col.j.lib.j.Idem quoque in contractu facto à notario ſtipulante pro alio abſente,conſuluit Soci.conſi.cxxv.non inſiſtendo,col.ij.verſ.pro certo iſta eſt, li. 3.& Steph.Bertr.conſi.clvj.ex themate,col.pen.num.15.lib.4. *De eadem re.*

8 ¶Et nuncupatim in caſu pacti reuenditionis,idem Steph.Bertr.conſi.xv.viſis inſtrumento,lib.2. reſpõdet,quòd ſi quis alterius nomine emit rem quampiam cum eo pacto,is, cuius nomine emptio facta eſt,non poteſt approbare,niſi cum eodem pacto : nec enim poſſet contractum approbans id pactum reiicere.& idem voluit ipſe Bertr.conſi.cxj.ponitur,in fi.lib.iij.Faciunt & not.per Bal.in l.omni innouatione,C.de ſacroſan.eccle.dum loquitur de clerico qui agit ex ſtatuto laicorum,& tamen vult idem reiicere{cum aliis concor.adductis ſuprà tit.præc.§.j.gl.xiij.nu.7.incip. vt interim.}& eundem Bal.in d.l.contra,§.ſi filiusfamilias, in fi.ff.de pact.& conſil.cxcvij. omnia pacta,lib.v.Ang.in d.l.apud Celſum,§.in hac exceptione,ff.de doli mali excep.Petr.Anch.conſ. ccviij.iudex,col.pen.verſ.ex prædictis,& conſi.ccvij.in quæſt.col.ij.Soc.conſi.xcj.concludo dictũ Philippum,col.ij.verſ.ſecundum quod obſtat.lib.iiij.Iaſ.conſi.cxlvij.præſens conſultatio, col.antepen.verſ.aggredior nunc tertiam,lib.j.& conſi.ſeq.nobilis,in fi.eod.lib.j.Philip.Dec. in l.ſi quis iniquum,§.ſi filius,in iij.not.ff.quod quiſ.iur.& Steph.Bertr.conſi.clj.viſo inſtrumento,in fi.lib.3. & conſi.cxlviij.ex themate,nu.3.lib.4. *De eadem re.*

9 ¶Et quòd aliàs in omni propè materia debet totum approbari,aut totũ reprobari,nec circa eundem actum admitti diuiſio,probat l.neminem,ff.de leg.ij.& l.Pomponius.§.j.& ibi Iaſ.col.ij.ver. not.primò,ff.de acq.poſſ.& quæ traduntur à Bart.in l.Aurelius,§.idẽ quæſiit,ff.de libe.lega.dum tractat,an confeſsio diuidi poſsit,id eſt,pro parte approbari,& pro parte reprobari.Alb. & Bal.in l.ſi quidem,C.de tranſact.& D.à Rot.deciſi.ccccviij.fuit dubitatum & quæſitum,in fi. in nouis. Pau.Caſt.conſi.cclxix.viſo,in fi.lib.ij.cum aliis concor.traditis ab Alex.conſi.lxxx.in cauſa & lite,col.ij.verſ.poſſet etiam dici,lib.vij.vbi & illud dicit tibi in primis notandum, quòd licet ſponſalia per concubitum tranſeant in matrimonium,c.veniens,le ij.& c.is qui,de ſponſa. tamen vbi de ipſo concubitu non aliter apparet,quàm ex confeſsione viri, qui ſub eadem verborum conceptione,ſiue vna oratione,confitetur ſponſam compreſsiſſe,ſed non ea mente vt eam in vxorem acciperet,non poteſt talis confeſsio ſeparari,ſed aut tota acceptari aut tota reiici. quod vix alibi reperies.Et quod à Soci.traditum eſt per quædam ex ſuprà dictis,conſ.cxxv.non inſiſtẽdo, col.2.verſ.pro certo,lib.3.quòd ſi in eodem contractu factæ ſunt plures donationes,quarum altera habet onus annexum,altera libera eſt,non poteſt donatarius hanc acceptare, & illã repudiare. *An totum approbandũ,aut totũ reprobãdum.*

10 ¶Sed audi Lector,parumper,& interim ſuſpende tuum iudicium.Nam Fran.Accur.in ſua diſput. incip.Titius vendidit,aliter in noſtro caſu tenuit,id ſcilicet,quòd ſi quis vendit adulto habenti curatorem prædium ea lege,vt ipſe adultus teneatur rem venditam intra certum tempus reſtituto pretio reſtituere,habeatúrque venditio pro non facta,cenſetur(inquit)hæc venditio pura, tenétque irreuocabiliter,nec valet illud pactum in eo appoſitum:per d.l.ſi ad reſoluendam , C. de *Contra ſuperiora.*

præd.minor.quam ſuprà in prin.huius gl.citauimus.Et ita illum refert & ſequitur Ioan. And.in addi.Spec.in rub.de pact.col.j.& Alb.in d.l.ſi ad reſoluendã,per eum tex.& Pau.Caſt.conſi.cxij. viſo tenore,ad fi.lib j.vbi idem dicit de eccleſia.& de hoc eſſe tex.in l.j.in fi.cum prin.ſeq.l. ff.de reb.eor.vbi ſi minor emit prædia ea lege,vt quoad pretium ſolueretur.ea eſſent pignori obligata venditori, non valet huiuſmodi pignus. Nam vbi dominium quæſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari.Sequitur item & dicit ſing.Fabia.qui & illum tex.allegat in tractatu emptionis & venditionis,in j.quæſt.7.quæſt.prin.& Hiero.Cagno.in repet.d.l.ij.col.ix.verſi. ſecundò quæro, C.de pact.inter emp.vbi nuncupatim dicit minorẽ ipſum non poſſe id pactũ facere:at illius tutorem poſſe.Quod & voluit Lud.Goza.in repe.eiuſdem l.in xxvij.quæſt.& conſi.xv.videtur, & cõſi.ſeq.in hac cauſa.Quæ res omnino futilis eſt.Nam ſi minor ipſe id nõ poteſt facere, quia decretum requiritur,vt dicũt Dy.& Bal,in d.l.j.§.vlt.ff.de reb.eor.nec tutor quoq;,nec curator, vt quibus etiã ius non eſt alienandi immobilia ſine decreto,per totũ illum tit.& C.de præd. minor.

11 ¶Et hanc partem non leuiter confirmat,quod in ſimili tradidit Inno. ille Canoniſtarum Coryphæus,in c.verùm,circa mediũ,extrà de fo. compe. quòd ſi baronia donata ſit eccleſiæ in feudũ, ea lege & conditione,vt ſi eccleſia ipſa non ſubeat onera ei in eadẽ donatione ſiue conceſsione appoſita,liceat concedenti eam baroniam propria autoritate occupare:non poterit tamen dominus,etiam ſi eccleſia ei legi non ſteterit,illud ipſum facere:quia cùm ſemel dominium eius rei ſit quæſitum eccleſiæ,factum eſt ſanctum ſanctorum Domino,vt ſcribitur Leui.xxvij. eodémq; vlt. ideò per nullum capi poteſt,niſi autoritate iudicis eccleſiaſtici,alioquin ſacrilegium in eis cõmittitur.c.nulli liceat,& c.ſeq.xij.quæſt.ij.Et id dictum ſequitur Raph.Fulg.in l.ſi quis curialis,C.de epiſc.& cler.& Panor.in c.verùm,poſt prin.extrà,de condi.appo.

*An eccleſia cadat re ob onus in traditione appoſitum, non agnitũ,uide nu.14*

12 ¶Sed aduerte.Nam d.l.ſi ad reſoluẽdam,C.de præ.mino.quam allegant Fran.Accur.& Io.And. eáque omnino innituntur,non dicit pactum fuiſſe in ipſo contractu appoſitum:& gl.ibi, in verbo,emiſiſti(quod iam ſuprà in prin.huius gl.diximus)intelligit, cùm fuit pactum appoſitum ex interuallo:quaſi ſecus ſentiat,ſi in contractu ipſo eſſet appoſitum. Quam etiam differentiam in multis caſibus ſuprà allegatis faciunt gl.in d.l.ſeruus,in fi.& ibi omnes,C.de pact.& in l.ſinautẽ, ff.eo.Imo.in d.l.iudex poſteaquàm.Pau.Caſt.ſibi contrarius,d.conſi.cccxviij.col.vlt.lib.j. vbi ex hoc nuncupatim reprobat illam ſententiam Fran.Accur.& Ioan.And.& rurſus idem Pau.conſi. ccxlv.in caſu præſenti parum eſt,paulò ante fi.lib.ij.

*De eadem re.*

13 ¶Sed non video quid interim reſponderi poteſt ad d.l.j.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de reb.eor. quia ibi pactum fuit appoſitum in ipſo contractu,vt patet ex illis verbis d.l.j. Et ab initio obligationis inhæſit.Niſi diceres,quòd etiam ibi pignus imperiali reſcripto confirmari debet,vt in fi.d.l.ij. dicitur,quod propè eundem effectum habet,ac ſi mero iure valeret,arg.l.nihil intereſt,& ibi gl.ff. de reg.iur.Sed id mihi non admodum ſatisfacit.Cur enim venditor,(qui aliàs,vt ſuprà diximus,nõ erat venditurus,& fortè etiam minoris ob id pactum vendidit,vt veriſimile eſt,& etiã diximus) onerandus eſt impetratione reſcripti,vt pactũ ipſum confirmetur? præſertim cùm etiam ſine ea cõuentione pignoris,ſed tacitè & ex iuris diſpoſitione vẽditor poſsit eam rem,quã vendidit,iure pignoris quaſi pignus retinere,donec integrũ pretiũ ſit ſolutum:vt eſt textus expreſſus in l.Iulianus,§.offerri,ff.de actio.emp.& in l.hæreditatis,ff.de hære.vel act.vend.& l.quòd ſi nolit,§.idem Marcellus,ff.de Aedi.edi.& quod ſcribit Bal.in l.ſi traditio,col.ij.in iij.qu. C.de act.emp. In quo igitur læſus eſt minor,qui id adiecit in lege vẽditionis,quod de iure communi intelligebatur? & certè læſus non poteſt videri,l.inter eos,§.cùm inter,ff.de fideiuſ.& ibi concor.in gl.Igitur (vt id concludam)non poſſum mihi perſuadere non eſſe mendum aliquod in textu d.l.j.in fi. & l.ſeq. quod vt facilius credam,facit Bal.qui conſi.ccccxv.illa ſolennitas, lib.ij. in diuerſam ſententiam eum tex.allegat:nullus tamen hunc ſcrupulum diſcuſsit,ac ne tractauit quidem,quod ipſe ſciam. Nec item mihi placet quod alij diſtinguunt inter tutorem,& minorem,vt iam ſuprà diximus.

*De eadem re.*

14 ¶Illa autem ſententia Inno.in d.c.verùm,de fo.compe.reprobata eſt ab Hoſti.Ioan.And.Collec. Io.Ligna.Ant.Card.Flor.Imo.qui intelligit,dummodo non iniiciatur manus in clericum,& Pan. ſibi contrario,& recentioribus in eo ipſo c.verùm,per c.cùm dilecti, extrà de dona. vbi eſt optimus tex.à contrario ſenſu,& ibi id not.Pan.in iij.no.& Barb.col.iij.verſ.no.quòd laicus,& Bald. conſi.ccc.ſtatuto cauetur quòd liceat,in ij.dubio,lib.1.vbi dicit, quòd Inno. committit fallaciam accidentis:quia non ſic ſimpliciter(vt ait)factum eſt ſanctum ſanctorum, ſed cum onere ſuo,ſcilicet luitionis,per dictam l.Caius,ff.de manumiſſ.Et hanc quoque ſententiam contra Innoc. ſequitur idem Bal.in l.caueri,ff.com.prædi.& in d.l.ſi quis curialis,& ibi quoque Barto.& Salic.per tex.ibi.C.de epiſco.& cleri.ipſe Barto.in l.vlt.ff.vt in poſſeſ.leg.& in l.iij.col.3.verſ. quid in rebus eccleſiæ,& ibi quoque Sal.in x.quæſtione,C.de pignor.& idem Bart.conſil.xcvj.dico partes iudicis,col.j.Pet.Anch.conſ.ccxviij.dubium facit in prædicta quæſtione,Card.Flor.in c.perpendimus,col.v.extrà de ſenten.excom.Rom.in repet.auth.ſimiliter,col.ix.verſi.xix.quòd licet,C.ad leg.Falc.Barb.in repe.rub.de reb.eccle.non ali.in ij.dubio.col.eiuſdem xxx.verſic. pro parte ergo affirmatiua,qui eſt ſub nu.148.Fran.Aret.conſi.xxj.ſi diligenter,col.iij.verſ.circa ſecundũ.Carol. Ruin.conſi.xxvij.circa id,col.ij.nu.4.lib.2.Sed quomodo id ſit intelligendum, videbis latiſsimè per Felin.in d.c.verùm, colum.penul.& vlt.de for.compe.vbi inter cætera vnum dicit,quòd huc proximè ſpectat,vt ſcilicet hæc Hoſtienſ.& ſequacium ſententia intelligatur, cùm pacta apponuntur

*De eadem re.*

nuntur



nuntur in conceſsione rei:ſecus ſi poſteà, per multa illic allegata. Cui adde quæ ſuprà diximus in prima quæſtione.

15 ¶Et horum quidem ſententia hac quoque ratione confirmatur,quòd in donatione facta eccleſię ea lex apponi poteſt à donante,vt non liceat eccleſiæ alienare,& ſi contrà factum fuerit, poſsit eadem res à donante reuocari;& ita etiam,vt nec ob redemptionem quidem captiuorũ aut aliã neceſſariam cauſam ea res poſsit alienari:per textum in §.ſanctiſsimas,in auth.de non alie.& voluit gl.in l.ſancimus,la j.in verbo,præfatarum,C.de ſacroſan.eccle.& alia item, quæ & alia multa in id citat,in d.c.verùm,in verbo,debeat reuocari,& ibi Card.Flor.extrà de condi.appo.Barthol. Brixi.qui id tamen intelligit,modò ſint aliæ res quæ alienari poſsint,quæſt.do.iiij.quidam laicus. Alber.in authen.hoc ius porrectum,col.iij.verſ.ſed adhuc quæro, C.de ſacro.eccle.& in l.filiusfamilias,§.diui,verſi.item conſueuit,& ibi quoque Imo.ff.de leg.j. & ſatis voluiſſe videtur Ioan. Fab.in auth.ingreſsi,col.vlt.verſi.quid ſi erat prohibitus,C.de ſacr.eccle.Sed tu de hoc vide omnino alios,in d.c.verùm,& gl.in c.ſic.quidem,x.q.j.& in §.hoc ius,in verbo,ab imperiali, x.q.ij. & Inno.in c.in præſentia,in verbo,minor annis,de proba.Fed.conſi.clxxxix.donatio, & Franc. Aret.conſi.xxj.diligenter,in j.dubio.

*De eadem re.*

16 ¶Nec tamen illud,Lector amantiſsime,omiſerim,non me interim latere,id quod ſuprà tam latè diximus & probauimus,contractum vel totum approbandum,vel totum reprobãdum(id enim firmiſsimum eſt noſtræ illius ſententiæ fundamentum)non eſſe perpetuum, ſed nonnunquam ſecus habere:vt ſatis patet ex l.cùm interdictæ.& ibi Bal.in ij.not. C.arbi.tutel. & l. Pomponius ſcribit,ff.de neg.geſt.atq; ex iis,quæ ſcribit ipſe Bal.in l.obſeruare,§.poſt hæc,col.iij. verſ.quintò quæro,ff.de offi.Proconſul.vbi ſuper hoc ſcienter diſtinguit.} Tullius quoq; in oratione pro domo ſua ad Pontifices: Quæ ſentẽtia,ait,Ceciliæ legis & Didiæ,niſi hæc,ne populo neceſſe ſit in cõiunctis rebus cõpluribus aut id quod nolit accipere, aut id quod velit repudiare? } Id quod te obiter admonere volui,vt intelligas nihil tam generale eſſe,vt non recipiat aliquam exceptionẽ aut diſtinctionem,quæ Ariſtotelis alicubi ſententia eſt.

*An ſemper totum uel approbandum ſit uel reprobãdum.*

17 ¶Secvndò quæro,retenta ea opi.quæ ius facit minori aut tutori ipſius,vel alteri adminiſtratori emẽti apponẽdi in ipſo contractu,hoc pactũ reuendendi intra aliquod tẽpus.An ipſe poterit id tẽpus prorogare ante ipſum finitũ:nam ſi finitum ſit, nemo non dubitabit id fieri nõ poſſe,quandoquidem ſpecies eſſet alienationis rei iam quæſitæ irreuocabiliter. Sed nec crediderim ante ipſum quidẽ tempus finitũ idipſum fieri poſſe,per multa quæ diximus ſuprà hoc eo.tit.§.j. in verbo,*ſeront preferés*,quæ eſt glo.illius §.ſeptima,nu.24.ſed dubium eſt in primo,& multis ſeq.

*An autem minor, aut tutor aut alius adminiſtrator, poßit prorogare tempus præſtitutum reuenditioni.*

18 ¶Quibus & illud addere potes,quod à noſtris diſputatur,vtrùm tutor & curator,aut alius adminiſtrator,poſsit prorogare debitori pupilli vel minoris aut alterius, cuius adminiſtrationẽ gerit, tempus ſolutioni debiti præſtitutũ.In quo alij dicũt nõ poſſe,per l.qui Romæ,§.Callimachus,ff. de verb.oblig.in ídq; facere l.inſtar,C.de iur.fiſc.lib.x.& l.pen.C.de erog.mil.anno.li.xj.Alij cõtrà,per l.vlt.§.ſi quis profeſſus,ff.de publi.& vectiga.vt intelligatur in publicano non pro ſe, ſed pro fiſco recipiẽte.Et ibi Bar.dicit,quòd publicanus ibi deputatus erat ad vniuerſalẽ ſolutionem faciendã,& recipiẽdam exactionẽ.In d.verò §.Callimachus, habebat ſpeciale mandatũ ad vnam ſolutionem,tanquam ſcilicet,ea ſit ſententia Barto.vt habens mandatum ſpeciale ad vnam ſolutionem recipiendam, non poſsit prorogare terminum:habens autẽ generalem poſsit.Et ita eum ſequitur Petr.Anch.in cle.præſenti,de cenſib.Sed id repræhendũt Imo.Pau.Caſt.& Rom.in d.§. ſi quis profeſſus,& Alex.in d.§.Callimachus tanquã ſcilicet mandatũ generale non ſufficiat,niſi ſit cum libera.Soci.autẽ in poſtremo loco,& Iaſo.poſt eum ſuſtinẽt Bar.in tutoribus & aliis prępoſitis vniuerſali adminiſtrationi.At Bal.in l.pactũ curatoris.in prin.& ibi Sal.in fi.negãt quempiã adminiſtratorẽ id poſſe facere,per d.§.Callimachus.Nec obſtat(inquiũt)d.§.ſi quis profeſſus, quia ibi publicanus nõ prorogauit,ſed cùm ſibi offerretur,accipere noluit,& eius mora nocet fiſco,arg.l.ſi ex legati cauſa,cũ l.ſeq.ff.de verb.obl.Et idẽ propè voluit Alex. in d.l. pactũ.vbi dicit hanc eſſe cõmunem opi.Quòd ſi hæc adeò dubia ſunt in ſimplici prorogatione tẽporis ſoluẽdi, quod affert modicũ præiudicij,quia quod differtur non aufertur,§.libertas,& ibi gl.Inſti.de ſing. reb.per fideicommiſ.relict.quid dicemus de hac prorogatione,per quam immobilia alienantur?

*De eodem.*

19 ¶Tertiò quæro,an è diuerſo tutor,aut Prælatus,aut alius adminiſtrator, qui in caſu fortè licito & permiſſo vendidit rem minoris,eccleſiæ,aut alterius,cuius adminiſtrationem gerit, cum pacto de reuendendo,poſsit huiuſmodi pactum remittere emptori liberè & ſine ſolẽnitate?Alex. interrogatus de executore teſtamenti, qui rem immobilẽ hæredis pupilli vẽdiderat cum hoc pacto,reſpondit,eum non poſſe poſteà ei pacto renuntiare,conſi.xxvij.attentis narratis,col.vlt.ver. plus videtur,lib.iij.ea ratione,quia idem iudicamus de actione competente ad rem immobilem, quòd & de ipſa re:eadémq; ſolennitas requiritur in alienatione eius actionis,ac ipſius rei: vt not. glo.& Bar.& alij,in l.j.C.ſi aduer. tranſact.cum multis ſimilibus & concor. à me latè congeſtis, ſuprà tit.præced.§.j.glo.7.in verbo,*ou autres choſes cenſées pour immeubles*,in prin. & nos quoque de hoc caſu aliquid diximus in eadem glo.nu.32.ex quo infertur.

*An illi adminiſtratores, qui uendiderũt cũ hoc pacto,poſſint illi renuntiare.*

20 ¶Ex qvo etiam poſſet videri,quòd cùm hi adminiſtratores non poſsint huic facultati expreſsè renuntiare,nec tacitè quoque eos poſſe,videlicet ex lapſu tẽporis ei facultati appoſiti,quæ tacita renuntiatio eſt,vt no.in l.ſi ego,ff.de neg.geſt.& latè diximus ſuprà eo.tit.§.j.gl.ij.num.50.

*An autem poſſint ſinere tẽpus labi in tra*

*Præiudiciũ eorum, quorũ adminiſtrationẽ gerunt.*

ad hæc cùm venditor,& ſeq.& iterum tit.præced.§.iij.glo.iiij.nu.2.Nec ſcilicet plus operetur tacitum,quàm expreſſum,contra pleniſsimè not. in d.l.cùm quid , ff.ſi cert.pet. Veruntamen ego aliter cenſeo,videlicet fieri præiudicium minoribus,eccleſiæ,& cæteris huiuſmodi, ſi eorum adminiſtratores ſinant otioſè id tempus labi ſine redemptione rei ita venditæ. Nam licèt prælatus non poſsit expreſsè renuntiare iuribus eccleſiæ,vt voluerunt Io.And.Card.Flor.& Imol. in c.ij. per illum tex.de donat.& latè diximus,in repet.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus.nu. 143. tamen ego contrarium.tamen poteſt ei præiudicare ex lapſu temporis,c.de quarta.& c.veniens, extrà de præſcrip.De quo & per Fel.in c.cùm acceſsiſſent,col.xiij.verſ.tertiò limita , extrà de cõſtit.Idemq; de præſide ciuitatis,qui etiam licèt non poſsit expreſsè ciuitati præiudicare, l.Præſes, C.de tranſact.Poteſt tamen tacitè ex lapſu temporis,l.aduerſus,cum gl.C.de vſur.cum aliis multis ſimilibus,& concord.à me adductis in noſtris Legibus connubialibus,gl.v.quæ eſt in verbo, *expres*,verſiculo,& iſtud quidem.An autem hoc caſu poſsit minor,& eccleſia,& alij horũ ſimiles reſtitui,diximus ſuprà hoc eo.tit.§.j.gl.ij.in verbo,*à tel temps*,nu.55.ſed an ſaltem & ſeq.

21 *Si in præfationibus facta fuerit mentio huius pacti, & nõ in cõtractu aut inſtrumento, utrùm ab eo ſit diſceſſum.*

¶Q V A R T Ò quæro,quid ſi contrahentes,in tractatu,ſiue præfationibus ipſius venditionis, locuti ſunt de apponendo huiuſmodi pacto reuẽditionis , poſteà tamen vel incontinẽti vel ex interuallo,dum contractum ipſum abſoluunt,de eo nihil dicunt ? aut etiam,quid ſi contractus fit & abſoluitur cum eo pacto,ſed poſteà fortè ex interuallo fit inſtrumentũ ipſius contractus à partibus ſine mẽtione huius pacti ? an his caſibus videtur eſſe receſſum ab huiuſmodi pacto? Alex. de hoc vtroque caſu loquens in d.conſi.xxvij.col.ij.verſ.& quòd non ſit,li.3.& conſi.cxxij.viſo proceſſu,col.j.verſ.ſed iſte teſtis,lib.ij.reſpondit in priori caſu primi caſus, videlicet cùm incontinenti poſt tractatum & præfationes contractus abſoluitur , non videri receſſum. In poſteriori autem caſu eiuſdem caſus,cùm ſcilicet ex interuallo contractus abſoluitur , videri receſſum. At in ſecundo caſu princ.cùm videlicet abſolutus eſt contractus cum hoc pacto , ſed poſteà etiam ex interuallo inſtrumentum conficitur,non videri receſſum. & ad hæc multa allegat , de quibus & nos diximus ſuprà huius tit.§.j.in prin,Alex.autem ſimpliciter ſequitur Hier.Cagn.in repet.l. ij.in iiij.quæſt.C.de pact.inter empt.& vend.

22 *De eadem re.*

¶Tu autem adde ad illum primum caſum tex.in l.eum qui Calendis,in princ.ff.de verb,obligat. cùm ibi dicitur,ſi autem non addat,quibus Calendis Ianuariis, facti quæſtionẽ inducit,quid fortè cenſerit,hoc,eſt quid inter eos actum ſit.Nam hæc poſtrema verba eius l.non poſſunt intelligi,niſi de eo quod actum eſt in præfationibus ſtipulationis , non in ipſa ſtipulatione, cùm prius dixiſſet,ſi non addit,&c.Et tex.quoque in l.Titia,§.j.& ibi Bart.& alios,ff.eod.tit.& not.per eundem Bart.& alios in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſogonus,ff.eod.quoque tit.& Ang.conſi.xciiij. cùm lis & quæſtio,col.iiij.verſ.ſeptimò,& vltimò.

23 *De eadem re.*

¶Ad ſecundum etiam caſum principalem adde Bal.in l.cùm allegas,col.ij. verſ. ſcias etiam quòd ad probandum,C.de vſur.& in l.multùm intereſt,col.ij.verſi.& ſi dicatur quod de iſto,C.ſi quis alteri,& in l.per retentionem,poſt Petr.ibi.C.de vſur.Bar.in l.ſi tibi liberum,ff.de act.empt. & in d.l.Titia,§.j.ff.de verb.oblig.Ang.in l.ſi quis cum aliter,& ibi Alex. col. pen.verſ. ſucceſsiuè , & pleniſsimè Iaſ.col.j.verſ.pondero in primis,ff.de verb.oblig.eundem Ang.conſ.cclxxiij.cuius factum incipit,nunc præſupponitur,paulò ante fi.Pan.in c.dudum,in vlt.not.per illum tex.de cõuer.coniu.ipſum Alex.in l.ſed & ſi me putem,§.cùm inter,in ij.not.& ibi etiam Iaſ.in iij.not.ff.de condi.inde.& eundem Alex.conſi.xxviij.viſis & accuratè,col.j.in fi.li.j.quod repetitur conſil. 31. lib.ij.& eundem conſi.lij.circa hanc dubitationem,lib.4.ſi id conſi.eius ſit,& Barb.conſi.viij.illud afferam,col.iij.verſ.& multùm eleganter,& ſeq.lib.4.Fely.qui & alios allegat in c.ſi cautio,col.21. verſ.& modum cognoſcendi.extrà de fide inſtrument.& Iaſ.conſi.xxiiij.in cauſa feudali,col. vij. verſi.reſtat & vlt.lib.iij.& Phil.Dec.loquentem etiam nuncupatim de hoc pacto conſi.xviij. cuius ſuperſcriptio incipit,an ſtatutum in venditione,col.iij.verſi.ij.ex prædictis.

24 *Teſtes, qui interfuerũt tractatui, & non cõcluſioni, nõ probant.*

¶Addes(inquam)ad hæc omnia gl.not.in l.eleganter,in prin.in verbo,idem puto.ff.de condi.indeb.per quam dicit Bal.in c.vlt.col.vlt.extrà de iura.cal.quòd teſtes,qui interfuerunt tractatui & non concluſioni contractus,nihil probant. & ad hoc illam dicit valde not. & eam quoque not. ipſe Bal.in c.j.in prin.circa medium,tit.de prohi.feud.ali.per Lotha.& idem quoque voluit idem Bal.in d.l.multùm intereſt.col.ij.C.ſi quis alter.& Alex.conſi.xiij.ex his quæ in themate, col.pe. verſ.alij verò teſtes,li.j.& iterum conſi.xviij.viſo proceſſu,col.ij.verſi.quinimo & fortius, eo.li.j. Iaſ.in d.l.eleganter.in prin.col.j.verſ.nota ſecundò.Philip.Dec.conſi.cxxxiij.viſo puncto,col.iiij. verſic.ſexta teſtis.& conſi.clix.caſus qui proponitur,col.iij.verſi. & retenta concluſione.& conſi. ccccxiiij.viſo eleganti conſi.col.pen.verſi.ſecundò reſponderur.& conſi.cccclxiij.in cauſa quæ nomine cameræ.in prin.Franc.Ripa in l.j.poſt prin.ff.ad S.C.Trebellia.nam & ſola concluſio dicitur eſſe contractus,l.ſi voluntate,C.de reſcind.vend.ibi Bald.not.negátque eſſe meliorem tex.de ea re.Et facit etiam gl.in l.Lucius.in verbo,debeant,poſt princ. ff. de his qui not.infa.quæ dicit, teſtes imperfectè narrantes conuentionem partium,nihil probare.quam annotat,ſequitur, & declarat Bal.ibi,in priore lect.& etiam ſequitur Rom.conſi.xcj.viſis ac percunctatis,col.ij.verſic.tertiò vidẽdum eſt.& conſi.cccv.quò ad ſeptimum,ante fi.& Iaſ.in d.l.eleganter.Franc.Rip.in l. admonendi,num.188.ff.de iureiur.

25 ¶Q V I N T O quæro,quid ſi in contractu non fuit conceſſa ſimpliciter facultas redimendi , ſed tantùm



tantùm emptor promiſit dare venditori eam facultatem redimẽdi intra certum tempus,vtrum venditor poterit vi huius promiſsionis agere,vt emptor reuẽdat reſtituto pretio : an verò tãtùm poterit agere , vt ei detur ea facultas ? Ego aliquando vidi eam controuerſiam inter duos ciues Rochelanos. Nam venditor agebat contra emptorem ad reuenditionem oblato pretio : emptor autem negabat pactum reuendendi à ſe factum:vẽditor probauit non quidem id pactum interueniſſe,ſed tantùm promiſsionem dandi facultatem redimendi intra aliquod tempus: ideò emptor dicebat ſe eſſe abſoluendum,cùm venditor vi eius promiſsionis poſſet tantùm agere ad implementum promiſsionis,id eſt vt ſibi daretur ea facultas promiſſa:venditor autem contrà dicebat,ſatis eſſe probaſſe promiſsionem,vt ageretur primo loco ad reuẽditionem, ídque æquitati & rationi conſonum videbatur,per tex.dicentes,vitandos eſſe circuitus,ob ídq; competere actionẽ ſine ceſsione.l.cùm fundus,§.ſeruum tuum imprudens,ff.ſi cert.pet.& l.dominus teſtamento,ff. de cond.indeb.& cle.auditor,de reſcr.cum concord.alleg.per gloſ.in duobus locis poſterioribus.

*An ui ſimplicis promiſsionis de dando facultatem redimendi, poſsit uẽditor recta agere ad reuẽditionem.*

*Circuitus uitãdus, uide 41.*

26 *Qui promiſit ſe obligaturũ poteſt recta conueniri ad rem ipſam.*

¶Quorum authoritate ſubnixus Alb.Gal.& poſt eum Ioa.And.in addit.Spec.in rub.de obliga.& ſolu.col.j.tradunt,quòd ſi quis promiſit intra certum diem ſe obligaturum ad dãdum mihi decem,poteſt ſtatim cedente die ſine alia obligatione conueniri ad illa decem.Sequuntur Rom.qui id ſing.dicit ſing.clxxxiij.obligo.Alex.qui dicit perpetuò menti tenendũ,quia prima facie multi contrarium reſponderent,Soci.Iaſ.& Fran.Purp.qui & omnes id dicunt ſing.in d. §. ſeruum tuũ imprudens,tres quidem priores in j.no.poſtremus,col.iiij.& idem quoque Iaſ.in d.l.dominus teſtamento,in iiij.no.vbi & id dicit ſing.rurſumq; in l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe.col.j.verſi. tu adde quod in ſimili,ff.de leg.j.vbi itẽ id dicit ſing.Carol.Ruin.in l.iiij.§.Cato.in viij.not.& ibi quoque Lancel.Gal.col.ix.verſ.duodecima cadit,& Hormanoctius,nu.179.& ſeq.ff.de verb.obligat.idem Ruin.conſi.xij.quamuis quæratur,col.xij.nu.32.lib.iij.vbi id dicit not.& conſi.xix.viſa petitione, col.vij.nu. 14.li.4.& Matth.Afflict.dum allegat Ioan.And.vbi ſuprà deci.Neapol.lxj.fuit lata , in prin.& in conſti.Siciliæ.incip.capitaneorum,col.vlt.& in conſt.licentiam,col.ij.in x.quæſt.& ipſe Lancel.Gal.in rub.dicti tit.de verb.oblig.col.xxv.verſi.ſciendum eſt tamen.& Ludo.Gozad.in repe.l.ij.in prin.iterúmque col.v.C.de pactis inter emp.& vend.& Gomes in §.in perſonam, nu.41. Inſtit.de actio.& Chaſſe.conſi.lvj.*veu le proces*, col.pen.verſi.imo etiam ſi iam.& Ant.Rube.conſ. xxix.viſo contractu,col.ij.verſ.& facit id quod. vbi id dicit ſing.& communiter approbatum. & Zaſius conſi.x.in cauſa,num.39.lib.2.Ex hócque infert ipſe Purpur.in d.§.ſeruum tuum imprudens , ad hunc caſum noſtrum , videlicet quòd ex promiſsione dandæ facultatis de redimendo rem venditam reſtituto pretio agi poteſt ad reuendendum,& ita dicit ſe conſuluiſſe,& obtinuiſſe.Quod & idem in hac noſtra ſpecie tenuiſſe poſt noſtram priorem editionem reperi D. Boer. deciſi.clxxxiij.alia inſuper.

27 *Promittens ſe obligare, habetur pro obligato, cũ ſtat per eum.*

¶Quibus proximè accedit,quod Pau.Caſt.conſi.ij.tria ſunt,lib.ij.reſpondit , eum qui promiſerit ſe per inſtrumentum obligare , & per eum ſteterit,quò minus ſe obligaret , haberi pro obligato poſſéque tanquam obligatum conueniri.Et quod tradit Steph.Bertr. conſi.clxxxiiij. vidi caſum in j.dubio,lib.j.nihil referre,faciat quis pactum reuendendi in contractu venditionis, an promittat facere,ad ipſius contractus reprobationem,id eſt,æquè poſſe reprobari contractum ex huiuſmodi promiſsione faciendi pacti,ac ſi factum fuiſſet in ipſo contractu,& quę ſcripſimus ſuprà in præfat.huius tit.nume.9.& vt hæc poſtrema,& ſeq.& in titu.præced.gloſſ.xiiij.in verbo , *ou equipollent à vente*,num.39.ex iis autem.

28 *Promiſsio liberandi parit exceptionem ex præſenti.*

¶Et his adſtipulatur,quod ſcribitur in l.ſi intra,ff.de pact.quòd promiſsio liberãdi,exceptionem parit aduerſus agentẽ,ac ſi liberatio ipſa iam facta fuiſſet.Ex eóq; ibi not.Bart.in fi.& Ang. quòd pactum de liberando in futurũ,producit exceptionẽ in re præſenti.quod dicit ipſe Bar. perpetuò menti tenendum,& ipſe Ang.ſing.vocat eum tex.& item ex eo voluit Paul. Caſt.conſi.cccxlij. in cauſa Frataleæ.in prin.lib.2.vbi & de hoc dicit eſſe optimum tex. vti etiã eſt,in l.ſi creditoris. C.de fideicom.quam Bal.ita ſummat,vt noſtri loquuntur, Diſpoſitio liberationis de futuro,inducit exceptionem de præſenti.& Corn.ita,Ex fideicommiſſo relictę liberationis competit debitori exceptio,etiam ante præſtitã liberationẽ.& in l.ſi non ſortẽ,§.adeò.ff.de condi.indebi. & ibi optima gl.in verbo,condicere:quæ dicit,quòd ſi teſtator damnauerit hæredem liberare debitorẽ, quamuis antequam ab hærede re ipſa liberetur,ſit adhuc naturaliter & ciuiliter debitor, cùm nec teſtator eum liberauerit,nec hæres fuerit in mora:tamen debitor habet exceptionem:& ſi ſoluat, actionem ad repetẽdum. Et ibi ſequũtur Bar.Bal.& Pau.Caſt.& eum quoq; in contractibus procedere dicit Fran.Aret.in c.veniens,extrà de teſtib.& Carol.Ruin.d.conſi.xix.vbi ſuprà lib.4.

29 *An & actionem.*

¶Quòd ſi quis dicat,huiuſmodi promiſsionem liberandi in futurum , parere exceptionem tantùm non etiam actionem:vt expreſsim dicit d.l.ſi intra,ff.de pact.primo loco allegata:ſciat id ideò eſſe,vt dicunt gl.Bart.& alij ibi,quia id pactum eo in loco erat nudum,proindéque ſatis innuentes, quòd ſi veſtitum fuiſſet adhærẽtia contractus(vt in caſu de quo loquimur)aut traditione,aut alio id genus modo actio quoque ex huiuſmodi promiſsione fuiſſet producta. Et id quoque apertè voluit gloſſ.& alij in d.§.adeò, cùm dicunt competere repetitionem ex ea promiſsione , ſi ſolutum fuerit,vti ſuprà diximus.Prætereà nihil in illo caſu debitoris intererat habere actionem, cùm apud ſe haberet , quod debebat : ideò ſatis eſſe , vt ſe exceptione tueri poſsit , cùm creditor contra eum agit. Et tamen ſi tam ſtolidus fuerit debitor , vt ſoluerit , competit ei actio ad

repetendum , vt dictum eſt.Igitur tantùm ei in omnibus prodeſt ſimplex promiſsio liberandi, atque ipſa liberatio.

*Pretium datũ, & promiſſum parificantur. Paria ſunt ſoluere, & promittere, uide num.56. Prohibitus uẽdere, cenſetur prohibitus promittere uẽdere, uide nu. 46.& 53.*

30 ¶Et hæc quidem fulcit,quod voluit gl.in l.iubemus nulli,§.j.in verbo,acquirantur, C.de ſacroſ. eccl.quòd is tex.loquens de pretio dato,habet locum & in promiſſo tantùm:quaſi nihil interſit, an des aliquid,an promittas dare.& eam ſequuntur Petr. Cyn.Bart.& alij ibi.Et quod alibi dicitur,paria eſſe realiter ſoluere,& promittere de ſoluendo,in l.vlt.C.ad l.Falc.& l.fuit quæſtionis, & ibi Alex.in vlt.not.ff.de acq.hær.& l.ſi patronus,§.de illo,ff.de donat.& l.ſi quis teſtibus,ibi, donatione vel promiſsione,C.de teſtib.& l.generaliter,quæ eſt iij.§.hoc edicto, ff.de calum. vbi id probatur etiam procedere in pœnalibus. Ex hócque Bal.in d.l.vlt.not.prohibitum vendere, prohibitum quoque,ne promittat vendere, cenſeri. quem videtur ſequi, dum ſimpliciter allegat, Alex.conſi.xviij.viſo inſtrumento,col.ij.verſi.confirmantur prædicta,li.4.& expreſsius conſi. cvj.ſuper alio,col.j.lib.7.& Iaſ.in l.ij.col.vlt.verſ.ſecundo modo,ff.de iuriſ.omn.iudi.& in l.vlti. char.vlt.num.134.per prædicta plenè,C.de iur.emphy.Et hoc optimè probatur in l.ſi ad reſoluẽdam,C.de præd.mino.ex quo no.Bart.& Sal.quòd qui alienare non poteſt rem quampiam, nec eandem promittere poteſt. Vnde etiam Barb.conſi.lj.ſcripſit ſapientiæ fons,col.xij.verſicu. capio nunc alium,cum multis ſeq.lib.j.reſpondit ſtatutum prohibens ſub pœna eandem rem vendere duobus,habere locum ſi quis primùm promiſerit vni reuendere,& poſtea alteri vendiderit , reſértque ſuperiori anno ſe conſuluiſſe,eum qui promiſit ſub pœna alteri non vendere, in pœnam inciderit,ſi promiſerit vendere.

*De iiſdem rebus multa.*

31 ¶Et facit c.ij.& iij.& c.ex tenore.extrà de conceſ.præb.vbi æquè prohibetur,promitti beneficium ante vacationem,ac conferri.& cap.vlt.extrà de eo qui ducit in matr. vbi æquè prohibetur promittere ducturum ſe aliam vxore viuente,ea mortua,ac ipſam aliam ducere.& quod ſcribitur in l.is cui bonis.ibi,vel promittendo obligari,& quod ibi not.Iaſ.col.ij.in iiij.not.ff.de verb.obliga. Et quod tradit Bald.in c.in cauſis,col.j.verſi.tractatus , extrà de elect.quòd tractatus dicitur eſſe principium rei,adeò vt qui tractat de vendendo aliquam rem,eam dicatur vendere,vt dicit not. in l.debitor.ff.de ſepar.Et quod nonnulli voluerunt,l.ſi quis argentum. C.de donat.loquentem de donatione , vt etiam ea nudo pacto facta valeat,habere locum & in ſimplici promiſsione donandi. Hoc enim magna autoritate voluit Bart.cui omnes primas partes Iuriſprudentiæ tribuũt, in l.iuriſgentium,in princ.poſt med.& ibi quoque Fortu.Garc.col.xxxj.verſi.ſubſequenter quærit,& multis ſeq.ff.de pact.iterúmque ipſe Bart.in l.vlt.col.ij.verſi.non obſtat quòd ex iſto. ff. de condit.ob cau. Angel.in d.l.ſi quis argentum.§.vlt.in epit.eius §.Sed de hoc poſtea pleniùs dicemus infrà nu.48.nunc ſe offert.

*L.ſi quis argentum habet locum in ſimplici promiſſione donãdi, uide num.48.*

*Dos data & promiſſa à patri procedunt.*

32 ¶Sed & huc pertinet,quòd idem ius ſtatuitur in dote conſtituta & tradita,atque in promiſſa tãtùm & non tradita,in l.vlt.ibi,dederit,vel promiſerit.C.de dot.promiſ.& in l.ex morte.verſic.ſimilíque modo,C.de pact.conuen.& l.vt liberis.C.de colla.in quibus eſt ſimil.tex.& in l.filiæ dotem.ibi,dotem à patre datam,vel conſtitutam,eo.tit.& in l.vlt.ibi,dos quæ data dicitur,vel promiſſa,C.ſolu.mat.& l.vlt.C.de interdic.mat.vbi idem propè tex.eſt.& l.ſi quis inceſti.ibi , dos ſi qua fortè ſolenniter aut data,aut promiſſa fuerit,C.de inceſt.nup.Nam & dos promiſſa tantùm, dos eſt,vt probatur in rubr.C.de dot.promiſ.& in l.ſi pro dote.& l.ad exactionẽ.eo.tit.& in rubr. C.de dot.cau.non numer.& in l.ſi ſocer,§.Lucius.ff.ſolu.matr.vbi Paul.Caſtrenſ.not.Eáque data cenſetur,auth.dos data.C.de don.ante nup.quam in hoc expendit Bald.conſi. ccxxx. actioni de dote,lib.iiij.nec ſecus ea confertur,ac ſi tradita fuerit.l.j.§.j.ff.de colla.dot.& l.ij.C.de colla.Ex eáque dicitur mulier dotata,acſi etiam tradita fuiſſet.l.cùm poſt mortem.§.j.verſic.ſed is de quo. iuncta gl.in verbo.promiſerit.ff.de admi.tuto.& voluit Bar.in l cùm plures.§.vlt.in fi.per glo.ibi. ff.eo.tit.& Bal.in l.ſi pater.per illum tex.in verbo,deſtinatis.C.de ſponſ.& conſi.ccxxiiij.vir fuit confeſſus,col.ij.verſi.quartò hoc probatur,lib.v.vbi & alia iura allegat. & Salic. in l.ſi conſtante, col.ij.C.de donat.ante nupt.& Raph.Fulg.conſi.xl.Dominicus,col.iij. verſ. in aduerſum facit. & Calca.conſi.xxx. Antonius,col.iiij. verſic.nec obſtat quòd dos. Quanquàm in contrarium facit text.in l.Titio centum.§.Titio genero.verſicu.ſi poſt diuortium.ibi,vt incipiat eſſe dotata, ff.de cond.& demon.quem in id pauci expenderunt,& alius tex.in l.ſi ſocius,ff.pro ſoc.ibi, verùm in propoſito largius intereſſe videbatur,dos numerata eſſet,an verò promiſſa.

*Statutũ & pactum deferens lucrum dotis, habet locum in promiſſa.*

33 ¶Sed priorem partem confirmat,quòd ſtatutum & pactum deferens lucrum dotis marito,habet locum in huiuſmodi dote promiſſa tantùm.l.ſi donaturus,§.j.iuncta gl.& ibi Pau.Caſt. & Alex. qui id dicit communiter teneri.& Iaſ.ff.de condi.ob cauſ.& l.mulier.in prin.iuncta gl.ff.de cõdit. Inſtit.& l.ſi marito,§.j.iuncta quoque gl.& ibi etiam Bart.Raph.Com.& Pau.Caſtr.ff.ſolu.matr. & §.dotes,& ibi Ang.in Auth.de nupt.& gloſſ. in l.ex diuerſo.in verbo,hoc iuſtum.& ibi Franc. Aret.qui eam legit cum §.ſocero,l.rei iudicatæ.ff.ſol.matr.& Ang.in l.ſi prædiorum , in fin.C.ad legem Falcid.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe, vti fecit conſil.lxxvj.ſtatutum loquitur.& iterum latè conſi.clxxx.præmitto ad euidentiam.Saly.in d.l.ſi conſtante.col.ij.verſi.noto ad quæſtionem,C. de donat.ante nupt.& in l.cùm in te.col.ij.verſic.& faciunt hæc eod.tit.Rapha.Com.in l.de diuiſione.& ibi Socin.qui id optimè & ſcientiſsimè declarat.& Iaſ.ff.ſolu.matri.Paul.Caſt.& Alexan. poſt Dyn.in l.ſed hoc ita. quam legunt cum l.non tantùm.ff.de re iudica.Franc.Aret.in l.ij.col.j. ff.ſolu.matri.Soc.qui id dicit communiter teneri,conſi.xxxij.in præſenti conſultatione,col.pen. verſi.



verſi.quibus ſuppoſitis.lib.iij.Matth.Afflict.d.conſtit.licentiam.in x.q.Franc.Cur.iunior,qui hãc dicit eſſe communem concluſionem,conſi.cxxix.præſupponitur,paulò ante fi.

*Conſtitutio loquens de dote data,habet locum in promiſſa.*

34 ¶Quinetiam ſi conſtitutio expreſsè loquatur de dote data,aut de dante dotem, ea habet locum in dote promiſſa,aut in promittente dotem tantùm.Nam gl.in l.j.§.accedit.in verbo,fecerit.in fi. C.de rei vxor.actio.trahit eum tex.loquentem de eo qui dotem dedit , ad eum qui dotem promiſit,nec tradidit:nam ex promiſsione(inquit)fit dos,per d.l.ſi donaturus. & eam ſequũtur Cy. in j.q.Bar.& Sal.& alij,ibi.Similiter & gl.in l.qui ſe debere.in verbo,actionẽ,ff.de condi.ob cauſ. affirmat eum tex.loquentem in eo qui dotem promiſit & dedit,habere locum & in eo quoque, qui tantùm promiſit,nec dedit:tanquàm paria ſint promittere,& dare vel ſoluere per d.l.vlt.C. ad leg.Falc.quam ea gl.alleg.& eam ſequuntur Bar.Bal.Ang.Raph.Fulg.Chriſto.Caſtel.Ro. Pau. Caſt.Alex.& recentiores ibi.& Bart.in d.l.ſi donaturus,§.j.

*Authenti. ſed quãuis.procedit etiã in dote promiſſa, uide nu. 60.*

35 ¶Sed & multi tradunt auth.ſed quamuis.C.de rei vxor.actio.qua patri tollitur facultas diminuẽdi priorem dotem,cùm filia iterum nubit,procedere etiam ſi pater dotẽ tantùm promiſerat, nec dederat.Ita enim voluit Sal.licet ſubobſcurè ibi, verſ.quartò circa verbum diminuere.& Soc.etiã clanculum,conſi.lxix.viſo laudo,in ij.dubio.lib.iij.& Franc.Curt. ſenior conſi.xxvij.magnificus vir,in iiij.dubio.& apertiſsimè Iaſ.in l.filia legatorum.paulò ante fi.C.de leg.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,& Phil.Dec.in l.vt liberis.col.j.in v.not.C.de colla.& latè conſi.xxxv.præſtantiſsime doctor,col.ij.verſ.circa ſecundum.etiam per d.l.vlt.C.ad l.Falc.& iterum in addi.eiuſdem conſi.col. 2.verſ.ſecundò ius non eſt:rurſúmque in ij.addit.col.ij.verſ.ſecundò principaliter.

*Diſpoſitio deferens lucrum dotis datæ, obtinet & in promiſſa, uide 58 Vt pactum.*

36 ¶Imò verò & id procedit in diſpoſitionibus exorbitãtibus,atque etiam ſtatutis,in quibus verba debent ſtrictè & propriè accipi:nam & pactum & ſtatutũ,de quibus ſuprà locuti ſumus, ex quibus ſcilicet maritus lucratur dotem datam,aut partem illius,habet locum in dote promiſſa tantùm.Et vt intelligas quid interſit inter id quod nunc dicimus,& id quod ſuprà diximus verſic. ab hinc iij.ibi locuti ſumus,cùm pactum & ſtatutum loquitur de lucro dotis ſimpliciter,hîc verò dotis datæ,vt videri potuiſſet non habere locum niſi in dote data propriè:& tamẽ, vt diximus, habet locum etiam in dote promiſſa,necdum data.Nam de pacto eſt tex.in d.l.ex morte.in fi.C. de pact.conuent.quem ad hoc dicit ſing.Fran.Aret.in rub.ff.ſolu.matr.col.pen.verſ.ſed pro Angelo.& illum ante eum in id citauit Bald.conſi.ccxc.quòd vir non lucretur,lib.j.

*Et ſtatutum.*

37 ¶Et de ſtatuto voluit Bar.conſi.cxxxiij.ſtatuto ciuitatis Eugubij.Ang.d.conſi.clxxx.& Salyc. in d.l.ſi conſtante,col.ij.verſi.no.ad quæſtionem,C.de donat.ante nup.vbi plus dicit id procedere, etiam ſi ita ſtatutum loquatur,vt vxore mortua ſine liberis,maritus dimidiam partẽ dotis tãtùm reſtituat,& alteram ſibi retineat:cuiuſmodi eſt ſtatutum Brixiæ.Nam illud verbum,reſtituat, non videtur poſſe adaptari ad dotem promiſſam,nondum datam,quòd ea reſtitui non poſsit : & tamen ibi tenet cõtrarium,& etiam in l.vlt.C.ſol.mat.& Alex.conſi.lxiij.ſtantibus his,col.vlt.verſ. nec obſtat ſi diceretur,lib.iiij.quod repetitum eſt conſi.xxxix.lib.vj.& Corn.non obſcurè conſi. cxxvij.licet in hac conſultatione lib.4.& Caro.Rui.conſi.cxxxiij.viſis ſtatutis.col.iij.nu.4.& col. ſeq.nu.6.{& Mar.Soc.iunior conſi.xxxv.quatenus dubitatur,col.iij.nu.10.lib.j.}

*Præſertim ſi is qui promiſit ſit in mora.*

38 ¶Præſertim verò id obtinet,ſi is qui promiſit,fuerit in mora tradendi,vt & illi ſatis apertè intelligunt.Nam tunc haud dubiè atque citra cõtrouerſiam id obtinet:vt apertiſsimè tradit Bal.in d. l.vlt.col.ij.verſi.ibi dederit,C.de dot.promiſ.vbi ita dicit ſe conſuluiſſe.& Raph.Co.in d.l.ſi marito,§.j.ff.ſol.mat.Pau.Caſt.in d.l.iubemus nulli,§.j.C.de ſacroſ.eccle.& in l.peculium eſt.in prin. ff.de pecu.Alex.in d.l.ſi donaturus,§.j.verſ.vltimò item facit.& ibi quoque Iaſ.col.pen.verſ.pulchrum dubium eſt,ff.de condi.ob cau.& idem.Alex.in d.l.ſed hoc ita,ff.de re iudica.& d.conſil. lxiij.lib.4.Franc.Aret.in d.l.rei iudicatæ,§.ſocero.ff.ſol.mat.& Soc.d.conſi.xxxiij.lib.iij.

*Similiter ſtatutum aut pactum repellẽs fœminas dotatas,habet locum, cùm dos eſt promiſſa.*

39 ¶Et idem quoque eſt de ſtatuto aut pacto repellente fœminas dotatas à ſucceſsione , vt ſcilicet habeat locum etiam ſi dos tantùm promiſſa fuit.Nam de pacto affirmauit Bal.in l.ſi plures , col. vij.verſ.item iuxta hoc quæritur,C.de condi.inſer.De ſtatuto And.Iſer.ſi ad ſtrictum ius, inquit, reſpiciamus,in c.j.col.v.verſ.videtur quòd promiſsio,tit.de nat.ſucceſſ.feud. Bald. in l.non ſine, col.j.verſ.modò hîc quæritur,C.de bon.quæ lib.Iaſon qui ſolùm Bal.in d.l.ſi plures.citat,tanquã de ſtatuto loquatur.& id dicit ſing.conſi.xj.in dubio ſuprà formato,poſt prin.lib.j.Matth.Afflic. deciſ.Neapo.lxj.fuit lata ſententia,& d.conſtitutione,licentiam,in x.quæſt.& Ferro. in conſuetu. Burdig. tit.de teſtamentis,§.xv.in princ.

*Et idem,ſi dos tantùm ſit legata,aut cõſtituta,uide 59.*

40 ¶Et hanc opi.adiuuat,quod à pleriſque traditur, quòd in caſu huius ſtatuti repellentis fœminas dotatas,ſatis eſt dotem fuiſſe à patre in teſtamento legatam ſiue cõſtitutam vt filia excludatur. Ita enim voluit Bar.in d.l.Titio centum,§.Titio genero,col.3.verſ.quæro ſtatutum eſt,& ibi cæteri,præter paucos,quos infrà citabimus,ff.de condit.& demon.& in l.qui pupillam,per illũ tex. ff. de adult. & in l.quod autem,ff.de iure dotium,& in l.non eſt matrimonium,etiam per illum tex.ff.de rit.nup.{& in l.cùm plures.§.vlt.ff.de admin.tut.}& Bald.in d.l.non ſine , vbi ſuprà , C. de bon.quæ lib.vbi id ſcienter tractat,& in c.vlt.colum.j.verſ.item ſatisfactum,extrà de conſuet. & conſil.lxxvij.de iure communi,lib.4.{& conſil.clvij.Titius habens tres filios,lib.v. vbi tamen videtur hæſitare.}& conſi.clxxvj.ſtatuto cauetur,poſt prin.eo.lib.v. Ang. conſil. xcij.Petrus de vrbe,col.j.& Raph.Fulg.conſi.xl.Dominicus,col.vlt.verſ.in aduerſum.Petr.Anch.conſi.clxviij. pro veritate,col.j.verſ.ſic igitur intellecta.Lau.Palat.in tracta.ſtatutorum excludentiũ fœminas, colum.

col.xviij.verſ.dixi autem ſuprà,Pau.Caſt.in l.j.in fi.C.vnde vir.dum alleg.Bar.in d.§.Titio genero.Ang.Aret.qui id dicit ſeruari in practica,in §.fuerat,col.xvij.verſ.vnum tamẽ aduertas, Inſtit. de actio.Franc.Cre.ſing.iij.ſtatuto cauetur,vbi id dicit ſing.& Soc.conſi.xcij.circa primum , col. 4.verſ.nec obſtat cauda,lib.j.& Iaſ.in rub.ff.ſol.mat.col.3.verſ.quarta concluſio:& ibi etiã Franc. Rip.col.xv.nu.lxj.ex iſta concluſione.& idem Ripa.in l.quæſitum,§.j.ff.de priuil.credit. & Ant. Rub.conſi.lxxiiij.circa dubium,col.xxj.Et bene etiam facit,quod ab ipſo Angel.reſponſum eſt, conſi.ccxlix.conſultatio,circa medium.

*Statutum ſummouẽs præſcriptiones in dotibus,habet locum in legato nomine dotis relicto.*

41 ¶Nam & Bal.ille,quem vbique vides,vbique audis,vbique inſcriptum & allegatum conſpicis, vt qui de omnibus rebus alicubi locutus eſt,& vt dicit Iaſ.in l.iij.nu.35.ff.de leg.j.nihil intactum reliquit,Bal.inquam conſi.cclxxxvj.cuius exordium eſt,ſuper primo puncto,verſ.ſuper ſexto, li.3. ex facto interrogatus reſpondit,ſtatutum diſponens vt in dotibus non currat præſcriptio, extẽdi etiam ad legatum relictum nomine dotis:tanquam habeatur,ac ſi iam traditum fuerit pro dote.& id refert & ſequitur,& dicit ſing.Catel.Cotta,dictorum ſing.Bal.maximus ac ſolertiſsimus indagator ac collector,in memor.incip.dos habet multa,verſ.hinc etiam, & iterum memori. incip.ſtatuta debent interpretari,verſ.ſecundò addo.

*Aliud fideiubere, aliud id promittere.*

42 ¶SED quorſum hæc,Lector, niſi vt intelligas nihil referre promiſeríſne tantùm,an & promiſſa compleueris:vt ſcilicet ex ſola promiſsione aliquid faciendi agi poſsit,ac ſi id iam factũ eſſet.quæ fuit Io.And.ſententia,quam ſuprà in prin.huius quæſt.citauimus.Verùm Philip.Dec. in d.l.cùm fundus,§.ſeruum tuum imprudens.in j.not.ff.ſi cert.pet.dicit illud dictum Ioan.And.ſemper viſum fuiſſe ſibi dubitabile multis rationibus.Prima,quia qui promiſit ſe obligaturum ad decẽ,non videtur ſe velle obligare de præſenti,vt ſonant verba:Igitur non videtur,ſtatim ad illa decẽ eum poſſe præter intentionem conueniri.arg.l.non omnis,ff.ſi cert.pet.Secunda quia qui promittit ſe obligare,obligatur ad factum:quia contractus ſunt facti.l.conſilio,in fi.ff.de cura.fur.& ad hoc eſt tex.in l.ſi pœnam,in fi.ff.de verb. oblig. vbi ſi quis hoc modo ſtipulatus ſit , pecuniam te mihi crediturum ſpondes?incerta eſt ſtipulatio:quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt. Ex quo ſequitur,pecuniam ſtatim peti non poſſe,quia ad factum quis præciſè non tenetur. l.ſi quis ab alio,ff.de re iudic.Tertia ex tex.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,§.vlt.ff.de verb.obli. vbi ille qui promiſit fideiubere , non dicitur fideiuſſor,ſed obligatur ad intereſſe. Quarta, quia aliud eſt pactum de vendendo,aliud venditio,vt not.Iac.Anch.Bald.& Ang.in l.j. C.de pact.pign.vbi ex hoc dicunt,quòd ſi de contractu venditionis debet ſolui gabella,non ſoluitur de pacto de vendendo,quia ea promiſsio non eſt venditio.l.in bonæ fidei.§.ſi tamen, ſecundum vnum intellectum,ff.de eo quod cer.loc.vbi probatur,conductionem eſſe bonæ fidei,promiſsionem autẽ cõducendi,ſtricti iuris.Et vt id Decio addas idem voluit ipſe Ang.in l.ſi pupillus,in fi.& ibi quoq; Alex.etiã in fi.ff.ad leg.Falc.Et ideò,vt ſubdit ipſe Decius,obligatus ad vendendũ, liberatur vẽdendo ſimpliciter,nec per talem promiſsionẽ obligatur ad tradendũ,Bal.in l.vlt. C.de pact. inter empt.& vend.Franc.Aret.conſi.xxviij.diligenter animaduerſis.in j.dubio,vbi ex hoc reprehẽdit quoſdam alios conſultores,qui præſupponebant pactũ de vẽdendo poſitum in inſtrumẽto, eſſe venditionẽ:de quo nos amplius dicemus infrà nu.56.facit prætereà.Et facit(inquit Decius)quod notat Ro.conſi.lxxxvj.viſo quæſtionis themate,col.2.verſ.primò quia ex prima:vbi dicit : quòd promiſsio de cedendo,non inducit ceſsionem.Tandem ſubiungit Decius non obſtare iura, quæ iubent vitandum circuitum quia videntur procedere in caſibus expreſsis à iure : aliàs ſecus. Vel etiam habent locum,vbi circuitus eſſet inutilis:ſecus,ſi aliqua inſit vtilitas:vt not.Card.in d.cle. auditor.in xiiij.q.de reſcrip.Cui in hoc adde alios multos concor.à nobis adductos ſuprà eo. tit. §.ij.gl.j.nu.71.ad decimumſextum.In d.autem caſu Io.And. non videtur circuitus inutilis:quia debitor habet dilationem ad ſoluendum,in quo(vt & illi hoc addas)maxima eſt vtilitas: vt patet ex iis,quæ latè ſcripſimus ſuprà tit.præced.§.j.glo.xviij.in verbo,*le pris que la choſe aura couſté*,nu. 34.ego tamen,& ſeq.& quia etiam voluntas promittentis fuit limitata.d.l.non omnis , ff.ſi cert. pet.Hæc propè Dec.Cuius ſententia, &ſi illius non meminit,placuit Hipp.Marſi.ſing. ccccl xix. dicit profectò.{Et de eo dubitat Hier.Gratus conſi.cix.viſis inſtrumentis,col.j.nu.11.lib.j.}

*Gabella, quæ debet ſolui ex venditione,nõ ſoluitur ex illa promiſsione*

*Aliud ceſsio, aliud promiſsio cedendi. Circuitus quãdo vitandus.*

*Aliud redhibere, aliud id promittere. Aliud latrones depræhendere, aliud id promittere.*

43 ¶Cui poteris addere & alia pleraque ad poſtremam illam ſuam rationem pertinentia , videlicet tex.in l.quòd ſi nolit,§.in factum,verſ.illud planè,ff.de Aedil.edic.vbi aliud eſt redhibere, aliud promittere de redhibendo,& in l.non omnes,§.vlt.ff.de re mili.vbi aliud eſt latrones depræhẽdere,& transfugas demonſtrare:& aliud hæc ipſa polliceri.& in c.qui poſt votum.& ibi gloſ.j.de regularib.lib.vj.vbi aliud eſt vouere de intrando,ſiue profitendo religionem,aliud religionẽ profiteri:illud enim non impedit aliam profiteri etiam laxiorem:hoc impedit. & gloſſa in l. Titius, in fi.ff.de pign.act.quæ dicit aliud eſſe dare pignus in ſolutum,aliud promittere:illud enim prohiberi,hoc minimè:per illum text. Sed de hoc tamen vide quæ dicam infrà in eadem gl.nu.142, quartò & vltimò,& ſequen.

*Promiſsio, de cõtrahẽdo,nõ eſt cõtractus. Aliud cõmodare, deponere,mutuare: aliud hæc promittere.*

44 Et vt relinquamus tex.& glo.adde Bart.in l.ſingularia,col.iiij.verſi.aſſumamus,primò,ibi, quandoque præcedit ſtipulatio,ff.ſi cert.pet. vbi dicit,quòd promiſsio de faciendo contractum , non eſt is contractus,qui in ea fieri promittitur,& eũdem Bar.in d.l.ſi pupillus,in fi.prin. & ibi quoque Nico.Neapo.Ang.Imo.Pau.Caſt.& Alex.ff.ad leg.Falc.& ipſum Bart. in l.iuriſgentium , in princip. poſt medium,ff.de pact.vbi dicit,quòd pactum de commodando , deponendo,vel mutuando,



tuando,non eſt commodatum depoſitum,aut mutuum,& in l.vlt.col.ij. verſi. non obſtat quòd ex iſto,ff.de condic.ob cau.

*Arbitria ſuper vẽditionibus non pertinent ad promiſsiones.*

45 ¶Et vt ad cæteros pergamus,adde Alb.Sal.& Pau.Caſt.qui illud dicunt de promiſsione vendẽdi,in d.l.in bonę fidei,& ibi quoque Fulg.qui dicit contractum non eſſe factum ex promiſsione faciendi.Ex hócque dicit,quòd ſi ex ſtatuto datiarij habeant arbitrium ſuper vẽditionibus factis: ſi quis tantùm promiſerit vendere,id non pertinebit ad eorum arbitrium.Et dicit etiam Pau.Ca. ibi quòd ſi facta eſt tantùm promiſsio de vendendo,& is cui facta eſt , aliquid ſoluit pro venditione futura:poterit pœnitere,antequàm fiat venditio,& id repetere,quod ſoluit,de quo tu vide ibi Iaſ.amplè.Sed cui adde eundem Paulum idem quoque volentẽ conſi.xciij. in cauſa quæ vertitur,per totum,maximè verò col.v.verſ.ſed in contrarium,lib.ij.Sed & ipſe Paul.Caſtr.in d.l. in bonæ fidei,vt à quibuſdam allegatur,dicit,quòd ex ſola promiſsione vendendi ſine cõſenſu domini,emphyteuta non cadit emphyteuſi.ita enim illum nuncupatim refert ( licet id non dicat in meo codice)& ſimul ſequitur ipſe Iaſ.in l.vlt.nume.134.per prædicta planè,C.de iure emphy. At idipſum expreſsè voluit Alex.quem neuter citat conſi.clxxiij.viſo themate,col.ij.verſi. ſecundò reſpondeo,lib.ij.quod repetitur conſi.xcj.lib.iij.Et idem de feudo ſtatim dicemus.

*Aliud pactum reſoluẽs,aliud de reſoluẽdo. Prohibitus ad lienare,poteſt in id ſe obligare. Promiſsio vẽdendi ſine certo pretio valet.*

46 ¶Nunc ad Bal.veniamus.Is in l.ab emptione,col.ij.verſ.ex prædictis,ff.de pact.dicit aliud eſſe pactum reſoluens,aliud pactum de reſoluendo,ex hoc enim non oriri reſolutionẽ.Idem in l.vlt.§. emptor paulò ante fi.C.com.de leg.dicit,quòd qui non poteſt alienare,poteſt tamen ſe obligare ad alienandum.Idem in l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,in ij.not.& ibi poſt eum Franc.Aret.in iij.not. ff.de lega.ij.dicunt per illum tex.quòd licet venditio ſine declaratione certi pretij non valeat, §. pretium,Inſti.de empt.& vendi.valet tamen promiſsio vendendi:quod & voluit ipſe Bald. in l.j. col.pen.C.com.de leg.Idẽ in c.j.§.aut ſi libellario,col.ij.verſ.& idẽ dico,tit.quib.mod.feud. amit. vbi ex hoc dicit,quòd vaſallus ob ſolam promiſsionem vendendi non cadit feudo:quia promittere(inquit)non eſt alienare,& allegat quædam iura,quæ non admodum(ni fallor)faciunt.Et idẽ voluit Car.Alex.qui Bal.non meminit,in c.j.in prin.col.2.verſ.per hoc reſtat illatio,tit. de prohi. ali.per Fed.Idem conſi.ix.factum tale eſt anno domini,col.iij.verſ.ſecunda ratio,lib.j.quod repetitur conſi.clxxxviij.li.3.dicit aliud reuerſum eſſe,aliud reuerti debere:ſicut aliud liberũ eſſe, aliud liberandum:aliud alicui eſſe prouiſum,aliud prouidendũ,per l.qui ſe dicit,ff.de iudi.Idem conſi. ccccl v.quæritur an filiafamilias,lib.ij.dicit quòd licèt donatio cauſa mortis facta ſtipulatione, aut etiã pacto,ſit obligatoria,per no.in l.j.in magna gl.ff.de act.& oblig.& in auth.ſacramenta puberum,C.ſi aduer.vendi.ſi tamen interuenit ſola promiſsio donandi,non eſt contractus obligatorius:per not.in l.ij.ff.de dote præleg.& in l.legatis,ff.de leg.ij.Et ipſe Bal.conſi.cccxciij. præmiſsis duabus,col.j. lib.4. vbi ex eo quod ſuprà diximus de differentia venditionis & promiſsionis de vendendo,conſuluit in pulchro caſu.

*Promiſsio pacis,non eſt plena reconciliatio. Aliud promiſsio renouandi locationem , aliud eam renouare.*

47 ¶Sequitur Ang.illo fratre non indignus,qui in l.Lucius,per illum tex.ſecundum vnã lect.ff. ſol. matr.ex hoc dicit,quòd ſi ij qui inuicem prælìantur,pollicentur ſe facturos pacem, non per hoc dicuntur inuicẽ plenè reconciliati.Id quod dicit vidiſſe in curia Romana in perſona domini Barnabouis,& conſi.clxxxiiij.ex forma & ſerie,col.vlt.vbi dicit,quòd ex promiſsione facta in locatione de renouando finito tempore,non eſt quæſitum aliquod ius in re,nec competit actio,tanquam ſi res eſſet verè renouata,ſed actio ad intereſſe,& ſequitur Barb.conſil.lj. ſcripſit ſapientiæ fons,col.xiiij.verſ.ex iſto fundamento,lib.j.& Alex.conſi.lxviij.viſis duobus,col.ij.verſ.per ſuprà dicta,lib.j.quod repetitur conſi.clv.lib.ij.& Matth.Afflict.in conſtit.Siciliæ incip.conſtitutionem diuæ memoriæ,col.xij.verſ.vndecimò quæro.

*Aliud donare, aliud promittere.*

48 ¶Nunc ſe offert Sal.horum contemporaneus,in l.ſi quis argentum,§.ſed & ſi quidem,C.de don. vbi contra id quod nos diximus ex Bart.& aliis ſuprà,nu.31.& facit,tenuit eam l.loquentẽ in donatione,non habere locum in promiſsione donãdi:quia aliud ſit donare,aliud promittere de donando,& idem dicit ipſe Sal.in l.ij.col.vlt.C.de cond.ob cau.& Io.Fab.in §.aliæ,col.ij.verſic.quid ergo ſi quis,Inſt.de don.& Imo.in l.in ædibus,§.ex rebus,col.j.ff.de don.& in c.qualiter,extrà de pact.Io.Ana.conſi.lxiiij.viſa petitione,vbi idem dicit tenuiſſe Franc.Ramp.in l.vlt.ff.de cond. ob cau.& idem quoque voluit Bap.Sanſeueri.in ſuo tract.de pact.q.vj.col.pen. & Alex. in d.l.iuriſgentium,in prin.col.iij.verſ.item adde,ff.eo.vbi dicit hanc partem eſſe veriorẽ:quamuis Bart. ibi tenuerit contrarium,& idem quoque voluit idẽ Alexan.conſi.cxix.ſuper j.dubio,ad fi.lib.vij. & Ang.Aret.in §.in perſonam.col.v.Inſti.de acti.& Phil.Dec.in l.pacto quo pœnam,col.vlt. & ibi quoque Alci.C.de pact.Rurſus idem Sal.in l.Papinianus,ff.de dona. inter vir. & vxor. quòd appellatione donationis non continetur promiſsio donandi:intelligítque eum tex.requirentẽ traditionem,procedere in ſimplici promiſsione:tanquam aliud ſit in donatione,vti etiam fecit ante eum Bart.ibi,glo.& Cy.in l.ij.C.de do.cau.non numer.& expreſsiſsimè Bald.hanc differentiam faciens,conſi.cccxcviij.caſus talis eſt.lib.j.& Pau.Caſt.conſi.cxxxviij.dicta donatio,col. vlt. lib.j. {licèt omnes vbique eam l.Papinianus.intelligant in donatione. Qui locus in memoriã reuocat, quod Martialis ſcribit lib.x.epigramma.xvj.in Caium,

*Si donare vocas promittere,nec dare,Cai:*
*Vincam te donis,muneribúſque meis.*
*Accipe Callaicis quicquid fodit Aſtur in aruis,*

Aurea

*Aurea quicquid habet diuitis unda Tagi,*
*Quicquid Erythræa niger inuenit Indus in alga,*
*Quicquid & in nidis vnica ſeruat auis,*
*Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno:*
*Quicquid habent omnes, accipe, quo modo das.}*

*Iuramentum interpoſitum in promiſſione uendendi, non impedit alienationem.*

49 ¶Succedit Imo.qui in c.cum cõtingat.col.lxxxvj.quæ eſt in ea char.quæ proximè præcedit, col. antepen.verſic.tertio caſu,quando interponitur,extrà de iureiur.dicit,quòd is qui iurauit, id eſt interpoſito iureiurando promiſit vendere, non per hoc impeditur alteri vendere, & tradendo dominium transferre:iuxta l.quoties,C.de rei vend.nec ex ea promiſsione etiam iureiurãdo confirmata,agi poteſt,niſi ad intereſſe, per quædam ibi allegata ab eo. & nuncupatim refert & ſequitur Cardin.Alex.in c.ſi facta,col.ij.tit.ſi de feu.fuer.contro.inter domi.& Iaſ. qui id multum commẽdat in omnibus propè locis,ex quibus eum ſuprà citauimus: & præterea in d.l.quoties, col.viij.in verſ.quartodecimò,C.de rei vendi.& Pet.Gerard.à Petra,ſing.xcviij.nota quòd ſing. vbi id dicit ſingul.

*Aliud ratificare, aliud id promittere.*

50 ¶Sed & Paul.Caſtr.vltra ea quæ ſuprà ex eo diximus incidenter,& alia quoque huc pertinentia ſcripſit.Nam conſi.cclxxxj.in cauſa iſta quinque principaliter,col.pen.verſi.præterea aliud, lib.j. dicit aliud eſſe ratificare,aliud promittere de ratificãdo:ideóque non ſufficere promittere ratum habere intra tempus,quo actus fieri potuit: niſi & intra ipſum tempus ratum habuerit. Et idem propemodum dicit Bertr.conſi.cccxlv.viſo conſultationis themate,lib.ij.vbi dicit, quòd ſi quis promiſerit alterum ratificaturum,non eſt ei rei ſatisfactũm,ſi is alter tãtùm promiſerit ratificare, nec alter ratificauerit.Idem quoque Pau.conſi.xciij.in cauſa quæ vertitur corã notabili viro, col. iij.verſ.veniendo ad deciſionem,lib.ij. dicit quòd ex ſola promiſsione de vendendo & emendo non poteſt agi ad pretiũ:cùm aliud ſit emere & vendere,aliud promittere de vendẽdo & emẽdo. Idem in l.ſi debitorem,ff.de nouat.dicit, quòd ſi debitor,cui mãdatum eſt à creditore vt ſolueret alij ſuo creditori,promiſit ſoluere illi alteri creditori, necdum tamen ſoluit: non liberatur à me per huiuſmodi promiſsionem:nec cenſetur facta fuiſſe delegatio,ſiue nouatio:per eum tex. quem dicit ſing.& idem dicit ipſe in l.delegare,eo.tit.Et id quoque dicit ſing.& ſequitur Hippo.Marſi. ſing.cclxv.fines.Sed tu de hoc omnino vide Philip.Dec.conſil.cvij.in cauſa quæ nomine, col.j. verſi.ſecundò principaliter,& iterum col.ſeq.verſi.nec obſt.fundamentum.

*Simplex promiſſio ſoluẽdi non facit nouationem.*

*Ex pacto de uendendo non debẽtur uſuræ ob pretium nõ ſolutum.*

51 ¶Quo autem piaculo tacebimus Alex.ſui temporis legum principem? Is in addi. Bart.in l. Iulianus.§.offerri,ff.de act.empt.tradit quòd ex pacto de vendendo ob pretium non ſolutũ non debentur vſuræ,vti ex venditione:ſecundùm l.curabit,C.de act.emp.ea ſcilicet ratione,quòd aliud eſt vendere,aliud promittere.& ſequitur Phil.Dec.conſi. clxxxiij.in controuerſia,in fi.idẽ Alex. conſi.lxxiiij.viſo themate,col.ij.verſ.nec etiam deberi,lib.ij.vbi ex hoc dicit, quòd ex huiuſmodi promiſsione non debentur fructus poſt eam percepti,vt poſt venditionem ipſam, quod conſil. iterum repetitum eſt conſi.cxxj.lib.iiij.& ſequitur Franc.Curt. ſenior in addi. ipſius Alex. in l.ſi pupillus,in fi.ff.ad l.Falc.Idem Alex.conſi.xiij.circa primum,col.v.verſi. & iſtam diſtinctionem, lib.iij.vbi dicit promiſsionem dotis non eſſe contractum dotis,ſed alium quempiam innominatum.& ſequitur Matth.Afflict.in conſtit.apud Iuſtitiarios,in viij.not.Sed & ipſe Alex.conſil.72. videtur,col.iij.verſi.ad id,lib.3.dicit aliud eſſe compromittere, aliud idipſum promittere.& conſ. xciij.viſis,col.ij.in prin.eo.lib.3.& conſi.cxix.ſine diſputatione,propè per totũ,lib.4.& conſil.76. viſis dubitationibus,col.4.in 3.dubio.verſi.non ergo ibi repetitur, lib.v.& conſi. lxxvj.viſo themate,in fi.lib.vj.vbi dicit aliud eſſe reuendere,aliud promittere de reuendendo,ex hócque vtrobique in pulchris caſibus conſuluit:& de vltimo dicemus alicubi in hac eadẽ gl. Et idem conſil. clxviij.ſtantibus veris his,paulò ante fi.eo.lib.vj.vbi ex hoc negat,legatum extingui per promiſſionem de alienando,vti per alienationem extinguitur,de quo dicit eſſe tex.no.in d.l.poſtquàm. §.vlt.in fi.ff.vt lega.no.caue.& idem quoque voluiſſe Bal.& Sal.in l.iij.C.de leg.

*Aliud cõpromittere, aliud id promittere.*
*Aliud reuendere, aliud id promittere.*

*Aliud condẽnare, aliud pronuntiare cõdemnandũ, uide paulò infrà.*
*Aliud reſtituere in integrũ, aliud pronuntiare reſtituendum.*

52 ¶Nec omiſerim alia quædam ab ipſo Alex.congeſta in l.j.§.ſi quis ita,col.ij.ff.de verb.obli. aliud eſſe condemnare,aliud pronuntiare condemnandum.Io.And.in addi.Spec.tit. de excep.§. viſo, verſ.porrò,in addi.inci.dat intelligere.Bar.in l.j.C.ſi auer.liber.Imo.& Ro.in d.§.ſi quis ita.Ant. in c.cùm venerabilis,extrà de excep.Sicut aliud eſt pronuntiare quem liberum, aliud quem eſſe liberandum.d.l.qui ſe dicit,ff.de iudi.& d.l.j.cum glo.in verbo,admittit,in fi.& ibi quoque Bald. C.ſi aduer.liber.Et aliud quem reſtituere in integrum,aliud pronuntiare reſtituendum.l.vlt.cum glo.in verbo,compromiſſarios, C.vbi & apud quem in integ.reſtit. Et aliud aliquem mittere in poſſeſsionem,aliud pronuntiare mittendum.l.cognitio,§.j.in gl.vlt,ff.de offic.eius cui mand. eſt iuriſ.Aliud deponere,aliud pronuntiare deponendum.gl.in c.ſuper eo,in verbo,ordinet,de offi. deleg.Io.And.in c.tranſmiſſa,de elect.Bar.in l.ſolent,in prin.ff.de offic. procur.Aliud abſoluere, aliud pronuntiare abſoluendum. Barto.in l.ſi quis filio exhæredato,§.eius,de iniuſt.teſta. & in l. ſolent.in prin.ff.de offi.Procon.Bal.in l.j.ff.de iur.om.iudi.Ang.in §.vlt. in fi.in Auth. de exhib. reis.Ex quibus bonam partem accepit ad Alberic.in d.l.j.C.ſi aduer.liber. Super eo tamen quod dictũ eſt de condemnato,& pronuntiato condemnandum,vide Bart.& Bald.in l.fundus, ff.de reſcind.vend.& Angel.conſi.ccl.Philippus, col.vlt.verſ. non autem moueor.Imo.Alex.Franc. Aret.& Lancel.Gal.in d.l.j.§.ſi quis ita,ff.de verbor. oblig.& eundem Aret.conſi.vj.viſo inſtrumento



mento diuiſionis,colum.iiij.in ij.dubio.Feli.& Philip.Deci.in cap.cùm venerabilis,vtrunque colum.penul.extrà de except.& Barba.in d.§.ſi quis ita.col.ix.verſic.idem dico,& multis ſeq. & Stepha.Bertrand.conſi.cccxij.ex proceſſu,num.4.lib.2.

*Aliud abſolutio, & promiſſio abſoluẽdi.*
*Conceſſio in emphyteuſim, & id promittere.*
*Agere, & pactum de agendo.*
*Renuntiare, et pactum renuntiandi.*

53 ¶Dies me deficeret,ſi omnes ſigillatim recenſere vellem:ſed vide Rapha. Co.conſil.clxxxiiij. M. CCCLIX.&c.Ioannes, vbi ex hoc in pulchro caſu conſuluit Ioan.Ana.conſi.lxiiij. vbi ex hoc dicit,ſtatutum prohibens probationem ſolutionis vel abſolutionis, niſi per inſtrumentum,non habere locum in promiſsione abſoluẽdi.& Matthe.nota.xlvj.nota quòd aliud eſt. Fran.Aret.in d.l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,col.j.verſic.quia in glo.ff.de leg.j.& in l. quod dicitur,col.vlti.ff.de verb.oblig.vbi dicit,aliud eſſe concedere in emphyteuſim, aliud promittere de concedendo. Ex hocq; pulchrè infert, quòd licet in nullo valeat conceſsio emphyteuſis eccleſiaſticæ,facta vltra generationem licitam,valet tamen,ſi fiat vſque ad eam cum pacto de renouando:ſed vitiatur pactum,per §.neque,in auth.de non alie.Barb.in d.§.ſi quis ita,col.x. verſi.nec obſtat aliud:vbi dicit,aliud eſſe agere,aliud pactum de agendo: & aliud renuntiare, & aliud paciſci de renuntiando,& latè conſi.viij.ſcribitur præclare,col.x.verſi.venio nunc ad aliam,lib.1.vbi ex hoc dicit,quod glo.in l.quod vendidi,ff.de contrah.empt. loquens in venditione,non habet locum in promiſsione, aut pacto venditionis futuræ. & conſi.lj. ſcripſit, col.xiij.verſi.ex iſto,eod.lib.1.Firmia,in tract.gabel.in v.parte prin.in iiij.q.Cæpol.conſil.cauſarum ciuilium lxj.orta,col.iij.non ſemel:vbi dicit aliud eſſe legitimare,aliud ipſum promittere.Socin.conſi.ccliij.in cauſa domini Ioannis,col.iij.verſicu.circa ſecundum,lib.2. vbi dicit, quòd licet venditio,ſiue reuenditio,fiat nudo conſenſu,& oriatur actio,l.conſenſu,ff.de acti. & obliga.tamen promiſsio de vendendo vel reuendendo,nuda conuentione facta,non producit actionem:cùm aliud ſit vendere,aliud promittere vendere.& Iaſ.in l. ſi ante,ff.ſol.matr. & conſi.cxvij.in quæſtione,col.j.& ij.lib.1.de cuius dicto in illis locis dicẽmus latè inferius in viij.q.& eundem Iaſ.conſi.cxlviij.nobilis & generoſus,col.pen.verſi.primum fundamentum. lib.2.& conſi.xxiiij.in cauſa feudali,col.vij.verſic.præterea & fortius,lib.3. vbi dicit,aliud eſſe infeudare, aliud idipſum promittere. { Carol.Ruin.conſi.clxxij.non eſt dubium,col.ij.verſi. ſed contrarium,lib.1.vbi dicit aliud eſſe pactum de diuidendo, aliud diuiſionem ipſam,& aliud promiſsionem de danda facultate alienandi,aliud facultatem ipſam.atque ex hoc in pulchro caſu conſuluit.} Anto.Corſe.in verbo,alienatio,verſi.per alienationem, & iterũ in verbo,ſtatutum,verſicu.ſtatutum loquens in vendente.Philip.Deci.conſi.cccxl.pro reſolutione, col.ij.verſi.tertiò dictũ,& iterum in fin.& conſi.dcxxvij.in caſu in quo,col.vlti.& Ferdi.Loaz. in repe.l.filiusfamilias,§.Diui,col.lv.verſic. & per iſta patet,ff.de legat.j.vbi ex hoc dicit,quòd prohibitus alienare ſub pœna,non cadit in pœnam promittens vendere.& Chaſſe.conſi.lxiij. quidam minor,in vij.dubio.& Matthæ.Afflict.in conſtitu.Siciliæ incip.conſtitutionem diuæ memoriæ,col.xij.verſic.nonò quæro: vbi ex hoc dicit,quòd qui à domino conſenſum vendendi impetrauit,non ob id poterit promittere de vendendo, niſi & id impetrauerit:cùm aliud ſit vendere,aliud id promittere:idem Matthæ.Afflict.in conſtit.ſponte volentibus, col.j. in iiij.not.& Stepha.Bert.conſi.cxxxiiij. ponitur in facto quòd cùm nobilis in iij.dubio,lib.1. vbi ſingu.dicit, quòd pactum legis commiſſoriæ non cenſetur prohibitum, cùm tantùm ſit promiſsio de vendendo,aut dando in ſolutum, ſicuti cùm ſit venditio vel datio in ſolutum non reſtituto pretio. quod eſt multùm notandum, ſi verum ſit. de quo & nos aliquid diximus ſuprà in præfat.huius titu.num.10.& idem dicas.& dicemus infrà nu.142.quartò & vltimò.& idem Bertrand.conſi.ccxcj.viſo caſu,num.3.lib.1.& conſi.cccxvj.viſo caſu qui mihi exhibitus eſt,in j.dubio,eod.lib.1. vbi aliud dicit eſſe,reuendere, & aliud promittere de reuendendo,& conſi.v.parum refert,nu.39.libr.2.vbi dicit, quòd promiſsio vendendi non eſt bonæ fidei,nec parit actionem bonæ fidei,vt venditio, ſed ſtricti iuris. Et nouiſsimè D. Boërius deciſ.iij.filia in contractu,vbi per nonnulla ex his quæ diximus, tenuit, promiſsionem factam à filia in contractu matrimonij de renuntiando bonis paternis, non habere vim renuntiationis.

*Legitimare et id promittere.*

*Aliud infeudare, & id promittere.*

*Cõſenſus uendendi non extenditur ad promiſſionem uendendi.*
*Valet pactum legis commiſ. in promiſſione uendendi.*

*Promiſſio uendendi, eſt ſtricti iuris.*

*Aliud accipere in uxorem, aliud id promittere.*

54 ¶Hæc mirum in modum confirmat,quòd aliud eſt accipere aliquam in vxorem, aliud promittere eam accipere:nam per illud contrahitur matrimonium:per hoc verò, etiam cum iuramento,ſponſalia tantùm de futuro:vt eſt tex.in c.iurauit,& ibi Imol.in ij.not. & Pano.in j. not.extrà de probatio.& in c.ex literis Syluani,& cap.ſicut ex literis.& cap. ſi inter, extrà de ſponſ.quibus probatur,ex huiuſmodi promiſsionibus,etiam iuratis,non impediri matrimonium poſteà cum alia contractum.Quod & reſpondit Card.Flor.conſi.xlvj.L.monialis.Sed & quod proximè accedit ad principalem noſtram quæſtionem, Vincen. Doctor antiquus in d.c.ſi inter,& ibi poſt eum Ioan.And.in verbo,recipiam,de ſponſ.dicit, quòd per hæc verba, promitto quòd te deſponſabo,id eſt (vt ipſe,nec malè,intelligit) in ſponſam te habebo, non contrahuntur ſponſalia etiam de futuro ſed tantùm promiſsio ſponſaliorum contrahendorum.& ſequitur Nicol.Mil.in ſuo repertorio,verſi.ſponſalia non cõtrahuntur.Multùm enim intereſt dicas,ſpondeo,an ſpondebo. Tullius lib.Epiſtol.famil.xiij.epiſtola incipien. Marcus: Spondebo tibi,vel potius ſpondeo,in meq; recipio Marci Curij mores.&c.

*Tullius.*

*Aliud aliquid*

55 ¶Et quod tradit idem Ioan.And.& poſt illum Domi.Petr.Ancha.& Philip.Franc.in cap.1.de

*accipere, aliud ſi id tantùm ſit promiſſum.*

teſtib.lib.6.quòd ille tex.loquens de proxeneta recipiente,non habet locum in eo cui promiſſum eſt.& reſpondent ad text.in cap.veniens,le j.extrà eod. qui videbatur velle contrarium. & ſequitur Felin.in eo ipſo cap.veniens,col.j.verſi.& per iſtum text.& ibi quoque Phil.Deci. col.ij.nu.9.in fi.glo.j.& idem Decius in l.vt liberis,col.j.in v.not.C.de colla.& conſil.cclxxx. in propoſito,col.ij.verſic.non obſt.quòd paria. Et quod idem ſcribit Ioan.And.in cap.quanquàm,de vſur.lib.6.quòd ille textus non habet locum in eo,cui promiſſum eſt aliquid ſolui pro vſura,niſi & id ſolutum ſit:per eum text.in illis verbis,de vſuris quas receperant,& idem voluit Bald.ibi,vt à multis citatur,tametſi non reperimus in eius lect. & Domi. col. j. verſ. quæro quid ſi aliquis,& Petr.Anch.etiam col.j.in ij.not.& Philip.Fran.in j.notab.& ipſe Pet. Anch.conſi.cclxxj.de titulis,col.ij.dum allegat Io.And. vbi ſuprà & Barba.in c.ad noſtram, col.penul.de emptio.& venditio.& Laur.Rodul.in tractatu de vſur.q. lxxxviij. & Fel.in c.in præſentia,col.vij.ver.& adduco optime,extrà de proba.De quo tamen vide Io.Ana.in c.poſt miſerabilem,extrà de vſur.& Anto.Burg.in d.c.ad noſtram.col.iij.verſi.iſtam concluſionem, extrà de empt.& vendi.

*Conſtitutio loquens de arrhis datis,non habet locũ in promiſſis.*
*Vendens præcisè cogitur tradere ſi poteſt.*
*Nõ autẽ promittens.*

56 ¶Facit prætereà,quod etiam tradit Bar.in l.Titia,in princ.& ibi Ang.& Imo. ff. de verb.obl. quòd l.vlt.C.de ſponſ.loquens de arrhis datis,nõ habet locum in promiſſis. quod & voluit ipſe Bart.conſi.xlv.Vannes,Bald.in d.l.vlt.col.ij.verſi.in hac l.Anto.poſt antiquos in c. gemma.& ibi quoque Pan.col.ij.verſi.circa ſecundum.& Card.Alex.col.iiij.verſi.ſecũda eſt quæſtio,extrà de ſponſ.& idem Anto.conſi.lxx.quantùm ad primum.& latè Maria Soc. conſ.iij. circa præſentem,per totum conſ.Et quòd licet is qui vendidit,præcisè cogatur ad tradẽdum, ſi habet facultatem rei reſtituendæ,nec liberatur ſoluendo quod intereſt, voluit gl.Bartol.& alij in l.j.ff.de act.empt.& in l.exemplo,in princ.eo.tit.& glo.in §.pretium. Inſtit.de contrah. empt.cum aliis multis concor.traditis ab Alex.qui hanc dicit eſſe communem opi.in l.certi condictio.& ibi quoque Phil.Dec.ff.ſi cert.pet.& in l.ſtipulationes non diuiduntur,col.pe. ff.de verb.obl.Tamen is qui tantùm promiſit vendere,haud dubiè non cogitur præcisè tradere,etiam ſi habeat facultatem rei reſtituendæ,vt per Frãc.Aret.dicto cõſi. xxviij.col.j.verſi. plus dicit.& Iaſ.in l.quoties.col.viij.verſi.quartodecimò limita,C.de rei vendi.& Philip.Dec. qui alios allegat,conſi.cccccij.ex duobus,col.ij.verſi.ſed dato quòd valeret.& conſi.ſeq.ſuperioribus diebus,col.j.verſi.ſecũdò reuocatur in dubium.& idem ante eos tenuit Ange.quem tamen non allegant,conſi.ccxxxviij.dictum punctum,in ij.dubio.& nos aliquid quoque diximus ſuprà,nu.42.ſed quorſum.

*An paria ſint ſoluere & promittere.*

57 ¶Nec ſimpliciter verum eſt,quod ſuprà in contraria parte diximus{nu. 30.& hæc quidem} paria eſſe ſoluere,& promittere de ſoluendo:quia plerũque ſunt diſparia:vt tradit & probat glo.in d.l.vlt.& ibi quoque Phili.Corn.C.ad l.Falc.& alia quoque quæ idipſum probat in l. ea quæ,& ibi etiam Ang.C.de dona.ante nupt.& probat etiam text.in l.peculium.§.item deducetur,& ibi Sal.ff.de pecu.& in l.nam & maritus,& ibi glo.Alber.Bart.Bald.& alij,qui eam l.legunt cum l.quod nomine,ff.de cond.indeb.iuncta l.quòd ſi maritus,in princ.ff.de conſti. pec.nam & qui promittit,nõ propterea ſoluit.l.nepoti,ff.de fundo inſtruc.vt per eam legem voluit Bald.in d.l.vlt.Notúmque eſt illud Ouidij ex lib.j.de arte amandi,

*Promittas facito:quid enim promittere lædit?*
*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

58 ¶Ideò ſunt qui non admittunt,quod ſuprà diximus,nu.36.imò verò,& ſeq.ſcilicet ſtatutum deferens lucrum dotis datæ,trahi ad dotem promiſſam:ſed è diametro contrarium tenent:& inter hos Bar.ſibi contrarius,in d.l.iubemus,§.j.col.j.verſi.veniamus ad quæſtiones,C.de ſacroſ.eccl.Paul.Caſt.in d.l.ſi marito.§.j.ff.ſol.matr.& in d.l.ſi donaturus,§.j.ff.de cõdi.ob cauſam,dum vtrobique remittit ſimpliciter ad Bar.in d.l.iubemus.& Fran.Aret.in d.rub. ff. ſol. mat.col.pen.& Matheſ.not.lxxiiij.not.quod ſtatutũ.Alex.in d.l.ſi donaturus,§. j.col.vlt.ff.de condict.ob cauſ.niſi,inquit,is qui promiſit,ſit in mora dandi.& Soci.in l. de diuiſione,col.iij. verſi.circa tertium,ff.ſol.mat.Caro.Rui.ſibi contrarius in rubr.eiuſdem titul.nu.98.& 102.& conſi.cxcvij.caſus de quo,nu.5.& ſeq.lib.j.quem tamen vide poſteà nu.8. & conſi.ccxxv.viſis his,col.j.ver.vnde ſequitur,eo.lib.j.quem & tu vide,col.ij.ver.nec obſt.quòd loqui videatur, & conſ.xxxiiij.copioſè,col.j.lib.iij.& conſi.lvj.in cauſa,col.j.lib.v.

59 ¶Sed & eius quod dictum eſt,{ſuprà num.40.& hanc opinionem,ſcilicet}ſtatutum repellens fœminas dotatas habere locum,cùm dos eſt tantùm promiſſa,aut legata , tenuerunt contrarium Iacob.Aret.Petr.Cyn.Ray.& Rapha.Fulgoſ.in d.l.non ſine, C.de bon.quæ liber. alter Raph.Co.& Imo in d.l.Titio centum,§.Titio genero,ff.de condi.& demõ.And.Iſer.ſi æquitate,vt dicit,innitamur,in d.c.j.col.vj.verſi.de æquitate.tit.de natu.ſucceſ.feud.Alex. cõſi.xiij. circa primum dubium,col.iiij.verſi.quinimo ſecundum,rurſúmque verſi.& iſtam diſtinctionem,& iterum verſi.bene facit.lib.iij.& Soci,ſibi contrarius,{conſi.xcij. circa primum.col.iiij. verſic.nec obſt,cauſa ſtatuti,lib.j.quem tamen omnino vide, & iterum} conſi. ccvij. in cauſa dominæ Annæ,col.ij.verſi.ſecundò conantur,lib.ij.

*Facultas reddendæ dotis conſtante matrimonio, non trahitur ad dotem promiſſam.*

60 ¶Contrarium quoque eius,quod diximus,d.auth.ſed quamuis, C.de rei vxo.act. habere locum in dote promiſſa,tenuit glo.ord.ibi,in verbo,diminuere:quã ſequitur Cy. in j.oppo.&





Ang.Aret.in §.fuerat,col.xiiij.verſi.in ea gl.ibi,quod patet.& ibi etiam Iaſ.ſibi contrarius,qui eam gl.dicit not.col.pe.nu.134.Inſt.de act.vti.& in ſimili,l.quamuis,ff.ſol.mat.& ſimiles , quæ faciunt poteſtatem reddendæ dotis in certis caſibus conſtante matrimonio , non habent locum in dote promiſſa,necdum data.Ea enim remitti non poteſt,etiam ex illis ipſis caſibus: vt voluit gl.not.quam ſequuntur Cyn.& Bald.in l.ſi conſtante,in verbo,firma, C.de donat. ante nupt.& illam quoque ſequitur & dicit ſing.Ro.ſing.cccccçj.tu habuiſti.

*Deciſ. princi. quæſtionis.*
*Areſtum.*
*Senatus Pariſienſis æquitatem amplexari ſolet.*

61 ¶Ex quibus vides,rem hanc eſſe admodum ambiguam.ſed quicquid ſit in illis aliis caſibus, neque enim nunc nobis vacat,nec etiam expedit aliter eos examinare:tamen id ſcio , in caſu noſtræ promiſſionis de danda facultate redimendi intra certum tempus,cùm primus iudex hanc poſteriorem ſententiam ſecutus abſoluiſſet emptorem,fuiſſetque ab eius ſententia appellatum ad curiam parlamenteam ampliſſimi Senatus Pariſienſis,fuit dictum, malè iudicatum,& bene appellatum,& emptor condemnatus ad recipiendum venditorem ad retractum reſtitutio pretio,atque etiam ad reſtituendos fructus à tempore litis conteſtatæ perceptos.Et certè Senatus ille æquiſſimus æquiorem ſententiam ſequutus eſt,vt ſemper aliâs ſolet facere: vti etiam ſcribit Fran.Rip.in l.Centurio,col.xxv.nu.77.ff.de vulg.& pup.& è noſtris atteſtatur Budæus ſtatim poſt princi.priorum annotationum in Pandectas. & Steph.Bert. conſi. xlviij.viſo caſu,col.ij.lib.j.vbi nuncupatum loquitur de circuitu,quem ſolet(inquit)ſuprema Curia vitare,& omnibus modis veritatem,reiectis huiuſmodi ſubtilitatibus,ſectari. Et nonnihil etiam Guido Pap.Deci.Delphi,xxix.in ſuperiori.& iterum deciſi.ccccIxxxiij.legatario. & ipſe Bertr.conſi.clxxviij.viſo proceſſu,ad fin.lib.ij.& Aymo Crauetta,conſi. cxcviij. videtur.col.vlt.nu.vij.

*An id pactum poſſit probari teſtibus.*
*Etiã ſi ſit inſtrumentum.*
*An ſufficiant duo teſtes.*

62 ¶Sexto quæro , cùm non conſtat per inſtrumentum de huiuſmodi pacto,an admittatur venditor ad probandum per teſtes,id fuiſſe factum,ſaltẽ ſi ſe non inſcribat de falſo,iuxta l.vlt.cum ibi no.C.de fide inſtr.& vtrùm teſtes id probent contra inſtrumentum. Nam certum eſt duos teſtes non ſufficere ad reprobandum inſtrumẽtum:per not.in l.in exercendis, C.eod.tit.& in l.optimam,C.de contrah.& com.ſtip.& in l.j. §. ſi quis negat,ff.quemad.teſta. ape.& per Cano.in c.cùm Ioan.extrà de fide inſtr.Dic breuiter,id non eſſe cõtra inſtrumentum,ſed præter:ideò neque opus eſſe inſcriptione,duóſque teſtes ſatis eſſe,vt expreſſè voluit Alex.conſi.cxxij.viſo proceſſu vtriuſque cauſæ,col.iij.verſi.nec obſt.etiã ſi dicatur,lib.ij. Sed & tu vide quæ in ſimili diximus in tit.præce.§.j.glo.xiiij.in verbo,*ou equipollent à vente*,nu.57. nec tamen.& vide etiam quæ ſuprà ſcripſimus in hac eadem glo.in iiij.quæſt.

*An id pactum probetur ex fama.*
*An ex coniecturis, & quibus.*
*An teſtibus ſingularibus.*
*An in eo ſit locus iuramẽto ſuppletiuo.*

63 ¶Septimo quæro , quomodo probatur id pactum , vtrùm ex fama,coniecturis, & quibus,teſtibus ſingularibus,proxenetis, confeſſione extraiudiciali facta abſente parte , & an ſit in eo locus iuramento in ſupplemẽtum probationis.Hæc omnia comperies, non quidẽ vno in loco,ſed per partes,apud Bald.conſi.xxxix.proponitur quòd celebratus,col.ij.lib. iij.Petr. Anc.conſil.cccxxxj.viſis diligenter,col.ij.verſi.quartò etiam Imo.couſi. xcij. viſis & conſideratis.Paul.Caſtr.conſi.cxliij.viſo proceſſu & atteſtationibus,col.j.verſicu.ſecundò videtur,& ſequen.vſque ad fi.conſi.lib.2.& Roma.conſi.xxx.viſo caſu,& Alex.d.conſi.cxxij.in iij.primis col.lib.2.Philip.Deci.conſi.xviij.cuius ſuperſcriptio incipit , an ſtatutum in venditione, tum colum.j.tum iij.verſicu.cùm ergo ſtatutum,cum multis verſi.ſequen.& colum.vlti.verſi.non obſtat,quòd probationes,vſque ad fi.conſi.& Hippo.Marſi.in l.de minore, §.plurimum,col. xij.num.77.adde etiam quòd fama,ff.de quæſt.& latiſſimè D.Boër.deci.clxxxiij. alia inſuper. Sed & de probatione ipſius reuenditionis aliquid videbis apud Socin. conſil.cccliij. in cauſa domini Ioan.in j.dubio,lib.2.

*Si intra tempus reuenditionis uẽditor reſtituit pretium, & emptor rem, an uenditor fiat dominus ipſius rei & acquirat fructus.*

64 ¶Octavo quæro,quid ſi intra tempus reuenditionis venditor reſtituit pretiũ, & emptor ei tradit prædium,non tamen aliter reuendit:an retransferatur dominium in venditorem,ita vt fructus acquirat:an verò ipſi fructus exrenuent pretium. Qua in ſpecie,aut certè promiſſionis de vndendo,patrum noſtrorum memoria duo eius tempeſtatis primarij legum interpretes multis magniſque vterque rationibus inuicem contenderunt.Hi ſunt Barth. Soci.& Iaſ.Ille enim aſſerebat eo in caſu dominium transferri,ac fructus ei acquiri qui pretium tradidit,& prædium ab eo qui promiſerat accepit,æquè,ac ſi venditio facta fuiſſet:hic contrà,vt videre licet ex ſcriptis eorum,in l.ſi ante,ff.ſolu.matr.vbi & ipſi aſſerunt , ita pro ſua vtrumque ſententia conſuluiſſe,ſicuti vere conſuluerunt in eadem cauſa atque inter eaſdem partes:ſcilicet Soc.conſi.clxx.in præſenti conſultatione,ferè per totum,libr.ij.Iaſ. conſil.cxvij.in quæſtione quæ vertitur,lib.j.

*Iaſonis rationes.*
*Ex promiſſione ſolũ competit actio perſonalis,nec dominium transfertur.*

65 ¶Iaſonis rationes maxima ex parte in hoc ſunt,quòd aliud eſt vendere , & aliud promittere de vendendo:vt latè diximus ſuprà in v.q.nec ex promiſſione trãsfertur ius aut dominium, ſed ſolum actio perſonalis contra promiſſorem.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi fundus,ff.de acti. empt.& l.qui fundum,ff.de contrah.empt.quæ iura in hoc alleg.Ang.conſi.clxxxiiij.ex forma,col.vl. quem & nos citauimus in d.v.quæſt.Ex quo illico cõſequitur,quòd cùm is ex ea promiſſione non ſit factus dominus,nec fructus quoque ſuos facit : ſicut nec creditor qui non habet dominium.l.j.& ij.C.de pig.act.& c.j.& c.conqueſtus , extrà de vſur.nam ſolùm eſt tradita naturalis poſſeſſio,non etiam dominium:at ea non ſufficit ad acquiſitionem fructuum.l.qui

*Fructus dominium ſequuntur.*
*Vſura eſt lucrari ex pecunia.*

ſic,§.in alieno,ff.de vſur.& l.in bonę fidei,in princ.ff.de acquir.rer.domi.& declarat Bart.in l. ſi fur,ff.de vſufruct.& in l.iij.§.ex contrario,ff.de acquir.poſſ,nam nec nuda traditio (vt hoc illi addas)ſine cauſa vel tit.operatur dominij tranſlationem. l.nunquam nuda, ff. de acq.rer. domi.Vnde ſi is vellet lucrari fructus ob pecuniā quam dedit,eſſet vſura:vt not.in d.c.conqueſtus,& in c.plerique,xiiij.q.iij.& per Hoſti.qui huius rationem reddit in ſumma, titul.de vſur.§.j.verſic.& eſt ratio,cum verſic.ſeq.& Bald in rub.C.eod.tit.ad fi.dum loquitur de fructibus,qui medio tempore percipiuntur.

*Periculum dominium ſequitur.*

66 ¶Præterea cùm dominium nondum ſit tranſlatum in emptorem, nec ad eum quoque ſpectat periculum rei:quia res ei perit,cuius eſt l.pignus,C.de pig.act.& l.neceſſariò,ff. de peri.& com.rei vend.gl.in l.non omnis,§.ſi pupillus,& ibi Pau.Caſt.Ro.& latè ipſe Iaſ. ff. ſi cert.pet. Cy.& alij in l.j.C.de peri.& com.rei vend.Sed ad quem non ſpectat periculum rei, nec fructus quoque eius ad ipſum pertinent.l.ij.& ſeq.& ibi glo.quæ id declarat.ff.de in diem addic. Et ſi quis eos ita lucrari vellet,vſura eſſet:vt not.in d.c.conqueſtus,& per Inno.in c.j.eod.tit. & hoc dicit.Iaſ.in d.l.ſi ante,eſſe ineuitabile fundamentum.

67 ¶Poſtremò pro hac parte adducitur autoritas non contemnenda Alex.quem & nos quoque citauimus in d.quæſt.v.ſcilicet conſi.lxxiij.viſo themate ſuprà ſcripto,col.ij.verſic. nec etiam deberi poſſunt,& ſeq.lib.2.& cōſi.cxx.in propoſita quæſtione,ſi ipſius eſt illud conſi.iterúmque in ſeq.conſ.quod eſt cxxj.viſo themate ſuprà ſcripto,lib.iiij. quod quidem poſtremum conſi.omnino idem eſt cum d.conſ.lxxiij.lib.ij.quibus quidem conſi.aſſeueranter reſpondit Alex.in caſu promiſsionis venditionis ſoluto etiam pretio,& re mutuò tradita, fructus non cedere lucro eius,cui facta eſt promiſsio,illis iiſdem rationibus,quas ſuprà adduximus ex Iaſon.& idem quoque tenuit Caro.Rui.conſi.lxxvij.de duobus,col.vlt.nu.9.lib.j.& conſi.xlvij. in cauſa.col.ij.& prin.lib.iiij.& præterea faciunt,quæ ſcribit idem Alex.conſi.cxix.ſine diſputatione.lib.iiij.

*Rationes contrariæ oppoſi. Traditio cum legitima cauſa etiam ſperata aut futura dominium transfert.*

68 ¶Contrariae ſententiæ rationes,ex quibus Socin.nonnullas affert, quibus multas addidimus, hæ ſunt: dominium transfertur ex traditione, non ſolùm cùm cauſa de præſenti adeſt,ſed etiam cùm ea ſperatur,ſcilicet propter ſpem futuræ obligationis committendæ: vt declarat Bart.in l.ſub conditione,col.vlt.verſi.aduertatis contra prædicta.& iterum verſ.item contra prædicta,ff.de ſol.per tex.ibi,& alia iura,ex quo facilè intelliges,nihil quantùm ad id, intereſſe,vtrúmne ſit cauſa legitima re,an ſpe.& idem quoque voluit ipſe Bar.Bal.Pau.Caſt. & ipſemet Iaſ.in l.triticum,in fi.ff.de verb.obli.& Bal.in l.contractus, col.vlt. verſic.ſecundò quæritur,& ibi quoque Pau.Caſt.col.iiij.verſi.in gl.ibi Bal.C.de fide inſtr.vbi dicit ipſe Bal. hoc caſu conſenſum tradentis reſpectu futuræ cauſæ operari dominij tranſlationem: etiam per tex.in d.l.ſub conditione,& alia iura per eum allegata,& Barb.conſi.viij. ſcribitur,col.xj. verſ.& ſi opponitur,lib.j.& Soci.in l.j.§.ſi vir.ad fi.ff.de acqui.poſſ.& Ludo.Goza.conſ.xc.in cauſa Mantuana,col.v.num.14.Et licet ea iura ab illis citata,loquantur in cauſa & contractu conditionali,tamen ea trahunt & ad alias futuras cauſas. Et eſt maior ratio in hoc caſu, in quo ex promiſsione agi poteſt contra promittentem,vt cauſam ipſam impleat, & (vt noſtri loquuntur)in eſſe deducat:& ſic quodam modo is cui promiſsio facta eſt, cauſam iam habere videtur.l.qui actionem,ff.de reg.iur.Maior(inquam)eſt ratio hoc in caſu,quàm quando cauſa eſt conditionalis,quæ à caſu & fortuna pendet,nec interim agi poteſt.l. ſi pupilli, §.videamus,ff.de neg.geſt.cum ſimi.adductis ſuprà ti.præce.§.j.in gl.ij.in verbo, *a vendu*,nu.21.ſed & illud.nam quæ ſunt in conditione non ſunt in diſpoſitione.l.ſi quis ſub cōditione, ſi quis omiſ.cauſ.teſta.vnde maior eſt ſpes futuræ in hoc caſu,quàm in dictis iuribus. Ideóque Bal. in d.l.contractus,& ibi quoque Sal.in iij.q.princ.loquentes in caſu & ſpecie illius l.aſſerunt per traditionem acquiri dominium,quamuis contractus venditionis nondum eſſet perfectus,nullúmque ius ex eo emptori acquiſitum eſſet,vt ibi dixit tex.& voluit etiam Alexā.in d.l.j.§.ſi vir vxori,col.pen.ver.iuxta proximè dicta,ff.de acquir.poſſ.& ante eos Azo, quem nullus citat,in Summa,C.de contrah.empt.col.antepen.verſic.& hoc quando.Igitur ſi id fit, antequàm contractus eſſet perfectus,quo caſu non dicitur contractus,ſed tātùm præparatio, & præuia diſpoſitio ad contractum,arg.l.ij.C.de ſent.ex breui.reci.& c.vlt.de re iudi.lib. vj.& tradit Oldra.conſ.cxix.Titius condidit teſtamentum.Io.And.in addi.Spe.tit. de inſtr. edit.§. compendioſè.verſi.quid ſi prius fecit teſtamentum,col.pen.eius verſi. Certè fortiori ratione fieri debet,cùm adeſt promiſsio de perficiendo contractum, cùm etiam in primo illo caſu locus eſt pœnitentiæ.d.l.contractus,& not.in d.l.ij.de ſent.ex breui. reci. Vnde ſequitur, id quod ſuprà diximus,ſcilicet maiorem firmioremq; ſpem eſſe in hoc noſtro caſu,quàm in caſu d.l.contractus.Ideò dicit Bal.ibi,quòd tranſlatio dominij poteſt cauſam præcedere, quaſi ſcilicet habita fide de ipſa cauſa.Ex quo vides,quòd ſicut cauſa de præſenti operatur tranſlationem dominij ſecuta traditione,ita etiam,ſi habita ſit fides de cauſa.Quis autem dubitat,in hoc caſu habitam eſſe fidem de cauſa venditionis? cùm præceſſerit promiſsio de vendendo cum aliqua temporis dilatione,ſicut quando promittitur pretium cum aliqua dilatione, cenſetur habita fides de pretio,ſecundum not.in l.quòd vendidi, de contrahen. emptio.& quæ dicemus poſteà latiùs.





*Ex contractu conditionali re tradita transfertur dominium.*

69 ¶Et hanc rationem adiuuat text.in l.dotis fructus,§.vlti.cum l.ſeq.quæ incipit, ſed niſi,ff.de iur.dot.vbi ex contractu conditionali transfertur dominium,ſi res fuerit tradita, etiam ante conditionem impletam.quem text.ad hoc expendit gloſſ.in l.ſeruitutes ipſo quidem iure, in verbo,ſub conditione,in princip.ff.de ſerui & ibi Angel.& Paul.Caſtren.qui eam gloſ.dicunt ſing.ad id quòd patientia quæ in incorporalibus habetur pro traditione,per l.penul.eiuſdem titu.etiam hoc caſu transfert dominium.& ipſe Angel.eam trahit ad caſum huic noſtro ſimilem,vt ſcilicet ex ſimplici promiſsione de conſtituendo ſeruitutem,ante eam aliter conſtitutam,per ſimplicem patientiam,quæ,vt diximus,habetur loco traditionis,inducatur conſtitutio & tranſlatio iuris:& ideò (inquit) iſta gloſ.eſt miranda. Eum autem text. ad id quod diximus,vltra Barto.in d.l.triticum,& Bald.in d.l.contractus,expendit etiam idem Bald. conſil. ccccclxxviij.quidam Franciſcolus,circa medium,lib.1.Pau.Caſt.conſi.cclxvij.in facto illorum, lib.1.vbi id declarat Corn.conſi.50.videtur in hac,col.iiij.lib.1.& conſi.ccxiiij.licèt in hac,col.j. & iterum ij.eod.lib.1.& conſi.lxxiiij.præmitto,col.iij.lib.4.& diximus ſuprà in præcedenti tit. §.j.glo.ij.in verbo,*a vendu*,num.30.quòd ſi prior,& ſequen. & ad hæc iunge quæ dicam infrà verſicu.ab hinc iiij.

*Maritus & emptor æquiparantur.*

70 ¶Item emptor reſpectu rei emptæ,& maritus reſpectu dotis æquiparantur, idemq; iuris eſt in vtroque:nam mulier dans dotem,eſt tanquam vendens:& onera matrimonij, quæ ſubit maritus,ſunt loco pretij ipſius dotis,quæ datur ob ea onera.l.ex promiſsione,ff.de acti.& oblig. vbi dicitur,maritum quantùm ad dotem pertinet,eſſe veluti emptorem. & ſimilis eſt tex.in l. qui balneum,§.vlti.ff.qui poti.in pign.habe.& voluit glo.in l.de diuiſione,& ibi Barto. paulò poſt medium,& omnes poſt eum,ff.ſolu.matri.Doct.in l.in inſulam, §. vſuras,ff.eod.tit.& in cap.ſalubriter,de vſur. & Soci.conſi.lxxxviij.abundè,col.j.lib.4.& conſil.ciij.præſens conſultatio,col.ij.verſic.ſecundò confirmo,eod.lib.4.& facit l.j.in princ.ff.pro dot.& ibi Bart. qui ex eo not.maritum & emptorem æquiparari.& l.ſicut, §. ſed ſi permiſerit,ff.quib.mod.pign. vel hypo.ſol.vbi qui in dotem dedit,vendidiſſe videtur,propter onera matrimonij. Ex quo fortè antiqui dicebant matrimonium eſſe ſpeciem quandam emptionis & venditionis, vt planè diximus in noſtris Legibus connubialibus,l.iiij.& dicemus pleniùs in alia editione,quam propediem emittemus.Illud tamen hîc adiiciemus,ob id quod diximus maritum cenſeri habere cauſam oneroſam in dote,illum quoque in ea eſſe veluti creditorem l.vlti.§.ſi à ſocero, ad fi.ibi,non magis quàm in creditorem,& ibi Bart.qui id not.ff.quæ in frau.credi. Sponſalia autem nihil aliud ſunt,quàm promiſsio contrahendi matrimonium.l.j.ff.de ſponſa.Sed illud ita habet,quòd ſi ſponſa de futuro,ante contractū matrimoniū tradiderit dotem ſponſo iam ſubeunti quædam onera:is lucratur fructus etiā ante matrimoniū perceptos:vt poſt Azo.voluit gl.quam cōmuniter ſequuntur Doct.& quæ id dicit procedere ex æquitate,in d.l.ſi ante, ff.ſol.mat.Ergo idem,cùm is qui promiſit vendere,ante venditionē tradit rem,& accipit pretium,cuius vicem (vt diximus) obtinent onera matrimonij: nam ſicut maritus lucratur fructus propter onera matrimonij,ita emptor ob cōpenſationem pretij,l.curabit,C.de act.empt.

*Emptor ſoluta parte pretij fructus habere debet pro rata.*

71 ¶Ad hæc tex.eſt not.in l.vlt.§.ſi per mulierem,ff.de fund.dota.quòd ſi mulier dedit fundū in dotem marito,hoc pacto quòd ſoluta æſtimatione illius,maritus fundum reſtitueret,& poſteà mulier partem æſtimationis ſoluerit:debet habere fructus.quem tex.trahunt Doct.ad emptorem,vt ſcilicet quamuis ſit ſolutum pretiū venditionis pro parte, non tamen acquiritur dominiū pro ea parte.arg.l.ſi rem,ff.de ſol. tamē emptor debet habere fructus pro rata pretij ſoluti,per illum tex.ita enim voluit Bar.in ea ipſa l.& in l.fiſtulas,§.qui fundū,& ibi quoque Sal.& Fulg.qui illū tex.dicit ſing.ff.de contrah.emp.& idem Bar.& Sal.qui & illum tex. dicit not.in d.l.Iulianus,§.offerri,ff.de act.emp.& Bald.qui illum text.dicit ad hoc valde not.in l.ſi traditio,col.vlt.in xj.q.C.eod.tit.de act.empt.vbi id dicit procedere ex quadam generali æquitate,ne venditor locupletetur cum iactura emptoris.& Sal.qui & illum tex.dicit not.in d.l.curabit,in fi.& ibi Hiero.Cagn.qui illum dicit ſing.in repe.eiuſdem l.col.v.verſi.item not.quòd ſi venditor,C.eod.tit.Pan.conſi.lxvj.duo ad claram deciſionem,col.ij.verſi. ſed his non obſt, lib.1.& iterum conſi.lxix.caſus in his terminis ponitur,quidam Antonius,ante fin.lib.2.Alex. qui illum quoque text.dicit ſing.dicto conſi.lxxiij.in princ.lib.2.qui poſteà,colum.ſcilicet iij. verſi.& per hoc patet,declarat quomodo intelligatur.& conſil.cxxj. viſis & ponderatis,col.ij. lib.5.Corne.conſi.cl.viſo tenore,col.ij.verſic.nam Bal.lib.4.Fran.Aret conſi.clx.longa eſt,col. vj.in v.dubio.& Fab.in tract.de empt.& vendi.in v.membro vj.quæſt.princ. & iterum in vij. quæſt.prin.col.vlti.Socin.conſi.clxxix.circa præſentem,in fi.lib.2.& conſi.xvj.anno Domini, col.antepen.verſi.ad prædicta accedat,lib.4.& iterum conſi.cxxx.circa præſentem,in fin.eod. lib.4.vbi etiam dicit eſſe bonum text.in l.cùm venderent,ff.locat.Ludoui. Bolo.conſi.lxij.A. Bononienſis,col.iij.verſic.& non eſt dubium.Caro.Rui.qui & illum tex.dicit ſing.conſi.lxvj. licet,col.iij.nu.7.lib.4.& Philip.Deci.conſi.clxix. cuius ſuperſcriptio incipit,licèt inſtrumentum,col.ij.verſicu.vltimò non obſt.& conſil.cccccxliij. in caſu propoſito,colum.vlti.Stepha. Bertrand.conſil.cccxviij.quamuis certiſsimum,col.ij.verſic.ſed vereor,lib.1.& Matthæ.Afflict. deciſi.Neapo.lxxxvij.magnum eſt dubium,col.j.

*De eadem re.*

72 ¶Vides igitur in caſu d.l.vlt.nihil aliud eſſe, quàm ſimplicem promiſsionem de reſtituendo,

ſeu quodam modo de reuendendo,vt eſt etiam in caſu noſtro:vides (inquam)in cauſa venditionis emptorem ante ſolutum pretium nondum eſſe dominum rei emptæ.d.l. quod vendidi,ff.de contrahen.empt.& §.venditæ,Inſtitu.de rer.diuiſ. nec teneri venditorem ad traditionem rei,donec ſolutum ſit integrum pretium:per d.§.offerri, & tamen vtrobique deberi fructus pro parte pretij ſoluti. Ergo multò magis in noſtro caſu, in quo ſolutum eſt integrum pretium,& prætereà res ipſa tradita. Sed Iaſon dicto conſil.cxvij.lib.1. cùm non videret,quid ſatis tutò reſponderet ad d.l.vlti.eò tandem confugit,tanquam ad ſacram anchorã, vt diceret fortè non inſubtiliter poſſe attentari d.l.vlti.& quæ in ea dicunt Docto.procedere de iure ff.tantùm,quo vſuræ non erant prohibitæ:ſecus autem ſit hodie ex Iure Canonico.

*Iterum de futura cauſa.*

73 ¶Huc quoque pertinet tex.in d.l.j.§.& primùm,ff.pro dote:vbi ſi ſponſa ante contractas nuptias in dotem viro dederit rem alienã,ea mẽte,vt res ipſius eſſet, is vſucapere poterit etiam ante nuptias:& ſi non aliud expreſsim actum ſit,credẽdum eſt id eo animo eſſe traditum,vt illius eſſet:vt etiam dicit tex.in d.l.ſed niſi,ff.de iure dot.quaſi ſcilicet ſufficiat promiſsio futuræ cauſæ,ſcilicet matrimonij: nam licet contractus dotis perficiatur ipſa traditione dotis, vt declarat Bart.in l.iuriſgentium, in prin ff.de pact. tamen ea cauſa dotis ſola & per ſe non ſufficit ad acquiſitionem dominij,ſed requiritur matrimonium,cùm dos non poſsit eſſe ſine matrimonio.l.vlt.C.de donat.ante nupt. Ex quo apertè declaratur,ſatis eſſe,cauſam quæ oritur ex matrimonio,eſſe promiſſam ſcilicet per ſponſalia,quæ,vt diximus,continent promiſsionem futuri matrimonij.Ergo & in caſu noſtro ſufficit promiſsio futurę cauſæ,id eſt, venditionis,licèt nondum facta fuerit vnà cum traditione,præſertim cùm vt diximus,à pari procedunt dos & venditio. Et id iunge his,quæ diximus ſuprà verſi.ab hinc iiij.

*Ex promiſsione uendendi, oblato pretio, ſit perfecta uẽditio.*

74 ¶Deinde cùm quis tenetur ad vendendum certo pretio,(qui eſt caſus noſter)ſi per eum,cui facta eſt promiſsio,offeratur pretium,venditio habetur pro perfecta, quantùm ad iuris effectum,cùm ſtet per eum qui tenetur vendere:vt expreſsim voluit Bart.in l.ſi fideiuſſor,§.meminiſſe,in prin.ff.de leg.iij.& iterum in l.vxorem,§.agri plagam,in princ.ff.de leg.iij. & vtrobique per l.Labeo ſcripſit,ſi mihi,ff.de contrahen.empt.qua l.probatur, id pro facto haberi, quod per alium ſtetit quò minùs factum ſit in ipſius præiudicium, cum multis concordan. à me collectis ſuprà titu.præced.in §.xv.in glo.ij.in verbo,*depuis la litiſconteſtation*,nu.7.idque perpetuum eſt.Et in hoc illud aduertendũ eſt, d.l.Labeo, loqui nuncupatim de venditione. & alia multa iura allegata in d.§.xv.loquuntur etiam aut de venditione, aut aliis contractibus:ne quis cauſetur Bart.in dictis locis loqui de teſtamentis, tãquam ſcilicet in his plenior interpretatio ſumi debeat,quàm in contractibus,iuxta l.in teſtamentis,ff.de regu.iur. & cap. cùm dilecti,extrà de donatio. Et hanc Bart.ſententiam ſequuntur Bald.Sal.Flor.Paũ.Caſtr. Rapha.Co.Alex.Iaſ.& omnes,præter Franc.Aret.in d.§.meminiſſe.& Angel.in l.j.C.com.de lega.& in l.in æſtimationibus,ad fin.ff.de peti. hære.Ray.& Floria.in d.§.agri plagam.& Fab. in tract.empt.& vend.in vij.q.v.q.princip.& Franc.Aret.ſibi contrarius,conſil.vj.viſo inſtrumento diuiſionis,col.iiij.verſi.confirmatur iſta concluſio.

*Et an in eo caſu cõpetat rei uendicatio.*

75 ¶Subdit tamen Bart vtrobique (nam id non omittendum eſt) poſt Dyn.in d.§.agri plagam, hoc caſu etiam cõpetere rei vendicationem,per text.in d.§.agri,in verbo,petere. quod etiam voluit Cyn.in d.l.j.in x.quæſt.& ibi quoque Ioan.Fab.C.commu.de leg. & Sali.Rapha. Co. Pau.Caſt.& Iaſ.in d.§.meminiſſe.& Ang.in locis ſuprà allegatis. Licèt quantùm ad hoc poſtremum,non aſſentiant cæteri ſuprà citati:ſicuti nec Bald. in d.l.j.col.ij.verſi. quæro ſi teſtator,C.commu.de leg.& Fab.in dicto tractatu,in xxij.quæſt.iij.partis prin.niſi, vt ipſi dicunt, fuerit proceſſum ad traditionem. Sed hîc non ſolùm res fuit tradita,ſed & pretium quoque traditum & acceptum,nedum oblatum. Ergo hi omnes ſtant ab hac parte, præſertim cùm in caſu promiſsionis reuenditionis ſola oblatio faciat cenſeri perfectam eſſe reuẽditionem, & fructus deberi offerenti,per text. in l.ij.C. de pact.inter empt. & vendit quem ſic intelligit Franç.Aretin.conſi.xxviij.diligenter animaduerſis,col.j.verſicu.præterea non continet.Nam & quod plus eſt,multi aſſerunt,in hoc caſu oblatione facta,dominium ipſo iure retransferri in venditorem offerentem: vt latè diximus ſuprà cod.titu.§.j.gloſ.vij.in verbo, *ſeront preferez*,nume.6.at in pacto. Vide tamen ( vt id obiter dicam ) quid de ea l.Labeo ſcribit.Paul. Caſtr.conſil.xçiij.in cauſa quæ vertitur coram nobili viro,colum.v.verſi. nec obſt.l. Labeo, iunctis præcedentibus,lib.2.

*De iiſdem rebus.*

76 ¶Sed vt demus illud non eſſe verum,vt ſcilicet retransferatur dominium ipſo iure, cùm interuenit ſola oblatio:de quo diximus vbi ſuprà & iterum,§.iiij.in verbo,*conſigner*, nume.3.& adeò quidem.Certè cùm emptor oblatione ei facta accipit pretium,& prætereà rem ſibi venditam retradit ipſi venditori,non video,quin id agens cenſeatur tacitè reuendere,liberando fidem ſuam,id eſt,vt indoctiores intelligant,ſatisfaciendo ſuæ promiſsioni de reuendendo: nam vẽditio ſit cõſenſu.l.conſenſu,ff.de acti.& obli.& §.j.Inſti.de obl.ex conſen.Contractus autem,& alij actus,qui cõſenſu perficiuntur,verba nõ exigunt,ſed vel nutibus vel aliis actibus conſenſum exprimentibus tacitè conſummantur.l.ſi pater naturalis,ff.de adop.& l.item quia,in prin.ff.de pact.& l.in quibuſcunque,ff.de act.& oblig.quæ poſtrema l.loquitur nuncupatim de emptione & venditione.& latiſsimè dicemus infrà tit. *de contraire cõpagnie*,qui eſt

omnium



omnium huius volu. conſuetudinum xxiiij.§.ij.in verbo, *contractent taiſiblement compagnie*, in princ.Nam & factis conſenſus & voluntas exprimitur,& declaratur.l.de quibus, & ibi gl. de legib.& l.recuſari,ff.de acqui.hæred.vbi glo.dicit,nihil intereſſe,verbis aliquid fiat, an rebus:& multa in id allegat.Imò ſi verum fateri volumus, facta plus habent ponderis ad declarandã voluntatẽ,quàm verba.l.ſi tamen,§.ei qui ſeruũ,ff.de Aedil.edict.vbi dicitur,quòd multò amplius eſt facere,quàm pronuntiare,& not.glo.in cap.dilecti,per illũ text.de appel. & Pet.Anch.conſi.cccij.materia de qua quæritur.& Roma.conſi.ccxcj.cùm iſti fratres,qui ex hoc dicunt facta magis declarare voluntatem & conſenſum contrahendi,quàm verba,quod huc proximè accedit.Et ex externis ſcriptoribus Lucianus in Toxari aſſerit res ipſas magis loqui,quàm verba:cum aliis ſimilibus,quæ etiam collegimus,vbi ſuprà,nu.2.Igitur,vt reuertamur,ſi factis & tacitè poſſumus vendere & reuendere,per Deos oro,ex quibus factis euidentiùs dilucidiúſq; poſſumus declarare venditionẽ nos facere,quàm ſi poſt promiſsionem de ea faciẽda pretiũ recipimus,& viciſsim rem tradimus? Certè vel ſic declaramus,vel nunquàm:eſſentq; ſuperuacua omnia iura,quæ dicũt emptionem ſolo conſenſu & tacitè,id eſt, ex factis celebrari,niſi ita fieret:quando etiam ex ſimplici traditione rei ante contractũ perfectũ dominium transferamus,ſecundùm gloſ.in d.l.contractus,in verbo,id quod emptoris, & ibi Cyn.poſt Pet.col.ij.verſic.quartò quæritur.Bald.quo loco ſuprà citauimus.Sal.col.iij. verſic.quæro tertiò principaliter.Angel.verſic.in ea ibi,ſed non vſura.Paul.Caſtr.vbi etiam citauimus,C.de fide inſtrumen.& alia gloſ.in l.multùm,in verbo,tradita, dum ſe allegat ex d.l.cõtractus,& ibi quoque Doct.C.ſi quis alter.Barb.conſi.viij.ſcribitur præclarè,col.antep. verſic.& ſi opponitur de eo,lib.1.

*Volũtas facto declaratur.*

*Facta magis declarant uoluntatẽ, quàm uerba.*

*Lucianus.*

77 ¶Et hæc quoque euidenti ratione probãtur:nam,vt diximus ſuprà,nu.53.hæc mirum,aliud eſt promittere aliquam accipere in vxorem,aliud eam accipere : per illa enim verba non eſt contractũ matrimonium,ſed eſt tantùm promiſsio de contrahendo,quam nos ſponſalia de futuro vocamus.ſunt enim ſpõſalia futurarum nuptiarum,promiſsio,c.noſtrates, xxx.q.v. per hæc autem cõtrahitur matrimonium.Quid igitur,ſi poſt huiuſmodi promiſsionem de contrahendo non aliter expreſsim contrahitur matrimoniũ,tamen ſponſus & ſponſa inuicem concumbunt:quod nihil aliud eſt,quàm ſeſe ſibi mutuò tradere:vt aperè ſentiunt.gloſ. Hoſt.Colle.Pan.vterque Card.Flor.& Alexand.in c.vlt.de ſponſa.duo.dum reſpondent ad l.quoties, C.de rei vend.& idem Hoſt.in ſumma eiuſdẽ tit.§.ij.col.j.& D.à Rota.deciſi.879. vtrùm l.quoties:in antiq.quæ repetitur inter deciſi.Bernard.Biſguet.ſub tit.de loca.c.j.eiuſdẽ initij.Profectò ita perficitur matrimoniũ,ac ſi verbis expreſsis fuiſſet contractum. Sponſalia (inquam) tranſeunt in matrimonium.id eſt,ſimplex promiſsio in contractũ.c.is qui fidem, extrà de ſponſa.cum ſimi.Idq; etiam ſi ſponſalia fuerint ſub conditione contracta.c.de illis, & c.ſuper eo,& c.per tuas,extrà de condi.appoſi.& vtrobiq; Doct.Imò ex ſimplici ductione vxoris in domũ mariti,ipſo facto & ſine alia expreſsione verborũ,eadem ſponſalia trãſeunt in matrimonium.l.cùm in te,& ibi Bal.in j.not.C.de dona.ante nup.Et facit quod ſcribit idẽ Bal.in c.iurauit,col.vlt.verſi.item nota hîc quòd ſponſus,extrà de proba.Igitur & ſimili ratione,hoc in caſu ſimplex promiſsio de vendendo,trãſit in contractũ venditionis, per mutuam rei & pretij traditionem,etiã ſi aliter id expreſſum non fuerit:nam vt diximus ſuprà, nume.70.item emptor,matrimoniũ eſt quædã ſpecies emptionis & venditionis.Et huc quoque pertinet text.in l.Papinianus,ff.de donat.inter vir.& vxo.prout multi illam intelligunt, quos nos citauimus ſuprà nu.48.nunc ſe offert,vt ſcilicet loquatur in ſimplici promiſsione de donando:ſi tamen proceſſum fuerit ad traditionem rei promiſſæ,habet vim donationis, & morte confirmatur,ac ſi verè donatum fuiſſet.

*Confirmatio præcedẽtium.*

*Per concubitum ſpõſus & ſponſa ſe ſibi inuicem tradunt.*

78 ¶Quid,quòd ſimplex traditio rei non ſoluto pretio,illud operatur,vt vẽditor videatur habere fidem de pretio,niſi aliud proteſtetur,& ſic transferat dominium.glo.in l.quod vẽdidi, & ibi Sal.ff.de contrah.emp.& in l.procuratoris,§.planè,in verbo,vendicare,ff.de tribu.act.& ſubobſcurè in l.iij.ff.de pign.act.& in d.§.venditæ,in verbo,fidem emptoris.& ibi Ioan. Fab. Inſtit.de rer.diui.Iacob.Aret.Cyn.& Bart.in l.inciuile,C.de rei vend.Colle.in c.vlt.extrà de ſpon.duo.Bal.& Ang.in l.ſi non donationis,C.de contrah.empt.Io.Fab.in §. ſed iſtæ,nu.18. Inſt.de act.Maſuer.tit.de empt.& vend.§.item eo ipſo quòd venditor.Ro.ſing.cccviij.l.quod vendidi.Alex.conſi.lxxxvj.ponderatis narratis,col.ij.verſi.nec obſtat,ſi diceretur,lib.6.quod repetitur inter conſi.Franc.Curt.Senioris,conſil.xxij.Corne.conſil.ccj.viſis nonnullis,col.j. lib.4.& conſi.cl.viſo tenore,col.j.verſi.quod & conuenit.lib.4.Barb.conſi.viij.ſcribitur præclarè,col.antepenul.verſicu.& ſi dicatur,lib.1.& Alciat.in l.traditionibus,in verbo,nudis pactis,C.de pact.& probat tex.in l.apud Iulianum,§.ſi Titius,ibi,ſed ſi nondũ,ff.de leg.j.ſi credimus Franc.Aret.ibi.Si ergo id facit ſimplex traditio ſine numeratione pretij, vt transferat dominium,tanquam habita fide de pretio,quantò magis idẽ debet facere,cùm numeratum eſt pretium. Præſertim cùm iam in noſtro caſu obligatus ſit emptor id perficere, quod promiſit,cùm è diuerſo in primo caſu venditionis non teneatur habere fidẽ de pretio : prætereàque plus incommodi percipiat habendo eam fidem,& expectando ſolutionẽ pretij,quàm implendo,quod iam promiſit.

*Traditio rei facit ut cenſeatur habita fides de pretio.*

*Legatum traditum aſſumit naturam donationis cauſa mortis.*

79 Quid verò plura?cùm ſi quis primò rem quampiam ſuo teſtamento legauit,deinde & eandem legatario tradidit,legatum ipſum ob eam tradionem, quæ poſteà interuênit, aſſumit naturam donationis cauſa mortis:vt pulchrè & not.voluit Bal.in l.vlt.C.de vſu & fructib. lega.& in l.j.col.iij.verſi.vnum ſcias,C.ſi omiſſa ſit cau.teſt.per l.Lucius Titius,la j.& l.legatum,la ij.ff.de lega.ij.& dicemus in noſtro tractatu de vtraque poſſ.in materia conſtituti, in ampliatione.Si igitur traditio eam vim habeat,& id operetur,vt mutet ipſius actus & nomẽ & ſubſtantiam,multò magis id efficere poteſt & debet,vt operetur complementum & perfectionem actus iam incœpti ex promiſsione.

*Promiſsio reuendẽdi fauorabilior quàm vendendi. Prouerbium.*

80 ¶Præſertim verò hæc omnia debent procedere in promiſsione reuendendi,& magis quidẽ, quàm vendẽdi:tum quia facilius res eò redire debet,vnde primùm venerat,argu.l.ſi vnus.§. pactus ne peteret,verſi.quod in ſpecie:ff.de pact.& cap.ab exordio,xxxv.diſt.vt ſcilicet illud fiat,quod ſenario illo prouerbiali dcitur,

ἁλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν, ἐνθ᾽ ἔβη. Id eſt,

*Salis onus,vnde venerat,illuc abiit.*

Et hoc argumẽto in hoc noſtro pacto de reuendendo nuncupatim vtitur,licet aliò reſpiciẽs Phili.Deci.cõſi.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutũ,col.ij.verſi.ad hoc breuiter: hincq; dicit,huiuſmodi bona ita vendita cum pacto reuendẽdi, & poſteà reuendita, magis videri reddita,quàm trãſlata:vt in ſimili dicitur in l.filio quem pater,ff.de lib.& poſth.

*De eodem.*

81 ¶Tum quia æquius eſt & fauorabilius,vt id fiat in promiſsione reuendendi, quàm in ſimplici promiſsione vendendi,quæ omnino libera eſt:nec enim quis cogitur promittere vendere,ſicuti nec vendere.l.inuitum,C.de contrah.empt. cum ſimi. Hîc autem prior venditor veriſimiliter non erat aliâs venditurus,quàm cum eo pacto reuendendi.arg.l.vlt.C.de pact. inter empt.& vendi. Igitur emptor emẽdo rem,quam fortè admodum cupiebat(neq; enim aliter emiſſet,niſi cupidus eius rei) coactus eſt id pactũ apponere.neque enim poterat aliter emere venditore renitente:fuitque id pactum appoſitum fauore contractus emptionis, & ex cauſa ililus:cùm in ſimplici promiſsione vẽdendi non ſubſit alia cauſa,fauore cuius ea fiat, ſed ex ſimplici voluntate promittentis. Ideoq; non tanta eſt nec tam fauorabilis obligatio eius rei,arg.l.rem legatam,ff.de adi.lega.cum ſimi.

*L'argent & le drap.*

82 ¶Deniq; nihil iniquius eſt,quàm vt hic qui promiſit vendere aut reuendere,habeat penes ſe pretium & fructus eius rei, cuius venditio aut reuenditio promiſſa eſt,id eſt, vt prouerbio Gallorum dicitur, *& l'argent & le drap*, ex ſententia glo.Cy.& aliorum in l.vlt.C.quan.lic.ab empt.diſced.Bal.in c.j.col.ij.tit.de contr.inter do.& empt.feud.& conſil.cxxxj.caſus eſt talis, quidam nobilis,in fi.lib.1.& conſi.ccxcviij.hæc materia,col.ij.lib.1.& eſt bonus text.in d.l.curabit,& ibi no.C.de act.empt.& in l.ſi hæres,ibi, ne emptor & pretiũ & libertum perdat,ff.de fideicom.liber.& l.j.C.ſi ſer.exter.& l.bona fides,ff.de acti.empt.vbi dicitur bona fides non patitur,vt emptor & pretium & rem habeat. & l.ij.§.j.ff.quar.rer.act.non datur,vbi ſcribitur, iniquiſsimũ eſt ſeruo carere,& pretio eius.Et licèt text.in d.l.curabit,& nonnulli ex aliis loquantur,cùm venditio perfectè facta eſt:tamen eadem eſt omnino iniquitatis ratio,cùm tantùm interuenit promiſsio vendendi : vt videre eſt,& probatur in d.l.vlti.§.ſi per mulierem, ff.de fund.dot.ſecundum intellectum glo.ibi,quam ſuprà adſcripſimus,nu.71.ad hæc tex.eſt. Ergo & idem ius ſtatui debet,l.adigere,§.quamuis,ff.de iure patro.cum ſimi.

*Qui poſteriorem ſententiã tenuerunt.*

83 ¶Et ſecundùm hanc poſteriorẽ ſententiam,Soci.qui eam tenuit in l.ſi ante.ff.ſol.matr.dicit fuiſſe iudicatum Cremonæ. Et hanc quoque nuncupatim ſecutus eſt Philip.Deci.ſi is eſt, conſi.dcxiiij.in cauſa feudali,col.iij.in princ.nam admodum dubito,an illud poſtremũ volumen conſi.quod ſub nomine ipſius Decij impreſſum eſt,ſit omnino ipſius, & Franc.Cur. Iu.conſil.lxxxij. ſacratiſsimæ,col.ij.verſic.confirmantur, & Carol.Rui.conſi.lvij.quo ad ea, col.pen.verſic.non obſtat inſuper lib.1.& conſi.xlviij.caſus iſte,col.iij.nu.9.eod.lib.1.& conſil. xlvij.in cauſa,col.iij.nu.5.lib.4.vbi oſtendit Alex.voluiſſe contrarium in d.conſi.lxxiij.lib.2. ſuprà nu.67.allegato:vti etiam facit idem Ruin.d.conſil.lxvj.col.iiij.nu.8.li.4.Ante hos autẽ omnes,quos ſuprà citauimus,Bal.quem nullus allegat,conſi.cccclj.dominus Nicolaus,lib.2. ex facto interrogatus,reſpondit promiſsionem vendendi,ſecuta traditione & numeratione pretij,eſſe venditionem conſummatam.& idem non obſcurè ſentit Raph.Co.à nullo quoq; recentiorum memoratus,conſ.clxxxiij.M.ccclix.& c.Ioannes,quod conſi.inculcatũ eſt inter conſi.Alex.conſi.cxix.ſine diſputatione,lib.4.quamuis illius nomen hîc ſupprimatur.

*Deciſio prin. quæſtionis,cũ reſpõſionibus diuerſarum rationum.*

84 ¶Et hanc quoque partem veriorem eſſe arbitror.Cui non admodum obſtant rationes pro cõtraria parte à Iaſ.adductæ:nam quod primo loco dictum eſt,aliud eſſe vẽdere,aliud promittere de vendendo:vt illud cõcedamus,(quod tamẽ ſæpe non procedit,vt diximus ſuprà in 5.q.huius gl.) tamen id procederet,cùm manſimus in ſimplici promiſsione:ſed cùm vltra eam proceſsimus ad traditionẽ rei & pretij,nihil dubitandũ eſt,quin tacitè vẽdamus,& multò magis reuẽdamus,vt ſatis ſuprà oſtẽdimus.Sicq; tolluntur omnia alia cõtraria,quorũ hic cardo eſt,quòd fructus dominũ ſequũtur:nam in hoc caſu is, cui promiſsio facta eſt vẽdẽdi, ſecuta traditione rei & numeratione pretij,fit dominus ex illa tacita vẽditione:proptereaq; ſequuntur eum fructus. Imò etſi nondũ eſſet dominus,nihil tamen obeſſet,quin & fructus obtinere



obtinere debeat : etiam ſi ſimpliciter obtuliſſet pretium,nec promittens accepiſſet. ex mora enim fructus debentur oblatione facta,per d.l.ij.C.de pactis inter emp.ſaltem depoſitione & cõſignatione,ſecundùm glo.ibi.de quo latiſsimè diximus ſuprà eod.tit.§.iiij.glo.vj.in verbo *conſigner*, in princ.Si ergo is,qui ſimpliciter obtulit,& recuſante parte depoſuit,poteſt petere fructus poſteà perceptos,multo magis ſi oblatione facta pars ipſa pretiũ recepit,& rẽ ipſam tradidit,poteſt eoſdem à ſe perceptos aduerſus partem eos petentem retinere & tueri,per l.j. §.is autem,ff.de ſuperfi.& l.inuitus,§.j.ff.de reg.iur.cum ſi.Atque ita diluũtur,quæ de vſura in priori parte dicta ſunt:quia eodem modo vſura eſſet in caſu d.l.ij. quod nemo vnquam dixit,neque diceret ipſe Iaſ.Et quia etiam non ob aliud dicit Iaſ.vſurã eſſe in hoc caſu,quàm quia hic dominus,vt ipſe dicit,non eſt:ideò ſi propter pretiũ fructus lucraretur, vſura eſſet. Verùm hîc confeſtim dominus fit pretio à ſe numerato,réque ſibi tradita,tanquam ſic perfecta & conſummata venditione,vt apertiſsimè ſuprà docuimus.

*Collecta nomẽ Latinum.*

85 ¶Nonò quæro, Si collecta, quam vocant non ineptè, (quia & Varro in libro de Lingua Latina,& Cic.lib.2.de Oratore,eam vocem in eo prope ſenſu vſurpant:alij collationem, & indictionem vocant) quid igitur,ſi ea fuit impoſita pendente tempore præſtituto ad reuendendum,& poſteà fuit res reuendita:vter eorum,emptórne,an venditor,debeat ſoluere eam collectam.Et idẽ quæri poteſt de retractu municipali. Dic,id onus pertinere ad emptorem, qui interim,dum collecta fuit impoſita,res poſsidebat, & eius fructus percipiebat, iuxta l. quæro,ff.de vſufr.leg.& l.ſi pendentes,§.ſi quid cloacarum,ff.de vſufr.& l.neque,& ibi Bart. ff.de impen.in reb.dot.fac.& l.ij.& l.vlt.& ibi glo.Bar.& Io.Plat.C.de anno.& tribut.lib.10.& l. hi penes quos,& ibi no. C.de agri.& cenſi.lib.xj.& latè diximus tit.omnium ij.huius voluminis cõſuetudinum,§.j.qui eſt omniũ eiuſdem volu.xiiij.in verbo, *ſe prenent ſur l'achepteur.* Et ita nuncupatim in hoc caſu reuenditionis voluit Cagno.in repet.l.ij.in xix.quæſt.C.de pact.inter empt.& vend.

*Alia pulchra quæſtio.*

86 ¶Decimò quæro, Aliquis ſub hoc pacto vendidit molendinum,cuius mola cæteraq; inſtrumenta tempore venditionis fortè erant recentia,tamen durante tempore reuenditionis vſu (vt fit) attrita fuerunt,ita vt prope ſint inutilia, cùm redimuntur, nónne emptor qui reuendit, teneatur eadem reddere ſarta tecta,id eſt,eiuſdem bonitatis,& ſic alia noua eorum loco reponere:aut quod deeſt, id eſt,quòd diminutum eſt ab æſtimatione temporis venditionis,reſarcire? Hunc caſum aliquando ex facto vſu euenire vidimus,& id in controuerſiã actum:reſpondiq;, ſuper hoc conſultus,non ad ea teneri emptorem,cùm non vſus ſit, niſi in quẽ vſum molendinũ paratum eſt.arg.l.arboribus,§.nauis,qui eſt j.ff.de vſufr.& melioris text.in l.ſi vſusfructus,§.ſi veſtis,ff.vſufr.quemad.cau.vbi id intelligitur,ſi ſine dolo malo attritũ fuerit. & §.in cõmune,Inſti.de rer.diui.cum ſi.Et facit etiam l.de his,C.de donat. inter vir.& vxo.ex qua not.Bal.maritum non teneri,ſoluto matrimonio,reddere bona paraphernalia attrita,niſi qualia nunc ſunt.quod ex eo repetit & dicit not.Franc.Cremo.ſingu.cxlj.ſi paraphernalia.vbi & id dicit probari in l.plerunque,in principio,ff.de iure dot. Et idẽ quoque intelligere potes in retractu municipali.

*An bona ab hærede recuperata ex pacto reuẽdẽdi, debeant reſtitui fideicommiſſario.*

87 ¶Vndecimò quæro,vtrùm bona recuperata ab hærede ex pacto de reuendendo in venditione facta à teſtatore appoſito, debeant reſtitui fideicommiſſario, cui hæreditas reſtitui debet.De qua re nuncupatim conſultus Philip.Deci.conſi.ccxxxviij.proponitur quòd nobilis dominus,in v.q.reſpondit,ea deberi fideicommiſſario:quoniã poſt earum recuperationem cenſentur eſſe eiuſdem naturæ,id eſt,hæreditaria,ac ſi ſemper manſiſſent in manibus teſtatoris:vt colligitur ex no.à Bar.in l.in diem,ff.de aqua plu.arc.De qua ratione nos plurima diximus ſuprà tit.præced.§.xix.in gloſſ.ij.nume.4.verùm ſi huiuſmodi.& ſeq.vbi & cõcord. adduximus,vt ibi videre poteris,ne hîc fruſtra repetam.

*Et ſi reſtituat an recuperet pretiũ redemptionis.*

88 ¶Subdit tamen Deci.quòd hæres debet recuperare pretium redemptionis à fideicõmiſſario: quia videtur redemiſſe ex ſua pecunia:& præſumitur ex not.à Bar.in l.cùm proponas, quæ eſt ij.per illum text.& ibi quoque Bald.& Sal.C.pro ſoc.vbi in caſu fortiori dicunt, quòd ſi quis emit fundum pro ſe & fratre,& ſoluit pretium,poteſt à fratre repetere partẽ pretij:quia in dubio præſumitur emiſſe de ſua pecunia. idque dicit Bart. multum notandum, & idem Bar.in l.ſi patruus,colum.j.C.commu.vtriuſque iudi.Roma.conſi.iij.viſo themate,circa medium,verſic.item hoc dicendum:vbi & ad hoc allegat text.in l.ſi venter,§.vlti.ff.de priuileg. credi.Cardin.Flor.conſi.cxl.factum tale eſt,colum.vlti.verſi.ad aliud dicimus.Panor.conſil. xlvj.tria in iij.dubio,lib.1.Alexand.conſi.lxxviij.diſcuſsis his,colum.ij.verſi.tamen in propoſito,lib.2.Barba.conſi.xxij.ſcripſit Propheta,col.j.Phili.Deci.cõſi.cccxlviij.de duobus, col.ij. verſicu.prætereà in caſu iſto.

*Alia pulchrá & ſubtilis quæſtio.*

89 ¶Duodecimò quæro,Titius vẽdidit fundũ Mæuio,cum hoc pacto reuẽditionis,deinde Mæuius dat eundem fundũ in emphyteuſim ipſi Titio venditori:qui poſteà ceſſauit triẽnio à ſolutione penſionis,ob idq; cecidit eo iure emphyteutico,atque ita rediit res ad Mæuium emptorem:vtrum Titius etiam cecidit à beneficio illius pacti reuẽdendi?In qua re cõſuluerunt vterque Rapha.Fulgo.& Co.& Pau.Dotius inter conſi.ipſius Rapha.Coma.conſi.lxv. Titius locauit:cõcluduntq;,emptorẽ hoc caſu ad nihil aliud teneri vi illius pacti,quàm vt ſe ipſi

ipſi vẽditori, qui emphyteuſi cecidit, emphyteutam ſub antiqua penſionis præſtatione conſtituat: ſicq; directũ dominiũ vi illius pacti redeat ad venditorem: vtile verò, quod ipſe venditor habuit ex cõceſsione emphyteuſis, & ſuo vitio perdidit, & ad emptorem reuerſum eſt, apud ipſum emptorem remaneat, per multa, quæ illic allegant, quæ tu ipſe videre poteris.

90 *De eadem re.* ¶Alex. autem, in eadem propè ſpecie interrogatus, conſi. ccxxviij. ponderatis his quæ ſeriosè, col. iij. verſi. nec obſtat etiam, ſi diceretur, lib. 6. ſimpliciter reſpondit, venditorem, qui cecidit emphyteuſi, quia per triennium ceſſauit, ob id non repelli à iure redimendi ex pacto, per l. ſi domus, ff. de ſer. vrb. præd. & §. ſi verò non habuerit, in auth. de non eli. ſecun. nub. nullamq; illorum mentionem facit. Idemque in eadem cauſa, interque eaſdem partes conſuluit. Barb. conſi. lj. ſcripſit ſapientiæ fons, colum. vij. verſi. capio nunc alium, lib. 1. & ſequitur Phili. Deci. qui ſolius Barba. meminit, in l. bonæ fidei, col. iij. verſi. vltimò not. C. de pact. Ludo. Gozad. in repet. l. ij. in fi. C. de pact. inter empt. & vend. & conſi. lxxxvj. videtur, col. pen. nu. 26. & Alcia. in tracta. præſumptionum, regula iij. præſumpt. xlv. nu. 3. quem omnino vide: atque etiam Iaſo. in l. ij. col. ij. verſic. nunquid autem emphyteuta, C. de iure emphy. & ante eos Cæpo. in tract. ſimulationis contractuum, in ij. præſumptione iij. caſus princip. in fi. vbi id intelligit, cum pactum reuenditionis eſſet appoſitum ſeparatim ac ſeorſum à pacto ſiue conceſsione emphyteuſis: aliàs ſecus, per iura ibi alleg.

91 *Si creditor uẽdidit pignus ſub hoc pacto an uẽditor poterit ui illius retrahere.* ¶Decimotertiò quæro, Creditor vendidit pignus ſub hoc pacto redimendi an poterit debitor vi huius pacti rem ipſam ita venditam redimere, & ita ſibi auocare ab emptore. Quod placet Bar. Ang. & Pau. Ca. in l. epiſtola, §. j. in fi. ff. de pact. ar. l. ſi pignori, ff. fami. ercíſc. Sed de hoc dicit Barto. eſſe caſum expreſſum, vti etiam eſt, in l. cùm venderet, in princip. ff. de pigno. actio. & ſequitur & dicit not. Fabia. à Monte S. Sabin. in tractatu de emptione & venditione. in v. quæſt. vij. q. princ. Et bene facit etiam text. in l. voluntate, §. creditor, ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol.

92 *Cuius commodo cedit alluuio, an emptoris, an uenditoris, qui ex hoc pacto redimit.* ¶Decimoquartò, Pendente tempore reuenditionis aliquid alluuione accreuit rei venditæ, & poſteà ea res ex pacto de reuendendo redimitur: vtrius commodo id cedat, emptoris, an venditoris, qui poſteà redimit. Et idem quæri poteſt in retractu municipali. Allegatur Pau. Caſt. conſi. ccclxxxviij. videtur dicendum, lib. 1. conſuluiſſe iſtud augmentũ redire ad venditorem: ſed ante redemptionem, fructus ad emptorem pertinere: niſi ſi inſula iuxta fundum in flumine nata ſit, hanc enim proprietati accedere: ideóque ad emptorem fructus ipſius, etiam ante redemptionẽ non pertinere: vt de vſufructuario dicitur in l. item ſi fundi, §. huic vicinus, ff. de vſufru. Et ita Pau. refert, & ſequitur Hir. Cagno. in repe. l. ij. in xvij. quęſt. C. de pact. inter empt. & vend. quamuis illud conſi. reperire non potui.

93 *De eadem re.* ¶Tu autẽ addere potes, quantùm ad id quod de fructibus dictum eſt, quæ ſcripta ſunt à Io. Lupo. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. lxij. col. vj. verſi. ex quo infero, cum multis ſeq. Ad reliquum quoque addes text. in l. cùm autem, §. j. ff. de Aedil. edict. vbi reſoluta vẽditione reſtituitur & quod vẽditioni acceſsit, vt vterque reſoluta emptione nihil amplius cõſequatur, quàm quod haberet, ſi venditio facta non eſſet. Et facit optimè text. in l. hominem, ff. de vſucap. vbi ſi res redeat ad venditorẽ ex pacto appoſito in venditione, ei datur acceſsio eius temporis, quo fuit apud emptorem, ad complendam & perficiendam vſucapionem. Et in l. voluntate, tum in prin. tum in fi. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. vbi reſoluta venditione res redit in priſtinam cauſam. & ſubdit glo. ibi in fi. ac ſi nulla venditio fuiſſet facta: & in l. ij. in fi. à contrario ſenſu, ff. de in diem addic.

94 *Alluuio an aliàs cedat cõmodo emptoris an uenditoris.* ¶An autem aliàs augmentum alluuionis cedat commodo emptoris, an venditoris, vide tex. in l. id quod, in princ. ff. de peri. & commod. rei vendit. & l. Iulianus, §. ſi Titius, & ibi gloſſ. & Doct. ff. de act. empt. & in §. ſed ſi poſt emptionem, Inſti. de empt. & vend. Vtrùm autem cedat commodo hæredis, an legatarij, vel fideicommiſſarij, vide tex. in l. ſæpe, ff. de leg. iij. Et vtrùm quoque vaſalli, an domini: & certè domini, vt probat c. j. §. ſi quis de manſo, titu. de contro. inue. vbi Iaco. Bal. & alij, multa de hoc dicunt. Inter quos Bal. idem dicit in emphyteuta, reprobata glo. quæ contrariũ voluit, in l. de quibus, in glo. j. poſt mediũ, ff. de legibus. Sed idem tamen cum ea voluit & alia glo. in l. j. in glo. vlt. C. de iure emphy. quæ allegat d. l. itẽ ſi fundi, §. ſed ſi inſulam, ff. de vſufruct. De quo & tu vide Cy. in d. l. j. in vj. quæſt. & ibi Albe. col. vlti. Bart. & Sal. col. ij. verſi. ſed videamus: & Iaſ. col. xvij. verſi. in fin. glo. dicit, & Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, verſi. cxxxj. & ibi Bal. in addi. & iterum verſi. cxxxvj. & ibi Ioan. Andr. & Cano. in c. potuit, & ibi maximè Imo. col. xxj. verſi. iuxta prædicta poteſt, extrà. de loca, Bar. in d. l. de quibus, in repe. col. ij. & ibi quoq; latè Albe. col. vj. verſi. expeditis cõtrariis, & Ang. col. iiij. verſ. per hæc determinatur. & Bal. in c. cùm Mart. Ferra. col. v. extrà de conſti. vbi etiam tractat, an cedat præbendæ, an verò capitulo, & Sali. in l. j. col. ij. verſi. nunc igitur, C. quæ ſit long. cõſue. vbi loquitur de fructuario, emphyteuta & vaſallo, & Petr. Ferra. in tit. forma libelli, quo agitur ad reuoc. feud. in verbo, cum omnibus ſuis iuribus, col. j.

*Hæredis an legatarij, an fideicõmiſſarij. Vaſalli, an domini. Emphyteutæ, an domini.*

*Præbendæ, an capitulo.*

95 *De iiſdem rebus.* ¶Et vide quod in ſimili tradit gloſſ. in l. ſi merces, §. vis maior, in verbo, cui. & ibi Bart. ff. loc. & Bal. in l. cauſam quam, C. de alluuio. apud quos multa videre potes, quæ ad hanc noſtram quæſtionem pertinẽt, & ex quibus multò facilius intelliges, quid hîc dicendum ſit. In quam rem



rem etiam vide tex. in l. ſi conuenerit vt nomen, §. ſi nuda, qui eſt j. ff. de pigno. act. & l. ſi fundus, in princ. ff. de pigno, & glo in l. qui fundum, §. j. in verbo, conditione: & ibi Ang. & alios, ff. pro empto. & omnino Corne. conſi. lxv. licet claram, per totum lib. 4. & Carol. Molend. in conſue. Pariſ. tit. j. §. j. glo. v. in vlt. q. & quæ etiam diximus ſuprà tit. præced. §. x. glo. j. nume. 18. cæterùm, & duobus ſeq. & in fi. illius quoque tit. in xxv. quæſt.

96 ¶Sed & tu alia multa de alluuione vide in l. ſed ſi quid, & l. ex mille, §. quòd ſi modo, & ſeq. ff. de euict. & l. inſula, ff. de acq. rer. domi. & l. adeò, §. j. eod. tit. & l. & puto, §. id quod, ff. famil. erciſc. & l. idem eſt, ff. de rei vend. & l. ſi locus, ff. quemad. ſer. amit. & l. ſi Titio, ff. de vſufr. & l. indebiti. in prin. ff. de condi. indeb. & l. ſi conuenerit, §. j. de pigno. actio. & l. ſi fundus, ff. de pign. & l. ſi proprietati, ff. de iure dot. & in l. Iulianus, §. ſi Titius, ff. de actio. emp. & l. ſi ego, §. idẽ ait, verſic. quod tamen per alluuionem, ff. de Publici. in rem actio. & per Bart. in tractatu de alluuione, in verbo, acquiritur nobis. Bal. in rub. ff. de rerũ diuiſi. col. iiij. verſi. nunc de rebus, cum multis ſeq. Ioan. Fab. & Ang. Aret. in §. præterea, Inſti. eo. tit. Ang. in l. legem, C. loc. Iaco. Alua. & Cardina. Alexand. in d. §. ſi quis de manſo. Alexand. conſil. xxv. conſideratis verbis inſtrumenti, in j. dubio, lib. 7. & conſi. lvij. in cauſa & lite, col. iiij. verſi. prætereà conſuetudo, eodem lib. 7. & Cæpo. in tract. ſeruit. ruſti. præd. tit. de flumine priuato. Petr. Ferrari. in tit. for. libel. in acti. rea. in verbo, iure dominij, col. iij. verſicu. tertius eſt. Cor. conſi. cxcj. ſatis ſcrupuloſa, lib. 3. & conſi. cclxxxvij. domi. Ioachimus, eod. lib. 3. & latiſsimè Franc. Cur. Senior, conſi. lvij. ſuper eo quod ab ordine Bolo. conſi. xiiij. duo caſtra, & Iaſ. conſi. cclvj. punctus quæſtionis, lib. 2. & conſi. cxxvj. alluuionis, lib. 4. Pantal. in repe. l. ij. col. xx. verſi. vigeſimoſecundò extendo, C. de reſcin. vend. vbi quærit, an alluuio, quæ poſt venditionem acceſsit rei venditæ, impediat remedium d. l. ij. *De alluuione multa.*

97 ¶Decimoquintò quæro, quid de theſauro ab emptore inuento in re vẽdita, durante eodem tempore præſtituto ad reuenditionem, & antequàm res redimatur? vtrùm pertineat ad ipſum emptorem, an ad venditorem reuenditione facta, an verò ad vtrunque. Et idem quæri poteſt in retractu municipali. Vide tex. in l. diuortio, §. ſi fundũ & ibi Bart. Bal. & alios, ff. ſol. mat. & in l. à tutore, & ibi Bart. ff. de rei vend. & in l. ſi is qui, ff. de acquir. rer. domi. & in l. item Labeo, ff. famil. erciſc. & in l. j. & ibi Ioan. à Plat. C. de theſaur. lib. 10. & in §. theſauros, & ibi Io. Fab. Ang. Aret. & alios, Inſtitu. de rer. diuiſi. Iacob. Ra. & Alber. in l. item lapilli, ff. eod. tit. Specul. & Io. Adr. in addit. ipſius, tit. de loca. §. nunc aliqua verſic. cxxxij. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſi. col. v. verſi. item quæritur de lapidibus. Iacob. Aluar. & Card. Alex. in cap. j. titu. quæ ſunt regal. & Ferra. tit. for. libel. in act. rea. in verbo, iure dominij, colum. iij. verſic. ſecundus. & Guli. Benedic. in repet. c. Raynutius, in verbo, cætera bona, nu. 30. & 34. & nouiſsimè Carol. Molend. in conſuet. Pariſ. tit. j. §. xxxvij. nu. 48. Ex quibus cognoſces, quid hîc dicendum ſit: iunctis his, quæ ſuprà de alluuione diximus. *Theſaurus an cedat emptori, an uenditori redimẽti ex hoc pacto.*

98 ¶Decimoſextò quæro, Titius agit contra Mæuium ad reuenditionem fundi, quẽ illi antea vendiderat cum pacto (vt ipſe dicit) de reuẽdendo: Mæuius negat ſimpliciter id pactũ interceſsiſſe, Titius tãdem probat id pactum, non ita ſimpliciter, vt allegabat, ſed ita quidem, vt Mæuius poſt triennium teneretur reuendere: (quod pactum non eſt illicitum, niſi alia interueniant: vt multis placuit, quos videre poteris, ſuprà eo. tit. §. j. in verbo, *à tel temps*, paulò ante finem.) vtrùm, cùm tempore, quo agit, eſſet trãſactum illud triennium, debeat obtinere? Et videtur, quòd reus ſit abſoluẽdus: nam promiſsio pura, & ad diem, & poſt diem, differũt inter ſe formaliter, eſſentialiter, & effectualiter. l. obligationum ferè, in princip. ff. de actio. & obliga. & l. talis ſcriptura, ff. de leg. j. & §. omnis, Inſtitu. de verborum obliga. Igitur qui vnam earum intendit & non probat, licet aliam probet, debet ſuccumbere, cum deductum non probauerit, & probatum non deduxerit. Nam qui in libello intentionem ſuam ad certam cauſam, vel rem vel tempus, vel qualitatem reſtringit, ſi non probat, ſuccumbit. l. habebat, in principio, ff. de inſtito. actio. & l. Diuus, & ibi ampliſsimè not. per Doct. ff. de re iudicata, & l. ſi mater, §. ſi quis autem fundum, & l. & an eandem, §. actione, ff. de except. rei iudic. & l. j. ff. ſi menſ. fal. mod. dixe. & cap. Abbate ſanè, de re iudi. lib. 6. Innocen. in c. ſuper literis. in prima gloſ. magna. verſicu. & nota, de reſcript. & in cap. j. poſt medium, de lit. conteſta. & in c. qualiter, de accuſatio. & in cap. ex parte Abbatiſſæ, de priuileg. Ioan. Andr. in addi. Specu. titu. de actio. ſeu petitio. §. ſequitur. Federi. Senen. loquens de eo qui petit medietatem pro indiuiſo, & probat de medietate diuiſa conſi. clix. Sempronius. Signo. conſi. x. in quæſtione, colum. iij. verſic. modò his, & conſil. cxl. procurator. & conſi. cxcv. in quæſtione, colum. ij. nu. 2. Barto. in l. j. in princ. col. ij. verſi. veniamus ad cauſam, ff. de edend. & conſil. lxxxviij. in quæſtione inter Franciſcum, poſt princip. & conſil. cxvij. accuſatio, colum. j. quod repetitur conſilio ccxxiij. {Bald. late in l. ij. col. j. verſic. ſuper hac lege. ff. de proba.} Ange. in l. vltim. C. de anna. except. & conſi. ccccv. in cauſa vertente, col. j. Ant. in cap. examinata, col. pen. verſic. ex his patet, de iudi. Paul. Caſtr. in l. ſi is ad quem, col. j. verſi. item facit iſta lex, ff. de acqui. hæred. & conſi. ccxxviij. pro declaratione, in fin. libr. 1. & conſi. cclij. ad confirmationem, colum. ij. verſiculo circa ſecundum, eod. lib. 1. & conſi. lvij. in cauſa Exforcij. colum. vlt. verſi. tum etiam quia dicta, lib. 2. Roma. conſil. cx. quæſtio conſultationis, propè per totum. & conſil. clxvij. Antonius, etiam per

*Alia pulchra quæſtio.*

*Qui intentionem ſuam ad certã cauſam, rem, uel tẽpus reſtringit, ſi nõ probat, ſuccumbit.*

per totum.Alexand.conſi.cxxj.viſo proceſſu cauſæ,col.iij.verſi.inſuper,lib.1.& conſi.cxcviij. quod eſt eiuſdem initij,col.vlt.lib.6.cum ſimi.adductis ab ipſo Alex.in d.l.Diuus.& Cæpol. cauſarum criminalium,conſil.lix.Paulus,col.vj.verſic.& primò non obſtat.& conſi.lxij.magnifice, col.iij.verſicu.quia reſpondetur.& conſi.lxiij.eſto quòd in actis, propè per totum.& Franc.Curt.ſeniore,conſi.lxxiiij.ſuper memorara,col.iij.verſic.caruit ergo : & conſi.lxxxiij. Deus pius,col.penul.verſi.accedo ad tertium.& Feli.in c.ij.col.xj.verſic.reſtringitur,extrà de reſcript.& in c.auditis,col.pen.verſi.ſecunda concluſio,extrà de præſcript.Carol.Ruin.cõſil. cxxxij.viſa confeſsione,col.vij.nu.15.lib.4.& conſi.clxxiij.eod.initio,col.v.nume.13.eod..ib.4. & Stepha.Bettrand.conſi.lxvij.non puto,nu.2.lib.1.& conſi.cclxxij.viſo,col.penult.nume.12. eod.lib.1.& conſi.xlj.multa ſunt,col.j.lib.4.

*De eadem re.*

99 ¶Verùm Ang.hac in in ſpecie conſultus,reſpondit cõtrarium,conſi.cxxiij.viſo libello:nam actor(inquit) deduxit promiſsionem,& eam probauit,ſed cum ea modificatione ( ita enim loquitur) vt facultas redimendi non ſumat originem,niſi elapſo aliquo tẽpore:quæ quidem modificatio aliam promiſsionem non inducit : ſicuti nec cùm petitur ſumma centum librarum ex promiſsione,& probatur promiſsio ducentarum.vtroque enim caſu debet ſequi condemnatio:quia quod deductũ eſt,probatum eſt,licet vno caſu habeat per modũ ( vt ipſe loquitur) pluris,alio minoris. Et hoc (inquit) expreſsè tenet Bar.in l.ſcire debemus in prin. ad fi.verſi.reuoco in dubiũ,& ibi quoq; poſt eum(vt hoc ei addas) Bal.Imo.& Recentiores, ff.de verb.obl.Cui item adde & text.in l.j.& ibi glo.& BartC.ſi aduerſ.rem.iudi.& in l.apud Celſum,§.item quæritur,l.j.cum ibi not.ff.de doli except.Cy.& Bal.in l.j.C.de lit.conte.Bar. in l.qui vas,in prin.ff.de fur.& in l.ſi conſtante,§.vlt.ff.ſoluto mat.Anto.in c.cùm inter vos de re iudi.Alex.conſi.ccviij.præſtantiſsime domine,col.iij.verſi.inquantum verò,lib.7.Sic in caſu propoſito minus eſt probatum,quàm ſit deductum,quia adiectio temporis triennalis facit rem minorem re,§.plus,Inſtit.de actio.

*Arg.de re ad tempus.*

100 ¶Nec obſt. (inquit ipſe Ang.) quod cùm agitur ex vna cauſa,& illa non probatur, licet alia probetur,non ſequitur condemnatio. Nam hîc probatum eſt,quod deductum eſt cum modificatione quadam temporis,qua non inducitur aliud promiſſum , ſed idem , alio tamen modo, ſeu forma,quæ ipſum quod promittitur,facit eſſe minus deductum in libello. Sed ſumendo argumentum de re ad tempus,quod licet facere,l.in fraudẽ,§.penul.ff.de mili.teſt. l.miles ita hęredem,§.& quia diximus,qui eſt j.& ibi Bar.& alij, ff.eod.tit.ſicut qui petit plus re,vincit in probato,ſuccumbit in non probato:vt dictum eſt ſuprà,& probatur in l.j.ſecundùm vnam lecturam, gloſſ.& Doct.C.ſi aduer.rem iud.ſic qui petit plus tempore,qui dicit ſibi ſimpliciter promiſſum,& probat poſt diem promiſſum,ſi agit poſt ipſum diem lapſum, dicit ſibi plus promiſſum tempore, quàm fuerit, obtinet eadem ratione. Præſertim quia actor aſſerit vnicam promiſsionem,quam ſimpliciter negat reus:vnde dici non poteſt quòd alia fuerit promiſsio , tum propter aſſertionem actoris tum propter negationem rei , tum propter naturam facti : quia promiſsio facti eſt,& non præſumitur,niſi quatenus probatur. l.in bello,§.factæ,ff.de capt.

*Qui cõtendit pactũ redimendi quandocunque, & probat de triẽnio tantùm, obtinebit ſi intra trienniam uenerit.*

101 ¶Hæc propè Ang.Ex quibus planè intelliges,quid dicendum ſit & in hoc caſu , in quo ego ex Rochela aliquando conſultus fui.Venditor quiſpiam vocauit in ius emptorem, dixitq; emptionem ea lege fuiſſe factam,vt liceret ipſi venditori quandocunque oblato pretio fundum venditum redimere:reus negauit ſimpliciter : actor probauit eam legem in contractu emptionis fuiſſe appoſitam,vt ius eſſet venditori intra triennium fundum redimere oblato pretio:quidam contendebant reum eſſe abſoluendum:ego verò reſpondi,fultus authoritate & rationibus Ang.potius condemnandum,cùm tempore oblationis pretij actor adhuc eſſet intra illud triennnium:idemq; magis illum plus quàm aliud inẽtdiſſe videri, vt in ſimili dicitur in l.ſi is cui,in prin.ff.quemad.ſeruit.amit.

*Si uẽditor prætendat id pactum purũ & probat de conditionali an obtinebit.*

102 ¶Vide tamen quæ ſcripſimus ſuprà,hoc eod.tit.§.j.gl.iij.in verbo, *& pour tel pris que accordé eſt entre eux*, nu.3.cæterùm hoc in loco.& prætereà Petr.Ancha.in conſi.in eo loco allegato ſed non in eadem re,neque eodem loco,id eſt conſi.cccxxxj.viſis diligenter actis, col.ij.verſicu. præterea ſubtilius : vbi dicit,quòd ſi quis in ſuo libello intendat promiſsionẽ de reuendendo (nam & in hoc caſu loquitur) & eam quidẽ purã & ſimplicem,& teſtes ipſius deponant de conditionali,& quidem poteſtatiua:debet reus abſolui:quia ex diuerſitate pactorũ poteſt denotari diuerſitas promiſsionũ:& ſic probatio de vna alteram non attingit.c.cùm Ioannes, extrà de fi.inſtr.Et huic cõſonat,quod in nõ longè diſsimili caſu tradit Bal.in repe.Padua.l. edita,col.vlt.C.de edẽ.quòd ſi ago ad decem,quæ dico mihi fuiſſe promiſſa, & probo promiſsionẽ factam ſub cõditione,quæ extiterit,vel ad diẽ quæ præteriit:vel econtrario,ſi dico me mutuaſſe ſub conditione quæ extiterit,& probo de puro mutuo:in vtroque caſu debeo ſuccumbere.& ſequitur Lancelo.Gal.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter:per eum text.ff.de verb.obli. huiúſque mentionem facit Iaſ.in l.vlt.§.j.col.j.in fin.ff.de vulg.& pupil.multaque ſimilia adducit, atque etiam multa contraria:vt ibi videre poteris.

*An id autem procedat in cauſis, in quibus proceditur ſola facti ueritate inſpecta.*

103 ¶Scias tamen,ea quæ diximus in hac & in præcedenti qu.non procedere in cauſis,in quibus procederetur ſola facti veritate inſpecta. Nam tunc non refert,ex qua cauſa actum ſit,modò cauſa



cauſa ſufficiens probetur.Alexand.in l.ſi ita ſtipulatus,§. Chryſogonus,col.vj.verſicu, puto tamen,ff.de verb.oblig.& Corne.conſi.lxxx.conſuluit,col.ij.lib.3.Soci.conſil.cxlvj.viſo proceſſu,col.vij.verſi.ſed quid plura,lib.1.vbi in eadem facti ſpecie conſuluit,qua & Corn.Dec. in c.dilecti filij,col.iij.verſi.& vlterius,de iudi.Aymo.Crauetta,conſi.cxcviij.videtur,col.vlt. num,7.vbi ex hoc ait,ita debere obſeruari in iudiciis Senatus, qui ſolet ex æquitate iudicare,vti etiam diximus ſuprà num.61.ex quibus vides.

*Si emptor promiſit reuendere, & uẽditor reſtituere pretium, an uenditor inuitus tenetur redimere.*

104 ¶Decimoseptimò quæro,Quid ſi venditione facta venditor promittit reſtituere pretium intra aliquod tempus,& emptor etiam reuendere,reſtituto illo pretio : vtrùm emptor poterit cogere venditorem inuitum,vt illud pretium reſtituat,offerendo reuendere?Alexã. conſi.lxxviij.in cauſa & lite vertente inter Barptolemæum,per totũ,lib.1. ita de hoc caſu loquitur,vt non dubium habeat,quin emptor agere poſsit:ſed tantùm illic diſputat, an ea promiſsio ſufficiẽter probata fuerit. Et de hoc quoque minimè dubito:nihil enim video,quòd actionem impediat:niſi quis diceret,eam promiſsionem factam fuiſſe videri fauore venditoris:ideò contra eum,ſi nolit,non retorquendam l.quod fauore,C.de legib. & eandẽ promiſsionem intelligi factã ſub tacita conditione poteſtatiua,ſi venditor voluerit redimere:vt declarat Bart.in l.ſi decẽ cùm petiero,ff.de verb.obl.& conſi.cxlv.Angelotus,in fi.Bal.in l.ij.C. de pact.inter emp.& vend.Soc.conſi.ccxlj.circa primã difficultatem,col.xvij.verſi.confirmatur,quia ex quo,lib.1.ſed certè id procederet,ſi ſolus emptor promiſiſſet reuendere reſtituto pretio:vt etiam declarat Pau.Caſt.in l.in bonæ fidei, quam legit cum l.ſi hæres,§.ſi tamen,ff. de eo quod cer.loc.& conſi.xciij.in cauſa quæ vertitur,col.v.verſi.ſed in contrarium,lib.2.& Fabia.à Monte S.Sab.in tracta.empt.& vendi.in v.q.prin.col.iiij.verſi.iiij.quæritur.& Lancel. Gal.in repet.rub.ff.de verb.oblig.col.xxv.verſic.circa primum.& Anto.Rub.conſi.xxix. viſo contractu,col.ij.verſi.præmiſsis. Sed hîc venditor quoque promiſit reſtituere pretium, ideò fauore vtriuſque id factum eſt,& vterque agere poteſt.& vide quæ dicam in ſeq.quæſt.

*Promiſsionem reuẽdendi cenſeri factam, ſi uenditor uoluerit redimere.*

*Quid ſi ſolus emptor promiſit reuendere reſtituto pretio.*

*Si ex interuallo emptor promiſit reuendere, nec tamen uenditor promiſit redimere an poterit emptor cogi reuendere.*

105 ¶Decimooctavò igitur,quæro,quid ſi non ſtatim poſt venditionem, ſed longo pòſt interuallo,emptor promiſit reuendere venditori:ipſe autem venditor non promiſit redimere:vtrùm poterit venditor cogere emptorem vi illius promiſsionis reuendere? De qua ſpecie conſultus Corne.conſi.ccc.placet mihi,lib.1.reſpondit , eum qui ita promiſit vendere alteri,qui non promiſit emere,non poſſe cogi ad vendendum : quoniam eſt ſimplex promiſsio non correſpectiua (vt ipſe loquitur) & ſic eſt ſimplex pactum, quod non poteſt producere aliquem ex quatuor contractibus innominatis, de quibus in l.naturalis,ff.de præſcript. verb. Et pactum carens cauſa , eſt inefficax,aut certè ei obſtat exceptio doli.l.ij. §. circa,ff.de doli excep.& l.ſi cùm te,ff.de pact.& l.nuda,ff.de donat.cum aliis ſimil.

106 ¶Nec poſſumus dicere,quòd hæc promiſsio habeat cauſam pretij, quod venditor debet reſtituere,cùm petit ſibi reuẽdi: quia licet venditio præſupponat ex aduerſo obligationem ad pretium,tamen promiſsio de vendendo,ſi alter cui ea fit,nõ promittit inuicem emere, non habet cauſam,propter quam promittit vendere.Prætereà aut cenſetur facta ea promiſsio ob eam cauſam , vt habeat pretium : & tunc hinc oritur contractus innominatus,in quo locus eſt pœnitentiæ. l. ſi pecuniam,ff.de condi.ob cauſ. Aut non cenſetur factum ob cauſam de futuro:& tunc quia nulla apparet cauſa de præſenti vel præterito,& paria ſunt non eſſe,vel non apparere.l.duo ſunt Titij,ff.de teſta.tutel.& l.cùm res.§.itaque,ff.de lega.j.cum ſi.conſequens eſt,eam promiſsionem manere inefficacem,per d.§.circa.

*De eadem re. An præſumatur donatio, cùm non appareat alia cauſa.*

107 ¶Quòd ſi quis dicat, quòd vbi non exprimitur alia cauſa , præſumitur ſaltem cauſa donationis,vt voluit Bart.in d.§.circa.& in l.à Titio,ff.de verb.oblig.ſciat contrarium communiter teneri:vt per Angel.in d.§.circa.& Imo.in d.l.à Titio.& prætereà Ioan. And.in addi.Spe. titu.de confeſsionibus,§.nunc videndum,verſic. ſed quæ eſt ratio.Cyn.& Bal.in l.generaliter,C.de non nume.pecu.Anto,Imo.& Panor.in c.ſi cautio,extrà de fide inſtru.Pau.Caſt.in l.hoc iure,ff.donat. Id quod præſertim obtinet in pacto nudo:nam licet aliàs ex eo oriatur actio,vbi eſt cauſa donationis.l.ſi quis argentum,C.de donat.tamẽ id tantùm procedit,cùm cauſa donationis exprimitur:ſecus ſi tacitè tantùm intelligatur:ne duo ſpecialia in eadem re concurrant,vt voluerunt Ray.Bald.Ange.Pau.Caſt.Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium,§.ſed cùm nulla,ff.de pact.cum aliis multis concord.à me adduct.in repet.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,num.152.ſicut etiam videmus.

*Quid ſi in ipſo contractu fuerit facta ea promiſsio reuendendi ſine promiſsione reuendendi.*

108 ¶Et hæc quidem propè Corne. vir profectò optimi & rectiſsimi iudicij & animi, quantum ex ſcriptis eius olfacere poſſumus:teſtaturq; alios in eandem ſententiam conſuluiſſe. Sed & hæc omnia,quantùm ad noſtrum caſum pertinet , velim intelligas in ſimplici promiſsione de reuendendo facta ex interuallo,vt etiam expreſsè diximus in princ.huius quæſt. Nam ſi ea facta fuiſſet in primo contractu venditionis,aut confeſtim poſt, vt cõtractui ineſſe videatur,iuxta ea quæ latè diximus ſuprà eod.titu.§.j.in verbo,in limine contractus,quæ eſt gloſ. eius §.v.aliud haud dubiè dicendum eſſet : quia tunc promiſsio reuendendi eſſet pars illius primi contractus,& eius cohærentia veſtiretur:vt etiam abundè diximus in eo. §.j.in verbo, *par celuy meſme contract.* Quæ nota:quia multi fortè dicerent contrarium in illo primo caſu, cùm ſcilicet id pactum reuendendi factum eſt poſt contractum : neque enim vnquam vidi

*Quid ſi interuenerit ſtipulatio in promiſſione facta ex interuallo.*

reuocari in dubium,quin id eſſet efficax : & ita ſemper vidi teneri & iudicari. Nam plerunque apud nos magis ex bona fide,quàm ex ſummo iure cauſas decidimus. Cæterùm Ange. conſi.lv.ex pacto,in princ.nominatim loquens de pacto reuendendi , dicit quòd ſi id etiam ex interuallo fuit appoſitum,tamen ſi fuit ſtipulatione munitum,ex eo agi poterit:aliàs nõ. Et idem de promiſsione venditionis munita ſtipulatione,tenuit Lancel.Gal.in dicta rubric. de verb.oblig.vbi ſuprà,in quæſt.præced. Atqui illam Cornei ſententiam confirmat , quod tradit glo.in l.perfecta,C.de donat.quæ ſub mo.& ibi expreſsius Sal. quòd ſi perfecta donatio fuerit,& res tradita,non poteſt ex interuallo conditio apponi à donante , etiam volente donatario:quia res eſt perfecta,nec aliquid eſt,cui pactum cohæreat. Et id perpetuum eſt,vt pacta non incontinenti appoſita actionem non pariant.l.in bonæ fidei, C.de pact. & l. iuriſgentium,§.quinimo,& §.idem reſponſum,ff.eo.tit.& l.pacta conuenta.ff.de contrah.empt.

*An autem huiuſmodi promiſsio ex interuallo pariat exceptionem. Pactum ad agendũ:an proſit ad excipiendum.*

109 ¶Sed dubium eſt,an ſaltem id pactum ita factum pariat exceptionem:verbi gratia,ego vendidi annuum reditum ſimpliciter:poſteà autem ex interuallo emptor mihi dedit facultatem redimendi huius annui reditus:vtrùm ſi poſteà emptor petit reliquias,id eſt,vt vocamus arreragia,poſsim excipere de huiuſmodi redemptione,vt ſcilicet non tenear ſoluere huiuſmodi reliquias,niſi reſtitutò ei pretio me eo reditu liberet.Et ſanè cùm pactum ſit ad excipiendum,haud dubiè exceptionem parit,etiam ex interuallo factum, vt illis iiſdem iuribus ſcribitur.Sed id pactum,de quo tractamus,non ad excipiendum,ſed ad agendum interpoſitum eſt:quo in caſu gloſ.in d.l.pacta conuenta,& in d.l.in bonæ fidei , negat id prodeſſe ad excipiendum.& eſt ſimilis gloſ.in l.ab emptione,in princ.ff.de pact. & in l.j.in verbo,reſoluit,& iterum in l.ij.in fi.C.quan.lice.ab empt.diſce.quæ quidem loquitur de pacto reſoluendi,tanquam ſcilicet id pactumnon debeat egredi intentionem paciſcentium.l.non omnis, in prin. ff.ſi cert.peta.& idem voluit Sali.in d.l.j.col.j.verſicu.quæro iuxta proximam,C.quan.lice.ab empt.diſced.& Angel.conſi.lxxvij.plures creditores,col.vlt. Sicuti nec è diuerſo pactum factum ad excipiendum,parit actionem.l.ſi vnus,§.pactus,ff.de pact. Verùm in priori contrarium tenuerunt Sali.ſibi contrarius,Alex.Soci.Iaſ.& Philip.Deci. in d.l.in bonæ fidei,Paul. Caſtr.in l.iuriſgentium,§.quinimo,ff.de pact.per d.l.pacta,ibi,quo quidem caſu.& ibi Fulgo. & l.legem,& ibi Sal.C.eod.tit.& alias rationes,quas ibi videre poteris, ne hîc diutiùs immorer. Sicuti & in ſecundo quoque cõtrarium videtur probari, in l.ſed & ſi poſſeſſori,in prin. & ibi glo.ff.de iureiuran.& l.quid mihi,& ibi etiam glo.ff.de liber.legat. & l.ſi cùm ante,C.de donat.ante nupt.& quod voluit gloſſ.in l.in traditionibus,in fi.& ibi Barto.ff.de pact.& Alberic.in d.§.pactus,col.vlti.

*Et an è diuerſo.*

*An minor poſſit hanc facultatẽ retrahendi uendere.*

110 ¶Decimononò quæro,vtrùm minor,qui fortè ſucceſsit patri , qui fundum vendiderat ſub hoc pacto reuendendi,cuius tempus adhuc durat,poſsit hanc facultatẽ redimendi vendere ſine decreto. Alex.ſuper hoc interrogatus,nuncupatim reſpondit nõ poſſe,conſi.xxvij. attentis narratis,col.ij.verſic.plus videtur quòd etiam,lib.3.nam idem (inquit) iudicamus de actione competente ad rem immobilem,quod de re ipſa immobili: ideoq; eadem illa ſolennitas in venditione ipſius actionis requiritur,quæ & rei.vt not.glo.& Doct.in l.j.C.ſi aduer. tranſ.& in cap.1.in authen.de non alien.cum multis ſimil. ibi per eum allegatis,& aliis multis à me collectis ſuprà titu.præced.§.j.gloſſ.vij.in verbo, *ou autres choſes cenſees pour immeubles*, num.1.cum multis ſeq. Ideoq; nos & alibi diximus,videlicet in eadem glo.nu.32.ex quo infertur,quòd ſi venditor hanc facultatem alteri vendat, eſt locus retractui cõſanguineorum, cùm ea res cenſeatur immobilis.

*An fundus uẽditus ſub lege redimendi, cenſendus ſit mobilis,an immobilis.*

111 ¶Vigesimò quæro , vtrùm fundus emptus ſub hoc pacto redimendi intra certum tempus reſtituto pretio,ſit cenſendus mobilis,an immobilis,pendente ipſo tempore redimendi. Quid enim,ſi ex ſtatuto aſcendentes ſuccedant immobilibus,deſcendentes verò aut collaterales in immobilibus. Nam & apud nos talis eſt conſuetudo titu. *de ſucceſsions*, §.vij. qui eſt omnium huius vol.ccxvij. Qui ergo ſuccedent in hoc fundo ita empto,vt diximus,vtrùm aſcendentes,tanquam in re mobili,an alij tanquam immobili? Dic breuiter,id ex euentu iudicari. Nam ſi redimatur,erit mobilis,cùm in pecuniam,rem mobilem,ex cauſa antecedenti conuertatur. Si verò non redimatur,immobilis : quamuis in ea cauſa eſſet, vt redimi potuiſſet. Ideò primò caſu ij qui ſuccedunt in mobilibus,eam pecuniam, qua fundus redemptus eſt,obtinebunt. Secundo caſu,qui in mobilibus ſuccedunt, fundum ipſum habebunt: vt videre poteris ex his quæ latiſsimè tractauimus ſuprà in fi.tit.præcendentis,quæſt.iij.

*An cenſeatur ſimulatum id pactum appoſitum in ſimulato cõtractu.*

112 ¶Vigesiprimò quæro,Factus eſt contractus venditionis,ſimulatus quidem inter contrahentes,& in eo appoſitum eſt pactum de reuendendo : an & id pactum quoque cenſebitur eſſe ſimulatum,ſicuti principalis contractus? Vide Bald. qui ex facto reſpondit & hoc id pactum videri ſimulatum , conſilio liiij.caſus breuis & arduus,libr.1.Ex quo etiam cognoſces,cuius effectus & vtilitatis hæc res eſt:nam ob id defendit à falſo quoſdam teſtes,qui depoſuerant in eo contractu nullum pactum de reuendendo interueniſſe : tametſi in inſtrumento appareret fuiſſe appoſitum:tanquam ſcilicet appoſitum non cenſeatur , quod ſimulanter appoſitum eſt:vt per totum tit.C.plus vale.quod agit.

113 ¶Tu autem adde ad Bal.quòd ſemper aliàs ſi contractus principalis eſt ſimulatus, quælibet

clauſula



*Si principalis contractus eſt ſimulatus, & omnes clauſulæ eius eiuſcemodi eſſe cenſentur.*

clauſula in eo appoſita,ſimulata quoque eſſe cenſetur.Bart.in l.nemo,col.ij.verſic.quæro an renuntiatio,ff.de legat.j.ipſe Bal.in l.j.col.j.C.de ſuffra.& conſi.cclxviij ſuper primo puncto, circa medium,lib.5.& Sal.in l.emptione,col.ij.verſic. vlterius quæro,C.plus vale.quod agit. Roma.conſi.clxxj.pro deciſi.& conſil.ccxlvj.clariſsime aſſeſſor,col.j.Iaſ.in l. ſi ita ſtipulatus, §.Chryſogonus,col.antepen.verſi.ſextò quando contractus,ff.de verbo.oblig.& conſi.clxx. quòd prædicti.Paulus,col.ix.verſi.item ſi contractus,lib.2.& conſi.cxxxiij. videretur in præmiſſa,col.vlti.verſi.item quando contractus,lib.4.& Philip.Deci.conſil.dlxxxvij. coram magnificis,col.iij.verſi.vlti.non obſtat. Nam & omnes clauſulæ in contractu appoſitæ,ſequuntur naturam ipſius contractus principalis,glo.in l.ſi patronus,§.patronum,in verbo,Fauiana,ff.ſi quid in fraud.patro.Bal.in l.Imperator, in j.lect.col.penul.verſic.item caſſato principali,ff.de ſta.homi.cum multis concordan.à me collectis in noſtro tract. de iure Conſtituti poſſeſſorij,parte iij.limita.7.nu.128.ſed & huc referendum.

*Poſſeſsio emptoris prodeſt venditori qui redemit.*

114 ¶Vigesimosecvndò quæro,vtrùm tempus, quo poſſedit emptor qui emit ſub hoc pacto ante reuenditionem,proſit venditori,qui poſteà redemit, ad præſcriptionem rei venditæ:id eſt,vtrùm venditor,qui redemit,poſsit vti acceſsione emptoris? quod vtique verum eſt:vt in ſimili ſcribitur in l.Pomponius,§.prætereà,ff.de acquir.poſſeſ.& in l.ſi hominem,ff. de vſucap.& l.ſi duobus,in prin.& §.j.ff.de diuer.præſcrip.& vbique concor.per glo.& Doc. & quæ diximus ſuprà eod.tit.§.v.in gloſ.vlti.atque etiam titu.præceden.§.xij.in glo.j.in prin. iterumq; in fi.eiuſdem tit.in vij.quæſt.& quod ſcribit Bal.in l.j.C.de vſucap.transf.& Panor. in c.illud,col.ij.verſi.quò ad tertium,extrà de præſcrip.

*De eadem re.*

115 ¶Verùm id poterat dubium videri in noſtro caſu,quoniam multi,id eſt maior atque potior pars noſtrorum , negant ex pacto de reuendendo reſolui contractum ipſo iure:vt latiſsimè dixi ſuprà,hoc eod.titu.§.j.glo.vij.in verbo, *ſeront preferez*, nume.12.ſunt igitur qui tenent,& multis ſeq. Nonnullis autem placuit id,quod diximus de acceſsione temporis tantùm procedere eo caſu,quo dominium in venditorem ipſo iure retransfertur : quod fit,quando reſoluitur ex cauſa de præterito , quo caſu contractus non cenſetur fuiſſe celebratus. l. iiij. §. Marcellus,ff.de in diem addict.Franc.Aret.in d.l.Pomponius,§.prętereà,quem legit cum §.j. colum.j. Sed contrarium apertè tenuit Ange.in d.l.ſi hominem, vt ſcilicet omni caſu id procedat,vt ibi videre poteris.

*Si procurator ad uendendum cum hoc pacto, uẽdat ſimpliciter,an cẽſeatur uendidiſſe cum eo pacto.*

116 ¶Vigesimotertiò quæro,Aliquis fuit conſtitutus procurator ad vendendum cum pacto de reuendendo. Is poſteà vendit ſimpliciter ſine mentione eius pacti:an cenſeatur tamen vendidiſſe cum eo pacto,tanquam mandatum ſecutus fuiſſe videatur. Matth.Affl.deci. Neapo.cclxxxv.Balij & tutores,col.vlt.verſi. accedant ad hoc,dicit ita cenſeri fuiſſe factum, allegans Alex.conſi.xxvij.attentis narratis,lib.3.vbi tamẽ de hoc nihil omnino dicit,ſed alia quædam ad hoc pactum pertinentia ſcribit , de quibus tractauimus ſuprà in iiij.q.huius fin. Sed ad hoc facit,quod voluerunt Petr.Cy.& Bal.in l.per retentionẽ.C.de vſur. dicta in primo contractu præparatorio ſecundi,cenſeri repetita in eo ſecundo contractu.

*Procurator cõſtitutus ad emendũ,poſteà emens ſimpliciter , cenſetur emere ut procurator , uide num.ſeq.*

117 ¶Sed & huc propiùs accedit,quòd ſi quis mandatum habuit emendi domum,& eam poſteà ſimpliciter emat,cenſetur emiſſe ſecundùm id mandatum,id eſt,procuratorio nomine mandantis,l.qui ſeruum,verſi.idem eſſe in eo,& ibi Bart.ff.de interro.acti.& in l.ſeruus communis ſic omnium,§.vlti.& l.proinde,in prin.& §.j.ff.de ſtipul.ſeruo. & in l.qui in aliena,§.ſi is qui putabat,in prin.cum glo.& ibi Bart.Ang.Fran.Aret.& alij,ff.de acqui.hæred. & in l.poſt dotem,ſecundùm lectu.Dy.& ibi quoque not.Rapha.Co.& latè Alex.col.v.verſi.vlteriùs ex eadem,ff.ſolu.matr.& in l.qui in negotiationem,in princ.ff.de admi.tut.& l.pignori,§.vlti.& ibi Angel.ff.de vſucap.& l.is qui,§.inde quæri,& ibi Barto.ff.de manu.& l.vlti.verſicu. quod enim,C.per quas perſonas nob.acqui.& voluit Bart.in l. Titium & Mæuium,§.altero,col.j. verſicu.item oppon.& iterum colum.ſequen.verſic.tertio caſu,eod.titu.Bald.in l.cùm oportet,in princ.C.de bon.quæ liber.Ange.in l.ſi pupillus,§.j.paulò ante fin.ff.de nego.geſt.Rom. conſil.xcj.viſis ac percunctatis,col.iij.verſicu.ſecundò idem probatur.& conſi.xciiij. viſis his quæ narrãtur,col.ij.verſi.cæterùm puto,& Alex.conſi.lviij. circa primum quæſitum,in prin. lib.1.& conſi.xxv.viſo inſtrumento,col.vlti.lib.2.quod repetitur conſil.xc.lib.3.Feli.in c.cùm M.Ferra.col.ij.extrà de conſtit.Angel.Aret.in §.ſequens,col.v.verſic.& etiam aduertas, & ibi Iaſ.col.vj.verſic.ad vnum tantùm,Inſtitu.de actio.& latiùs idem Iaſ.in l.j.§.nuntiatio,col.iij. verſicu.prima concluſio,ff.de oper.nou.nuntia.Barba.conſi.xlvj. illud adduco,col.vj.verſic. facit etiam,lib.4.vbi id dicit ſing.

*Quid ſi emptor ignorabat id mandatum.*

118 ¶Et hæc ſine dubio,quantùm ad noſtrum caſum pertinet , procedunt, ſi emptor certior factus fuit de ea forma mandati:nam contrahendo ſcienter cum tali procuratore ita conſtituto,videtur ſatis agnoſcere eam formam. At ſi id ignoret,quia non vidit mandatum,ſed credens iſtum procuratorem fuiſſe ſimpliciter conſtitutum,vt aſſerebat,ſimpliciter etiam contrahit ſine eo pacto,non videtur ei pacto, quod ignorabat in mandato appoſitum , conſenſiſſe.l.ſuper errorem,ff.de iuriſd.om.iud. Nec ſatis eſt,procuratorem id ſciuiſſe & intellexiſſe,niſi idipſum declarauerit,l.ſi repetendi,& ibi Doctor.C.de condi.ob cauſ.& l.iij.§. ſi quis quaſi,& ibi quoque Docto.ff.de condi.indeb.cum ſimilib. Nam & quod ſuprà dictum eſt,

*Declaratio præcedentis verſic.*

eum qui mandatum habuit emendi,ſi id poſteà faciat, videri feciſſe ſecundùm id mandatū, procedit quò ad mandantem,& mandatarium , non quò ad tertium,cum quo contraxit:vt expreſsè dicit Bart.in d.§.ſi is qui putabat.Rapha.Co.in d.l.poſt dotem, & ibi quoque Alex. colum.v.verſicu.puto tamen,& Iaſ.col.xij.verſic.circa ſecundum,& idem Alexand.in d.l.j.§. nuntiatio,col.iij.verſic.item adde ſi dominus,ff.ſol.matr.& Alcia.in tracta.præſumpt.regu.ij. præſumpt.xxiiij.nume.5.

*Alia declaratio.*

119 ¶Vt interim omittam,quoſdam id intelligere,cùm is qui actum gerit,facit mentionem mandati vel procurationis,vt quia ſe dicit procuratorem:tunc enim licèt non aliter exprimat id ſe facere nomine procuratorio,tamen cenſetur eo nomine facere, l.cùm poſt mortem, §.j.ff. de adminiſt.tuto.cum concord.adductis in tit.præce.§.x.glo.j.nu.4.ſed id intelligas,alioquin nomine proprio:per l.iij.§.ſed quod de tutore,verſicu.ſed & ſi quidem,ff.ſolu.matri.& l.Papinianus,ff.mand.& l.magis,ff.de ſolu. Et ita voluit expreſsim Bart.in d.l.poſt dotem,ff.ſol. matri.& in d.l.j.§.nuntiatio,col.ij.verſic.quæro quid ſi procurator,ff.de oper.no.nunt.& in l. qui mihi donatum,col.vlt.verſic.ſed quæro quid in dubio,ff.de donat.& vt à nonnullis citatur,conſi.incip.ſuper hoc puncto an ſufficit quod non eſt inter impreſſa. Bald.in rubr.C. de empt.& vend.in xv.q.in fine. Ego autem (vt ad caſum noſtrum redeam) arbitror id non obeſſe domino,qui mandatum limitatum dedit , quò minus poſsit rem ſuam repetere:ſed emptorem deceptum à procuratore aduerſus eum in id quod eius intererit,actionem habiturum:vt non obſcurè voluerunt,quos ſuprà citauimus.

*Alia pulcherrima quæſtio, & frequentiſsima.*

*In pignore reprobatur pactum legis commiſſ.*

*Et aliud quoduis ei ſimile.*

*Et quacunque cauſa pignus detur.*

120 ¶VIGESIMOQVARTÒ quæro,de ſpecie apud nos frequentiſsima, & quæ ob diuerſa Senatuum arreſta admodum torquet & cauſidicos & litigatores. Titius emit à Mæuio annuū reditum pecuniarium , aut alium ſuper omnibus bonis eius:datq; facultatem redimendi id vectigal intra duos annos,reſtituto pretio vēditionis:& ne interim arreragia,quæ vocamus, currant,venditor emptori dat percipiendos fructus certi cuiuſpiam fundi,& ſi venditor ipſe non redemerit intra illud tempus,relinquit emptori eum fundum in ſolutum , & vt vulgò loquimur,*en aßiete* dicti reditus:vtrùm iſte contractus ſit licitus,an non? Plurimi contendūt eſſe illicitum hac ratione moti,quòd iſte contractus eſt veluti pignoratitius, in quo pactum legis commiſſoriæ reprobatur.l.vlt.C.de pact.pigno.& cap.ſignificante,extrà de pigno.atque etiam quoduis aliud ei ſimile.l.j.& ibi Bart.Bald.& Angel.C.de pact.pign.vbi fit mentio huiuſmodi pacti,de quo nunc loquimur,& l.quamuis,in princi.ff.de ſolu. quæ loquitur etiam de datione in ſolutum : de qua item loquitur Ioan.Andr.in d.cap.ſignificante:& Guid.Pap. conſi.lxxxj.ad decem dubia.in j.dubio. Nec tantùm cū pignus datur ex cauſa mutui,ſed ex quacunque alia,reprobatur id pactum, vt multis probat ex facto conſultus Alexand.conſil. clxxviij.viſo proceſſu,col.j.& ſequen.lib.7.

*Nec iuramento confirmatur.*

121 ¶Adeò autem hæc pacta in pignore reprobantur , vt nec iuramento quidem confirmentur ſecundùm Ioan.And.in addi.Spec.tit.de renun.& conclu.§.j.verſi.& quia hîc, in addit.incip. ex quo autor.Ioan.Fab.in l.vlt.C.de pact.pign.Alber.in rub.eo.tit.Card.Flor.Imo.& Panor. in d.c.ſignificante.Bar.in l.ſi quis pro eo,in principio,verſi.quartò dixi,quòd prohibetur.& ibi Ange.col.j.ff.de fideiuſſ.Imo.poſt Anto.in c.cùm contingat,col.lxv.verſi.nunc igitur reſtat deſcendere ad quartum membrum,extrà de iureiur.Guid.Pap.deci.Delphin.vj. pactum legis,& conſil.xxix.viſo ad plenum,col.j.& conſi.lxxx.addendo,circa medium, & conſi.ſeq. & conſi.cxxvj.de anno domini,in j.dubio,& in tract.de contractibus illicitis, col.vj.verſicu. iuxta hanc materiam.Steph.Bertr.conſi.ccclvj.nihil,col.j.lib.1.& conſi.50. cùm pro reſtituenda,col.j.lib.2.& conſi.xcviij.puto,col.j.eod.lib.2.& conſi.cliij.exiſtimo.col.j.eod.lib2.& conſi. clxxviij.venditio,ante fi.lib.3.& conſi.xcvij.quamuis,lib.4.

*De eadem re.*

122 ¶Licèt contrarium,ne id omittamus,voluerit gloſ.in d.c.cùm contingat,in verbo,debent,in fi.Inno.in d.c.ſignificante.Bartho.Brix.quæſt.dominicali xij.quidam accepit,& Fede.Senen. conſi.cxl.punctus quæſtionis talis eſt,conſtante,verſi.item pactum,Bart. ſibi contrarius in l. Seius,ff.ad leg.Falci.Alber.& Bal.in l.j.& ibi Alex.in addi.ipſius Bal.C.de pact.pig.Anto.Pet. Anch.& Barb.in d.c.ſignificante.Steph.Bertr.ſibi contrarius,conſi.xcj.ex propoſitis,nu.12.in prin.lib.3.& ipſe Guid.Pap.etiam ſibi contrarius ſing.cccclxxvij. licèt pactum.& Lud.Goza. conſi.lxj.prima,col.ij.nu.7.& Fran.Rip.lib.3.reſpon.cap.6.maiores,nu.6.Hoſt.autem in ſumma titu.de pign.§.quibus pactis.verſi.quid ſi iurauerit,dicit valere iuramentum,ſed ita vt iurans abſolui debeat:quod in ſententiam priorum recidit.

*Nec conſuetudine.*

*Nec expreſſa renuntiatione.*

123 ¶Nec conſuetudine quoque huiuſmodi pactum confirmari poteſt,ſecundùm Bal.in l.ij.col. iij.verſi.tertij dicunt,C.quæ ſit long.conſuet. Nec denique expreſſa renuntiatione partium. Odofr.in l.vlt.C.de pact.pign.per l.quos prohibet,ff.de poſthu.Albe.in l.j.in fi.eod.tit.Hoſt. in ſumma de pign.d.§.quibus pactis,verſi.quid ſi renuntiauit.Ioan.And.Ant.& Imol.in d.c. ſignificante,Guid.Pap.d.conſi.lxxxj. ad decem,in j.dubio.& Bertran.d.conſil.ccclvj.col.ij.in prin.lib.1.& conſi.50.cùm pro reſtituenda,col.j.& iterum vlti.lib.2.

*In venditione non reprobatur id pactum legis commiſſ.*

124 ¶Et ſanè ſi hic contractus pignoratitius eſt,nihil dubitandum eſt,quin vitietur ex huiuſmodi pacto. At ſi contractus eſt venditionis,haud dubiè non vitiatur,quoniā in eiuſmodi contractu tale pactum admittitur.ff.de leg.commiſ. per totum,vbi glo.in rub.hoc expreſsim dicit.& l.commiſſoriæ,C.de pact.inter empt.& vendi.& Doct.vbique. Dummodo non fiat in fraudem,vt tradit Hoſti.in d.c.ſignificāte,in verbo,improbatum:de quo (inquit) dicendum eſt,vt not.in c.ad noſtram,de empt.& vendi.quæ poſtrema verba volui hîc adiicere, propter ea quæ inferius dicam. Et idem prope voluit ipſe Hoſti.in ſumma eod.titu.§.quibus pactis, col.ij.verſi.ſed ſi fiat pactum. Sed & gloſſ.in l.emptione,C.plus vale.quod agit. loquitur de venditione ſimulata,cùm eſſet cauſa pignoris,ne ob pactum pignoris vitiaretur. Quin & rationes huius diſcriminis inter pignus & venditionem,ſubnectēdas cenſui, quia ad noſtram quæſtionem faciunt. Hæ autem ſunt ex Pet.à Bel.Perti.in l.vlti.C.de pact.pign.& Io.Andr. & Panor.poſt alios antiquiores,in d.c.ſignificante. Prima , quia tanti res ſolet vendi,quanti valet.Ideò ſi venditio diſſoluitur,non decipitur venditor. Nec mouet,quòd aliquando res minoris venditur:quia ad ea potius debet ius adaptari,quæ frequenter,quàm quæ raro contingunt.l.nam ad ea,ff.de legib. Contrà autem pignus ſolet fieri pro minori longè pretio, quàm res ipſa valeat,ob ſpem futuræ luitionis. Vnde multùm deciperetur debitor, qui cupiditate recuperandæ pecuniæ facilè in omne pactū conſentit. Vnde voluit lex in hoc proſpicere vtilitati ſubditorum. Alia ratio eſt:vt quia ſi hoc pactum valeret in pignoribus , vix aut nunquam aliter creditores mutuarēt,quàm cum hoc pacto, ſpe conſequendi lucri eius, quod pluris eſt.quod profectò contineret ſpeciem vſuræ: quæ omnia ceſſant in venditione.



*Pactum reuendendi, an faciat cenſeri cōtractum pignoris.*

125 ¶Huius igitur quæſtionis cardo in hoc vertitur,vtrùm iſte contractus ſit pignoris,an venditionis.Nam vt pignoris eſſe cenſeatur,facit illud pactum de reuendendo,vt videtur voluiſſe Bal.conſi.ccj.tria poſſunt,in ij.dubio.lib.4.per text.quem dicit not.in l.creditor,quæ eſt iij. §.poſt diuiſionem,ff.qui poti.in pigno.hab.quem & alibi dicit ſing.ipſe Bald.ſcilicet in l.creditores,in fi.C.de pign. Verùm Bald.ſi ſolerter inſpiciatur,non illud dicit,ſed id,quòd propter mandatum de reuendendo,videntur res, quæ reuendi debent,eſſe pignoratæ ab eo qui mandauit. Nam & ex eo §.quem allegat,aſſumitur,quòd ex eo quòd do facultatem vendendi rem meam,ego videor eam obligare.& ita ex eo annotat Iaco.Aret.in l. ad curatoris.ff.de dam.infect.& reaſſumit ipſe Bal.in eo ipſo §. Nec ignoro Bart.& Sali.in eodem §.ex eo.not. quòd ex pacto de vendendo præſumitur cōtractum pignus,nec id quidem nego:nam ſi ex mandato de vendendo cenſetur contractū,multò magis ex pacto ipſo de vendendo.Suntq; qui Bart.eo in loco & Bal.in d.l.creditores,ad hoc citant,quòd ex pacto de reuēdendo præſumitur etiam pignus contractum. Nam ita eos allegat Cæpol.in tracta.de ſimulatione contractuum,col.j.& id quoque verum eſt:vt diximus ſuprà eo.tit.§.iij.nu.9.quanquàm id fruſtra:nihil enim (quantùm ad id) intereſt inter mandatum de vendendo,& mandatum de reuendendo. Sed hæc non eſt ea hypotheca ſiue pignus,de quo hîc quærimus , cùm videlicet is qui dicitur emere,non emit verè,ſed potius ſimulatè pignus accepit ſub ſpecie emptionis: ideoq; pactum legis commiſſoriæ ibi appoſitum non valet.In eo autem caſu,quo quis emit & promittit reuendere,ex ea promiſsione res non obligatur ipſi emptori, nec obligari poſſet,cùm rei ſuæ pignus conſiſtere non poſsit.l.neque pignus,ff.de regu.iuris. Sed econtrariò ea res obligatur venditori,ex eo quòd emptor promittit ei reuendere , per d.§.poſt diuiſionem.& id eſt,quod voluit Bal.d.conſil.cc.lib.4.

*De eadem re.*

126 ¶Verùm idem Balb.conſi.clxiiij.maritus.lib.5.tradit dationem in ſolutum , quæ ex pacto lui poteſt,accedere pignori:quia non ſic datur,vt perpetuò maneat apud emptorem. Quod & voluit Maria.Soci.conſil.xv.viſis prædictis,col.xj.verſic. vnde dicendum. Et ſi id verum ſit, nihil eſt quod dicere poſsimus ad ſuſtinendum huiuſmodi contractum. Sed id omnino falſum eſt:quia ſi pignus eſſet,emptor aut creditor,cui res datur in ſolutū , non lucraretur interim fructus.quod eſt cont.l.ij.C.de pact.inter emp.& vend.& diximus latè ſuprà,eod.tit.§. v.in glo.ij.in prin.vbi etiam docuimus procedere de Iure canonico, & in foro conſcientiæ. Nec enim id ſolùm pactum de reuendendo facit cenſeri contractum pignoratitium vel vſurarium,niſi concurrat modicitas pretij,& prętereà ſecundùm communiorem opin.quòd ita contrahens ſit ſolitus fœnerari:vt probatur,& ab omnibus pleniſsimè not. in d.c.ad noſtrā, de empt.& vendi.& in c.illo vos,de pigno.& copioſiſsimè diximus ſuprà in rub.huius titu. Idque eſt,quod Hoſt.quem ſuprà citauimus,in d.c.ſignificante,cùm loquitur de huiuſmodi pacto legis commiſſoriæ appoſito in contractu,qui dicitur venditionis , monuit de hoc dicendum eſſe,vt not.in d.c. ad noſtram. {Sed & quòd ex huiuſmodi pacto reuendendi non præſumatur pignus,expreſsè voluit ipſe Bal.conſi.xxxix.proponitur quòd celebratus,col.ij. verſi.ex tali enim parte,lib.3.per tex.in d.l.ij.C.de pact.inter empt.& vendit.}

*De eadem re.*

*Fraus & ſimulatio in dubio non præſumitur.*

127 ¶Igitur,vt cōcludamus,niſi hæ res,quas diximus,& de quibus loquitur d.c.ad noſtrā, vltra id pactum interuenerint,nihil eſt quod iudicare debeamus huiuſmodi contractus non eſſe venditionis,ſed pignoris:præſertim cùm in dubio nō præſumatur ſimulatio,aut fraus.l.quoties,§.qui dolo,ff.de probat.cum multis concord.à me adductis ſuprà tit.præceden.§.xxvj.in glo.j.nu.35.ſed quod de caſu,& ſeq. Ideoq; nec contractus præſumitur fraudulentus.l.ſed ſi maritus,§.ſed ſi conſtante,ff.qui & à quib.& l.quamuis, & ibi glo.& Bal.C.ſi quis alter.Bal.in l.illud,paulò ante fin.de præſump.& conſi.ccclxxxix.quòd dictus,circa medium,lib.9.Paul. Caſt.conſil.ccclxxxviij.plus quatuor,col.ij.lib.1.Io.Ana.inter conſi.eiuſdem Pau.conſi.cclxj.

viſis,poſt princip.lib.2.Pet.Ferra.tit.forma libel.in contractu vend.in princi.colum.ij.Barbat. conſi.lxxvj.illud,colum.j.lib.3.& conſil.xxij.clementiſsimum,poſt princ.lib.4.& conſil.lxxij. ſapienter,col.iij.verſicu.præmittitur, eod.lib.4.Socin.conſi.lxxxiij.pro certo,colum.j.lib.3. & conſi.cxxvij.quoniam,col.v.verſi.quòd autem voluerit,eod.lib.3.Iaſ.conſi.clxx.nomine,col. iiij.ad fi.lib.2.cum aliis concord.adductis à Phil.Dec.conſi.ccccxcj.in caſu,nu.4. Nam contractus talis eſſe præſumitur,qualem prima eius figura demonſtrat.Bald. loquens nuncupatim de contractu facto cum pacto legis commiſſoriæ,in cap.1.poſt prin.& ibi quoque Cardi. Alex.col.j.verſ.ex quibus omnibus,tit.de feud.dat.in vicem leg.commiſ.per l.cùm precibus, C.de fide inſtru.& alia,quæ ibi allegant,cum aliis quoque concord.& ſimil. adductis à Soc. conſi.xc.in cauſa magnifici,col.iij.verſi.ex quibus ſine hæſitatione,lib.3.

*Contractus talis eſſe præſumitur, qualem prima illius figura oſtendit.*

*Actus in dubio non præſumitur uſurarius.*

128 ¶Et vt dicit ipſe Cald.in l.rogaſti,§.ſi tibi,in fi.& ibi Philip.Deci.col.vlti.ff.ſi cert.pet.dubius actus non debet iudicari vſurarius,per l.ſi ea pactione,cum ibi not.C.de vſur.& idem Bald. in l.ſi tibi decem,in prin.ff.de pact.& conſi.cccclxxxvij.apparet,lib.1.& Alex.conſi.ccxxij.ſuper titu.quæſtionis,col.ij.verſic.accedit etiam,lib.item 2.& conſil.cc.perſpectis narratis,col.ij. verſicu.eiuſdem initij,lib.6.& Iaſ.in l.j.col.v.verſic.tertiò multùm not.C.de ſer.fug.& conſil. cliij.præſupponitur in facto,col.v.verſi.octauò,lib.4.& Ludo.Gozad.conſi.lv. quæritur,col. iij.num.13.& Roch.Cur.in repetit.cap.vlti.col.vj.verſi.ſed communiter,de conſuet. Vnde & idem Bald.in rubr.extrà de offic.iud.col.iiij.verſi.ad officium,hæc propemodum ſcripſit.Ad officium iudicis pertinet interpretari contractum in ęquiorem partem,l.ſi ſocius pro filia,ff. pro ſoci.quia hæc eſt nobilis præſumptio. l. merito,ff.eo. vnde omnis contractus præſumitur celebrari bona mente,id eſt,bono ſtudio,& abſque fraude, præſertim vſurarum. Quod & repetit Iaſ.d.conſi.cliij.vbi ſuprà,lib.4. Sed & idem Bald. vt à quibuſdam citatur ( ſed in meo codice non reperi) in l.legitima,ff.de pact.dicit,& poſt eum Ludo.Bolo.per gloſ.quam Bald.dicit valde not.ibi,in illis verbis,& ſecundùm hoc iuuatur,&c.quòd contractus in dubio iudicatur licitus. Quod & dicit idem Bald.in marg.in verbo,contractus,verſicu.vij.vbi & eam gloſ.ad hoc dicit not.

*Cõtractus cenſetur licitus ex eo quòd palàm ſolet fieri. Illius dicti declaratio.*

129 ¶Et quia etiam in Gallia videmus huiuſmodi contractus paſsim & vbique,palàm ac publicè frequentari:ideò liciti cenſeri debẽt.l.quis ſit fugitiuus,§.apud Labeonem,ibi,qui id facit, quod publicè facere licere arbitratur,ff.de Aedil.edic.vbi Bar.trahit ad actum,qui communiter exiſtimatur licitus,cùm videatur ſapere vſurariam prauitatem.& ſequitur Cæpo.in tract. de ſimulatione contractuum,in prin.col.iij.& iterum,in v.caſu princ.col.vlt.& conſil.cauſarum criminalium xiij.ſtante quodam decreto.col.pen.verſi.& intelligo. Sed caue,quia tex.& Bart.vbi ſuprà,loquuntur,quantùm ad id,vt qui eum actũ fecit,excuſetur:non vt propterea actus ſit licitus:vt optimè probat tex.in c.quia in omnibus,in prin. extrà de vſur.Ang.conſi. xc.pro deciſione,col.j. Ideoq; Anto.Burg.in d.c.ad noſtram,col.vj.verſicu.aduertas rogo,de empt.& vend.repræhendit Bart.vbi ſuprà, tanquam aliter ſenſiſſet. Nam & diuus Cyprian. lib.2.epiſt.2.ad Donatum,non propterea dicit quippiam eſſe licitum,quòd ſit publicum.

*Cyprianus.*

*De eadem re.*

130 ¶Verùm pro hac ratione bene facit,quod tradit Bald.conſi.cliiij.inſtrumentum,verſicu.item quòd huiuſmodi,lib.2.& quod ſcribitur in extrauag.Marti. Quinti,incip.hodie,ſub titu.de empt.& vend.quæ expreſsim loquitur de venditione annuorum cenſuum ſiue redituũ cum pacto reuendendi:vt illinc etiam intelligas,nihil hîc facere,quòd agitur de venditione huiuſmodi rerum. Quod & conſtanter aſſerit Guid.Pap.in tractat.de illicitis contractibus,col.vj. verſi.quid ſi vendidi tibi.& iterum col.xiij.verſi.ſed quid ſi incontinenti. Et facit etiam text. in l.quid ergo,§.j.ibi,cum vſuris trientibus,vel iis quæ in regione obſeruantur,ff. de contra. & vti.acti.tutel.& in l.j.in fin.ibi,vſurarum modus ex more regionis,ff.de vſur. & in l. & in contraria,ibi,eas tamen quæ in regione frequentantur,ff.eod.tit. & in l.idemq;.§.j.ff.mandat. & in l tutor qui repertorium,§.ſed & ſi negauit, ibi, ſecundùm morem prouinciæ præſtabit vſuras,ff.de admin.tuto.& in l.apud Iulianum,§.in vſurarum,ff.de legat.j.quibus etiam probatur,morem atque obſeruationem regionis,in rebus id genus ſequendam eſſe.

*Conſuetudo poteſt probare uel reprobare contractum.*

131 ¶Et quod præterea tradit ipſe Bal.in l.per diuerſas,col.j.C.mand.& in ſua Marga. in verbo, contractus,col.ij.verſic. contractus aliqui, quòd conſuetudo poteſt contractum probare vel reprobare.arg.l.certi condictio,§.ſi nummos, ibi, cùm quotidie,&c.ff.ſi cert.petat.& ſequitur Cæpol.in tractatu ſimulationis contractuum,vbi ſuprà. Et quod ſpecialius ad hunc caſum pertinet,ſcribit Oldr.loquens in quodam contractu , de quo dubitabatur,eſsétne vſurarius, an non,conſi.ccvij.vniuerſis,in fin. Corroborat (inquit) contractum ipſum & ab omni ſpecie illiciti reddit alienum ipſius regni conſuetudo,ſecundùm quam talis cõtractus continuè celebratur,arg.l.ſi in emptione,ff.de contrah.emptio.& l.venditor,§. ſi conſtat,ff.com.prædi. Hæc ille,quem ſequitur Steph.Bertr.conſi.j.viſo,col.ij.in fi.lib.2. Et quod voluit Iaſ.d.conſi. cliij.col.v.verſi.ſeptimò facit,lib.4.per d.§.apud Labeonẽ.& nouiſsimè Philip.Melanchthon in Epitome moralis Philoſophiæ:vbi loquitur de iis noſtris contractibus, in quibus emitur reditus cum pacto redimendi. Prudenter (inquit) mouerunt Gerſon & alij,non ſtatim contractus vſitatos iudicandos eſſe vſurarios. Cùm enim hæc vita habeat contractibus opus,& magna varietas incidat,repræhenſio vſitatorum contractuum , & conſcientias perturbat, &





magnos tumultus excitat. Illud autem Gerſonis ( ni fallor ) eſt in tractatu de contractibus, vbi & de huiuſcemodi contractibus copioſiſsimè diſputat,& de his contractibus vſitatis ſæpe loquitur.& inter cætera loca in parte ij.propo.ix. Et facit etiam tex.in l.athletas,ibi & generaliter ita omnes opinantur,ff.de his qui no.infam. ex quo Bald.in j.lect.ibi,not.communem,& generalem opinionem facere cenſeri aliquid eſſe licitum.

*Cõtractus qui ſolent fieri ab honeſtis perſonis,à ſuſpicione alieni.*

132 ¶Et id potiſsimùm procedit,cùm hi contractus nõ ſolùm fiant in Gallia, ſed & fieri ſoleant à viris probis,& laudatiſsimæ opinionis, & qui nullo pacto hac horrenda deteſtandaq; labe vſurarum polluere ſe vellent:quæ res magis facit ceſſare ſuſpicionem:vt etiam tradit Oldra. d.conſi.ccvij.ante fi.& ſatis probatur ex text.not.in c.niſi eſſent.in prin.& ibi Panor.extrà de præben.& ex eo quod ſcribit Inn.in c.1.de cleri.peregr.cum ſi.& quæ diximus ſuprà in rub. huius tit.nu.35.idque ſatis. Et ex eo quoque quod ſcribit Bal. vtranque rationem copulans, in l.j.col.vij.verſi.& hoc facit,C.de his quæ pœnæ nomi. vbi loquens de venditionibus horum annuorum redituum,dicit contractus aliàs ſuſpectos non debere cenſeri fœneratitios, ſi in regione cõmuniter frequentantur, & inter bonos ſeruantur. Nam quia veriſimile eſt, etiam permiſſum eſt,l.iij.§.vlti.cum glo.ff.de eo quod cer.loc.& ſequitur Iaſ.d.conſi.cliij.lib. 4.& è Theologis voluit Gerſon in d.tractatu de contractibus,parte ij.poſt princ.

*De eadem re.*

133 ¶Nec his rationibus obſtat,quod ſuprà diximus, pactum legis cõmiſſoriæ in pignoribus nõ accipere robur ex conſuetudine:quia vtique id verum eſt,cùm conſtat id pactum ita eſſe appoſitum:in dubio verò huiuſmodi eſſe nõ debet cenſeri,ſi in regione à bonis viris frequentatur.Sicuti & è diuerſo ij cõtractus,quibus non ſolent vti boni viri,præſumuntur vſurarij, Bal.d.conſi.cccclxxxvij.apparet,lib.1. Et faciunt not.in d.c.ad noſtram,de emp.& vend.& in c.illo vos,de pign.vbi inter ea quæ faciunt præſumi contractum vſurarium,illud potiſsimũ eſt,ſi perſona ſit ſuſpecta,quia ſcilicet ſoleat fœnerari. Ideoq; cùm contrariorũ contrarij ſint effectus,ſi perſona eſt probatæ fidei,in dubio non eſt præſumendum contra contractum:vti etiam dicit Ioan.And.in addi.Spec.in rub.de vſur.in fi. Et generale eſt,vt vtrunque coniungam,vt ex qualitate perſonarum præſumamus bonam fidem, aut malam,vt dicit Bald.in l. cùm hi,§.eam tranſactionem,ff.de tranſact.per eum tex.& in l.creditores,ff.de priuil.cred.

*Si huiuſmodi pactum fuerit appoſitum in gratiam uenditorum.*

134 ¶Et quia denique tales contractus ſolent fieri in gratiam venditorum , vt videlicet poſsint rem ſuam recuperare reſtituto tantùm pretio,& ſine ſolutione laudimiorum:nam quia fundus non venditur aut datur in ſolutum,niſi ſub conditione, ſi pretium non fuerit reſtitutũ intra aliquod tempus,certè reſtituto pretio fundus non cenſetur fuiſſe venditus , aut datus in ſolutum. Ideò nec ex eo contractu debentur laudimia : vt voluit Guid.Pap.conſi.cxxvj. de anno Domini,in ij.dubio.& latè diximus ſuprà tit.præced.§.j.gl.ij.in verbo,*a vendu*,nu.23. ex quibus fit.& iterum in glo.x.in verbo,*dedans l'an*,in viij.q.Ideoq; plerunque nolunt venditores aliter vendere,niſi ſub ea pactorũ forma,cùm libentius emptores ſimpliciter emerẽt. Et hoc quoque inſpiciendum eſt,ne ſcilicet contractus dicatur reprobatus ob id, quòd pactum appoſitum eſt rogatu & in gratiã debitoris,non dulcedine vſurarum:vt loquitur tex. in l.ait Prætor,§.ſi fraudator,ff.quæ in fraud.cred.ſiue voragine creditoris:vt de eo pacto expreſsim loquitur Bal.in d.c.1.col.ij.verſi.quæro,pone quòd pactum legis, titu.de feud.dat.in vicem legis commiſſoriæ.ita intelligens l.Titius,ff.de pign.acti.& Guid.Pap.ſing.cccclxxvij. licèt pactum,verſi.quæro mutuaſti.& Ioan.Lup.in repe.c.per veſtras,chart. totius illius titu. lxxxix.col.iij.verſi.ad idem facit,vbi id dicit mirabile & è Theologis Ange. Cla.in ſua ſumma,in verbo,vſura,le j.num.66.Nam & è contrario,cùm pactum eſt factum in fauorem emptoris,& odium venditoris,inducit præſumptionem vſurarum.Bald. qui ad hoc Hoſti.allegat conſi.cccj.in quæſtione Galuagini,col.ij.verſi.nonò arguitur,lib.5. Nonnulla autem admittenda ſunt propter vtilitatem contrahentium,l.ſed an viæ,ff.de pigno.

*Incertus euentus tollit ſuſpicionem uſurarum.*

135 ¶Nec quicquam obeſt,quòd in noſtra ſpecie emptor percipit fructus ipſius rei in locum vicemq; penſitationis:neque enim id illicitum eſt propter incertum fructuum euentum.l.ſi ea lege,& ibi glo.Bart.Albe.Bald.& alij,ex quibus ipſi Alber.Barto.& Bald. dicunt id procedere in foro conſcientiæ,C.de vſur.& l.ſi ea pactione, & ibi etiam glo.vlt.Cyn.& alij,eod.titu. & Cano.in c.in ciuitate,& in c.nauiganti,extrà eod.tit.Hoſt.in ſumma,tit.de vſur.§. qualiter petatur,verſicu.illud ſciendum eſt,& §.an aliquo,verſi.quæ tamen omnia. Oldra.d.conſi.ccvij. col.ij.& Ioan.Andr.in addi.Spec.in d.rub.de vſur.col.ij.Paul.Caſtr.in l.per diuerſas,col.pen. verſi.item dicit,C.manda.cum aliis ſimi.à me collectis in repet.l.ſi vnquam,in verbo, donatione largitus,num.113.poſtremò huc quoque,C.de reuo.dona. & id quidem nihil aliud eſt, quàm aliud pro alio ſoluere:quod haud dubiè fieri poteſt, non reluctante aut inuito creditore,l.ij.§.mutui,qui eſt j.ff.ſi cert.pet.& l.eum à quo,C.de ſoluti.& l.j.§.an poteſt,ff.de conſt. pecu.& l.pretij,C.de reſcind.vend.cum ſimil.

136 ¶Ego verò nunquàm tales contractus feci,neque cæteris faciendos conſului,non quòd ego reprobatos cenſerem,ſed quia,vt diximus,in dubium & ſuſpicionem vocabantur : maluiq; ſemper & in omnibus cauſis tutiorem viam ſequi:quod ſæpe & in noſtris legibus atque Canonibus præcipitur,l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect.& cap.ad audientiam,extrà de homici.cum ſimil. Sed tamen non omiſerim,quòd ſi quis velit omnem ſuſpicionem vitare , quæ ex hu-

*Quid ſi id pactū legis commiſſ. apponatur ex interuallo.*

iuſmodi pacto legis commiſſoriæ aut affini eidem in huiuſmodi cōtractibus oritur,id poſſe facere multis modis. Primò,ſi in ipſo contractu aut incontinenti poſt contractū,non apponat hoc pactum,ſed ex interuallo:id enim non eſt prohibitum: per l. Titius,& ibi Guli. Cu. Bart.Bal.& Sali.ff.de pign.act.cum aliis multis concord. à me collectis ſuprà in præfat.huius tit.nu.7.nam & licèt. Verùm id,ne fallaris,non eſt omnino tutum,propter ea quæ tradit Alberic.in l.ij.verſicu.ſed quid ſi emptor,C.de pact.inter empto.& vendi. & Rapha.Co.conſil. clxxxiiij.incip.M.ccclix.&c.Ioannes,colum.vlti. & diximus ſuprà in eadem præfat. nume.8. ſed hic paululum,& ſequen.

*Quid ſi pecunia fuit primū mutuata,& ex interuallo conuerſa in emptionē annuæ penſitationis.*

137 ¶Illud autem clarū videri poteſt,quòd ſi pecunia primùm fuerit ſimpliciter mutuata,poſtea verò ex interuallo ea conuerſa eſt in emptionem annui vectigalis,cum his pactis,de quibus diximus in princ.huius quæſtionis,non poſſet dici,hæc pacta eſſe illicita, ceſſante ſcilicet ratione,ob quam principaliter id pactum legis commiſſoriæ prohibetur in pignoribus:quę ea eſt,quia nihil eſt,quod non faciat,aut conſentiat,pecuniam mutuā accepturus, quò eam accipiat,neceſsitate (vt fieri aſſolet) adactus:hanc enim omnes vbique aſsignant.Id autem ceſſat,ſi ante hunc contractum præceſſerat mutuum:ideò nihil eſt, quod prohibitionem inducat,vt penè omnes de hac re loquentes ſentiunt , & ex facto nuncupatim reſpondit Stepha. Bertran.conſi.xcj.ex propoſitis,nu.7.lib.3. Et hoc puto verum eſſe,niſi conſtaret id ita fuiſſe factum in fraudem, excogitata ex compoſito malitia , vt in ſimili diximus de eodem pacto legis commiſſoriæ facto ex interuallo,ſuprà in præfat.huius tit.eodem num.8.

*Si dictum ſit, ut maneat fundus in ſolutum pro iuſto pretio.*

138 ¶Secundo modo euitatur hæc ſuſpicio,ſi ita fiat pactum,vt ſi pretium nō fuerit reſtitutum intra tempus præſtitutum reuenditioni vectigalis, fundus ipſe,qui datur pro reliquiis , ſiue arreragiis,maneat emptus iuſto pretio : nam nec id prohibitum eſt : vt probatur in l.ſi fundus,§.vlti.& ibi gloſ.& Bart.qui eam l. dicit ſingu.& omnes,ff.de pignor.& voluerunt etiam omnes in d.l.j.& rurſus in l.vlt.C.de pactis pignor.Azo in Summa eiuſdem titu. ſtatim poſt princ.Cano.in d.c.ſignificante,extrà de pigno.Hoſtien.in Summa eiuſdem titu.§.quibus pactis,verſic.j.Alber.in l.emptione,in fin.C.plus vale.quod agit.& in l.vlti.in princip.ff.de contrahen.empt.Bald.in repet.l.Aemilius,colum.antepenul.verſic.in glo.j.ff.de mino. & in cap.1. col.j.verſi.quęro vtrùm valeat,titu.de feud.dat.in vic.leg.commiſ.vbi ad hoc dicit not.tex.in d.l.ſi fundus,& Sali.& Paul.Caſtr.qui & eum dicunt not.in d.l.Titius,ff.de pign.act.Cæpol. cautel.ſecundùm vltimam computationem,ccxlj.pactum pignoris.Alex.conſ.clxxxviij.viſo proceſſu,col.iij.num.8.lib.7.Petr.Ferra.in tit.forma libel.in cauſa venditionis,in fin.princ.& titu.forma libel.in act.hypot.in verbo,ſub eadem obligatione,col.ix.verſi.quid ſi pactum, & Guid.Pap.d.conſi.lxxix.col.j.& d.conſi.lxxx.col.ij.& conſi.ſeq.in dubio, & deciſi.Delphi.vj. pactum legis,col.j.& Doctor.vbique.

*Sed quid ſi ſimpliciter dicatur,ut maneat in ſolutum. Et quid ſi dictū ſit, ut maneat in ſolutū pro maiori pretio.*

139 ¶Et idem,ſi ſimpliciter dictum ſit,vt res maneat emptoris, ſi reſtitutum non fuerit pretium intra aliquod tempus,quia tunc tacitè intelligitur,vt eius maneat iuſto pretio,vt dicit Hoſt. in d.c.ſignificante,col.j.in verbo,in pignoribus, & ibi quoque Ioan.And.col.ij.de pignor.ita intelligentes d.l.ſi fundus,ff.de pigno.vbi etiam Bart.ita voluit,& Alex.d.conſil.clxxviij. vbi ſuprà,lib.7.& Stepha.Bertran.conſi.xcviij.puto,col.vlti.lib.2.& Docto.ſæpe. Sed illud nolui te neſcire,quòd ſi dictum ſit,vt non redempta re intra aliquod tempus,ea maneat creditoris pro maiori pretio,quàm quod nominatum fuit in principio,illud non tollit vitium:vt pulchrè & ſcienter reſpondit ipſe Bertrand.conſ.cccxlvij.duabus,col.1.lib.1.& iterū conſi.ccclvj. nihil,col.ij.verſicu.ſed fortè,eod.lib.1.& conſi.50.cùm pro reſtituenda, colum.ij.verſic. fortè verò , lib.2. Sed requiritur vt expreſsè dicatur pro iuſto pretio , vel ſimpliciter,nulla pretij mentione facta,vt diximus.

*Quid ſi durante tempore facultatis redimendi, is fundus interim nō relictus eſt pro reliquiis.*

140 ¶Tertio modo id vitium vitatur , ſi interim ſcilicet pendente tempore præſtituto ad redimendum,is fundus non relinquitur creditori pro reliquiis ſiue arreragiis penſionis. Nam ob id, quòd datur vt ex eo percipiantur fructus loco reliquiarum , is pignori cenſetur eſſe traditus ab iis,quibus tales contractus illiciti eſſe videntur. Ideò ſi ita non relinquatur , ſed vel alius fundus,vel nullus,nihil erit, quod reprobandum videatur ex huiuſmodi pacto:vt etiam placuit Bald.in d.c.1.col.ij.verſi.pone quòd tu mutuaſti, & ibi quoque Aluar.col.vlti. verſicu.quem mutuaſti,titu.de feud.dat.in vicem leg.commiſ.per tex. quem dicit not.in d.l. vlti.ff.de contrah.empt.& Guid.Pap.ſingu.cccclxxvij. vbi ſuprà, licet videatur velle contrarium,ſi modò is fundus pluris valeret. Idem Guid.in tract.contractuum vſurariorū,col.vj. verſicu.ſed iuxta hoc quæro,& d.deci.vj.ante fin.

*Quid ſi is fundus eſt tantùm generaliter obligatus.*

141 ¶Nec hoc caſu (vt id quoque obiter dicam, quod minimè contemnendum eſt) ſufficit generalis obligatio bonorum,vt id pactum cenſeatur eſſe reprobatum in pignoribus : ſed debet eſſe ſpecialis & expreſſa in re,de qua agitur , & quæ manet creditoris poſt aliquod tempus non reſtituto pretio:vt expreſsim & in ſpecie reſpondit Steph.Bertran.conſi.ccliiij. vidi proceſſum,poſt principium,lib.1. Quamuis ipſe idem alibi contrarium è diametro reſponderit,videlicet conſil.clxxviij. venditio, lib.3. de quo & tu vide illum conſil xcvij.quamuis, lib.4. Et vide quæ in ſimilibus tractata ſunt à noſtris, quos citauimus ſuprà hoc eo.tit.§.iij. glo.j.nu.8.ſed dubium eſt.ex quibus & tu intelliges quid hîc dicendum ſit.





*Quid ſi in ipſo primo contractu fundus non eſt datus in ſolutū aut uenditus , ſed tātùm promiſſus.*

142 ¶Quarto & vltimo modo,ſi in ipſo contractu non fiat venditio aut datio in ſolutū, vt plerumq; fit,& his ſæpiſsimè verbis, *deslors comme des à preſent & des à preſent cōme deslors, a delaiſſé & tranſporté,* &c. Sed tantùm id promittit venditor facere tranſacto tempore redemptionis, ſi ea facta non fuerit:neque enim id prohibitum eſt,ſi credimus eidem Steph.Bertr. idipſum conſtanter affirmanti,conſi.cxxxiiij.ponitur in facto,quod cum nobilis,in iij.dubio , libr.1. quia vt ipſe dicit,aliud eſt vendere & in ſolutum dare,aliud promittere de vendendo aut in ſolutum dando. de qua ratione nos latiſsimè diximus ſuprà in eadem gloſſ.nu.53. dies me deficeret:vbi & nos huius dicti Bertrandi mentionem fecimus.

*De eadem re.*

143 ¶Sed vereor,ne non id verum ſit,quoniam in vtroq; eadem videatur eſſe ratio prohibitionis,de qua ſuprà diximus hac eadem quæſt.nu.124.& ſanè.Et quia etiam bona pars iurium de huiuſmodi prohibito pacto loquentium,vtuntur verbo promiſsionis & futuri temporis magis, quàm præſentis,venditionis:vt in l.j.C.de pact.pign.cùm dicitur ceſſurum ſe creditoribus.& in l.quamuis,in prin.ff.de ſolu.quæ his verbis vtitur,ſpoponderit in ſolutū dare. Et id nuncupatim voluit gl.in d.l.j.in gl.j.& ibi quoque Bar.Bal.& Ang.C.de pact.pign.vbi dicunt,nihil referre,quantùm ad id,de quo tractamus,dicas cedo,vendo,in ſolutum do , an promitto cedere,vendere,in ſolutū dare.Atque etiā Io.Fab.in l.vlt.C.eo.tit.& ipſemet Bertr. conſi.ccclvj.col.ij.verſic.& ſi opponatur,lib.1.& iterum conſil.50.cùm pro reſtituenda.col.ij. verſi.fortè verò,lib.2.Et facit,quod in ſimili tradit Inno.in c.grauis,paulò ante fin.de ſacroſanctis eccle.& Bal.in l.cùm fidem,in princ.C.de non nume.pecu.& de hoc quoq; diximus ſuprà in præfat.huius tit.nu.9.& vt hæc poſtrema.

*Quid ſi ſit nō modicum pretium reſpectu annuæ penſitationis ſed tantùm reſpectu fundi qui datur in ſolutū.*

144 ¶Sed quia ſuprà de modicitate pretij locuti ſumus,vnum eſt notandū in hac ſpecie,de qua tractauimus in præcedenti quæſtione,qua ſcilicet conſtituitur annuū vectigal pro pecunia, & in ſolutum eius vectigalis datur fundus , niſi ea pecunia reſtituatur intra tempus venditionis. Nam poteſt cōtingere,vt pretium non ſit modicum reſpectu illius vectigalis annui: vt quod fortè ſit de vno pro quindecim : quod quidem pretium iam multis noſtri Senatus iudiciis iuſtum ac legitimū declaratum eſt,de quo nos alibi copioſiſsimè tractauimus tit.*des notaires*, §.ij.qui eſt omnium noſtrarū conſuetud.cccxxiij.Sed fortè fundus , qui in eiuſdem vectigalis ſolutū datur:multò pluris valet,quàm ipſum vectigal,& fortaſsis dimidio, quàm idē vectigal,aut pretiū,pro quo conſtitutū eſt:an tunc illa modicitas vitiabit totū contractū, an verò ſolùm dationē illam in ſolutū,reſpectu cuius tantū ea modicitas eſt, & ſic manebit vectigal validum. Et hæc quidē erit VIGESIMA QVINTA quæſtio.Et id certè video placuiſſe multis noſtræ Galliæ,adeoq; eius Senatus primoribus aduocatis , vt tantùm vitietur datio in ſolutum,non etiā annuum vectigal:quaſi ſint diuerſa membra,nec vnū aliud vitiet: vt in ſimili videre licet in ſententia,quæ licet aliàs non poſsit pro parte valere , & pro parte non valere,l.in hoc iudicio,ff.famil.erciſcun.tamen ſi contineat diuerſa capita, poteſt in vno valere, in alio minimè : quia tot ſunt ſententiæ,quot ſunt capita diuerſa,l.quædam mulier, ff.eod.tit.quæ iiſdem verbis repetitur in l.Carmelia Pia, ff.de iure patrona.& l.etiā ſi à patre, §.j.& ibi Alberi.ff.de mino.& cap.cum tempore,& ibi gloſſ.in verbo,capitulis.Inno.Hoſt.& alij extrà de arbitr.& cap.dilectus,le j.& ibi quoque gloſ.& alij extrà de præbend.& voluere gloſ.Cyn.Bart.Bald.Sali.Ang.& alij in l.ij.C.de re iudica.gloſ.in cap.ſi quis in pluribus , in verbo,quædam,ij.q.vj.Albe.in l.Labeo,poſt princ.ff.de arbit.& in l.non eò minùs,circa med. C.de procur.Cardin.Flor.conſi.lxxiiij.dominus Abbas,colum.vlt.cum concord.adductis à Roma.in l.j.§.ſi ſtipulanti,& ibi Barb.col.xiiij.verſi.nunc inducitur,& cæteris recentioribus, ff.de verbo.oblig.& eodem Roma.conſi.cxcv.in caſu præmiſſo, ad fin.& Cardin.Alexand. in cap.dilecto,colum.vltim.in xvj.quæſt.extrà de appel.& Aufrer.deciſ.Tholoſ.quæſt.ccxv. item fuit quæſitum ſi fuerunt ab aliquo.

*Sententia continens diuerſa cap.*

*In contractibus utile per inutile non uitiari.*

145 ¶Et id quidem maximè procedit in contractibus, etiā ſi non in ſententiis deberet procedere. Nam haud dubiè in ipſis contractibus vtile per inutile non vitiatur,etiā in eodem c. modò res ſit diuidua,l.ſancimus,§.ſi quis autem,C.de donat.& l.pecuniæ , & l.placuit,ff.de vſuris. vbi id probatur procedere etiam in vſuris:vti etiam in l.cùm allegas,C.eod.tit. Ex eoq; deprompta eſſe videtur ea formula,qua Senatus noſter reducit vēditiones horum annuorum vectigalium ad legitimū modum,ſi idipſum excedant:modò ſint ad vnum pro decem. Nam ſi minoris vendita ſint,omnino reprobantur:nec reducuntur ad vllum modum , cùm ſint omnino illicita:iuxta gloſſ.in d.l.placuit,per authen.ad hæc,C.eod.tit.Et hanc differentiam ſententiarum & contractuum in eod.c.ponit Ang.in d.l.ij.C.de re iudi.& alij vbique. Quid autem ſit in legatis,videbis in l.iij.§.vlt.ff.de annu.legat.

*Emphyteuſis conceſſa ultra generationem permiſſam, an in totum uitietur.*

146 ¶Sed quod ad contractus pertinet,vt ad eos redeamus,optimè etiam facit tex.in §.quod autem,verſi.neque illud,& ibi Ange.in Auth.de non ali.vbi emphyteuſis conceſſa vltra generationem permiſſam,vitiatur tantùm in eo quod excedit : vt ex eo text.not.Bald.in Auth.ſi quas ruinas,col.j.verſic.iuxta hoc,C.de ſacroſanct.eccleſ.Fulg.& Pau.Caſtren.in authen.qui rem, C.eodem tit.& ibi quoque Phili.Deci.colum.vlt.qui hanc dicit eſſe communem opin. Imo.in cap.ij.colum.penul.verſic.ſed hîc inſurgit,extrà de feud.& conſil.lxix.viſis.Roma.in dicta l.j.§.ſi ſtipulanti,ff.de verborum obligation. & conſilio.lxvj.vir eximie, poſt medium,

*Quid de feudo cõceſſo ultra limites cõceſſos.*

dum ſimpliciter allegat Bald.vbi ſuprà Alexand.conſi.xxxviij.conſideratis his, col.ij.verſic. quinimo.lib.2.& Caro.Ruin.conſ.lvij.quò ad ea,col.pen.nu.13.lib.1.Et idem in ſimili de feudo eccleſiæ conſuetudo infeudari in maſculos tantùm, quod tamen conceſſum fuit in maſculos & fœminas,vt non vitietur, quantum ad maſculos:aut ſi aliàs fuit conceſſum vltra limites conceſſos,tradit ipſe Bal.in l.ſi pupillorum,§.vlt.per illum text.ff.de reb.eor.& in c.j. in princip.col.vlt.verſi.ſed pone conſuetudo,& ibi Mart.Laud.in fin.tit.qui feud.dar.poſ. & idem Bal.in c.j.§.ſimiliter,tit.de lege Corra.Imol.in l.quod dicitur,in fi.ff.de verb.oblig.& in d.cap.ij.de feud.Fulgoſ.conſi.ccxx.nobiles,colum.ij.verſicu.rurſus,nec ex hoc,& Iacob.à S. Georg.in tracta.feudo.in verbo, in feudo.col.pen.verſic.quid autem ſi eccleſia.Franc.Curt. iunior,in eodem tractatu,in ij.parte quæſt.vj.colum.ij.verſicu.ſecunda principalis, vbi hanc rem latè tractat,& dicit hanc eſſe communem opin.Iaſ.qui vtrunque dicit de emphyteuſi & feudo,conſi.liiij.in præſenti,col.v.verſic.vel aliter & ſecundò,lib.1.& conſil.ſequent.omiſsis, colum.ij.verſicu.ad idem facit.& Carol.Molendin.in conſuetud. Pariſ.titu.j.§.xlj.nume.43. vbi & alios citat.& hanc quoque dicit eſſe communem.Sed tu de his vide plenè Alexan.in d.l.j.§.ſed & ſi mihi,col.ij.verſi.item facit.& ibi Soci.ff.de verbo.oblig.& Cardin.Alexand.in d.c.j.in princ.col.penult.tit.qui feud.dare poſ.

147 ¶At in noſtro caſu,cùm ſcilicet ſimul venditur annuum vectigal,ſimúlque in ſolutum illius traditur fundus,videndũ eſt,ne non tam illud vectigal cenſeatur emptum & venditũ,quàm fundus ipſe: nec dubitari debet,quin ſaltem vnum in alio ineſſe cenſeatur,cùm eodem veſtigio vtrumque factum fuerit.per l.lecta,ff.ſi certum peta.& l.iuriſgentium,§.quinimo,ff.de pactis,cum aliis concord.adductis ſuprà eod.tit.§.j.glo.v.in verbo, in limine contractus, in princip.& multis ſeq.& in repet.l.ſi vnquam,in verbo,donatione largitus,nu.101.ſed & hoc, & ſeq.vbi etiam oſtendimus,vnum eundemque actum cenſeri,non diuerſum,per l.cùm antiquitas,C.de teſta.& alia multa ibi allegata.Ideoq; Pau.Caſt.loquens de huiuſmodi donationibus in ſolutum,de quibus hæc noſtra tractatio eſt,conſi.clxv.viſis & ponderatis,col.ij. verſi.ſecundò videtur,lib.2.dicit quòd finguntur bona data in ſolutum,iam ab initio,& (vt ipſe loquitur)per prius fuiſſe vendita ei,cui ita data ſunt:per quędã iura ab eo allegata.Ideò cogita. Vide tamen pro alia opin.quod tradit Corne.conſilio xxxvij.nemini,colum.j.verſi. dato enim,libr.1.

*Deciſio principalis.*

148 ¶Vigesimosextò quæro,Titius emit à Sempronio fundũ aureis centum,atque in eodem inſtrumento,aut etiã alio,dat venditori facultatem redimendi eum fundum,reſtituendo idem pretium intra duos annos:& ſi id non fecerit, promittit idem emptor ei dare xxx. aureos pro ſupplemento integri iuſtiq; pretij eius fundi: vtrùm is contractus ſit validus & ſine ſuſpicione vſurarum? Et iam vidi multos contractus eius farinæ,nunquàm tamen eos vidi vocari in ſuſpicionem. Sed tu vide Bal.qui de hac ſpecie conſiliũ copioſè edidit,conſi. cccxxij.inſtrumento in forma venditionis confecto,lib.3.vbi concludit,hunc contractũ eſſe vſurarium,& idem quoque ſe aliàs reſpondiſſe.Vide tamen eundem Bald.in cap.j.colum.j. verſi.ex his infero,& ibi Cardin.Alexand.col.ij.in eodem verſic.tit.quali.do.propri.priue. & Alex.in addi.Bart.in l.ij.C.de pact.pigno.Et Panor.conſi.lxxvj.in præſenti,col.ij.verſic.prætereà colligitur,& ſequen.lib.1.vbi hanc rem ponit inter præſumptiones vſurarij contractus, Sed & Guid.Pap.conſi.lxxx.addendo, col.ij.dicit huiuſmodi clauſulam ſupplendi certum pretium, non tollere vitium pacti legis commiſſoriæ.

*Si emptor promittat aliquid ultra pretiũ, ſi fundus uenditur ſub hoc pacto,non redimitur.*

149 ¶Vigesimoseptimò quæro,quid ſi in ea venditione fundi facta cum hoc pacto de reuendendo dictum ſit prætereà,quòd ſi venditor retrahat intra tempus præſtitutum venditioni,emptor nihilò minùs percipiet medietatem futurorum fructuum eius anni,quo retractus fiet:an & is contractus ſit probus,an reprobus? Vide item eundẽ Bal.conſi.ccclxxix. quòd dictus contractus,lib.4.& iunge factum eiuſdem conſi.quod ipſum præcedit:& illinc cognoſces,ipſum Bal.multùm dubitare,ſed in eam partem reclinare,vt præſumatur vſurarius, niſi vnus ex venditoribus (illic enim erant plures venditores) fateatur contractũ verum:quod in ſuo caſu euenerat.Et ita audio fuiſſe iudicatum à Senatu Pariſi.die 2.Maij,anno Domi.1513. Vide tamen quæ diximus ſuprà eod.tit.§.v.glo.iij.

*Quid ſi dictũ ſit, quòd emptor percipiet certã portionem fructuum ſi uẽditor retrahet.*

150 ¶Consequenter & vigeſimooctauò quæro,in tribus caſibus præcedentibus, aut etiã in aliis contractibus vſurariis,reprobis,aut aliàs ſuſpectis,quid facere poteſt emptor,vt ſe eo onere liberet,ac periculo computandorum fructuum in ſortem,atque ſuam pecuniam recuperet:poterítne agere aduerſus vẽditorem,vt eam ſibi reddat,ipſeque viciſsim rem emptam reſtituat venditori,& ſic à contractu diſcedatur? Collect.in d.cap.ſignificante,col.j.verſiculo, quid ergo ſi mutuaui,extrà de pigno.loquens in pacto legis commiſ.appoſito in contractu pignoris,& ſic prohibito, vt diximus ſuprà in xxiiij.quæſt.dicit poſt Petr.Bo.quòd creditor non auditur, volens recuperare pecuniam à ſe mutuatam, niſi ipſe debitor velit.per l.ſecundam, & tertiam, de lege commiſ.ſed dictæ ll.loquuntur in huiuſmodi pacto in venditione appoſito,& ita non prohibito:& ideò cùm tale ſit validum,& appoſitum in fauorem venditoris,non debet retorqueri in odium ſui:vt dicit gloſſ.ibi,per l.quod fauore, C.de legibus,cum ſimilibus.

*Quid facere debet emptor, ut ſe huiuſmodi cõtractibus ſuſpectis extricet.*

¶Quid



*De eadem re.*

151 ¶Quid igitur hîc dicendum eſt? Habemus text.in l.Iulianus,§.ſi quis colludente,ff.de actio. empt.cuius verba,huc admodum ſpectantia,non grauabor ſubiicere:Si quis,colludẽte procuratore meo,ab eo emerit,an poſsit agere ex empto? & puto hactenus agendum, vt aut ſtetur emptioni,aut diſcedatur.Sed & ſi quis minorem vigintiquinque annis circumuenerit, & huic hactenus dabimus actionem ex empto, vt diximus in ſuperiori caſu. Quo in loco Bart.ex hoc monet bene notandũ,quòd ſi dubito,ne minor reſtituatur,aut ſi dubitatur ne quis dicat ſe dolo deceptum,poſſum agere:vt aut ſtetur emptioni,aut diſcedatur.Sed & Bal. ibi poſt Riz.dicit,quòd ſi ego litigaui cum minore, quem fortè putabã maiorem, & poſteà perpendo in proceſſu cauſæ,eum eſſe minorem,poſſum petere,vt quæ facta ſunt vel ratificentur,vel irritentur.Et eadem propè ſcribit ipſe Barto.in l.ſi quos,per illum textum,ſecundùm vnam lectu.C.de Decuri.libr.10.& Nicol.Milius in ſuo repertorio,verſi.minor ſi contractu.Illum autem textum in dicto §.ſi quis colludente,dicit ſingu.Bal.in l.dolum,in fi. C. de pericu.& commo.rei vendit.& Alex.in l.iuriſgentium,§.prætor.poſt princ.ff.de pact.& illum not.dicit Petr.Anchara.in c.quàm ſit,col.j.de elect.libr.6.ad id: quod vbicunque eſt in facultate vnius,actum cum alio celebratum fieri validum,vel inualidum,poteſt cum eo agi, vt approbet,vel reprobet.

152 ¶Sed hîc non video in noſtro caſu,cùm cõtractus eſt illicitus,quomodo debitor vel venditor poſsit eum approbare:neq; enim poteſt facere,vt ſit licitus,& vt de eo cõqueri nõ poſsit, etiã ſi approbauerit:vt colligitur ex not.à Bart.in l.cùm allegas,col.ij.verſi.ſed quæritur hîc, C.de vſur.de cuius dictò in eo loco ſatis diximus ſuprà eod.tit.§.j.in verbo, *à tel temps*, quæ eſt gloſ.ij.nu.35.& hæc confirma.Atque etiam ex not.per.Bart.in l.ij.ad fi.ff.de his quæ pœnæ nomi.cum concord.adductis à Iaſ.in l.j.in j.lect.col.antep.verſi.ſecundò quæro.& iterum in ij.lectu.col.vij.verſic.prima eſt,nunquid,C.de Sum.Trinit.& fid.catho.& quod tradunt Io. And.Anto.& Imo.in d.c.ſignificante,de pign.quòd debitor non poteſt renuntiare beneficio iuris,ſtatuentis pactum legis cõmiſſoriæ in pignoribus non valere.& pleniùs diximus ſuprà nu.121.nec cõſuetudine.Et ex eo denique quòd ſoluens,etiã ſcienter,vſuras indebitas,poteſt eas repetere vt voluit Hoſt.in ſumma tit.de vſur.§.quæ pœna,colum.iij.verſi.ſed quomodo poteſt.Bal.in l.conſtitutionibus,in fi.& ibi quoque Sal.C.de vſur.per no.in c.peccatum, de regu.iur.lib.6.& rurſus idem Bal.in Auth.& qui iurat,col.vltim.C.de bon.auto.iudi poſsid. Steph.Bertr.conſi.ccxliiij.viſo,paulò ante fi.libr.4. Quod procedit,etiam ſi iurauerit ſe non repetiturum,gloſ.not.in c.ad noſtram,le ij.in glo.ij.de iureiur.ipſe Hoſt.in d.Summa, & tit. de vſur.eod.§.verſi.quid ſi debitor,& ſeq.& Cardin.Flor.qui eam glo.dicit ſingu.conſi.cxx. Titius obligauit,ante fi.& Alex.conſi.lxxx.circa primum,col.vlt.verſic.prætereà dicit libr.3. Quibus malo accedere,quàm ipſi Bald.& Alex.ſibi contrariis,contrarium tenentibus in l.ſi non fortẽ,§.j.ff.de condict.indeb.vt & facit idem Bal.in l.pen.ff.de condi.ob turp.cau.& ipſe Alex.qui tamen nutat,conſi.ccxxvij.ſuper titulo,col.ij.verſi.confirmatur,libr.2.Nam & ſi in noſtro caſu conſenſus debitoris aliquid in hoc faceret,ſatis fuiſſet eum ab initio cõſenſiſſe. Poterítne igitur creditor vel emptor ſimpliciter agere,vt à contractu diſcedatur, ſicque pecunia ſibi reſtituatur deductis fructibus,ſi quos iam perceperit:aut vt aliter contractus in legitimum modum reformetur? ſecundùm text.in d.§.ſi quis colludente.Et id quidem magis placet:& ita nuncupatim reſpondit Steph.Bertr.qui ita de ea re loquitur,vt nihil inſit ſcrupuli,conſi.ccclvj.nihil oppoſitum,libr.1.& hoc ſatis velle videntur,qui dicunt,eccleſiam,vel minorem,qui ſine ſolennitate iuris rem immobilem alienauerunt, poſſe tamen ei ſtare vel inuitis emptoribus,adhibendo legitimas ſolennitates. Horum nomenclaturam comperies apud Matheſa.not.clvj.nota quòd ſi minor:ſed latiùs apud Iaſ.in l.cum hi,§.eam tranſactionem,verſi.limita tamen.ff.de tranſact.& latiſsimè in noſtris Legib.connub. {in gloſ.viij.} in verbo, *de ſon mary*, in x.q.nu.92.& idem quoque.

*Conſenſus partis,an de contractu illicito poßit facere licitum.*

*Soluens ſcienter uſuras indebitas.*

*Deciſio princ. dubij.*

153 ¶Ex ſuprà dictis tamen non intelligas (ne erres) non poſſe vſurarum repetitionem ſponte remitti:id enim fieri poſſe tradunt gl.Dy.& Io.Andr.in d.c.peccatum,de reg.iur.lib.6.Hoſti. in ſumma d.tit.verſi.ſed ſi fœnerator,& verſi.dicendum eſt igitur.Feder.Senen.conſil.xviij. quæſtio talis eſt,an vſurario.& conſi.xxij.an vſurario ſufficiat:vbi fermè eadem repetit.rurſumq; conſi.clxxxiiij.ſecundum.& ibi quoque Griffol.in reſpon.Alber.poſt alios in l.tranſigere,col.vj.nu.19.C.de tranſact.Ange.conſi.c.præmitto quòd de iure.Lap.Caſtel.in repet.c. in ciuitate.extrà de vſur.Gaſpar.Cald.inter conſi.Io.Calde.tit.de vſur.conſi.x.examinato,in fin.Ant.& alij,in cap.cùm tu,eod.tit.& idem Anto.in c.ij.eodem quoque tit. Lauren.Roſel. in repet.c.conſuluit,col.xviij.verſi.quæro octauò,eo.item tit.Pet.Anch.qui id optimè declarat,in c.ſtatutum,§.ſiquidem col.ij.de reſcript.lib.6.& conſi.xcviij.iſtam quæſtionem,ad fi.& conſi.cccvj.efficax,col.ij.verſi.& circa hoc.& Alexand.conſil.xcj. viſis actis,in princip.libr.2. Barb.in c.illo vos,col.vlt.de pigno.

*Vſurarum repetitio ſponte remitti poteſt.*

154 ¶Vigesimononò quæro,in quibuſdam locis ſtatutum eſt,vt in datione in ſolutũ facta à iudice cogatur emptor reuendere debitori domino rei ita venditæ reſtituto pretio intra aliquod tempus; an huiuſmodi ſtatutum trahatur & ad dationem in ſolutum, quæ ſponte fit ab ipſo debitore? Quod pleriſque videretur, cùm hæc non tantùm habeat roboris, & momenti,

*An ſtatutum loquens de redemptione dationis in ſolutum neceſſariæ*

*habeat locum in uoluntaria. Facta in iudicio, plus habēt roboris.*

momenti,quantum ea,quæ fit à iudice:vt patet ex iis,quæ diximus ſuprà tit.præcedenti, §.j. gloſſ.xiiij.in verbo, *ou equipollent à vente,* numero 8. ſecundò intellige.& multis ſeq.atque ex iis,quæ à noſtris vbique tractantur,efficaciora eſſe quæ in iudicio facta ſunt,quàm quæ extra iudicium. Ex quibus multa collegit Barba.conſi.xlvij.præclarè,colum.vlt.libr.2.& conſi.liij. eiuſdem initij,col.v.verſi.& ſi quiſpiam,eod.lib.2.& Iaſ.in l.pacta nouiſsima.C.de pact. & è recentioribus Ferro.in conſuetud.Burdigal.tit.de retractu,§.xiij. Vide tamen Corne.cõtrarium tenentem optimis rationibus,conſi.clxvj.quatuor,col.penul.verſi.reſtat amodo,& ſeq. vſque ad fin.conſi.lib.2.vti apud eum videre poteris.

155 ¶Trigesimò quæro,an emphyteuta vel vaſallus,qui vendidit cum hoc pacto de reuendendo , & vi illius poſteà redemit , cadat feudo vel emphyteuſi? Et ſanè ſi ſine huiuſmodi pacto retraxerit,ſed quia ita partibus placuit,non excuſatur:vt eſt text.expreſſus de feudo in c.j.tit.quid iur.ſi poſt ali.& voluerunt glo.Bal.& alij,in c.j.tit.de prohib.feud.ali.per Feder.& propè omnes de vtroque in l.j.§.ſi rem depoſitã,per eum text.ff.depo.cum aliis multis concord.collectis ab Alex.in l.ſi inſulam,colum.pen.verſi.& facit ad quæſtionem , ff.de verbor. oblig.Philip.Deci.conſi.clx.in cauſa monaſterij,col.vlt.verſi.quartò & vltimò.& Iaſ.in l.vlt. col.lix.in xx.quæſt.C.de iure emphyt.& Steph.Bertrand.conſil.xlv.pridem,in j.dubio,libr.1. Sed dubium facit pactum reuendendi in contractu appoſitum,ob quod reuenditio erat neceſſaria,proptereaq; non videtur venditor per huiuſmodi venditionẽ,ſi redimat , cecidiſſe. Quod tenet in emphyteuta Bald.poſt.Guliel.loquens in pactis legis commiſſoriæ , & additionis in diem,in l.ab emptione,in princ.col.vlt.verſi.ex hoc no.ff.de pact.quem ſequitur Phil.Deci.loquens generaliter in omnibus pactis in cõtractu appoſitis,& ſpeciatim in pacto reuenditionis , conſil.lxxxviij.cuius ſuperſcriptio incipit,valet ſtatutum,col.ij.verſic.ex quo datur intelligi.Et facit,quod etiam de huiuſmodi pacto tradit Bal. {loquens expreſsè in hoc noſtro caſu.} conſi.ccxv.proponitur quòd inueſtituræ,col.ij.verſicu.item pactum retrouendendi,iunctis præced.& ſeq.lib.2.

*An emphyteuta uel uaſallus alienans & redimens excuſetur,*

156 ¶Et id certè in huiuſmodi pactis legis commiſſoriæ & addictionis in diem propemodum tranſiit in rem iudicatam.nam & id quoque voluerunt Guliel.Cum.Bald.& Angel.in d.l.ab emptione,& ibi quoq; Recentiores,& Pau.Caſt.& Alex.in l.ſtatuliber,ff.ad leg.Falcid.Card. Alex.in d.c.j.tit.quid iur.ſit.Franc.Curt.ſenior,conſi.viiij.viſo inſtrumento,col.vlti.& Iaſo. in d.l.vlt.col.lx.verſic.vigeſimoprimò quæro,C.de iur.emphyt.& alij,quos citauimus ſuprà eod.tit.§.j.in glo.vij.in verbo,*ſeront preferés,* nu.4.quod ita quoniam cõtractus vi huiuſmodi pactorum in ipſo contractu appoſitorum reſoluitur ipſo iure,& ſine alia noua tranſlatione aut traditione:vt per gloſſ.ab omnibus approbatam in d.l.ab emptione.& latiſsimè diximus in eadem gloſſ.vij.nu.3.aduerte lector , & ij.ſequent. Verùm in pacto de reuendendo id non procedit ex multorum ſententia:aliis tamen contradicentibus,vt latiſsimè etiã tractauimus in ead.glo.nu.6.at in pacto,& multis ſeq.& nu.19.Ideoq; in ſimili.ex quibus facilè intelliges, quid hîc dicendum ſit. Et tu quoque interim vide Stepha.Betrand.conſi.xlv.pridem de anno,in j.dubio,lib.1.& Franc.Rip.in l.in quartam,col.xij.nu.57.ff.ad leg.Falci.& quæ diximus ſuprà tit.præced.§.xix.glo.ij.per totam eam glo.

157 ¶At illud minus dubium eſt,cùm ita ſit venditio cum hoc pacto,vt ſcilicet emptor incontinenti teneatur reuendere.Id etiam expreſsé voluit Cardin.Alex.in d.c.j.colum.ij.titu.quid iur.ſit.& allegat Ang.in l.voluntas,in fi.C.de fideicom.qui illud non dicit,ſed aliud ſimile, videlicet quòd prohibitus alienare extra familiam,poterit tamen alienare cum eo pacto , vt incontinenti debeat res reſtitui familiæ. Nam tunc (inquit) non dicitur fieri alienatio extra familiam,quæ momẽto eſt penes emptorẽ duratura,argumen.l.vlt.in fine,C.de bon.libe.vbi dicit eſſe text.not.ad hoc.Et illum,vt hoc ei addas,ſequitur Iaſ.in d.l.vlti.col.antepen.verſic. & vltra allegata,C.de iure emphyt.vbi id dicit ſingul.& in l.filiusfamilias,§.Diui, in ij.lectu. col.x.verſi.quartò limita,ff.de leg.j.vbi & ad id allegat text.quem ipſe dicit not.in l.cogi,§.hi qui ſolidum , ff.ad Trebel.Sequitur item Barba.in l.iij.§.Cato,col.xxj.verſic.& adduco,ff.de verb.oblig.vbi & illud idem dicit de vaſallo ſic alienante feudum,vt ad ſe continuò reuertatur. Et de emphyteuta voluerunt etiam Anto.in c.potuit, col.j.extrà de locat.& Roma.in l.iiij.§.item Labeo,ff.de vſucapio.Franc.Curt.ſenior,d.conſi.viij.viſo inſtrumento , col.vlti. & Hippol.Marſil.conſi.cxxxvj.conſului,col.iij.verſicu.confirmatur.& nos quoque diximus in repet.l.ſi vnquam,in verbo,ſuſcepit liberos,nume.171.facit & quod,C.de reuoc.dona.vbi & alia multa ſimilia collegimus.

*Quid ſi ita ſit pactũ,ut continuò teneatur reuendere.*

158 ¶Trigesimoprimò quæro,vtrùm vẽditor,qui redemit ex huiuſmodi pacto,teneatur facere homagium (vt noſtri vocant) domino,quod debetur ex re vendita & redempta, licèt aliàs fecerit ante eam venditionem,ob id ſcilicet,quòd fuerit mutatio dominij:ex qua quidem mutatione debemus homagium, ex noſtris conſuetudinibus. Et id certè dependet ex iis, quæ latè ſuprà tractauimus hoc eodem titu.§.j.glo.vij.in verbo, *ſeront preferés,*in princ. & multis ſequent.vbi copioſiſsimè diſſeruimus,an ex huiuſmodi pacto dominium trãsferatur ipſo iure in venditorem,& ex iis quoque,quæ ſimiliter ſcripſimus ſuprà titu.præced. §.xix. gloſſ.ij.nu.4.verùm ſi huiuſmodi,& ſeq.vbi tractamus,an res ita redempta cenſeatur eodem iure

*Vtrũ uẽditor, qui ex hoc pacto redemit,teneatur facere homagium.*



iure apud venditorem qui redemit,quo erat ante venditionem. Et ex eo quoque, quòd latè diſputauimus ſuprà, eod.tit.§.vj.gloſſ.ij.nu.4.& ſeq.an ex huiuſmodi venditione facta ſub hoc pacto,& poſteà vi illius redempta debeantur laudimia.

159 ¶Trigesimosecundò quæro,Tu mihi fundum vendidiſti ea lege,vt ſi lis de eo moueretur,defenſioni te offerres,& litem in te ſuſciperes,quoties tibi denuntiatum fuerit , ſub certa pœna,ego poſteà eundem fundum alteri vendo cum pacto de reuẽdendo:& cùm huic alteri lis moueretur,tu ab eo requiſitus es,vt eam litẽ defenderes, & in te ſuſciperes : qui id facere negligis,& tandem res euicta eſt:an poſsim agere aduerſus te de euictione , & ad eam pœnam,ita vt dictum eſt,promiſſam,etiam antequàm ſim condemnatus de euictione illi alteri,cui vendideram ſub eo pacto ? Vide omnino Alexandrum conſil.lxvij.viſo themate & verbis teſtamenti,per totum,libr.2.Ex quo intelliges,intereſſe,an ego qui prius emerã,alteri ſimpliciter vendam , an cum pacto de reuendendo : & concludit hoc noſtro caſu agi poſſe etiam ante condemnationem,per multa,quæ ibi allegat.

*Alia quæſtio.*

160 ¶Trigesimotertiò quæro,ſi vaſalus,conſentiente domino , vendidit alteri fundum cum hoc pacto reuendendi,an ipſe vaſallus venditor poterit poſteà huiuſmodi pactum remittere emptori ſine conſenſu domini. Matth.Affli.in conſtit.Siciliæ incip.conſtitutionem diuæ memoriæ,col.ix.verſic.& pondera bene,tenet,quòd poteſt,per multa, quæ ibi allegat, quæ tu videre poteris. Quod mirum pleriſque videri poſſet cùm ille ipſe in eadem conſtitutione,col.v.verſi.ſi autem liberetur,teneat liberationem hypothecæ,qua feudum obſtringitur,fieri non poſſe inconſulto domino , contra quàm ipſe idem tenuerat Deciſ.Neapolit. ccxxxij.feudatarius.

*An uaſallus qui conſentiẽte domino uẽdidit cum hoc pacto id poterit ſine eo remittere.*

161 ¶Trigesimoqvartò, idem Matth.in d.conſti.conſtitutionẽ.col.xij.verſic.vndecimò quæro,hãc quęſtionẽ tractauit.Vaſallus,conſentiente domino,vendidit feudũ cum hoc eodem pacto reuẽdendi,vtrùm poterit poſteà promittere emptori ſine cõſenſu domini, quòd cùm res fuerit reuendita,nulli alij vendet,quàm ipſi emptori : & an ob id ipſe venditor,aut eius hæres,obligetur eidem emptori.& concludit eos in id obligari actione perſonali,vt ſcilicet in id quod intereſt teneantur,ſi contra faciant,per multa quæ in id allegat.

*Alia quæſtio.*

162 ¶Trigesimoqvintò quæro,Petrus vendit Cornelio fundũ ſub hac lege , vt Petrus ipſe venditor poſsit redimere intra annum continuum computandum à die,qua poſt triennium ipſe Cornelius emptor denuntiarit Petro venditori, vt redimat:poſteà autẽ moritur idem Cornelius,nulla huiuſmodi denuntiatione facta:an venditor poterit redimere ab hærede emptoris,& intra quod tempus. In qua facti ſpecie conſulti Alex.& Barba.conſi.ediderunt admodum erudita & ſubtilia:ille conſil.cxviij.ſtantibus terminis,lib.3.hic conſi.50.præclarè,lib.2.eos vide,ne abundè tractata retractem.

*Alia quæſtio.*

163 ¶Trigesimosextò, Quid ſi venditio ita facta fuerit,vt ſi emptor non ſoluerit pretiũ intra certum aliquod tempus,poſsit venditor quandocunq; retrahere:poſteà autem emptor non ſoluit intra illud tempus:verùm venditor eum interpellat,vt ſoluat:nũquid agens ſibi præiudicet,ne poſsit poſthac ex lege venditionis redimere? Bald.in l.cõmiſſoriæ,C.de pact. inter empto.& vendit.poſt Dyn.& Cyn.ibi in ſimili quæſtione, negat amplius locũ eſſe legi retrahendi , dummodo emptor non ſit in expreſſa contumacia.Et in id citat Cyn.vbi ſuprà in ſpecie ab eo retractata,multa iura,quæ videbis.& addit.Bal.not.per gl.in l.cùm ſtipulatus ſum mihi à Proculo,ff.de verborum obligatio.Quibus & tu adde quod tractatur in glo.in l.ij.in verbo,repellere,verſi.item ſi triennio elapſo,& ibi Bart.in iiij.quæſtio.& omnes C.de iure emphyt.vtrum dominus poſt ceſſationem triennij,recipiens ſolutionem penſionis,ſibi præiudicet in iure repellendi.

*Alia quæſtio.*

164 ¶Trigesimoseptimò,Titius cœlebs vendit domũ cumhoc pacto redimendi:poſtea matrimoniũ contrahit,& durante eo matrimonio,& intra tempus redimendi,eam domum vi eius pacti ex communi pecunia redimit : an ea domus erit communis viri & vxoris , ex noſtra conſuetudine propè generali in Francia , qua vir & vxor ſunt communes in bonis mobilibus & acquęſtibus factis durãte matrimonio? Io.Gallus, in ſuis Areſtis hoc dubium poſuit,quæſt.lxviij.atque id ita decidit,vt ſi ea domus nondum fuerit tradita emptori ante redemptionem,vxor nihil habebit in re:ſed tantùm ei reſtituetur dimidium pretij. Si autem fuerit tradita,tũc res erit communis per redemptionem:nec ſatis erit ei,vel ſuis hæredibus, reſtitui dimidium pretij. Hæc res præſertim quantum ad ſecundum caſum,hinc maxima ex parte pẽdet,vtrùm ea res ſic redempta priſtinam retineat naturam , & eodem iure redeat ad maritum,quo prius eſt:de quo nos latè diximus ſuprà tit.præced.§.xix.gloſſ.ij.in verbo , *ne ſeroit pas commun,* vbi videre poteris. Nos autem in eo loco habemus conſuetudinem id dubium nuncupatim decidentem,vt ſcilicet ea res vendita ante matrimonium,& durante ipſo matrimonio redempta,ſit communis viri & vxoris : ſed maritus vel eius hæredes poterunt intra annum à ſoluto matrimonio retrahere partem vxoris ab eadem , vel eius hæredibus, reſtituendo dimidiam partem pretij.

*An domus à uiro cœlibe uendita cum hoc pacto,& ui illius durante matrimonio redempta ſit communis uiri & uxoris.*

165 ¶Trigesimooctavò, quid ſi è diuerſo Titius cœlebs emit fundum certo pretio,cum hoc pacto , vt liceat venditori redimere reſtituto pretio : interim Titius vxorem ducit , & conſtante

*Quid cõtra ſi emit cum hoc*

*pacto & durante matrimonio eam quoque facultatẽ emit.*

conſtãte matrimonio intra tempora redimendi eam facultatem à venditore emit certo aliquo pretio: vtrùm hæc res empta erit cõmunis Titij & vxoris, ex conſuetudine noſtra, quæ alibi facit communes virum & vxorem in rebus conſtante matrimonio acquiſitis, inſpecto ſcilicet tempore emptionis huius facultatis: an potiùs erit ſola Titij, inſpecto tempore prioris venditionis? Chaſſ. in vltima editione ſuarum conſuetudinum, tit. *des droitz & appartenances à gens mariés*, §. ij. in fin. hanc nuncupatim quæſtionẽ ponit, dicitq́; ſe ex facto interrogatum reſpondiſſe, rem hãc eſſe cõmunem: quia attenditur ſecunda emptio propter augmentationem pretij. De quo dicit eſſe text. ad literam in l. pacta conuenta, §. Paulus notat, ff. de contrahen. emptio. Cuius verba, quia multùm videntur ſententiam ipſius adiuuare, ſubtexuimus: Si omnibus integris manentibus, de augendo vel diminuendo pretio rurſus conuenit, receſſum à priori contractu, & noua emptio intercesſiſſe videtur. Hæc ibi. Cui & tu adde alium text. ſimilem in l. ij. C. de reſcin. vendi. vbi ſic ſcribitur, Si quam rem à te emi, eandem rurſus à te pluris minorisve emero, diſcesſimus à priore venditione. & alia multa ſimilia à me collecta ſuprà tit. præceden. §. j. gl. xviij. in verbo, *le pris que la choſe aura couſté.* nu. 54. cõtra quoque videtur, & ſeq. quibus plenè probaui, augmentum vel detractionem cuiuſpiam rei, eandem rem nouam afficere.

166 *De eadem re.*

¶Ego tamen in ea Chaſſe. ſpecie aliter cenſeo: tum quia prior illa venditio pura & perfecta erat, tametſi reſtituendo pretiũ reſolui poterat: vt latè diximus & probauimus ſuprà eod. tit. §. ij. glo. j. nu. 34. & hanc partem, & aliis multis ſeq. nec adiectum eſt aliquid pretio illius, ſed tantùm datum eſt pretium pro eo iure ſiue facultate redimendi, quæ ipſa tantùm empta eſt, non etiam res primùm empta, quæ iam erat ipſius emptoris, & quæ ideò amplius ab eo emi non poterat: eſtq́; diuerſa vtriuſque emptio: vt not. in l. cùm res, vbi gl. Cy. Bal. & Ang. C. de cõtrah. empt. vti & in ſimili de legato rei ſuæ dicitur in l. ſi domus, §. vlt. ff. de leg. j. vbi ſi fundus meus vectigalis mihi legatus ſit ab eo, cui vectigal debetur, non cẽſetur proprietas fundi mihi legata, ſed id ius vectigalis, quod ad teſtatorem pertinebat.

167 *De eadem re. Inducta ad augendum, non minuunt. Nec è diuerſo.*

¶Tum etiam, quia ſi id poſtremũ pretium datum fuiſſet in ſupplementũ prioris, non tamen ex hoc intelligitur derogatũ priori venditioni, niſi reſpectu huius ſupplemẽti, per text. in l. ij. C. de reſcin. vend. & c. cùm cauſa, extrà de empt. & vend. Ea enim quæ facta ſunt cauſa augẽdi ius, non debent inducere ipſius diminutionem, l. ſi mãcipia, ff. de fund. inſtru. & l. ſi cui ſerui, in princ. ff. de leg. j. & l. cùm vinum, ff. de triti. vino, & oleo lega. & l. ſi ita fuerit, §. vlt. ff. de manumiſ. teſta. vt è diuerſo quæ facta ſunt ad diminutionem, augmentum non operantur, l. legata inutiliter, ff. de addi leg. & l. cùm tale, §. vlt. ff. de condi & demonſt. cum ſimilib.

168 *Augmentum pretij priorẽ venditionẽ nõ ſubuertit.*

¶Et ita quidem reſpondit Alex. nuncupatim loquens de ſupplemento ſiue augmẽto pretij, conſi. lxxix. circa primum, col. vj. verſicu. circa ſeptimũ dubiũ, lib. 1. Et idem planè tenuit ante eum, licèt non alleget, Ang. poſt Barto. in l. iuriſgentium, §. adeò, col. ij. verſi. ſecundò quæras, ff. de pact. vbi reſpondit ad d. l. pacta conuenta, quòd ea intelligitur, cùm verba eò tendunt, vt prior contractus renouetur: verbi gratia, ſi dictum ſit, res, quam tibi centum vendidi, ſit empta decem. Sed vbi verba tendunt ad informandũ priorem contractum, vt ſi vendidi tibi centum, deinde conuenit, vt huic pretio aliquid addatur vel minuatur: certè manet prior contractus, & ab eo incipit currere vſucapio rei venditæ; ex eoque debetur gabella. Et idem quoque voluerunt Pau. Caſt. Alexand. & alij recentiores, qui afferunt concord. in d. §. adeò. Quibus adde Franc. Aret. conſi. xxj. ſi diligenter, in j. dubio, quanquàm & aliter reſponderi poteſt, eum ſcilicet text. nuncupatim loqui, cùm id ſit omnibus manẽtibus integris: vti etiam loquitur d. l. ij. de reſcin. vendi.

169 *Adiectio an priorem formam & ſubſtantiam immutet.*

¶Porrò adiectio priorem formam & ſubſtantiam aliàs non immutat, l. penult. ff. de Senato. & l. ſi eum, §. j. ibi, hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adiicitur: ff. de exerci. acti. & l. falſa, §. j. ff. de condi. & demonſt. nam & hæc iura in id citat Signo. conſi. xij. ſtatuto cõmunis, poſt medium, & cõſi. xcv. quæſtio talis eſt, in portu, col. ij. verſic. prætereà ad idem, vbi & alia iura allegat. Cui & adde text. in l. ſi proprietati, ff. de iure dotium. vbi dotis augmentũ eadem dos dicitur, non noua, & ibi id not. Bal. cum aliis multis ſimilibus à me adductis in d. gloſſ. xviij. §. j. nu. 51. nam & hæc acceſsio, & ſeq. Quibus item adde text. in l. iiij. §. ex conuentione, ff. de re iudica. cùm dicitur, cùm aliquid acceſſerit rei iudicatæ, non eſt à re iudicata receſſum. & alia multa à Petr. Anch. recenſita, conſi. liiij. apparet. Nec obſtant, quæ in contrarium allegata ſunt in dicto §. j. gloſ. xviij. nu. 54. contrà quoque, quia ea procedunt, cùm fit vniuerſalis rei mutatio: ſecus, ſi particularis, l. ſeruitutes quæ in ſuperficie, §. ſi ſublatum, ff. de ſeruitutib. vrbano. prædior. & l. qui res, §. aream, ff. de ſolut. & per ea iura voluit Albe. in procemio C. col. vlt. Sed & procedunt, quantum ad id pertinet, quod additum eſt vel detractum, ſi poſsit per ſe conſiſtere: non etiam quantùm ad integrum corpus: ſed nec quantùm ad aditum, quando confunditur, l. eum qui ædes, & l. rerum miſtura, ff. de vſucap. & l. in rem, §. item quæcunque, ff. de rei vendi. & l. quicquid, §. cùm partes, ff. de acquir. rerum domin. & Alberi. vbi ſuprà poſt Iacob. Butr.

170. *Deciſio princ.*

¶Quid igitur, vxórne in nullam eius rei partem vocabitur? Et ego in ea ſum ſentẽtia, vt in vtroque caſu, id eſt, redemptionis illius facultatis, & etiam ſupplementi ſiue additamenti

prioris



*quæſtionis.*

prioris pretij, res pro rata prioris pretij ſit tota mariti tunc cœlibis. Pro rata autem pretij in vtroque caſu dati conſtante matrimonio, ſit communis viri & vxoris, vt ſic vtrumque ſuo iure cenſeatur: per id, quod in ſimili ſcribitur in l. qui fundum, §. j. ff. pro empto. vbi fundus emptus, & quod ei poſteà adiectum eſt, cenſentur eſſe diuerſæ naturæ: nouaque vſucapione, quantùm ad id quod adiectum eſt, opus eſt: non tamen, quòd in his noſtris caſibus opus ſit noua vſucapione pro rata poſterioris pretij, cùm ſit vna eademq́ue res quæſita ex priori contractu, vt dictum eſt: nec tamen id obſtat, quò minùs aliàs diuerſo iure cenſeatur diuerſis reſpectibus, l. miles, §. pro parte, ff. de legatis ſecundo. Bald. in l. filium quem, columna tertia. in 4. oppoſi. C. famili. erciſc. cum multis aliis concord. à me adductis ſuprà tit. præceden. §. j. dicta gloſſ. xviij. in verbo, *le pris.* &c. numero. 23. nam & eadem. Et hæc eadem habent locũ in retractu proximitatis.

171 *Alia quæſtio.*

¶Trigesimonono, Cardi. Floren. conſi. lxxviij. amice, hanc ſpeciem, quæ ex facto contigerat, tractauit: Inter A. viduam, & B. hæredem defuncti mariti, id laudum ſiue arbitrium latum eſt ſuper quibuſdã bonis deſignatis ipſi A. viduæ quouſq; ſibi ſatisfieret de dote ſua, in hæc verba, quòd ea A. debeat tenere & vſufructuare ea bona vſq; ad duos annos: & quòd quandocunque B. intra eos duos annos reſtituet omnia iura dictæ A. ea tenebitur facere reuenditionem dictorum bonorum dicto B. Et ſi ipſe B. intra id tempus non diſpignorauerit dicta bona, tunc ex anteà eadem liberè & expeditè erunt dictæ A. Dictus autẽ B. non ſatiſfecit de dote intra illos duos annos: quærebatur, quis eſſet huiuſmodi actus, an datio in ſolutum, an verò pignoratio. Et vtrùm B. poſsit ea bona petere, & fructus in ſortem computare. Et tandem cõcludit, A. factam fuiſſe dominam eorum bonorum, fructúſque eorundẽ ſuos feciſſe, per multa quæ illic allegat: quæ tu ipſe videre poteris.

172 *Alia quæſtio.*

¶Qvadragesimo, Titius vendidit Mæuio fundum cum hoc pacto reuendendi intra quinquennium. Durante adhuc eo tẽpore, Mæuius decedit, & in ſuo teſtamento huius fundi vſumfructum relinquit Titio venditori, & poſt eius mortem eũdem relinquit Sempronio: poſteà autem, & durante eo quinquennio, Titius redimit fundum ab hæredibus Mæuij reſtituto eiſdem pretio: Sempronius petit ſibi à Titio tãquam vſufructuario caueri, iuxta l. j. C. de vſufru. Titius negat debere ſe cauere, cùm redemerit ab hæredibus venditoris. Super hac ſpecie conſuluit Anto. Rube. conſi. lviij. ſeries facti: vbi multis hinc inde allegatis, cõcludit pro venditore, vt ſcilicet cauere non teneatur, tanquam vſusfructus ſit extinctus: ſed Sempronium poſſe ab hæredibus repetere illud redemptionis pretium poſt mortem venditoris. ibi vide, ne hîc repetam.

173 *An res efficiatur litigioſa ob litẽ motam vi huius pacti.*

¶Qvadragesimoprimo, ſi emptor noluit reuẽdere, ob idq́; in ius vocatus eſt, an res empta propterea efficietur litigioſa, ita ſcilicet vt interim vẽdi non poſsit? Iaſ. id latè tractat in actione mota ex pacto vel promiſsione de vendẽdo: cõſi. xliij. circa primũ dubiũ, in ij. dubio, lib. 1. Idq́; ex eo pendet, an ex actione perſonali res efficitur litigioſa. Sunt autẽ & qui id fatentur, & qui cõtrà negãt. Priorem ſententiã tenent Bar. Alb. & Raph. Co. in l. j. §. j. ff. de litigio. Bart. Albe. Imo. & Ro. in l. quamquàm, §. j. ff. de aqua plu. arc. Ange. in Auth. de litig. col. ij. Ant. in c. vlt. col. vlt. extrà vt lite pend. Imo. in c. cùm Mar. Ferra. col. vlt. de conſtit. Iaſ. d. conſi. xliij. alteram tenent glo. in d. l. quanquàm, §. j. Inno. Io. And. & Compo. in d. c. cùm M. Ferra. & ibi quoque Ant. ſibi contrarius in repet. eius c. Specu. tit. de appel. §. nouiſsimè, verſ. verum. Iaco. Butr. & Bar. ſibi item contrarius, in l. ij. C. de litigioſis. Bal. in Auth. litigioſa, eod. tit. & in l. j. col. ij. & ibi quoque Sal. C. commu. diuid. Sed tu hîc vide quæ de retractu proximitatis diximus ſuprà in fi. tit. præceden. in xxxij. quæſt.

174 *An ſaluũ maneat ius pignoris poſt rem vẽditam conſentiente creditore, & vi huius pacti redemptam.*

¶Qvadragesimosecvndo, ſi quis rem alteri pignoratam, vendiderit, conſentiente creditore, ea lege, vt eam poſsit redimere vel ſimpliciter, vel intra certũ aliquod tẽpus, vtrùm ſi poſteà redimatur, erit ſaluum ius pignoris creditori. Quod non videtur: quia ſemel cõſentiendo ius pignoris remiſiſſe videtur, l. Lucius & l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſolui. cum aliis cõcord. à me adductis ſuprà tit. præced. §. j. gl. ix. in verbo, *ou lignagier*, nu. 138. ſed vt faciũt. Verùm ego aliter cenſeo: quandoquidẽ ſi etiã ſine pacto redimẽdi placuerit poſt contractũ inter emptorem & venditorem, vt à venditione diſcederent, ſicuti debitori, ita creditori priſtinũ ius reſtituitur: neque creditor omnimodo pignus remiſiſſe videtur, ſed ita demum, ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori: vt eſt text. expreſsiſsimus in l. voluntate, ff. eod. titu. quib. mod. pign. vel hypo. ſolu. Nam hîc reſoluitur contractus ex eadem cauſa. Secus autem eſſet, ſi non per reſolutionem venditor eandem rem acquireret, ſed ex nouo quopiam contractu: per text nota. in l. vlt. C. de remiſ. pigno. & vtrobique Doct.

175 *An primogenitus in hoc iure redimẽdi habeat ius primogenituræ.*

¶Qvadragesimotertio, ſtãte ſtatuto, vt primogenitus filiorũ ſuccedat, vel omnino in rebus feudalibus, vel in maiori parte earũ: ſi res quæpiã feudalis vendita fuerit cum hoc pacto reuenditionis, an primogenitus ita ſuccedit in eo iure redimẽdi, vti in ea re ſuccesſiſſet, ſi vendita non fuiſſet? Hanc quæſtionẽ poſuit Carol. Molend. in ſuis conſuet. Pariſi. cõmentariis tit. j. §. xj. nu. 28. & multis ſeq. vbi tandem concludit, ius primogenituræ in ea re locum habere, ſed cæteros hæredes non teneri pretium refundere pro ſua cuiuſque portione. De quibus & nos fortè latiùs dicemus in noſtro tractatu primigeniorum.

QVA

176 *An è diuerſo primogenitus id ius habeat in pretio rei redemptæ.* ¶QVADRAGESIMOQVARTÒ, idem Molend.in eodẽ loco,nu.31.quærit,quid ſi è conuerſo quis emerit rem,in qua locus eſt iuri primogenituræ,cum eodem pacto reuendendi, vtrùm ſicuti in ea re ſucceſsiſſet primogenitus,ita & in pretio quod vẽditor poſteà redimẽdo reſtituit? Et concludit,eum ita ſuccedere,vt eandem portionẽ in pretio habeat, quam in re ipſa habuiſſet:per l.codicillis,§.inſulam,ff.de leg.ij.vbi ſi plures legatarij eiuſdem rei inæqualibus portionibus conſenſerint venditioni ipſius rei, debent conſequi pretium pro ſua quiſque portione,quam habuiſſent in re lagata.

177 *De eadem re.* ¶Ego verò in hac noſtra ſpecie aliter cenſeo,id eſt,pretium,vt alia mobilia,inter omnes hæredes eſſe diuidendum,ac ſi pretium ipſum ſemper manſiſſet inter bona emptoris, vti erat tempore ipſius contractus.per l.ij.§.id quoque,ff.de colla.bono,vbi reſolutio contractus retrotrahitur ad tempus ipſius.Cuius text.autoritate Iacob.Ra.Cyn.Bal.Albe.Corne.& Phili. Deci.in l.ea demum, C.de colla.tenent hæredes mobilium in huiuſmodi pretio ſuccedere, non verò hæredes immobilium,de quo & nos latiùs diximus in fine,ſuprà tit.præced.in iij. quæſt.vbi videbis. Nec obſtat d.§.inſulam,quia ibi res ipſa cùm legata fuit,non erat ſubiecta venditioni,id eſt,legatarij non tenebantur eam vendere,ſed ſponte eius venditioni conſenſerunt:ideò & pretium pro ſua quiſque portione,quod habituri erant in re,conſequi debẽt: hìc verò venditio fit neceſſariò ex pacto prioris venditionis:ideò pretium cenſetur eius naturæ, vti erat tempore prioris contractus. Et de hoc habemus conſuetudinem expreſſam c. cccij.quod eſt tit.xxv.§.xij.

178 *Alia quæſtio.* ¶QVADRAGESIMOQVINTÒ idem Molen.d.tit.j.§.xiij.in 8.q.hanc quoque ſpeciẽ tractauit.Vaſallus vendidit feudũ Titio,ex quo debetur domino ius prælationis vel laudimiorum:dominus autem ipſe vendidit feudum dominãs eidẽ Titio cum hoc pacto redimendi, & poſteà redemit vi huius pacti:vtrùm poterit etiã petere laudimia à Titio illius prioris venditionis feudi ſeruiẽtis,vel etiam illud ſibi cedi reſtituto pretio illius venditionis:an verò id ius laudimiorum,ſiue prælationis,adeò fuerit confuſum in ipſo Titio,vt non redintegretur, reſoluta venditione poſterioris venditionis feudi dominantis? Et quòd redintegretur, faciunt multa à me allegata ſuprà tit.j.§.j.glo.vij.in verbo, *ou autres choſes*, num.70.& quod in ſimili,& ſeq.& iterum ſuprà eod.tit.§.ij.nu.10.tertiò acquiſitio,& multis ſeq.ſcilicet pignora, ſeruitutes,actiones non ita confundi & extingui per acquiſitiones reuocabiles,quin illis reuocatis etiam redintegrentur,ac in priſtinã cauſam reuocentur.Concludit tamen Molendi. contrarium,vt ibi per eum videre poteris,ne hìc repetam.

179 *Alia quæſtio.* ¶QVADRAGESIMOSEXTÒ, Mæuius vendidit caſtrũ Titio cum pacto reuẽdendi intra tempora huic rei præſtituta:quiſpiã vaſallus huius caſtri ab alio domino in ius vocatur pretendenti feudũ huius vaſalli à ſe teneri:hic Titium illum laudat, qui id defendit aduerſus illum actorẽ ſciente Mæuio ſuo venditore & patiente: tandem Titius ſuccumbit: nunquid ea ſentẽtia præiudicabit ipſi Mæuio,qui poſteà redimit illud caſtrum vi huius pacti? Quam ſpeciem etiam tractauit idem Molend.in eodem opere & tit.§.xxxj.nu.30.eodemque vlt.vbi concludit præiudicare,per l.ſæpe,§.ſed ſcientibus,ff.de re iudi.ibi eum vide.

180 *Alia quæſtio.* ¶QVADRAGESIMOSEPTIMÒ,Titius nomine Sempronij emit feudũ à Caio:poſteà verò ex interuallo:(nam ſi in ipſo cõtractu,nullũ in ea re,de qua agimus,relinqueretur dubiũ, propter ea quæ diximus ſuprà in ij.q.huius glo.)tamen antequàm Sempronius ratã haberet eam emptionem,Titius Caio cõcedit facultatem redimendi intra aliquod tempus,ſi ex huiuſmodi promiſsione oriatur actio, de quo abundè diximus ſuprà in xviij. quæſt.eiuſdem gloſ.vtrùm Sempronius,qui poſteà ratam habet emptionem, obligetur ex illa conceſsione ſiue promiſsione reuendendi? Id certè intelliges ex no.ab Albe.in l.conuentio,in princ.ff.de pignor.dum tractat, an is qui emit nomine alterius, poſsit ante ratihabitionem rem ipſam alteri obligare in præiudicium illius,cuius nomine emit: & in vtranque partem multa allegat,quæ huic noſtræ quæſtioni conueniunt: quæ ibi,ſi libet,videre poteris.

181 *Alia quæſtio.* ¶QVADRAGESIMOOCTAVÒ, an huic emptori,qui ſcilicet emit cum pacto reuẽdendi, competat interdictum,quod vi aut clam,& cætera huiuſmodi remedia.Breuiter dic competere:vt patet ex l.is qui in puteum,§.pen.& §.vlt.& ibi Albe.ff.quod vi aut clàm.& ex multis, quæ diximus ſuprà in §.ij.præſertim nu.34.& hanc partem,& ſequent.

182 *Alia quæſtio.* ¶QVADRAGESIMONONÒ, cùm venditor in ius vocaſſet emptorem,vt ei rem venditam reuenderet ex l.venditionis, emptor autem negaſſet id conuentum fuiſſe,vẽditor teſtes affert, qui deponunt de promiſsione reuendendi ſine declaratione certi pretij ipſius reuenditionis: an ex hoc ſatis erit probatum de huiuſmodi promiſsione? Et reſpondit Roma. conſi.xxx.viſo caſu,verſi.quidam autem alius,non ſatis eſſe: quia licet (inquit) teſtes deponant promiſsionem reuenditionis factam fuiſſe, non tamen deponunt de quantitate pretij promiſsi: & ſic deficit in eo id, quod ſubſtantiale eſt contractus. Ego verò aliter cenſeo, per ea quæ diximus ſuprà eod.tit.§.j.in gloſ.iij.in verbo, *& pour tel pris*,&c.nu.2.& in fine tit. præced.in xviij.quæſt.vbi omnino vide.

FINIS.

# TABVLA QVAESTIONVM ET RERVM AD RETRACTVM

MVNICIPALEM PRIVATIM PERTINENTIVM ex ordine huius libri, quem mox ſequetur altera ad retractum quoque conuentionalem, etiam priuatim pertinens:& poſtremò alia generalis rerum vniuerſarum.

*Omnes inſcribũtur duplici numero: primus paginam,ſecundus numerum denotat.*

## Titul. I. Præfatio,ſiue Rubrica.


1 RETRACTVS ſanguinis quàm frequens ſit, pag.1.num.1
2 Retractus eiuſdem diuerſę appellationes,2. num.2. per totum.
3 Retractus an ſit ex legibus Moſaicis 3.nu.7
4 Retractus an ſit iuris diuinis.3.num.8.& ſeq.vſque ad nu.12
5 Retractus conſuetudo à iure canonico approbata 5.num.13
6 Retractus à iuribus quoque feudorum approbatus.ibid.
7 Retractus conſuetudo,an valeat,ibidem & multis ſequen.
8 Retractus conſuetudo, an ſit damnata à iure ciuili.7.nu.16.& multis ſeq.
9 Retractus conſuetudo, an ſit rationabilis an contrà irrationabilis.11.nu.33
10 An ſit fauorabilis,an odioſa per totam præfationẽ, ſed ſpecialius,18.nu.56.& ſeq.vſque ad nu.66
11 Vtrùm ſit extendenda, an reſtringenda, in iiſdem locis.
12 Vtrùm ea conſuetudo loquens de cõtractu,habeat locum in diſtractu.21.nu.66.& 41.nu.40
13 Retractus vtrùm in foro conſcientiæ fraudari poſſit,ibid.nu.67.& multis ſeq.
14 Quid ſi principaliter fiat in fraudem retractus.24. num.77
15 Retractus an habeat locum, cùm quis dat ex permutatione fundum,cuius pretium ab alio,qui eundem emit,dari facit,ibid.nu.77.& ſeq.


### §. I. Glo.I.Si aucun.


16 REtractus an habeat locum, ſi extraneus vendiderit rem Pictauiæ.26.nu.1.lect.1
17 Et quid ſi conſanguineus & emptor ſint extranei, ibidem.
18 An etiam habeat locum ſi è diuerſo Pictauus vendiderit rem alterius prouinciæ, in qua conſuetudo retractus non habet locum.27.nu.2.& ſeq.
19 Vtrùm item locum habeat, ſi Pictauus rem Pictauiæ extraneo vendiderit.ibid.nu.4
20 Retractus an habeat locũ, ſi hæres cum beneficio inuentarij vendidit rem defuncti.ibid.nu.5


### Glo. II. A vendu.


21 REtractus an habeat locum in venditione nulla.29.nu.5.& multis ſeq.
22 Retractus an habeat locum in venditione rei immobilis facta à minore ſine decreto.30.nu.10
23 Sed an venditor poterit impedire retractum huiuſmodi venditionum nullarum.ibid.nu.11
24 Retractus an habeat locum in venditione ſimulata.ibid.nu.12.& multis ſeq.
25 An autem tunc credatur contrahentibus dicentibus eam eſſe ſimulatam.32.nu.17
26 Retractus an habeat locum,cùm quis vendit fundum alienũ tanquam ſuum,quem bona fide poſsidet,cùm aliàs retractus habet locum in acquæſtibus.ibid.nu.18
27 Et quid ſi venditor nudam tantùm poſſeſsionem habebat.ibid.
28 Sed & an habeat locum,cùm venditur fundus alienus non tanquam ſuus,ſed alienus.ibid. nume. 19. & ſequen.
29 Quid verò ſi procurator meus vel tutor pupilli rem ſuam quaſi meam vel pupilli alteri vendiderit, ibid.nu.21
30 Retractus an habeat locum in venditione conditionali ante conditionem impletam,ibid.nu.22.& multis ſeq.
31 Quid autem ſi partes ab ea diſcedant ante oblationem retractus.34.nu.29
32 Quid autem ſi ſuit proceſſum ad traditionem rei ita venditæ ante impletam conditionem, ibid.nu. 35.& ſeq.
33 Quid ſi facta ſit per precarium vel conſtitutum. ibidem.
34 Quid verò ſi traditio ſit clandeſtina, ibid.
35 Quid ſi traditio ſit cõditionalis vt contractus principalis.35.nu.33
36 Vtrùm autem in dubio huiuſmodi eſſe præſumatur.ibidem
37 Vtrùm retractus habeat locum in contractu ſub modo,ibid.nu.34.& ſeq.
38 Retractus an habeat locum, ſi res ita fuit vendita vt dominium non trãſeat niſi prius ſoluto integro pretio,36.nu.36. & ſeq.
39 Retractus an locum habeat,ſi emptor & venditor perfecto contractu,ab eo diſcedunt, vt ſcilicet cõſanguineus emptoris qui rem venditori reddit, admittatur ad retractum.37.nu.40.& ſeq.
40 Sed vter tunc præferetur emptoríſne hic conſanguineus an venditoris,qui ſcilicet prius vendiderat,ibid.nu.42
41 Retractus an habeat locum ex ſimplici venditione nondum ſecuta traditione. 37. nu.43. & multis ſequen.
42 Sed & vtrùm retractus habeat locum pretio nondum ſoluto,intelliges ex ſcriptis,ibid.nu.43. & ſeq. præſertim.39.nu.49.& ſeq.
43 Et quid ſi contrahentes ab ea diſcedant ante traditionem,40.nu.53

44 Retractus an competat ex ſimplici promiſsione vendendi.40.nu.54.& 41.55.& ſeq.
45 Quid autem ſi poſt promiſsionem proceſſum ſit ad traditionem ſine alia alienatione,ibid. nu.57
46 Retractus an habeat locum,cùm quis non vendit,ſed alteri vendenti conſentit.41.nu.58
47 Vtrùm etiam habeat locum ſi venditio ita facta ſit,vt ſi conſanguineus velit retrahere, res ſit inempta.ibid.nu.59.& ſeq.
48 Si ex ſtatuto vẽditor non ſoluens gabellam non poſsit petere pretium,an non ſoluta gabella nec re etiam tradita ſit locus retractui. Et quid hoc caſu dicendum eſt de pretio,42.nu.62


## Glo. III. Aucuns biens.


49 Retractus an habeat locum in venditione rei emphyteuticæ.42.nu.1
50 Quid ſi emphyteuſis teneatur à principe, ibid.
51 Quid in emphyteuſi eccleſiaſtica, ibid. nu.3. & iterum 201.nu.3.& ſeq.& 202.nu.8.& ſeq.
52 Sed quid ſi dominus ipſe emerit emphyteuſim. 42.nu.3.& locis ibi allegatis.
53 Retractus an habeat locum in vẽditione feudi. ibid.nu.4.& ſeq.vſque ad fi.eius glo.


## Gloſ. V. Seruitudes.


54 Retractus an habeat locũ in venditio ę ſeruitutum.45.nu.1.& ſeq.
55 Et an iure paſcendi pecoris in agro alieno. ibidem num.3
56 An etiam habeat locum in venditione ſeruitiorum,ibid.num.4


## Gloſ. VI. Rentes.


57 Retractus an habeat locum in vẽditione annuorum redituum ſiue vectigaliũ,ſiue penſitationum.46.nu.3.& ſeq.
58 Et quid ſi ſint ad modicum tempus.48.nu.7
59 Et quid item ſi ſint merè perſonales.49.nu.11


## Gloſ. VII. Ou autres choſes cenſees pour immeubles.


60 Retractus an habeat locum in venditione actionum.52.nume.1.& ſeq. vſque ad numerum 30
61 An & cùm venditur facultas redimendi ſiue retrahendi rem venditam cum pacto reuendendi. 60.num.32
62 An in venditione decimarum,terragiorum, cõplantuum,quæ vocant,ibid.nu.33
63 An in vẽditione portorij aut alterius vectigalis, ibid.nu.34.& ſeq.
64 An cùm venduntur fructus pendentes.61.nu.37. & multis ſeq. vſque ad nu.54
65 An in venditione arborum ſyluæ non cæduæ. ibid.nu.40.in fi.& 65.nu.54.etiam in fi.
66 An in venditione vſusfructus.ibid.nu.55. & ſeq.
67 An in venditione vſus.66.nu.58
68 An & habitationis,ibid.
69 Quid ſi ipſe vſusfructus venditur proprietario. 67.num.60
70 Quid item cùm è diuerſo vſufructuarius emit proprietatem,ibid.nu.61
71 Sed an hoc caſu vſufructuarius, qui cogitur cedere rem conſanguineo retrahenti,perdat vſumfructum.67.nu 62
72 Et quid ſi vſufructuarius ſit in dolo,ibid.nume. 65.& 69.nu.72
73 An ſi quis poſt condictionem rei eandem emerit,& ab eo conſanguineus retraxerit, teneatur ipſe conſanguineus ſtare locationi.70.nu.73.& ſequen.
74 Quid ſi ea condictio fuerit facta in fraudem,ibi. numero 74
75 Ex quibus autem depræhendetur ea fraus. ibid. num.75.& ſeq.
76 Si quis annuum vectigal habens ſuper fundo, eundem fundum emit, & poſtea conſanguineus retrahit,an ipſe conſanguineus poſteà tenebitur ad idem vectigal.71.nu.80.iunctis præced.
77 Sed an ipſum vectigal erit loco pretij in retractu ibidem.
78 An in venditione ſucceſsionis ſiue hæreditatis aut partis illius habeat locum ius retractus,ibid. nu.81.& multis ſeq.
79 Vtrùm autem tunc habeat tantùm locum pro rebus,immobilibus eius hæreditatis.72.nu.85
80 Et ſi id verum eſt,an ſi emptor velit totum cedere,teneatur conſanguineus totũ acceptare,ibid. nume.86
81 Et quid ſi in hæreditate nulla ſint bona immobilia,ibid.nu.87
82 Si ſimul venduntur mobilia & immobilia,an retractus habeat locum,& in quibus,ibid. & iterũ 417.nu.1.lect.1
83 Retractus an habeat locum in venditione nauis. 72.nu.88.& ſeq.
84 An in venditione molendinorum fluctuantium & aliorum.73.nu.92.& ſeq.
85 An in venditione bombardarum & aliarũ munitionum caſtrorum.74.nu.96.& ſeq.
86 An in venditione mobilium pretioſorum.75.nu. 100.& ſeq.
87 An in pecunia deſtinata in emptionem prædiorum.ibid.nu.103
88 An in pecunia redacta ex venditione rei immobilis 78.nam.113
89 An in pecunia in banchis campſorũ poſita,ibid. nume.114
90 An in venditione columnæ domui affixæ & rebus ſimilibus,79.nu.115.& ſeq.
91 An in venditione piſcium qui ſunt in ſtagno, piſcina,viuario:& columbarum quæ ſunt in colũbario:& cuniculorum qui ſunt in garenis, quas vocamus.79.nu.117
92 An in venditione domus exemptilis, ibid.nu.118
93 An in venditione hominis adſcriptitij,& animalium addictorum inſtruendo fundo.80.nu.119
94 Et quid ſi homo adſcriptitius glebam deſeruerit,ibid.nu.120
95 An in venditione inſularum maris, fluminis, ſtagni ſemper fluctuantium, & quæ huc & illuc meant & remeant.ibid nu.121
96 An maceriei,id eſt, ædificij cuiuſpiam facti ſine cæmento,ſine calce,aut alio genere ferruminis, ibid.num.122


## Gloſ. VIII. Le parent.


97 Baſtardi quos vocamus, an admittantur ad retractum.82.nu.4.& ſeq.
98 An verò filij legitimi baſtardorum admittantur ad retractum rerum à patre aut matre aut eorũ conſanguineis venditarum.82.nu.7
99 An è diuerſo pater & mater filij baſtardi aut eorum conſanguinei admittantur ad retractum rerum ab ipſo filio baſtardo venditarum,ibid.
100 Quid cùm baſtardi matri ſuccedunt, vti nonnunquàm faciunt de iure communi,an admittantur ad retractum rerum venditarum à matre aut eius conſanguineis.83.nu.8
101 An baſtardus admittatur ad retractum rerum venditarum à ſuis filiis legitimis, & è conuerſo, ibid num.9
102 Et an iſti filij & alij legitimè ab illo baſtardo deſcendentes inuicem admittantur,ibid.
103 An legitimatus admittatur ad retractum, ibid. num.10 nu.10.11.& 12
104 An è diuerſo ſi vendat,ſit locus retractui, ibid. numero 12
105 Vtrùm etiam fœmina quæ ex ſtatuto non ſuccedit,admittatur ad retractum,84.nu.13.14.15
106 An adoptiui filij aut alij ſola adoptione coniuncti.ibid.nu.16.& 85.nu.17
107 An ij qui cognatione ſpirituali nobis ſunt coniuncti ibid.nu.18
108 Monachi cæteríque religioſi,an admittantur,ibi. nume.19
109 An monaſterium quod quis ingreſſus eſt, ibid. nume.20
110 Vtrùm autem nouitius intra annum probationis,ibid.nu.21.& ſeq.vſque ad 40
111 Clericus ſecularis an quoque admittatur. 79. numero 41
112 Vtrùm ſtatutum retractus poſsit à ſuo beneficio excludere clericos,90.nu.42
113 Ingratus aduerſus patrem an poſsit retrahere rem ab eo venditam,ibid.nu.44.& ſeq.
114 Filius exhæredatus an etiam poſsit retrahere res à patre venditas,iiſdem locis.
115 Vtrùm & is qui aliàs ſine ingratitudine & exhæredatione tanquam indignus repellitur, admittatur ad retractum,ibid.nu.45
116 Et quid etiam de exhæredato iniuſtè,ibid.
117 Vtrùm autem res ab aliis conſanguineis patris venditas.91.nu 46
118 Vtrùm & id quod dictum eſt de ingratitudine procedat,ſi conſanguineus ingratus fuit in patrem venditoris nunc mortuum, ſed qui viuens conqueſtus non fuit.92.nu.49
119 Sed & vtrùm hæredes ipſius ingrati excludantur,ibidem.
120 Quid auté de eo qui ſe paterna hæreditate ſponte ſua abſtinuit,ibidem nu. 50




## Gloſ. IX. Ou lignagier.


121 An omnes conſanguinei etiam remotiſsimi admittantur ad retractum. 97. numero 21. & ſequent.
122 An & poſt decimum gradum.ibid nu.23. & ſeq.
123 An banniti admittantur.98.nu.27 & ſeq.
124 An venditor ipſe admittatur,99.nu.30. & ſeq.
125 Vtrùm ipſe venditor teneatur de euictione,cùm eius conſanguineus retrahit.100.nu 34.& ſeq.
126 Quid ſi ita ſtatutum eſſet,ne liceret in alios alienare quàm in conſanguineos, an tunc venditor ipſe poſsit retrahere.101.nu.41.& ſeq.
127 Quid item ſi ipſe venditor vendidit ſuo conſanguineo,qui poſtea alteri extraneo vendit, an is prior venditor poterit retrahere ab iſto extraneo,102.nu.43.& ſeq.
128 Quid denique ſi à priori emptore cõſanguineus prioris venditoris retrahit,an ab iſto conſanguineo ſecundo emptore poterit prior venditor retrahere.102.nu.45
129 Sed ſi quis primo loco vendidit extraneo à quo conſanguineus ipſius venditoris retraxit,& poſt ea alteri extraneo vendidit, an ille prior vẽditor poterit nunc retrahere ab hoc poſtremo emptore tanquam conſanguineus vltimi venditoris, ibidem.
130 Sed an filius venditoris nondum mortui poſsit retrahere,ibid.nu.46
131 Quid autem ſi venditor mortuus eſt, & ei ſucceſsit filius,aut alius eius conſanguineus, an & hic hæres poterit retrahere,ibid.num.47.& ſeq. vſque ad 57
132 Sed quid ſi pater expreſſe conuenit non venire aduerſus venditionem, & ſe pro euictione eius obligauit,an tunc filius aut alius conſanguineus eius hæres poterit retrahere.104.nu.53.& ſeq.
133 Quid item ſi expreſsim venditor promiſit rem tutam & ſecuram ſe præſtiturum aduerſus retractum conſanguineorum.105.nu.55
134 Et an tunc teneatur de euictione quæ fit ex retractu,ibidem.
135 Quid rurſus ſi promiſit ſimpliciter tradere rem liberam,vacuam,& expeditam.ibid.nu.56
136 Et an tunc quoque tenebitur de euictione retractus,ibidem.
137 Sed vtrùm pater venditor tanquam adminiſtrator ſui filij in ſua poteſtate conſtituti, aut etiam ipſe filiusfamil.aut alius ipſius nomine poſsit retrahere rem ab ipſo patre venditam,ibid. nu.58. & ſeq vſque ad 74
138 An autem tunc quæratur vſusfructus patri. 108. nume.69.in fi.& ſeq.
139 Quid de filio emancipato,qui nulla adhuc bona habet.105.nu.58.& ſeq.
140 Vtrùm autem pater tanquam adminiſtrator vẽtris vxoris poſsit retrahere.110.nu.76.& ſeq.
141 An verò tutor aut curator ipſius ventris,ibi.præſertim.111.nu.78
142 Vtrùm generaliter nondum natus tempore vẽditionis admittatur ad retractum.ibidem. num. 79.& ſeq.
143 Quid autem ſi is nondum conceptus ſit ipſo tẽpore venditionis,112.nu.81. & ſeq. vſque ad numerum 105
144 An tempus retractus currat naſcituris. 115. numero 91
145 Retractus an competit ex die vel ſub conditione.ibid.nu 93.& ſeq.
146 An neceſſe ſit, vt qualitas conſanguinitatis adſit tempore venditionis, vt retractus locum habeat 116.num 95
147 Quid ſi venditio facta fuit ſub conditione vel in diem,an tunc ſaltem ſatis ſit conſanguineum natum eſſe tempore conditionis vel diei.ibid.num. 96.& ſeq.
148 Et cùm admittuntur concepti poſt venditionẽ, an & ij præferantur aliis remotioribus conceptis tempore venditionis.ibid.nu.97.& ſeq.
149 An & nati tempore venditionis præferãtur natis poſt ipſam,117.nu.99 & ſeq.
150 Ius retrahendi an ſtatim a venditione competat conſanguineis,an verò tantùm ab oblatione facta ab eis 118.num.106
151 Si maritus permiſſu ſtatuti conſentiente vxore rem dotalem vendiderit, vtrùm conſanguinei mariti,an vxoris admittantur ad retractum.ibid. nu.107.& ſeq.
152 Vtrũm conſanguineus poſsit iuri retrahendi renunciare emptori.119.nu.111.& 121.nu.121
153 Quid ſi non ſpecialiter renunciauit huic iuri, ſed promiſit emptori nullam ſe controuerſiam facturum in fundo vendito,ibid.nu.122
154 Sed quid ſi non emptori, ſed empturo ante venditionem renunciauit iuri retrahendi,ibid num. 123 & ſeq.
155 Quid verò ſi is emptor,cui renũciatio facta eſt, vendit alteri, an tunc ab hoc tertio poterit conſanguineus primi venditoris retrahere, non obſtante ea renunciatione.122.nu.126
156 Et quid ſi ſit conſanguineus iſtius emptoris qui alteri vendit,ibid.nu.127
157 Sed quid ſi iſte conſanguineus non emptori vel empturo,ſed vendituro promiſit retractu ſe non vſurum,an id proderit emptori.130.num. 110. & ibid.nu.125.126.& 128
158 Quid autem ſi id vendituro non promiſit,ſed ei tantùm dederit facultatem vendendi cui volue-

rit,an poterit poſtea retrahere.119.nu.112.& 122.num.128.& ſeq.

159 Quid ſi ſimpliciter ſine alia promiſsione aut facultate conſentit alienationi.123.nu.132.& multis ſeq.

160 Quid verò ſi non nomine priuato ei conſentit, ſed vt propinquus mulieris vel minoris,in cuius contractibus ex ſtatuto requiritur cõſenſus propinquorum.125.nu.140.& ſeq.

161 Quid de notariis & teſtibus conſanguineis adhibitis inſtrumento vẽditionis,an poterũt poſtea retrehere,ibid.& ſeq.

162 Vtrùm autem hæres eius,qui conſenſit venditioni,poſsit retrahere,ibid.nu.143

163 Si venditor obtulerit conſanguineo rem vendẽdam,iſque noluerit emere,ideo fuit res alteri vẽdita,an is conſanguineus audietur veniẽs ad retractum.119.nu.113.& 126.nu.144.& ſeq.

164 Quid ſi venditio facta fuerit præſente conſanguineo,& non contradicente.120.nu.114.& ſeq. & iterum 126.nu.147.& ſeq.

165 Quid ſi doloſe in hoc verſatus eſt, vt in caſu ibi poſito.127.nu.155.& ſeq.

166 Quid ſi euictionem ſe præſtiturum ſpopondit, 128.nu.156

167 Quid ſi emptori perſuaſit emere,ibid.

168 Quid ſi inſtrumentũ venditionis ſcripſerit.ibid.

169 Quid ſi conſilium actui præbuerit.128.nu.158

170 Quid ſi ſubſcripſerit in tabulis emptionis,ibid.

171 Quid ſi ſigillum ſuum appoſuerit,ibid.

172 Quid ſi pecuniã emptionis recipiat,ibi.nu.159

173 Quid ſi aliter vltra præſentiam aliquid faciat, quod tacitum conſenſum arguat, ibid. numero 157.& 159

174 Si cùm fundus fuiſſet primum venditus, neglexerit conſanguineus redimere,& iterum is fundus ad priorem dominum,qui vendiderat,reuerſus ab eodem iterum venditur,an tunc admittetur ipſe conſanguineus ad retractum,ibid.num. 160.& ſeq.

175 Si ſtatutum ſit in loco, ne quis extraneus poſsit acquirere bona immobilia, an nihilominus conſanguineus extraneus poterit retrahere.129. nu. 164.& multis ſeq.

176 Et quid ſi in ſtatuto ſit appoſita dictio vniuerſalis, præſertim geminata, videlicet ne extraneus quocunque titulo poſsit acquirere.331.num.172. 173.& 174

177 Vtrùm fœmina poſsit retrahere feudũ à vaſallo conſanguineo venditum.132.nu.176.& ſeq.

178 Vtrùm & mutus & imperfectus,ibid.

179 Si papa cõceſſerit decimas alicui & ſuis ſucceſſoribus ex eo in recta linea deſcendentibus,an ſi is vel eius liberi eas vendiderint, poterunt proximiores ex linea collaterali retrahere,ibid.

180 Vtrùm autem in vniuerſum qui emere non poteſt,non poſsit etiam retrahere,ibid.

181 Si caſtrum limitrophum venditum fuerit,vtrum princeps poſsit impedire,ne conſanguineus ſibi ſuſpectus retrahat,ibid.nu.177

182 An & in vniuerſum tertius cuius intereſt, poſsit etiam impedire retractum,ibid.

183 An locus ſit retractui cùm plures conſanguinei ſimul veniunt,ſi conſuetudo loquitur de conſanguineo numero ſingulari,vt noſtra facit,ibi. nu. 178.& iterum.367.nu.1.& 368.nu.1

184 Et quia noſtra conſuetudo etiam loquitur in maſculino genere de conſanguineo,vt pleræque omnes Franciæ,an fœmina conſanguinea admittatur.132.nu.178.& multis ſeq.vſque ad 246

185 Si quis non dominus ſuo proprio nomine vendiderit rem alterius,qui poſtea eam vẽditionem ratam habet,an conſanguineus ipſius ratificãtis poſsit retrahere.151.nu.247.& ſeq.

186 Quid verò ſi dominus non ratificat,ſed permittit,aut patitur emptorem poſsidere, & tandem vſucapere:an tunc eius conſanguinei admittuntur.151.nu.249.& multis ſeq.

187 Duo fratres vendunt rem communem, an vnus poſsit retrahere ab emptore partem alterius.153. num.256.& ſeq.

188 Vtrùm autẽ alius pro conſanguineo poſsit huiuſmodi oblationem retractus facere ſine mandato 153.nu.258.& multis ſeq.

189 Vtrùm autem teneatur oſtendere mandatum,vt emptor eum teneatur admittere.154.nu.264
Vtrùm autẽ ſufficiat ipſum oſtẽdere poſt annũ. Et an ſatis ſit offerre cautionem rati. Et vtrùm requiratur ſpeciale,videbis poſtea.

190 Et ſi habuit mandatum,vtrùm id ſatis ſit, ſi non illud emptori exhibeat,vt ei tempus non currat, ibid.nu.264

191 Si conſanguineus venditoris ei aſsiſtit tanquam eius aduocatus & conſiliarius ad ineundas conuentiones & conficiendum inſtrumentum, an nihilominus admittetur ad retractum eius rei, ibid.nu.267

192 Quid ſi non ſponte ſua,ſed iuſſu magiſtratus aduocationem præſtiterit.155.nu.271.

193 Quid ſi tanquam procurator ei aſtitit,aut etiam eius nomine vendidit,ibid.nu.270

194 Quid item ſi conſanguineus pupilli vel adulti & eiuſdem tutor vel curator rem pupilli vendidit aut venditioni authoritatem præſtitit,an nihilominus poterit retrahere,ibid.nu.271

195 Quid in iudice interponente decretum & rem ſubhaſtatam adiudicante,ibid.nu.272

196 Quid de conſanguineo fideiuſſore venditoris 170.num.273

197 Si emptor primùm confeſſus eſt actorẽ,qui eum in ius vocauit ſuper retractu,eſſe conſanguineũ, ſed aliter retractum ipſum defendit,& poſtea videns ſe aliis defenſionibus deſtitui, negat illum eſſe conſanguineum,nec ſtandum eſſe ipſius primæ confeſsioni,an audiendus ſit & quomodo, 156.num.274.& ſeq.

198 Vtrùm excommunicatus poſsit venire ad retractum,ibid.nu.276.& ſeq.

## Glo. X. Dedans l'an.

199 SI retractui certum tempus non ſit præſtitutũ à ſtatuto vel conſuetudine,intra quod tẽpus debeant venire conſanguinei.159.nu.3

200 Et ſi emptor alteri vendiderit,an idem tempus, an breuius requiratur ad præſcriptionem retractus.161.nu.11.& multis ſeq.

201 Et quid in ſecundo emptore vniuerſali omnium bonorum,ibid.

202 Sed quid ſi prior emptor poſſedit aliquo tempore,& ſecundus alio, quanto tunc tempore præſcribetur retractui.163.nu.18

203 Et cùm noſtra conſuetudo expreſsim annum retractui ſtatuerit,an poſt ipſum audiendus ſit cõſanguineus,ibid.nu.19

204 Quid autem ſi eo tempore elapſo emptor denũtiarit conſanguineo,vt veniret ad retractum,an ei venienti poterit obiicere elapſum annum,ibi. num.20

205 Sed quid ſi ignoranter idipſum denunciauit, quia non putabat tempus tranſactum,ibid.num. 21.& ſeq.

206 Et ſi ſcienter id fecerit intra quod tempus, poſtea admittitur conſanguineus. 163. numero 21. & ſequen.

207 Et quid ſi poſt huiuſmodi admiſsionem illũ interpellat,vt veniat intra duos menſes.165.nu. 29





208 An tempus præſtitutum à ſtatuto retractui poſsit prorogari de conſenſu emptoris, ibid. numero 30.& ſeq.

209 Et an id poſsit fieri in præiudicium domini feudalis,ibidem.

210 An autem hoc caſu conſanguinei ipſius emptoris qui prorogauit,admittantur ad retractũ eius ceſsionis,quam is facit poſt tempus conſuetudinis virtute illius prorogationis,ibid.

211 Quid ſi cùm conſanguineus dicit emptori velle ſe retrahere,reſpondet emptor,venias toties quoties volueris,ego te admittam. Vtrùm nihilominus debeat conſanguineus venire intra annum, an & poſtea poſsit, & intra quod tempus. 166. num.33.& ſeq.

212 Si inter emptorem & venditorem oriatur controuerſia ſuper re vendita,an interim currat tẽpus conſanguineis.ibid.nu.36.& ſeq.

213 Quid etiam ſi controuerſia ſit inter emptorem & extraneum quempiam rem ipſam vendentẽ, ibidem.

214 Sed quid ſi controuerſia ſit inter emptorem & conſanguineum contendentem rem ad ſe pertinere,an ei interim currat tempus.167. nu. 40. & ſequent.

215 Si res fuit vendita ſub conditione,an ante impletam conditionem currit tempus conſanguineo, 168.nu.44.& multis ſeq.

216 Quid ſi ante cõditionem impletam emptor rem tradiderit,169.nu.55

217 Quid verò ſi ipſa traditio facta nõ fuerit in ipſo contractu per precarium, aut aliàs,ſed ſeorſum. 170.num.56

218 Si res fuerit vendita cum pacto legis commiſſoriæ vel addictionis in diem, à quo tempore curret tempus retractus,ibid.num.58.& in loco ibi allegato.

219 Quid ſi vendita fuerit cum pacto de reuendendo curretne ſtatim tẽpus retractus, an verò poſt finitum tempus reuendendi tantùm, ibidem nu.59.& latiſsimè.618.num.2.& multis ſequent. vſque ad 84

220 Vtrùm remotiores conſanguinei poſsint cogere proximiores, vt non expectato anno retrahant intra aliquod aliud tempus breuius. 170. nu.60. & ſequen.

221 Si vẽditur res vxoris aut alterius ipſius nomine qui poſtea ratificat, an tempus retractus curret à tempore contractus,an notificationis,171. nu. 64.& multis ſeq.

222 Si conſanguineus obtulit pretium intra annum, & quia emptor recuſat,illum in ius vocat,& antequam lis conteſtetur,per annum ceſſat proſequi,an poſtea audietur.173.nu.75

223 At ſi fuerit lis conteſtata,in quantũ tempus perpetuabitur actio retractus, an in alterum annũ tantùm, an in decem vel viginti annos, an denique in aliud prolixius tempus,ibid.num.76.& multis ſequent.

224 Si quis tanquam procurator conſanguinei, cùm mandatum non haberet, faciat oblationem retractus,& poſt annum ipſe conſanguineus ratũ habeat,an obtinere debeat tanquam ratihabitio retrotrahatur.176.nu.87.& ſeq.

225 Quid verò ſi conſanguineus intra annũ id promittat facere,nec tamen aliter facit,niſi poſt annum,an ſatis ſit.177.nu.91

226 Sed quid ſi conſanguineus mandauerit alteri retrahere promittens ratum ſe eum retractum habiturum,an tunc neceſſe erit,vt alter ratum habeat,ibid.nu.92

227 Sed quid ſi is qui hanc oblationem facit pro conſanguineo, huius faciendæ mandatum habeat,ſed de eo non docuit niſi poſt annum,ibid. nu.93.& ſeq.

228 Quid autem ſi is qui id facit nomine alterius, offert cautionẽ de rato,an ſit admittendus, 178. nu.95.& ſeq.

229 Vtrùm autem requiratur ſpeciale mandatũ, an verò generale ſufficiat ad faciendam hanc oblationem. ibid.nu.97

230 Vtrùm coniuncta perſona admittatur ſine mandato,ibid.& ſeq.

231 Et an ſaltem admittatur pro minore eodémque prodigo aut mente capto,179.nu.98

232 An autem procurator ad lites,178.nu.97

233 Et ſi quis ſine mandato ſpeciali fecerit oblationem,an poterit eo rata haberi intra tempus,179. numero 99

234 Et ſi coniuncta perſona admittatur, vtrum neceſſe ſit conſanguineum ratificare, ibid.nu.100

235 An & pater ſine mandato hanc oblationem poſſit facere pro filio,ibid.nu.101

236 An autem & filius pro patre,ibid.

237 Vtrùm autem procurator generalis cum libera idipſum facere poſsit,ibid.

238 Sed an ſufficit,vt procurator qui mandatum legitimum habet, idipſum oſtendat ſiue porrigat ſine lectione & traditione exempli ipſius. An verò neceſſe ſit, vt legat aut legendum præbeat, ipſiúſque exemplum tradat. ibid. nume. 102. & multis ſeq.

239 Quid ſi emptor cui fit oblatio,aufugit,ne ei mãdatum legatur,180.nu.105

240 Quid tamẽ ſi ipſe emptor,cui fit oblatio,& porrigitur mandatum,non petit lectionẽ,nec exemplum ipſius,ibid.nu.106

241 Et ſi emptor petat exemplum huiuſmodi, cuius expenſis dari debet,180.nu.107

242 Vtrùm autem procurator, qui alieno nomine oblationem facit,teneatur oſtendere mandatũ, etiam ſi non petatur ab emptore,ibid.num.108. & ſeq.

243 Vtrùm autem tempus anni præſtitutum retractui ſtatim currat à venditione,an tantùm à traditione.181.nu.112.& multis ſeq.

244 Quid ſi venditio ita facta fuerit ne dominium tranſeat in emptorem, niſi poſt mortem venditoris,an tempus curret à venditione,an à morte ipſius venditoris.182.nu.118.& ſeq.

245 Si ſuper oblatione retractus à conſanguineo facta proximiori lis orta ſit inter eos, & tempore retractus elapſo conſanguineus renuntiet liti,an conſanguineus alius remotior admittetur ad retractum,ibid.nu.120.& ſeq.

246 Quid ſi de colluſione appareat,ibid.nu.121

247 Quid autem ſi non renuntiet expreſsim, ſed ſe vinci patiatur,cùm poſſet vincere.183.nu.122

248 Si biſſextus ſit in eo anno, qui cõſanguineo currit an dies intercalaris ei proderit,vt ſcilicet annus eo die auctus exiſtimandus ſit, ibidem num.123

249 Quid ſi cùm conſanguineus adiret emptorẽ retractus gratia,comperit iter quod tantùm patebat,obſeſſum hoſtibus vel latronibus ita vt trãſire non poſsit, & interim annus tranſiit, an ei ſubueniendum ſit,ibid.nu.124.& ſeq.

250 Vtrùm conſanguineus veniens ad retractum certet de damno vitando, an de lucro captando, ibid.nu.125.&ſeq.

251 Si Titius vendidit Sempronio fundum cum pacto retrahendi intra tres annos,& poſtea duobus menſibus ante illud tempus eidem vendit eam facultatem, an conſanguineus poſsit intra annum huius poſterioris venditionis tranſactis illis tribus annis redimere eam facultatem

& conſequenter fundum prius venditum, ibid. nu.127.& ſeq.

252 Si emptor abeſt,nec reliquit domicilium,vxoré, aut procuratorem, an tunc currat tempus conſanguineo.184.nu.129


### Gloſ. X I. Et iour.


253 OBlatio retractus an poſsit fieri noctu. 187. num.12

254 An etiam oblatio pecuniarum, quæ debet fieri intra aliquod tempus,poſsit fieri noctu, ibid.

255 An dies venditionis vel notificationis computetur in anno retractus.188.nu.16.& multis ſeq.


### Gloſ. X I I. venir deuers l'acheteur.


256 AN ſatis ſit conſanguineum hanc oblationé retractus facere apud acta aut coram iudice, eúmque poſtea emptori notificare, eúmque citari facere proceſſurum in materia retractus. 220.nu.1 & iterum 340.nu.1.& multis ſeq.

257 Vtrùm conſanguineus ſuo periculo deferre debeat pretium ad emptorem,341.nu.2.

258 Quid autem ſi ſemel detulerat,ſed emptor recuſauit accipere,poſtea verò ipſo emptore códemnato iterum conſanguineus defert,& à latronibus ſpoliatur,ibid.


### Gloſ. X I I I. L'acheteur.


259 AN quilibet emptor teneatur admittere cóſanguineum ad retractum,200.nu.1

260 Vtrùm clericus emptor vel eccleſia ligetur hoc ſtatuto, vt teneatur admittere conſanguineum, cùm hoc ipſum ſtatutum ſit miſtum clericorum & laicorum.ibid.nu.2

261 Quid autem ſi eſſet laicorum tãtùm, ibi.n.3.ſeq.

262 Si clericus vendidit,an eius conſanguinei poterunt retrahere.203.nu.11.& ſeq.

263 Vtrùm emptor minor vel pupillus teneatur ex hoc ſtatuto reuendere,ibid.nu.13

264 Sed an poſsit conſanguineo tempus ſtatuti prorogare,ibidem.

265 Si emptor minor eſt, aut pupillus, aut ipſe emptor mortuus eſt,& reliquit filiũ infanté vel pupillum,aut etiam ipſe incidit in furorem, an illis ſiue tutoribus, aut curatoribus poſsit offerri, & quid agendum ſit.204 nu.14.& multis ſeq.

266 Vtrùm autem interim currit tempus conſanguineis.205.nu.21

267 Et quid ſi pupillus citetur in materia retractus ſine autoritate tutoris, an tunc ſaltem interrumpatur id tempus,ibid.

268 An verò ne currat adeundus ſit iudex,ibid.

269 Vtrùm autem & ſolis tutoribus aut curatoribus poſsit fieri oblatio,206.nu.22.& ſeq.

270 Et ſi pupillis vel adultis cum autoritate tutorum vel curatorum facta ſit oblatio, iique ſint in ius vocati,& cum his lis conteſtata, an poſtea ſoli tutores vel curatores poterunt adeſſe ad iudiciũ, vt ſit ſatis eos citari ad productionem teſtium, & alia huiuſmodi,ibid.nu.24

271 An è diuerſo pupillus aut adultus ſine tutore vel curatore poſsint huiuſmodi oblationem facere, ibid.nu.25.& 26

272 Quid verò de infante,ibid.num.25.in fin. & 26. etiam in fi.

273 Si autem ſint plures tutores vel curatores infantum adultorũ furioſorum, an ſatis ſit vni offerri,ibid.nu.27

274 Et quid ſi tutela in multos tutores per prouincias aut aliàs diuiſa eſt,ibid.

275 Et quid ſi pluribus datis tutoribus vni aut alteri ſit conceſſa adminiſtratio, an aliis poſsit fieri oblatio,ibidem.

276 Quid item ſi quis verus tutor ſit,non tamen gerit tutelam,an is poſsit facere oblationem retractus,an & ei fieri,ibidem.

277 An è diuerſo vnus ex tutoribus & curatoribus poſsit offerre ibid.

278 Quid verò ſi ſint plures emptores eiuſdem rei,an ſit etiam ſatis vni offerre,207.nu.28.& 29

279 Et quid ſi vnus eorum tantùm poſsideat., ibid. num.30

280 An autem ſatis ſit offerre procuratori ſpeciali vel generali cum libera ibid.nu.31.& ſeq.& iterum 342.nu.7.& ſeq.

281 Et an procuratori generali ad lites etiam cum libera 208.nu.33

282 Et an coniunctæ perſonæ,ibid.nu.34

283 An ſaltem filio pro patre.ibid.nu.35

284 An è diuerſo patri pro filio,ibid.

285 An item matri,aut auiæ,ibid.

286 Et an prelato capituli, aut alterius vniuerſitatis vel ſyndico,ibid.nu.36

287 Quid autem ſi hæreditas emptoris iaceat, cui & quomodo oblatio fieri debet,209.nu.37

288 Vtrùm Rex qui emit rem immobilem teneatur ſtatuto vel conſuetudine Retractus. ibid. num. 38.& 39


### Glo. X I I I I. ou equipollent à vente.


289 AN retractus habeat locum in datione in ſolutum,ibid.nu.2.& multis ſeq.

290 Vtrùm generaliter habeat locum in venditione impropriè ſumpta.210.nu.5.& ſeq.

291 Quid autem ſi datio ipſa in ſolutum fiat pro altera ſpecie debita.2 1.nu.7

292 Et quid ſi datur pro ſpecie mobili. ibi. & loco inibi citato.

293 Quid item in datione in ſolutum facta à iudice, ibid.nu. 8 & ſeq.

294 Quid verò ſi id fiat ob debita ſponte antea contracta.21 .nu.13.& ſeq.

295 Quid rurſus ſi debiti neceſsitas habet cauſam vetuſtiorem.203.nu.16

296 Quid denique ſi non ipſi creditori res detur in ſolutum, ſed alteri plus offerenti adiudicetur, 213.nu.18

297 Vtrùm retractus habeat locũ in permutatione, cùm pro fundo datur alius fundus æſtimatus, 214.nu.19 & ſeq.

298 Quid ſi natura principal. contractus repugnet, ibidem.

299 Quid ſi is qui dedit antè venalem habuerat,ibid. nu.22.& ſeq.

300 Quid ſi præceſſerit tractatus venditionis. in iiſdem locis.

301 Quid verò in permutatione ſimplici & pura. 215.nu.28.& multis ſeq.

302 Sed quid ſi poſt permutationem res diutius mãſerit in poſſeſsione permutantis.216.nu.35

303 Quantum temporis in id requiratur,ibid.nu.36

304 Quid ſi re tradita in cauſam permutationis, non longo pòſt interuallo eandem recuperat, ibid.nu.37.

305 Quantum item temporis in id requiratur. 217. nu.38

306 Quid item ſi in ipſo contractu permutationis, aut incontinenti pòſt conuentum fuit, vt alter permutantium poſsit rem ab eo traditam recuperare,reſtituto aliquo pretio,ibid.nu.39

307 Quid ſi permutatio fiat de re immobili cum alia re mobili,ibid.nu.40.& multis ſeq.

308 Et quid ſi cum re mobili pretioſa.218.nu.43

309 Quid ſi detur pro marcha aut libra auri, ibid. numero 44

310 Et quid ſi detur pecunia in arca & tanquam pro







re immobili,ibid.nu.45

311 Vtrùm autem cùm permutatio aut alius contractus dicitur à conſanguineo factus fuiſſe in fraudem ipſius,& retractus,is qui vendidiſſe dicitur, ſit teſtis idoneus ad probandam eam fraudem. 219.nu46.& ſeq.

312 Sed an ei ſoli in hoc credatur,ibi.nu.47. & ſeq.

313 An autem ſit teſtis integer,an verò fides eius minuitur od,id quòd conſanguineus eſt eius, qui retractum petit.220.nu.51.& ſeq.

314 Et an tunc ſit locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis,ibid.nu.53

315 Quid ſi è diuerſo is qui dicitur vendidiſſe, cum inſtrumentum loquatur de permutatione,teſtificetur veram eſſe permutationem,vti contractus loquitur,quantum id virium habet contra coniecturas fraudis & ſimulationis.ibid.nu.54

316 An verò confeſsio cótrahentium facta extra ius abſente parte ſatis ſit ad probandã fraudem,221. num.55

317 Sed an hæc fraus & ſimulatio poſsit probari teſtibus aduerſus inſtrumentum aliter cóceptum, ibid.nu.57

318 Et an tunc ſufficiant duo teſtes,ibid.

319 Et an in hoc quoque ſufficiant cóiecturæ & præſumptiones,ibid.nu.58

320 Quibus autem coniecturis & præſumptionibus id probari poſsit,ibid.

321 An autem ſufficiat in genere dicere & probare contractum ſimulatum.ibid.nu.59.

322 Vtrùm retractus habeat locum in tranſactione, ibid.nu.60.& multis ſeq.

323 Quid ſi ea facta in fraudem fuerit,222.num.61. & ſequen.

324 Quomodo autem dicatur aut probetur in fraudem facta fuiſſe,ibid.

325 Quid autem ſi fundus apud eum ex tranſactione maneat,qui antè non poſsidebat,dato aliquo pretio,ibid.nu.62.& multis ſeq.

326 Quid verò ſi maneat apud poſſeſſorem, etiã dato aliquo pretio,ibid.

327 Et ſi tunc ſit locus retractui,quid retrahitur, an fundus,an ius ſiue actio tranſigẽtis. 224. nu.74.

328 An verò tunc conſanguineus admiſſus ad retratum poſsidebit rem pendente controuerſia eius iuris:an verò is à quo retrahitur, & qui tempore tranſactionis poſsidebat,ibid.

329 Si ex diuiſione ſociorum res communis fuit adiudicata vni qui licitatione vicit, an habeat locũ retractus.ibid.nu.76.& ſeq.

330 Quid ſi hæredes aut alij ſocij ita hæreditatem aut aliam ſocietatem diuidant, vt alter mobilia habeat.alter immobilia, an hic cenſetur emiſſe partem immobiliũ alterius,vt in iis ſit locus retractui,ibid.

331 Retractus an etiam habeat locum in locatione ad longum tempus.225.nu.79.& multis ſeq.

332 An verò in locatione perpetua.226.nu.84

333 An in ea locatione ad longum tempus,pro qua ſoluitur vnum pretium pro toto illo tempore. 227.nu.86.& ſeq.

334 Sed an in venditione ad tempus & non perpetua.ibid.num.88

335 Vtrùm etiam in donatione,227.num.90.& 417. num.1.le ij.

336 Et in legato 227.num.90

337 Et in compenſatione,ibidem.

338 Et in donatione in dotem,ibidem.

339 Et in datione in feudum,ibidem.

340 Quid autem in hac ſpecie, pater filiã matrimonio collocans pro dote illius viro dat mille aureos, quos vir ipſe promittit reddere intra duos annos poſt ſolutum matrimonium,& niſi id fecerit,cóſtituit quinquaginta aureos annuos perpetuos,aut etiam cedit fundum quempiam pro ſolutione illius dotis. Vir moritur, nec hæredes ipſius reddunt eam pecuniam, ideóque mulieri quæſitum eſt ius illius annui reditus: aut etiam ille fundus eius manet.Vtrùm conſanguinei viri poterunt retrahere illum reditum, vel fundum, 228.nu.91.& multis ſeq.vſque ad nu.109

341 An item retractus habeat locum in datione dotis æſtimatæ.231.nu.108.& ſeq.

342 Quid ſi emphyteuta aut vaſallus renuntiauerit domino emphyteuſim,aut feudum accepto pretio.232.nu.110.& multis ſeq.

343 Sed quid ſi emphyteuta vendiderit domino, ibi. num.111.& 113

344 Quid ſi quis cedat rem quampiam, eo pacto vt ceſsionarius æs alienum cedẽtis ſoluat creditoribus.233.nu.114.115.& 116

345 Quid ſi debitor annui reditus in illis ſolutũ vel aſsignationem det creditori rem quampiam immobilem,ibid.nu.117

346 Quid autem ſi ſtatim poſt priorem venditioné annui reditus id fiat.ibid.nu. 118

347 Et quod tempus in id intelligatur,ibid.

348 Quid item ſi is annuus reditus erat luibilis, id eſt,velui ac redimi poterat,234.nu.119

349 Quid autem ſi permutetur res immobilis cum re immobili,ſed quæ redimi poterat à compermutante,& re vera poſtea redimitur,ibid.nu.120

350 Sed quid ſi certum erat rem redemptum iri, ibi. numero 121

351 Quid verò ſi non eſt debitor qui dat rem immobilem pro eo annuo reditu,ſed alius ſcilicet creditor,cui debetur.ibid.nu.122

352 Et quid etiam ſi eo caſu ille reditus redimi poterat,ibidem.

353 Si venditor remittit pretium emptori vel incontinenti vel ex interuallo, an erit locus retractui, ibid.num.123.

354 Sed quid ſi quis promiſit vendere,deinde poſtea vendiderit,an tunc erit locus retractui,235.num. 124.& ſeq.

355 Vtrùm retractus habeat locum in pignoris datione.ibid.nu.127

356 Quid ſi res tanti ſit pignorata,vt non ſit ſpes luitionis,ibidem.

357 Quid ſi quis vendat fundum pecunia à principe reprobata,236.nu.128


### Glo.XV.Et les doit declarer &c.


358 COnſanguineus veniens ad retractum an debeat declarare res quas petit, & quomodo, ibidem,num.1


### Glo.X V I.Declarer le lignage.


359 VTrùm conſanguineus veniens ad retractũ teneatur declarare ſigillatim gradus ſuę cóſanguinitatis.327.nu.1.& multis ſeq.

360 Quomodo autem ea conſanguinitas probatur, & an ſufficiat mutua inter ſe nominatio & quaſi poſſeſsio, & quòd pro talibus habiti ſunt. 237. numero 7

361 Et an etiam ſufficiat probatio de auditu, & fama,ibidem.

362 Et verba enuntiatiua inſtrumentorum,ibid.


### Gloſ.X V I I.Offrant ledict retrayant payer.


363 VTrùm conſanguineus volens retrahere,debeat vltro offerre pretium emptori,etiam ſi non petatur.238.nu.1.& ſeq.per totam eam glo.

364 Sed vtrùm hanc oblationem teneatur ſuis ſumptibus facere.240.nu.7

365 An autem conſanguineus debeat pretium habere ad manum, præſensq; ipſum offerre, an verò ſatis ſit dicere ſe paratum id dare, ibid.nu.8

## Gloſ. XVIII. Le prix que la choſe aura couſté.

366 AN conſanguineus retrahés debeat reddere pretium venditionis, an verò ſufficiat offerre reddere aliud minus iuſtum rei pretium, ibi. num.1.& ſeq.vſque ad 10

367 Vtrùm autem emptor audiatur petens à conſanguineo volente retrahere maius pretium, quàm quod dedit, quia ſibi id maius pretium ab alio offerri dicit.ibid.& etiam 242. nu.9

368 Si aliquis vendidit rem certo pretio, & donat quod pluris res valet, an conſanguineus retrahés teneatur reddere pretium eius quod pluris eſt, ibid.nu.11.& multis ſeq.

369 Sed quid ſi emptor nolit admittere conſanguineos, quòd dicat id quod donatum eſt pluris eſſe, quàm pretium traditum, in iiſdem locis.

370 Et quid ſi emptor velit tantùm cedere rem vſque ad concurrentiam pretij, reſiduum verò quia ſibi donatum eſt, ſibi quoque retinere, in iiſdem locis.

371 Quid ſi vẽditor donet id quod pluris eſt ob merita emptoris.243.nu.17

372 Quid ſi is vtatur verbis vniuerſalibus, ibid.

373 Quid autem ſi ex pretio conuento venditor donat, aut remittit portionem emptori, an integrum tenebitur conſanguineus retrahens reddere, ibid.nu.18

374 Quid ſi quis emit fundum cẽtum aureis, & eodem inſtrumento donat venditori ſimpliciter vel pro meritis alios centum aureos, an conſanguineus vtroſque reddere debeat, an alteros tantùm.244.nu.19.& ſeq.

375 Si pretium venditionis ſit mille aureorum, quorum ſinguli tempore ipſius venditionis xlv. ſolidis noſtris valebant, mox verò durante anno retractus pretium eorum augetur vel minuitur. Vtrum horum temporum inſpiciendum eſt.245. nume.26

376 Quid ſi pretium ſiue æſtimatio aureorum eadẽ eſt quantum ad vſum, ſed tamen bonitate intrinſeca deteriores facti ſunt, quia non ſunt eius ligæ vt noſtri vocant.246.nu.27

377 Quid verò ſi moneta in contractu venditionis fuerit æſtimata.ibid.nu.28

378 Quid ſi genus monetæ, qua pretium vẽditionis eſt ſolutum, poſtea ante tempus retractus aboletur, vtrum nihilominus emptor tenebitur recipere à conſanguineo retrahente pretium in eo genere monetæ abolitæ, vel quid agendum ſit, ibid.nu.29

379 Vtrum audiatur conſanguineus retrahens, qui vult reſtituere pretium in moneta argẽtea, cum pretium venditionis eſſet in aurea, aut etiam in eodem metallo, ſed non eiuſdem formæ. 247. nu.30.& 31

380 Si in venditione non fuerit ſolutum integrum pretium, ſed vel totius vel partis dilatio data eſt, an conſanguineus tenebitur nihilominus ſoluere integrum pretium, ibid.num.32. & ſeq. vſque ad 49

381 Sed an ſaltem hoc caſu debeat conſanguineus dare cautionem de ſoluendo, ibid.nu.33. & 249. nume.43.& ibid. & 250.nume.44.45.46.& 48.

382 Et cùm ſolui debet, an ſolui debeat emptori an venditori, ibid.nu.48

383 Et quid facere debet vt euitet periculum amiſſionis retractus & conſequatur liberationem, ibidem.

384 Et ſi ex conſuetudine cautio requiritur, an ſufficit iuratoria.250.nu.49

385 Vtrùm autem emptor poſt retractum maneat obligatus ad ſoluendum quod ſupereſt pretij venditori.248.nu.39.& 250.nu.48

386 Si emptor poſt venditionem ſuppleuit pretium, quia pretium non ſatis iuſtum eſſe diceretur.251. numero 50

387 An conſanguineus teneatur & illud poſterius pretium, quod ſupplementi cauſa datum eſt, reſtituere.ibid. nume. 50. & multis ſeq. vſque ad num.68

388 Et quid ſi id factum eſt rebus omnibus integris. 253.nume.60

389 Et quid item ſi non re integra fiat ex ſententia iudicis.ibid nu.61

390 Et an tunc vocandus ſit conſanguineus.ibid.

391 Quid rurſum ſi ſine ſententia, ſed poſtquam emptor in ius de ea re vocatus eſt, cùm verè læſio eſſet vltra dimidium iuſti pretij.ibid.nu.62

392 Quid denique ſi læſio erat intra dimidium iuſti pretij, & alia circa id plurima, ibid.nume.63.& ſequent.

393 Quid ſi emptor vltra pretium venditionis ipſo contractu mutuauit venditori xx.aureos, an & eos debet conſanguineus reddere, tanquam cõtemplatione & gratia vẽditionis mutuatos.254. nu.69.& ſeq.

394 Si res vendita fuit centum l.bris, nec additum eſt, Pariſienſibus, aut Turonenſibus, de quibus debet intelligi, vt alteros conſanguineus reddat. 255.num.73.& ſeq.

395 Et ſi ad regionem ſpectatur, vtra ſpectanda ſit, an contractus, an eius, in qua res ſita eſt. 256. num.75

396 An autem credetur contrahentibus qui dicunt de maiotibus ſe intellexiſſe, & pretium de illis fuiſſe numeratum, ibid.nu.76.& ſeq.

397 Si pretium integrum non fuit in venditione numeratum, ſed in contractu ſiue inſtrumento fatetur venditor antea ſe id recepiſſe ab emptore, an huiuſmodi confeſſioni ſtabitur in præiudiciũ conſanguineorum, ita ſcilicet vt non admittantur ad retractum niſi reſtituto etiam illo pretio ſic confeſſo, tantùm, ibid.num.78. & multis ſeq. vſque ad 92

398 Quid verò ſi ſit præſumptio fraudis ex quibuſdam coniecturis.258.nu.85.& 87.88. & 89

399 Sed quid ſi de numeratione conſtat per ſchedulam venditoris tantùm.259.nu.92.& ſeq.

## Gloſ. XIX. Luy deuement acertené du prix.

400 VTrum conſanguineus ſit in mora reſtituẽdi pretij, cuius nondum certus eſt, ibi.nu.1

401 Quid autem faciendum eſt cõſanguineo ita incerto ne ſit in mora, néve ei currat tempus. Et an neceſſe ſit offerre fideiuſſores, ibid.num.2. & 260.num.3

402 Et quid in conſanguineo diuite, ibid.nu.3

403 Vtrùm autem eos in præſentia offerre debet, an verò ſatis eſt dicere ſe paratum eos dare, ibid. nu.4.& ſeq.

## Gloſ. XX. D'or ou d'argent.

404 AN conſanguineus offerre debeat aurũ aut argentum non ſignatum, an numeratã pecuniam.261.nu.1.& 2.& 262.nu.5

405 Vtrùm autem neceſſe ſit offerre vtrunque, ſcilicet aurum & argẽtum, an verò ſatis ſit alterum, quãdo ſtatutum loquitur his verbis copulatiuè, d'or & d'argent, vt in multis locis.261.nu.3



406 Quid ſi offeratur moneta ærea, non aurea, aut argentea, an ſufficit, cùm ſtatutum noſtrum his verbis vtatur, d'or ou d'argent.262.nu.4.& multis ſeq.

407 An audiatur conſanguineus offerens nummum reprobum.264.nu.11.& ſeq.

408 Quid ſi offerat nummum probæ materiæ, ſed non legitimi ponderis.265.nu.13

409 Quid ſi hunc velit dare pro tanto, quanti valet, ibidem.

410 Quid item ſi offerat nummum & probæ materiæ & legitimi ponderis, ſed qui apud nos in vſu non ſit, ibid.nu.14.& ſeq.

411 Quid denique ſi ea moneta non vſualis dari poſſit alicui campſori, qui aliquid minus daret, an ſaltem pro tanto teneatur emptor accipere, ibi.

## Gloſ. XXI. En telle quantité qu'il voudra.

412 AN ſatis ſit conſanguineum nummum offerre conſideratis his verbis noſtræ conſuetudinis, en telle quantité.265.nume.1. & multis ſequent.

413 Sed quid ſi conſanguineus ſimul faciat duas vel tres oblationes duarum aut trium diuerſarum venditionum, an pro omnibus ſatis erit offerre vnum nummum.266.nu.10. & ſeq. vſque ad finem.eius glo.

## §. II. Glo. I. Montrer ſon contract.

414 QVid ſit oſtendere contractum conſanguineo, in caſu noſtrę conſuetudinis.270.nu. 1.& ſeq.

415 An autem ſatis ſit chartam ſiue membranam inſtrumenti oſtendere, copiam autem ipſius legẽdi non facere, ſi petatur.272.nu.7

416 Sed quid ſi cùm emptor exhiberet ipſum inſtrumentum conſanguineo, is continuò ſe ſubduxit, noluitque legere, an eidem conſanguineo currit tempus, ac ſi vidiſſet & legiſſet, ibid. nume.8. & ſeq.

417 An autem ſufficit exhibere exemplum inſtrumenti.ibid.nu.10

418 Et ſi nullum ſit inſtrumentum de vẽditione cõfectum, quid hîc fieri oportet, ibid.nu. 11. & ſeq. vſque ad 24

419 Et ſi ſint teſtes qui eam aſſeuerant ita factã eſſe, vt emptor declarat, an tunc currit id tempus, ac ſi inſtrumentum oſtenderetur, ibid.

420 An verò tunc iudex poterit præſtituere tempus conſanguineo, vt reſtituat pretium, alioquin nõ amplius audiatur.274 nu.18.& ſeq.

421 Quid verò ſi nec inſtrumentum nec teſtes vlli ſunt de venditione, an credetur contrahentibus de pretio.275.nu.24.& ſeq.

422 An autem tunc iudex de prerio ſtatuet.276.numero 27

423 Quid denique ſi de venditione extat tantùm ſctiptura priuata venditoris, ibidem nume. 29. & ſeq.

## Glo. II. Il luy peut faire faire ſerment.

424 COnſanguineus an vltra inſtrumentum teneatur pretium iureiurando affirmare.277. numero 1

425 Vtrùm hæres emptoris teneatur poſsítque præſtare id iuramentum de vero pretio, & an tunc curret id tempus conſanguineo, ibid. num.2.& multis ſeq.

426 Sed vtrùm tunc hæres iurabit de veritate, an de credulitate.278.nu.10

427 Quid autem de tertio, cui primus emptor vẽdidit, 279.nu.11

428 Sed an in iſto caſu primus ille emptor teneatur iurare, ſi id petat conſanguineus, ibid.nu.13

429 Vtrùm autem hæres incidet in periurium ſic iurando de credulitate, ſi id verum non ſit, ibidem numero 12

430 Sed vtrùm conſanguineus poterit probare contrarium eius quod emptor vel eius hæres iurauit.280.nu.15.& locis ibi citatis.

431 Quid ſi emptor recuſet pretium affirmare iuramento, ibid.nu.16

## Glo. III. Sans fraude.

432 VTrùm conſanguineus teneatur reſtituere aliud pretium quàm verum, id eſt, verè & ſine fraude traditum, ibid.nu.1

## §. III. Glo. I. Et leſdites choſes declarées.

433 QVid requiratur vt conſanguineo præcludatur via retrahendi, niſi intra octo dies, de quibus noſtra conſuetudo loquitur, pretium ſoluerit.281.nu.1.le j.

## Glo. II. N'a que huict iours.

434 VTrùm noſtra conſuetudo qua iubetur conſanguineus intra octo dies ſoluere pretium intelligatur etiam ſi emptor à principio recuſauerit, & poſtea in ius vocatus admittit conſanguineum, ibid.nu.1.le ij & ſeq.

435 Et ſi non ſic intelligatur, quid ſtatuendum eſt à iudice, vt tempus currat, ibid.nu.2.le ij.

436 Quid verò ſi emptor non recuſauerit, ſed captata eius abſentia ad domum citatus eſt, & comparuit, & agnouit retractũ, & fecit quod in ſe eſt. An iudex poſſit id tempus octo dierum protrahere, ita vt conſanguineus non teneatur intra eos octo dies pretium offerre.282.nu.4

437 Vtrùm autem in hoc tempore octo dierum cõprehendatur is dies, quo emptor oſtendit inſtrumentum & iurauit, ibid.nu.5

438 Quid verò ſi id tempus octo dierum incidat in diem biſſextilem an is pro duobus, an autem pro vno computabitur, ibid.nu.6

## Glo. III. A payer.

439 AN emptor à conſanguineo de retractu appellatus poſsit cogi habere fidẽ de pretio. 282.num.1

440 Vtrùm autem conſanguineus compenſare poſſit debitum cum pretio, ibidem num.2.& multis ſequen.

441 Et ſi id facere poteſt, an id debeat petere ſiue declarare, an verò ſi tacuerit, & labatur tempus, excludatur.284.nu.8

442 Et an in id ſit adeundus iudex, an verò & intra iudicium opponi poſsit, ibid.nu.10

443 Et ſi continuò probare non poſsit debitum, intra quod tempus id facere debet, ne cadat retractu, ibid.nume.11.& 12

444 Et quid ſi deficientibus promptis probationibus deferat iuramentum emptori de debito. 285. numero 12

445 Sed vtrùm non ſolùm debitum ipſius conſanguinei proprium, ſed & creditoris emptoris, à quo ceſsionem habuit, compenſare quoque poteſt. ibid.numero 13

446 An autem ſatis ſit, ſi conſanguineus intra tempus preſtit

præſtitutum ſolutioni pretij offerat pignora aut fideiuſſores,ibid.nu.14.& ſeq.

## §. III. Glo.IIII. Ne ſera plus receu.

447 QVid ſi noſtra conſuetudo quæ poſt octo dies dicit amplius non eſſe audiendum conſanguineum,id non dixiſſet, ſed ſimpliciter id tempus præſtituiſſet, an ipſe conſanguineus poſt idem tempus eſſet audiendus.286. nume.1. & ſequen.

448 Sed an eo caſu poſſit conſanguineus morã purgare,ibid.nu.2.& 287.nu.3. & 4

449 Quid ſi aliquod impedimétum interuenit, quod prohibuit intra id tempus conſanguineum ſoluere,ibid.nu.5.& ſeq.

450 Sed vtrum ſi conſanguineus qui intra octo dies non ſoluit, ſit adhuc intra annum, poterit nouam oblationem facere,288.nume.7.& locis ibi citatis.

## §.IIII. Glo.II. Et ce pendant ne courra le temps.

451 VTrum ſi conſanguineus probauerit emptorem non declaraſſe verum pretium,interim ei currit tempus ad ſoluendum.296.nu.1.le j.

## Glo. III. Aura cours contre le retrayant.

452 SEd quid ſi cum ipſe conſanguineus cõtendiſſet,illud non eſſe verum pretium, ſuccubuit, an ei ſaltem curret tempus, ibid.nume.1. le ij.& ſequent.

453 Quid autem ſi probabiliter dubitabat de veritate pretij,ob idq; in controuerſiam eius venit, & tamen ſuccubuit, an & tunc ei currit tempus. 297.nume.3

## §. V. Gloſ. I. & vnica.

454 COnſanguineus an teneatur iurare retractũ ſe facere ſuo nomine & commodo & ſine fraude 298.nu.1.& 299.nu.6

455 Vtrum autem de hac ipſa re cauere teneatur, ibidem.

456 Et quid ſi retractu facto compertum ſit,illum in fraudem factum fuiſſe,an ſubueniendum ſit emptori,vt rem repetat.ibid.nu.1.& ſeq.

457 Quomodo autem ea fraus deprehendetur, 300. numero 4

458 Vtrum autem ſi conſanguineus iurauerit vt ſuprà,poterit emptor probare contrarium. ibidem numero 5

459 An audiendus ſit emptor petens conſanguineũ id iurare verbis in diuum quempiam conceptis, ibid.num.7

## §. VII. Glo. II. Par teſmoins.

460 VTrùm citatio quæ fit in materia retractus poſſit probari teſtibus.302.nu.1.le j.

## Glo. III. N'eſt meſtier de conſigner.

461 SI emptor renuat accipere pretium oblatum à conſanguineo, an ipſe conſanguineus debeat conſignare & deponere, ibid. nume.1.le ij. & ſequent.

462 Quid ſi conſanguineus qui non tenetur deponere,tamen deponat,& poſteà depoſitum recuperat, an videatur renuntiare retractui. 303. numero 4

463 Quid ſi hoc caſu legitimè non depoſuit, ibidem numero 5

## §. VIII. Glo.I. Requeſte de receuoir.

464 VTrùm omnes ſolennitates expreſſæ in noſtra conſuetudine obſeruari neceſſariò debeant in oblatione retractus.305.nu.1

465 An ſit neceſſaria expreſſa requiſitio conſanguinei,vt emptor eum admittat ad retractum,ibid. & ſequen.

466 An autem oblatio habeat vim requiſitionis, ibi. numero 4

467 Si in oblatione id fuerit omiſſum, aut aliud ex ſolennibus,an & quando poterit emendari,ibid. numero 5

## Glo. II. Adiournement.

468 AN ſatis ſit conſanguineum offerre ad interrumpendum tempus retractus ſine citatione.306.nu.1

469 An verò ſufficiat citatio ad id interrumpendum, ibidem,

470 An igitur requiratur citationẽ fieri intra ipſum tempus.ibid.num.3

471 Sed quid ſi citatio facta fuit intra annum retractus,ſed ad diem poſt ipſum cedentem, ibidem nume.2

472 Quid autem ſi lõgum aliquod tempus poſt annum retractus fuerit aſsignatum.307.nu.7

473 An oblatio poſſit fieri vltimo momento ipſius anni.306.nume.2

474 Vtrùm citatio non legitimè facta interrumpit id tempus,ibid.num.3

475 Vtrùm etiam citatio generalis, ibid. & iterum, 340. num.5

476 An autem debeat eſſe omnino ſpecialis ſiue ſpecifica & quomodo,307.nu.6

477 Quid ſi conſanguineus non cõparuit dicta die, quæ fortè extra annum eſt,vel etiam intra eum, ſed interim ſine alia citatione tranſiit, an poſteà ipſe conſanguineus audietur,ibid.nu.8

478 An verò poterit iudex aliquando eum expectare.308.nu.9.& multis ſeq.

479 Sed quid ſi conſuetudo expreſsim præſcripſit aliquod tempus citationis poſt annum.ibid.nume. 13. & 14

480 Si conſanguineus intra annum venditionis citari facit emptorem,& huic interim renuntiet, & poſtea intra annum huius citationis renuntiatæ,ſed poſt annum venditionis iterum citari fecit emptorem in cauſa retractus, an ſit admittendus,309.nu.15

481 Quid ſi conſanguineus,qui emptorem citari fecit,non ei reliquit copiam citationis petitã, aut non petitam, & interim tranſiit annus, ibidem num.16

## Glo. III. Formel en cauſe de retraict.

482 SI non fuerit obſeruata forma à ſtatuto tradita in citatione retractus, vtrum conſanguineus eo cadat.309.nu.1.le j.

## Glo.IIII. Par commiſſion.

483 QVoniam conſuetudo noſtra dicit citationem in materia retractus fieri debere per nuntium ordinarium aut alium mandato iudicis, an credetur ipſi nuntio dicenti ſe id feciſſe mandato ipſius iudicis,de quo aliter non apparet,310.nu.1.le ij.& rurſus.313.nu.20

## Gloſ. V. Le iuge qui en peut cognoiſtre.

Quis





484 QVis iudex adeundus eſt in materia retractus,an dominij emptoris,an rei venditæ, an verò & vterque adiri poteſt.310.nu.1. le iij. & ſeq.vſque ad fi.eius glo.

485 Cuiuſmodi actio competit ad retractum,ibid.& 310.311.nu.6.& 7

486 Quæ conſuetudo inſpicienda eſt in materia retractus,an loci in quo res ſita eſt,an alterius,310. nu.5.& loco ibi citato.

487 Vtrùm diſtinguendum ſit, cum quæritur quis iudex ſit in cauſa retractus, an actio intentetur contra emptorem,an contra tertium. 312. nume. 14.& ſeq.

488 Clericus emptor an pro retractu ſit conueniendus coram iudice eccleſiaſtico,an ſeculari. ibid. numero 16

489 Et ſi plures res diuerſarum iuriſdictionum ſunt venditæ vno contractu & pretio, an omnes iudices ſint neceſſariò adeundi,313.nu.17

490 Si emptor conuentus declinet iuriſdictionẽ iudicis,quæ quidem exceptio licet dilatoria,habet tamen vim peremptoriæ in principali. Quid igitur hîc faciendum eſt,& an hæc exceptio impediet litis conteſtationem, an verò ſit reiicienda in principalem cauſam.ibid.nu.18.& ſeq.

491 Quid autem ſi eo caſu habita ſummaria cauſæ cognitione,an res vel dominiũ emptoris ſit eius iuriſdictionis,ideóque emptor repulſus ſit ab ea declinatoria,an nihilominus poterit eandem in vim declinatoriæ proponere,ibid.nu.20

492 Sed vtrùm acta facta in ea ſummaria cognitione facient fidem in principali,314.nu.21

493 Quid ſi præſes vel conſiliarius Pariſienſis citatus fuit in hac materia retractus coram iudice domicilij paterni & proprij,ibiq; fuerit facta cõſignatio,an valeat.ibid.nu.22

## Gloſ. VII. Le retrayant en decherroit.

494 SI conſanguineus non obſeruauerit ſolénitates in eodem §.requiſitas,& ideo in retractu ſuccubuit, an poterit iterum offerre, ſi ſit intra annum.316.nume. 3. & multis ſequen. vſque ad fin.glo.

495 Vtrùm autem ei ſubueniendũ eſt ob ætatem, errorem,aliámve cauſam.317.nu.13.& 318.nu.15.& 319.nu.23

496 Sed vtrùm conſanguineus poſtquam ei fuit oppoſitum,quòd non obſeruauit in oblatione ſolennitates conſuetudinis, poſſit intra tempora retractus eaſdem adhibere.320.nu.26

497 Si conſanguineus ſuccubuit in ea inſtantia retractus,& interim tranſiit tempus retractus, an nihilominus poſtea audietur, tanquàm per eam inſtantiam fuerit id tempus interruptum. 321. numero 27

498 An autem in cauſa appellationis ante tranſactũ tempus retractus poterit conſanguineus obſeruare ſolennitates,ibid.nu.28

## Glo. VIII. Pourueu.

499 AN neceſſe ſit vt nuntius duos teſtes habeat vt ei credatur de oblatione, ibidem numero 1.le j.

## Gloſ. IX. Deux recors.

500 AN credatur nuntio renuntianti oblationem fuiſſe factam cum ſolennitatibus conſuetudinis,ſine teſtibus.ibid.nu.1.le ij.& multis ſeq.

501 Quid ſi ſint duo nuntij ſine teſtibus,an illis credetur.326.nu.33.& ſeq.

## §. IX. Gloſ. I. A la femme.

502 AN conſanguineus poſsit facere oblationem retractus marito pro vxore abſente emptore,aut hærede emptoris.327.nu.1.& ſeq.

503 An è diuerſo vxori pro marito abſente. ibidem num.3.& ſeq.

504 An poſsit conſanguineus offerre ad domum, in qua vxor habitat abſente marito.328.nu.7

505 Et quid ſi vir & vxor ſeorſum habitant,honorẽ tamen matrimonij inuicem habentes, vt ſolent facere principes.ibid.

## Gloſ. II. A ſon domicile.

506 AN oblatio retractus vti citatio poſsit fieri ad domum emptoris.ibid.nu.1.& ſeq.

507 Et quæ tunc requirantur, vt valeat huiuſmodi oblatio ſiue citatio.330.nu.8.& ſeq.

508 Quid autem ſi hæc obſeruata non fuerint, tamẽ ea oblatio & citatio peruenerunt ad notitiam emptoris,an id ſatis ſit.331.nu.16

509 Et quid ſi emptor non rectè citatus compareat, an ita purget omne vitium citationis.ibi. nu.17. & ſeq.

510 In qua autem domo huiuſmodi oblatio & citatio fieri poſsit,vtrùm originis emptoris, an habitationis.332.nu.20.& multis ſeq.

511 Quid ſi nuntius ſimpliciter refert denuntiaſſe & citaſſe ad domum,ſine ea adiectione,in qua habitat vel habitare conſueuit, an id ſatis ſit. 333. numero 25

512 Quid ſi emptor habeat multa domicilia, in quibus habitat,nunc hîc,nunc illic,in qua oblatio & citatio fieri debet,& an in vtraque, & etiam in ea in quæ tunc cum ſit non habitat.ibi.nu.26 & ſeq.

513 Si emptor habitauit diutius, & nunc quoque habitat domum,in qua tamen domicilium non conſtituit,verbi gratia, ſcholaſticus qui in vniuerſitate habitat,an ibi poſsit ei offerri & citatio fieri.334.num.30

514 Quid de domo hoſpitij ſiue diuerſorij, ibid.numero 31

515 Sed quid ſi is cui facta eſt oblatio in domo hoſpitij, non habet aliam habitationem propriam. 334.num.32

516 Quid item ſi aliam habitationem habet,ſed conſtituit diutius in eo hoſpitio morari.ibid.

517 Verùm quid de domo non quidẽ emptoris propria,ſed conductitia,aut precaria, in qua tamen habitat.ibid.nu.33

518 Quid ſi emptor ſit vagabundus, in qua domo quóve loco ei offerri poteſt.335.nu.34

519 Quid ſi exulat.ibid.nu.35

520 Quid ſi ſit monachus.371.nu.36

521 Quid de domo ſacerdotij,id eſt,beneficij eccleſiaſtici.ibid.nu.37

522 Quid ſi emptor detinetur in carceribus.336.numero 38

523 An neceſſe ſit oblationem & citationem domi factam veniſſe ad notitiam emptoris.ibid. num. 39.& ſeq.

524 Vtrùm oblatio poſsit fieri ad domum emptoris, etiam ſi ipſe perſonaliter reperiri potuit.337.nu. 43.& ſeq.

525 Et quid ſi cùm conſanguineus iret ad domũ emptoris,vt ei oblationem faceret, eum reperit in itinere,nec ibi ei oblationem facit, ſed iter continuans vadit ad domum eius,ibique ei oblationem facit,an valeat.ibid.nu.44

546 Sed an perquirendus ſit in tota ciuitate vel prouincia,an verò ſatis ſit eum domi perquiſiuiſſe. 338.num.

338,nume.49
527 Vtrùm autem credatur nuntio dicenti ſe non inueniſſe emptorem, ideo oblationem & citationem domui fuiſſe factam.339.nu.50

Gloſ. vltima.

528 AN conſanguineus primo loco poſsit facere oblationem apud acta iudicis, & eam notificare emptori,& quid ſi interim tranſeat tempus.340.nu.1.& multis ſeq.
529 Vtrùm item poſsit etiam primo loco offerre procuratori emptoris.342.nu.7
530 Quid verò ſi ipſe emptor abſit,an tunc ſaltē poſſit offerre procuratori,ibid.nu.8
531 Sed an abſente domino ſit primùm faciēda procuratori, an ad domum emptoris, ibidem numero 9
532 Quid denique ſi oblatio fiat procuratori emptoris ipſo emptore non ignorante,ibid.nu.10
533 Et quid ſi is procurator nomine emptoris præſentis & non contradicentis admittat conſanguineum offerentem ad retractum.342.nu.11.& multis ſeq.
534 Quid ſi emptor nec domicilium nec vxorē nec procuratorem habeat, ignoreturque vbi terrarum degat, vtrùm ſatis ſit adire iudicem. 344. numero 17
535 An & tunc neceſſe ſit eum adire,ibid.nu.18
536 Sed & vtrùm cùm emptor non reperitur,neceſſe ſit teſtatò proteſtari,ibid.nu.18
537 Et ſi neceſſe ſit,vtrùm ſatis ſit ſemel tantùm proteſtari.381.nu.21.& 23
538 An autem neceſſe ſit conſignare,345.nu.24
539 Et ſi emptor poſtea cōparet,an neceſſe ſit oblationem facere,& quomodo.ibid.nu.25
540 Et quid ſi tempora retractus iam lapſa ſint, ibidem num.26
541 Quid ſi hæreditas emptoris iacet, & nemo eſt qui eum adeat, quid tunc agendum eſt conſanguineo,346.nu.27

§. X. Gloſ. I. & vnica.

542 MAritus an poſsit iure mariti pro vxore cōſanguinea venditoris facere oblationem. & retractum proſequi.347.nu.3
543 Vtrùm id poſsit nomine proprio & ſimpliciter, non tanquam maritus talis fœminæ, ibid. numero 2.& 3
544 Et quid ſi antequam maritus declaret ſe facere nomine vxoris,tempus retractus tranſeat, ibid.
545 Quid autem ſi retrahens ita dicat, Titius maritus Mæuiæ,an ſatis ſit,etiam ſi non aliter declaret ſe id facere nomine vxoris ,ibid.nu.4
546 Quid verò ſi aliter declarat negotium ad vxorem pertinere, vt ſi dicat ſe velle retrahere rem venditam à tali conſanguineo vxoris ſuæ. ibid. numero 5
547 Quid autē ſi non iure maritali,ſed nomine procuratoris vxoris, cùm mandatum non habeat, ibid.nu.6.& ſeq.
548 Quid autem de ſponſo,an & id poſsit facere, vt maritus,348.nu.8
549 Vn & maritus putatiuus.385. nu.9
550 Quid ſi maritus ſit filiusfamil. an in id requiratur conſenſus patris,ibid.nu.10
551 Quid item ſi ſit minor,ibid.
552 Quid è diuerſo ſi vxor ſit minor, cùm vir maior ſit,ibidem.
553 Quid ſi vxor intercedit,ne maritus hanc oblationem faciat,ibid.nu.11
554 Quid ſi in contractu matrimoniali expreſsim conuentum ſit, ne vir poſsit agere pro vxore ea inuita,ibid.
555 Quid ſi maritus vxorem domo exegit, an tunc poterit & hanc oblationem & retractum facere & exequi,ibid.nu.12.& ſeq.
556 Sed quid ſi ipſa vxor ita domo exacta vult retrahere ad ſuum commodum.349.num.15
557 Quid ſi vxor ſua ſponte maritum dimiſit, an ipſe maritus ob id priuatur hoc iure retrahendi, ibidem num.16
558 Quid item ſi ſeparatum ſit matrimonium vtriuſque conſenſu.ibid.nu.17
559 Sed vtrùm maritus qui pro vxore rem retraxit, eandem teneatur reddere vxori,aut eius hæredibus ſoluto matrimonio,& quomodo,350.nu.18. 19.& 20
560 Si maritus ad retractum nomine vxoris egit & ſuccubuit,an vxori ad eundē agenti ſoluto matrimonio obſtabit exceptio rei iudicatæ,ibidem numero 21
561 Vtrùm autem procurator mariti ab illo conſtitutus ſimpliciter & ſuo nomine poſsit hanc actionem retractus intentare,ibid.nu.22
562 Et quid ſi fuit conſtitutus à marito, tanquā marito,ſiue iure maritali,351.nu.23
563 An autem vxor ipſa abſente marito poſsit offerre & retrahere.ibid.nu.26
564 Quid autem ſi maritus ſit præſens & contradicat,ibid.nu.27

§.XI. Glo. I. Le plus prochain.

565 QVis dicatur proximus vel proximior in materia retractus.352.numero 1. & multis ſequen.
566 Si conſanguineus veniens ad retractum, probet ſe eſſe conſanguineum emptoris,non tamē probat in quo gradu, an ſit admittendus. 360.nu.5. & ſeq.
567 Et ſi duo veniunt ad retractum, quorum alter probat ſe eſſe conſanguineum ſimpliciter, alter certo gradu,nec tamen conſtat ſitne proximior an remotior altero, vter præferetur, in iiſdem locis.
568 Si conſuetudo retractus admittit proximiorem tantùm conſanguineum, non etiam cæteros remotiores,an ſatis ſit,venientem ad retractū probare ſe conſanguineum intra gradum qui poſsit ſuccedere,an verò debeat probare non eſſe aliū proximiorem,ibid.nu.5
569 Sed an ſtāte eadem conſuetudine,ſi cōſtet alium proximiorem natum fuiſſe,aut aliàs vixiſſe, qui nondum excederet centum annos ſi nunc viueret,vtrùm alius qui ſe dicet proximiorē, petitq; ſe tāquam talem admitti ad retractum, teneatur probare illum alium qui eſſet proximior, ſi viueret, eſſe mortuum. An verò contrà emptor qui defendit,illum adhuc viuere.354.nu.11
570 Vtrùm autem proximior dicatur, habito reſpectu ad venditorem, an ad eum à quo primùm res proceſsit,ibid.nu.12.& ſeq.vſque ad fi.glo.

Glo. II. Et preferé auant autres.

571 COnſuetudo retractus admittens conſanguineos ſimpliciter, an ita debet intelligi vt proximior ante cæteros admittatur. 357.numero 1.le j.

Glo. III. Et ſi pluſieurs lignagiers y viennent.

572 SI duo aduerſus emptorem diuerſis iudiciis contendunt rem iure retractus, & alter eorum vicit,quid agendum ſit, ne ob alterius litem impediatur executio ſententiæ,& quid de expēſis,ibid.nu.1.le ij.

Gloſ



Gloſ. IIII. Doit receuoir le premier.

573 AN autem etiam remotiores admittantur antequam proximior veniat,358.nu.1.le iij. & ſequen.

Gloſ.V.Ou luy a tranſporté la choſe.

574 SI emptor vendiderit rem conſanguineo venditoris, an alius proximior poterit ab eo retrahere.359. nu.1

Glo.VI.S'il eſt le plus prochain,

575 SI remotior conſanguineus retraxerit an proximior poterit ab eo retrahere.359.nu.2
576 Sed an tunc cùm remotior primùm retraxerit, & ab eo proximior poſtea retrahit,teneatur ipſe proximior ſoluere impenſas à remotiore factas ad retrahendum,ibid.nu.3.& 4
577 Quid ſi res ab initio vendita fuit conſanguineo remotiori, an tunc proximior poterit ab eo retrahere.360.nu.6.& ſeq.vſque ad 19
578 Sed quid ſi vendita fuit vni ex proximioribus, an cæteri eiuſdem gradus poterunt vel in totum, vel pro rata retrahere.363.nu.20. & ſeq. & 365. numero 1

Gloſ.VII.Il y ſera receu pro rata.

579 VTrùm emptor qui eſt in pari gradu conſanguinitatis venditoris aliis eiuſdem gradus venientibus,poſsit retinere pro rata portione.365.num.2
580 Quid ſi conſanguineus qui emit primo loco,aut etiam retraxerit ab emptore extraneo, vult admittere alium conſanguineum eiuſdem gradus, non quidem pro rata, vt ille petit, ſed in totum, an audiatur,366.nu.3.& 4

Gloſ.IX. Ou ceux qui les repreſentent.

581 VTrùm in retractu habeat locum repræſentatio.367.nu.1.& 2
582 Sed vtrùm hæc repræſentatio quæ admittitur à conſuetudine,ita habeat locum, vt quis repræſentet eum, quo viuo nondum conceptus erat, 368.num.5.& 6

Glo. X.Tous y doiuent eſtre receus pro rata.

583 QVid agendum, cùm plures conſanguinei eiuſdem gradus ſimul veniunt.367.nu.1
584 Quid ſi vnus eſt vtrinque coniunctus, alter ex altero tantùm latere.383.nu.11
585 Ex pluribus conſanguineis eiuſdem gradus ſi vnus prius prouocauit emptorem ad retractum, an cæteros excludat.368.nu.2.& 3
586 Quis autem & quando hoc caſu præoccupaſſe dicatur,ibid.nu.2
587 Vtrùm id ius redimendi ſit indiuiduum,ibid.
588 Et vtrùm cuilibet ex conſanguineis competat in ſolidum,ibidem.
589 Quid ſi res ipſa vendita indiuidua eſt. 369. numero 4
590 Si vnus ex duobus conſanguineis venditoris eiuſdem gradus alteri mandauerit, vt fundum venditum retraheret, ceſſurum vtriuſque commodo, moxque mandans ipſe altero ignorante retrahat,an ſi tempora retractus tranſierunt, tenebitur communicare,372.nu.6

Gloſ.XI.Luy ſeul.

591 SI plures ſunt conſanguinei eiuſdem gradus, an quilibet in ſolidum admittatur cæteris ceſſantibus,ibid.nu.1.le j.

Glo.XII.Pour vne teſte.

592 CVm plures conſanguinei veniunt ad retractum,an veniant in ſtirpes, an verò in capita,ibid.nu.1.le ij.& ſeq.

§.XII. Gloſ.I.Tranſporté la choſe à autre.

593 VTrùm emptor durante anno retractus poſſit rem alteri vendere.372.nu.1
594 Vtrùm poſſeſsio huius ſecundi emptoris cedat commodo conſanguinei poſtea retrahentis ad vſucapiendum,ibidem.
595 Vtrùm igitur poterit conſanguineus retrahere à ſecundis emptoribus,373.nu.2
596 Et quid ſi res tranſierit ad alias multas manus, ibidem.
597 Quid autem ſi tertius non eam rem habeat titulo vēditionis,ſed donationis,aut alio non obnoxio retractui,ibid.nu.3.& 4
598 Quid item ſi donatio facta fuit poſt litem conteſtatam ſuper retractu,eod.nu.4
599 Quid rurſus ſi emptor aliter præuentus à conſanguineo donauit,ibid.
600 Quid ſi clam ea donatio facta fuerit,ibid.
601 Quid denique ſi poſt donationem emptor reperitur poſsidere,ibid.
602 Vtrùm autem conſanguineus qui retrahit à tertio qui emit à priori emptore,teneatur reſtituere pretium prioris venditionis,an ſecundæ,cum huius ſecundæ maius eſt.373.nu.6
603 Et an hoc caſu cùm pretium ſecundæ venditionis tantùm redditur, habebítne emptor actionē de euictione aduerſus priorem,ibid.
604 Quid autem ſi prior poſteriori declarauerit rem eſſe obnoxiam retractui,374.nu.7
605 Quid item ſi poſterior emptor ſciens prudénsque rem eam emerit citra declarationem prioris,ibidem.
606 Sed quid ſi ſciens à ſciente quoque emit,ibidem numero 8
607 Sed an illis poſtremis caſibus repetit ſaltem pretium eius quod pluris emerit.ibidem nume. 10. & ſeq.
608 Et quid ſi expreſsè cōtentum ſit, ne emptor qui prius emerat,& nunc vendit,teneatur de euictione,an nihilominus tenebitur de pretio.ibid.nu. 10.& 375.num.14
609 Quid verò ſi ſpecialiter dictum ſit, ne teneatur ob cauſam retractus prioris venditionis,ibidem numero 14
610 Sed quid cum ſecundus emptor minoris emit, quàm prior emerat, an conſanguineus tantùm reſtituet pretium ſecundæ venditionis, an verò prioris,376.nu.15.& ſeq.vſque ad 24
611 Et quid ſi hæres primi emptoris ignorans minus vendidit,ibid.nu.17
612 Et ſi maius ſcilicet id quod eſt prioris venditionis reſtituitur, vtrius commodo cedet id quod pluris eſt,primíne emptoris,an ſecundi.377.nu. 20.& ibid.num.23
613 Et quid ſi hoc caſu ſecundus non ex contractu venditionis aut alio oneroſo,ſed ex cauſa lucratiua rem habuit à priore venditore. 377.nu.20. 22.& ſeq.
614 Quid denique ſi eam rem non habet à primo emptore,aut alio qui ab ipſo cauſam habeat,ſed ab alio prorſus extraneo, qui ei vendidit vt res aliena vendi poteſt,ibid.nu.20.& 23.& 24
615 Vtrùm in iis omnibus caſibus poterit conſanguineus reſtituere pretium primo emptori inuito ſecundo,ibid.nu.24
616 Si conſanguineus euicerit retraxeritque à ſecūdo emptore reſtituto ei pretio quod ipſemet tradiderat,an poterit ipſe ſecūdus emptor alio nomine quàm pretij agere de euictione contra primum,ibid.nu.25

617 Vtrùm conſanguineus cui primus emptor declarauit alteri ſe vendidiſſe, poterit nihilominus ſequi ipſum primum emptorem, 378.nu.26

618 An conuentione vnius alter liberetur, ibid.

619 Sed quid ſi poſt litem conteſtatam ſuper retractu alteri vendidit, an tunc ſententia obtenta à conſanguineo poterit mandari executioni aduerſus ſecũdum emptorem non vocatum ad id iudicium, ibid.nu. 27

620 Si vendita res fuit euicta ab emptore per alium, an ab iſto alio poterit conſanguineus retrahere. 378.num.28

### Glo.II.Et ne court point le temps.

621 SI primus emptor alteri vendiderit, neque id conſanguineo venienti ad retractum declarauerit, an interim currit tempus ipſi conſanguineo aduerſus ſecundum emptorem, ibid.nu.1.& multis ſeq.

### Glo.III.& vltima.

622 ETſi eius notitiam poſtea aliunde habuerit, ſtatímne eum debet conuenire, an aliàs quãdo.379.nu.1

### §.XIIII.Glo.I.Ne ſoit pas du branchaige.

623 AN admittatur ad retractum cõſanguineus emptoris non ex ea parte, ex qua res vendita proceſsit.380.nu.1.le j.

### Glo.II.in fi.eius §.

624 SEd an ei præferatur qui coniunctus eſt ex ea parte, 381.nu.1

625 Si duo fratres ita inter ſe diuiſerunt hæreditaté patris & matris, vt vni cedat integra patris hæreditas, alteri matris, ſi vnus eorum eam hæreditatem quæ ſibi ceſsit vendat, an conſanguinei ex ea parte ex qua illa hæreditas proceſsit, aliis ex altera parte præferantur, an verò & illi alij admittentur.384.nu.15

626 Vtrùm conſanguineus vxoris admittatur ad retractum rei mariti ab ipſo venditæ, aut propter affinitatem, aut quia ſi filij communes mariti & vxoris poſt mortem parentum vendidiſſent, is admiſſus fuiſſet, ibid.nu.16.& ſeq.

### §.XV.Glo.I.Les fruicts.

627 VTrùm in reſtitutione fructuum, quæ fit ab emptore qui litigauit, ſcilicet à tempore litis conteſtatæ deducantur impendia & ſumptus facti gratia culturæ & colligendorum ipſorum fructuum.385.nu.1.& multis ſeq.

628 Quid autem de impenſis non ob id factis, ſed ad perpetuam rei vtilitatem, an & hæ deducantur, an verò tantùm habeant rei retentionem. 390. numero 24

629 Quid item de impenſis factis pro cuſtodia villę ſiue fundi venditi, ibid.nu.25

630 Quid de bobus emptis pro cultura agri, & poſtea caſu amiſsis, an ij deducuntur.ibid.nu.26

631 Quid veniat appellatione fructuum, ibi.nu.27.

632 An autem deducendi ſunt non tantùm fructus percepti, ſed & percipiendi, ibid.nu.28

633 Quid autem ſi emptor percipit fructus vberiores ob induſtriam eius ſingularem, quam percepiſſet conſanguineus retrahens, an & hos reſtituere debet, 391.nu.29.

634 Sed vtrùm emptor non ſolùm ſumptus factos gratia fructuum, ſed & pretium ſuarum operarum in id impenſarum deducet, ibid. nu.30

635 Et ſi emptor reſtituit integros fructus ſine harũ impenſarum deductione, an eas poterit repetere. ibidem num.31

### Glo.II.d.§.XV. Depuis la litiſconteſtation.

636 EMptor an pendente tempore competente ad retractum faciat ſuos fructus perceptos ante ipſum retractum.392.nu.3

637 A quo tempore debet fructus reſtituere an oblationis, an citationis, an litiſconteſtationis. ibid. numero 4

638 Et quia dicitur quòd à tempore litiſconteſtationis, quid ſi omnibus modis ſubterfugit, ne litem conteſtetur, ibid.nu.5.6.& 7

639 Quid ſi iuſtam cauſam habet id faciendi. 393. numero 8

640 Quid item ſi etiam non ſubterfugiſſet, tamẽ lis non fuiſſet conteſtata, obſtante alio impedimẽto, ibid.nu.9.10.& 394.nu.11.

641 Quid ſi conſanguineus poſt litem motam & cõteſtatam triennio ceſſauit, an & fructus eius tẽporis & præcedentis reſtitui debẽt, ſi is obtinuit gratiam ceſſationis, id eſt, peremptionis inſtãtiæ 395.nu. 7.18.& 19

642 Quid de fructibus pendentibus tempore oblationis an & hi ad conſanguineum pertineant, & quomodo, 396.nu. 20

643 Sed quid ſi lite conteſtata victus ſit emptor, an reſtituet fructus pẽdentes tempore litis conteſtationis integros, nulla habita ratione temporis præcedentis, ibid.nu.21

### Glo.II.d.§.XV.Doyuent eſtre deduits en ſort.

644 VTrùm autem fructus percepti poſt litem conteſtatã extenuabunt ſiue minuent pretium, vt ſcilicet non teneatur cõſanguineus reddere niſi id quod reſiduum erit deductis ipſis fructibus, an verò debeat integrum pretium reſtituere, antequam ei fiat ceſsio, & fructus ipſos poſtea repetere.396.nu.1

### §.XVI.Glo.II.Sera aqueſt commun.

645 VTrùm maritus acquirat dimidiam partem rei retractæ ab vxore, vt conſanguinea vẽditoris, 397.nu.1

### §.XIX.Gloſ.II.Ne ſeroit pas commun.

646 VTrùm retractus qui ex multis conſuetudinibus habet locum in patrimonialibus tantùm, habeat locum in re patrimoniali vendita & poſtea recuperata à venditore vi pacti de reuendendo, ſi poſtea alteri vendatur.400.nu. 5. iunctis præcedentibus.

### §.XX.Gloſ.I.& vnica.

647 VTrùm conſuetudo quæ dat facultatem viro aut vxori, aut eorum hæredibus retrahendi dimidium eius rei quæ fuit quæſita durante matrimonio, ex conſanguineis alterius reſtituendo intra annum ſoluti matrimonij dimidium totius pretij, habeat locum in aliis ſociis bonorum.ibi. nu.1.& ſeq.per totam glo.

### §.XXI.Glo.I.& vnica.

648 VTer in retractu rei feudalis præferatur, an dominus, an conſanguineus.404.num. 1.& ſequen.

949 Quid verò in re emphyteutica.ibid.nu.3.& ſeq.

### §. XXIII. Gloſ. I. Il ne ſera pas receu.

650 VTrùm conſanguineus admittetur ad retractum partis rerum venditarum. 406. nu.1. & ſeq.vſque ad 16

651 Facultas retrahendi an in dando an faciendo conſiſtit, an in vtroque ſimul.407.nu.6

652 Quid ſi venditæ ſunt multæ res vno quidem contractu, ſed diuerſis pretiis in ſingulas res cõſtitutis.409.nu.17

653 Sed quid ſi vno primùm pretio, ſed quod poſtea in eodẽ contractu diuiditur in ſingulas res, ibid. numero 18

654 Quid autem ſi è diuerſo primùm fuit diuiſum pretium in ſingulas res, & poſtea vnum ex omnibus coactum.ibid.nu.19

655 Quid etiam ſi conſtaret illis tribus caſibus emptorem & venditorem non niſi omnes eas res ſimul empturum & venditurum fuiſſe, ibid.numero 20

656 Et quid ſi quis emit fundum centum iugerum conſtituto in ſingula iugera certo pretio, poterítne conſanguineus ſertilia retrahere ſoluto ſingulorum pretio, relictis cæteris, 410. numero 21

657 Sed quid ſi plures res ſeparatim & diuerſis pretiis datæ ſunt in ſolutũ pro vno eodémque debito, an & hic obtinet quod dictum eſt de venditione, ibid.nu.22.& ſeq.

658 Quid verò ſi quis vno contractu & pretio vendat rem ſuam, & ſimul rem conſanguinei ſui, an iſte conſanguineus volẽs retrahere reſtituet integrum pretium.411.nu 29.& ſeq.

659 Sed an in iſto caſu inſpiciendum ſit, poſsidebátne venditor, an non poſsidebat.414.nu.32

660 Vtrùm verò ſit inſpiciendus euentus litis ſuper proprietate, ibid.nu.33

### Gloſ.II. Pour la partie qui ſera tenue de luy.

661 SI duo rem quampiam fortè communem aut ſimul plures res vendiderunt vno pretio & contractu, an conſanguineus alterius poſsit partem ipſius tantùm retrahere. 414. numero 6. & ſequen.

662 Si duo fundi alter patrimonialis alter acquiſititius eodem pretio & contractu venditi fuerunt, ſtante ſtatuto quòd retractus non habeat locum niſi in rebus patrimonialibus, an conſanguineus alterius poterit rem tantùm patrimonialem petere, ibid.nu.8.& ſeq.iunctis etiam præced.

663 Quid autem ſi in illis caſibus emptor vult totũ ſiue res omnes relinquere, an tunc conſanguineus tenebitur totum retrahere, vel totum dimittere, ibidem.

664 Quid econtrariò ſi conſanguineus vult totum retrahere ab inuito emptore, ibid.nu.9

### §.XXIIII. Gloſ.I.& vnica.

665 QVia in eo §.dicitur quòd ſi res plures & diuerſorum feudorum eodem pretio fuerũt venditæ, emptoris eſt licitari rem quamlibet, & dominorum, poſtea eligere, vtrum malint, laudimiáne, an retentionem rei reſtituto eodem pretio. Quid igitur ſi conſanguineus emit, qui ex alia conſuetudine præfertur domino, ideo hic dominus optare non poterit, vtrum horum malit, quomodo igitur fiet licitatio.415.nu.1

### §.XXV.Gloſ.II.Ne en donation par prouiſion de corps.

666 VTrùm retractus habeat locum in donatione, quæ fit ob prouiſionem corporis, vt vocamus, id eſt, ea lege, vt donatarius alat donantem.419.nu.2

667 Quid autem in alia donatione remuneratoria, aut etiam aliàs ob cauſam, ſiue mutua, aut reciproca, ibid.nu.3



### §. XXVI.Gloſ.I.Ne peut eſtre transporté.

668 IVs retractus an poſsit alteri cedi.418.nu.1. & 419.nu.3

669 Si conſanguineus in ius vocauerit emptorem, & lite pendente moriatur extraneo hærede inſtituto, an is hæres admittetur ad proſecutionem retractus, ibid.nu.4

670 Quid eutem ſi is extraneus ei ſucceſsiſſet ab inteſtato.420.nu.7.& 8

671 Quid ſi vnus tantùm ſit conſanguineus venditoris, an is ſaltem id ius retractus cedere poterit. 421.nu.10.& ſeq.

772 Vtrùm autem conſanguineus poterit id ius creditori ſuo cedere in ſolutum ſui debiti, ibid.nu. 12.& multis ſeq.

673 Et vtrũ creditores id ius poſſunt capere in cauſam iudicati, ibid.nu.13

674 Quid ſi conſanguineus fame prematur, an tunc ſaltẽ poteſt id ius vendere, vt ſibi ſubueniat. ibi. num.16.& multis ſeq.

675 Quid ſi alia vrgente neceſsitate prematur, ibid.

676 Sed vtrùm ceſsio huius iuris poſsit fieri extraneo, ſaltem quantum ad præiudicium cedentis, vt faciat locum cæteris conſanguineis remotioribus.428.nu.32

677 Vtrùm & in præiudicium emptoris, ſi alter conſanguineus non veniat, vt ſcilicet teneatur admittere ceſsionarium, ibid.

678 Quid ſi conſanguineus retrahens ſit ſocius bonorum alterius extranei, an huic extraneo acquiretur ex conſanguinei retractu.428.nu.33.& multis ſeq.

679 Sed quid ſi de fraude appareret, quia ſcilicet cõtracta fuit ſocietas in fraudem retractus, 429. nu.35.& ſeq.

680 Vtrùm autem fraus in dubio præſumetur, ibid.

681 Sed an ſoluta ſocietate poterit conſanguineus retrahere à ſocio partem ſocio acquiſitam. 430. numero 38

682 An ius retractus tranſeat in extraneum cum vniuerſitate, ibid.nu.41.& ſeq.

683 Quæ autem ratio eſt, ne id ius retractus extraneo cedi poſsit.ibid.nu.43.& ſeq.

684 Quæ item ſit ratio conſuetudinis retractus, ibid.

### Gloſ.II.d.§.XXVI.Non eſtant du lignage.

685 IVs retractus an alteri conſanguineo cedi poſſit.438.nu.1

686 Sed an cedi poſsit remotiori in præiudiciũ proximioris, ibid.nu.2.& 3

687 Et ſi ipſe conſanguineus extraneo ceſſerit, quod non poteſt, an nihilominus poterit petere retractum, atque ſic alium conſanguineum remotiorem repellere.ibid.nu.5.& multis ſeq.

683 Si conſanguineus id ius alteri ſuo conſanguineo ceſſerit, quod poteſt, an ſi iſte cui ceſsit, poſtea rem alteri vendat, poteris is qui ita ceſsit, retrahere.441.nu.15

639 Si hic conſanguineus, cui ius ceſſum eſt, agit ad retractum ex eo iure ceſſo ſine mentione conſanguinitatis, an obtinere debet, ibid.nu.16

690 Vtrum is qui alteri extraneo donauit omnes ſuos acquęſtus præſentes & futuros, poſsit poſtea retrahere rem à ſuo conſanguineo venditam, ibid.nu.17

### §.XXIX.Glo.I.Les ventes, & honneurs.

691 VTrùm ex venditione quæ fuit retracta à conſanguineo debeantur laudimia. 494.

nu.1.& tribus ſeq.& 449.nu.1
692 Sed vtrùm etiam debeantur ex retractu ſine redemptione facta à conſanguineo, tanquam ſit altera venditio.448.3.& 4
693 Quid verò ſi intra annum retractus emptor vẽdit conſanguineo,ſed non tanquam conſanguineo,ſed vt cuilibet alteri,an tunc debentur laudimia,ibid.nu.4.5.& ſeq.
694 Sed vtrùm hoc caſu poterit dominus vti iure prælationis,ibid.
695 Vtrùm verò hoc caſu conſanguineus emptoris poterit redimere ab hoc conſanguineo primi venditoris,ibidem.

## Glo.II.d.§.XXIX.Si l'acheteur les auoit payées.

696 SI emptor nondum ſoluit laudimia domino, an poterit dominus illum cogere,vt ea ſoluat poſt ceſsionem factam conſanguineo vẽditoris, an verò dominus debet conſanguineum ſequi. 449.num.1.& ſeq.
697 Sed an ſaltẽ poteſt emptorem in ius vocare ob contractum ab illo non declaratum nec exhibitum ipſi domino intra tempora conſuetudinis. 450.nume.6
698 Si dominus feudi rem emerit aut ab alio emptore iure feudi retraxerit, an ſi conſanguineus ab eo retrahit tenebitur ei ſoluere laudimia, ibid. num.9.& 10

## Gloſ.III.d.§. XXIX. Les couſts des lettres.

699 VTrùm conſanguineus teneatur emptori refundere impenſas inſtrumentorum venditionis.451.nu.1.& 681.nu.24
700 Et an non ſolùm ſumptus ipſorum inſtrumentorum,ſed & alias impenſas factas pro recuperatione ipſorum.451.nu.2
701 Si emptor ſoluit tributum aut gabellam,quæ ex ſtatuto debetur pro quolibet cõtractu, an id repetet à conſanguineo retrahente,ibid.nu.1
702 Quid tamen ſi emptor non ſoluit, quia clericus erat aut aliter priuilegiatus,an tamen repetet,ac ſi ſoluiſſet,ibid.nu.2.& 3
703 An autem conſanguineus ipſe ſit immunis, ne eadem ſoluat dominis,ibid.nu.3
704 Sed quid ſi ipſe clericus aut aliter priuilegiatus ne ſolueret,tamen ſoluit,an & à quo repetet,ibi. numero 4
705 Quid verò ſi dominus donauit, aut remiſit emptori laudimia,aut tributum,quod ei ex ſtatuto debetur,an nihilominus,conſanguineus debebit ea emptori reddere,ac ſi ſoluiſſet,ibid.nu.5.452. num.6 & 7
706 An emptor qui profert quitantiam,quam vocamus,laudimiorum ſolutorum domino, tenetur iurare ſe integra ea ſoluiſſe,ibid.nu.7
707 Sed & an conſanguineus retrahens debeat reſtituere quod proxenetis traditum eſt,ibid.num.8. & ſequen.
708 Et quid de eo quod datum eſt vxori venditoris. 453.num.11
709 Si maritus nomine vxoris promittens eam ratã habituram vendidit fundum ipſius vxoris, quæ poſtea noluit ratificare,niſi ſibi vltra pretiũ contractus aliquid detur. An & conſanguineus id reſtituere tenetur,ibid.
710 Et ſi emptor litem quampiam ſuſtinuit ratione rei venditæ aut iurium ipſius,& vicit aut victus eſt, an conſanguineus teneatur illi refundere ſumptus litis,ibid.nu.12
711 Quid ſi conſanguineus qui prior obtulerat, litigauit cum emptore dicente contractũ non eſſe obnoxiũ retractui,& obtinuit,deinde alius conſanguineus proximior ab eo retrahit, vt poteſt ex noſtra conſuetudine,an & hic teneatur ſumptus illius litis refundere,ibid.num.13
712 Sed quid ſi ipſe emptor aliquid dedit proximiori volenti venire ad retractum,ne veniret, an & hoc recuperabit ab alio cõſanguineo remotiori poſtea venienti ibid.nu.14
713 Quid ſi cùm ipſe emptor iret ad domum venditoris conficiendi contractus gratia, vt fortè cõuentum erat,incidit nulla ſua culpa in latrones, qui eum ſpoliarunt pecunia aut aliis rebus, an & id conſanguineus retrahens refundet. 453. numero 15
714 Si cùm caſtrum venditum eſſet controuerſioſum,& contendebatur à potentibus quibuſdam, qui armis idipſum appetebant,aut vicinum erat hoſtibus tẽpore belli,ideo emptor vt ipſum defenderet,multa pro illius tutela & cuſtodia impendit,an & hæc ipſa repetet,454.nu.16

## Gloſ. V.§.XXIX.Luy doit accorder paſſer lettre.

715 VTrùm emptor teneatur conficere inſtrumentum retractus facti à conſanguineo, ibid.num.1.& ſeq.

## §.XXX. Gloſ.I. Eſchange.

716 SI pro ſpecie detur ſpecies & pecunia, an inſpiciatur quid principaliter contrahentes intendunt facere,ſcilicet emere & vendere,an permutare, vt iſte contractus ſit vel non ſit obnoxius retractui.455.nu.1
717 Vtrùm autem in dubio cenſentur partes talem contractum voluiſſe principaliter facere,qualem ipſi nominant.457.num.7.& 8. & 458. numero 11.& 12
718 Et ſi non aliter conſtat,quid principaliter intenderunt facere,nec id expreſſerint, an inſpiciendum ſit quod pluris eſt.457.nu.9.& 10
719 Quid ſi ſpecies & pecunia ſunt pares, an potius ſit cenſendus contractus emptionis,an verò permutationis.458.nume.13.& multis ſeq.vſque ad fin.glo.
720 An verò potius dicendi ſint duo contractus, ſcilicet emptionis & permutationis pro portione pretij & ſpeciei.465.nu.38.& ſeq.

## Glo.II.d.§.XXX.Par le iuge.

721 QVia noſtra conſuetudo dicit in illis caſibus eſſe inſpiciendum quod pluris eſt, & ſic venditionem cenſeri,ſi pecunia ſpeciem ſuperat, & eſſe locum retractus totius, quomodo igitur æſtimabitur ſpecies,& à quo.465.nu.1
722 Vtrùm autem ſit locus retractui quantùm ad illum fundum qui in ea conſuetudine debet æſtimari,& eius æſtimatio emptori reddi, ibid.nu.2

## XXXI. Glo.I.& vnica.

723 SI maritus & vxor & quilibet eorum vendiderunt annuum aliquod vectigal,vtrius cõſanguinei admittentur ad retractum, & an vtrique, & quomodo.467.nu.1
724 Quid verò ſi etiam illi ipſi vel ſimpliciter vel in ſolidum aliquid vendunt,quod eſt alterius tantùm,an conſanguineus eius, cuius eſt,admittetur in ſolidum,an & alterius quoque admittetur, ibid.num.2.& 468.nu.3

## §. XXXII.Gloſ.I.& vnica.

725 AN in rebus patrimonialibus tantùm habeat locum retractus, an & rebus acquiſititiis. 471.nu.1.& multis ſeq.
726 Et ſi de iure vel conſuetudine habeat tantùm locum in patrimonialibus, an ſi quis retrahat





rem patrimonialem à conſanguineo venditam & eandem poſtea alteri extraneo vendidit, ſit locus retractui.471.nu.7.& multis ſeq.
727 Si quis vendiderit fundum patrimonialem,& ex pecunia ex ea venditione redacta alium fundũ emerit,an ſi poſtea hunc vendat,erit locus retractui.472.nu.10.& ſeq vſque ad 25
728 Et quid ſi is qui id fecit,proteſtetur aut declaret eam ſe venditionem in id facere, vt pecuniã ex eo confectam eum alium fundum emat,& reponat in locum prioris quem vendidit. 475. nu.23
729 Quid verò ſi confeſtim venditione facta pecuniã alterius fundi conuertat,ibid.nu.24
730 Quid ſi quis permutet fundum patrimonialem cum alio, an hic alius cenſebitur patrimonialis vt ſi poſtea vendatur, ſit locus retractui, ibid. numero 26
731 Si vaſallus aut emphyteuta ceciderunt feudo vel emphyteuſi ob noxiam quam dominus eis condonat & remittit,an id feudum vel emphyteuſis erunt vice patrimonij vt prius,an acquæſtus.476.nu.29
732 Quid autem ſi quis à principe reſtitutus fuerit bonis confiſcatis,an ea cenſeantur patrimonialia,an verò acquiſititia.477.nu.30
733 Quid item ſi vaſallus renuntiat feudum antiquũ domino,qui illum poſtea denuo inueſtit, vtrùm cenſendum ſit patrimoniale,an non,ibid.
734 Quid ſi cùm finita eſſet emphyteuſis per generationem, dominus eam renouat in alios conſanguineos,ibidem.
735 An fundus emptus ex pecunia dotali, quam vir promiſerat conuertere in emptionem prædiorũ hæreditariorum,id eſt,quæ cenſerentur hæreditaria ſiue patrimonialia,cenſebitur patrimonialis an acquiſititius,ibid.nume.31.& ſeq vſque ad nume.42
736 Si caſtrum concedatur in feudum iure veteris feudi,an cenſebitur feudum vetus, & ita patrimoniale,an acquiſititium,ibid.nu.31.32.& multis ſeq.præſertim nu.37.& ſeq
737 Quid è diuerſo ſi quis inueſtiatur de feudo veteri tanquam de nouo. 477. nu. 33. & ſeq. præſertim num.38
738 Quid item ſi in renouatione veteris feudi addatur noua quæpiam forma & qualitas. 479. numero 40
739 Si quis emerit fundum ab eo cui ſucceſſurus eſt ab inteſtato,an is fundus cenſendus ſit patrimonialis,vt in eo retractus locum habeat. 480. nu. 43.& multis ſeq.
740 Sed quid ſi eum fundum accepit ex donatione aut alio titulo gratuito ab eo cui ſucceſſurus eſt.ibid.num.45.& ſeq.
741 An autem idem ſtatuendum ſit in illis portionibus,in quibus non erat ſucceſſurus, atque in aliis in quibus ſucceſſurus erat.481. numero 49. & ſeq.
742 Quid ſi donans ſucceſſuro expreſsim declaret velle ſe id quod donat habere vim acquæſtus. 482.num.51
743 Vtrùm autem & ea procedant in rebus donatis à collateralibus, quibus etiam donatarius erat ſucceſſurus.482.nu.52
744 An ædificium factum in fundo patrimoniali cẽſeatur & ipſum patrimoniale,ibid.nu.53
745 Si domo patrimoniali exuſta alia domus in area fuerit extructa,an & hæc cẽſebitur patrimonialis,vt prior illa exuſta,483. numero 55. & multis ſequen.
746 Quid de re patrimoniali vendita & poſtea recuperata per reſtitutionem in integrum ex l. ij. C.de reſcin. vend. aut alio remedio. 483.nu.56, & multis ſeq.vſque ad nu.70
747 Sed quid ſi quis alteri vendiderit huiuſmodi reſtitutionem in integrum, an in ea quoque habebit locum retractus,vt in re patrimoniali.486 numero 71
748 Si feudum vel emphyteuſis redit ad dominum ex aliqua cauſa,an cenſebitur patrimonialis, ibi. nume.72.& ſeq.
749 An fundus præſcriptus cenſendus ſit patrimonialis,an acquiſititius,ibid.nu.74.& ſeq.
750 Quid de iis quæ vltra terminos fundi patrimonialis vſucapimus.487.nu.76
751 Quid de horto quem comparaui cauſa domus patrimonialis,ibid.nu.77
752 Si venditur annuum vectigal ſuper fundo patrimoniali,an in eo erit locus retractui,ac in re patrimoniali vendita,ibid.& nu.78.& multis ſeq.
753 Quid ſi venditur generaliter ſuper omnibus bonis.488.num.85
754 Quid ſi quis concedit fundum patrimonialem in emphyteuſim vel cenſum, vel aliud vectigal annuum,an id vectigal cenſendum ſit patrimoniale.487.num.86
755 Vtrùm fundus patrimonialis occupatus à tyrãno,& poſtea recuperatus maneat patrimonialis, vt prius erat,ibid.nu.87
756 Si ex diuiſione facta inter fratres vni fundus patrimonialis,alteri acquiſititius adiudicetur,vtrũ hi fundi cenſeantur omnino patrimoniales, an acquiſititij & pro qua parte.489.num.88.& ſeq.
757 Cùm dubium eſt,an fundus vẽditus ſit patrimonialis,an acquiſititius,cuiuſmodi in eo dubio iudicandus eſt.ibid.nu.91.& multis ſeq.
758 Stante conſuetudine quæ in patrimonialibus tãtùm admittit retractum, ſi conſanguineus agit ad retractum rei venditæ ſimpliciter, nec eam allegat eſſe patrimonialem, vtrùm obtinere an ſuccumbere debeat.491.nu.97
759 Stante autem conſuetudine vt etiam in acquæſtibus habeat locum retractus,ſi maritus vendat acquæſtus communes ſibi & vxori, vt poteſt, an & quibus cõſanguineis,& quomodo habeat locum retractus.491.nu.100.& ſeq.
760 Sed quid ſi ambo ſimul vendant.492.num.102. in fine.

## §.XXXIIII.Gloſ.I.& vnica.

761 VTrùm retractus habeat locum in ſimplici datione in emphyteuſim, cenſum vel libellum.494.nu.1.& ſeq.
762 Quid ſi fauore eius conceſsionis detur pecunia, ibidem.

## §. XXXV. Glo. I. D'eſtroits droits.

763 REtractus an ſit ſtricti iuris. 497. nu. 1. le ij. & multis ſeq.
764 Actio quæ competit ad retractum, an ſit ſtricti iuris,an bonæ fidei.d.nu.1
765 Retractus an aduerſetur æquitati.498.nu.4
766 Statutum retractus an ſit huiuſmodi vt ab eius verbis nullo pacto diſcedendum ſit.502.nu.23

## Glo.II.d.§.XXXV. Mineurs.

767 AN tempus retractus currat minoribus.504. nume.1.& ſeq.
768 An ipſi hoc caſu reſtituantur.ibid.nu.3.& multis ſeq.vſque ad 11
769 Et ſi reſtituantur intra quoddam tempus poſtquam maiores facti ſunt,reſtitui debẽt.506.nu. 12.& ſeq.

## Glo.III.d.§.XXXV. Preſens. ou abſens.

770 VTrum tempus retractus currat abſentibus, ibid.nu.1.& 507.nu.2

771 Et quid ſi cũ abſentia ſimul ſit veriſimilis ignorantia,ibidem.

772 Et vtrùm in dubio præſumatur abſentia an pręſentia,ibid.nu.2

## Gloſ. IIII. d.§.XXXV. Ignorans.

773 VTrùm tempus retractus currat ignorantibus, ibid.nume.1. & multis ſeq. per totam eam glo.

774 Vtrùm autem reſtituantur, per totam eam glo. præſertim verò 512.nu.26. & 514. nu.35.& multis ſeq.maximè. 516.nu.44.& ſeq.

775 Et an reſtituantur aduerſus tempus longiſsimũ. 514.nu.36.& ſeq.

776 Quid ſi conſanguineus ſibi eam ignorantiam aſciuit.512.nu.27.& ſeq.

777 Quid ſi ea ignorantia procedat ex dolo aut facto emptoris.ibid.nu.29.& ſeq.

778 Quid ſi contractus fuerit ſimulatus.513.nu.32

779 Quid ſi non dolo aut calliditate emptoris,ſed alterius obtruſa ſit huiuſmodi gratia,ibid.nu.32

780 Quid ſi ignorantia non ſit iuſta, veriſimilis, & probabilis,ibid.nu.33.& ſeq.

781 Quid ſi tempore quod datur ad reſtitutionem poſt præſcriptionem ſit probabilis cauſa ignorantiæ.516 nu.43.

782 Et quid ſi fluxerunt centum anni ſemper durãte huiuſmodi probabili ignorantia,ibid.

## §.XXXVI. Gloſ. I. Court.

783 VTrùm ex noſtra conſuetudine quæ ſimpliciter dicit annum retractus currere à die notificationis,intelligatur non currere ante eam notificationem.519.nu.2.& 3

## Gloſ. II.d.§. XXXVI. Notifiée au greffe.

784 QVia ex noſtra conſuetudine venditio debet notificari apud acta curiæ, vt currat tempus retractus,quid ſi emptor in ſua notificatione non declarauit verum pretium venditionis,ſed aliud maius, an tempus curret conſanguineo,520.nu.1. 2.& 3

785 Vtrùm fieri poſsit per procuratorem, ibid.nu.4. & multis ſeq.

786 Vtrùm autem procurator teneatur oſtẽdere madatum,ibid.nu.4.& multis ſeq.

787 An huiuſmodi notificatio poſsit fieri per ſimplicem negotiorum geſtorem ſine mandato, ibi.

788 Et quid ſi quis emerit nomine alterius.an hanc ſuam emptionem poterit notificare etiam ſine mandato.522.num.11

789 Vtrùm ad id requiratur mandatum ſpeciale,ibi. nu.12.& ſeq.

790 Et an coniunctus pro coniuncto idipſum poſsit facere.523.nu.14

791 Et quid ſi is pro quo coniuncta perſona denũtiat,minor eſt,ibid.

792 Sed an is qui verè procurator eſt, mandatũ tamen non ſuſcepit, idque ignorat, an is poterit denuntiare,ibid.nu.15

793 Sed quid ſi quis eius rei faciendæ mandatũ habet, ſed id non exprimit, ſed ſimpliciter facit, ibid. num.16

794 Vtrùm autem ſecundus emptor poſsit hãc notificationem facere ſine mandato prioris.523.numero 17

795 An & alius dominus cuius tamen intereſt, ibid. num.18.& ſeq.

796 An verò & ij poſsint cogere emptorem vt faciat,524.num.21

797 Quid ſi emptor exhibuit domino ſuum contractum,& id quidem apud acta ſuę iuriſdictionis, an ſatis ſit vt dicatur hæc notificatio facta apud acta,& currat tempus conſanguineo.ibid.nu.22. & ſequen.

798 Sed quid ſi in lite quæ eſt inter emptorem & aliũ quempiam ſuper re vendita,ea venditio fuit allegata, & in actis redacta, an ſatis ſit vt currat tempus conſanguineo,ibid.nu.23

799 Quid ſi hęc notificatio facta non fuit,tamen cõſanguineus aliter de venditione certior factus eſt,525.nu.24.& multis ſeq.

800 Quid verò ſi ipſe præſens fuit venditioni. ibid. numero 27

801 Et quid ſi eius fuerit teſtis aut notarius, ibid.

802 Si ſtatutum loquens de retractu conſanguineorum præcipit obſeruari certam quandam formã circa notificationem contractus, & aliud ſtatutum iubet aliam quandam formam obſeruari etiam in notificatione alienationum bonorum pupilli, an ſi vendito fundo pupilli fuit obſeruata ea forma quæ tradita eſt ad notificationem illius,ſit etiam neceſſe obſeruari formam traditam ad notificationem quæ requiritur pro retractu. 526.nu.29

803 Quid ſi notificatio quæ hîc requiritur, ita facta ſit,vt ex ea non fuerit ſcientia conſanguinei plena,ibid.nu.30.& ſeq.

804 Et quid ſi emptor in ſua notificatione non fecerit mentionem pretij aut alterius clauſulæ vel principali, inſtrumenti,quæ habet multum momenti ad ſuadendum vel diſſuadendum retractum,527.nu.32

805 Et ſi hæc notificatio facta non fuerit,intra quod tempus admittetur cõſanguineus aduerſus emptorem 528.nu.36

806 Quid autem aduerſus tertium.ibid.

807 Si conſuetudo noſtra non ſtatuiſſet annum retractus incipere à notificatione,aut aliàs quo tẽpore annus curreret.529.in fi.nu.42

808 Quid ſi emptor notificauit notario actorum,qui id in actis non ſcripſit,an currat tempus,ibidem nu.43.& ſeq.

809 An in illo caſu notarius tenebitur emptori, vel conſanguineo in id quod intereſt,ibid.

810 Sed quid ſi id dolo & calliditate conſanguinei factum eſt, an tunc curret ei tempus. 531. numero 47

811 Sed & an cæteris quoque conſanguineis,qui dolum non admiſerunt,curret,ibid.

812 Si aliquis fundum comparauit non quidem titulo venditionis aut alio obnoxio retractui, & tamen eum apud acta notificauit, an poſtea poterit ſummouere conſanguineum venientem ad retractum, propterea quòd retractus non habet locum in eo contractu,ibid.nu.48.& ſeq.

813 Vtrùm hæc notificatio poſsit fieri diebus dominicis,aut aliis id genus.532.nu.54.& ſeq.

814 Et quia ſuprà quæſitum eſt, an ſcientia conſanguinei ſufficiat,vt ei currat tempus, quid ſi non eius fuit ſimplex ſcientia, ſed ei priuatim venditio fuit teſtatò denunciata, an tunc ſatis eſt ſine alia publica & actuaria denunciatione, ibidem numero 56

## Gloſ.III.d.§. XXXVI. De la iuriſdiction,&c.

815 SI plures res vno contractu & pretio acquiſitæ ſunt,quæ & ipſæ ſunt diuerſarum iuriſdictionum,an in omnibus debeat fieri notificatio 534.nu.



534.num.1

816 Et quid ſi ſit caſtrum aut domus cuius cæteræ res ſunt pertinentiæ, ſed diuerſarum tamen iuriſdictionũ, an ſatis ſit notificare in iuriſdictione ipſius caſtri vel domus,ibid.nu.4.& 5

817 Quid ſi maior pars rerum ſit in vna iuriſdictione.536.nu.6.& ſeq.

818 Vtrùm autem verum ſit,vt repellatur conſanguineus,quantùm ad res quæ ſunt in iuriſdictione, in qua notificatio facta eſt, ſi annus effluxerit, licet non quantùm ad alias.536.nu.13

819 Quid ſi venditus ſit annuus reditus generalis, an ſit facienda notificatio,ibid.num.14.& multis ſeq.

820 Et quid ſi conſuetudo ſtatuiſſet ſimpliciter notificationem fieri ſine adiectione iuriſdictionis rei venditæ, quo in loco tunc notificatio huius annui reditus fieri debuiſſet.536.nu.15

821 An neceſſe ſit hanc notificationem fieri in prima proximáque iuriſdictione,& an etiam in ſuperioribus poſsit fieri,ibid.nu.18.& ſeq.

822 Vtrùm autem debeat fieri in iuriſdictione loci, vnde tenetur in feudo,an in quo ſita eſt.537.nu. 20.& ſeq.

823 Quid ſi dubitetur, cuius iuriſdictionis ſit res vendita quia fortè eſt in confinio duarum iuriſdictionum,aut aliter,quid tunc agendũ eſt.539. numero 28

## Finis primi Tituli.

824 SI emptor conuentus eſt ab alio vendicante rem venditam,& interim conſanguineus venit ad retractum, an illum poterit emptor ſummouere ob id quòd res eſt litigioſa.539.nume.1. & ſequen.

825 Vtrùm ſi teſtator mandauit hæredi domum vẽdere Titio,habeat locum retractus in venditione,quæ ob id ſecuta eſt, ibid.nume.3. & multis ſequen.

826 Si ex ſtatuto alii ſuccedunt in bonis mobilibus, alij in immobilibus & emptor intra annum retractus moriatur relicta re ſubiecta retractui, qui in ea re ſuccedant,an hæredes mobilium,an immobilium.541.nu.10.& ſeq.

827 Quid autem ſi conſanguineus eam rem retrahat,ibidem.

828 Si conſanguineus in ius vocarit emptorem recuſantem eum admittere,& tandẽ obtinuit,fuitq; emptor condemnatus eam rem reddere conſanguineo,reſtituto pretio. Poſtea autem conſanguineus ea ſententia vti nolit,an emptor poterit eum cogere ad reſtituendum pretium re ceſſa. 544.nu.24.& multis ſeq.

829 Si poſt oblationem res perierit,an conſanguineus cogatur perſiſtere in oblatione.545 nu.31

830 Intra quod tempus conſanguineus qui ſententiam contra emptorem obtinuit, debet offerre pretium poſt ipſam ſententiam. 546.numero 32. & ſequen.

831 Quid ſi cõtractus non erat ſubiectus retractui, tamen acquirens admiſit conſanguineum ad retractum,an pœnitere poſsit, dicens non teneri. ibid.nu.36.& ſeq.

832 Et quid ſi tantùm verbo agnouit,nec tamẽ pretium recepit.547.nu.37

833 Vtrùm tempus quo emptor poſſedit rem, accedat conſanguineo retrahenti ad præſcriptionem eius rei,ibid.nu.38

834 Si vnus conſanguineorum teſtatò conuenit aliũ conſanguineum proximiorem vt retraheret rem venditam, qui reſpondet nolle ſe retrahere, an nihilominus poſtea poterit retrahere, & ita repellere illum monitorem,ibid.nu.39.& ſeq.

835 Emptor à quo retrahitur, quam euictionem tenetur promittere,& præſtare.548.nu.42

836 Si minor vendidit rem immobilem ſine decreto, & conſanguineus eius retraxit, an ſi ipſe minor repoſcat rem ſuam,tenebitur emptor defendere conſanguineum,ibid.& multis ſeq.

837 Et quid ſi emptor allexit conſanguineum ad retrahendum.549.nu.50

838 Quid verò ſi & ipſe emptor erat minor,550. nu. 51.& ſeq.

839 Quid ſi aliter contractus primus venditionis eſt vitioſus,quia fortè vſurarius,aut aliter reprobatus.551.nu.58

840 Titius vendidit Sempronio decem aureos annui vectigalis ſibi competentis ſuper domum Caij pretio centum aureorum, Sempronius poſtea vendit dimidiam partem huius vectigalis pretio quadraginta aureorum tantùm, conſanguineus Titij conuenit Sempronium,petítque admitti ad retractum totius vectigalis. Hic ſe dimidiam partem vendidiſſe dixit xl.aureis, ſeq; paratum alteram partem ei cedere reſtitutis lx. aureis, Conſanguineus autem dicit ſe non teneri reſtituere pro ea dimidia parte, niſi etiam dimidiam partem pretij,quid iuris.551.nu.59.& ſeq.

841 Venetiis conſuetudo eſt retractus, à qua tamen eximuntur Veneti,quibus licet ſua bona immobilia liberè vendere ſine onere retractus. Vtrùm hæc exceptio comprehendit Triuiſanos,552.numero 61

842 Quia ex multis conſuetudinibus Galliæ ſi res emptæ ſint in diuerſis iuriſdictionibus,omnes iudices ſunt adeundi. Quid igitur ſi in eis locis aut etiam apud nos(nam & id fieri poteſt)conſanguineus poſt oblationem non admiſſam facit citari emptorem in duabus iuriſdictionibus, in quibus ſitæ ſunt res venditæ,proximis vtriuſque aſsiſiis: & primis alterius non comparet, & annus interim labitur:alterius autem comparet, anno iam lapſo:an recipiendus ſit ad res omnes vel ſaltem ad eas quæ ſunt huius iuriſdictionis, in qua nunc comparet,an ad neutras,552. num. 62.& ſeq.

843 Si fundus emptus ſit in marchia communi Pictauiæ & Britanniæ, & conſanguineus non offert intra breuius tempus ſtatutum retractui in Britannia,an à toto retractu excludatur. 553.numero 66

844 Si domus empta durante anno retractus, culpa emptoris periit,ante oblationem conſanguinei, an teneatur ad æſtimationẽ ſiue intereſſe ipſius conſanguinei.ibid.nu.67,& ſeq.

845 Quid ſi poſt oblationem,ibid.

Quid autem hoc caſu, ſi non ſua culpa periit, ibidem.

846 Sed vtrùm hoc itẽ caſu cùm ſcilicet domus empta periit,poſsit conſanguineus venire ad retractum areæ.554.nu.72.& ſeq.

847 Et ſi venire poſsit, an teneatur ſoluere integrũ pretium venditionis, an tantùm pro rata areæ, 555.nu.76.& ſeq.

848 An oblatio poſsit fieri die dominico aut alio honori Dei conſecrato,ibid.nu.78

849 Vtrum & citatio quæ fit in cauſa retractus,ibid. nu.79.& ſeq.

850 Vtrum denique interpellatio quæ fieri debet ex noſtra conſuetudine in ipſa oblatione retractus. 556.nu.81.in fi.

851 Vtrum & hæc citatio in templo fieri poſsit,ibid. numero 82

852 Quid de oblatione.ibid.nu.83

853 Sed an & hęc fieri poſsit in loco quopiam inho-

neſto.ibid.nu.84.& ſeq.
854 Si controuerſia ſit inter cõſanguineum & eum qui ab eo conuenitur ſuper retractu, quòd conſanguineus ipſe dicat contractum venditionis fuiſſe factum,reus autem negat,an ſi teſtes conſanguinei dicant factam fuiſſe venditionem,ſed non recordati de pretio , ſatis eſt probatum ad obtinendum,ibid.nu.87 & ſeq.
855 Quid autem ſtatuendum ſit hoc caſu,de pretio. ibidem.
856 Vtrùm pater,mater & cæteri aſcendẽtes admittantur ad retractum rerum venditarum à filiis deſcendentibus 558.nu.92.& ſeq.
857 Si quis conſtitutus ſit procurator ad faciendum omnia,excepto vno,quod requirit ſpeciale mãdatum,an hic poterit huiuſmodi oblationem retractus facere.558.nu.94.& ſeq.
858 Sed vtrùm ſatis ſit,ſi datum ſit mandatum faciẽdi omnia,quæ mãdatum ſpeciale requirunt, aut etiam retrahendi omnia quæ vendita fuerunt aut erunt à conſanguineis ſine alia exceptione. 559.num.97
859 Si vẽditor promiſerit emptori de euictione quomodocunque res euincatur,an tenebitur re euicta per retractum conſanguineorum , ibid. numero 98
860 Si venditor dicat emptori extraneo & ignoranti rem non eſſe obnoxiam retractui,an ſic conſanguineus retrahat,tenebitur de euictione,ibidem numero 99
861 An filius qui rem patris viuentis vendidit,poterit eandem retrahere poſt mortem ipſius patris cuius hæres eſt,ibid.nu.100.& ſeq.
862 Si autem venditor ſucceſsit fratri aut alteri ſuo conſanguineo, qui poterat retrahere , an & ipſe tanquam hæres ipſius poterit.560. nume.103.& ſequen.
863 Si ante retractum conſanguinei res quæpiã quę in feudum vel emphyteuſim tenebatur à caſtro vendito cecidit in commiſſum ob non ſolutam penſionem vel aliàs , an ea ſit reſtituenda conſanguineo retrahenti, ibid.nu.106
864 Si emptor proprietatis poſtea emit commoditatem vſusfructus,vtrùm conſanguineus retrahens integram rem cum vſufructu retrahet.561 nu.112.& ſeq.
865 Et vtrùm tenebitur tunc refundere etiam pretiũ vſusfructus,ibid.
866 Quid verò ſi non emit vſumfructum,ſed is morte vſufructuarij extinctus eſt,ibid.
867 Vtrùm conſanguineus retrahens teneatur reſtituere emptori iura ſua cõfuſa in ſpecie ſiue ſubſtantia,an verò poſsit loco eorum pecuniam refundere.Et an hoc vltimo caſu ſufficiat,vt quod ſublatis oneribus deeſt iuſto pretio rei venditæ reſtituat,an verò etiam teneatur iuſtam horum æſtimationem refundere vltra pretium conuentum rei,562.nu.114
868 Si emptori à conſanguineo ſemel fuerit facta oblatio & requiſitio,qui incõtinenti fortè re infecta moritur,an iterum eius hæredi fieri debet, ibid,num.115
869 Si teſtator prohibuerit fundũ alienari,& ſi contra id factum fuerit,iuſſerit eum ad Titium trãſferri,& poſtea hæres eiuſdem vendiderit,an cõſanguinei admittentur ad retractum repulſo Titio,an contrà Titius repellet conſanguineos. ibid.nu.116.& ſeq.
870 An conſanguineus re euicta poſsit rectà agere de euictione contra primum venditorem. 562. numero 118
871 Si debitor annui reditus eo ſe liberet data pecunia,an ſit locus retractui,563.nume.119.& multis ſeq.
872 Vtrùm ſi mota ſit cauſa in materia retractus,res vendita efficiatur litigioſa, vt iam alienari non poſsit.563.nu.123
873 Vtrùm autem in id neceſſaria ſit litiſconteſtatio, ibidem.
874 Si in ſtatuto aut conſuetudine dictatur cõſanguineum admitti oblato pretio,an hæc verba faciãt condemnationem,ibid.nu.124
875 Et vtrùm id ius tranſeat ad hæredem nondum oblato pretio,ibid.

## Ex tit.II.§.I.Glo.VI.Ou ſes heritiers.

876 SI emptor deceſſerit relictis pluribus hæredibus,quorum vnus rem venditam in ſolidum tenet,& poſsidet,an & is ſolus in ſolidum poterit à conſanguineo conueniri.604.nu.41
877 Et ſi ſint duo emptores,an conſanguineus poterit alteri offerre pro ſua portione offerendo mediam partem.605.nu.45

## Glo.VII.d.§.I. Seront preferés.

878 QVis præferatur in retractu rei venditæ ſub pacto reuendendi,an venditor,an conſanguineus,ibid.nu.1.& ſeq. vſque ad 17
879 Contrahentes an poſsint facere pactum, ne conſanguineus admittatur ad retractum, aut tacitè ei præiudicare,ibid.nu.2.& 608.nu.18.& multis ſequen.
880 Quid autem ſi non fuit pactum appoſitum in contractu, ſed poſtea emptor reuendit venditori,an ipſe venditor repellet conſanguineum,ibi. nu.18.& quinque ſeq.
881 Quid ſi emptor tempus reuendendi prorogauerit poſt ipſum finitum.610.nu.24.& ſeq.
882 Quid ſi ante finitum.ibid.num. 26. & ſeq.vſque ad 40
883 Quid ſi in vltimo momento ipſius tẽporis. 613. numero 41
884 Quid verò ſi id momentum incidat in noctem, ibidem.
885 Sed an ſchedula emptoris de tempore pacti reuendẽdi faciet fidem in præiudicium ipſius cõſanguinei vt ſcilicet ei venditor præferatur,614. nume.43.& multis ſeq.
886 Et quid ſi ea ſchedula ſubſcripta ſit tribus teſtibus.ibid.nu.43
887 An verò ſufficiet trium fœminarum ſubſcriptio. 617.nu.58
888 Sed quid ſi procurator emptoris nomine ipſius eam ſchedulam confecerit,& appareat de mandato præcedente eius conficiendæ per ſcripturã publicam.614.nu.43.in fine.
889 Quid verò ſi ſtatim à principio ea ſchedula viſa fuit à tribus teſtibus peritis.616.nu.55
890 Quid autem ſi ex forma ſtatuti ea ſchedula obtinet vim publici inſtrumenti.617.nu.57
891 Quid item ſi ea ſchedula ſubſcripta ſit duobus teſtibus tantùm,ſed adſunt alia adminicula maioris momenti,quàm vnus teſtis,ibid.nu.59
892 Quid denique ſi nulla eius rei facta eſt ſchedula,ſed tribus teſtibus probatur confeſsio in id ipſum extra ius emiſſa.ibid.

## §.III.d. Tit.II.Glo. I. & vnica.

893 SI emptor durante tempore retractus proximitatis,& ante ipſum obligauit rem venditam, an ea per retractum tranſibit libera, an cum onere.640.nu.10.& ſeq.

Quid



894 Quid ſi emptor etiam interim alteri rem locauit,vtrùm cõſanguineus retrahens teneatur ſtare locationi.641.nu.13.& ſeq.
895 Et quid ſi huiuſmodi locatio facta fuerit in fraudem.642.nu.17.& ſeq.
896 Vtrùm emptor durante tempore retractus poſsit excidere arbores fructiferas,aut alias grandes. 643.nu.21.& ſeq.
897 Quid ſi etiam arbores ſint in fructu,quia ſcilicet incidi ſolent lignandi cauſa.645.nu.25
898 Quid ſi in eum locum alias emptor ſubſtituat, ibid.nu.26
899 Quid ſi fundus ex ea inciſione fiat fructuoſior, ibid.nu.27.& ſeq.
900 An emptor poſsit mutare formam rei venditæ, ibid.num.28
901 Quid ſi opus ſit huiuſmodi grandibus arboribus ad villæ emptæ refectionem,646.nu.29
902 Si emptor commiſerit feloniam ob quam res cadit in commiſſum , an id noceat conſanguineo volenti retrahere.ibid.nu.32

## §.IIII.d. Tit.II. Glo. VI. Conſigner.

903 AN ſi ex ſtatuto vel conſuetudine conſanguineus qui vult retrahere , debet conſignare pretium recuſante emptore,an ſatis ſit apparere de conſignatione ex cõfeſsione depoſitarij. 652. num.16.iunctis præcedentibus à nu.8
904 Et quid ſi cùm confeſsio depoſitarij appareat teſtibus,aut aliter fuiſſe depoſitum ſacculum in quo conſanguineus dicebat illud eſſe pretium. 653.nu.18.& ſeq.
905 Quid autem ſi deeſſet vnus nummus ex pretio in ea conſignatione.654.nu.23.& multis ſeq.
906 Sed quid ſi per errorem calculi id omiſſum fuerit non de induſtria.655.nu.29.& multis ſeq.

## Glo.VII.d.§.IIII.En main de cour.

907 AN apud iudicem poſsit fieri huiuſmodi cõſignatio.658.nu.1.& ſeq.
908 An apud alium & quem,ibid.nu.3
909 An alius cogi poſsit,ibid.
910 Et ſi quis ſponte id munus ſuſceperit,an & ſpõte poterit ſe abdicare.659.nu.5
911 An autem hic depoſitarius poterit petere aliquã mercedem,ibid.nu.6.& duob.ſeq.
912 Et ſi is ſit eccleſiaſticus, an poterit cogi à iudice ſeculari idipſum reſtituere,660.nu.9.& ſeq.
913 An poterit venditor eligere depoſitarium locupletem.660.nu.11
914 An ſatis ſit conſignare apud mercatorem idoneum,ſine iudicis autoritate,ibid.
915 An apud ædes ſacras id fieri poterit , ibidem & ſequen.
916 An ſubueniendum ſit mulieri,ruſtico, militi non conſignanti.661.nu.13.& ſeq.

## Glo.VIII.d.§.IIII.Ne ſeront pas,&c.

917 SI venditor non conſignauit,ideo retractu cecidit,an ſi ſit intra tempus,poterit iterum offerre & conſignare.663.nu.1.le j.

## Glo.IX.d.§.IIII. Reprenoit les choſes conſignées.

918 AN venditor qui depoſu it, poſsit depoſitum repetere,ibid.nu.1.le 2.

## Glo.X.eiuſdem §.IIII. Renoncer audit retraict.

919 SI venditor depoſitum repetit,an videatur renuntiare iuri redimendi.664.nu.1
920 Quid ſi depoſitio non erat neceſſaria,ibid.
921 Si emptor depoſitum recipiat , an videatur conſentire reuenditioni,ibid.nu.2
922 Et ſi minor intra tempora obtulit pretiũ, & depoſuit,& poſtea recuperauit , an poterit in integrum reſtitui,ibid.nu.3

## §.V.eiuſdem tit.II.Glo.II.Qui ſont eſcheus.

923 AN emptor ante redemptionem faciat fructus ſuos.665.nu.1
924 Et quid in foro conſcientiæ,ibid.in fi.
925 Quid ſi emptor ſit in mora reuendendi. ibidem numero 4
926 Et quid in pacto reſtituendi,ibid.
927 An litiſconteſtatio ſit neceſſaria,vt fructus reſtitui debeant,ibid.nu.5.& ſeq.
Quid autem in his ſtatutum eſt legibus Moſaicis,ibid.nu.6

## Glo.III.eiuſdem §.V.Que l'arrierage eſchoit.

928 VEnditor emens annuum reditum ex hoc pacto,an teneatur ſoluere reliquias præteritas,666.nu.1.le j.

## Glo.IIII.eiuſdem §.V. Pro rata temporis.

929 FRuctus pendentes tempore retractus quomodo diuidantur inter emptorem & conſanguineum.666.nu.1
930 An autem reliquiæ temporis proximè ſequẽtis ſint ſoluendæ.667.nu.7
931 Si non multò poſt venditionem conſanguineus retrahit, ita vt emptor nihil aut modicũ perceperit ex fructibus,cùm tamen multas impenſas fecerit gratia fructuum,an eas repetet.ibid.
932 Quid autem de ſemente facta ab emptore, ibid.
933 Si emptor ante retractum fundũ locauerat pro certa penſione ſoluenda certo tempore, & interim ante id tempus conſanguineus retrahit, quomodo hæc penſio diuidetur,an inſpecto tẽpore fructuum,an alio.668.nu.11
934 Quid ſi emptor emit rẽ fructibus pẽdentibus & maturis, ita vt cõtinuò poſt eos percipiat,& ſex menſibus poſt conſanguineus venit ad retractũ. An emptor vltra illos integros fructus quos in initio percepit,percipiet medietatem fructuum huius anni pro illis ſex menſibus,an non , 669. nu.12.& ſeq.
935 Si vendita eſt vinea fructibus iam maturis, impenſiſque in eam iam omnino à vẽditore factis, & conſanguineus veniat ad retractum ſequenti anno,& eadem tempeſtate fructibus etiam maturis,& omnibus impenſis eius anni omnino factis ab emptore.An ipſe emptor poſsit petere eas impenſas ſibi reſtitui.670.nu.17
936 Emptor qui percipit ipſos fructus nondum maturos,an eos,& quomodo reſtituere debet.ibid. numero 18
937 Sed quid ſi magis expediat eos immaturos tollere quàm maturos,ibid.nu.19
938 Quid ſi non in fraudem immaturos perceperit, nec incommodandi conſanguinei gratia, ſed vt ſibi proſit,quia neceſsitas cogebat,ibid.nu.20

Quid

939 Quid ſi vtraque cauſa,& vt ſibi proſit, & vt obſit conſanguineo,ibidem.
940 Quid verò ſi fructus maturitati adeò proximi erant, vt per eorum immaturam ſeparationem non inferatur minor reditus,aut vtilitas,ibid.
941 Si durante anno retractus ante tamen eum quis commiſit delictum in iuriſdictione rei venditæ cuius condemnatio poſt retractum ſequuta eſt. Quis conſequetur emolumentum condemnationis,An emptor, cuius tempore delictum eſt commiſſum,An conſanguineus cuius tempore lata eſt ſententia,671.nu.21.& ſeq.
942 Sed quid ſi ſententia lata fuit durante anno retractus,ſed exactio poſt retractum,cuius item ea erit.672.nu.26
943 Quid autem ſi durante eo anno & ante retractum quis fuit condemnatus ad pœnam pecuniariam,niſi ſi quid fecerit aut dederit intra aliquod tempus, quod cedit poſt retractum conſanguinei,& ille condemnatus illud non fecit aut dedit.Cuius erit ea pœna emptoris,an conſanguinei.672.nu.27
944 Si durante anno retractus, & ante ipſum quis emerit ſub conditione fundum, ex quo debentur laudimia domino rei ſubiectæ retractui, & conditio poſt retractum euenerit.Cui debentur laudimia, vtrùm emptori, an conſanguineo, ibidem.
945 Quid ſi emptor non coluit fundum anno retractus,quos fructus pro rata temporis diuidi debent inter eum & conſanguineum,ita vt nullus fructus inde percipi poſsit. An emptor tenebitur de huiuſmodi negligentia,ibid.nu.29
946 Quid verò ſi coluit,ſed intempeſtiuè,673. nu.30
947 Si ſylua cædua vendita ſit,quæ decimo quoque anno tantùm excidi ſolet, quo quidem anno ea à conſanguineo retrahitur, quomodo diuidetur fructus eius exciſionis,an conſiderata rata illius tantùm anni,an totius decennij,ibid.nu.31

Glo.V.eiuſdem §.V.
Par ſa main.

948 SI fundus retrahitur fructibus pendentibus, an emptor poſsit nihilominus ipſum retinere,donec perceperit fructus pendentes pro rata temporis.673.nu.1.le j.
949 Quid verò ſi tempore retractus fructus ſint maturi,ibidem.

Glo.VI.eius §.V.Suppoſé qu'il n'en ait iouy,&c.

950 VTrùm emptor qui diuidit fructus anni retractus cum conſanguineo, ſi turbetur in perceptione ſuę partis,an poſsit intentare interdictum, etiam ſi non poſſederit per annum & diem,ibid.nu.1.le ij.

Eiuſdem tit.II.§.VI.Glo.II.
Les loyaux couſtemens.

951 VTrùm emptor qui ſoluit præteritas reliquias,id eſt,*arrierages* vectigalium, cenſuũ, penſionum quibus fundus obnoxius eſt, eas repetit à conſanguineo retrahente.680.nu.20
952 Et ſi ipſe emptor ante retractum acquiſiuit fundo empto ſeruitutem.An à conſanguineo retrahente repetet pretium venditionis ipſius ſeruitutis.681.num.23

Eiuſdem tit.II.§.VIII.Glo.I.
Reparations neceſſaires.

953 QVæ aut quales impenſæ debent reſtitui à conſanguineo emptori.682.nu.1
954 An autem in illis impenſis, quæ reſtitui debent, deducẽdi ſunt fructus percepti ab emptore, ibi. numero 4
955 Et quid de impenſis quæ ad culturam & fructuũ perceptionem pertinent,ibid.
956 Quid ſi impenſæ ab emptore factæ adeò magnæ ſunt,vt conſanguineus ob earum magnitudinẽ non poſsit rem retrahere, ſi eas cogatur reddere,683.num.5
957 Si conſanguineus denunciauit emptori ne quas impenſas faceret,quia vult rem retrahere, ibid. in fine.
958 Emptor an poſsit è re vendita tollere eas impenſas,quas conſanguineus non tenetur reddere, ibid.numero 6
959 Et ſi poſsit tollere,an cõſanguineus poſsit ei offerendo tantum quanti valent, aut aliam æſtimationem impedire ne tollat, ibid.
960 Si emptor reſtituerit rem integram conſanguineo retrahenti ſine reſtitutione impenſarũ quas ipſe conſanguineus debebat ei reſtituere, an poterit emptor eas condicere.683.nu.7
961 Si emptor impenderit centum,& ob id fundus emptus melior factus ſit centum quinquaginta, vtrùm horum debet conſanguineus reſtituere, ibidem num.8
962 Quid verò ſi è contrario impenſæ ſunt centum quinquaginta, fundus autem melior ſit factus centum tantùm,vtrùm etiam horum reddet cõſanguineus,ibidem.
963 Si impenſæ quas conſanguineus, ſi extarent,teneretur reſtituere,perierunt ſine culpa emptoris, an eas nihilominus reſtituet,684.nu.10
964 Quid item ſi res ipſa in qua factæ ſunt, perierit, ibidem.
965 Si in quibuſdam ex rebus vendit is emptor fecit impenſas,in aliis non fecerit, vtrùm conſanguineus retrahens ſoluendo integrum pretium poſſit petere eas res,in quibus factę ſunt,donec impenſæ in cæteris factæ ſint liquidæ. ibid.nume. 11.& 12
696 Sed an offerens pretium pro rata earum rerum in quibus impenſæ factæ non ſunt, petens retractum earum tantùm,donec impenſæ cæterarum ſint liquidæ,audietur,ibid.
967 Vtrùm autem cùm impenſæ non ſunt liquidæ, admittetur conſanguineus offerens cautionem de reſtituendis impenſis, cùm liquidæ fuerunt, ibid.num.13
968 Si emptor fuerit condemnatus ſimpliciter facere ceſsionem conſanguineo ſine mentione impenſarum,an in executione ſententiæ de eis poteſt excipere,vt deducantur vel reſtituantur, ibi. numero 14
969 Vtrùm autem tertius emptor qui emit ab ipſo primo emptore, id quoque poſsit excipere, ibid. numero 15
970 An verò poterit emptor à quo res redimitur,imputare vel repetere impenſas à ſe factas pro immutatione formæ agri,ex qua reditus eſt melior, vt ſi in feudo viuens inſtituerit. ibidem numero 16
971 Sed quid ſi conſanguineus minus impendiſſet,ſi ipſe impendia feciſſet.685.nu.17
972 Quid item ſi impenſæ ſunt immoderatæ & inſolitæ, ibidem.
973 Sed quid ſi neceſſariæ non fuerint ex quo res vendita deterior facta ſit,an tenebitur refundere id quod intereſt emptori retrahenti,ibidem numero 18

Eiuſdem



Eiuſdem tit.II.Finis.

974 SI conſanguineus veniens ad retractum offerat & ſoluat pretium, & ei emptor rem tradat ſine alia ceſsione,an conſanguineus fiat dominus rei, faciatque fructus ſuos intelliges ex ſcriptis.699.nume.64.& multis ſeq. vſque ad 83
975 Si pendente tempore retractus fuit impoſita collecta, & ea nondum ſoluta res retrahatur, vter eam ſoluere debet,an emptor,an cõſanguineus. 705.num.85
676 Quid ſi venditum eſt molendinum, cuius mola aut alia eius inſtrumenta durante tempore retractus ſunt attrita, cum tempore venditionis noua eſſent,an emptor teneatur ea reddere ſarta tecta,ibid.nu.86
977 Si durante tempore retractus aliquid alluuione accreuit rei venditæ, quæ poſtea retrahitur, an illud incrementum ſit emptoris,an retrahentis. 706.num.92.& ſeq.
978 Quid de theſauro inuento in re vendita ante retractum,ibid.nu.98
979 Si quis cælebs rem emit,& adhuc durante tempore retractus vxorem duxit, & conſtante matrimonio conſanguineus venditoris facit oblationem,à qua tandem deſiſtit data ei ab emptore pecunia,an ob id efficiatur res cõmunis vxoris.722.nu.165.& ſeq.
980 Vtrùm autem debeatur gabella ex huiuſmodi conuentione.ibid.nu.168
981 Sed an ſaltem res erit communis pro rata pecuniæ ſolutæ conſanguineo, conſtante matrimonio,ibid.num.170

FINIS TABVLAE RETRACTVS MVNICIPALIS.

# TABVLA RETRACTVS CONVENTIONALIS EX TITVLO II. HVIVS VOLVMINIS.

1 RETRACTVS conuẽtionalis cur ſicdicatur.564.n.1
2 Vtrùm id pactũ quod vulgò de retrouendendo dicitur, poſsit etiam dici de reuendendo. ibid.
3 An de hoc pacto, an autẽ de alio loquatur l. ij. C. de pactis inter emptorem & venditor ibid.nu.2
4 Et an id pactum, & pactum de reſtituendo differant.ibid.& iterum 617.nu 60
5 Vtrùm id pactum approbetur de iure ciuili, 564. numero 2
6 An item de iure canonico.ibid.& ſeq.
7 An denique de iure diuino & in foro conſcientiæ, ibid.nu 3.& ſeq.
8 Vtrùm licet id pactum non improbetur, faciat tamen ad præſumptionem fraudis & ſimulationis eum aliis coniunctum,& cum quibus. ibid.
9 Sed vtrùm tantum in id habeat momenti, cùm ex interuallo ſit appoſitum,ac ſi in ipſo cõtractu. 566. nu.6.& multis ſeq.
10 Et an tunc omni ſuſpicione careat.666.nu.8
11 Et quid ſi ex modico quopiam interuallo appoſitũ ſit,ibidem.
12 Quid autem ſi ab initio actum ſit vt poneretur ex interuallo,ibid.nu.9
13 Quid verò ſi ſimplex promiſsio faciendi id pactum ſit facta in ipſo contractu,ibid.nu.10.& ſeq.
14 Sed & vtrùm ſi appoſitum ſit ſeorſum à contractu magis ſit ſuſpectum,quàm in ipſo contractu appoſitum.567.nu.12.& trib.ſeq.
15 Et quid ſi appoſitum ſit iuramẽtum, an ex hoc plus an minus præſumatur fraudis & ſimulationis.568. nu.16.& ſeq.
16 Vtrùm autem magnitudo ingens pretij cum hoc pacto concurrens faciat præſumi fraudem & ſimulationem,ſicut modicitas,ibid.nu.17.& ſeq.
17 Vtrùm propter huiuſmodi pactum reuendendi res minoris æſtimetur,& vendatur.Et vtrùm id conſiderãdum ſit in reputatione modicitatis pretij, cum ex ea arguitur fraus & ſimulatio.568.nu.20.& ſeq.
18 Quanto autem minoris æſtimanda eſt ob id pactum.d.numero 20
19 Sed vtrùm id procedat, etiam ſi tempus appoſitũ reuenditioni ſit tranſactum.570.nu.24
20 Pactum de reuendendo an faciat ceſſare remediũ l.ij.C.de reſcind.vendi.ibi.nu.25
21 Et an ſimpliciter probando pretium rei venditæ debeat actor obtinere in dicto remedio, cùm fuit id pactum appoſitum,ſi non probetur pretium rei venditæ cum eo pacto,ibid.
22 Vtrum autem cum pactum reuendendi non eſt in mera facultate venditoris ob id ipſum ſit res minoris æſtimanda.570.nu.26
23 Vtrum præſumptio fraudis & ſimulationis, quæ oritur ex hoc pacto cum aliis, tam facilè ſumatur in datione in ſolutum,quàm in vera venditione,ibid. num.27.& ſeq.
24 Vtrum pactum reuendendi non quidem ſimpliciter,ſed poſt certum aliquod tempus, magis præſumatur pignoratitius, & in fraudem vſurarum factus,571.nu.30
25 Vtrum autem omnino ob id pactum ſic appoſitum contractus ſit vſurarius,ibid.& 589.num.69. & ſeq.
26 Vtrum contractus cum hoc pacto factus magis præſumatur vſurarius,ſi ex eo pacto maius pretiũ ſit reſtituendum,quàm datum fuit.571.nu.31
27 Quid autem ſi è diuerſo minus pretium ſit reſtituendum,ibid.nu.32.& ſeq.
28 Quid ſi huiuſmodi pactum appoſitum ſit à muliere,ruſtico, aut milite, an & faciat ſimpliciter aut tam facilè præſumi contractum vſurarium, ibi.nu. 34.& ſeq.
29 Quomodo antiqui id pactum vocabant,572.nu. 39.& ſeq.

Eiuſdem Tit.II.§.I.Glo.I.Par celuy meſmes contract.

30 SI in contractu fuit promiſsio facta de reuendendo,an ab ea diſceſſum ſit ex eo, quòd inſtrumentum illius venditionis poſteà purè & ſimpliciter & ſine eius pacti mentione factum ſit. 573.nu.1. & 761.nu.21.& tribus ſeq.

Quid

31 Quid ſi in præfationibus eiuſdẽ contractus tantùm id dictum fuit.in iiſdem locis.
32 Quæ actiones ex hoc pacto oriantur. 574. numero 2.& 3

## Eiuſdem §.I.Glo. A tel temps.

33 SI huic pacto reuendendi nullum tempus ſit appoſitum intra quod tempus venditor admittetur.573.nu.1.le ij.& ſeq.
34 Et quid ſi emptor in alium rem tranſtulerit, an ſimili temporis ſpatio res ab eo vſucapietur,574 numero 3
35 Et an idẽ ſit ſi hic tertius ſit vniuerſalis emptor omnium bonorum,ibid.
36 Quid autem ſi primus ille emptor aliquo tempore poſſederit,& hic tertius alio, quantum tũc tempus requiritur,ibid.
37 Sed quid ſi dictum ſit vt venditor poſſit redimere ad tempus ſine alia declaratione temporis. 575.nu.4
38 An autem in hoc ſeruandus ſit mos regionis, ibid.nu.5
39 Quid verò ſi dictum ſit vt poſſit venditor redimere ſemper, perpetuò, quandocunque, toties quoties voluerit,aut aliis ſimilibus verbis, intra quod tempus debet venire.575.nume.6.& multis ſeq.
40 An autem valeat punctum expreſſum,vt ſemper & in infinitum poſſit redimere,ibi nu. 7. & ſeq.
41 Et quid ſi tale pactum ſit iuratum,ibid.
42 Quid verò ſi ſtatuto expreſſe caueatur,vt liceat venditori quandocunque redimere,an & licebit ſemper & ſine præfinitione temporis.d.numero in fin.
43 Sed an ſaltem ea facultas redimendi tollatur tẽpore immemoriali, aut centum annorum. 580. num.25.& duobus ſeq.
44 Quid autem de exceptione reuendendi,an & ea tollatur ſpatio triginta annorum.581.num. 31.& 642.nu.32
45 Quid verò ſi præter remedium pacti redimendi contractus dicatur vſurarius, an tunc agens ſubmouetur tempore,ibid.nu.33.& ſeq.
46 Quid ſi aliter reprobatus dicatur,vt ſi in pignore ſit appoſitũ pactum legis cõmiſſoriæ, 582.nu. 34.& ſeq.
47 Sed quid ſi emptor promiſit toties reuendere, quoties facultati redimendi præſcriptum fuerit, an tunc venditor excludetur tempore. 583. numero 39
48 Quid ſi conceſſa ſit ea facultas venditori, quãdiu viuet, an tunc ei facultati præſcribetur triginta annis,ibid.nu. 40
49 Quid autem ſi conceſſa ſit ad quadraginta vel quinquaginta annos,an & tũc præſcribetur triginta annis.ibidem.
50 Quid denique ſi ea facultas ita data ſit,vt venditor redimere poſſit poſt triginta annos. ibidem.
51 Vtrùm autem huic facultati redimendi præſcribatur triginta annis ipſo iure,an ope exceptionis,ibid num.41
52 Vtrùm emptor qui promiſit reuendere, id poſſit facere poſt triginta annos in præiudicium alterius,ibid.
53 An & in ſuum ipſius præiudicium,ibid.
54 An tempore tranſacto ſi pars non opponat, iudex poterit ſupplere,ibid.
55 Cùm tempus certum eſt præſtitutum huic pacto,an eo tranſacto poſſit venditor cogere emptorem,vt reuendat,ibid.nu.42.& multis ſeq.
56 An promiſsio reuẽdendi cenſeatur fieri ſub cõditione,ſi venditor voluerit redimere.585. num. 50.& 781.nu.102
57 Vtrùm qui non venit ad redimendum intra tẽpus huic rei appoſitum,cenſeatur ei renuntiare, 585.nu.51.& ſeq.
58 Quid ſi nondum tranſacto tempore præſtituto reuenditioni emptor dicat ſe admiſſurum venditorem quandocunque ei libuerit, an cogatur eum recipere eodem tempore tranſacto. 586. numero 54
59 Vtrùm ſi res fuit empta non iuſto pretio cum hoc pacto,poſſit tunc venditor agere ad reuenditionem poſt tempus reuenditioni præſtitutũ, ibid.nu.55
60 Sed vtrùm venditor tranſacto tempore reuenditionis,poterit ex aliqua iuſta cauſa reſtitui,ibi. numero 56.& multis ſeq.
61 Quid de minore ſiue is contraxerit, ſiue contrahenti ſucceſſerit,ibid.præſertim in princ.& iterum 587.nu.59
62 Quid de ignorante,in iiſdem locis.
63 Quid de milite,ibid.præſertim.nu.57
64 Quid de abſente reipublicæ cauſa,ibid.nu.59
65 Qui de impeditis,ibidem præſertim numero 58. & 60
66 Quid ſi venditor redimẽdi cauſa miſit pecunias per nuntium,qui ab hoſtibus vel latronibus captus eſt,& interim tempus tranſactum eſt, an ſaltem ex eo capite poſſit reſtitui, ibidem numero 60
67 Quid ſi emptor poſt tempus recepit pretium et oblatum nomine redemptionis, an cogetur reuendere.587.num. 61
68 Quid item ſi accedit pretium in id depoſitum à venditore,an etiam cogetur reuendere,ibid. Sed tunc an ſemper cogetur vel intra quod tẽpus,ibidem.
69 Sed quid ſi partem tantùm pretij acceperit, ibi.
70 Quid tamen ſi id ignoranter facit,588.num.63
71 Sed quid ſi non recepit pretium, ſed id petiit à venditore,ibid.nu.64
72 Et ſi eodem tempore tranſacto dicat emptor ſe recepturũ vẽditorem ad retrahendũ, intra quod tempus debeat venditor venire.ibid. nu.65
73 Et tunc an emptor poterit illi denuntiare, vt redimat intra duos menſes, vt tranſacto eo tempore liberetur,ibid.
74 Vtrum tempus appoſitum reuenditioni currat à tempore contractus an traditionis,ibidem numero 66
75 Vtrùm venditor poſſit redimere quocunque tẽpore intra tempus appoſitum reuenditioni, an verò vltimo tantùm anno,& denique vltimo tatùm die,ibid.nu.67.& ſeq.
76 Si pactum ſit, vt non niſi poſt aliquod tempus poſſit venditor redimere,an contractus ſit illicitus,589.num.69.& ſeq.
77 An autem id pactum magis ſit ſuſpectum,quàm ſi ſimpliciter vel intra aliquod tempus poſſit redimere.ibid.nu.72
78 Vtrùm valeat pactum redimendi poſt triginta annos,ibid.nu.71
79 Quid ſi pactum ſit vt poſt aliquod tempus emptor reuendat,an poſſit cogi ante illud tempus reuendere,590.nu.73

## Eiuſdem §.I.Glo. III.Et pour tel pris, &c.

80 SI in pacto reuenditionis nullum eſt ſtatutũ pretiũ,ſed ſimpliciter dictũ eſt, vt poſſit vẽditor retrahere,an intelligatur de pretio venditionis,an de iuſto pretio, an de eo quod ab alio reperiri poterit.590.nu.2
81 Et an aliàs interſit cùm reuenditioni appoſitũ eſt certum pretium,& cum nullum,ibid.
82 Si venditor agit aduerſus emptorem, vt ei reuẽdat offerens reſtituere quinquaginta ducatos, quia ita dicit fuiſſe conuentum, negat autem emptor.Teſtes venditoris deponunt emptorem promiſiſſe reuendere eodem pretio,quo venditio facta fuerat,vter obtinebit,ibid.nu.3

## Eiuſdem §.I.Glo.IIII.Celuy iour.

83 SI pactum eadem die initum ſit,quo contractus venditionis, an præſumatur factum incontinenti,ſiue eodem contextu,ibid.nu.1.le ij.

## Eiuſdem §.I. Gloſ.V.In limine contractus.

84 QVid autem ſi die ſequenti,ibidem numero 1.le iij.
85 Vtrùm id pactum quod ſtatim poſt contractum factum eſt,id eſt,die ipſa aut ſequenti cenſeatur ineſſe in ipſo contractu.ibid.& multis ſeq.vſque ad fi.eius glo.
86 Et an verè,an fictè ineſſe videatur.595. num.27. & ſequen.

## Eiuſdem §.I.Glo.VI.Ou ſes heritiers.

87 VTrùm hæredes venditoris admittantur ad redimendum ex hoc pacto redimendi,596 numero 1
88 Quid ſi de illis mentio facta non fuerit, ibid.
89 Quid autem ſi appoſita ſit dictio taxatiua,videlicet vt venditor tantùm poſſit redimere, an tamen & hæredes ipſius admittantur,ibid.nume. 2.& ſeq.vſque ad 12
90 Quid ſi dictum ſit,vt ipſe venditor, & non alius poſſit redimere,ibid.nu.3
91 An autem per huiuſmodi dictiones taxatiuas impediatur venditor,ne id ius alteri cedere poſſit.598.num.11.& ſeq.
92 Quid ſi hæ dictiones apponantur alteri quàm venditori,vt ſi dictum ſit, vt Titius ſolus poſſit retrahere rem à me tibi venditam,an tunc hęres ipſius Titij admittetur.ibid.nu.13
93 Quid autem ſi pactum reuendendi ita factũ ſit, vt venditor cùm voluerit ſiue cùm petierit, admittetur ad retractum,an tunc admittentur hęredes illius,ibid.nu.14
94 Quid verò ſi ita dictum ſit,Si petierit, ibid.
95 Quid item ſi dictum ſit, vt venditor arbitratu ſuo poſſit redimere,599.nu.16
96 Quid denique ſi dictum ſit, vt alius arbitratu ſuo poſſit redimere, an tunc ea facultas expiret morte illius, ita ſcilicet vt ad hæredes eius non tranſeat,ibid.
97 Sed quid ſi ita dictum ſit,ſi volet venditor, ibid.
98 Vtrùm autem hæres hæredis venditoris admittetur ad retrahendum ex facultate conceſſa ipſi venditori ſimpliciter, aut ipſi & ſuis hæredibus conceſſa,ibid.nu.17.& ſeq.vſque ad 25
99 Sed vtrùm non tantùm ſui hæredes,ſed & extranei quoque admittentur.602.nu.26
100 Vtrùm verò è diuerſo hæres emptoris æquè teneatur reuendere vi huius pacti,in quo nulla ſit eius mentio,ibid.nu 27
101 Et ſi hic hæres ſit minor,an poterit ſine decreto reuendere,ibid.nu. 28
102 Si emptor reliquit alteri vſumfructum rei,quam emit ſub hoc pacto,an hic vſufructuarius,an hęres emptoris, an vterque, ſit conueniendus ab emptore petente reuenditionem,ibid.nu.29
103 Sed vtrùm cùm huiuſmodi res reuenditur, vſufructuarius vtetur fruetur pretio rei, quod reſtitutum eſt,ibidem.
104 Quid ſi vnus ex pluribus hæredibus venditoris velit partem ſuam redimere, an ſit audiendus. 603.nu.30.& 31
105 Et vtrùm hic qui vult redimere partẽ ſuã, poſſit cogere cohæredem,vt & ſuam redimat, ibidem nume.32
106 Sed vtrùm vnus eorum poſſit totum redimere, totum pretium offerendo,ibid.nu.34
107 Et quid ſi hoc caſu cohæres id conſentiat,aut te pudiet,ibid.
108 Et ſi emptor vnum ad totum admiſit, an cohæres poterit poſtea eum qui totum redemit,cogere,vt ſuam ſibi partem reuendat.604.nu.37
109 An autem hic qui totum redimit teneatur ſatiſdare de dando partem ſocio,ſi velit,ibidem numero 38
110 Duo fratres vendiderunt domum ſitam Lutetiæ cum pacto reuendendi. Poſtea autem ita bona ſua diuidunt, vt omnia & ſingula Lutetiæ ſita, quæ ad eos pertinebant,alterius maneãt, an ius iſtud retrahendi huic ſoli conceſſum videtur, ibid.num.39
111 Duo in ſolidum vendunt alteri annuum reditũ cum hoc pacto. Poſtea emptor vnum eorũ pro media parte offerentem admittit, nunquid cenſeatur eum ab altera parte vi huius reditus liberaſſe,ibid.nu.40
112 Quid ſi emptor qui promiſit reuendere, decedit relictis pluribus hæredibus, quorum vnus tantùm poſſidet rem ita venditam,an ille totum teneatur reuendere,an verò pro portione hęreditaria.ibid.nu.41.& ſeq.
113 Actio quæ competit ad reuenditionem, an ſit bonæ fidei,an verò ſtricti iuris,605.nu.42
114 Sed quid ſi omnes hæredes communiter poſſident rem venditam ſub hoc pacto, an quilibet in ſolidum conueniri poſſit,vt reuendat,ibidem numero 44
115 Quid ſi is,qui ſolus poſſidet, dicit ſe poſſidere nomine communi,ibid.
116 Si vnus vendidit duobus cum hoc pacto, an is poterit alterum emptorem cogere, vt reuendat partem ſuam.605.nu. 45

## Eiuſdem §.I.Glo.VII.Seront preferés.

117 QVis præferatur in retractu rei venditæ cũ hoc pacto,an venditor,an conſanguineus venditoris,605.nu.1.& multis ſeq.
118 Vtrùm contractus vi huius pacti reſoluatur ipſo iure,an non,606.nu.3.& ſeq
119 Vtrùm venditor qui cum hoc pacto vẽdidit,poſſit à quocunque rem auocare.ibid.nu.6. & multis ſeq.& 638.nu.1
120 Vtrùm id pactum rem efficiat.606.nu.7
121 Vtrùm impediat alienationem,ibid.
122 Vtrùm autem ei competat rei vendicatio. in iiſdem locis.
123 Quid ſi id pactum verbis directis factum fuerit, an tunc ipſo iure reſoluetur venditio, & poterit res à tertio vendicari.608.nu.14.15.& 16
124 Et ſi id pactum fuerit factum ex interuallo non in ipſo contractu, an tunc venditor præferetur conſanguineo,ibid.nu.18.& multis ſeq.
125 Et quid ſi antequam oblatum fuerit pretium à conſanguineo, venditor ex interuallo redemit nullo alio præcedente pacto.609.nu.23
126 Et ſi tẽpus reuendẽdi intra aliquod tempus fuit in ipſo contractu appoſitum,an liceat emptori id tempus,quod iam tranſiit,prorogare ſiue renouare in præiudicium conſanguinei,vt ſcilicet venditor veniens intra tẽpus prorogatũ,ei præfe

ratur.610.nu.24.& 25

127 An verò antequam id tempus tranſierit, poſsit ipſum prorogare in aliud tempus, etiam in pręiudicium conſanguinei, ibid.num.26.& ſeq.vſque ad 41

128 Et ſi id poſsit facere, an ſatis erit eam prorogationem fieri in vltimo momento prioris temporis.613.nu.41.& ſeq.

129 Et quid ſi id momentum incidat in tempus noctis.614.nu.42

130 Vtrùm autem credatur ſchedulæ emptoris de tempore pacti reuendendi, ſine alia probatione, in præiudicium conſanguinei, qui negat id pactum factum eadem die aut ſequenti. Ideóque ſe eſſe præferendum venditori, ibid.nu.43.& multis ſeq.vſque ad 54

131 Quid ſi ea ſchedula habeat ſubſcriptionem triũ virorum.614.nu.43

132 An autem ſufficiant fœminæ.617.nu.58

133 Sed an ei credatur in præiudicium ipſius emptoris.615.nu.49

134 Quid autẽ ſi procurator emptoris nomine ipſius eam ſchedulam fecerit continentem id pactum, & appareat de mandato præcedente de ea conficiẽda, per ſcripturam publicam, an ſaltem tunc ea ſchedula faciet fidem.614.nu.43

135 Sed quid ſi à principio ea emptoris ſchedula viſa fuit à tribus teſtibus literatis, qui idipſum teſtificentur.616.nu.55.& ſeq.

136 Quid item ſi ex forma ſtatuti ea ſchedula habeat vim inſtrumenti publici.617.nu.57

137 Quid verò ſi ea ſchedula ſubſcripta ſit duobus tantùm teſtibus ſed adſunt alia adminicula maioris ponderis, quàm ſit vnus teſtis, ibidem numero 59

138 Quid denique ſi nulla ſit facta ſchedula, ſed tribus teſtibus probatur confeſsio in id extra ius emiſſa, ibid.

139 Quid verò ſi ſint duo tantùm teſtes, ibid.

140 Vtrùm emptor qui promiſit reuendere, præcisè teneatur tradere, an verò liberetur præſtando intereſſe, ibid.nu.60

## Eiuſdem tit.II.§.II.Gloſ. I. & vnica.

141 VTrùm pendẽte tempore quod præſtitutum eſt reuenditioni, poſsit interim conſanguineus retrahere.618.nu.1

142 Sed vtrùm pendente eo tempore curret conſanguineo tempus retrahendi, ſtante noſtra conſuetudine, ibid.nu.2.3.& 618.nu.4

143 Et ſi conſuetudo noſtra id non declaraſſet, quid dicendum eſſet de iure communi, 619.num.5.& multis ſeq.vſque ad 83

144 An id pactũ impediat ne emptor alteri interim poſsit vendere. 625.nu.35.& 628.nu.52.& 706.num.1.

145 Vtrùm pendente tempore huiuſce pacti, ſit emptor dominus, nécne.624.nu.34.& ſeq.

146 Vtrùm venditio facta cum hoc pacto ſit pura, an verò conditionalis.633.nu.72.& ſeq.

147 An verò ſub conditione reſoluatur. ibidem numero 74

148 Et quid ſi pactum redimendi fuerit adiectũ conditionaliter, an tunc currat tempus retractus proximitatis à tempore venditionis an tempore pacti finiti.635.nu.77

149 Si fuerit venditus annuus reditus cum hoc pacto, & ſi non fuerit redemptus intra tempus pacti, talis fundus datur in ſolutum, an tunc fundus habendus ſit, ac ſi fuiſſet venditus ab initio, currat tempus eius redimendi à tempore contractus.636.nu.85

150 Quid ſi dictũ fuerit expreſsè quòd ex nũc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, fundus ille traditur in ſolutum, ſi ille annuus reditus non fuerit redemptus intra aliquod tempus, an tunc ſtatim currat idem tempus, ibid.

## Eiuſdem tit. II. §. III. Gloſ. I. & vnica.

151 AN pactum redimendi poſt oblationem à venditore factam impediat alienationem rei in alteram.706.nu.2

152 Si in venditione facta cum hoc pacto fuerit appoſita hypotheca bonorum, an tunc non valebit alienatio eius rei facta in tertium, quin ab eo auocari poſsit per venditorem, etiam ſtante ea opinione quæ tenet huiuſmodi pactum non obſtringere tertium, ibid.nu.2.3.4.& 707.nu.5

153 Et quid ſi ſola hypotheca appoſita fuerit ſine pacto non alienandi.d.nu.5

154 Quid autem ſi hypotheca fuerit omiſſa à notario inſtrumento publico, ibid.nu.6

155 An autem hoc caſu requiratur ſpecialis hypotheca, an verò ſufficiat generalis omnium bonorum, ibid.num.8

156 Vtrùm emptor promittens reuendere venditori cenſeatur rem ipſam in id pignorare, ibid.nu.9. & alio loco ibi citato.

157 Si emptor qui rem emit cum hoc pacto eam interim obligauit alteri, vel ſuper eã impoſuit ſeruitutem, an res poſtea tranſeat in venditorem redimentem cum illa hypotheca, an libera.708.nu.10.11.& 12 & 709.nu.13

158 Quid ſi alteri locauit, an venditor qui redemit teneatur ſtare huic locationi, ibid.numero 13. & ſequen.

159 Quid autem ſi ea locatio fuerit facta in fraudẽ.643 nu.17.& trib.ſeq.

160 Si quis vendit fundum cum hoc pacto, ea lege, vt ipſe venditor eum alteri non venderet, tamen antequàm retrahat, vendit alteri, an eum poſtea venientem ad retractum poſsit emptor ſummouere ob id quòd pacto non ſteterit. 643. numero 20

161 Et quid ſi venditor poſtquam in caſu præcedenti alteri vendidit, poſtea redimit, vtrùm nihilominus obſtabit ei dicta exceptio.644. nu.22

162 Vtrùm emptor durante tempore reuenditionis poſsit arbores fructiferas aut alias grandes ſuccidere.645.nu.23.& ſeq.

163 Et quid ſi huiuſmodi grandes arbores ſint in fructu, vt quæ ſolent excidi gratia lignandi.713.numero 25

164 Quid ſi loco exciſarum alias ſubſtituat.ibidem num.26

165 Quid ſi fundus ex inciſione earum fiat fructuoſior, ibid.nu.26.& ſeq.

166 Quid ſi his grandibus arboribus opus ſit ad villæ refectionem, 640.nu.29

167 Quid ſi aliàs ſylua incędua eſſet inutilis emptori.ibid.nu.30

168 An hic emptor poſsit occidere feras viuariorum venditorum.545.nu.23

169 Emptor an poſsit durante hoc pacto formam rei venditæ mutare, ſaltem reddendo meliorem. ibid.nu.28

170 Si emptor durante hoc pacto noxiam commiſit, ob quam feudo priuatur, an id præiudicet venditori, vt redimere non poſsit.646.nu.32





## Eiuſdem tit.II.§.IIII.Gloſ.I. En cas de refus.

171 VEnditor qui vult retrahere ex huiuſmodi pacto, an debeat primo loco adire emptorẽ, an verò ſatis ſit adire iudicem.647.nu.1.le j.

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.II. Faire ſon offre.

172 VTrùm neceſſe ſit integrum pretium offerre, cum primùm fit oblatio, an verò ſatis eſt offerre nummum quempiam realiter, & offerre perficere integrum pretium, vt in contractu proximitatis, ibid.nu.1.le ij.

173 Si res vendita fuit centum ducatis, ea lege, vt venditor poſsit retrahere reſtitutis etiam ducatis, & interim vſus eorum à principe abolitus eſt, an poterit alia moneta vſualis eorũ loco offerri, ibid.num.2

174 An autem aliàs venditor poſsit offerre monetam non vſualem, ibid.

175 Sed & an monetam reprobam, ibid.

176 Et an denique monetam probam quidem illam, ſed non legitimi ponderis, ſaltẽ pro tanto, quanti valet, ibid.

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.III. De tout le ſort principal.

177 EMptor an teneatur reuendere non oblato prius pretio, ibid.nu.1. le iij.

## Eiuſdem §.IIII. des arrierages.

178 EMptor an teneatur ſortem recipere, & reuendere ſine vſuris ſiue reliquiis, ibid.nu.1. le iiij.

179 An verò & ſine eo quod intereſt.648.nu.2

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.V. Bailler adiournement.

180 COram quo iudice emptor conueniendus eſt pro reuenditione, ibid.nu.1.le j.

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.VI. Conſeigner

181 AN ſufficit venditori volenti retrahere ex hoc pacto, offerre pretium ſine conſignatione & depoſitione, ibid.num.1.& 2.& 648. & 649.nu.3.& 4

182 An in venditorem oblatione facta retransferatur dominium ipſo iure, ibid.num.3

183 Quia in ea conſuetudine dicitur, emptorem teneri ad reſtitutionem fructuum, vtrùm hæredes eius etiam tenebuntur reſtituere fructus, antequam eis fides facta fuerit de pacto reuenditionis, ibid.nu.5.6.& 7

184 Vtrùm ſatis ſit eum in cuius manibus depoſitio pretij debet fieri, confiteri ſe pretium recepiſſe in depoſitum, ſi aliter non conſtat de numeratione.649.nu.8.& ſeq.vſque ad 16

185 Et quid ſi vltra confeſsionem depoſitarij aliter conſtet depoſitum fuiſſe marſupium, in quo venditor dicebat eſſe pretium.653.num.18.& ſeq.

186 Sed ſi in ea depoſitione deſit vnus nummus ex integro pretio, an vitiabitur depoſitio. 654. nu. 23.& multis ſeq.

187 Quid autem ſi omiſſus ſit is nummus nõ de induſtria, ſed errore calculi.655.nu.29 & ſeq.

188 Si pretium à venditore conſignatum & depoſitum periit, quia princeps idipſum accepit, aut aliter, cui periit, an ipſi venditori, an emptori.657. num.34

189 Sed vtrùm depoſitarius à quo princeps ipſe accepit, liberetur.557.nu.35

190 Quo autem tempore debet fieri hæc depoſitio, ibid.nu.36

191 Vtrùm ſufficiat oblationem & interpellationem in hoc caſu fieri ante tempus præſtitutum reuenditioni, etiam ſi citatio non fiat, ibid.nu.37

192 Vtrùm in hoc caſu pacti reuenditioni tempus cenſeatur appoſitum cauſa limitandæ obligationis, an verò offerendæ ſolutionis, ibid.

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.VII. En main de court.

193 VTrùm conſignatio & depoſitio, quæ hoc caſu & aliis requiritur, poſsit fieri apud iudicem, 658.nu.1.& 2

194 An & apud alium & quomodo, ibid.nu.3

195 Vtrùm autem alius poſsit cogi id munus accipere, ibid.nu.3.& 559.nu.4

196 Et ſi ſe ſpõte huic addixerit, an poſsit ſe propria autoritate eximere, ibid.nu.5

197 Vtrùm autem hic ſequeſter poſsit petere aliquã mercedem, ibid.nu.6

198 Et quid ſi is voluntarius fuerit, ibid.nu.7

199 Quid & ſi neceſſarius in aliquo damno verſetur, ibid.nu.8

200 An ſi hæc depoſitio fiat apud perſonam eccleſiaſticam, poterit illam iudex ſecularis cogere vt reſtituat, 660.nu.9.& 10

201 Si venditor ſponte & ſine iudicis autoritate depoſuit apud idoneum quempiam, vtrùm ea depoſitio valeat, ibid.nu.11

202 Vtrùm ſubueniatur ruſtico, mulieri, aut militi non conſignantibus, aut etiam conſignantibus non legitimè.661.nu.13.& ſeq.vſque ad fi.glo.

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.VIII. Ne ſeroit pas ſuffiſamment faite.

203 VEnditor ſi non conſignauit aut aliàs non fecit quod facere debuit, ob quod emptor abſolutus eſt, an poſsit venditor iterum offerre ſi ſit intra tempora præſtituta venditioni. 663. num.1.le j.

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.IX. Il reprenoit les choſes conſignées.

204 AN venditor qui conſignauit & depoſuit, poſsit exigere depoſitũ, ita vt depoſitarius ei denegare non poſsit, ibid.nu.1.le ij.

205 Quid ſi venditor non ſponte ſua depoſuit, ſed iubente iudice, ibid.nu.2

206 Quid ſi depoſitum factũ eſt de conſenſu vtriuſque partis, ibid.nu.3

## Eiuſdem §.IIII.Gloſ.X. Renoncer audit retraict.

207 AN ſi venditor repetierit depoſitum, cenſeatur renuntiare facultati redimẽdi.664.nu.1

208 Et è diuerſo ſi emptor receperit pretium depoſitum, an cenſeatur conſentire reuenditioni, & renuntiare omnibus ſuis exceptionibus, ibid.n.2

209 Et quid ſi partem tantùm receperit, ibid.

210 Et quid ſi ſit minor, an is reſtituetur, ne cadat retractu, ibid.nu.3

## Eiuſdem tit.II.§.V.Gloſ.II. Qui ſont eſcheus.

211 EMptor an ſuos faciat fructus perceptos ante redemptionem. 665. nu.1. & duobus ſeq.

212 Quæ autem ſit ratio vt eos lucretur, cùm ſecus ſit in pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, ibid.nu.2.& 3.

213 Et quid in foro conſcientiæ,& ſecundum Canoniſtas & Theologos,ibid.nu.1
214 Quid ſi emptor antè ſit in mora.ibid.nu.4
215 Quid autem intereſt quantùm ad id inter pactum reuendendi,& reſtituendi,ibid.
216 A quo tempore emptor hoc caſu debet reſtituere fructus,an oblationis, moræ, litiſconteſtationis,ibid.nu.4.& 5
217 Quid autem in his ſtatutum erat legibus Moſaicis,666.nu.6


## Eiuſdem §.V.Gloſ.III. Que l'arrierage eſchoit.


218 VEnditor qui redimit annuam penſionem à ſe venditam ex hoc pacto, an teneatur ſoluere reliquias proximè futuras.666.nu.1 le j.


## Eiuſdem §.V.Gloſ.IIII.Pro rata temporis.


219 FRuctus anni quo res redimitur ex hoc pacto, quomodo diuiditur inter emptorem & venditorem,ibid.nu.1.le ij.& multis ſeq.
220 Quid autem ſi non multò poſt venditionẽ venditor retrahit, ita vt emptor nihil aut modicum habeat ex fructibus, cum ipſe multas impenſas fecerit gratia culturæ & fructuum, an eas repetet.668.num.18
221 Et quid de ſemente facta ab emptore,ibid.
222 Vtrum autem è contrario venditor deducet aliquas impenſas,ibid.
223 Sed quid ſi emptor fundum locauerat pro certa penſione ſoluenda aliquo certo tempore, venditor autem redimit ante tempus deſtinatum ſolutioni penſionis. Quomodo diuidetur hæc penſio,an inſpecto tempore ſolutionis penſionis,an fructuum perceptorum.668.nu.11
224 Si tempore venditionis fructus ſunt pendentes & maturi, ideóque ſtatim poſt emptor eos percepit. Poſteà verò videlicet ſex menſibus poſt eam perceptionem venditor eum fundum redimit ex hoc pacto, vtrum emptor ex fructibus quoque huius anni currentis percipiet pro rata temporis,id eſt, ſex menſium,vt ſic pro ſex menſibus,quibus tantũ fuit dominus rei,habeat fructus integros vnius anni,& præterea medium alterius anni,669.nu.12.13.& 4.ſeq.
225 Si vendita eſt vinea fructibus iam maturis, omnibus impẽſis antè à venditore factis. Et ſequenti anno eadem tempeſtate ſcilicet fructibus maturis & omnibus eius anni impenſis ab emptore factis, vẽditor vi huius pacti venit ad retractum, an emptor poterit petere huiuſmodi impenſas ſibi reſtitui.670.nu.17
226 Si emptor percepit fructus non maturos,an eos reddere debeat, & quod tẽpus in hoc inſpiciendum ſit.670.nu.18
227 Quid autem ſi magis expedit domino eos fructus immaturos tollere, quàm maturos, ibidem numero 19
228 Quid etiam ſi id non fecit in fraudem,ſed vt ſibi proſit, aut quia fortè neceſsitas eum cogebat, ibid.num.20
229 Quid ſi id faciat, tam vt ſibi proſit, quàm vt obſit venditori,ibid.
230 Quid deniq; ſi fructus ſunt adeò proximi maturitati, vt per eorum ſeparationem non inferatur minor reditus vel vtilitas,ibid.
231 Dum emptor ſub hoc pacto poſsidet durante tempore facultatis, quis commiſit delictum ex quo poſtea reuenditione facta condemnatus eſt ad certam mulctam pecuniariam, cuius ea erit, an emptoris, an venditoris, ibid.nume.21.22.& 671.num.23.24.& 25
232 Quid autem ſi condemnatio facta fuerit ante tempus reuenditionis,ſed exactio poſt eum,672.num.26
233 Sed quid ſi quis ipſo tempore poſsidente,durante quoque facultate condemnatur in aliquam pœnã, niſi quid fecerit intra duos annos & ante hos duos annos vẽditor redimit,vtrùm illo condemnato illud non faciente pertineat pœna ad emptorem,an ad venditorem.672.nu.27
234 Si eo tempore quo emptor potitur re vendita ſub hoc pacto,aliquis ſub conditione emerit fundum ex quo debentur laudimia domino illius rei venditę,& poſt reuenditionem impleta fuerit conditio, cuius erunt ea laudimia, emptoris,an venditoris,ibid.
235 Si emptor non coluit fundum eo anno quo retrahitur, & fructus eius debent diuidi pro rata temporis, vt hîc dicitur, ideo nullus fructus eo anno percipi poſsit, vtrùm emptor tenebitur de huiuſmodi aut negligentia aut fraude, ibid.num.29
236 Quid ſi coluit,ſed intempeſtiuè,673.nu.30
237 Si in re vendita ſit ſylua cædua,quæ non niſi decimo quoque anno excidi ſolet, & in eo decimo anno fit reuenditio, quomodo æſtimabitur illa rata fructuum,an conſiderato illo tantùm anno an toto decennio,ibid.nu.31
238 Quia hîc dicitur fructus pendentes tempore oblationis & receptionis retractus eſſe diuidendos inter emptorem & venditorem pro rata tẽporis, ſi lis ſuper hac oblatione mota ſit,& emptor vincatur,an debeat condemnari ad fructus integros à tempore oblationis ſiue depoſitionis eius anni ſine deductione temporis præcedentis.673.num.32


## Eiuſdem §.V.Gloſ.V.Par ſa main.


239 SI venditor vi pacti redimendi fundum redimat,an emptor poſsit ipſum nihilominus retinere,donec fructus pro rata collegerit.673.nu.1.le j.
240 Et quid ſi tempore redemptionis fructus ſunt maturi,ibid.


## Eiuſdem §.V.Gloſ.VI. Suppoſé qu'il n'en ait iouy par an & par iour.


241 SI emptor à quo venditor vi huius pacti redemit, turbetur in perceptione fructuum eius anni pro ſua rata portione, an poſsit intentare interdictum, vti poſsidetis, etiam ſi per annum non poſſederit,ibid.nu.1.le j.


## Eiuſdem tit.II.§.VI.Gloſ.I. Le ſort & prix,&c.


242 AN venditor redimens teneatur reddere primum pretium,an aliud,674.nu.1.le j.


## Eiuſdem tit.II.§.VI.Gloſ.II. Les loyaux couſtemens.


243 VEnditor vi huius pacti redimens,an teneatur reſtituere emptori gabellam ab eo ſolutam propter contractum,ibid.nu.1.le ij.& ſeq.
244 An & laudimia,ibid.nu.3
245 An debeantur ex venditione facta cum hoc pacto ante tempus facultatis tranſactum, aut ſi intra ipſum fuit res redempta, ibid. & multis ſeq. vſque ad ſi.eius glo.
246 Vtrùm ſi emptor ſoluerit ea laudimia ex huiuſmodi emptione ita facta, teneatur venditor retrahens reſtituere,ibi.
247 Sed vtrùm etiam debeantur laudimia ex reuenditione, nedum ex priori venditione facta cum hoc pacto.d.nu.3.& ſeq.vſque ad 19
248 Si emptor ſoluit debita fiſcalia iam contracta ante venditionem,ſiue præteritas reliquias vectigalium,aut cenſuum,an venditor tenebitur eaſdem reſtituere,680.nu.21.
249 Vtrùm venditor retrahẽs teneatur reddere quod emptor dedit proxenetis,ibid.nu.20
250 Si ipſe emptor durante tempore reuenditionis & ante ipſam factam acquiſiuit ſeruitutem prædio ſibi vendito,an venditor retrahens teneatur reſtituere pretium eiuſdem.681.nu.22
251 Vtrùm venditor teneatur refundere impenſas inſtrumenti venditionis,ibid.nu.24
252 Et an non ſolùm ſumptus ipſius inſtrumenti, ſed & alios pro recuperatione eius impenſos, ibidem.
253 Vtrùm ſi in venditione facta cum pacto reuendendi dictum ſit, vt venditor retrahens teneatur reſtituere gabellam, laudimia, & alios ſumptus venditionis, ſit huiuſmodi venditio ob id magis ſuſpecta de vſura,ibid.nu.25




## Eiuſdem tit.II.§.VII.Gloſ.I. Reparations neceſſaires.


254 QVas & quales impenſas debet venditor retrahens reſtituere emptori. 682. num.1.& ſequen.
255 Et an has impenſas integras debet reſtituere ſine deductione fructuum ab emptore perceptorum.ibid.nu.4
256 Quid de impenſis quæ ad fructuum collectionem pertinent,an ſaltem deduci debeant,ibid.
257 Quid ſi eæ impenſæ, quas venditor debet aliàs reſtituere,ſunt adeò magnæ, vt ipſe cogatur ob magnitudinem earum rem ipſam relinquere, an nihilominus eas reddere debet, ſi velit redimere,683.nu.5
258 Si venditor denuntiarit emptori,ne quas omnino impenſas faciat, quia velit rem retrahere, vtrùm ſi nihilominus emptor fecerit,eas recuperabit,ibid.
259 Vtrùm emptor eas impenſas,quas repetere non poteſt,poſsit tollere,& quomodo,ibid.nu.6
260 An autem ſi poſsit tollere, poſsit etiam venditor tantum dare,quanti valent,aut quam aliam æſtimationem,ne tollat,ibid.
261 Si emptor reſtituerit rem integram, non deductis aut ſolutis impenſis, quæ deduci aut ſolui debebant ante reuenditionẽ, an poſsit eas poſtea repetere à venditore.683.nu.7.
262 Si emptor impenderit centum, fundus autem ob id melior factus centum quinquaginta, an venditor redimens teneatur reſtituere centum tantùm, an verò centum quinquaginta, ibidem num.8.& 9
263 Si è diuerſo emptor impenderit 150. & fundus factus eſt melior 100.tantùm,vtra æſtimatio reddi debet à venditore,ibid.
264 Si impenſæ quæ repeti potuiſſent periere ſine culpa emptoris, an & eæ nihilominus reſtitui debent,ibid.nu.10
265 Quid verò ſi res ipſa,in qua expenſæ factæ ſunt, periit,ibid.
266 Si plures res retrahantur à venditore quæ ſimul & vno pretio venditæ fuerant, & impenſæ in aliquibus tantum factæ ſunt, an emptor ſoluens integrum pretium poſsit petere res in quibus nullæ factæ ſunt, ſibi reuendi & reſtitui, donec impenſæ in cęteris factæ liquidæ fuerint.684.nu.11.& 12.
267 An verò offerens pretium pro rata earum rerum in quibus impenſæ factæ non ſunt,vt eæ ſibi reuendantur, interim dum impenſæ cæterarum ſint liquidæ,audietur,ibid.
268 Sed vtrùm cùm impenſæ non ſunt liquidæ, teneatur emptor rem reſtituere præſtita ſibi cautione de illis reſtituendis, cum liquidæ fuerint, 685. num.13
269 Quid ſi emptor fuerit ſimpliciter condenatus facere ceſsionem venditori,ſine mentione huiuſmodi impenſarum, an in executione ſententiæ poterit opponere de earum reſtitutione, ibidem num.14
270 Sed vtrùm tertius emptor, qui ſcilicet emit, idipſum quoque poterit facere,ibid.nu.15
271 Vtrùm autem venditor retrahens teneatur reddere impenſas ab emptore factas in inſtituendis vineis in fundo vendito, & ſic immutando formam agri,ibid.nu.16
272 Quid autẽ ſi venditor (ſi ipſe reparationes, quas vocant,feciſſet) minus impendiſſet.ibid.nu.17
273 Sed quid ſi impenſæ ipſę ſint immoderatę & inſolitæ,ibid.
274 Quid autem ſi emptor neceſſarias non fecerit, an vendens tenebitur id quod intereſt refundere retrahenti,ibid.nu.18


## Eiuſdem titu.II.Finis.


275 VTrùm minor aut tutor vel curator illius poſsit in re ab eis empta apponere ex interuallo pactum de reuendendo,685.nu.1
276 Et an filiuſfamilias ſine conſenſu patris,ibid.
277 Sed & an prælatus idipſum poſsit facere,ibid.
278 Vtrùm autem & ij in ipſo contractu poſsint apponere,ibid.nu.2.& multis ſeq.
279 Si quis emit nomine alterius cum pacto de reuendendo,an is cuius nomine emptio facta eſt, poteſt approbare contractum, reiecto eo pacto. 687.nu.7.cum multis ſeq.atque etiam præced.
280 Et ſi minor,tutor,curator, prælatus poſſunt apponere id pactum in contractu,an id tempus poterunt poſtea prorogare,cum fuerit tranſactum. 689.num.17
281 Et quid ſi nondum ſit tranſactum,ibid.
282 Quid è diuerſo ſi tutor,curator,prælatus,executor teſtamenti, aut alius adminiſtrator in caſu licito vendidit rem minoris, eccleſiæ, aut alterius,cum facultate redimendi,an ei poſtea poterit renuntiare,ibid.nu.19
283 Quid verò ſi ſine alia expreſſa renuntiatione patiatur tempus huius facultatis otioſe labi ſine redemptione,an ex eo fiat præiudicium minori,eccleſiæ,& cæteris huiuſmodi.ibid.nu.20
284 Quid ſi contrahentes in tractatu ſiue præfationibus venditionis locuti ſunt de apponenda huiuſmodi facultate retrahenda, ſed poſtea dum contractum perficiunt nihil de ea re dictum eſt, an ab ea videtur ab ipſis contrahentibus receſſum.690.nu.21
285 Sed quid ſi eo tempore quo contractus ipſe perfectus eſt, id pactum appoſitum eſt, ſed poſtea cum inſtrumentum conficitur, id omiſſum eſt, ibidem.
286 Si in contractu non fuit data facultas redimendi,ſed emptor promittit eam dare, an venditor poſsit primo loco agere ad reuenditionem vi illius promiſsionis, ac ſi ea facultas iam data fuiſſet.690.691.nu.25.& ſeq.vſque ad 60
287 Si inſtrumentum venditionis non loquitur de pacto reuendendi, quod dicitur fuiſſe factum in contractu, an admittentur teſtes ad id probandum, tanquam id non ſit contra, ſed præter inſtrumentum.699.nu.62

288 Vtrùm autem ſufficiant duo teſtes,ibid.
289 Vtrum id pactum probetur ex fama,ibidem numero 63
290 Vtrum ex coniecturis,& quibus,ibid.
291 Vtrum ex teſtibus ſingularibus.ibid.
292 Vtrum ex proxenetis,ibid.
293 Vtrum ex confeſsione extraiudiciali facta abſente parte,ibidem.
294 An in eo ſit locus iuramento in ſupplementum probationis, ibid.
295 Si intra tempus reuenditionis venditor reſtituit pretium,& emptor ei tradit prædium, nec tamé aliter reuendit,an ex his träſferatur dominium in venditorem,ita vt fructus acquirat, an verò ipſi fructus ab eo percepti pretium minuant, ibid.nu.64.& ſeq.vſque ad 83
296 Si pendente tempore reuenditionis collecta fuit impoſita,& poſtea fuit res redempta,ad qué pertinebit onus eius collectæ,ad venditorémne, an ad emptorem.705.nu.85
297 Si quis ſub hoc pacto vendidit molendinum, cuius mola cæteráque inſtrumenta tempore venditionis factæ noua erant, tamen durante tempore reuenditionis vſu attritæ ſunt, ita vt propè inutilia ſint, cum ſit reuenditio, vtrùm emptor qui reuendit, teneatur eadem ſarta tecta reddere,ibid.nu.86
298 Vtrùm bona recuperata ab hærede teſtatoris ex pacto reuenditionis appoſito in venditione facta ab ipſo teſtatore debeant reſtitui fideicommiſſario cui hæreditas reſtitui debet, ibid.numero 87
299 Et an ſi debet reſtituere,debeat etiam recuperare pretium redemptionis,ibid.nu.88
300 Titius vendit fundum Mæuio cum hoc pacto, deinde Mæuius dat eundem fundum in emphyteuſim ipſi Titio vẽditori, qui poſtea ceſſat trienio à ſolutione penſionis,ob idq; cadit emphyteuſi, vtrum etiam cadat facultate redimendi. 705.706.nũ.89.& 90
301 Creditor vendidit pignus ſub hoc pacto,an poterit debitor vi huius pacti redimere,ibidem numero 91
302 Si aliquid pendente tempore reuenditionis alluuione accreuit rei venditæ,& poſtea redempta eſt ex hoc pacto,cuius erit id augmentum, ibid. nu.92.& multis ſeq.
303 Et ſi theſaurus inuentus eſt ab emptore duräte eodem tempore, ad quem etiam pertinere debeat.707.nu.98
304 Titius agit contra Mæuium ad reuenditionem rei quam illi antea vẽdiderat cum pacto(vt ipſe dicit)reuendendi ſimpliciter,Mæuius etiam ſimpliciter negat id pactum, Titius probat non ita ſimpliciter, vt dicebat, ſed Mæuium promiſiſſe poſt triennium reuendere, quod quidem triennium nunc eſt tranſactum, vter eorum obtinebit.708.n.99.& ſeq.
305 Si venditor agens ad reuerenditionẽ dicat venditionem ea lege fuiſſe factam,vt ſibi liceret quãdocunque redimere,emptor autem negat ſimpliciter:tandem actor probat pactũ fuiſſe de triennio tantùm, an cùm id nondum tranſactum ſit, debeat obtinere.ibid.nu.101
306 Si ipſe venditor intendat promiſsionem reuendendi puram quidem,& ſimplicem,& probet de conditionali & poteſtatiua, an obtinere debeat, ibid.nu.102
307 Si venditione facta venditor promittit reſtituere pretium intra aliquod tempus,& emptor etiã reuerendere reſtituto illo pretio,an emptor poterit cogere emptorem vt pretium reſtituat, 709. numero 104
308 Quid verò ſi ſolus emptor promiſit reuerendere reſtituto pretio,vt frequenter ſit, an & hoc caſu emptor poterit etiam cogere venditorem, vt reſtituat pretium,ibid.
309 Si non ſtatim poſt venditionem emptor promiſit reuendere,venditor autem non promiſit redimere,vtrùm emptor poterit cogi reuẽdere,ibid. num.105.& multis ſeq.
301 Quid autem ſi ea promiſsio ſimplex fuit facta in ipſo contractu venditionis,709.nu.108
311 Et quid ſi cum nõ in ipſo cõtractu,ſed ex interuallo eſt appoſitum, tamen ſtipulatione eſt munitum,an ex eo agi poſsit,ibid.
312 Sed vtrum id pactum ita ex interuallo factum, ſi actionem non pariat, ſaltem exceptionem pariat,vt in venditione annui reditus, cuius reliquias emptor petit,venditor autem de huiuſmodi pacto excipit,710.nu.109
313 Vtrùm minor qui ſucceſsit patri,qui fundũ vendiderat cum hac facultate redimendi,poſsit eam facultatem vendere ſine decreto,ibid.nu.110
314 Fundus emptus ſub hoc pacto redimendi intra certum tempus an cenſeatur mobilis, an immobilis,710.nu.111.
315 Si factus eſt contractus venditionis ſimulatus,& in eo eſt appoſitum huiuſmodi pactum, an & id cenſeatur eſſe ſimulatum,ibid.nu.112.& ſeq.
316 Et ſi in inſtrumento venditionis ſimulatæ expreſſim appoſitum ſit id pactum, & teſtes deponant in eo contractu id pactum non interueniſſe, an de falſo puniri debent,ibid.
317 Vtrùm tempus quo poſſedit emptor qui emit ſub hoc pacto,proſit venditori,qui redemit, ad præſcriptionem,711.nu.114.& ſeq.
318 Aliquis conſtitutus procurator ad vendendum cum hoc pacto,poſtea vendit ſimpliciter ſine mẽtione eius pacti, an tamen cenſeatur vendidiſſe cum eo pacto.ibid.nu.116.& duob.ſeq.
319 Et quid ſi emptor ignorabat huiuſmodi mandatum fuiſſe,an ei noceat,ibid.nu.118
320 An item domino,ibid.
321 Titius emit à Mæuio annuum reditum pecuniarium vel frumentarium ſuper omnia bona,eíque dat facultatem illius redimendi intra duos annos reſtituto pretio, & ne interim currant reliquiæ,venditor dat emptori percipiendos fructus cuiuſpiam fundi,& ſi venditor ipſe non redimat intra illud tempus, relinquit emptori eum fundum in ſolutum & aſsignationem illius reditus, vtrùm iſte contractus ſit licitus,712.num. 120.& multis ſeq.
322 Sed vtrùm hic contractus ſit pignoris,an venditionis,713.nu.125.& duob.ſeq.
323 Quid ſi appareat id pactum redimendi appoſitum fuiſſe fauore & rogatu venditoris,non aliàs vendere volentis.715.nu.134
324 Quid ſi ab initio mutuata ſit pecunia ſimpliciter, poſtea verò ex interuallo cum debitor non poſſet eam reddere,facit huiuſmodi contractum cum creditore,an tũc ſit prohibitus,ibid.nu.136
325 Quid ſi pecunia fuit ſimpliciter mutuata, & ex interuallo conuerſa in emptionem annui reditus.716.numo.137
326 Quid autem ſi dictum ſit, vt is fundus maneat in ſolutum emptori pro iuſto pretio, ſi reditus non fuerit redemptus intra tempus,ibid.nu. 138
327 Sed quid ſi ſimpliciter dictum ſit,vt non redempto reditu fundus ſit emptoris,ibid.nu.139
328 Et quid ſi dictum ſit vt non redempta re fundus maneat emptoris pro maiori pretio,ibid.
329 Aut ſi durante tempore facultatis is fundus non relinquitur loco reliquiarum,ibid.nu.140
330 Sed quid ſi is fundus generaliter tantùm eſt pignoratus,ibid.141.
331 Aut denique ſi fundus tunc non venditur, aut datur in ſolutum,ſed tantùm ſit promiſsio de eo vendendo pro eo pretio,ſi id reſtitutũ non fuerit intra tempus ſtatutum.716.nu.140.& ſeq.
332 Si annuum vectigal ſit emptum iuſto pretio, & in ſolutum & aſsignationẽ ipſius relictus ſit fundus, niſi id pretium reſtitueretur intra tempus facultatis redimẽdi,qui quidẽ fundus multò pluris valet, quàm illud vectigal aut pretium, quod pro eo datum eſt, ita vt non ſit iuſtum pretium reſpectu fundi. An ea modicitas vitiabit totum contractum,an tantùm illam aſsignationem ſiue dationem in ſolutum,an & vectigal ipſum, ibid. num.717.& ſeq.
333 Titius emit à Sempronio fundum aureos centum,& in eodem inſtrumento,aut etiam ſeparatim dat venditori facultatem redimendi intra aliquod tempus,& ſi non fecerit,promittit ei dare xxx.pro ſupplemento iuſti pretij, an talis contractus ſit licitus.718.nu.148
334 An illa clauſula ſupplendi tollat vitiũ legis commiſſoriæ,ibid.
335 Quid ſi in venditione dictum ſit,quòd ſi venditor retrahat intra tempus facultatis, nihilominus emptor percipiet mediam, aut aliam portionem fructuum eius anni quo fiet redẽptio. 718. numero 149
336 Quid autem poterit facere emptor qui huiuſmodi contractus reprobatos fecit vt eos reformet, & ſe in futurum liberet onere & periculo computandorum fructuum,ibid.nu.150.& ſeq.
337 Si ſtatutũ eſt in quibuſdam locis, vt in datione inſolutum facta à iudice cogatur emptor reuendere debitori reſtituto pretio. An & id habebit locum in datione voluntaria.719.nu.154
338 An vaſallus vel emphyteuta qui vendit cum hoc pacto,& vi illius redimit,excuſetur,ne cadat feudo vel emphyteuſi,ib d.num.720.& ſeq.
339 Quid ſi pactum ita fuerit factum,vt emptor incontinenti teneatur reuendere,ibid.nu.157
340 Vtrùm venditor qui redemit vi huius pacti,debeat facere homagium domino feudi,licet ante venditionem feciſſet.ibid.nu.158
341 Si tu mihi fundum vendideris ea lege,vt ſi lis ſuper eo mihi moueretur, tu eam defenderes, atq; in te ſuſciperes ſub certa pœna,& ego poſtea vẽdo alteri eundem feudum,eum pacto reuendẽdi iſque ſecundus emptor litem ab alio motam tibi denuntiat,tu tamen defendere negligis,& res euicta eſt. An ego potero agere aduerſus te ad eam pœnam,præſertim antequàm fuerim condemnatus de euictione erga illum meum emptorem,721.num.159
342 Si vaſallus domino conſentiente feudum vendiderit cum pacto reuendendi,an ipſe vaſallus vẽditor poſsit id pactum emptori remittere ſine conſenſu domini,ibid.nu.160
343 Si vaſallus vt in præcedenti quæſtione vendiderit, & ſine conſenſu domini promiſerit emptori re reuendita nulli alteri ſe venditurũ niſi eidem. An id eum,aut ſuos heredes,& ad quid obliget, ibi.nu.161
344 Si in venditione id actũ fuerit,vt venditor poſsit redimere rem venditã intra annũ continuũ computandum à die,qua poſt triennium emptor denunciauerit venditori,vt redimat,& poſtea moritur emptor nulla denũtiatione facta,an & intra quod tempus poterit venditor redimere ab hærede emptoris,ibid.nu.162
345 Si venditio ita facta fuerit,vt ſi emptor intra certum aliquod tempus non ſoluat pretium, poſsit venditor quandocunque retrahere, & emptor intra id tẽpus non ſoluerit,tamen ab eo venditor pretium ſibi ſolui petiit. Vtrùm ſibi in iure retrahendi præiudicauit.721.nu.163
346 Si quis cælebs domum vendit cum pacto redimendi intra certum tempus,& poſteà matrimonio mancipatus redimit intra id tempus, vtrùm ea domus erit communis viri & vxoris ex ſtatuto quod facit virum & vxorem communes in bonis mobilibus & acquæſtibus factis durante matrimonio,ibid.nu.164
347 Titius cælebs emit domum cum hoc pacto redimendi intra aliquod tempus,& poſtea is matrimonio mancipatus emit id ius redimendi à venditore,an ea res cenſebitur communis ipſius Titij & ſuæ vxoris vi conſuetudinis quæ communes facit coniuges in acquæſtibus factis durante matrimonio,722.nu.165.& ſeq.
348 Vtrùm autem per huiuſmodi emptionem receſſum ſit à priori venditione,ibid.
349 Vtrùm itẽ gabella debeatur ex priori an ex poſteriori,ibid.nu.167
350 Vtrum denique ſit opus noua præſcriptione. 722.723.nu.170
351 Sed vtrùm ſaltem pro rata pretij ſoluti conſtante matrimonio res erit communis,ibid.
352 Si hæres mariti vxor eius viduæ aſsignauerit quædam bona feudalia vtenda fruenda vſque ad certum tempus, ita tamen vt ei liceat intra id tẽpus ea redimere reſtituendo dotem, & ſi id non fecerit, ea ſint mulieris, quis hic contractus ſit. Et ſi hæres intra tempus dotem non reſtituat,an nihilominus poterit ea bona repetere,& fructus in ſortem computare,723.nu.171
353 Si venditione facta cũ hoc pacto redimendi intra certum tempus emptor interim moriatur, & relinquat vſumfructum venditori,& poſt eius mortem proprietatem alteri, & venditor durante adhuc tempore redimendi reddat pretium hęredibus emptoris. Vtrùm ille alter cui legata eſt proprietas, poſsit cogere venditorem tanquam vſufructuarium,vt caueat,ibid.nu.172
354 Vtrùm autẽ iſte proprietarius poſsit ab hæredibus emptoris repetere pretium redemptionis, & quando,ibid.
355 Si lis mouetur, vt emptor condemnetur reuendere ex hoc pacto reuendendi,an res efficiatur litigioſa, ita vt lite pendente alienari non poſsit, ibid.num.173
356 Si quis vendiderit rem alteri hypothecatam con ſentiente creditore,cum hoc pacto redimendi,& poſtea redimat, an ſaluum maneat ius pignoris creditori,ibid.nu.174
357 Vtrum primogenitus ſuccedat in facultate redimendi appoſita in contractu venditionis in illdẽ portionibus, quibus ſucceſsiſſet in re vendita, ſi vendita non fuiſſet,ibid.nu.175
358 Sed an cæteri hæredes teneantur refundere pretium huius redẽptionis pro virili, an aliter, ibid.
359 Sed econtrario ſi res empta cum pacto reuendi tionis reuendita fuerit vi huius pacti,vtrùm primogenitus eandem portionem habebit in pretio,quam in re habuiſſet, ſi redempta nõ fuiſſet, ibid.nu.724.& ſeq.
360 Vaſallus vendit feudum Titio,deinde dominus eidem vendit fundum dominans cum hoc pacto, & hic poſtea redimit, an ius laudimiorum vel prælationis, quod cõpetebat domino ex priori venditione feudi ſeruientis, maneat integrum domino qui redemit,ibi.nu.178.
361 Si emptor cum hoc pacto litigauit ſuper quibuſdam iuribus rei emptæ non laudato venditore,

eo tamen ſciente & patiente, an ſententia aduerſus emptorem lata præiudicabit venditori poſtea retrahenti, ibid.nu.179

362 Si quis emit fundum nomine alterius, & ex interuallo ante tamen ratificationem illius cuius nomine facta eſt emptio, eundem fundum promittit venditori reuendere, an ſecuta ratificatione teneatur is, cuius nomine facta eſt emptio ex illa promiſsione, ibid.nu.180

363 Vtrùm interdictum quod vi aut clam, & alia id genus remedia competant ei qui ſub hoc pacto reuendendi emit, ibid.nu.181

364 Si controuerſia ſit inter emptorem & venditorem, an interuenerit promiſsio reuendendi, & teſtes venditoris dicant promiſsionem factam fuiſſe, nec deponant de quantitate pretij, an ſatis ſit, vt venditor obtineat, ibid.nu.182

*His annectendas duximus alias quæſtiones ad hunc retractum conuentionalem pertinentes erutas è primo titulo retractus Municipalis ex ordine eiuſdem tituli primi.*

### Tit.I.§.I.Glo. VII. Ou autres choſes cenſées pour immeubles.

365 SI vſufructuarius emerit proprietatem cum pacto de reuendendo, an reuenditione facta emptor recuperet vſumfructum, an verò ipſum perdat, 67.nu.62.

### Eiuſdem tit.I.§.I. Glo. XII. Venir par deuers l'acheteur.

366 VTrùm venditor qui vult retrahere, teneatur ſuo periculo deferre pretium ad domũ emptoris.200.nu.2

367 Quid autem ſi ſemel detulerat, ſed emptor recuſauit, & in ius vocatus victus eſt, ideo iterũ venditor defert, & à latronibus ſpoliatur, cuius id erit periculo, ibid.

### Eiuſdem tit.I.Glo.XIII. L'acheteur.

368 SI emptor ſit pupillus, aut etiam emptor mortuus reliquit pupillum, infantem, minorem, furioſum hæredẽ, quomodo iſti ſunt conueniendi.204.nu.14.& ſeq.vſque ad 25

369 Vtrùm autem interim currit tempus præſtitutũ reuenditioni, ipſi venditori.205.nu.21

370 Et ſi pupillus citetur ſine autoritate tutoris, an tunc ſaltem id tempus interrumpatur, ibid.

371 Vtrùm autem ne currat, adeũdus ſit iudex, ibid.

372 An verò ſatis ſit offerre tutoribus vel curatoribus, ibid.nu.22.& ſeq.

373 Et ſi ipſis pupillis vel adultis oblatio facta ſit, cum autoritate tutorum vel curatorum, & cum his lis fuerit conteſtata, an poſtea ſoli tutores vel curatores poterunt adeſſe iudicio, vt ſit ſatis eoſdem citari ad productionem teſtium & alia id genus, 206.nu.24

374 Vtrùm è diuerſo pupillus vel adultus ſine tutore vel curatore poſsint offerre emptori, ibid.numero 25.& ſeq.

375 Et ſi ſint plures tutores vel curatores infantiũ, adultorum, furioſorum, an ſatis ſit vni offerre. 206.num.27

376 Sed quid ſi tutela vel curatela in multos tutores vel curatores per prouincias vel aliàs ſit diuiſa, ibidem.

377 Quid item ſi quis verus tutor ſit, non tamen gerit tutelam, an hic poſsit facere oblationem retractus, & an ei fieri, ibid.

378 Quid verò ſi plures ſint emptores, an ſatis ſit vni offerre, 207.nu.28.& ſeq.

379 An ſatis ſit offerre procuratori ſpeciali, vel generali cum libera.207.nu.31

580 An procuratori ad lites etiam cum libera, ibid. num.33

381 Et an coniunctæ perſonæ.208.nu.34

382 Et an prælato capituli, aut alterius vniuerſitatis, vel ſyndico, ibid.nu.36

### Eiuſdem tit.I.§.I.Glo.XVIII. Le prix que la choſe. &c.

383 SI cum hoc pacto fuerit res vedita certo pretio, ita vt quod pluris res valet, donet vendens emptori, vtrum venditor redimens teneatur ſoluere illud certum pretium tantùm, an & pretium illius pluris valoris, vel quid aliud ſit dicendum.242.nu.11.& multis ſeq.

384 Quid ſi è diuerſo is qui emit, donat eodem contractu quidpiam venditori, an ipſe venditor redimens ex hoc pacto teneatur etiam reddere id quod ita donatum eſt.244.nu.19.& multis ſeq.

385 Si pretium aureorum ſit auctum, aut minutum poſt venditionem, cuius temporis valor inſpiciendus eſt, venditioníſne, an retractus. 245.numero 26

386 Quid autem ſi pretium non ſit diminutum vel auctum, tamen aurei bonitate intrinſeca facti ſunt deteriores.246.nu.27.

387 Vtrùm autem venditor volens redimere poſsit inuito venditore reſtituere monetam argẽteam pro aurea, aut etiam argenteam, ſed non eiuſdẽ formæ.247.nu.30.& ſeq.

388 Si emptor vltra pretium emptionis mutuauit venditori certam ſummam, an & venditor redimens teneatur eandem ſoluere, antequam emptor eum recipiat ad retractum.254.num. 69.& 3.ſeq.

389 Quid ſi res vendita ſit decem libris ſimpliciter ſine adiectione Pariſienſium vel Turonẽſium, & venditor offerat Turonenſes, emptor petat Pariſienſes.255.nu.73.& ſeq.

390 Et ſi conſuetudo regionis ſpectanda ſit, an regionis contractus, an eius, in qua res ſita eſt. 256. num.75

### Eiuſdem tit.I.§.III.Gloſ.III.A payer,

391 VTrùm audiatur venditor qui vult retrahere, ſi velit compenſare debitum quodpiam cum pretio.282.nu.1

392 An verò debeat id declarare ante tempus præſtitutũ reſtitutioni pretij, ne cadat retractu. 284. num.8.& ſeq.

393 Vtrùm autem ob id adeundus ſit iudex, an verò & extra iudicium id opponi poſsit, ibi.nu.10

394 Et ſi continuò probare non poſsit debitum, intra quod tempus id facere debet, 285.nu.11.& 12

395 Et an audiatur, ſi velit deferre iuramentum emptori, & quomodo, d.nu.12

396 Vtrùm autem non tantùm proprium venditoris debitoris, ſed alterius creditoris emptoris, à quo ius & ceſsionem habuit, compenſare poteſt.ibid. num.13

### Eiuſdem tit.I.§.IX.Gloſ.vltima.

397 VTrùm emptor volens redimere ex pacto reuendendi poſsit ſuam oblationem facere apud acta iudicis, eandémque notificari facere emptori.340.nu.1.& multis ſeq.

398 An & poſsit primo loco offerre procuratori emptoris.342.nu.7

399 Et quid ſi emptor abeſt, ibid.nu.8

400 An autem abſente domino ſit primùm facienda procuratori, an ad domum emptoris, ibid.nu.9



401 Quid verò ſi fiat procuratori emptoris, ipſo emptore non ignorante, ibid.nu.10

402 Et quid ſi ipſe procurator præſente & non contradicente emptore admittat venditorem offerentem.342.nu.11.& multis ſeq.

403 Et ſi emptor, nec domicilium nec procuratorem habeat, & vbinam terrarum degat, ignoretur, vtrùm ſatis ſit adire iudicem, 344.nu.19

404 Et an tunc neceſſe ſit eum adire, ibid.nu.18

405 Et ſi nec emptor, nec iudex reperitur, an ſit neceſſe idipſum teſtatò proteſtari, ibid.

406 Et ſi neceſſe ſit, vtrùm ſæpius id faciendum ſit. 344.num.22

407 Et ſi emptor poſtea comparet, an neceſſe ſit oblationem facere, & quomodo.345.nu.25

408 Quid autẽ ſi tempus redimendi interim lapſum eſt, ibid.nu.26

409 Et quid ſi emptor deceſſerit relicta hæreditate iacente, nec eſt aliquis, qui eam adire velit, 346. num.27

### Eiuſdem tit.I.§.XI.Gloſ.X.Tous y doiuent eſtre receus pro rata.

410 SI alter ex venditoribus qui ſub hoc pacto redimendi vendiderant, alteri mãdauit, vt fundum retraheret, mox ipſe mandans altero ignorante retraxit, & interim tempus redemptioni præſtitutum præterierit, vtrùm is qui redemit tenebitur communicare rem reſtituto pro dimidia parte pretio.369.nu.6

### Eiuſdem tit.I.§.XII.Gloſ.I.Tranſporter la choſe à autre.

411 SI emptor ante oblationem ſibi factam à venditore cui promiſerat reuendere reſtituto ſibi pretio, alteri vendidit, nec id declarauit venditori offerenti, nec tamen illum admiſit, ſed paſſus eſt ſe in ius vocari, & tandem victus eſt, an ſententia poterit mandari executioni contra illum tertium emptorem, an verò debet de integro conueniri.390.nu.28

### Eiuſdem tit.I.§.XV. Puis la litiſconteſtation.

412 FRuctus à quo tempore debent reſtitui in hoc retractu conuentionali, vtrùm oblationis an moræ, an litis conteſtatæ.395.nu.15 & ſeq.

413 Quid ſi venditor qui litem intentauerat, ceſſauit integrum triennium, ibid.nu.17

### Eiuſdem tit.I.§.XIX.Gloſ.II. Ne ſeroit pas commun.

414 SI emphyteuſis fuit vendita cum pacto reuendendi, & ea poſtea vi illius pacti fuerit redẽpta, vtrùm nihilominus venditor excidet emphyteuſi.399.nu.1

415 In quibus etiam locis reperies, quid ſi incontinenti redimatur.

416 Vtrùm autem & res ſic redempta cenſeatur acquæſtus, an patrimonium, 400.nu.4.& 5

### Eiuſdem tit.I.§.XXXIII.Gloſ.I. Il ne ſera receu.

417 REdimendi facultas ex hoc pacto an conſiſtit in dando, an in faciendo, an in vtroque ſimul.407.nu.7

418 Si res à duobus fuerit vendita cum pacto reuẽdendi, vtrùm vnus venditorum poſsit pro ſua parte redimere, ibid.

419 Quid ſi è diuerſo vnus vẽdidit duobus cum eodem pacto, an poſsit ab altero eorum partem ipſius redimere.412.nu.31

420 Vtrùm emptor qui promiſit reuendere teneatur ad tradendum, an ad reſtituendum illa. 409.nu. 16.& 605.nu.42.& 44

421 Reuendere an indiuiduum ſit.608.nu.16

### Eiuſdem tit.I.§.XXVI.Gloſ.II. Du conuentionel.

422 AN retractus conuentionalis alteri cedi poſſit.441.nu.1

423 Et quid ſi dictum ſit, vt ſolus venditor poſsit redimere, an tunc poterit cedere, ibid.nu.2

424 Si emptor dat facultatem retrahendi venditori, ob id quòd conuenientius ſit, vt & ipſe & filij eius recuperent rem venditam, quàm alij: cùm eadem ab antiquo ipſius fuerit, vtrùm tunc poterit alteri cedere hanc facultatem.445.nu.42

425 Quid autem ſi expreſſum ſit in pacto reuenditionis, vt venditor poſsit per ſe redimere, & non id ius alteri cedere, an id pactum valeat, & ſit ſeruandum.445.nu.43

426 Vtrùm hoc caſu ſi venditor alteri id ius vendiderit, teneatur, ſi velit ei tertio præferri, pretium reddere, ibid.

427 Quid autem ſi dictum ſit, ne venditor poſsit id ius redimendi alteri cedere, quin emptor præferatur, an & id pactum valeat, ibid.

428 Sed an hoc caſu impediatur alienatio in alium, ibidem.

429 Vtrùm autem & hoc caſu nõ tenebitur emptor pretium reſtituere alteri, cui venditor id ius vendidit, ſi ei vult præferri, ibid.

430 Vtrùm ceſsionario ſufficiat oblatio & interpellatio ſine oſtenſione inſtrumenti ceſsionis. 445. num.44

431 An autem debeat ei legere vel legendum præbere, & eius exemplum dimittere, ibid.

432 Et ſi venditor hanc facultatẽ in contractu venditionis appoſitam alteri extraneo donauerit, an donatarius præferetur conſanguineis, vt venditor præfertur ex alia conſuetudine, 446 nu.45

433 Quid autem ſi eam facultatem vendiderit, an tunc emptor illius præferatur conſanguineo, ibidem num.46

434 Et ſi non præferatur, an ſaltem teneatur conſanguineus reddere pretium facultatis, ibid.

### Eiuſdem tit.I.§.XXIX.Gloſ.IIII. Et autres ſemblables.

435 SI emptor non ſoluit gabellam, quæ ex contractu debetur, quia eſt priuilegiatus, an repetet à venditore retrahente, ac ſi ſoluiſſet.451. nu.2 & 3

436 An verò venditor retrahens, ſi non teneatur ſoluere emptori priuilegiato, quia ipſe non ſoluit, teneatur ſoluere domino, eod.nu.3

437 Quid autem ſi emptor ipſe priuilegiatus ſoluit, an repetet, & à quo, ibid.nu.4

438 Et quid ſi dominus remiſerit emptori vectigal, aut laudimia, an venditor retrahens tenetur emptori eadem ſoluere, ibid.num.5. & 452.numero 6.& 7

439 Et ſi ipſe emptor profert ſchedulam laudimiorũ ſolutorum, an teneatur iurare integra ſe ſoluiſſe, ibid.num.7

440 Si emptor ratione rei venditæ ſuſtinuit litem, & vicit, aut victus eſt, an repetet expenſas à venditore retrahente, ibid.nu.9

441 Quid ſi cùm caſtrum venditum eſſet vicinum hoſtibus tempore belli, emptor vt ipſum tueretur

tur quædam pro illius cuſtodia impendit, an repetet à venditore.453.nu.13

## Eiuſdem tit.I. Finis.

442 SI domus empta cum pacto reuendendi exuſta ſit culpa emptoris intra tempora reuenditionis, an tenebitur emptor venditori ad eius æſtimationem.553.nu.67.& ſeq.

443 Sed an in area domus exuſtæ,quæ fuerat vendita cum hoc pacto, habebit locum retractus conuentionalis.554.nu.71.& ſeq.

444 Vtrùm hic retractus poſsit fieri die dominico. 555.nu.77.& ſeq.

445 Vtrùm & citatio in cauſa huius retractus, ibid. num.78

446 An oblatio retractus conuentionalis poſsit fieri in templo.556 nu.81

447 Et quid de citatione,ibid.

448 An & fieri poſsit in lupanari, aut aliis inhoneſtis locis,556.nu 83 & ſeq.

449 Si poſt venditionem factam ſub hoc pacto durante tempore reuenditionis, & ante eam factā res quæpiam, quæ in feudum tenebatur à caſtro vendito cecidit in cōmiſſum,an ea ſit reſtituenda cum re ipſa, venditori redimenti. 560.nume. 105.& ſeq.

450 Si emptor proprietatis emit vſumfructum,& poſtea venditor qui eam proprietatem vendiderat ſub hoc pacto, vi illius redimat, an totam rem cum ipſo vſufructu retrahet.561.nu.111.& ſeq.

451 Et an tenebitur refundere pretium vſusfructus. ibidem.

452 Et quid ſi emptus non fuit vſusfructus, ſed morte vſufructuarij conſolidatus,ibid.

453 Vtrùm venditor retrahens teneatur emptori reſtituere iura ſua confuſa in ſpecie, vel ſubſtantia,an verò poſsit loco eorum pecuniam refundere,& an hoc vltimo caſu ſufficiat refundere id quod deeſt iuſto pretio rei venditæ, expunctis oneribus, an verò etiam teneatur iuſtam horum æſtimationem refundere vltra pretium conuentum rei. 562.nu.113

454 Si à venditore intra tempus ſemel fuerit facta oblatio & requiſitio emptori qui confeſtim moritur, an iterum fieri debet hæredi, ibidem numero 114

FINIS TABVLAE RETRACTVS CONVENTIONALIS.

# ALTERA TABVLA ALPHABETICA EADEMQVE GENERALIS

## OMNIVM RERVM ET MATERIARVM HIC TRACTATARVM.

A ET AB, dictiones diuidunt, diſtingunt, & ſeparant.193. num.51.& multis ſeq.
Eædem dictiones poſt ſignificant,194.nu.53
Ab actúne,an ab actus die ſtatuatur tempus, intereſt, ſecundum multos. Ibi enim dies actus comprehenditur hîc minimè. 189.nu.24.& 25.& 194.nu.55.& 56.ex quibus etiam locis videbis an id verum ſit.
Abbas innitens contractui facto à ſuo monacho, debet etiam ſtare confeſsioni contentæ in eo. 687. num.6
Abbatiſſa,dictio Hieronymi.396.nu.19
Abdicatio quid ſit.91.nu.46
Abhinc, dictio,diem ipſum comprehendit. 189.nu.23
Abolitio vna nō ſufficit pluribus accuſationibus.622 num.21
An autem pluribus bannis,ibid.
Abſens non reſtituitur ad lucrum odioſum. 505. nu.8
Abſentia ſi ex ſtatuto teneatur præſcriptione, intelligitur niſi cum ea iuncta ſit veriſimilis ignorantia. 507.num.1
Abſentia quæ iuſta ſit & digna excuſatione vel reſtitutione.ibid.num.2
Abſens quis dicatur aut præſens,ibid.
Abſentia an præſumatur,an contrà præſentia,ibid.
Abſentibúſne an minoribus magis faueatur in præſcriptionibus.517.nu.nu.46.& ſeq.
Abſolutio vna an ſufficit pluribus excommunicationibus.622.nu.21.& 631.nu.67
Abſtinere in ſuo hærede continet beneficium, in extraneo ius commune. Ideo illi renuntiare licet,huic non licet.545.nu.28
Abundans cautela nocet in actibus ſuſpectis.668.numero 17
Accenſus quis dicatur.184.nu.1
Acceptans contractum id debet facere cum omnibus ſuis pactis.686.nu.2
Acceptaſſe beneficium probare non ſufficit, niſi probetur id factum intra menſem.238.nu.8
Acceſsio feudi vel emphyteuſis reuerſæ ad dominum ad quem pertinet.706.nu.93
Acceſsio fit de venditore ad emptorem.119.nu.110
Acceſſorium non ſequitur naturam principalis, cùm diuerſa eſt ratio.252.nu.59
Ἀχαλιέ.264.nu.10
Accipere & confiteri non eadem ſunt.640.nu.11
Accreſcendi ius habet locum in venditionibus, non etiam in cæteris contractibus,& quare.403.nu.15
Acerbum ius,dicitur ſtrictum ius.501.nu.20
Acquirere rem qui non poteſt, nec eam ſtipulari poteſt.40.nu.52
Acquirere ſibi & aliis id quod illis aliis quærere non poteſt,ſibi tantùm quærit.108.nu.71
Acquæſtus an patrimonium cenſeatur, quod per in integrum reſtitutionem recuperamus.483.nu.56.& multis ſeq.vſque ad 70
Acquæſtus an patrimonium cenſeatur feudum vel emphyteuſis rediens ad dominum ex aliqua cauſa. 486.nu.72
Acquæſtus an patrimonium in dubio ſit fundus præſcriptus,ibid.nu.74.& ſeq.
Acquæſtus an patrimonium in dubio ſit,quid cenſendum.489.nu.91.& ſeq.
Acquiſitum non cenſetur, quod auferri poteſt. 623. num.28
Acta iudicialia temporibus & teſtibus probari poſſunt.302.num.1.le j.





Acta notorium faciunt.530.nu.44
Actio quod metus cauſa durat triginta annis aduerſus eum qui metum incuſsit, ſed aduerſus tertium, x.vel xx.annis tantum.162.nu.14
Actiones perſonales in rem ſcriptæ præſcribuntur longo tempore,ibid.
Actio etiam annalis litiſconteſtatione perpetuatur. 174.nu.76. Cuius autem temporis ſit iſta perpetuatio tam in præſcriptionibus iuris communis,quàm ſtatutariis,ibid.nu.77
Actio nondum conteſtata interrumpitur. 173. numero 74. vbi etiam videbis cuius temporis ſit iſta interruptio.
Actio merè perſonalis non poteſt intentari coram iudice rerum controuerſarum,ſed rei qui conuenitur. 309.nu.1.le iij.
Actio realis intentari poteſt coram iudice rei qui conuenitur, & rei quæ petitur, ibidem nume.3. & 311. num.9
Actio perſonalis in rem ſcripta etiam poteſt intentari coram alterutro eorum iudicum, ibid.nu.9
Actio item miſta,ibid.
Actio confeſſoria,vel quaſi, competit pro iure prælationis competente domino ad rem venditam. 310. num.4.
Actio confeſſoria competit contra quemcunque detentorem & turbatorem,ibid.
Actio perſonalis non ſequitur rem ſiue tertium poſſeſſorem,etiam ſi obligatio contracta ſit habito reſpectu ad rem,ibid.nu.6.& 7
Actio in rem ſcripta & actio miſta differunt. 311. numero.9
Actio hypothecaria an ſit perſonalis an realis, ibidem num.10.& 11
Actio hypothecaria intentari poteſt coram iudice rei qui conuenitur & rerum hypothecatarum, ibidem num.10
Actio hypothecaria, & pignoratitia quomodo differant,ibid.
Actio perſonalis ad rem immobilem competens an poſsit intentari coram iudice ipſius rei.312.nu.14
Actio ęſtimatur deducto eo quod communiter impeditur ad exactionem.310.nu.3
Actio iniuriarum an cedi poſsit.432.nu.50
Actio hypothecaria an cedi poſsit ſine perſonali. 435. 436.num.74
Actio omnis regulariter cedi poteſt.441.nu.2
Actio vtilis ceſſa cedi poteſt,ibid.nu 3
Actio directa legis Aquiliæ cedi poteſt.442.nu.12
Actiones omnes quæ ſoli domino competunt, cedi poſſunt,ibid.
Actio competens minori ad rem mobilem vel immobilem alternatiuè an cedi poſsit ſine decreto.543. num.22
Actio iudicati perpetua eſt, licet vetus eſſet temporalis.546.nu.33.
Actio minoris æſtimatur,quàm res ad quem ea competit.627.nu.48
Actio etiam habens executionem paratam cedi poteſt,ibid.
Actiones an inter mobilia an immobilia computentur.52.nu.1.& multis ſeq.
Actiones quanto tempore præſcribuntur,ibid.nu.2
Actiones competentes minoribus an ſine decreto poſſint alienari,ibid.nu.2.& 53.nu.7
Actiones competentes ciuitatibus an & quomodo alienari poſſunt,ibid.nu.2
Actiones quando ſunt diuiduæ,vel contrà.52.nu.3
Actionis cauſa certáne ſit an incerta,ibid.nu.3
Actionem modificat id quod in ea eſt,ibid.
Actiones aſſumunt naturam rei, pro qua competunt, ibidem.
Actiones non comprehenduntur in donatione, legato, publicatione, ſubſtitutione, nec alia quáuis diſpoſitione rerum mobilium & immobilium. 53.numero 9
Sed quomodo id intelligatur, videbis.57.nu. 20.& ſequen.
Actionum ſubſtantia inuiſibilis,incorporea,impalpabilis.55.nu.11
Actiones nullo loco circunſcribuntur,ibid.
Actiones non comprehenduntur in donatione bonorum exiſtentium in loco,ibid.
Sed quomodo id intelligatur.58.num.25.& 59.numero 30
Actiones veræ non poſsidentur.55.nu.12
Actiones directæ oſsibus ſunt affixæ,ibid.nu.13
Actiones confuſæ per aditionem hæreditatis an reſtituantur amiſſa hæreditate.69.nu.71
Actiones directæ tanquā oſsibus affixæ cedi non poſſunt.433.nu.58
Actiones ex delicto deſcendentes cedi poſſunt. 437. nu.84.& 442.nu.11
Actiones ex ſtatuto ſunt ſtricti iuris.497.nu.2
Actionis nomen etiam officium comprehendit & reſtitutionem in integrum & quoduis aliud remedium.515.nu.40
Actiones duæ oriuntur ex pacto incontinenti appoſito.574.nu.2.3
Actiones plures ad diuerſa competentes etiam contra diuerſos & ex diuerſis cauſis poſſunt ſimul agitari.631.nu.67
Actor qui in libello dominum ſe dicit, & poſtea probat ſe vſufructuarium, an obtinere debeat. 66.numero 55
Actor non tam facilè purgat moram quàm reus. 308 num.12
Actoris maior contumacia quàm rei,ibid.
Actor qui propoſuit actionem ineptam,& ideo ſuccubuit,poteſt ad aptam redire.315.nu.3
Actor petens rem quampiam,& ſuccubens,quia reus eam rem non poſsidet,poterit iterum agere,ſi reus poſsideat,ibid.nu.4
Actori non currit inſtantia,dum reus ſubterfugit.378. num.1
Actor contractu innitens debet ex parte ſua eum implere alias repellitur,645.nu.20
Actus cenſetur factus in eo loco, vbi fit ratificatio illius.172.nu.66
Item illius qui actui inutili robur dat,ibid.nu.67
Actus factus vi mandati præcedentis non retrotrahitur in præiudicium aliorum,ibidem numero 69. & duob ſeq.
Actus,in quo forma omiſſa eſt,non impedit,quin iterum agi poſsit cum obſeruatione formæ.316.nu.6 & 317.nu.8
Actus cenſetur ab eo factus,qui ratificat,nō ab eo,qui eius nomine fecit.453.nu.11
Actus iudicatur à principali intentione contrahentiū. 455.nu.2.& ſeq.
Actus iudicatur fauorabilis,aut odioſus ex principali intentione agentium.456.nu.5
Actus iudicatur ex eo quod præualet.457.nu.9
Actus iudicatur à digniori.459.nu.15
Actus præſumitur factus eius nomine ad quem negotium pertinet.521.nu.6
Actus dubij an in dubio ſint iudicandi ſecundum id quod nocet,an quod prodeſt.462. num.27.& 463. num.29.& 30
Actus cùm ſe habet ad prohibitum & permiſſum, in dubio eſt trahendus ad permiſſum.464.nu.34
Actus in dubio ita interpretandus eſt, vt agens non incidat in pœnam,ibid.
Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.524.nu.23
Actus quid ſit apud acta præſente actuario,ſed abſente iud

te iudice,non cenſetur iudiciarius.532.nu.54
Actus qui etiam fit coram iudice,ſed non in forma iudicij,non habet vim iudicij,ibid.nu.55
Actus etiã iudiciarij,ſed qui non requirunt cauſæ cognitionem. poſſunt fieri feſtis diebus,ibid.
Ad,dictio,ſítne excluſiua an incluſiua.196.nu.67
Ad,& in,an differant,ibid.nu.67
Adærare,quid.263 nu.8
Ad agnatos & gentiles deducere quid ſit.96.nu.17
Ad omnem petitionem,hęc verba an tollant præſcriptionem.166.nu.33
Ad hunc finem Ciceronis verba,ibid.nu 44
Addicere & dare in ſolutum quid differunt. 211. numero 8
Adeſſe propriè dicuntur aduocati.154.nu.267
Adeundi ius cedi non poteſt.432.nu.49
Adhærentes appellationi alterius, idipſum facere debent intra tempora appellandi.177.nu.89
Adiectio an priorem formam & ſubſtantiam immutet.722.nu.168.& ſeq.
Adire an non adire hæreditatem quis voluerit ex actibus indifferentibus,creditur illius,ſi viuit, aut hæredum illius iuramento.277.nu.4
Aditio vna an ſufficit pluribus ſucceſsionibus. 622. nu.21.& 630.nu.67
Adoptiui non ſuccedunt in Francia.84.nu.16
Adoptiui filij ſunt ficti filij,ibid.
Adulterinus nummus.264.nu.11
Adulteratores monetæ,ibid.
Adulter nummus,ibid.
Aduocatus ſi iuſtam cauſam foueat, poteſt decipere aduerſarium.22.nu.71
Aduocatio officium periculoſum.154.nu.267
Aduocatus ſi gratis patrocinatus eſt, non tenetur victus ſalarium illius victori reddere.242.nume.11.& ibid.nu.12
Aedificium poſitum in ſolo emphyteutico an cenſeatur emphyteuticum,& an cedat domino finita emphyteuſi.482.nu.53
Aedificium poſitum in fundo patrimoniali, an cenſeatur patrimoniale,ibid.
Aedificium factum in feudo an ſit feudale,ibidem numero 54
Aedificium à patre factum in fundo aduentitio filij, an cedat commodo ipſius filij ſolùm,an verò & fratrum,ibid.
Aedificium impoſitum rei legatæ an cedat legato,ibidem.
Aedificium ab vxore factum in re donata à marito an ſit vxoris,an mariti,ibid.
Aedificium à clerico factum in fundo patrimoniali ex pecunia eccleſiæ an ſit patrimoniale,ibid.
Aedituus & Aeditimus.660.nu.12
Aegyptiorum dies.164.nu.1
Aegyptiorum de genere opinio.137.nu.198
Aegroto dum anima eſt,ſpes eſt.494.nu.12
Aequalitas in ſucceſsione feudi quomodo intelligatur.359.nu.2
Aequitas canonica 160.nu.6
Aequitas & ſtrictum ius ſibi oppoſita.498.nu.4
Aequum & bonum iuri gentium oppoſitũ. 499. numero 10
Aequi boníque viri,ibid.
Aequum & bonum vt diuerſa,ibid.
Aequum & leges oppoſita,ibid.
Aequum & iuſtum quid differunt.499.nu.12
Aequitas tanquam æqualitas,ibid.nu.13
Aequitas, humanitas, & humana interpretatio,ibid. num.15
Aequitas dicitur benignitas,benigna interpretatio,benigna opinio.502.nu.25
Aequitas & ratio vt diuerſa,ibid.
Aequitas dicitur bonum & æquum, bonum æquum, & ſimpliciter æquum,& ſimpliciter bonum, & humanitas,& humanior interpretatio,ibid.nu.26
Aequum & bonum an differant,ibid.
Aequitas dicitur & remiſsio,facilitas, fauor, ibid.numero 27
Aequitas dicitur manſuetudo,miſericordia,mollities, diſpenſatio,ἐπιείκεια,ibid.nu.28
Aequitas,lenitas dicitur.501.nu.20
Aequitas mente, ſententia & voluntate nititur,ius autem ſtrictum verbis. 503.nu.29
Aequitas tacita,ibid.
Aequitas eſt quod ratio naturalis perſuaſit, ibid. numero 30
Aequitas conficta,duplex iniquitas eſt,ibid.
Aequitas non nuda vel imaginaria ſequenda eſt,ibid. num.31
Aerarium Po.Romani in æde Saturni.660.nu.12
Aerea moneta vulgo argentum vocatur.263.nu.7
Aerarium vnde,ibid.nu.8
Aerarij Tribuni,ibid.
Aerarij Quæſtores,ibid.
Aerariæ annonæ,ibid.
Aes alienum,ibid.
Aes militare,ibi.
Aes primus omnium Ianus ſignauit.263.nu.9
Aes mutum,ibid.
Aeruſcare,ibid.
Aes ſolum apud antiquos in pretio habitum, ibidem num.9
Aeſtimatio facit venditionem.214.num.20.& 331.numero 108
Niſi principalis natura contractus repugnet.214.numero 21
Aeſtimatio rerum fit deductis impenſis.386.nu.3
Aeſtimatio rei venditæ conſideratur habito reſpectu ad tempus venditionis.570.nu.24
Aetas nulla liberat à patria poteſtate.106.nu.59
Aetatis ius cedi non poteſt.436.nu.80
Aetatem eius cum quo contrahimus, ignorare non præſumitur.548.nu.42
An autem culpa ſit id ignorare.ibid.nu.45
Aetatem quoque alicuius conſanguinei eius non ignorare præſumuntur,ibid.nu.46
Affectio erga familiam.220.nu.51
Affectio primi teſtatoris magis conſideratur quàm grauati,& vltimò mortui.355.nu.14
Affectata ignorantia pro ſcientia eſt.512.nu.28
Affectatum impedimentum non excuſat.512.nu.29
Affectata omnia non proſunt,ibid.
Affines qui dicantur 96.nu.17
Affinitas quæ ſit,ibid.
Affines an admittantur ad agendum ſine mandato, 384.nu.16
Affines an ſuccedant.383.nu.19
Affirmatiua limitata ad tempus inducit negationem poſt illud.584.585.nu.47
Agens ſine intereſſe non auditur. 40.nu.53
Agens pendente conditione, & ideo ſuccumbens, ea impleta poteſt iterum agere.315.nu.3
Agens pignoratia ante ſolutionem non rectè agit,tamen ſi offerat in iudicio obtinebit.317.nu.12
Agens ex certa cauſa vel re vel tempore vel alia qualitate,niſi eã probauerit ſuccumbit, etiam ſi aliam probet.708.nu.99
Quomodo autem id intelligatur,ibid.nu.99.& ibi. num.102
Agens ad centum ex promiſsione ſi probet de ducentis,debet obtinere.707.nu.98
Agi an poſsit ex venditione conditionali.32.nu.21
Agnatus non dicitur conceptus poſt emancipationem patris.114.nu.87
Agnati nati poſt alienationem feudi, poſſunt eam reuocare.115.nu.93





Agnati præſentes alienationi feudi, an poſsint eam reuocare.120.nu.117.& 127.nu.150
Agnati conſentientes alienationi feudi,eam non poſſunt reuocare 124.nu.136
Agnati præferuntur domino feudi in ipſius feudi reuocanda alienatione.404.nu.1
Quid autem in Emphyteuſi.ibid.nu.2.& 3
Agnatio conſeruatur per legitimatos.83.nu.10
Agnatio & ius agnationis ſeparata. 99.nu.29
Agnatio,domus familia idem ſunt.133.nu.195
Agnatus debet intra annum reuocare alienationem feudi,aliàs non audietur.159.nu 3
Cuius ratio redditur. 160.nu.6
Et intelligitur,cùm alienatio fit in agnatum remotiorem. Quod ſi in extraneum, poterit reuocari intra xxx.annos,161.nu.9
Agnatus intra quod tempus poteſt feudum alienatũ reuocare,ibid.nu.8. & 9
Agnatus qui cæteris præfertur in emptione feudi tãtum debet dare, quantum ab aliis reperitur.241. numero 5
Agnatus proximior poteſt reuocare alienationẽ factam in remotiorem.438.nu.3
Allegans ſuam turpitudinem an audiatur. 31. nu. 16. & 244.nu.20.& 245.nu.24.25 & 255.nu.72
Alexãder Seuerus illud didicit à Chriſtianis: Quod tibi fieri non vis,aliis ne feceris.202.nu. 6
Aliàs,& alioquin,huiuſmodi dictiones faciunt conditionem.314.nu.1.& 2
Quam autem aliam vim & ſignificationem habeant,ibidem.
Aliena res vendita vt aliena,videtur vendita nomine alieno,non venditoris.32.nu.20
Alienatum non eſt,quod adhuc in dominio venditoris eſt.38.nu.44
Aliena res an & quomodo vendi poſsit.32.nu.19
Alienare rem qui prohibetur,eandẽ quoque promittere prohibetur.40.nu.52.& 41.nu.55
Alienare rem prohibitus,prohibetur & eius rei actionem alienare,52.nu.3
Alienare rem quampiam prohibitus an fructus eius alienare poſsit.61.nu.41.& 63.nu.47.48. & multis ſeq.
Alienare rem nõ dicitur,qui fructus alienat. 63. n.47
Alienat qui dimittit, vbi videbis an id procedat in tranſactionibus.223.nu.66.& ſeq.
Alienatione prohibita cenſetur prohibita locatio ad longum tempus. 226.nu.81
Alienare prohibitus extra familiam an poſsit vendere extraneo,ſi prius obtulerit iis qui ſunt è familia, qui nolunt emere.131.nu.120.& 137.nu.126. & tribus ſequen.
Alienatio rei prohibitæ facta eo præſente, cuius fauore prohibetur,& non contradicente, an valeat, vt eam reuocare non poſsit.120.num.115.& ſeq.& 126.num.148
Alienatio feudi facta præſente domino & non contradicente,an ab eo poſsit reuocari.120.nu.117. & 127.nu.151.& ſeq.
Alienare an videatur qui patitur præſcribi.151.n. 249
Alienare prohibitus an poſsit pati rem præſcribi, & an ei currat præſcriptio,152.nu.251
Alienare prohibitus in extraneum an poſsit eum inſtituere hæredem.419.nu.5.& multis ſeq.
Alienare prohibitus extra familiam an poteſt inſtituere extraneum,qui ſucceſſurus erat ab inteſtato, 420.nu.6.& ſeq.
Alienari res prohibita extra familiã, ſi non ſupereſt, niſi vnus ex familia, an poſsit ab eo alienari extra familiam,ibid.nu.8.& ſeq.
Alienari prohibita an capi poſsint in cauſam iudicati.422.nu.13.& ſeq. Eadem ob neceſsitatem alienari poſſunt.ibid.nu.16.& ſeq.
Alienatio prohibita in extraneum non impedit quin capiat,ſocio ipſius extranei acquirente.428.nu.33
Alienatio prohibita in extraneum an poſsit fieri cum vniuerſitate.430.nu.38.& ſeq.
Alienare prohibitus partem ſuam,an prohibitus cenſeatur alienare partem,quam redemit.471. num.5. & 472.nu 8
Alienatio ſemel licitè facta, an poſsit poſtea fieri in quemcunque.471.nu.6.& 472.nu.8
Alienandi prohibitio facta hæredi an comprehendat hæredem hæredis,& quomodo.16.nu. 49. & 600. nu.16 & 601.nu.23.24.& 25
Alienandi prohibitio extra familiam intelligitur de conceptis tempore teſtamenti vel mortis. 113. n.86
Alienans quantum in ſe eſt,alienum ſe à re facit. 101. numero 38
Alienatione prohibita extra familiam concepti poſt alienationem eam reuocare poſſunt.114.nu.88
Alienatio prohibita à teſtatore extra familiam, an impediat proximiorem extraneum ſuccedere. 130. nu.168.& loco ibi citato.
Alienatio neceſſaria feudi vel emphyteuſis an prohibeatur.211.nu.10.
Alienatio neceſſaria non continetur in generali prohibitione alienationis.ibid.nu.11
Alienatione prohibita id quoque prohibitum cenſetur,ex quo ea ſequitur,ex lege vel ſtatuto.212. numero 14
Alienatio quæ dicatur neceſſaria, vt eius vim & naturam obtineat,quam neceſſariam dicimus.213.nu. 15.& 16
Alienatio ſi ſit prohibita extra familiam, an ſufficiat vni è familia etiam remotiori relinquere. 360. nu. 7.& ſeq.Sed quomodo id intelligatur. 362. nume. 15.& 16
Alienationis prohibitio non compræhendit filios inter ſe.361.num.11
Alienatio prohibita extra conſortes an poterit fieri in conſortes minimæ partis, ita vt cæteri reuocare nequeant,ibid.nu.11.& 362.nu.17
Alienatio prohibita extra familiam,ſi facta fuerit,reuocari poteſt ab ipſo alienante.439.nu.6
Alienatum non propriè dicitur,quod adhuc in dominio venditoris manet.38.nu.44
Alienatum non dicitur,niſi quod plenè & irreuocabiliter alienatum eſt.619.nu.9
Allegãs propriam fraudem aut turpitudinem,an audiatur.33.nu.16.& 244.nu.20.& 245.nu.24. & 25. & 255.nu.72
Alluuione quod accreſcit,ad quem ſpectat,an ad proprietarium,an vſufructuarium.706.nu.92
Alluuione quod accreſcit,ad quem ſpectet venditione reſoluta venditorémne,an emptorẽ, ibid.nu.93
An ad hæredem,an legatarium ibid.
Alimentarij etiam inter ſe non poſſunt tranſigere ſuper alimentis futuris. 361.nu.12
Aliud ratificare,aliud idipſum promittere.177.nu.91. & 696.nu.50
Aliud an ſit ſe obligare & promittere ſe idipſum facturum.691.nu.26.& ſeq.& 694.nu.42
Aliud vendere,aliud vendenti conſentire,118. numero 107
Niſi vtriuſque ſit eadem ratio.119.nu.111.
Aliud fideiubere,aliud id promittere,664.nu.42
Aliud agere,aliud pactum de agendo,ibid.
Aliud conducere,aliud id promittere,ibid.
Aliud cedere,aliud id promittere,ibid.
Aliud redhibere,aliud id promittere,ibid.nu.42
Aliud eſt vendere, aliud promittere de redhibendo, ibid.num.42.& 695.nu.45.& 696.nu.49.50.& 52. & 698.num.55
Aliud pactum reſoluens, aliud promittere de reſol-

uendo.695.nu.46
Aliud reuerſum eſſe,aliud reuerti debere,ibid.
Aliud liberum eſſe,aliud liberandum,ibi.& 696.numero 52
Aliud alicui eſſe prouiſum,aliud prouidendum. 695. numero 45
Aliud eſt renouare locationem finito tempore,aliud id ipſum promittere,facere,ibid.nu.46
Aliud donare,aliud id promittere.695.nu.47
Aliud ratificare,aliud illud promittere.696.nu.49
Aliud compromittere,aliud id promittere,ibid.nu.50
Aliud condemnare, aliud condemnandum pronuntiare,ibid.nu.51
Aliud reſtituere in integrum, aliud pronuntiare reſtituendum,ibid.
Aliud mittere in poſſeſsionem,aliud pronuntiare mittendum,ibid.
Aliud deponere,aliud deponendum pronuntiare,ibi.
Aliud abſoluere,aliud pronuntiare abſoluẽdum, ibi.
Aliud dare in emphyteuſim,aliud idipſum promittere,ibid.nu.52
Aliud agere,aliud pactum de agendo,ibid.
Aliud renuntiare,aliud id paciſci,ibid.
Aliud legitimare,aliud id promittere,ibid.
Aliud eſt infeudare,aliud hoc ipſum promittere, ibi.
Aliud pactum de diuidendo,aliud ipſa diuiſio,ibid.
Aliud promiſsio facultatis alienandi, aliud ipſa facultas,ibidem.
Aliud eſt accipere vxorem,aliud id promittere. 697. numero 53
Aliud eſt latrones deprehendere & transfugas demonſtrare,aliud hæc ipſa polliceri.694.nu.43
Aliud eſt religionem profiteri, aliud hoc ipſum vouere & promittere,ibid.
Aliud eſt dare pignus in ſolutum,aliud id promittere,ibidem.
Aliud eſt commodare,deponere,mutuare, aliud hæc eadem promittere,ibid.nu.44
Alius pro alio ſe offerens,& deponens, alteri liberationem parit.153.nu.258
Alteri qui eſt noſtræ familiæ ſtipulari poſſumus vendi rem quæ fuit maiorum noſtrorum.13.nu.40
Alteri an ſtipulari poſſumus, cùm noſtra intereſt, quomodo,ibid.nu.40
Alteri ſtipulari nemo poteſt,niſi eius interſit, & ſatis eſt vt poſt ſtipulationem incipiat intereſſe.123.numero 132
Alteri per alterum iniqua conditio non debet afferri. 583.nume.41
Alternatiuarũ non ſemper eſt electio debitoris. 286. numero 16
Ambulant naues.80.nu.120
Ἀμείβονται.455.nume.1
Amicus fratri non poſtponendus.8.num.24.
Amittere dicitur,qui voluntatẽ non explet.9.num.25
Animus quis olim fuerit, declaratur ex ſequentibus. 86.nume.26
Animus iuramento probatur, ſed ita vt contrarium probari poſsit.288.nu.5
Annalis poſſeſsio inducit præſcriptionem pro vaſallo.160.num.5
Annalis præſcriptio in multis caſibus,ibid.nu.6
Annus ciuilis gentibus varius.158.nu.1.& ſeq.
Anni Arcadum,ibid.
Anni Aegyptiorum,ibid.
Anni Iberorum,ibid.
Anni Chaldæorum.ibid.
Anni Acarnanum,ibid.
Anni Romanorum,ibid.
Anni Lauiniorum,ibid.
Anni Græcorum, ibid.
Anni Carum,ibid.
Annus naturalis quis ſiuis ſit.159.nu.2
Annus ſolaris,ibid.
Annus vertens,ibid.
Annus magnus,ibid.
Annus mundanus,ibid.
Anni vſuales,ibid.
Anni ceremoniales,ibid.
Anni legitimi,ibid.
Annus pro tempore ſufficienti,apto & competenti. 160.num.7
Annus pro tempore certo.ibid.
Annus promouendi ad ſacros ordines non currit,niſi ab adepta poſſeſsione.181. nu.113
Annus quot dierum.188.nu.17
Annus ſimpliciter prolatus,& annus & dies an æquipolleant.195.nu.61.& quatuor ſeq.
Annui reditus qui dicantur.45.nu.1.& ſeq.
Annui reditus an ſint mobiles an immobiles,ibi.nu. 3.& multis ſeq.
Annui reditus publicantur publicatis bonis immobilibus.47.nu.6
Annui reditus an excuſent à ſatiſdatione, ibid.nu.6. & 49.nu.11.13.& 14
Annui reditus minoris non poſſunt ſine decreto alienari.47.nu.6
Annui reditus ciuitatum non poſſunt ſine ſolennitate alienari,ibid.
Nec annui reditus quoque eccleſiæ,ibid.
Annuos reditus conſtituere non poteſt, qui vendere non poteſt res immobiles,ibid.
Annui reditus vt immobilia præſcribuntur,ibid.
Annuus reditus temporalis, an & in quo differt à perpetuo.48.nu.7.& 8
Annui reditus an tales ſint vt pro iis poſsit intentari poſſeſſorium.49.nu.12
Annuorũ redituum generalium emptio an ſit licita. ibid.nu.15
Annuorum redituum huiuſmodi emptio odioſa, ibi.
Annuorum redituum quod ſit iuſtum pretium, ibid. num.50.& ſeq.
Annuorum redituũ debitores an poſsint cogere creditorem eorum aſsignationem accipere.51.nu.20. & ſequen.
Annuus reditus perpetuus, ſed luibilis, an ſit inter immobilia communicandus.234.nu.119. & tribus ſequentibus.
Annuum tempus pro annali.160.nu.7
Ante,dictio.197.nu.70
Antecedens non ſapit nec ſequitur naturam conſequentis,ſed conſequens antecedentis.215.nu.26
Antiquius quod eſt,id dignius eſt.459.nu.16
Antiquiori in dubio attribuendum, cum incertum eſt cui attribuendum ſit.462.nu.25
Apices iuris ius ſtrictum.501.nu.19
Apochæ tutoris creditur de ſolutione debiti pupillaris etiam finita tutela.259.nu.93
Apparitorum praua,ac venalis perfidia. 321. nume.1. le ij.
Apparitores plerunque viles & infames.ibid. nu.2
Apparitores infames aſſumi poſſunt,ibid.
Appellandi tempus an prorogari poſsit.165.nu.32
Appellandi tempus currit à tempore ſententiæ conditionalis,non expectata conditione.168.nu.44
Et huius ratio redditur.169.nu.51.& 52
Appellandi tempus non currit à tempore ſignificationis ſententiæ factæ domi, ſed tantùm à tempore ſcientiæ.337.nu.42
Appellandi tempus non currit, niſi à tempore ſcẽtię, etiam ſi condemnandus eſſet in loco, atque eſſet præſumptio ſcientiæ,niſi fuerit lata præſente procuratore,quia tunc ſtatim currit.509.nu.9
Appellans non auditur ſine intereſſe,40.nu.53
Appellans an poſsit renuntiare appellationi inuito aduerſario.544.nu.25



Appellans non tantùm debet probare ſe appellaſſe, niſi probet id intra decem dies feciſſe.238.nu.8
Appellari an poſsit,cùm emphyteuſis finita generatione extraneis conceditur. 13. nu.41.& ſeq. intra autem quantum tempus debent venire agnati, videbis.160. nu.4
Appellatio vna non ſufficit pluribus ſententiis, nec pluribus ſeparatim condemnatis.622.nu.21
Appellatio ſi ex ſtatuto ſit deſerta,niſi appellans ſoluerit certam ſummam,ſi ipſe omiſerit vnum denarium,appellatio eſt deſerta.654.nu.25
Quomodo autem id intelligatur.655.nu.29
Appellationis notificatio poteſt fieri à quocunque ſine mandato.521.nu.7
Arbiter qui perperam arbitratus eſt,an iterum arbitrari poſsit.316.nu.7
Arbitro ſoli non creditur.321.nu.1.le j.
Arbitri ſuper venditionibus,non ſe interponunt ſuper promiſsionibus vendendi.695.nu.45
Arbores grandes, an & à quibus cædi non poſsint. 644.nu.24.& multis ſeq.
Area pars domus.354.nu. 74
Area eſt obligata domo obligata,ibid.
Area domo exuſta manet emphyteutica,ibid.nu.75
Area tradi debet domo vendita exuſta,ibid.
Argentum pro pecunia numerata.262.nu.5.& 6
Argentei & aurei nummi, quando primùm ſignati. 263.nume.9
Argumentum de toto ad partem, & è contrario. 61. nume.40.& 63.nu.46
Argumentum à correlatiuis ſiue reciprocis.131.num. 171.& ſequen.& 328.num. 5. Niſi ſit diuerſa ratio, ibid.num.4
Argumentum à contrario ſenſu.289.nu.5
Argumentum de emphyteuſi ad feudum,& è conuerſo an ſit validum.290.nu.10
Argumentum à reciprocis validum.327. nu.3. niſi ſit diuerſa ratio. 289.nu.4
Argumentum ab æquiparatis ceſſat ex rationis diuerſitate.388.nu.12
Argumentum à contrario ſenſu,an & quando valeat ad correctionem iuris.272.nu.23
Argumentum de re ad perſonam,& è contrario.471. nu.3.& 552.nu.64
Argumentum à contrario ſenſu ſumitur ex ſtatutis & conſuetudinibus etiam ad correctionem iuris communis,ſi aliàs eſſent ſuperuacua.618.nu.2
Argumentum de re ad tempus.708.nu.100
Arreragia quæ vocantur, inter mobilia computantur.48.nume.10
Arma caſtro deputata an veniant in legatum caſtri. 74.nu.95.& ſeq.
As vnde dicitur.263.nu.8
Aſcendentes an ita ſuccedant, vt paterna paternis, materna maternis deferantur.383.nu.12.& 13
Aſſertio dubia & obſcura non releuat.527. nume. 35. ad fin.
Athenienſium excommunicatio.156.nu.278
Athenienſium dies.184.nu.1
Auarus vnde.263.nu.8
Argumentum dotis in rebus immobilibus idem habet priuilegium vt dos ipſa,non etiam in immobilibus.57.num.19
Quid autem in actionibus,ibid.
Augmentum an ſit eiuſdem naturæ, vt id cui additũ eſt.251.nu.51.& ſeq.& 252.nu.58.& 59
Augmentum pretij non derogat priori venditioni. 722.num.167
Auri & argenti appellatione, an contineantur nummi ſine pecunia aſsignata. 261. nu.1.2. & 262.numero 5
Auri & argenti appellatione apud Hebræos & Romanos omne genus pecuniæ ſignificabatur, ibid. numero 5.& 6
Aurum promercale.77.nu.110
Aurum & argentum ab ære ſeparata.262.nu.4
Authen.res quæ.C.commu.de leg.non habet locum in bonis feudalibus.42.nu.4
Autoritas vetuſtatis.339.nu.52
Autoritas ſtatim ante vel poſt actum adhibita,cenſetur in ipſo actu eſſe adhibita.592.nu.7
Αὐτὸς θεὸς. 592.nu.25
Auus non poteſt facere teſtamentum nepoti nõdum concepto tempore mortis eius,nec ei ſubſtitutionẽ facere.114.nu.87
Auus an poſsit inſtituere hæredem nepotem legitimum ex filio ſpurio.108.nu.69.& 71
Et an tunc patri quæratur vſusfructus,ibid.nume. 71.& ſequen.
BAbyloniorum dies.164.nu.1
Baldus ex profeſſo Bart.contrarius. 650.nu.12
Banniti an gaudeant beneficiis iuris communis vel municipalis.98.nu. 27
Banniti noſtri temporis an æquiparentur deportatis, an verò relegatis.ibid.nu. 28
Banniti an perdant agnationem, aut ius ipſius, ibid. numero 29
Bannitus qua in domo citari debet.335. nu.35
Bannitus ſi ex ſtatuto poſsit impunè occidi,an & bona eius aut viuentis aut mortui auferri poſsint.593 numero 12
Baptizari an plures poſsint vna immerſione, vnáque verborum prolatione.269.nu.18
Baronia eam naturam habet, vt in ea in infinitũ ſuccedatur.97.nu.23
Baſtardi an veniant appellatione parentum & parẽtelæ.82.nu.5
Baſtardi an ſunt de familia vel agnatione,ibid.nu.6
Belli tempore factum eſſe cenſetur, quod pauiò antè vel pòſt factum eſt.592.nu.6
Beneficium qui contendit, de lucro certare dicitur. 183.num.126
Beneficio curato priuatus ob id quòd intra annum non fuit promotus,non poterit idem ea vice iterũ conſequi.318.nu.16
Beneficio ob culpam priuatus,ad idem factus eſt inhabilis ea vice,ibid.
Beneficio qui abutitur,id ipſum amittere debet.ibid. numero 15
Beneficium iuris communis non competit in iis quæ deferuntur iure ſpeciali.367.nu.4
Beneficium certi valoris impetratum æſtimari debet deductis impenſis & oneribus.386.nu.6
Beneficium poſsidet qui eccleſiam poſsidet, non qui cæteras res ipſius.534.nu.5
Beneficij renuntiatio facta non in manibus ſuperioris licet inutilis,valet tamen in præiudiciũ renuntiantis.539.nu.10
Beneficij renuntiatio facta ſimoniacè,valet in pręiudicium renuntiantis, ibid.
Beneficium legis vel ſtatuti non poteſt à priuato auferri.540.nu.7
Beneficium vt ante vacationem conferri non poteſt, ita nec promitti.692.nu.31
Beneficium L.edicto.C.de edic.diui Adri.tol.cedi poteſt.188.nu.19
Benignitas æquitatis propria.502. nu.25
Bis & ter quæ pulchra ſunt.405.nu.7
Bis idem conſequi contra bonam fidem.453.nu.13
Biſſextus cum adeſt,an biduum illius pro vno die habeatur.183.nu.123
Bombardæ & alia id genus munimenta caſtrorum vtrum inter mobilia an immobilia computanda ſunt.74.nu.96.& ſeq.
Bona eccleſiæ vacantis ſpectantia ad aliquem ex priuilegio vel conſuetudine, intelliguntur deductis

impenſis, ſalariis famulorum & oneribus.387.n.7
Bonam fidem tenetur quilibet agnoſcere vel rei alienæ adminiſtrator.253.nu.63
An autem id fieri poſsit in præiudiciũ alterius,254.nume.66
Bonorum appellatione emphyteuſis compræhenditur.42.num.1
Bonorum appellatio an feudum cõtineat.44.num.10.& 11
Bonorum hîc & vbique exiſtentium appellatione,an contineantur actiones.58.nu.25.& 59.nu.30
Bonorum ceſsio cedi non poteſt,nec ad hæredẽ transmittitur.431.nu.47
Bonum & æquum quid ſit,& an differunt.502. n.26
Boues empti pro cultura agrorum,an ſi caſu moriãtur,debeant deduci ex fructibus.390.nu.26
Boues apud Homerum loquentem de rerum permutatione nonnulli intelligunt pro nummi genere,461.nume.22
Bos in lingua,prouerbium,ibid.
Bouis figura nummi quidam ſignati,ibid.
Breuitas temporis facit vt præſumatur fuiſſe cogitatum,à principio,& in ipſo actu.70.nu.76.& ſeq.
Breuitas temporis facit præſumi fraudem, dolum & ſimulationem,ibid.nu.77
Brochardica quæ dicuntur.451.nu.2
CAmbium quid ſit.455.nu.1
Campſo,ibid.
Campſores,ibid.
Cap.1.de teſtib.lib.6.loquens de proxeneta recipiẽte, non habet locum in eo cui tantum promiſſum eſt.697.698.nu.55
C.quanquam,de vſur.lib.6.non habet locũ in eo cui tantum promiſſæ ſunt vſuræ,non etiam ſolutæ.ibi.
Capacitas præſens conſideratur,non futura.384.n.17
Capitulum an poſsit antiquiori ſtatuere breuius tẽpus quàm xx. dierum ad optandum præbendam.171.nume.61
Capitulum quod à Papa obtinuit facultatem eligẽdi aliquem,an poſsit alium eligere.544.nu.26
Carcere iniuſto ſe emancipare ſiue eximere propria autoritate an liceat.21.nu.69
Caſellij iuriſconſulti iocus de naue diuidenda. 268.numero 15
Caſtri poſſeſsione appræhenſa apprehendi videtur & pertinentiarum ipſius.534 nu.4
Caſtro legato,aut aliàs conceſſo an veniant arma & munimenta illius.74.nu.96.vt ſeq.
Caſus fortuitus quem etiam culpa præceſsit,nõ obeſt, ſi citra eam culpam obtigiſſet.394.nu.11
Caſus legis vbi eſt,ibi nulla eſt quæſtio, ſiue dubitatio,ibidem.
Cauſa naturalis magis inſpicitur quàm accidentalis.423.nu.20.& 510.nu.26
Cautela,dictio Latina.21 nu.68
Cautelæ nimiæ & abundantes faciunt magis præſumi fraudem & ſimulationem in actibus ſuſpectis.568.nu.17.& ſeq.
Cautio de rato requiritur cùm dubitatur de mandato,non tantùm in actibus iudicialibus,ſed & extra iudicialibus.178.nu.95
Cautionis fragilitas.247.nu.33
Cautio iuratoria an & quando ſufficiat. 250.nu. 49
Cautionibus ſuperfluis non eſt vtendum.298.nu.1
Cedi non poteſt reſcriptum.431.nu.45
Nec vſusfructus,ibid.nu.46
Nec quæ natura ſunt inſeparabilia,ibid.
Cedi quoque non poteſt bonorum poſſeſsio. ibid.numero 47
Nec quidem ad hæredes tranſmittitur,ibid.
Nec ius adeundi, ſiue immiſcendi,432.nu.49
Nec actio iniuriarium,vt quibuſdam placet,ibi.n.50
Nec operæ officiales,ibid. nu.51
Nec fideicommiſſum vniuerſale,ibid.nu.52
Nec alia iura paſsiua.ibid.nu.53
Nec ius immittendi mortuum in rem pignoratam, ibid.num.54
Nec aliud ius ex legis æquitate conceſſum in rem alteri obligatam,ibid.
Nec iura ſepulchrorum,ibid.nu.55
Quamuis ea transferantur in hæredes,ibid.
Nec quod extinctum eſt,ibid.nu.56
Nec id quod non eſt,ibid.
Nec factum,ibid.nu.57
Quamuis ius ex quo factum productũ eſt, cedi poſſit,ibidem.
Nec actiones directæ,432.433.nu.58
Nec quicquid competit contra ius commune, ibid.numero 59
Nec ius merè perſonale,ibid.nu. 60
Nec iura annexa certis perſonis ſingulariter & in priuilegium,ibid.nu.61
Nec facultas expellendi alium à poſſeſsione, vel etiã recuperandæ, vel occupandæ poſſeſsionis propria autoritate.433.nu.62
Quod an verum ſit videbis ibid.nu.63. & multis ſeq.
Nec ius vindictæ,ibi.nu.65.cum ſeq.vbi videbis quo modo intelligendum ſit.
Nec hypothecaria ſine actione perſonali.435. nu. 74
Cedi item non poteſt ius alimentorum futurorum.436.nume.75
Nec facultas eligendi,ibid.nu.76
Nec facultas declarandi,ibid.nu. 77
Nec ius vaſalagij inuito vaſallo,ibid.nu.78
Nec ius ſiue facultas iurandi.436.nu.79
Nec ius ætatis,ibid.nu.80
Nec priuilegium tacitæ hypothecæ,quod habet mulier,& vt præferatur cæteris creditoribus.436.n.81
Nec ius quod mihi ſemel ceſſeris,alteri cedere potes, & quomodo id intelligatur,437.nu.82
Nec ius repetendi dotem conſtante matrimonio ob id quòd vir ad inopiam vergit, ex multorum ſententia,ibid.nu.83
Nec ius accuſandi alium de priuato delicto, ibi.n.84
Nec actio popularis ſi ratione commodi vel damni publici competat,ibid.nu.85
Nec condictio in re aliena,ibid.nu.86
Nec poteſtas gladij aut alterius coercitionis, ibi.numero 87
Nec vſus,nec eius commoditas.437.nu.88
Nec habitatio,ibid.nu.89
Nec ius exigendi vectigal à Principe conceſſum ſine conſenſu illius,ibid.nu.90
Nec actio aduerſus fideiuſſorem ſine ceſsione principalis actionis,ibid.nu.91
Cedi poteſt omnis actio regulariter.441.nu.2
Atque ita rei vendicatio,ibid.
An autem & id ſine poſſeſsione fieri poſsit,ibid.
Item vtilis actio ceſſa.ibid.nu.3
Item ſpes,ibid.nu.4
Item debitum conditionale,442.nu.5
Item futurum fideicommiſſum,ibid.nu.6.de quo tamen ibi vide.
Item ſpes actionis pro dote competituræ mulieri.ibi.numero 7
Item hæreditas,ibid.nu.8
Item condictio furtiua,condictio ſine cauſa,& cæteræ condictiones,ibid.nu 9
Item actio furti,ibid.nu.10
Item actiones ex delicto,ibid.nu.11
Item directa actio legis Aquiliæ,ibid.nu.12
Item generaliter omnis actio quæ ſoli domino competit,ibidem.
Item reſtitutio in integrum,ibid.nu.13
Item officium iudicis etiam extraordinarium,ibidem numero 4



Etiam ſi habeat executionem paratam.443.num.15
Item obligatio naturalis,ibid.nu.16
Item interdictum retinendæ poſſeſsionis,ibid. nu.17
Proindéque facultas retinendæ & continuandæ poſſeſsionis,ibidem.
Item interdictum recuperandæ poſſeſsionis,ibid.numero 18
Item remedium c.reintegranda, ibid.
Item beneficium l.edicto.C.de edicto diui Adri. tol. ibid.num.19
Item generaliter omne poſſeſſorium facti, licet non iuris,ibid.nu.19
Item tenuta & miſsio in poſſeſsionem,ibid.nu.21
Item ius ſententiæ,ibid.nu.22
Item generaliter ius executiuum,ibid.nu.23
Item ius capiendi alterum propria autoritate,ibidem numero 24
Item ius legitimæ & Trebellianicæ.444.nu.25
Item inſtantia ſiue ius inſtantiæ,ibid.nu.26
Item ius proteſtandi,ibid.nu.27
Item priuilegium fiſci,ibid.nu.28
Item quodlibet priuilegium tranſmiſsibile ad hæredes,ibid.num.29
Item ius quod habet conductor,vel colonus ſiue partiarius,ſiue nummarius,ibid.nu.30
Item ciuilis poſſeſsio quã quis habet ex clauſula conſtituti vel ex ſtatuto continuante poſſeſsionem defuncti in hæredem,ibid.nu.31
Item nomen debitoris,ibid.nu.32
Item ius eligendi quod competit ex contractu. 444.numero 33
Item ius arbitrij,ibid.
Item ius denuntiandi aliquod impedimentum, ibid.
Item ius quæſitum alicui ad certam rem contemplatione alicuius artis,ibid.nu.34
Item ius retinendi rem pro expenſis,445.nu.35
Item operæ famulorum,ibid.nu.36
Item ius pignoris in homine libero,ibid.nu.37
Item ciuiles actiones ad vindictam tendentes, ibid.numero 38
Item actiones criminales,ibid.nu.39.vbi videbis quo modo intelligatur.
Item ius quod tantùm potentia competit, licet non actu, ſecus ſi nec potentia,nec actu competit,ibi.numero 40
Item ſeruitium ſerui,ibid.nu.41
Cedens an teneatur iurare in cauſa ceſsionarij. 279.numero 14
Cedens inutiliter,an cadit iure ſuo.438.nu.5.& 440.nume.11. 12
Cedens actionem an agere poſsit vt ante ceſsionem principalis actionis potuiſſet.ibid.nu.14
Cenſuarius an poſsit renuntiare domino rem cenſuariam.494.nu.1.2.3
Centeſima vſura quæ dicatur.50.& 56.nu.18
Certat de lucro qui de beneficio certat.183.nu.126
Certus an aliter certiorari debeat. 525. nume. 24. & multis ſeq.
Certificandi verbum,an ſit Latinum.520.nu.1
Certificatur,ibid.
Ceſsio pro traditione habetur in incorporalibus. 55.numero 12
Ceſsio actionis valet inter coniunctos ſine expreſsione alterius tituli.17.nu.54
Ceſsio actionis an poſsit fieri in potẽtiores filios, aut alios coniunctos,ibid.nu.53
Ceſsionarius cùm denuntiat debitori ne ſoluat creditori cedenti,non habet neceſſe oſtendere ceſsionẽ, niſi petatur.180.nu.108
χάλκον Græci pro quacunque pecunia accipiunt.264 numero 10
Citatio inualida non interrumpit.176.nu.85. & 306.numero 3
Citatio an ſemper,& quando interrumpat. 176.n. 86
Citari an poſsit pupillus.204.nu.16
Citatio infantis & furioſi an perpetuet iuriſdictionẽ.205.num.21
Citatio vnius ex reis debendi an interrumpat contra alios.207.nu.28
Citatio quæ à citato impeditur,ne fiat,habetur pro facta.180.nu.105.& 272.nu.9
Citatio procuratoris an & quando valeat. 237. nu.7 & 232.nu.8.& 9
Citatio generalis an interrumpat.307.num. 6. & tribus ſequen.
Citatio facta non ſeruata forma ſtatuti nõ valet.307.nu.3.& 309.nu.1.le j.
Citatio inualida non perpetuat iuriſdictionem, nec facit præuentionem.306.nu.4
Citatio generalis an valeat,ibid.nu.5
Citatio an & quando inducat litis pendentiam, 307
Citatio non interrumpit, cum actor non comparet, ibid.num.8
Citatio poteſt probari teſtibus,302.nu.1.le j.
Citatio cui renuntiatum eſt, non interrumpit. 309.numero 15
Citatio viri in perſona vxoris an & quando valeat.328.nume.6
Citatio ad domum fieri poteſt.ibid.nu.1
Etiam in criminalibus.329.nu.2
In certis tamen caſibus non valet,ibid.nu.3.4.& ſeq.
Citatio hæc an ita faciat contumacem, vt poſsit excommunicari,ibid.nu.4
An & ea ſufficiat ad examinationem teſtium ad perpetuam memoriam,ibid.nu.5
An & iis quæ magni præiudicij ſunt,ibid.nu.6
Et quid ſi citandus latitet.330.nu.7
Citatio ad domum fieri debet in ſcriptis, & iis domi affixis,ibid.nu.8
Idque in loco patenti,ibid.nu.9
Nec ea confeſtim amoueatur,ibid.nu.10
Fiatque hora & tempore congruo,ibid.nu.12
Et alta voce,331.nu.13
Requiſitis amicis aut vicinis.ibid.nu.14
Illi tamen non ſunt citandi,niſi in certis caſibus, ibi.numero 15
Citatio hæc, ſi non rectè fiat, ſi tamen perueniat ad notitiam citati,an illum afficiat.ibid.nu.16
Quomodo autem id probatur,ibid.
Citatio hæc,an fieri debeat in domo originis,an habitationis.332.nu.20.& ſeq.
Citatio ſimpliciter ad domum facta ſine illa adiectione,in qua citatus habitat,non valet.333.num.25
Citãdus ſi habet plura domicilia in quibus habitat, an poſsit vbique citari.ibid.nu.27.& duob.ſeq.
Citari an poſsit ſcholaſticus in domo habitationis ſcholarum,334.nu.30
Citatio an poſsit fieri ad domum hoſpitij,ibid.nu.31. & ibid.nu.32.An etiam ad domum conductitiam aut precariam,ibid.nu.33.An ad domum ſacerdotij.335.nume.36
Citari vbi poteſt vagabundus.ibid.nu.34
Vbi exul,ibid.nu.35
Vbi monachus.ibid.nu.36
Vbi incarceratus,336.nu.38
Citatio domi facta an debeat peruenire ad notitiam citati,vt eum aſtringat.ibid.nu.39
Quid de citatione per edictum,ibid.
Citatio ad domum an fieri poſsit etiam ſi citandus poſsit reperiri.377.nu.43.& ſeq.
Quid autem ſi ſemel quis fuit citatus in faciem. 338.numero 45
Quid poſt litem conteſtatam,ibid.nu.46
Quid ſi ante comparuit in iudicio,ibid.nu.47
Quid in cauſis extraordinariis.ibid.nu.48
Citatio ad domum vt fieri poſsit,an citandus ſit per-

quirendus in tota ciuitate vel prouincia,& quomodo,ibid.nu.49
Citatio an primo loco ad domum fieri poſsit,ſi ſtatutum dicit poſſe fieri in faciem,vel ad domum. 339.nu.50.& ſeq.
Citatio quæ fit per præconem,omnium poſtrema eſt. 341.num.2
Citatio an poſsit fieri die feriato pro die non feriato. 555.nu.79.& ſeq.
Citationum gradus vel ordo.340.nu.1.& 341.nu.2
Citatus qui reſpondet non venturum,an ſit verus cōtumax.323.324.nu.17
Citra pro in,& cuius naturæ ſit.199.nu.75
Circuitus an vitandus.623.num.24.& 633.num.71.& 694.nu.42.699.nu.61
Citra dictio,an ſit incluſiua,an excluſiua.197.nu.69
Citra vltraque,ibidem.
Citro vltroque,ibid.
Clandeſtina & quæuis alia traditio facta à domino ſufficit ad tranſlationem dominij,34.nu.28
Clandeſtina traditio non ſufficit,vbi agitur de pręiudicio alterius.170.nu.56
Clandeſtina omnia ſuſpectiſsima ſunt.567.num.13.& duob.ſeq.
Clarificare verbum Latinum.520.nu.1
Clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad declarationem ſequentium,quàm è diuerſo.214.nu.25
Clauſula donationis eius quod res vendita pluris valet, cuius roboris ſit,& an faciat ceſſare l. ij. C.de reſcin.vend.242.nu.11.& trib.ſeq.
Clauſula,non obſtante quacunque præſcriptione & ſimiles,quam præſcriptionem tollant.577.nu.12
Clauſulæ ſolitæ apponi in inſtrumentis,cenſentur eſſe appoſitæ etiam ſi fuerint omiſſæ.434.nu.69
Clauum clauo repellere.22.nu.70.in præf.
Cle.literis,de probat.an habeat locum cùm papa narrat factum alienum.219.nu.49
Clerici an & quomodo vtantur ſtatuto & conſuetudine laicorum.89.nu.41
Clerici an per ſtatuentes poſsint arceri beneficio ſuorum ſtatutorum,vel in illis ipſis ſtatutis,vel in aliis poſtea factis,90.nu.42
Clerici ſi vti velint conſuetudine aut ſtatuto laicorū aduerſus eos, & aduerſus ſe quoque alios vti patiantur,neceſſe eſt.202.nu.7
Clerici non poſſunt ſtatuere contra ius cōmune.147. numero 232
Clerici & eccleſiaſtici debent eſſe obſeruantes æquitatis.202.num.6
Clericus beneficiatus,qui matrimonium nullum cōtrahit,an poſsit repetere beneficium.339 nu.9
Clericus qui impetrauit beneficium vacaturum, & contrahit matrimonium, an vxore mortua poſsit petere illud beneficium,ibid.
Clericus an poſsit coueniri coram iudice ſeculari pro penſionibus ſiue cenſibus rerum ſuarum, & in actione reali.487.nu.80.& ſeq.
Clericus ſequeſter autoritate iudicis ſecularis,an poſſit ab eodem iudice cogi ad reſtitutionem depoſiti. 660.nu.9
Clericus qui falſum depoſuit coram iudice ſeculari, an poſsit ab eo puniri,ibid.nu.10
Clericus qui agit ex ſtatuto laicorum, non poteſt idē ſtatutum reprobare.687.nu.8
Clodius accuſet mœchos.549.nu.46
Cognati an præferantur cæteris emphyteuſi finita,& quomodo.13.nu.41.& ſeq.
Cognatus creditor præfertur cæteris, cùm debitoris bona veneunt,ibid.
Cognati teſtatoris præferuntur cæteris,in re iuſſa vēdi à teſtatore.15.nu.43
Cognati qui dicantur.94.nu.11
Cognatio quid ſit.95.nu.12
Cognatorum appellatio fœminas comprǽhendit.138. nume.203
Collecta inter immobilia computantur. 66.num.60. & ſequen.
Collecta nomen Latinum.705.nu.85
Collatio non retrahitur in præiudicium aliorum.172. nume.68
Colonus qui aliis debet præferre dominum in emptione fructuum,an conſequitur pretium quod ab aliis repetit,an verò iuſtum tantùm pretium. 236. nu.2.241.nu.6
Colonus antiquus fiſci qui vult & debet præferri extraneis in noua conductione, debet offerre tātum pretium,quantum ab aliis offertur,ibid.nu.6
Colonus qui expellitur maturis fructibus ob non ſolutam penſionem, an poſsit repetere pretium operarum ſuarum.391.nu.30
Colonus partiarius aut nummarius,an poſsit excidere grandes arbores.644.nu.24. Et ſi id fecerit an poſsit expelli.646.nu.30
Colonus an teneatur relinquere agrum in eo ſtatu culturæ quo accepit.669.nu.14
Columna domui affixa,an ſit immobilis.79.nu.115
Comitatus eius natura eſt,vt in eo ſuccedatur in infinitum.97.nu.23.& ſeq.
Commoda eum ſequi debent quem & incōmoda ſequuntur.300.nu.8.& 376.nu.16
Commodatarius qui rem commodatam & pœnam exegit à fure,an teneatur domino pœnam reſtituere.350.num.18
Commodum repræſentationis & ſolutionis ante tēpus conſiderandum eſt.247.nu.34.& ſeq.
Commoditas tamen fructuum poteſt ab vſufructuario cedi.430.nume.43
Communis vſus loquendi inſpiciendus eſt. 28. numero 3
Idque etiam in ſtatutis,etiam odioſis, exorbitantibus,& correctoriis,& in diuinis ſcripturis,& in priuilegiis,& in ſcriptis,& in contractibus, & in vltimis voluntatibus.271.nu.5.& 6
Communio parit diſcordias & alia multa incommoda.407.nu.9.& 409.nu.19
Comparandi verbum quid ſignificet.2 nu.4
Compedes quas ipſe fecit, ipſas vt guſtet faber. 244. nume.20
Compenſatio habet vim ſolutionis.282.num.2. An id procedat in ſtatutis,ibid.& 283.nu.6
Compenſatio an impleat conditionem ſoluendi. 282. numero 2
Compenſans nec aliter ſoluens,an eximatur religione iuriſiurandi quo obſtrictus erat ad ſoluendum,ibi. nu.3.& 283.nu 6
Compenſatio obiici poteſt etiam ſi ſtatuto omnis exceptio tollatur præter quàm ſolutionis.283.nu.4
Compenſatio obiici poteſt venditori pretium petenti. ibid.num.5
Compenſatio locum habet in omnibus actionibus. perſonalibus,realibus & miſtis, ibid.
Compenſatio an ſit vera ſolutio,ibid.nu.6
Compenſatio an & quomodo fiat ipſo iure ſine oppoſitione aut declaratione,& in quibus caſibus. 284 nu.8.& ſeq.
Compenſare volens intra quod tempus debet probare debitum,ibid.nu.11.& ſeq.
Compenſari an poſsit debitum alterius creditoris, à quo is qui compenſationem opponit ius habet.285 numero 13
Compromiſſum ſi fuit inefficax, debet iterum fieri. 316.nu.7
Conceptus poſt mortem defuncti neque admittitur, neque obſtat aliis.112.nu.82
Concepti poſt mortem patrum bannitorum, non cōputantur in bonis patrum & eorum filiorum. 114. numero nume.87
Concepti poſt mortem aui ex filio ſpurio poſſunt eligi ab executoribus teſtamenti, quo auus iuſsit bona ſua diſtribui in pauperes.ibid.
Concepti poſt alienationem prohibitam extra familiā eam reuocare poſſunt,ibi.nu.88.Sed ita vt illis pręferantur concepti tempore eius alienationis.117.nu. 99.& ſeq.
Concepti poſt mortem eius qui recipit feudū vel emphyteuſim pro ſe,ſuis filiis & nepotibus admittuntur.114.nu.89.& ſeq.
Concepti poſt mortem eius de cuius bonis agitur,admittuntur in rebus non hæreditariis,115.nu.91
Concepti agnati poſt alienationem feudi admittuntur ad reuocationem illius,ibid.nu.92
Concepti poſt mortem admittuntur ad ſucceſsionem iure tranſmiſsionis & repræſentationis,licet nō ex propria perſona ibid.nu.93
Conceptus poſt mortem aui aut alterius non eſt eius proximus ſiue cognatus,nec hæres, nec rūpit eius teſtamentum,nec eſt de familia ipſius.112.num.82. & ſequen.
Conceptus poſt mortem teſtatoris non admittitur ad fideicommiſſum aut legatum.113.nu.84.& ſeq.
An autem id procedat cum relicta ſunt in diem vel ſub conditione.116.nu.97.& nu.98
Concepti poſt mortem non comprehenduntur in bāno nobilium & eorum filiorum & nepotum. 113. numero 86
Concepti poſt teſtamentum vel mortem teſtatoris nō comprehenduntur in prohibitione alienandi extra familiam,ibid.
Concepti poſt mortem teſtatoris non comprehendūtur in ſubſtitutioue proximorum,ibid.
Concepti poſt mortem aui originem eius nunquā ſequuntur,nec in fauore,nec in odio,ibid.
Concepti poſt mortem aui an compræhendantur in ſtatuto prohibente ne militum nepotes intrent in palatium,ibid.
Conceptæ neptes poſt mortem aui non comprehenduntur in ſtatuto repellente neptes dotatas, ibid.
Concepti poſt mortem,admittuntur ad ea, quæ non veniunt iure hæreditario.115.nu.91
Concepti poſt mortem,admittuntur ad ſucceſsionem ex perſona parentum,ibid.nu.93
Concluſio ſola dicitur eſſe contractus.690.nu.24
Concubitus ſponſi & ſponſæ eſt velut mutua ſuorum corporum inuicem traditio.703.nu.77
Condemnatus per ſententiam conditionalem ſi ante conditionem efficiatur de foro alterius iudicis, tamen adueniente conditione legatur ex illa ſententia.169.num.54
Condēnatus ſoluere, an liberetur dando pignora aut fideiuſſores.285.nu.14.& ſeq.
Condemnatio an trahatur ad tempus delicti.671.nu. 22.& ſeq.
Conditio an faciat,ne perfecta cenſeatur venditio.32. nu.22.& 34.nu.27
Conditionali venditione facta non competit domino ius prælationis,nec laudimia,nec res cedit in commiſſum ante conditionem impletam.33.nu.23
Conditione pendente emptor non vſucapit,ibid.numero 24
Conditionalia ſponſalia non inducunt iuſtitiam puplicæ honeſtatis,ibid.
Conditio appoſita in delegatione facit, ne vſus iuriſdictionis ipſa conditione non impleta eam perpetuet,ibidem.
Conditionale matrimonium non impedit quin interim purè cum altera contrahatur,ibid.
Conditione pendente,non habet locum ius offerēdi, deponendi,& conſignandi,ibid.
Conditione impleta actus purus fuiſſe iam ab initio cenſetur.34.nu.27
Conditio appoſita in contractu non facit, vt contrahentes poſsint ab eo diſcedere.ibidem.
Conditionalis venditio ſecuta traditione ante conditionem transfert dominium,35.num.30.& ſeq.
Conditio quæcunque ea ſit,non impedit principium eſſentiæ contractus ſecuta traditione,ibid.nu.30
Conditioni ſi quis ingreditur monaſterium, an ſatisfactum ſit per ingreſſum ſine profeſsione. 86.numero 33
Conditionalis creditor tenetur ius ſuum opponere aduerſus ſubhaſtationes intra tempora ſtatuti,aliàs excluderetur.168.nu.44
Conditionalis venditio an ſit perfecta, & an ab ea poſsit vna pars altera inuita diſcedere,ibid. nume. 45.& 48
Conditionalis contractus tempus & locus inſpici debet,non condemnationis.ibid.nu.45.& 47
Conditionales actus impediunt currere tempus, niſi primùm impleta conditione.ibid.nu.47.48.& 49
Niſi conditio eſſet in poteſtate partis.170.nu.57
Conditio cōtractui appoſita facit ne dominiū tranſferatur ante conditionem.168.nu.47.& 48
Conditionalis ſententia ſtatim lædit ob id quòd lędere poteſt.169.nu.51.& 52.& 54
Conditio an retrotrahatur in ſententiis,ibid.nu.52
Conditio non retrotrahitur in præiudicium aliorum. 172.nu.71
Conditionem retrotrahi ex fictione eſt,ibid.nu.72
Conditio poſita in inſtitutione intelligitur repetita in legato poſtea facto,non autem antè facto.215. numero 26
Conditio ſcindi diuidíue non poteſt.267.nu.13
Conditio formam inducit & ſolennitatem,ibid.
Conditio ſoluendi, an compenſatione impleatur.281. numero 2
Conditio conſiſtens in faciēdo ſimpliciter, vel miſtim in faciendo & dando,etiam poſita in perſona duorum non poteſt impleri per vnum eorum.407.numero 8
Conditio poteſtatiua non retrotrahitur. 408. numero 15
Conditioni poteſtatiuæ nullo tempore præſcribitur. 572.num.22
Conditio poteſtatiua ſuſpendit.585.nu.50
Conditione quæ ſuſpendit deficiente, obligatio ipſo iure euaneſcit, ibid.
Conditio poteſtatiua in cōtractibus,an trāſeat ad hęredes implere debentes.599.nu.15
Conditio obligationis non mutatur ex perſona hæredis.603.num.31
Conditio quæ apponitur à lege vel ſtatuto, nunquam dicitur continere leuem ſolennitatem.618.nu.3
Conditio formam inducit,ibid. nu.3
Conditio habet vim cauſæ finalis.ibid.nu.4
Conditio eſt de ſubſtantia probationis,ibid.
Conditio debet ſeruari in forma ſpecifica,ibid.
Conditiones non admittunt moræ purgationem, ibi.
Conditio impedit tempus currere ante eam impletā. 623.nume.25
Conditio reſolutiua non ſuſpendit actum, nec eum facit conditionalem.633.nu.74
Conditio ſæpe accipitur pro pacto vel lege, ibidem nume.76
Conditio in contractibus,an retrotrahatur. 672. numero 27
Conditio non poteſt ex interuallo apponi in re donata,& tradita,etiam conſentiente donatario.709. nume. 108
Conductor ad longum tempus verè poſsidet.225.numero 79

Iſque habet vtile domin ium,ibi.nu.80
Conductor perpetuarius ob ceſſationem triennij cadit.226.nume.84
Conductor plurium rerum ſimul vna penſione poteſt reſilire à conductione omnium propter impendimentum vnius.388,nume.13
Conductio rei ſuæ valet reſpectu iuris quod abeſt. 627.num.46
Conductor an poſsit excidere grandes arbores.644. num.24.Et ſi id fecerit,an poſsit expelli. 646. numero 30
Confeſsio conſanguinitatis,an & quomodo præiudicet.156.nu.274
Confeſsioni procuratoris,tutoris,executoris, & aliorum huiuſmodi de recepta pecunia,an credatur in præiudicium minorum , & aliorum quorum bona adminiſtrant,& alio quoque loco ibi allegato.257. nu.82.& loco ibi citato,& 259.nu.90
Confeſsioni debitoris in præiudicium creditoris nõ creditur,ibid.& loco item ibi citato.
Confeſsioni partium an credatur in præiudiciũ aliorum conſequentium & ſuccedaneorum , videlicet fideiuſſorum,mandatorum,creditorum, & aliorum huiuſcemodi. 257.nu.83
Confeſsioni non ſtatur in prohibitis,258.nu.85
Confeſsio extraiudicialis facta abſente parte non inducit oblationem ſed probationem , maximè cùm agitur de declaratione actus ambigui,vel de animo fraudandi.221.nu.55.& ſeq.
Confeſsioni de recepto vel numerato,an in præiudicium tertij ſtetur.256.nu.78.cum multis ſeq.
Confeſsio patris an præiudicet filio in legitima.257 nu.80.& 258.nu.87
Confeſsioni mariti de receptione dotis , an credatur in præiudicium creditoris.257.nu. 82. & alio loco ibi citato,& 258.nu.88.& 89
Confeſsio cedentis , an noceat ceſsionario. 279. numero 14
Confeſsio recipit probationem contrariam.290. numero 10
Confeſsio ficta recipit probationem contrariam.290 nuwero 12
Confeſsio facta apud acta præſente actuario, ſed abſente iudice non cenſetur eſſe facta in iudicio.532. numero 54
Confeſsio extraiudicialis abſente parte facta ad liberandum,an valeat.563.nu.121
Confeſsio procuratoris incontinenti reuocari poteſt, etiamſi aliter non appareat de errore:ex interuallo niſi probato errore non poteſt.593 nu.13
Confeſsio etiam domini incontinenti poteſt reuocari,ibid.nu.14. Illud autem incontinenti quomodo intelligendum,ibidem.
Confeſsio facta in tormentis non ſufficit ad condemnationem , nec ea quoque quæ fit ſtatim poſt tormenta.594.nume.21. Et quod interuallum eſſe debet,ibi videbis.
Confeſsio an probet depoſitum in præiudicium cõfitentis.650.nu.8.Et an etiam in præiudicium tertij,ibid.nu.9.& ſeq.
Confeſsio an tota approbanda aut reprobanda. 687. numero 9
Confiteri & recipere diuerſa ſunt.650.nu.11
Confeſſum aliquid non confeſſatum dicere debemus vt confeſſa res,confeſſa ſigna,cõfeſſum depoſitum. ibid.num.10
Confirmatio non retrotrahitur in aliorum præiudicium.172.nu.71
Congrui ius à quibuſdã retractus appellatur, & quare.2.num.3
Coniuncti teſtatoris cæteris præferuntur extraneis in bonorum diſtributione.15.nu.44
Coniunctorum appellatione veniunt fœminæ. 138. numero 200
Coniuncta perſona denuntiare non poreſt. 179. numero 98
Coniuncta perſona admittitur,modò poſtea ſequatur ratificatio,ibid.nu.99. & ſeq.
Coniuncta perſona non poteſt facere ea quæ requirũt mandatum ſpeciale.208.nu.34
Coniunctæ perſonæ ſolui non poteſt, ibid.
Coniunctus agens,non nomine proprio,ſed coniuncti,agere debet.346.nu.3
Coniunctus ſi agit vt procurator ſine mandato, non valet iudicium.347.nu.7
Coniunctiua requirit vtranque partem eſſe verã. 261. 262.num.3
Coniunctiua pro diſiunctiua interdum ponitur,ibid.
Conſanguineorum ſuffragia præferuntur,cùm quæritur de committenda quota parte hæredi.15. nu.44
Conſanguineorum executorum teſtamenti cum extraneis ſententia præfertur in modo diſtribuendorum bonorum,ibid.
Conſanguineis danda eſt electio in diuiſione hæreditatis,ibid.nu.44
Conſanguinei qui dicantur.93.nu.4
Conſanguinitas quid ſit,ibid.
Conſanguineis ad decimum tantùm gradum in ſucceſsionibus,legatis,fideicommiſsis relictis conſanguineis admittuntur.98.nu.24
Conſanguinei ij tantùm dicuntur,qui ſunt intra gradum ſucceſsibilem,ibid.
Conſanguineorum appellatione continentur fœminæ.138.num.202.
Conſanguinei vxoris an excludant fiſcum viri ſucceſſione & è conuerſo.385.nu.19
Conſanguinitas debet probari diſtinctis ſingulariter gradibus,nec ſatis eſt ſi dicatur habitus quis fuiſſe & tractatus pro conſanguineo.236.nu.1
Conſanguinitas quomodo & quibus modis probetur. 237.num.7
Conſanguineum an ſufficiat ſe eſſe probare ad ſuccedendum, an verò neceſſe ſit probare ſe eſſe proximiorem.360.nu.5.& quinque ſeq.
Conſanguineorum ætatem ſcire præſumimur. 549. numero 46
Conſcientiæ alicuius cùm ſtari debet , denegatur appellatio,tamen in magnis præiudiciis poteſt probari contrarium.290.nu.11
Conſentiens ſimpliciter alienationi,non tenetur de euictione niſi eam promittat vel ſe obliget.105. nu. 54.& 55
Conſentire inueſtituræ an videatur,qui alium patitur inueſtiri.121.nu.118.& iterum 127.nu.155
Conſenſus ſimplex ſine pacto aut renuntiatione non præiudicat iuri futuro,quod etiam cõpetit ex cauſa de præſenti.124.nu.134
Conſentiens rei prohibitæ alienari , non poteſt reuocare,ibid.nu.136.& ſeq.
Conſentiens dominus vaſallo , aut emphyteutæ vendenti videtur remittere totum ius ſuum, ita vt nec pretium petere poſsit.125.nu.138
Conſentiens inueſtituræ alterius ſibi pręiudicat,ibid.
Conſentiens alienationi rei ſuę,aut obnoxiæ,non poteſt eum impugnare,ibid.nu.139
Conſentiens alienationi alienare videtur,ibid.
Conſenſus tutoris aut alterius adminiſtratoris non ſibi præiudicat in iure rei cuius eo nomine alienationi conſentit.125.126.nu.143.& duob.ſeq.
Conſentire inueſtituræ alterius, an videatur qui præſens eſt & non contradicit.120. 121. nu.118.& 127. nu.155
Conſentire an videatur qui patitur præſcribi.165.nu. 151.& multis ſeq.
Conſenſus tradentis reſpectu futuræ cauſæ operatur dominij tranſlationem.700.nu.68


Conſenſus




Conſenſus factis exprimitur & declaratur. 702. numero 76
Conſequens ſapit naturam antecedentis, non è contrario.215.nu.26
Conſequens accedit antecedenti,niſi illud maius ſit. 324.numero 18
Conſilium malum, an ei noceat qui id dat aliàs facturo.394.nume.13
Conſilium habetur pro conſenſu.128.nu.159
Conſignare,quid ſignificet,ibid.
Conſignata pecunia quid differt à non conſignata. 304.numero 10
Conſignatio & depoſitio tum demum tantùm fieri debet,cùm is cui ſolui debet,doloſè recuſat accipere.341 nume.3
Conſignare & deponere,ſoluere non eſt,ibid.
Conſignatio pecuniæ nihil prodeſt,niſi priùs ſit oblata ei,cui ſolui debet,niſi is ſit abſens,ibid.nu.5
Conſignatio & depoſitio an fieri poſsint apud iudicem.658.num.1.& 2
Conſignatio quo tempore debet fieri.657.nu.26
Conſignatio an poſsit fieri apud quemlibet idoneũ, ſine autoritate iudicis.660.nu 11
Conſignatio apud quos fieri debet,ibid.
Conſignatio an & quando & ad quid requiratur.303 numero 3
Conſolidandi verbum.67.nu.60
Conſolidata res eo iure cenſetur,quo ea cui fit conſolidatio.231 nu.113
Conſolidata an ſortiantur naturam eorum quibus cum conſolidantur.486.nu.72.& ſeq.
Conſtitutio iniqua non obligat in foro conſcientiæ. 21.num. 68
Conſtitutio etiam correctoria ad eum caſum extenditur qui poteſt compræhẽdi ſublata & impropria ſignificatione.147.nu.234
Conſtitutio generalis non tollit priuilegiũ in eo caſu à iure conceſſum.229.nu.93
Conſuetudine præterita reprobata, an poſtea poſsit introduci ſimilis conſuetudo.7.nume.17. & duob. ſequentib.
Conſuetudo iniqua non obligat in foro conſcientię. 21.nume.68
Conſuetudo miſta laicorum & clericorum ligat ipſos clericos per eccleſiam.200.nu.2
Conſuetudo quæ requirit iuramentum vltra probationem teſtium vel inſtrumenti non valet.277.numero 1
Conſuetudo vna ſecundum aliam debet intelligi,etiã ſi ea ſit contra ius commune.161.nume.12. & 396. numero 21
Conſuetudines recipiunt interpretationem à iure cõmuni.147.nu.232.
Conſuetudo poteſt approbare vel reprobare contractum.714.nu.131
Conuentionalis dictio Latina.564.nu.1
Conuentio facta ſuper vno contractu non trahitur ad alios.122.nu.126
Correlatiuorum idem iudicium.328.nu.3
Modò eadem ſit ratio,327.nu.4.& 5
Conteſtatio vnde dicitur.391.nu.2
Conteſtari quid ſignificet,ibid.
Continere verbum an proprietatem ſignificet. 146. numero 230
Contractus conditionalis non eſt propriè cõtractus. 33.nume.24
Contractu nullo facto non debentur laudimia nec gabella.29.nume.7
Contractus factus contra legem nullus non eſt,quãtùm ad damnum & odium contrahentium , ibid. nume.9.& 439.nu.8
Contractus ſimulatus , tanquam corpus ſine anima, 31. num.15
Contractus ſimulatus ipſo iure nullus eſt,ibid.
Contractus ſimulatus non habet ſubſtantiam,ibid.
Contrahentibus dicentibus contractum eſſe ſimulatum,an credatur,32.nu.17
Contractus conditionalis non eſt propriè cõtractus. 33.num.24
Contrahentium vnus an poſsit altero inuito diſcedere à contractu conditionali.34.nu.27
Contractus factus ſub modo,purus eſt.35.nu.34
Contractus fuiſſe cenſetur, quo loco ſoluendum eſt. 39.numero 49
Contractus ſunt ſtricti iuris.133.nu.183
Contractus videtur factus in eo loco vbi ſolutio vel traditio fieri debet.39.nu.49
Contractus cenſetur factus,vbi conuentum eſt inter partes,non vbi conditio eius euenit.168.num. 46. & ſequen.
Contractus factus ſuper bonis rebellium etiã ſi conditio ipſius exiſtat poſt rebannitionem ſtante ſtatuto quòd contrahi non poſsit ſuper bonis rebellium,non tenet,ibid.nu.46
Contractus ſine traditione an ſit perfectus. 181. numero 114
An impediat tranſlationem dominij in alium, ibi.
An & obligationem,ibid.
An item publicationem ibid.
Contractus noctu fieri poſſunt.186.nu.8
Contractus nominantur ab effectu & vi ipſorum, nõ autem à denominatione partium contrahentium. 227.nu.87.& 478.nu.34.& ſeq.
Contractus ſimulatio & fraus declaratur ex præcedenti tractatu,& magis quidem quàm ex ſequenti.214.nu.24.& trib.ſeq.
Contractuum miſtura , vt cùm quid partim donatur,partim venditur, facit præſumi fraudem. 242. nu.11 & ſeq.
Contractus nouus ei nõ præiudicat, cum quo initus non eſt.252.nu.56
Contrahentes non poſſunt diſcedere à cõtractu perfecto,ex quo ius eſt alteri quæſitũ ſola ſpe in præiudicium illius,ibid.
Contractus & inſtrumentum differunt.270. num. 1. & ſeq.
Contractui non renuntiat qui inſtrumento renuntiat,ſed tantùm probationi inſtrumenti , ibid. numero 2
Contractus non annullatur annullato inſtrumentò, ibidem.
Contractu vitiato non vitiatur inſtrumentum , ibid.
Contractum vulgo accipimus pro inſtrumento.271. num.4.& 5
Contractus factus contra legem,licet non valeat ad eius commodum,qui contraxit,non tamẽ ad eius incommodum,439 nu.8
Contrahentes an in dubio cenſeantur eum contractum facere quem nominant.457.nu.7
Contractus ex eo iudicatur quod præualet.ibid. numero 9 & 10
Contractus in dubio is accipi debet,qui vtilior eſt cõtrahentibus. 463.nu.3 ..& ſeq.
Contractus an in dubio dicendus ſit nominatus , an innominatus.464.nu.36.& ſeq.
Contractus vnus an poſsit cenſeri multiplex.465.nu. 38.& ſeq.
Contractus emphyteuticus,liuellarius,cenſuarius,ſiue cenſualis,parum inter ſe differunt.494.nu.1
Contractus appellatio ad teſtamentum non porrigitur.540.nu.4
Contractus reſolutio retrotrahitur ad tempus ipſius contractus.542.nu.14
Contrahens debet ſcire ætatem & aliam conditionẽ eius cum quo contrahit.548.nu.42


Contra

Contrahens aduerſus iura, mala fide contrahit, ibid. numero 43
Contrahentes cenſentur intelligere verba ſecundum ius commune, & ſe aſtringere omnibus legibus de ea re loquentibus. 577. nu. 14
Contractus reprobatus an præbeat iuſtam cauſam præſcribendi. 582. nu. 35
Contractum non ſeruanti nec is ab aduerſario ſeruandus eſt. 643. nu. 19
Contractus bonæ fidei nullo conſenſu diſſoluuntur in præiudicium contrahentium, ſed non tertij. 678 numero 15
Contractus totus vel approbandus vel reprobandus. 686. nu. 4. & ſeq.
Contractus ſunt facti. 694. nu. 42
Contractus non fit ex promiſsione contrahendi, ibi. numero 44
Contractus dotis perficitur traditione dotis. 702. numero 73
Contractus qui conſenſu perficiuntur, verba non exigunt, ibid. nu. 76
Contractus principalis ſi ſit ſimulatus, quælibet clauſula in eo appoſita ſimulata quoque cenſetur. 232. numero 111
Contractus non præſumitur ſimulatus nec fraudulẽtus. 713. nu. 127
Contractus talis eſſe præſumitur qualis apparet, ibid.
Contractus dubius non debet cenſeri vſurarius nec illicitus. 714. nu. 128
Contractus frequentatus in dubio debet cenſeri eſſe licitus, 713. nu. 127. & ſeq.
Contractus qui fieri ſolet à viris bonis, non eſt ſuſpectus. 714. nu. 130
Contractus vſurarius vel aliter à iure reprobatus, an approbari poteſt à partibus. 718. nu. 150
Contrariorum eadem diſciplina. 376. nu. 16
Contribules qui dicantur. 96. nu. 19
Controuerſioſum verbum. 137. nu. 197
Controuerſiæ verbum compræhendit reſtitutionem in integrum. 515. nu. 40
Contumacia actoris maior quàm rei. 308. nu. 12
Contumacia non nocet, cùm nihil actum fuiſſet, etiã ſi contumax comparuiſſet. 393. nu. 9
Contumax in vno actu non ſibi præiudicat in ſequẽti. 129. nu. 162
Contumax non poteſt allegare pendentiam litis. 307 numero 8
Creditur verbum fictionem ſignificat. 595. nu. 27
Credere alij non tenemur, niſi dicti ſui fidem nobis faciat. 648. nu. 7
Creditor conditionalis non eſt propriè creditor. 33. numero 23
Creditores hæreditarij poſſunt petere vt hæredi tẽpus ſtatuatur ad adeundum. 171. nu. 61
Creditores an recta poſsint agere aduerſus eum cui debitor rem ceſsit ea lege vt ſatisfaceret creditoribus. 233. nu. 116
Et an aduerſus eum poterit emptor excipere de præſcriptione præcedentis temporis, ibid.
Creditor non tenetur accipere monetam quæ nõ eſt legitimi ponderis, etiam pro tanto quanti valet. 265. numero 13
Creditor poſterior probans veram numerationẽ an præferatur creditori habenti tantùm confeſsionẽ. 257. nu. 82. 259. nu. 91.
Creditor ſi oblatam pecuniam noluit accipere, & poſtea non valentem ſoluere interpellat, non eum conſtituit in mora. 281. nu. 2
Creditor ſecundus offerens priori obtinet. Sed ſi debitum non obtulit & prior abſolutus eſt, non auditur amplius volens iterum offerre. 341. nu. 5
Creditoris etiam diuerſi fori domus adeunda eſt, ad ſoluendum vel offerendum, quando per ſolutionẽ vel oblationem volo mihi aliquid acquirere, ibid. numero 6
Creditor debet probare ſe adfuiſſe ad locum ſolutionis die in id ſtatuta, vt debitor conſtituatur in mora. 433. num. 10
Creditor poteſt mitti in poſſeſsionem colonariæ facultatis. 444. nu. 30
Creditor cui emphyteuſis eſt obligata, poteſt offerẽdo canonem euitare pœnam commiſsi. 524. numero 19
Creditor miſſus in poſſeſsionem an teneatur ſtare locationi antè factæ à debitore. 643. nu. 19
Quid ſi creditori res fuit adiudicata ſiue in ſolutũ data à iudice, ibid. nu. 20
Creditor an in fundo pignorato poſsit excidere grandes arbores. 644. nu. 24
Creditor an poſsit cogere debitorem, vt ſibi reddat ante tempus pecuniam ei datam ſub pacto legis commiſſoriæ in pignore vel aliàs contractu prohibito. 718. nu. 150. & ſeq.
Credulitatis iuramentum ſufficit in iis quorum certa ſcientia eſſe non poteſt. 279. nu. 10
Credulitatis iuramentum an faciat ſubire periurium, cùm contrarium verum eſt, ibid. nu. 12
DAtio in ſolutum vice venditionis eſt. 209. nu. 1. & multis ſeq.
Vtrùm autem id procedat in pœnalibus. 210. numero 3
Sed an ex ea debeantur laudimia, ibi. nu. 4. & 211. nu. 10. & 212. nu. 14
Dare in ſolutum, & addicere creditori, an & quid differant. 211. nu. 8
Datio in ſolutum neceſſaria non comprehenditur in ſtatutis loquentibus de venditione, ibid. nu. 9
Datio in ſolutum à duobus facta cum redimendi pacto, an poſsit ab altero pro parte redimi. 407. numero 8. & trib. ſeq.
Sed an poſsit in totum redimi reſtituto integro pretio, videbis 603. nu. 33. & multis ſeq.
Datio in ſolutum plurium rerum pro vno debito pretiis in ſingulas res diuiſis, eſt tamen indiuidua. 410 nu. 26. & duob. ſeq.
Datio in ſolutum ſi fiat pro pluri quantumuis modico, in totum vitiatur, 411. nu. 26
Sed an id procedat in datione conuentionali. ibid. numero 28
An autem poterit creditor pignori incumbere, ibidem.
Datio in ſolutum, quæ ex pacto lui poteſt, an accedat pignori. 712. nu. 120. & ſeq.
Dati non videtur nummi qui auelli poſſunt. 619. numero 9
Datum non videtur quod auferri poteſt. 623. numero 28
Debet eſt verbum neceſsitatis. 236. nu. 1
Debitor conditionalis non eſt propriè debitor. 33. numero 24
Debitor cẽſetur facere quod fecit iudex ob illius præcedentem obligationem: & tenetur de euictione, ac ſi ipſe feciſſet. 212. nu. 13
Debitor in diem an & quãdo teneatur ſatiſdare. 250. nu. 48. in fi.
Debitor qui promiſit ſoluere, aut dare pignora aut fideiuſſores, an liberetur dando pignora vel fideiuſſores. 286. nu. 16
Debitor carcere non liberatur offerendo fideiuſſores, 285. num. 14
Debitor an poſt ſecundum decretum audiatur offerens debitum creditori. 357. nu. 12
Debitores abſentium creditorum quid facere debẽt, vt ſe liberent. 341. nu. 4
Debitor poteſt obeſſe creditoribus in quærendis. 423. num. 15





Debitor & alius quilibet tenetur conſentire vt fiat inſtrumentum debiti, aut alterius rei pactæ. 454. numero 1
An autem id ita procedat vt fiat inſtrumentum guarentigiatum de debito. 455. nu. 2. & 3
Debitor in conſtituta pecunia habet duo tempora, ſcilicet decem dies, & tempus quod datur condemnatis. 621. nu. 18
Debitor an poſsit grãdes arbores rei pignoratæ ſuccidere. 645. nu. 24
Debitor qui habet ex pacto quinquennium ad ſolutionem, ſi ei detur priuilegium non ſoluendi intra aliquod tempus, id tempus nõ currit niſi finito illo quinquennio. 622. nu. 23. de quo tamen vide 632. nume. 69
Debitor an poſsit renuntiare beneficio iuris reprobãtis pactum legis commiſſoriæ in pignoribus. 712. numero 123
Debitum conditionale non eſt debitum. 33. numero 24
Debitum conditionale cedi poteſt. 442. nu. 5
Debitum confunditur pro hæreditaria tantùm portione. 481. nu. 50
Decem dies qui dantur ad appellandum circa diuerſas ſententias ſimul currunt. 630. nu. 62
Decimus gradus tantùm ad ſucceſsionem, legatum & fideicommiſſum conſanguineis relictumque admittitur. 97. nu. 23. & ſeq.
Decima eſt tributum animarum egentium. 388. numero 12
Decima ſuper omnia fauorabilis, ibid.
Decimæ reales Dei beneficio percipiũtur, perſonales hominum quoque ingenio, ibid.
Decimæ prædiales debentur ſine deductione impenſarum, 387. nu. 10
Quid autem de decimis perſonalibus. 388. numero 14
Quid de realibus quæ debentur papæ. ibidem numero 15
Decimæ an inter immobilia computentur. 60. numero 32
Decimæ fructus vendi poſſunt. 65. nu. 51
Decima præteriti temporis poteſt peti à poſſeſſore etiam preteriti temporis, licèt nunc non poſsideat. 450. nu. 7
Decipere an liceat intra dimidium iuſti pretij in foro conſcientiæ. 253. nu. 64. & 66
Declaratio cuiuſpiam rei ſemper poteſt fieri. 256. numero 77
Declaratio nihil noui addit, ibid.
Declaratio rei obſcuræ debet fieri intra tempus, quo res ipſa fieri debuit. 177. nu. 90
Declaratio pretij non veri pro nulla habetur. 296. numero 1. le j.
Declarandi facultas cedi non poteſt. 436. nu. 77
Decurionibus creditur in ſuis arbitriis, etiam quantùm ad alios, ſed ita vt contrarium probari poſsit. 290. numero 8
Decretum irritans inducit formam. 303. nu. 3
Delegati ſub conditione non perpetuatur iuriſditio ante impletam conditionem. 33. nu. 24
Defunctus & hæres cenſentur eſſe vna perſona. 508. numero 6
Demonax philoſophus quid de ſacris Eleuſiniis ſenſerit. 667. nu. 15
Demonſtratio perſonæ impedit diſpoſitionem tranſire ad hæredem illius. 602. paulò ante nu. 26
Denominatio actus fit à digniori. 459. nu. 15
Denominatio hominum non mutat rerum ſubſtantiam. 464. nu. 34
Denuntiatio domi facta inducit præſumptam tantùm ſcientiam, non veram, ſicuti nec veram contumaciam. 377. nu. 42
Denuntiatio ſententiæ domi facta non facit currere tempus appellandi, ibid.
Denuntiatio pro facta habetur, cùm is cui fieri debet impedit ne fiat. 272. nu. 9
Denuntiatio an poſsit fieri per procuratorẽ. 520. nu. 4. & ſeq.
Denuntiatio & proteſtatio idem ſunt, ibid.
Denuntiatio quæ fit ad inducendam ſcientiam, poteſt fieri à quocunque ſine mandato etiam ad impingendam culpam. 521. nu. 7
Denuntiatio quæ fit venditori, vt veniat defenſurus emptorẽ, poteſt fieri à quocunque cauente de rato ſine mandato, ibid.
Denuntiatio ſubſtantialis non poteſt fieri à tertio. 522 numero 10
Denuntiatio cùm fit ab eo qui nullum ius habet in re de qua agitur, non obſtringit eum cui facta eſt, ibidem.
Denuntiatio quæ fit ad conſtituendum alium in mora, cùm fit alio nomine, non habet eum effectum niſi doceatur de mandato, ibid.
Denuntiatio an requirat mandatum ſpeciale, ibidem nume. 12. & ſeq.
Denuntiare an poſſunt ij, quorum intereſt, ſi non ſint domini. 523. nu. 18
Et an poſsint cogere dominum vt denuntiet, ibid. numero 21
Denuntiatio an requiratur, cùm is, cui, aut propter quem fit, eſt aliàs certioratus. 525. num. 24. & multis ſeq.
Denuntiatio in dubio non ob aliud requiritur quàm certiorandi alterius cauſa, ibid. nu. 24
Denuntiatio requiritur, etiam ſi adſit ſcientia cùm ea eſt de forma vel ſubſtantia, vel ſolennitate. ibidem nu. 26. & duob. ſeq.
Denuntiatio quando dicatur eſſe de forma, ibid. numero 26
Denuntiationis forma ſeruanda eſt, ibid. nu. 27
Denuntiatio quæ fit ad certiorandum, ita fieri debet, vt ex ea habeatur ſcientia certa & plena. 526. numero 30
Denuntiatio ad domum fieri poteſt. 328. nu. 1
Denuntiatio perfunctoria, aut obſcura non valet. 527 numero 32
Depoſitarius non tenetur ex alienatione rei depoſitæ, ſi non proceſsit ad traditionem. 39. nu. 48
Deponens qui depoſitum recuperat, ei videtur renũtiare. 303. nu. 4
An autem & oblationi renuntiare videatur, ibid.
Depoſitio non neceſſaria, ſi non legitimè fiat, non nocet, ibid. num. 5
Depoſitio ſolebat fieri in folle & ſacculo ſignato, ibi. numero 7
Depoſitio tum demum fieri debet, cùm is, cui ſolui debet, doloſe recuſat accipere. 341. nu. 3
Deponere, ſoluere non eſt, ibid.
Depoſitio pecuniæ nihil prodeſt, niſi prius ea fuerit oblata ei cui fieri debet, ibid. nu. 5
Depoſitum confeſſum, id eſt, de quo non aliter conſtat quàm per cõfeſsionem, an gaudeat priuilegio depoſiti, de quo verè conſtat. 651. nu. 14
Depoſitum non niſi re contrahitur. 652. nu. 15
Deponere in ſacculo conſignatum ſine numeratione, an ſufficiat. 653 nu. 18. & ſeq.
Depoſitum an ei pereat qui depoſuit, an verò ei ob cuius recuſationem factus eſt. 657. nu. 34
Depoſitarius an liberetur, ſi princeps pecuniam depoſitam accipiat. 657. nu. 35
Depoſitio quo tẽpore fieri debeat, an ante litis cõteſtationem, an aliàs, ibid. nu. 36
Depoſitio an poſsit fieri apud quemcunque idoneum ſine autoritate iudicis. 660. nu. 11
Depoſitio apud quos & quomodo fieri debeat, ibid.

Depoſitio quare fit ad ſacras ædes,ibid.nu.12
Deponẽs an poſsit ante ſtatutum tempus depoſitum repoſcere.663.nu.1.le ij.
Et quid ſi depoſitum factum fuit autoritate iudicis,vel gratia alterius,ibid.nu.2
Et quid autem ſi fuit factum ex conſenſu vtriuſque partis,ibid.nu.3
Quid denique ſi vſurarius depoſuit pecuniam,aut aliud quippiam pro reſtituendis vſuris,ibid.nu.4
Depoſitum poteſt reddi monacho,filio,ſeruo, & cæteris huiuſmodi qui depoſuerunt, ſine autoritate abbatis,patris,domini,& aliorum,ibid.nu.5
Deſtinatio an habeatur pro re perfecta. 77.nu.110.& 86.nume.25
Deſtinatio facit pertinentias.534.num.4
Deuotiones.157.nu.279
Dicta in primo contractu præparatorio cenſetur repetita in ſecundo.711.nu.116.
Dictum doctorum intelligitur ſecundum leges quas allegant.616.nu.53
Dictio,pecuniariter,Latina.13.nu.40
Dictio,quondam,quam vim habeat.103.nu.50
Dictio,citra.197.nu.69
Dictiones,vltra citraque,ibid.
Dictiones vltro citroque,ibid.
Dictio,ante.197.nu.70
Dictio,intra,ibid.nu.71.& 72
Dictio,extra,198.nu.72
Dictio,extrinſecus,ibidem.
Dictio,præter,ibid.num.73
Dictio,in,198.nu.74
Dictio,circa,198.nu.75
Dictio,infrà,ibid.nu.76
Dictio,ſuprà,ibid.nu. 77
Dictio,ſuper.199.nu.78
Dictio,abſque,ibid.nu.79
Dictio,de,ibid.nu.80
Dictio,iuxta,200.nu.81
Dictionis,quicunque,vis.57.nu.20.& multis ſeq.
Dictiones vniuerſales reſtringuntur ſecundum naturam actus cui attribuuntur,ibid.nume.21.& multis ſeq.
Dictio,vbique,quam vim habet.58.nu.25. & 59. numero 30
Dictio,regulariter,Latina eſt.144.nu.223
Dictio,ſemper,vniuerſalis affirmatiua,ibid.nu.224
Dictio,plerunque,denotat eſſe regulam cui adiicitur, ibidem.
Dictio,plerunque,ſignificat maxima ex parte, & facit etiam regulam,ibid.
Dictio,quandoque, denotat regulam eſſe in contrarium,ibidem.
Dictio interdum,exceptionem & raritatem denotat, ibidem.
Dictio, ſemper, non tollit præſcriptionem. 166.numero 34
Dictio,perpetuò,idem,ibid.
Dictio,quandocunque,ibid.
Dictio,omni tempore,ibid.
Dictio,ex tunc,denotat extremitatem temporis,101. numero 39
Eadem diem includit,ibid.
Dictio,poſtea,ſignificat actum perfectum & non pẽdentem.193.nu.50
Dictio poſt,eſt ſeparatiua,ibid.
Dictiones,à, & ab,an ſint incluſiuæ.193 nume.51.& ſequen.
Dictiones huiuſmodi pro poſt ponuntur.194.numero 53
Dictio,ex,an ſit excluſiua,ibid,nu.54.& ſeq.
Dictio,vſque.196.nu.66
Dictio,ad,ibid.nu.67
Dictio,vltra.197.nu.68
Dictiones,hinc,& ab hinc, an diem termini comprehendant.198.nu.23
Dictiones,aliàs & alioquin, quam vim habent. 314. num.1.& ſeq.
Dictiones,non aliter,nec alio modo,ibid.nu.3
Dictiones,idem & dictum,referuntur tantùm ad præcedentia,nec habent tractum ad futurum.320.nu. 24.vide tamen nu.ſeq.
Dictio,quis,eſt etiam fœminini generis.142. nu. 216. & ſequen.
Dictio,dummodo,non facit conditionem, ſed tamen neceſsitatem facit.321.nu.1.le j.
Dictio Gallica,*pourueu*,facit conditionem,ibid.
Dictio,quilibet,quam vim & naturam habet.469.numero 11
Dictio,ſinguli.470.nu.12
Dictio,quiſque,ibid.
Dictio,quicunque, ibid.
Dictio,infinitas,Ciceroniana.575.nu.6
Dictio,ſemper,an impediat præſcriptionem,& quam, 576.nu.8.10.& 11
Dictio, quandocunque, an etiam impediat præſcriptionem,& quam.575.nu.7.& 10.& 578.nume.16. & 17.& 579.nu.19
Eadem dictio reſtringitur ſecundum naturam actus,cui attribuitur,ibid.
Dictio,vbique.577.nu.11
Dictio,perpetuò,an impediat præſcriptionem.576.n. 8.& ibid.nu.11
Dictiones,toties,quoties.579.nu.19.& 20
Dictio,perinde,fictionem ſignificat.595.nu.27
Dictio taxatiua,an excludat hæredes.596.nume.2. & multis ſeq.
Dictio taxatiua affirmatiuè poſita excludit omnes alios caſus,& perſonas præter expreſſas,ibid. Niſi tamen ſint ſimiles expreſsis aut eandem rationem habentes.ibidem.num.6
Etiam in pœnalibus,ibid.
Quod an procedat in perſonis.698.nu.9
Dictio,ipſe,quam vim habeat.601.nu.25
Dictiones hæ,non aliâs,& non aliter, inducunt formam & ſolennitatem.661.nu.14
Dictiones,ex nunc,prout ex tunc,& ex tunc prout ex nunc,quam vim habeant.637.nu.85.& ſeq.
Dierum naturalium & ciuilium differentia.184. nu.1
Dies Babyloniorum qualis fuit,ibid.
Dies Perſarum,ibid.
Dies Athenienſium,ibid.
Dies Vmbrorum,ibid.
Dies Hetruſcorum,ibid.
Dies Romanorum,ibid.
Dies Aegyptiorum, ibid.
Dies Hipparchiorum,ibid.
Dies ortus agendi principium,ibid.nu.2
Dies naturalis,ibid.nu.3
Dies vulgaris.ibid.& ſeq.
Dies artificialis,ibid.
Dies vt à nocte diſtinguitur, ibid.
Dies vulgaris per ſtatuta terrarum diffinitur.185.numero 4
Dies ciuilis,ibid.nu.5
Dies legalis ſiue emergens,ibid.nu.6
Dies conuentionalis.186.nu.7
Diei appellatio ſimpliciter intelligitur de die viginti quatuor horarum,vt noctem etiam compræhẽdat, ibidem.
Die aliquo ſi quis promiſerit, & iurauerit facturum daturúmve,non eſt periurus, ſi intra mediam noctem eius diei fecerit,dederítve,ibid.& ſeq.
Dies eccleſiaſticus varius.187.nu.13. & ſeq.
Dies pro tempore tempeſtiuo.ibid.nu.15
Dies pro ſole,ibid.
Dies termini an computetur in termino,188.num.17.


& multis




& multis ſequen.vſque ad 65
Dies vltimus computatur in termino.190.nu.27
Dies ſolutionis eſt pars contractus.248.nu.38
Dies non eſt magnum interuallum.590.nu.1.le ij.
Difficultas non excuſat à pœna conuentionali. 587. numero 58
Difficultas an excuſet.183.nu.124
Difficultas numerandi & ſeparandi.171.nu.64
Dignitas duplex à digniori denominatur.459.nu.15
Dilatio data ad probandum per teſtes,nõ currit pendente lite admittendorum articulorum. 167.nu.41
Sed id quomodo intelligatur,ibid.nu.42.& ſeq.
Dignius ad ſe trahit quod minus dignũ eſt. 71.nu.82. & 459.nu.15
Dilatio pars eſt pretij.248.nu.38
Dilationi à me petitæ an poſsim renuntiare in præiudicium aduerſarij.544.nu.27
Dilatio ſecunda ad probandum, ſine cauſa dari non debet.611.nu.30
Prima tamen, antequam tempus ipſius ſit tranſactum poteſt prorogari, ibid. de quo tamen vide num.ſequen.
Dilatio certi temporis data pluribus ad aliquid faciendum etiam gradatim,ita ſcilicet,vt alteri alteris præferantur,non intelligitur data diſtributiuè, vt quilibet habeat illud tempus integrum,ſed collectiuè,vt ſcilicet id tempus omnibus currat. 629. numero 60
Dimittere creditorem quid ſit.422.nu.14
Diræ execrationes.157.nu.279
Directa iura tranſmittuntur ad hæredes,& tamen cedi non poſſunt.431.nu.47
Diſpoſitio facta in perſona expreſſa & capace nõ vitiatur ob id quod quæritur incapaci.107.nu.69
Diſpenſatione quod fit cenſetur impoſsibile.483.n.59
Diſpenſatio,ius,& rigor,an differant.499.nu. 9
Diuiſio venditio dicitur.225.nu.77
Diuerſa origine,eadem ſunt & proſecutione, & effectu.621.nu.18
Diuiſio formam corrumpit.267.nu.12
Diuiſio ſpecies permutationis.489.nu.88
Diuitum omnes ſunt conſanguinei.354.nu.8
Diuturnitas poſſeſsionis facit fundum præſumi patrimonialem.491.nu.96
Dolo ſi quis ſuum recuperat, non tenetur ad reſtitutionem.22.nu.71
Dolus an virtus quis in hoſte requirat?ibid.
Dolus bonus & dolus malus.22.nu.72
Dolus non tam facilè præſumitur in muliere, ruſtico, milite,vt in cæteris,571.nu.34
Domicilium habitationis potius intelligitur, quàm originis.322.nu.21
Domicilium habere intelligitur, vbi maximam partem bonorum habet.535.nu.7
Dominus non habet ius prælationis ex venditione conditionali.33.nu.23
Dominium transfertur ex contractu conditionali ſecuta traditione.35.nu.30.& ſeq.701.nu.69
Dominium non transfertur ex venditione, niſi prius ſoluto pretio.37.nu.43
Dominus etiam cenſetur is à quo res abire poteſt ex quadam conditione.625.nu.36
Idque procedit etiam vt pleno iure ſit dominus. 626.num.38
Dominus quod donat ſeruo communi,ſociis acquirit,non ſibi.107.nu.66
Dominus an poſsit agere contra tertium poſſeſſorem pro laudimiis contractuum præcedentium. 422.num.10
Dominus præſens alienationi feudi, an poterit eam alienationem reuocare.120.nu.116. & iterum 127. numero 150
Dominus non priuatur iure prælationis ob id quòd requiſitus & expectatus duobus menſibus nõ obtulit pretium.126.nu.147
Dominus qui paſſus eſt rem ſuam ab alio venditam præſcribi, poteſt pretium eius venditionis repetere.152.nu.254
Dominus non niſi intra annum poteſt reuocare alienationem feudi à vaſallo factam.160.nu.5
Dominus ignoranter recipiens canonem poſt commiſſum non ſibi præiudicat.163.nu.22
Dominus recipiẽs vaſallum poſt tempus tum demum ſibi præiudicat,ſi id ſcienter fecerit,ibid.
Dominiũ non transfertur ex contractu vel actu conditionali ante conditionem.170.nu.58
Dominus qui redimit feudum alienatum, debet reddere idem pretium, niſi fraus in eo facta ſit. 238. numero 1
Dominus an teneatur ſtare locationi factæ ab emphyteuta,& vaſallo,qui poſtea eidem domino emphyteuſim aut feudum renuntiauit. 496. nu.9
Dominus volens retrahere, poteſt compenſare. 283. numero 5
Dominus ſi non contradicat ei quod facit procurator,an cenſetur ratum habere.342.nu.11
Et quid ſi procurator excedat mandatum domino, ſciente & non contradicente.343.nu.13
Dominus ſi debeat habere certam partem fructuum, an intelligitur deductis impenſis. 389.nu.19.& 20
Dominus feudi poteſt retrahere eam partem tantùm quæ eſt in feudo ipſius. 453. num.1.4. & 5.& 414. numero 10
Dominus feudi ex pluribus rebus ſui feudi vno contractu venditis non poteſt partem retrahere iure feudi.413.nu.3
Quid autem ſi ſint plures domini, an vnus eorum poſsit pro parte ſua retrahere,ibid nu.4
Dominus feudi an queri poſsit licitationem ab emptore factam eius rei quæ in ſuo feudo eſt, iniuſtam eſſe.415.nu.2.& multis ſeq.
Dominus qui ſemel elegit vel laudimia vel retentionem rei,an poſsit poſtea variare.416.nu.7.Et quid ſi deceptus fuit fraude emptoris,ibid.num.8.Quid ſi alterius, ibid.
Dominus petendo poſt triennium ſibi æquè præiudicat ac ſi accepiſſet.588.nu.64
Dominus qui poſt tempus requirit vaſallum,vt fidelitatem præſtet,ſibi etiam præiudicat,ibid.
Dominus feudi, vel emphyteuſis, an poſsit alteri cedere ius retentionis rei alienatæ.430.nu.43.& 44
Dominus an poſsit inuito vaſallo cedere ius vaſallagij.436.nu.78
Dominus non poteſt contractum partim reprobare, partim approbare, ſed eum debet approbare cum ſuis cauſis.682.nu.2.& 683.nu.7
Dominus quoque non poteſt pro parte approbare quod geſtum eſt à negotiorum geſtore.d.nu.7
Dominium transfertur ex traditione non ſolùm ex cauſa de præſenti,ſed & ex ea quæ ſperatur, id eſt, ex cauſa legitima non ſolùm re,ſed & ſpe.700.numero 68
Domus exemptilis an ſit reputanda mobilis, an immobilis.79.nu.118
Domus,familia & agnatio idem ſunt.137.nu.195
Donatio rerum mobilium & immobilium non comprehendit nomina & actiones.53.54.nu.9
Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium præſentium & futurorum,an valeat,ibid.
Donatio eorum quæ Fontenaij habeo, non comprehendit actiones, etiam ſi inſtrumenta ibi confecta ſint,aut ibi debeantur.55.nu.11
Donatio rei alienæ non eſt propria donatio. 32.nu.19
Donatio rei alienæ an indigeat inſinuatione,ibid.
Donator qui nõ tenetur de euictione,an ſit teſtis idoneus in cauſa donatarij.9.nu.26.

Donatio inter patrẽ & filiũ pro dote & eius augmẽto valet.251.nu.51
Donationes remuneratoriæ,& ob cauſam, & mutuæ habent vim venditionum.419.nu.4. Ex hiſque debentur laudimia,ibid.
Donatio ab iis facta, cui ſuus ſucceſſurus, eſt potius debiti ſolutio quàm muneris oblatio.481.nu.47
Donatio facta à patre poſt emancipationem, & ante decretum ipſius,an valeat.592.nu.5
Donatum cenſetur filio in prẽmium emancipationis, quod incontinenti ante vel poſt emancipationem donatum eſt,ibid.nu.6
Donatio non præſumitur,vbi ſumi poteſt alia coniectura, præſumptio, aut occaſio, vel leuiſsima. 531. numero 50
Donatio tum demum vera & abſoluta eſt,cùm ita fit, vt nullo caſu reuocetur.619.nu.9
Donatio facta eccleſiæ ea lege vt ſi eccleſiæ nõ ſubeat onera in ea donatione appoſita,liceat donanti rem propria authoritate occupare, an qui ita conceſsit id poteſt facere.684.nu.11.& 685.nu.14
Donationis appellatione non continetur promiſsio donandi.695.nu.48
Donationis cauſa an præſumatur, cùm nulla alia apparet.709.nu.107
Donationi perfectæ re tradita non poteſt ex interuallo apponi pactum vel cõditio etiam volente donatario,ibid.nu.108
Donatio non præſumitur,vbi alia coniectura,aut occaſio capi poteſt.531.nu.49
Etiam leuiſsima,ibid.nu.50
Dotaliſne fundus emptus ex pecunia dotali. 473.numero 15
Dotalis efficitur res permutata cum re dotali,ibid.
Dos an comprehendatur in generali lege vel ſtatuto. 228.nu.91.& ſeq.vſque ad 107
Dotis cauſa an cõprehendatur ſub ſtatuto requirente conſenſum propinquorum in contractibus mulierum,ibid.nu.91
Dotis cauſa an comprehendatur ſub l.bene à Zenone.C.de quadr.præſcrip.ibid.
Dotis cauſa an comprehendatur ſub ſtatuto exigente ſolennitatem.228 nu.92
Dotis cauſa an cõprehendatur ſub ſtatuto diſponente emptorem ad cridas non poſſe inquietari,ibid.
Dotis cauſa an cõtineatur in ſtatuto prohibente alienationem in forenſes,ibid.
Dos ſemper & vbique præcipua,ibid.nu.94
Doti in dubiis fauendum eſt,ibid.
Dos non comprehenditur ſub generali renuntiatione,ibidem.
Dotis cõtractus non comprehenditur in generali reuocatione contractuum,ibid.
Dotis inæſtimatæ datio non comprehenditur in l.vlt. C.de iur.emphy.229.nu.95
Quid autem ſi datur æſtimata,ibid.& 231.nu.108
Dos præſcribitur xxx.annis.230.nu.97
Dos non eximitur à ſolennibus iudiciorum,ibid.numero 98
Dotis ſententia incerta & obſcura non valet,ibid.
Dotis ſententia non adeò priuilegiata eſt,quin ab ea poſsit appellari,atque de eius nullitate dici,ibid.
Dos non facit vt ex ſolo contractu transferatur dominium,ibid.nu.99
Dos extra ſuos caſus ſpeciales remanet ſub regulis iuris,ibidem.
Dos comprehenditur ſub ſtatuto requirente certam formam in obligatione minorum,ibid.
Dos & fiſcus æquiparantur,ibid.nu.100
Dotis hypotheca contrahitur ex die promiſſæ dotis non expectata conditione.182.nu.117
Dos ſine matrimonio conſiſtere non poteſt. 628. numero 53
Dotis promiſsio habet tacitam cõditionem,ſi nuptiæ ſecutæ ſint,ibid.nu.53
Etiam ſi dos ſit promiſſa ad omnem voluntatem ſponſi,ibid.nu.55
Imo etiam ſi ita promiſſum fuerit,ſi matrimonium mecum contraxeris, ex nunc volo eſſe obligatus, ibidem.
Dotis quoque legatum intelligitur ſub conditione, ſi nuptiæ extiterint.d.nu.53
Dos conſtante matrimonio inuito marito vendi non poteſt:permutari autem poteſt.462.nu.28
Dos confeſſa an habeat priuilegium veræ dotis. 651. numero 14
Dos confeſſa an comprehendatur in ſtatuto lucrandæ dotis,ibid.in fi.
Dos tradita & dos cõſtituta,promiſſa legata,an à pari procedant. 692. nume.32.& ſeq.vſque ad 40. & 698.nu.58.& 59
Dos promiſſa dos eſt,atque ex ea dicitur mulier dotata.692.nu.32
Dubitationis tollendæ cauſa quædam etiam intellecta exprimuntur.144.nu.220
Dubius & ignorans æquiparantur.527.nu.31
Dubia & obſcura aſſertio non releuat.527.nu.35.in fi.
Duæ dilationes cùm non procedant ex eodem fonte, vna non confunditur in altera, ſed ſibi inuicem ſuccedunt.625.nu.18
Duo actus facti ſtatim vnus poſt alium cẽſentur vnus actus, aut certè vnus alterius contemplatione factus.590.nu.1.le ij.
Duplici onere,aut damno non debet quis affici. 242. numero 9
Durum ius,eſt ius ſtrictum.501.nu.20
Dura ſententia,ibid.
Duri iudices,ibid.
Dura pœna,ibid.
Durum & iniquum.ibid.eod.nu.20
Dura lex,ibid.
Durus homo,ibid.
Durities legum,ibid.
Durior interpretatio,ibid.
EAdem ſpecie quæ dicuntur.55.nu.11
Eadem res an diuerſo iure cenſeri poſsit.244.numero 21
Et ad contrarios effectus operari.245.nu.23
Eadem ratio decidit caſus ſimiles, non per extenſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpecies. 401. num.2.& ſeq.
Eccleſia deducit impenſas ex fructibus præterquam ex decima.388.nu.13
Eccleſia ſi velit agere ex cõtractibus factis ab intruſo, debet eos cum ſuis cauſis & vitiis acceptare,ibid.
Eccleſia an poſsit in cõtractu emptionis à ſe facta apponere pactũ, vt res ſit inempta, niſi ſoluerit integrum pretium intra certũ tempus.413.nu.2.& ſeq.
Eccleſia non reſtituitur aduerſus lucrum odioſum prouenien ex diſpoſitione legali.506.nu.10
Eccleſia poteſt cogere emptorem, vt ſtet emptioni: etiam ſi in ea non interuenerint ſolennitates debitæ.719.nu.152.in fi.
Editio inſtrumenti cum fit,non ſolius principalis,ſed & ſtipulationum,renuntiationum,& aliarum clauſularum fieri debet.527.nu.33
Electio nulla an impediat aliam fieri. 318.nume.18.& 319.num.19
Electio cum datur alicui intra aliquod tempus, & is non eligit,tranſit electio ad alium. 417.nu.9.& 10
Eligendi facultas an cedi poſsit.416.nu.7
Emancipare videtur pater conſentiens filio donanti alteri filio bona profectitia, quo ad eum actum. 107.num.67
Emendatio libelli,licet debeat fieri ante litẽ conteſtatam,tamen ſatis eſt,vt ſtatim poſt fiat.591.nu.5
Emphyteuſi finita per generationem ,hæredes & cõſanguinei,an præferantur extraneis, & quomodo. 13.nu.41.& ſeq.
Emphyteuta non cadit emphyteuſi ob venditionem inualidam.29.num.6.Nec ſimiliter obvenditionem ſimulatam.30.nu.11
Emphyteuta non priuatur emphyteuſi ex venditione conditionali ante conditionem.33.nu.23.Niſi proceſſum ſit ad traditionem.35.nu.32
Emphyteuta an priuetur ex ſola venditione, ſiue traditione.38.nu.44.& ſeq.
Emphyteuſis vſus vel vſusfructus an conſtitui poſsit. 61.nu.41.& 64.nu.48
Emphyteuta an poſsit vendere fructus futuros. 61. numero 41
Emphyteuſis aut fructus ipſius an capi poſsint in cauſam iudicati.63.nu.47.& 48
Emphyteuſis accepta pro ſe, ſuis filiis & nepotibus, admittit nepotes poſt mortem accipientis cõcepti. 114.num.88
Emphyteuſis alienata præſente domino & non contradicente,an ab eo poſsit reuocari.127. nume.151. & ſequen.
Emphyteuta non cadit emphyteuſi alio pro eo ſoluente.153.nu.259
Verùm non cogitur dominus ſolutionem ab alio accipere.154.nu.262.& ſeq.
Emphyteuſi finita per generationem,intra quod tempus hæredes & cõſanguinei poſſunt petere ſibi renouari.160.nu.4
Emphyteuta non eſt in mora ſoluẽdi canonis, quandiu ei ſit quæſtio de re emphyteutica.186.nu.37
Emphyteuſis in dotem data ſimpliciter aut æſtimata, an requirat conſenſum domini.214.nu.21
Emphyteuta non tenetur aliquid remittere de pretio quod ab alio reperit domino volente emere & offerente iuſtum pretium.239.nu.5
Emphyteuta non ſolués excuſatur à commiſſo,ſi dominus tantundem deberet,& paratus eſt compenſare,ibid.nu.7
An autem neceſſe eſt,vt id declaret,ne cadat.240. numero 8
Emphyteuta ſoluens alteri nomine domini ſciẽtis, & patientis,an liberetur.343.nu.16
Emphyteuta non ſoluens eo tempore, quo hæreditas domini iacet,an excuſetur.346.nu.27
Emphyteutæ inter ſe an poſsint alienare inſcio domino.361.nu.12
Emphyteuſis an poſsit à patre vni filiorum relinqui. 364.nu.23.& duob.ſeq.
Emphyteuta qui rem vẽditam recuperat,an liberetur à pœna,in quam vendendo incurrit.400.nu.1
Emphyteuta ſi domino pretium non verum denuntiauerit,perinde eſt,ac ſi omnino non denuntiauerit,ibid.nu.3.& ſeq.
Emphyteuſis in rebus ſoli tantùm conſtat. 300.nu.4. & 301. nume.10. An autem in rebus incorporalibus,ibid.nu.10
Emphyteuſis ſi alienata fuerit,prẽfertur dominus cõſanguineo in reuocatione eius alienationis. 404. num.3.& 4
Emphyteuta plurium rerum, ſi in vna tantùm malè verſetur,an priuetur omnibus.406.nu.3
Emphyteuſis rei eccleſiaſticæ conceſſa ad longum tempus,an vitietur in eo tantùm quod excedit ix. annos,& quid ſi pro toto longo tempore ſit cõſtituta vna penſio ſiue pretium.408.nu.12
Emphyteuta plurium rerũ pro vna penſione non poteſt ſoluere partem pẽſionis pro rata vnius rei tantùm,ibid.nu.14
Emphyteuta vendens partem,an ea tantùm parte cadat,an tota emphyteuſi.411.nu.28.& ſeq.
Emphyteuſis ſi teneatur pro certa parte à capitulo,& pro reliquis ab aliis nobilibus, & emphyteutæ eam vendat cum conſenſu capituli & eorum nobilium prẽter vnum,qui vult partem ſuam ſibi retinere,an id poteſt facere.414.nu.5
Emphyteuta cum cedit emphyteuſi pro alia ſpecie,& etiam pro pecunia,quæ pluris valet quàm ſpecies, & ſic cenſetur vẽditio,tamen vtitur verbo permutationis, an res cadat in commiſſum. 458.numero 11.& ſequen.
Emphyteuta impunè permutare poteſt inſcio domino,ſed vendere non poteſt,464.nu.34
Emphyteuſis finita per generationem, & iterum renouata, an cenſeatur noua, an antiqua.477.numero 30
Emphyteuta an poſsit renuntiare emphyteuſim inuito domino.494.nu.1.2.& 495.nu.3
Emphyteuta cùm renuntiat domino,an emphyteuſis tranſeat in dominum libera, omnibus obligationibus,hypothecis,ſeruitutibus,& aliis oneribus ab emphyteuta impoſitis.496.nu.7.& ſeq.
Emphyteuta qui pro pẽſione obligauit omnia bona, an poſsit renuntiare emphyteuſim domino. 497. numero 1. le j.
Emphyteuta qui triennium ceſſauit ſoluere, quia interim detentus fuit in carceribus, excuſatur. 585. numero 50
Emphyteuſis acquiſita pro me & hẽredibus,an intelligatur de primis tantùm hæredibus.599.nu.18
Emphyteuta excuſatur qui alienauit cum pacto legis commiſſoriæ,& addictionis in diem incontinenti appoſito.606.nu.4
Emphyteuſis quæ reuertitur ad dominum, an redeat libera,an cum onere ſeruitutis,hypothecæ & aliorum onerum.641.nu.13
Emphyteuta an poſsit excidere grãdes arbores. 644. nu.24.& multis ſeq.
Et ſi id fecerit,an poſsit expelli.645.nu.27
Emphyteuta an poſsit mutare formam fundi, eum meliorem faciens,ibid.
Emphyteuta ſi ſoluerit penſionẽ præter vnum nummum,cadit emphyteuſi.655.nu.26.Idémque ſi tota penſio conſiſtit in vno nummo,ibid.Quomodo autem id intelligatur.655.nu.29.& ſeq.
Emphyteuta promittens tantùm vendere ſine cõſenſu domini,non cadit emphyteuſi.695.nu.45
Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa vltra generationem licitam,omnino nõ valet.Sed ſi ſiat vſque ad ipſam cum pacto renouandi, valet,ſed pactum renouationis vitiatur.697.nu.53
Emphyteuſis acceſsio ad quem ea reuerſa ad dominum pertineat, domnúmne ipſum, an emphyteutam.706.nu.94
Emphyteuta vendens cum pacto redimendi, & vi illius redimens,an cadat emphyteuſi.720.nu.155.& duobus ſequen.
Emphyteuſis vltra generationem permiſſam cõceſſa, an in totum vitietur.717.nu.146
Emptor conditionalis non præſcribit ante conditionis euentum.33.nu.24
Emptor tenetur tradere rem liberã & vacuam, etiam ſi dictum non ſit.105.nu.57
Emptori qui promiſit ſoluere pretium intra certum tempus,non currit id tempus,niſi à die rei traditæ. 181.num.112
Emptores rerum eccleſiaſticarũ an gaudeant immunitate gabellarum & vectigalium.203.nu.11.& 12
Emptor qui emit ea lege vt ſatisfaceret creditoribus venditoris, an poſsit aduerſus eos vti exceptione præſcriptionis.233.nu.116
Emptor à quo res retrahitur debet manere indemnis.241.nu.7
Emptor qui emit minus dimidio iuſti pretij, an teneatur,ſi res periit.554.nu.71

Emptor conditionalis non facit fructus ſuos. 633. numero 72
Emptor tenetur ſtare locationi propter hypothecam. 639.num.4
Emptor qui non ſoluto pretio percepit fructus rei, tenetur ad vſuras.670.nu.16
Emptor ſi ſoluerit partem pretij tantùm, non acquirit etiam pro ea parte dominium.Tamen debet habere fructus pro rata.701.nu.71
Emptor ante ſolutum pretium nondum eſt dominus rei emptæ,ibid.nu.72
Emptio,& venditio intelligitur facta confeſtim quàm partes conuenerint de pretio, quamuis nondum numeratum ſit.37.nu.42
Emptio & venditio cenſetur facta etiam nondum tranſlato dominio,ibid.
Emptio & venditio dignior ſtipulatione. 459. numero 16
Emptiones pro inſtrumentis emptionum.271.nu.4
Emptio rei ſuæ non valet,cùm ſua eſt irreuocabiliter, aliàs ſecus.620.nu.12.& 621.nu.44
Emptor non tenetur ſoluere ante traditionem rei. 629.num.57
Emptor cum pactis legis commiſſoriæ & addictionis in diem non facit interim fructus ſuos, ibid.nu. 59
Emptioni & venditioni ſi pretio ſit aliquid additum aut detractum, an cenſeatur noua emptio & venditio.722.nu 165.& multis ſeq.
Emens à minore ignoranter, an ſit in culpa aut mala fide.548.nu.42.& 45
Emens non debet ignorare ætatem venditoris, nec quamlibet aliam códitionem vel qualitatem,etiam ſi ſit extraneus.ibid.nu.42
Emens à minore & poſtea vendés alteri, cótra quàm minor petit reſtitutionem, an teneatur de euictione,ibid.nu.42.& multis ſeq.
Επιεικεία,æquitas.63.nu.28.in fi.
Epiſcopus ſi permiſerit alicui ſemel intrare monaſterium monialium, deinde idem conceſſerit omnibus certo aliquo die vt poſsint intrare,íſque cui primùm conceſſum fuerat die omnibus conceſſo intrauit, an poterit iterum ingredi vi ſpecialis ſuæ promiſsionis.632.633.nu.70
Errans nemo rem ſuam amittit.32.nu.19
Errans in calculo temporis debet ſibi imputare.584. numero 47
Eriſichthon præ fame filiam vendidit.423.nu.17
Etruſcorum dies.184.nu.1
Euentus ab origine & primordio formatur.86.nu.26
Euentus multa oſtendit, qualia ſunt. 543.nume.18.& multis ſeq.
Euictio non debetur pro re ſingulari hereditatis euictæ,niſi nominatim conuentum ſit.71.nu.81
Euictio non habet locum in quibuſdam caſibus.100. num.34.& ſeq.
Euictioni non obnoxius eſt,qui ſimpliciter conſentit alienationi, niſi eam expreſsim promittat, vel ſe obliget.105.nu.54.& 55
Euictio an habeat locum cùm ſciés & prudens emit rem alienam,aut alicui oneri obnoxiam.374.nu.7
Etiam ſi à ſciente emit,ibid.nu.8
Et an ſaltem tunc agi poſsit ad pretium. ibid. nu. 10.& trib.ſeq.
Et quid ſi ſpecialiter cautũ ſit in aliquem caſum. 375.num 14
Euictio habet locum etiam re euicta per reſtitutionem aut alio iure ſpeciali.548.nu.44
Euictio etiam de non ſuo facto ab eo debetur, qui promiſit de ſuo facto tantùm ſi ſcienter vitioſam rem alienauerit,ibid.
Euictio debetur ſi ſciens & tacens rem vitioſam alienauerit,etiam ſi pactum ſit ne teneatur,ibid.
Euictio non competit illicito emptori, etiam ſi eam ſtipulatus fuerit,549.nu.47
Euictio nó habet locum,cùm aliquid eſt quod imputari poteſt emptori,qui victus eſt,ibid.nu.49
Euictio promiſſa quocunque modo res euincatur, an trahatur ad eam quæ aliàs ex natura actus non cócomprehenderetur.559.nu.97
Euidentia rei aut facti ſemper admittitur, & eſt omnium optima.295.nu.37
Euidentia facti reprobat ſententiam ſine appellatione,ibidem.
Euidentia facti facit ne ſententia vnquam tranſeat in rem iudicatam,ibid.
Ex,dictio,diuidit & ſeparat.194.nu.54
Ex,poſt ſignificat, ibid.
Extra,dictio.198.nu.72
Extunc,dictio,denotat extremitatem temporis. 101. nu.39. An autem faciat, vt dies termini computetur in termino,ibid.
Ea,eſt dictio Apuleiana,ibid.
Ex nunc,prout ex tunc:& ex tunc,prout ex nunc,huiuſmodi dictiones quam vim habeant.637.nu.86
Exceptio ſimulationis an opponi poſsit, ſi ſtatutum omnem exceptionem tollat.31.nu.13.& ſeq.
Excipiens non auditur ſine intereſſe. 40. & 41. numero 53
Exceptio quæ nocet & prodeſt venditori, nocet & prodeſt emptori.123.nu.130
Exceptio rei iudicatæ non obſtat,quando noua cauſa ſuperuenit.316.nu.4
Exceptio tranſit in ſingularem ſucceſſorem ex cauſa lucratiua.377.nu.20
Exceptio ex æquitate procedit, & regula ex ſummo iure.498.nu.5
Exceptiones omnes eſſe fauorabiles,ibid.
Exceptionis natura perpetuæ eſt.581.nu.31
Exceptionis ſequela perpetua quoque eſt,ibid.
Exceptio vſuræ an impediat executionem inſtruméti garentigiati.582.nu.36.in fi.
Exceptio dilatoria poteſt opponi ſtatim poſt litis conteſtationem.591.nu.4
Exceptio an extendat regulam vltra naturam ipſius, & quomodo.558.nu.94.& duob.ſeq.
Excluſio vnius partis facit excluſionem omnium in rebus indiuiduis.552.nu.63
Excommunicatio ex Græcorum, & aliorum ritibus ortum habuiſſe videtur.156.nu.276
Excommunicatio Druydum.ibid.
Excommunicatio Platonis,ibid.nu.277
Excommunicatio Athenienſium,ibid.nu.278
Excommunicatio Romanorum.157.nu.279
Excommunicatio Germanorum.158.nu.180
Excommunicati ſacrificiis interdicuntur. 156.numero 276
Excommunicati impij peculiari vocabulo vocantur. ibidem.
Excommunicatus communicari prohibetur,ibid.
Excommunicatio an in foro ſeculari poſsit. 158.n.281
Excommunicationis exceptio an ſtatuto tolli poſsit, ibidem.
Excommunicationis exceptio an habeat locum in regno Franciæ,ibid.nu.282
Excommunicatis ius denegatur,ibid.
Excommunicatis nullus honos communicatur, ibid.
Excommunicati à dignitatibus etiam ſecularibus & ſacerdotiis arcentur,ibid.
Excommunicati infames,ibid.
Excommunicatis pœna grauiſsima,ibid.
Excommunicari an quis poteſt vt contumax ex citatione ad domum.327.nu.4
Excommunicatio lata ſub conditione,cum illa clauſula (ex nunc,prout ex tunc) an afficiat ante conditionem.637.nu.87
Executor datus à papa ad conferendum beneficium, ſi inutiliter contulit,poteſt iterum auferre, niſi primum errauerit in iure. 319.nu.19





Executori ſi ſit in teſtamento præſtitutus annus ad executionem,& ex conſtitutione ſynodali ſint in id ſtatuti ſex menſes,vtrunque tempus ſimul currit.630. nu.62
Executor an præiudicet hæredibus ex ſola confeſsione receptæ pecuniæ,ſine alia probatione numerationis.650. nu.12.& ſeq.
Executioni ſentétiæ quo tempore præſcribatur. 546. nu.32. & ſeq.
Executio ſententiæ æquè fieri poteſt in debitorem annuæ penſionis, vt in debitorem rei immobilis. 47. nu.6
Executor deputatus ad bona mobilia & immobilia nihil iuris habet in actiones.53.nu.9
Executiuum ius omne cedi poteſt.443.nu.23
Exemplar inſtrumenti quod oſtendere debemus, an etiam dari oportet,ſi non petatur. 180.nu.106
Exemplar cum dari debet,cuius expenſis datur. ibid. nume.107
Exemptibile quid dicatur.79.nu.118
Exhæredatus an admittatur ad feudum. 90.nu.45.& 91.num.46.& 47
Exhæredatus an veniat appellatione filiorum.d.n.45
Exhæredatus an admittatur ad bona vetita alienari extra familiam,ibid.nu.46
Exhibere quid ſit. 272.nu.7
Exhibitio cenſetur facta ei qui impedit, ne fiat. ibid. nume.8.& ſeq.
Expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. 421.nu.9
Extenſio perſonarum non ſit vt caſuum.100.nu.38
Extremis morbis extrema remedia adhibenda. 394. numero 12
FAcere cum aliquid tenemur, intelligitur ſi petatur.180.181.nu.109. Niſi cùm aliquid conſequi volumus.ibid.nu.110
Facta indiuidua ſunt. 409.nu.16
Facta plus habent ponderis ad declarandam voluntatem quàm verba. 702.nu.76
Factum iudicis,factum partis eſt.212. nu 13
Factum quid cenſetur in præiudicium eius per quem ſtat,ne id fiat. 393. nu.7
Factum cedi non poteſt.432.nu.57.Ius tamen ex quo id producitur,cedi poteſt.ibid.
Factum non præſumitur niſi probetur. 708. nume. 100.in fi.
Facilè impetrabilia imputantur ei, qui non impetrauit.484.nu.63.
Facilitas dicitur æquitas.502.nu.27
Facultas eligendi an tranſeat ad hæredes. 417.nu.12
Facultas expellendi alium,ſiue occupandæ vel recuperandæ poſſeſsionis propria autoritate, an cedi poteſt.433.nu.62.& multis ſeq.
Facultas expellendi propria autoritate, an poſsit exerceri contra reſiſtentem. 434.nu.66
Facultas eligendi an cedi poſsit.436.nu.76
Facultas declarandi cedi non poteſt, ibid.nu.74
Facultas iurandi,cedi non poteſt. ibid.num.79
Facultates æſtimantur habita ratione impenſarum. 386.nume.3
Facultas impiendi conditionem poteſtatiuam nullo tempore præſcribitur. 679.nu.22
Facultatis iura ſunt impræſcriptibilia. ibid. nume.21 Nec ea conſuetudine tolluntur, ibid. vide tamen. 580.nu.25
Falſus denarius non eſt denarius. 264.nu.11
Falſus iudex non eſt iudex, ibidem.
Falſa fides non eſt fides, ibid.
Falſa iuſtitia non eſt iuſtitia,ibid.
Falſus tutor non eſt tutor, ibid.
Falſum teſtamentum non eſt teſtamentum,ibid.
Falſus modius non eſt modius, ibid.
Falſa ſtatera non eſt ſtatera, ibid.
Falſum inſtrumentum non eſt inſtrumentum.ibid.
Falſus teſtis non eſt teſtis. eo. nu.11
Falſus nummus non liberat ſoluentem, ibid.nu.12
Falſus nummus non debet computari in numero cæterorũ,quibus luditur ad par & impar,ibid.
Famis neceſsitas multa permittit, aliàs prohibita. 422.nu.14.& multis ſeq.
Familia eſt tanquam ciuitas quædam.9.nu.27
Familiaria ſepulchra. 96.nu.18
Familia conſeruatur per legitimatos.83.nu.10
Familia,agnatio,domus,idem ſunt.187.nu.195
Familiæ appellatio quid contineat.148.nu.237
Famis cauſa conſtituta ad alias neceſsitates non ſunt trahenda.425.nu.23
Fame occumbere,miſerrimum eſt, ibid.nu.24
Famis vis & poteſtas, ibid.& multis ſeq.
Famis epitheta, ibid.nu.25
Fatum & neceſsitas inuicem connexa. 424.nu.21
Fauor & odium ſi concurrunt, vtrum eorum ſit magis conſiderandum.20.nu.65
Fauores ampliandi. 229.nu.94
Fauori ſuo qui in conſequentiam prodeſt aduerſario,an quis poſsit renunciare eo inuito. 544. numero 24
Feriis fieri poſſunt,quæ aliàs non poſſunt, cum periculum eſt in mora. 24. nu.12
Feuda conſolidata cenſentur eſſe conqueſtus, licet ea cum quibus ſunt conſolidata,eſſent patrimonium. 399. nu.2
Feudi pars ſi alienetur,an ea tantùm perditur, an verò & totum. 411.nu.28.& 29
Feudi vſus vel vſusfructus an cóſtitui poteſt,& quomodo.61.nu.41.& 64.nu.48
Feudo an ſuccedant vtrinque coniuncti,excluſis cóiunctis ex parte patris tantùm. 382.nu.10. Et quid ſi ſtatutum ſit,vt agnati præferantur cognatis, an tunc frater vtrinque coniunctus præferatur conſanguineo.ibid.nu.11
Feudo reuerſo ad dominum, ad quem pertineat eius acceſsio,an ad ipſum dominum, an verò ad vaſallum. 706. nu.94
Feudum alienatum recuperatur ab agnato ſine reſtitutione pretij.6.nu.16
Feudum paternum aut antiquum alienari poteſt liberè in proximiores,non etiam nouum. 16.nu.50
Feudum an ita poſſit dari à vaſallo in emphyteuſim, vt dominium vtile non tranſeat in emphyteutam. 36.nume.318.
Feudum non cadit in commiſſum in ſola venditione ſine traditione.39.nu.47.
Feudum in verbis generalibus non continetur.42. nume.4. & multis ſeq.
Feudum in generali alienatione non comprehenditur, ibid.nu.4.
Feudum non continetur in generali donatione omniũ bonorum, ibid.
Feudum non continetur in reſcriptis niſi,de eo ſpecialis fiat mentio,ibid.
Feudum non compræhenditur in l. & in authen.præterea.C.vnde vir, ibid.
Feudum non venit in generali obligatione bonorum. 43 nume.6.
Feudum non compræhenditur in generãdi facultate legitimandi,ibidem nume.7
Feudum non compræhenditur in generali renuntiatione,ibid.nu.8.Nec in generali mãdato, ibid.Nec in generali fideicommiſſo,ibid.
Feuda an veniant appellatione bonorum.44.numero 10. & 13.
Feuda apud Gallos patrimonialia, ibid.nu.12.vbi videbis etiam de cæteris populis.

Feudum in annuis reditibus cõſtitui poteſt.47. nu.6
Feudum conceſſum alicui & quibuſcunque ſuis ſucceſſoribus, an tranſeat ad legatarios & fideicommiſſarios.57.nu.21.& 59.nu.27
Feudum an poſsit conſtitui in fructibus pendentibus 61.nu.37
Feudum aut fructus ipſius,an poſsint capi in cauſam iudicati.61.nu.49
Feudum poteſt conſtitui in immobilibus & mobilibus ſimul.72.nu.84
F eudum an poſsit conſtitui in molendinis.73.nu.92. in fine.
Feudum conſtitui poteſt in homine adſcriptitio. 80. numero 119
Feudum acceptum pro ſe,ſuis filiis & nepotibus, admittit nepotes poſt mortem ipſius conceptos.114. numero 88
Feudum ſi fuerit alienatum præſentibus agnatis, & non contradicentibus,non poterit ab iis reuocari. 120.num.116.& 127.nu.150
Feudum item alienatum præſente domino,& non cõtradicente,an poterit ab eo reuocari.120.nu.117.& 127.num.151
Feudi inueſtituræ de alio factæ conſentire videtur is ad quem debet obuenire,ſi præſens ſit & non cõtradicit.121.nu.118.& 127.nu.155
Feudum alienatum intra quod tempus reuocari poteſt à domino.160.nume.5. Et ab agnato. ibid.nu. 8.& 9
Feudum an poſsit dari in ſolutum inconſulto domino.213.num.17
Feudum vendi non poteſt,an autem ſuper eo tranſigi poſsit.221.nu.60.& 223.nu.66.& 67
Feudum ſi fuerit renuntiatum domino,ad eum redit liberum ab omnibus ſeruitutibus, hypothecis, & aliis oneribus à vaſallo impoſitis.232.nu.111
Quod quemadmodum procedat,ibid.nu.112.& 113
Feudum alienatum ſi à domino redimitur, debet ab eo reddi idem pretium niſi appareat de fraude.239 numero 5
Feudum an poſsit alienari in agnatos & an in remotiores ſine conſenſu domini in præiudiciũ proximorum.361.nu.10
Feudum alienari an poſsit in vnũ ex proximioribus, vel ceteris renitentibus.363 nu.20.& duob.ſeq.
Feudum an poſsit à patre vni filiorum relinqui. 364. nu.23.& duob.ſeq.
Feudum ſi alienatum fuerit,præferuntur agnati domino in reuocatione eius alienationis.404.nu.1
Feudũ an ob cauſam neceſsitatis alienari poſsit.423. numero 19
Feudum quo vaſallus exciderat ob facinus ei à domino condonatum,& quod manet apud vaſallum, cenſetur antiquum,vti erat,& ei vt in antiquo ſuccedıtur.476.nu. 29
Feudum nouum ita conceſſum, vt teneatur nomine & iure antiqui feudi,vtrùm aſſumat naturam & qualitatem feudi antiqui. 477. nume.31.& multis ſequen.
Feudum vetus an efficiatur nouum ob id quòd vaſallus de eo inueſtitur,vt de nouo vel antiquo.ibi. nu.33.& 479.nu.38
Feudum antiquum an efficiatur paternũ ex eo quòd vaſallus de eo inueſtitur vt de paterno,ibid.
Feudum ligium eſt ligium, etiam ſi aliter nominetur. 478.nu.35
Feudi forma antiqua mutuari non poteſt in præiudicium alterius,ibid.
Feudum reuerſum ad dominum an cenſeatur patrimonium.486.nu.72.& ſeq.
Feudum paternum occupatum à tyranno, & poſteà recuperatum manet paternum.488.nu.87
Feudum vtrùm nouum,an antiquum potius cenſeatur,489.nu.91.& multis ſeq.
Feudum an poſsit domino inuitò renuntiari.495.numero 6
Feudum cum renuntiatur domino, an ad eum tranſeat liberum ab omnibus obligationibus,ſeruitutibus & aliis oneribus impoſitis à vaſallo.496.nu. 7.& ſeq.
Feudum acquiſitum pro me & hæredibus, an ad hæredes hæredum tranſeat.699.nu.18
Feudum vltra limites permiſſos conceſſum an vitietur in totum,an verò in parte tantùm prohibita. 717.numero 146
Feudum reuerſum ad dominum an redeat liberum, an cum onere pignoris ſeruitutis,& ſimilium.641 numero 13
Ficos diuidere,prouerbium.268.nu.15
Fictio non retrotrahitur in præiudicium aliorum. 172.nume.71
Nec niſi vbi adeſt æquitas,173.nu.72
Fictio non habet locum in ſtatutis,ſed mera veritas. ibid.num.73
Fictio non habet locum in præiudicium tertij.ibidem numero 74
Fictio non habet locum,vbi veritas locum nõ habet. 393.nu.10.in fine.
Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes ante impletam conditionem.33.nu.25
Nec ad filios quidem & ſuos hæredes. 34.num. 26
Fideicommiſsi conditionalis vſucapio non currit ante conditionem.168.nu.49
Fideicommiſſum purè relictum familiæ,non admittit nondum natos tempore mortis teſtatoris. 114.nu. 83.Quid autem,ſi ex die,vel conditione.116.nu.97. & ſeq.
Fideicommiſſum relictum proximiori, an deferatur proximiori teſtatoris,an vltimò defuncti ſiue grauati.355.nu.12.& ſeq.vſque ad fi.eius glo.
Fideicommiſſo inter fratres relicto pariter,admittuntur fratres ex vno tantùm latere cum fratribus vtrinque coniunctis,ibid.nu.13
Fideicommiſſum facit,vt ſuccedatur primo teſtatori non grauato.356.nu.20
Fideicommiſſum vniuerſale trãſmittitur ad hæredes. 431.nu.48.Et tamen cedi non poteſt, ibid. & iterũ numero 52
Fideicommiſſaria fit res permutata cum re ſubiecta fideicommiſſo.476.nu. 27
Fideiubens cenſetur conſentire contractui. 155. numero 273
Fideiuſſor minoris an teneatur, ſi minor petierit ſibi ſuppleri id quod deerat ex iuſto pretio.281.numero 54
Fideiuſſori aut alteri qui alium promiſit ſeruare indemnem,an ſatis ſit probare ſolutionem, à ſe factã per confeſsionem creditoris.258.nume.84.& 652. numero 17
Fideiuſſores conductorum aut aliorum non tenentur pro tempore prorogato.448.nu.3.& ſeq.
Fideiuſſor qui diu ſtetit in obligatione, poteſt petere vt liberetur,& quare.449.nu. 3
Fideiuſſori aut ei qui promiſit indemnitatem,an ſatis ſit probare ſolutionem à ſe factam per confeſsionẽ creditoris, ſine alia probatione numerationis, vt agere poſsit contra debitorem.652.nu.17
Fideiuſſor non eſt qui tantùm promiſit fideiubere,ſed tenetur ad intereſſe.694.nu.42
Fiducia quid ſit.532.nu.39.& duob.ſeq.
Fiduciarius ſeruus.573.nu.41
Fiduciaria res,ibid.
Fiduciaria hæreditas,ibid.
Fiduciarius hæres,ibid.
Fiduciaria tutella,ibid.
Fiduciarius tutor,ibid.



Fiduciarius pater,ibid.
Filiationis nominatio præiudicat patri tantùm, non etiam cæteris.237.nu.3
Filij debent præferri in emptione rerum relictarum à teſtatore,mendicantibus.13.nu. 38
Filij inter ſe alienare poſſunt rem prohibitam alienari.17.num.54
Filius qui patre viuente dominium offenderit, non ſuccedit in feudo poſt mortem patris.90.nu.44
Filius exhæredatus à patre an poſsit retrahere rem ab ipſo aut aliis conſanguineis alienatam,ibid.nu.45. & ſeq.An eidem ſuccedat in feudo,ibid.
Filius vaſalli qui alienauit feudum antiquum,an poterit eam alienationem ſibi reuocare.102.nu.47
Quid ſi filius ipſe ſit hæres patris.103. nu.49
Filius iuris præſumptione eſt hæres patris.104.nu.52.
Filius hæres etiam ſi abſtineat, ibid.
Filius agnati vaſalli qui conſenſit alienationi feudi factæ à vaſallo,an eam reuocare poſsit.192.numero 44
Filius ob nullam ætatem liberatur patria poteſtate. 106.num.59
Filiusfamilias non poteſt emere rem patris ex pecunia profectitia,ibid.nu.60
Filiusfa.quod acquirit,patri acquirit.ibid.nu.61
Filiusfa.quod acquirit ex pecunia patris ſuo nomine & periculo,an id acquirat patri.107.nu.62
Filiusfa.minor iuſſu patris obligatus reſtituitur, ſed nihil reſtitutio prodeſt patri.109.nu.74
Filij & nepotes concepti poſt bannum patrum & liberorum non compræhenduntur in eo banno.113. numero 86
Filius ſenatoris non dicitur,niſi qui cõceptus eſt dum pater ſenator fuit,114.nu.87
Filius vaſalli qui patri feudum alienanti conſenſerit, non poteſt reuocare.124.nu.136
Filius conſentiens patri donanti non poterit donationem inofficioſam dicere,ibid.
Filius non ſibi præiudicat nolens inſtitui hæres, malẽſque habere ab inteſtato.126.nu.145
Filius non releuatur à ſatiſdatione ob bona paterna. 385.nume.18
Filius ſi debitores patris viuentis liberauit,an ipſo patre mortuo valebit liberatio.442.nu.3. & 559. numero 99.& ſeq.
Filius ſubſtitui aut delegari poteſt, etiam cùm electa eſt induſtria perſona.434.nu.68.& ſeq.
Filius qui liberauit debitores patris, an eo mortuo ſi agat aduerſus eos,ei obſtabit exceptio.559.nu.100 & ſequen.
Filiusfamilias inſtitutus hæres ſub conditione poteſtatiua,nullo tempore dicitur præteritus. 579.numero 22
Filius qui anno tacuit excluditur tantùm à primo capite,vnde liberi,non à ſecundo vnde legitimi.621. nume.19.Sed quomodo id intelligatur, vide. 630. num.63.& ſeq.
Filia quæ intra triginta annos potuit adire hæreditatem matris ex capite liberorum,an intra alios triginta annos poterit adire ex capite generali legitimorum & quomodo.621.nu.20. & 616. nume.53. & ſequen.
Filiusfa.poteſt ex pacto in contractu appoſito nocere patri.686.nu.2
Finis magis inſpiciendus eſt,quàm quod præſens eſt. 63.nume.45
Finis omnia denominat,ibid.
Finis ad principium trahitur.86.nu.26
Finis ob quem quid fit inſpicitur,nec vltra eum operatur.524.nu.23
Finis demonſtrat qualis res cenſenda ſit,& an ſit mobilis an immobilis 63.nu.45
Finis trahit ad ſe omnia quæ ad ipſum tendunt, ibid.
Fiſcus an teneatur ... numero 19
Fiſcus doti æquiparatur.230.nu.100
Fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi quantum expreſſum reperitur,ibidem.
Fiſcus an excludatur à bonis quæ dicit vacãtia,ſi probetur defunctum & alium publicè & communiter exiſtimatos conſangineos ſine alia graduum declaratione.238.nu.8
Fiſcus poteſt rem communem alienare,ſed præfertur conſors aliis,ſi tamen vult dare tantum pretium, quantum cæteri.241.nu.7
Fiſcus & eccleſia an æquiparentur.387.numero 11. & ſequen.
Fiſco ſi debet ſolui certa pars fructuum, an impenſæ deduci debeant,ibid.
Fiſcus an teneatur reſtituere gabellam quam habuit ex contractu qui poſtea redhibetur.679.nu.16
Fœmina quæ non ſuccedit in caſtro, ſuccedit tamen in ipſius munitionibus.704.nu.98
Fœmina à ſtatuto excluſa an dicatur ſua.84.nu.13
An autem ea faciat partem cæteris.ibid.nu.15
Fœmina familiæ finis.137.nu. 195.
Fœmina quoque generis finis eſt.138.nu.190
Formam Tullius vocat,quam alij ſpeciem dicũt.262. numero 6
Fœminæ quæ viros rapuerunt.400. nu.5
Forma ſtatuti eſt de ſubſtantia ipſius.525.nu. 26
Forma legis ordinata diſpoſitio certos habens fines, ibidem.
Forma autem rei quid ſit,ibid.
Forma in actibus hominum quæ ſit,ibid.
Forma denuntiationis ſeruanda eſt,ibid.nu.27
Forma data à ſtatuto in dubio ſubſtantialis. 526. numero 29
Forma ſtatuti non obſeruata actus corruit,ibid.
Forma præcisè aut ſpecificè impleri debet. 267. numero 10
Formæ omiſsio in qualibet vel minima parte actum vitiat,etiam in fauorabilibus.ibid.nu.11. & 656.n. 31.& 32.vbi videbis,an id ſemper verum ſit.
Formæ nec addi nec detrahi poteſt.d.nu.11
Forma non poteſt per æquipollens adimpleri,ibid.
Forma res indiuidua.267.nu.12
Formam diuiſio corrumpit,ibid.
Formæ qualibet mutatio totum vitiat,ibid.
Forma expreſſa an poſsit alia pinguius vtiliúſque adimpleri.533.nu.58.& ſeq.
Forma eſt præciſior atque ſtrictioris iuris,& obſeruationis quàm ſolennitas.656.nu.33.ad fi.
Formæ omiſsio in modicis,an totum vitiet,ibi.nu.31. & duob.ſeq.
Formæ omiſsio non excuſat ætatem,ruſticitatem, ſexum,militiam, nec quamuis aliam qualitatem. d. numero 31
Formæ rei mutatio facit vt ea res cenſeatur non amplius eſſe in rerum natura.685.nu.16
Frater quod acquirit ex pecunia communi, ſuum facit.107.nu.64. in fi.
Frater fratri in eadem poteſtate exiſtenti donare poteſt bona profectitia conſentiente patre, ibidem numero 67
Frater nomine communi ſuo & fratris ſi emat fundum,& ſoluat pretium,poteſt à fratre repetere partem pretij,quia in dubio præſumitur emiſſe de ſua pecunia.705.nu.88
Fratribus diuidentibus peculiũ non fit deductio eius quod in diem debetur,ſed præſtatur cautio ſoluẽdi,cùm dies ceſſerit.249.nu.44
Fratres ita inter ſe ſuccedunt,vt conſanguinei habeãt bona paterna,vterini materna.381.nu.4
Quid autem ſi inter eos alij ſunt coniuncti ex vtroque latere,alij ex altero tantùm,ibid.nu.5
Et quid in filiis fratrum.382.nu.7

Et quid item ſi ex ſtatuto maſculus præfertur fœminæ,ibid. nu.6
Et quid ſi etiã ex ſtatuto ſuccedunt proximiores ex linea paterna,ibid.
Quid denique in iure accreſcendi,ibid.nu.7
Fraudare retractum an licitè poſsimus.21.num.68.& multis ſeq.
Fraudare vectigal an liceat.21.nu.69
Fraudator etiam impenſas repetit.385.nu.2
Sed an id procedat cùm quis iubetur integros fructus reddere.387.nu.8.& 9
Sed & alios multos caſus in quibus id non procedit,videbis ibid.nu.10.& ſeq.vſque ad 22
Fraudem feciſti,fraudem patere.244.nu.20
Fraudem ſuam allegans an audiatur.ibidem,numero 24.& 25
Fraus ex euentu ſolo non arguitur.70.nu.74
Fraus ex quibus præſumatur,ibid.nu.75.& ſeq.
Fraus ex eo præſumitur quòd alienans remanet in poſſeſsione rei alienatæ.216. nu.35
Quantum autem tempus in id requiratur, ibidem numero 36
Fraus legis fit,etiam ſi quid verè fit,vt lex circũueniatur,quod aliàs non fieret.23.nu.75
Fraus ſua nemini prodeſſe debet.108.nu. 68
Fraus & ſimulatio declaratur ex tractatu præcedẽti, & magis quàm ex ſequenti.214.nu.24. & trib. ſeq.
Fraus an & quomodo præſumitur ex confeſsione receptæ pecuniæ, de cuius numeratione aliter non conſtat.258.nu.85.87.88
Fraus in dubio non præſumitur.429.nu.35
Fraus & dolus quadam connexione ſunt connexa. ibid.num.36
Fraus & dolus quid & in quo differant, ibid.
Fraus ob id maior præſumitur, quòd quis ita facit ne fraudem feciſſe videatur.527.nu.35
Fraus ex eo præſumitur quòd quid fit clam.667.numero 13.& ſeq.
Fraus & ſimulatio an præſumatur ex his verbis, vendidi verè & non in fraudem,& ſimilibus. 568. numero 19
Fraus & ſimulatio non æquè præſumitur ex alienatione neceſſaria,vt voluntaria.571.nu.29
Fraus non tam facilè præſumitur in muliere, ruſtico, milite,vt in cæteris.ibid nu 34
Frequentioris vſus cautã ſpecies memorata ad alias trahitur non ita frequenter,ex eadem ratione.401. nu 4.& ſeq.
Fructus, id eſt, quod ſingulis annis renaſcitur. 427. numero 29
Fructus pendentes an inter mobilia, an immobilia computentur.61.nu.37.& multis ſeq.vſque ad 53
Fructus pendentes pars fundi cenſentur etiã in actione perſonali, ibid.
Sed id quomodo intelligatur.62.nu.42.& ſeq.
Fructus pendentes poſſunt dari in ſupplementum legitimæ.61.nu.38
Fructus pendentes veniunt in venditionem, dationẽ in ſolutum,conceſsionem ad fictum,legatum,& fideicommiſſum.62.nu.42
Et in conceſsionem,& amiſsionem feudi, & publicationem fundi, ibid.
Fructus pendentes veniunt in reſtitutionem fundi, ibidem.
Fructus pendentes compræhenduntur in ſententia quæ rem adiudicat, ibid.
Fructus pendentes veniunt in tranſlationem dominij ipſo iure,ibid.
Fructus pendentes inter pauperes diſtribui debẽt teſtatore iubente ſua bona mobilia diſtribui.62.numero 44
Fructus pendentes cadunt in ſequeſtrum, ac ſi eſſent ſeparati, ibid.
Fructus ſtatim colligendi pro collectis habentur, ibidem.
Fructus pendentes qui contrectat,furti tenetur, ibid. numero 44
Fructus non augent æſtimationem,63.nu.46
Fructus feudi vel emphyteuſis an vendi poſsint, & quomodo,ibid.nu.47
Fructus præbendæ & aliarum huiuſmodi rerũ poſſunt capi in cauſam iudicati.65.nu.50
Fructus decimæ vendi poſſunt,etiam laico, ibid.numero 51
Fructus vſusfructus cedi poteſt, ibid.
Fructus,ſeruando ſeruari non poſſunt,ibid.nu.52
Fructus anni quo moritur fructuarius, quomodo diuiduntur inter hæredes ipſius & proprietariũ.493. numero 1
Fructus rei fideicommiſſariæ eius anni quo dies eius cedit, quomodo diuiduntur inter hæredem & fideicommiſſarium,ibid.nu.2
Fructus pendentes rei venditæ ſunt emptoris,ibid.
Fructus pendentes rei conceſſæ in emphyteuſim, an ſint emphyteutæ,ibid.
Fructus beneficij vacantis quomodo diuiduntur inter hæredes defuncti, & eius ſucceſſorem in beneficio,ibidem.
Fructus quomodo diuiduntur inter hæredes vaſalli & domini eo anno quo vaſallus moritur.495. numero 3
Fructus anni ſoluti matrimonij quomodo diuidãtur inter virum & vxorem vel eorum hæredes,ibidem numero 4
Fructus vnius alicuius temporis applicantur toti anno,ibidem.
Fructus rei pignoratæ quomodo diuidantur inter debitorem & creditorem eo anno quo pignus diſſoluitur,cùm actum eſt vt fructus ſpectent ad creditorem loco vſurarum,ibid.nu.5
Fructus immaturi ſi percipiuntur à colono, eſt inſpiciendum tempus quo futuri erant maturi, vt reſtituantur.670.nu.18
Niſi in certis caſibus,ibid.nu.16.& 17
Fructus iuriſdictionis ſunt mulctæ, & bonorum publicationes,ibid.nu.18
Fructus huiuſmodi iuriſdictionis,an ad eum pertineãt qui dominus eſt tempore delicti,an tempore condemnationis,ibid.& multis ſeq.
Fructus dicuntur deductis impenſis.385.nu.1.& ſeq.
Idque etiam in malę fidei poſſeſſore. d.nu.1.
Et in prędone. ibid.nu.2.
Et intruſo, ibidem.
Et fraudatore, ibid.
Idque item in foro conſcientię,ibid.
Fructuum appellatione quę veniant.390.nu.27
Fructus qui percipi potuerunt, an reſtitui debeant, vti percepti. ibid. nu.28
Fructus quos vberiores quis percipit quàm aduerſarius qui vicit percepiſſet,an etiam ſunt reſtituendi. ibid.nu.29
Fructus in actionibus ſtricti iuris non veniunt niſi à lite conteſtata,cùm petitur quod actoris non fuit, aliàs ſecus.395. nu.15.16.& 735.nu.5
Fructus an triennio pręſcribantur. ibid.nume. 17. & duobus ſeq.
Fructus percepti eo triennio quo ceſſatum eſt à litis proſecutione,an ſint reſtituendi.396.nu.1.le j.
Fructus extenuant ſortem in contractibus reprobatis.ibidem.
Fructus dominium ſequuntur.624.nu.34
Fructus nõ debentur ex promiſsione vendendi. 768. numero 51
Fructus ad eum non pertinent, ad quem non pertinet rei periculum. 700.nu.66
Fructus percipere loco reliquiarũ, ſiue,vt noſtri vulgò appellant,arreragiorum, an ſit prohibitum, aut ſuſpectum.715.num.135







Fruſtra fit per plura quod fieri poteſt per pauciora. 623.num.24
Fundus quid ſit,& quid ab agro,prædio,loco,& poſſeſsione differat.46.num.1
Fundus comparatus ex pecunia redacta ex venditione fundi patrimonialis,an & ipſe cenſeatur eſſe patrimonialis.472.nu.10.& multis ſeq.
Fundus quem habemus ex permutatione fundi patrimonialis cenſetur patrimonialis:& in eo ſuccceditur vt in patrimoniali.475.nu.26.& ſeq.
Fundus an in dubio ſit cenſendus patrimonialis, an acquiſititius.489.num.91.& multis ſeq.
Furioſo an & quomodo poſsit fieri nuntiatio, citatio, oblatio, proteſtatio, & alia eius generis.204. num.14.& multis ſeq.
Futurum non conſideratur.384.nu.17
GAbella non debetur ex cõtractu nullo. 29.nu.7
Et ſi ſoluta fuerit,recuperari poteſt.675.nu.6
Gabella non debetur ex contractu conditionali ante euentum conditionis.36.nu.24
Gabella an debeatur ex diſtractu ſiue diſceſſu ex venditione.37.nu.40
Gabella debita pro emptione, non niſi re tradita debetur.38.nu.48
Gabella cùm quæritur, an & cui debeatur, inſpicitur tempus traditionis,non venditionis.39.nu.47
Gabella quæ debetur ex venditione, non debetur ex promiſsione vendendi.41.nu.56
Gabella inter immobilia computatur.61. numero 37. & ſequen.
Gabella ſi debetur ex frumento aut vino, non debetur ex venditione agri in quo frumentum,aut vuæ maturæ ſunt.65.nu.53
Gabella an debeatur ex contractu conditionali facto in nundinis, cuius conditio euenit poſt nundinas, ſtante ſtatuto quòd debeatur ex contractu facto in nundinis.168.nu.46
Gabella an debeatur ex tempore contractus, an ratificationis.172.nu.70
Gabella debetur ex tempore contractus, non expectato tempore in quod eius effectus dilatus eſt.182 numero 117
Gabella an debeatur ab iis qui emunt ab eccleſia vel clericis.203.nu.11.& 12
Gabella quæ ſoluitur ex venditione, an ſoluatur ex permutatione fundi æſtimati cum alio fundo.214. numero 19
Gabella an debeatur ex tranſactione. 222. nume. 61. & 222.nu.65
Gabella quæ debetur ex alienatione, an debeatur ex diuiſione.225.nu.37
Gabella noua debetur cum quid veteri inſtrumento additur.252.nu.55
Gabella ſi ſolui debet de pretio pro rata librarum, an è pretio deduci debeat quod datum eſt proxenetis & ob proclamata.386.nu.5
Gabella quæ debetur ex legato, intelligitur ex eo quod ſupereſt deductis oneribus,ibid.nu.7
Gabella res odioſa.388.nu.12
Gabella debetur ex contractu oneroſo inito inter patrem & filium,non etiam ex gratuito.481.nu.47
Gabella an debeatur ex alienatione rei ſubiectæ reſtitutioni,& poſtea adueniente conditione reſtitutionis reuocatæ.446.nu.2
Gabella vna tãtùm debetur ex vno cõtractu in alium transfuſo.448.nu.3
Gabella duplex ſoluenda eſt ex locatione,& prorogatione,quę fit priori tempore tranſacto.612.nu.35
Gabella ſi fuerit ſoluta præter vnum nummum, non valebit contractus,ſtatuto caſſante contractum,ex quo non fuit ſoluta gabella.654.nu.24.
Sed quomodo id intelligatur.655.nu.29.& ſeq.
Gabella cum quæritur an debeatur,& quibus, inſpicitur tempus contractus, non conditionis.168.nu. 46.& 671.nu.27
Gabella an debeatur ex contractu qui poſtea diſſoluitur vel reſcinditur. Et an ex diſſolutione,ſiue reſciſsione,aut diſtractu,vel receſſu.675.nu.5.& multis ſequen.
Gabella non debetur ex redhibitione.679.nu.17
Gabella quæ iubetur ſolui ex ſecundo decreto,nõ debetur ex eo quod poſtea reſcinditur per oblationem debiti intra annum,ibid.nu.18
Gabella quæ debetur ex venditione, non debetur ex promiſsione vel pacto vendendi.694.nu.42
Generalis liberatio non extinguit obligationes conditionales.33.nu.24
Generalis diſpoſitio includit omnes caſus,licet in vno maior ratio eſſe videatur.230.nu.101
Generalis diſpoſitio etiam in odioſis & pœnalibus generaliter intelligitur,ibid.nu.102.& 669.nu.12
Generalis conſtitutio non aufert priuilegium in eo caſu à iure conceſſum.231.nu.104
Gener & ſocer an ſibi inuicẽ ſuccedant excluſo fiſco. 385.nu.19
Gens cognationem ſignificat.137.nu.198.& ſeq.
Gentiles qui dicantur.97.nu.17
Gentilitas,ibid.nu.18
Gentilitiæ hæreditates.ibid.
Gentilitia monumenta,ibid.
Genu ſura propius.99.nu.31
Generis & generationis appellatione an veniant fœminæ.148.nu.239.& ſeq.
Genus ſignificat agnationem. 137. nu.198.& 148.numero 239.& ſeq.
Glauci & Diomedis permutatio.459.nu.17
Gloſſam ſequi videntur doct.cum expreſſè nõ reprobant.517.nu.46
Gradus in ſucceſsionibus computatur ſecundum ius ciuile.97.nu.23
Gratificationi cæteris paribus locus eſt.367.nu.2
Gratificandi ius nunquam competit niſi in caſibus à iure conceſsis.438.nu.2
HAbitationis domicilium cæteris præfertur. 332. nu.21.& ſeq.
Hæreditas definit eſſe alicuius per aditionem hæredis.356.nu.18
Hæreditas cedi poteſt.442.nu.8
Hæredes facilius impetrant quàm cæteri id,quod etiã ad eos non tranſit.13.nu.41.& ſeq.
Hæres & defunctus cenſentur eſſe vna perſona. 103. nu.48.& 597.nu.6
Etiam ſi hæres non teneatur de euictione, eodem numero 48.
Atque etiam ſi fecerit inuentarium,ibid.
Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.103. nu.48.Niſi ſi eum fraudaret beneficio legis vel ſtatuti.105.nu.58
Hæres non poteſt eſſe melioris conditionis quàm defunctus fuit.103.nu.49
Hæredis factum cenſetur eſſe factum defuncti, ibid. & 596.597.nu.4
Hæredes vaſalli reuocare non poſſunt alienationem ab eo factam,tametſi agnati ſint.103.nu.50
Hæres ex propria perſona poteſt cõtrauenire ei actui, cui defunctus ſimpliciter conſenſit.105.nu.55
Hæres an poſsit & debeat iurare de facto defuncti. 277.nu.2.& multis ſeq.
Hæres qui vnam rem ſurripuit,nec poſuit in inuentario, an ea tantùm, an verò & omnibus priuetur. 411.nu.29
Hæres legitimus extraneus à familia eius, qui prohibuit alienare extra familiam, an ſuccedat ab inteſtato in rebus prohibitis.420.nu.7.& 8.

Hæres repræſentat defunctum pro portione tantùm hæreditaria.481.nu.50
Hæres ſi iuſſu teſtatoris vendit rem quampiam certo pretio,an ſit locus l.ij. C.de reſcin.vend. 540. numero 5.& 541.nu.9
Hæres qui iuſſu teſtatoris vendit rem à ſtatuto prohibitam alienari,an incidat in pœnam, ibidem numero 6.& 8
Hæredes compræhenduntur in omnibus pactis actiuè & paſsiuè, etiam ſi de illis métio facta non fuerit.596.num.1
Vtrùm autem id procedat ſi dictio taxatiua adiecta fuerit ei qui paciſcitur,ibid.nu.2.& multis ſeq.
Hæres an teneatur cùm defunctus promiſit de ſuo facto tantùm.596.nu.4.& 597.nu.8
Hæres an poſsit implere conditionem.599.nu.15
Hæres hæredis an ſit hæres meus,ibid.nu.17.& ſeq.
Hæredis appellatione an veniat hæres hæredis, ibid. & ſequen.
Hæres hęredis non parens diſpoſitioni teſtatoris,qua iuſsit hæredem aliquid facere intra tempus, alioquin eum priuat hæreditate:an priuetur,vt primus hæres.599.nu.18
Hæredi ſcripto facta prohibitio alienandi non cenſetur facta hæredi hæredis.600.nu.19
Hæres hęredis non cenſetur eadem perſona cum defuncto,ibid.in fi.
Hæredis appellatione omnes in infinitum,id eſt,non ſolùm primi,ſed & vlteriores,& per multas ſucceſſiones accipiuntur.600.nu.20
Idque etiam in his quæ ſunt ſtricti iuris,ibid.
Atque etiam in conditionibus,ibid.
Sed etiam de propria ſignificatione,ibid.nu.21
Niſi in ſpecialibus quibuſdam caſibus,& quæ ſuapte natura non tranſeunt ad hæredes,ibid.nu.22
Hæredes non tantùm ſui, ſed & extranei regulariter in materia indifferenti admittuntur.602.nu.26
Hæres rogatus à teſtatore vendere fundum duobus,ſi vnus ex illis nolit emere, tenetur alteri ſuam partem vendere.692.nu.30
Hæredum vnus poteſt alium cogere pignus pro ſua parte luere,aut ſibi ius eius cedere,ibid.nu.32
Hæres an per interpellationem conſtituatur in mora de re vel obligatione ſui prædeceſſoris, antequam de re ipſa certioretur.649.nu.5.& ſeq.
Hęres damnatus certo die dare decem,alioquin fundum, ſi nouem tãtùm dederit,debet dare fundum. 655.num.27
Sed quomodo id intelligatur,ibid.nu.29.& ſeq.
Hæreſis Cerinthi,Ebionis,& Nazareorum.4.nu.10
Hebræi auri & argenti appellatione omnem pecuniam ſignificabant.262.nu.5
Hinc dictio diem ipſam compræhendit.189.nu.23
Hipparchiorum dies.184.nu.1
Hiſpanorum lex.473.nu.12
Homines natura ſcire deſiderant.662.nu.19
Humana hoſtia immolari S.C.prohibita.19.nu.59
Humanitas pro æquitate.500.nu.15
Humana interpretatio,ibid.
Hyeme fabricare ex Chilone.185.nu.2
Hypotheca rei ſuæ non conſiſtit,ſi irreuocabiliter ſua ſit,aliàs ſecus.69.nu.7
Hypothecariæ actioni quo tempore præſcribitur tam contra creditorem quàm aduerſus tertium. 161. numero 11
Hypotheca dotis contrahitur à promiſsione illius, etiam ſi traditio longè pòſt facta fuerit. 182.nu.117
Hypotheca impedit alienationem.639.nu.2
Sed an ſufficit ſola hypotheca ſine pacto non alienandi,ibid.nu.6
Hypotheca facit, vt emptor teneatur ſtare locationi. ibid.nu.4
Hypotheca facit ne ſit locus l.quoties,C.de rei vend. ibidem,numero 5
An autem his caſibus & ſimilibus requiratur ſpecialis rei de qua agitur hypotheca,640.nu.8
IAcobi Aren. opin. ſemper de mente iuris veniunt. 68.num.64
Ianus primus æs ſignauit.263.nu.9
Idémne iuris ſtatuendum eſt in parte ac toto. 61. numero 40.& 63.nu.46
Idem iuris de principio actus ac de ipſo actu. 266. numero 7
Si tamen eadem eſt vtriuſque ratio,267.nu.8
Idem iuris de vno ac de numero, cùm eſt eadem ratio,ibid.num.7
Idem iuris in viro & vxore quod in affinibus, licet ipſi affines non ſint,cùm eſt eadem ratio,ibid.
Idem verbum in eodem loco diuerſimodè diuerſis reſpectibus intelligi poteſt.244.nu.22
Ignoranti continuè & ſine agnitione quæritur quid à lege,vel ſtatuto defertur.120.nu.116
Præterquàm in hæreditatis acquiſitione, ibid.
Ignorans non conſentit.152.nu.253
Ignorantia iuris non excuſat in lucro,aut quaſi lucro captando.319.nu.22
Ignorantia an impediat præſcriptionem.507.nu.1. & multis ſeq.per totam eam glo.
Ignoranti non currit tempus in teſtamento appoſitum,ibid.nu.2.& 3
Nec tempus ſtatutum inſinuationi teſtamentorum.ibid.nu.3
Nec tempus datum epiſcopo aut aliis ad executionem teſtamentorum,ibid.nu.4.& 508.nu.5
Nec tempus ſtatutum denũtiandis maleficiis,ibid. nu.6.& 510.nu.18
Nec tempus datum patrono ad præſentãdum.508, numero 7
Nec tempus datum ad conferendum beneficium. ibidem
Nec tempus datum ad eligendum,ibid.
Nec quoduis tempus datum in iis quæ ſenſu geruntur,ibidem
Nec tempus adeundi hæreditatem, aut immiſcendi ſe,aut deliberandi,ibid.nu.8
Nec tempus agnoſcendi bonorum poſſeſsionem etiam per xxx.annos,ibid.
Nec tempus appellãdi,etiam ſi quis ſit in loco, aut aliàs ſit pręſumptio ſcientia. 509. nume.9.ſed vide nu.ſeq.quomodo id ſit intelligendum.
Nec tempus proſequendæ appellatiouis, ibid. & ſequent.
Nec tempus datum matri & cæteris ad petendum tutorem,ibid.nu.11
Nec tempus datum ad petendum reſtitutionem, ibidem
Nec tempus datum vaſallo ad petendum inueſtituram,ibid.nu.12
Nec aliud quoduis tempus datum hæredibus ad aliquid faciendum,ibid.
Nec tempus datum agnatis ad reuocationem feudi alienati.510.nu.13
Nec tempus anni ſtatutum ad promotionem ordinis ſacerdotalis ei, qui beneficium curatum obtinet,ibid.num.14
Nec tempus obtandi præbendus,ibid.
Nec tempus datum ab arbitris ad ſoluendum ſub pœna,ibid.
Nec tempus petendæ conſecrationis electo ad epiſcopatum,ibid.
Nec tempus implendi conditionem,ibid.nu.15
Nec tempus conficiendi inuentarij,ibid.nu.16
Nec tempus præſtitutum productioni inſtrumentorum, ibid.
Nec tempus præſtitutum ad expirationem officij. ibidem.







Nec tempus querelæ aduerſus teſtamentum,ibid.
Nec alia tempora remiſsiuè deſignata,ibid.nu.17
Ignoranti an currat tempus quod ipſo iure priuat. 511.num.21.
Ignoranti nunquam currit tempus anni, aut aliud breuius,ibid.nu.22
Ignorantibus vt currat tempus an poſsit facere ſtatutum,ibid.nu.23
Ignorãtia ne allegetur an poſsit ſtatuto fieri.511.n.24
An autem renuntiatione aut pacto,ibid.
Ignoranti currit tempus in merũ ipſius fauorem ſtatutum.512.nu.26
Ignorantia nil prodeſt ad conſequendum lucrum, ibid.num.27
Ignorantia affectata nunquam prodeſt,ibid.nu.29
Ignorantia affectata quæ dicatur,ibid.
Ignoranti per factum vel dolum aduerſarij nũquam currit tempus.513.nu.30.& ſeq.
Quid ſi ex dolo alterius,ibid.nu.33
Ignorantia non veriſsimilis, iniuſta, non probabilis, craſſa,ſupina non excuſat,ibid.nu.34
Ignorantia huiuſcemodi pro ſcientia habetur, ibid. numero 35
Ignorans cui currit tempus,an reſtituatur.514.nu.36. & 516.nu.43.& ſeq.
Et an in præſcriptione longiſsimi temporis. 514. nu.37.& quinque ſeq.
Ignoranti an currat tempus petendæ reſtitutionis in integrum,& quod tempus.516.nu.44
Et an ſi currat,reſtituatur,ibid.
Ignorantibus an maior fauor impertiendus eſt quàm minoribus,in præſcriptionibus. 517. nume.46. & quinque ſeq.
Ignorantia rerum publicarum ob abſentiam, aut morbum probabilis eſt.533.nu.57
Ignorãtia iuris non inducit malam fidem niſi in vſucapionibus.549.nu.45
Eadem à dolo excuſat,ibid.
Immobilia cẽſentur, ex quibus percipiuntur fructus. 47.nu.5.in fi.
Immobilibus rebus publicatis publicantur annui reditus,ibid.nu.6.in fi.
Immobilia bona mobilibus digniora.70.nu.82
Immobilia ad ſe trahunt mobilia,ibid.
Impedimentum facit, ne currat tempus. 286.nu.5. & 289.num.6
Impedimentum licet probetur iuramento, poteſt tamen probari contrarium,ibid.nu.7
Impedimentum affectatum non excuſat.512.nu.29
Impedito iuris & facti impedimento non currit præſcriptio.635.nu.78
Impeditus an proteſtari debeat.344.num.19. & multis ſequen.
Impenſæ quæ qualéſve reſtitui debent re condicta, aduocata, aut aliter recuperata à bonæ fidei, aut malæ fidei poſſeſſore.674.nu.1.le ij.
Impetrans literas an poſsit earum vſu abſtinere inuita parte.544.nu.24
Impoſsibilia an cenſeantur quæ à ſolo principe impetrantur.483.nu.56.& 484.nu.61.& ſeq.
Impoſsibile an cẽſeatur quod nõ niſi per reſtitutionẽ vel diſpenſationẽ obtineri poteſt.483.nu.59.& ſeq.
In & ad,an differant.196.nu.67
In & intra eiuſdem ſignificationis.198.nu.74
In dubio quis cenſetur actum facere nomine proprio non alieno.347.nu.3
Incapax ſocius propter capacem capit. 428. nume.33. & ſequen.
Incarceratus an & quomodo citari poſsit.336.nu.38
Inceptum an pro completo habendum.86.nu.25
Incidit in foueam quam fecit.244.nu.20
Incæduus lucus,incædua ſylua.644.nu.22
Incluſio vnius eſt alterius excluſio.101.nu.39
Incontinenti ante & poſt quid dicatur eſſe factum. 592.num.6
Incorporalia moueri non poſſunt.53.nu.6
Incorporalia manu apprehendi non poſſunt.55.nu.11
Incorporalia in loco non conſiſtunt,ibid.
Incorporalia verè non poſsidentur,ibid.
Incorporalium an traditio requiratur.301.nu.9
Indefinita an & quando æquipolleat vniuerſali. 200. nu.1.le ij.& ſeq.
Indiuiduum quid dicatur.268.nu 15
Indiuiduum præſtari non poteſt vni ex pluribus.604 numero 36
Indiuiduum eſt rem tradi.409.nu.16
Indiuidua ſunt facta,ibid.
Indiuiduum eſt quicquid incommodum recipit ex diuiſione,ibid.nu.18
Induciæ etiam noctis temporibus ſeruandæ.186.nu.9
Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.339.nu.51
Inducta ad vnum effectum non poſſunt contrarium operari.452.nu.7
Ineſt, & inſit verbum eſt ſignificatiuum ſubſtantiæ, veritatis.596.nu.28
Infanti an poſsit fieri nuntiatio, oblatio, proteſtatio, & cætera eius generis,& quomodo.204.nume.14. & multis ſeq.
Infans etiam tutore autore nihil facere poteſt. 205. numero 20
Infames an poſsint aſſumi in apparitores.321.nu.2
Infinitas verbum Ciceronianum.575.nu.6
Infinitas an recipiatur,ibid.& 579.nu.19.& 20
Infinitum natura vitare ſolet.575.nu.6
Infra.199.nu.76
Ingredi religionẽ vel monaſteriũ an dicitur quis per ſolum ingreſſum ſine profeſsione.88.nu.33.& 34.
Iniunctio citationis.331.nu.14
Iniuriarum actio an cedi poſsit.432.nu.50
Initium in delictis ſpectandum eſt.671.nu.20
Inſeparabilia à perſona fiunt ſeparabilia propter neceſsitatem.421.nu.12
Inſinuatio an requiratur in renuntiatione feudi, aut emphyteuſis quæ fit domino.496.nu.11
Inſinuatio nominationis an ſatis ſit vt fiat vni ex vicariis.207.nu.28
Vtrùm autem ſatis ſit vni ex collatoribus,ibid.numero 29
Inſinuatio an requiratur cum vaſallus cõſentit alium inueſtiri de feudo ad ſe pertinente.496.nu.11.& 12
Inſinuatio donationis non cenſetur ob id facta,quòd facta fuit coram iudice ob aliud.524.nu.22
Inſtantię tempus an prorogari poſsit de cõſenſu partium.165.nu.30
Inſtantia non currit actori interim,dum reus ſubterfugit.438.nu.1
Inſtantia ſiue ius inſtantiæ cedi poteſt.444.nu.26
Inſtrumentum ſimulatum non eſt inſtrumentum. 31. numero 13
Inſtrumẽta produci poſſunt in eo die,ex quo tempus producendi ſtatuitur.190.nu.30
Inſtrumentum aliud eſt,quàm contractus.270.nu.1
Inſtrumento qui renuntiat, non propterea renuntiat contractui,ibid.nu.2
Inſtrumento vitiato non vitiatur contractus,ibid.
Inſtrumentum non vitiatur vitiato contractu,ibid.
Inſtrumentum ſæpe contractum ſtatuta vocant. 271. numero 4
Inſtrumẽtorum appellatione teſtes veniunt. 272.numero 11
An autem id ſit verè, an ex interpretatione, ibid. & ſequen.
Et an id quoque procedat in odioſis,ibid.nu.12
Sed & an id ſit ex communi vſu loquendi. 273. numero 15

Inſtrumentorum probatio requiritur in multis caſibus,ibid.nu.16
Inſtrumentum eſt probatio prompta, præſens, realis, probata,euidens, euidentiſsima, manifeſta, manifeſtiſsima,liquida,patens, certa, indubitata, & notoria.274.nu.20.& duob.ſeq.
Inſtrumentum habet vim diffinitionis.275.nu.22
Inſtrumentum tale eſt, vt de eo dici poſsit, noli me tangere,ibid.
Inſtrumenti appellatione an veniat ſcriptura priuata. 276.nu.29
Inſtrumento publico creditur, ſed ita vt tamen contrarium probari poſsit.271.nu.10
Inſtrumētū quod loquitur de venditione,ſine mentione certi pretij,an fidem faciat de pretio.557.numero 88.& ſeq.
Inſtrumētū cum editur,non ſolùm eius quod principale eſt,ſed & ſtipulationum,renuntiationum,& aliarum clauſul.editio debet fieri.527.nu.33
Inſtrumenta poſſunt produci vſque ad ſententiam,& non poſt,etiam incontinenti.595.nu.23
Inſulæ quædam mobiles.80.nu.120
Interdictum vnde vi nō competit pro mobilibus, niſi cum immobilibus ſint coniuncta.72.nu.84
Interdictum vnde vi non habet locum in naue, nec interdictum quod vi aut clam.73.nu.90
Interdicta poſſunt intentari & in foro rei, & in foro rerum de quibus agimus.311.nu.9
Interdictum vnde vi cedi poteſt.437.nu.84
Interdictum retinendæ poſſeſsionis cedi poteſt. 443. numero 17
Interdictum recuperādæ poſſeſsionis etiam cedi poteſt,ibid.nu.18
Interdum dictio, ſignificat exceptionē & raritatem. 145.nu.224
Intereſſe,nomen ſubſtantiuum.12.nu.34
Intereſt noſtra, res maiorum noſtrorum emere, ibid. nu.35.& ſeq.
Intereſt noſtra,rem manere in familia.220.nu.51
Intereſt noſtra,vt ſalua maneat familię dignitas,ibid.
Intereſſe conſiſtit in pecunia numerata.467.nu.3
Interpellatio eius,quem volumus conſtituere in mora, debet fieri ad perſonam ipſius:& ſi non reperitur,ad domum eiuſdem.341.nu.6
Interpellatio cenſetur facta ei, qui impedit, ne fiat. 272.num.9
Interpellatio non conſtituit in mora hæredem, aut alium ignorantem,niſi de re de qua agitur,certioretur.649.nu.5.& ſeq.
Interpellatio extraiudicialis an interrumpat tempus ſiue præſcriptionem.657.nu.37
Interpellatio extraiudicialis an conſtituat in mora, ibid.num.38
Intra dictio cuius naturæ eſt.197.198.nu.71
Intra & extra,ibid.
Intra & extrinſecus,ibid.
Intra & poſt,ibid.
Intra decem dies,& in decem diebus paria ſunt.588. numero 67
Intruſus etiam impenſas deducit.385.386.nu.2
Inueſtitura noua an veteribus deroget.479.nu.39
Inueſtituræ alterius an conſentire videtur, qui illum patitur inueſtiri.120.nu.118.& 121.nu.154
Inuitus quod quis facit, non debet ex eo damnum conſequi.248.nu.39.& 447.nu.2
Ipſe dictio præciſam quandam demonſtrationem facit.601.nu.25.
Iudex quod fecit,feciſſe videtur pars ipſa.212.nu.14
Iudex poteſt ſtatuere tempus intra quod aliquid faciendum eſt,aliàs eo tranſacto non audiatur.274. numero 18
Iudex an poſsit expectare actorem, qui non comparet die citationis,vti reum.308.nu.9.& ſeq.
Et an reum quoque cum ius eſt quæſitum, ibid. numero 13
Iudex non poteſt prorogare tempus proſequendę appellationis,ibid.nu.14
Nec petendæ in integrum reſtitutionis,ibid.
Nec tempus ſtatutum ad probādam exceptionem excommunicationis,ibid.
Nec aliud quoduis à iure ſine miniſterio iudicis ſtatutum,ibid.
Iudex non poteſt mutare tempus à lege vel ſtatuto præfinitum ſine miniſterio hominis.282.nu.4
Iudex an adiri poſsit loco creditoris aut alicuius cui auferri, & denuntiari aliquid debet. Et an tunc ſit neceſſariò adeundus.344.nu.17.& 18
Iudex poteſt prorogare tempus proſequendę appellationis.611.nu.29
Iudex poteſt prorogare tempus à ſe datum recipiendis apoſtolis,ibid.
Iudex poteſt prorogare tempus à ſe datum ad probandum, licet nouam dilationem ſine cauſa dare non poſsit,ibid.nu.30
De his tamen vide num.ſeq.
Iudex an poſsit eſſe ſequeſter rei de qua agitur. 658. numero 1
Iudici ſoli non creditur.321.nu.1.le ij.
Sed duobus creditur.326.nu.34
Iudiciū ea quæ in eo facta ſunt efficaciora facit quàm quæ extra iudicium facta ſunt.719.nu.154
Iuramentum venditoris nocet emptori.122.nu.128
Iuramentum aduerſus contumacem aut doloſum ex diſpoſitione legis præſtitum, an admittat probationem contrariam.293.nu.28.& ſeq.
Iuramentum calumniæ amplius prȩſtandum non eſt, cum iam perfectè pars intentionem ſuam probauerit.270.nu.1
Iuramentum calumnię præſtatur quandocunque placuerit iudici, ſi præſtitum non fuerit in litis conteſtatione,ibid.
Iuramentum an exigitur facta probatione,ibid.
Iurare an poſsit & debeat hæres de facto defuncti, ibid.nu.2.& multis ſeq.
Iurare de alieno facto quis non debet.277.nu.5
Iuramentum quod defertur in ſupplementum probationis,an deferatur hȩredi,aut ei qui neſcit veritatem rei.d.nu.5.& duob.ſeq.
Iuramentum ex parte hæredis perſonale eſt. 278.numero 6
Iuramentum credulitatis ſufficit, quando non poteſt haberi certa ſcientia.278.nu.10
Iuramentum credulitatis an ſit huiuſmodi, vt qui ita iurauit, ſubeat periurium, ſi id verum non ſit. 279.num.12
Iurans ſoluere, ſi tantùm compenſet, an excuſetur à periurio.283.nu.3.& 6
Iuramentum à lege vel ſtatuto delatum an impediat probare contrarium.288.nu.1.& multis ſeq.
Iuramento partis creditur de expenſis aduerſus contumacem,ſed ita vt poſsit probari cōtrarium. 290. numero 7
Iuramento citati ad domum an credatur, ſi dicat citationem ad eius notitiam non perueniſſe.336.numero 41
Iuramentum perpetuat actionem.336.nu.32
Iuramentum habet vim ſententiæ,ibid.
Iuramentum calumniæ poteſt ſtatim poſt litem conteſtatam præſtari.591.nu.2
Iurandi ius ſiue facultas cedi quoque non poteſt.436 numero 76
Iuramentum operarum præſtādarum,ſiue fiat in manumiſsione, ſiue paulò antè, ſiue paulò pòſt, nihil refert.592.num.5
Iurans alicui vendere, non per hoc prohibetur alteri vendere.696.nu.49





Iuriſdictionis vſus ante cōditionem delegationis non eam perpetuat.33.nu.23
Iura portorij, vectigalis, collectarum, & gabellarum quanto tempore præſcribuntur.60.nu.34
Iura ſanguinis & generis à patre ipſo tolli non poſſunt.91.num.46
Iura incorporalia in loco non conſiſtunt.298.nu.3
Iura perſonalia quæ ſcilicet competunt perſonæ, non tranſeunt,niſi cedantur.376.nu.19
Iura paſsiua cedi non poſſunt.432.nu.53
Ius immitendi mortuum in rem pignoratā cædi non poteſt,ibid.nu.54
Iura quoque ſepulchrorum, licet tranſeant ad hæredem extraneum,cedi non poſſunt,ibid.nu.55
Ius merè perſonale etiam cedi non poteſt. 433.nu.60
Iura item annexa certis perſonis ſingulariter & in priuilegium cedi non poſſunt,ibid.nu.61
Iura gratificandi non competunt niſi in caſibus expreſsis.438.nu.2
Iura incorporalia non conſiſtunt in loco.536.nu.14
Ius competens oblato pretio non eſt purum,ſed conditionale.506.nu.12
Iuri offerendi an & quo tempore præſcribitur. 564. numero 2
Iura facultatis an ſint prȩſcriptibilia.579.numero 22. & 581.num.30
Ius offerendi pretium competens ei qui pignus poſſidet,perpetuum eſt,ibid.nu.31
Iuri ſuccedendi,adeundi,immiſcendi non niſi triginta annis præſcribitur.162.nu.16.circa finem,& 528 numero 37
Ius offerendi,conſignandi, deponendi non habet locum conditione non impleta 33.nu.23
Ius excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem.122. nu.128.& ſeq.
Ius probandi per iuramentum an tranſeat in ſucceſſorem.277.nu.3.& multis ſeq.
Ius ſtatutarium aut conſuetudinarium an ſit tranſmiſsibile.367.nu.4
Ius defenſionis tranſit in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſsione,non etiam ius agendi.377.nu.20
Ius adeundi,& immiſcendi cedi non poteſt. 432.numero 49
Ius vindictæ an cedi vel delegari poſsit. 433.nu.65.& ſeq.Vbi etiam reperies, an filio & cæteris ſubditis delegari poſsit.
Et an poſsint adhiberi ſocij,& quomodo.
Ius alimentorum futurorū cedi non poteſt. 436.n.75
Ius ætatis cedi non poteſt,ibid.nu.80
Iura vtilia per ceſsionem funditus euelluntur à cedente.437.nu.82
Ius repetēdi dotem cōſtante matrimonio ob id quòd vir ad inopiam vergit,an cedi poſsit,ibid.nu.83
Ius accuſandi alium de priuato delicto cedi an poſſit,ibid.num.84
Ius ſententiæ cedi poteſt.443.nu.22
Ius executiuum,ibid.nu.23
Ius capiendi alium propria autoritate cedi poteſt,ibi. numero 24
Ius legitimæ & Trebellianicæ cedi poteſt. 444.nu.25
Ius proteſtandi cedi quoque poteſt,ibid.nu.27
Ius quod habet cōductor ſiue colonus partiarius,aut nummarius cedi poteſt,ibid.nu.30
Ius eligendi competens ex contractu cedi poteſt,ibi. numero 33
Ius arbitrij cedi poteſt,ibid.
Ius denuntiandi aliquod impedimentum cedi poteſt, ibidem.
Ius quæſitum alicui ad certam rem contemplatione artis cedi poteſt.444.nu.34
Ius retinendi rem pro expenſis cedi poteſt,ibid.nu.35
Ius iniquum.498.nu.9
Ius & æquitas oppoſita.498.nu.7.& ſeq.
Inter ius & æquitatem quid intereſt,ibid.nu.8
Ius & æquum interdum iunguntur,ibid.nu.9
Iuris æquitas,ibid.
Ius,rigor,& diſpenſatio,an differant,ibid.
Ius & bonum vt diuerſa,ibid.nu.10
Ius ſubtile, callidum, verſutum dicitur ius ſtrictum. 500.nu.17.& duob.ſeq.
Ius commune fauorabilius eſt, & magis extenditur quàm ius ſingulare.518.nu.49
Ius per te mihi quæſitum, ſpe tamen, non potes mihi inuito auferre.608.nu.18.& trib.ſeq.
Iuſtum pretium annorum redituum quod dicatur.50 nu.17.& ſeq.
Iuſtum pretium quid ſit,& quomodo probetur. 240. nu.1.& ſex ſeq.
Iuſtum pretium dicitur deductis impenſis & laboribus.386.nu.3
Iuſtum à iuſtitia,vel è diuerſo.499.nu.11
Iuſtum & iuſtitia opponuntur æquitati,ibid.nu.12
Iuſtum & æquum quid differant,ibid.
Iuſtitia immodica,ibid.nu.13
Iuſtitia & miſericordia oppoſitæ,ibid.
Iuſtitia & æquitas item oppoſitæ,ibid.
Iuſtitia & æquitas copulatæ.500.nu.14
Iuſtitiæ duæ partes principales,pietas & ȩquitas,ibid. numero 13
Iuſta cauſa litigandi an excuſet ab expenſis conuentionalibus.587.nu.58
Et an à pretio conuentionali,ibid.
Iuxta.200.nu.81
L'*Argent & le drap*.704.nu.82
Latitare videtur qui ita in publico eſt, vt ſe videndum non præbeat.527.nu.35
Laudimia non debentur ex venditione nulla. 29.nu.7
Laudimia non debentur ex venditione conditionali ante impletam conditionem.33.nu.23
Laudimia an debeantur ex diſtractu ſiue diſceſſu à priori venditione.37.nume.41.& 675.numero 6.& multis ſeq.
Laudimia an debeantur ex venditione ante traditionem.40.nu.50
Laudimia an debeantur ex datione in ſolutum. 210. numero 4
Quid ſi ea ſit neceſſaria.211.nu.10.& 212.nu.14
Laudimia an debeātur ex permutatione de re immobili cum mobili.217.nu.41.& ſeq.
Laudimia an & quando debeantur ex tranſactione. 222.nume.63
Laudimia an debeantur ex diuiſione.225.nu.77
Laudimia an debeantur ex datione dotis æſtimatæ, vel inæſtimatæ.229.nu.95.& 231.nu.108
Laudimia an debeantur ex alienatione neceſſaria. 232.nu.109.& 448.nu.4
Laudimia an debeantur ex venditione annui reditus generalis.299.nu.1
Laudimia debētur ex datione in ſolutum,ac ſi ab initio res ita data fuiſſet vendita,ibid.
Laudimia an debeantur ex venditione vectigalium feudalium,ibid.nu.2.& ſeq.vſque ad fi.eius glo.
Laudimia an debeantur non tantùm ex pretio quod datur pro venditione,ſed & ex eo quod donatur in eodem contractu.244.nu.19
Laudimia an debeantur ex venditione retracta à cōſanguineo.449.nu.1.& ſeq.
An & ex retractu,ibid.nu.3
An ex venditione neceſſaria,ibid.nu.4
Laudimia an debeantur ex contractu reſciſſo. 451. numero 1
Laudimia an debeāt ſolui pro rata pecuniæ,cum traditur pecunia & ſpecies pro alia ſpecie.466.nu.1
Laudimia cedunt vſufructuario nō proprietario. 561. numero 107
Laudimia non debentur ex venditione facta cum pa-

ſto legis cōmiſſoriæ vel addictionis in diem. 674. numero 3
Laudimia an debeantur ex contractu qui poſtea diſſoluitur ſiue reſcinditur. Et vtrùm ex reſolutione ſiue receſſu, ibid. nu. 4. & multis ſeq.
Laudum cum parti à notario renuntiatur, non neceſſe eſt ei inſtrumentum ipſius oſtendere niſi petatur. 180. nume. 108
Laudum latum pro venditore prodeſt emptori. 123. numero 131
Læditur quis, ex eo quòd lædi poteſt. 169. nu. 51
Legatum non reuocatur per pignorationem rei. 12. numero 36
Niſi tanti pignorata ſit, quanti valet, ibid.
Niſi & ipſa ſit maiorum, ibid.
Legatum conditionale non tranſmittitur ad hęredes. 33. 34. num. 25
Nec ad ſuos quidem & liberos. 34. nu. 26
Legatum pecuniæ, ſi tantundem legatarius dederit, inutile eſt & ridiculum. 77. nu. 109
Aliud in ſpeciebus eiuſdem valoris. 78. nu. 112
Legatum purè relictum, non illis competit, qui nondum concepti ſunt tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris. 113. nu. 85
Legatum non cenſetur ademptum ex locatione ad longum tempus. 227. nu. 85
Legatum tradi poteſt ante mortem teſtatoris. 182. numero 118
Legatum relictum filiæ ſi nupſerit, quamuis primùm inutiliter nupſerit, poterit tamen poſtea vtiliter nubere, & conſequi legatum. 316. nu. 5
Legatum vt minuitur cùm quid ex eo alienatur, ita augetur cùm quid adiicitur. 336. nu. 16
Legatum fructuum debetur ſine deductione impenſarum, ſi aliàs eſſet inutile. 388. nu. 16
Legatum pecuniæ non ob id ademptū cenſetur quòd pecunia cōuerſa eſt in emptionem prædiorum, ſed ea prædia tanquam legata cenſebuntur. 472. nu. 11
Legatum rei ſuæ inutile eſt. 620. nu. 11
Niſi ſi irreuocabiliter ea non ſit, ibid.
Legatum non extinguitur ex promiſsione alienādi, vt ex alienatione. 696. nu. 51. in ſi.
Legatum traditum aſſumit naturam donationis cauſa mortis. 704. nu. 80
Legem Agrariam cur diuites apud Romanos recuſabant. 16. nu. 48
Leges in foro conſcientiæ obligant. 23. nu. 74
Leges antiquas an mutare liceat & expediat. 339. numero 53
Leges legibus concordare expedit, & promptum eſt. 161. nume. 12
Legem qui contempſit, eius auxilio vti non poteſt. 318. nume. 15
Leges antiquæ non ſine magna & euidēti cauſa ſunt abolendæ. 339. nu. 52. & 53
Leges generales non auferūt priuilegium. 516. nu. 42
Leges loquentes in pretio dato, an habeant locum in promiſſo. 692. nu. 30
Leges fauorabiles volentibus emere prędia maiorum ſuorum. 11. nu. 34. & multis ſeq.
Legis j. §. vlt. ff. de iure immu. intellectus. 150. nu. 243
Legis, ſi iudex. ff. de mino. intellectus. 544. num. 24. & multis ſeq.
Legis, ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. intellectus. 614. nu. 43. & ſeq.
Lex iniqua non obligat in foro conſcientiæ. 21. nu. 68
Lex infringi non poteſt, etiā ſi non habeat rationem. 23. nume. 76
Lex eadem an habeat locum in aliis caſibus, quàm in duobus creditoribus, ibid. 74. & ſeq.
Lex non verbis, ſed rebus imponitur. 8. nu. 22
Lex loquatur prohibitiuè, an non permiſsiuè multùm refert. 10. nu. 13
Lex reſiſtat an non aſsiſtat, quid intereſt, ibid.
Lex ij. C. de reſcin. vend. habet locum in vēdente, non etiam in conſentiente venditioni. 118. nu. 107
Lex plerique. ff. de in ius voc. loquēs de domo, an habeat locum in naue. 72. nu. 88. & ſeq.
Lex, quæ corrigitur, nouam legem non interpretatur. 174. nume. 79
Lex, ſi quis maior, C. de tranſact. habet locum in fœminis. 141. nu. 213
Lex generalis an comprehendat cauſam dotis. 228. numero 91
Lex, bene à Zenone, & l. omnes, C. de quadri. pręſc. an habeant locum in præiudicium dotium, ibid.
Lex aliquid nouiter ſtatuens an procedat in caſibus ſpecialibus & priuilegiatis. 229. nu. 93
Lex, per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. manda. an intelligantur de ſolutione quæ ex vera numeratione probatur, non ex ſola confeſsione. 256. 257. nu. 78. & 79. & 258. nu. 85. & 86
Lex, ſi quis poſthac, C. de bonis damnato. quomodo intelligatur. 258. nu. 82. & 259. nu. 91
Lex vlti. C. de edic. diui Adr. tol. an habeat locum in teſtamento nuncupatiuo. 273. nu. 14
Lex, ſi quando, C. vnde vi, an admittat probationem contrariam. 293. nu. 28. & & ſeq.
Lex, cum alienam, C. de legat. loquēs de proxima perſona, intelligitur de coniuncta etiam in remotiori gradu. 353. nu. 4
Lex ij. C. de reſcin. vend. an habeat locum contra tertium & quomodo, ibid. nu. 5
Lex Raptores, habet locum & in muliere virum rapiente. 401. nu. 4
Lex ij. C. de reſcin. vendi. an habeat locum in tranſactione. 416. nu. 4
Lex ſemper intelligitur excipere dolum & captionē, ibid. nu. 6
Lex ij. C. de reſcin. vendi. an faciat vt reuenditio quæ fit vi illius, ſit neceſſaria, an voluntaria. 484. nu. 67. & 484. nu. 66. & duob. ſeq.
Lex faciens mentionem de minore, abſente, & aliis, quibus de iure omni conceditur reſtitutio, ita debet intelligi, ne concedatur. 505. nu. 6
Lex non debet eſſe ſcrupuloſa. 533. nu. 8
Lex ij. C. de reſcin. vend. non habet locum in re vendita iuſſu teſtatoris certo pretio. 540. nu. 5. & 541. numero 9
Lex eadem an habeat locū, etiam ſi res perierit culpa emptoris. 554. nu. 71
Lex quoties, C. de rei vend. non procedit, cùm interuenit hypotheca. 639. nu. 5
Lex ſi quis argentum, C. de don. an habeat locum in ſimplici promiſsione donandi. 692. num. 31. & 693 numero 48
Leges loquentes de dote an habeant locum in dote promiſſa tantùm, & non data. 692. num. 32. & 693. nu. 35. & 698. nu. 59. & 60
Et quid ſi loquantur de dote data. 693. num. 34. & 36. & 698. nu. 58
Lex, Papinianus, ff. de don. inter vir. & vxo. quæ traditionem requirit, an intelligatur in donatione, an in ſimplici promiſsione donandi. 695. nu. 48
Lex vlt. C. de ſponſal. loquens de arris datis, non habet locum in promiſsis. 698. nu. 56
Lex ſi quis argentum, C. de dona. an habeat locum in donatione tacita. 709. nu. 107
Legitimandi facultas generalis non comprehēdit bona feudalia. 43. nu. 6
Legitimati ſimpliciter non intelliguntur legitimati ad feuda, ibid.
Legitimati conſeruāt agnationē & familiam. 83. nu. 10
Legitimati an propriè dicantur legitimi, ibid. nu. 12
Legitimati non comprehēduntur in ſtatuto compellente conſanguineos ad compromittendum, ibid.



Legitimatio non retrotrahitur in præiudicium aliorum. 172. nu. 71
Legitima ſuppleri poteſt ex fructibus pendentibus. 61 numero 40
Lethalis morbus non ſemper interimit. 394. nu. 12
Libellus an & quando in ſubſtantialibus emendari poteſt. 303. nu. 5
Libellum emendare, nullo caſu, niſi ante ſententiam. licet. 318. nu. 14
Libelli emendatio poteſt fieri ſtatim poſt litem conteſtatam, quamuis præcipiatur fieri ante eam. 590. numero 3
Liberatio generalis non comprehendit obligationes conditionales. 33. nu. 24
Liberatio fauorabilis. 563. nu. 120
Liberalitas plus fauoris habet, quàm neceſsitas. 164. numero 25
Liberalitatis captioſæ exemplum. 571. nu. 33
Liberalitatis fauor non facit, vt quod fieri debet intra aliquod tempus, poſsit poſtea fieri. 584. 585. nu. 47
Licitatio animoſa non facilè admittitur. 238. nu. 2
Licitum alicui facere licitum eſt & alteri mandare. 433. num. 64
Limitata cauſa limitatū producit effectum. 481. n. 49
Linea, & linearius quid. 92. nu. 1. & duob. ſeq.
Linea an de fœminis etiam dicatur. 150. nu. 244
Lippis & tonſoribus vetus adagium. 372. nu. 7
Liquidum quod non eſt, non conſtituit in mora. 260. numero 1
Tamen ſi quid dari debet, offerri debet verbo cum fideiuſſoribus, ibid. nu. 2
Quod quomodo intelligatur, ibid. nu. 3. 4. 5. & 261. numero 6
Literæ pro inſtrumentis vſurpatæ à Cicer. 271. nu. 4
Litis æſtimatio. 222. nu. 64
Lites ex litibus ſerere non licet. 319. nu. 21
Litigare maxima adfert incommoda, etiam vincentibus, ibid. nu. 20. & ſeq.
Litium execratio, ibid.
Litis conteſtatio inualida non interrumpit præſcriptionem. 176. nu. 85. & ſeq.
Quòd ſi ab initio ſit valida, ſed poſtea lapſu inſtantiæ annulletur, manet tamen perpetuatio, ibidem numero 82
Litis conteſtatio quomodo fit, ibid. nu. 82
Lis habetur pro conteſtata, cùm aduerſarius ſubterfugit, moratur, cunctatur, differt conteſtari. 392. num. 5. & ſeq.
Niſi tamen reus habet iuſtam cauſam differendi, ibid. num. 8
Aut niſi lis non fuiſſet conteſtata, etiam ſi non diſtuliſſet. 393. nu. 9. & ſeq.
Litis conteſtatæ tempore fieri cenſetur quod ſtatim antè vel poſt fit. 591. nu. 2
Litigioſi vitium nō pertinet ad alienationes neceſſarias, quæ habent cauſam de præterito. 539. nu. 3
Liuellarius an poſsit domino renuntiare liuellum. 494. 495. nu. 1. 2. 3
Locare vni potius quàm alij interdum tenemur. 5. numero 15
Locatio ad longum tempus transfert poſſeſsionem & vtile dominium. 225. nu. 79. & 80
Locatio huiuſmodi prohibetur alienatione prohibita. 226. num. 81
Atque etiam prohibita ſimpliciter venditione, ibi. nu. 82. & ſeq.
Ex eáque debentur laudimia, ibid.
Cadítque res in commiſſum vt ex venditione, ibid.
Lex, æde. & l. emptorem. C. loc. an habeant locum in locatione ad longum tempus, ibid.
Locatio perpetua habet vim emphyteuſis. 226. nu. 84
Ab eáque cadit cōductor per ceſſationem ſolutionis trienn'j, vt emphyteuta emphyteuſi, ibid.
Locatione ad longum tempus non cenſetur legatum ademptum. 227. nu. 85
Locatio ad longum tempus, pro quo ſoluitur vnum pretium, habet vim venditionis, ibid. nu. 86
Locatio ad longum tempus rei eccleſiaſticæ an vitiatur tantùm in eo quod excedit nouem annos, & quid ſi facta fuerit vno pretio pro toto eo longo tempore. 408. nu. 12
Locatio ad paruum tempus cum pacto de renouādo ad aliud tempus quod iunctum priori facit lōgum tempus, habetur pro locatione ad longum tempus & cenſetur facta in fraudem. 567. nu. 11
Locator ſi ex ſtatuto non poſsit vēdere rem locatam, niſi prius denuntiauerit conductori, an emere velit, ſi ſint duo conductores, & alter nolit emere, tenetur alteri vendere, ſi velit pro ſua portione. 603. numero 30
Locupletari cum aliena iactura non decet. 550. numero 52
Nec minores quidem aut pupillos, ibid.
Nec etiam contra malæ fidei poſſeſſorem, ibid. numero 53
Nec ſi apertè non opponatur, ibid.
Nec ſi ex ſtatuto denegetur actio vel exceptio, ibi.
Locus traditionis rei, non vēditionis inſpicitur, cùm tractatur, an & quando & cui gabella debetur. 39. nume. 49
Locus iuriſconſultorum emendatus. 298. nu. 2
Locrorū lex, ne quis patrimonium alienare poſſet, ex Ariſtotele. 430. nu. 41
Lombardorum legibus maſculinum non cōcipit fœmininum. 151. nu. 246
Longum tempus quod dicatur. 48. nu. 9
Lucrari ſatis dicitur qui ſuæ voluntati obſequitur. 9. numero 25
Lucrum eſt ius ſpeciale conſeruare. 183. nu. 126
Lucrum captat qui beneficium contendit, ibid.
Lucrum dicitur quod ſupereſt deductis impenſis & laboribus. 286. nu. 3
Lucrum nō adeò facilè admittit reſtitutionem in integrum, vt damnum. 505. nu. 7. 8. 9. & ſeq.
Lycurgus ſuis legibus iuſsit ſingula emi nō pecunia, ſed compenſatione mercium. 460. nu. 18
MAceries, id eſt, murus ſiccus an ſolo cedat. 80. numero 122
Magnificare verbum Latinum. 385. nu. 1
Maior diuidat & eligat minor, ſtante ea lege aut ſtatuto, an minor queri poſsit de diuiſione maioris. 415. num. 3
Et quid ſi fraus ſubſit in ea diuiſione. 416. num. 4. & ſequen.
Maior pars bonorū minorem attrahit, cùm res ſunt. diuerſarum iuriſdictionum. 535. nu. 6. & ſeq.
Mala fide contrahit, qui contra iura contrahit. 551. numero 58
Malæ fidei poſſeſſor eſt qui à minore ſcienter emit, ſine decreto. 548. nume. 43.
Secus ſi ignoranter, ibid. nu. 44
Malæ fidei quoque poſſeſſor eſt qui aliàs non obſeruatis ſolennibus contrahit, ibid.
Malæ fidei poſſeſſori competit officium iudicis, ne alter locupletetur cum ipſius iactura. 550. nu. 53
Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. 579. numero 21
Malo emere quàm rogare. 670. nu. 27
Malum conſilium conſultori peſsimum. 244. nu. 20
Mammij vnde dicti. 184. nu. 1
Mandatum repudiandi non comprehendit res quæ fuerint maiorum. 13. nu. 38
Mandatum non exigit ratihabitionem, etiā ſi ea promiſſa ſit. 178. nu. 93
Mandatum non ſatis eſt habere, niſi oſtendatur. 154. numero 264

Mandatum an oſtendi debet, etiam ſi non petatur. 180.nu.108.& ſeq.
Mandati reuocationem notificandam omnibus collatoribus,nec ſatis eſſe vni fieri.206.nu.23.in fi.
Mandatum ſpeciale & generale cum libera æquiparantur.207.nu.32
Mandatum generale cum libera quando intelligatur conceſſum,remiſsiuè.208.nu.33
Mandatum an ei noceat,qui id dat aliàs facturo.294. numero 13
Mãdatum ſi fuerit alicui vt permutet fundum Titianum aut eius partem dimidiam cum fundo Semproniano aut eius dimidia parte. Si is permutat feudum illum Titianũ cum dimidia illa parte fundi Semproniani & cum fundo Seiano, non valet permutatio, etiam quantum ad dimidiam partem Titiani,cuius mandatum habebat.408.nu.14
Mandatum apoſtolicum pro præſentato habetur,cùm dolo eius cui præſentari debuit factum eſt, ne ei præſentetur.531.nu.47
Mandatum an poſsit adimpleri alia forma vtiliore mandati.533.nu.58.& ſeq.
Mandatum apoſtolicum vni ex omnibus collatoribus præſentatum omnes afficit.552.nu.63
Mãdatum generale excepto certo vno caſu requirente ſpeciale mandatum an trahatur ad alia ſpecialia. 558.nu.94
Mandans vendere aliquam rem,eandem in id pignorare cenſetur.713.nu.125
Manere id dicitur quod durat.63.nu.46.in fi.
Mane cur & vnde dicatur.184.nu.1
Manſuetudo dicitur æquitas.503.nu.28
Manus iniectio quid ſit.443.nu.24
Marchia quid ſit.553.nu.66
Marchio quis dicitur,ibid.
Maritus non debet aliquid commodi ſentire ex eo quod vxor donat filio eius.109.nu.74
Maritus an poſsit excidere grandes arbores rei dotalis.644.nu.23
Marito an ſatis ſit denuntiare pro vxore abſente.346. nume.1.& ſeq.
An è contrario vxori pro marito, ibid.nu.3.& ſeq.
Maritus pro vxore ſine mandato poteſt agere,ibidem numero 1
Maritus qui ſine mandato agere poteſt pro vxore, ſi agit tanquam procurator,cùm mandatum nõ habeat,an valeat iudicium.347.nu.6.& 7
Maritus qui domo ſua ſine cauſa exegit vxorem, ſe indignum reddit lucro dotis.348.nu.12
Dotémque reddere debet.349.nu.13
Et vxorem alere,ibid.nu.14
Nec ei ſuccedit,eod.nu.13
Maritus qui occaſione dotis aliquid conſecutus eſt, id ſoluto matrimonio reddere debet. 350.num.18. & ſequen.
Maritus qui conſtante matrimonio conſecutus eſt mulctas,aut bonorum cõfiſcationes occaſione caſtri dotalis, an ea reddere debet ſoluto matrimonio,ibid.num.19
Maritus qui conſecutus eſt pœnam ob dotem nõ traditam,an ſoluto matrimonio teneatur eam reddere,ibidem.
Marito an imputetur, quòd nõ adhibuerit medicum vxori ægrotanti morbo incurabili.394.nu.12
Maritus an poſsit cædere grandes arbores rei dotalis.645.num.25
Maritus ſi fundum dotalem ob noxiam cõmiſit,quomodo vxori ſubueniatur.646.nu.32
Maritus in dote tanquàm creditor eſt.701.nu.70
Maritus in dote aſsimilatur emptori,ibid.
Maſculinum an fœmininum concipiat,& quomodo, & in quibus,latiſsimè.132.nu.179.& multis ſeq.
Matrimonium cõditionale non impedit interim cum alia purè contrahi.33.numero 23
Matrimonium metu contractũ non intelligitur ſpõte ratificatum per contractum dotis poſtea incontinenti factum.545.nu.22
Matrimonium,quędam emptionis ſpecies.701.nu.70
Mater præfertur auo in bonis vndecunque quæſitis. 383.num.13
Matri & cæteris agnatis an ſimul currat annus ad petendum tutorem.635.nu.79
Maximitas à maximus.96.nu.16
Mediatores qui ſint.452.nu.8
Medicus poteſt ægrotum inuitum medicari,& impenſas repetere,etiam ſi is moriatur.684.nu.10
Melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere. 451. numero 3
Mens legis & lex ipſa idem ſunt.146.nu.227
Menſis ſimpliciter prolatus intelligitur de triginta diebus.205.nu.18
Merx empta ex pretio mercis obligatæ,an ſit obligata.474.num.20
Meridies.184.nu.1
Meum eſt, quod occaſione rei meæ ad te peruenit. 42.num.62
Miles non excuſatur ſi potuit conſulere peritiores. 662.nu.18.& ſeq.
Nec etiã excuſatur ſi periti ſunt in vicina ciuitate, etiam ſi nulli ſint in loco habitationis,ibid.nu.19
Militi quoque non niſi in caſibus expreſsis ſubuenitur,ibid.nu.13
Militi quàm minori magis fauetur.518.nu.51
Minor reſtituitur aduerſus adiectionẽ ab alio factam in re maiorum ſuorum.11.nu.34
Minor ſi feudum alienauerit ſine decreto,eo non excidit.29.nu.6.in fi.
Minor poteſt ſtare contractui à ſe nulliter facto,ſi velit.30.num.10
Minor an poſsit ſine decreto alienare fundum alienum à ſe bona fide poſſeſſum,ibid.nu.17
Minor poteſt alienare fructus rei immobilis ſine decreto.65.nu.52
Minor poteſt alienare pecuniam ſine decreto. 76. numero 105
Quid autem ſi ea ſit deſtinata in emptionem prædiorum.76.nu.106.& ſeq.
Minores ſtatuta ligant.203.nu.13
Minor reſtitutus id tantùm conſequitur,quod amiſit ex læſione.224.nu.74
Minor an poſsit cedere actionem ſibi competentem ad rem mobilem vel immobilem diſiunctiuè ſine decreto.364.nu.22
Minores quibus præſcriptionibus teneatur. 504.nume.1.& ſeq.
Minor etiam ad lucrum reſtituitur.505.nu.9
Nec tantùm cùm de lucro certo agitur, ſed & cùm de veriſimili tantùm,ibid.
Non tamen reſtituitur ad lucrum odioſum prouenienѕ ex diſpoſitione legali.506.nu.10
Minor cùm reſtituitur, intra quod tempus poſt maiorem ætatem reſtituitur,ibid.nu.12.& ſeq.
Minori vtrúmne,an abſenti vel ignoranti, & aliis huiuſmodi magis minúſve fauendum ſit in præſcriptionibus.517.nu.46.& ſeq.
Minor non cogitur vti ſententia reſtitutionis in integrum à ſe petitæ.544.nu.24
Minor aduerſus minorem reſtituitur.650.nu.51
Minor vſus iure communi non reſtituitur,ibid.
Sed id quomodo intelligatur.651.nu.55.& ſeq.
Minor an reſtituatur aduerſus ſtatutum, in iiſdem locis.
Minor non debet locupletari cum iactura alterius. 550.nu.52.& ſeq.
Minor aduerſus hæreditatis aditionem reſtituitur. 550.num.54.
Minor vendens factus maior petens pretiũ venditionis videtur ratam habere venditionem. 587.nu.61
Minor an & quando tutela vel curatela finita teneatur ſtare locationi factæ à tutore vel curatore.641. numero 16
Minor qui emit cum pacto reſciſſorio contractus,poteſt eum reſcindere vi illius pacti ſine ſolennitate ſtatuti.686.nu.3
Minor ſi mecum cõtraxit,& dubito ne poſthac reſtituatur,an cũ eo poſsim agere,vt aut ſtetur contractui,aut ab eo diſcedatur.718.nu.150.& ſeq.
Et ſi cum eo litigaui ſine curatore,an poſsim petere, vt ea quæ facta ſunt ratificentur vel irritentur, 719.num.151
Minor poteſt cogere emptorem ſtare emptioni factæ ſine debitis ſolennitatibus,ibid.nu.152
Miſsio in poſſeſsionem an cedi poteſt.442.nu.12
Miſericordia dicitur æquitas.503.nu.28
Miſtum ex duobus, eius naturam ſibi aſciſcit, quod ſibi vtilius eſt.463.nu.30
Mitius agitur cum lege,quàm cum homine. 587.numero 58.in fi.
Mobilium poſſeſsio vilis & abiecta.70.nu.82
Mobile ſequitur immobile,ibid.& 70.nu.24
Mobilia pretioſa an immobilium loco habeantur.75. nu.100.& ſeq.
Mobilia pretioſa an poſsint alienari,cùm immobilia prohibentur alienari,ibid.
Mobilia pretioſa non releuant à ſatiſdatione,ibid.numero 101
Modus an ſuſpendat & impediat actionem naſci. 12. nu.34.& ſeq.
Molendina ſintne mobilia, an immobilia. 73.nu.92. & ſequen.
Molæ an ſint mobiles an immobiles.74.nu.95
Molendinum an ſit prædium ruſticum.73.nu.92
Molendina an alienari poſsint à prælato & tutore, ibidem.
Molendinum domui æquiparatur, etiam in ſtatutis & pœnalibus,ibid.
Molendinum in feudum concedi poteſt,ibid.in fi.
Moleſtia etiam intelligitur de iudiciali.515.nu.40
Molitor qui promiſit molere alicui & ſuis perpetuò, ſi hæredes in tantum numerum excreuerunt,vt vix omnibus ſufficiat,an tamẽ teneatur omnibus molere.495.nu.4.& 5
Mollities dicitur æquitas.503.nu.28
Monachus iura ſanguinis ſuitatiſque retinet. 85.n.19
Monachus ſuæ familiæ finis,ibid.in fi.
Monachus non habet velle vel nolle.87.nu.29
Monachus teſtari non poteſt,ibid.
Monachus an quis dicitur per ingreſſum religionis ſine profeſsione.86.nu.33.& ſeq.
Monachus iniuſtè expulſus,ali debet.349.nu.14
Monaſterium non perdit ius quod habet in monachum per vacationem ipſius,ibid.nu.16
Monaſterium tenetur contractum ſui ſyndici omnino ſequi cum ſua forma,ibid.
Monetæ aureæ aut argenteæ nullus vſus apud antiquos.263.nu.9
Moneta aurea & argentea quando primùm ſignata, ibidem.
Moneta vt proba ſit,tria requiruntur.265.nu.13
Moneta quæ non vſualis eſt,ibid.nu.14.& ſeq.
Mora non poteſt purgari niſi eo tempore quo actus geri poteſt.177.nu.90
Morator quis non eſt,quandiu incertum & nõ liquidum eſt quod præſtari debet.260.nu.1
Quid autem facere debet ne moram contrahat, ibid.nu.2.& ſeq.
Morator eſt qui ſine iuſta cauſa litigat.296.nu.1.le ij.
Morator quis ſit.297.nu.4
Moroſus quis ſit,ibid.
Moroſitas,ibidem.
Moroſæ,ibidem.
Morandi verbum,ibid.
Moratoria præſcriptio,ibid.
Moratorię ambages,ibid.
Moratoria cautio,ibid.
Moratoria cunctatio,ibid.
Mora modici temporis non magnum damnum eſt, nihilque ex obligatione minuit.308.nu.9
Mora non eſt,vbi non eſt petitio.358.nu.4
Mora litis conteſtandæ habet vim litis conteſtatæ. 392.nu.5.& ſeq.
Mora debitoris an ei obeſt, cùm res peritura fuiſſet apud creditorem.394.nu.11
Morator tenetur de rei interitu.553.nu.68
Etiam ſi ſit intra tempus purgandæ moræ,ibid.
Mora requirit,aut ſcire,vel ſcire debere.649.nu.5
Morbus lethalis non omnes interimit.394.nu.12
More iudiciorum.230.nu.98
Moſis placita trifariam diuiſa.3.nu.8
Moſis placita moralia perpetua.4.nu.10
Moſis placita iudicialia ſiue legalia,an nos obligent. d nu.8.& ſeq.
Moſis leges quaſdam à Chriſto reprobatas.4.nu.10
Mos altera natura.373.nu.5
Moueri non poſſunt incorporalia.53.nu.6
Mulieri reddenda eſt res aliena,quam ſcienter in dotem dedit.32.nu.18
Mulieris ſanguis ad generationem an conferat. 93. numero 6
Mulieres olim à propinquis oſculo excipiebantur.94 numero 8
Mulieres quæ viros rapuerunt.402.nu.5
Mulier an poſsit cedere ius tacitæ hypothecæ, vel vt aliis creditoribus præferatur.437.nu.81
Mulier conſtante matrimonio dotem cedere non poteſt.442.nu.7
Poteſt tamen ſpem eius actionis quę illi cõpetitura eſt ſoluto matrimonio,ac ſi iam eſſet ſoluta,ibid.
Mulieri non ſubuenitur niſi in caſibus expreſsis.662. numero 13
Mulieri non parcitur quę non fecit inuentarium,ibidem,nume.16
Mulieri non parcitur quæ intra annum & diem non petiit inueſtituram,ibid.nu.17
Mulieri quæ feudum alienauit an parcitur, ibid. & ſequen.
Mulieri non licet ignorare iura contractus.dicto numero 17
An autem in integrum reſtitui debeat,ibidem numero 18
Mulier non excuſatur in quibuſcunque caſibus ſi potuit conſulere peritiores.d.nu.18
Nec ſi periti ſint in ciuitate, licet nulli ſunt in loco habitationis,ibid.nu.19
Mulier an & quando finito matrimonio teneatur ſtare locationi factæ à marito durante ipſo matrimonio.642.nu.15
Mulieres vt vadunt ad ciuitates pro indulgentiis, ita etiam ire debent pro conſiliis. 662.nu.20.in prin.
Multa interuenire ne quid fiat.385.nu.18
Multa interuenire poſſunt ne capias.625.nu.36
Multa interuenire poſſunt ne quis etiam mercator lucretur.626.num.37
Munitiones caſtrorum vt ſunt bombardæ, & alia id genus,an veniant in vẽditione ipſorum. Et an ſint mobiles,an immobiles.74.nu.96.& ſeq.
Mutare verbum ſimplex pro permutare. 461. numero 20
Mutuum date,nihil inde ſperantes.254.nu.70
Mutuum ſi fuit ſimpliciter allegatũ, an ſufficiet probare cõfeſsionem mutui,ſine probatione veræ numerationis.650.nu.10.& ſeq.

Mutuum naturale de cuius numeratione verè cõſtat. Ciuile verò de quo tantùm per cõfeſsionem apparet, ibidem.
Mutuum & re & verbis & chirographo contrahitur. 652.num.15
Mutuum ſi probatum fuerit, nec tamen conſtat de quantitate,quid agendum eſt,ibid.
NAboth & regis Achab hiſtoria.16.nu.48
Natura omni arte potentior.190.nu.29
Naturale præualet accidenti.462.nu.25.& ſeq.
Naturales an comprehendantur in fauorabili diſpoſitione.82.nu.4
An autem in ſtatuto iubente cauſas cõſanguineorum compromitti,ibid.
Naturales an veniant appellatione parentum,liberorum,patrum,matrum,filiorum, conſanguineorum & aliorum huiuſcemodi.82.nu.5
Naturales liberi faciunt deficere conditionem,ſi ſine liberis quis deceſſerit,quando ea conditio appoſita eſt à fœmina.355.nu.13
Naues ſectæ à Q.Fabio Labeone,cùm ex fœdere icto cum Antiocho rege partem nauium accipere deberet.268.nu.15
Nauis an computetur inter mobilia, an verò immobilia.72.nu.88.& ſeq.
Nauis an domui æquiparetur,ibid.
Nauis æquiparatur prædio vrbano.73.nu.89
Naui an ſeruitus imponi poſsit,ibid.nu.91
Neceſſarij quid dicantur.95.nu.13
Neceſsitudo quid,ibid.nu.14
Neceſsitas pro neceſsitudine,ibid.
Neceſsitati ne dij quidem reſiſtunt. 99.nu.32.& 424. numero 22
Neceſsitáſne, an liberalitas plus fauoris habere debeat.164.nu.25
Neceſsitatis cauſa multa promittuntur,aliàs prohibita.423.nu.20.& ſeq.
Neceſsitatis vis & poteſtas.424.nu.21.& multis ſeq.
Neceſsitatis epitheta,ibid.nu.22
Neceſſaria aut voluntaria quæ dicantur.484.nu.60
Quod quomodo intelligitur,ibid.nu.61
Negatiua ſi ſit cauſa intentionis agentis, eam debet probare.490.nu.94.& 95
Sed vide quomodo id intelligatur,ibid.in fi.
Negato vno cætera conceduntur.300.nu.5
Negans ſi confeſtim poſt negationem confiteatur, euitat pœnam ſtatuti punientis negationem. 594. numero 21
Negligens in vno actu nõ ſibi præiudicat in ſequentibus.129.nu.162
Negotiorum geſtor quod fecit, non poteſt dominus pro parte approbare,& pro parte reprobare. 687. numero 7
Nemo retractare poteſt quod à ſe legitimè factum eſt. 101.num.38
Nemo dat quod non habet.492.nu.101
Nemo iure ſibi quæſito priuatur ſine facto,aut culpa ipſius.609.nu.20
Idque etiam ſi ius ſit in ſpe tantùm quæſitum, ibi.
Atque etiam ſi id ius ſit per te aut contractũ tuum mihi quæſitum : nam tu tamen eo iure priuare me non potes,ibid.nu.21
Sed & denique etiam ſi vtrunque cõcurrat,id eſt, ſi ſpe tantùm,& per te mihi competat,ibid.nu.22
Tu tamen circa hæc vide.611.nu.28.& 613.nu.39
Nepotes poſt mortem aui concepti, nunquam originem eius ſequuntur nec in fauore,nec in odio.113. numero 86
Nepotes huiuſmodi ex filio ſpurio poſſunt eligi inter pauperes,quibus auus iuſſerat ſua bona diſtribui. 114.num.87
Nepoti nondum concepto auus non poteſt facere teſtamentum,nec ei ſubſtitutionem facere,ibid.
Nepotes concepti poſt mortem aui an ei ſuccedãt,& quomodo.112.nu.83.cum multis ſeq.
Nepotes concepti poſt teſtamentum aui non veniunt appellatione filiorum in ipſo teſtamento. 114. numero 87
Nolle dicitur,qui poteſt facere,& non facit. 414. numero 7
Noli eſſe iuſtus multùm.499.nu.13
Nomen debitoris cedi poteſt.444.nu.32
Nomina non comprehenduntur in donatione, legato,& publicatione, ſubſtitutione bonorum mobilium & immobilium.53.nu.9
Nomina vetera diuturnitate temporis peruertuntur. 80.num.1
Nomine proprio potius, quàm alieno in dubio cenſemur aliquid facere.347.nu.3
Nominationem an ſatis ſit inſinuari vni ex vicariis. 207.num.28
Nominatio conſanguinitatis eam non probat,præter quàm in patre & filio.336.nu.1
Cuius ratio redditur,ibid.nu.2
Nominatio filiationis probat quo ad patrem tantùm, non etiam quo ad tertium,ibid.nu.3
Non facias aliis quod tibi fieri non vis.202.nu.6
Non debet quis infirmare quod ſua voce dilucidè proteſtatus eſt.244.nu.20
Non refert quid à quo factum ſit, modò factum ſit. 521.nu.6.& multis ſeq.
Non refert quid ex æquipollentibus fiat, cum quærimus de effectu magis quàm de actu,ibid.
Non aliàs ſiue non aliter,hęc verba formam & ſolennitatem inducunt.661.nu.14
Notarius ſubſcribens inſtrumento,non ſibi præiudicat in iure rei,de qua inter partes contrahitur.125. numero 142
Notarius qui noctu contractum recepit, poteſt huic diem eius noctis inſcribere, ſine mentione ipſius noctis.186.nu.8
Notariis duobus ſine teſtibus an credatur. 326. nume.35.& ſeq.
Notarius poteſt incontinenti augere ſuam ſchedam. 594.num.19
Notarius ſi in contractu pro alio ſtipulatur, non poteſt is,cuius nomine ſtipulatus eſt, illum partim approbare,& partim reprobare.687.nu.7
Notificatio emancipationis quæ à ſtatuto iubetur fieri ab emãcipante apud acta,poteſt fieri à quocunque ipſius nomine.521.nu.6
Notificatio quæ fit ad inducendam ſcientiam, poteſt fieri à quocunque ſine mandato.521.nu.8
Notificandi verbum Latinum.520.nu.1
Notificare quid ſit,ibid.
Notitia inſtrumenti oſtenſi non cenſetur haberi, niſi tenore ipſius perlecto.180.nu.104
Niſi ſi is cui notificari debet,facit ne ei legatur,ibi. numero 106
Notorium allegari debet, licet non probari.491.numero 97
Nouum qui aliquid dicit,ei incumbit onus probandi.489.490.nu9.2
Nouatio neceſſaria non purgat moram.546.nu.33
Nouitio an ſacerdotium conferri poſsit. 86.nu.24.& 88.num.37
Nouitius canonicus eccleſiæ an debeat vocari ad electionem prælati. in iiſdem locis.
Nouitius an poſsit eſſe procurator & arbiter.86.numero 24
Nouitius debet viuere vt profeſſus,ibid.nu.25
Nouitij obligatio an ſit conditionalis, an pura ſub conditione reſoluenda.87.nu.27.& 88.nu.55
Nouitius retinet omnia bona ſua,& beneficia,& feuda.87.nu.28
Nouitius habet velle & nolle,ibid.nu.29



Nouitius habet teſtamenti factionem,ibid.
Nouitius an poſsit abſolui ab abbate,ibid.nu.31
Nouitij ſunt de populo etiam in materia odioſa. 88. numero 32
Nouitius percipit fructus beneficij,ibid.nu.34
Nouitij ſtatus dubius & in pendenti.89.nu.38
Nouitius an ſit,aut cenſeatur religioſus.85.num.21.& 87.num.28
An cenſeatur perſona eccleſiaſtica.85.nu.21
An conueniri debeat coram iudice eccleſiaſtico, ibidem.
Nouitij qui moritur ante annum profeſsionis,bona an acquiruntur monaſterio an hæredibus ſanguinis,ibid.nu.22.& 88.nu.36
Nouitij qui deceſsit ante annũ probationis canonica portio an ſpectet ad priorem eccleſiam.86.nu.23.
Nouitius an poſsit ordinari ab epiſcopo monaſterij, ibidem.
Nouitium ſiquis percuſſerit,incurrit in excommunicationem,ac ſi profeſſum percuſsiſſet,ibid. in prin. & rurſus 87.nu.30
Nox conſilij & præparationis eſt.185.nu.2
Nox comprehenditur ſub dierum appellatione. 186. nu.7.8.& 9
Niſi fraus aliqua committi poſsit.186.nu.10
Vel niſi materia ſubiecta aliud ſuadeat,ibid.nu.11
Nuda traditio ſine cauſa non operatur dominij trãſlationem.699.nu.65
Nullum ſimile idem.101.nu.39
Nulli fraus ſua aut dolus aut malitia prodeſſe, aut patrocinari debet.108.nu.67
Numerus pluralis in vno procedit,cùm eadem eſt ratio.267.nu.8
Nummorum certa æſtimatio eſt,nec in eis cadit affectio.77.nu.108.& ſeq.
Nummus in partes diuidi non poteſt.268.nu.14
Nummus radi non poteſt,nec debet,ibid.nu.15
Nummus reprobus,adulterinus,adulter,nequam,falſus.264.nu.11
Nummos ſiquis promiſerit,de probis intelligitur.ibi. numero 12
Nummus non legitimi ponderis falſus eſt, ibid.nu.13
Nummus longo poſt mundi exordium tempore adinuentus.459.nu.16
Nummus Lydorum inuentum,ibid.
Nummus ἀπὸ τοῦ νόμου,id eſt,à lege.461.nu.21
Nummus an ſit ex iure naturali, gentium, an ciuili, ibidem.
Nunc aduerbium præſentis temporis.637.nu.86
Nundinarum tempore factus contractus gaudet priuilegiis nundinarum, licet alibi traditio fiat. 40. numero 52
Nuntiatio vna non ſufficit pro pluribus operibus. 269.nu.24
Vbi ratio redditur.622.nu.21.& 632.nu.68
Nuntio licet credatur, tamen poteſt probari contrarium.289.nu.6
Nuntio publico ſoli an & quomodo & in quibus credatur.321.nume.1.le ij.& ſequen.vſque ad fin. propè eius glo.
Nuntius pro apparitore,ex Cicerone,eod.nu.1
Nuntios viles eſſe. 504.nu.2
Nuntij an poſsint eſſe infames,ibid.
Nuntius debet eſſe iuratus, nec tamen neceſſe eſt in quolibet actu eum iurare.323.nu.11.& 12
Nuntio renuntianti citatum ſibi feciſſe iniuriam, an credatur,ibid.nu.14.& 15
An ſi renuntiet citatum reſpondiſſe,ſe non venturum,ibid.nu.16.& trib.ſeq.
Nuntio cùm non creditur, non tam exacta probatio requiritur.324.nu.19
An illi credatur, ſi dicat de mandato iudicis ſe citaſſe,ibid.nu.20
Si de re quapiam modica renuntiet,ibid.nu.21
Si dicat ſe creditorem miſiſſe in poſſeſsione bonorum debitoris,& ea bona eſſe debitorũ,an ei quoque credatur,ibid.nu.22
Si dicat ſe non reperiſſe citatum, ideóque ad domum eum citaſſe,ibid.nu.23
Quid autem ſi dicat ſimpliciter citaſſe domũ,an præſumitur perquiſiuiſſe,ibid.nu.24.& trib.ſeq.
Si dicat ſe bonorum diſcuſsionem feciſſe. 325.nu.28. & 29
Vtrùm in iis quæ graue præiudicium afferunt. 326. numero 30
Nuntiis duobus haud dubiè creditur,ibid.nu.33
OBærati vnde.263.nu.8
Oblatio cùm fieri debet,ei facienda eſt,qui poteſt recipere,& offerentem liberare. 207.nu.29.& 208.num.34
Oblatio ſpontanea fieri debet ad aliquid nouiter cõſequendum.240.nu.6
Oblatio cùm fieri debet,an facienda ſit expenſis offerentis.310.311.nu.7
Oblatio ſola ſine citatione non interrumpit.306.numero 1
Oblatio poteſt fieri vltimo momento temporis in id præſtituti,ibid.nu.2
Oblatio an fieri poſsit die feriato.555.nu.78
Oblatio verbalis ſufficit cùm creditor recuſat accipere.653.nu. 21
Oblatio ita debet eſſe integra,vt ſi deſit vnus nũmus, non valeat,ibid.nu.23.& ſeq.
Sed id quomodo intelligatur.655.nu.29.& ſeq.
Obligatio immediatè deſcendens à patre in filiũ,non reacquiritur patri.107.nu.65
Obligationes,ex obligationibus facere nõ debemus. 298.nu.1.in fi.
Obligatio reuendendi continet rem tradi. 408. numero 13
Obligatio rem tradi eſt indiuidua,ibid.
Obligatio naturalis cedi poteſt.243.nu.16
Oligatio legalis ſiue ſtatutaria an magis comparetur obligationi vltimarũ voluntatum, an cõtractuum. 541.num.13
Obligatio ex vltima voluntate refertur ad tempus reſolutionis,nec retro trahitur,ibid.
Obligatus ad vẽdendum liberatur vendendo ſimpliciter, nec per talem promiſsionem tenetur ad tradendum.694.nu.42
Obligatus non cenſetur,qui tenetur ſub conditione. 33.num.24
Obſignare quid ſignificet.303.nu.6
Occaſus.184.nu.1
Odioſa conſtitutio non dicitur extendi, quando extenditur ex mente ipſius.366.3
Odioſum eſt quicquid eſt contra ius commune. 20. numero 62
Odioſa omnia ſunt ſtricti iuris,ibid.
Odium & fauor quando concurrunt, vtrum horum potius eſt amplectendum.20.& 21.numero 64.65. 66.& 67
Offerre an poſsit alius pro alio.153.nu.258
Offerre poſt concluſum in cauſa non licet, & multò minus poſt ſententiam.318.nu.14
Offerendi verbum an ſpontaneam oblationem ſignificat.238.nu.1.& ſeq.vſque ad fi.glo.
Offerri an debeat pretium etiam non petenti ab emptore,qui rem venditam petit.239.nu.3.& ſeq.
Offerendi iuri an & quanto tempore præſcribatur. 574.num.2
Offerre an ſufficiat in ſacculo ſine numeratione.653. nu. 20.cum præcedentibus.
Officialis non poteſt agnoſcere bonam fidem, niſi ea iuncta ſit obligationi.254.nu.65
Officialis qui reuocari poteſt ad beneplacitum (vt lo-

quuntur) cenſetur eſſe perpetuus.633.num.74
Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. 125.nume.140.& 155.nu.271
Officium iudicis etiam extraordinarium cedi poteſt. 445.num.14
Officium iudicis præſcribitur triginta annis.516.numero 41
Omiſſum à conſuetudine pro omiſſo habetur.101.numero 38
Et omiſſum item à ſtatuto.273 nu.15
Omiſſum non cenſetur, in quo eſt eadem ratio, quæ in expreſſo.274.nu.19.& 403.nu.11
Omiſſum non cenſetur, quod eſt ſimile expreſſo. in iiſdem locis.
Omiſſum cenſetur quod omiſſum eſt ob rariorem vſum. in iiſdem locis.
Omiſſum in diſpoſitioe ſtricti iuris habetur pro omiſſo.d.num.11
Omnimoda probatio an reiiciat probationem contrariam.292 nu.22.& trib.ſeq.
Omnino, dictio,an faciat, ne admittatur probatio in contrarium,ibid.nu.22.& ſeq.
Omnimodo idem eſt quod præciſè.293.nu.23
Omnimoda iuriſdictio quid importet,ibid.nu.24
Omnia fert ætas,animum quoque.586.nu.53
Onus in venditione appoſitum pars pretij eſt.569.numero 21
Operarij conducti pro certis diebus non tenentur operari noctibus.186.nu.11
Operæ officiales cedi non poſſunt.432.nu.51
Operæ famulorum cedi poſſunt.445.nu.36
Opponens non auditur ſine intereſſe.40.nu.53
Optimitas ab optimus.96.nu.16
Ordo temporis an inducat prælationem in iure. 365. numero 1
Origine diuerſa, ſunt & proſecutione & effectu diuerſa.621.nu.18
Origo & prima cauſa inſpicitur.400.nu.4
Oſculum propinquorum & mulierum.94.nu.8
PActum vt potiùs vendamus cōſorti,vicino, proximo,quàm alij,valet.6.nu.15
Pactum reuendendi appoſitum in vēditione rei quæ fuit maiorum,auget ſuſpicionem fraudis & ſimulationis.13.nu.37
Quid autem in cæteris rebus titu.ij.in rub.ferè per totum.
Pactum in venditione appoſitum, ne tranſeat dominium,niſi ſoluto integro pretio.26.nu.36.& ſeq.
Pactum,quo remouetur effectus cōtractus,an valeat, ibidem.
Pactum venditori factum prodeſt emptori. 119. numero 112. & 123.nu.130. vbi etiam videbis idipſum quoque nocere.
Pactum factum cum vna perſona non habet locum cum alia.122.nu.129.
Pactum quodlibet poſitum in vēditione ad commodum venditoris eſt pars pretij.248.nu.38
Pactum requirens inſtrumentalem probationem an valeat.274.nu.17
Pactum ne venditor teneatur de euictione non eum iuuat,qui in dolo verſatur.549.nu.50
Pactum retrouendendi,aliàs reuendendi.564.nu.1
Pactum legis commiſſoriæ an reprobetur,cùm apponitur ex interuallo.566.nu.7.& ſeq.
Pactum in venditione appoſitum,pars pretij.569.numero.20.& 573.nu.1
Pacta inſolita ſiue inuſitata ſuſpecta.571.nu.32
Pactum tollens omnem præſcriptionem an valeat. 577.num.13
Pactorum omnium generalis natura eſt, vt ad hæredes tranſeant actiuè & paſſiuè,etiam ſi de illis non fiat mentio.596.nu.1
Idque etiam in obligatione pœnali.602.nu.27
Vtrùm autem id procedat, ſi in pacto ſit adiecta dictio taxatiua ei qui paciſcitur.596.nu.2. & multis ſequen.
Pactum an ſit perſonale, & non tranſeat ad hæredes, multùm refert loquamur de nobis ipſis,an de aliis. 598.num.10
Pactum negatiuum non adeò facilè tranſit ad hæredes,atque affirmatiuum,ibid.
Pacta legis cōmiſſoria,& addictionis in diem an ipſo iure reſoluant,& quando.606.nu.3.& 4.
Pacta alia quàm ea duo,ſi verbis directis fiant,an ipſo iure reſoluant.608.nu.15.& ſeq.
Et quid ſi hæc duo pacta fiant verbis obliquis,ibid. nume.17
Pactum reuendendi & reſtituendi differunt.617.numero 60
Pactum liberandi in futurum producit exceptionem de præſenti.691.nu.28
An autem & actionem,ibid.nu.29
Pactum ex quo maritus lucratur dotem, an habeat locum in dote promiſſa.692.nu.33
Et quid ſi pactum loquatur de dote data. 693. nume.34.& 36
Et quid ſi vtatur verbo reſtituendi.d.nu.36
Et quid ſi is qui promiſit, fuit in mora tradendi, ibid.nu.38
Pactum arcens fœminas dotatas à ſucceſſione an habeat locum,ſi dos tantùm ſit promiſſa,ibid.nu.39
Et quid ſi dos legata ſit,ibid.nu.40
Pactum commodandi,deponendi,mutuandi, non eſt commodatum,depoſitum,mutuum. 694. numero 43.& 44
Pactum carens cauſa eſt inefficax.709.nu.105
Pactum ad actionem interpoſitū an pariat exceptionem.710.nu.109
Quid è diuerſo,ibid.
Pactum legis commiſſoriæ,& ſimilia reprobata in pignoribus.712.nu.120
An autem iuramento confirmentur.ibid.nu.121
Et an conſuetudine confirmari poſſint, ibid. numero 123
Et an renuntiatione partium,ibid.
Pactum reuendendi an faciat cenſeri contractum pignoratitium.713.nu.125
Pacta huiuſmodi in venditionibus non reprobantur, & horum differentia.712.nu.124
Pactum vendendi rem quampiam,eandem in id obligare cenſetur.713.nu.125
Pactum appoſitum fauore & rogatu debitoris minus eſt ſuſpectum.715.nu.134
Papæ verbis narratiuis creditur, ſi agitur de ſuo facto,nec poteſt probari contrarium.219.nu.49
An & de facto prædeceſſoris,ibid.
Papæ ſolius teſtimonio creditur.324.nu.18
An nunc admittatur probatio contraria, & quo caſu,ibid.
Papa an deducat impenſas ex decima prædiali ei debita.388.nu.15
Paratus quis dicatur.260.nu.4.& 261.nu.6.in fi.
Pararius quis ſit.407.nu.8
Parentum appellatio.89.nu.1
Parentes pro conſanguineis,ibid.& ſeq.
Parentela pro conſanguinitate,ibid.
Parentelæ appellatio quos contineat.81.nu.3
Parentis & parentelæ appellatio naturæ eſt, non iuris,ibid.num.4
Paria ſunt non facere, aut minus ſufficienter facere intra tempus ſtatutum.178.nu.93
Paria ſunt, à te petere, vel ab alio,cui ob id tenearis. 122.num.127
Paria ſunt nō eſſe & nō apparere,ibid.& 134.nu.104
Paria non eſſe amittere debita, & lucra non capere. 319.num.22



Paria ſunt ſcire,& ſcire debere.374.nu.9
Paria ſunt aliquid non exprimere,& confuſè ſiue dubiè exprimere.527.nu.35
Paria ſunt ſoluere,& promittere ſolutionem.692.numero 30
Etiam in pœnalibus,ibid.
Quod an ſemper procedat.698.nu.57
Particularis ſolutio admodum incommoda creditori.409.num.19
Paſſiua iura cedi non poſſunt.432.nu.53
Pater qui ſuo nomine aliquid facere non poteſt, nec liberorum poteſt.106.nu.60
Patris eiuſdemque liberti delictum an filio noceat, ibidem.
Pater autor eſſe non poteſt, vt filio ſuo quid tradatur,ibidem.
Pater quod emit nomine filij,videtur ei donare. 107. numero 63
An autem ſit ei præcipuum,ibid.
Pater quod donat filio,non ſibi acquirit,ibid.nu.66
Pater nomine filij acquirens,& in id pecunias conferens,an videtur ad eum actum tacitè filium emancipare,ibid.nu.67
Pater non debet ali ex bonis, quibus priuatus eſt, & quæ filiis reſeruantur.108.nu.71
Pater ſpurius non habet vſumfructum bonorum relictorum filio ipſius ab auo,ibid.
Pater executor teſtamenti,an & quomodo poteſt eligere filium pauperem,ibid.nu.72
Pater præſtans autoritatem filio quærenti, aut vni ex filiis donanti alteri,an ſibi quærat eius rei vſumfructum,ibid.& ſeq.
Pater nō poteſt eſſe adminiſtrator filij,niſi eius quem habet in poteſtate.111.nu.78
Pater non habet vterum in poteſtate,ibid.
Patris vaſalli noxia ſiue delictum, an noceat filio in feudo.113.nu.86
Pater poteſt facere ea, quæ ſunt ſpecialis mandati. 179.num.101
Pater fideiubens pro filio et conſentire cenſetur. 155. 156.num.273
Pater adminiſtrator an poſſit ex tranſactione rem ei dimittere qui non poſſidebat.223.nu.68
Pater tenetur filios alere, & filias dotare, & vtroſque inſtituere vel exhæredare.236.nu.2
Pater an poſſit confitēdo præiudicare legitimæ filiorum.256.nu.80.& 258.nu.87
Patris & filij perſona vna eſſe cenſetur.277.nu.2
Pater legitimus adminiſtrator filij cùm agit, debet mentionem facere de filio.347.nu.3
Pater an poſſit feudum vel emphyteuſim vni ex filiis relinquere.364.nu.23.& duob.ſeq.
Patres & cæteri aſcendentes an præferantur fratribus vna tantùm parte coniunctis.382.nu.9
Patris bona non releuant filium à ſatiſdatione. 385. numero 18
Pater filio poteſt cedere vel mandare ius vindictæ. 434.nu.68.& ſeq.
Pater & filius cùm ſimul fatentur recepiſſe pecuniam aut aliud, vtrùm vterque teneatur, an alter. 468. numero 7
Pater non poteſt præiudicare filiis,aut aliis agnatis in feudo antiquo,at in nouo poteſt.470.nu.2
Pater adminiſtrator filij an poſſit cædere grandes arbores.645.nu.23
Paterna paternis,materna maternis an deferantur ex conſuetudine Pictonum.381.numero 2.& ſequen. vſque ad 9
An autem & id procedat de iure communi, & inter quos, ibid.
Patria poteſtas apud nos non tantùm habet virium, quantum de iure communi.106.nu.61
Patientiæ habetur pro traditione in corporalibus. 55. numero 12
Patientia ſine contradictione an habeatur pro conſenſu.120.num.115.& quat.ſeq.& 126.nume.148.& multis ſeq.
Patrimonialia eſſe cenſentur, quæ alienari poſſunt. 44.num.12
Patrimonium definit eſſe defuncti per aditionem hæreditatis.356.nu.18
Patrimonium quod vendidi, & poſtea redemi, an ſit noua acquiſitio, an verò maneat patrimonium vt prius erat.399.nu.1.& quatuor ſeq.
Patrimonialis is fundus cenſetur, quem habemus ex permutatione fundi patrimonialis: & in eo ſuccedit,vt patrimoniali.475.nu.26
Patrimonium cenſetur quod quis emit, aut dono accepit ab eo cui ſucceſſurus eſt. 480.numero 43. & multis ſeq.
Patrimonium an cenſeatur ædificium poſitum in fundo patrimoniali.482.nu.53.& ſeq.
Patrimonialis an ſit domus extructa in area,cuius domus patrimonialis exuſta eſt,ibid.nu.55
Patrimonium an cenſeatur res recuperata per reſtitutionem in integrum. 483.nu.56. & multis ſequen. vſque ad 70
Patrimonium an cenſeatur feudum quod redit ad dominum ex aliqua cauſa.486.nu.72.& ſeq.
Patrimonium an cenſeatur eſſe fundus à nobis præſcriptus,ibid.nu.74.& ſeq.
An & quod fundo patrimoniali per præſcriptionem adiectum eſt.487.nu.76
Patrimonialis an ſit hortus cauſa domus patrimonialis emptus,ibid.nu.77
Patrimoniale an cenſeatur vectigal annuum cōſtitutum ſuper fundo patrimoniali,ibid.nu.78.& ſeq.
An & vectigal, ſiue cenſus ad quem fundus patrimonialis eſt datus.488.nu.85.& 86.
Patrimonium,an acquaſtus in dubio quid cenſeatur. 489.nu.91.& ſeq.
Patrimonium quid ſignificet.492.nu.104.& ſeq.
Et an dicatur de re mobili,ibid.nu.105
Et de conquæſtibus,ibid.
Et de nominibus.493.nu.106
Et de rebus quę ex ſucceſſione tranſuerſalium obuenerunt,ibid.
Patronus conſentiens donationi factæ à liberto, non poteſt eam reuocare.124.nu.136
Patrui vtrinque coniuncti an præferātur iis qui ſunt ex vno tantùm.382.nu.8
Paupertas licèt præſumatur, tamen ſi quis ea innititur,eam probare debet.490.nu.94
Paululum fermenti totam maſſam corrumpit. 552. nu.64.circa medium.
Paxillum paxillo repellere.21.nu.69
Peccatum non eſt tenere quod à nobis per in integrum reſtitutionem euinci poteſt.483.nu.58
Peculiares res dicūtur,licèt totum peculium ære alieno ſit exhauſtum.400.nu.4
Pecuniariter,dictio Latina.13.nu.40
Pecunia an ſit in numerato,an in nominibus non refert.52.nu.3
Pecunia eſt res mobilis.75.nu.103
Pecunia ſeruando ſeruari non poteſt,ibid.
Pecunia poteſt à minore & prælato alienari ſine decreto.76.nu.105
An autem id procedat etiam ſi ſit deſtinata in emptionem prædiorum.76.nu.106.& multis ſeq.
Pecunia deſtinata in emptionem prædiorū ſit ne mobilis an immobilis,ibid & multis ſeq.
Pecunia antiqua pretioſior eſt.78.nu.111
Pecunia redacta ex venditione rei immobilis.78.numero 113
Pecunia in banchis poſita, immobilis cenſetur, ibid. numero 114

Pecunia largè ſumpta non ſolùm pecuniam numeratam,ſed & frumentum,vinum, oleum, & id genus cætera comprehendit.218.nu.42

Pecunia aliqua ſi ſit diuerſi valoris,vt in Gallia habemus libras,& ſolidos Pariſienſes & Turonenſes,de quibus intelligi debeat.255.nu.73.& duob.ſeq.

Pecunia vnde dicta.263.nu.9

Pecunia communis non per diuiſionem ſingulorum corporum cõdicitur,ſed per numeros totius. 265. numero 14

Pecunia depoſita ſignatáve detur,an nõ ſignata,multum refert.304.nu.10

Pecunia redacta ex venditione fundi patrimonialis an & ipſa patrimonialis eſſe cenſeatur.472.nu.10. & ſequen.

Pecunia eccleſiæ præſcribitur triennio , vt cuiuſlibet alterius.Tamen fundus ex ea emptus non pręſcribitur niſi xl.annis.473.nu.16

Pecunia confecta ex venditione rei immobilis, an & ipſa immobilis cenſeatur.474.nu.18.& ſeq.

Pecunia oblata in ſacculo & depoſita,an ſine alia numeratione releuet.653.nu.18.& quatuor ſeq.

Pecunia conſignata in ſacculo ſine alia numeratione non continetur appellatione pecuniæ, nec vt pecunia debetur,ſed vt ſpecies.553.nu.20

Penſiones quæ debentur pro fructibus locorum, aut aliter , quomodo diuiduntur inter emptorem & venditorem.665.nu.1.& 668.nu.11

Perditum non cenſetur, ad quod quis poteſt reſtitui. 623.num.28

Perfectum dicitur quod omnibus ſuis partibus conſtat.619.num.8

Perfectè non eſt alicuius quod ex cauſa auferri poteſt.ibid.nu.9

Perfectum dominium nõ eſt,cuius prætextu quis non poteſt alienare rem , quando alienatio prohibetur in præiudicium alterius.621.nu.14

Periculum iudicij præſtare quid ſit.548.nu.42

Perinde dictio fictionem denotat.595.nu.27

Permiſſum ad tempus cenſetur poſt illud prohibitum.584.nu.44

Permutationis contractus an & quãdo cenſeatur factus in fraudem alterius contractus.24.num.78.& duobus ſeq.& 214.num.22.& quatuor ſeq.& 216. nu.35.& quatuor ſeq.

Permutatio vicina emptioni.215.nu.28

Permutatio pro venditione à probatiſsimis ſcriptoribus,ibid.& 460.nu.19

Permutatio an venditio potiùs eſſe cenſeatur in dubio ex paruitate pretij & ſpeciei.458.nu.13.& multis ſequen.

Permutatio & venditio vtra ſit fauorabilior,ibid.

Permutatio dignior eſt & antiquior venditione.459. num.16.& 17

Permutare pro vendere à quibuſdam vſurpatum. 460.num.19

Permutare pro mutare.461.nu.20.in fi.

Permutatio ſecundùm naturam eſt.462.nu.26

Permutatio minus nocet,quàm venditio,ibid.nu.27

Permutatio contractus innominatus eſt.464.nu.33

Permutatio facit cenſeri fundum eſſe eius naturæ, vt fundus cum quo eſt permutatus.475.num.26.Sed non quantum ad obligationem,ibid.nu.28

Perpetuare,verbum Latinum.173.nu.72

Perpetuarium ius quod dicatur.226.nu.84

Perpetuarij qui etiam dicantur,ibid.

Perpetuatio actionis facta per litis conteſtationẽ non perimitur per ſententiam.546.nu.34

Perpetuò , dictio an impediat præſcriptionem. 576. nu.8.& 678.nu.16.17.& 18

Perpetuum cẽſendum eſt,quod eſt incertũ.627.nu.39

Perplexa quæ vulgò brochardica dicuntur.451.nu.2

Perſarum dies.184.nu.1

Perſonæ non æquè,nec tam facilè comprehenduntur ac caſus , nec perſonarum extentio tam facilè fit, quàm caſuum.598.nu.9

Perſonarum qualitas facit præſumi aut bonam fidem aut fraudem.715.nu.132.& ſeq.

Pertinẽtia fiunt deſtinatione patrisfamilias.534.nu.4

Petitio hæreditatis durat triginta annis.162.nu.14

Pignoratus fundus quanti valet , cenſetur proprius creditoris , & æquè eum releuat à ſatiſdatione. 12. numero 36

Pignus extinguitur ſola rei venditione permiſſu creditoris ante traditionem.40.nu.51

Pignus vel hypotheca rei ſuæ non obſiſtit,cùm res irreuocabiliter ſua eſt,aliàs ſecus.69.nu.70.& 620. nu.10.& 626.nu.42

Pignus poſt tempus luitur ex iuſta cauſa.587.nu.58

Pignora non manent obligata pro tempore prorogato.612.nu.32.& 613.nu.34

Pignus non extinguitur nec ſoluitur per acquiſitionem reuocabilem dominij.620.nu.10

Pignus rei ſuæ conſiſtere non poteſt,niſi ratione alterius iuris quod domino abeſt,ibid.nu.12

Piſces qui ſunt in piſcina,ſtagno,aut viuario, an inter immobilia computentur.79.nu.117

Pithij hiſtoria qui mira calliditate Cannium ad hortorum emptionem pellexit.549.nu.50

Platonis excommunicatio.157.nu.277

Plauti locus animaduerſus.142.nu.216

Plenaria probatio an admittat probationem contrariam.291.nu.14.& ſex ſeq.

Quid autem de plena,ibid.nu.15.& duob.ſeq.

Plena & plenaria quid differunt,ibid. nume.16.& 17. & 291.nu.18

Plenarium dicitur,quod adiectione non indiget.291. numero 16

Pleniſsima iuriſdictio nõ impedit appellationem. 85. numero 19

Pleniſsima probatio aut fides an tollat probationem contrariam,ibid.nu.21

Pleniſsima munitio & ſecuritas an excludat reſtitutionem aduerſus præſcriptionem.515.nu.38

Pleniſsima liberatio quid importet,ibid.

Pleno iure cenſetur quis dominus rei, quamuis ab eo relui aut euinci poſsit.626.nu.38.in fi.

Pleno iure res mea dicitur, etiam ſi non poſſum eam alienare.628.nu.52

Plenum id dicitur,cui nihil addi poteſt , cuíque nihil deeſt.626.nu.40

Plenum eſt,cui nihil addi poteſt,ibid.

Plerunque,dictio facit regulam.144.nu.224

Plerique,dictio ſignificat maximam partem,ibid.

Eáque etiam facit regulam.144.eod.nu.224

Pluralitas,cùm de forma eſt,non reſoluitur in ſingularitatem.268.nu.16

Plures cum admittuntur ordine ſucceſsiuo , præfigitur terminus priori.170.nu.59

Plures perſonę cùm vocantur nomine generali,indefinito , vel collectiuo, intelligitur ordine ſucceſsiuo.358.num.2

Plures cùm ſe æqualiter obligant, & conſtat ad alterum tantùm pecuniam perueniſſe,aut ad eam tantùm negotium pertinere,an vterque teneatur tanquam principalis:an verò alter vt principalis, alter vt fideiuſſor.469.nu.8

Plures ſi æqualiter aut in ſolidum ſe obligant, an videantur pro ſe inuicem fideiubere,ibid.nu.9

Plures in ſolidum obligati , an & quando in ſolidum conueniri poſſunt.469.nu.19

Plures res tot habent ſtipulationes quot eæ ſunt. 534. numero 1

Plures loci in quibus opus ſit, requirunt plures nuntiationes noui operis, ibidem nume.1.& quare 535. numero 10







Plures res requirunt tot poſſeſsiones & actus corporeos,ibid.

Plures cauſæ concurrentes in idem tẽpus ordinantur ex tempore:vt ſcilicet vna poſt aliã ordinatim procedat,nec vna aliam conſumat.623.nu.29

Plures expectãtes præbendæ cum clauſula, quàm intra menſem,&c. an habeãt quilibet ſuum menſem ordinatim,an vnum omnibus currat.624.nu.30.& 636.nu.82.& ſeq.in fi.

Plures actus cùm ſunt cõpatibiles,poteſt & debet aſſignari vnus idémque terminus vtrique. 631.nu.66

Plures ſi ſimul admittuntur ad aliquid,ita vt alij aliis præferantur,omnibus currunt tẽpora,donec vnus præoccuparit. Secus ſi non ſimul, ſed ſucceſsiuè id tempus comperit.630.nu.62

Plurimorum ſententiæ paucorum ſententiis præferuntur.361.nu.13

Pœna ſuos tantùm autores ſequi debet.254.nu.66

Pœna vna non ſufficit pluribus delictis.622.nu.21

Pœna promiſſa,ſi certa pecunia non fuerit ſoluta intra aliquod tempus , committitur in ſolidum,ſi ex ea ſumma deſit vnus nummus.614.nu.25

Pœna à ſtatuto indicta non ſoluentibus præſtantias debetur ab eo qui vnum nummum omiſit ſoluere. 655.nume.27

Quomodo autem hæc intelliguntur,ibid.nu.29

Pœnæ ſeruus efficitur qui delinquit.315.nu.1

Pœna ante ſententiam an debeatur fiſco,ibid.

Pœnitentię locus eſt in permutatione.463.464.nu.33

Polluci quantùm tribuendum ſit.462.nu.24

Polypus præ fame brachia ſua comedit.427.nu.28

Porrigendi verbum.133.nu.180

Portorium inter immobilia computatur.60.num.33. & ſequen.

Poſſeſſor an teneatur ſoluere reliquias præteriti temporis.300.nu.7

Poſsidere ſi quis iuſſus eſt iure dominij ob omiſſam cautionem , non amplius locus erit oblationi cautionis.317.nu.13

Poſſeſſor ſacerdotij poteſt cogere debitores,vt ſibi iura ſoluant.412.nu.35

Poſſeſſori rectè ſoluitur,ibid.

Poſſeſſorium an intẽtari poſsit pro annuis reditibus. 49.nu.11.& 12.& 487.nu.79

Poſſeſsio ſolo animo perditur.440.nu.13

Poſſeſsio ex inutili contractu transfertur,ibid.

Poſſeſſorium omne cedi poteſt.443.n.20.cũ præced.

Poſſeſsio ciuilis quæ ex clauſula conſtituta eſt aut ex ſtatuto continuante poſſeſsionem defuncti in hæredem,cedi poteſt.444.nu.31

Poſſeſsio quæ plus iuris habet, à iure dominatur:quæ plus facti,à facto.457.nu.10.in fi.

Poſſeſsio ſpiritualis non trahit ſecum poſſeſsionem temporalem.534.nu.1

Poſſeſsio apprehenſa vnius rei ex multis eodem contractu vendentis non transfert aliarum poſſeſsionem,ibid.nu.2

Poſſeſsio vnius rei ex multis tradita à nuntio publico non trahit aliarum poſſeſsionem,ibid.

Poſſeſsione vnius rei hæreditariæ apprehenſæ,an cæterarum apprehenditur,ibid.nu.3.& 242.nu.11

Poſſeſsione caſtri aut alterius rei principalis apprehenſa apprehenditur, & appendicum, & pertinentiarum.241.nu.4

Poſsidet beneficium qui locum ipſius principalem poſsidet,non qui cæteras res eius beneficij,ibid.

Poſſeſsione apprehenſa vnius rei feudalis,apprehenditur,& aliarum quæ ſunt eiuſdem feudi.535.nu.11

Poſſeſsione apprehenſa vnius rei prębẽdæ & aliarum eiuſdem præbenda apprehenditur,ibid.

Poſſeſsio iuriſdictionis in vno actu vel articulo an trahatur ad alios,& quando & in quibus caſibus.536. numero 12

Poſſeſsionem adeptus nõ videtur is qui ita nactus eſt vt eam retinere non poſsit.519.nu.9

Poſſeſsio naturalis non ſufficit ad acquiſitionem fructuum.699.nu.65

Poſitio vnius non facit poſitionem alterius in ſeparatis.536.nu.11

Poſitiones , & reſponſiones partium incontinenti reuocari poſſunt.593.nu.15.Niſi fuerint à parte acceptatæ,ibid.nu.16

Poſt dictio,quam vim habeat.193.nu.49.& 50

Poſteriores an admittantur,dum locus eſt prioribus, cùm aliquid defertur pluribus intra certum tempus,ita vt priores præferantur poſterioribus. 358. nume.1.& ſeq.

Poſteriorum appellatione veniunt fœminæ.138.num. 204.& 149.nu.242

Poſteritatis appellatio an ad fœminas referatur. in iiſdem locis.

Poſthumi an admittantur in ſtatutis , & iis quæ ſunt ſtricti iuris.111.112.nu.80

Poſtremiſsimus apud Tertullianum.354.nu.1

Potentius ad ſe trahit,quod minus potẽs eſt.70.nu.82

P*ourueu*,hæc dictio Gallica facit cõditionem.352.numero 1

Præbenda negligenter omiſſa à canonico mandatario,ſi alteri interim collocata iterum vacet, an poterit ab eodem peti.129.nu.161

Prædicatores fratres annuorum redituum incapaces. 47.nume.5

Prædium emptum ex pecunia redacta ex venditione alterius prædij empti pecunia fœnebri , & ipſum quoque fœnebre eſt.473.nu.14

Prædo etiam impẽſas repetit & deducit. 385.386.nu.2

Prælationis ius an cõpetat domino ex contractu conditionali ante conditionem impletam.33.nu.23

Prælatus an poſsit alienare molendina eccleſiæ. 74. numero 92

Prælato cõfitenti non creditur in præiudicium eccleſiæ,niſi confiteatur de facto ſuo.219.nu.48

Prælatus an poſsit ex tranſactione rem dimittere ei qui ante non poſsidebat.223.nu.67.& ſeq.

Prælatis regni Franciæ interdictum cognoſcere de actione reali,& hypothecaria.312.nu.13

Prælatus ſi locauerit rem eccleſiæ,an ſucceſſor teneatur ſtare ei locationi.642.nu.16

Prælatus poteſt nocere eccleſiæ apponendo pactum reſolutiuum in ſuo contractu.686.nu.2

Prælatus licet expreſsè nõ poſsit pręiudicare eccleſiæ, poteſt tamen tacitè ex lapſu temporis.689.nu.20

Præoccupationi an & quando locus ſit. 368. numero 2.& 3

Præoccupaſſe quis dicatur,ibid.nu.2

Præſcribere patiens,an paciſci,contrahere, conſentire & alienare videatur.151.numero 249.& ſequen. vſque ad 255

Præſcribi quæ non poſſunt , an nec ea acquiri poſſunt,ibid.

Et ecõtrariò an pręſcribi poſſunt,quæ alienari non poſſunt. in iiſdem locis.

Præſcriptio temporis non tollit naturalem obligationem.152.nu.253

Præſcribens rem habet à tradente non à domino,ibi.

Præſcriptio triginta vel quadraginta annorum non tollitur per clauſulam tollentem præſcriptionem. 162.nu.15.& 577.nu.12

Præſcriptioni renuntiatum non videtur per verba generalia promittentis ſoluere ad omnem petitionem.166.nu.33

Præſcriptio temporis non tollitur per hæc verba generalia affirmatiuè concepta , ſemper , omni tempore , perpetuò quandocunque & ſimilia, ibidem numero 34

Præſcriptio temporis non currit in actibus conditionalibus,

nalibus,niſi conditione impleta.168.num.44. Niſi conditio ſit in poteſtate partis.170.nu.57
Præſcriptio ſtatutaria temporis inducta in locũ præſcriptionis iuris communis,an ſapiat eandem naturam.174.nu.79.& quatuor ſeq.
Præſcriptiones ſtatutariæ an interrumpantur ſola citatione.306.nu.1
Præſcriptio non interrumpitur per inſtantiam, à qua quis ſuccubuit.321.nu.27
Præſcriptio rei ſuæ irreuocabiliter, non cõſiſtit,ſecus ſi reuocabiliter ſua eſt.620.nu.12
Præſcriptio temporum legalis, ſtatutaria, conuentionalis,an & quando currat minoribus. 504.nu.1.& multis ſeq.
Præſcriptio temporis quibus caſibus incipiat currere contra minores.504.nu.2
Præſcriptiones temporum quare introductæ. 505. numero 5
Præſcribitur triginta annis iuri adeundi,& immiſcédi.528.nu.37
Item iuri petendi legitimam,ibid.
Item petitioni hæreditatis,ibid.
Item iuri dicendi nullum teſtamentũ,contractum, arbitrium,ſententiam,decretum, & bannum. 528. numero 38
Item iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri,ibid.nu.39
Item officio iudicis.529.nu.40
Item iuri petendi legatum , & fideicommiſſum. d. numero 40
Item iuri ratificandi ſiue acquirendi per ratificationem,ibid.
Item iuri inſinuandi,ibid.
Item iuri petendi executionem,ibid.
Item iuri repræſaliarum,ibid.nu.41
Item iuri præſtandi cautionem,ibid.
Item iuri collectandi,ibid.
Item iuri eligendi,ibid.
Item iuri proponendi errorem calculi,ibid.
Item iuri agendi ad commiſſum ex l.ij. C. de iure emphyteutico,ibid.
Item iuri dicendi contractum ſimulatum,ibid.
Item iuri dicendi contractum factum metu & reuerentia paterna,ibid.
Præſcriptioni temporis an & cui renuntiari poteſt. 577.nu.13 & 14.& 578.nu.18
Præſcriptio immemorialis temporis vel centũ annorum, an ſummoueatur verbis generalibus omnem præſcriptionem tollentibus.580.nu.25.26.& 27
Præſcriptiones temporum ob id introductæ ſunt vt obuietur iuri agendi, non excipiendi vel retinendi.581.nu.31.& 32
Præſcriptio temporis non habet locũ in contractibus vſurariis & aliter reprobatis.582.nu.33.& ſeq.
Præſcriptio temporis an habeat locum cùm quis promittit toties dare vel facere, quoties præſcriptum fuerit,ibid.nu.37.& ſeq.
Præſcriptio triginta annorum , an ei currat cui fuit promiſſum aliquid dari, aut fieri poſt triginta annos.583.nu.40
Præſcriptio tẽporis cõuentionalis,an reiiciat omnem reſtitutionem.586.nu.56.& quatuor ſeq.
Præſcribitur & dominio rei,& hypothecæ , vel ſeruituti vno eodémque tempore.630.nu.65
Præſentatio in quibuſdam locis retractus dicitur. 2. numero 3
Præſens & tacens an ſibi præiudicet.120.nume.115.& quinque ſeq.& 126.nu.148.& multis ſeq.
Præſentiã & taciturnitas domini in alienatione feudi vel emphyteu.an pro conſenſu habeantur. 120. nu.117.& locis ibi allegatis.
Præſentatio pro facta habetur, cum is cui fieri debet impedit ne fiat.272.nu.8
Præſentatio mandati apoſtolici facta vni ex communibus collatoribus,omnes afficit.552.nu.63
Præſens & tacẽs cùm aduerſarius iurat ex legis diſpoſitione,an poſtea audiatur volens probare contrarium.294.nu.34.& ſeq.
Præſes ciuitatis expreſſe non poteſt præiudicare ciuitati,tacitè poteſt ex lapſu temporis.689.nu.20
Præſumptio præſumptione tollitur.290.nu.10
Præſumptio iuris liquidiſsima probatio, & tamẽ admittitur probatio in contrarium.292.nu.19
Præter,dictio includátne,an excludat.196.nu.73
Præuentio iuriſdictionis non fit per citationem inualidam.306.nu.4
Præuenire prodeſt.609.nu.23
Precarium rei ſuæ non conſiſtit , niſi reſpectu iuris quod obeſt domino.627.nu.46
Preces in venditionibus pars pretij.569.nu.23
Pretium an reſtitui debet,cùm reprobatur cõtractus. 6.nume.16
Pretij mentio facit vt vẽditio propria & ſtricta intelligatur.27.nu.1
Pretium largè dici poteſt,quod pro re datur,licet nõ ſit in pecunia numerata.217.nu.41.& ſeq.
Pretium propriè in numerata pecunia conſiſtit. 218. numero 44
Pretij natura & forma pecunia eſt,ibid.
Pretium an offerri debeat etiam non petenti, ab emptore,qui rem venditam petit.239.nu.3.4.& 5.
Pretia rerum non conſtituuntur vnius aut alterius oblatione,aut ex affectione ſingulorum.240.nu.1. Sed aliis modis,ibid.
Pretium cùm ſolui debet,an intelligatur de iuſto pretio,an de eo quod ab aliis repetitur,ibid.nume.1.& ſeq.vſque ad 8
Pretium cùm reſtitui debet,intelligitur de vero & ſine fraude.281.nu.1.& ſeq.
Pretium non verum declaratum habetur pro nõ declarato.296.nu.1.le j.
Pretium primúmne an ſecundum debeat reſtitui,cùm is qui primùm vendidit vi vel metu , repetit rem à ſecundo emptore.376.nu.18.& ſeq.
Pretium iuſtum conſiderari debet deductis impenſis & laboribus.386.nu.3
Et ſi de pretio rei vẽditæ debet ſolui gabella trium denariorum pro libra , an debeat deduci è pretio, quæ impenſa ſunt in proxenetas & proclamata. ibid.nume.5
Pretium an ſuccedat loco rei.472.num.10. & multis ſequen.
Pretium redactum ex venditione feudi non ſubit vicem feudi.474.nu.20
Pretium in quibus ſuccedit loco rei,id non verè procedit,ſed ex fictione.475.nu.22
Pretiũ quod à conſanguineo pro retractu reſtituitur, vtrùm cenſeatur mobile an immobile , vt id accipiant hæredes mobilium vel immobilium. 541.nu. 10.& aliis multis ſeq.vſque ad 23
Pretium fundi delegati euicti poſt mortem teſtatoris reſtituto ipſo pretio debetur legatario,ibid.
Pretij vt paruitas ita magnitudo facit præſumi fraudem & ſimulationem.568.nu.17
Primogenitus non poteſt renuntiare iuri primogenituræ in fauorem tertio geniti, & in præiudicium ſecundo geniti.438.nu.4
Prima cauſa magis influit in cauſatum quàm ſecunda cauſa.671.nu.23
Primus actus ſi effectũ non conſumpſit ſecũdùm intentionem diſponentis,poteſt iterũ repeti.316.nu.5
Primum tempus aut locus quandiu durat,impedit ne tempus currat ſecundo.623.nu.26
Principale inſpicitur non acceſſorium.108.nu.69
Principale non vitiatur propter ſequelam vitioſam, ibidem.

Prin



Principalis intentio contrahentium inſpicitur ad iudicandum quis contractus inter eos factus ſit,cùm ad plures referri poteſt.455.nu.2.& 3
Principale ſemper inſpicitur,ibid.& ſeq.vſque ad numerum 6
Principis autoritas non facit quin ſit animal rationale mortale,nec eum abſoluit à lege naturæ, vel dictamine rectæ rationis vel legis æternæ.209.nu.39
Princeps an ligetur ſtatutis vel cõſuetudinibus ſubditorum,vt conſuetudine regni,ibid.& nu.præced.
Priuilegia ſunt ſtricti iuris.135.nu.186
Priuilegium legitimandi ſpurios, non comprehendit ſpurias, ibidem.
Priuilegia non amplianda, nec ad alios caſus trahenda.230.nu.97
Priuilegium ad augmentum trahitur.251.nu.53
Priuilegium fiſci cedi poteſt.444.nu.28
Priuilegium omne quod tranſmiſsibile eſt ad hæredes,cedi poteſt,ibid.nu.29
Priuilegium finitur finito tempore ipſius. 584.nu.48
Priuilegium tibi & hæredi tuo conceſſum de primo hærede tantùm intelligitur.599.nu.18
Pro rata ſiue rata parte,aut portione, quid ſignificet, & quibus modis accipiatur. 366.num.1.& duobus ſequen.
Probandi per iuramentum ius, an tranſeat in ſucceſſorem.277.nu.2.& multis ſeq.
Probatio fieri poteſt eo die,quo tempus præſcribendi ſtatuitur.190.nu.30
Probatio dubia non releuat.237.nu.4
Eáque interpretatur contra producentem,ibid.
Etiam in fauorabilibus,ibid.nu.5
Probatio iuris & de iure,aliquando & in quibuſdam caſibus recipit probationẽ contrariam. 296.n.40.
Probatio probatione tollitur.290.nu.10
Probatio non ſolùm inſtrumentorum, ſed & teſtium admittitur, etiam poſt tempus probandi, ſi ſtatim poſt offeratur.592.nu.10
Probationes leuiores admittuntur in vſuris , fraudibus & clandeſtinis actibus.572.nu.36
In idq; coniungũtur imperfectæ probationes,ibid.
Et admittuntur teſtes ſingulares,ibid.
Et ſufficiunt leues coniecturæ,ibid.
Procurator habens mãdatum repudiandi,non poteſt repudiare res maiorum.13.nu.38
Procurator præſentans intra quatuor menſes,niſi intra id tempus doceat de mandato , nihil agit. 178. numero 93
Procurator etiam verus non admittitur , niſi doceat de mandato,ibid.
Procurator habens mandatum,ſi intra tempus obiecerit crimina aduerſus electum, an ſatis ſit ſi intra id tempus non doceat de mandato,ibid.nu.94
Procurator an admittatur ad proteſtandum offerendo cautionem de rato, ſi de eius mandato dubitetur,ibid.nu.95
Procurator generalis ad lites non poteſt interpellare, proteſtari,denuntiare,ibid.nu.97
Procurator generalis cum libera admittitur ad ea, quæ requirunt mandatum ſpeciale.179.nu.101
Procurator an teneatur oſtendere mandatum , etiam ſi non petatur.180.nu.108.& ſeq.
Procurator ſpecialis, vel generalis cum libera interpellari poteſt,non etiam generalis ſine libera.207. nu.31.& ſeq.
Procurator ſpecialis,& generalis cum libera æquipatantur, ibid.
Procurator generalis cum libera , quis dicatur. 208. numero 33
Procurator an poſsit ex tranſactione rem dimittere aduerſario non poſsidenti.223.nu.68
Procurator conſtitutus ad appellandum non ſolùm de prima appellatione intelligitur,quæ non eſt cõſecuta effectum,ſed & de aliis.316.nume.5
Procurator an & quando citari poſsit. 342. nume.7. & ſequen.
Procuratori generali an ſolui poſsit,ibid.nu.10
Et quid ſi is datus ſit ad exigendum, ibid.
Quid item ſi ſit datus ad lites cum libera,ibid.
Procurator quod facit ſciente domino & non cõtradicente,an præiudicet domino,ibid.nu.11
Et quid ſi procurator excedit fines mandati etiam domino ſciente & non contradicente.343.nu.13
Procurator reuocatus ſi exerceat id munus ſciẽte domino & patiente,an videatur renouatus,ibid.nu.15
Procurator ſimpliciter cõſtitutus ad vendendum poteſt cauere de euictione.454.nu.4
Procurator denũtians aut proteſtans, tenetur oſtendere mandatum.520.nu.4.& ſeq.
Procurator proteſtans, aut denuntians, aut interpellans, non conſtituit in mora , niſi doceat de mandato tam in iudicialibus , quàm extraiudicialibus. 521.nume.5
Procurator qui tenetur denuntiare domino ſententiam contra ſe latam, vt dominus, ſi velit appellet: id non tenetur facere,ſi dominus aliter reſciuerit. 525.nu.24.in ſi.
Procurator ſi ad tempus conſtituatur , poſt illud expirat eius officium , nec admittitur volens proſequi,etiam ſi litem fuerit conteſtatus,atque etiam ſi velit aduerſarius.584.nu.47
Procuratoris confeſsio incontinenti corrigi poteſt, etiam ſi aliter non conſtet de errore , ſed ex interuallo non poteſt.593.nu.13
Procurator datus ad recipiẽdam pecuniam mutuam an obliget dominum ex ſola ipſius confeſsione ſine alia probatione numerationis.650.nu.11.& 12
Procurator meus ſi quid per colluſionem egerit,poteſt is cum quo contraxit agere , vt aut ſtetur emptioni,aut ab ea diſcedatur.686.nu.5
Procurator qui habet mandatũ emẽdi,& poſtea ſimpliciter emit,videtur feciſſe nomine procuratorio. 711.nume.117
Et an etiam id procedat quantùm ad venditorem, ibid.nu.ſeq.
Productio inſtrumentorum eo die fieri poteſt , quo tempus producendi ſtatuitur.190.nu.30
Profeſsio non retrotrahitur ad ingreſſum vel tempus probationis.89.nu.40
Prohibitio nuda teſtatoris de non alienando non valet.22.nu.72
At ſatis cauſæ eſt,ſi res maiorum fuit,ibid.
Aut ſi fiat vt maneat in familia.16.nu.50
Prohibitio acquirendi plerunque res maiorum noſtrorum non comprehendit. 15.num. 45. & iterum 129.nu.164.& multis ſeq.
Prohibitio alienationis nõ impedit quin fiat in coniunctos.16.17.nu.51.& trib.ſeq.
Prohibitus rem aliquam alienare,an & fructus eius alienare prohibetur. 61.nu. 40.& 63.nu.47.& 64. nu.49.& ſeq.
Prohibitio alienãdi nõ trahitur ad eos qui ſunt eiuſdem generis.129.nu.165
Prohibitus extraneus à ſtatuto acquirere, cõſequetur tamen quod aliud ſtatutum ei defert ex bonis interficientis.130.nu.166
Prohibitus extraneus in loco acquirere per ſtatutum huius loci,acquiret tamen dotem vxoris adulteræ, quod aliud ſtatutum eius loci ei defert,ibid.
Prohibitus extraneus acquirere,an per hoc prohibetur ſuccedere.129.nu.163.& octo ſeq.
Prohibito aliquo , prohibentur & ea ex quibus ad id peruenitur.213.nu.17
Prohibitio alienationis non complectitur filios inter ſe.361.nu.11
Prohibitus alienare in extraneum , an cenſeatur pro-

XXx

hibitus eum inſtituere hæredem.362.nu.17
Prohibitus alienare extra familiam, an poſsit inſtituere hæredem extraneum,qui alias ſucceſsiſſet ab inteſtato.d.nu.17.& trib.ſeq.
Prohibitus alienare partem ſuam, an videtur prohibitus alienare eam partem,quam redemit.471.n.5. & 472.nu 8
Prohibitum ad tempus poſtea permiſſum videtur. 585.nume.48
Prohibitum poſt tempus, antea permiſſum cenſetur, ibidem.
Prohibitio alienandi facta hæredi,an tranſeat ad hæredem hæredis.600.nu.19.& 462.nu.24.& ſeq.
Prohibitio alienandi facta filio,an amplectatur nepotes.461.nu.23
Prohibitus vendere,an cenſetur prohibitus promittere vendere.692.nu.30.& 695.nu.46. & 697.nu.53
Promercale quid dicatur.78.nu.111
Promittens ratificare ſatis ratum habet, nec opus eſt alia ratificatione.78 nu.92
Promiſsio ſtandi iuramento alterius, an intelligatur de hærede illius.278.nu.6
Promittens ſoluere vel dare pignora intra aliquod tempus,poteſt præcisè agi ad ſoluendum.286.n.16
Promiſſum poſt tempus antea prohibitum cenſetur. 585.nume.48
Promittens reuendere, an rem ipſam in id hypothecare cenſeatur.640.nu.9
Promittens duobus aut pluribus, videtur promiſiſſe cuilibet pro virili.603.nu.30
Promittens intra certũ diem ſe obligaturum ad dandum decem,an poſsit ſtatim cedente die ad ea decem conueniri.691.nu.26
Promiſsio liberandi parit exceptionẽ aduerſus agentem,ac ſi liberatio iam facta eſſet,ibid.nu.28
Promittens fideiubere non eſt fideiuſſor.694.nu.42
Promiſsio vendendi non obligat ad tradendum,ibid. & 698.nu.56
Promiſsio cedendi non inducit ceſsionem.694.n.42
Promiſsio faciendi contractum, non is eſt cõtractus qui promittitur,ibid.nu.44
Promittens vendere,& aliquid ſoluens pro venditione futura,poteſt pœnitere,& repetere quod ſoluit, 695.nume.45
Promiſsio vendendi facta ab emphyteuta,aut vaſallo ſine conſenſu domini nõ eum facit cadere emphyteuſi,aut feudo,ibid.& ſeq.
Promiſsio vendendi ſine declaratione pretij, valet, ibid.nume.46
Promiſsio donandi cauſa mortis non obligat,ibid.
Promittẽtes ſimpliciter facere pacem,nõ per hoc dicuntur plenè reconciliati.695.nu.47
Promiſsio renouandi locationem finito tempore nullum ius in re tribuit,ſed tantùm acquirit actionem ad intereſſe,ibid.
Promittens vendere præcisè ad id non tenetur,ſed in id tantùm quod intereſt,ibid nu.47
Promiſsio vendendi non producit actionem ad pretium.696.nu.50
Promiſsio vendendi non producit vſuras pretio non ſoluto,ibid.nu.51
Promiſsio vendendi nõ facit vt fructus poſt eam percepti debeantur,ibid.
Promiſsio dotis non eſt contractus dotis,ibid.
Promiſsio alienandi non extinguit legatum,ibid.
Promiſsio nuda vendendi non producit actionem. 697.nume.53
Promiſsio vẽdendi nõ eſt bonæ fidei,vt venditio, ibi.
Promiſsio iurata accipiendi aliquam in vxorem non impedit contrahi matrimonium cum alia,ibid.numero 54
Promiſsio nõ transfert ius & dominium, ſed tantùm parit actionem perſonalem.699.nu.65
Promiſsio vendendi ſecuta traditione & numeratione pretij eſt venditio.704.nu.83
Promiſsio pura & ad diem,& poſt diem differũt formaliter,eſſentialiter,& effectualiter.708.nu.99
Propinqui qui dicantur.94.nu.8
Propinqui oſculo mulieres excipiebant,ibid.
Propinqui genere,ibid.nu.9
Propinquitas quæ dicatur,ibid.nu.10
Propinquorum appellatione veniunt fœminæ. 138. numero 201
Propinqui & propinquiores qui dicãtur.270.271.nu.3
Propoſitum præcedens eius qui quærit emptorem, & poſtea permutat,quid operetur.214.nu.22
Proprietas nõ cenſetur eſſe tranſlata ex locatione ad longum tempus.227.nu.85
Proprietarius licet nõ poſsit alienare in præiudicium vſufructuarij,is tamẽ verè & propriè dominus eſt, & quidem plenus.628.nu.52
Proprietarius an teneatur ſtare locationi vſufructuarij.642.nu.16
Proprium nomen,an appellatiuum præcedat in prohibitione alienandi, aut alias vtrùm interſit. 601. numero 24
Propter noſtrum affirmare vel negare nihil mutatur in re.478.nu.36
Prorogatio in alterum tantùm tempus cẽſetur facta. 164.nume.26
Prorogatio cenſetur facta cum iiſdem qualitatibus & conditionibus,ibid.nu.27
An autem ſub iiſdem temporibus,ibid.
Prorogatio temporis tranſacti aliis non obeſt. 610. numero 24.& 25
Prorogatio propriè dicitur de tempore nõdum tranſacto.d.nu.24
At tempore tranſacto dicitur renouatio,ibid.
Prorogatum tempus idem eſt cum priori. 610.nu.26
Sed non propriè.613.nu.40
Prorogatum tempus aſſumit omnes qualitates & cõditiones prioris.611.nu.27
Prorogatio nocet tantùm prorogantibus, non etiam cæteris.612.nu.32.& trib.ſeq.
Prorogatio debet fieri cum iiſdem ſolennitatibus, vt primus actus,ibid.nu.36
Prorogatio inducit nouam obligationem,ibid.
Prorogatio an poſsit fieri vltimo momento temporis prioris 613.nu.41
Et an noctis tempore,ibid.
Proſcribere obſcurè,& nõ palam & in propatulo proſcribere paria ſunt.527.nu.35
Proſcriptio non rectè facta inutilis eſt,quantumcunque is qui eam facit, fecerit quod in ſe erat. 530. numero 45
Proſpicere debemus quæ euenire poſſunt, & ſolent, præſertim ex diſpoſitione legis vel ſtatuti. 249.nu. 41.& ſeq.& 358.nu.3.& nu.ſeq.
Proteſtatio eſt quædam denuntiatio,ibid.nu.4.in fi.
Proteſtatio ius conſeruat.69.nu.72.& 298.nu.2
Proteſtatio debet fieri intra tempus rei principalis. 177.nume.89
Proteſtans nomine alieno an teneatur oſtẽdere mandatum ſi non petatur.180.nu.108
Proteſtandi ius cedi poteſt.444.nu.27
Proteſtatio quæ fit ſecundũ l.nomen.C.quæ res pign. oblig. poſſ. non poteſt fieri ab alio, niſi doceat de mandato.521.nu.8
Proteſtatio extraiudicialis non interrumpit præſcriptionem.658.nu.38
Protomixeos ius cur retractus dicatur.2.nu.2
Proxeneta nõ eſt teſtis idoneus propter affectionem. 9.nume.26
Et ibi videbis remiſsiuè quomodo proxeneta hîc ſit intelligendus.
Proxeneta quis ſit.452.nu.8



Proxenetis quod datum eſt,an repeti poſsit re redhibita, ibid.
Proxenetis quæ data ſunt,minuunt pretium, ibidem numero 8
Proximi qui dicantur. 95.nume.15. & 352.nume.1. & tribus ſeq.
Proximitas.96.nu.16
Proximi genere, ibid.
Proximi appellatio apud Hebræos quid ſignificet.95. numero 15
Proximus ſum egomet mihi.99.nu.30
Proximiores ſubſtituti,non niſi de conceptis tempore mortis teſtatoris intelliguntur.113.nu.86
Proximior vt quis dicatur,quod tempus inſpiciẽdum ſit.116.nu.97.& 117.nu.102.& trib.ſeq.
Proximorũ appellatione veniunt fœminæ.138.nu.203
Proximus & proximior an differant.352.nu.1
Proximus quẽ nemo antecedit,etiã ſi is ſolus ſit,ibid.
Proximum ſuperlatiuum,ibid.
Proximũ dicitur etiam quod longo interuallo diſtat, modò nihil ſit medium,ibid.nu.2
Proximi & proximiores generaliter qui dicantur. 353.nume.3
Proximus etiam is dicitur,qui genere alium quocunque gradu attingit,ibid.nu.4
Proximior an dicatur reſpectu vltimò defuncti, ſiue eius qui alienauit, an eius à quo primùm res prodiit.355.nu.12.& ſeq.vſque ad fi.eius glo.
Publicatis bonis immobilibus publicantur annui reditus.47.nu.6.in fi.
Publicatis bonis alicuius, publicantur bona vendita nondum tradita.181.nu.114
Publicum non eſt niſi quod ſcitur à maiori parte populi.530.nu.44.in fi.
Publica ſæpe ignorantur ab abſentibus, ægrotis, & nonnunquam præſentibus.533.nu.57
Pupillus nec tutore quidẽ autore donare poteſt etiam cauſa mortis,niſi in quibuſdam caſibus.17.nu.51
Pupillo an & quomodo fieri poſsit nuntiatio, oblatio,citatio,interpellatio, & id eius generis ſimilia. 204.nu.14.& ſeq.vſque ad 20
Pupillus quibus caſibus currit prꝑſcriptio ſine ſpe reſtitutionis.504.nu.3
Pupillus quicquid videt & audit,ignorat.518.nu.48
Pupillus factus maior debet vel totum cõtractum ab eo factum,qui ſe dicebat eſſe tutorem ipſius approbare,vel totum reprobare,ibid.
QValitas adiuncta verbo, debet intelligi ſecundùm tempus ipſius.116.nu.96
Qualitatem adeſſe tempore cedentis diei ſatis eſt,ibi. numero 96
Qualitas quæ adeſt tempore cõtractuum inſpicitur, non autem cõditionis, aut alterius futuri euentus. 117.nume.100
Qualitates omnes requiſitæ à ſtatuto probari debẽt. 314.nume.1
Qualitate deficiente deficit & illius vis & effectus. 430.nume.40
Qualitas rei non mutatur ex eo quod contingere poteſt.625.nu.37
Quandoque,dictio ſignificat exceptionem. 144. numero 224
Quandocunque, dictio an impediat præſcriptionem & quam.576.nu.9.& 578.nu.15.& duob.ſeq.
Quandocunque,dictio reſtringitur ſecundùm naturam actus,cui attribuitur,ibid.
Quantum & quantitas non tantùm ad numerum referuntur, ſed & ad magnitudinem & pondus. 265. 266.nu.1.2.& 3
Quantum & quantitas de vno dicuntur,ibid.numero 2.3.& 4
Quantitas,vnum prædicamentorum.266.nu.4
Quantitas duplex,continua & diſcreta,ibid.nu.6
Quãtitas cum adiicitur pecuniæ, an numerum ſignificet.267.nu.9
Quæ non tranſeunt ad hæredes extraneos, an tamen tranſeunt ad creditores ob inopiam debitoris.421. numero 12
Quæ à maioribus noſtris accepimus, magis ſunt familiæ, quàm quæ nos ipſi nobis comparauimus. 470.nume.2
In hiſque plus iuris habemus,quàm in illis,ibidem & ſequen.
Quæ incontinenti fiunt,ineſſe videntur. 590.nume.1. le iij.& multis ſeq.
Et ita quidem ineſſe, vt vnum cenſeatur eſſe pars alterius,d.nu.1
Sed id non procedit in iis,in quibus quꝑſtio eſt de momento.595.nu.23
Nec cùm id quod fit incontinenti non cõcernit id quod ante factum eſt,ibid.nu.24
Quid ſi fiat principali omnino perfecto,ibid.nu.25
Nec quantùm ad tertios habet locum,ibid.nu.26
Nec id verè procedit,ſed fictè,ibid.nu.27
Sed id quomodo intelligatur.596.nu.28
Quæ origine ſunt diuerſa, eadem ſunt proſecutione & effectu.621.nu.18
Quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione. 700.nume.68
Quæſtores ærarij.263.nu.8
Quem de euictione tenet actio,&c. hæc regula fallit in quibuſdam caſibus.100.nu.37
Qui iuſtam cauſam habet poteſt cauillationes aduerſarij aliis repellere.22.nu.71
Qui habet partem in fructibus fundi ratione decimæ,aut aliter, poteſt prohibere domino, ne ſe inſcio fructus colligat.61.nu.39
Qui non admittitur ad partem,an cæteris partem faciat.84.nu.15
Qui conſentit,iura ſua perdit.124.nu.136
Qui aliquid vult,& velle cẽſetur, ſine quibus ad illud perueniri non poteſt.153.nu.257
Qui dat robur actui, qui alias eſſet inutilis, eum feciſſe videtur.172.nu.67
Qui ante vel poſt diem ſoluit, plus vel minus ſoluere dicitur.248.nu.35
Qui ſe fundat in aliqua qualitate, eam debet probare etiam ſi ea præſumitur.490.nu.93.& duob.ſeq.
Qui in ius alterius ſuccedit, eiuſdem iure vti debet. 549.nume.48
Qui habet actionem ad rem,ipſam rem habere videtur:& ita quidem vt releuetur ab onere ſatiſdandi, ac ſi eandem rem haberet.619.nu.6
Quomodo autem id intelligatur.627.nu.48
Qui non ſunt eiuſdem gradus ac ordinis, ſi vocantur ad aliquid cum limitatione temporis, intelliguntur ſucceſsiuè vocati, vt ſcilicet omnibus non currant tempora, ſiue ea ſint præſtituta à lege, ſiue ab homine.623.nu.29
Qui non habet vnde, luat in corpore, etiam ſi totum ſoluerit præter vnum nummum.655.nu.28
Quomodo autem id intelligatur,ibid.& trib.nu.ſeq.
Quilibet, hæc dictio ſignificat, vt vnuſquiſque ſolus & in ſolidum teneatur. 469.nu.11. vbi & alia reperies de vi & natura huius dictionis.
Quicunque,dictio eandem vim habet,ibid.nu.12
Quinquaginta dies,qui dantur ad excuſandum,concurrunt circa diuerſas tutelas.630.nu.62
Quis non eſt ad id admittendus, cui renuntiandum putauit.121.nu.121
Quis,dictio etiam fœminini generis.143.nu.216
Quis an poſsit ex eodem facto damnum & pretium conſequi.245.nu.23
Quis non tenetur temerè litigare, & malam cauſam tueri.253.nu.62
Quiſque eam vim habet,vt omnes in ſolidũ tenean-

tur.290.nume.11
Quorumcũque bonorum mobilium & immobilium appellatio, an actiones complectatur.57.nume.20. & multis ſeq.
Quicunque hæres an etiam improprium hæredem comprehendit,ibid.
Quicunque contractus de abuſiuis intelligitur.d.numero 10
Quod caret effectu,nomine quoque caret.30.nu.9
Quod certis perſonis contra aut præter ius commune conceſſum eſt, id cæteris denegatum cenſetur. 101.numero 29
Quod fit à iudice,cenſetur factum à parte.212.nu.13
Quod directè fieri non poteſt, nec indirectè quoque fieri poteſt.213.nu.17
Quod fecit paſſus eſt.244.nu.20
Quod operatur propoſitum in propoſito,idem & oppoſitum in oppoſito.276.nu.16
Quod non eſt tranſmiſsibile ad hęredes,nec ceſsibile idem eſt 431.nu.47
Sed è diuerſo non omne quod tranſmiſsibile eſt, idem continuò ceſsibile eſt, ibid.nu.ſeq.
Quod extinctum eſt,cedi non poteſt.432.nu.56
Quod non eſt,cedi non poteſt,ibid.
Quod contra ius eſt,cedi non poteſt.433.nu.59
Quondam,dictio,quam vim habet.104.nu.51
RAtificare non poſſum quod meo nomine nõ eſt quæſitum.151.nu.247
Niſi tamen in meum præiudicium,ibid.nu.248
Ratificatio retrotrahitur etiam in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum.171.nu.64
Non tamen in præiudicium tertij.172.nu.69
Nec ſecundùm veritatem,ſed ſecũdùm fictionem. 173.nume.72
Ratificari poſſunt, quæ ſpeciale mandatum requirũt. 171.nume.65
Ratificatio facit vt actus geſtus fuiſſe cenſeatur à ratificante,non ab eo qui fecit,ibid.nume.66. & iterum 453.nu.11
Ratificationis locus inſpiciẽdus,non actus.172.nu.68
Ratificationis tempus an inſpiciendum ſit, an actus, vt ſciamus cui gabella ſolui debet,ibid.nu.70
Ratificatio eo tempore fieri debet,quo actus ratificatus fieri poſſet.176.nu.88
Ratificatio eandem ſolennitatẽ requirit, quam actus principalis.177.nu.90
Ratificare non opus eſt, quod quis promiſit ratificare,ibid.nu.92
Ratio eadem decidit omnes caſus,non per extenſionem,ſed ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio comprehendit diuerſas ſpecies caſuum.401.nu.2
Et tunc lex aut ſtatutum loquens de vno caſu, loqui videtur non tam reſtrictiuè, quàm exemplariter.401.nu.3
Ratio cùm vnica reddi poteſt, pro expreſſa habetur, ibidem.
Ratio interdum æquitati opponitur.502.nu.25
Recompræ,ſiue recomperę,ſiue recomparationis ius, cur retractus dicitur.2.nu.4
Recompra ſiue recompera quid ſit,ibid.
Reconuentio fieri debet ante litis conteſtationem, tamen ſufficit,vt fiat confeſtim poſt.592.nu.11
*Reculer pour mieux faillir.* 571.nu.33
Recuperata res, an ſit eodem iure apud recuperãtem, quo priùs erat.399.nu.1.& quatuor ſeq.
Recuſationem ſummi põtificis,eius qui à rege Franciæ nominatus erat ad epiſcopatum,an ſatis ſit notificari vni ex ſolicitatoribus regis.207.nu.28
Recuſans iudicem ineptè,& ideò repulſus,poterit tamen poſteà rectè,atque ordine recuſare.316.nu.4
Reditus vnde dicantur.46.nu.1
Reditus cum ſimplici d. ſcribi debet,ibid.
Reditus appellatione quid veniat, ibid.
Reditus annui ſintne mobiles,an immobiles,ibid.nume.3.cum multis ſeq.
Redituum annuorũ fratres prædicatores incapaces. 47.nume.5
Reditus annuus perpetuus ſed luibilis, an ſit immobilis.234.nu.119.& trib.ſeq.
Reditus fundalis fundo inhæret.300.nu.6
Regulam iuris qui ſequuntur,ſatis apertè loquuntur. 140.nu.211
Regula ſequenda eſt,ibid.
Regula potiorem cauſam facit,& transfert probationem in aduerſarium, ibid.
Regula talis eſt, vt ab ea in dubio non ſit diſcedendum.230.nu.97
Regula ex iure ſtricto eſt,vt exceptio ex ęquitate.498 numero 5
Regulæ, id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli non poteſt, adhærẽdum eſt tanquam firmamento. 252.nume.56
Regulariter,dictio Iuriſconſultorum.144.nu.223
Rei venditoris quæ datur ad fundum, competit ad fructus.62.nu.43
Relatio ad aliud certum, etiam certum facit id quod refertur.325.nu.27
Releuare,verbum in eo ſignificato vulgari apud nos vſurpatum.156.nu.275
Reliquię annuorum redituum mobiles cenſentur.48 numero 10
Reliquiæ præteritæ annui vectigalis, an cenſeantur reales,an perſonales.487.nu.81.& ſeq.
Remiſsio æquitas dicitur.502.nu.27
Remittere ſtrictam obſeruationem & legum ſubtilitatem,ibid.
Remittenti actiones ſuas non eſt amplius ad eas dandus regreſſus.121.nu.121
Renuntians ſucceſsioni patris non prohibetur ſuccedere fratri in bonis ipſius patris.102.nu.45
Renuntiatur faciliùs iuri quærendo, quàm quæſito. 121.nu.121.& 122.nu.125
Renuntiatio non impedit ius nouum poſt renuntiationem acquiſitum,ibid.nu.126
Renũtiatio ei tantùm prodeſt cui fit,non tertio,ibid. nu.126.& 129
Renuntiare quis non præſumitur iuri ſuo.124.nu.134
Renuntiatio vnius non trahitur ad aliud.129.nu.163
Renuntiatio ad ignorata non trahitur 165.nu.21
Renuntiari non poteſt iuri futuro,& nondum competenti.119.nu.113 & 121.nu.123.& 124.nu.134
Niſi id fiat præſente parte,tunc enim habet vim pacti validi.121.nu.124
Aut niſi id ſaltem ſpe competat.122.nu.125
Renuntiatio appellationis ab alio nunc facta, debet ratificari intra tempus renuntiationi præſtitutum. 177.nu.89
Renuntiare videtur,qui non paret terminis à lege ſtatutis.286.nu.2
Renuntiatio vnius alteri nunquam nocet.438.nu.4
Renuntiatio beneficij facta non in manibus ſuperioris eſt inutilis,valet tamen in præiudicium renuntiantis.439.nu.10
Renuntiatio beneficij ſimoniacè facta valet in pręiudicium renuntiantis,ibid.
Renuntiari poteſt allegationi ignorantiæ.511.nu.25
Renuntiatio non præſumitur,ſi capi poteſt alia occaſio etiam leuiſsima.531.nu.50
Renuntiare an quis poſsit fauori ſuo, qui per conſequentiam prodeſt aduerſario,eo inuito. 544.nu.26
Renuntiare an quis poſsit dilationi à ſe petitæ inuito aduerſario,ibid.nu.27
Renuntiatio non numeratæ pecuniæ,& aliæ,plus habent roboris,ſi ex interuallo fiant.566.nu.7
Renuntiare tacitè videtur, qui tempus labi patitur: habétque huiuſmodi renũtiatio plus virium,quàm expreſſa renuntiatio.585.nume.51.& ſequen.& 635. numero 80
Renuntiare nõ poſſumus iuri impedito, quo ad effectum ipſius, ita vt liberè id ius conſequi non poſſit.623.nu.27
Repetitio eiuſdem rei toleratur, cùm fit vt res clariùs intelligatur.404.nu.5
Item cùm fit ex aliqua adiectione,ibid.
Et in aliis quoque caſibus,ibid.& ſeq.
Repræſentatio an & quando locum habeat.367.nume.1.& ſeq.
Repræſentatio an habeat locum in ſtatutis.369.nu.3
Repræſentationis ius competit ex priuilegio, & iure ſpeciali,ibid.nu.4
Reprobare poſſumus diuerſo reſpectu, quod aliquãdo approbauimus.245.nu.23
Repudians an poſtea admittatur. 547.numero 39. & duobus ſeq.
Res minoris vẽditur ob id quòd retrahi poteſt ex pacto vel conſuetudine.10.nume.27.& 569.nu.20.& multis ſeq.
Res quæ maiorum noſtrorum eſt,pluris à nobis æſtimatur,& emitur. 11.nume.34.& ſeq.& 15.num.46. & duobus ſeq.
Rem maiorum fuiſſe ſufficit ad prohibitionem alienationis.13.nu.39
Rem maiorum emere & acquirere poſſunt aliàs prohibiti emere.15.nu.45
Res aliena an & quomodo vendi poteſt.32.nu.19
Rei alienæ donatio an ſit propria donatio,ibid.
Rei alienæ donatio an indigeat inſinuatione,ibid.
Res tranſit cum ſua cauſa. 119.nu.112.& iterum 167. numero 13
Res quæ poſtliminio rediit, eadem res eſſe intelligitur.400.nu.4
Rem tradi indiuiduum eſt.408.nu.13
Rei vendicatio alteri cedi non poteſt.441.nu.2
An & id fieri poteſt ſine poſſeſsione,ibid.
Res ſubiectæ reſtitutioni ſub conditione, aut aliàs,an interim alienari poſsint.448.nume.2. & 607. numero 10.& ſeq.
Res an & quando ſuccedat loco pretij. 472.num.10. & ſequen.
Res empta ex pecunia fœnebri,non eſt fœnebris.473 numero 14
Res empta ex pecunia mea non eſt mea,ibid.nu.16
Res empta ex pecunia dotali non fit dotalis, niſi id actum ſit,ibid.
Res empta ex pecunia pignorata, non eſt pignorata, ibidem.
Res empta ex pecunia eccleſiæ non eſt eccleſiæ,ibid.
Res empta ex pecunia communi nomine alterius nõ eſt communis, ſed vel acquirens tenetur communicare,ſecundum aliquos,vel partem pecunię reddere,ſecundum alios,ibid.nu.17
Res donatę ab eo cui ſumus ſucceſſuri,vel quas ab eo emimus, an veniant appellatione acquęſtuum, & quomodo.480.nu.43.& multis ſeq.
Res an minoris valet ob pactum reuendendi. 569.nu. 20.& ſeq.
Res minoris valet ob quoduis aliud pactũ,ibid.nu.21
Res minoris valet cùm ſub aliqua conditione poteſt auocari,ibid.
Rei ſuæ legatum aut fideicommiſſum non valet nec in totum,nec in parte.620.nu.11
Et ſi res non mea facta ſit mea,cùm cedit dies legati,extinguitur legatum,ibid.
Sed vtrunque intelligitur cùm mea facta eſt irreuocabiliter,ibid.& 626.nu.43
Rei ſuæ nulla eſt emptio,ſi ſua ſit irreuocabiliter,aliàs valet.620.nu.12.& 626.nu.44
Rem ſuam vſucaperę nemo poteſt,ſi ſua ſit irreuocabiliter,aliàs poteſt.620.nu.13.& 626.nu.45
Res vendita à teſtatore ſub pacto legis commiſſoriæ vel addictionis in diem cẽſetur eſſe in patrimonio ipſius teſtatoris in ineunda ratione legis Falcidiæ. 621.nu.17.Sed quomodo intelligatur.629.nu.60
Rei ſuæ pignus non conſiſtit niſi reſpectu iuris quod domino deeſt.626.nu.42
Rei quoque ſuæ precarium non valet,niſi ratione alterius huiuſmodi iuris.627.nu.46
Rei etiam ſuæ conductio valet reſpectu iuris quod abeſt,ibidem.
Res vendita quę redit ad venditorem,an redeat libera: an cum hypothecis, ſeruitutibus, & oneribus impoſitis ab emptore.640.nu.10.& ſeq.
Res ei perit,cuius eſt.700.nu.66
Res facilè,vnde venerat,redit.704.nu.80
Reſcripta ſunt ſtricti iuris.132.nu.183.& 497.nu.3
Reſcriptum cedi non poteſt.431.nu.45
Reſcriptum ab vno ſociorum impetratum,an aliis ſociis proſit.ibid.
Reſolutio obligationis ex vltima voluntate nõ retrotrahitur.541.542.nu.13
Sed reſolutio obligationis ex contractu retrotrahitur ad tempus ipſius contractus,ibid.
Reſoluto iure datoris an reſoluatur quoque ius acceptoris,& in quibus caſibus.640.nu.10.& ſeq.
Reſtitutio non retrotrahitur in pręiudicium aliorum. 172.nu.71
Reſtitutio id tantùm reddit,quod abſtulit læſio. 224. numero 74
Reſtitutio in integrum cedi poteſt.442.nu.13
Reſtitutiones in integrum an pro impoſsibilibus cẽſeantur,& an veniant in conſideratione. 483.n.56. & trib.ſeq.& 484.nu.61.& quatuor ſeq.
Reſtitutio in priorem ſtatum reductio.485.nu.69
Reſtitutus an recuperet priorem locum,ibid.nu.70
Reſtitutio in integrum non tam facilè trahitur ad lucrum conſequendum quàm ad damnũ vitandum. 605.nu.7.& 9
Præſertim verò ad lucrum quod de iure ſpeciali pertinet,ibid.nu.8
Minimè autem omnium lucrum odioſum prouenienѕ ex diſpoſitione legali.506.nu.10
Reſtitutio tum demum datur ignorantiæ,ſi ea ſit veriſimilis,iuſta,probabilis.513.nu.54
Reſtitutio in integrum competens ex ſpeciali priuilegio non tollitur per hæc verba, non inquietari, non moleſtari,controuerſiam non pati, & ſimilia. 516.nume.42
Retrahendi verbum.2.nu.5
Retractandi quoque verbum,ibid.nu.6
Retractus feudalis non habet locum in venditione conditionali ante impletam conditionem.33.nu.23
Retractus feudalis an alteri cedi poſsit.430.nu.43.& ſequen.
Retrotrahitio nullo caſu fit in præiudicium aliorum, ſed eorum qui actum conficiunt.172.nu.71
Reuendere factum continet.409.nu.16
Reuendere continet rem tradi,ibid.
Reuenditio quæ fit vi l.ij.C.de reſcinden.vend.an ſit voluntaria,an neceſſaria.484.nu.60.& 486.nu.66 & duob.ſeq.
Reuocationem mandati ad reſignãdum beneficium factum non ſatis eſt ſignificare vni collatorum. 207.nume.29
Reus in merè perſonalibus cõuenitur in loco domicilij,non rerum,de quibus agitur.310.nu.1
Reus conuenitur in ſuo foro, cùm agitur ad diſtractum,ibid.nu.2
Reus ſingulis ſingularum rerum iudiciis vexari non debet.535.nu.9
Rigidum ius & rigor appoſita æquitati.501.nu.20
Rigida ſententia,ibid.

Rigor iuris non parcit errori, ruſticitati, ætati, ſexui, militiæ,& cæteris eius generis. 656.nu.30. & 662, numero 16
Rigor,& ius,& diſpenſatio an differant.499.nu.9
Rixoſi debitoris nomē minoris æſtimatur. 249.n.40
Rochela vnde dicitur.398.nu.1
Romanorum dies.184.nu.1
Romani cur diei principium,de media nocte numerant,eod.nu.1.in fi.
Romani magiſtratus poſt meridiem fœdus facere nō ſolebant.185.nu.2
Ruſtico nō parcitur,niſi in caſibus expreſsis.661.n.13
Ruſtico qui omiſit facere inuentarium,non parcitur, ibid.nu.16
Ruſticus qui feudum alienauit, non excuſatur. 662. numero 17
Ruſtico non licet ignorare iura contractus,ibid.
An autem is reſtituatur in integrum,ibid.nu.18
Ruſticus nullo pacto excuſatur,cùm potuit conſulere peritiores,ibid.& ſeq.
Sufficitque in id, vt ſint periti in vicina ciuitate, etiam ſi non ſint in loco habitationis,ibid.nu.20
Ruſtici vt vadunt ad nemora pro lignis,ita debent ire ad ciuitates pro conſiliis.662.nu.20
SAcerdotio renuntians, & eius fructibus renūtiat. 62.nu.43
Sal vnde venerat rediit.704.nu.80
Salluſtij locus emendatus.461.nu.20
Sanguinis appellatio ad conſanguineos quoque refertur.93.nu.6
Sanguis maternus an cōferat ad generationem, ibid.
Sanguinolentus filius,qui à patre venditur, quare dicatur.422.nu.16
Sanguinis ius cedi non poteſt.430.nu.42
Satiſdatio ratihabitionis quæ debet præſtari à procuratore ante litis conteſtationem,ſatis eſt ſi incontinenti poſt præſtetur.404,nu.3
Schedula producit obligationem literarū. 259. nu.93
Scholaſticus an poſsit citari ad domum habitationis vniuerſitatis.334.nu.30
Scientia an idem operetur,vt denuntiatio.525.nu.24. & multis ſeq.
Scientia non cenſetur haberi cuiuſpiam rei,niſi ſit & circunſtantiarum,& qualitatum rei.526.nu.30
Scientia vbi requiritur, non ſufficit eam allegare in genere,ibid.
Sciens rem quam vendit vitioſam, tenetur etiam ſi de facto tantùm ſuo promiſerit.548.nu.44
Scienter emens rem alienam aut cuipiam iuri ſubiectam, non agit de euictione, niſi de ea expreſsim conuenerit.374.nu.7
Etiam ſi à ſciente quoque emerit, ibid.nume.8. & 549.nume.46
Scire quis præſumitur quod ei ad domum nūtiatum eſt,336.nu.40.& ſeq.
Scire & ſcire debere paria ſunt.374.nu.9
Scire & facilè ſcire poſſe paria ſunt,ibid.
Scriptura facit rem notoriam.530.nu.44
Scriptura priuata an faciat fidem contra tertium.614 nu.43.& multis ſeq.
An & contra eum qui eam fecit. 615. nume.49. & 616.nu.51
Et an in ea requiratur dies & conſul. 616. numero 50.& 54
Scrupuloſitas à legibus & ſtatutis reiici debet.535.numero 8
Securitas quid deſignet.515.nu.38
Semiſſes vſuræ quæ.50.nu.18
Semper,hæc dictio an tollat præſcriptionem. 166.nu. 34.& 576.nu.8.10.& 11
Senatus æquitate vti ſolet.699.nu.61
Sententiæ ſunt ſtricti iuris.133.nu.182.& 497.nu.3
Sententia cōditionalis ſtatim grauat,ob id,quòd grauare poteſt.169.nu.51.52.& 53
Sententia ad augmentum trahitur.251.nu.53
Sententia eis obeſt inuocatis, ad quos res tantùm in conſequentiam pertinet.253.nu.61
Sententia lata aduerſus contumacem & doloſum ex iuramento partis,an reſcindatur per probationem contrariam vel inſtrumenta nouiter reperta. 293. nu.28.& quatuor ſeq.
Sententia ſine appellatione reprobatur per euidētiam facti.295.nu.36
Sententia quæ per euidentiā facti nulla eſt,nunquam tranſit in rem iudicatam,ibid.
Sententiæ ius cedi poteſt.443.nu.22
Sententia quam quis obtinuit, an & in quibus cogitur vti inuitus,ibid.nu.24.& ſeq.
Sententiæ executioni quo tempore præſcribitur. 546. nu.32.& ſeq.
Sententia non ei debet prodeſſe, cōtra quem lata eſt, ibid.nu.33
Sententia reſcindi poteſt obiectu vſurariæ prauitatis. 582.nu.37
Sententia lata pro eo cui donari prohibetur, eo patiente,qui donare nō poterat,reſcindi poteſt, ibid.
Sentētia lata pro diuerſis ſummis,ſed quæ ſimul aſcēdunt ad centum,non dicitur lata pro illis centum, ſed pro illis ſummis ſpecialiter & diuiſim expreſſis.410.nu.22
Sententia diffinitiua poteſt eo die ſuppleri in conſequentibus.590.nu.1.le iij.
Sententia diffinitiua poteſt incontinenti reuocari.593 numero 17
Sentētia non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, niſi in diuerſis & ſeparatis capitibus. 717. nume.144
Separatorum ſeparata eſt ratio.630.nu.63
Sequeſter an poſsit eſſe iudex.658.nu.1.& ſeq.
Sequeſtri munus an ſit neceſſarium,ibid.nu.3.& 659 numero 4
Sequeſter qua actione teneatur,d.nu.4
Sequeſter an poſsit ſe ſponte hoc munere,cui ſe etiam ſponte addixerat, propria autoritate eximere, ibid, numero 5
Sequeſter an & quādo poſsit mercedem petere, ibid. nu.6.7.& 8
Sermo ſimpliciter prolatus,licet intelligatur de primo actu, id tamen procedit, ſi is ſit validus, aliàs & de ſequentibus intelligitur. 316.nu.5.& tribus ſeq.vide tamen.318.nu.17
Nec id quoque procedit,quando eſt facta cōceſsio vſque ad certū tempus, nam poterit iterum atque ſemper fieri intra id tempus.317.nu.9
Sed quomodo id intelligatur.318.nu.18
Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo.599 numero 17
Seruitutis conſtitutæ ſub conditione dominiū tranſit per ſolam patientiam.35.nu.29
Seruitutes ſint ne mobiles,an immobiles.9.nume.50, & ſequen.
Seruitutes non comprehenduntur in ſtatuto prohibente alienationem rerum immobilium.d.nu.1
Seruitutes eccleſiæ an poſsint alienari,ibid,nu.2
Seruitia inter immobilia computantur,ibid.nu.4
Seruitus extinguitur cùm quis acquirit dominium prædij ſeruientis,irreuocabiliter,ſecus ſi reuocabiliter.69.nu.70
Seruitus non extinguitur,nec cōfunditur per acquiſitionem dominij reuocabilis.620.nu.10
Seruus ex pacto appoſito in ſuo contractu nocet domino.686.nu.2
Seruus in aquirendo poteſt domino præiudicare apponendo modum & conditionem,nec poteſt dominus acceptare,niſi cum ſua forma.687.nu.7
Seueritas dicitur ius ſtrictum.500,nu.16





Seuera interpretatio, ibid.
Seuerus iudex, ibid.
Seuerus cuſtos legis, ibid.
Seueritas imperij, ibid.
Seueritas animaduerſionis, ibid.
Sexus differentia hodie ſublata eſt in ſucceſsionibus. 148.nume.235
Σῦκα μερίζειν, id eſt,ficos diuidere, prouerbium. 268. numero 15
Significandi verbum proprietatem ſignificat. 146. numero 130
Si re priueris,nec nomen habere mereris.30.nu.9
Simulatum inſtrumentum non eſt inſtrumentum. 31. numero 13
Simulationis exceptio an opponi poſsit, ſi ſtatutum omnem exceptionem reiiciat,ibid.& nu.ſeq.
Simulata traditio non transfert poſſeſsionem.31.nu.15
Simulatio an ab eo allegari poſsit qui eam fecit,ibid. numero 16
Simulatio declaratur ex tractatu præcedenti,& magis quàm ex ſequenti.214.nu.24.& trib.ſeq.
Singularitas cùm de forma eſt,non reſoluitur in pluralitatem.509.nu.11
Singulorum appellatio attribuit rem cuilibet in ſolidum.470.nu.12
Sine intereſſe nemo auditur.40.nu.53
Sit verbum eſt ſignificatiuum ſubſtantiæ veritatis. 596.nume.28
Socer & gener an ſibiinuicem ſuccedant excluſo fiſco.385.nume.19
Sociis diuidentibus non fit deductio eorum quæ alter debet in cauſam ſocietatis,ſed præſtatur cautio ſoluendi die cedente.249.nu.44
Socius omnium bonorum an conſequatur immunitatem ex perſona ſui ſocij.429.nu.34
Niſi de fraude appareat,ibid.nu.35
Vtrùm autem in dubio fraus præſumatur,nu.ſeq.
Socius incapax capit propter ſocium capacem. 428. nume.33.& ſeq.
Niſi de fraude appareat,ibid.nu.35
An autem hîc fraus præſumatur.nu.ſeq.
Socius an poſsit excidere grandes arbores ex fundo communi.644.nu.24
Solarium vectigal.299.nu.2
Solennitas quæ in actu requiritur, & in eius quoque ratificatione requiritur.177.nu.90
Solennitas leuis non vitiat.305.nu.3
Solennitas leuis non dicitur,quæ data eſt pro forma, ibidem.
Solidandi verbum.67.nu.60
Soluere non dicitur,qui ante conditionem impletam ſoluit.33.nu.24
Soluere poteſt alius pro alio.153.nu.255
Solutio an noctu fieri poſsit.186.nu.10
Solutionis mora & dilatio eſt quædam veluti diminutio pretij.247.nu.34.& ſeq.
Solutionis dilatio pars pretij eſt.248.nu.38
Soluere non dicitur,qui offert fideiuſſores,vel pignora.285.nu.14
Solui an poſsit procuratori generali. Et quid ſi datus is ſit ad exigendum.342.nu.10
Solutum non videtur, quod creditori auferri poteſt. 619. nu.9.ad fin.
Solus nemo ſatis ſapit.619.nu.54
Somnus frater mortis.93.nu.4
Sonare verbum.209.nu.1
Specialia non ſunt amplianda,nec ad alios caſus trahenda.230.nu.97
Speciale ius declarat ius commune eſſe contrarium. 318.nume.16
Spes cedi poteſt.441.442.nu.4
Spirituales res vendi nō poſſunt,permutari cum alia re ſpirituali poſſunt.462.463.nu.28
Spoliatus ante omnia reſtituendus, nec aliàs auditur ſpoliator,etiam ſi vnus tantùm nummus deſit.654. numero 23
Sponſalia conditionalia non inducunt iuſtitiam publicæ honeſtatis.33.nu.24
Sponſalia,futurarū nuptiarum promiſsio.703.nu.77
Sponſalia per concubitum tranſeunt in matrimoniū, atque etiam per ductionem vxoris in domum mariti,ibid.
Sponſus an pro ſponſa agere poſsit.348.nu.8
Sponſus an veniat appellatione mariti,& poſsit ea facere,quæ marito conceſſa ſunt,ibid.
Spontanea ſolutio purgat metum qui in promiſsione interuenit,ſed ita tamen ſi ex interuallo fiat,non ſi incontinenti.544.nu.21
Sponte noſtra quando aliquid facere teneamur ſine requiſitione.180.nu.108.& duob.ſeq.
Sponte cùm quid fecimus,nihil queri debemus.449. numero 49
Spurius qui capere non poteſt à patre, poteſt tamen capere inſtituto ipſius ſocio capace.428.nu.33
Status præſens inſpici debet.86.nu.25
Statutum quo prohibetur vendi extraneo, valet. 6. numero 14
Statutum id an comprehendat eccleſiam,& clericos, ibidem.
Statutum iubens vendere conſorti, vicino, proximo, potiùs quàm alteri,valet.5.nu.15
Statutum an & quomodo ſit odioſum, aut fauorabile.20.nu.62.64.& duob.ſeq.& 456.nu.5
Statutum repellens fœminas à ſucceſsionibus, an ſit odioſum,an fauorabile.20.nu.64
Statutum an poſsit eſſe partim odioſum, partim fauorabile,ibid.& ſeq.
Statutum in dubio an fauorabile, an odioſum cenſeri debeat.20.nu.65
Statuta non magis fraudare licet,quàm leges. 23.numero 74
Statuta in foro conſcientiæ obligant,ibid.
Statutū ſi aliquod motiuum habeat,ſatis eſt. 23.nu.76
Statutum ſic eſſe ſufficit,ibid.
Statuentium arbitria pro ratione eſſe,ibid.
Statutum ſatis eſt inniti quadam rudi æquitate,ibid.
Statutum irrationabile valet,modò non ſit contra fidem,ius diuinum,vel naturale,ibid.
Statuto præſumitur ineſſe ratio.24.nu.77
Statutum licet caſualiter & in conſequentiam fraudetur,ſi tamen defuit animus fraudandi,id non eſt illicitum,ibid.nu.78.& 25.nu.80
Statutum fraudaſſe non dicitur, qui poſtea mutauit propoſitum.24.nu.78
Statuta loci,in quo res eſt,inſpicienda ſunt.42.nu.2
Statuta loquentia de inſtrumento debent intelligi de valido.29.nu.5.& trib.ſeq.
Statutum puniens cedentem, nō habet locum in cedente nulliter.29.nu.9
Statutum reiiciens exceptionem,non intelligitur reiicere exceptionem ſimulationis.31.nu.13
Statutum loquēs de inſtrumento non intelligitur de ſimulato.31.nu.13
Statutum loquens de contractu an habeat locum in diſtractu.37.nu.40
Statutum prohibens acquirere cenſetur & prohibere ſtipulari.40.nu.51
Statutum de lucranda dote non habet locum in re feudali.42.nu.5
Statuta loquentia de domo,an habeant locum in naue,quam quis habitat.72.nu.88
Statuta loquentia de conſanguineis, an comprehendant legitimatos.83.nu.12
Statutum laicorum an poſsit priuare clericos ipſius ſtatuti beneficio.90.nu.42
Statutum loquens de conſanguineis, an tantùm de

proximioribus intelligatur.97.numero 22
Statutum vt proximus ex genere demortui in locum eius ſubrogetur, non comprehendit ventrem. 111. 112.nu.80.& ſeq.
Statutum ne neptis dotata ſuccedat auo, aut eius deſcēdentibus,non habet locum in ea,quæ viuo auo nondum concepta eſt.113.nu.86
Statutum de lucranda dote aut parte ipſius,an comprehendat dotem confeſſam.651.nu.14.in fi.
Statutum prohibens extraneos acquirere nō impedit acquiſitionem legalem.130.nu.166
Statutum prohibens alios contrahere cum muliere & minore,ipſam quoque mulierem & minorem intelligitur prohibere.131.nu.172.& ſeq.
Statuta non recipiunt interpretationem extenſiuam. 133.num.181
Statutum de torquendo adultero non comprehendit adulteram.135.nu.188
Statutum excludens auum maternum exiſtēte patruo non excludit auiam maternam,ibid.nu.189
Statutum expellens filios bannitorum è ciuitate, non intelligitur de filiabus,ibid.
Statutum cogens patrem aſsignare legitimam filio, non cogit matrem,ibid.
Statutum quo patruus excludit matrem nō habet locum in amita, vt ſcilicet ea matrem excludat. 136. nume.190
Statutū excludens auunculum propter patruum, non excludit matelteram,ibid.
Statutum excludens patruum non excludit amitam, ibidem.
Statutum excludens ſororē à ſucceſsione fratris propter alterum fratrem, non excludit à ſucceſsione ſororis,ibid.
Statutum excludens matrem à ſucceſsione filij, non excludit à ſucceſsione filiæ,ibid.nu.191
Statutum præferens primogenitum in ſucceſsione patris non traditur ad ſucceſsionem matris,ibid.
Statutum excludens fœminas aut cognatos propter agnatos non excludit propter agnatas,ibid.nu.192
Statutum præferens primogenitum non præfert primogenitam,ibid.
Statutum prohibens filiumfa. obligari ſine conſenſu patris non trahitur ad filiamfa.136.nu.193
Statuta repellentia fœminas facta ſunt, vt bona maneant in familia.137.nu.196
Statuta comparantur vltimis voluntatibus. 137.num. 199.& 541.542.nu.13
Statutum ne mulier aut minor contrahat ſine cōſenſu conſanguineorum, non intelligitur de fœminis conſanguineis.138.nu.202
Statutum puniens violentiam habet locum in fœminis.141.nu.213
Statutum loquēs de alienatione habet locum in vſucapione.152.nu.251
Statuta ſtatutis concordanda.161.nu.12
Statuta debent propriè & non fictè intelligi. 173.numero 73
Statutum diſcrepans à iure communi, an ſecundùm ius ipſum ſit interpretandum.174.nu 79.& ſeq.
Statutum puniens delictum factum certo aliquo die, an intelligatur de delicto facto nocte eius diei.186 numero 11
Statuta communia laicorum & clericorum ligant clericos & eccleſiam.200.nu.2
Statuta generalia laicorum,in quibus nulla eſt mentio clericorum aut eccleſiarum, an ligent clericos & eccleſiam.201.nu.4
Statutum laicorum an liget clericos,quantùm ad eorum patrimonium,ibid.
Statuta ne immobilia alienentur in extraneos,an cōprehendant clericos & eccleſiam,ibid.nu.5
Statutum prohibens expreſsim alienationem in clericos, an valeat, ibid.
Statuta laicorum ligāt laicos, etiam in re eccleſiaſtica,quantum ad eorum præiudicium, licet non in præiudicium clericorum.202.nu.8
Statuta ligant minores.203.nu.13
Statuta loquentia in venditione an habeat locum in datione in ſolutum.210.nu.2.& multis ſeq.
An verò è diuerſo ſtatuta loquentia in datione in ſolutum,habeant locum in venditione.213.nu.18
Statuta loquētia in venditionibus an habeant locum in permutationibus.215.nu.28.& multis ſeq.
Statutum præſertim exorbitans & correctorium loquens in venditione,an habeat locum in locatione ad longum tempus.226.nu.82
Statutum generale an comprehendat cauſam dotis. 228.nu.91.& multis ſeq.vſque ad 107
Statutum exigens conſenſum conſanguineorum aut aliorum in contractibus mulieris, an habeat locum, cùm mulier ſe obligat pro dote alterius mulieris,eod.nu.91
Statutum generale aliquid requirens pro ſolennitate actus,an habeat locum in inſtrumento dotis. 228. numero 92
Statutum diſponens emptorem ex ſubhaſtationibus non poſſe inquietari,non habet locum in cauſa dotis, ibidem.
Statutum prohibens alienari in forenſes, non habet locum in cauſa dotis,ibid.
Statutum generale comprehendit perſonas & cauſas aliàs priuilegiatas,quæ in illo caſu non reperiūtur priuilegiatæ.229.nu.96
Statutum quo iubetur inſtrumēta inſinuari, non habet locum in inſtrumento dotis.231.nu.103
Statutum ſi iubeat conſanguineos offenſi præſtare fideiuſsionem conſanguineis offendētis, ad probationem conſanguinitatis,neceſſe eſt gradus diſtinctos probari.238.nu.1
Statutum ſi iubeat cauſas cōſanguineorum compromitti vſque ad quartum gradum, nō ſatis eſt teſtes deponere ſimpliciter de conſanguinitate, niſi gradus declarent.240.nu.6
Statutum ſi non diſtinguit,nec nos.247.nu.32
Statutum loquens de ſolutione,procedit in cōfeſsione ſolutionis.257.nu.83
Statutum puniens falſificantem vel abradentem pecuniam,non habet locum in eo qui reprobam cōflauerit,vel abraſerit.264.nu.12
Statutum loquens de inſtrumento, non habet locum in contractu,nec è diuerſo.270.271.nu.3
Statutum & contentum in ſtatuto diuerſa ſunt,ibid.
Statutum de inſinuatione inſtrumēti donationis habet locum in donatione probata teſtibus,quorum atteſtatio eſt publicata.273.nu.14
Statutum de parata executione inſtrumentorum habet locum in atteſtatione teſtium in ſcripturam redacta, ibid.
Statuta loquētia de inſtrumentis, an habeant locum in teſtibus,ibid.nu.15
Statuti verba ſi non conueniant,id vtique locum habere non poteſt,ibid.
Statuti verbis inhærendum, nec ab eis eſt diſcedendum, ibid.
Statutū quod non dicit,nec nos dicere debemus, ibi.
Statutum requirens probationem inſtrumētalem valet,ibid.nu.16
Statutum de ſtando iuramento damnum paſsi an intelligatur de hærede illius.278.nu.6
Statutum id cenſetur, quod veriſimiliter ſtatuentes ſi cogitaſſent,ſtatuiſſent.281.nu.1.le ij.
Statutum quod dicit ſtari iuramēto alicuius,an tollat probationem cōtrariam.298.nu.1.& multis ſeq.vbi videbis multas ampliationes & limitationes.
Statutum ſi diſponat ſtari libris officialium,illis ſtandum eſt, dum eſt,ſed ita tamen,vt contrarium probari poſſit.290.nu.9
Statutum ſi quempiam habeat pro confeſſo,poteſt tamen probari contrarium,ibid.nu.12
Statutum ſi denegat probationem contrariam,ea non eſt admittenda.291.nu.13
Quid ſi ſimpliciter dicat ſufficere iuramentum. 293.numero 26
Statutum reiiciens omnes exceptiones, non tollit eas quæ ex inſpectione inſtrumenti vel ſentētiæ apparent.295.nu.39
Statutum poteſt præſcribere formam ac modum citationis.296.nu.1.le j.
Statutū tale eſt, vt ſi ex eo agatur, debeat ad vnguem obſeruari, omniáq; ab eo requiſita probari debeāt. 315.nu.1.le ij.& ſeq.
Statuto vtens non obſeruata ſolennitate illius,priuatur ipſius beneficio.318.nu.15
Statutum ſi ſimpliciter dicat citationem fieri poſſe in faciem vel ad domum, an primo loco poſsit fieri ad domum.339.nu.50
Statuta iuri conſona videntur inducta ad eius confirmationem,ibid.nu.51
Statutum idem diſponens quod ius commune, an ſit ius commune.340.nu.54
Statutum loquens in materia iuris communis recipit omnes interpretationes,limitationes & ampliationes ipſius,ibid.nu.55
Statuti verba ſunt impropriãda,vt concordent cum iure communi,ibid.
Statutum vnum ſecundum aliud intelligendum. 396. numero 21
Statutum puniens declinantem iuriſdictionem poteſtatis non habet locum in clerico, qui etiam ſi velit,non poteſt litigare corã iudice ſeculari. 414.n.7
Statuto ſi caueatur,vt maior diuidat,minor eligat, nō poteſt minor petere,vt diuiſio fiat arbitrio iudicis. 415.nume.3
Niſi tamen fraus ſubeſſet.416.nu.4.& ſeq.
Statutum quod ſi quis ceſſerit actionem nobili,cadit iure ſuo, an habeat locum cùm quis cedit qui cedere non potuit, vel cuius aliàs ceſsio eſt inutilis. 438.nume.5
Statutum iudicatur fauorabile aut odioſum ex principali intentione ſtatuentium.456.nu.5
Statutum dicitur eſſe vel non eſſe contra libertatem eccleſiæ ſecundùm principalem intentionem ſtatuentium,ibid.nu.6
Statuta ſunt ſtricti iuris.497.nu.2
Statutum loquens de præſcriptione temporis & mētionem faciens de minore abſente, & aliis quibus de iure communi datur reſtitutio, ita intelligi debet,ne detur.505.nu.6
Statutum diſponens currere tempus cōtra abſentes, non comprehendit abſentiam iunctam cum veriſimili ignorantia.507.nu.1
Statutum an poſsit facere,vt tempus currat ignoranti.511.nu.23
Statutum ne liceat allegare ignorantiam, an valeat, ibid.nume.25
Statutum ſi iubeat bannum inſcribi in actis communibus,ſi tabellio id omiſerit,vitiatur bannum. 530. numero 45
Statutum cōpellens aliquem vēdere,non cogit alium emere,nec è conuerſo.545.nu.29
Statutum vt cauſæ conſanguineorum compromittãtur,obſtringit minores, nec aduerſus id reſtituuntur.552.nu.63.& duob.ſeq.
Statutū ſi iubeat, vt qui habet fundum liberum, eum teneatur vēdere,an habeat locum in fundo partim libero,partim ſeruo,ibid.nu.65
Statutum permittens inquiri intra certum tempus, cenſetur poſt illud prohibere.584.nu.47
Statutum quo continuatur poſſeſsio defuncti in hæredem, intelligitur de primo hærede tantùm.600. numero 19
Statutum priuat quinquēnio hoſpitia viciniæ, in qua ſcholaſticus fuit offenſus,niſi aptus offendens fuerit, pendente eo tempore quinquennij currētis ob primam offenſam, ſit altera in eadem vicinia, nec capitur offendens,vtrùm ſecūdum quinquennium incipiet ſtatim currere à ſecunda offenſa,an à finito primo quinquennio.630.nu.62
Statutum ſi caſſet cōtractum,niſi fuerit ſoluta gabella,ſi in ſolutione deſit vnus nummus, contractus corruit.654.nu 24
Statutum de certa parte dotis lucranda an habeat locum in dote confeſſa.651.nu.14
Statutum ſi remittat offenſam habita concordia cum offenſo, & ſoluta certa gabella, ſi deſit vnus nummus,non procedit concordantia.654.nu.25
Statutum ſi remittit pœnam delicti ei qui intra menſem ſoluerit quartam condemnationis partem, pœnam non euitabit,qui totam eam quartam præter vnum nummum ſoluerit,ibid.
Statutū ſi banno eum eximit, qui certam pœnam ſoluerit,non ei ſatisfactum eſt,ſi deſit nummus, ibid.
Statutum ſi appellationem facit deſertam,niſi appellans ſoluerit certam ſummā pro libra, ſi is totum ſoluerit præter vnum nummum, erit appellatio deſerta,ibid.
Sed quomodo omnia hæc intelligantur, vide 655. nume.29.& ſeq.
Statutū prohibens ſub pœna eandem rem vēdi duobus,an habeat locū,ſi quis primùm promiſerit vni vendere,& poſtea alteri vendiderit.692.nu.30
Statutum deferens lucrum dotis marito,an habeat locum in dote promiſſa,ibid.nu.33
Et quid ſi ſtatutum expreſsim loquitur de dote data,ibid.nu.36.& 698.nu.58
Quid item ſi ſtatutum vtitur verbo reſtituendi.693 numero 36
Quid denique ſi promiſſor fuerit in mora dandi, ibid.nume.38
Statutum repellens fœminas dotatas à ſucceſsione,an habeat locum in dote promiſſa. 693.nu.39.& 699. numero 60
Et quid ſi dos legata ſit.693.nu.40.& 698.nu.59
Statutum diſponens vt in dotibus nō currat præſcriptio,habeat locum in legato dotis.694.nu.41
Stipulari alteri, cùm noſtra intereſt, an & quomodo poſsimus.13.nu. 40
Stipulatio,ne ſit ſtipulatio,fieri non poteſt à partibus, ſed poſſunt facere,vt habeat vim pacti nudi tãtum. 36.nu.35.circa fi.
Stipulans non auditur ſine intereſſe.40.nu.53
Stipulari alteri non poteſt,niſi interſit ſtipulantis: & ſufficit vt poſt ſtipulationem interſit.123.nu.132
Stipulatio nō vitiatur,ſi interrogãti de pecunia aurea reſpondeatur de ærea,& è conuerſo.264.nu.10
Stipulatio rei ſuæ nō cōſiſtit, niſi reſpectu iuris quod abeſt domino.620.nu.12.& 626.nu.44
Stricti iuris eſt,quicquid eſt contra ius cōmune,ibid.
Stricti iuris ſunt quæcunque odioſa ſunt.502.nu.24
Stricti iuris aliquid dicitur ad differētiam eius quod eſt bonæ fidei.497.nu.1.le ij.
Stricti quoque iuris dicitur quod eſt propriè & ſtrictè intelligendum,ibid.nu.2
Stricti iuris ſunt actiones ex ſtatuto,ibid.nu.2
Stricti iuris ſunt quæ ſunt contra ius commune,ibid.
Stricti quoque iuris dicitur quod aduerſatur æquitati.498.nu.4
Strictum ius dicitur ius ſubtile,nimia ſubtilitas, mera ſubtilitas,iuris ſubtilitas,ſubtilis ratio.500.nu.17
Strictum ius verſutum & callidum.501.nu.19
Strictum ius dicitur iuris ſcrupuloſitas,ibid.

Strictum ius in apicibus iuris eſt,ibid.
Strictum ius dicitur rigidum,iuris rigor,durum, durities,acerbum,ibid.nu.20.& ſeq.
Strictum ius dicitur pręfractum,abſciſſum,pręciſum, aſperum.501.nu.22
Strictum ius dicitur à quo nullo modo recedi poteſt, 502.nume.23
Strictum ius dicitur, cui nihil addi,nihil detrahi poteſt, ibid.
Strictum ius conſiſtit in ipſa ſcriptura, & verbis præciſè obſeruandis,ibid.& 503.nu.29
Strictum ius, quibus aliis modis & reſpectibus dicitur.502.nu.24
Strictum ius dicitur ius regulare.498.nu.5
Strictum ius ſtricta ratio dicitur,ibid.nu.6
Strictum ius ſimpliciter ius dicitur,ibid.nu.7
Strictum ius dicitur iuſtum,& iuſtitia.499.nu.11
Strictum ius humanitati oppoſitum.500.nu.15
Strictum ius ſimpliciter ratio dicitur.502.nu.25
Strictum ius etiam ſimpliciter lex dicitur.503.nu.30
Subditus propriè dicitur ratione habitationis. 501.numero 22
Subiecta materia ad ſe trahit interpretationes verborum,etiam contra eorum propriam naturam.100.nu.35.& 106.nu.60
Subrogatum ſapit naturam rei,in cuius locum ſubrogatur,etiam ſi ei in aliquo diſcrepet.174.nume.80. 177.nume.90
Etiámque in particularibus.475.nu.25
Subſtantia rerum non mutatur hominum denominatione.478.nu.34.Nec ea quidem papali,ibid.
Subſtitutio proximorum intelligitur de his qui concepti erant tempore mortis teſtatoris.113.nu.84
Subſtitutione intra fratres facta,pariter admittuntur ij,qui ſunt vnius lateris cum coniunctis ex vtroq;. 355.nume.13
Subſtitutio tacita pupillaris non excludit fratrem pupilli,ibid.nu.15
Sufficit,verbum nihil aliud requirit,niſi aliud ſtatuatur,aut ex ſubiecta materia ſuadeatur.557.nu.82
Sufficienter,dictio Iuriſconſultorum,ibid.
Succedaneus alieni periculi.549.nu.48
Succeſsio ad decimum vſque gradum tantùm defertur.97.nume.23.
Succeſsiones an deferantur in capita, an verò in ſtirpes.368.nu.1.& ſeq.
Succeſſores qui dicantur.373.nu.3
Succeſsiones apud Pictauos,an deferantur ſecundum lineas, ex quibus res proceſſerunt, poſt fratres & fratrum filios.381.nu.2.& ſeq.
Succeſsio de iure communi,ſequitur lineas inter fratres, vt ſcilicet paterna paternis,materna maternis deferantur,ibid.nu.4
Niſi tamen aliqui eorum ſint cõiuncti ex vtroque. Nam hi præferuntur coniunctis ex vno,in quibuſcunque bonis,ibid.nu.5
Sed an iſtud procedat in filiis fratrum,videbis 482 numero 7
Procedit autẽ id etiam ſi ex ſtatuto maſculus præferatur fœminæ:nam tunc etiam fœmina vtrinque coniuncta præfertur maſculo vnius tantùm lateris, ibid.nu.6
Sed & procedit etiam ſi ex ſtatuto ſuccedunt tantùm proximiores ex linea paterna,ibid.
Vtrùm autem hæc procedunt in iure accreſcendi, videbis ibid.nu.7
An item id procedat in patruis, vt vtrinque coniuncti excludant alios,ibid.nu.8
Item in patre,auo,matre, auia,vt ſcilicet excludant fratres ex vno latere,ibid.nu.9
Et quid ſi ex ſtatuto ſoror excludit matrem,ibid.
Vtrùm item procedat in rebus feudalibus, ibidem numero 10
Succeſſor ſingularis neceſſarius tenetur ſtare colono.642.nu.15
Succumbens in lite præſumitur litem fraudulenter & doloſè intentaſſe, niſi de bona fide appareat. 167. numero 34
Succumbens quia non probauit, perpetuò excluditur.317.nume.11
Sumptus qui pertinent ad perpetuam rei vtilitatem, an deducantur ex fructibus.390.nu.24
Sumptus impenſi ad cuſtodiam,an etiam deducãtur, ibid.nu.25
Summa ratio quid ſit.498.nu.6.in duobus locis.
Summum ius,ſumma malitia,iniuria,crux eſt,ibid.
Summo iure agere quid dicitur,ibid.
Summum ius,iniquum ius dicitur,ibid.
Summa æquitas,ibid.
Superfluitas toleratur,vt res dilucidius dicatur.404. numero 5
Et aliis quoque multis modis.405.nu.6.& 7.
Supplementum an ſit eiuſdem naturæ atque illud cui fit.251.nu.51.& multis ſeq.
Suprà & infrà oppoſita.199.nu.77
Suprà,dictio,quam vim habet,ibid.
Super & infer,ibid.
Super,dictio,ibid.nu.78
TAbellario ſoli non creditur.321.nu.1.le ij.
Tacitè etiam renuntiamus.101.nu.38
Tacitè ſtatutum intelligitur id, in quo eadem ratio reperitur.146.nu.227
Taciturnitas cum cõiunctione ſanguinis, an inducat conſenſum.127.nu.152
Taciturnitas in iudicio, an habeat vim conſenſus, etiam in præiudicialibus.294.nu.34.& ſeq.
Taxatiua,dictio,excludit alios caſus & perſonas.596. numero 2
Niſi ſint ſimiles aut eandem rationem habentes, 597.nume.6
Etiam in pœnalibus,ibid.
An autem procedat in perſonis.598.nu.9
Tempus traditionis rei vẽditæ inſpicitur, non venditionis,quum quæritur, an & cui gabella debeatur. 39.nu.48.& ſeq.
Tempus ſimpliciter prolatum de anno intelligitur. 160.nume.7
Temporis lapſus excludit.657.nu.36
Tempus quod magis intellectu percipi poteſt, quàm dicto.164.nu.23
Temporum prorogationes & renouationes intelliguntur de altero tantùm tempore.164.n.26.& 27
Tempus augmenti ſequitur naturam primi temporis.165.nu.28
Tempus inſtantiæ prorogari non poteſt conſenſu partium,ibid.nu.30.& ſeq.
Tempus legis vel ſtatuti non adeò facilè mutatur vel prorogatur vt tempus hominis,ibid.nu.31
Tempus appellandi & proſequendę appellationis,an prorogari poſsit,ibid.nu.32
Tempus promouendi ad ſacros ordines non currit pendente controuerſia beneficij.166.nu.37
Tempus electionis non currit pendente lite ſuper poteſtate eligendi,ibid.
Tempus executionis teſtamenti non currit interim dum controuerſia eſt de viribus teſtamenti. 167. numero 38
Tempus querelæ nõ currit pendente quæſtione nullitatis teſtamenti,ibid.nu.40
Tempus appellandi non currit pendente quæſtione nulliratis ſententiæ,ibid.
Tempus datum producendis teſtibus,pendente quęſtione admittendorum articulorum,ibid.nu.41
Sed hæc qualiter intelligenda ſunt,ibid.nume.42. & ſequen.
Tempus appellandi à ſententia conditionali ſtatim currit non expectata conditione. 168. numero 44
Huius autem rei ratio.169.nu.51.52.& 54
Tempus in actibus conditionalibus non currit niſi impleta conditione.168.nu.44.& multis ſeq.
Niſi conditio ſit in poteſtate partis.170.nu.57
Tempus contractus an conditionis inſpiciẽdum.168. nu.45.& ſeq.
Tempus appoſitum actui qui dependet ex futuro euentu vel facto alterius interim non currit, ibid. numero 49.
Tempus à lege conceſſum abbreuiari à iudice non poteſt.171.nu.63
Tempus præſtandæ fidelitatis non niſi à traditione currit.183.nu.125
Tempus traditionis in venditionibus ſpectãdum eſt, ibidem.
Tempus ſtatutum reſpectu actus,currit ſtatim ab ipſo actu.182.nu.115
Tempus an computetur de momento ad momẽtum. 189.nu.21.& ſeq.
Tempus aliter non præſtitutum iudicis arbitrio ſtatuendum eſt.274.nu.18.288.nu.1.
Tẽpus à lege vel ſtatuto ſine miniſterio hominis præſtitutum non poteſt à iudice immutari.282.nu.4
Tempus à lege præſtitutum an priuationem inducat abſque moræ purgatione.286.nu.1.& trib.ſeq.
Tempus à lege vel ſtatuto præfinitum impedit moræ purgationem poſt illud tempus,quãuis aliud ſit, ſi à iudice ſit ſtatutum,ibid.nu.2
Temporis lapſus tacitam renuntiationẽ inducit,ibid.
Tempus conſtitutionis eſt forma ipſius.287.nu.3
Tempus non currit impedito,ibid.nu.6.& 7
Temporis præſcriptiones reis auferri non debẽt.308. numero 14
Tempus proſequendæ appellationis à iudice prorogari non poteſt,ibid.
Nec tempus præſtandæ reſtitutionis in integrum, ibidem.
Nec tempus ſtatutum ad probandum excommunicationem,ibid.
Nec aliud quoduis tempus ſtatutum à iure ſine miniſterio iudicis,ibid.
Tempus appellandi non currit à tempore denuntiationis ſẽtẽtiæ factę domi,ſed tantùm notitiæ.337. numero 42
Tẽporis certi probatio an præferatur probationi incerti,ſi aliàs non conſtat de prioritate.354.nu.10
Tempus nõ currit impedito per moras & cunctationes aduerſarij.354.nu.1.& ſeq.
Tempus an currat ignoranti. 507.nu.1.& multis ſeq. vſque ad 20
Tempus appoſitum in teſtamento non currit ignoranti,ibid.nu.2
Tempus ſtatutum inſinuationi teſtamentorum non currit ignoranti,ibid.nu.3
Tempus datum epiſcopo & aliis executionibus teſtamentorum non currit ignoranti,ibid.nu.4
Tempus ſtatutũ denuntiandis criminibus non currit ignoranti.508.nu.6.& 510.nu.18
Tempus datum patrono ad præſentãdum non currit ignoranti.508.nu.7
Tempus datum ad conferendum ſacerdotium non currit ignoranti,d.nu.7
Tempus datum ad eligendum non currit ignoranti. ibid.nu.8
Tempus quodlibet datum iis quæ ſenſu geruntur, etiam ignoranti non currit,ibid.
Tempus adeundi hæreditatem aut immiſcendi, nec ignoranti quoque currit,ibid.nu.8
Tempus agnoſcẽdi bonorum poſſeſsionem non currit ignoranti,ibid.
Idque etiam ſi xxx.anni fluxerint,ibid.
Tempus appellandi non currit ignoranti.509.nu.9
Etiam ſi quis eſſet in ipſo loco,& eſſet præſumptio ſcientiæ,ibid.
Vtrùm autem id procedat ſi lata ſit ſententia præſente procuratore,ibid.nu.10
Tempus etiam proſequendę appellationis non currit ignoranti,d.nu.9
Tempus item petẽdi tutorem præſtitutum minori & cæteris,ibid.nu.11
Tempus quoque petendi reſtitutionem in integrum, ibidem.
Tempus etiam datum vaſallo ad petendam inueſtituram,ibid.nu.12
Tempus item datum agnatis ad reuocationem feudi. 510.nu.13
Tempus quodcunque ſtatutum hæredibus in omnibus obligationibus faciendis.509.nu.12
Tempus anni ſtatutum promotioni ordinis ſacerdotalis ei qui ſacerdotiũ curatum obtinet,non currit ignoranti.510.nu.14
Tempus ſimiliter optandi præbendas,ibid.
Tempus datum ab arbitris ad ſoluendum ſub pœna, ibidem.
Tempus petendæ conſecrationis ab electo,ibid.
Tempus item implendi conditionem,ibid.nu.15
Tempus conficiendi inuentarij,ibid.nu.16
Tempus ſtatutum productioni inſtrumentorum, ibi.
Tempus quibuſlibet officiis præſtitutum,ibid.
Tempus querelæ aduerſus teſtamentum,ibid.
Tempus vt currat ignorãti, an poſsit facere ſtatutum vel conſuetudo.511.nu.23.& ſeq.
Tempus anni aut alterius breuioris tẽporis non currit ignoranti,ibid.nu.22
Tempus quadriennij quod datur petendæ reſtitutioni in integrum,an currat ignoranti,& quãto tempore tollatur.516.nu.43
Tempus currit à die actus cum lex diſponit de tempore reſpectu actus, niſi alia ſpecialis ratio aliud ſuadeat.529 nu.42
Tempus appoſitum cauſa differẽdæ ſolutionis,& non limitandæ obligationis, an impediat poſtea peti. 583.nu.42.& ſeq.
Tempus quando dicatur appoſitum differendæ ſolutionis & non limitandæ obligationis, d.nu.40. & 657.nu.37
Tempus non debet cenſeri fruſtra appoſitum. 584. numero 45
Tempus habet vim tacitæ renunciationis. 585.nu.50. & ſequen.
Tempus aufert omnia.585.nu.53
Tempus conuentionale an admittat reſtitutionem in integrum.586.nu.56.& ſeq.
Tempus conuentionale currit minori,militi, abſenti, impedito,ibid.
Tẽpus quod ſtatim procedit vel ſequitur actũ, idem tempus cum ipſo actu eſt.591.nu.2,& multis ſeq.
Tempus prorogatum ante ipſum finitum non cenſetur eſſe nouum tempus,ſed idem cum primo. 610. numero 26
Sed non tamen propriè 613.nu.40
Tempus prorogatũ aſſumit omnes qualitates & conditiones prioris.611.nu,27
Tempus ſoluendi pretij in venditione appoſitum non currit niſi à tempore traditionis.621.nu.16
Tempora à diuerſis diſpoſitionibus limitata debent cenſeri vt ſeparata,ibid.nu.18
Tempus læſionis in abſentia nõ computatur in tempore petendæ reſtitutionis.624.nu.31
Tempore inducenda priùs obliuio eſt,& deinde alio tempore præſcriptio incipienda,ibid.
Tempus præfixũ ad aliquid faciendum reſpectu certæ cauſæ nõ incipit currere,niſi ea cauſa priùs exiſtat.629.nu.57
Tempus vnum & idem currit ad præſcriptionem dominij,

minij, hypothecæ,vt ſeruitutis, quæ à re debetur. 630.nume.65

Tempus certum datum à pluribus ad aliquid faciendum etiam gradatim, ita ſcilicet vt alteri alteris præferantur, non intelligitur diſtributiuè datum, ſed collectiuè,vt ſcilicet omnibus ſimul currat.631. numero 66

Tempus xx. dierum datum canonicis ad optandum currit ſimul omnibus, quanuis antiquiores præferantur iunioribus,ibid.

Tempus ne delicti an condemnationis inſpiciendum ſit,vt multa pertineat ad eum,qui dominus eſt tempore ſententiæ,an qui dominus erat tempore delicti.671.nu.21.& quatuor ſeq.

Tenuta cedi poteſt.443.nu.21

Terragia quæ vocant,inter immobilia ponuntur.60. numero 33

Teſtamentum patris & filij pro vno habetur, & vna pro vtroque ſolennitas ſufficit.269.nu.19

Teſtamentis pluribus an ſufficiant iidem ſeptem teſtes,eadémque alia ſolennitas,ibid.nu.20.& ſeq.

An autem ſi ſimpliciter iidem teſtes fuerint aſcripti in vna charta continente plura teſtaméta cenſeantur pro omnibus adhibiti,ſi expreſsim dictum non fuerit. in iiſdem locis.

Teſtari quid ſit.391.nu.2

Teſtificari,ibid.

Teſtatoris nuda prohibitio de non alienando non valet.13.nu.39

Satis autem cauſę eſt ſi res ſit maiorum,ibid.

Aut ſi ita fiat vt maneat in familia.16.nu.50

Teſtatoris prohibitio alienandi non impedit alienari in coniunctos.17.nu.51

Teſtator ſi iuſſerit aliquid vendi,ſatis eſt vendere etiã ſine traditione.37.nu.43

Teſtator ſi iuſſerit ſtari libris rationum, illis ſtandum eſt,ſed poterit probari contrarium.290.nu.9

Teſtator ſi iuſſerit rem relinqui in familia, an ſufficiat vni ex familia etiam remotiori relinquere.360 nume.7.& ſeq.

Teſtator ſi ſuum debitorem liberauit ſoluendo centum intra menſem,id tempus non currit ignoranti.507.nume.2

Teſtatoris factum eſt, quod hæres facit iuſſu illius. 539.nume.3

Teſtator an poſsit permittere hæredi, vt alienet cõtra prohibitionem ſtatuti.540.nu.6.& 8

Teſtator facere non poteſt quin lex locum habeat, ibid.nume.7

Teſtator ſi mandauerit hæredi, vt quid intra certum tempus faciat,alioquin eum priuat hæreditate,ſi is hæres moriatur ante id tempus,an hæres ipſius hęredis priuetur hæreditate.599.nu.18

Teſtes adhibiti inſtrumento non ſibi præiudicant in iure rei alienatæ.126.nu.142

Teſtium dicta ſunt ſtricti iuris.135.nu.187

Teſtium verba ſunt interpretanda contra producentem, ibid.

Teſti deponenti de ſuo facto,an magis credatur.219. nu.47.& ſeq.

Teſtis vilis vel infamis infamia facti admittitur de ſuo facto deponens,& facit ſemiplenam probationem,ibid.nu.48

Teſtis de negatiua ſui facti ſolus probat,ibid.

Teſtes de conſanguinitate deponentes, an debeant ſingulos gradus diſtinguere.236.nu.1

Teſtes non probant niſi reddita ratione,quæ cadat in aliquem ſenſuum corporis,ibid.

Teſtis dictum obſcurum interpretatur cõtra producentem.237.nu.4

Etiam in fauorabilibus,ibid.nu.5

Teſtes & inſtrumenta pares vires obtinent.272.nu.11

Teſtes veniunt appellatione inſtrumentorum propriè ſecundum aliquos, vel impropriè ſecundum alios,ibid.& ſeq.

An autem id procedat in conſtitutionibus odioſis,ibid.nu.12

Sed & an id ſit ex communi vſu loquendi.273.nu. 15.& ſeq.

Teſtes deponẽtes de venditione,& non de certo pretio,an faciant fidem de ipſa venditione.556.nu.87. & multis ſeq.

Teſtes debent iurare antequam deponant, an autem ſatis eſt ſi incontinenti pòſt iurent.592.nu.8

Teſtes in teſtamento debent eſſe rogati,tamen ſatis eſt vt eo perfecto confeſtim rogentur,ibid.nu.9

Teſtis poteſt incontinenti corrigere dictũ ſuum.594. nu.18.vbi videbis quomodo id intelligitur.

Teſtes qui interfuerunt tractatui, & non concluſioni contractus,nihil probant.690.nu.24

Teſtes imperfectè narrantes conuentionem partium non probant,ibid.

Teſtimonia ſunt ſtricti iuris.497.nu.3

Theſaurus,multa de theſauro.707.nu.98

Thraces pactis cum hoſtibus aliquot dierum induciis noctu populabantur.186.nu.9

Thracium commentum,ibid.

Titulus ſimulatus non eſt titulus.30.nu.11.& trib.ſeq.

Titulus conditionalis non prodeſt ad vſucapionem, at prodeſt titulus purus qui ſub conditione reſolui poteſt.634.nu.75

Tìs apud Græcos communis generis.142.nu.216

Toties quoties,hæc verba quam vim habent.166.nume.34.& 35

Toties quoties,quid ſignificent.579.nu.19.& ſeq.

Toties quoties repræſentare aliquem promittens, an liberetur,ſi bis præſentauerit,ibid.nu.20

Totum in ſuo toto pluris valet,quàm pars proportione ipſius.409.nu.17

Totum admittendum,an totum reiiciendum,ibidem numero 19

Totum approbandum vel totum reprobandum.686. nume.4.& ſeq.

Quod tamen aliquando fallit.689.nu.16

Tractatus rei principium eſt,ita vt qui tractat de vendendo,rem eam dicatur vendere.692.nu.31

Traditio ſimulata non transfert poſſeſsionem. 31.n.15

Traditio ſimpliciter facta, cenſetur conditionalis, ſi contractus principalis ſit conditionalis.35.nu.33

Traditio clandeſtina & quæuis alia facta à domino ſufficit ad tranſlationem dominij,niſi ea ſit conditionalis.35.nu.30.& 33

Traditio eſt vltima contractus perfectio.181.nu.114

Traditio habet neceſſariam conſequentiam ad contractum.182.nu.116

Traditio non habet vim fidei habitæ de pretio, cum præceſsit tantùm promiſsio vendendi.697.nu.53

Traditione acquiritur dominium, quamuis contractus venditionis nondum ſit perfectus.700.nu.68. & 702.nu.76

Traditio rei facta venditione habet vim fidei habitæ de pretio.703.nu.78

Tranſcribere pro reuendere.564.nu.1

Tranſactio venditoris prodeſt emptori.123.nu.131

Tranſigi an poſsit ſuper feudo.221.nu.60.& 223. nume.66.& ſeq.

Tranſactio an ſit propriè contractus.222.nume.61.& 223.nu.65

Tranſactio transfert dominium,& vſucapiendi cõditionem producit, ſi ex ea dimittatur res ei qui antè non poſsidebat:aliàs minimè,ibid.nu.62

Tranſactio an ſit ſpecies alienationis,ibid.num.65.& quatuor ſeq.

Tranſigi an poſsit ſuper alimentis debitis ex contractu inter viuos vi teſtamenti præcedentis.540.numero 4





Tranſlatio dominij poteſt cauſam præcedere. 223. numero 67

Tranſlatio in aliam perſonam fit cum omnibus oneribus.447.nu.2

Tribules qui dicantur.96.nu.19

Tribuni ærarij.263.nu.8

Tributa præterita poſſunt peti à præterito etiam poſſeſſore.450.nu.7

Tullius nonnunquam non tam propriis nominibus, quàm notioribus vſus eſt.82.nu.6

Tunica propior pallio.99.nu.30.in fi.

Tutior via ſemper eligenda.342.nu.9

Turpitudinem aut fraudem ſuam allegans,an audiatur.31.nume.15.& 244.nu.20.& 245.nu. 24.& 25. & 255.nu.72

Tutor non poteſt repudiare hæreditatem ſine decreto.72.nu.83

Tutor an poſsit alienare molendinum.74.nu.93

Tutor aut curator an poſsit ex tranſactione rem minoris dimittere aduerſario, qui eam non poſsidebat.223.nu.70.& ſeq.

Tutoris apochæ de ſolutione debiti pupillaris creditur etiam finita tutela.259.nu.93.

Tutor nomine tutorio agere debet.347.nu.3

Tutor an obliget pupillum ex ſola cõfeſsione receptę pecuniæ.650.nu.12

Tutor an poſsit facere pactum reuendendi ex interuallo.686.nu.1

An autem in ipſo contractu,ibid nu.2.& ſeq.

Tutor & curator aut alius adminiſtrator an poſsit debitori prorogare tempus ſolutionis debiti. 689. numero 18

Tybeiij iuſtum iudicium.70.nu.77.in fi.

VAgabundus vbi & quomodo citari poſsit. 335. numero 34

Variare an liceat domino, qui ſemel elegit aut laudimia,aut rei retentionem.416.nu.7

Sed quid ſi in electione deceptus fuit fraude emptoris,ibid.nu.8

Quid ſi alterius,ibid.

Vaſallagij ſiue clientelæ ius alteri cedi an poſsit,inuito vaſallo.436.nu.78

Vaſallus non cadit emphyteuſi ob ſimulatam venditionem.31.nu.13

Vaſallus an poſsit in emphyteuſim dare feudum, ea lege vt vtile dominium non tranſeat.36.nu.38

Vaſallus vendens cum pacto redimendi,an poſtea priuetur feudo.720.nu.155

Vaſallus an poſsit vendere fructus futuros feudi. 62. nu.42.& 63.nu.47

Vaſallus qui renuntiauit feudum agnato,an moriente eo ſine liberis,admittatur ad idem feudum. 102. numero 45

Vaſallus non eſt in mora petendi inueſtituram,quandiu patitur controuerſiam de feudo.167.nu.38

Vaſallus an poſsit ſuper feudo tranſigere.221.nu.60. & 223.nu.66.& ſeq.

Vaſallus debet nuncupatim petere inueſtituram, nec ſufficit domino narrare mortem patris ob quam inueſtitura peti debet.305.nu.3

Vaſallus ſi non poſsit reperire dominum,à quo inueſtituram petat,ſufficit idipſum proteſtari. 344.nu. 19.in fine.

Vaſallus an poſsit vni ex filiis feudum relinquere. 364.nu.23.& duob.ſeq.

Vaſalli fuga in bello,quæ domino non obfuit, an ſit punienda.364.nu.14

Vaſallus vendens partem feudi,an ea tãtùm parte cadat.503.nu.28.& 29

Vaſallus ſi in remotiorem agnatum conſentiẽte etiam proximiore feudum alienauerit,poterũt medij eam alienationem reuocare.438.nu.3

Vaſallus non poteſt filiis,aut aliis agnatis præiudicare in feudo antiquo,in nouo poteſt.470.nu.2.

Vaſallus an poſsit inuito domino feudum renuntiare.495.nu.6

Vaſallus ſimpliciter iurãs domino,videtur & eius hæredibus iuraſſe,etiam ſi de illis non fiat mentio,niſi dixerit domino tantùm.507.nu.3

Vaſallus ſimpliciter alienans,& poſtea rem recuperãs non excuſatur.609.nu.19

Vaſallus redimẽs feudum à ſe prius alienatum,an excuſetur.643.nu.21

Vaſallus an poſsit excidere grandes arbores. 644. numero 23

Vaſallus nõ cadit feudo ob ſimplicem promiſsionem vendendi.695.nu.46

Vbi eſt opus facto verba non ſufficiunt.261.nu.6

Vbique, dictio recipit interpretationem de idoneitate.58.nu.25.& 59.nu.30

Vbique dictio.577.nu.11

Vectigalia rectè dicũtur quas rentas vulgò vocamus. 46.nume.2

Vectigalis ager quis dicatur,ibid.

Vectigalia præteriti temporis peti poſſunt ab eiuſdem temporis poſſeſſore,ibid.

Vectigal illicitum & iniuſtum fraudare licitum. 21. numero 69

Vectigal annuum ſequitur naturam fundi, ratione cuius debetur.487.nu.78.& multis ſeq.

Vẽdere in certis caſibus tenemur vni potiùs quàm alteri.5.nu.15

Vendere etiam ſimpliciter in quibuſdam caſibus cogimur,ibid.& 282.nu.1

Venditio conditionalis an cenſeatur perfecta venditio.33.nu.23.& ſeq.& 34.nu.27

Venditio reſcindi nõ debet inuito emptore etiam ex reſcripto principis,nec ſi duplum pretium offeratur.8.nu.23

Venditio inuita grauis eſt,& iniurioſa vẽditori, ibid.

Venditor poteſt ſibi reſeruare manuum iniectionem in rem venditam, & creditam, ſi pretium non ſoluatur.36.nu.36

Venditor redimens ex pacto redimendi, an teneatur locationi interim factæ ab emptore.642.nu.14

Venditor qui non tenetur de euictione, an ſit teſtis idoneus in cauſa emptoris.9.nu.26

Vendere viliori pretio nemo cogendus eſt, etiam ſi aliàs vendere cogatur, niſi in caſu neceſsitatis.10. numero 28

Venditionis verbum quàm latè pateat.27.nu.1

Venditio propria & ſtricta intelligitur,cùm de pretio fit mentio,ibid.

Venditio quoque propriè intelligitur in diſpoſitione contra ius commune,aut aliàs ſtricta & odioſa.28. numero 2

Vendere à teſtatore iuſſus ſatisfacit vendendo etiam ſi non tradat.13.nu.41

Vendere promittens ſub pœna, nõ incidit in pœnam ſi vendidit,& non tradidit,ibid.

Venditio cenſetur facta etiam nondum tranſlato dominio, ibid.

Vendere cum effectu accipi debet.38.nu.46. in prin.

Vendens & non tradens, an excuſetur à pœna commiſsi, ibid.& ſeq.

Vendens & nõ tradẽs excuſatur à pœna ſtatuti prohibentis alienare in extraneum,ibid.nu.48

Venditio facta extraneo contra ſtatutum, ſi ei facto ciui res tradatur,valet ea venditio,ibid.

Venditio ſolo conſenſu perficitur ante traditionem perfectione eſſentiæ.40.nu.50

Vendere damnatus intelligitur iuſto pretio.240.241. numero 2

Vendere ſi quis tenetur ex pacto vel ſtatuto conſorti potiùs quàm alteri,an intelligatur iuſto pretio,etiã ſi alius offerat maius,ibid.nu.3.4.& 5

Vendere coactus à lege vel ſtatuto non tenetur fidem habere de pretio.282.nu.1.
Venditio ex communi vſu loquendi intelligitur de propria & ſtricta venditione.28.nu.3
Venditionis appellatio de valida tantùm intelligitur, ibid.nume.5
Venditione inualida facta non debẽtur laudimia, aut gabella.29.nu.7
Venditio ſimulata non eſt venditio.30.nu.12
Venditio ita fieri poteſt, ne vendens teneatur de euictione.32.nu.20
Sed hoc caſu an vẽditor teneatur ad pretium, ibid. & iterum 374.nu.10.& ſeq.
Venditio conditionalis ante cõditionem non eſt perfecta venditio.32.nu.22.vide tamen 168.nume.45. & 48
Venditione conditionali facta non cõpetit ius prælationis domino, nec laudimia,nec cadit res in commiſſum ante impletam conditionem.33.nu.23
Niſi proceſſum ſit ad traditionem.35.nu.32
Venditio conditionalis perfecta eſt quantùm ad pœnitẽtiam pertinet,vt ſcilicet alter altero inuito pœnitere non poſsit.34.nu.27.& 168.nu.45
Venditio conditionalis ſecuta traditione trãsfert dominium.34.35.nu.30.& ſeq.
Venditio non eſt,ſi actum eſt, ne dominium tranſeat in emptorem , ſed vel locatio, vel pignus, vel emphyteuſis.36.nu.36
Venditor poteſt ſibi reſeruare manus iniectionem, ſi pretium non ſoluatur,ibid.
Venditio cenſetur facta pretio conuento,etiam nondum numerato.37.nu.43
Venditio non cõſiſtit inter patrem & filiumfa.vti nec inter dominum & ſeruum proprium.106.nu.59
Venditio attribuitur vendenti,non conſentienti. 118. numero 107
Vendere an aliud ſit quàm vendenti conſentire, ibid. & ſequen.
Venditio ita poteſt fieri ne dominium tranſeat niſi poſt mortem venditoris.182.nu.118
Venditio fortius declaratur quando pretium præcedit traditionem,quàm è diuerſo.215.nu.26
Venditionem perfectã quæ ſequuntur,an faciant eam præſumi ſimulatam,vt quæ præcedunt,ibid.
Vẽditio an præſumatur ſimulata ex reſtitutione pretij.216.217.nu.37
Venditio non eſt cùm quis vendit pro libra vel marcha auri.218.nu.44
Venditione prohibita prohibetur & locatio ad longum tempus 226.nu.82
Venditio ad tempus præſumitur facta in fraudem. 227.nume.88
Venditio reſcindi poteſt ob eam rem cuius contemplatione facta eſt.254.nu.69
Venditio in ſacris literis pro donatione. 417.n.1.le ij.
Quid autem de iure communi,ibid.
Venditio plurium rerum facta vno pretio non poteſt ratificari.quàtùm ad vnam tantùm. 406.nu.1.le ij.
Venditio ſi facta fuerit plurium mancipiorũ quorum vnum eſt morboſum,omnia redhibentur, ibi.nu.3
Venditio plurium rerum facta vno pretio , vna eſſe cenſetur, vt ſi propter vnam reſoluitur, & in alia quoque reſoluatur.407.nu.6
Vnus hæredum emptoris offerẽdo partem pretij,partem rei non conſequitur,ibid.nu 6
Venditio plurium rerum facta vno cõtractu,ſed ſingulis pretiis in ſingulas res diuiſis, non cẽſetur eſſe vna venditio,ſed plures.409.nu.20
Et hoc caſu ſi in vna re ſit læſio vltra dimidiã iuſti pretij,in illa tantùm habet locum reſciſsio,ibid.
Quomodo tamen id intelligatur videbis,ibid.
Et ex illo contractu debẽtur tot gabellæ,quot ſunt res, ibid.
Quid autem ſi vno pretio res plures ſint venditæ, ſed quod poſtea in ſingulas res diuiditur. 410.n.21
Quid è diuerſo ſi pretium fuit diuiſum in ſingulas res,ſed poſtea vnũ ex omnibus coactum,ibid.n.22
Sed quid ſi conſtet quòd his caſibus emptor, aut venditor non erat empturus , aut venditurus, niſi omnes res ſimul,ibid.nu.23.& 24
Venditio quæ ab hærede fit iuſſu teſtatoris,neceſſaria eſt.539.nu.3
Venditio facta in teſtamento habet vim contractus inter viuos.540.nu.7
Venditio quum reſcinditur ex l.ij C.de reſcind.vend. an redeat ad vẽditorem cum ſeruitutibus, aut hypothecis, aut aliis oneribus impoſitis ab emptore, an libera.283.nu.6.& duob.ſeq.
Venditio pro perfecta habetur,quantum ad iuris effectum,ſi ab eo cui facta eſt promiſsio vẽdendi offeratur pretium.702.nu.74
An autem hoc caſu competat rei vendicatio, ibid. numero 75
Vendens cum alio cenſetur ei conſentire.153.nu.256
Vẽdens fundum qui poſtea euincitur,an teneatur ad alium fundum æquiualentem.467.nu.3
Venditor ipſe, qui alienauit cõtra prohibitionem teſtatoris factã,ne res exiret extra familiam,an poſsit reuocare eam alienationem.99. numero 31.& 101. nume.99.& 43
Venditor non tenetur emptorem defendere cùm res iure ſpeciali euincitur.100.numero 34. vide tamen 548.nume.44
Venditor quantùm in ſe eſt,alienum ſe à re facit.101. numero 38
Venditor non eſt ſui ipſius conſanguineus,ibi.nu.40
Venditor re euicta tenetur in id quod intereſt. 374. numero 10
Venditor qui duobus vendidit cum pacto redimendi , an ab altero partem ipſius poterit redimere. 412.nume.31
Venditor tenetur de euictione , & ſe in id ſolenniter obligare,etiam ſi dictum non ſit.454.nu.4
Venditio an permutatio potius eſſe cenſeatur in dubio,& data paritate pretij & ſpeciei.458.num.13.& multis ſeq.
Venditio & permutatio vtra fauorabilior ſit, ibid.nu. 13.& iterum 463.464.nu.33
Venditio ſecundum artem eſt.462.nu.26
Venditor poſtremus re euicta,an recta poſsit agere de euictione contra primum venditorem.562.nu.118
Venditor promittens de ſuo facto tantùm , an de facto hæredum promittere cenſetur.596.nume.4. & 597.nume.8
Et an is de facto quoque prædeceſſoris teneatur. 697.nu.5.& 8
Venditor poteſt totam rem retinere,donec deſit vnus nummus ex integro pretio.654.nu.24
Venditio ita facta, vt res ſit inempta , niſi ſtatuto die fuerit ſolutum pretium,erit ea res inempta, ſi deſit vnus nummus ex ſolutione integri pretij,ibid.
Sed quomodo hæc intelligantur.655.nu.29
Venditor non tenetur ad traditionem rei, donec ſolutum ſit integrum pretium.701.702.nu.72
Veniens ab inteſtato habet tacitam voluntatem defuncti.421.nu.9
Vera rerum vocabula iam pridem amiſſa.80.nu.1
Verba intelligenda ſunt cum effectu.30.nu.8
Verba cùm deficiunt,deficit & diſpoſitio. 101.nu.39. & 216.nu.32.iterũmque 273.nu.15
Verbum continendi,an ſignificet proprietatem. 146. numero 230
Verba,ad omnem petitionem,an tollant præſcriptionem.166.nu.33
Verba,toties quoties,quam vim habent,ibid.& ſeq.
Verba ſimpliciter prolata intelliguntur naturaliter non ciuiliter.186.nume.7.
Verba generalia comprehendunt caſus fauorabiles. 229.nu.96
Verba generalia arctatiua ſiue reſtrictiua eaſdem cauſas fauorabiles reſtringunt.231.nu.101
Verbum vnum in eodem loco poteſt diuerſimodè diuerſis reſpectibus interpretari.245.nu.22
Verba ſtatuti ſi non cõueniunt,non habet locum ſtatutum.273.nu.15
Verbis ſtatutis inhærendum,nec ab eis recedendum, ibid.nu.15
Verba magis deſeruiunt naturæ contractus , quàm è contrario.478.nu.35
Verbum nullum in contractibus debet cenſeri appoſitum ſine virtute aliquid operandi.580.num.24.& 584.nume.45
Verbum,creditur,ſignificat fictionem.595.nu.27
Verbum,ineſt & inſit,eſt ſignificatiuum veritatis.596 nu.28.& ſeq.
Verbum,eſt & ſit,eſt eiuſdem ſignificationis,ibid.
Verba ſtatutorum non debent eſſe ſuperuacua. 618. numero 2
Verba etiam ſtatutorum debent accipi & intelligi in potentiori ſignificatu.619.nu.8
Sed id quomodo intelligatur.626.nu.41
Veriſimilitudo in primis inſpicienda eſt, cùm tractatur de quibus nummis intelligitur.255.nu.74
Veritas rerum non mutatur hominum denominatione.478.nu.34.& ſeq.
Etiam ſi Papa ita denominarit.d.nu.34
Vetuſtatis autoritas.339.nu.52
Vicini an tantùm de proximioribus intelligãtur. 97. nu.21.& 98.nu.26
Vicinus ſi ex ſtatuto habeat ius retrahendi , & plures res eodem contractu & pretio fuerint venditæ,poteſt eam tantùm retrahere,quæ ſibi vicina eſt.413. numero 2
Vicinus,qui ex ſtatuto non poteſt retrahere rem alienam,id ius alteri cedere non poteſt.418.nu.1
Niſi & rem vicinam , ratione cuius id ius competit,transferat.430.nu.39.& ſeq.
Victus victori an tenetur reddere ſalarium aduocati, qui gratis patrocinatus eſt.242.nu.11. & 12. & iterum 451.nu.5.& duob.ſeq.
Vinci ſtatim ſatius eſt,quàm diu litigare.319.nu.20
Videtur, verbum denotat fictionem & improprietatem.28.nu.2.in fi.
Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt. 577.nume.12
Vincentij Mediol.antiqui doct.laus.134.nu.185
Virgilius ex Cicerone quędam in vſum ſuum deſumpſit.352.nu 2
Vir & vxor affines non ſunt,ſed principium affinitatis. Idem tamen iuris in iis eſt ac in ipſis affinibus. 266.nu.7.circa fi.
Si tamen ſit eadem vtriuſque ratio.267.nu.8
Viro iuranti vxorem à ſe carnaliter cognitam creditur, ſed vxor poterit probare contrarium. 289.numero 3
Vir & vxor correlatiua ſunt,& diſpoſitum in vno habet locum in altero, ſi eadem ratio ſit. 327. numero 3.& 4
Vir vxorem defendit,non vxor virum.328.nu.5
Viri conſanguinei licet ſint affines vxoris,non tamen ſunt conſanguinei ipſius,nec è contrario. 384.numero 16
Vir & vxor inuicem non ſunt conſanguinei,ibid.
Vir bonus,id eſt,iudex.465.nu.1
Vir & vxor cùm ſimul donant rem viri, ipſe vir tantùm donare cenſetur,non vxor,ibid.nu.2
Vir & vxor cùm ſimul vendunt & fatentur recepiſſe pecuniam,vter eorum recepiſſe videatur, & quantum.468.nu.4.5.& 6
Vltra, dictio , excluſiuâne ſit, an incluſiua. 197.numero 68
Vltra citráque,ibid.nu.69
Vltro citróque,ibid.
Vltro citro,ſine coniunctione,ibid.
Vmbrorum dies.184.nu.1
Vniuerſalis verborum vis.57.nu.21.& multis ſeq.
Vnius teſtimonio an credatur in ſuo facto.219.nu.47 & quatuor ſeq.
Vna eadémque res an diuerſo iure cẽſeri poſsit. 244. nu.21.& duob.ſeq.& 339.nu.51
An & ea poſsit operari diuerſos effectus,ibid.
Vnus an ſit numerus.265.nu 1.& 266.nu.7
Vna nũtiatio non ſufficit pluribus locis & operibus. 268.nu.16.in fi.& 534.nu.1
Cuius ratio redditur.269.nu.24
Vna voce poteſt interponi autoritas duobus actibus. 109.nume.73
Vna forma & ſolennitas an ſufficiat multis actibus. cod.nu.73.& multis ſeq.iunctis etiam præced.
Vna ſolennitas an ſufficiat multis teſtamentis. 269. nu.20.& multis ſeq.
Vna ſubſcriptio vnúmque ſigillum an faciat authenticos plures contractus,ibid.
Vno ex pluribus arbitris vel iudicibus impedito, cæteri procedere non poſſunt.552.nu.63
Vnius victoria in indiuiduis cæteris prodeſt,ibid.numero 64
Vna abſolutio an ſufficit duabus excommunicationibus.622.nu.21.& 631.nu.67
Vna abolitio an ſufficit pluribus bannis.in iiſdẽ locis.
An pluribus accuſationibus.d.nu.21
Vna appellatio non ſufficit duabus ſententiis,ibid.
Vna citatio vel alia iuriſdictionis perpetuatio an ſufficiat pluribus cauſis,ibid.& d.nu.67
Vna aditio an ſufficit diuerſis hęreditatibus,& pluribus cauſis.d.nu.21.atque etiam d.nu.67
Vna pœna non ſufficit pluribus delictis,ibid.
Vni debito plures compenſationes fieri non poſſunt, ibidem.
Vnus vir etiam à pluribus & diuerſis procurator cõſtitutus non habet plures voces in conſilio. 622. nume.22.in fi.
Vnum idémque tempus non operatur effectum circa duos actus,quorum vnus ſucceſsiuè venit ad alterum.624.nu.31
Vna ſtipulatio ſufficit pluribus pactis.631.nu.67
Vna ſtipulatio nouat plures obligationes,ibid.
Vna numeratione tolluntur plures obligationes. ibi.
Vna acceptilatio ſufficit pluribus ſtipulationibus,ibi.
Vnum familiæ erciſcundæ iudicium ſufficit pluribus hæreditatibus,ibid.
Vnum iudicium pro ſocio pluribus ſocietatibus,ibid.
Vna conteſtatio pluribus libellis,ibid.
Vna comparitio pluribus citationibus,ibid.
Vna item comparitio pluribus contumaciis purgandis,ibid.
Vnus contractus veſtiendis duobus pactis,ibid.
Vnus libellus ſatis eſt pluribus actoribus atque etiam pluribus reis,pluribúſque ac diuerſis cauſis,ibid.
Vnúſque proceſſus.631.eod.nu.67
Vnum inſtrumentum pluribus obligationibus,ibid.
Et pluribus contractibus,ibid.
Vnum tempus duabus pœnis,ibid.
Vno actu poſſunt plures baptizari,ibid.
Vno actu plures inſurgũt excommunicationes, ibid.
Vna iniuria plures pluribus competũt actiones, ibid.
Vnum beneficiũ poteſt cum pluribus permutari,ibid.
Vnius appellatio prodeſt pluribus,ibid.
Vna inſinuatio ſatis eſt multis rebus donatis,ibid.
Vna fidelia duos parietes dealbare,ibid.
Vno actu poſſunt fieri plures citationes. 632.numero 68.in fine.

Volenti non fit iniuria neque dolus.376.nu.17
Voluntarium cenſetur quod à voluntate originẽ habet.212.nu.13.in fi.
Voluntaria aut neceſſaria quæ dicantur. 484. nu.60. & 485.nu.66.& ſeq.
Voluntas factis declaratur.702.nu.76
Vox vnius neque condemnat, neque iuſtificat. 321. nume.1.le ij.
Vſque,dictio,an excluſiua ſit,an incluſiua. 196.nu.66
Vſucapio rei ſuæ non procedit, ſi ſua ſit irreuocabiliter,aliàs ſecus.620.nu.13.& 627.nu.45
Vſusfructus an ſit pars fundi.66.nu.55.& ſeq.
Vſufructuarius an cēſeatur eſſe dominus, ibid.nu.56.
Vſusfructus an inter mobilia computetur,ibid.nu.57 & duobus ſeq.
Vſusfructus pupilli ſine decreto alienari non poteſt, ibid.nume.57
Vſusfructus an ſuper rebus eccleſiæ conſtitui poteſt, ibidem.
Vſusfructus bonorum immobilium non excuſat à ſatiſdatione,ibid.nu.61
Vſusfructus extinctus an reuiuiſcere poſsit.67. num. 60.& 62.cum multis ſeq.
Vſufructuarius nomine proprietarij non ſuo renuntiare poteſt.347.nu.3
Vſufructuarius miſſus in poſſeſsionem vicinarum ædium damni infecti cauſa, iure dominij poſsidet, nec quicquam amittit finito vſufructu.350.nu.18
Vſusfructus cedi non poteſt fructuum tamen cōmoditas cedi poteſt.430.nu.43
Vſufructuarius poteſt ſine mandato rei vendicationem intentare.524.nu.19
Vſufructuarius an ſit vocandus, cùm quid fit in proprietate,quod ei poteſt obeſſe.602.nu.29
Vſusfructus non extinguitur, nec cōfunditur per acquiſitionem reuocabilem dominij.620.nu.10
Vſufructuarius an teneatur ſtare locationi factæ à proprietario.642.nu.16
Vſufructuarius an,& quando poſsit ſuccidere grandes arbores.544.nu.24
Vſufructuarius qui facit impenſas gratia percipiendorum fructuum, & antequam perceperit fructus finitus eſt vſusfructus, an poterit eius hæres repetere eas impenſas.668.nu.10
Vſura centeſima cuiuſmodi ſit.50.nu.18
Vſuræ ſemiſſes, ibid.
Vſuræ olim menſtruæ, ibid.
Vſura non eſt id quod intereſt etiam ex mutuo. 255. numero 71
Et an id procedat in lucro ceſſante,ibid.
Vſurario nō prodeſt præſcriptio aut ſententia pro eo lata.582.nu.36.37.& 38
Vſurarum exceptio an impediat executionem inſtrumenti,quod ex ſtatuto habet executionẽ paratam, ibid.nu.38.in fi.
Vſuræ non debentur ex pacto vendendi ob pretium nondum ſolutum.696.nu.51
Vſura eſt acquirere fructus ſine cauſa. 669,nume.65. & ſequen.
Vſurarius contractus in dubio non cenſetur.714.numero 128
Vſurarius præſumitur eſſe contractus, qui non eſt in vſu bonorum virorum,ibid.nu.131
Vſuræ an & quando ad legitimũ modum ſunt reducendæ.717.nu.145
Vſuras qui ſoluit,an repetere poſsit.719.nu.152
Vſurarum repetitio an ſponte remitti poſsit,ibid.numero 153
Vſus iuriſdictionis ante impletam conditionem delegationis non perpetuat ipſam iuriſdictionem. 33. numero 24
Vſus vel vſusfructus eius rei, quæ alienari prohibetur,conſtitui non poteſt.61.nu.41
Vterus pro nato habetur ad ſuum commodum. 110. numero 77
Vtero competit in integrum reſtitutio, ibid.
Vtero quoque cōpetit actio negotiorũ geſtorum, ibi.
Vtero item competit bonorum poſſeſsio contra tabulas, ibid.
Vterus mittitur in poſſeſsionem legatorum,& ei directò & per fideicommiſſum relinqui poteſt,ibid.
Vterus ſuccedit in dignitatibus hæreditariis,ibid.
Vtero præſtanda eſt fidelitas,ab eóque petenda inueſtitura,ibid.
Vtero curator dari poteſt,ibid.
Sed ita vt eo nato ipſe curator ſuo munere illico decedat,ibid.nu.ſeq.
Vtero an tutor dari poſsit.109.nu.75.& ſeq.
Vterus non eſt in poteſtate patris.110.nu.78
Vterus non eſt ſuus patri, ibid.
Vterus non rumpit teſtamentum donec natus ſit. Sed ſi naſcatur rumpit, & obſtat cæteris remotioribus, ibid.
Vterus an ſit homo,an animal, ibid.
Vterus an poſsit ſubrogari in locum Decurionis demortui.111.nu.80
Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.552.nu.64
Vtilitas contractus eccleſiæ inſpicitur tempore contractus,quicquid poſtea contingat.684.nu.10
Vtile per inutile non vitiatur in contractibus etiam in eodem mēbro,cùm res diuidua eſt.Atque etiam in vſuris.717.nu.145.& ſeq.
Vxor non eſt affinis viro,101.nu.40
Vxor vt marito donare non poteſt, ita nec filio eius. 106.nume.60
Vxor quod emit ex pecunia viri ſuum facit, licet teneatur in quantum locupletior facta eſt. 107. numero 64
Vxor poteſt donare filio mariti,ſi ipſi marito nō quæritur.109.nu.74
Vxor præſumitur ſtatim ſcire,quod vir ſcit. 327. numero 1
Vxoris amor cæteros antecedit.328.nu.5
Vxor habet mediam partem eorũ quæ vir in ſuo feudo acquirit.399.nu.1
Vxor an habeat partem rerum conſolidatarum cum feudo mariti conſtante matrimonio.486.nu.72
Vxor an teneatur ſtare locationi factæ à viro,ibid.

FINIS.

UNIVERSITARIA